






THESAURUS GRÆCARUM ANTIQUITATUM.

VOLUMEN X.

THESAURUS GRÆCARUM ANTIQUITATUM,

Contextus & designatus

ab

JACOBO GRONOVIO.

VOLUMEN DECIMUM

Uberem ingeniorum copiam & varias exercitiorum amœnitates recensens.

Series librorum voluminis præfationem sequitur.



VENETIIS,
Typis Jo: Baptistæ Pasquali.
M. DCC. XXXV.
SUPERIORUM PERMISSU.

LECTORI ΦΙΛΕΛΛΗΝΙ
S. P. D.
JACOBUS GRONOVIUS.



QUALIS vel ab Græcis omnibus vel ab certis apud eos civitatibus fuerit ratio deducta cum pluribus, immo universis rebus, quæ ad domesticam perinde ac publicam vitam, atque adeo illum ampliorem simul angustioremque Stoicorum orbem pertinerent, satis ample potuit colligi ex præcedente copia, tam plena ac divite, ut desiderari plura vix debeant, si modo ipsa vel satiari, vel irritatam cognoscendi orexin implere in aliis possent, aut etiam tempori quotidie multa detegenti unquam satisfieret. Adeo semper in natali suo solo exuberat hoc ἀστεῖον & nunquam non fertile ac renidens cornu; adeo quælibet dulcioris ex Græcia doctrinæ pars efflorescere perseverans perpetua lætissimi succi incrementa subinde ejicit, quæ ad instar fibrarum in radicibus magis deinceps magisque exspatiari nitentium novis accessionibus instructa promoveri & duplicari gaudent, more avaritiæ τῆς ἔμπροσθεν ἐφιεμένης & ulterius aliquid sibi παραπηγνύειν desideranti. Nemo mentis non obtusæ ista vel bene vel secus scripta percenset, quin alicunde itidem suspensus, eandem propius applicet, partim quod bene dictum est ampliaturam, partim quod pejoris corticis videtur, despumaturam & redacturam in melius, atque ita ἐπιζητοῦσαν, ut tandem contempletur universa. Sic libenter omnis ætas certavit huic cadaveri apponere candelam. Hæc annosa fuit hereditas non quidem jure aliquo intra gentiles ac legitimos ad privatas res augendas coercita, sed publice exposita humanitati fundandæ ac poliendæ, ingenio acuendo, veritati obtinendæ spectandæque, cujus scintillæ titillantes non patiuntur marcere & quiescere nisi ea penitus prolata. Isto fermento turgescentes hæ deliciæ aversantur occultum, & per hos stimulos contigit, ut magno impetu explicatio singulorum etiam Græci moris vestigiorum maturuerit in tantum, ut nunc tot paginæ beneficio præsertim duorum præcedentium seculorum exornatæ tantisque nominibus afflatæ congeri valuerint, & collato quidquid exstabat in priora fideliter volumina jam exhausisse videamur, quod digne huc traduci merebatur.

Sed dum id agis, ut cognoscas; nonne sic quoque mancum istud omne intelligis? Etenim id ipsum, in quo maxime vaporatas aures habuit Græcia, & quod decoctum in ea præcipue fuit, adeo ut in illius exercitio reliquis præluxerit populis, intactum penitus mansit, ita ut nec ipsa studiorum decora, nec illos qui in hoc vitæ & famæ genere atque usu decenter enituerunt, etiamnum in hoc consortium recepta animadvertas. Græcia erat angusta inter Ægæum pelagus Ioniumque regio: In ea quæ fuere multa sive egregia sive notabilia, ista tamen omnia æque in aliis regionibus potuerunt pari ambitione florere. Una possessio ingenii, una ex studiis gloria (neque enim moramur Ægyptum veterem) sedem suam firmavit in Græcia, neque communicari se permisit cum aliis populis,

nisi poſtquam Græcæ literæ ex natali tractu evectæ diſſipatæque ſunt per plurimas circa mare mediterraneum partes. Tunc brevi potuit Aſia, potuerunt regiones aliæ proventum exhibere mentium ſimiliter capacium & ad ſtudia valentium. Hoc igitur totum & peculiari proprietate adfixum ac divinitus donatum Græciæ & ab tantis examinibus ingeniorum illuſtratum vel maxime ad Græciæ notitiam quam quærimus pertinet, & illorum omnium nomina hinc albo Græciæ ut communis ſtudiorum patriæ inſcribi oportet. Neque idcirco hanc ſeriem notes ac vituperes oportet ut pede varo regulam; nec ἀυτοματίζοντες ita progreſſi ſumus, ſed certa ratione. Sane quidem per ſaturam admixta jam plurima, & literarum ſive operas ſive cultores paſſim conſecratis nominibus honorari deprehendas. Verumtamen ut ſevera enumeratio iret per ſingula, ac certa chartarum deſtinatio illam partem contineret, curare ſtudium noſtrum fuit. Hanc igitur Græciæ venuſtatem & veram & ſuper alias laudabilem, & quæ diuturna ac ſolida adhæſit Græciæ, etiam tum illic manens, quum priora fere omnia jam evanuiſſent, immo qua deinceps ætates omnes regioneſque frui ambiverunt, ſi non univerſam, certe quædam ejus gloriæ ſpecimina, prout diverſis ad explicandum placuerunt, in hoc volumen convehere præſtabit.

Neque vero degenerat ſucceſſio. Nam præterquam quod felis in omni Græcia nomen Johannis Meurſii in hoc etiam ſæculo vel plurima exaſciaverit, depictis non tautum Æſchylo, Sophocle, Euripide, Theſeo, Theophraſto, jam olim grate exceptis, ſed etiam tot Dionyſiis & Heraclidis, ex abdito productis, ut omnino palma illi deferenda ſit; tum nunc denique ſplendet auctis laborum ejus ad inſtaurandam Græciam pignoribus Bibliotheca Græca (utinam integra! ſed ut nunc eſt, quatenus haberi potuit) itemque Attica, non ſemel ab eo inter citandum promiſſa & ſtudioſorum hominum votis objecta, ut jam apparet, nequaquam ex ambitione, prout ſæpe placuit fieri, ſed quod utramque comptam & paratam neſcio quæ ratio exire prohibuerit. Neque in hac parte offendat te inſcriptio librorum novem Bibliothecæ Atticæ, quum ſex modo ſequentes præbeantur. Scilicet Æſchylo, Euripidi, Sophocli, ſingulos in hoc volumine libros deſtinaverat; ſed mutato poſtea conſilio illis tribus hinc demptis peculiare volumen attribuit, editum jam anno MDCXIX. unde patet, quamdiu in mundo hic labor exſtiterit, quem dubito, an deinde unquam recenſuerit Meurſius, occurrentibus adeo nonnullis, quæ ſine hæſitatione & nota legere non potuiſſet, de quibus quum ipſe præſtare nihil poſſem, compulſus fui hic illic miniatulas in ima pagina adnectere, & nunc fateri utramque hanc magnæ mihi moleſtiæ fuiſſe. Non hic deprehendes unum ſcribendi apparatum, qui variis placuit ingeniis, & unum curæ genus, quod diſſimili conatu & complexu ingens multitudo occupavit, prout noſtræ ætati jam frequenter placuere aliquoties hujuſmodi collectiones. Sed rem oppido ſuaviſſimam offert Meurſiana hæc induſtria, ut conſiderare poſſis, quam ingenium Græcum fuerit ſedulum, acutum, vafrum, paratumque ad materiam antea incognitam & inauditam exercitio ſuo proponendam, quamque multiplex cogitatio velut circummiſſa ſit per omnia, ut feligeretur unicuique aliquid diverſum & ſecretum ad meditationis ſuæ acrimoniam.

Sed & egregius Meursiana illa ſtipat comitatus, ſive illum animo ſimul ac ſtilo ſplendidum & nobilem ab Hamburgo Wowerium exigas, ſive operoſam Creſollii induſtriam, ſive quos minuto magis inſtructos viatico hunc chorum celebrare vides Caſtellanos, Falconerios, Fabros, Allatios reliquoſque; ſingulos quidem ſuæ naturæ ſemina ſequutos, ſed ita tamen, ut ſit futurum certe, in quo ſi non uniuſcujuſque induſtriæ laudes grateſque maximas libens acturus ſis, certe omnes amaturus, etſi non ſine differentia quadam. Neque ipſe dubitavi partem huc conferre, quam nactus fueram Florentiæ ſatis notabilem, ut integram exſtare debere quilibet judicaturus ſit, præſertim ipſa laceratione, quæ ſic membratim Pariſiis eam carpſit, id ipſum hortante. Quod unum optare potui, eſt, ut Salmurienſis libelli interpretationem Latinam, quam inchoat col. 749. videre mihi licuiſſet, antequam typis traderetur. Hanc enim qui exaravit, næ ille teterrimam amico meo & deſiderio ejus fraudem intulit. Adeo inſcite animadvertas non modo recedere Latina ab Gallicis, ſed nævos indignos certe ſtudiis Tan. Fabri, hiſtoriamque & rem ipſam violantes impactos dolui; unde recte feceris, ſi iſtud quodcunque eſt, demum perlegas poſtquam deleveris aut correxeris illa, quæ monſtrat indiculus ad hanc cauſam præmiſſus. Verſatur autem in hoc compendio auctor more ſolito, prout is in ſcribendo nunquam riſum aut licentiam quandam abdicavit, ut ego quidem juſſerim eum abire cum Dario Hyſtaſpis, quem in Anacreonte ſcribit ab Hippia impulſum *d'entreprendre le voyage, qu'il fit contre les Atheniens*. Id illi ſane licet; Latino aut Græco aut ſeverioribus ſtudiis adſueto nauſea & lutum & ſomnium merum eſt, in quo vidit ſe comitem ejus; quando etiam potuit videre aut ſaltem viſus fuit ſibi videre Nicandrum, de quo ait *qu'il veſcut du temps du dernier Attalus, ſurnomme Galatonices, qui fut defait par les Romains*. Neque enim niſi ſomnians potuit videre talem unum Attalum, in quem iſta omnia pariter convenirent, ita interpretans verba Suidæ τὸν νέον Ἄτταλον, ἤγουν τὸν τελευταῖον τὸν Γαλατονίκην, ὃν Ῥωμαῖοι κατέλυσαν.

Sed liceat ipſa paginarum veſtigia paulo preſſius adſequi, ut quid ex manibus eruditis exciderit, perite magis ſpectemus. Ex quo genere videtur eſſe, quod abrupte magis quam ſatis ſcite pronunciatur in col. 36. quia Traſymachum Plato deſcribit τὸ τοῦ Χαλκηδονίου σθένο, ut ſic vocet Χαλκηδόνιον, male proinde eſſe in Philoſtrato Καρχηδόνιον, recte apud Suidam Θρασύμαχος Χαλκηδόνιος, quaſi & in Philoſtrato, quem in medio deprehenſum velut manu opprimit, ſic conſuli deberet, quum jam ſex annis ante in prima Sidonii Apollinaris editione magnum ejuſdem nationis lumen Sirmondus docuiſſet ex nummis & aliis monumenti patere etiam appellatos fuiſſe Καλχηδονίους vel Καλχαδονίους, quorum priore uſus fuit procul dubio Philoſtratus, cujus manum corruptam quoque ex ſe monſtrare maluit Johnſius in lib. 1. de ſcriptoribus Hiſtoriæ Philoſoph. cap. x. quam Sirmondi indicium laudare. Ita mireris licet, cur col. 47. Protagoræ hiſtoriam hoc rerum & verborum ordine judicaverit explanandam (*Protagoras autem per præconem in exilium ejicitur, ſcripta ab illo volumina comburuntur, & fuligine prope dicam illa atque fumo Sophiſtarum exiſtimatio maculatur, ut Laertius*) Certe non per præconem illic ejiciebatur quis in exilium, ſed per ſuffragia & juſſum populi. Neque Laertius in ea parte præconem adhibet, quem mire trajecit iſte ſtructor; Διὰ ταύτην δὲ τὴν ἀρχὴν

τοῦ συγγράμματος ἐξεβλήθη ὑπὸ Ἀθηναίων· καὶ τὰ βιβλία αὐτοῦ κατέκαυσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ὑπὸ κήρυκα ἀναλεξάμενοι παρ' ἑκάστου τῶν κεκτημένων, prout in editionibus non male diſtinguitur, quum tamen Latina apponant non quidem diverſimode, ſed tamen proxime ad confuſionem diſsecta, *librique illius in foro cremati ſunt ſub præconis voce, a ſingulis qui illos habebant, inveſtigati*. Col. 53. minus attento animo ſcriptum videtur (*Demetrius è ſuo regno, Athenienſes ex Attica, lege & edicto ſophiſtas pepulerunt, ut ſcribit Caryſtius in hiſtoricis Commentariis*) Quem enim Demetrium hunc cum regno imaginatus ſibi fuit ſcriptor noſter, aut quem nos imaginabimur, quum ſane qui Demetrii habuerunt regna, de iis id non ſatis commode cogitare poſſimus; Certe quum apponit idem feciſſe Athenienſes in Attica, merito id regnum Demetrii alia in regione requirimus. Et tamen nonniſi ipſe Demetrius Phalereus intelligi videtur, atque adeo de ipſa Attica, ubi licet ille ex arbitrio fere omnia ad tempus egerit, non tamen illi ſubnecti debebant Attica & Athenienſes velut diſſepta inde longo diſcrimine terra ac natio. Col. 55. citat ex Iſocratis Panathenaico ἀδοκίμους καὶ πονηροὺς σοφιστάς, quos Latine intelligit ſicut ipſe, ita etiam Wolphius etſi invertens *obſcuros improboſque*, unde ita ibi junguntur vocabula & proprietates, quæ incongrue jungi videntur, quum plerumque improbi exſultent atque in fama & quadam frequentatione ſint, non obſcuri. Sed qualecunque id erit, Græca conveniunt optime, in quibus illi primam vocem imperite omnino aſpexerunt tanquam idem eſſet ἀδόξους. Iſocrates ſane notavit improbos & pravos. Ita nequaquam ab eruditione eximia hujus ſcriptoris opinarer prodire poſſe, quod adverto col. 89. ubi in Divi Platonis contextu ſuſtinet fateri, quum ab eo dicantur Sophiſtæ οἱ τὰ μαθήματα περιάγοντες κατὰ τὰς πόλεις, καὶ πωλοῦντες καὶ καπηλεύοντες τῷ ἀεὶ ἐπιθυμοῦντι, in eis verbis ſe legere τῷ αὐτῶν ἐπιθυμοῦντι. Quæ mutatio quidem non modo inconcinna eſt nec ex genio dulcedinis vetuſtæ concepta, ſed etiam vitioſe abundat, ut luxurietur. Certe tunc fuit immemor, quemadmodum Strabo ſcripſerit lib. XVII. Ἐπαρχία νῦν ἐστὶ, φόρους μὲν τελοῦσα ἀξιολόγους· ὑπὸ σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν διοικουμένη τῶν πεμπομένων ἐπάρχων ἀεί: quemadmodum Scaliger ad librum primum Propertii ex Dione annotaverit τῶν ἀεὶ ὑπάτων, οἱ ἀεὶ δήμαρχοι &c. & id ipſum obſervaverit quoque Caſaubonus ad librum 1. Strabonis, ubi itidem ex eodem Platone citat τὸ ἀεὶ παραφερόμενον δεῖπνον, atque adeo vim & uſum eſſe ſimilem vocis ἑκάστοτε. Non eſt autem, cur credam ab mente tam inſtructa veniſſe voces col. 153. (*Ipſa Venus cum delinimentis, cum cæſtu myrothecioque ſuo ridebat*) quum in ſuperioribus bene oſtenderit κεστὸν illum ſibi notum ſatis eſſe; etſi profecto vix tam enorme ſit illa duo confudiſſe, quam ſi dicas Plutarchum Iſocrati periodos ſuas mirifice elaboranti tribuiſſe ſcalprum & dolabram, ex quibus hanc non legimus in poliendo & lævigando, vel, ut ait Plutarchus, ἐν τῷ ἀπολεαίνειν καὶ ῥυθμίζειν adhibitam, ſed ſubruendo & dirumpendo, Plutarcho dicente κολαπτῆρσι καὶ ξυστῆρσι, utique Gloſſaria ἀξίνην intelligant *dolabram*. Omnino nequeas cenſere de induſtria factum eſſe, ut vel col. 165. ex Senecæ controverſia XIX. citaret (*Triarius compoſitione verborum belle audientium multos ſcholaſticos delectabat*) quum editiones noſtræ illic legant *belle cadentium*: vel col. 174. ex Plutarcho protulerit ἀνωφελεῖς καὶ ἀνοήτους (quorum poſtremum nunc vides corrupte magis exhibitum ἀνοήσους) quum vellet ſcribere, idque interpretaretur ἀνονήτους, prout in ipſo Plutarcho exſtat, bene conſtituto vocabulo. Sed neque credes Creſollio,

dum

dum col. 195. ſtatuit Polemonem avertiſſe ἐσχηματισμένους λόγους, idque *ob difficilem tractationem earum actionum.* Sic namque interpretatur διὰ τὸ δύστροπον τῶν τοιούτων ὑποθέσεων, ſane ex imitatione interpretis Philoſtrati, unde hoc arceſſitum eſt, prout interdum potuit δύστροπος conſiderari. Sed neſcio quam bene conveniat appellari ſophiſtam in dicendo clariſſimum, eumque tamen effugere aliquid non aliam ob cauſam, niſi quod ſit difficilis tractationis. Atqui quid δύστροπον appellet Philoſtratus, ſignificat in præcedente pagina in narratiuncula de Varo, ubi dicuntur αἰτιώμενοι Πολέμωνα ὡς ἀναιδῆ καὶ δύστροπον, quo notatur male moratus, vel moroſus, ut Latina reddunt. Huc etiam prorſus vergunt iſtæ figuratæ materiæ, quæ in ſuſpicionem pravitatis trahunt agentem, & ideo Polemon eas deſerebat. Id enimvero eſt indignum tam felice ingenio, tantoque ſophiſticarum rerum vocumque indagatore, quod col. 204. poſitum vides (Philoſtratus συνακολουθοῦντας νέους appellat; & in Vita Apoll. l. VIII. c. VIII. ſectatores Apollonii ὁμιλητὰς, quos etiam in Græcia nominabant Ἀπολλωνίου ἡκίας.) Fideliter quidem ita refertur, quod in loco iſto Philoſtrati legitur, & illic interpres ait *quos Apollonienſes philoſophos Græci appellant.* Sed ultra modum ridicule: & ne verba fundamus, legi oportuit Ἀπολλωνίου σκιὰς, quod quis non intelligit? & reor ab aliis jam eſſe obſervatum. Quin etiam locus Gregorii Nazianz. οἱ πάντα εἰδέναι τε καὶ διδάσκειν ὑπισχνεῖσθε λίαν νεανικῶς καὶ γενναίως, quem citat col. 213. non debuit Latine intelligi *qui ſcire vos omnia & docere profitemini perquam fortiter ac generoſe*, prout tamen interpretem ſequutus fuit. Nam in vocabulo *fortiter* eſt aliquid laudabile; in Græco νεανικῶς nihil eſt niſi temerarium, audax, calidum, atque adeo vituperii plenum, quo ſenſu col. 214. ex eodem citatur, ἵνα τι καὶ νεανιεύσωμαι. Sic col. 214. quam modo citavi, ſcribitur Dion Pruſæus dicere ſophiſtas διαθέσθαι τὴν ἄγραν, *prædæ ſe accingere*, cum magnus cætus auditorum affluit. Quæ verſio eſt ſatis obſcura, quum interpres ejus oratoris reddat *præbenſque illi deinde facultatem ut præda uteretur pro arbitrio.* Quod ſane jam deſignat certius aliquid, atque ideo propius accedit ad mentem Dionis, qui ſtatuit prædam tunc jam adeo certam eſſe, ut de ea vendenda ſedulo cogitare utque exſugere adſtantem turbam poſſit, & ei extorquere tantam pecuniam, quantam velit. Eſt enim διαθέσθαι hoc loco dictum, prout ab Harpocratione explicatur Διάθεσις, de qua voce illic dixi, quam turpe eſt adeo invenuſte ubique adminiſtrari. Neque enim abſtinere hic debeo ab monſtrando altero loco, quem ex Diogene Laertio offert ipſius hujus voluminis columna 586. ubi dicuntur Dionyſius & Zopyrus Colophonii auctores eſſe operum, quæ vulgarentur ſub nomine Menippi, οἱ τοῦ παίζειν ἕνεκα συγγράφοντες, ἐδίδοσαν αὐτῷ ὡς εὖ δυναμένῳ διαθέσθαι. Ubi quum in verſionibus nihil ſit bonæ ſententiæ, nuper Kuhnio ſuboluit hanc ſignificationem requiri, eam libros facere vendibiliores. Sed nulla ibi comparandi ratio: atque illi datos iſtos libros jocorum plenos ait, qui bene eos noſſet vendere. Columna quidem 218. vides citari locum Philonis, ita ut ſola Latina exhibeatur verſio, ut videtur judicante auctore eam faciliorem intellectu nec Græca eſſe neceſſaria. Quod ſi ita eſt, ab eo vel maxime diſſentiendum mihi video. Quid enim Philoni homini Aſiatico, cum venditatione in foro ſub haſta, quæ ratio ſolis uſurpata fuit Romanis, ad quos utique ſermonem tunc non habebat? Sed etiam quis vili pretio utique vendita fuiſſe ſtatuet, quæ in foro ſub haſta vendebantur? Sicut potuit id

fieri, atque etiam factum novimus: ita certe & illic extendebantur sæpe pretia, Sed Græca rem clare aperiunt. Πῶς γὰρ οὐκ ἐναργῆ καὶ πρόδηλα τὰ ὀνείδη, τῶν λεγόντων μὲν εἶναι σοφῶν, πωλούντων δὲ σοφίαν καὶ ἐπευωνιζόντων, ὥσπερ φασὶ τοὺς ἐν ἀγορᾷ τὰ ὤνια προκηρύττοντας. In his nulla mentio hastæ, ut de tali venditione somniari debeat. Agitur de venalibus in foro, sive obsoniis, sive aliis esculentis & utensilibus, quæ præconio indicabatur venalia in foro prostare bono pretio, ut fieri solet, si copia advenerit.

Cæterum sistit me & violentius advertit col. 416, ubi Cl. Meursius inter eos, quibus Æschylis nomen fuit, indagat, ut reor, feliciter unum, quem statuit fuisse Alexandrinum, eique attribuit opus de Proverbiis, quod a Zenobio memorari notaverat. Quod sive ita sit, sive aliud lateat, certe hinc admoneor libelli, qui sub nomine Plutarchi continens proverbia Alexandrinorum (quum videantur potius proverbia Græca ab Alexandrino collecta) exstat in inclita Bibliotheca Medicea; de quo quum jam alibi verba facta sint, credidi rem dignam hoc Thesauro a me præstitum iri, si quodcunque id esset, nunc insertum integre cognosceres & deliberares, utrum huc id pertinere posset, nec ne. Equidem inter opera Plutarchi amissa citantur libri duo adagiorum & Erasmus aliquoties citat Collectanea Plutarchi, in quibus videntur exstitisse non aliena ab his Florentinis. And. Schottus suspectum hoc in negotio facit Erasmum, non semel eum aggrediens, modo in præfatione *accessione Proverbiorum, quam cur Plutarcho adscribat Desiderius, nondum equidem intelligere potui*, modo in Præfatione *Vaticanam Appendicem, quam sine argumento, nulloque auctore Erasmus Plutarchi Collectanea passim appellat;* iterumque *Quæ Proverbia vidisse ex parte observo Desiderium: sed ea cur Plutarcho, ut diximus, attribuat, nondum compertum.* Equidem etsi non videatur has ipsas paginas habuisse, aut aliud earum exemplar, utique tamen nonnulla ex Proverbiis apud Erasmum citatis certe in hoc libello exstant, ut eorum fides hinc ita confirmetur. Sed illi ad manum videtur fuisse aliquid auctius, quum ex illis Plutarchi collectaneis etiam ab eo citetur, quod in hoc numero non deprehendes, in quo tamen ipso ratam debere esse auctoritatem Erasmi, postulant hæc quædam fidei ejus pignora. Porro ut existimes doctrinam publicam quoque hinc adjuvari, colliges ex ea pericopa, qua Λιμῷ Δωριεῖς describuntur, illi ab Scylace memorati, illi ab Vossio non nisi ex iterata Hesychii citatione cogniti, quum nollet ab Erasmi diu ante Vossium eos ex eodem Hesychio ostendentis indicio aliquid petere, & postea tamen ab Palmerio Grentemesnilio tam absurde in dubium vocati. Inter hæc quod maxime notari oportet, est vetus dictum Κράδης ῥαγείσης, quod quum occurrat etiam in Vaticana Appendice, illustrare conatur Andr. Schottus ex verbis ab Henr. Stephano prolatis, tanquam auctore Zenodoto. Atqui eadem illa istius citati Zenodoti verba in hoc libello videbis. Et sunt similia plura.

α. Οἴκοι τὰ Μιλήσια· ἐπὶ τῶν ὅποι μὴ προσήκει τὴν τρυφὴν ἐπιδεικνυμένων. Ἀρισταγόρας ὁ Μιλήσιος ἐλθὼν ποτὲ εἰς Λακεδαίμονα ἠξίου βοηθεῖν τοῖς Ἴωσι, πολεμουμένοις ὑπὸ Περσῶν· ἐδημηγόρει δὲ ἐσθῆτα ἔχων πολυτελῆ καὶ τὴν ἄλλην τρυφὴν τὴν Ἰωνικήν. εἶπεν οὖν τις πρὸς αὐτὸν τῶν Ἐφόρων, οἴκοι τὰ Μιλήσια.

1. Domi Milesia: in eos qui luxuriam ostentant, ubi non oportet. Aristagoras Milesius, quum aliquando venisset Lacedæmona, rogatum ut suppetiæ ferrentur Jonibus, quos Persæ oppugnabant, atque ita concionaretur in veste pretiosa ac reliquo luxu Jonico, dixit illi ex Ephoris unus, Domi Milesia.

β. Αἱ Χάριτος ὑποσχέσεις· ἐπὶ τῶν προχείρως ἐπαγγελλομένων. Χάρης γὰρ στρατηγὸς Ἀθηναῖος προχείρως πολλὰ ἐπηγγείλετο·

2. Charetis promissiones: in eos, qui prompte pollicentur. Chares enim dux Atheniensis prompte multa pollicebatur.

γ. Ὀπισάμβρῳ· ἐπὶ τῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐν τοῖς πράγμασι προβαινόντων ἀεὶ, παρὰ τὸ ὀπίσω βαίνειν.

3. Opisambro: in eos, qui ad pejus in negotiis procedunt semper, composita voce ab retrogradi.

δ. Εὐδαίμων ὁ Κορίνθιος· κώμη ἐστὶ πλησίον τῆς Κορίνθου κατάφυτος, ὡς τῶν ἐν τῇ κώμῃ ὁμολογούντων μὲν Κόρινθον εἶναι εὐδαίμονα, αἱρουμένων δὲ ἥττονα κώμην ἔχειν.

4. Beatus Corinthius: pagus est prope Corinthum consitus, tanquam paganis fatentibus Corinthum quidem beatam esse, præferentibus vero minorem pagum habere.

ε. Τυδεὺς ἐκ συφορβίου· ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων. Τυδεὺς τὴν θυγατέρα Ἱππονόου Περίβοιαν ἐβιάσατο. γνοὺς δὲ αὐτὴν ἔγκυον οὖσαν ὁ πατὴρ συφορβοῖς παρέδωκε μετὰ τοῦ γενομένου παιδίου Τυδέως.

5. Tydeus ex hara: in indoctos. Tydeus filiam Hipponoi Peribœam violavit. Pater autem cognito filiam esse gravidam subulcis tradidit cum nato Tydei.

ϛ. Κλειτοριάζεις· ἐπὶ τῶν παιδεραστούντων.

6. Clitoriazis: in puerorum amatores.

ζ. Τί σοι ὁ Ἀπόλλων ἐκιθάρισεν; εἴγουν τί ἐμαντεύσατο.

7. Quid tibi Apollo citharizavit? aut quid vaticinatus est?

η. Κεστρεὺς νηστεύει· ἐπὶ τῶν δικαιοπραγούντων μὲν, οὐδὲν δὲ πλέον ἐκ τῆς δικαιοσύνης ἐπιφερομένων. ὁ γὰρ κεστρεὺς τῶν ἄλλων ἰχθύων ἀλληλοφαγούντων μόνος ἀπέχεται τῆς σαρκοφαγίας, ἐσθίων ἰλύν.

8. Mugil jejunat: in eos, qui juste quidem agunt, nihil vero amplius ex justitia lucrantur. Nam mugil quum alii pisces devorent alter alterum, solus abstinet carnis esu, vescens luto. (*Edidi ut habent alii. Sed MS. profert κερκοφαγίας. unde videtur corrigi debere κεστροφαγίας.*)

θ. Βοιωτοῖς μαντεύσειας· αὕτη κατάρα τίς ἐστι. Μαντευομένοις γὰρ τοῖς Θηβαίοις περὶ πολέμου ἀνεῖλεν ἡ Πυθία νίκην αὐτοῖς ἀσεβήσασιν ἔσεσθαι. εἷς δέ τῶν θεωρῶν ἁρπάσας τὴν προφῆτιν Μυρτίλα ἐνέβαλεν εἰς θερμοῦ παρακείμενον λέβητα. Ἄλλοι φασὶ, Θηβαίοις πολεμοῦσι Βόμβρος μάντις πλείους ἔφη νικήσεσθαι, εἰ προθύσαιεν τῶν ἡγεμόνων ἕνα. οἱ δὲ, ἀποκτείναντες τὸν Βόμβρον ἐνίκησαν.

9. Bœotis vaticineris: est hæc exsecratio quædam. Etenim Thebanis oraculum consulentibus de bello respondit Pythia victores fore, si impie fecissent. Unus igitur legatorum raptam vatem Myrtilan conjecit in appositum lebetem aquæ calidæ. Alii dicunt, Thebanis bellantibus Bombrus vates dixit fore ut vincant plures, si in antecessum immolassent unum ex ducibus. Illi autem occiso Bombro vicerunt. (*Myrtilan vocavi ex Zenobio, sed postrema vocis ejus pars per notam in MS. concepta. Quasi Myrtian aut Myrtida dictaret.*)

ι. Πλείους τῶν Καλλικυρίων· Καλλικυρίων ποτε πλῆθος ἐπῴκησε τῆς Συρακούσης οὕτω πολλοὶ, ὥστε καὶ τοὺς προτέρους οἰκήτορας ἐκβαλεῖν.

10. Plures Callicyriis: Callicyriorum quondam multitudo adeo frequens concessit habitatum Syracusis, ut etiam priores incolas expulerit.

ια. Κέλμις ἐν σιδήρῳ· ἐπὶ τῶν σφόδρα ἑαυτοῖς πιστευσάντων, ὅτι ἰσχυροὶ καὶ δυσχείρητοι πεφύκασι. Κέλμις γάρ τις ἐν Ἴδῃ ἐγένετο στερρότατον σίδηρον ἐργαζόμενος.

11. Celmis in ferro: in eos qui vehementer sibi confiderent, quod essent validi & expugnatu difficiles. Celmis enim in Ida fuit ferri solidissimi faber.

ιβ. Ὁ Κερκυραῖος μαστιγούμενος ἅμα αὐτὸν ἠργολάβησαι. Αἱ μάστιγες αἱ Κερκυραῖαι λέγονται διάφοροι εἶναι παρὰ τὰς ἄλλας.

12. Corcyræus flagellatus simul ipsum suscepisti. Flagella Corcyræa feruntur eximia præ aliis.

ιγ. Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλα ἐπίβαλλε· ἐπὶ τῶν διὰ γῆρας δεομένων ῥᾳστώνης τινὸς καὶ ἀναπαύλης.

13. Equo senescenti minores clitellas impone: in eos qui propter senium egent quiete aliqua & remissione.

ιδ. Πόλεις παίζομεν. Πόλις εἶδος ἐστὶ παιδιᾶς πεττευτικῆς.

14. Urbes ludimus. Urbs est species lusus calculorum.

ιδ. Αριστα χωλὸς οἰφεῖ. αἱ Αμαζόνες τοὺς γινομένους ἄρσενας ἐπήρουν, ἢ σκέλος, ἢ χεῖρα περιελόμεναι. πολεμοῦντες δὲ πρὸς αὐτὰς οἱ Σκύθαι, καὶ βουλόμενοι πρὸς αὐτὰς σπείσασθαι ἔλεγον, ὅτι συνέσονται τοῖς Σκύθαις εἰς γάμον ἀπηρώτοις καὶ μὴ λελωβημένοις. Αποκριναμένη δὲ πρὸς αὐτοὺς ἡ Αντιάνειρα ἡγεμὼν τῶν Αμαζόνων εἶπεν, ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ.

ιϛ. Εφυγον κακὸν καιρὸν, εὗρον ἄμεινον· ἐπὶ τῶν μεταβολὴν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα οἰωνιζομένων. Αθήνησι γὰρ ἐν τοῖς γάμοις ἔθος ἦν ἀμφιθαλῆ παῖδα ἀκάνθας μετὰ δρυίνων καρπῶν στρέφεσθαι, καὶ λικνὸν ἄρτων πλήρη περιφέροντα λέγειν, ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. Εσήμαινον δὲ, ὡς ἀπεώσαιντο μὲν τὴν ἀγρίαν καὶ παλαιὰν δίαιταν, εὑρήκασι δὲ τὴν ἥμερον τροφήν.

ιζ Μυκόνιος γείτων· ἐπὶ τῶν διαβεβλημένων ἐπὶ γλισχρότητι καὶ μικροπρεπείᾳ, παρὰ τὴν μικρότητα τῆς νήσου καὶ εὐτέλειαν τῆς Μυκόνου.

ιη. Τὸ σκαμβὸν ξύλον οὐδέποτε ὀρθοῦν· ἐπὶ τῶν πειρωμένων διάστροφα ξύλα κατευθύνειν.

ιθ. Ο παῖς τὸν κρύσταλλον· ἐπὶ τῶν μήτε κατέχειν δυναμένων, μήτε μαθεῖν βουλομένων.

κ. Τὸν ἵππον ὁ Σκύθης· ἐπὶ τῶν κρύφα τινὸς ἐφιεμένων, φανερῶς δὲ ἀπωθουμένων καὶ διαπτυόντων αὐτό.

κα. Ηράκλειος φορά· ἡ τῶν Ηρακλείων λουτρῶν δεομένη πρὸς θεραπείαν. ἡ γὰρ Αθηνᾶ τῷ Ηρακλεῖ πολλαχοῦ ἀνῆκε θερμὰ λουτρά.

κβ. Οὐκ ἔστι δούλων πόλις· διὰ τὸ σπάνιον εἴρηται.

κγ. Βούνας δικάζει. ἐπὶ τῶν τὰς κρίσεις ἀναβαλλομένων ἀεὶ καὶ ὑπερτιθεμένων. Βούνας γὰρ Αθηναῖος ἐγένετο. Τούτῳ Ηλεῖοι πρὸς Καλλιωνείους διαφερόμενοι ἐπέτρεψαν δίκας νομίσαντες ἀναμένειν, ἕως ἂν ἀποφῆναι. Γνοὺς δὲ ὁ Βούνας τοῦτο ἀνεβάλλετο μέχρι τελευτῆς τὴν ἀπόφασιν.

κδ. Λοκρικὸς βοῦς· ἐπὶ τῶν εὐτελῶν. Οἱ Λοκροὶ γὰρ ἀποροῦντες βοῶν πρὸς δημοτελῆ θυσίαν, σικύοις ὑποθέντες ξύλα μικρὰ καὶ σχηματίσαντες βοῦν, τούτῳ τὸ θεῖον ἐθεράπευσαν.

κε. Θεὸς ἡ ἀναίδεια· ἐπὶ τῶν διὰ τὴν ἀναισχυντίαν ὠφελουμένων.

κϛ. Κακίον Βάβυς αὐλεῖ· ἐπὶ τῶν κατὰ τὸ χεῖρον ἀσκούντων.

15. Optime claudus ſubigit: Amazones maſculos, qui naſcebantur, mutilabant vel crus vel manum auferentes. Scythæ vero contra illas bellantes, & volentes pacificare cum eiſdem dicebant, ut cum Scythis inirent nuptias integris & non mutilatis. Quibus reſpondens dux Amazonum Antianira dixit, optime claudus ſubigit.

16. Effugi malum tempus, inveni melius: in eos qui mutationem in ſe ipſis meliorem augurantur. Athenis enim in nuptiis mos erat puerum patrimum & matrimum ſpinas cum fructibus ilicis torquere, & vannum panibus impletum circumferentem dicere, effugi malum, inveni melius. Significabant autem, quemadmodum abegiſſent quidem feram & priſcam vitæ rationem, inveniſſent vero mitem cibum.

17. Myconius vicinus: in eos qui traducuntur ob malignitatem & avaritiam, propter exiguitatem inſulæ & vilitatem Myconi. (*Nam temere erat in MS.* Μυκήνης.)

18. Incurvum lignum nunquam corrigere: in eos qui tentant in rectum redigere obliqua & diſtorta ligna.

19. Puer glaciem: in eos qui neque retinere poſſunt, neque volunt diſcere.

20. Equum Scytha: in eos, qui clam ad aliquid adſpirant, palam vero detrectant illud & deſpuunt.

21. Herculea noxa: quæ lavacris Herculis eget ad ſanandum. Minerva enim Herculi multis locis ſubmiſit calida lavacra.

22. Non eſt ſervorum civitas: propter raritatem dictum eſt.

23. Bunas judicat: in eos, qui judicia ſemper rejiciunt & differunt. Bunas quippe Athenienſis fuit. Huic Elei, quum litem haberent cum Cyllenæis, permiſerunt arbitria, quum conſtituiſſent ſuſpendere, uſque dum pronunciaret. Bunas vero illud quum ſciret, diſtulit pronunciationem uſque ad mortem. (Κυλληναίους *enim ſcribendum puto.*)

24. Locrenſis bos: de vilibus. Locri enim quum indigerent bubus ad publicum ſacrificium, cucumeribus ſupponentes exigua ligna, & formantes bovem, eo numen propitiarunt.

25. Dea impudentia: in eos, qui per inverecundiam ſectantur commoda.

26. Pejus tibia canit Babys: in eos qui in pejus exercent.

κζ. Αει-

κζ. Ἀειδε τοὺς Τέλληνος· ὁ Τέλλης ἐγένετο αὐλητὴς καὶ μελῶν ἀνυποτάκτων ποιητής.

27. Cane Tellenis: Telles fuit tibicen, & cantilenarum inconditarum poeta.

κη. Ὕδωρ παραῤῥέει· ἐπὶ τῶν ἐκ παντὸς ἔργου ἐπαγγελλομένων καταπράξασθαι τὸ προκείμενον. Μετῆκται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ὑπὸ σπουδῆς καὶ εἰς ῥέοντα πλοῖα ἐμβαινόντων καὶ παραβαλλομένων τῷ κινδύνῳ.

28. Aqua præterfluit: in eos, qui ex omni opere pollicentur perficere propositum. Translatum vero etiam est ab illis, qui præ studio conscendunt quoque in rimosas naves, & periculo se exponunt.

κθ. Μιχθοφόρων· αὕτη λέγεται ἐπὶ τῶν ἐρασμίων διδάσκαλος καὶ ὑπερηφάνων, ὡς φασὶ καὶ τὴν Σαπφὼ ἐρασθῆναι· μὴ φέρουσαν δὲ τὸ πάθος ῥῖψαι αὐτὴν κατὰ τῶν ἐν Λευκαδίῳ πετρῶν.

29. Mentam ferens: Id dicitur de amabilibus... magistra & superbientium, prout ajunt quoque Sappho captam amore, nec bene imperantem affectui se dejecisse ex petris Leucadiis. (*Lego enim μισθοφόρῳ, nomen mulieris, & opinor aliqua deesse.*)

λ. Λιμοῦ πεδίον· ἐπὶ τῶν ὑπὸ λιμοῦ πιεζομένων πόλεων. Τόπος γάρ ἐστιν οὕτω καλούμενος λιμοῦ πεδίον.

30. Famis campus: in urbes, quæ inedia premuntur. Locus enim est ita appellatus Famis campus.

λα. Πεύκης τρόπον· ἐπὶ τῶν πανωλεθρίᾳ ἀπολλυμένων, παρόσον ἡ πεύκη κοπεῖσα οὐκέτι φύεται.

31. Piceæ more: in eos qui occidione pereunt, quoniam picea cæsa non amplius nascitur.

λβ. Οὐκ εἰμὶ τούτων τῶν ἡρώων· ἐπὶ τῶν μὴ βουλομένων εὖ ποιεῖν. Οἱ γὰρ ἥρωες κακοῦν ἕτοιμοι ἢ μᾶλλον ὠφελεῖν.

32. Non sum istorum heroum: in eos qui nolunt bene facere. Heroes enim ad nocendum paratiores quam prosperandum.

λγ. Βοῦθος περιφοιτᾷ. ἐπὶ τῶν ἀσυνέτων καὶ παχυφρόνων, ἀπὸ τινος πυθιονίκου Βούθου καλουμένου.

33. Buthus circumit: in eos, qui non intelligunt, & crassæ mentis sunt, ab quodam Pythiorum victore, cui nomen Buthus.

λδ. Λιμῷ-Δωριεῖς· σιτοδείας ποτὲ γενομένης ἐν Πελοποννήσῳ ἐφόδια τινὲς λαβόντες ἀπῇραν· πλανωμένους δὲ αὐτοὺς ὑπεδέξατο ἡ ἐν Ῥόδῳ Τρίπολις· ἐκλήθησαν δὲ διὰ τοῦτο Λιμῷ-Δωριεῖς.

34. Fame-Dorienses: Quum aliquando Peloponnesum premeret annonæ caritas, viatica nonnulli adepti discesserunt, eosque vagantes suscepit Tripolis in insula Rhodo, & propterea vocati sunt Fame-Dorienses.

λε. Μερὶς οὐ πνίγει· φασὶ περὶ τὴν Ἑλλάδα μὴ εἶναι σύνηθες τοῖς ἀρχαίοις διανέμειν μερίδας· διὰ δὲ προφάσεις τινὰς ἐνδεεστέρων γενομένων τῶν ἐδωδίμων, κρατῆσαι τὸ ἔθος τῶν μερίδων, καὶ διὰ τοῦτο τὴν παροιμίαν εἰρῆσθαι.

35. Portio non suffocat: Dicunt in Græcia non fuisse solitum antiquis dividere portiones: per causas vero aliquas quum cibaria essent minutiora, obtinuisse morem portionum, & propterea proverbium fuisse dictum.

λς. Ἡράκλειος νόσος· τὴν ἱερὰν νόσον Ἡράκλειον ὠνόμαζον· εἰς ταύτην γὰρ ἐκ μακρῶν πόνων ἐμπεσεῖν τὸν Ἡρακλέα.

36. Herculeus morbus: Sacrum morbum nominabant Herculeum: nam in eum incidisse Herculem ex multis laboribus.

λζ. Τάδε Μῆδος οὐ φυλάξει· Μελλούσης γίνεσθαι τῆς Ξέρξου στρατείας, οἱ Ἕλληνες ἀπογνόντες τὴν σωτηρίαν τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀνήλισκον, ἐπιλέγοντες, τάδε Μῆδος οὐ φυλάξει.

37. Ista Medus non servabit: quum expeditio Xerxis instaret, Græci desperantes salutem, facultates suas consumebant, identidem dicentes, ista Medus non servabit.

λη. Ἐκκεκόφη μουσική. τῶν παλαιῶν ἐν τοῖς συμποσίοις φιλολόγων ζητήσει χρωμένων, οἱ ὕστερον τὰς μουσουργοὺς καὶ κιθαριστρίας καὶ ὀρχηστρίας ἐπεισήγαγον, ὅθεν τὴν καινοτομίαν τινες αἰτιώμενοι τῇ παροιμίᾳ ἐχρῶντο.

38. Excisa est musica: quum antiqui per convivia philologicorum quæstionibus uterentur, posteriores in vicem earum induxerunt cantatrices & citharistrias & saltatrices, unde novitatem quidam causantes utebantur isto proverbio.

* * *

λθ. Λευκὴ στάθμη· αὕτη κατ' ἔλλειψιν εἴρηται ἐπὶ τῶν μὴ ἀκριβῶς τι διακρινόντων. Εν γὰρ λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη λέγεται. ἥκιστα γὰρ διὰ τὸ ὁμοειδὲς σαφής ἐστιν.

μ. Μωρύχου Διονυσίου· καὶ, Μωρότερος εἶ Μωρύχου Διονύσου, ὅστ' ἄνδον ἀφεὶς ἔξω τῆς οἰκίας κάθησαι· ἐπεὶ τῶν εὐηθές τι διαπεπραγμένων. Μωρύχας δὲ ὁ Διόνυσος κατ' ἐπίθετον ἀπὸ τοῦ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ μολύνεσθαι, ἐπειδὰν τρυγῶσι τῷ ἀπὸ τῶν βοτρύων γλεύκει καὶ τοῖς χλωροῖς σύκοις. Μωρύξαι δὲ τὸ μολῦναι· καταγνωσθῆναι δὲ αὐτοῦ εὐήθειαν, παρόσον ἔξω τοῦ νεὼ τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ἐστὶ παρὰ τὴν εἴσοδον ἐν ὑπαίθρῳ.

μα. Η Αμέα τὴν Αζησίαν μετῆλθεν· ἐπεὶ τῶν πολυχρονίῳ ζητήσει χρωμένων· Αμέα γὰρ ἡ Δημήτηρ παρὰ Τροιζηνίοις προσαγορεύεται, Αζησία δὲ ἡ Κόρη.

μβ. Ο Λέσβιος πρύλις· αὕτη καθ' ὁμοίωσιν λέγεται, ὥσπερ Λέσβιος πρύλις. Δοκεῖ δὲ ὁ Πρύλις Ερμοῦ παῖς γενέσθαι καὶ μάντις.

μγ. Αφιλοχρηματία τὰν Σπάρταν ἕλοι, ἄλλο δὲ οὐδέν· ἐπὶ τῶν ἐξ ἅπαντος κερδαίνειν προαιρουμένων. Μετενήνεκται ἀπὸ χρησμοῦ δοθέντος Λακεδαιμονίοις. Εχρησε γὰρ ὁ Θεὸς τότε ἀπολέσθαι Λακεδαιμονίους, ὅταν ἀργύρεον καὶ χρυσίον τιμήσωσιν.

μδ. Η ἐν Αργει ἀσπίς· οἱ ἐν Αργει οἱ τὴν ἐν τοῖς παισὶν ὥραν καθαρὰν καὶ ἀδιάφθορον φυλάξαντες, ἀναλαβόντες χρυσῆν ἀσπίδα, προπομπεύουσι, τοῦτο γέρας ἔχοντες κατά τινα νόμον ἀρχαῖον.

με. Αθηνᾶ τὸν αἴλουρον· ἐπεὶ τῶν κακῶς συγκρινόντων τὰ κρείττονα τοῖς ἥττοσι διὰ μικρὰν ὁμοιότητα, ὡς εἴ τις διὰ γλαυκότητα τῶν ὀφθαλμῶν τὸν αἴλουρον τῇ Αθηνᾷ συμβάλλοι.

μς. Εστίᾳ θύεις· ἐπὶ τῶν μηδενὸς ῥαδίως μεταδιδόντων. δι' ἔθους γὰρ ἦν τοῖς παλαιοῖς, ὁπότε ἔθυον ἑστίᾳ, μηδενὶ μεταδιδόναι τῆς θυσίας.

μζ. Τί ὅτι οὐκ ἀπήγξω, ἵνα Θήβησιν ἥρως γένῃ; Φασὶν ἐν Θήβαις ἑαυτοὺς ἀναιροῦντες οὐδεμιᾶς τιμῆς μετεῖχον· ὅθεν τὸ, ἵνα ἥρως γένῃ, κατ' εὐφημισμὸν εἴρηται.

μη. Δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης· ἐπὶ τῶν ἅπαντα πρὸς τὸ κρεῖττον ἐκδεχομένων. Αλάτης γὰρ, ὡς φησὶ Δοῦρις, ἀποπεσὼν Κορίνθου κατὰ χρησμὸν τοῦ θεοῦ ἐπειρᾶτο πάλιν κτηθεῖν· ἐνὶ τῇ χώρᾳ πειρᾶσθαι

39. Alba linea: hoc dictum est per defectum, in eos, qui non accurate aliquid dijudicant. Nam in albo lapide alba linea dicitur; quippe minime manifesta est per similem speciem.

40. Morychæ Bacchici, &, Stultior es Morycha Baccho, qui quæ intus sunt, negligens extra domum desidet: in eos, qui fatuum aliquid peragunt. Morychas autem Bacchus per appositum, inde quod facies ejus inquinatur, quando vindemiam curant, musto ex racemis & viridibus ficubus. Verbum *μωρύξαι* notat fædare. Condemnari autem ejus stultitiam, quoniam extra ædem statua ejus est ad introitum sub dio.

41. Amea Azesiam adit: in eos, qui diuturna inquisitione utuntur. Amea enim Ceres apud Troezenios cognominatur, Azesia autem Proserpina.

42. Lesbius vates: hoc per similitudinem dicitur, tanquam Lesbius vates. Videtur autem Prylis Mercurii filius fuisse & vates.

43. Pecuniæ amor Spartam sustulerit, aliud vero nihil: in eos qui ex quovis lucrari instituunt. Traductum est ab oraculo quod Lacedæmoniis datum fuit. Respondit enim Deus tunc periisse Lacedæmonios, quum argentum & aurum sint æstimaturi.

44. Clypeus in urbe Argo: ex Argivis qui inter pueros florem purum & incorruptum servavissent, sumentes aureum clypeum, pompam antecedunt, hoc decus & præmium adepti ex quodam more antiquo.

45. Minerva felem: in eos qui meliora prave componunt minoribus per exiguam similitudinem, ut si quis per cæsiam oculorum naturam conferat felem cum Minerva.

46. Vestæ sacrificas: in eos, qui non facile cum ullo aliquid communicant. Erat enim veteribus in more, quum sacrificarent Vestæ, nulli aliquam sacrificii partem dare. *Lego enim θυσίας.*

47. Quid quod te non suspendisti, ut Thebis heros fieres? Dicunt Thebis eos qui occiderent se ipsi, nullo honore mactari: unde illud, ut heros fieres, dictum est auspicati ex sermone ratione.

48. Capit & glebam Aletes: in eos, qui omnia in melius interpretantur. Alates enim, ut ait Duris, excidens Corintho juxta oraculum divinum tentavit

τινα βυκόλον, ᾔτει τροφήν. Ὁ δὲ βῶλον ἐκ τῆς πήρας ἀράμενος ἐδίδυ. Ὁ δὲ Ἀλάτης ἐδέξατο οἰωνισάμενος καὶ εἰπὼν, δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης.

rursus possessionem ejus. In regione igitur circumspiciens bubulcum rogavit alimentum. Ille vero ex pera bolum tollens dabat. Alates autem accepit præsagiens, & dicens, accipit & glebam erro. *(In MSto erat* δυρης. *)*

μθ. Ἄδακρυς πόλεμος· ἐπὶ τῶν ἔξω τινὸς χαλεπῦ πράγματος κατορθούντων. Ὁ γὰρ Δωδωναῖος προεῖπε Λακεδαιμονίοις πολεμῦσι πρὸς Ἀρκάδας μάχην ἄδακρυν ἔσεσθαι· συμβαλόντες δὲ μετὰ ταῦτα ἐνίκησαν μηδενὸς ἀποθανόντος.

49. Non lacrimosum bellum: in eos qui sine aliqua ærumna restituunt negotia. Dodonæus enim prædixit Lacedæmoniis bellantibus contra Arcadas pugnam fore sine lacrimis; unde congressi postea vicerunt nemine interfecto. *(Nam videtur rectius legi* πράγματα. *)*

ν. Ἀττικοὶ τὰ Ἐλευσίνια. ἐλλείπει τὸ καθ᾽ ἑαυτὺς. Ὅταν καθ᾽ ἑαυτὺς συλλεγέντες τινὲς πράττωσι τί, ἐπιλέγυσιν, ἑαυτοῖς Ἀττικοὶ τὰ Ἐλευσίνια.

50. Attici Eleusinia: deest separatim apud se. Quando separatim congregati quidam aliquid faciunt, addunt dicentes, Sibi Attici Eleusinia.

να. Ἐν Τροφωνίυ μεμάντευται· ἐπὶ τῶν σκυθρωπῶν καὶ ἀγελάστων. Οἱ γὰρ καταβαίνοντες ἐς Τροφωνίυ λέγυσι τὸν ἑξῆς χρόνον ἀγέλαστοι εἶναι. Ὁ γὰρ Τροφώνιος ἔχων τὴν κεφαλὴν τῦ ἀδελφῦ αὐτῦ Ἀγαμήδυς καὶ διωκόμενος ὑπὸ τῦ Αὐγείυ, δεξάμενος εἰς χάσμα ἐνέπεσεν, ὗ δὴ καὶ μαντεῖον ἐγένετο.

51. In Trophonii consuluit oraculum: in tetricos & non ridentes. Nam degressi in Trophonii dicuntur reliquo tempore sine risu esse. Quippe Trophonius habens caput fratris ipsius Agamedis, quum persequeretur illum Augeas, precatus in hiatum insiluit, ubi etiam oraculum fuit.

νβ. Φαλλὸς τῷ Θεῷ· ἐπὶ τῶν ἀπονεμόντων ἐνίοις τὰ οἰκεῖα πρόσφορα. ἐπεὶ τῷ Διονύσῳ ἵστατο ὁ φαλλὸς.

52. Phallus Deo: in eos qui adtribuunt nonnullis propria utilia; quoniam Baccho sistebatur phallus.

νγ. Δῶρον δ᾽ ὅτι δῷ τις ἐπαινεῖ.

53. Donum vero quod quis donat laudat.

νδ. Ταινάρειον κακόν· τὸ μέγα καὶ παρανομύμενον εἰς οἰκέτας. Οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι τὺς καταφυγόντας εἰς Ταίναρον τῶν εἱλωτῶν ἀπαγαγόντες ἀπέκτειναν.

54. Tænarium malum: magnum & contra leges patratum in servos. Lacedæmonii enim helotas, qui confugerant Tænarum, abripientes occiderunt. *(Rectum enim est* μέγα, *non* μέσα, *unde mutatum in MS.* μέσον. *)*

νε. Πιτάνη εἰμί. κατὰ τῶν πυκναῖς συμφοραῖς χρωμένων. τῇ γὰρ Πιτάνῃ τοιαῦτα συνέβη πράγματα.

55. Pitane sum: de iis, qui in crebras calamitates incidunt. Pitanæ enim talia contigerunt negotia.

νϛ. Θρᾷκες ὅρκια ὐκ ἐπίστανται.

56. Thraces non intelligunt jusjurandum.

νζ. Ταχύτερον ὁ Μάνδρης κρητίνας ἀπεπέρασε. Ἐφέσιοι κρητίνας ἐκτήσαντο τὰς Μαγνητῶν· ἀπεπέρασε δέ σφιν Μάνδρης ὁ Μανδρολύτυ παρ᾽ οἶνον καὶ μέθην καὶ κύβον.

57. Citius Mandres cretaria peregit: Ephesii cretaria metalla Magnetum possederunt. Confecit autem illis Mandres Mandrolyti filius inter vinum & potum & aleam. *(MS.* σιμάνδρης κρητίνας. *Sed aliter postea.)*

νη. Πολυκράτης μητέρα νέμει. Πολυκράτης ὁ Σάμιος τῶν ἐν τῷ πολέμῳ ἀποθανόντων τὰς μητέρας συναγαγὼν, δέδωκε τοῖς πλυσίοις τῶν πολιτῶν τρέφειν, πρὸς ἕκαστον λέγων, ὅτι μητέρα σοι ταύτην δίδωμι.

58. Polycrates matrem assignat: Polycrates Samius eorum qui bello occubuerunt, matres congregans, dedit locupletibus civium ad alendum, unicuique dicens, matrem tibi hanc do.

νθ. Ἀττικὸς πάροικος· οἱ Ἀθηναῖοι τὺς παροικῦντας αὐτοῖς καὶ γειτνιάζοντας ἐξέβαλλον, ἢ ἀπὸ τῶν εἰς Σάμον πεμφθέντων Ἀθήνηθεν ἐποίκων.

59. Atticus inquilinus: Athenienses expellebant inquilinos suos & vicinos, aut ab colonis Samum missis ex urbe Athenarum.

ξ. Εἰς Μασσαλίαν πλεύσειας· οἱ Μασσαλιῶται θηλύτερον ἔζων, καὶ στολαῖς ποικίλαις καὶ ποδήρεσιν, ἔτι δὲ τὰς κόμας μεμυρισμένας ἀναδεδεμένοι, καὶ διὰ ταύτην τὴν μαλακίαν ἀσχημονοῦντες.

60. Massiliam naviges: Massilienses mulierum more corrupti vivebant, & vestibus variis ac talaribus, sed & comas unguentatas redimiti, & propter hanc mollitiam fœde se gerentes.

ξα. Σαμίων ἄνθη· καὶ, Σαμιακὴ λαῦρα. ἐπὶ τῶν ὑστάταις ἡδοναῖς χρωμένων. Η Σαμιακὴ λαῦρα στενωπὴ ἦν παρὰ Σαμίοις, ἐν ᾗ τὰ πέμματα ἐπιπράσκετο· τὰ δὲ Σαμίων ἄνθη τόποι, ἐν ᾗ συνήεσαν αἱ γυναῖκες τοῖς ἀνδράσι συνευωχησόμεναι. διὰ ταύτην τὴν τρυφὴν οἱ Σάμιοι τοῖς Πέρσαις ἐδουλώθησαν. Lege in posteriore ἐν οἷς.

61. Samiorum flores, &, Samiaca laura: in eos qui extremis voluptatibus indulgent. Samiaca laura erat angiportus apud Samios, in qua vendebantur liba. Sed Samiorum flores erant loca, in quæ conveniebant cum viris mulieres epulaturæ. Per hanc luxuriam Samii Persis servire compulsi sunt.

ξβ. Η Σκυθῶν ῥῆσις· πρὸς Δαρεῖον τὸν Πέρσην ἀπεκρίναντο οἱ Σκύθαι κλαίειν αὐτόν. Ἐπὶ τῶν ἀποτόμως οἰμώζειν τινὰ λεγόντων.

62. Scytharum oratio: ad Darium Persam responderunt Scythæ, ut ploraret. In eos qui abrupte jubent aliquem ejulari.

ξγ. Διὸς ἐγκέφαλος· ἐπὶ τῶν ἡδυπαθούντων. τὰ γὰρ παντελῆ βρώματα παρὰ τοῖς Πέρσαις Διὸς καὶ Βασιλέως ἐγκέφαλος ἐκαλεῖτο.

63. Jovis cerebrum: in delicatos. Nam pretiosiora edulia apud Persas dicebantur Jovis & Regis cerebrum.

ξδ. Λευκηπατίας· φασὶ συμβαίνειν τι ἐπὶ τὸ ἧπαρ ἐπί τινων, ὃ δειλοὺς ποιεῖ. Εἴρηται οὖν ἐπὶ τῶν τοιούτων.

64. Albi jecinoris homo: Dicunt contingere aliquid jecinori in quibusdam, quod timidos facit. In talibus igitur dictum fuit.

ξε. Ακκώ. αὕτη γέγονεν ἐπὶ τῶν ἐπὶ μωρίᾳ διαβεβλημένων, ἥν φασιν ἐσοπτριζομένην τῇ εἰκόνι ὡς ἑτέρᾳ διαλέγεσθαι.

65. Acco: hoc fuit in eos, qui ob stultitiam derisi fuerunt. Eam dicunt speculo utentem cum sua imagine tanquam alia colloqui. (*Rectum enim est vulgatum ἐσοπτριζομένην.*)

ξς. Ἀεὶ κολοιὸς πὰρ κολοιὸν ἱζάνει. διὰ τὸ φιλάλληλον τοῦ ζώου.

66. Semper graculus graculo adsidet: ob mutuum amorem hujus alitis.

ξζ. Κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς. ἐπὶ τῶν τὴν ἐσχάτην βοήθειαν κινούντων. Τέτακται δὲ ἀπὸ τῶν πεττευόντων. Παρὰ τούτοις οὖν κεῖταί τις ψῆφος οἷον ἱερὰ καὶ ἀκίνητος τέως νομιζομένη.

67. Movebo illum ab sacra: in eos, qui extremum auxilium movent. Ductum vero est ab ludentibus alea. Apud hos igitur ponitur calculus quidam velut sacer & huc usque non movendus judicatus. (*Sic enim lego, quum in MS. sit τούτοις κύκειον τις ψῆφος.*)

ξη. Τιθωνοῦ γῆρας· ἐπὶ πολυχρονίων καὶ ὑπεργήρων. Ο γὰρ Τιθωνὸς κατ' εὐχὴν τὸ γῆρας ἀποθέμενος τέττιξ ἐγένετο.

68. Tithoni senium: in longævos & decrepitos. Tithonus enim ex voto quum senium deposuisset, cicada fuit.

ξθ. Οἰταῖος δαίμων. οὗτος ὁ δαίμων ὕβριν καὶ ὑπερηφανίαν πάνυ ἐμίσησεν.

69. Oetæus dæmon: Hic dæmon contumeliam & superbiam valde exosus fuit.

ο. Ἐπὶ βωμόν. εἴρηται ἀπὸ τῶν θυομένων πρὸς τοῖς βωμοῖς.

70. Ad aram: dictum est ab iis qui immolarent ad aras.

οα. Φωκαέων ἀρά· οἱ Φωκαεῖς τῆς αὐτῶν ἐκπεσόντες γῆς ἐπηράσαντο μηδέποτε κατελθεῖν εἰς αὐτήν.

71. Phocæensium detestatio: Phocæenses ex sua regione expulsi jurejurando obstrinxerunt se nunquam in eam reverti.

οβ. Φασηλειτῶν θῦμα· ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ ἀναίμων. Φασὶ γὰρ τοὺς Φασηλείτας ταρίχους τοῖς Θεοῖς θύειν.

72. Phaselitarum sacrificium: in vilia & sine sanguine. Narrant enim Phaselitas Diis immolare salsamenta.

ογ. Καρικὸν θῦμα. ἐπὶ τῶν ἄσαρκα μέλη θυόν-

73. Caricum sacrificium: in eos, qui

των.

των. Οἱ γὰρ Κᾶρες κύνας ἱεργῦσι.

membra carnibus defecta immolant. Nam Cares ad sacra hostias habent canes.

οδ. Εὔρυμνος. ὗτος πειρώμενος διαβάλλειν Κάστορα πρὸς τὸν Πολυδεύκην ἔδωκεν αὐτοῖς τὴν μεγίστην δίκην.

74. Eurymnus: hic conatus calumniari Castorem apud Pollucem dedit eis gravissimam pœnam.

οε. Δειλαιότερος εἶ τῦ παρακύπτοντος· φοβύμενός τις τὸν Ηρακλέα κατέδυ εἰς σπήλαιον, καὶ διὰ δειλίαν ἀπέθανεν. Εντετύπωται ἐν τῷ λίθῳ ἀνθρωποειδὴς εἰκὼν, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπερέχει τῦ σπηλαίυ· καλεῖται δὲ παρακύπτων.

75. Timidior es procumbente: quidam metuens Herculem subiit speluncam, & terrore mortuus est. Lapidi autem informata est humana facies, & caput habet supereminens e spelunca, appellaturque procumbens.

οϛ. Εν πέντε κριτῶν γόνασι κεῖται· τὸ παλαιὸν πέντε κριταὶ ἔκρινον τὺς κωμικύς.

76. In quinque judicum genubus positum est: olim quinque judices judicabant comicos.

οζ. Βοιωτίων νόμος· ἐπὶ τῶν τὰς ἀρχὰς ἠρεμαίας ἐχόντων, αὖθις δὲ σφοδρῶς ἐπιγιγνομένων.

77. Bœotiorum cantilena: in eos, qui principiis fruuntur tranquillis, postea vero turbulente supervenientibus.

οη. Αρπαγὰ Κοτυτίοις· Κοτυτὶς ἑορτή τις ἐστι Σικελικὴ, ἐν ᾗ περί τινας κλάδυς ἐξάπτοντες πόπανα καὶ ἀκρόδρυα ἐπέτρεπον ἁρπάζειν.

78. Rapina Cotytiis: Cotytis est festum Siciliense, in quo circa ramos aliquot alligata liba & fructus permittebant rapere.

οθ. Μέγα στόμα ἐνιαυτῦ· οἱονεὶ πολλὴ παῤῥησία πάντων εὐφορίας γενομένης.

79. Magnum os anni: tanquam magna loquendi libertas apud omnes coacto ubere frugum proventu.

π. Εἰκῆ τῷ Ηρακλεῖ· ἐπὶ τῶν ἀσυκοφαντήτως τὰ πράγματα ἐπιτελύντων, ἐπειδὴ ὁ Ηρακλῆς ἦγε καὶ ἔφερε τὰ ἀλλότρια.

80. Frustra Herculi: in eos, qui sine calumnia negotia peragunt, quia Hercules egit tulitque aliena.

πα. Οὐχ ἱππολέκτας πειρατὰς πλῶμες· ἐπὶ τῶν βραχέα κεκτημένων.

81. *Videri possunt quæ de hoc proverbio suspicetur Erasmus Chil.* IV. *Cent.* II. *num.* 27, *solus mentionem ejus habens, & nescio an ex hoc ipso libello. Ex cujus neutra sententia aliquid expedio. Videtur* Οὐχ ὑπὸ Λεκτάς. Non sub copiosas & beatas Lectas navigamus: in eos, qui tenuia possident. *Forsan eo nomine notus & celebratus apud antiquos fuit locus uberrimus, instar Lotophagorum & Alcinoi hortorum, a quibus an Lecton promontorium removeri debeat Gargara ipsa vicina habens, tu judica.*

πβ. Χαμαὶ δ' ἀντλεῖς· φακὸν κόπτεις. ἐπὶ τῶν ἀδυνάτοις ἐπιχειρύντων.

82. Humi hauris: Lentem tundis: in eos, qui aggrediuntur ea quæ fieri nequeunt.

πγ. Τίς τρόπος ἵππων; ἐπὶ τῶν παρηλλαγμένον τι καὶ ἀλλόκοτον ποιύντων.

83. Quis modus equorum? in eos, qui inusitatum quid & absurdum faciunt.

πδ. Χαλκίζειν· ἐπὶ γλισχρευομένων. οἱ γὰρ ἐν Εὐβοίᾳ Χαλκιδεῖς ἐπὶ φιλαργυρίᾳ ἐκωμῳδῦντο.

84. Chalcizein: æri similem esse, in eos, qui parce & adstricte vivunt. Nam Chalcidenses in Eubœa traducebantur ob pecuniæ studium.

πε. Πρόσω καὶ χελιδὼν ὁλοσχοίνυς παρεῖται.

85. Anterius etiam hirundo holoschœnos remissa est. (*De quo videndus Erasmus Chil.* IV. *Cent.* III. *num.* 22.)

πϛ. Οὐκ ἐπαινεθείη ὐδὲ ἐν περιδείπνῳ· ἐπὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων. Εἰώθησαν γὰρ ἐν τοῖς δείπνοις τὸν τελευτήσαντα ἐπαινεῖν, καὶ εἰ φαῦλος ἦν.

86. Non laudatus erit neque in funebribus epulis: in homines indignissimos. Soliti enim fuerunt in cœnis laudare mortuum, etsi fuisset nugax.

πζ. Σῦκον αἰτεῖς. κατὰ τῶν κολακευόντων. Οἱ γὰρ Αθηναῖοι ἐκολάκευον τὺς γεωργὺς βυλόμενοι λαμβάνειν τὰ πρώϊμα σῦκα.

87. Ficum petis: de adulantibus. Athenienses enim adulabantur agricolis, optantes accipere præcoquas ficus.

πη. Μυσὶ κάνθαρεις· ἐπὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων.

88. Muribus cantharis: in vilissimos & nullius pretii.

πθ. Κέρδος αἰσχύνης ἄμεινον ἕλκε μοιχὸν εἰς μυχόν.

89. Lucrum pudore melius traxit adulterum in sinum.

ϟ. Κυρνία ἄτη. Κύρνος νῆσος ἦν πάλαι ἄβατος τοῖς πλέουσι διὰ συνεχεῖς λῃστείας.

90. Corsicana calamitas: Corsica insula olim erat inaccessa navigantibus per assidua latrocinia.

ϟα. Κωφότερος τοῦ Τορωναίων λιμένος. Λιμὴν ἐστι καλούμενος περὶ Τορώνην τῆς Θρᾴκης. Οὗτος δὲ ἔχει καὶ μακρὰς τὰς ἀπὸ τοῦ πελάγους καθαιρέσεις, ὡς μὴ ἀκούεσθαι τοῖς ἐν αὐτῷ τὸν τῆς θαλάσσης ἦχον.

91. Surdior portu Toronæorum: Portus est appellatus circa Toronem Thraciæ. Ille vero habet quoque longos ab pelago appulsus, ut qui in eo sunt, non audiant strepitum maris. (*Sic autem est in MS. quod mutare nolui, quum ex eis, quæ notata sunt Henr. Stephano, appareat interdum confusa fuisse vocabula* κάταρσις *&* καθαίρεσις, *quum Schottus edat* καταῤῥεύσεις.)

ϟβ. Α Κορινθία ἔοικας χοιροπωλήσειν· ἐπὶ τῶν παρ' ὥρας θρυπτομένων γυναικῶν, οἷον ἔοικας μισθαρνήσειν ἐν Κορίνθῳ· τὸ γὰρ γυναικεῖον μόριον χοῖρος λέγεται.

92. Corinthia videris porcum venditura; in fæminas præter ætatem luxuriantes, tanquam si diceretur, videris quæstum corpore factura Corinthi: muliebre enim membrum dicitur porcus. (*Acrocorinthiam enim cur cum Schotto admittamus, causa nulla est. Vide Erasmum. Satis probat proverbium Suidæ notatum* χαιὰ μὲν ἐσι, Κορινθία δέ.)

ϟγ. Εκ παντὸς ξύλου· κατ' ἔλλειψιν λέγεται. τὸ γὰρ πλῆρες, ἐκ παντὸς ξύλου κυφὸν ἀνὴρ γένοιτο, ἐπὶ τῶν τὸ μὲν εἶδος εὐκαταφρονήτων, εἰς δὲ χρείαν ἀναγκαίαν πιπτόντων.

93. Ex omni ligno: per defectum dicitur; plenum enim, ex omni ligno etiam simulacrum exstiterit: in ea, quæ quod ad speciem quidem facile sperni possunt, sed tamen in usum necessarium cadunt. (*Sic autem legitur in MS. de quo videas licet Schottum ad Zenobii centuriam* IV. *nu.* 7. *Ego autem judicavi ex corrupta ista scriptura corrigendum* ἐκ παντὸς ξύλου καὶ ξόανον γένοιτο.)

ϟδ. Αρκτου παρούσης τὰ ἴχνη ζητεῖς· ἐπὶ τῶν δειλῶν κυνηγῶν.

94. Ursa præsente quæris vestigia: in venatores timidos.

ϟε. Σικελὸς ὀμφακίζεται· ἐπὶ τῶν τὰ μηδενὸς ἄξια κλεπτόντων.

95. Siculus acerbas uvas legit; in eos, qui vilissimi pretii res furantur.

ϟϛ. Οὐδὲν ἦν ἄρα τὰ ἄλλα πλὴν ὁ χρυσός.

96. Nihil erant sane reliqua nisi aurum.

ϟζ. Τὸ θερμὸν τοῦ ὀβελοῦ. ἐπὶ τῶν αἱρουμένων τὰ χείρονα ἀντὶ τῶν κρειττόνων, ἐπὶ τῶν ἀπείρως δρασσομένων κατὰ τὸ θερμὸν τῶν ὀβελίσκων.

97. Calidum veruti: in eos, qui arripiunt pejora pro melioribus, ab his, qui imperite prehendunt verua in parte calida.

ϟη. Ακεσίας ἰάσατο· Ακεσίας ἐγένετο ἰατρὸς ἀφυὴς, ὃς τὸν πρωκτόν τινος ἀλγοῦντος κακῶς ἰάσατο.

98. Acesias medicinam fecit: Acesias fuit non dexter medicus, qui podicem alicujus dolentis male sanavit. (*Attamen MS.* Ακεσίων.)

ϟθ. Τάττη κεφαλῇ καὶ τρίτῳ ἐγκεφάλῳ. ἐπὶ τῶν ἀχθοφορούντων οὐ μόνον κατὰ τῶν ὤμων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῆς κεφαλῆς.

99. Prima capiti & tertio cerebro: in eos, qui ferunt onera non solum humeris, sed etiam capite. (*Sic verti, licet accentus Græci ad alium sensum essent notati; sed nihil expediebam, præsertim de prima voce.*)

ρ. Επὶ σπειρῶν σχοινίον· ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς αὐτοῖς πλεοναζόντων.

100. In spiris funiculus: in eos, qui copiosi & multiplices sunt in iisdem.

ρα. Γαλῇ χιτώνιον, καὶ, Οὐ πρέπει γαλῇ κροκωτός· ἐπειδὴ γαλῆ κατὰ πρόνοιαν Αφροδίτης γυνὴ γενομένη ἐν χιτῶνι κροκωτῷ οὖσα ἐπέδραμε μυΐ.

101. Feli tuniculam, &, Non decet felem crocota: quoniam felis majestate Veneris mulier facta tunicam crocotam induta incursavit in murem.

ρβ. Ὁ κνὶψ ἐν χώρᾳ· ἐπὶ τῶν ταχέως μεταπηδώντων. Κνὶψ γάρ ἐστι θηρίδιον τῶν ξυλοφάγων.

102. Culex in agro: in eos, qui celeriter transſiliunt. Eſt enim hic culex inter animalcula lignum atterentia. *His ad marginem apponebatur* Δεῖ τοῦ σελίνου· ἐπὶ τῶν ἐπισφαλῶς νοσούντων, *quod notum eſt.*)

ργ. Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ· οἱ Λυδοὶ κωμῳδοῦνται ταῖς χερσὶν ἑαυτῶν πληροῦντες τὰ ἀφροδίσια.

103. Lydus in meridie: Lydi traducuntur tanquam manibus ſuis peragentes veneria.

ρδ. Οὐ μάλα κυκᾷς· κατὰ τῶν μηδὲν ὄντων.

104. Non admodum miſces: de vaniſſimis & qui nihil ſunt.

ρε. Οὐδὲν Πυλαιὰ ταῦτα καὶ Τυττιγίας· ὁ Τυττιγίας ἀνδραποδιστὴς ἦν· ἐπώλει δὲ ἐν τῇ Πυλαίᾳ τὰ ἀλλότρια. κατὰ τῶν τὰ ἀλλότρια ἁρπαζόντων καὶ πωλούντων.

105. Nihil Pylæa iſta & Tyttigias: Tyttigias erat plagiarius, vendebatque in Pylæa bona aliena. Hinc dicitur de eis qui rapiunt aliena & vendunt. *(Sic autem habet codex noſter, quod nolui mutare cum* οἶδεν, *quod habent vulgo.*)

ρϛ. Τὰ πρῶτα ἀρίστους παῖδας ἐγείνατο· ἐπὶ τῶν ἐν ἀρχῇ κοσμίων, μετὰ ταῦτα δὲ ἀσελγαινόντων.

106. Primum optimos liberos genuit: in eos, qui in principio ſunt decori, poſtea vero luxurioſi.

ρζ. Δοῦλον οὐκ ἄγω, εἰ μὴ νεναυμάχηκε περὶ τῶν κρεῶν· περὶ τῶν στρατευομένων δούλων, οἵτινες περὶ τοῦ σώματος μόνου μάχονται. Λέγεται καί, εἰ μὴ νεναυμάχηκε περὶ τῶν νεκρῶν. καί φησιν ἀπὸ τῶν ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχησάντων δούλων τὴν παροιμίαν εἰρῆσθαι, οἷς ἐλευθερίαν ἐψηφίσαντο οἱ Ἀθηναῖοι περὶ τῶν νεκρῶν ἀγωνισαμένοις.

107. Servum non duco, niſi navali prælio certaverit de carnibus: de ſervis militantibus, qui de ſolo corpore præliantur. Dicitur etiam, niſi navali prælio certaverit de cadaveribus: aitque ab ſervis qui in Argennuſis navali prælio interfuerunt, parœmiam uſurpatam fuiſſe, quibus libertatem decreverunt Athenienſes, quum de cadaveribus pugnaviſſent.

ρη. Τὸν ἐν Σάμῳ κομήτην. Σάμιός τις ἐγένετο πύκτης, ὃς ἐπὶ μαλακίᾳ σκωπτόμενος, ἐπειδὴ κόμας εἶχεν, ὑπὸ τῶν ἀνταγωνιστῶν συμβαλὼν αὐτοὺς ἐνίκησεν. Λέγεται ἐπὶ τῶν αἱρουμένων ἀνταγωνιστὰς ἑαυτοῖς κρείττονας, ἢ προσεδόκησαν. ὥσπερ τὸν ἀληλεσμένον βίον οἱ μὲν ἐπὶ τῶν πλάνητι βίῳ χρωμένων προσεδέξαντο· οἱ δὲ ἐπὶ τῶν ἀταλαιπώρως βιούντων οἱονεὶ κατηργασμένων καὶ πρὸς τροφὴν ἑτοίμων.

108. Comatum illum in Samo: fuit Samius quidam pugil, qui propter molliciam deriſus, quoniam comas habebat, ab adverſariis, quum congreſſus eſſet, eos vicit. Dicitur de eis, qui eligunt adverſarios ſibi meliores, quam exſpectaverant. Sicut molitam vitam alii quidem de iis qui vita erratica utuntur, intellexerunt; alii vero in eos qui ſine moleſtia vivunt, tanquam quibus elaborata ſunt & ad alimentum prompta.

ρθ. Εἴτε κακὸν εἰς Πύῤῥαν· οἱ Πυῤῥαῖοι πρὸς τοὺς ὁμόρους πάντας ἀπεχθῶς εἶχον. Ἐκεῖνοι οὖν τὰ συμβαίνοντα αὐτοῖς κακὰ ἀποτροπιαζόμενοι καὶ ἐκβάλλοντες εἰς τὴν Πυῤῥαίων χώραν, ἐπεφώνουν, εἴτι κακὸν εἰς Πύῤῥαν.

109. Si quid malum, in Pyrrham: Pyrrhi in vicinos omnes hoſtili erant animo. Propterea iſti mala quæ eis evenirent avertentes & expellentes in Pyrrhenſium regionem acclamabant, Si quid mali, in Pyrrham. *(Relinquo enim & edo, quod fuit in MSto.)*

ρι. Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν. Λακεδαιμόνιοι στασιάσαντες μετεπέμψαντο κατὰ χρησμὸν τοῦ Θεοῦ ἐκ Λέσβου Τέρπανδρον τὸν μουσικόν· ἐλθὼν δὲ ἐκεῖνος, καὶ παρὰ τοὺς κώμους τῇ μουσικῇ χρώμενος ἥρμοσεν αὐτῶν τὰς ψυχάς, καὶ τὴν στάσιν ἔπαυσεν. Εἴποτε οὖν μετὰ ταῦτα μουσικοῦ τινὸς ἤκουον Λακεδαιμόνιοι, ἐπεφώνουν, μετὰ Λέσβιον ᾠδόν.

110. Poſt Lesbium cantorem: Lacedæmonii quum in ſeditione eſſent, arceſſiverunt ex Dei oraculo Terpandrum muſicum. Qui illuc egreſſus & in comeſſationibus utens muſica compoſuit eorum mentes, & ſeditionem mollivit. Si quando igitur poſt hæc muſicum aliquem audirent Lacedæmonii acclamabant, poſt Lesbium cantorem. (*Sic autem corrigens auxi, quum in MS. eſſet* πόμους, *cuius perſcriptum erat* τόπους, *quod ſupprimitur in editis.*)

ρια. Ὑπὲρ τὰ Καλλικράτους· Καλλικράτης τις ἐγένετο ἐν Καρύστῳ πλουσιώτατος. Εἴποτε οὖν ἐθαύμαζόν τινα οἱ Καρύστιοι ἐπὶ πλούτῳ ὑπερβολικῶς ἔλεγον, ὑπὲρ τὰ Καλλικράτους. Ἄλλοι δέ φασι τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ Καλλικράτην τινὰ πρῶτον τοὺς δικαστικοὺς μισθοὺς εἰς ὑπερβολὴν αὐξῆσαι.

ριβ. Ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν· ἐπὶ τῶν παριέντων τὰς πρώτας μαθήσεις, καὶ ἁπτομένων τῆν τελευταίων.

ριγ. Ἐπὶ σαυτῷ τὴν σελήνην καθελεῖς. αἱ τὴν σελήνην καθελοῦσαι Θετταλίδες λέγονται τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῶν ποδῶν στερίσκεσθαι. Ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς κακὰ ἐπισπωμένων.

ριδ. Ἐν ὅλμῳ ἐκοιμήθην· οἱ ἐν ὅλμῳ κοιμηθέντες ἐπιθειαστικώτατοί εἰσιν.

ριε. Χρυσὸς ὁ Κολοφώνιος. οἱ Κολοφώνιοι τὸν κάλλιστον χρυσὸν ἐργάζεσθαι νομίζονται.

ρις. Κράδης ῥαγείσης· κράδη νῦν οὐχ ὁ σύκινος κλάδος, ἀλλ᾽ ἡ ἀγκυρὶς, ἀφ᾽ ἧς οἱ ὑποκριταὶ ἐν ταῖς τραγικαῖς σκηναῖς ἐξαρτῶνται Θεοῦ μιμούμενοι ἐπιφάνειαν ζωστῆρσι καὶ ταινίαις κατειλημμένοι. Ἐπὶ τῶν προφανέντων αἰφνιδίως καὶ ἀσχημονούντων.

ριζ. Εἶτ᾽ ἐφ᾽ ὕδωρ κακόν. ἐπὶ τῶν δυσκληρούντων Ἐν γὰρ τοῖς δικαστηρίοις τὸ φαυλότατον τῶν ἔργων ἦν ὕδωρ διαμετρεῖν τοῖς δικαζομένοις. Ἐγίνετο δὲ οὗτος ἀπὸ κλήρου.

ριη. Ἠλιθιώτερος τοῦ Πραξίλλας Ἀδώνιδος. Πράξιλλα Σικυωνία μελοποιός· αὕτη τὸν Ἄδωνιν ἐν τοῖς μέλεσιν εἰσάγει ἐρωτώμενον ὑπὸ τῶν κάτω, τί κάλλιστον καταλιπὼν ἥκοι, ἀποκρίνασθαι ἥλιον καὶ σελήνην καὶ σικύους καὶ μῆλα. Ἠλίθιου γὰρ παραβάλλειν τῷ ἡλίῳ τοὺς σικύους.

ριθ. Ἀμελὴς γωνία· χωρίον ἐστὶ περὶ τὴν Λιβύην καλούμενον ἀμελὴς γωνία.

ρκ. Ἀσπένδιος κιθαριστής. ἐπὶ τῶν φιλοχρημάτων. Οἱ γὰρ Ἀσπένδιοι τῶν κιθαριστῶν οὐδεμίαν φορὰν ἔξω φέρουσι, πάσας δὲ ἐντὸς ὀργάνων. Οὕτω καὶ ὁ φιλοχρήματος οὐδὲν τῶν πέλας ἕνεκα οἰκονομεῖ, ἕλκει δὲ ἐφ᾽ ἑαυτόν.

ρκα. Εἴτις περὶ πόλιν αἰγὶς λέγεται· τοὺς ἀνέδην περιιόντας καὶ πλυνομένους ἐπέσκωπτον.

ρκβ. Εὐρυκλῆς. ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς τινὰ καταμαντευομένων. Εὐρυκλῆς γάρ τις ἐγένετο μάντις ἐγγαστρίμυθος.

111. Super divitias Callicratis: Callicrates quidam vixit ditiſſimus in urbe Caryſto. Si quando igitur Caryſtii aliquem mirarentur ob divitias, per ſummam amplificationem dicebant Super opes Callicratis. Alii vero dicunt in Athenienſium republica quendam Callicraten primum auxiſſe mercedes judiciarias ad immenſitatem uſque. (*Varietas illa eſt in MS.*

112. In dolio figulinam diſcere: in eos qui primas diſciplinas prætermittunt, & aggrediuntur extremam.

113. Tuo periculo lunam aufers: Theſſalicæ mulieres lunam tollentes dicuntur oculis & pedibus ſpoliari. Igitur in eos qui ſibi mala attrahunt.

114. In holmo dormivi: qui in holmo dormiunt, ſunt maxime divinationis periti.

115. Aurum Colophonium: Colophonii optimum aurum laborare exiſtimantur.

116. Crade rupta: Crade nunc non ramus ficulneus, ſed ferrum inſtar ancoræ, unde theatrales artifices in tragicis ſcenis ſuſpenduntur ſimulantes Dei præſentiam, lemniſcis & tæniis comprehenſi. In eos, qui inopinanter apparent & indecore agunt.

117. Ergo ad aquam malum: in infortunatos. Nam in tribunalibus viliſſimum opus erat aquam dimetiri litigantibus. Is autem eligebatur per ſortem.

118. Stupidior Praxillæ Adonide: Praxilla Sicyonia poetria. Hæc Adonin in cantilenis inducit interrogatum ab inferis, quid pulcherrimum relinquens venerit, reſpondere ſolem & lunam & cucumeres & mala. Stupidi enim eſt comparare ſoli cucumeres.

119. Ignavus angulus: regiuncula eſt in Africa, vocata ignavus angulus. (*Sic MS. ubi in Zenobio eſt* Ἀμελοῦς, *quæ vox anceps.*)

120. Aſpendius citharista: in pecuniæ ſtudioſos. Aſpendii enim citharistarum nullam motionem extra ferunt, omnes vero intus organorum. Sic quoque cupidus pecuniæ nihil propter propinquos adminiſtrat, ſed trahit ad ſeſe.

121. Si quæ circa urbem inſula narratur: eos qui frequenter circumibant & lavationibus dediti erant, deridebant.

122. Eurycles: in eos qui ſibi aliqua vaticinabantur. Eurycles enim quidam fuit vates ventriloquus.

ρκγ. Φώ-

ρκγ. Φώκου ἔρανος· κατὰ τῶν εὐωχίαν συναγόντων ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν κακῷ. Φῶκος γὰρ τὴν θυγατέρα ἔχων ἐπίγαμον, πολλῶν αὐτὴν μνηστευομένων, ἐράνους συνῆγεν ἑστιῶν τοὺς μνηστῆρας, καὶ ἀνεβάλλετο τὸν γάμον. Ὀργισθέντες οὖν ἐκεῖνοι ἐν τῷ συμποσίῳ ἀπέκτειναν τὸν Φῶκον.

123. Phoci collaticium convivium de eis, qui epulas conducunt ad ſuum ipſorum malum. Phocus enim habens filiam nubilem, multis eam procantibus, conduxit talia collaticia convivia ad excipiendos procos, & differebat nuptias. Illi propterea offenſi in convivio occiderunt Phocum.

ρκδ. Τὸ Πέρδικος σκέλος· ὁ Πέρδιξ κάπηλος Ἀθήνησι χωλὸς, καὶ κωμῳδούμενος ἐπὶ χωλότητι.

124. Perdicis crus: Perdix caupo Athenis claudus, & palam deriſus propter clauditatem.

ρκε. Οὐχ ἡ Γλαύκου τέχνη· ἐπὶ τῶν εὖ εἰργασμένων καὶ δυσκατανοήτων. Γλαῦκος γάρ τις ἐγένετο Σάμιος δημιουργὸς, ὃς πρῶτος σιδήρου κόλλυσιν ἐξεῦρεν.

125. Non Glauci ars: De iis quæ bene elaborata & difficilia ad conſiderandum. Glaucus enim quidam fuit Samius faber, qui primus ferri glutinationem invenit.

ρκϛ. Ὡς τὴν Ἀργείων ἀσπίδα καθελὼν σεμνύνεται· λόχον φασὶν εἶναι ἐν Ἄργει ἀσπίδα καλούμενον νέων πάνυ ἀκμαζόντων.

126. Tanquam ſi Argivorum clypeum ſuſtuliſſet, gloriatur: cohortem ajunt eſſe in urbe Argis, quæ vocetur clypeus, ex juvenibus admodum vigentibus.

ρκζ. Ἀμαλθείας κέρας· ἡ Ῥέα τεκοῦσα τὸν Δία ἔδωκεν Ἀμαλθείᾳ τρέφειν. Ἡ δὲ οὐκ ἔχουσα γάλα αἰγὶ ὑπέβαλεν αὐτὸν, ὅθεν αἰγίοχος ἐκλήθη. Ὁ τοίνυν Ζεὺς τὴν μὲν αἶγα κατηστέρισε, τὸ δὲ ἕτερον τῶν κεράτων αὐτῆς ἀφελὼν παρέσχε τῇ Ἀμαλθείᾳ, παρασκευάσας γίγνεσθαι αὐτῇ ὃ ἂν παρὰ τοῦ κέρατος αἰτήσειε. Ὅθεν τοὺς εὐδαίμονας φασὶν Ἀμαλθείας κέρας ἔχειν.

127. Amaltheæ cornu: Rhea quum peperiſſet Jovem, dedit Amaltheæ nutriendum. Sed illa deſtituta lacte capræ illum ſubmiſit, unde Ægiochus fuit appellatus. Jupiter igitur capram quidem inter ſidera retulit, alterum vero cornu ejus adimens dedit Amaltheæ, quum curaſſet exiſtere ei, quidquid ab iſto cornu petitura eſſet. Unde dicunt beatos habere cornu Amaltheæ. (*MS.* ὅ ἂν οὖν παρά.)

ρκη. Ἀφύας πῦρ. ἐπὶ τῶν τέλος ὀξὺ λαμβανόντων. Τὴν γὰρ ἀφύαν τάχιστα ἕψεσθαι συμβαίνει.

128. Aphyæ ignis: in eos qui cito ad finem veniunt. Aphyam enim celerrime coqui contingit.

ρκθ. Ἀεί τις ἐν Κύδωνος· ἐπὶ τῶν φιλοφρόνως καταδεχομένων τοὺς ξένους, ἀπὸ Κύδωνος Κορινθίου φιλοξένως διατεθέντος.

129. Semper aliquis in Cydonis: in eos, qui amabiliter ac benigne recipiunt peregrinos ab Cydone Corinthio hoſpitalis animi homine.

ρλ. Τί οὐ γενήσῃ ἰὼν εἰς Ἄρβηλας; Ἄρβηλαι πόλισμα Σικελῶν, εὐεξαπάτητοι δοκοῦντες οἱ ἐνοικοῦντες εἶναι.

130. Quid non fies proficiſcens ad Arbelas? Arbelæ oppidulum Siculorum, quum faciles deceptu videantur incolæ eſſe.

ρλα. Ἐν Τεμέσῃ ἥρως· ὅτ᾽ ἀπαιτῶν τις αὐτὸς ὕστερον προσοφείλων εὑρεθῇ, ὁ ἐν Τεμέσῃ γέγονεν ἥρως.

131. Heros Temeſæus: quando aliquis flagitans ipſe poſtea debens inventus fuit, fit heros Temeſæus.

Πλουτάρχου παροιμίαι αἷς Ἀλεξανδρεῖς ἐχρῶντο.

Plutarchi parœmiæ, quibus Alexandrini utebantur.

Hæc ſubſignatio quum includeret iſtam prœmiarum recenſionem veluti Plutarcho (quicunque ille fuit, quum agnoſcantur ea appellatione plures uno) collectori debitam, nos quoque eo fine curſum iſtum amputamus, non admiſcendo alias ſimiles, quæ ibidem in altera pagina ſequebantur, ſed non etiam poſtea appoſito alterius collectoris nomine, quia non id agitur. In quibus præter iſta quæ notavi, quum præbeantur nonnulla diverſa ab eis quæ apud inclitum Eraſmum & in corpore An-

dr. Schotti leguntur, ea mihi nota ſunt; cæterum mutare nolui, ut haberes ſingulatim, quæ in his membranis eſſent ſcripta. Scio quemadmodum uterque edat Calydonios in proverbio Βύνας δικάζει, male quidem congruos me judice. Scio, ut equi ſeneſcentis agnoſcant κύκλα, quum ego rationem nullam invenirem non comunicandi tecum κύκα. Scio Ηράκλειος φθορὰ, Φωκαίων ἀρὰ apud illos, & quæ ſic alia. In quibus tamen ſi quid ſtudiis tuis frugiferum & auxiliare accidet, prout meis quidem utiliter ſerviiſſe abhinc ante annos aliquot jam confeſſus ſui, quum duntaxat ita inſtruaris de Plutarchi Collectaneis jam ultra ſeſquiſæculum verſatis inter hominum manus, & nulli utique omnino præter ſoli Eraſmo cognitis (res una integro Theſauri tomo digna) habes quod venereris ac ſalutes illud propitium & dulce fauſtiſſimumque Muſis & huic gaudenti chartæ tradendum nomen Antonii Magliabequii, quo aperiente clauſtra locupletiſſimi illius apud D. Laurentium Medicei Muſei frater meus potuit deſcribere.

Et hæc quidem ad mentionem Æſchyli Alexandrini, proverbiaque ab eo conſcripta. Univerſum vero iſtud ſpecimen diligentiæ Meurſianæ in annotandis locis, ubi commemorabatur aliquid Æſchyli, per tot libros evolvendos vagatum producit indicia clariſſima nunquam interrupti laboris in Meurſio, ita ut & nihil obiter inſpexerit, & porro omnia ferme fuerit aggreſſus. Hinc eſt, ut XLIII. annis poſt editurus Æſchylum Tho. Stanlejus nulla parte auctius oſſilegium combuſtarum harum Æſchyli reliquiarum inſtituere potuerit, atque adeo paginas 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. debeat Meurſio & huic Meurſiano opuſculo, quod tamen ille maluit lectori permittere ad cogitandum, quam ipſe confiteri, quod tamen ingenuitas ejus poſtulabat. Loca, quibus auxit earundem tragœdiarum indicia, certe non ſunt tanti, ut non tota illa pars laudi Meurſianæ ſit vindicanda. Sed ſors fatorum diligentiſſimi noſtri Meurſii ea fuit, ut ſic exciperetur. Neque enim aliter agi placuit in ejus operoſiſſima enumeratione operum Callimachi in notis ad Helladium, quam vides incipere col. 952. Quippe tanquam ea nulla exſtaret, ita nuper in iſtius ſcriptoris fragmentis graſſatio nefanda per furta teterrima nihil non Meurſianum contrectavit, quum certe ab omnibus illis fragmentis, quorum ſedes digito ſuo primus monſtravit Meurſius in his ad Helladium curis per omnes operum Callimachi titulos, abigi & removeri debere illa falſa nomina, ut innoteſcant & ſpectentur ſub nomine Meurſii, nullus diffiteri poſſit; qua ſane ratione numerus bene magnus ab illa fœditate liberabitur.

Qui ſequitur labor Sophocleus tam diligenter per ſuos titulos inquiſitus & collectus ab viro doctiſſimo jam augeri & illuſtrari debebat acceſſione fabulæ, quæ nomen habuit, Λημνίαι δεύτεραι renata ejus notitia per Stephani fragmentum ex bibliotheca Seguieriana productum, quæ penitus ævo & literis exciderat. Quod alterum eſt, equidem non intercedo, quin licuerit Meurſio fragmentum fabulæ, quæ inſcripta fuit Τυμπανισταὶ, ex Stobæo ſic citare corruptum & aſteriſcis fœdatum col. 449. Sed idem ignorare non


poterat eas notas plane non fuiſſe neceſſarias, quæ illic repeterentur, quum iſtam partem egregie reſtituiſſet Petr. Victorius vir eruditiſſimus in notis ad Ciceronis Epiſtolas ad Atticum libro II. ut ſic legi debeant tres illi verſiculi:

Τί χάρμα τούτου μεῖζον ἂν λάβοις ποτὲ,
Τοῦ γῆς ἐπιψαύσαντα καὶ ὑπὸ στέγῃ
Πυκνᾶς ἀκοῦσαι ψεκάδος εὑδούσῃ φρενί;

Col. 861. nimis vitioſe in Suidæ citatione ſcriptum eſt κατηγένετο, quum in illo recte exſtet κατήγετο, & Latine verſum eſt *Machaonis Æſculapii filius; ex quo progenitus eſt*. Neque enim ita uno gradu decurritur ab bello Trojano in iſtam ætatem, & intelligitur ab Suida *Machaonis filius Æſculapii nepos, unde genus trahit*. Col. 881. vehementer extendit victoriam Attali, quem quum Suidas in Nicandro appellet, τὸν νέον Ἄτταλον τελευταῖον Γαλατονίκην, ibi ſcribit auctor Gallo-Græcos ſubegiſſe, quod ultra vota Pergameni regni fuit, neque unquam contigiſſe conſtat. Itaque cautius ab Tan. Fabro retentum fuit *ſurnomme Galatonices*: ſed quod præterea illic annotari oportuerat, ſane difficilius, monuiſſe ſat eſt jam antea.

Vindiciæ Cl. Allatii ſunt paulo negligentius editæ, quod quum in aliis locis, quæ, nota ſunt & publicata, patet, ac reſtitui poteſt; tum in eis, ubi producendo ante non audita ex MSſtis voluit condire iſtas, prout illum facultas hæc inſtruxit. Res nimis amara. Unde ex citatione Hermiæ in cap. VIII. integer verſus lectorem deſtituit in Latinis quidem egregie impleto & perfecto ſermone, ſed Græcis inſipide ſuſpenſis. καὶ λαβεῖν χρησμὸν, ὅτι ὁ τρώσας, καὶ τὸν ἣν ἄδηλον ἀκοῦσαι, ὅτι ὁ Ἀχιλλεύς. Manifeſta certe ipſius Allatii aberratio eſt col. 1748. quum ex Timolao ſcribit Poetam Clytæmneſtræ cuſtodem & Phemium fratres fuiſſe, Græcis omnino de Penelope id dictantibus. Sed quid ipſum auctorem movit, ut col. 1722. tam illepide citaret Ammianum Marcellinum ex capite VI. libri XIV. utque lætari diceretur levitate paucorum magnificus ſplendor cœtuum, quem revera lædi dixit Ammianus. Quin etiam quum hoc agat, ut ordine ab Homero amoveat nomina locorum ac regionum, quæ ab antiquis narrantur natalem ejus ad ſe traxiſſe, inprimis diligenter collecta ab Suida col. 1725. toto libro ne tangit quidem illam ſententiam, quam Suidas exprimit οἱ δὲ Γρύνειον, ipſo interpretante *alii Gryinum*; ut videtur, ex propoſito, quod tacite aperit col. 1726. dicens non meminiſſe ſe uſpiam legiſſe præterquam in ipſo Suida. Quod Lucanus fuerit, aut Romanus, aut Italus, aut Gnoſſius, aut Gryinus, aut Trojanus; tacite ita concludens, non tanti hæc omnia ab ipſo æſtimari, ut illis cupiat aliquid operæ impendere. Quo quum nihil recte exprimatur, videtur tamen ipſe ſatis oſtendere ſibi bene intellectum illud fuiſſe in parte carminis de natalibus Homeri quam retulit col. 1836. ponens Θετταλίη, Γρύνοι, Κεγχραί. Neque enim dubitare volo, quin ſicut intelligi debet, ipſe intellexerit Γρύνειαν, quam vocat Herodotus citatus col. 1775. ubi tamen quum tantopere ſatagat contra Æolenſes, ſane debuit hanc quoque urbem tangere, non minoris in hoc negotio illam momenti, quam

Cume, quum eſſet celeberrima oraculo Grynæi Apollinis, quo numine impletus fuit ille vates. Attamen ex his apparet Γρύνιον ſcribi debere in Suida, tranſpoſita litera ι. Quin etiam prave col. 1734. ab interprete Salmurienſi adſcivit Luciani verſionem Latinam *quæ propterea omnino non ſunt, neque ab initio eſſe potuerunt*, quum Græca ſint μηδὲ ὅλως ὄντων, μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι δυναμένων, in quibus eadem ſententia eſt, quam in Dialogo, quem Eunuchum inſcripſit, reſtitui. Quin etiam dubito, an recte aſſequi poſſis col. 1772. *ad Hermæii ſinum, quem tum Cumani ædificabant*. Hoc quidem certum eſt Latinos non ita ſe gerere in exprimenda ſententia, quam Herodotus ſimpliciſſime & rectiſſime exhibuit ἔτοχον οἱ Κυμαῖοι κτίζοντες τοῦ Ἑρμείου κόλπου τὸν μυχόν. Refertur tamen & ex Angelo Politiano col. 1808. hæc ſcriptura abſurda *Hermæo prætenta ſinu*. Sed hic guſtus pro tempore ſufficiat, nec intercapedine ulteriore impediat, quin crudo & ſervente adhuc deſiderio incitatam ſitim tuam pleno hauſtu ſaties, non dubitans, quin hanc legendi induſtriam hujus decimi voluminis ſenſurus ſis aliquando faſſuruſque bene compenſatam rerum tot amabilium ſcientia & ratione explorata.



SE-

S E R I E S SCRIPTORUM

Quæ in volumine decimo Thesauri Antiquitatum Græcarum inveniuntur.





LUDOVICI CRESOLLII,

ARMORICI E SOCIETATE JESU,

THEATRUM

VETERUM RHETORUM,

ORATORUM, DECLAMATORUM,

QUOS IN GRÆCIA NOMINABANT

ΣΟΦΙΣΤΑΣ, EXPOSITUM

LIBRIS V.

IN QUIBUS OMNIS EORUM DISCIPLINA, ET DICENDI AC DOCENDI RATIO, MORESQUE PRODUNTUR, VITIA DAMNANTUR, ET MAGNI UTRIUSQUE LINGUÆ ILLUSTRANTUR ET EMACULANTUR SCRIPTORES.

AMPLISSIMO VIRO

D. NICOLAO VERDUNO

SENATUS PARISIENSIS PRINCIPI.



OPus hoc qualecunque, tuum in ſinum, tanquam in Palatinum Apollinis Templum evolare geſtit, Præſes Ampliſſime: non tam ut inde mutuetur gloriam, decus, & æternitatem, quæ donare facile potes, quam ut tuo ampliſſimo nomini conſecretur & honori. Tu enim tuo merito es digniſſimus, cui ut Gallico Μυσηγέτῃ, longe antiquo illo Palatino Apolline, cognitione ſapientiaque præſtantiori, omnes omnium ingeniorum fœtus religioſe deferantur. Merito inquam tuo: nam ſi velut in Theatrum inducimus eam vetuſtam Rhetorum nationem, qui ornatum elegantiſſimæ orationis adinveniſſe primi dicuntur, atque eloquentiam in omnium luce populorum ſingulari ingenii commendatione docuiſſe, ſi divertimus in hiſtoriam priſci ævi, ſi excutimus Græcos Latinoſque ſcriptores, & eorum doctiſſima monumenta illuſtrare, atque enodare conamur: quis melius iis de rebus cenſere poteſt, quam qui omnes gentium annales, & Philologiæ arcana ingenii magnitudine continet; qui Atticam eruditionem & venuſtatem conſequutus eſt; cui denique in auguſta Curia & ſapientiſſima, ut principem honoris locum, ſic eloquentiæ principatum communi omnes judicio detulerunt? Id ego reverens aſſentandi ſuſpicionem minime dicerem, ni ſplendida earum rerum & quotidiana eſſent documenta, quæ declarent, pauca in humanis tibi eſſe ignota, in iis vero ad quæ animum appellere voluiſti, facile omnium eſſe primum atque perfectum. Sic enim Senatuſconſulta pronuntias, ut non modo Veterum leges ac omne jus cognoſcere videaris, ſed magnæ mentis oracula fundere, & e beatis animi cimeliis tam varia & abſtruſa depromis, ut operoſum ſit dicere, utrum magis Græca eruditione, quam Latinæ linguæ humanitate & cognitione præcellas. Itaque de te vere dicam, quod de Jovio clariſſimo viro S. Paulinus: Omnium poetarum floribus ſpiras, omnium oratorum fluminibus exundas, Philoſophiæ quoque fontibus irrigaris, peregrinis etiam dives literis Romanum os Atticis favis imples. Æquitatem vero ſic tueris & attollis Eunomiæ Myſtes, & Themidis Hierophanta, ut te omnes Simonideum illum eſſe τετράγωνον, aut ut Mercurium in quadro Veritatis conſiſtere fateantur. Sed inter animi tui decora, & beatiſſimæ vitæ inſignia, nihil forte gratius hominibus & amabilius lucet, quam ſingularis tua illa humanitas, quæ facile omnes alliciat, neminemque repudiet & aſpernetur. Hæc ſtudia plurimorum exſuſcitavit, qui cum viderent te meritiſſimo in ἐραςαῖς παιδείας numerari, quod Juſtinus Martyr imperatoriam laudem eſſe putat, exiſtimarunt te digniſſimum unum eſſe, cui honeſtæ mentium lucubrationes & doctrinarum ſpecimina dedicentur. Eſt illa mihi ratio communis cum multis ſtudii hujus officiique deferendi, qui ſciam tuo patrocinio lætos & erectos habere quo ſe tueantur, & in quo tuti conquieſcant. Eſt enim Hippocratis Coi dictum ſane veriſſimum, præſtantes viros præſidio eſſe conſueviſſe hominibus, neque turres aut mœnia propugnacula eſſe populorum, ſed σοφῶν ἀνδρῶν σοφὰς γνώμας. Sic evenire neceſſe eſt, ut quod tuo politiſſimo judicio comprobaveris, id poſitum extra omnem aleam, homiuum aliorum judicium & reprehenſionem minus vereatur. Quæ ſi omnia nunc deeſſent, quæ permagnam habere vim ad conciliandas voluntates ajebam, tua tamen in religioſos omnes Ordines tam clara inſigniſque benevo-

lentia facile provocavisset, ut te appellarem, & hoc laboris ingeniique mei monumentum Χάριτος βωμῷ quasi tibi litaturus imponerem. Itaque minus vereor, ne me ullus reprehendat ut audacem, nimiumque importunum, qui te magnis rebus impeditum interpellare voluerim, & has tenues commentationes Amplitudini tuæ dedicare. Quin potius spero futurum, ut æqui omnes probent hanc meam sive tui ornandi voluntatem, sive grati animi atque observantiæ testificationem. Tibi certe, cujus in omnem partem nota est bonitas & benefici animi magnitudo, gratam & jucundam fore confido.

Ampl. Tuæ

Deditissimus

LUDOVICUS CRESOLLIUS,

e Societate JESU.

La Cerda *Adverf.* cap. 149. pag. 362.

Hæc testabuntur amorem meum erga CRESOLLIUM, dignum sane, cui omnis antiquitas palmas deferat, propter singularem hominis eruditionem.

LUDOVICI CRESOLLII,

ARMORICI E SOCIETATE JESU,

PRÆFATIO.



CRIPTORES multi Græci Latinique eorum hominum meminerunt, qui sunt nominati Σοφιςαὶ, plenaque sunt Philologorum monumenta gravissimis hominum judiciis, qui tanquam e tribunali voce & tabella de illo genere eloquentium pronunciaverunt. Eorum vitæ ab elegantissimis Rhetoribus memoriæ posterorum & æternitati commendantur: artem quam iidem factitarunt, quaque omnium gentium famam, & communem existimationem aucupati sunt, quidam laude & honore persequuntur, damnant alii, & aperta ludificatione proscindunt. In illis quidem exagitandis Dialogi Platonis aliquot, Lyceique scholæ, Isocratis, Themistii, & aliorum Orationes insumuntur. Quorum scripta cum in manibus sint, & eruditissimorum hominum quotidiano studio & contentione volutentur; mirum sane videatur, extitisse hactenus neminem, qui eam gratiam a studiosa juventute inierit, ut Declamatorum illam agendi rationem uno quopiam in Syntagmate, via & ratione sit complexus. Et tamen res quidem est meo judicio & lectu jucunda, & digna adolescentiæ institutione, & quod facile doctiores judicabunt, ad cognitionem antiquitatis opportuna. Sunt enim multa in veterum Commentariis ex intimo Sophistarum penu, artificioque deprompta, in quibus hærere juventutem est necesse, nisi quidpiam de consuetudine eorum Rhetorum & institutione libarit. Ego vero non me frustra laborem hunc meum impensurum putavi, si qua ratione possem efficere, ut juventus ad bonarum artium studia & humanitatis elegantiam efflorescens, tanquam in tabella contueretur, quæ sit illa natio Sophistarum in veterum monumentis famosa, quæ dicendi quæ docendi ratio, quæ studiorum exercitationes, quæ vita, qui mores fuerint: si denique illorum characteres ut Theophrasti penicillo expressos bono in lumine collocarem. Quæ tractatio plurimos omnium ætatum scriptores, Græcos & Romanos illuminabit, de Sophistis multa memorantes: cum præsertim ita mihi res elaborata fuerit, ut variorum autorum collatione, illustrior omnium rerum facies appareat. In quorum autorum locis studiosissime componendis, nec me labor a suscepto consilio revocavit, quod plurimis fore utile gratumque videbam; nec delicatorum quorundam fastidium, qui testimoniorum aggregationem & varietatem, ut Mercurii acervos, non nisi λιβοβολοῦντες prætereunt. Quinetiam eo lubentius ad hanc Diatribam & Notationes animum applicui, quod viderem doctissimos alioqui viros in Græcis libris Latine vertendis fuisse delusos, minimeque sensum assecutos, quod ad ea quæ Sophistarum sunt propria, neque stylum neque animi cogitationem retulissent: quod suis locis σὺν θεῷ significabitur: sed ne vitio laborare ipse videar & ἀμαζονείᾳ Sophistarum, rem ipsam aggrediar, a nomine, ut fieri amat, exorsus.

TOTIUS OPERIS DIVISIO
ET
OIKONOMIA.



HOc veterum Declamatorum Rhetorumque Theatrum quinque in libros tribuitur, quorum

PRIMUS agit de Sophiſtis deque illorum arte generatim: de antiquitate, deque ipſis initiis & progreſſione: de primorum Sophiſtarum excellentia & inventis: de honoribus illi artificio delatis: de fine ejuſdem, & cur tandem Sophiſtice in contemptionem odiumque venerit.

SECUNDUS LIBER unum genus Sophiſtarum complectitur, quod Philoſophorum ſimilitudinem habuit, nominatum Ἐριστικὸν & *Contentioſum*: ubi Sophiſticæ illorum captiones & laquei, & perplexa argutandi conſuetudo clara in luce ponitur.

TERTIUS de ſecundo genere tractat Sophiſtarum, qui doctores fuerunt eloquentiæ: & primum conſiderantur publice *Declamantes*. Explicatur ἐπιδείξεων materia multiplex, apparatus, pompa, theatrum, auditoria, &c. & ipſorum declamantium cultus, actio, pronuntiatio, ſtyli ornamenta, plauſus, aliaque.

QUARTUS de iiſdem in Schola *Docentibus* memorat: ubi quis Sophiſticus thronus, quodve illi adjunctum ſalarium, quæ legendorum Profeſſorum ratio, quæ inauguratio, quæ Μελέται Scholarum ſive declamationes & communes exercitationes, quæ diſcipulorum conditio & varietas, & ſimilia copioſe explicantur.

QUINTUS Ἠθικοὺς χαρακτῆρας ſeu *Vitia* continet, quibus olim ut plurimum fuere infames Sophiſtæ.

Atque in his non modo quod eſt proprium diſputationis conquiſita varietate explicatur, ſed ritus quoque antiqui, & varii ſubinde ſcriptores Græci Latinique illuſtrantur, vel etiam emendantur, adeo ut in multis Commentariorum vicem obtinere poſſint.

INDEX CAPITUM.

LIBER PRIMUS.

LIBER SECUNDUS.

LIBER TERTIUS.

INDEX CAPITUM.

INDEX CAPITUM.

LIBER QUARTUS.

LIBER QUINTUS.

LUDOVICI CRESOLLII,

ARMORICI E SOCIETATE JESU,

THEATRUM VETERUM RHETORUM, ORATORUM, DECLAMATORUM, QUOS IN GRÆCIA NOMINABANT ΣΟΦΙΣΤΑΣ, EXPOSITUM

LIBRIS V.

IN QUIBUS OMNIS EORUM DISCIPLINA, ET DICENDI AC DOCENDI RATIO, MORESQUE PRODUNTUR, VITIA DAMNANTUR, ET MAGNI UTRIUSQUE LINGUÆ ILLUSTRANTUR ET EMACULANTUR SCRIPTORES.

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

Quid Sophista sit apud Græcos & Latinos: res ad ipsa cubilia revocata, deducta inde gradatim. Solon primus donatus eo nomine: plurimi, quod esset invidiosius, obtentu aliarum artium id dissimularunt. In Civili Jure Sophista & Rhetor distincti. Pindarus, Tatianus, Pandectæ illustrantur.



ATE patuit in ultima antiquitate Σοφιςȣ̃ nomen, & ad eos omnes accommodabatur, qui peritiam & utile quodpiam artificium ostenderent. Σοφιςὴς, ait Suidas, πᾶς τεχνίτης. Rationem tangit Hesychius, nam πᾶσαν τέχνην σοφίαν ἔλεγον. Sed præsertim iis hominibus tributum fuit, qui animi ornamentis excellerent, quorum ingenii monumenta atque decora plurimum haberent in vulgo utilitatis aut suavitatis, quomodo Medici fuerunt, & Musici, & Poetæ proprie nominati Sophistæ. Athenæus, *l.* XIV. cum de illis memorat, qui Musicam eximie tenerent, πάντας, inquit, τȣ̀ς χρωμένȣς τῇ τέχνῃ ταύτῃ Σοφιςὰς ἀπεκάλουν. *Omnes hac utentes arte nominabant Sophistas.* Subjicit Æschyli testimonium:

Εἶτ' οὖν Σοφιςὴς καλὰ παραπαίων χέλυν.
Deinde probe testudinem pulsans Sophista.

Quo eodem modo sumit Anaxandrides Poeta vetus de Musico loquens: *Ad Argam*, inquit, *te certaturum volo mittere prius exploratum*, ἵνα καὶ σὺ νικᾷς τȣ̀ς Σοφιςὰς, ὦ φίλε, *Sophistas, amice, queas ut vincere*. De Medicis est apud Suidam: ὀδύναις τε καὶ νόσοις γενέσθαι Σοφιςὴν ἄκρον, *adversus dolores & morbos summum fieri Sophistam*. Sed in hoc genere laudis & elogii gloriosi, lucent om-

A nino eminentque Poetæ, qui primi animi sui cogitationes literis mandasse feruntur, inusitato equidem tempore dictionis lenocinio, & indoctæ plebis incredibili voluptate. Ii cum mentis impetum suæ, divinitus afflatæ, ad moderandos civium mores contulissent, nominati sunt imprimis σωφρονιςαὶ, veluti modestiæ præceptores, & σοφιςαὶ, ut πεπαιδευμένων coryphæi. Vide Lil. Gyrald. *de Poet.* Ex hoc more doctissimus, & religiosissimus Clemens Alexandrinus in *Protreptici* init. Θρᾴκιον σοφιςὴν appellavit Orpheum, & alio loco Theocritum θεῖον σοφιςήν. Pindarus cum clarorum hominum laudes canit *Isthm.* od. v. *Ex heroibus*, inquit, *strenui bellatores famam reportarunt pro lucro*, &c.

B —— Μελέταν δὲ σοφιςαῖς
Διὸς ἕκατι πρόσβαλλον σεβιζόμενοι.

Sophistis quoque Jovis voluntate declamationis materiam præbuerunt. Animadversiones Casaubonus *in Athenæum* volunt hoc loco Σοφιςῶν nomine Poetas intelligi: quod non plane damno ego quidem atque rejicio, nam & vetus Scholiastes eo nomine donatos fuisse Poetas ait: Sed quid obstat, quominus hic intelligamus soluta oratione & dicendi copia clarissimos, qui res Heroum cum ipsa æternitate magnifico genere dictionis æquarent? Nam & Pindarus hic diserte ponit μελέτας, quæ propriæ fuere Sophistarum, & alias idem ipse prosæ orationis scriptores, quos λογίȣς vocat,
C disertos videlicet & elegantia principes, ad poetas adjungit, ad illustria hominum facinora prædicanda: sic enim vates in *Nemeis* od. VI.

Παροιχομένων γὰρ ἀνέρων
Ἀοιδοὶ καὶ λόγιοι τὰ καλὰ
Σφιν ἔργα ἐκόμισαν.

vertunt: *nam vita functorum hominum præclara opera poetæ & prosæ scriptores ipsis sermonibus imposuerunt.* Quos hic λογίȣς, in priori loco meo judicio nominarat σοφιςὰς, eo sensu quo dicti sunt illi, Rhetores in dicendo politi, & præsertim in

laudando exercitati: quæ causa fuit cur Sidonius Apollinaris elegantissimo vir judicio Sophistam appellarit *panegyristam*, *l.* IV. *ep.* I.

Sed ut redeat unde paululum aberravit oratio, a poetis abiit τοῦ σοφιστοῦ nomen ad viros graves & sapientes, qui lucem ingenii sui & cognitionis aliis impertirent. Qua ratione primum omnium, quod quidem monumentis annalium sit proditum, Solonem indigitatum fuisse constat: sic enim de illo scribit Isocrates περ. ἀντιδόσ. Σόλωνα μὲν γὰρ τὸν πρῶτον τῶν πολιτῶν λαβόντα τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην, προστάτην ἠξίωσαν τῆς πόλεως εἶναι. *Solonem, qui primus civium hoc cognomen sortitus fuit,* (de Sophista loquitur) *gubernatorem ac principem civitatis esse voluerunt*. Idem prope dixit Themistius *or.* IV. Ὅτι μὲν δὴ πάλαι σεμνόν τε ἦν καὶ ἐπ' ἀξιώσει, καὶ ὅτι Σόλωνα σοφιστὴν ὠνόμαζον, &c. *Quod igitur olim honorifica ac plena dignitatis fuerit appellatio, Solonem appellabant Sophistam*. Tatianus eundem σοφιστοῦ nomine intellexit, cum *orat. cont. Gent.* ita loquitur: *Itane absurdum existimatis,* κατὰ τὸν οἰκεῖον ὑμῖν σοφιστὴν, γηράσκειν ἀεὶ πάντα (mallem πολλὰ) διδασκομένους.

Qui eadem tempestate fuerunt homines, aut deinde floruerunt, eruditi & intelligentes, atque artium scientiam consecuti, cum angustius Sophistæ nomen existimarent & gloriosius, ne in suorum civium offensionem invidiamque inciderent, aliis quibusdam nominibus inobscurare conati sunt, & in vulgo dissimulare: nam quidam, ut monuit Plato in *Protagora*, obtendebant poesim; alii sacrorum & oraculorum appellationem. Iccus etiam Tarentinus & Selybrianus Herodicus cum perfecti absolutique forent Sophistæ, artem suam appellarunt Gymnasticam. Pythodes etiam Chius Sophista doctissimus aliique multi sub Musicæ artis velamine Sophisticam facultatem occuluerunt: hi omnes, ait Plato in *Protag.* ob devitandam invidiam, ταῖς τέχναις ταύταις παραπετάσμασιν ἐχρήσαντο, *harum artium obtentu, ut velo ac parapetasmate quodam sunt usi*. Id fecisse quoque Damonem ἄκρον ὄντα σοφιστὴν ait Plutarchus in *Pericle*, virum sane de summis unum, qui Pericli dux fuit ad politiorem humanitatem: cumque foret eloquentia & peritia singulari, se tamen vocabat musicum, ut specioso hoc nomine ἐπικρύπτηται τὴν δεινότητα, *eximiam dicendi facultatem & Sophisticen occultaret*: neque hoc mirum, cum id ipsum primis temporibus in Philosophia contigerit, ut autor est Maximus Tyrius *Dissert.* XXIX. cum nimirum ὁ φιλόσοφος, βαρὺ καὶ προσαντὲς τοῖς πολλοῖς ἄκουσμα, *grave & molestum esset vulgo nomen philosophi*. Itaque primi illi sublimium rerum doctores, poetas se nominabant, ut ipsa carminis suavitate pellicerent animos & tenerent. Nonnulli etiam, quod *Dissert.* XV. *p.* 156. animadvertit idem Maximus, *occulta sacra*, alii *mysteria* disciplinam suam appellabant; quidam fabularum, alii musices, alii postremo divinationis nomine eam induebant: quod Platonis credo imitatione Sophus ille Tyrius prodit.

Verum enimvero cum temporibus Socratis illa elegantium hominum seges erupisset, qui veluti gloriæ in Circo, summa ingeniorum contentione decurrerent, tantum abest ut dissimulandum esse putarent, ut avide omnes sibi id nomnis adsciscerent. Itaque tum maxime celebrari cœpta est Sophistæ appellatio, & totius rei fama longe fusa: quæ diuturna esse potuisset, si terminos cupiditati illi suæ posuissent: sed cum nimium se in opes ingurgitarent, cum ea pollicerentur, quæ præstarent minime, atque adolescentiam in fraudem inducerent; invisum nomen effectum est, & σοφιστὴς habitus ἀπατεὼν, διδάσκαλος πανοῦργος, *fallaciosus, doctor, versipellis*, ut ait Hesychius. Hinc illi tum Sophistæ nominati, qui sapientiam venderent, qui se gloriose venditarent, qui speciosa oratione fucum facerent: illi præsertim qui a scriptoribus ἀντιλογικοὶ & ἐριστικοὶ vocantur, qui contortis & fallacibus conclusiunculis impune animos audientium illuderent, de quibus alio loco dicetur uberius. In eos stylum acuit Plato sæpe, & multi alii, philosophia & humanitatis cognitione nobiles: idque malum ortum primum in Græcia, in aliis quoque oris terrarum pullulavit. Sane apud Hebræos istiusmodi quoque fuere Sophistæ, quos sacra opinor Historia *Libertinos* appellat, homines promptos ad refellendum, ad contendendum & agitandum paratos: de quibus agens Oecumenius *in cap.* VII. *Act.* ait illos περὶ σοφιστικὴν τὸ κράτος ἀποφερομένους παρ' Ἑβραίοις, in Sophistica apud Hebræos veluti familiam ducere.

Tandem σοφιστοῦ nomen in iis conquievit qui docerent eloquentiam, quorum plurimi singulis ætatibus summa in ea re gloria præstiterunt, & monumentis annalium celebrantur. Hinc apud Suidam: Λέγεται δὲ ὁ σοφιστὴς καὶ ὁ διδάσκαλος, ὡς σοφίζων, *dicitur Sophista & magister, ut qui sapientiam doceat*: opinor sumpsit a veteri Scholiaste Aristophanis *in* Νεφέλ. Σοφιστὰς, inquit, νόει τοὺς διδασκάλους, ὡς τοὺς ἄλλους σοφίζοντας. eos Plutarchus σοφιστὰς λόγων *eloquentiæ Doctores* nominat in *Lycurgo*: & Thucydidis Græcus Interpres, *lib.* III. τοὺς διδασκάλους ῥητορικῶν προβλημάτων, *rethoricarum quæstionum magistros*. Atque hactenus sit a nobis notatus hujus nominis veluti quidam cursus in Græcia.

Quod ad Latinos attinet, tenuis omnino fuit in Italia ante M. Tullium Sophistarum mentio: rem ipse ignorare minime potuit, ut qui plurimos audivisset in dicendo præstantes, & parandæ eloquentiæ causa totam Græciam Asiamque peragrasset. Duobus igitur fere modis Sophistæ nomen accipit: primo, pro *caupone doctrinarum sopho* & ἀλαζόνι, ut in *Academicis Quæst.* cum Anaxagora loquitur, quæst. II. *Quis fuit hic? num Sophistes? sic enim appellantur ii, qui ostentationis aut quæstus causa philosophantur*. Pari modo gravissimus autor Seneca, *ep.* XXIX. *Illos,* inquit, *mihi circulatores Sophistas qui philosophiam honestius neglexissent, quam vendunt*: sumit deinde pro *disertis hominibus*, qui flosculos omnes orationis carpant & delibent, atque omnia dicendi lumina consectentur. Itaque Cicero *ad Brut.* in Oratore perfecto, cum de stylo oratoris disputat, hujus dulcem & temperatam orationem distinguit a molli & umbratili copia Sophistarum, quæ lepore & veneribus redundet, atque adeo pictum & expolitum ornamentorum genus refert ad *fontes Sophistarum*: eosdem l. I. *de Officiis* appellat *Rhetores*, sic enim ibi: *Hinc Rhetorum campus de Marathone, Salamine, Platæis*, &c. quam fuisse communem materiam τῶν ἐπιδείξεων Sophistarum, in qua juveniliter exultarent, post videbitur. Iidem I. *de Orat.* sunt *Rhetorici doctores*, & alias παραφραστικῶς, *qui artes rhetoricas exponunt*. Ab his *rethorice dicere*, est Sophistarum more pereleganter, composite, illuminate, admirabiliter dicere. *Potest id quidem*, inquit III. *de Finibus, fuse, & copiose, & omnibus electissimis verbis gravissimisque sententiis rhetorice & augeri & ornari*. Veteres id *rhetorissare* dixerunt, ut est apud Nonium.

In Jure tamen Civili Sophista & Rhetor distinguuntur, sic enim ponitur *D. de excusat. l.* 6. *Grammatici, Sophistæ, Rhetores, Medici qui* περιοδευταὶ *vocantur,* &c. *a tutela requiem habent*. Accursius & alii præterea quidam minorum veluti gentium Interpretes per Sophistam Dialecticum hic intelligunt: quod esse falsum aliis e le-

gibus ostendi potest. Est enim Rhetor hic proprie qui dat eloquentiæ præcepta Latine, Sophista qui Græce; quo uno, in Jure distinguuntur. Nec audiendus est hoc loco vir in Jure interpretando clarissimus, Cujacius scil. *ad legem* 6. *D. de excusation.* qui Rhetorem potius eum esse dicit, qui eruditionem habet, sive doceat, sive non doceat; Sophistam autem qui in dicendo occupetur: nam & hoc ita probat, ut minime probet, & refelli potest e duorum Imperatorum lege, quæ *Cod. de stud. liberal. Urb.Ro.* ponitur, & diserte illam habet distinctionem quam posui: hæc Imperatorum est sanctio: *Habeat igitur auditorium specialiter nostrum, in his primum quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, Orationes quidem tres numero, Grammaticos vero decem: in his etiam qui facundia Græcitatis pollere noscuntur, quinque numero sint Sophistæ, & Grammatici æque decem.* Hic locus mendosus est in vulgatis libris, legitur enim *facundia gravitatis*, ubi quidam Glossarum auctores corrigendum putant *garrulitatis*, alii *gravatis*, &c. sed recte in Cod. Theodosiano *facundia Græcitatis*, quod viri doctissimi retinent. Sensus illius Edicti clarus; Genera duo professorum eloquentiæ facit; Oratorum *quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat*, hoc est, Rhetórum qui Latine doceant; & Sophistam *qui facundia Græcitatis pollentes*, Græce nimirum instituant. Et ne quis forte cum Accursio per Sophistam intelligi velit Dialecticum, subdunt Imperatores, ad hos humanitatis præceptores unum esse addendum, qui *philosophiæ arcana rimetur*. Alius igitur philosophus a Sophista. Quod autem hoc loco Oratores ponuntur pro Rhetoribus, id tritum est in legibus, ut *Cod.de Profess.l.*11. *D.de excus.l.* 6. *D. de stud. lib. Urb. R. Cod. Theodos. de med. & pr.l.* 11. ubi vox *Oratoris* pro facundiæ magistro sumitur.

Sit igitur hoc fere certum quod ajebam, vulgo in Jure Sophistam poni pro Græco eloquentiæ professore. Vulgo dixi, quod etiam quemlibet aliquando significet, seu Græcum, seu Latinum, qui dicendi artificium tradat: quo modo sumitur *Cod. de Profess.* cum sic edicunt Imperatores, *Grammaticos tam Græcos quam Latinos, Sophistas & Jurisperitos, in hac regia urbe professionem suam exercentes*, &c. Quemadmodum etiam *Rhetoris* nomen utrumque genus aliquando complectitur, ut *Cod.de profess.& med.l.* 2. *&* 11. *& D. de excusat. l.* 6. §. 8. quare semper in vetustis scriptoribus ad Rhetoris nomen discriminis causa quidpiam adjungitur: ut videlicet intelligatur, de Græcone an Latino sermo fiat. Tertullianus, *lib. contr.Valent. c.*VIII. *Rhetor Latinus Phosphorus nomine*. Sueton. in *Vespasiano*, c. XVIII. *Primus e fisco Latinis Græcisque Rhetoribus annua centena constituit*, hoc est, Rhetoribus & Sophistis. Sic *Cod.Theod. de med.& pr.l.*11.*Rhetores Atticæ Romanæque doctrinæ*. Addam & istud ἐν παρόδῳ, Rhetoras visos digniores Sophistis, hoc est, Latinos Græcis eloquentiæ doctoribus. Sane eodem *Cod. Theod. eodemque tit.* Grammatico Latino viginti, Græco vero duodecim tantum annonæ præbentur.

Sed ut a Jure abeamus, apud alios quoque Latinitatis autores, Sophista eum significat, qui in docendo artificio dicendi versetur. Ita sumit Juvenalis, *Sat.* VII.

—— hæc alii sex
Vel plures uno conclamant ore Sophistæ,
Et veras agitant lites.

Proprie μελετῶν artifices Declamatoresque intelligit, & ut ait vetus Scholiastes, *professores*: ut & Fab. Quintilianus l. XI. c. III. *Urbane*, inquit, *Flavius Virginius interrogavit de quodam suo antisophiste, quot millia passuum declamasset.* Hinc apud Ausonium in quadam epistola, *Sophistica*, nominantur ornamenta oratoria. & *Idyl.*V. *Nam poeticam*, inquit, *vel Sophisticam levitatem* (mallem *lenitatem*) *necessitas observationis exclusit*: ait sibi deesse illam dulcitudinem & concinnitatem propriam Sophistarum: *Sophistæ*, ait D. Augustinus *l.*11. *de Exod. appellantur Latinarum literarum elegantissimi autores*. Qui προγυμνάσματα viasque ad eloquentiam traderet, eum Sophistam appellavit Priscianus. Et quoniam eorum Rhetorum propria videbatur esse eloquentia, Sidonius Apollinaris *Carm.* XXIII. laudans Consentium, elegantia nobilem & plurimarum artium choragio circunfluentem, nominavit Sophistam:

Juncta est fœmina quæ domum ad mariti
Prisci insignia transferens Jovini
Implevit trabeis larem Sophistæ.

Sed vulgo Sophistam pro sapiente ponit atque philosopho, ut *ep.*1.*l.*IV. sic Tertullianus *Samium Sophistam* pro Pythagora lib. *de Anima*, c. XXIV. & in *Apologetico*, c. XLVII. *Quis poetarum, quis Sophistarum, qui non omnino de Prophetarum fonte potaverit?* Eadem mente Prudentius *barbatos Sophistas*, cum vellet dicere Philosophos, carminibus suis inseruit, l. II. *in Symmach.* Atque hactenus honorifica est appellatio, gloriæque tribuitur: sed quemadmodum in Græcia, sic etiam apud Latinos id nominis in invidiam est adductum, nec nisi odiosa contumelia imponitur. Quare Boetius Sophisticen nominat *Cavillatricem*: & quæ ab illa generantur Sophismata, Seneca *ep.* CXI. autore Cicerone dixit *cavillationes*, nimirum *quæstiunculas*, ut ipsemet exponit, *vafras*, quæ nectuntur fructu nullo. Hinc Sophistæ & Sophistici, versipelles & plani, qui lingua ingenioque abutantur ad inobscurandam veritatem, & decipiendas hominum mentes argutula machinatione. Eleganter Gregorius Turonensis: *B. Domnolus rogavit Regem, ne permitteret simplicitatem illius inter Senatores Sophisticos, aut Judices Philosophos fatigari.* Hæc de nomine.

CAP. II.

Discriminati, & compositi accuratius, Ῥήτωρ, Σοφιστής, Πολιτικός, Φιλόσοφος, *unde lux superioribus. Notata D. Gregorii Naz. versio, & aliquot ejus loca exposita.* Πολιτικοὶ *apud Ciceronem & Rhetores Græcos diversi.*

QUod sit discrimen inter Rhetorem & Sophistam apud Latinos, paulo ante monuimus, quod Latinus ille fuerit doctor, hic Græcus. Quod ita est intelligendum, ut tamen aliquando, in Italia quidem, unus & idem & Græcas haberet scholas, & Latinas, & in utroque genere orandi laboraret: nam cum in toga Latine declamavisset, mox sumpto pallio, quasi persona mutata, redibat in suggestum, & Græcam orationem fundebat. Ex eo genere fuit Sabinus Clodius homo minime malus, sed minime bonus in dicendo, quem Seneca pater lineamentis expressit, *contro.* XXVI. de quo Severus Cassius, cum ab ejus auditione rediret, interrogatus quonam modo dixisset, venustissime respondit, *Male* καὶ κακῶς. Nunc subit in mentem quærere, num etiam apud Græcos inter Ῥήτορα & Σοφιστὴν aliquid sit discriminis: ex cujus rei cognitione, haud exigua opinor lux ad scriptores magnos intelligendos accedet.

Et quidem fuisse distinctos, multi autores iique eruditissimi haud obscure significant. Aureus Chrysostomus cum vellet ostendere antiquos omnes sapientes, qui doctrinam excoluissent, a

veritate aberravisse, sic numerare incipit, ϗ σοφισαὶ, ϗ ῥήτορες, ϗ φιλόσοφοι, ϗ συγγραφεῖς, &c. *in c.* II. I *ad Corinth.* & *in c.* I. II. *ad Thess.* veterum calamitates, inquit, narrant ꝙ ποιηταὶ, ϗ ῥήτορες, ϗ σοφισαὶ, ϗ λογογράφοι πάντες. & *homil.* III. *in* I. *ad Cor.* similia repetit: eandem habet distinctionem Apollonius Tyaneus apud Philostratum *l.* VIII. *c.* III. Καλῶ δὲ σοφὰς μὲν, ποιητικὴν, μυσικὴν, ἀστρονομίαν, σοφισὰς, ϗ τῶν ῥητόρων τὰς μὴ ἀγοραίους. *Sapientes autem artes appello ceu poesim, musicam, astronomiam, Sophistas, & Rhetores non circunforaneos.* Dion item Prusæus *or.* XII. negat se vel ῥήτορα, vel σοφισὴν esse. Est eadem apud Gregorium Theologum distinctio, cujus locum eo proferam libentius, quod, opinor, doctus Interpres non clare satis eum expresserit: agit de Magni Basilii laude, quem majori præditum eruditione quam pro ætate fuisse contendit, & hoc modo illustrat, *orat.* XX. Ῥήτωρ ἐν ῥήτορσι, ϗ πρὸ τῶν σοφισικῶν θρόνων, φιλόσοφος ἐν φιλοσόφοις, ϗ πρὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ δογμάτων, τὸ μέγισον ἱερεὺς Χεισιανοῖς ϗ πρὸ τ ἱεροσύνης, vertunt, *Rhetor inter Rhetores, etiam ante Sophisticam exedram*, &c. Sane ego sic maluissem, *Orator inter oratores, etiam ante scholas & declamationes Sophistarum*, &c. Sophistæ etenim qui tum fuerunt doctores rhetorici, hoc spectabant, ut oratores efficerent in dicendo perfectos, hoc est, ῥήτορας, quique in foro & curia, dictionis suæ elegantiam possent ostendere. Sensus igitur eruditissimi Grægorii est, Basilium adolescentem tam præstanti fuisse ingenio & orationis copia, ut etiam priusquam ad Sophistas & eloquentiæ scholam accederet, jam esset orator: quemadmodum & priusquam philosophiæ mysteriis initiaretur, jam philosophus erat, & ante consecrationem, sacerdos: quæ postrema explicationem illam nostram eximie comprobant. Atque ex hoc loco jam quædam elucet discriminis ratio inter ῥήτορα ϗ σοφισὴν apud Græcos: viam hic pandit & directas regiones ad eloquentiam, ille jam peritus & paratus ad agendum orator. Et quidem ita videntur appellati etiam Sophistæ ῥήτορες, propter mirabilem in dicendo vim & facultatem qua pollebant. Sic Nicetem clarum Sophistam & probatum Smyrnæi honoris causa nominabant ῥήτορα, ut ait Philostratus *de Vit. Soph.* apud quem etiam Herodes Atticus dicitur ποικιλώτατος ῥητόρων. Diodorus Siculus, *lib.* XII. de Gorgia Sophistarum veluti parente, Γοργίας ὁ ῥήτωρ δεινότητι λόγου πολὺ προέχων, &c. *Gorgias orator qui dicendi facultate plurimum præstitit.*

Sed hæc differentia tam nota est, tamque in medio posita, ut supervacaneum esset monere, si sola fuisset. Verum cum ῥήτωρ non modo apud Græcos eum significet de schola politum, & jam in orando perfectum; sed præterea illum, qui non minus quam Sophista, ad docendam juventutem, & aperiendos eloquentiæ fontes adhiberetur, qua ratione inter se differrent quærebam. Nam id quoque munus fuisse τ ῥήτορος, D. Chrysostomus Davidis cantum sapientiamque exponens clare significat, ubi de iis loquitur qui adolescentiam erudiunt, *in Ps.* IV. ὐκ εἰς μυσεῖον ἀπιέναι δεῖ, ὐδὲ χρήματα ἀναλίσκειν, ὐδὲ παιδαγωγὰς μισθῦσθαι, ϗ ῥήτορας, ϗ σοφισὰς. *Non est eundum in Museum atque Gymnasium, non consumendæ pecuniæ, non conducendi pædagogi, Rhetores, & Sophistæ, ut hanc dicendi artem discas.* An igitur Sophistæ plus aliquid quam Rhetores in docendi muneribus complectebantur, quod Romæ aliquando valuisse meminimus? Nam cum eloquentiæ sint plurimæ exercitationes, in quibus Romana juventus erudiebatur, de iis temporibus loquor in qibus ingenuæ mentes ad studia humanitatis civium approbatione se conferebant: cum sint, inquam, oratoriæ scholæ meditationes plurimæ atque variæ, ut Prosopopœjæ, Laudes Suasoriæ, Declamationes, Theses, Controversiæ, Loci communes, & quæ Deliberativæ nominantur & Judiciales, aliæque ejus generis; Sophistæ, hoc est, facundiæ Græci Magistri, hunc omnem declamandi complexum tuebantur, Rhetores autem Latini, tantum partem. Causa est, quod Grammatici in eorum munerum partem involavissent, apud quos etiam Prosopopœjæ & Suasoriæ declamabantur, quæ propriæ tamen videbantur esse Rhetorum. Unde fiebat quod animadvertit Quintilianus, *l.* II. *cap.* I. ut Græcis prius, quam Latinis Rhetoribus pueri parvi committerentur. Sed hoc discrimen in Græcia valere non potest, apud quos Latini Rhetores haud opinor docuerunt. Hic mihi differentia quædam objicitur, quam notasse videor apud eruditissimum Gregorium Nazianzenum, *epist.* CXVII. ut ῥήτωρ, cum quidem ad docendum refertur, sit politicus veluti eloquentiæ professor, qui præcepta modo communia explicet: σοφισὴς autem qui præterea plurimarum artium scientiam complectatur, & dictionem mirabilius exornet, omnibus luminibus pictam, flosculis & copia redundantem. Nam commendans Eudoxio Rhetori Nicobulum adolescentem affinem suum, *Velim*, inquit, *eum a nobis accipias*, τὸ μὲν ῥητορικὸν ἔχον τῷ πατρὶ χαριζόμενος, τὸ δὲ σοφισικὸν, ἡμῖν. *Rhetoricam quidem tæniam patri, Sophisticam autem nobis largiturus.* Hic enim meo judicio per ῥητορικὸν intelligit civilium rerum gnarum & facundum interpretem, & judiciorum candidatum, qualem genitor Nicobulum suum cupiebat: per σοφισικὸν vero præterea doctum, elegantem & concinnum oratorem, qui Gregorii & summorum virorum expectationi atque eruditis auribus inserviret. Atque hoc eodem in sensu gravissimus Tertullianus *contra Valentin.* Sophistæ nomen accepit, pro præstanti nimirum viro, qui excellenti varietate & copia notiones animi sui explicet cum Miltiadem nominat, *Ecclesiarum Sophistam*, os veluti atque tubam religionis, qui sanctos ritus singulari judicio & eloquentia confirmaret, qualem esse diceremus Lactantium Firmianum, aliosque stylo divinos atque doctrina. Quo forte modo Claudianus etiam Mamercus, l. II. *de stat. an.* cap. X. D. Augustinum nominavit *Sophistam*. Hoc ipsum alias quoque idem ipse Nazianzenus opinor significat in literis *ad Sophistam Adamantium*, cui cum quædam rhetorica mitteret, monet ut illis Sophisticam adjungat, quasi quædam illustriora ornamenta. *Tu vero*, inquit, προεισένεγκε τῆς σοφισικῆς μὴ μικρολόγως μηδὲ ἀνάνδρως, ἀλλὰ ϗ λίαν ἐπιδεικτικῶς ϗ γενναίως, *Sophisticen adhibe, non minute & ignave, sed perquam ambitiose ac splendide.* Sic intelligo Julium Pollucem diligentissimum ὀνοματοθήραν, qui cum magistros ἐπισημῶν ἱερωτέρων veluti sub signis decuriat, ita Rhetorem a Sophista seponit, ut Rhetorem eundem faciat cum πολιτικῷ. Verba illius hæc sunt, *l.* IV. *c.* I. ῥήτωρ, ῥητορικὸς ὁ αὐτὸς ϗ πολιτικὸς σοφισὴς, &c. Et paulo post ῥητορεύειν ait esse πολιτικὸν εἶναι, & distinguit ab eo σοφισὴν εἶναι. Nec repugnat Julius Pollux M. Tullio qui πολιτικὸν distinguit a Rhetore: sic enim illum scribere memini de L. Torquato, *in Bruto: quem tu non tam cito Rhetorem dixisses (etsi non deerat) quam ut Græci dicunt πολιτικόν.* Alio enim quodam modo sumit πολιτικὸν Cicero, nimirum pro gravi & honesto cive & prudenti qui consilio remp. moderetur, quales barbati olim fuere Patres conscripti, & qui deinde consecuti sunt eorum similes, in dicenda sententia potius maturi & religiosi, quam floridi, copiosi, redun-

dantes. Et quoniam hujus rei cognitio non modo plena est honestissimæ voluptatis, sed ad Veterum intelligenda monumenta prope necessaria, age paulo altius repetamus quam brevissime fieri poterit, & deinde videamus quod est proprium nostræ quæstionis, quid *πολιτικὸς* a Sophista & præstantissimo dicendi artifice dissentiat.

CAP. III.

Civiles seu πολιτικοὶ qui nominati. λέξεως πολιτικῆς autor. Sophistarum πολιτικὸς θρόνος Athenis. Oratio Themistii βασανιστής. Dicta Sapientum de Sophistæ & Philosophi discrimine.

FUIT tempus aliquando, cum præsides reipub. viri, ut Tiresias apud manes, sic inter cives omnes alios sapere soli viderentur. Illi honoris causa *πολιτικοὶ* nominati fuerunt & *σοφοὶ*, quod magni autores meminerunt: & qui deinde prodierunt magnarum artium magistri, quod sententias proponerent ad civilem rem accommodatas, dicti sunt *πολιτικοὶ* Philosophi, *universarum rerum publicarum nomine*, ut loquitur M. Tullius *de Orat.* lib. III. Eorundem fuit munus fundare urbes, leges condere, politiam administrare, directis viis ad portum otii & felicitatis provehi. Et quoniam sententiam sæpe suam de pace, de bello, cæterisque negotiis exponebant, oratores iidem habebantur: quod his verbis declarare videtur Fabius operis sui initio. *Cum vir ille vere civilis (πολιτικός) & publicarum privatarumque rerum administrationi accomodatus, qui regere consiliis urbes, fundare legibus, emendare judiciis possit, non alius sit profecto quam Orator.* Sed officia illa tandem fuere distincta, ut Orator non sermonem modo haberet tacitæ mentis interpretem, sed copiam & ubertatem, & magnum usum humanitatis atque doctrinæ: politicus vero tametsi imparatus ab eloquentia, propter cognitionem tamen civitatis, morum, consuetudinis, & tractandi rationem, civitati esset adjumento & in rebus civilibus occuparetur; cujus artem *δραστήριον σύνεσιν* vocavit Plutarchus in *Themistocle*, veluti *prudentiam negotiosam*. Hoc fere modo sumit Cicero, cum Torquatum *πολιτικὸν* nominat potius, quam rhetorem. Eodem sensu dixit lib. II. *ep. famil.* se neminem cognosse M. Cælio *πολιτικώτερον*: & scribens ad Atticum *lib.* VIII *ep.* XX. *ἀπολιτικώτατον* nominavit totius reipubl. ignarum, & re gerenda prope hospitem & peregrinum. Græci autem cum oratorum genera duo facerent, alterum *πολιτικὸν ῥήτορα* dicunt, quem paulo ante Julius Pollux distinguebat a Sophista: qua de re, prout sumus polliciti, nunc agendum.

Certum est enim & *πολιτικοὺς* fuisse numeratos inter dicentes, & *φράσιν* quandam esse, quæ proprie *πολιτικὴ* nominetur, seclusa ab ornatissimo & splendidissimo dicendi modo, quem plerique *σοφιστικὸν* dixerunt. In utroque genere præstitere multi e Græcia, de quibus in monumentis annalium proditur. Hermogenes de Æschine lib. II. *de Form.* Ὁ δὲ Αἰσχίνης πολιτικὸς μέν ἐστι, εἴπερ ἕτερός τις, σοφιστικὸς δὲ καὶ γαῦρος, &c. Gregorius presbyter in *Vita S. Gregorii Nazianzeni*, ait par illud eruditionis Basilium & Gregorium utraque in forma dictionis excelluisse, & habuisse *πολιτικῆς λέξεως καθαρότητα, & ῥητορικῆς τὸ τῆς φράσεως κάλλος*, *& forensis dictionis puritatem, & Rhetoricæ elegantiæ pulchritudinem*. Generis Politici autorem fuisse ferunt Antiphontem Rhamnusium, de quo τῶν ἰδεῶν scriptor ita refert: Πρῶτος λέγεται τοῦτο μετελθεῖν τὸ εἶδος, καὶ ὅλως εὑρετὴς καὶ ἀρχηγὸς γενέσθαι τοῦ τύπου τοῦ πολιτικοῦ. *Diciturprimus coluisse hoc genus, atque omnino autor est hujus characteris politici*; quippe antiquissimus inter illos decem Græciæ Oratores fuit. Excepit eam deinde formam & mirifice excoluit Demosthenes, sic ut docti eloquentiæ præceptores, istius generis eum specimen & exemplar fuisse velint. Quin & schola fuit Athenis *πολιτικῶν λόγων*, delectique magistri, quos pollutos avaritiæ sordibus haud minus quam Sophistas, aut ipsius artis ignaros, pungit oratione sua *contr. Sophistas* Isocrates: Τοῖς, inquit, τοὺς πολιτικοὺς λόγους ὑπισχνουμένοις ἄξιον ἐπιτιμῆσαι. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τῆς μὲν ἀληθείας οὐδὲν φροντίζουσιν, ἡγοῦνται δὲ τοῦτ' εἶναι τὴν τέχνην, &c. *Sunt etiam accusandi civilium orationum magistri, qui cum & ipsi veritatem negligant, hoc artis esse putant*, &c. Subdit eos tam esse væcordes, ut cum deteriores orationes scribant, quam aliqui indocti habeant ex tempore, oratoriam tamen artem eamque absolutam polliceantur. Hinc *πολιτικὸς θρόνος* in principe Græciæ civitate, cui qui præesset istius facundiæ professor annuo salario talentum accipiebat. De Apollonio quidem Sophista Atheniensi ita Philostratus lib. II. *de Vitis Sophist.* *Docuit Athenis* τοῦ πολιτικοῦ θρόνου προεστὼς ἐπὶ ταλάντῳ, *civili suggesto talenti salario præfuit*. Ad politicam eam scholam regendam maxime adhibebantur, qui vel causas in foro egissent, vel privatis & Scholiasticis declamationibus ad illud genus dictionis animum appulissent: qualis Apollonius ille quem nominavi, de quo idem autor: Ἱκανὸς, inquit, τὰ δικανικὰ καὶ τὰ ἀμφὶ μελέτην οὐ μεμπτὸς, *civilium rerum forensiumque sat peritus, & minime ineptus in declamando*: & paulo post: Διαπρεπὴς δὲ καὶ τὰ πολιτικὰ γενόμενος. Itaque Sophistæ ut plurimum utroque genere valuerunt. De Nicete Philostratus: Τὸ μὲν γὰρ δικανικὸν, σοφιστικῇ τινὶ περιβολῇ ἐκόσμησε, τὸ δὲ σοφιστικὸν κέντρῳ δικανικῷ ἐπέρρωσεν. *Judiciale genus Sophistico quodam amictu ambituque exornavit, contra vero Sophisticum judiciali aculeo corroboravit.* De Antiocho: Τὴν ἰδέαν τοῦ λόγου δικανικῆς μὲν σοφιστικώτερος, σοφιστικῆς δὲ, δικανικώτερος.

In quibus autem *πολιτικὴ* oratio discrepet a Sophistica, seu panegyrica, docet Hermogenes lib. II. *de Formis*, ubi etiam ultimi hujus generis venustissimi exemplar dicit esse Platonem. Quod an verum sit non disputo: hoc addo, ex magnorum autorum sententia, multum Sophistam a Philosopho differre: qua de re quid viri gravissimi sentiant, hoc extremo loco monendum proposueram. Plato negat esse Philosophos nominandos, sed ὁμοίους τοῖς φιλοσόφοις. Clemens Alexandrinus lib. I. *Strom.* ex subjecta materia petit eorum differentiam: Τῶν μέτρων οἱ ποιηταὶ, καὶ τῆς λέξεως οἱ σοφισταὶ, καὶ τῶν συλλογισμῶν οἱ διαλεκτικοὶ, καὶ οἱ φιλόσοφοι τῆς κατ' αὐτοὺς θεωρίας ἀντιλαμβάνονται. *Poetæ modos, dictionem Sophistæ, Dialectici syllogismum, & Philosophi apprehendunt eam quæ ad se pertinet contemplationem.* Alio tamen loco magnam esse ait similitudinem inter Philosophum & Sophistam, & proinde quasi Lydio lapide esse utendum ad eos discernendos. Itaque Themistius primam suam orationem, qua de vero genuinoque Philosopho disputat, nominavit *βασανιστὴν*, plane illius doctissimi Patris imitatione, cujus locum animo intuebatur: eum hic proferam in gratiam Themistianæ editionis: Πολύπειρος οὗτος τῆς ἀληθείας ἰχνευτὴς, καὶ τῷ ὄντι πολύμητις δίκην τῆς βασάνου λίθου, ἥ δή ἐστι Λυδὴ, διακρίνειν πεπιστευμένη τὸ νόθον ἀπὸ τοῦ ἰθαγενοῦς χρυσίου, καὶ ἱκανὸς ὢν χωρίζειν ὁ πολυΐδρις ἡμῶν καὶ γνωστικὸς, σοφιστικὴν μὲν φιλοσόφου. Vult dicere hominem mente & judicio præstantem qui multarum rerum cognitionem perceperit, instar Lydii lapidis, qui verum aurum ab adulterino distinguit, Sophistam a Philosophia posse discernere: qui unicus & verissimus scopus est orationis Themistii.

Sed pergo alias differentias exquirere inter Philosophum & Sophistam. Alcinous *de Doctr. Plat.* c. ult. ait differre τρόπῳ καὶ ὕλῃ. *moribus* quidem, quod mercede doceat juvenes, & videri magis quam esse bonus honestusque velit: *materia* autem, quod Sophista περὶ τὸ μὴ ὂν versetur, atque ita tenebras ne appareat qualis sit sectetur. Maximus Tyrius *virtute* separat, *Dissert.* x. Μιμεῖταί πως καὶ φαρμακοπώλης ἰατρὸν, καὶ συκοφάντης ῥήτορα, καὶ σοφιστὴς φιλόσοφον: *Agyrta imitatur medicum, Sycophanta oratorem, Sophista Philosophum.* Sed προαιρέσει *proposito* distinguitur Orator a Sycophanta, τέλει *fine* medicus ab agyrta, ἀρετῇ *virtute* Sophista a Philosopho. Idem *Dissert.* IV. dicit Sophistam esse κόλακα τῦ φιλοσόφου. Denique Hermogenes lib II. *de Formis*, distinctionem ponit ἐν τῇ δεινότητι *in vi dicendi*, quod Sophistarum δεινότης sit tantum φαινομένη καὶ μὴ οὖσα, *apparens & non vera*. Quanquam e veteribus Sophistis multi genus quoddam Philosophiæ professi sunt, de quibus suo loco memorabitur.

CAP. IV.

Antiquitas Sophistices, & cursus quidam illius atque progressio. Sophistarum heroica proles Jove principe. δεινότης πολιτικὴ migravit in Sophisticen. Romani Imperatores eam artem insigniter promoverunt.

HOMERUS, quem propter excellentis ingenii magnitudinem omnium artium fontem esse dixerunt, ad *Jovem* divum & hominum parentem Sophisticæ prima initia retulit. Nam de Gnosso & Minoe, laudans ita canebat:

Τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσσὸς, μεγάλη πόλις, ἔνθα δὲ Μίνως
Ἐννέωρος βασίλευε, Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

Quam laudem esse maximam quaque nihil magnificentius dici queat Plato opinatur, & poetæ locum divinitus sic illustrat, in *Minoe*: Ὅτι μὲν γὰρ ὁ Ζεὺς σοφιστής ἐστι, καὶ ἡ τέχνη αὕτη παγκαλής ἐστι, πολλαχοῦ καὶ ἄλλοθι δηλοῖ, ἀτὰρ καὶ ἐνταῦθα. λέγει γὰρ τὸν Μίνω συγγίνεσθαι ἐνάτῳ ἔτει τῷ Διὶ ἐν λόγοις, καὶ φοιτᾶν παιδευθησόμενον ὡς ὑπὸ σοφιστοῦ ὄντος τοῦ Διός. hoc est, *quod enim Juppiter Sophista est, eaque ars præclarissima, cum alibi sæpenumero, tum hoc in loco, vel maxime patefacit. Nam Minoem annos novem cum Jove colloquutum inquit, ad eumque disciplinæ gratia proficisci solitum, quasi Juppiter Sophista sit.* Atque hujus rei argumentum ex ipsius Poetæ verbis ducit: ὄαροι namque *sermones* sunt: ὀαριστὴς autem est *in sermonibus congrediens*: Minos itaque annos novem (alii nono quoque anno malunt) ad Jovis antrum erudiendus accessit. Æqualis Jovi *Pluton*, quem Ἀδην Græci vocant, non alius item fuit, quam præstans & divinus Sophista, Plato in *Cratylo*. Sane ipsum nominavit Socrat. τέλειον σοφιστὴν, *perfectum Sophistam*, qui, inquit, ἀπὸ τοῦ πάντα τὰ καλὰ εἰδέναι ᾅδης ἐκλήθη, vel certe ἀπὸ τοῦ δέειν, *a vinciendo*, quod eorum neminem qui ad se abeunt, & ne Sirenas quidem ipsas redire patiatur, non vi quadam adhibita, sed exquisito genere orationis & suavitate: οὕτω καλούς τινας ἐπίσταται λέγειν λόγους ὁ Ἄδης, *adeo pulchros elegantesque sermones dicere novit Pluto*. Hoc Aristides quoque Sophista notavit *Platon.* II *Quem*, inquit, *ponit sapientissimum Deum Plato, & omnis veritatis conscium*, τοῦτον δήπου τέλειον σοφιστὴν κέκληκεν, *perfectum utique Sophistam vocavit*. Ab his principibus qui deinde sunt consequuti insignium rerum effectores, celeberrimi hac arte fuerunt & famosi, qualis Æolus, quem πολύτροπον ideo vocant: hinc αἰόλον Græcis hoc est ποικίλον, *varium, versutum, veteratorium*. Lycophron *de Cassandra*:

Ἔλυσε χρησμῶν ὡς πρὶν αἰόλον στόμα.

Αἰόλον, inquit Scholiastes, διὰ τὸ ποικιλίαν καὶ στροφὴν χρησμῶν, ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ Αἰόλου πολυτρόπου ὄντος. Sisyphus item Sophista, hinc apud eundem Lycophronem Calchas dicitur σισυφεὺς, i. e. σοφὸς, ait Græcus Interpres: ἐπεὶ καὶ ὁ Σίσυφος σοφὸς, καὶ πανουργότατος, *quia versutus homo fuit Sisyphus atque vaferrimus*: ea causa Æschines *orat.* περ. παραπρεσβ. vocavit Demosthenem *Sisyphum*, ut callidum veteratoremque Sophistam. Et Aristophanes in *Acharn.* Sophisticos dolos nominat Σισύφου μηχανάς. Sed in ea re plurimum excelluit Proteus, quem Αἰγύπτιον σοφιστὴν nominat Plato in *Euthydemo*, & D. Basilius Magnus *homil.* XXIV. Tzetzes autem cum de eo memorat, cum varias opiniones retulisset, *hist.* XLIV. ait fuisse illum ῥήτορα δεινότατον πρεπόντως γεγραφότα, *disertissimum Rhetorem eximie scriptitantem*. Ab hoc edocti facundiam Ægyptii & Sophisticam elegantiam, diu fuerunt in honore & gloria, & communi apud omnes existimatione. Itaque Eunapius de Eusebio loquens Alexandrino Sophista, qui Romæ docuit, *de Vit. Soph.* Τά γε, inquit, κατὰ ῥητορικὴν ἐξαρκεῖν τοσοῦτον εἰπεῖν ὅτι ἦν Αἰγύπτιος. *Quod ad oratoriam facultatem attinet, id dixisse satis sit quod Ægyptius fuerit.* Sane callidi ad excogitandum & struendum semper habiti Ægyptii. Æschylus,

Δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς Αἰγύπτιοι.

Et αἰγυπτιάζειν est ὕπουλα πράττειν, ut ait Scholiastes Aristophanis *in Nub.* hoc est, subdole & malitiose quidpiam machinari. Hercules præterea non tam clava, quam singulari copia dictionis admirabilia multa præstitit, ut cum superior fuit Hydra σοφιστρία οὔσῃ, ait Socrates, in *Euthydemo*, cui propter sapientiam pro uno sermonis capite amputato, multa repullulabant: & Cancrum Sophistam etiam alium confecit, hominem mari & navigio delatum. Denique antiquissimi Heroes Sophistæ omnes fuerunt, ut Academiæ magister Plato opinatur: sic enim in *Cratylo* disputat: ἥρωας dici ab εἴρειν, *a dicendo*, quod sapientes Rhetoresque fuerint, scilicet facundi & ad interrogandum differendumque promptissimi & concludit, ὥστε ῥητόρων καὶ σοφιστῶν γένος γίγνεται τὸ ἡρωϊκὸν φῦλον. *Unde rhetorem Sophistarumque genus heroica proles existit*. Atque hæc illius artis prima est veluti ætas, quam in ultimam ævi memoriam referunt.

Quod si licet e divinis Literis aliquid depromere, Sophisticam illam in decipiendo positam & cavillatricem, non e fabulis poetarum, sed ex Mosis oraculis, cum ipso mundo natam reperiemus: cum infandus humani generis hostis serpente indutus, argutando & excogitata blandiloquentia Evam in fraudem induxit. *Serpens*, inquit Moses, *Genes.* III. I. *erat callidior cunctis animantibus*: vertit Aquila πανοῦργον, D. Hieronymus *versipellem*, hoc est, proprie veteratorem Sophistam, qui autore Hesychio est ἀπατεὼν καὶ πανοῦργος. Hinc D. Gregorius Nazianz. or. XIV. Dæmonem vocat σοφιστὴν τῆς κακίας, *Sophistam struendæ malitiæ primarium*. Sanctus autem Basilius *hom.* XXII. p. 548. eundem appellat πρῶτον καὶ μέγιστον, καὶ ἀόρατον τῆς κοσμικῆς σοφίας σοφιστὴν, *primum & maximum & invisum mundanæ sapientiæ Sophistam*. Rupertus l. III. *in Gen.* cap. VII. *odib lium Sophistarum maximum*. Ejusdem deinde serpentis cantum spiritumque hauserunt, qui in sacris monumentis Pharaonis Magi dicuntur, & sapientes quos LXX. Interpretes nominarunt σοφιστάς. Quos sicut & Pharaonem ipsum D. Basilius ait esse primarii illius improbique Sophistæ μαθητὰς καὶ ζηλωτὰς, *discipulos & æmulatores*. Diro illius afflatu contaminati etiam fuere, quotquot hactenus variis temporibus insanierunt hæretici, πανουργότατοι Sophistarum, in eo præsertim genere volutati, quod ἐριστικὸν appellant. Sed quoniam

A ea de re agendum est suo loco uberius, plura non addam: Illuc redeo.

Post illam primam ætatem quam Philologorum testificatione definii, sonitus illi magnifici hujus artis, & dicendi vis mirabilis artificiumque siluit tantisper, & inobscurata est gloria; donec Solone & quibusdam aliis vita functis, qui sapientes habebantur, evigilarunt quidam excitatique sunt ad eloquentiam & sophisticam instruendam, sed ita sane modice & tenuiter, ut illius non dicam splendor, sed exigua scintilla micuerit. Rem Plutarch. in *Themist.* attigit in hunc modum, cum de Mnesiphilo refert qui ἐν δεινότητι πολιτικῇ summus erat.
B *Hic*, inquit, *civilem prudentiam est amplexus, & tenuit velut sectam ex successione Solonis*, ἣν οἱ μετ᾽ ταῦτα δικανικαῖς μίξαντες τέχναις, καὶ μεταγαγόντες ἀπὸ τῶν πράξεων τὴν ἄσκησιν ἐπὶ τοὺς λόγους, σοφισταὶ προσηγορεύθησαν. *Quam sequentes cum artibus confuderunt forensibus, & ab actu rerum trajecerunt meditationem ad verba, unde Sophistæ sunt appellati.* Sed res ut dixi mansit obscurior, usque ad ævum Socratis, quo uberrima quædam seges, non ut Cadmi olim ferrea, sed Rhetorum plane aurea enata est, qui Sophistæ nomen prope in cœlum laude & prædicatione sustulerunt, quæ veluti secunda possit dici ætas. De qua perite M. Tullius & mo-
C re suo eleganter in *Bruto*: *Sed ut intellectum est*, inquit, *quantam vim haberet accurata & facta quodammodo oratio; tum etiam magistri dicendi subito extiterunt: tum Leontinus Gorgias, Thrasymachus Chalcedonius, Protagoras Abderites, Prodicus Ceus, Hippias Eleus in bonore magno fuit, aliique multi temporibus eisdem*, &c. Diu laus illa splendorque effloruit, etiam longe & late fusus abusque Græcia in Asiam, cum Rhodi constitutum fuit emporium humanitatis: sed Mars tandem inhumanus Minervam Atheniensem afflixit. Nam a Sylla Romano duce, penitus afflicta prostrataque civitate Græciæ clarissima, quam κορυφὴν τῆς Ἑλλά-
D δος jure quidam appellant, quamque primam in orbe terrarum fuisse docti viri prodiderunt, deinde vexata ab aliis, Musæ fractæ debilitatæque jacuerunt.

Sed refloruit iterum Sophistica sub Imperatoribus, præsertim Adriano, Antoninis, & quibusdam aliis, qui liberalium artium cognitionem hominumque studia benevolentissime promoverunt: quam tertiam ætatem me non invito quis appellet. Nam (ut refert Pausan. in *Atticis*) Adrianus Imp. Athenas instauravit bellorum turbinibus afflictas, & ornavit, & ita impense Græcis studuit literis & Latinis, ut cum disertissimo quoque Rhetore conten-
E deret, ut Silenus apud Julianum Cæsarem non sine ratione σοφιστὴν nominet Adrianum. Tum igitur maturitas quædam visa est efflorescentis eloquentiæ, & quod historiæ scriptores notant, ætas illa tulit πολὺ τὸ πλῆθος ἀνδρῶν σοφῶν, *magnum sapientium virorum proventum*, Herodiano teste. Tum Dio Prusæus, Phavorinus Gallus, Herodes Atticus, tum Scopelianus, Polemo, Hermogenes, aliique multi viguerunt, quorum vitam Lemnius Philostratus literarum monumentis prodidit. Hinc Antoninus Pius Imperator ζηλωτικὸς factus, ait Dio *lib.* LXX. M. Aurelius Antoninus Herodis Sophistæ
F auditor ἐκ πολλῆς ἀσκήσεως, *propter multam literarum exercitationem* imbecillior corpore (tanta fuit studiorum appetitio) ad Hermogenis scholam auditoriumque se conferebat, ut Sophistam illum adolescentem, sexdecim tantum natum annos, summa omnium admiratione disserentem audiret. Ille idem inter præcipuos amicos & familiares habuit λογίους, *eloquentiæ & humanitatis laude claros*; ait Herodianus: ille Polemonem Sophistam unum primarium suum nominabat ξύμβουλον *consiliarium*, ut Philostratus monuit: ille præfecturam Ægypti concessit Heliodoro Sophistæ, propter ἐμπειρίαν ῥητορικὴν, *vim & facultatem ad dicendum*, ut est apud Xiphilinum. Hinc salaria constituta, præbitæ annonæ, decretæ immunitates, θρόνος stabilitus, ornati Professores.

Iterum Suada elanguit, & lusciniæ illæ vocales longo intervallo vix auditæ: successit quarta veluti ætas Sophistarum, post Magnum Constantinum publicæ quietis Fundatorem, qua tempestate fuere magni Rhetores Proæresius, Julianus, quorum vim in dicendo mirabilem Eunapius est prosecutus. Sane tum ingens fuit concursus ex omni prope orbe terrarum Athenas, quas sibi *aureas* dicit fuisse Gregorius Nazianzenus *Orat.* XX. ubi tot ingenia e variis nationibus delecta, æmulatione laudis & gloriæ ad studium acuebantur. Præter eos qui celebrantur ab Eunapio, alii fuerunt bene multi eo etiam tempore, sed forte ideo sunt ab eo prætermissi, quod religioni se Christianæ dedissent. Inter cæteros multis laudibus ut eloquentiæ antistes & clarum decus literarum effertur a Basilio Magno *ep.* LXXXIII. Sophista Leontius, quem tanti fecit ille Pontifex & judicio & eruditione maximus, ut cum libros *contra Eunomium* scripsisset, eos ad Leontium, vel comprobandos, vel castigandos mitteret. Nominat etiam quosdam Gregorius Nazianzenus, ad quos sane cum mittebat affines suos erudiendos, & eloquentia illa victrici instituendos, declaravit celeberrimi nominis fuisse, & magna existimatione in Græcia: quibus etiam *epist.* CXCIV. tribuit ῥητορικὴν ὑψηλόν τι καὶ ἐξάκουστον ἠχοῦσαν, *dicendi facultatem sublime quiddam & canorum tinnientem*. Scio quidem aliis temporibus atque locis alios quoque fuisse præstantes eximiosque Sophistas, qui memoriæ suæ præconem non invenerunt. Certe in Gallia Strabo *lib.* III. Rhetores fuisse ab omni memoria claros & nobiles, & Massiliæ Academia docet, quam Romani præferebant Athenis, & Ara Lugdunensis, & Heduorum scholæ, & nominati Ausonio Professores, & auditoria Gallicana laudata a multis, & denique tot in omni genere ingeniorum monumenta declarant. Sed non id ago ut ingrediar in hunc sermonem immensum & infinitum: hic sufficiat breviter cursum triumphantis veluti Sophisticæ delineasse.

CAP. V.

Quanta gloria & nominis existimatione primi in Græcia Sophistæ præstiterint. Φιλοτιμία *Platonis, quid in quoque ex principibus illis arguerit. Hippiæ* κενολογία. Καλλιλογία *Prodici. Cur Socratis* μυκτὴρ ῥητορόμικτος. *Gorgias aureus in Pythii templo: ejus orationes dictæ* λαμπάδες. γοργεία *quid. Apud Thessalos* ῥητορεύειν *est* γοργιάζειν. *Illius laudata* ῥητορεία *& stylus.*

REMOTIS Poetarum fabulis & quæ supra de heroica Sophistarum ætate protulimus, primi omnium confessione Sophisticam sunt professi Leontinus Gorgias, Protagoras Abderites, Prodicus Ceus, Hippias Eleus, Thrasymachus Chalcedonius, Polus Agrigentinus, Tisias & alii quidam, quorum nomen in annalium monumentis æternæ hominum memoriæ consecratur. Qui quoniam tantæ artis satores inventoresque fuerunt, institutum nostrum petit, ut quales & quanti fuerint in dicendo, strictim videamus.

Ajo vero mihi videri magnos quosdam fuisse viros, singulari & prope divina facultate orationis, qui magnitudine & facilitate ingenii res po-

tuerunt excogitare ſubtilius, & eaſdem copia magnifica & lautiſſimo dictionis inſtructu ornare. Plato quidem illos vexat, qui homines gloria & pecuniis ſupra omnem hominum opinionem locupletatos, earundem ipſe rerum appetentiſſimus, non niſi limis oculis, & invito animo contuebatur. In omnibus generatim ſordes avaritiæ, inutilem & fallacem diſputandi rationem carpebat: in ſingulis vellicabat etiam quædam, & florem ipſum infringebat. Nam in Thraſymacho, ut animadvertit S. Baſilius *ep.* CLXVII. τὸ θρασὺ καὶ ἰταμὸν, *audaciam & temeritatem* perſtringit: in Hippia τὸ κοῦφον τῆς διανοίας καὶ χαῦνον, *levem animum & remiſſum*: in Protagora τὸ ἀλαζονικὸν καὶ ὑπέρογκον, *arrogantiam & tumorem*. Sed taciti animi cupiditatem, & Platonis invidentiam, doctiſſimi quidam homines aperuerunt. Plato, inquit Dionyſius Halicarnaſſeus *ad Pomp.* ſcripſit contra Sophiſtas οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου, ſed ἀπὸ φιλοτιμίας. Philoſtratus Ep. *ad Jul. Aug.* de Platone Sophiſtiſque diſputans idem notat; Plato, inquit, φιλοτίμως μὲν πρὸς αὐτοὺς εἶχεν, ἐπειδὴ διεφοίτων θέλγοντες μικράς τε καὶ μείζους πόλεις, τὸν Ὀρφέως καὶ Θαμύρου τρόπον. *Studio quodam ambitionis ægre ferebat, quod obambularent magnas parvaſque civitates pariter demulcendo ad Orphei & Thamyræ modum.*

Nolo vitiis, ſi quæ in illis hominibus fuerunt, patrocinari, & arcem veluti in cloaca exædificare. Scio quoſdam reprehendi a ſummis viris. Maximus Tyrius Hippiæ tribuit κενεολογίαν *orationis vanitatem*, forte non injuria: nam cum foret in Græcia omni clarus, & jucundæ glorioſæ titillatione efferretur, de ſe multa fundebat. In Olympiis, (ut Plato in *Hippia*, Cic. III. *de orat.* Apulejus in *Florid.*) in conventu ipſo Græciæ, profiteri eſt auſus, nullius ſe rei ignoratione teneri; nec ſe modo cognitionem habere excellentium doctrinarum, ſed earum quoque artium, quæ mechanicæ vileſque nominantur: itaque annulum quem haberet, pallium quo amictus, ſoccos quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe. Ambitionem hic quidem video eruditi animi & vigentis, ſed in eo ipſo divitis ingenii præſtantiam videre licet, omnia ſuo veluti ſinu comprehendentis. Itaque a Græcis fuit cognominatus σοφὸς, ait Pauſanias in *Chal.* Fuerunt & alii oſtentatores glorioſi, fateor; nævus ille eloquentium eſt communis, autore Symmacho V. C. *ep.* XXXVII. *l.* I. cujus illud eſt oraculum, *ſucceſſu enim eloquens inſoleſcit*: & Sidonius Apollinaris præſtans quiddam atque eximium in Novetio prædicat, quo foret *fine jactantia literatus*, *lib.* VIII. *ep.* XIII.

Alia fuere quorundam vitia, quæ non mihi mens commendatione obtegere; & hoc dico, mirificos illos fuiſſe homines in dicendo, qui novum & inuſitatum eloquentiæ ſplendorem in Græciam intulerunt. Hoc ſi negat Plato, ingratus, & Socrates qui gloriari eſt auſus, ſe Polum & Gorgiam conterruiſſe, & dediſſe in ruborem, vix jejunii animi notam poteſt effugere, Plato in *Gorg.* Habuit enim ille Sophiſtas præceptores humanitatis & facundiæ, & ut eſt in *Menone*, Prodicum audivit ſummum virum, cui a Maximo Tyrio *Diſſert.* VII. ut propria dos ingenii atque linguæ καλλιλογία tributa eſt. Itaque Socrates ab eo inſtitutus, ſic primis temporibus eloquentiæ deditus fuit, ut illam etiam poſt doceret, quippe ἐν τοῖς ῥητορικοῖς δεινὸς, ut ex Idomeneo refert Diogenes Laertius in *Socrate*, quæ cauſa fuit cur a Timone in *Sillis*, μυκτὴρ ῥητορόμικτος ὑπαττικος illi tribuatur, & ab Alcuino *Philoſophus Rhetoricus* ſit dictus *Dial. de Rhet.* Vetitus autem fuit a XXX. Tyrannis τέχνας διδάσκειν λόγων, *dicendi artem docere*, autore Xenophonte. Et veriſimile eſt, eam ob cauſam illuſum ab Ariſtophane, & Sophiſtam nominatum, ut qui modum etiam doceret, quo *cauſa inferior poſſet fieri ſuperior*. An igitur fuit æquum eum hominem irrideri a Socrate, a quo vim illam dicendi percepiſſet?

Hunc Prodicum primum Sophiſticam artem profeſſum quidam ajunt, cujus laude incitatus Gorgias opportunum tempus arripuit, quo ad eam nominis gloriam perveniret, quam deinde eſt conſecutus. Prodicus enim nullo fretus artificio dicendi, quod quidem eſſet mandatum literis, ſed eximia quadam natura excellentique judicio, cum quædam belle excogitaviſſet, quæ mirabiliter illius temporis hominibus placuerunt, quale eſt illud de Hercule adoleſcente, quem mulieres duæ exquiſita orationis varietate ad ſe pellicerent, cœpit Græciæ urbes ſingulari omnium voluptate & nominis ſui exiſtimatione luſtrare.

Quanquam Protagoram ſunt qui vetuſtiorem eſſe putent: eum ſane Plato πρότερον Γοργίου καὶ Προδίκου, *Gorgia & Prodico anteriorem* fuiſſe contendit. Hic igitur inter primos ſignum adoleſcentiæ ſuſtulit ad eloquentiam acri & inflammato ſtudio proſequendam: quam apud eos deliteſcentem, qui, ut verbis utar Plutarchi in *Themiſt.* τὴν καλουμένην σοφίαν, ſive δεινότητα πολιτικὴν exercerent: ſed tum quidem nudam, incomitatam, & omnibus ornamentis ſpoliatam, ipſe mundo veluti muliebri dotatam, omni inſtructu ornatuque regio inſignem, plane τύραννον Πειθὼ, in medios hominum cœtus induxit. Pendebant ab ejus ore beati juvenes & inhiabant ut avidam ſitim explere cupientes, & fortius quam Gallici Ogmii catenulis detinebantur, quos non modo dulciſſimæ orationis cantu & mellea ſuavitate, ſed multiplici omnium artium varietate paſcebat. Quippe audierat Perſarum Magos, ut quidam volunt, a quibus de Deo deque cœleſtium rerum cognitione multa perceperat: quidam malunt γραμματέα *ſcribam* fuiſſe Democriti; quæ non ſatis cohærere videntur. Hoc conſtat, & ingenio illum fuiſſe divino, & non vulgarem habuiſſe maximarum artium intelligentiam. Hermias in irriſione gentilium Philoſophorum, Protagoram philoſophantem inducit, & hæc illius profert axiomata: Πρωταγόρας ἐφέλκει με φάσκων, Ὅρος καὶ κρίσις τῶν πραγμάτων ὁ ἄνθρωπος, &c. Quod ejus quoque effatum Sextus Empiricus *Pyrrhon. hypoth.* l. I. cap. XXXII. attulit: *Protagoras*, inquit, *vult* πάντων χρημάτων μέτρον *omnium rerum menſuram eſſe hominem*. Atque ut intelligamus hominem fuiſſe in ſuo genere perfectum, Plato in *Menone* memoriæ prodidit quadraginta illum annos Sophiſticam artem docuiſſe.

Poſt hunc multi artificio dicendi clariſſimi floruere, & eodem quidem ſæculo, ut antea monebamus, de quibuſdam loquens Ariſtoteles περὶ ἐλέγχ. *lib.* II. *cap. ult.* Τισίας, inquit, μετὰ τοὺς πρώτους, Θρασύμαχος δὲ μετὰ Τισίαν, Θεόδωρος δὲ μετὰ τοῦτον. Academiæ magiſter cum recenſet in *Theag.* chorum eum χρυσείων ἀνδρῶν (liceat de illis dicere quod de Saturni ævo canit Heſiodus) Prodicum Ceum, Gorgiam Leontinum & Polum Agrigentinum conjungit. Longum eſſet de omnibus dicere, Gorgiam omittere non poſſum, quem unum omnium coryphæum puto fuiſſe.

Is legatus e Sicilia miſſus Athenas, orationem habuit in Olympiis numeroſam & concinnam, & omnibus luminibus diſtinctam, qua nihil unquam fuit viſum admirabilius. Exordium duxit ab eorum laude qui primi tales inſtituerunt conventus: meminit Ariſtoteles in *Phil.* & Fabius Quintilianus *lib.* III. *cap.* VIII. Id initium fuit commendationis illius apud Græcos, qui eo dicente obſtupeſcebant, & Mercurium ſe audire opinabantur. Qua de re Pauſanias *Eliac.* II. ita memorat:

morat: εὐδοκιμῆσαι ᾗ Γοργίαν λόγων ἕνεκα, ἐν τῇ πανηγύρει τῇ Ὀλυμπιακῇ φασι, καὶ ἀφικόμενον κατὰ πρεσβείαν ὁμοῦ Τισίᾳ παρ' Ἀθηναίοις. *Gorgiam ajunt summa gloria celebratum fuisse in Olympiis propter eloquentiam*, &c. Nec diu post etiam Pythicam habuit orationem, quæ quantam in vulgo admirationem fecerit, e Philostrato licet intelligere: χρυσοῦς, inquit, ἀνετέθει ἐν τῷ τοῦ Πυθίου ἱερῷ, *aureus in Pythii templo erectus est*. Itaque nullo non dignus honore visus Athenienfibus Gorgias, qui cum multa excogitarent ad ornandum hominem, inusitato artificio dicendi & copia divina triumphantem, tum visum est omnibus, ut eos dies, quibus habitæ orationes ab eo fuissent, ἑορτὰς, *festa*, & orationes ipsas Λαμπάδας nominarent. Et recte meo judicio *Lampades*, nam & splendorem habuit maximum, & faces omnium pectoribus subdidit ad divinum illud genus orationis consectandum: hinc subito imitandi cupiditate incensi Thucydides, Plato, Isocrates, Aristoteles, alii, qui dici vix potest, quantum ex eo profecerint. Critias & Thucydides acceperunt a Gorgia μεγαλόγνωμον καὶ τὴν ὀφρύν, ait Philostratus in *epist.* hoc est, *magnificentiam quandam & altitudinem exaggeratæ & amplissimæ orationis*. Plato τοῦ Γοργίου κατασκευῆς ἐραστὴς, ut est apud Dionysium Halicarnasseum, novam lucem dictioni suæ adjunxit. De Isocrate Plutarchus in *Vita* autor est eum Panegyricam orationem μετενηνοχέναι ἐκ τῶν Γοργίου τοῦ Λεοντίνου καὶ Λυσίου, *e Gorgiæ Leontini & Lysiæ scriptis transtulisse*: sic videlicet furtum honeste nominavit. Aristoteles vero quidquid habuit Rhetorici artificii, id Gorgiæ debuit totum, quod est a D. Hieronymo animadversum *Apol. adv. Jovin. Legimus*, inquit, *O eruditissimi viri, in scholis pariter & Aristotelea illa de Gorgiæ fontibus manantia*. Denique omnes qui tum aliquid in dicendo potuerunt, & mirati & æmulati sunt Gorgiam: factumque inde est, ut quoniam illius propria esse videretur cultæ orationis elegantia, figuræ luminosæ maxime atque pulcherrimæ τὰ γόργεια nuncuparentur. Et ut solet evenire in asotis, ut si quando in novum genus cupediarum, & scutellam dulciculæ potionis inciderint, intemperantius se oppleant: ita multi illis γοργείοις, illis eloquentiæ delitiis insaturabiliter inhiantes, in eas se avidius ingurgitabant. Platonem certe quidem ait Dionysius Halicarnasseus *epistol. ad Pomp.* σχήμασι ποιητικοῖς περιβάλλεσθαι ἀνδ'ῶν, καὶ μάλιστα τοῖς γοργείοις ἀκαίρως καὶ μειρακιωδῶς ἐναβρύνεσθαι, *figuris poeticis & maxime Gorgiana illa pompa juveniliter & intempestive luxuriari*. Qui etiam doctissimus historicus in *Isocrate* scribit, *Prodicum Ceum, Gorgiam Leontinum, & Tisiam, habuisse* μέγα ὄνομα ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ σοφίᾳ, *magnum in Græcia nomen propter sapientiam*. Recte ait generatim in Græcia: neque enim eximius ille Gorgias, de quo loquimur, uni tantum civitati atque oppido lucem ingenii sui facundiæque impertiit, abiit aliquando ad Thessalos, a quibus ut λόγιος quidam Ἑρμῆς divinis prope honoribus fuit exceptus, (Philostr. in *ep. ad Aug.*) & ut gratam illius memoriam in posteritatem omnem honorifice propagarent, communi omnium doctorum consensionem decretum est, ut ῥητορεύειν appellaretur γοργιάζειν, quod illum unum omnium hominum Rhetorem existimarent eo nomine dignum & gloria. Quare non sine causa Maximus Tyrius cum in Sophistarum mentionem incidisset, τὴν Γοργίου ῥητορείαν prædicavit: nam præter summum in orando artificium duo quædam habuit dictionis ornamenta, nova, eximia & divina, quæ singulari industria juncta, & concinne sociata, mirificam vim haberent ad mulcendos animos, penitusque capiendos. Eminebat enim *sublimitas* quædam regia plena dignitatis, quam attigit Isidorus Pelusiota *lib.* II. *ep.* XLII. cum ait Gorgiam πολιτικοῖς λόγοις, hoc est, *civili orationi* adjunxisse τὸ ὑψηλὸν καὶ τὸ τραγικὸν, *altum quoddam, magnificum & tragicum dicendi genus*. Efflorescebat in ejus oratione *venustas*, ex omnium elegantiarum specie, & pulchitudine venerum admirabiliter collecta, de qua memini sic proditum fuisse a Themistio, *Or.* VII. Καί τοι Πρόδικος μὲν καὶ Γοργίας πολυτελεῖς τε ἐπεδείκνυντο καὶ γέμοντας ἡδονῆς λόγους. *Prodicus & Gorgias sane ornatissimas atque omni suavitate plenas orationes ostentabant*. Sed de phrasi quidem politoque stylo eorum Principum, alias erit commodior dicendi locus. Hæc pauca ut inductorium gustum libare volui, ut a primo limine salutemus eloquentium hominum facundiam, qui acri & fœcundo ingenio, & luxuriante copia differendi, Sophistarum nationem progeneraverunt.

CAP. VI.

Num primi Sophistæ artificium dicendi adinvenerint. Pericles quomodo τελεώτατος εἰς τὴν ῥητορικήν. *Qui scripserint* τὰς καλουμένας τέχνας. *Antiphontis* υπηνεθεὶς ἀκροάσεις. *Quid sit inventum ab unoquoque Sophistarum ad locupletandam eloquentiam. Diodorus Sic. & M. Tull. illustrati. Emendati Philostratus & Suidas.*

QUI primi eloquentiæ doctores bene dicendi artem excogitarint, quæri inter homines eruditissimos video, neque satis eos convenire. Nonnulli, ut Plinius & Suidas, Pherecydem orationis inventorem esse volunt, vel Cadmum Milesium: alii Empedoclem, qui tamen Poetica venustate potius de arcanis & sublimibus rebus disputavit: quanquam ejus auditores fuerunt Corax, Tisias, Gorgias, summi viri & in agendo excellentes. Forte Pericles primus in Græcia videatur oratorium opus, ut longe operosissimam elegantissimamque picturam, bono in lumine collocavisse: sic enim de illo Suidas: Περικλῆς πρῶτος γραπτὸν λόγον ἐν δικαστηρίῳ εἶπε. *Pericles primus scriptam orationem in judicio habuit*. Et quidem a Platone in *Phædro* dicitur πάντων τελεώτατος εἰς τὴν ῥητορικὴν γενέσθαι, *perfectissimum fuisse oratorem*: unde fuisse nominatum ὀλύμπιον ait Plutarchus, & in ejus labris leporem habitavisse, dictum est suavissime ab Eupoli. Dubitari tamen potest, num ille ingenio fretus & naturæ præstantia, quam eruditis Anaxagoræ disputationibus acuisset, sine ullo dicendi artificio, admirabilia illa præstiterit quæ feruntur, an via quadam & ratione in orando sit usus. Nam Plato quidem ait Periclem ex Anaxagoræ consuetudine mentem atque exercitationem ἐπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνην, *ad eloquentiæ artificium* præclare traduxisse: contra Cicero in *Bruto* nullam doctrinam tum dicendi fuisse contendit. Mihi vero dubium nullum est, quin Sophistas Pericles audierit longe politissimos, a quibus si non perfectionem quandam artis ceperit, plurimum tamen in concionando sit adjutus. Nam Damonis fuit auditor, quem historiæ monumenta nominant ἄκρον σοφιστὴν, *summum Sophistam* (quique propter excellentem animi prudentiam Ostracismo fuit Athenis ejectus) & cum primis clarissimis illis versatus, qui lumina fuerunt Sophistarum. Quippe ferunt eum cum Protagora solidum unum diem aliquando consumpsisse in quæstione una disputanda. Est igitur vero simile, e jucunda cum eloquentissimis hominibus congressione, hausisse Periclem nescio quem venustatis

colorem illis temporibus insuetum, quo mirifice in concionibus se in civium benevolentiam insinuabat: licet forte non præceptiones artis ullas, quæ quidem literarum monumentis proditæ forent sequeretur. Recte etenim observavit in *Thucydidis Vita* Marcellinus, non solutam omnem orationem τῆς ῥητορικῆς εἶναι, hoc est, non Rhetorico artificio compositam & instructam esse: quod veluti opinione sua comprobans M. Tullius lib. III. *de Orat.* scribit quosdam præclare locutos, qui tamen ornare nondum poterant ea quæ dicebant.

Atque ut in eo progrediamur quod cœpimus, & primus eloquentiæ artifices inquiramus, Græci cum mentem in ultimam antiquitatem intendunt, primum artis scriptorem ajunt esse Antiphontem Atheniensem. Is autore Plutarcho πρῶτος ῥητορικὰς τέχνας ἐξήνεγκε γενόμενος ἀγχίνους, *cum excellenti ingenio præstaret, primus oratoriæ artis præcepta invenit*. Sic autem ferunt evenisse, ut cum ingenii motus haberet ad percipiendum celeres & acutos, & solutum & expeditum genus orationis, eam ipsam promptæ mentis facilitatem ad mœrentium hominum dolores mitigandos accommodaret. Nam ἀλυπίας, hoc est, *indolentiæ* artem est professus, habuitque in clarissimis urbibus, ut Philostratus nominat lib. I. *de Vit. Soph.* νηπενθεῖς ἀκροάσεις, disputationes veluti quædam *amuleta luctus*, quibus homines mœrore afflictos oratione solabatur. Id quoniam incredibili suavitate efficiebat, *Noster* est appellatus. Eundem ait Quintilianus *lib.* III. *cap.* I. orationem primum omnium scripsisse & nihilominus artem composuisse. Et quidem citat Ammonius ejus locum ἐν τέχνῃ verb. σημεῖον. Quæ omnia de Antiphonte Rhamnusio intelligenda sunt, cum duo fuerint ejusdem nominis Antiphontes eloquentia nobiles, ut Hermogenes lib. II. *de Formis* animadvertit. Ego vero qua ratione præclarum id inventum tribui illi homini vere possit, haud sane video. Imprimis enim Antiphontis genitor fuit Sophilus, ut Plutarchus meminit σοφιστής, qui non modo filium, sed plurimos illustribus e familiis adolescentes, atque inter illos Alcibiadem in cognoscenda humanitate instituit. Itaque Sophilum doctissimi quidam scriptores διδάσκαλος ῥητορικῶν λόγων nominant, vid. Philostratus *de Vit. Soph.* quomodo igitur primus in ea re filius Antiphon dici potest: Præterea Suidas de Antiphonte ita scribit, ἦρξε τοῦ δικανικοῦ χαρακτῆρος μετὰ Γοργίαν, *post Gorgiam*, inquit, &, ut notavit Plutarchus, ὀλίγου νεώτερος αὐτοῦ, *paulo ætate posterior eodem*.

Liceat igitur mihi arbitrari, vel opinari potius & dicere, Sophistas illos coryphæos, quos superiori capite memoravi, vel instituisse primos artem, vel eam mirabiliter exornavisse. Quos æmulati deinde plurimi, cum tantæ gloriæ cupiditate raperentur, artes & ipsi adornare cœperunt. Nam præter Antiphontem, Lysias eadem ætate scripsit quoque τέχνας ῥητορικάς: quique fuit paulo post Isæus, reliquit etiam τὰς ἰδίας τέχνας, ait Plutarchus in *Vita*. Isocrates primum id studium reprehendit, & aperte oratione *contra Sophist.* carpit scribentes τὰς καλουμένας τέχνας. Postea tamen dulcedine laudis victus ad eam ipsam rem animum appulit: itaque sic de illo Tzetzes *Chil.* IX. scripsit λόγους βασιλικούς, τέχνας, καὶ παραινέσεις. Sequutus Aristoteles lib. II. *Rhetor.* laurum ex eodem mustaceo appetiit, qui etiam plures alios ejusdem artificii scriptores meminit: laudat enim Καλλίππου τέχνας, τέχνας Παμφίλου, &c. qui Pamphilus idem ipse opinor est, quem M. Tullius lib. III. *de Orat.* ad Coracem & Tisiam adjungit, cum de fundata & certis præceptionibus comprehensa eloquentia disputat.

Jam igitur opinationem nostram de Sophistis primis stabiliamus, doceamusque brevissime, quid ab illis in oratoriam facultatem, vel constituendam, vel ornandam sit profectum. Diodori Siculi clarum est illud testimonium de Gorgia: οὗτος καὶ τέχνας ῥητορικὰς πρῶτος ἐξεῦρε, καὶ κατὰ τὴν σοφιστείαν τοσοῦτον τοὺς ἄλλους ὑπερέβαλεν, &c. vertunt, *hic varias dicendi artes primus invenit*, &c. Illud *varias*, omnino superfluum est, & obscuriorem reddit sensum, nec satis animadvertit Interpres Græcum morem: vocant enim artem rhetoricam τὰς τέχνας, ut constat e Plutarcho, Isocrate, aliis: Cicero tametsi ut plurimum dicat artem dicendi, Græcos tamen imitatus, de Isocrate ita loquitur, *totumque se ad artes componendas transtulisse*: ubi per *artes* unicum dicendi artificium intelligit. Sed ad rem. Ille idem a Pausania in *Eliacis* dicitur Gorgias, ἀνασώσασθαι μελέτην λόγων πρῶτος ἠμελημένην ἐς ἅπαν, *primus exercitationem rhetoricam, & declamationem tum penitus abjectam & incognitam in adolescentium usum revocasse*: qua nihil dici potest ad parandam eloquentiam utilius. Quid dicam de illis tribus ornamentis ab eodem ipso Gorgia divinitus excogitatis, quibus omnis illuminatur & distinguitur oratio? Audiamus Siculum Diodorum rursum *lib.* XII. πρῶτος ἐχρήσατο τῆς λέξεως σχηματισμοῖς περιττοτέροις, καὶ τῇ φιλοτεχνίᾳ διαφέρουσιν ἀντιθέτοις, &c. *primus eximias dictionis figuras adhibuit*, &c. Quæ præterea sint ab illo inventa ad splendorem, & elegantissimam speciem dominantis facundiæ, cum scriptores alii, tum Philostratus multis verbis explicat lib. I. *de Vita Sophistarum*. Hujus invitante & extimulante gloria, Periclem Olympium novis luminibus ornatiorem in dicendo factum, vero simillimum esse dicemus, si cogitemus quid Thucydidi evenerit ejus æquali, quo cum cives diu consilio & autoritate moderatus est: nam qui ejus vitam annalium monumentis consignavit, (Marcellinus scil.) ait eum τὰς τοῦ Γοργίου ἀντιθέσεις & τὴν τοῦ Προδίκου ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκριβολογίαν secutum.

Pergo de aliis dicere. Socius fuit Gorgiæ Tisias, & cum eodem legationem obiit, ut meminit Pausanias: an hic igitur quidquam ad rhetoricum artificium contulit? non dubitavit Socrates hunc autorem inventoremque tantæ rei facere: sic enim quodam loco exclamat apud Platon. in *Phædro*: φεῦ, δεινός γ' ἔοικεν ἀποκεκρυμμένην τέχνην ἀνευρεῖν ὁ Τισίας, &c. *O quam callide abstrusam artem adinvenisse videtur Tisias*, &c. Hunc audivit Lysias inter Græciæ oratores clarissimus, qui nisi dictionem adamasset judicio maturo dimensam & eximie κεκολασμένην, eminere facile inter omnes potuisset. Thrasymachus item Sophistes e primis unus dicendi facultatem mirifice locupletavit: primus enim κῶλον & περίοδον in orationem invexit, autore Suida; primus intellexit, etiam in soluta oratione, dum versum effugeres, modum tamen & numerum quendam oportere servari, Cicero in *Orat.* Dionys. Halicarn. igitur ad illum numerosæ orationis principia referuntur. Theophrastus primum illum memorat induxisse συστρέφουσαν τὰ νοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσαν λέξιν. De hoc eodem sic in *Phædro* Plato: τῶν γε μὴν οἰκτρογόων ἐπὶ γῆρας καὶ πενίαν ἑλκομένων λόγων κεκρατηκέναι τέχνῃ μοι φαίνεται τὸ τοῦ Χαλκηδονίου σθένος, hoc est, *in commiserationibus autem a senectute & paupertate commovendis Chalcedonius orator excelluit*. Χαλκηδόνιον vocat Thrasymachum: male proinde est in Philostrato, Καρχηδόνιον, *Carthaginensem*. Recte apud Suidam Θρασύμαχος Χαλκηδόνιος σο-

φιςής : male autem facit eundem *μαθητlὼ τȣ̃ Πλάτωνος φιλοσόφȣ ϗ Ισοκράτȣς τȣ̃ ῥήτορος*, hoc est, *Platonis Isocratisque discipulum*. Perite M. Tullius libro *de Claris Orat.* posteriorem Isocratem illo ponit: & alio loco, *Thrasymachus & Gorgias, qui primi traduntur arte quadam verba junxisse*. Sed hæc satis, nam alia quæ a quoque Sophistarum divinitus excogitata sunt, prodit Socrates, apud Platonem in *Phædro*.

CAP. VII.

Ars Sophistarum a multis laudata, & Sophistæ ipsi honorati. Dicti ἐπιςήμονες. Ars eorum ποικίλη. Reges appellati. Pompa excepti a civitatibus. Ut Genii culti. Etiam in honore apud Christianos.

SUMMA quondam in gloria fuerunt qui Sophisticam artem profitebantur: sive illos intueamur primos veluti architectos hujus tanti operis atque studii, qui omnium prope artium dignitatem ingenii sui amplitudine complexi, de omnibus disputabant, quos Philostratus *τȣ̀ς σοφιςεύσαντας ἐν τῇ δόξῃ τȣ̃ φιλοσοφῆσαι* nominat: sive oculos intendamus in eos, qui postea consecuti sunt, eloquentiæ magistri, & in docenda bene dicendi facultate admirationi omnibus fuerunt, quos idem Philostratus ait *κυρίως προσρηθέντας σοφιςὰς*, *vere & proprie nuncupatos Sophistas*. Neque enim hic de illis ago, qui facundia abusi, & ingenio malitiæ studiis erudito, propter sordes & veteratoriam in agendo calliditatem, Sophistarum nomen odiosum effecerunt, de quibus a me plenius suo loco explicabitur. Est igitur verissimum quod Themistius animadvertit, *orat.* IV. *Οτι πάλαι σεμνόν τȣ̃ lὼ ϗ ἐπ' ἀξιώσει*, *quod Sophistæ plena olim dignitatis & honoris fuit appellatio*: sic enim omnes existimabant, tam politos in dicendo, tamque abundantes incredibili rerum varietate, qui juventuti admirabilia quædam pollicerentur, magnos quosdam esse oportere, & reipub. fructuosos. Illos proinde Atheniensis Hippocrates apud Platon. in *Protag.* *τῶν σοφῶν ἐπιςήμονας* vocabat, *omnis eruditionis compotes*, qui res ad sapientiam pertinentes intelligerent. Nam rogatus quem Sophistam intelligeret, *ἐγὼ*, inquit, *ὥσπερ τοὔνομα λέγει, τȣ̃τον εἶναι τὸν τῶν σοφῶν ἐπιςήμονά φημι*. Quo mihi effato significare videtur, neminem id nomen sustinere pro dignitate posse, qui non inde ab adolescentia pectus suum omnium prope scientiarum varietate compleverit. Itaque Marcus Byzantius eloquentia clarus, de hac arte apud se reputans, & ut verbis utar Philostrati lib. I. *de Soph.* *ὡς πολλὴ καὶ ποικίλη*, *quam varia sit atque multiplex*, cum Iride illam componebat. Si quis enim in Iride colorem tantum unum intueatur, erit quidem quo reficiat oculos, & splendore illo ut circino dimenso recreetur. At si omnes spectet colores ea temperatione conjunctos, & cælesti velut manu discriminatos, tum rem totam mirabitur longe vehementius & justius. Quod idem evenire illi necesse est, qui Sophisticæ artis pulchritudinem animadvertet, non doctrina tantum una, sed complurium varietate constantem. Hinc illustria eruditissimorum elogia, qui hujus artificii gloriam laudibus in cælum evehunt & omnibus anteponitur. Himerius quidem apud Photium, alios homines longe inferiores Sophistis opinabatur, quos honoris causa nuncupabat *Αττικὴν εὐμένειαν*, qui ipsum Codrum aurea prosapia & nobilitate superarent: & in quadam elegantissima oratione, quam in Phœbum Proconsulis filium dixit, Scholam Sophistarum nominat *τὰ βασίλεια μȣσείων*, *regalia veluti Musarum domicilia*.

Ita vero crevit dignitas & hujus artis existimatio, ut amplissimi honoris loco & commendationis, doctissimis hominibus tribueretur Sophistæ appellatio. Æliano, cum in Italiæ sinu Græcis fuisset Latinisque literis studiosissime imbutus, qui tum præsides ei rei fuerunt atque omnium coryphæi, nomen Sophistæ detulerunt. Sed homo vel conscius imbecillitatis suæ, ut qui tantam sustinere dignitatem non posset, vel modestiæ retinens, id decus honeste recusavit, & se potius ad scribendum contulit. Ejus amici & qui in senatu eloquentium censebantur, mirati plurimum sunt, cum *ὄνομα ȣ̃πω μέγα ὂν*, ait Philostratus *lib.* II. *tantum nomen & tam gloriosum* abnuere voluisse. Sic D. Gregor. Nazian. *Orat.* XIV. vere opinor *τὴν πολυύμνητον σοφιςικὴν* nominavit, *celebratissimam artem Sophistarum*. Quin fuerunt etiam aliqui sapientiæ nomine celebrati, qui Sophistam esse plus prope ducerent, quam Romæ triumphare, quam sceptro & diademate potiri. Qua fuisse in opinione puto Libanium, cui cum magnus Imperator honorificum genus dignitatis, nimirum Aulæ, seu Palatii præfecturam obtulisset, quæ non nisi clarissimis hominibus deferri consuevit, gratias egit Imperatori, & munus repudiavit, ut ait Eunapius, cum diceret *τὸν σοφιςὴν εἶναι μείζονα*, *Sophistam esse quidam gloriosius atque majus*. Ab hac mente non longe abhorret Themistius *Orat.* IV. qui paria prope ajebat esse philosophum & Imperatorem. Et quidem vulgo Sophistæ *Reges* nominabantur. Eunapius de Juliano Sophista in *Julian.* & in *Proæres.* *Ετυράννει τῶν Αθlωῶν*, *regnum veluti quoddam Athenis obtinuit*: & alias de similibus doctoribus, *ἐπὶ λόγοις βασιλείαν εἶχον*. Sic doctissimus Gregorius Naz. in *Ep.* Themistium *βασιλέα τῶν λόγων* vocat: & S. Hieronymus *Proœm. Quæst. Hebraic.* Ciceronem, *Regem oratorum*. Ruffus Sophista Herodem Atticum nominabat *δεσπότlω ϗ Ελλlώων γλωτταν, ϗ λόγων βασιλέα*, *dominum, Græcorum linguam, & Regem eloquentiæ*, ut est apud Philostratum *lib.* II. Apud Lucianum *ἐν ῥητ. διδας* qui bellum nobis exhibuit eloquentiæ præceptorem: *Ad hunc*, inquit, *si accesseris, confestim Rhetor eris egregius, βασιλεὺς ἐν τοῖς λόγοις, τὰ τέθριππα ἐλαύνων τȣ̃ λόγȣ, rex eris eloquentiæ, orationis moderans quadrigas*. Hi reges cum in oppida & civitates ingrederentur, fiebat omnium concursus ad novum & jucundum spectaculum, quasi heros, aut quispiam fortunatus in pace aut bello princeps adesset. S. Chrysostomus in *Ep. ad Ephes.* Julianum Monachum laudans, confert ingressum illius in civitatem, cum Rhetorum, & Sophistarum adventu, docetque longe splendidiorem factum fuisse omnium concursum, ad sanctum virum contuendum: *Τȣ́τȣ εἰς τὰς πόλεις ἐμβάλλοντος, σπανιάκις δὲ τȣ̃το ἐγένετο, ȣ̃τε ῥητόρων, ȣ̃τε σοφιςῶν, ȣ̃τε ἄλλȣ τινὸς εἰσελαύνοντος, τοιαύτη τις ἐγένετο συςροφὴ*, *hoc ingrediente civitates, quod raro fiebat, neque Oratoribus, neque Sophistis, neque ullo alio ingrediente tantus fiebat concursus*. Quidam etiam longe magnificentius, atque ad laudem & commendationem illustrius dixit Libanius *Declam.* XXIX. nimirum Sophistas non tanquam reges fuisse habitos, sed *ὥσπερ δαίμονας πανταχȣ̃ θαυμαζομένȣς ἐπὶ τοῖς λόγοις*, *velut genios & augustioris formæ indigetes ubique gentium admirationi fuisse, ob excellentem & mirabilem dicendi rationem*.

Itaque eorum fama longe disseminata per regiones orasque omnes terrarum, etiam barbaris hominibus in extrema India positis, acrem & honestam cupiditatem injiciebat videndi Sophistam & conveniendi: quod si fieret, haud

A exigui boni accessionem fieri sibi credebant. Amitrochates ab ultimo Oriente, tria quædam, quæ plurimi fieri didicerat, per literas ab Antiocho petiit, & ad se mitti postulavit, dulce vinum, caricas, & Sophistam, empta omnia sua pecunia. Rescripsit autem ad Indum illum Imperatorem sic Antiochus: *Vinum dulce, & caricas ad te nos mittemus; Sophistam vero apud Græcos vendi leges prohibent*, ut refert Athenæus *lib.* XIV. Non barbarus sed Græcus fuit, specimen ingenii veræque laudis Phocion, qui pro ingentibus muneribus petiit ab Alexandro sibi donari Echecratidem Sophistam; tanti hominem faciebat, Ælian. lib. I. *Var. Hist.*cap. XXV. Cautus ille in tyrannide Dionysius
B minor, aliquid etiam ex ea gloria Sophistarum utilitatis capiebat: Sophistas enim alere multos ferebatur, cupiens δι' ἐκείνων θαυμάζεσθαι, ait Plutarchus in *Apophth.* Hinc Luciani pulcherrimum illud elogium in *Rhet. præc.* Σεμνότατον καὶ πάνδημον ὄνομα σοφιστής. *Sophista nomen est cumprimis honorificum, & omnium ore celebratum.* Et ne quis forte id in prophanis tantum hominibus verum esse putet, possum ostendere etiam in luce Christianæ religionis eos habitos in honore & commendatione fuisse. Nam in publica disputatione Manetis Patriarchæ Manichæorum cum Archelao Episcopo Catholico in Mesopotamia, constituti sunt communi judicio quatuor judices, inter quos unus fuit Sophista, qui rem obscuram & perdifficilem autoritate & sapientia sua terminarent, ut est apud Epiphanium *Hær.* LXVI.

CAP. VIII.

Genera honoris quædam memorantur, quibus affecti Sophistæ. Statuæ publicæ & privatæ Hermæ. Ἀκροατῶν ἐπιχύσεις. *in Tribubus civitatum inscriptio. Decretæ legationes & præsertim* βασίλειοι πρεσβεῖαι. *Immunitates e legibus, annonæ, dignitates. In palatiis honor. Musei* σιτήσεις. Δωρεαὶ *Imperatorum &* δῶρα. *Tractoriæ, &c.*

D

MULTA honoris & commendationis genera animadverti, quibus Antiqui gloriosos illos eloquentiæ & humanitatis promos condos insignire valuerunt. Statuis imprimis ornabantur, haud vulgari testificatione laudis & gloriæ, ut ad perennem hominum memoriam in amplissimis urbium locis diutissime hærerent. Atque ut omittam quod parenti Sophistarum Gorgiæ solidam ex auro positam fuisse statuam ferunt, in eo Græciæ loco, quo nullus potuit esse splendidior;
E certe in hoc genere vicit omnem expectationem quod Sophistæ Proæresio contigit. Nam cum eum Imperator Romam ire voluisset, domicilium imperii atque gloriæ, ut pulchritudinem illius urbis, & nondum obsoletam majestatem videret, ita senatum populumque delinivit, inusitata numerosæ dictionis suavitate & lenocinio, ut de illo eximie ornando cogitarent. Statuam igitur, ne suavissimi hominis memoria moreretur, pari magnitudine & colosseam celeberrimo in loco ponendam curant, cum magnificentissimo hoc elogio: REGINA RERUM ROMÆ REGI ELOQUENTIÆ.
F Eunapius. Athenas inde redeuntem donis plurimis cohonestavit Imperator, insulas non paucas numero neque exiguas concessit; primariam dignitatem adjecit, ut Στρατοπεδάρχης vocaretur. Consimili etiam honore cohonestatus fuit Aristides, sed a Smyrnensibus: qui locarunt ei simulachrum in foro, cum hac nobili epigraphe, Σμύρνης οἰκιστῇ, *Smyrnæ conditori*, Philost. in *Vita*. Reliquos prætereo. Eorum item imagines in privatis bibliothecis & porticibus collocabantur, ut stius admirandæ facundiæ specimina. Certe Herodis Attici pater in Xystis & curriculis domus suæ, habuit τῶν πάλαι ῥητόρων ἑρμᾶς, ut meminit in *Scopeliano* Philostratus. Quod studiosius ab auditoribus discipulisque factum par est credere: qui etiam magistris doctoribusque suis, non minus quam Numinibus libare consueverunt: τὰ ἀκροατῶν ἐπιχύσεις vocat Theophrastus lib. *de Temulentia*, apud Athen. *l.* X.

Decreta vero civitatum multa sunt, & plenissimæ honoris testificationes, ex quibus liceat intelligere, quid de illa disertorum hominum natione sentirent. Civitate publice donabantur, per Græciam tribubus inscribebantur; quod honoris causa evenisse dicunt Hippiæ, qui φυλαῖς ἐνεγράφη πόλεων μικρῶν τε καὶ μειζόνων, Philostr. in *Hipp.* Lucianus in *Bis accus.* de Rhetorica loquens, a qua se ornatum fatetur, *Illa*, inquit, ἐς τοὺς Ἕλληνας ἐνέγραψε, *civitatibus Græciæ me ascripsit.*

Quod si forte causa esset gravior, in qua propter negotii magnitudinem, omnibus ingenii viribus atque eloquentiæ opus foret, tum vero e longinquis etiam regionibus advocabantur Sophistæ, si commode id fieri potuisset, qui in civium luce, in oculis populorum, velut in theatro late resonante, vim suam in dicendo mirabilem panderent. Memini hic Polemonis in choro Sophistarum ævo
C quidem suo facile omnium clarissimi, quem Sardes evocavit Smyrna vir Lydorum opulentissimus, ut patronus esset in ea causa, in qua de bonis ejus omnibus agebatur. Egit Polemo, & omnium expectationi respondit, cum undique magni fierent concursus ad audiendum: nec tam mihi videtur, ut est in Oraculo, ἀργυρέαις λόγχαις, quam aureis pugnasse atque in eo judicio contendisse: nam fere mille & quingentos aureos nummos pro una dictione domum reportavit.

Quid dicam quod Legati a civitatibus sint publico judicio delecti ad res magnas conficiendas? parumne docet quantum nomen, quanta eorum existimatio fuerit? Gorgiam ait Diodorus Siculus *l.* XII. missum legatum a Leontinis ad Athenienses, cum illo præstantiorem haberent neminem, atque omnia ex animi sui sententia confecisse: θαυμασθέντα ἐν ταῖς Ἀθήναις ἐπὶ τέχνῃ ῥητορικῇ, *cum magnam sui admirationem Athenis dicendi solertia artificioque movisset*. Hippias negat apud Platonem in *Hipp. Ma.* se otiosum esse posse. *Nam Elienses*, inquit, *cives, cum aliquid negotii tractandum est cum alia quapiam civitate, mihi præ cæteris legationes committunt, idoneum me judicem ac nuntium existimantes eorum quæ apud singulas civitates dicuntur*, &c. Id Socrates ait esse, τὸ τῇ ἀληθείᾳ σοφόν τε καὶ τέλειον ἄνδρα εἶναι, *vere sapientis & perfecti viri proprium*. Imperatoris Adriani temporibus, Sophistæ ad eum multi e diversis nationibus legati sunt missi, non sine ingenii gloria & civium utilitate. Marcum vidit Sophistam Byzantium reip. suæ causam agentem, eumque, ut Philostrati verbo utar, ἠγάσθη, *admiratione prosequutus est*. Vidit & Polemonem pro Smyrnæis legationem fungentem, a quo fuit ita oratione captus & constrictus, ut uno die mille myriadas in Smyrnæorum civitatem impenderit. Scopeliani etiam βασίλειοι πρεσβεῖαι multæ memorantur, sed una eminet, quam e communi totius Asiæ concilio suscepit. Veterat enim Imperator ullas vites esse in Asia, & quæ jam essent, evellendas, & funditus exinaniendas mandarat, quod in vino seditionem agitare visi fuissent. Res ergo tam difficilis, tamque ardua, digna uno Scopeliano videbatur, qui tanquam Orpheus Thamyrisque deliniret Imperatorem. Et quidem ita movit orbis Dominum, ut omnia quæ voluisset, plus vero etiam consequeretur. Sed in eo genere plurima sunt exempla quæ prætermitto.

Honoratos quoque Sophistas in edictis Imperatorum video atque legibus; quod quia dissimulari non potest aut negari, genus puto commendationis longe clarissimum. Quod Themistius *Or.* IV. significare videtur, cum ita scribit: *Sophistam leges* ἔντιμον ὑπολαμβάνουσι, καὶ οὐ παντῃ ἀχρεῖον τῇ πολιτείᾳ, *bonori ac dignitati ducunt, nec reipub. prorsus inutilem arbitrantur*. Imprimis ergo vacationem a muneribus habent in legibus: nam *D. de excus. l. 6. §. 11.* Τὸν ἐν Ρώμῃ σοφιστεύοντα ἢ σαλαρίῳ ἢ καὶ χωρὶς σαλαρίου ἄφεσιν ἔχειν, &c. *Sophistam qui Romæ docet, sive gratis, sive ob mercedem doceat, vacationem habere a Divis Severo & Antonino est constitutum, perinde quasi in patria profiteatur.* Alias annonæ illis & commoda lege definiuntur. Et nimirum judicio antiquitatis Sophistica directum iter januaque fuit ad dignitates. Quum magna Romæ sub Imperatoribus doctorum & professorum affluxisset copia, *adeo floruit* (verba sunt Tranquilli *de clar. Rhet.*) *ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem senatorium, atque ad summos honores processerint*. Magnifice Imperatores duo in Cod. Theodosiano *de Profess.* edicunt, ut Sophistæ qui viginti annos cum laude docuerint, maximis honoribus & dignitatibus perfruantur: ubi etiam duo nominantur Sophistæ, Martinus & Maximus, qui codicillis Comitivæ ordinis primi honorati dicuntur. Ea ex lege Themistius, ταῖς δέλτοις, videlicet aureis Imperatorum literis eximios honores consecutus est, qui, ut ipse de se ait, εἴκοσιν ἐνιαυτοῖς, *totos annos viginti*, Constantinopoli docuerat. Quod institutum esse antiquissimum Fabius Quintilianus in *Præf. Operis* ostendit, qui impetratam studiis suis quietem ait, quæ per viginti annos erudiendis juvenibus impenderat. Ex eodem Codice, eorum etiam qui sunt ex vicariis, dignitate potiuntur. Vicarii autem, cum, ut ajunt legum Interpretes, Duci & Comiti æquipararentur, fiebant illi Duces & Comites, non sine amplissimæ dignitatis significatione. Hinc illa in Aulis Imperatorum, eorum hominum dignitas & veneratio Eugenius quem Arbogastes prope invitum ad tyrannidem impulit, sub Theodosio Imperatore Sophistes fuit, in palatio cumprimis honoratus, ita, inquit Zosimus *l.* IV. eruditus, ὥστε καὶ ῥητορικὸν ἐπανελέσθαι βίον, καὶ προεστάναι διδασκαλείου, *ut & oratorium profiteretur, & scholam aperiret*. Addit eundem summo fuisse in honore apud omnes, διὰ παιδείας ὑπερβολήν; atque omnino est necesse plurimum illum potuisse, qui subito magnos exercitus, & delectu superbissimo copias sibi obedientes invenerit.

Neque vero honorandi id genus, quod etiam ab Imperatoribus manabat, aut tenue, aut silendum puto, cum Sophistas in Museo velut in Prytaneo ali jubebant. Museum autem, ut Græci Rhetores monent, τράπεζα Αἰγυπτία, ξυγκαλοῦσα τοὺς ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐλλογίμους. *Ægyptia mensa fuit, quæ ex omni orbe terrarum eloquentissimos quosque viros convocabat*. Adrianus Imperator cum Dionysium Milesium Sophistam non humilium gentium satrapam designasset, adjunxit etiam illum equestris ordinis hominibus, καὶ τοῖς ἐν τῷ Μουσείῳ σιτουμένοις, ait Philostratus lib. I. *de Vit. Soph.* qui etiam de Polemone memorans sic infit: *Imperator* κατέλεξεν αὐτὸν καὶ τῷ τοῦ Μουσείου κύκλῳ ἐς τὴν Αἰγυπτίαν σίτησιν, *annumeravit in Musei circulo & ad mensam Ægyptiam admisit*.

Sed cum plurimæ sint honorandi rationes quibus Dynastæ & imperiorum Domini Sophistas ornarunt, tum fere omnes ad duo veluti capita revocari posse videntur, nimirum ad δωρεὰς & δῶρα, de quibus in *Adriano Tyrio Sophista* meminit Philostratus. *Marcus*, inquit, *Imperator Sophistam Adrianum miratus eum magnum effecit* δωρεαῖς τε καὶ δώροις. Tum subjungit, *Voco autem* δωρεὰς, *publici victus bonorarium* (ita reddere malo σιτήσεις, quam ut vulgo vertunt *sportulas stipendiave*, nam omnino τράπεζαν Αἰγυπτίαν intelligit) *prærogativas, immunitates, Pontificatus, & cætera quæ viros illustrant*. Δῶρα *vero, aurum, argentum, equos, mancipia, & quæcunque divitiarum nomine censentur*. Quibus quidem omnibus & Adrianum & omnes ex gente illius explevit. Hæc Latinus Philostratus l. II. *de Vit. Sophist.*

Ad hæc adi possunt Tractoriæ & publici cursus evectio, quæ nonnunquam terra & mari Sophistis concedebatur. Donavit sane Polemoni Trajanus Imperator ἀτελῆ πορεύεσθαι διὰ γῆς καὶ θαλάττης, *liberam & immunem terra marique vehiculationem*, quam illustrium & honoratorum hominum privilegium fuisse constat, idem l. I. in *Polem.* Ad extremum ipsi Imperatores & principes in repub. viri auditoria Sophistarum atque scholas præsentia sua cohonestabant. Pompejus tot gentium, & nationum victor & triumphans Rhodum cum venisset, πάντων μὲν ἠκροάσατο τῶν σοφιστῶν, καὶ δωρεὰν ἑκάστῳ τάλαντον ἔδωκε, autore Plutarcho in *Pompejo*. Hermogenes ea fuit existimatione facundiæ adolescens & pene puer, ut ad eum audiendum quindecim tantum annos natum Marcus Imperator summa cupiditate accederet. Auditorium igitur ingressus divite orationis copia promptum suspexit, καὶ δωρεὰς λαμπρὰς ἔδωκεν, ait Suidas. Plura exempla prostant in historiis, sed omittantur.

CAP. IX.

Appellationes quædam bonorificæ, quibus ornati Sophistæ olim fuerunt, velut in tabella ante oculos ponuntur.

LUBET hic attexere compellationes perhonorificas Sophistarum, quibus aut vulgi aut eruditorum hominum judicio donabantur, ut etiam inde constet, quantum gloria & communi opinione præstiterint. Fuerunt autem illæ ejusmodi, ut nec majores, nec illustriores quæri debeant, neque fingi cogitatione possint. Non enim nominati modo fuerunt a divinitate sermonis ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΙ, quod Tyrtamo contigit elegantissimo Peripateticorum; sed quod multo est magnificentius, ΘΕΟΙ. Proæresium θεὸν appellabant quidam, ait Eunapius. Quo ex more M. Tullius *Deum in dicendo* Crassum nuncupat. Iidem dicti sæpius ΘΕΙΟΙ, *divini*: θεῖος ἀνὴρ Polemon apud Philostratum *de Vit. Soph.* l. II. θεῖος Ἀπολλώνιος de Tyaneo in *Vit.* l. I. c. XV. Sic Clemens Alexandrinus *Adhor. ad Gent.* Theocritum vocat θεῖον σοφιστήν. Hæsit ea quoque Platoni appellatio, quem præterea Lucianus in *Fugit.* ἱερὸν, Athenæus *l.* XV. ἱερώτατον appellat.

Dicebantur etiam ΟΛΥΜΠΙΟΙ, *cœlestes*, ut Pericles apud Plutarch in *Vit.* quem etiam Athenis Δία, *Jovem* nominabant, ait Libanius *Declam.* XXIX.

ΔΑΙΜΟΝΙΟΙ σοφισταὶ, *divini*, apud Themistium *Orat.* I. & alibi sæpe. ΜΑΚΑΡΙΟΙ, *beati*. Julian. Imper. περὶ βασιλ. Ἀκηκόατε πολλάκις τῶν μακαρίων σοφιστῶν, &c. Isidor. Pelus. *l.* III. *ep.* CLIV. Happocram Sophistam vocat μακάριον. Arrian. *in Epist.* l. II. c. I. Socrates relinquebat scriptionem τοῖς μακαρίοις, hoc est, Sophistis.

ΘΑΥΜΑΣΙΟΙ, *admirandi*. S. Gregor. Nazianz. *epist.* CXVII. Apollonius quoque Tyaneus Scopelianum Sophistam ἐν θαυμασίοις ἐπαινεῖ, Philostratus in *Scop.*

ΒΑΣΙΛΕΥΣ, *Reges*. Romani vocarunt Proæresium *βασιλεύοντα λόγων*, *Regem eloquentiæ*. Lactant. *divin.Instit.*lib.III. cap.XVII. *Socrates & Plato qui velut reges habentur Philosophorum*. Hinc apud Ciceronem dominatio regnumque judiciorum, cum in foro triumphat eloquentia. Sed de hac appellatione pluribus actum superius *cap.* VI.

ΣΟΦΟΙ, *sapientes*. Hippias ὁ λεγόμενος ὑπὸ Ἑλλήνων γενέσθαι σοφὸς, ait Pausanias in *Eliac.* Eundem Plato in *Protagora* vocat σοφώτατον τῶν Ἑλλήνων, & in *Phædro* Thrasymachum aliosque Sophistas nominat σοφοὺς λέγειν, *sapientes peritosque in dicend.* Docent me ἴσα λέγειν οἱ σοφοὶ, hoc est, Sophistæ, apud Hermogenem lib. *de Form.* Hinc S. Paulus I. *Cor.* I. σοφίαν λόγου, & σοφίαν, κόσμου vocat, ut explicat Theodoretus, τὴν εὐγλωττίαν, δέλεαρ τῆς ἀπάτης, *dulcem eloquentiam, fraudis illicem*, vel ut ait Cyrillus τὴν εὐγλωττίαν, ἤτοι αὐτὸ τὸ τῆς λέξεως ἀνθηρὸν, *facundiam, sive ipsum dictionis florem & venustatem*, ut animadvertit Oecumenius *in eum locum D. Pauli*. Ubi videtur sumi in malam partem pro suavi & mellita callidorum hominum εὐγλωττίᾳ ad decipiendum composita. Sic apud Euripidem in *Oreste*:

> Οὐ σοφὸς, ἀληθὴς δ' εἰς φίλους ἔφυς κακός.

Ubi Græc. Scholiastes, σοφὸς, ἀντὶ τοῦ σοφιστὴς, ἤτοι ἀπατεὼν, hoc est, *Sophista sive impostor*. Hinc σοφὸς pro magno. Apud Euripid. in *Medea* vers.285. & in *Phœniss.* vers. 1265. σοφοὶ λόγοι a Scholiaste explicantur μαγικοί. Cæterum eam *Sapientum* appellationem invidit Isocrates Sophistis *ad Nicoclem* scribens; σοφοὺς νόμιζε μὴ τοὺς ἀκριβῶς περὶ μικρῶν ἐρίζοντας, ἀλλὰ τοὺς εὖ περὶ τῶν μεγίστων λέγοντας, μηδὲ τοὺς τοῖς ἄλλοις εὐδαιμονίαν ὑπισχνουμένους, &c. Ubi duabus notis iisque perspicuis Sophistas describit. Hic adjungam ut insigne ad pulchritudinem emblema, Lactantii animadversionem, *divin. Instit.* lib. IV. cap. I. Ait enim beatissimis temporibus cum vigeret inter homines Dei cognitio, neminem fuisse nominatum sapientem, cum omnes tum essent. Postea clarissimam illam lucem caligo & tenebræ comprehenderunt, & quod huic pravitati consequens erat, postquam, inquit, sublata sapientia est, tum demum sibi homines sapientum nomen vindicare cœperunt. Addit vero tradi septem fuisse, qui primi omnium, quia de rebus naturalibus quærere ac disputare sunt ausi, sapientes haberi appellarique meruerunt. Certe ab uno Solone profluxit eorum hominum natio atque secta, qui, ut Plutarchus meminit, τὴν καλουμένην σοφίαν persequebantur, & diutissime fuere nominati σοφοὶ, quosque in ejusdem nominis possessionem Sophistæ invaderent.

Iisdem plurima fuere imposita nomina quæ singularem dictionis elegantiam & mirabilem suavitatem ostenderent. Dicti enim sunt a Platone & Cicerone Λογοδαίδαλοι, a picta & expolita orationis varietate. Hinc Ausonius *Logodædaliam*, vocat poliundæ orationis artificium, in *Thecnopægn.*

> *Et Logodædalia studet modo quid nimium?*
> trux.

ΑΗΔΟΝΕΣ, *Lusciniæ*. De suavissima enim oratione dicitur ἀηδών. Euripides in *Hecuba*:

> Σπούδαζε πάσας ὡς ἀηδόνος στόμα
> Φθογγὰς ἱεῖσα. ——

Annitere omnigenos velut os lusciniæ sonos emittens. Dionem Chrysostomum vocabant ἀηδόνα σοφιστῶν, *lusciniam Sophistarum*. Libanius *Declam.* XXIX. Socratem etiam nominat ἀηδόνα. Et Euripides eundem πάνσοφον ἀηδόνα μουσῶν, ut est apud Laertium *lib.* II. S. Gregor. Nyssenus vere dixit Magnum Basilium sanctissimum & eloquentissimum Pontificem τὴν τῶν δογμάτων χρυσῆν ἀηδόνα. Eodem modo Cinesias apud Aristophan. dicitur λιγύμυθος ἀηδὼν, *suavidica philomela*.

ΣΕΙΡΗΝΕΣ, *Sirenes*. Nam ut est apud Pausaniam in *Attic.* consueverunt etiamnum λόγων τὸ ἐπαγωγὸν Σειρῆνι εἰκάζειν. Hinc Philostratus de Isocrate: *Siren quæ Isocratis Sophistæ monumento, canentis speciem præ se ferens, insidet*, πειθὼ κατηγορεῖ τοῦ ἀνδρὸς, *facundi hominis suadelam arguit*. Eunapius de Eustathio Sophista, τῶν μουσικῶν οὐκ ἀπεῖχε Σειρήνων. Sophista quoque Damascius in eadem re, ἰσχὺν λόγων ἄμαχον καὶ Σειρῆνα εὐγλωττίας dixit, *insuperabilem orationis vim & eloquentiæ Sirenem*. Synesius Herculiano viro docto & diserto γλυκεῖαν Σειρῆνα τῶν λόγων, *suavissimam sermonum Sirenem* attribuit *ep.* CXXXVIII. Euripides pro delinificis sermonibus callidorum Sophistarum usurpavit in *Andromache*:

> Κἀγὼ κλύουσα τούσδε Σειρήνων λόγους;
> Σοφῶν, πανούργων, ποικίλων λαλημάτων, &c.
> *Ego vero audiens istos Sirenum sermones*
> *Callidæ, veteratoriæ, variæ loquacitatis.*

ΚΟΜΨΟΙ ῥήτορες, *Belli & venusti Rhetores*. Julianus Imperat. *or.*III. *Panegyr.* ἀποτορνεύων τὰς περιόδους, καθάπερ οἱ κομψοὶ ῥήτορες. Libanius *Declam.* VI. Οἱ κομψοὶ ῥήτορες οἷς ὁ βίος λέγειν, *venusti oratores quorum in dicendo vita occupatur*. S. Gregor. Naz.*or.*XXVII. Ἀλλ' οὐδὲ τῶν κομψῶν τις καὶ ἡδέων ἐγὼ, καὶ οἷος κολακείᾳ κλέπτειν τὴν εὔνοιαν, *sed neque de numero sum elegantium & festivorum in dicendo*, &c. Themistius *orat.* VII. Nostræ quoque orationes, sunt Mnemosynes ac Jovis fœtus, καθάπερ οἱ κομψοί τε ἐκεῖνοι καὶ φιλοπαίγμονες.

ΓΛΩΤΤΑΙ, *Linguæ*, hoc est, oratione pollentes, & incredibili homines facundia. Rufus Sophista Herodem Atticum nominabat Ἑλλήνων γλῶτταν. Pericles dictus in Græcia μέγας τὴν γλῶτταν, ait Philostratus. Themistius *orat.* XII. Dionem aureæ dictionis Rhetorem vocat τὸν χρυσοῦν τὴν γλῶτταν, *aurea lingua præditum*. Philostratus de lingua Polemonis Sophistæ: Alii καὶ πήχεσι διαμετροῦσι τὴν γλῶτταν, ὥσπερ τὰς τοῦ Νείλου ἀναβάσεις, *ipsius linguam ulnis veluti Nili ascensus dimetiuntur*. Ea mente M. Tullius nuncupatur *Lingua*, de quo Severus Cornelius in *Epicedio*:

> *Conticuit Latiæ tristis facundia linguæ.*

Et Plinius *lib.* VII. eum *Linguæ lauream meritum* ait. Hinc de re incredibili, *linguas superare Sophistarum*. Philostratus de Varo adolescente: Persuaserunt illi adulatores παρεγγυῆσαι τὰς τῶν σοφιστῶν γλῶττας, ὁπότε μελετῴη. Hinc apud Aristophanem τῇ γλώττῃ πολεμίζειν, *bellare lingua*. Et nimirum eos homines liceat appellare γλωσσάσπιδας lingua armatos & undique septos & munitos, quos delineat, cum de vi & majestate eloquentiæ disserit, M. Tullius lib.I. *de Orat. Quid autem tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus, vel ipse tectus esse possis, vel provocare improbos, vel te ulcisci lacessitus?*

ΕΡΜΟΥ λογίου τύποι, *Mercurii præsidis eloquentiæ typi*. Proæresium quidem, ut autor est Eunapius, cum in cœtu eruditissimorum hominum caussam unam orasset, & flumine quodam orationis, & copia omnes obstupefecisset, quidam appellabant θεὸν, alii vero Ἑρμοῦ λογίου τύπον. Callistus item orator dictus Ἑρμῆς λόγιος. Poeta vetus in *Antholog.* lib. IV.

> Εἰκὼν Καλλίστου τοῦ ῥήτορος, οἱ δὲ παρ' αὐτὴν
> Ἐρχόμενοι, Ἑρμῇ σπένδετε τῷ λογίῳ.

Sic Aristides coryphæum Demosthenem prædicans, ὃν ἐγὼ φαίην ἂν Ἑρμοῦ τινὸς λογίου τύπον εἰς

ἀνθρώπους κατελθεῖν· Quo respiciens Synesius de Marciano loquens *epist.* CI. ὃν εἰ προλαβὼν Ἀριστείδην Ἑρμοῦ λογίου τύπον εἰς ἀνθρώπους ἔφην ἐληλυθέναι, μόλις ἂν ἔτυχον τῆς ἀξίας, ὅτι πλέον ἐστὶν ἢ τύπος. *Quem si ante Aristidem Mercurii scientiarum præsidis typum ad homines pervenisse dixissem, non essem ejus meritum assecutus, plus est aliquid quam typus.* Hinc Eunapius eleganter Porphyrium nominat Ἑρμαϊκὴν σειρὰν, *Mercurialem catenam.* Ad eandem opinor vim spectat, quod de Aristocle dicebatur Sophista, quem Herodes Atticus vocavit Ἀθηνᾶς ψῆφον, *Minervæ suffragium*, cum illa ex Veterum opinione, doctis quoque elegantibusque præsideat. Et Julianus Imperator *epist.* ad Jamblichum, eum non modo Mercurium, verum etiam Ἀθηνᾶν appellat. Suavitatem quoque in dicendo melleam atque dulcem arguit, quod Antiphon dictus est Νέστωρ in Plutarcho & Philostrato. Et Ælianus μελίγλωσσος & μελίφθογγος apud Suidam. Nec abhorret quod Theodotus Sophista fuit nuncupatus ῥητορικῆς ὄφελος, *oratoriæ artis emolumentum.*

ΛΟΓΙΟΙ vocantur a Pindaro, *Diserti, facundi.*

ΣΑΛΠΙΓΓΕΣ, *Tubæ*, propter vim & contentionem in dicendo, quæ resonet altius animosque permoveat. Sic Diophantus apud Eunapium, Proæresium vocabat σάλπιγγα Μηδικῶν τροπαίων· A Philostrato dicitur Polemonis ἰδέα τορὸν ἠχοῦσα ὥσπερ ἡ ὀλυμπικὴ σάλπιγξ, *forma orationis Olympicæ tubæ modo clare sonans.* Laudans gravissimum Athanasium Gregorius Nazian. μεγάλην σάλπιγγα τῆς ἀληθείας nominat, quod cœlestis eloquentiæ vi & impetu veritatem propugnavisset. Idem quoque eruditissimus Gregor. *ep.* CXCIV. Sophistarum proprium esse ait in laudando τὰς Τυῤῥηνικὰς ὑπερφωνεῖν σάλπιγγας, *Tyrrhenicas etiam tubas cantu superare.* Sic Accursius Juris Interpres *Cod. de stud. lib.* Ciceronem *eloquii Romani tubam* indigitavit, & S. Paulinus Jovio grandiloquo & magnifice in dicendo resonanti, dat *tubam vocis personam*, ep. *ad Jovium.* Eleganter etiam Cassiodorus oratorum eloquentiam ait *classicum canere.* Ad hanc in dicendo magnificentiam spectat, quod Sophistam Polemonem quidam mirantes ajebant illi esse δωδεκάκρουνον στόμα, *os duodecim canalibus scaturiens.* Eandem ob causam D. Basilium Nazianzenus appellat μεγάλην φωνὴν *magnam vocem*, *orat.* XX. pag. 372.

Alia quædam video esse nomina quæ magnam autoritatem Sophistarum & venerationem declarent: quale est *Patris* nomen, quod sacris & prophanis hominibus olim tributum videmus honoris causa. Rabbi Moses Ægyptius lib. III. sui *Ductoris* cap. LV. gloriosum id testimonium Rabbinorum & veluti oraculum de Mose profert: *Dixerunt*, inquit, *de Moyse magistro nostro, Pater in sapientia, Pater in lege, Pater Prophetarum.* Ita Joseph in *Genes.* Pater nominatur Pharaonis, hoc est, doctor & magister. Sane hoc solemne fuit Hebræis, ut Doctores suos nominarint *Abotb*, id est, Patres. Jubal dicitur pater canentium cithara, hoc est, primus Doctor, *Genes.* IV. Sic Carolus Magnus Patrem vocabat Alcuinum, a quo literis fuisset imbutus. Sed ad rem.

ΠΑΤΕΡΕΣ dicebantur Sophistæ. Eruditissimus Gregorius Nazienz. *ep.* III. eloquentiæ Magistros, quos Athenis audiverat, κοινοὺς πατέρας τῶν λόγων, *communes eloquentiæ patres* nominat. Et *or.* I. *in Julian.* σοφίας καὶ παιδεύσεως πατέρας. Apollonium Tyaneum Lacedæmonii dixerunt νέων πατέρα, *adolescentium patrem*, ut est in *ejus Vita*, lib. IV. Herodes Atticus cum audiendi Polemonis cupiditate flagraret, eum complexus, πότε εἶπεν, ὦ πάτερ, ἀκροασόμεθά σου; *quandonam te audiemus, ô Pater?* Sic Thessalum Hippodromum, ut in *ejus Vita* prodit Philostratus, glorioso nomine vulgo πατέρα τοῦ Ἑλληνικοῦ, *cœtus Græci aut ipsius Græciæ Patrem* nuncupabant. Timocrates etiam πατρῴγλωττος nominatur apud eundem.

ΔΕΣΠΟΤΑΙ, *Domini*, quæ appellatio regium quiddam sonat & augustum. Rufus quidem Perinthius Herodem Atticum Sophistam eximium, qui Romanos Imperatores literis & humanitate imbuerat, vocabat δεσπότην. Sic apud Hebræos Domini sive Dominatores dicebantur aliorum magistri atque doctores, propter dicentium autoritatem. Ita sumit divinus Isajas *cap.* XXVIII. 14. Et alludens ad eam consuetudinem S. Paulus I. *Timoth.* II. prohibet mulieri docere & dominari in virum, hoc est, Domini instar jus docendi autoritatemque sibi sumere. Qua de re docte ut solet Pineda noster lib. *de Salomone.*

ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΙ, *Præceptores*, κατ' ἐξοχὴν. Jamblichus apud Eunapium διδάσκαλος θειότατος. Sic honoris causa nominatus ab Herode Scopelianus διδάσκαλος. Et inter auditorii plausus & laudationes, cum Antipater Sophista Hieropolitanus diceret, acclamabant auditores θεῶν διδάσκαλον, quod Severi Imperatoris filios instituisset: quæ laus & σοφῶς, & εὖ, & θείως, aliasque acclamationes, quæ dicentibus fundebantur, æquabat. Philager quoque Cilix dictus fuit χρῆμα διδασκάλου, *exemplar magistri dicendi.*

ΧΡΗΣΤΟΙ, *Boni & probi* a Platone in *Convivio* dicti.

Dio Chrysostomus propter abundantiam exquisitæ orationis vocabatur Ἀμαλθείας κέρας τῶν λόγων, ut autor est Philostratus. Herodes Atticus, *alter Demosthenes.* Longinus βιβλιοθήκη ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον, quemadmodum Socrates περιπατοῦν ἄγαλμα σοφίας, ut meminit Eunapius. Marcellus Arcadii Imperatoris magister nuncupatus, κόσμος ἁπάσης ἀρετῆς, vel ut aptius dicam, ait Suidas, ἔμψυχος ἀρετὴ, *virtus quædam animata.* Aristides Sophista dictus a Thoma Scholastico ἀστὴρ ῥητορικῆς, *splendidissimum astrum eloquentiæ*, in *Antholog. Græc.* lib. IV. Sed de honoratis nominibus hæc satis.

CAP. X.

Cur Sophistæ nomen & res tota in invidiam & offensionem inciderit, causæ duæ explicantur. Protagoras in exilium actus, ejus monumenta combusta. Eloquentia Sophistarum invidiosa. Lege prohibiti causas agere. Unde eorum in judiciis θάρσος. Dicti γοητεύειν. Cur Amor nominatus a Platone Sophista.

SOPHISTÆ nomen tandem in invidiam & hominum offensionem incidit: fuitque tempus, cum illi ipsi qui Sophisticam artem profitebantur, vix se tamen nominare Sophistas auderent, cum acres in dicendo Philosophi & periti aliarum artium id doctrinæ genus arguerent. Socratem in ore & hominum prædicatione fuisse monet Ælianus lib. II. *Var. Hist.* cum propter alia, tum maxime, ὅτι τοὺς σοφιστὰς ἤλεγχεν, οὐδὲν ὑγιὲς ὄντας, οὐδέ τι σπουδαῖον ἢ εἰδότας ἢ λέγοντας, *quod Sophistas arguebat vanitatis, & qui nihil honesti scirent neque dicerent.* Etiam Themistius *Or.* IV. invisum esse nomen Sophistæ prodit & Academiæ & Lyceo: καὶ οὔ φασι τοῖς ἀνακτόροις προσήκειν τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον ὃς τοῦτο τὸ ὄνομα ἀγαπᾷ καὶ ἐξεργάζεται, *nec in penetralia admittendum esse illum, qui hoc nomen amplecti volet, ac reipsa factisque comprobare.* Inquirendum igitur nobis hic est, quæ illius odii causæ fuerint, & unde factum, ut Sophistæ compellatio, quæ perhonorifica fuit aliquando, deinde irrisa, probro & contumeliæ habita sit.

Imprimis e satoribus hujus artis & inventoribus quidam, cum ingenii gloria studioque florerent, impias quasdam, ut tum quidem ferebatur, de Diis opiniones invexerunt, quæ populi animos superstitione irretitos plurimum abalienarunt. Protagoras enim e Sophistis antiquissimis unus, cum, ut quidam volunt, a Persarum Magis in religione fuisset institutus, docere palam est ausus, non esse veros illos Deos, quos in Græcia publicis honoribus colerent: labi homines & multum offendere, qui falsa & anili opinione ducerentur. Diagoras quoque Atheniensis Phrygias disputationes ediderat, in quibus communia Veterum numina illudebantur, de quibus sic Tatianus Assyrius *or. cont. Gent. Diagoras Atheniensis erat, sed quod mysteria apud Athenienses prophanasset punitus est*, καὶ τοῖς Φρυγίοις αὐτοῦ λόγοις ἐντυγχάνοντες, ἡμᾶς μεμισήκατε.

Hos duos in eadem causa jungit Lactantius *de fals. rel.* lib. I. cap. II. *Protagoras*, inquit, *qui Deos in dubium vocavit, & postea Diagoras qui exclusit, & nonnulli alii qui non putaverunt Deos esse, quid aliud effecerunt, nisi ut nulla esse providentia probaretur?* Vivebat quoque illis temporibus Anaxagoras, quem D. Irenæus *l.* II. *c.* XIX. vocat *irreligiosum*, hoc est, ἄθεον, cujus vox, stylus, oratio cum eodem ferretur, minueretque cœlestia, multos habuit inimicos. Hinc plebs in Sophistas commotior, hinc in circulis dictæ contumeliæ, & in scenis comœdiisque ludus, joci, maledicta crepuerunt. Hoc perspicue docet Libanius, cum de populari loquitur odio in sapientes, *Declam.* XXIX. Λέγει τινὰ τῶν πρὸς τοὺς σοφιστὰς ὀργὴν, τὴν Ἀναξαγόρου, τὴν Πρωταγόρου, τὴν Διαγόρου, *igitur horum in Sophistas iracundiam memorat, in Anaxagoram, Protagoram, Diagoram*. Longius provecta est ardens & ignita populi iracundia: nam Anaxagoras in carcerem est conjectus, & pene lapidibus obrutus ab Atheniensi populo, ut memorat Eusebius lib. XIV. *de Præpar.* cap. V. quem Pericles civium benevolentia fretus & autoritate summus, vix eripere tamen potuit, cum palam esset confessus se illius esse discipulum, & Sophista uti familiariter. Protagoras autem per præconem in exilium ejicitur, scripta ab illo volumina comburuntur, & fuligine prope dicam illa atque fumo Sophistarum existimatio maculatur, ut Laertius. Ipse vero in ea fuga naufragio periit, ut Sextus Emp. lib. *advers. Mathem.* consignavit, qui Ceum quoque Prodicum τοῖς ἀθέοις adnumerat. Hinc Anytus & Melitus, qui eruditionem crudeli exitio devovissent, ansam arripuerunt accusandi Socratis, quem μιαρὸν σοφιστὴν nominabant. Hinc coactus etiam Aristoteles migrare Athenis, & Chalcide scholam & domicilium collocare, ob decreta quædam Philosophiæ, ἃ ἐνόμισαν εἶναι ἀσεβῆ Ἀθηναῖοι, *quæ impia esse Athenienses putabant*, ait Origenes contra Celsum, *Philocal.* c. XVIII. Atque hæc mihi causa una videtur odii popularis in Sophistas.

Alia quædam causa petitur ex artificio & dicendi exercitatione, quæ quo fuit in iis hominibus illustrior, eo invidiosior videbatur. Quam video causam explicatam a Philostrato, cum exponit cur notatus in Comœdia fuerit Antiphon; ait enim inter alias artes & eloquentiam hoc esse discriminis, quod in iis liceat cuique pro ingenii magnitudine studioque excellere, eosque maxime populus veneretur, qui earum artium perfectionem & absolutionem consecuti fuerint. E medicis coluntur maxime, inter musicos admirationem illi faciunt, qui alios suo in genere artificioque præcellunt. In Rhetoribus non tenetur ea ratio: Ῥητορικὴν ἐπαινοῦσι μὲν, ὑποπτεύουσι δὲ ὡς πανοῦργον, *oratoriam quidem artem laudant homines, sed eandem suspectam habent, ut callidam*, & veteratoriæ fraudis officinam. Itaque idem ipse scriptor cum de Isocrate in *ejus Vita* memorat, ait illum abstinuisse a concionibus, tum quia voce destituebatur, tum etiam διὰ τὸν Ἀθήνησι φθόνον, *invidiæ metu*, quæ Athenis maxime illis adversabatur, qui reliquis sapientius dicerent.

Et quidem non defuit ratio cur Sophistarum eloquentia foret suspecta: summo enim fuit lenocinio artificioque polita, quæ audientes caperet, & in suam veluti potestatem dominationemque redigeret, si præsertim illos primos intueamur coryphæos, a quibus Sophistarum nomen in Græcia propagatum est, quos mirari homines non æmulari potuerunt. Illi fuerunt tanta ingenii abundantia, tanta ubertate & flumine in dicendo, ut deesse nunquam posset oratio. Gorgias vere opinor gloriari solebat, nullo modo sibi deesse posse quod diceret, quamcumque rem expolire fuisset aggressus, ut memini dicere Aristotelem, lib. III. *Rhet.* Socrates eandem vim tribuit Protagoræ. Plato in *Protag. Audivi*, inquit, *posse te copiose, quoties libitum est, loqui*, οὕτως ὥστε τὸν λόγον μηδέποτε ὑπολείπειν, *sic ut revera deficiat te nunquam oratio*. Fuit autem eorum hominum oratio tam concinna, tam musica, tam artificiose composita, ut γοητεύειν, magicis veluti præstigiis ducere auditores suos dicerentur. Illi igitur & qui postea consequuti sunt multi, ejusdem artis scientes atque facundiæ, si quando in forum aut senatum venirent rem aliquam suasuri, an verendum non fuit, ne pulverem in hominum oculos injicerent, ne fucum facerent, ne in judicio pro animi sui sententia regnarent?

Itaque Athenienses cum in Sophistis magnam in dicendo facultatem & peritiam omni artificio eruditam inesse viderent, eos foro atque judiciis prohibuerunt, quod jus iniqua oratione vincerent, & justitiam sæpe violarent, ut Philost. l. I. *de Vit. Soph.* Nam ad agendas causas adferebant domesticam eamque diuturnam exercitationem, quo facillime patronorum omnium contentionem eludebant. Περίεστι γὰρ αὐτοῖς, (ait Julianus Imperator de Sophistis *Panegyr.* I.) ἐκ τῆς τοῦ λόγου μελέτης, καὶ τῆς πρὸς τὰς ἐπιδείξεις συνηθείας τὸ θαρσεῖν ἐν δίκῃ, *nam e dicendi continua exercitatione, & ostentandæ facultatis consuetudine, inest illis in foro judiciisque audacia*. E quotidiana illa meditatione fiebat, ut non modo, quod summo oratori tribuit Homerus, νιφάδας, sed orationis flumina effunderent, quibus actores atque Judex obruerentur. Atque ut sapienter apud Euripidem Polynices in *Phœniss.*

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
Κοὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων.

Est veritatis simplex oratio, nec indiget variegatis iis laciniis & circunductionibus Rhetorum. Quin potius, ut idem mox subdit, mala causa quam tueri æquitas non potest, φαρμάκων δεῖται σοφῶν, *pharmacis opus habet subtiliter excogitatis*, & callida machinatione temperatis. Quibus cum abundarent Sophistæ, cum in iis componendis omne vitæ suæ tempus contererent, cum iisdem inaliorum perniciem abuterentur; an mirandum sit, invidiosos in Græcia illos fuisse, & nomen ipsum a veteri gloria ad contemptum & humilitatem abjectum? Nam ii profecto habebantur, qui verborum specie atque pompa, ut θαυματοποιοὶ in theatro, omnium oculos & mentes eluderent. Itaque veteres Ludiones quosdam qui comica festivitate fructuum imitabantur fures, & populum delectabant, vulgo nominavere Sophistas, quos Spartani Decelistas tanquam mimos & scenicum apparatum instruentes, Sicyonii Phallophoros, Itali in magna Græcia Phylacas nominabant, ut est apud Athenæum *lib.* XIV. Ob

can-

eandem forte rationem *Orat.* XXXIII. Gregorius Nazianz. ingenioſiſſimus atque doctiſſimus eoſdem vocat κυβιςὰς λόγων ἀτόπως, *qui verbis, ut aleæ in ludo, inſolenter oculos perſtringerent.* Et *Orat.* XXIII. eorum ſcientiam ita deſcribit: τὴν ἐν λόγῳ κειμένην καὶ δι᾽ εὐγλωττίας γοητεύουσαν, *quæ in verbis ſita eſt ac per linguæ facundiam velut præſtigias offundit.* Socrates etiam in Euthydemo de duobus Sophiſtis, in *Conviv.* γοητεύοντε ἡμᾶς, *præſtigiis,* inquit, *ſuis nos illudunt:* qui etiam alias venuſte Amorem Σοφιςὴν nuncupat, callidum quendam metuendumque Rhetorem, hominibus fucum facientem, atque ut interpretatur Maximus Tyrius *Diſſert.* VIII. ἐπίβουλον, γόητα ἀτεχνῶς, *inſidiantem, præſtigiatorem veriſſimum:* vel, ut eundem appellavit Sappho, μυθοπλόκον, *ſtruendæ orationis & concinnandæ doloſiſſimum artificem.* Hoc ſi tantum fuiſſet a Veteribus animadverſum notatumque in diſciplina Sophiſtarum, cum nemo æquo animo decipi, & in fraudem induci velit, fuit ſane cauſa, cur tranſennas & retia illa metuerent, & vel nomen Sophiſtarum horrerent; cum præſertim viri graviſſimi, ne quis imprudens caperetur, id ſerio denunciarent. Memini enim Themiſtium ſapientiæ laude clariſſimum, multis audientibus publica in oratione *Orat.* I. ita monuiſſe: πάνυ τῇ ἀπειρίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ ἐπιτίθεται αὕτη ἡ γοητεία, *plane imperitiæ noſtræ id genus præſtigiæ inſidias ſtruunt. Cumque in exquiſitiore loquendi ratione peregrinos eſſe nos atque hoſpites animadvertunt, voculas obtrudunt,* &c.

CAP. XI.

Tertia cauſa juſti odii in Sophiſtas. Ηττων λόγος *quis. Ejus auctor Protagoras. Exercitatio Sophiſtarum* ἥττω γυμνάζειν λόγον. *Reprehenſum id artificium a ſacris prophaniſque, & in maledicto poſitum. Sophiſtarum inſtitutum* τὰ μεγάλα μικρὰ, καὶ μικρὰ μεγάλα ποιεῖν. *Id dicentibus utile & a Rhetoribus exceptum.*

ALIA quædam fuit cauſa juſtiſſimi odii in Sophiſtas, quam præcipuam quidam fuiſſe putant, quod nimirum ſe docere profiterentur, idque palmarium in arte ſua ponerent, quonam modo cauſa inferior & injuſta, fieri poſſet dicendo ſuperior. Græci dicunt τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. Hoc decreto nihil mihi videtur eſſe pernicioſius, nihil præſentius ad extinguendum jus omne, & humanam ſocietatem violandam. Nam ſi fas licet ingenio perrumpere, ſi Rhetorum excogitatis rationibus, & callido artificio conceditur, Themidem ipſam Eunomiamque affligere, nihil jam obſtat quominus Sycophantis plena omnia videamus, & vita, ſalus, bonaque innocentium conſceleratorum hominum libidini permittantur. Quid ſit autem ἥττων λόγος, ſic exponit Jo: Tzetzes *hiſt. chil.* XI.

Ηττων λόγος καθέστηκεν ὁ τῶν ἀσθενεστέρων.
Πολλάκις δὲ καὶ ὁ ψευδὴς, μηδ᾽ ἀληθεύων λέγος,
Εν ᾧ μεσὸ ἄλλος ἥττηται. Ο δὲ τεχνίτης ῥήτωρ
Εκὼν τοῦτον δεξάμενος τὸν ἥττονα τῶν λόγων
Δεῖξαι ῥητόρων βουληθεὶς τῶν τεχνικῶν τὸ σθένος,
Εἶτε νικᾷ τοὺς ἔχοντας τοὺς κρείττονας τὸν λόγον, &c.

Vult dicere, ἥττω λόγον eſſe cauſam, quæ ſit vel imbecillior altera minuſque probabilis, vel etiam falſa & injuſta, qua quis ſit in negotio inferior; eam autem ſumens in manus artificio ſuo fretus Rhetor, & de ſchola politus Sophiſta, dicendo facit, ut longe firmior atque juſtior probabiliorque videatur.

Inquirit deinde in inventorem hujus artificii, & a plurimis ait nominatum fuiſſe Platonem, quos ille merito ἀσκέπτως vocat. Putat vero ex animi ſui ſententia fuiſſe Homerum, quod de iiſdem rebus contraria ipſe ſcripſerit: nam,

Τὸν προφανῶς τοῖς φανεροῖς γράφοντα τἀναντία
Ηττονα λόγον λέγουσι τὰ φιλοσόφων γένη.
Aperte in manifeſtis ſcribentem contraria
Ηττονα λόγον *vocat Philoſophorum natio.*

Sed non magis hujus rei inventor Homerus quam omnium artium, quarum ſemina & δείγματα quædam apud eum reperiuntur. Melius eruditi Protagoræ id tribuunt: ita enim clare Stephanus *de Urbibus* in Αβδηρ. *Protagoram ait Eudoxus,* τὸν ἥσσω καὶ κρείσσω λόγον πεποιηκέναι, καὶ τοὺς μαθητὰς δεδειχέναι τὸν αὐτὸν ψέγειν καὶ ἐπαινεῖν, *inferiorem & ſuperiorem inſtituiſſe ſermonem, & diſcipulos docuiſſe eundem & vituperare & laudibus extollere.* Idem habet Ariſtoteles II. *Rhet.* & poſt eum Agellius *l.* V. *c.* III. qui Græca illa τὸν κρείττω λόγον, &c. ita vertit, *cauſam infirmiorem potiorem efficere:* Quintilianus autem *lib.* II. *cap.* XVI. *Pejorem cauſam facere meliorem:* Cicero *cauſam inferiorem & ſuperiorem* dixit in *Bruto*. A Protagora deinde alii Sophiſtæ capientes, eandem etiam ἐπαγγελίαν venditarunt. Id univerſim antiquæ eloquentiæ propoſitum eſſe innuit Lactantius, lib. V. *div. Inſt.* cap. I. *Eloquentia,* inquit, *ſæculo ſervit, populo ſe jactare, & in rebus malis placere geſtit: ſiquidem veritatem ſæpius expugnare conatur, ut vim ſuam monſtret.* Diſerte Plutarchus *de malig. Herod.* Τοῖς γὰρ Σοφισαῖς ἐφεῖται πρὸς ἐργασίαν ἢ δόξαν, ἔστιν ὅτε τῶν λόγων κοσμεῖν τὸν ἥττονα παραλαμβάνοντας. *Sophiſtis quidem conceſſum eſt lucri aut gloriæ cauſa ſententiam pejorem ſumere defendendam.* Et ea de re fuiſſe in ſcholis haud obſcuram exercitationem; e Juliano religionis perduelle cognoſcitur, qui diu atque multum in Sophiſticis eruditus, cœpit impiam Græcorum ſapientiam adverſus Chriſtianam veritatem in frequenti cum fratre diſputatione tueri, eo prætextu, ὡς τὸν ἥττω γυμνάζων λόγον, *quaſi inferiorem controverſiæ partem exercitationis cauſa tueretur,* ut eloquentiſſimus Gregorius Nazianzenus *Orat.* III. meminit. Et antiquior illo Carneades eandem conſuetudinem expreſſerat, qui Romæ cum audientibus Galba & Catone Cenſorio maximis tunc oratoribus, de juſtitia copioſe diſſeruiſſet, poſtridie eam diſputationem contraria diſputatione ſubvertit, & juſtitiam quam laudaverat ſuſtulit: non quidem, ut ait Lactantius *lib.* V. *cap.* XV. philoſophi gravitate, ſed quaſi oratorio exercitii genere in utramque partem diſſerendi.

Cæterum id inventum Sophiſtarum, multi graves ſapienteſque viri, & ſuperbum, & improbum eſſe pronunciarunt. Ariſtophanes imprimis id in ſcena illuſit, ſic enim de Sophiſtis, ἐν Νεφέλ.

Οὗτοι διδάσκουσ᾽ ἀργύριον ἤν τις διδῷ
Λέγοντα νικᾶν καὶ δίκαια κἄδικα.

Et alias apertius, *Aiunt penes illos eſſe ſermonum duo genera;*

Τὸν κρείττον᾽ ὅς τίς ἐστι καὶ τὸν ἥττονα.

& inferiorem quidem, inquit,

Νικᾶν λέγοντά φασι τἀδικώτατα.
Aiunt vincere perorando iniquiſſima.

Inter illa capita quibus in mortem actus eſt Socrates, hoc erat princeps, quod doceret τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν, ut Plato, Maximus Tyrius, Ælianus, aliique referunt. Etiam in Comœdia vendit latus Antipho, quod λόγους κατὰ τοῦ δικαίου ξυγκειμένους venderet, ait Philoſtratus *lib.* I. *de Soph.* Objecit hoc Græcis oratoribus Tatianus, *Or. in Gr.* ῥητορικὴν

μὲν γὰρ ἐπ' ἀδικίᾳ καὶ συκοφαντίᾳ συνεστήσασθε. μισθοῦ πιπράσκοντες τῶν λόγων ὑμῶν τὸ αὐτεξούσιον, καὶ πολλάκις τὸ νῦν δίκαιον, αὖθις οὐκ ἀγαθὸν παριστῶντες, hoc est, *Rhetoricam injustitiæ calumniæque ministram effecistis, dum libertatem sermonis vestri mercede vænundatis, & sæpius eandem rem, nunc justam, alias injustam statuistis.* Hoc ipsum in Rhetoribus arguit Sextus Empiricus *advers. Mathem.* cum artium professores oratione sua insequitur. M. Tullius in *Brut.* cum modestissime loqui vellet, id doctorum eloquentiæ consilium *arrogans* nominavit. Satisne igitur fuisse causæ videtur, cur Sophistæ male audierint, & communi bonorum judicio sint vexati, qui Justitiæ, ut cum Pindaro loquar, *ὕψον τεῖχος* suffodere, penitusque subruere meditarentur? Hinc enim, ut ait Aristoteles *l. II. Rhet.* *Δικαίως ἐδυσχέραινον οἱ ἄνθρωποι τὸ Πρωταγόρου ἐπάγγελμα*, *merito moleste ferebant homines Protagoræ professionem*, nimirum *τὸ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν.* Nam profecto illo dominante artificio, jura omnia tum divina tum humana polluentur. Et tanto ante poeta Euripides in *Hecub.* clarissimo in theatro, eorundem hominum inventum arguerat. Non decebat, inquit, homines plus posse lingua quam res & negotia:

> *Καὶ μὴ δύνασθαι, τἄδικ' εὖ λέγειν ποτέ.*
> *Neque posse injusta bene eloqui unquam.*

tum subdit de autoribus illius artificii,

> *Σοφοὶ μὲν οὖν εἰσ' οἱ τάδ' ἠκριβωκότες,*
> *Ἀλλ' οὐ δύνανται διὰ τέλους εἶναι σοφοί.*

Illi *σοφοὶ ταῦτα ἠκριβωκότες* non sunt alii quam Sophistæ, qui in eo docendo versabantur: neque tam laudis quam contumeliæ causa nominat *σοφούς*. Nam in *Medea* vers. 580. negat esse illos sapientes, quin potius *πλείστην ζημίαν ὀφλισκάνειν*, *maxima mulcta dignos videri*:

> *Γλώσσῃ γὰρ αὐχῶν τἄδικ' εὖ περιστελεῖν*
> *Τολμᾷ πανουργεῖν· ἔστι δ' οὐκ ἄγαν σοφός.*
> *Nam cum glorietur se dicendo posse ornare injustas causas,*
> *Audet fallere: non est autem admodum sapiens.*

Et sane res fuit tam invidiosa in Græcia, ut quicumque plus aliquid posse in dicendo viderentur, iis æmuli hoc maxime in maledictis objicerent. Lysimachus cum in jus appellavisset Isocratem, minime id siluit, ut Rhetor idem *περὶ ἀντιδόσ.* significat: *Νῦν δὲ λέγει μὲν, ὡς ἐγὼ τοὺς ἥττους λόγους κρείττους δύναμαι ποιεῖν.* &c. *Nunc me inquit inferiorem causam dicendo posse facere superiorem*, &c. Id autem genus orationis *χαλεπωτάτους λόγους* Græci nominabant: sic enim est apud Suidam, *χαλεπωτάτους λόγους, κλέψαι δυνάμεις.*

Qui cautius inter illos modestiusque loquebantur, docere se ajebant, quonam modo res exiguæ possent in immensum augeri oratione, maximæ autem deprimi atque imminui. Quod Isocrates cum de vi eloquentiæ disputat in *Panegyr.* sic expressit: *Τά τε μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι, καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος περιθεῖναι*, *magna dicendo extenuare, & exiguis addere magnitudinem.* Id autem Sophisticæ artis fuisse proprium, testatur gravis autor S. Basilius scribens *ad Libanium ep.* CXLVI. Quid, inquit, non dicet vir Sophista, & talis Sophista, cui in confesso est id artis esse proprium, *τὰ μεγάλα μικρὰ ποιεῖν ὁπότε βούλεται, καὶ τοῖς μικροῖς παρατίθεσθαι μέγεθος;* Plato etiam id expresse de Gorgia & Tisia in *Phædro*: *Τὰ σμικρὰ, μεγάλα, καὶ τὰ μεγάλα, σμικρὰ φαίνεσθαι ποιοῦσι διὰ ῥώμην λόγου.* Huc spectat, quod de iisdem ait Julianus Imperator *Panegyr.* I. *Οἱ δὲ τῆς τέχνης ἀπολαῦσαί φασιν ἐν τῷ δύνασθαι περὶ τῶν μικρῶν μειζόνως διελθεῖν, καὶ τὸ μέγεθος ἀφελεῖν τῶν ἔργων τῷ λόγῳ.* *Tum usos se artificio suo credunt, cum aut exiguas res ampliores dicendo facere, aut de rerum gestarum magnitudine detrahere aut minuere potuerint.* In eam rem ajunt (verbis utar M. Tullii in *Bruto*) scriptas fuisse & paratas a Protagora rerum illustrium disputationes, quæ nunc communes appellantur loci: quod idem fecisse Gorgiam, cum singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisset, quod judicaret hoc oratoris esse maxime proprium, *rem augere posse laudando, vituperandoque rursus affligere.*

Hoc si tantum Sophistæ proposuissent, minime sane reprehenderentur, neque in eam hominum offensionem venissent, quod sit utile bono & præstanti oratori, res per se expetendas ita posse augere dicendo, & amplificare, ut etiam quodammodo pulchriores & amabiliores videantur: quod item valet sæpe in minuendo. Itaque Theon in *Progymn.* putat *ῥήτορος ἔργον εἶναι, τὸ αὐξῆσαι τὰ ἀποδεδειγμένα*, vel, ut ait Gregorius Nyssen. *de Vit Thaumat.* *Τὰς ἐπαυξήσεις τῶν θαυμασίων διά τινος ῥητορείας ἐπὶ τὸ μεῖζον ἐξαίρειν*, *res amplas atque præclaras arte quadam dicendi amplificando in majus extollere.* Et Isocrates aliquando interrogatus, quid esset Rhetorica, respondit, *τὰ μὲν μικρὰ μεγάλα, τὰ δὲ μεγάλα μικρὰ ποιεῖν*, autore Plutarcho. Certe id præstare eximius orator debet, quod egregii belli duces, quos volebat Isocrates *τὴν Ἑλλάδα μεγάλην ἐκ μικρᾶς ποιεῖν*, ut animadvertit Dionysius Halicarn. in *ejus Vita*. Hanc vim Polybio oratori tribuit Seneca *consol. ad Pol.* cap. ult. his verbis: *Potest quidem eloquentia tua quæ parva sunt approbare pro magnis, rursus magna attenuare & ad minima deducere.* Talem quoque pingit Ulyssem Libanius *Progymn.* quem tantum in dicendo fuisse vult, ut potuerit *τῇ δυνάμει τῶν λόγων τἀληθὲς διαστρέφειν*, eumque Oratorem tanquam e schola Sophistarum sic expressit: *Ὅταν δὲ εἴπω ῥήτορα, ἄνθρωπον λέγω τὰ μεγάλα μὲν ἱκανὸν ὄντα μικρὰ δεῖξαι, τὰ μικρὰ δὲ μεγάλα· καὶ τὰ μὲν ἄδικα δίκαια τὰ δὲ δίκαια οὐ τοιαῦτα.* *Oratorem autem cum dico, hominem dico, qui valeat de magnis facere parva dicendo, deque parvis magna, itemque de injustis justa, & de justis contraria,*

CAP. XII.

Causæ aliæ tanguntur cur Sophistæ odiosi. Eorum ars ἀλαζών. Ejecti e Græcia, lege & edicto Regum, Civitatum, Rerumpubl.

ULTIMAM causam illius odii eamque late patentem repeto a vitiis, quæ in plurimis Sophistarum & multa & gravissima fuerunt. Erant enim contentionis appetentes & *φιλόνεικοι* in disputando, quique argutis subtilibusque verborum strophis veritatem ipsam opprimerent. Quo uno modo fere jam Latini Sophistæ nomen usurpant, pro eo videlicet qui captiones habet dialecticas, & sermonem, ut cum Sidonio Apollinari dicam, *propter hamata syllogismorum puncta tribulosum*, quique ut in arena gladiator Secutorem, sic retibus suis æmulum & contortis conclusiunculis implicet & involvat. Genus id Sophistarum dicebatur olim *ἐριστικόν*, de quo nos postea uberius suo loco dicemus. Inter vitia, eminebat elati animi non ferenda superbia, & popularis jactatio, qua sibi omnia summa tribuebant. Ab ea vulgo dicti *ἀλαζόνες*, *arrogantes & gloriosi ostentatores*, inflati, insolentes, & ut cum Suida multa simul dicam *ἀλαζονοχαυνοφλύαροι*. Eos vocabat gravissimus Tertullianus in *Apolog.* *homines gloriæ & eloquentiæ solius libidinosos*: & alias, *famæ ne-*

A gotiatores. D. Hieronymus *gloriæ animalia*: Themistius *or.* I. e Platone, φρονηματισμȣ̃ ἐμπιπλαμένȣς, *insolenti arrogantia plenos*. Agellius *lib.* V. unum ex illis suis coloribus pingens, *nugator*, ait, *atque in Græcæ facundiæ gloria jactabundus*. Qui *lib.* XVIII. id vitium proprie nominat σοφιςείαν. *Helius Melissus*, inquit, *majore in litteris erat jactantia & σοφιςείᾳ, quam opera*. Hinc ars ipsa a sapientibus explosa, irrisa ab eruditissimis, & hominum ludibrio objecta. Nec timuit confiteri Lemnius Philostratus Sophisticam esse τέχνην φίλαυτον κ̀ ἀλαζόνα, *artem cæco amore sui & ostentatione gloriosa plenissimam*. Hujus contagionis fugiendæ gratia Isidorus vir B summus & sapiens, Rhetoricam ut aliquem libidinis scopulum vitabat. Nam de illo sic Damascius apud Suidam: Οὐδὲ τῇ ῥητορικῇ προσέσχε τ̀ νȣ̃ν, ὅτι τ ᾶν λόγȣ ἄξιον, τὸ σοβαρὸν αὐτῆς κ̀ τὸ ἀλαζονικὸν δυσχερανθεὶς κ̀ μισήσας. *Neque mentem ad Rhetoricam appulit, tametsi dignam studio & æstimatione, veritus, atque adeo prosequutus odio inflati animi spiritus, atque superbiam, quæ illam artem comitatur.* Itaque Dio Chrysostomus eleganter ait in Prometheo expressam fuisse quandam Sophistæ imaginem ὑπὸ δόξης ἀπολλυμένȣ, *ardore quodam incredibili laudis & gloriæ misere pereuntis*: Dio Prus. in *Diogen.* quem hepate vehementer intumescente, si C quando videlicet laudaretur, rursum autem deficiente, si quis eum vituperaret, assumens Hercules, ἔπαυσε τȣ̃ τύφȣ κ̀ τ̀ φιλονεικίας, *a fastu & contentione liberavit*.

Fuerunt & alia quædam vitia in Sophistis, ut immanis quædam avaritia atque sordes, & divitiarum cupiditas, sic ut etiam miseros adolescentes quos erudiebant, ad palum deligarent, tanquam in equuleo torquerent, crudelissime excruciarent ad pecuniam extorquendam: qua de re gravem & aculeatam habet orationem Themistius. Impuri etiam multi ferebantur, quorum scholæ non modestiæ & D pudoris, aut honestæ humanitatis, sed impudicitiæ fuerunt quædam officinæ. Sed de his similibusque nævis, plenius disserendum nobis erit suo loco, cum Sophistarum χαρακτῆρας exponemus. Hæc igitur quæ hactenus memoravi, justum odium in Sophistas creaverunt, qui rem plurimorum laudibus & prædicatione commendatam, & reipublicæ utilem dehonestaverunt. Vere dixit Isocrates in *Nicocle*: multos πρὸς τȣ̀ς λόγȣς χαλεπῶς ἔχειν, διὰ τȣ̀ς ἐξαπατῶντας κ̀ τȣ̀ς ψευδομένȣς. Fallaciloquos intelligit Sophistas.

Hinc non modo singulis hominibus, sed regnis etiam & nationibus invisi. Demetrius e suo regno, E Athenienses ex Attica, lege & edicto Sophistas pepulerunt, ut scribit Carystius in *historicis Commentariis*. De qua item re Alexis Comicus, *Demetrium*, inquit, *bonis multis Dii cumulent ac legum latores*:

—— διότι τȣ̀ς τȣ̀ς τῶν λόγων
Ὡς φασὶ δυνάμεις παραδιδόντας τοῖς νέοις
Ἐς κόρακας αἴρειν φασὶν ἐκ τ̀ Ἀττικῆς.

—— *quandoquidem eos qui orationis,*
Ut ajunt, vires juventutem edocent,
Jusserunt in malam crucem abire ex Attica.

F Idem sensus fuit Cretensium, apud quos legum lator clarissimus Thales aditu insulæ prohibuit eos, qui in dicendo se jactant & arroganter sibi placent, hoc est, Sophistas ἀλαζόνας, ait Sextus Empiricus *adversus Mathematicos*. Aditu quoque Laconiæ fuere prohibiti, ut his verbis notat Plutarchus in *Lycurgo*: ȣ̓δὲ ἐπίβαινε τ̀ Λακωνικῆς, ȣ̓ σοφιςὴς λόγων, ȣ̓ μάντις ἀγυρτικὸς, ȣ̓χ ἑταιρῶν τροφεὺς, &c. Et Chamæleon apud Athenæum; *Lacedæmonii*, ȣ̓

προσίενται ȣ̓́τε ῥητορικὴν, ȣ̓́τε φιλοσοφίαν, διὰ τ̀ ἐν τοῖς λόγοις σοφιςῶν φιλοτιμίας, κ̀ ἔριδας, κ̀ ἀκαίρȣς ἐλέγχȣς, *nec Rhetoricem, nec philosophiam admittunt, propter Sophistarum in dicendo ambitionem, rixas, & importunas cavillationes*. Itaque Cephisophontem professum de quavis re per diem integrum se posse dicere, urbe ejecerunt, dicentes, Boni oratoris esse orationem rebus æqualem habere: ut refert Plutar. in *Lacon. Instit.* Ex aliis quoque civitatibus nonnunquam ejiciebantur, unde bellum Stratonici acroama, qui summopere se mirari ajebat Satyri Sophistæ matrem, quod menses decem illum utero tulisset, quem decem dies ferre posset nulla civitas: quo joco Athenæus *lib.* VIII. convivas suos hilaravit.

CAP. XIII.

Variæ appellationes recensentur, quæ Sophistarum odium & contemptum eorundem significent. Δεινοὶ Ῥήτορες in malam partem. Γόητες qua ratione vocati Sophistæ. An magia infames. Emendatus Aristophanes.

HINC variæ compellationes ortæ sunt atque nomina, quibus artem Sophistarum eruditi, eosque ipsos haud probati studii autores doctoresque insectantur. Operæ pretium me facturum spero, si velut brevi in indice eas appellationes heic colligam, non omnes, sed quæ in mentem stylumque venient.

Dicebantur igitur ΔΕΙΝΟΙ ῥήτορες, *vafri, malitiosi*: de qua re Philostr. in *Antiphonte*, δεινȣ̀ς ῥήτορας, inquit, appellant, ȣ̓κ εὔφημον ἐπωνυμίαν τιθέμενοι, *& cognomen imponunt minus honestum*. Itaque Alexander Magnus Demosthenem per contumeliam nominabat δεινὸν ῥήτορα κ̀ γόητα apud Dionem Chrysostomum *Orat.* II. δεινὸς, inquit Hesychius, ἐςραμμένος, πανȣ̃ργος: & Plato δεινὸν scribit esse κακὸν, quomodo in malam partem sumitur. Nam sæpe laudi servit, ut δεινὸς ῥήτωρ; & δεινὸς λέγειν, bonus & præstans orator: sic Πρωταγόρας σοφὸς κ̀ δεινὸς ἐςὶν ἀνὴρ, apud Platonem in *Protag.* Cujus imitatione Dio Prusæus in *Euboica* loquens de Advocatis, ȣ̓δὲ αὐτȣ̀ς σοφȣ̀ς τε κ̀ δεινȣ̀ς δικογράφȣς τε κ̀ συνηγόρȣς μισθȣ̃ πᾶσιν ἐπαγγελλομένȣς βοηθήσειν. Nisi forte sequius hic δεινȣ̀ς ponat: nam eosdem causidicos postea γλωσσοτέχνας vocat, nimirum Sophistas qui mercenario linguæ artificio abutantur.

ΓΟΗΤΕΣ, *præstigiatores*. Sic Demosthenes Æschinem vocabat δεινὸν, κ̀ γόητα κ̀ σοφιςήν. Lucian. in *Piscat.* e Sophis nugatores dixit, γόητας κ̀ ἀπατεῶνας. Libanius *Declam.* IX. Φιλοσοφεῖν ἐπιχειρεῖ τις; γόης ἐςὶ κ̀ τὰ ȣ̓ράνια πολυπραγμονεῖ. *Sapientiæ studium quis aggreditur? incantator evadit*, &c. Amorem Plato quem habitu Sophistarum induit, nominat φαρμακέα, γόητα, σοφιςήν. Hinc ars Sophistarum γοητεία, quam breviter ita circumscribit Judæus Philo lib. *de congr. erud.* λογικὴ σοφισμάτων εὕρεσις εὐςόχῳ πιθανότητι καταγοητεύȣσα, *arguta sophismatum inventio præstigias faciens per conjecturas quasdam persuasibiles*. Eandem ait Socrates in Euthydemo esse τῆς ἐπωδῶν τέχνης μόριον, *artis incantatricis particulam*. Sed hæ præstigiæ in artificiosæ orationis vi atque illecebris erant positæ, &, ut loquitur doctissimus Pater Gregorius Nazianz. *Orat.* XXVI. τ̀ εὐγλωττίας τὰ γοητεύματα: quanquam & vere præstigiatores atque Magos fuisse aliquando Sophistas, monumenta annalium produnt. Suis enim auditoribus κεςὸν φέρειν ἐδίδȣν κ̀ λίθȣς, ut Apollonius Tyaneus monebat, quæ ad flagitiosos amores conciliandos valere ajebant. Hinc Dionysius Milesius Sophista Chaldæorum

artibus suos docere artificium memoriæ ferebatur: itaque γοητεύων ἐν μειρακίοις διεβάλλετο, ut meminit Philostratus lib. I. *de Vit. Soph.* qui etiam *lib.* II. in ejusdem flagitii suspicionem venisse Adrianum Sophistam ait, quem purgare tamen conatur, quod nullus unquam eruditus ἐς γοήτων ὑπαχθείη τέχνας, *præstigiatorum Magorumve artibus fuerit addictus.* Sic contra ipsi Magi nominati Sophistæ. Eruditissimus Tertullian. lib. *de Jejun.* de conjectoribus loquens: *Circa somnium*, inquit, *Regis Babylonis omnes terrentur Sophistæ.* Et lib. *de Idololatr.* cap. IX. *Post Evangelium nusquam invenias aut Sophistas, aut incantatores, aut conjectores, aut Magos nisi plane punitos.* Item in *Exodo* Magi Pharaonis appellantur σοφισταὶ, & Julius Firmicus sub eodem sydere ponit Vates, Magos, Sophistas.

ΑΠΑΤΗΛΟΙ, ἀπατεῶνες, *deceptores.* Hesychius, Σοφιστὴς, ἀπατεὼν, διδάσκαλος πανοῦργος. Similia Suidas, additque παρὰ τὸ σοφίζεσθαι, ὅ ἐστι λόγοις ἀπατᾶν. Aristophanes ait Nubes plures βόσκειν Σοφιστὰς, ubi Scholiastes, Σοφισταὶ, inquit, οἱ ῥήτορες καὶ οἱ ἀπατεῶνες. In eadem fabula Socrates ait se a nubibus didicisse περατείαν καὶ κροῦσιν, hoc est, ψευδολογίαν, ἀπάτην, *fallaciloquentiam, fraudem:* ita Græcus Interpres. Themistius *Orat.* I. eosdem vocat ἀπατηλοὺς καὶ ἀλαζόνας. sed hoc frequens apud scriptores.

ΑΛΑΖΟΝΕΣ. Multas ob causas ita vocabantur, sed præsertim quod in theatro erant Thrasones gloriosi, & in pollicitationibus ventosi & impudentes, unde apud Hesychium, ἀλαζὼν, ὑπερήφανος, ψεύστης. Certe Sophisticæ nota est ἀλαζονεία, de qua dicam copiose *Libro quinto*, & Sophistis identidem id objiciebatur. Vulgi morem expressit Themistius *Orat.* IV. his verbis: Ὁ γὰρ Σοφιστὴς, καὶ ἀλαζὼν, καὶ ὁ καινοτόμος, ὀνείδη ἦν, ubi recte nominat convitia.

ΚΑΚΟΔΑΙΜΟΝΕΣ, *Miselli, infelices.* Clemens Alexandr. *Strom.* lib. I. ταύτῃ γοῦν ἐπαιρόμενοι τῇ τέχνῃ οἱ κακοδαίμονες Σοφισταί. Et Diogenes apud Dionem Chrysost. *Orat.* IV. *de regno:* καταστρίψαι τὸν βίον παρὰ τοῖς κακοδαίμοσι Σοφισταῖς. Synesius *ep.* CLIII. κακοδαιμονεστέρους Σοφιστὰς nominat. Aristophanes describens Sophistas sic habet:

> —— τοὺς ἀλαζόνας
> Ὧν ὁ κακοδαίμων Σωκράτης καὶ Χαιρεφῶν.
> *E quibus est misellus Socrates & Chærephon.*

ubi vertunt male, *quorum genius est Socrates.*

ΠΟΛΥΠΡΑΓΜΟΝΕΣ, *Curiosi.* Timon Sillographus apud Laert. *lib.* IX.

> Ἔασπε νῦν μοι ὅσοι πολυπράγμονές ἐστε Σοφισταί.

Isocrates orat. *contra Soph.* ait illos minime dubitavisse profiteri se doctores πολυπραγμοσύνης καὶ πλεονεξίας, curiositatis & avaritiæ.

ΠΑΡΑΞΕΝΟΙ καὶ ΨΕΥΔΩΝΥΜΟΙ, *adulterini & falso nominati Sophi* dicuntur Themistio *Orat.* I.

ΠΑΡΑΣΗΜΟΥΣ ῥήτορας, *adulterinos Oratores*, vocat Demosthenes *pro Ctesiph.*

Isocrates in *Panathenaic.* ἀδοκίμους καὶ πονηροὺς Σοφιστὰς, *obscuros improbosque Sophistas:* & alias sæpe ἀγελαίους *gregarios.* Agellius lib. XVII. ἀπαίδευτον, *imperitum* Sophistam.

Hermogenes lib. I *de Form.* non sine contumelia nominavit ὑποξύλους Σοφιστὰς, *subligneos Sophistas.* Pari prope modo vocabant Dinarchum κρίθινον Δημοσθένην, *bordeaceum Demosthenem*, ob tenuem illius summi oratoris, & imperfectam similitudinem, quam exprimebat. Sic M. Cœlius L. Plotium Gallum *bordearium Rhetorem* appellabat, *eum deridens ut inflatum, ac levem & sordidum*, ait Sueton. *de claris Rhetor.*

Aristophanes jocans ajebat Sophistam λεπτοτάτων λήρων ἱερέα, *subtilium* esse *nugarum antistitem.*

Acerbiores sunt appellationes quæ sequuntur. Aristides enim *tom.* III. dixit καταπτύστους Σοφιστὰς, *despicatissimos, sceleratos Sophistas.* Sanctissimus Chrysost. *hom.* XX. *in epist. ad Ephes.* ἄνδρας τριωβολιμαίους, *homines triobolares.* Lucian. *in Philopatrid.* Τρισκαταράτους Σοφιστὰς, *ter sæpiusque execrabiles.* Tzetzes *Chiliad.* VII. σοφὰ καθάρματα, *sapientiæ piacula.* Philostratus malos quosdam Sophistas enumerat, *qui*, inquit, *fuerunt* ἀθύρματα τῶν Ἑλλήνων μᾶλλον ἢ Σοφισταὶ λόγου ἄξιοι, *ludi Græcorum & quisquiliæ.* S. Irenæus *lib.* I. *cap.* V. *O pepones Sophistæ vituperabiles*, vel ut est in Græco textu, ὦ ληρολόγοι Σοφισταί. Idem *lib.* IV. vocat *perversissimos Sophistas.*

CAP. XIV.

Quid proprie ars Sophistica vetus complectebatur. Et cur dictum a doctissimis, Sophistarum ἔργον διττὸν, *duplex videlicet esse munus operamque.*

VETUS illa Sophistica, ob quam multi admirationi fuerunt, non fuit tantum unius artificii cognitio, sed plurimarum artium complexus. Præsertim autem, ut docti homines meminerunt, duas artes complectebatur, ad ostentationem & victoriam accommodatas, πρὸς μὲν πειθὼ, τὴν ῥητορικὴν, πρὸς τὸ ἀγωνιστικὸν δὲ, τὴν ἐριστικήν. Ab eloquentia διεξοδικὸν, a Dialectica ἐρωτητικὸν mutuabatur, genus videlicet orationis vel fusum & copiosum, vel acutis & contortis conclusiunculis subtile. Quare, ut ait doctissimus Clemens Alexandrinus, *lib. Strom.* Sophistarum ἔργον διττὸν esse voluerunt, hoc est, opus gemino artificio constans, rhetorico atque eristico. Illo priori utebantur ad pompam & orationis præstigias, quibus in fraudem suos auditores inducebant, unde Sophistæ ψυχαγωγοὶ εὔγλωσσοι, delenifici, suavidicique nominati. Αἱ λέξεις αὐταὶ τῶν Σοφιστῶν γοητεύουσαι κλέπτουσι τοὺς πολλοὺς, *ipsæ dictiones Sophistarum præstigiis multos irretiunt*, ait idem gravissimus Pater *Stromat.* lib. I. Alterum autem genus adhibebant in disputationibus, in quibus incautos, & vero etiam de schola sapientes nonnunquam mirabiliter vexabant; ita lubrici insinuabant se, quatiebant, implicabant. Itaque Sopho Abderitano ἐριδαντέες καὶ ἱμαντελικτέες bene & signanter appellati, quasi vitilitigatores tortuosi, multiplici nexu irretientes, apud Plutar. lib. I. *Symp.* q. I. A Luciano ἐν Δραπετ. dicuntur proponere soliti δυσεξόδους καὶ λαβυρινθώδεις ἐρωτήσεις, *inextricabiles & labyrinthæas interrogationes.* Et in *Dial. Mortuor.* Sophistas ait habere sub pallio ἔριν, καὶ κενοδοξίαν, καὶ ἐρωτήσεις ἀπόρους, καὶ λόγους ἀκανθώδεις, καὶ ἐννοίας πολυπλόκους, *contentionem, vanitatem, quæstiones ambiguas, spinosas disputationes, perplexas involutasque notiones.* Socrates ea gratia Proteos appellabat: τὸν Πρωτέα, inquit, μιμεῖσθον τὸν Αἰγύπτιον σοφιστὴν γοητεύοντε ἡμᾶς, *Protei Ægyptii illius Sophistæ more præstigiis nos illudunt:* apud Platon. in *Euthydemo.*

Igitur ut in summa dicam, ars Sophistica illa vetus eloquentiam & philosophiam complectebatur, vel Rhetoricam philosophantem. Aristoteles prope Rhetoricam Sophisticam expressit, cum ait lib. I. *Rhet.* ῥητορικὴν ὁμοίαν εἶναι, τὰ μὲν διαλεκτικῇ, τὰ δὲ Σοφιστικοῖς λόγοις. Hæc duo si conjunxeris, efficies quiddam augustius, quam sit vulgaris communium Rhetorum disciplina. Per Sophisticos sermones, intelligit dulce quoddam genus orationis, pictum, elegans, illecebrosum: cujus gratia Olympiodorus in c. VII. *Eccles.* Sophisticam artem similem ajebat esse adulteræ. Sicut enim illa, inquit, blandis sermonibus ac dolosis juvenes lactat; ita & hæc stultos venatur irretitos syllogismorum laqueis & sagenis:

A ac sicut illa molli contrectatione animam frangit, fractamque devincit; ita hæc mala eadem adducit titillanti orationis conceptu. Ubi duo quædam illi tribuit, & τὴν πειθὼ e dicendi facultate petitam, & τὸ ἐρεϛικὸν haustum e Dialectica. Quam eandem ob causam, dicti aureo Chrysostomo lib. *contr. Gent.* *λόγων ἄμαχοι σοφιϛαὶ, in verborum contentionibus invicti*, cum τὸ ἐριϛικὸν sive ἀγωνιϛικὸν spectaret: & meo judicio recte Adamantii nominarentur, quemadmodum Origenes Ἀδαμάντινος dictus fuit, *ὅτι ἀδαμαντίνοις δεσμοῖς ἐῴκεσαν οὓς ἂν δήσειε λόγους, quod rationes quas colligaret, adamantinis quibusdam quasi vinculis non absimiles viderentur*, ut ait Photius. B Aristophanes in *Nubib.* paulo uberius atque distinctius quæ coagmentent illam artem exponit. *Nubes*, inquit,

Γνώμην, ϗ διάλεξιν, ϗ νοῦν ἡμῖν παρέχουσιν,
Καὶ τερατείαν, ϗ περίλεξιν, ϗ κροῦσιν, ϗ κατάληψιν.

Ubi Scholiastes Græcus, *ostendit*, inquit, *ἐξ ὅσων συνέϛηκε ῥητορική e quot & quibus rebus Sophistarum conflatur Rhetorica.* Septem vero sunt quæ hic numerantur. 1. Per γνώμην intelligit φρόνησιν, ὡς τὰ δέοντα νοεῖν, prudentiam & calliditatem in excogitando. 2. Per διάλεξιν, in explicando facilitatem, C sive λόγων ἐμπειρίαν. 3. Νοῦς ponitur pro judicii maturitate atque mente. 4. Τερατεία, ut ait Græc. Interpres, est τερατολογία vel ψευδολογία, scilicet incredibilia & communem rationem exuperantia dicere, quæ fidem non mereantur. 5. Περίλεξις significat περιττολογίαν, περίφρασιν, fluxum & copiam orationis, stylique ubertatem redundantem, qua quidque exponitur. 6. Κροῦσις est ἀπάτη & παραλογισμὸς, fraus quæ fucato orationis nitore, vel futili ratiocinatione & veteratoria decipit. 7. Κατάληψις significat εὕρεσιν vel τέχνην, inventionem, artis comprehensionem. Ait igitur poeta eorum omnium σύϛημα esse artificium Sophistarum. D

CAP. XV.

Finis Sophisticæ ἔκπληξις, hoc est, ingens audientium stupor & admiratio, quem dicendo multi consecuti sunt. Quid sit ἔκπληξις, θάμβος, stupor. In eum finem adhibita ab iisdem καινὰ, παράδοξα, τέρατα, θαύματα, &c. Emaculatus Philostratus.

FINIS hic artis fuit, auditores incredibili quadam admiratione defigere, quod eruditissimus Στρωματεὺς *lib.* 1. animadvertit; τέλος, inquit, αὐτῆς, ἡ ἔκπληξις, *audientium stupor & admiratio*. E Itaque Julianus Imperator *Panegyr.* II. ait Sophistas dicere solitos, καταγέλαϛον eum esse oratorem, qui οὐκ ἐκπλήττειν, οὐδὲ θαυματοποιεῖν ἐν τοῖς λόγοις σφόδρα ἐπιχειρῶν, *qui neque in stuporem homines rapere, neque mirificum quiddam dicendo facere contendat*. Nihil potest esse illustrius ad eum finem explicandum: quem etiam eleganter expressit acutissimus & venustissimus Plato, apud quem in *Euthydemo*, Socrates auditis Sophistis: Nos, inquit, ἐκπεπληγμένοι ἐσιωπῶμεν. Γνοὺς δὲ ἡμᾶς ὁ Εὐθύδημος ἐκπεπληγμένους, ἵν' ἔτι μᾶλλον θαυμάζοιμεν αὐτὸν, &c. id est, *quasi stupidi conticuimus. Cum autem nos admira-* F *tione defixos videret Euthydemus* (Sophista) *quo in majorem insuper sui admirationem traheremur*, &c. Eodem sensu dicuntur θαῦμα ἐμβαλεῖν τοῖς ἀκροαταῖς. Ita Libanius Ulyssem ait θαῦμα τῆς ἑαυτοῦ δεινότητος ἐμβαλεῖν τοῖς ἐναντίοις, *stupore summæ suæ vis in dicendo perculisse adversarios*. Quare de Sophistis qui vetera nobis monimenta reliquerunt, id spectasse fere omnes, aliquos etiam consecutos ajunt. De Gorgia Diodorus Siculus *lib.* XII. τῷ ξενίζοντι τῆς λέξεως ἐξέπληξε τοὺς Ἀθηναίους, novo peregrinoque dicendi artificio Athenienses adeo cepit ut stupore quodam percellerentur. De eodem Dionysius Halicarn. in *Lysia*, Athenis legatione fungens: κατεπλήξατο τοὺς ἀκούοντας ἐν τῇ δημηγορίᾳ. Adriano Sophista Romæ disserente, omnes eum audiebant, ὥσπερ εὐϛομούσης ἀηδόνα τὴν εὐγλωττίαν ἐκπληττόμενοι. *non secus ac suavissimam lusciniam, inusitata facundia obstupefacti*, ut est apud Philostratum *de Vit. Sophist.* De Hermocrate Sophista idem, ἔκπληξιν εἰς τοὺς πολλοὺς ἔφερεν. Rem augens Lucianus dixit ὑπερεκπλήττειν, apud quem Rhetor ἀλαζὼν, Audieris, inquit, omnes ὑπερεκπεπληγμένους τὰ ἡμέτερα ϗ ὑμνοῦντας, *in nostris incredibiliter obstupefactos*, &c. Pleni sunt testimoniorum veterum libri, qui hoc ipsum significent; unum adjungo locum e *Vita Apollonii Tyanei*, quem Interpres corrupit. Cum ille Sophus apud Gymnosophistas elegantem orationem habuisset, *ejus Vitæ* scriptor lib. VI. cap. VII. ait in omnibus φαίνεσθαι ἔκπληξιν, *stuporem apparuisse*, ἐφ' οἷς ἐρρωμένως τε ϗ ξὺν εὐροίᾳ διαλεγομένου ἤκουσαν, *ob ea quæ vehementer & facili orationis cursu* (vertunt *benevoleque*, quasi esset σὺν εὐνοίᾳ) ab Apollonio dicta audierant. Vidit hanc vim M. Tullius, & diserte more suo ante oculos posuit, III. *de Orat.* his verbis: *In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur? in quo exclamant?*

Et sane hoc divini & præstantis oratoris est proprium, quod Demostheni tribuit Longinus περὶ ὕψους, quem ait τὸν ἀκροατὴν ἐκπλῆξαι, non Sophistarum more fabellis concinne & mirabiliter explicatis, & speciosissimo choragio, in quo diligenter elaborabant, sed ταῖς δεινώσεσι ϗ τοῖς σφοδροῖς πάθεσι. Et Aristoteles lib. III. *Rhet.* cum explicaret plurimum in causa posse, si orator eo modo afficiatur, quo cæteros velit affici, ac subjungit, διὸ πολλοὶ καταπλήττουσι τοὺς ἀκροατὰς θορυβοῦντες, id est, ut interpretatur Petrus Victorius in *Arist.* quasi tumultu quodam & trepidatione excitata, ipsique vehementer perturbati, statu mentis movent, & tanquam attonitos reddunt auditores. Sed alio quodam modo Sophista: neque enim perturbando reddebant attonitos, sed delectando & exquisito flore orationis suavissime coloratæ, & illa θαυματοποιΐᾳ, de qua paulo ante dicebamus. Rem poetica venustate Claudianus expressit, *de consul. Manl. Theod.*

—— jam dulce loquendi
Pondus, & attonitas sermo qui duceret aures.

De Juliano Pelagiano Sophistice agente magnus Augustinus lib. III. *contr. Jul. Videris*, inquit, *illius artis verbis ad hoc uti, ut eis inflatus attonitos facias imperitos, volendo videri esse quod non es.* Atque ex his constare satis potest, esse τέλος Sophisticæ dictionis ἔκπληξιν. Quem eundem etiam poetis Longinus summo vir judicio περὶ ὕψ. tribuit; sunt enim illi finitimi Sophistis, & prope pares ornandi generibus & incredibilium rerum tractatione, ὅτι τῆς μὲν ἐν ποιήσει φαντασίας τέλος ἐϛὶν ἔκπληξις.

Et ne quis forte ignoratione hujus vocis teneatur, quid sit ἔκπληξις, Clemens Alexandrinus, cui pauca in orbe scientiarum fuere ignota, sic exponit lib. II. *Strom.* Ἔϛι μὲν οὖν ἔκπληξις, φόβος ἐκ φαντασίας ἀσυνήθους, ἢ ἐπ' ἀπροσδοκήτῳ φαντασίᾳ, ἅτε ϗ ἀγγελίας, φόβος δὲ ὡς γεγονότι, ἢ ὄντι, ἢ θαυμασιότης ὑπερβάλλουσα. Sumpsit ab Aristotele *Topicor.* IV. ubi etiam dicitur θαυμασιότης ὑπερβάλλουσα, *incredibilis quædam admiratio.* Id Themistius *or.* I. nominat θάμβος, Sophisticum velut theatrum pingens: τί κάθησθε ἐκπεπληγμένοι; τί δὲ συνέχεσθε ὑπὸ θάμβους; *quid sedetis admiratione defixi? aut quid stupore attoniti estis?* sic etiam Plato in *Jone* de auditoribus recitantium poetarum, συντεθαμβοῦνται

τοῖς λεγομένοις, *fiunt iis quæ narrantur obstupefacti*. Est vero θάμβος Latinis *stupor*, tametsi forte in ea significatione M. Tullius non adhibeat: sed Macrobius lib. I. *Saturn.* non modo vocem, sed rem quoque ipsam sic eleganter extulit: *Cum fecisset loquendi finem, omnes in eum affixis vultibus admirationem stupore prodebant*. Neque tacitus semper hic fuit stupor, nam ἐκπεπληγμένων proprium fuit πηδᾶν, βοᾶν, &c. ut Libanius significat apud Isidorum Pelusiotam lib. II. *Ep.* scribens enim ad eloquentissimum Chrysostomum, *Eximiam*, inquit, *orationem tuam legi multis, nemoque fuit*, ὅς οὐκ ἐπήδα τε καὶ ἐβόα, καὶ πάντα ἔδρα τὰ τῶν ἐκπεπληγμένων, *qui non exiliret, & clamorem ederet, eaque omnia faceret quæ homines admiratione perculsi & attoniti facere solent*. Sic Quintilianus M. Tullium in *Corneliana* cultu & ornatu orationis consecutum ait *lib.* VIII. *cap.* III. *ut populus Rom. admirationem suam non acclamatione tantum, sed etiam plausu confiteretur*.

Ad hunc autem finem obtinendum multa studiosissime adhibebant, quod fructum suæ dictionis in eo magnum & expetendum collocarent, si eos qui audirent, possent ad magnam admirationem traducere. Hoc qui dicendo non fuisset consecutus, vix dignum oratoris nomine aut Sophistæ putabant. Qua in opinione fuisse videtur M. Tullius qui in epistola quadam *ad Brutum* sic infit: *Nam eloquentiam quæ admirationem non habet, nullam judico*. Quod effatum protulit Fabius *lib.* VIII. & sententia sua comprobavit. Et nimirum est verissimum, quod Dionysius Longinus ajebat, in dicendo semper dominari τὸ θαυμάσιον, *admirabile*. Igitur Sophistæ in eo elaborabant vehementissime, uti adferrent καινά, παράδοξα, τέρατα, θαύματα. Isocrates enim in *Panegyr.* ait illos περὶ τούτων ζητεῖν λέγειν, περὶ ὧν μηδεὶς πρότερον εἴρηκεν, *de rebus a nemine prius tractatis dicere instituisse*. Jure autem reprehendit Longinus τὸ περὶ τὰς νοήσεις καινόσπουδον, studium novitatis in insuetis & inauditis animi notionibus exquirendis, in quibus, ut idem ait, illi solebant κορυβαντιᾶν, *insanire*. De iisdem ita Julianus Imperator *or.* I. *Panegyr.* οἱ μὲν

A ἐπειδὰν τινὰ μῦθον καὶ μηδέπω τοῖς πρόσθεν ἐπινοηθέντα φέρωσι, αὐτοὶ συνθέντες καὶ ξενῷ τοὺς ἀκούοντας ψυχαγωγήσαντες πλέον θαυμάζονται. *Illi cum fabulam aliquam a nemine priorum excogitatam, atque a seipsis repertam attulerint, & auditores suos ipsa novitate detinuerint, majori in admiratione versantur*. Ipsorum item propria fuit παραδοξολογία, jam inde a Gorgia, quem πατέρα τῆς τῶν σοφιστῶν τέχνης vocat Philostratus, de quo memorans sic inter alia l. I. *de Vit. Soph.* ὁρμῆς τε γὰρ τοῖς σοφισταῖς ἦρξε καὶ παραδοξολογίας, &c. *Concitatæ orationis & admirabilium dissertationum Sophistis auctor fuit*. Sophista Critias, qui multis post sæculis fuit, id studium est
B imitatus, de quo idem Philostratus, τὸ παραδόξως μὲν ἐνθυμηθῆναι, παραδόξως δ' ἀπαγγεῖλαι, Κριτίου ἀγών. *Res mirabiliter animo concipere, atque easdem mirabili modo enunciare, Critiæ curriculum est & contentio*. Sic Nicetes e Smyrna Sophista παραδόξους ἐννοίας consectabatur. Jam quod tertio loco posui, τέρατα, constat ex Aristophane in apparatu Sophistico poni τερατείαν; & diserte Libanius *Declam.* XXXVII. vocat σοφιστὰς τερατολόγους, *portentiloquos*. Et Lucianus in *Philopatr.* ait τερατολογίας φιλοσόφων ἐκπλήττειν τὴν διάνοιαν. Similia prope sunt quæ ultimo loco posui θαύματα, quæ videtur
C Julianus Parabates nominare ἄπιστα, *incredibilia*, cum sic ait de Sophistis *Or.* II. *Panegyr.* Μόνα γὰρ εἶναι τῶν ἔργων ζηλωτά φασι, καὶ σπουδῆς ἄξια, καὶ πολλῶν ἐπαίνων, ὁπόσα διὰ μέγεθος ἤδη τισὶν ἄπιστα ἐφάνη. *Ea sola facinora dicunt æmulanda, studio & prædicatione dignissima, quæ propter magnitudinem jam quibusdam incredibilia videantur*. Hinc apud eundem alias θαυματοποιεῖν ἐν τοῖς λόγοις. Illustrius de Platone *de Vit. Phil.* πεπλασμένα θαύματα εἰδώς. Perite S. Gregorius Nyssenus laudem aggrediens miraculorum opificis Gregorii in *ejus Vita*: εἰ μὲν ἐφίκοιτο τῶν θαυμάτων ὁ λόγος, ἐκπλήξει τῶν ἀκοὴν πάντως
D τοῖς κατορθώμασι. *Nam si assecuta quidem oratio mea fuerit admiranda, rerum gestarum commemoratione prorsus obstupefacient audientes*. Hinc discipuli & auditores Sophistarum dicti θαυμάζοντες, ut θαυμάζειν apud Hesychium est μανθάνειν.

LUDOVICI CRESOLLII,

ARMORICI E SOCIETATE JESU,

THEATRUM VETERUM RHETORUM, ORATORUM, DECLAMATORUM,

QUOS IN GRÆCIA NOMINABANT ΣΟΦΙΣΤΑΣ, EXPOSITVM LIBRIS V.

IN QUIBUS OMNIS EORUM DISCIPLINA, ET DICENDI AC DOCENDI RATIO, MORESQUE PRODUNTUR, VITIA DAMNANTUR, ET MAGNI UTRIUSQUE LINGUÆ ILLUSTRANTUR ET EMACULANTUR SCRIPTORES.

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

Divisio quædam Sophistarum. An philosophiæ nomen sustinuerint quæsitum. Eorum πανεπιστημοσύνη φιλοσοφικὴ, & ῥητορικὴ φιλοσοφοῦσα. Quot modis philosophiam prætexerent. Omnes φιλομαθεῖς dicti olim philosophi. Civilis scientia ἀληθινὴ φιλοσοφία. Sophistæ cur μεθόρια, Hippocentauri, ἐπίμικτοι nominati. Illustratus Gregor. Nazianz. aliique.



TURNEBUS lib. IV. *Adv.* cap II. genera duo Sophistarum ait fuisse, unum Dialectico, alterum simile oratoribus, qualis, inquit, Leontinus Gorgias fuit. De Gorgia perspicue dissentit a Philostrato, qui Sophisticam cum duplicem esse diceret, ἀρχαίαν καὶ δευτέραν, *Antiquam* philosophiæ cognitione nobilem, & *Secundum* (ita enim appellare maluit, quam Novam, quod utraque sit vetustissima) illius prioris Gorgiam Leontinum principatum obtinuisse contendit. Et sane primos illos Sophistas omnium gentium literis atque linguis celebratos, tum plurimos qui deinde variis sæculis in ejusdem nominis communionem venerunt, non fuisse una eloquentia contentos, sed, quod attigi quoque superius, magnarum artium intelligentia floruisse, puto verissimum. Nam Dionysius Halicarnass. *ad Annæ*: veterem Sophisticam nominat φιλόσοφον ῥητορικὴν, Philostratus autem ῥητορικὴν φιλοσοφοῦσαν, Rhetoricam philosophantem, vel philosophiam eloquentia gloriosam. Itaque Hippias σοφοῦ cognomine perhonorifico donatus fuit in Græcia, ut ait Pausanias, & in Thrasymachi Sophistæ monumento fuisse hoc inscriptum videmus:

A Πατρὶς Χαλκηδών, ἡ δὲ τέχνη σοφία.

Chalcedon patria est, sed fuit ars Sophia.

Suidas quoque Prodicum Ceum, & Hippiam Eleum nominat φιλοσόφους καὶ σοφιστάς. Dionysius Halicarnass. in *Isocr.* Protagoram inter φυσιολόγους reponit: atque ab illo & Gorgia πανεπιστημοσύνην φιλοσοφικὴν institutam fuisse, genus videlicet quoddam philosophiæ ad omnium rerum scientiam pertinentis. Quod idem prope de iisdem Sextus Empiricus asseruit. Eusebius in *Chronic. Gorgias, Hippias, Prodicus, philosophi insignes habentur.* Eruditissimi sane viri de Sophistis memorantes, non B dubitant dicere cum Plutarcho *de profec. virt.* Philosophiam illorum esse matrem. Maximus Tyrius politus & elegans de omnibus loquens generatim *Dissert.* XVI. τὸ τῶν σοφιστῶν γένος, inquit, τὸ πολυμαθὲς τοῦτο, καὶ πολυλόγον, καὶ πολλῶν μεστὸν μαθημάτων. *Multiscii nostri illi Sophistæ, sermonibus abundantes & multarum scientiarum varietate ornati.* Ævo Themistii fuere multi Sophistæ, qui ut ipse *Orat.* I. scribit, non modo se philosophos gloriarentur, verum etiam τὴν ἀκροτάτην φιλοσοφίαν ποιεῖσθαι, *summum philosophiæ genus profiteri.* Neque enim exiguis finibus cognitionem suam terminatam esse cupiebant, sed gloriose sibi arrogabant illustrium artium scientiam, sic ut de quacumque C re proponeretur, puta de Medicina, Geometria, cæterisque, haberent in promptu certa quædam vocabula, e sinu illius artificii deprompta, quæ audientibus obtruderent. Declarat id Plutarchus lib. περὶ ὑγιεῖν: sive *de tuenda sanit.* Cum reprehendit σοφιστικῶς καὶ περιέργως ἐνστάσεις καὶ παρεμπτώσεις καὶ κοινότητας λαλοῦντα καὶ παρεπιδεικνύμενον ἰατρικῶν ὀνομάτων ἐμπειρίαν, *qui sophistarum more & supervacanea curiositate, instantias, incidentias, communitates in ore habeat, & medicarum vocum peritiam eruditionemque ostentet.* Quod genus hominum justo fastidio insimulabat Diogenes, ut est apud Dionem Prusæum *or.* VI. μάλιστα δὲ, inquit, ὕβριζε τοὺς σοφιστὰς τοὺς σεμνοὺς εἶναι θέλοντας, καὶ πλέον τι τῶν ἄλλων εἰδέναι οἰομένους. *Vituperabat au-*

tem præsertim Sophistas, qui venerationem in vulgo captarent, & se plus quam reliquos homines scire opinarentur.

Sit igitur hoc fere certum, quamplurimos Sophistarum philosophiæ nomen ambiisse, & sustinuisse aliquando: quod tribus quatuorve modis fieri potuisse video. Nam olim quidem τὰς φιλοκάλους καὶ φιλομαθεῖς omnes, virtutis ac doctrinæ studiosos, communi quadam vulgi consuetudine nominabant φιλοσόφους, ut Græci animadvertunt. Hinc Isocrates in *Panegyr.* eloquentiam vocat τὴν περὶ τοὺς λόγους φιλοσοφίαν, & Rhetoras τοὺς περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατρίβοντας, *orat. ad Philip.* & in *Busiride* φιλοσόφους. De illo scribens Dionysius Halicarn. ait πλεῖστον ἀπὸ φιλοσοφίας χρηματίσασθαι, *docenda eloquentia divitias comparavisse.*

Deinde multi cum philosophiam attigissent, neque vellent ad illius scientiæ perfectionem contendere, aut aliam potiorem esse putarent, ad Sophisticam se conferebant. Quod videtur Menedemus dicere in Plutarcho *de prof. virt.* qui ajebat eos qui ad scholam Athenas venirent, primum σοφοὺς, deinde γενέσθαι φιλοσόφους, mox ῥήτορας, ad extremum ἰδιώτας. Hi ad dubios perplexosque mæandros, & inamœnum veluti philosophiæ cantum, cum dictionis elegantiam adjungerent, famam bene dicendo aucupabantur. Itaque Scholiastes Aristophanis Ἐν Νεφέλ. circumscribit Sophistas ὅσοι τῶν φιλοσόφων ῥητορικῶς ἔγραψαν, Philostratus autem lib. I. *de Vit.* τῶν φιλοσόφων οἱ σὺν εὐροίᾳ ἑρμηνεύοντες, qui in philosophantium numero facilem habent orationis copiam & leporem.

Tertio, quidam cum Sophisticam artem factitarent, in ἐριστικῷ genere versati, in excogitando versuti, captionibus Dialecticis armati, linguæ volubilitate instructi, avaritiæ atque laudi velificantes suæ, quo nominis invidiam obtegerent, philosophiæ insignia jactabant. Hos describit Aristides *Or.* III. καὶ ἐπεὶ τῷ τῆς φιλοσοφίας εὐσχημονίᾳ προσκαλυψάμενοι, διὰ ταύτης κλέψειν οἴονται τἄνδοθεν· ἔπειτά γε ἀλώπηξ ἀντὶ λέοντος ὑπέστη κερδαλῆ. *Hi prætento philosophiæ decore, sese putant quæ intus latent celare posse, dein pro leone astuta vulpes emergit.* Philo Judæus *lib. de congr. erud.* eos homines vocat ἐν φιλοσοφίᾳ λογοπώλας καὶ λογοθήρας, qui in philosophia verba tantum venditant & venantur. Irridet ut sapientiæ larvas Tyrius Maximus *Dissert.* XXXVII. εἰ μὲν οὖν τις τοῦτ᾽ εἶναι φιλοσοφίαν λέγει, ῥήματα καὶ ὀνόματα, ἢ τέχνας λόγων, ἢ ἐλέγχους, καὶ εἴδας, καὶ σοφίσματα, καὶ τὰς ἐν τούτοις διατριβάς, [illegible] διδάσκαλον· πάντα ἡμῖν μεστὰ τῶν σοφιστῶν, &c. *Si quis in verbis ac nominibus, aut in artificiosis orationibus, aut refutatione argumentorum, aut contentione mutua, aut fallaciis, similiumque rerum studio philosophiam inesse velit, non magno magistrum negotio invenire posse videor: Sophistarum plena sunt omnia. Res hæc ubique obvia, ac in oculos passim incurrit. Quinetiam dicere non verear plures esse qui doceant hanc philosophiam, quam qui discant,* &c.

Denique Sophistæ non modo eloquentiam, sed civilem quoque scientiam docere se profitebantur, quam Dionysius Halicarn. in *Isocr.* vocat ἀληθινὴν φιλοσοφίαν, *veram philosophiam*: a quo mea opinione sumens Justinianus, initio *Pandectarum*, Ulpiani stylo, Juris Civilis scientiam esse dixit *verissimam philosophiam.* Talis fuit Dio Chrysostomus, de quo Photius in hunc modum: *Hic fuit Pasicratis filius*, σοφιστὴς δὲ καὶ φιλόσοφος τὸ ἐπιτήδευμα, *Sophista & philosophus vitæ instituto.* Talis, ut quidam opinabantur, Themistius, de cujus orationibus ajebant, *Orat.* XIII. ὅτι φιλοσοφεῖν ποιούμενοι, μεθαρμόζονται εἰς τοὺς ῥήτορας, *quod cum philosophari se simulent, ad oratores tamen degenerant.* Tales & alii de quibus universim Julianus Imper. in *Epist. Sophistæ*, inquit, τὸ καθ᾽ σφᾶς εἶναι φασὶ τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν, *ad se publicam philosophiam pertinere contendunt.* Hi cum summo ardore gloriæ incenderentur, & spinas subtilium disputationum minus ad pompam facere putarent, corollas adhibebant, ex omnium flosculorum varietate contextas, & exquisita orationis lumina, ut insignes in oratorio campo & gloriosi decurrerent. Illi dubiam appellationem sui efficiebant, num philosophi, num Sophistæ nominandi viderentur, cum neque scholæ semper essent philosophicæ, nec oratio tenuis & inornata, sed quiddam e dissimillimis rebus conflatum. Itaque Prodicus, ut ait Plato in *Euthyd.* eos homines appellabat μεθόρια, confines, intermedios, artiumque proxenetas: οὗτοι γάρ εἰσιν, ὦ Κρίτων, οὓς ἔφη Πρόδικος μεθόρια φιλοσόφου τε ἀνδρὸς καὶ πολιτικοῦ. Cujus forte imitatione eloquentissimus Nyssenus Gregorius *or. in suam ordin.* de iis hominibus loquens quos vulgo nominamus *Politicos*, ὥσπερ τι μεθόριον ἡμῶν τε καὶ πολεμίων γενόμενοι, καὶ ἀμφότερά εἰσι καὶ οὐδέτερον, *velut confinium inter nos & hostes facti, & utraque sunt, & neutrum.* Lucianus ἐν δραπέτ. consueta festivitate nominavit *Hippocentauros*; sic enim apud illum agit philosophia, *Sophistarum genus nescio quo pacto mihi suppullulavit, neque mea absolute æmulans, neque tamen penitus discrepans,* [illegible] τὸ Ἱπποκενταύρων γένος σύνθετόν τι καὶ μικτὸν, ἐν μέσῳ ἀλαζονείας καὶ φιλοσοφίας πλαζόμενον, *ut Hippocentaurorum genus, compositum quiddam atque mixtum, in medio Sophisticæ & philosophiæ palabundum.* Quæ causa fuit cur Dio Prusæus *or.* IV. dixerit τὰ ξυγγράμματα σοφιστῶν προσεοικότα τοῖς Κενταύροις, *scripta Sophistarum non absimilia videri Centauris.* Sic Faustus Manichæus impie Catholicos vetus & novum Testamentum simul complectentes *Hippocentauros* nominabat, apud S. Aug. l.XV. *contr. Faust.* cap. II. & IX. Eandem ob causam alii Sophistas nuncupavere μικτοὺς & μέσους. Timon quidem apud Laertium *lib.* IX. Protagoram dixit ἐπίμικτον.

Πρωταγόρης τ᾽ ἐπίμικτος ἐριζέμεναι εὖ εἰδώς.

de quo sic Agellius *l.*V. *c.*III. *Protagoras insyncerus quidem philosophus, sed acerrimus Sophistarum fuit.* Sic Gregor. Nazianz. non pietatis minus quam eloquentiæ antistes, *Or.* XXI. Georgium Cappadocem hæreticum vocat τέρας ἐπίμικτον, οἷον τὸ τῶν ἡμιόνων γινώσκομεν, *monstrum dubium ac permixtum, cujusmodi mularum genus esse constat.* Pari modo *Pr.* XIX. p. 289. patrem suum adhuc morantem in Hypsistariorum impietate, nominavit διφυῆ, *biformem.* Talem nobis Eratosthenem pingunt historiæ, qui post μελέτας & Sophisticas declamationes quas edidit, contulit se tum ad historiam, tum ad Geographiæ studium celebrandum. Fuit enim, ait Strabo *lib.* I. Μέσος τοῦ τε βουλομένου φιλοσοφεῖν καὶ τοῦ μὴ θαρροῦντος ἐγχειρίζειν ἑαυτὸν εἰς τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, ἀλλὰ μόνον μέχρι τοῦ δοκεῖν προϊόντος, *medius inter eum qui philosophari vellet, & eum qui non auderet se ei dare instituto, sed eo duntaxat progrederetur, ut philosophari putaretur.* Tot igitur modis philosophiæ nomen sibi arrogabant Sophistæ.

CAP. II.

Insyncera & umbratica atque inanis fuit Sophistica Philosophia. Proprium veræ Philosophiæ contemnere pecunias. Sophistæ δοξόσοφοι, ἐν σοφοῖς φαῦλοι. *Eorum Philosophia* φανταστικὴ, εἰδωλοποιητικὴ, κακοτεχνία, ματαιοτεχνία, κλεπτικὴ, ψευδοπαιδεία, νόθος σοφία, *&c. Plato & Clemens Alex. emendati.*

NON unus modo Protagoras philosophus *insyncerus* fuit, ut eum vocat Agellius *lib.* V. cap. III.

cap. III. sed omnis illa Sophistarum natio inanem quandam & fucatam atque umbratilem philosophiam, non ἀληθινὴν *germanam* exercuit, ut gravissimi ex omni antiquitate viri pronunciant, qui duas præcipue ob causas veram illis philosophiæ rationem denegaverunt. Nam ad sordes inanis avaritiæ, aliaque flagitia, cognitione abutebantur: quod a philosophi gravitate alienum est; & in rebus exponendis, verisimiles tantum rationes urgebant, e quibus opinio potius, quam intelligentia propria philosophiæ gigni solet. Hinc vere & sapienter D. Chrysostomus *hom.* XXI. *in Ep. ad Ephes.* τί γάρ ἐστιν εἰπέ μοι φιλοσόφου; οὐχὶ καὶ χρημάτων καὶ δόξης καταφρονεῖν; *quid est quæso Philosophi proprium? non divitias & gloriam inanem pro nihilo putare?* De qua re Jus Civile differit omnino egregie, quantum aliquot in locis animadvertere potui. *Philosophi si studiose contendant de re familiari, jam inde ostendunt facile se non esse philosophos*, ut est *D. de excus. mun. l.* 6. *§.* 7. Et *D. de vacat. mun. l. in honor. §. Philosophi*, gravis hæc sententia ponitur, *Vere philosophantes pecuniam contemnunt*. Ulpiani quoque est illud oraculum *D. de extraord. cogn. l.* 1. *§.* 4. *Philosophos hoc primum profiteri oportet, mercenariam operam spernere*. Irridet proinde Seneca circulatores Sophistas, qui philosophiam venderent, & alii caupones illos & mangones appellaverunt. Cum igitur tam illiberales fuerint Sophistæ, & infinita cupiditate ad cumulandas opes raperentur, ut ostendetur suo loco a nobis uberius: an non prima hæc causa justa videtur, cur vera philosophiæ ratio a præstantissimis hominibus illis adimeretur?

Altera causa fuit, quod in scholis explicandis, & disputationibus eruditis, probabilitatem sequerentur, atque omnia sic oratione colorarent, ut quæ falsa essent, illa homines non nimis docti nec arguti, & credibilia, & verissima esse putarent: ex quo necesse fuit pravitatem opinionum, & fœdos errores turbulentosque generari. Hinc δοξόσοφοι olim nominati, de quibus Clemens Alexandrinus ita scribit *Strom.* lib. VII. Οἱ μὲν οὖν δοξόσοφοι καλούμενοι οἱ τὴν ἀλήθειαν εὑρηκέναι νομίζοντες, &c. ubi etiam eosdem ait πιθανοῖς ὅμως ἐπιχειρήμασι σκοτίζειν τὴν ἀλήθειαν, *probabilibus tantum argumentis inobscurare veritatem*. Et *eodem libro*: ὑπὸ δοξοσοφίας τοίνυν ἐπηρμένοι ἐρίζοντες διατελοῦσι, δῆλοι γεγονότες ὡς τοῦ δοκεῖν μᾶλλον ἤπερ τοῦ φιλοσοφεῖν προνοοῦντες. *Inani ergo sapientiæ opinione elati perpetuo litigant, aperte ostendentes, se curare non tam ut sint, quam ut videantur esse Philosophi*. Hunc imitatus Synesius in *Dion.* ait Sophistas δόξαν ἀντ' ἀληθείας ἐρανίζεσθαι, in disputationibus suis opinionem pro veritate corrogare, & eorum ratiocinationes non mentis & scientiæ fœtus esse, δόξης δὲ ἀτόπου καὶ φαντασίας ἡμαρτημένης, *sed ex absurda opinione & aberrante phantasia prodiisse*. Quæ causa etiam fuit cur viri omni exceptione majores eorum artem φανταστικὴν nominarint, quam Στρωματεὺς *libro primo* sic definit, δύναμίς ἐστι φανταστικὴ διὰ λόγων δοξῶν ἐμποιητικὴ ψευδῶν ὡς ἀληθῶν, *est facultas* φανταστικὴ *falsas opiniones pro veris oratione ingenerans*. Sumpsit a Platone in *Sophist.* qui Sophistam scribit περὶ τὸ φάντασμα ἀπατᾶν, καὶ τὴν τέχνην εἶναί τινα ἀπατητικὴν αὐτοῦ, *circa phantasmata deceptorem quemdam esse, eamque artem decipiendi astutiam esse nominandam*. Quod hic φάντασμα, in *Politico* nuncupavit εἴδωλον, ubi ridens vocat Sophistas εἰδώλων προστάτας, vertunt non recte *larvarum ingentium præsides*; dicerem *simulachrorum inanium præsides*: εἴδωλα enim vocat inanes imagines quæ pro veritate obtruduntur: qua ratione in Dialogo περὶ τοῦ ὄντ. Sophisticam artem εἰδωλοποιητικὴν τέχνην, *imaginariam artem*, vocavit, simulachrorum videlicet effectricem. Perite Lucianus & Πλατωνικῶς, Sophistas ajebat habuisse tantum umbram philosophiæ, & ἀσαφές τι καὶ ἀμυδρὸν εἴδωλον, *evanidam quandam obscuramque imaginem*: neque minus eleganter Gregor. Nazianz. *Or.* XXIII. p. 411. ait eos παίζειν περὶ τὰς τῆς ἀληθείας σκιάς, *circa virtutis umbras ludere*.

Atque ex his clarissimorum hominum testimoniis constat Sophistarum philosophiam, insinceram, quod initio dicebamus, & inanem fuisse, umbram tantum, larvam & effigiem, non veram germanamque philosophiam. Itaque multi κακοτεχνίαν eam dixerunt, hoc est, ut ait Quintilianus *lib.* II. *cap.* XV. *pravitatem artis*, quam Maximus Victorinus *l. de Gramm.* ita circumscribit: κακοτεχνία *a malitioso fastu in id quod persuadere quærit intenta, plerunque ad pervertendam nititur veritatem*. Aristoteles apud Clementem Alexandr. lib. I. *Strom.* κλεπτικὴν Sophistarum τέχνην, vertunt *furandi artem*, melius *decipiendi*: est enim κλέπτειν fucum facere, præstigiis veluti quibusdam oculos animosque fallere: hinc apud Rhetoras Græcos κλέπτειν τὴν ἀκρόασιν, abdito artificio judicum aures animumque fallere. Erudite Justinus Martyr *Parenæs. ad Gr.* de Sophistis, ait aures minime dandas λόγων ἀπαγγέλλουσι τέχνας, πιστευτικῶς λέγουσι, dicendi artem profitentibus, & verbis ad permovendum atque persuadendum compositis utentibus. Reddit continuo rationem; τοῦτο γὰρ, inquit, ἴδιον τῶν τὴν ἀλήθειαν κλέπτειν ἐθελόντων, hoc enim proprium eorum est qui subducere malitiose veritatem atque inobscurare cupiunt. Eodem sensu apud Isidorum Pelus. *lib.* III. *ep.* CCXV. Ægyptium virum doctissimum τῇ τέχνῃ λόγων τ' ἀληθὲς συσκιάζειν, *sermonum artificio veritatem obnubere*. Oecumenius *in cap.* VII. *Act. Apost.* dixit τὸ ἀληθὲς κρύπτειν. Σοφιστὰς, inquit, τοὺς γόητας καλοῦσιν, ὡς τὸ ἀληθὲς δι' ἀπάτης καὶ σοφισμῶν κρύπτοντας, *Sophistas præstigiatores appellant, ut fraude ac fallaciis veritatem obnubilantes*. Hinc Cebes Thebanus in Tabella sapientiæ coloribus illuminata, Sophistas ponit apud ψευδοπαιδείαν. Eosdem Euripides in *Hippolyt.* dixit ἐν σοφοῖς φαύλους, inter sapientes nullius pretii, qui concinne dicant apud vulgus:

— οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς,
Φαῦλοι, παρ' ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν.

S. Greg. Naz. *Or.* XXIII. σοφοὺς τὰ μάταια, *inani sapientia gloriosos*: & *Or.* XXXIV. p. 556. eorundem disciplinam vocat, νόθον σοφίαν, τὴν ἐν λόγῳ κειμένην, καὶ δι' εὐγλωττίας γοητεύουσαν, *adulterinam sapientiam*, quæ in verbis sita est, ac per linguæ facundiam velut præstigias offundit. Aristoteles vero lib. I. *Elen.* cap. I. & cap. XI. τὴν φαινομένην σοφίαν, οὖσαν δὲ μὴ, *sapientiam quæ videtur, cum revera non sit*. Isidorus Pelusiota *lib.* III. *ep.* CLXXXV. ματαιοτεχνίαν καὶ κακοτεχνίαν, *inanissimi studii pravitatem*. Origenes contra Celsum in *Philocal.* c. XVIII. πανοῦργον σοφιστείαν πολλὴν ἔχουσαν τὴν πιθανότητα, *versutam sapientiam quæ multam habeat probabilitatem*. Damascius eleganter in *Vita Isidori philosophi*, id esse ajebat, τὰ μὲν ἔξω φιλοσοφεῖν, εἴσω δὲ τὰ τῆς ψυχῆς ἀπορεῖν, exterius quidem philosophari luculenter, intus autem propriis animi bonis egere scientiaque vera destitui. Et forte sine invidia dixit Ælianus *lib.* I. *Var.* Gorgiam Leontinum & Protagoram summa quidem in gloria fuisse apud Græcos, opinione sapientiæ longe & late sparsa, sed eos tamen a vera sapientia tantum abesse, quantum pueros a viris. Liceat igitur in eos homines id conjicere quod olim Comicus in Zenonem;

Φιλοσοφίαν κενὴν γὰρ οὗτος φιλοσοφεῖ.

Philosophiam inanem, sophus hic certe docet.

CAP. III.

Sophistarum propria philosophandi ratio aperitur. Ἐριστικοὶ, ἀντιλογικοὶ, ἀγωνισαὶ περὶ λόγους. *Contentiosi, litigatores furiosi, &c. Res ipsa varie Græcis Latinisque descripta.* Ἐριστικὴ *propria hæreticorum, quod expressum a D. Augustino. Sophistæ* λέξεις θηρῶντες, ventilantes syllabas, *&c.*

PROPRIUM genus philosophiæ Sophisticæ fuit illud, quod a veteribus dicebatur Ἐριστικόν: nam Sophistas ἰδίως καλουμένους ἐριστικοὺς, ita proprie fuisse nominatos Alcinous *de doctrina Platonis* c. VI. animadvertit; *quales*, inquit, *fuerunt Hippias & Euthydemus.* Res sane complurium est scriptorum monumentis celebrata; Latini verbum ex verbo, *Contentiosos* nuncupant: quod e sanctissimo & doctissimo Hieronymo licet intelligere, qui Commentariis in D. Paulum in *cap.* III. *Ep. ad Tit.* ita loquitur: *Hi qui in ea totos dies & noctes terunt, ut vel interrogent, vel respondeant, vel dent propositionem, vel accipiant, assumant, confirment atque concludant, quos Contentiosos vocant*, &c. Et paulo post: *Si igitur illi hoc faciunt, quorum proprie ars contentio est*, &c. Idem significat par ingenio & doctrina magnus Augustinus *lib.* I. Cresconio respondens Grammatico, qui eloquentiam reprehenderat ut damnatam a Platone, & e moratis civitatibus ejectam. *Hæc*, inquit, *non est eloquentia, sed Sophistica & maligna professio* (κακοτεχνίαν exprimit) *quæ sibi proponit non ex animo, sed ex contentione* (ἐριστικὴν notat) *vel commodo, pro omnibus, & contra omnia dicere.* Seneca nominavit *Cavillatores*: unde scite Petrus Damiani, *Opusc.* XI. *cap.* I. *Cunctos sane Rhetores cum suis syllogismis & Sophisticis cavillationibus indignos hac quæstione decerno.* Isocrat. *contr. Soph.* τοὺς περὶ τὰς ἔριδας διατρίβοντας, uno verbo Contentiosos, litium artem factitantes. Lactantius lib. III. *divin. In.* cap. VIII. graviori dicto nominat *litigatores furiosos*, quasi dictum Isidori Pelusiotæ *lib.* III. *Ep.* in animo habuisset, qui eosdem vocat Σοφισομανοῦντας. Hinc eruditissimus Augustinus lib. II. *de doctr. Christ.* eorum istam artem vocat *libidinem rixandi, & puerilem ostentationem decipiendi adversarium.* Themistius *Or.* IV. ἀγωνισὰς περὶ λόγους, τὴν ἐριστικὴν ἔχοντας τέχνην, *in dicendo pugnaces, & contentionis arte præditos.* Clemens Alexand. *Strom.* lib. I. διαλεκτικοὺς περὶ τὰ σοφιστικὰ ἀσχολημένους, *dialectico in pulvere Sophistico volutatos.* Hoc genus Plato nominat ἀντιλογικὸν, & illudit copiose in *Sophista*: ubi etiam dicuntur ἀντειπεῖν δεινοὶ, τούς τε ἄλλους ὅ, τι ποιοῦσι ὥσπερ αὐτοὶ δυνατούς, *in contradicendo valentissimi, & ejus artis ita scientes, ut & alios possint efficere in eadem re promptos & expeditos.* Ab Isocrate quoque *de permut.* & Aristotele *lib.* I. *Topi. cap.* XII. dicuntur ἀντιλογικοὶ, *ad contradicendum apti.* Itaque sanctus Augustinus, quem nihil latuit bonarum literarum & humanitatis, lib. I. *contr. Crescon.* illum duxit ἐριστικῷ illo genere batuentem, *suscipere atque exercere contradictionem.* Atque his tot nominibus (nec jam plura in eam cogitationem intento mihi quidem occurrunt) Græci Latinique scriptores Sophisticæ philosophiæ duces, amatoresque insigniunt: sed frequentius nominant Ἐριστικοὺς Contentiosos, vel etiam nomine communi, Sophistas, quemadmodum Ἐριστικὴν, Sophisticen, & ἐριστικῶς agere, Sophice argutari sæpe dicunt. Rem vero ipsam in iisdem monumentis luculenter expressam habemus

Eristici enim Sophistæ fuerunt, qui acutis & contortis interrogationibus, aut conclusiunculis fallacibus, ut retibus involvere adversarium connitebantur, seu captarent voculas, seu falsa pro veris verisimilitudine picturata obtruderent, sive insolubilia necterent, sive ignaros captionibus illuderent. Quo fiebat ut in conventu multitudinis imperitæ, emulos & antisophistas de gradu & opinione dejecisse, & subtili argutatione triumphum gloriose deportavisse viderentur: cum alioqui fraus & mendacium, & nihil aliud quam versuti animi excogitatio, fallaciloquentia septa & munita, & ut ab illis aliquid mutuer, cataphracta, in minus cautos & nihil tale cogitantes, a latere atque insidiis impressionem fecisset. Hæc omnia magnis autoribus illustranda sunt, qui, ut dixi, literarum monumentis ab omni prope hominum memoria, illa nobis expresserunt. Gravissimus sane Tertullian. *adv. hæret.* cap. VII. eorum Dialecticam vocat *artificium struendi & destruendi versipellem, in argumentis operariam contentionum, molestam etiam sibi ipsi*: graphice τέχνην ἐριστικὴν describit. Cujus etiam quandam effigiem paucis delineat in *Comi.* Luciani Cleodemus: *Nihil*, inquit, *isti adferunt præter* ῥήματα δύστηνα, καὶ ἐρωτήσεις μόνον καὶ σχήματα φιλοσόφων, *verbula misera, & tantummodo interrogatiunculas figurasque sive gestus philosophorum.* Plato in *Sophist.* cum eos vocasset τοὺς περὶ τὰς ἔριδας ἐσπουδακότας, qui nimirum in una contentione concertationeque verborum tabernaculum vitæ suæ collocarent, disertius rem eandem postea definiens, Sophistas ait esse hominum genus occupatum ἐν ἐριστικῇ τέχνῃ, ἀντιλογικῇ, ἀμφισβητητικῇ, μαχητικῇ & ἀγωνιστικῇ. Et alias eum quem proprie appellat Sophistam ait, βραχέσι λόγοις ἀναγκάζοντα τὸν προσδιαλεγόμενον ἐναντιολογεῖν αὐτὸν αὑτῷ, *qui minutis quibusdam captiunculis cogit ipsum cum quo disputat, sibimet in sermonibus contradicere.* Quem doctorem vestigiis suis premens Themistius, hoc discrimen statuit inter Politicum, Concionatorem popularem, & Sophistam, quod primus ille cum audientium commodo, flumine orationis copioso utatur: secundus nihil præter strepitum popularem quærat: Sic enim *Or.* XVI. σοφιστὴς δὲ αὐτῷ (Πλάτωνι) βραχυρρήμων τις ὡς τὸ πολὺ καὶ πρὸς ἕνα ἀντίπαλον ἐσκευασμένος. *At Sophista Platonis opinione, astricti contortique sermonis, ad unum modo adversarium decipiendum intentus & comparatus est.* Atque ut hæc tabella complurium autorum testimoniis ut coloribus emineat, nam lubet τοὺς Ἐριστικοὺς & ἐριστικὴν bono in lumine collocare, Isocrates *in Helen.* eam artem vocat τερατείαν τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἐξελέγχειν προσποιουμένην, *genus quoddam præstigiarum, quod se verbis alios convincere profiteatur.* Libanius etiam breviter & dilucide *Dec.* VI. κομψοὶ ῥήτορες οἷς ὁ βίος λέγειν καὶ ἀντιλέγειν, *belli & venusti Rhetores quorum vita omnis in dicendo & contradicendo occupatur*: ἀντιλογικοὺς ut perspicuum est depingit.

Ea subtilis ingeniorum contentio, si cum honesta moderatione suis se continuisset finibus, minime reprehendenda fuisset; acuit enim hominum ingenium & excitat, cum voluptate atque fructu, & copiam notionum parit. Et mea opinione sapienter ajebat Seneca lib v. *de Benef.* implicatas argumentationes, quarum solutio imperito sit difficilis, habere aliquam voluptatem; *tentant enim*, inquit, *acumen animorum*, & intentionem excitant. Sed alia fuit Sophistarum mens atque ratio, neque tam in aperienda veritate, quam in sui ostentatione laborabant. Nam cum immensa gloriæ cupiditate incenderentur, non magnopere illis curæ fuit, quæ aut quomodo æmulis proponerent, sed hoc unum studebant, ut vicisse, & trophæa veluti alto in loco statuisse viderentur. Venuste apud Arrianum *lib.* II. Epictetus, ἐξεμέσαι προβληματίον ζητοῦσι, *occasiones duntaxat ad evomendam quæstiunculam suam captant.* Plato liquidius in *Euthyd.* οἷς οὐδὲν μέλει ὅ, τι ἂν λέγωσι, παντὸς δὲ ῥήματος ἀντέχονται, *quibus nihil pensi est quod loquantur, sed singula captant objiciuntque vocabula.* Hoc proprium est hæreticorum ingenium, hæc ingenita malitia, in

impiis opinionibus tuendis hoc ἐριστικῷ genere impotenti animi impetu gloriari, & omisso rationis lumine, apud indoctam multitudinem inutili σκιαμαχίᾳ dicta impia ventilare, hinc fraus & pertinacia, & in susceptis erroribus animi elati & superbi obstinatio. Quod expressit D. August. *l. de duab. anim.* causas oratione memorans, quæ illum diutius in Manichæorum fæce tenuissent: *Alterum*, inquit, *quod quædam noxia victoria pœnæ mihi semper in disputationibus proveniebat, differenti cum Christianis imperitis: quo successu creberrimo gliscebat adolescentis animositas & impetu suo in pervicaciæ magnum malum imprudenter vergebat.*

Ex illa Sophistarum contentione turbulentæ animorum perturbationes oriebantur, finisque ut plurimum earum fuit disputationum φύρεσθαι καὶ φύρειν, καὶ τὰ τελευταῖα λοιδορήσαντας καὶ λοιδορηθέντας ἀπέρχεσθαι, *confundi & confundere, & mutuis conviciis proscindi*, ut ait Epictetus apud *Arrian.* lib. II. Sed divine S. Basilius *in c. VI. Isaj.* eorum mores ante oculos posuit, cum ait *prope devorare & deglutire*, quos ἐριστικῇ τέχνῃ oppresserint. Ipsi, inquit, alienorum dogmatum antistites, διὰ τῆς διαλεκτικῆς ἧς γεγυμνασμένοι τυγχάνουσι, καὶ πάσης τῆς ἐν λόγοις ἱκανότητος, ἡττῶντες τοὺς ἀφιλοσόφους καὶ πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων, οἱονεὶ καταπίνουσι τοὺς ἁλισκομένους, *per captiosas argutias dialecticæ, in qua sunt vehementer exercitati, omni verborum volubilitate cæteros expertes philosophiæ opprimentes, plerosque homines perinde atque captivos devorant, & ut ita loquar deglutiunt.*

Non igitur mirum si tam odiosum fuerit nomen Sophistarum, qui cavillationibus istis atque strophis non minus efferebantur, quam si magnum Persarum Regem hasta, & gladio superassent: præsertim cum in ea ipsa re, illis viis rationibusque uterentur, quas nemo eruditus & præditus humanitate potuit concoquere. Nam in syllabis apicibusque hærebant, argutisque nugis dictionum, quas torquebant pro animi sui libidine, ad stabiliendam pravitatem opinionum, & cognitionis lumen extinguendum: τῶν ὀνομάτων, ait Aristoteles lib. III. *Rhet.* τῷ μὲν σοφιστῇ ὁμωνυμίαι χρήσιμοι, παρὰ ταύτας γὰρ πανουργεῖ. *Nomina quæ sunt ambigua Sophistæ conveniunt, ex illis enim fallaciter & malitiose concludit.* S. Greg. Nazianz. *Or.* III. Julianum Imperatorem alloquens, quem alias vocaverat Sophistam, ὦ περὶ τὰς ὁμωνυμίας ἔχων σὺ, *o ambiguarum vocum captator*. Hinc dicti verborum aucupes, sive, ut est apud Agellium *lib.* II. λέξεις θηρῶντες: quo etiam modo apud Clem. Alexandr. lib. I. *Strom.* ζητήσεις ἐριστικὰς ἐκπορίζοντες, λεξειδίων θηράτορες, *quæstiones machinantes plenas sophisticæ contentionis, vocularum aucupes*. Suidas θηρατὰς λόγων, & θηρολέξας vocavit. Apud quem etiam est proverbium, ἁλιεῖς σοφισταὶ, *piscatores Sophistæ*, id est, captatores verborum, & aucupes syllabarum arguti. S. Greg. Naz. *Or.* XVIII. in fine appellat θηρευτὰς τῶν συλλαβῶν καὶ συλλέξεων. M. Tullius *captationem verborum* dixit in *Partitionibus*: & S. Hieron. in *Chronico* eleganter *ventilare syllabas*. Prosper Aquitanus, *Contr. Collat.* cap. I. *Pondera locutionum, numeros syllabarum insidiosus scrutator eventilet*. Has verborum captiunculas Max. Tyrius *Dissert.* XX. dixit esse ἐλέγχων ἀνιαρώτατον, *genus reprehendendi molestissimum*.

CAP. IV.

Sophisticæ captiones & argutiæ varie a doctissimis scriptoribus explicatæ. Nodi, nexus, unci, retia, ansæ, laquei, labyrinthi, &c. Aristoteles cur Sepia dictus. Emendatus locus D. Hieronymi, & alii illustrati complures.

SOPHISTÆ illi, quos diximus ἐριστικοὺς, obscuris utebantur & flexuosis modis argumentationum & mæandris, quibus velut ab arce, & sublimi tholo sapientiæ, alios illudebant, illudendi ipsi a sapientibus, & Sophistica illa in tela quam impedite & perplexe ordiebantur, se nimia & inanissima gloriatione jactabant. Rem non melius hic expressero, quam si e doctis Veterum monumentis, ut e beato & referto cimelio, pulcherrima dicta eruam, quibus inanem illam disputatricem & pinxerunt, & justissimis aculeis punxerunt. M. Tullius Sophisticum illum agendi modum aliquando nominat *tortuosum disputandi genus*, modo *captiones dialecticas, aucupia verborum, literarum tendiculas*, interdum *flexiloqua verba & obscura, fallaciloquentias*. Gregor. Nyssen. haud eruditione minor quam virtute, dici vix potest, quanta varietate & elegantia, in Sophistam Eunomium disputans, rem eandem expresserit. Octavo *libro* appellat φοβερὰ καὶ ἄφυκτα τῶν συλλογισμῶν συμπεράσματα, *formidabiles & inevitabiles ratiocinationum conclusiones*. Quæ sane tanta aviditate excipiebantur a Sophistis, qui in ἐριστικῷ dicendi genere versabantur, ut in Platonis *Euthydemo* glorientur, semper se ἐρωτᾶν ἄφυκτα, *quæ vitari nequeant objicere petitiones*. Idem sanctissimus doctor eodem *libro*, ταῖς ἀλύτοις ἀνάγκαις, inquit, διασφίγξας τὸν λόγον, *insolubilibus necessitatibus constringens sermonem*. Et *lib.* IX. ἔφοδον διαλεκτικὴν nominat, *incursionem dialecticam*. *Lib.* X. σεσοφισμένα ῥήματα vertunt *docta verba*: malim *captiosa & dolosa*, more Sophistarum, de quibus maxime ibi loquitur. Sed nihil venustius quam quod ponit *lib.* XII. Hic, inquit, ποικίλως ἐμπυῤῥιχίζων τῇ τῶν σοφισμάτων στροφῇ καὶ διαφόρως τεχνολογῶν τὸ ἀγέννητον ἐκκλέπτει τὴν διάνοιαν τῶν ἐξαπατωμένων. *Hic quasi de scena & theatro bellator; varie exultans & tripudians versutis argutiis, & de ingenito Sophistice disputans, eludit hominum intelligentiam, quos fraude & cavillatione decepit.* Clem. Alexandr. lib. II. *Strom.* vocat πάγας αἷς οἱ πολλοὶ τῶν σοφιστῶν τοὺς νέους ἐμπλέκουσι, *laqueos quibus Sophistæ adolescentes implicant*. Theophrastus in *Characteribus* πλοκὰς καὶ παλιλλογίας. S. Chrysostom. *Serm. contr. Ignav.* κατασκευὴν συμπεπλεγμένην, *apparatum artificiose implexum*. Et *in* II. *Ep. ad Corinth.* συμπλοκὴν σοφισμάτων. Nyssen. *Or.* VII. *contr. Eunom.* μειρακιώδη πλοκὴν τοῦ σοφίσματος, *sophismatis puerilem plexum*. Hinc Latinis dicti quoque *implicare*. Sidon. Apollin. *lib.* IV. *Explicat ut Plato, implicat ut Aristoteles.* Sed copiose & elegantissime *lib.* IX. *Dogmati si repugnaverint, mox te magistro ligati vernaculis implicaturis, in retia sua præcipites implagabuntur, syllogismis tuæ propositionis uncatis volubilem tergiversantium linguam inhamantibus, dum spiris categoricis lubricas quæstiones innodas.* Eadem mente Cic. lib. III. *de Finib.* *implicatum & tortuosum sermonem* vocat: & Quintilian. disputatricem facultatem ait versari in *implicando & illiciendo*. Quo sensu quoque Martialis *lib.* IX. *epigr.* XLVII. *inexplicitos Platonas* dixit. Sic Hippias ajebat Socratem σοφιστικῶς agentem πλέκειν λόγους, *captiunculas implicare* & texere. Seneca *ep.* XLIX. *Veritatis simplex oratio est, ideoque illam implicare non oportet.* Euripides apud Clement. Alex. μετεωρολόγων σκολιὰς ἀπάτας, *tortuosas fallacias superbiloquentium Sophistarum*. Aristoph. in *Acarnan.* σκινδάληθρα ἐπῶν, *laqueos verborum*, quos, ait Græcus Interpres, Rhetores in foro necterent, ξυνάπτοντες στρογγύλοις τοῖς ῥήμασι, *rotunda verba copulantes*. Et in *Ranis* ἀλινδήθρας ἐπῶν, i.e. στροφὰς καὶ πλοκὰς, ex Scholiaste. Julian. Parabates in *Cæsaribus* διαλεκτικῶν κιγκλίδας, *dialecticorum effugia & ludificationes*. S. Hier. lib. III. *contr. Julian.* *Dialecticæ artis astutiam.* Idem *adversus Helvidium*, *Dialecticorum tendiculas & Aristotelis spineta*. S. Greg. Naz. *Orat.* X. διαλεκτικὰς στροφὰς καὶ κομψείας, *captiones logicas & argu-*

tias. Et alias vocat philoſophorum πιθανότητας, vertunt *argutias*. Irenæus lib. XII. *adv. hæreſ. pithanologiam*. Ariſtoteles *de reprehenſ. Sophiſt.* c. XVII. παρακρούσεις, Sophiſtarum *captiones*. Eunapius in *Maximo* διαλεκτικὰς μηχανὰς καὶ πλοκὰς, *dialecticas captiones, nexus, & labyrinthos*: Tertullian. *adverſ. Valent. ambiguitates bilingues*. Fabius Quintil. *c.* X. *exquiſitas ambiguitates*, ut doctiſſimus Stromateus *l.* V. ἀμφιβολίας καὶ σοφίσματα: de quibus ita Seneca *ep.* XLV. *De iſtis captionibus dico, quo enim nomine potius ſophiſmata appellem?* & *ep.* XLIX. *verba dubie cadentia*, Photius in *Eulogio* σοφισματώδη προβλήματά τε καὶ δελεάσματα, Sophiſticas aſſertiones captioneſque. D. Ambroſ. *in c.* V. *Lucæ, verborum complexiones, & quaſi quoſdam orationis ſinus, & diſputationum receſſus*. Seneca *epiſt.* LXXXII. *artificii veternoſiſſimi nodos*. Rex ſapiens in Divinis Literis στροφὰς λόγων dixit. Plato in *Euthydemo* ἄπορον στροφὴν, *perplexam ambiguamque ſtropham*. S. Hieronym. *lib.* II. *in Ruffin. tortas argutiarum ſtrophas*: ubi Marianus Victorius male correxit *totas*. Sic idem eruditiſſimus Pater alio in loco, *ſpinas Cleanthis*, & *contorta Chryſippi*. M. Tull. *Academica* IV. *Contorta & aculeata quædam ſophiſmata, ſic enim appellantur fallaces concluſiunculæ*. Plautus in *Perſ. contortiplicata nomina*. Euripides in *Andromacha*, ἑλικτὰ *tortuoſa*. Gregor. Theologus *Or.* XXXV. Στραγγαλίας δογμάτων, *tortuoſos dogmatum Sophiſticorum nexus*. Seneca *ep.* XLVIII. *diſtorta verba*. *Tu mihi verba diſtorques & ſyllabas digeris*, &c. Gregorius Nazianz. *Orat.* XX. τῶν λόγων ἄρκυς, *argumentorum laqueos*, e quibus difficilius ſit elabi, quam e labyrintho. Cyrillus Alexandr. βρόχους ἀπάτης, *impoſturæ laqueos*. Lucian. in *Bis accuſ.* ἀγκύλους λόγους καὶ λαβυρίνθοις ὁμοίους, *incurvos ſermones, & labyrinthis ſimiles*. D. Auguſtinus ſcitiſſime vocat *anſas & uncos arte perplexitatis inſertos*, lib. I. *contr. Julian. Quid enim*, inquit, *nobis prodeſt, quod neſcio quas anſas atque uncos, arte neſcio cujus perplexitatis inſeritis, ne ſimplicia pateant, & clara luceant?* Et eleganter Tertullianus lib. *de Anima* c. XVIII. *tormenta cruciandæ ſimplicitatis & ſuſpendendæ veritatis*. Tzetzes *Chiliad.* II: nominavit λαβυρίνθους, prope eſt ut dicat cum eruditiſſimo Auguſtino *artem perplexitatis*. Fuit enim labyrinthus perplexum & impeditum maxime opus, & ut ille ipſe deſcribit, φρούριον πολυέλικτον, implicatiſſima cuſtodia: additque, ἐγὼ δὲ τροπικώτερον δεινότητι ῥητόρων τὰ χεδουργῶν νοήματα νῦν λαβυρίνθους ἔφην, *ſubito agentium rhetorum cogitationes nunc labyrinthos dixi*. Socrates ſolebat appellare δίκτυον *rete*. S. Greg. Nazianz. *carm. de Vita ſua*, πλεκτάνας σοφισμάτων, *nexus ſophiſmatum*, & Lucian. in *Bis accuſ.* τῶν λόγων πλεκτάνας, *verborum retia*. Sidon. Apollin. de Ariſtotele:

Argumentoſis dat retia ſyllogiſmis.

Fulgentius *præfat. lib.* I. *Ariſtotelis ſyllogiſmaticum verbiloquium*. S Hieron. *in ep. ad Tit. Dialectici, quorum Ariſtoteles princeps eſt, ſolent argumentationum retia tendere*. Hinc ipſe quoque Ariſtoteles cognominatus *Sepia*, quod atramentum veluti effunderet, & oculos illuderet, ut Interpres illius prodit Themiſtius: & illius ſimiles dicti a Pythagora *Melanuri*. Euripides in *Hecuba* vocat τῶν λόγων δρήματα, hoc eſt, μηχανὰς λόγων, ait Scholiaſtes. Epictetus apud Arrianum *lib.* I. πεπλεγμένον συλλογισμὸν, quem opponit ἀλόγῳ. Sic *lib.* IV. *c.* VI. dixit πλέκειν συλλογισμοὺς: alias vocat θεωρήματα δύσκολα, *propoſitiones difficiles & perplexas*. Iſocr. *or. ad Philippum* δυσχερείας τὰς περὶ τοὺς σοφιστὰς, *inamœnas difficultates & tricas Sophiſtarum*. Gregor. Theologus *Or.* XXIV. τὰς τῶν λόγων κλοπὰς, *fraudes & furta verborum*.

CAP. V.

De eadem re dictum. Illuſtratus Themiſtius aliique. Captionum Sophiſticarum duo genera, alterum in ambagibus fallacioſis, alterum in contortis interrogatiunculis. Quid ſit minutiloquium apud Irenæum. Hæretici πικροὶ ζητηταί.

EASDEM Sophiſtarum captiones Themiſtius *Orat.* I. nuncupat σκοτεινὰ καὶ λωβὰ ῥήματα τῆς Ἀριστοτέλους διαλεκτικῆς: ubi illud λωβὰ eſt omnino corruptum; tentabam aliquando κολοβὰ, neque enim ſemper enunciationes & dicta Sophiſtarum plena fuerunt & perfecta, ſed trunca & malitioſe imminuta, & quod ſequi neceſſe eſt, ambigua & obſcura: unde II. *Rhetoric.* ait Ariſtoteles, fieri in oratione κολοβὸν, propter ſermonis ἀπέλειαν. Et Zeno inter Sophiſticas captiones reponebat ἐλλειπεῖς *deficientes*, ut eſt apud Laertium. Agellius item *lib.* I. inter laqueos Dialecticorum ponit σκαζούσας θεωρίας, *claudicantes*. Potuit igitur dicere Themiſtius σκοτεινὰ καὶ κολοβὰ ῥήματα. Nihilominus probo maxime λοξὰ, *obliqua, torta, flexuoſa*, quales vulgo fuere Sophiſticæ argumentationes. De Plotino Eunapius, τῷ λοξῷ καὶ αἰνιγματώδει τῶν λογῶν βαρὺς ἐδόκει καὶ δυσήκοος, ob dictionis obliquam & ab ænigmatum obſcuritate non alienam rationem gravior & a populari captu disjunctior videbatur. Sic apud D. Hieron. *Præfat. in Job. Obliquus apud Hebræos totus liber fertur & lubricus*: ubi *obliquus*, nihil eſt aliud quam λοξός. Arnobius item *lib.* III. reſponſa Apollinis λοξὰ, vocat *obliquata, dubia, & obſcuritatis ſubmerſa caligine*, & Martianus Capel. *obliquis ambagibus vaticinia*: Lycophron λοξὰ ἔπη, Caſſandræ vaticinium nominat. Lucian. in *Philopatr.* τὰ τῶν ποιητῶν, ait eſſe ἀμφίλοξα, *ambigua & obliqua*. Quæ velut interpretans Diomedes ſic habet *lib.* III. *Metra quæ ſunt tortuoſis obſcuritatibus implicata, ac multarum rerum diverſitate perplexa*. Vetus Interpres Juvenalis diceret *devia*; ſic enim *ad Satyr.* I. *Tam devia Juriſperitorum reſponſa ſunt quam Apollinis*: devia reſponſa ſunt λοξὰ, unde & Apollo ipſe Λοξίας. Græci eodem ſenſu dicunt orationis πλαγιασμὸν, *obliquitatem*, quam Photius in Demoſthene aliquando repertam prodit. Ælian. in *Var.* de Socrate: Habuit, inquit, αἰνιγματώδεις καὶ πλαγίους λόγους. Ariſtophanes dixit γωνιασμοὺς τῶν ἐπῶν, hoc eſt, πλαγιασμοὺς καὶ ἀπάτας, ait Græcus Interpres. Huc refertur quod ait Plato Cancrum Sophiſtam, ab Hercule ſummo heroe atque ſapiente victum proſtratumque fuiſſe: Cancri autem proprium eſt in obliquum ferri atque decipere. Tertullianus lib. V. *contr. Marcion.* vocat *ſubtililoquentiam hominum fallacium*. Sic poeta Græcus in *Anthol.* Nicoſtratum appellat σκινδαλμοφραστὴν αἰπυτάτης σοφίης, *ſubtilia effutientem*. Seneca *ep.* XLV. *ſubtiliſſimam collectionem*, & *ep.* CXVII. *ſolertiſſimas nugas*: Nyſſenus Antiſtes *Or.* VII. *contr. Eunom.* Συλλογισμῶν ἀνάγκην τὰς γραώδεις ἀκοὰς περιβομβοῦσαν, *ſyllogiſmorum neceſſitatem circum aniles aures bombilantem*. Socrates in *Euthydem.* τῶν μαθημάτων παιδιὰν, *ludos quoſdam in diſciplinis, quod*, inquit, *iſti homines nominum varietate & differentia* ὑποσκελίζοντες καὶ ἀνατρέποντες, *quaſi appoſita tibia ſupplantantes & proſternentes, alios rideant & illudant, eorum more qui ſedere volentibus* τὰ σκολύθρια ὑποσπῶντες, *furtim ſubſellia ſubtrahunt*. Huc fortaſſe reſpiciebat Seneca cum eadem vocavit *Luſoria*, quaſi batuentium rudes ad oſtentationem ventilatas. Gentium Apoſtolus *Eph.* IV. appellat κυβείαν, ut Clem. Alex. lib. III. *Strom.* notavit. Theodoret. ſumptam eſſe vocem ait, ab iis, qui talis ludunt, in quo plerumque ſolet eſſe fraus & calliditas. Galli proprie nomina-

rent *piperie*. Quo sensu D. Greg. Nazian. *Orat.* LII. elegantissime vocat ψηφολογικὴν τερατείαν, *un jeu de gobelets*. Et quasi interpretans Seneca *epist.* XLV. *præstigiatorum acetabula & calculos*. Cæterum in disputando nonnunquam utebantur fusa & laciniosa oratione. Plato in *Protagora* μῦθον, *fabulam* vocat, moremque Rhetorum esse ait, σμικρὰ ἐρωτηθέντες δολιχὸν κατατείνουσι τοῦ λόγου, *ut breve quiddam interrogati, prolixam producant orationem.* Gellius, *ambages fallaciosas* nominat; Isidorus Pelusiota l. III. *Epist.* διὰ κύκλων τινῶν ἑρμηνεύεσθαι, *per ambages quasdam & circuitum explicare*, hoc est, fallaciter & obscure; cui opponit συντόμως καὶ σαφῶς dicere. S. Leo *epist. ad Pulcheriam* vocat *circumlocutiones*: *Remotis*, inquit, *circumlocutionibus quibus obscurari veritas solet*. Sæpius autem brevibus & acutis interrogationibus urgebant. Aristoteles *de repreh. Soph.* cap. XII. ait fraudes Sophistarum sæpe oriri ἐκ τοῦ πυνθάνεσθαί πως, καὶ διὰ τῆς ἐρωτήσεως, *ex certo percontandi modo, & per interrogationem*. Quo modo intelligendus est Plato in *Sophista*, cum ait eos uti βραχέσι λόγοις ad eum cum quo disputant irretiendum. Lucianus ἐν δικαστηρ. rem varie expressit; nunc enim vocat δυσσύλλαβα ἐρωτήματα, nunc μικρὰ καὶ κομματικὰ ἐρωτήματα, interdum ἰσχνὰ καὶ λεπτά: & alias βραχεῖς τινὰς λόγους ἀναπλέκειν καὶ συλλαβίζειν. Laertius in *Zenon.* μικρὰ λογάρια φιλοσόφων. Agellius *lib.* XVIII. cap. I. *minuta & nodosa*. S. Irenæus lib. II. *advers. Hæres.* dixit *minutiloquium circa quæstiones*, aitque esse Aristotelicum, hoc est, me quidem interprete, Sophisticæ Dialecticæ proprium, quemadmodum Justinus Martyr κακοτεχνίαν Aristotelis nominavit. Pari modo Gregor. Nazianz. *Orat.* XXIII. μικρολόγον σοφίαν dixit; Claud. Mamert. *de stat. an.* l. II. c. VII. *nexuosissimas quæstionum minutias*. Qui apud Irenæum legunt *multiloquium*, de tanti viri elegantia judicioque derunt. Luculenter in hanc rem Seneca *ep.* LXXXII. *Verba mihi captiosa componis, & interrogatiunculas nectis*. D. Paulus I. *Timoth.* VI. vocat ζητήσεις καὶ λογομαχίας, ubi maxime de hæreticis loquitur, quorum propria est Sophistice & disputatrix malitia. Itaque Cyrillus Alexandrinus *in Joelem* eos vocat πικροὺς ζητητάς, *peracerbos quæstionum architectos*, & πολυπλόκων ἐννοιῶν ἐμπιπλαμένους, *fallacibus inventis abundantes*. Tertullianus lib. *de Anima* apud philosophos ait esse *propagines quæstionum, implicationes expeditionum.* Græcus Theologus Nazianz. *Orat.* XII. p. 221. περιττὰς καὶ ἀχρήστους παραφυάδας τῶν ζητημάτων, *superfluos & inutiles quæstionum stolones*: Et S. Ambrosius *tormenta quæstionum*, l. I. *de Fide*, c. III. S. Augustin. l. I. *contra Crescon.* nominavit *insidiosas interrogationes, quibus incautorum assensiones captantur*. Sed hæc quidem nimis multa plurimi forte opinabuntur: ego istam locorum animadversionem minime inutilem fore putabam.

CAP. VI.

Sophisticarum captionum formæ quædam proponuntur, Crocodilites, Electra, Protagorion, Opertus, Vitis, Ceratinæ, &c. Eas plagas Stoici texuerunt. ἐρωτᾶν λόγους. *Interrogationes nominatæ captiones. Lex prisca Dialecticorum in disputando. Philetæ Coo perniciosa captio Sophistica. Argutiæ aranearum telis similes, inutiles.*

CUm vero captionibus libentes uterentur, tum eas studiosissime quærebant & assidue ventilabant, quæ Themistius *Orat.* XIV. σοφίσματα nominat δυσμήχανα καὶ πανοῦργα, *molesta & improbe concludentia*: quod nimirum sic adversarios constringerent, ut nulla prope concederetur sui commovendi facultas. Itaque argutas & implicatas illas conclusiunculas cum *loro* componit, quo Midæ plaustrum erat colligatum. Chrysippus apud Lucianum in *Vit. auct.* vocabat φιμόν, *frænum*, quo videlicet os illis obstringebat, cum quibus disputaret, ut ne mutire quidem possent. Timon Sillographus nominavit δεσμὰ τῆς ἀπάτης καὶ πειθοῦς, *imposturæ & facundiæ vincula*: laudat enim Pyrrhonem quod ea vincula Sophistarum nodosque perruperit:

——κενεοφροσύνης τε Σοφιστῶν
Καὶ πάσης ἀπάτης πειθοῦς τ' ἀπελύσαο δεσμά.

Hujusmodi autem nodi & captiones in Veterum monumentis plurimæ reperiuntur, quales sunt *Crocodilites*, *Electra*, Ἐγκεκαλυμμένος *Opertus* sive *Involutus*, *Utis*, *Ceratinæ*, Ψευδόμενος, *Mentiens*, Κυριεύων *Dominans*, *Sorites*, Φαλακρὸς *Calvus*, Ἀργὸς λόγος, Θερίζοντες λόγοι, Διαλανθάνοντες sive διαλεληθότες, Ἐλλειπεῖς καὶ ἄποροι, Μεταπίπτοντες, Περαίνοντες, Ἡσυχάζοντες, Παρέλκοντες, &c. Hæc & similia in Stoicorum officina procudebantur, olim ab argutis & ociosis hominibus excogitata, quod in una maxime Dialectica cuperent excellere, hoc est, ut cum Fabio Quintiliano loquar, *disputatrice*; cujus proprium est in argutando refellendoque versari. Cicero IV. *Academ.* de Sorite & Pseudomeno: *quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt*. Quare Dialecticam sibi ipsi esse molestam ajebat Tertullianus, adeoque fuit necesse, ut Stoici, ne captionibus ipsi suis caperentur, ἰάματα quædam pervestigarent, quibus occurrerent fallaciloquentiis & argumentationibus tortuosis: meminique me legere quatuor ab illis genera cautionum fuisse inducta, (ἀπροπτωσίαν, ἀνεικαιότητα, ἀνελεγξίαν, ἀματαιότητα nominant) quibus armati & instructi, facile se ab istis laqueis expediebant.

Sed ad rem. Ἐριστικοὶ Sophistæ iis maxime delectabantur, & si quando fieri commode potuisset, ea in disputationem inducebant. Animadvertit Lucianus eos putatos fuisse Καλλινίκους, *Trimphales*, qui vaferrimi in iis texendis acutissimique fuissent. In genere dicuntur ἄπορα, perplexæ argumentationes, a quibusdam ἀπορίαι, ab aliis ἄποροι ἐρωτήσεις; & communi uno nomine Σοφίσματα vel Ἐρωτήματα. Hinc apud Lucianum in *Hermotimo*, ἐρώτημα, τὶ τῶν ἀγκύλων, & σκέμμα σοφιστικόν, ponuntur simul ut synonyma & ἰσοδυναμοῦντα. Frequens sane est apud scriptores ἐρωτᾶν λόγους, hoc est, nodos illos argumentationum atque retia nectere, quod alias Græci dicunt προτείνειν & προτιθέναι σοφίσματα: Vetus Comicus de Eubulide Dialectico:

——Εὐβουλίδης Κερατίνας ἐρωτῶν
Καὶ ψευδέσ' ἀλαζόσι λόγοις τοὺς ῥήτορας κυλίων.
——*Eubulides Ceratinas interrogans* (nectens)
Et mendacibus tumidisque verbis Rhetores versans.

Etiam Latini *Interrogationes* vocant. Seneca *epist.* XLVIII. *Scilicet nisi interrogationes vaferrimas struxero*, &c. & *epist.* LXXXII. *verba mihi captiosa componis, & interrogatiunculas nectis*. Sic M. Tullius Soriten *captiosissimum genus interrogationis* vocavit. Et l. IV. *de Finib. Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis*. Cæterum ea quæ paulo ante enumeravi Sophismata, nomen habuerunt vel a fabella quadam, vel a similitudine, vel a materia, vel a modo, vel a fine, & hujusmodi aliis: eoq; spectabant fere omnia, ut cogerent unumquemque sibi ipsi contradicere, ut monuit Plato in *Sophista*, vel ut perplexi ambiguique hærerent: unde apud Lucianum δυσαπόκριτον ἐρωτᾶν, sic interrogationem nectere, ut operosissima difficillimaq; sit responsio.

Κροκόδειλος apud Lucian. in *Vitar. auct.* vel ut est apud Aphthonium, κροκοδειλίτης, ab eo Crocodilo nominatum genus captionis fuit, quem ajunt

raptam a ſe puellam devorare cupientem, ea lege matri ſe promiſiſſe redditurum, ſi mulier verum diceret, quidquid ipſe de reddendo puero conſtituiſſet: ἄπορος omnino captio. Nam ſi mulier reſpondiſſet, *Reddes*, quia reddere ipſe non ſtatuiſſet, vera non dixiſſet: Contra ſe dixiſſet, illa, *Non reddes*, reddere non debuit, alioqui vera non fuiſſet reſponſio: quidquid igitur illa diceret, Crocodilus non fuit redditurus. Quintilianus *lib.* I. *cap.* X. hoc genus ambiguitates *Crocodilinas* vocavit: nominari etiam πρίονα quidam monent. Simile eſt illud *Protagorion*, de quo Agellius *lib.* V. *Noct. Attic.* cap. 10. Paria ſcribit de Corace, qui mercedem ab adoleſcente repetebat, Sextus Empiricus *adverſus Mathematicos*.

Ἠλέκτρα ſumptum e theatro eſt ἐρώτημα. Nam Agamemnonis illa filia, cujus fortem & conſtantem animum pinxit Euripides, rogata num fratrem noſſet: Optime ſe noſſe ajebat: num illum cum quo loqueretur; id negabat. Atqui ille cum quo agebat, ejus erat frater. Eundem igitur & norat & non norat. Huc collineabant Sophiſtæ. Hujus generis meminerunt Laertius in *Euclide*, & Syrus Dialogorum ſcriptor ἐν βίων πράσ.

Similis eſt λόγος Κεκαλυμμένος, vel ut frequentius dicitur ἐγκεκαλυμμένος, *Opertus*. Quæro num patrem tuum noris? Et maxime quidem. Num etiam hunc pallio tectum & involutum? minime vero niſi videam. Atqui hic Pater tuus eſt: patrem igitur noſti & non noſti. Nugæ Sophiſticæ. Vel etiam dicitur Opertus, cum clam irrepo, & quibuſdam poſitis, quod volo efficio. Libet concludere decem eſſe pauca hoc modo, An non duo efficiunt pauca? Videtur? An non tria? Similiter. An non quatuor? Conceditur. Igitur & decem: nam unum, duo, tria, quatuor, efficiunt decem. Atque hoc mihi Zenonium argumentum potius videtur, quam quod poſitum eſt a Laertio in *Zenone*, cum hoc ipſum explicat. De hoc genere captionis ſcripſit libros duos Chryſippus. Apud Themiſtium *Or.* XIV. philoſophi opus dicitur τοὺς ἐγκεκαλυμμένους ἀποκαλύπτειν. Inventorem illius fuiſſe Cronum Diodorum prodit Laertius: πρῶτος δόξας εὑρηκέναι τὸν ἐγκεκαλυμμένον, &c.

Οὔτιδες quoque ex Homerica poeſi hauſti & callido ingenio ab Ulyſſe quaſi penicillo effecti meo judicio fuerunt. Ait Cyclops injuriam ſibi factam, neminem autem injuriam feciſſe: quæ ſunt ἀσύστατα Sophiſtica. Utidis meminit loco ſuperius laudato Euphrades Sophus, & Diogenes in *Zenone*. Chryſippus, ut eſt in *ejus Vita*, de laqueo illo tortuoſo, primum quidem libros octo, deinde unum elaboraverat.

Inter captiones numerat *Ceratinas* Quintilianus *lib.* I. τὰ κέρατα & κεράτινον λόγον quidam nominant, alii κερατίνην, quidam etiam κερατίδας, *Cornua*. Nomen habuit a materia ſyllogiſmi, quem in ore frequens habuit Chryſippus, ut eſt apud Laertium hoc modo: Εἴτι οὐκ ἀπέλαβες, τοῦτο ἔχεις. Κέρατα δὲ οὐκ ἀπέλαβες· κέρατα ἄρα ἔχεις. Vertit Latine Seneca *ep.* XLIX. *Quod non perdidiſti habes; cornua autem non perdidiſti; cornua ergo habes*. Ubi vir graviſſimus *acutam delirationem* vocat. Habet & totidem verbis Agellius *lib.* XVIII. *cap.* II. ubi etiam in conventu eruditorum proponi ſolitam hujuſmodi captionis ſolutionem meminit. Meminit quoque illius Sextus Philoſophus *Pyrrhon. hypotheſ.* lib. II. cap. XXII. Et certe in creberrimo fuiſſe uſu ex antiquis monumentis intelligimus. Acceſſit quidam aliquando ad Diogenem Sophiſta, συλλογισάμενος ὅτι κέρατα ἔχει. qui argutiolam hanc de cornibus obtruderet: at ille manu frontem attingens, *Equidem illa*, inquit, *non video*. Quo reſpexit forte ſophus Romanus *ep.* XLV. his verbis. *Qui interrogatur an cornua habeat, non eſt tam ſtultus ut frontem ſuam tentet; nec rurſus tam ineptus & hebes, ut non habere ſe neſciat, quod tu illi ſubtiliſſima collectione perſuaſeris*. Autorem hujus argumenti quidam faciunt Chryſippum, alii Eubulidem, nonnemo Philonem, alii alios. Et ne quis forte miretur eas fallaces & minutas concluſiunculas fuiſſe etiam viris magnis objectas, qui ſpecimen eruditionis philoſophiæque ediderant; ea lex fuit priſcorum Dialecticorum, ut etiam acuti & argutuli, niſi præſenti ingenio eſſent atque prompti, aliquando caperentur. Id vel eo poteſt intelligi, quod Agellius memorat *lib.* XVIII. *cap.* XIII. E Platonis ſinu quidam audacior Diogenem aggreſſus ſic ἠρώτησεν, *Quod ego ſum id tu non es*. Diogenes annuit. Tum ille, *Homo autem ego ſum:* hoc etiam conceſſit; concluſit ad extremum Dialecticus, *Homo igitur tu non es*. Eluſit vim argumenti Diogenes? Hoc quidem, inquit, falſum eſt; & ſi verum id fieri vis, a me incipe. Priſca vero lex illa Dialecticorum, propter quam ſolutio captionum difficilior eſſe videbatur, hæc fuit, ut doctiſſimi viri prodiderunt, ut interrogato fas non eſſet aliud reſpondere, quam ſimpliciter ajendo aut negando: qui aliud quidpiam addidiſſet, is impolitus & totius diſciplinæ ignarus habebatur. Hinc orta ea conſuetudo hominum elegantium qui rectiſſimis ſtudiis operam dabant, ut in cœtu adoleſcentium erudito, hujuſmodi captiones proponerentur, in quibus enodandis, cum laude & omni prædicatione animi ſui nervos intenderent, quo paratiores forent poſtea, ſi quis e medio Sophiſta Cornua prætenderet. Quem morem eodem ipſo *capite* laudat Agellius. Ea lex durior viſa, quod Sophiſtæ illa abuti ſolerent ad labefactandam hominum innocentiam: ut cum ita laqueum ſuum nectebant; Quæro abs te deſieriſne facere adulterium, an non. Hoc omnino eſt quod in Platone, ἐρωτᾶν ἄφυκτα, inſolubilem concluſiunculam illigare; nam ſervata Dialecticorum ea lege, ſeu concedas ſive neges, te fuiſſe vel eſſe adulterum confitebere. Additum igitur fuit ad legem, *non eſſe captioſis interrogationibus reſpondendum*. Sanctiſſimum autem Gregorius Nazianz. *Orat.* XXXI. *pag.* 499. licere vult ἀτοπωτέροις ἀντερωτήμασι λύειν τὴν ἀτοπίαν τῶν ἐρωτήσεων; *quæſtionum abſurditatem, abſurdioribus interrogationibus ſolvere:* idque proprium Sophiſtarum eſſe innuit, quos ibidem σοφοὺς τὰ μάταια nominat.

Alia quædam argutiarum ſpecies Veterum monumentis nobilitata fuit, ψευδόμενος λόγος, quem M. Tullius *Mentientem* reddidit, quidam ψευδολόγον dicunt, alii Græcum nomen Latine uſurpant. *Quid*, inquit Seneca, *me detines in eo, quod tu ipſe Pſeudomenon appellas, de quo tantum librorum compoſitum eſt?* Chryſippeos forte commentarios intelligit, quos in indiculo ſuo ponit Laertius: qui etiam hujus captionis meminit in *Euclyde* & in *Zenone*, Epictetus apud Arrianum dixit ψευδομένους ἐρωτᾶν, *Mentientem proponere*. Philotas, ut eſt apud Athenæum *lib.* IX. ζητῶν τὸν καλούμενον ψευδολόγον τῶν λόγων interiit, in cujus Epitaphio hoc fuit:

> Ξεῖνε Φιλητᾶς εἰμί, λόγων ψευδόμενός με
> Ὤλεσε.
>
> *Hoſpes, Philetas ſum, mendax & captioſa ratio*
> *Me perdidit.*

Κυριεύων, quem *Dominantem* quidam vocant, fuit etiam inter uncos & laqueos Sophiſtarum, de quo ſcripſerat commentarium Antipater, quem qui legerit, fiet ἀκαιρότερος καὶ φλυαρότερος, *longe quam antea ineptior*, ut ajebat Epictetus apud Arrian. *lib.* II. *cap.* XIX. Vulgo jactatum hoc genus

fuisse liquet e Plutarcho lib. 1. *Symp.* q. 1. qui eos reprehendit, qui etiam trahunt in convivia τὰ κυριεύοντα. Hujus captionis autores facit Themistius Philonem & Heliodorum, quorum, inquit, præclara sunt monumenta, ὁ Κυριεύων καὶ ὁ κερατίνης. Sed nescio tamen an in *Heliodoro* sit mendum: nam quod ad κερατίνην attinet, non Heliodorum, sed Diodorum ejus fuisse inventorem prodit Laertius *lib.* II.

Μεταπίπτοντας sæpe nominat Arrianus in *Epicteto*: ut *lib.* II. *cap.* XXI. συλλογισμοὺς ἀναλύειν, μεταπίπτοντας. & *cap.* II. *lib.* III. μεταπίπτοντας ἠρωτῆσθαι. Meminit etiam pag. 253. 275. 334. facit quoque sæpe mentionem τῶν περαινόντων, ut *lib.* III. *cap.* II. & *cap.* XXI. *Exercuisti*, inquit, *te in syllogismis, quomodo se habeant* μεταπίπτοντες, *quomodo* οἱ τῷ ἠρωτῆσθαι περαίνοντες.

Tres autem disputantium laqueos e frequenti quæstione de fato sumptos nominat Plutarchus lib. *de Fato*, his verbis: Ἀργοὶ δὲ καὶ θερίζοντες λόγοι καὶ ὁ παρὰ τὴν εἱμαρμένην ὀνομαζόμενος, σοφίσματα ὡς ἀληθῶς, &c. *Ignava autem oratio & Metens, & is qui de fato appellatur, revera fallaces sunt conclusiunculæ e disputatione de fato tractæ.* Habet quoque Ἀργὸν λόγον M. Tullius lib. *de Fato*, & diserte inter captiones numerat. *Appellatur quidem a Philosophis*, inquit, ἀργὸς λόγος, &c. Nominis rationem post paulo subjungit: *Recte genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum est, quod eadem ratione omnis e vita tollitur actio.* Paria dicit Origenes lib. II. *cont. Celsum*: Ἀλλὰ καὶ ὁ ἀργὸς καλούμενος λόγος σόφισμα ὤν, &c. Ubi idem cum Cicerone ponit exemplum. De aliis (nam longiorem me sentio) meminit Diogenes Laertius. Atque de his universum dici potest quod Aristo pronuntiabat, λόγους διαλεκτικούς, *captiones aranearum telis esse persimiles*, quæ etsi quid artificiosum indicare videantur, inutiles sunt. Cæterum de Paralogismis Sophistarum, & fallaci argumentandi ratione videndus Aristoteles I. περὶ ἐλέγχ.

CAP. VII.

Quis primus Sophistas Ἐριστικοὺς *proseminaverit. Quam potentes fuerint in captionibus.* Ἀνεξέλεγκτικὸν *illis tribuitur & invictum genus disputandi. Adversus eorundem argutias se docti studiose comparabant. Reprehensi ab omni scriptorum genere Eristici:* ἐρωτικὰ σοφίσματα. *Vindicatur Athenæi locus, illustrantur alii.*

EUBULIDES Milesius in ἐριστικῇ nobilis, & in veteri ævo celebratus fuit, quod tortuosos interrogandi modos in disputando sit machinatus, Pseudomenon, aliosque plures de quibus superiori capite loquebamur. Eum igitur ea causa Comici perstrinxerunt, & ἐριστικὸν Εὐβουλίδην, *Contentiosum* nominaverunt. Neque tamen inventor ille fuit ἐριστικῆς, nam a sinu Euclidis prodierat, docti viri, quem secutum etiam ajunt Contentiosum disputandi genus. Timon certe ait illum Megarensibus ἐμβαλεῖν λύσσαν ἐρισμοῦ, *contentionis rabiem invexisse*. Quare hunc quidam putant ἐριστικῶν fuisse parentem & satorem, a quo in lucem geniti Sophistæ, in rabiosa illa contentione vitam prope omnem contererent. Fateor Euclidem eam aliquando studiorum rationem fuisse complexum, quem videns Socrates ἐσπουδακότα περὶ τοὺς λόγους ἐριστικούς, *nimium Contentiosæ artis studiosum*, revocavit, cum Sophistarum inanitatem illi explicuisset. Sed inventorem illum ἐριστικῆς fuisse non puto. Scimus enim Euclidem diligentissimum fuisse auditorem Gorgiæ, quem prius in eodem ματαιοτεχνίας curriculo volitasse ferunt. Dionysius Halicarnasseus in *Isocr.* a Gorgia & Protagora τοὺς ἐριστικοὺς καὶ φυσικοὺς manasse prodit, primumque Isocratem se ad civiles orationes transtulisse. Ejusdem etiam meminit Aristotel. *de Soph.* c. ult. & signiferum quendam fuisse hujus artis haud obscure innuit: τῶν, inquit, περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους μισθαρνούντων, ὁμοία τις ἦν παίδευσις τῇ Γοργίου πραγματείᾳ, *institutio Contentiosorum similis erat Gorgiæ tractationi*. Socrates in Hippiam id inventum referebat, si modo verum est, quod scribit Arrianus in *Epicteto* lib. III. cap. V. Socrates, inquit, εἴ τις λεξείδια ἤτει, ἢ θεωρήματα, ἀπῆγε πρὸς Πρωταγόραν, πρὸς Ἱππίαν. *Si quis oratiunculas requirebat, si disputatiunculas, ad Protagoram ablegabat, ad Hippiam.* Sed doctissimi autores, quos libens sequor, hujus studii architectum ajunt fuisse Protagoram Sophistarum omnium antiquissimum. Præter ea quæ hactenus allata sunt, clare Diogenes Laertius, τὸ νῦν ἐπιπόλαιον γένος τῶν ἐριστικῶν ἐγέννησεν. *Tralatitium Contentiosorum genus proseminavit.* De eodem Suidas, τοὺς ἐριστικοὺς λόγους εὗρε, &c. Hinc a poeta Sillographo ἐριζέμεναι εὖ εἰδώς dicitur: inter ipsius commentarios, numeratur τέχνη ἐριστικῶν.

Ad hujus principis ductum se accommodaverunt, atque in hujus artificii communionem societatemque venerunt, Gorgias, Hippias, aliique facundiæ primi illi institores atque lumina: tum deinde natio omnis Sophistarum, late per urbes & provincias dissipata, qui dici non potest quantum in eo genere potuerint. Præsertim vero si ad naturam & celeres ingeniorum motus, scholæ pertinax & continua quoque meditatio accessisset, etiam doctos & ingeniosissimos impediissent. Naturam dixi, quod ea plurimum in hac re possit, vel Tito Annio teste, qui sine commendatione doctrinæ, Gracchum tamen alioqui promptum & audacem, & eximium oratorem acumine & subtilitate illudebat, de quo sic Plutarchus in *Gracch.* ἐν τῷ λόγῳ περὶ τὰς ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις ἄμαχος εἶναι δοκῶν, *in dicendo interrogationum & responsionum incomparabilibus præcellere argutiis habitus*. Græci vero cum aeris atque loci conditione acuti forent, atque, ut ait M. Tullius I. *de Orat.* contentionis cupidiores quam veritatis, cum etiam in id studium incubuissent, quid moliri & efficere non potuerunt? Certe Philo Judæus *l. quis divin. rer. hær.* sermonibus Sophistarum tribuit τὸ ἀνεξέλεγκτον, *non facile posse convinci*. Et S. Basilius *homil. in id, Attende tibi*, p. 349. eo nomine vocat δυσμαχωτάτους ῥήτορας. Aristoteles etiam *de repreh. Soph.* cap. VIII. doctissimos ab iis irretitos monet: καὶ τὸν εἰδότα ἐμποδίζουσι τούτοις τοῖς λόγοις: *Sophistæ his argutiis vel scientem quoque impediunt*. Id quoque D. Augustinus lib. II. *de doctr. Christ.* testimonio suo comprobat: *Sunt*, inquit, *multa quæ appellantur Sophismata, falsæ conclusiones rationum, & plerumque ita veras imitantes, ut non solum tardos, sed ingeniosos etiam minus diligenter attentos decipiant.*

Itaque Philosophi ne se in eos laqueos aliquando inducerent, plurimum in iis intelligendis otii laboriisque ponebant. De Sopho Demonacte sic quidem Lucianus in *Dæmon.* πρὸς τὰς ἀπορίας τῶν ἐρωτήσεων πάνυ εὐστόχως παρεσκεύαστο, *adversus tortas & captiosas quæstiunculas egregie fuit instructus & paratus*. Socrates ea causa, teste Plutarcho in *Quæst. Platon.* eum suum in agendo modum excogitavit, ὥσπερ καθαρτικὸν φάρμακον, *purgans veluti medicamentum*, quo Sophistarum inutiles contentiones & nugas elueret. Epictetus apud Arrianum *lib.* III. *cap.* VIII. πρὸς τὰ ἐρωτήματα σοφιστικὰ γυμναζόμεθα, *adversus quæstiunculas Sophistarum nos diligenter exercemus*. Et *cap.* XXVI. *Tu vero ostendere vis nobis, quam sis exercitatus*, μὴ ἀποσφάλλεσθαι διὰ σοφισμάτων, *in eo ut ne quis te argu-*

tiis de gradu dejiciat. Hinc Clemens Alexandrinus *Strom.* lib. I. monet sapientiam esse τῷ θριγκῷ, *muro & lorica* muniendam, ne Sophistæ in eam temere possint irrumpere: & alias, *Oportet*, inquit, *arguendi & refellendi genus persequi*, ἕνεκα τοῦ τὰς δόξας τὰς ἀπατηλὰς διακρούεσθαι τῶν σοφιστῶν, *ut Sophistarum fallaces repellantur opiniones*. Ubi Dialecticam maxime commendant, quam Plotinus *Ennead.* I. lib. III. per regulam veritatis, ait præclare mendacium & Sophismata cognoscere. Ad eam ut plenissimum armamentarium fugit Aristoteles, ut Sophistas liberius volitantes compri- meret.

Cæterum ab omni hominum memoria viri gravissimi τοὺς ἐριστικοὺς suis dictis atque sententiis condemnaverunt. Epictetus hujusmodi quidem homines ad restim & crucem mittit apud Arrian. *lib.* II. *c.* XVII. *Volo*, inquit, *prope intelligere, quid Chrysippus dicat*, περὶ τοῦ ψευδομένου, *de syllogismo Mentiente*: οὐκ ἀπάγξῃ μετὰ τῆς ἐπιβολῆς, ταύτης, τάλας; *quin te suspendis cum hac animi tui inductione, o miser?* Plutarchus *de profec. virt.* ex Platone vocat σκυλάκια *rabiosas caniculas*: οἱ δὲ ὥσπερ τὰ σκυλάκια τὸ ἕλκειν καὶ σπαράττειν χαίροντες ἐπὶ τὰς ἔριδας, καὶ τὰς ἀπορίας, καὶ τὰ σοφίσματα χωροῦσι, *alii catulorum in morem raptando & laniando gaudentes, ad lites, captiones obscuras, & Sophismata se conferunt*: mox subdit, plurimos Dialecticorum, cum subtilem & argutam disputandi rationem cognovissent, in Sophisticum illud genus, tanquam in Scyllam aut Charybdim incidisse. Seneca sæpe carpit: *Multum*, inquit, *ep.* XLV. *illis temporis verborum cavillatio eripuit, & captiosæ disputationes, quæ acumen irritum exercent*. Et *ep.* CXVII. *disputatiunculis inanibus subtilitatem vanissimam agitare*. *Inanes* vocat *disputatiunculas*, quemadmodum Isocrates in *Helen.* ἀχρήστους, *inutiles*. Themistius *Orat.* XIV. *Sophismata*, ὧν χαλεπὴ μὲν ἡ ξύνεσις, ἀχρεῖος δὲ ἡ ἐπιστήμη, *quorum & intelligentia difficilis, nec utilis notitia est*. Athenæus autem ἀνωφελῆ σοφίσματα, *infructuosa*. Locum Athenæi *l.* III. proferam, quod vulgo male illum accipiant & deforment. Stilpon aliquando inter potandum Glyceram arguit, quod juvenes corrumperet: at illa, *Idem vobis, o Stilpon, crimen objicitur*; σέ τε γὰρ λέγουσιν διαφθείρειν τοὺς ἐντυγχάνοντάς σοι ἀνωφελῆ καὶ ἐρωτικὰ σοφίσματα διδάσκοντα, ἐμέ τε ὡσαύτως. Quæ sic verto; *Nam eos qui te adeunt, inutilibus amatoriisque argutiis, quas doces, te non minus quam me, corrumpere loquuntur omnes*. Doctus Interpres ἐρωτικὰ σοφίσματα reddidit *interrogationes & argutias*, quasi fuisset ἐρωτητικά, & quidem ita legendum putat Casaubonus, sed frustra. Vult Glycera significare, non modo Musas in scholam philosophi, sed Cupidinem etiam introire. Itaque auditorium philosophi comparat cum cella scorti. Sic enim subdit continuo, μηδὲν οὖν διαφέρειν ἐπιτριβομένοις καὶ κακῶς πάσχουσιν, ἢ μετὰ φιλοσόφου ζῆν, ἢ ἑταίρας, *nihilque referre iis qui sic in miserias incidunt ac pereunt, an apud philosophum degant, an apud scortum*. Quæ sane comparatio nulla esset, nisi de amatoriis quæstiunculis Sophistarum loqueretur. Nec est ut miretur Casaubonus, attribui Philosopho ἐρωτικὰ σοφίσματα. Potuit enim meminisse, quod est apud eundem Athenæum *lib.* IV. qui locus hunc illustrabit maxime, ubi agitur de Stilpone. Ait Persæum Cittiensem Philosophum dialogos composuisse, ex Stilponis & Zenonis Commentariis concinnatos, ubi quæstiunculas multas ponebat, quando in convivium formosi adolescentes formosæque virgines perducendæ sint, quando venustate & gratia commendabiles admittendi, de obsoniis, de basiis osculisque pulchrorum, & περὶ ἀφροδισίων, ut additur lib. XIII. *Dipn.* Hæc autem corrumpere juventutem, idem autor, ne alium testem quæramus, perspicus *lib.* V. significat, ubi cum Socratem memorasset, cum Critobulo de pulchritudine contendentem, judices posuisse puerum, & saltatricem, & φιλήματα *judicum basia*, victoriæ præmium esse voluisse, hoc addit: τίς οὖν τῶν νέων ἐντυχὼν τούτοις οὐκ ἐπιτριβήσεται μᾶλλον, &c. *quis ergo juvenum, cum in hæc inciderit, non obteretur & perdetur potius, quam ad virtutem proficiat aliquid?* Sed e diverticulo in viam redeamus.

Non prophani modo scriptores, verum etiam divinitus illuminati, arguendos sibi ἐριστικοὺς, & repudiandos putaverunt. Isidorus Pelusiota *lib.* I. *ep.* CCCCXII. illos pungit atque insimulat, qui doctrina & dicendi facultate abutuntur ἐς ἔριδας καὶ μάχας, in hujusmodi contentiones plenissimas inanitatis. Eruditissimus Gregorius Nazianz. qui multis quidem in locis, sed præsertim Athenis, eorum hominum studium inutile & molestum cognorat, morbo isti populari medicinam adhibet, monetque *Orat.* IX. ut pestilentem illam aram fugiant: οἱ περὶ λόγους μὴ σφόδρα τοῖς λόγοις θαρρεῖτε, μηδὲ σοφίζεσθε περιττὰ καὶ ὑπὲρ τὸν λόγον, μηδὲ νικᾶν ἐπιθυμεῖτε πάντα κακῶς, &c. *Qui literis operam datis, ne doctrinæ atque eloquentiæ vestræ magnopere confidatis, nec immodice & Sophistice plusquam ratio postulat vel efferatis, nec in rebus omnibus vincere male cupiatis*, &c. S. Augustinus lib. II. *de doctr. Christ.* cavendam esse ait, *libidinem rixandi, & puerilem quandam ostentationem decipiendi adversarium*, & illa quæ nominari dicit Sophismata. Quorum cum exemplum unum attulisset, tum addidit gravissime: *Quod genus captiosarum conclusionum, Scriptura quantum existimo detestatur illo loco, ubi dictum est, Qui Sophistice loquitur, odibilis est*. Atque hactenus de Sophistarum illo genere qui Philosophorum potius similitudinem quam oratorum habuerunt.

LUDOVICI CRESOLLII,

ARMORICI E SOCIETATE JESU,

THEATRUM VETERUM RHETORUM,

ORATORUM, DECLAMATORUM,

QUOS IN GRÆCIA NOMINABANT

ΣΟΦΙΣΤΑΣ, EXPOSITVM

LIBRIS V.

IN QUIBUS OMNIS EORUM DISCIPLINA, ET DICENDI AC DOCENDI RATIO, MORESQUE PRODUNTUR, VITIA DAMNANTUR, ET MAGNI UTRIUSQUE LINGUÆ ILLUSTRANTUR ET EMACULANTUR SCRIPTORES.

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

Secundum genus Sophistarum in docenda aut ostentanda eloquentia versantium. Λογοδαίδαλοι. *Rhetorici, Professores, disertores,* διδάσκαλοι ἀσκήσεως, *& pluribus aliis nominibus vocati. Declamare aliquando laudare. Technici an minuti tantum artium doctores:* Ἐν λόγοις βιοῦν.



SOPHISTAS in duo genera superius divisimus: primum eorum qui Philosophorum similitudinem habuerunt: alterum qui oratorum. Utrumque genus expressit D. Augustinus lib. II. *de doctrin. Christ.* Nam cum Sophistas libidine quadam rixandi, & decipiendi adversarium studio insano ferri dixisset, in quo nostros illos contentiosos ponit ob oculos, subdit: *Quanquam etiam sermo non captiosus, sed tamen abundantius, quam gravitatem decet, verborum ornamenta consectans, Sophisticus dicatur.* Alludit ad utrumque item genus S. Hieron. l. *advers. Helvid.* his verbis: *Non Rhetorici campum desideramus eloquii, non Dialecticorum tendiculas, nec Aristotelis spineta conquirimus.* Et ejus præceptor eloquentissimus Gregorius Nazianz. in Carminibus, *homil.* III.

Καὶ ταῖς τρεχέσαις ῥητόρων δ᾽γλωττίαις,
Λεπταῖς τε μερίμναις φιλοσόφων ἀσκέμενος.

Colensque studia volubilis facundiæ,
Et quæ docentur a Sophis subtiliter.

Jam uno de genere, hoc est, illis philosophantium larvis, quantum satis esse videbatur, egimus: consequens nunc est, ut de altero disputationem

A ordiamur. Certum autem est Sophistas in ostentanda vel docenda eloquentia operam suam posuisse, quo modo Sophistæ nomen in Jure vulgo sumitur: illiusque generis omnes fuerunt, si duntaxat paucos excipias, quorum vitam Lemnius Philostratus, & Eunapius Sardianus posteritati reliquerunt. Fuit enim tempus aliquando, cum non alii quam Sophistæ publice eloquentiam docerent, & adolescentiam tum præceptionibus & μελέταις, tum etiam dicendo & ταῖς ἐπιδείξεσιν ad bene dicendi gloriam excitarent. Quos video plurimis nominibus, & a Græcis, & a Lati-
B nis fuisse donatos, quæ prout in stylum incurrent, hic a me ponentur.

Λόγιοι imprimis nominantur a Pindaro in *Nemeis, periti & eloquentes.*

Λογοδαίδαλοι a Platone in *Phædro*, quod etiam M. Tullius in *Orat.* perpetuæ memoriæ commendavit, hoc est, orationis concinnandæ & pingendæ elegantissimi artifices.

A Tzetze dicuntur Σοφιστεύοντες ῥήτορες, & alias juncta voce σοφιστορήτορες, *Chiliad.* XI.

Ρητορικοὶ a Themistio *Orat.* I. & Philostrato *de Vit. Soph.* Sic Libanius vulgo dicebatur ῥητορικὸς, *dicendi magister & eloquens*: Ipse in *epi-*
C *stola* quadam ad Eustathium philosophum: ἐγὼ μὲν γὰρ ἐδεπώποτε ἐμαυτὸν ἡγησάμην ῥητορικόν· σὺ δ᾽ ἐδεπώποτέ με ἐπαύσω τῦτο καλῶν. Ego quidem nunquam me dicendi magistrum reputavi: tu vero nunquam eo me nomine appellare desiisti. Apud Ciceronem I. *de Orat. Quæ arte sua rhetorici illi doctores complecterentur.* Hincmarus de S. Remigio, *Egregius rhetoricus Remigius.* S. Hieron. *de script. Eccl. Eusebius Emisenus elegantis & rhetorici ingenii.* Eunapius in *Proæresio*, περὶ τὴν ῥητορικὴν τετριμμένοι, in oratoria facultate extriti viri, vel, ut Sidonius ait Apollinaris, *tribacissimi.* Luciano dicuntur ῥητόρων παῖδες, *Rhetorum filii*, oratores, eloquentiæ magistri.

Professores dicuntur Latinis. Glossarium vet. *Professores,* Σοφισταί· *Profiteor,* δημοσίᾳ διδάσκω, σοφιστεύω. Hinc apud Sueton. Rhetores dicti Profes-

ſores. Ulpianus ſtudiorum tantum liberalium præceptores nominandos ait Profeſſores, inter quos primum obtinet locum Rhetor, negatque eo nomine appellandos Philoſophos, quod profeſſio mercedem intueatur, quam Philoſophi non debent appetere. Sunt hæc ejus verba: *An & Philoſophi Profeſſorum numero ſint? & non putem, non quia non religioſa res eſt, ſed quia hoc primum profiteri eos oporteat, mercenariam operam ſpernere*, *D. de extraord. cog. l.* 1. §. 4. Hinc profiteri ἁπλῶς eſt docere literas apud Paulum J.C. *de vac. & exc. mun. l.* 9.

Dicebantur etiam olim *Diſertores*. In vet. Lexico Græco-Lat. Σοφιστὴς, *diſertor*, *Sophiſta*: forte *diſſertor* a diſſerendo.

Declamandi magiſtri, apud Fabium Quintil. *l.* II. *c.* I. Quo modo S. Baſilius *ep.* CXLII. Libanium vocat ἀσκήσεως διδάσκαλον, videlicet propter μελέτας quas docebant, quemadmodum idem ſanctus Pater juvenem in ipſo ætatis flore eloquentiæ operam dantem, ait ἐπὶ λόγων ἀσκήσει verſari, *ep.* CCI. & Dionyſ. Halicarn. ἀσκήματα ῥητορικῆς, declamationes appellat. Hinc etiam *Declamatores* vocantur. Apud Ciceronem, *declamator e ludo*: & alias, *declamatorio ſit opere jactatus*. Et quia in panegyricis & prædicandis laudibus ſæpe verſabantur, hinc factum, ut *declamare* aliquando ſit laudare. Gregorius Turonenſis perite *lib.* VII. *cap.* XXXV. *Nonnulli*, inquit, *arrepti a dæmone per energiam debacchantes martyrem declamabant*. Et l. II. *Exſtat Epiſtola Sidonii in qua eum declamatorie collaudavit*. Caſſiodorus *de Divin. Lect.* c. XIX. de B. Cypriano, *libellum declamatoria venuſtate conſcripſit*.

Διδάσκαλοι ſæpe nominantur apud Philoſtratum aliosque, ut ſuperius a nobis ſignificatum eſt. A Platone l. II. *de Rep.* πειθοῦς διδάσκαλοι, *perſuaſionis & facundiæ magiſtri*. *Doctores* a Latinis. Cic. I. *de Orat. Summus ille doctor iſtius diſciplinæ Apollonius*. Caſſiodorus l. IX. *Var. Doctores eloquentiæ Romanæ*.

Φροντισταὶ, Julius Pollux *lib.* IV. *cap.* VI. ait Sophiſtas perinde ac Philoſophos nuncupatos fuiſſe φροντιστὰς, & eorum ſcholas & auditoria φροντιστήρια. *Præceptores eloquentiæ* apud Fabium *lib.* II *cap* I. M. Tullius l. III. *de Orat. Iidem erant vivendi præceptores atque dicendi*.

Τεχνῖται λόγων. Expreſſit I. *de Orat.* Cic. *Ea quæ Græci dicendi artifices & doctores reliquerunt*. Libanius in *legat. ad Julian.* ἢ τοῖς μὲν τῶν φαύλων μαθηταῖς σοφιστῶν, οὐκ ἔνι γενέσθαι τεχνίτας ἀγαθούς; an malorum Sophiſtarum diſcipulis non licuit bonos ſermonis artifices evadere? Quintil. ἁπλῶς nominat *artifices*: ſic enim *l.* II. *Tolli autem manum artifices ſupra oculos vetant*. τεχνίτας intelligit artis oratoriæ magiſtros. Iidem Τεχνικοί: Agellius *lib.* XVII. *Rhetoricus quidam Sophiſta utriuſque linguæ caliens, haud ſane ignobilis, ex iſtis argutulis & minutis doctoribus, qui τεχνικοὶ appellantur, atque in diſputando tamen non impiger*. Minutos vocat doctores, ut etiam ſumens opinor ab illo Cœlius Rhodigin. *lib.* XIV. quod non ſemper eſt verum. Nam in laude ponit Eunapius in *Juliano*: Apſines, inquit, Lacedæmonius Sophiſta δόξαν ἔχων τεχνικοῦ τινος, vertunt, *profeſſoris liberalium artium nomen adeptus*. Sic apud S. Baſilium *ep.* CXCVII. δοκεῖ γάρ μοι τῶν τεχνικῶν τις τὸ σὸν πρόσωπον ὑποδύς. Sic in Platone οἱ περὶ τοὺς λόγους τεχνικοὶ, *dicendi artifices*. Et Tzetzes *Chil.* II. Rhetorum Technicorum eloquentiam & robur in dicendo prædicat.

Δεῖξαι ῥητόρων βουληθεὶς τῶν τεχνικῶν τὸ σθένος.

Technici etiam dicuntur a Latinis. Quintil. *lib.* II. *cap.* XIII. præcepta eloquentiæ vocat *decreta Technicorum*. D. Auguſt. in *Rhetor. Quæſtiones* λογικαὶ *non ex verbi, ſed ex rationis ſignificatione, appellatæ ſunt a Technicis*. Maximus Victorinus Technicos interpretatur *artium traditores*, lib. *de Gram.* Dicuntur & τεχνολόγοι. Ariſtot. I. l. *Rhetor.* ἔνιοι τῶν τεχνολογούντων, nonnulli artis magiſtri. Mediæ ætatis ſcriptores Latini *artigraphos* nominant, ut Albinus Flaccus Alcuinus ſæpe l. *de ſept. art.*

Παιδευταὶ Gregorio Nazianz. *Or.* XX. Παιδεύοντες Philoſtrato lib. II. *de Vit. Soph.* & rem circumſcribens, εὖ γινώσκοντες τὰ ῥητορικὰ τῶν λόγων, doctrinæ dicendi peritiſſimi.

Vocantur ab Euripide μεριμνηταὶ λόγων, indagatores artificeſque ſermonum, in *Medea*: & in *Hecuba*, κόπις ἡδυλόγος, id eſt, ῥήτωρ, ait Græcus Scholiaſtes, ſuavis in dicendo Sophiſta. A Dionyſio Halicarnaſſ. ἀγωνισταὶ λόγων ῥητορικῶν. Lacones vocabant μυθητὰς apud Plutarch. in *Laconicis*: περιφραστικῶς eoſdem expreſſit elegantiſſimus Gregorius Nazianz. *Or.* XX. οἷς βίος ἐστὶν ὁ λόγος, *quibus vita eſt oratio*: quod idem habet Libanius *Declamat.* VI. ἀνεχόμενοι τῶν κομψῶν ῥητόρων, οἷς ὁ βίος λέγειν τε καὶ ἀντιλέγειν, *venuſtos oratores illos tolerantes, quorum in dicendo & contradicendo vita occupatur*. Sic D. Baſilius de Sophiſta, ἐν λόγοις βιοῦν dixit *epiſt.* CLI. Præterea idem Nazianzenus Antiſtes *ep.* CCX. μελέτην τοῦτο καὶ τέχνην ποιησάμενος, ἀεί τι λαλεῖν καὶ ἑαυτὸν δεικνύναι διὰ τῶν λόγων, *qui omne ſtudium atque operam in ea arte collocat, ut ſemper aliquid proferat, ac ſui magnificum ſpecimen edat in ſermonibus*.

CAP. II.

Aliæ quædam eloquentium Sophiſtarum appellationes illuſtratæ. Λογογράφοι. Proprium Sophiſtarum ſcribere. Λογογράφος & λογοποιὸς an differant: quis primus Logographus. Quæſtus ex ea re. Logographi odioſi. Idem in Jure Tabularii. Sophiſtæ Συγγραφεῖς, Scholaſtici, Principes hujus ſæculi, Tractatores.

SUNT alia quæ reperiuntur nomina eloquentium Sophiſtarum, de quibus hic etiam breviter ſubjiciam. Autores Græci identidem meminere τῶν λογογράφων, mihique dubium nullum eſt, quin ut plurimum Sophiſtæ intelligantur. Eſt enim proprium Sophiſtarum opus, ſcribere. S. Baſilius *ep.* ad Leontium Sophiſtam, illud meo judicio vere, καὶ τοί γε οὐδὲν ἔργον σοφιστοῦ, ἢ τὸ γράφειν, *non aliud Sophiſtæ opus videtur, quam ut ſcribat*. Quod Plutarchus etiam animadvertit in libel. *de fort. Alex.* Nec Pythagoras, inquit, neque Socrates, nec Archelaus, aut Carneades nobiliſſimi Philoſophi quidquam ſcripſerunt, ſed in otio vitam agentes τὸ γράφειν παρίεσαν τοῖς σοφισταῖς, *ſcribendi munus Sophiſtis relinquebant*. Hinc perite apud Joan. Tzetzen, ῥήτωρ ὁ λογογράφος. Cum autem varias ob cauſas ſcribi olim orationes conſueverint, quas Magnus Maximus apud Suid. ſtudioſe perſequitur, tum fines maxime duos propoſitos fuiſſe video λογογράφοις, nimirum ἐπίδειξιν & ἐργολαβίαν, *facundiæ ingeniiq; oſtentationem, & lucrum*. Sic enim Iſocrates ajebat *or. ad Philip.* orationes quæ non ab ipſo oratore pronunciantur, ſed recitantur, vulgo πρὸς ἐπίδειξιν καὶ πρὸς ἐργολαβίαν γεγράφθαι. Prioris generis fuere laudationes, ſecundi civiles orationes. Scriptas ab iis fuiſſe laudes hominum excellentium, gravis autor prodit Ariſt. l. II. *Rhet.* c. XI. Æmulantur, inquit, homines vulgo eos, ὧν ἔπαινοι καὶ ἐγκώμια λέγονται, ἢ ὑπὸ ποιητῶν, ἢ λογογράφων, *quorum laudes & encomia dicuntur, aut a poetis, aut ſcriptoribus orationum*. Scribebantur & judiciales cauſæ ab iiſdem, quæ nonnunquam a magnis oratoribus illudebantur. Æſchines *adverſ. Timarchum*: καίτοι λογογράφος γέ τίς φησιν ὁ μηχανώμενος αὐτοῖς

τὴν ἀπολογίαν, ἐναντία με λέγειν ἐμαυτῷ, *atqui logographus neſcio quis, a quo ſcriptam habent orationem, me pugnantia dicere contendit*. Hos autem judiciis operam ſuam navantes, λογογράφους proprie dici conſueviſſe Grammaticorum eſt opinio: λογογράφος & λογοποιὸς differunt, ait Ammonius: *Logographus enim eſt*, ὁ τοὺς δικανικοὺς λόγους γράφων, *qui civiles orationes ſcribit: Logopœus autem*, ὁ λόγους τινὰς καὶ μύθους συντιθείς, *qui alias orationes fabulaſve componit*. Utrumque nomen tribuitur Sophiſtis a Platone in *Eutydemo*: Ἐ γὰρ μοι οἵ τε ἄνδρες αὐτοὶ οἱ λογοποιοὶ, ὅταν συγγένωμαι αὐτοῖς, ὑπέρσοφοι ὦ Κλινία δοκοῦσιν εἶναι, &c. *Etenim iſti orationum ſcriptores, o Clinia, quoties ad eos acceſſi, mihi videntur ſupra reliquos mortales ſapientes, ipſaque eorum ars divina penitus & excelſa*. Et alio in loco ait Sophiſtas τὴν ἐν τοῖς δικαστηρίοις μάχην κρατίστους, *judicialem pugnam prope tenere, atque ideo docere unumquemque poſſe*, λέγειν τε καὶ συγγράφεσθαι λόγους εἰς τὰ δικαστήρια, *tum ſcribendis tum perorandis cauſis*. Etiam apud Romanos λογογράφοι. L. Ælius, ut eſt apud Suetonium *de Gram.* cognomine *Stylo* fuit dictus, quod orationes nobiliſſimo cuique ſcribere ſolebat.

Id inſtitutum manavit ab Antiphonte, qui primus civibus ſuis orationes ſcriptitavit, quibus in judicio uterentur, ut Plutarchus autor eſt: quem ſecutus deinde Lyſias in eo genere præſtitit, τοῖς πολλοῖς λόγους ἐκδούς. de quo apud Ciceron. in *Bruto*: *Tum fuit Lyſias ipſe quidem in cauſis forenſibus non verſatus, ſed egregie ſubtilis ſcriptor atque elegans*. Illius in ea re judicium prædicat Fabius *lib.* III. *cap.* VIII. Iphicrates Lyſiæ orationibus uſus, ſæpe victor in judicio fuit. Idem *lib.* IX. Reus Socrates elaboratam ab eo orationem noluit accipere: itaque fuit oppreſſus ab Anyto, cui Sophiſta Polycrates accuſationem inſtruxerat, ut refert Suidas.

Magnum ex ea re quæſtum faciebant Sophiſtæ, atque etiam vulgi opinione commendabantur. Scribit enim Iſocrates in *Panath.* multos περὶ τὴν γραφὴν τῶν λόγων εὐδοκιμεῖν, *orationum ſcriptione fuiſſe magnam laudem conſecutos*. Idem *orat.* περὶ ἀντιδόσ. ait fuiſſe παμπληθεῖς *plurimos*, qui in eo genere operam ſuam ponerent. Itaque res in contemptum abiit, & hominum ſapientum reprehenſionem. Plato quidem in *Phædro* ait quendam virum gravem διὰ λοιδορίας appellaviſſe Lyſiam λογογράφον: additque multos præſtantes in repub. viros, timuiſſe orationes ſcribere, poſteriſque relinquere, μὴ σοφισταὶ καλῶνται, *ne Sophiſtæ per contumeliam vocitentur*. Carpebat eam ſcriptitationem Epictetus *lib.* II. *cap.* I. apud Arrian. *In quo*, inquit, *elaboras?* ἐν λεξειδίοις, *in oratiunculis conficiendis. Si ſapis, relinque illa* τὰ περιόδια, *& Socratem imitare, qui hanc ſcribendi conſuetudinem relinquebat* τοῖς μακαρίοις, *beatis illis Sophiſtis*.

Sed præſertim res in ſummam invidiam adducta eſt, cum iſti orationum architecti, collectis ex eo munere ſummis divitiis, glorioſius efferrentur. Quæ cauſa fuit cur eos juſto convicio λογεμπόρους & καπήλους τῶν λόγων vulgo nominarent, hoc eſt, *nundinatores orationum, periodos cauponantes*. Scholiaſtes Euripidis in *Hippolyto* explicans ea verba, σίτοις καπήλευε ἐν λόγοις, inquit, ἐμπορεύου, καθάπερ οἱ λεγόμενοι λογέμποροι, καὶ μὴ κατὰ φύσιν φιλοσοφοῦντες, ἀλλ' οἱ τοὺς λόγους καπηλεύοντες. Talis fuit Polycrates, cujus orationem Anytus ἐμισθώσατο, *grandi pecunia redemit*, autore Themiſtio *Or.* IV. Talis Dinarchus χρήματα τῶν λόγων εἰσπραττόμενος, *ſcribundis orationibus locupletatus*, ait Plutarchus in *Vita*. Tales innumerabiles alii, a quorum ſe numero caute ſubducit Themiſtius *Or.* IV. *Non ego*, inquit, *in officina ſedeo* πιπράσκων λογάρια μικρὰ ἢ μεγάλα, *exiguas ſive magnas orationes venditans, neque mihi ex eodem opere quæſtum propoſui*. Atque hactenus de Logographis, qui alio quodam modo in Jure ſumuntur, nimirum pro genere quodam ſcribarum. Eſt in *lib.* X. *Codic.* Titulus *de Scribis, logographis & cenſualibus*. In veteri Lexic. λογογράφος, *Tabularius*: & paulo poſt, λογοποιὸς, *tabularius*.

Sophiſtæ quoque nominati Συγγραφεῖς, quod numeroſe & concinne orationes ſcriberent, & præſertim in laudationibus eximie componendis, facundiæ & ingenii ſui vim proderent. Certe Plato in *Sympoſ.* ait χρηστοὺς σοφιστὰς καταλογάδην συγγράφειν ἐπαίνους, *ſoluta oratione Sophiſtas laudes heroum celebraſſe*. Itaque nominantur ab Iſidoro Peluſiota lib. III. *Ep.* συγγραφεῖς inter illos, qui homines, aut pulcherrimarum rerum dignitatem, flore & venuſtate orationis prædicare ſolent: οὓς, inquit, καὶ λογογράφοι, καὶ ποιηταὶ, καὶ ῥήτορες, καὶ συγγραφεῖς ἀνυμνοῦσι. Strabo de Dionyſio Attico Apollodori diſcipulo, καὶ γὰρ σοφιστὴς ἦν ἱκανὸς καὶ συγγραφεὺς καὶ λογογράφος. Eodem modo ſumit Themiſtius *Orat.* V. & συγγραφεῖς cum poetis jungit, & facit in eo ſimiles quod ſermones habeant ἐσκευασμένους πρὸς ἡδονὴν, *ad voluptatem artificioſe compoſitos, qui delectent*. Hinc doctiſſimus idemque ſanctiſſimus Hieronymus, inſulſum ineptumque ſcriptorem Jovinianum, *epiſtola* quadam ſua ἀγράμματον συγγραφέα nominavit.

Scholaſtici etiam dicti fuere Sophiſtæ. Apud Tacitum ſeu Fabium *Dial. de Orat. At nunc adoleſcentuli noſtri deducuntur in ſcenas Scholaſticorum, qui Rhetores vocantur*, &c. Quo nomine non declamatores modo intelliguntur, verum etiam de ſchola politi, & dicendi omnibus ornamentis abundantes. Unde apud D. Hieronymum *ep. ad Nepotianum*: *Quædam Scholaſtico flore depinximus*. Et *in cap.* I. *Ep. ad Tirum*, *ſcholaſticam elegantiam* dixit, pro eximio quodam ornatu apparatuque dictionis. Julianus Auguſtus in *Epiſt.* percontabat μήτις φιλόσοφος, μήτις σχολαστικὸς, ἢ τριβώνιον ἢ χλανίδιον φορῶν, &c. In Concilio Sardicenſi *Can.* X. *Si quis* σχολαστικὸς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς *e foro ſcholaſticus*, Epiſcopus fieri dignus habeatur. Ubi Zonaras exponit περὶ λόγους σχολάζοντα, *qui in dicendi ſtudio operam ſuam ponit*. Theophraſtus eo forte modo ſe nominabat σχολαστικὸν apud Laertium. M. Tullium erudita & ſpecioſiſſima eloquentia veluti exultantem, cives ſui nominabant σχολαστικὸν, ut ait Plutarchus. Gennadius in *Catalogo*, *Proſper homo Aquitaniæ regionis ſermone ſcholaſticus*, id eſt, culta, eleganti, & ornata dictione præditus. Hinc *ſcholaſtice dicere* idem eſt quod rhetorice & oratorie exornare. Nunc ſcholaſtici nuncupantur docti & ſapientes qui arcanas Theologiæ diſputationes erudite & ſubtiliter exponunt. Quo modo Serapion, ut meminit S. Hieronymus *de Script. Eccleſ.* ob elegantiam ingenii, cognomen *Scholaſtici* meruit. Alii etiam Patres pro egregie perito id nomen ſumunt. S. Paulus *epiſt. ad Severum*, *ſcholaſticis & ſecularibus literis Græce juxta ac Latine dives*. Sic Alcuinus lib. II. *contra Felic. Urgel.* Juvencum poetam vocat *doctiſſimum Hiſpaniæ ſcholaſticum*. Sed ut eas acceptiones omittam, quæ non ſunt hujus diſputationis, hæſit tandem ſcholaſtici appellatio in iis hominibus, qui fictas lites & controverſias declamabant, & in eorum etiam auditoribus, ut apud Senecam, Autorem *Dialogi de Orat.* alioſque: factumque eſt tandem, ut nomen in contemptionem venerit, iique dicti ſcholaſtici, qui in ſtylo & oratione ſcholam olerent & juvenilem quendam apparatum. Seneca pater *præfat. li.* III. *Controv.* de Albutio, *Timebat ne Scholaſticus videretur*. Sueton. de eod. *Declamavit vario modo*

splendide atque ornate, tum ne usquequaque scholasticus existimaretur, circumcise & sordide, & tantum non trivialibus verbis.

Diviniſſimus Paulus eos *Principes hujus ſæculi* vocat 1. *Cor.* II. ubi Theodoretus, *Principes hujus mundi appellat Sophiſtas, poetas, philoſophos & oratores, ut qui ex eloquentia, in hac vita ſint clari & illuſtres*: vel, ut ait S. Chryſoſtomus, intelligit φιλοσόφυς, ῥήτορας, λογογράφυς. Paulo ante idem Apoſtolus illis attribuit ὑπεροχὴν λόγυ ἢ σοφίας: quibus verbis Theodoretus ſignificari putat *eloquentiam & dicendi artem*: D. Hieronymus autem *pompaticum eloquentiæ ſermonem*.

Tractatores iidem nuncupati. Apud D. Auguſt. in libris nuper editis *adverſus Julian.* hæreticus ſanctiſſimum illum Doctorum vocabat *Tractatorem Pœnum*, hoc eſt, ut Vir Cl. Mænardus exponit, *Sophiſtam*. Et quidem paulo poſt eodem ſenſu ponitur, *diſputator Pœnus*. Sed hoc modo pertineret hæc appellatio ad Sophiſtas, captionibus & quæſtiunculis fallere ſolitos, de quibus actum eſt ſuperius. Unde *retractatus* apud Tertullian. in *Apologet.* ſubtiles ſunt diſputationes Sophiſtarum: *Eædem*, inquit, *materiæ apud hæreticos & Philoſophos volutantur, iidem retractatus implicantur*. Sed ex uſu Eccleſiæ, Tractatores etiam dicebantur viri eloquentes, qui in hominum cœtu bonis verbis ſententiam ſuam exponerent. Ita ſumit in *epiſtola ad D. Auguſtinum* Secundinus: *Et quamvis tractator multa dixerit, quæ teneat apud ſe auditor, tamen a tractatore non receſſerunt*. D. Cyprianus: *Sublimes materiæ ſublimium ingeniorum exigunt tractatores*. Petrus Chryſologus *ſerm.* XCI. *Vacat humanus ſermo, ſilet prædicatio tractatoris*: ubi Tractatorem vocat Evangelicum oratorem: ſive, ut appellat Concilium v. Oecum. Conſtant To II *Concil.* p.542. *eruditum ſermocinatorem*. Qua ratione etiam hoc nomen in Sophiſtas eloquentiæ doctores convenire poteſt. Ita ſane Caſſiodorus meo judicio ſumit VIII lib. *Var.* ep. XII.

CAP. III.

Sophiſtæ Rhetorici aut πλανῆται, hoc eſt, vagi & errones, aut ςαδιαῖοι, diutius videlicet uno in loco morantes. Eruditæ peregrinationes antiquorum. ἱςορῆσαι quid. χρυσῆ μανία. Cur vagarentur Sophiſtæ. περινοςοῦντες, φεύγοντες. Erratici. περιοδευτὰ in Jure qui. Pandectæ illuſtrantur. Errones etiam quidam poetæ. Heſiodus & Ælianus, conſenuerunt in patria.

EXPLICATIS nominibus eorum Sophiſtarum, qui eloquentiam humanitatemque tractabant, quæ fuerit eorum varietas, nunc videndum. Et occurrit mihi quidem imprimis diviſio, quam Themiſtius *Or.* IV. attulit: alios enim facit πλανήτας, *vagos & oberrantes*, alios ςαδιαίυς, *una in urbe commorantes*: de priori illo genere primo loco exponamus. Fuit hoc quondam illuſtrium ingeniorum proprium, ut multas urbes atque regiones inviſerent, & cum bona venia ſapientum, hoc utile & glorioſum eſſe putarent. *Peregrinationes*, ait Strabo *lib.* I. ſunt παρασκευαστικαὶ εἰς φρόνησιν, *ad conciliandam prudentiam valent plurimum*. Quæ cauſa fuit, Cur Poetæ, inquit, ſummos Heroas atque omnium præſtabiliſſimos canant ἀποδημήσαντας πολλαχῦ ἢ πλανηθέντας, *alia regna & longe poſitas nationes obeuntes*. Id maxime liberale opinatur Epictetus *lib.* III. apud Arrian. & naturæ hominum accommodatum, non ſtirpium more uno in loco hærere, ſed θέας ἕνεκα, *cognitionis gratia*, viſendi alias regiones cauſa obambulare: quod feciſſe inquit Ulyſſem quoque accepimus, qui

Πολλῶν δ᾽ ἀνθρώπων ἴδεν ἄςεα κ) νόον ἔγνω.
Multorum mentes hominum cognovit & urbes.

Et ante hunc, ferunt Herculem perluſtraſſe terras omnes, contemplantem injurias hominum, & obſervantem eos, qui æquitatem & jus colerent.

Ανθρώπων ὕβριν τε κ) εὐνομίην ἐφορῶντα.

Sed præſertim eos laude & hominum prædicatione commendari video, qui parandæ eruditionis cauſa, & honeſtatis, in alias ſe oras terrarum contulerunt. *Equidem ſoleo mirari*, ait Lactantius *lib.* IV. *cap.* II. *quod cum Pythagoras, & poſtea Plato, amore indagandæ veritatis accenſi, ad Ægyptios & Magos & Perſas uſque penetraſſent*, &c. In eo genere Solonem Plutarchus, aliosque reponit multos, qui πολυπειρίας ἕνεκα ἢ ἱςορίας *ad colligendam plurimarum rerum cognitionem*, ſunt diu atque multum peregrinati. Id qui facerent honeſtiſſimorum ſtudiorum cauſa, ἱςορῆσαι dicebantur. S. Chryſoſtomus explicans ea verba diviniſſimi Apoſtoli *Ep. ad Galat. Aſcendi Hieroſolymam ut viderem Petrum*, non dixit, inquit, ἰδεῖν, ſed ἱςορῆσαι Πέτρον, ὅπερ οἱ τὰς μεγάλας πόλεις κα) λαμπρὰς καταμανθάνοντες λέγυσι. Itaque Julianus adoleſcens, qui poſtea fuit Imperator, cum impias jam opiniones imbibiſſet, & de fato ipſo imperii Magos vellet, aliosque infandos homines conſulere, quos in urbibus eſſe Græciæ multos cognorat, honeſtiſſimam cauſam abeundi obtendit Conſtantio Imperatori, καθ᾽ ἱςορίαν τ̃ Ἑλλάδος, κ) τῶν ἐκεῖσε παιδευτηρίων, *ut Græciam ejuſque ſcholas viſeret*, ut ait S. Greg. Naz. *Or.* IV.

Non dubito quin Sophiſtæ multi eundem morem inſtitutumque tenuerint, quod ſcirent a totius antiquitatis luminibus adamatum, & doctorum hominum voce atque literis celebratum fuiſſe. Certe Eunapius in *Proæreſ.* Sophiſta & ipſe non de multis unus, illam hominum eruditorum cupiditatem, & viſendæ Græciæ ſtudium eleganter nominavit χρυσῆν μανίαν *auream inſaniam*. Deinde conſtabat eloquentia præſtantes & gloria viros, eam dicendi facultatem, quæ teneat animos, & mirabiles efficiat, non tam ex intimis penatibus hauſiſſe, quam per varia domicilia literarum ſparſam diſſeminatamque paraviſſe. Quare Nazianzenus Gregorius honeſtæ facundiæ ſpecimen, adoleſcens, primum Cæſaream, deinde in Palæſtinam, mox Alexandriam in Ægyptum, tandem Athenas ſe contulit εἰς συναγυρμὸν τῆς σοφίας, ut eruditus quidam ajebat, hoc eſt, ſapientiæ & doctrinæ coacervandæ cauſa, ut refert Gregorius Presbyter in *ejus Vita*. De ſe item memorat Themiſtius, ſtudioſe multas abs ſe urbes Græciæ perluſtratas, & longius quam Socratem peregrinando fuiſſe provectum, ut dives, & multiplici doctrinarum varietate locupletatus, Mnemoſynæ theſauros in alios deinde effunderet: ὑμῶν ἕνεκεν, *veſtra cauſa*, ſic enim auditores ſuos affatur *Or.* IV. πολλὴν γῆν ἐπῆλθον, κ) πολλὰς πόλεις μεγάλας τε κ) εὐδαίμονας, *terræ plurimum, plurimasque civitates obii, amplas illas atque magnificas*.

Non ſic autem vulgus Sophiſtarum, qui per urbes, non tam ſcientiæ, quam gloriæ parandæ cauſa, neque ut cæteris commodum utilitatemque adferrent, quam ut ſummas colligerent pecunias vagabantur. Inſtitutum id fuit primorum Sophiſtarum, a quibus ars & facultas novæ iſtius eloquentiæ, ad ſummum decus & hominum opinionem fuit evecta, de quibus ita Libanius *declam.* XXIX. *Protagoram, Gorgiam, Prodicum, Thraſymachum, alios Sophiſtas*, ὁ μισθὸς ἐπὶ πᾶν χωρίον εἷλκεν, ὥσπερ ὁ θαλλὸς τὰ πεινῶντα πρόβατα, *lucrum id omnia loca, ut pecudes famelicas ramus, trahebat.* Id quoq; Plato in *Protag.* memoriæ commendarat,

A a quo dicuntur Sophistæ *οἱ τὰ μαθήματα περιάγοντες κατὰ τὰς πόλεις, καὶ πωλοῦντες καὶ καπηλεύοντες τῷ ἀεὶ* (legerem *αὐτῶν*) *ἐπιθυμοῦντι*, *qui varias per urbes disciplinas venales circunferuntur, & cauponantes eis qui emere cupiunt*. Et in *Sophist.* definit Sophistam eum qui doctrinam nummis commutaturus urbes varias circuit. Hoc primum fecisse Prodicum ait Philostratus lib. I. *de Vit. Soph.* qui quæstuosas habens orationes, mirabilius elaboratas, *περιφοιτῶν τὰ ἄστη*, *lustransque civitates*, Orphei & Thamyridis in morem, omnium animos incredibili suavitate orationis lenocinioque mulcebat. Hunc igitur aliosque principes non exiguo nume-
B ro secuti sunt, qui hujusmodi auream messem obambulando colligerent.

Multi vero non tam pecuniam appetentes, quam gloriam, maximas civitates adibant, ut orationibus omnibus dicendi luminibus ornatis, & declamationibus exquisito artificio pictis & variegatis, sui admirationem excitarent, & facundiæ suæ vim industriamque proderent: quod Græci *ἐπίδειξιν ποιεῖσθαι* dicunt. Quare Theopompum *ἐπιδείξεις ποιούμενον* lustrasse omnes urbes Græciæ, autor est Photius. Et Synesius Dionem Chrysostomum ait per Italiam Asiamque multis in locis certatoriis sæ-
C pe declamationibus pugnavisse pro victoria, in *Dion.* De Sophista Ptolemæo Naucratite Philostratus *lib.* II. *Ad multas certe gentes profectus, & in plurimis civitatibus versatus, nullibi locorum gloriæ suæ jacturam fecit, neque expectatione sua minor unquam visus est*, sed *ὥσπερ ἐπὶ λαμπροῦ ὀχήματος τῆς φήμης*, *perinde ac illustri famæ vehiculo invectus, per civitates & oppida transivit*. Atque hi quidem tametsi popularis auræ captatores, & nimium gloriosi, tamen audiebantur, & curiosum adolescentum ingenium dicendique amorem excitabant.

Aliud fuit vagorum Sophistarum genus, qui nec
D ita a doctrina comparati, & opibus inhiantes, nil præter vanas pollicitationes, & pictæ tectoria linguæ adferebant. Quos *πλανήτας* per oppida vagantes insectatur *oratione* sua I. Themistius, quos etiam *ἐν τῇ πόλει περινοστοῦντας* vocat, *in civitate oberrantes*, Isocrates in *laud. Helen.* *φθέγγοντας* *errones* Sophistas. Sic Agellius *lib.* IX. palliatum quendam Sophistam illusum ab Herode Attico, *erraticum hominem* vocat. In Jure dicuntur *περιοδευταὶ*, sic enim est *D. de excus. l.* 6. *Grammatici, Rhetores, Sophistæ, Medici qui περιοδευταὶ vocantur, &c.* Ubi quidam (ut Cujacius *in eum loc.*) eam vocem tantum ad Medicos referunt, qui domos circum-
E cant: mihi verisimile est, referri etiam ad alios posse, & maxime ad Sophistas: quare Antoninus Augustinus ibi vertit *circumforaneos*, vulgatus Interpres *circuitores*. Favet omnino Seneca *epistol.* LXXXVIII. qui *circulatores Sophistas* nominat, qui philosophiam vendant. Idem de Appione Grammatico, *qui sub C. Cæsare*, inquit, *tota circulatus est Græcia*. Alias *circulantem Sophistam* nominat: *Sic habe istam vim dicendi rapidam atque abundantem, aptiorem esse circulanti: περιοδευτὴν* mihi sane videtur pingere, vagum & erronem declamatorem. Sic etiam in Concilio Laodiceno *Can.* LVII. *περιοδευταὶ*, certum genus veluti Epi-
F scoporum dicuntur, *διὰ τὸ περιέρχεσθαι, μὴ ἔχοντες καθέδραν οἰκείαν*, quod huc illuc continendis in officio fidelibus vagentur, nec ullibi propriam sedem cathedramque habeant, ait Zonaras. Gregorius Tholosan. lib. XV. *Syntagm. Jur.* nominat *ambulatorios*, & ut vulgo, inquit, vocantur, *portativos Episcopos*. In Concilio Provinc. Constantinopolit. sub Leon. Pap. I. To. II. *Concil.* nominantur *Viatores*. In Jure quoque interpretando fuisse homines erraticos & circulantes intelligimus, quos edicto suo Justinianus *Præf. D.* repressit. *Audivimus*, inquit, *in Alexandrina splendidissima civitate, & in Cæsariensium, & in aliis quosdam imperitos homines devagari, & doctrinam discipulis adulterinam tradere*, &c. Hinc eleganter Ausonius *vagantem operam* dixit de Rhetore, qui varias urbes lustrans eloquentiam docuerat, *de sedat. Rhet.*

Quumque vagantem operam divisæ impenderis urbi.

Etiam inter *poetas* similes quidam Sophistarum, qui honoris aut divitiarum cupiditate vagi esse voluerunt. Euripides in Macedoniam, Æschylus & Simonides Syracusas ad Hieronem profecti sunt. Homerus *ἀποδημήσας ἐπὶ μακρότατον*, ut ait Pausanias in *Attic.* *τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς ἕνεκα*, *in ultimas terras peregrinatione suscepta, non regum familiaritatem, ut alii poetæ, appetiti, quod potentium hominum opes posthaberet gloriæ, quàm sibi apud omnes gentes maximam comparavit.* Contra Hesiodus *ὄκνῳ τῆς πλάνης*, ut est apud eundem Pausaniam, *cum varios eos cursus erroresque defugeret*, maluit in patrio solo consenescere. Ælianum Sophistæ nomen commeritum, ea quoque ratione quidam laudaverunt, quod e patria nunquam excesserit. Hujusmodi vero hominem, qui nunquam solo natali relicto peregrinatus fuerit, significantes Ægyptii, Onocephalum pingebant, quia ut ait Horus in *Hierog.* *οὐκ ἀκούει τινὸς ἱστορίας*, &c. nec ullam audit historiam, neque novit quæ apud exteras gentes fiunt.

Cæterum cum hic quoddam genus Sophistarum, Themistium secutus, nominavi *πλανήτας*, vagos & errones; eos præsertim intelligi volo, non qui variis in urbibus docuerint a republica evocati, vel delecti a principibus, aut sponte in ea industria occupati, quales multos fuisse meminimus summis honoribus ornatos, sed qui ad exiguum tempus circumerrabant, aut quærendarum opum causa, quas sæpe inanissimis pollicitationibus aucupabantur, cum se nova & hactenus inusitata & mirabilia docturos promitterent, aut ut ingenium & eloquentiæ magnitudinem ostentarent, tum prompta & subita dictione, tum etiam meditata: aut denique ut cum Sophistis, qui in illis civitatibus morarentur, publica declamatione certarent. Hoc ultimum eodem orationis cursu hic illustremus.

CAP. VI.

Vagorum Sophistarum concertatoriæ declamationes: ἐπαγγέλλειν ἀκρόασιν, ὑπόθεσιν. Niger e Sophistico certamine interiit. Victi abjecti, victores lætitia efferebantur, plausu & aliis honoribus excepti. Cur jucunda sit hominibus ἐρωτικὴ, ex Aristotele.

SOPHISTÆ, quos paulo ante vagos nominabamus, si quam scirent pulcherrimam civitatem curiosis hominibus abundantem, a studiis humanitatis minime alienam, theatrum esse opinabantur ingenio suo dignum, in quo laxis facundiæ habenis volitarent. Eo igitur se conferebant, & cupide etiam excipiebantur a multis, qui peregrinis auditionibus inhiantes, velut avidam sitim explere cupientes, hauriebant nova & admirabilia Sophistarum. Statim vero atque in aliquam urbem venissent, ingens adolescentium numerus affluebat, si præsertim alicujus nominis foret Sophista, de quo prius quidpiam inaudiissent. Id Themistius perspicue significavit, *Or.* IV. *καὶ τριβωνίου παραφανέντος, ἐκκρέμανται εὐθὺς*,

ὥσπερ τῆς λίθου τὰ σιδήρια. *Nam ſimulatque Sophiſticum pallium aſpexerint, ſtatim ex eo veluti ex magnete ferramenta dependent*. Si nullus præterea eſſet in urbe Sophiſta, vel ex tempore pro animi ſui arbitrio diſputabant, eaque re promptam & expeditam linguæ volubilitatem oſtentabant, vel ἐπίδειξιν in aliud tempus opportunum pollicebantur. Hoc expreſſum videmus in Apulejo Pœno, qui cum veniſſet Carthaginem, *Florida* illa ſua habuit omnibus veneribus illuminata, muſeo lepore tincta, ſumma induſtria meditata. Alias autem ad extemporalem dictionem invitatus, *De genio Socratis* ſumma laude varietateque diſſeruit. In iis autem orationibus, vel urbem, in qua tum loquebantur, exquiſito præconio exornabant, vel de ſuo ingenio atque ſtudio, & multiplici eruditione gloriabantur, alioſque deprimebant. De primis autoribus Sophiſtarum loquens Socrates, apud Plat. in *Apolog. Gorgias*, inquit, *Leontinus, & Prodicus Ceus, & Hippias Eleus ad ſingulas profecti civitates, adoleſcentibus, quibus liceret in patria ſuorum ſe civium diſciplinæ gratuito commendare, perſuadent ut ſe aliorum diſciplina relicta ſectentur*, &c.

Quod ſi in iis locis ad quæ diverterent, eſſet aliquis doctor humanitatis & eloquentiæ, quem docta pubes ſequeretur, illi ſubito declamationem indicebant & dicendi certamen: Græci id dicunt μελέτην ἐπαγγέλλειν, vel ἐπαγγέλλειν ἀκρόασιν σχεδίου λόγου, item ὑπόθεσιν αἰτεῖν, & προβάλλεσθαι ὑποθέσεις. Philoſtratus etiam habet ἀποδύεσθαι τ̃ ὑπὲρ μελέτης ἀγῶνα πρὸς σοφιστὴν, *inſtituere, ſuſcipere, aggredi, vel indicere certamen declamationis*. Plutarchus vocat σοφιστικοὺς ἀγῶνας πρὸς ἅμιλλαν ἐπιδεικτικὴν, *Sophiſticas concertationes ad oſtentationem comparatas*: & alio loco dicit eas fieri ὑπὸ δόξης καὶ φιλοτιμίας, *propter gloriam & ambitionem*. Exempla ſunt apud Philoſtratum in *Vitis Sophiſtarum* plurima, de Marco Byzantio, Polemone, Dionyſio, Herode Attico, aliis; & præſertim morem hunc luculenter expreſſit, in *Alexandro Peloplatone* Sophiſta, qui fuit apud Antoninum Imperatorem gratioſus. Hic cum Athenas aliquando veniſſet, ſubito civium motus factus eſt, ἐρώντων αὐτῷ τ̃ ἀκροάσεως, *qui cupidi eſſent illius audiendi*: ſubito ipſe ἐπήγγειλε τοῖς Ἀθηναίοις αὐτοσχεδίους λόγους, Philoſtr. lib. II. *de Vit. Sophiſt*. Habuit orationem quæ laudes urbis continebat, & purgationem apud Athenienſes, quod nunquam antea ad ipſos acceſſiſſet. Tum progreſſus ad μελέτην, quam propoſuit Herodi Attico primario tum Athenis Sophiſtæ, quem juventus omnis ſequebatur, optionemque dedit, ut vel ipſam audiret, aut exhiberet alteram.

Cæterum qui eſſet ea ratione provocatus ad declamandum, non potuit ſine famæ & exiſtimationis ſuæ detrimento id defugere; unde non levia incommoda ſequebantur, & interdum quidam in ea re ſunt immortui. Cui rei illuſtrandæ brevem narratiunculam e Plutarcho *de ſanit. tuend.* ſubjiciam: qui cum doceret periculoſam eſſe vocis contentionem poſt cruditatem & defatigationem, & plurimis id Rhetoribus Sophiſtiſque ſolere contingere, ſic narrat. *Oratoriam artem in Galatia docens Niger forte fortuna ſpinam piſcis deglutiverat, cum ſubito foris ſupervenit alius quidam Sophiſta, & declamare cœpit. Ibi Niger ne ſilentio ſuo concedere palmam videretur metuens, etiamnum ſpina in faucibus hærente declamavit & ipſe. Sed inde inflammatione gravi exorta paucis poſt diebus interiit*.

Qui victi fuiſſent, anteactæ vitæ gloria, dejectionem animi ſui & mœrorem ſolari conabantur: πολλοὶ τ̃ σοφιστῶν, ait Iſidorus Peluſiota, lib. II. *Ep.* ἐκ τ̃ προϋπαρξάσης εὐκλείας τὰς συμβαινούσας ἥττας περιστέλλειν πειρῶνται. *Multi Sophiſtæ per eam gloriam, quam prius adepti ſunt, detrimenta ea, in quæ poſtea victi incidunt, obtegere conantur*. Et quidem victos in diſputationibus Sophiſtas, non eſſe penitus rejiciendos, Ariſtot. II. *Rhet.* cap. XXIII. cum diſputat de argumento a pari, ſignificat hoc exemplo: *Si neque Imperatores ſunt mali quod vincuntur ſæpe, neque Sophiſtæ*. Itaque Ariſtippus, cum aliquando in diſputatione Sophiſtica, fraude circumventus ab audaci & veteratore fuiſſet, eumque exultare, & inſolentius efferri conſpiceret, *Ego quidem abeo*, inquit, *ſuavius te qui me refelleris dormiturus*, Plutar. lib. de *prof. virt*. Simulabat ille B ſorte animi æquitatem, qua minime perfruebatur. Sane quoſdam impatientius id tuliſſe meminimus, de Priſco ſic Eunapius *de Vit. Phil. Ajebat in diſputationibus victum non miteſcere magis, quam qui veritatis vim oppugnet, & voluptatibus corporiſque delitiis fractum efferari, ac rationis literarumque hoſtem pariter & philoſophiæ oſorem evadere: eam ob cauſam plerumque dicere ſuperſedebat*.

Jam vero qui viciſſent, nimio ſcilicet opere triumphabant ſui præcones mirifici, & genio indulgentes ſuo. Nam ut veriſſime dixit Ariſtoteles lib. I. *Rhet.* cap. II. τὸ νικᾶν ἡδὺ, *vincere ſuave &* C *jucundum eſt*, quod victoria excellentiam quandam ſignificet, & in hominum animis concipiatur quædam opinio de ſe magnifica, qua cæteris ſe præſtare putant. Quare, ut ibidem ait Philoſophus, tam jucundæ ſunt hominibus ἡ δικανικὴ καὶ ἐριστικὴ, *forenſes & Sophiſtæ concertationes*, quod ubi ſit contentio, ibi quoque victoriam conſequi oporteat; qua ſuperiores gaudent, & ii maxime, qui diu atque multum in iis ſtudiis verſati ſunt. Hinc perſpicuum eſt quantis lætitiis & voluptate inceſſerint contentioſi & acuto præditi ingenio Sophiſtæ, qui operam induſtriamque poſuiſſent in tortuoſis concluſiunculis ediſcendis: vel qui ſtudio eloquen- D tiæ florentes, quoddam veluti regnum Declamationum tenebant. Certe victores plauſu fuiſſe exceptos ait Iſocrates in *Panathen. Lecta*, inquit, *eſt oratio & laudata, & cum plauſu excepta*, καὶ τετυχηκὼς ἦν ὧνπερ οἱ κατορθοῦντες ἐν ταῖς ἐπιδείξεσι, *& ea conſecuta omnia quæ ſucceſſum declamationum ſequuntur*. Sed mirabilius quod de Sophiſta Proæreſio victore meminit Eunapius in *ejus Vita*. *Cuncti qui aderant*, τὰ στέρνα τοῦ σοφιστοῦ περιλιχμησάμενοι καθάπερ ἀγάλματος ἐνθέου, &c. *Circumlambendo Sophiſtæ pectus velut ſimulachrum alicujus Dei, alii pedes, alii manus deoſculabantur: nonnulli Deum, quidam Mercurii eloquentiæ præ-* E *ſidis typum nominabant*.

CAP. V.

Declamationes ad pompam ſeu ἐπιδείξεις *Sophiſtarum*. Δείξεων *hora*. Ἐπιδεικτιᾶν. Πανηγυρίζειν. *Oſtentatio. Frivola jactatio. Dicere populo*. Ἀκροάσεις *quid: Eæ aut publicæ, aut privatæ*. Ἐρανικαὶ ἀκροάσεις. ἐπιδείξεις ἔμμισθοι. *Prodici* ἐπίδειξις πεντηκοντάδραχμος. *Sophiſticus ille mos damnatus Quid in Jure oſtentatio vulgaris*.

DICTUM olim fuit eleganter a Lucilio,

F *Scire eſt neſcire, niſi id me*
Scire alius ſcierit.

Sapiens poeta naturæ ipſius venam attigit, quæ lenocinio quodam honoris & gloriæ, ſi quid forte prædicandum videatur, neſcit tegere, ſed in aperta potius luce ponere, atque venditare geſtit. Ea cauſa fuit olim commune hoc artificum, adhibere δείξεις ſuarum artium in civium luce & conſpectu, ut propter in eo genere præſtantiam, commendationem in vulgo haberent. Id feciſſe quidem poetas Rhapſodos ait Athenas *lib.* XIV. *Lyſanias*

inquit, *primo lib. de Jambicis poetis scribit, Mnasionem rhapsodum* λέγειν ἐν ταῖς δείξεσιν, *ostentationis gratia cum sui specimen ederet, jambos quosdam e Simonide recitasse*. Tempus autem τῶν δείξεων fuisse πληθούσης ἀγορᾶς, cum nimirum frequentissimus fuit hominum cœtus in foro, idem scriptor lib. VI. prodit, apud quem ita Cynulcus; *Si ad sermones audiendos invitatus fuissem, non ignorabam veniendum fuisse* πληθούσης ἀγορᾶς, *pleno foro;* οὕτως γὰρ τις τῶν σοφῶν τὴν τῶν δείξεων ὥραν ἐκάλει, *tempus enim harum ostentationum, ac disputationum, sapiens quidam ita vocabat*. Hac in re non postremi fuere Sophistæ, imo omnium acerrimi, qui usque adeo se nihil scire putabant, nisi eos scire, alii scirent, & laudibus & commendatione prosequerentur.

Prodibant igitur in publicum, & concinna quapiam oratione omni artificio composita, ingenii sui lumen, & singulare eloquentiæ decus venditabant. Id a Græcis ἐπίδειξιν ποιεῖσθαι dicitur, & ipsa declamatio ἐπίδειξις, hoc est, Sophistica recitatio, & oratio ad pompam & ostentationem comparata. Dionysius Longinus περὶ ὕψους, vocat τὰ πομπικὰ ῥητόρων, Isocrates *or. de Big.* ἐπίδειξιν παιδεύσεως. Apud S.Gregorium Nazienz. *carm.de vit.* est λόγους δεῖξαι, in munere Sophistico eloquentiæ specimen dare: Hinc Sophistæ dicti ἐπιδεικνυμέναι & ἐπιδεικνύμενοι, cum theatro convocato eloquentiam suam promunt & ostentant, ut Æschines apud Rhodios ἀνέγνω τε τοῖς Ῥοδίοις τὸν κατὰ Κτησιφῶντος λόγον ἐπιδεικνύμενος, ait Plutarchus in *Æsch.* Hinc etiam gloriolæ aucupes, qui omnibus in rebus venditare se magnifice cupiant, dicti a Græcis ἐπιδεικτιᾶν καὶ φωνητιᾶν. In Sophistis illud idem fuit πανηγυρίζειν, ut apud Aristidem *To.* III. *Or.* III. εἰ μὲν οὖν κεχαρισμένον τινὰ ἀκοῦσαι λόγον ζητεῖτε, ὥσπερ ἡνίκ' ἂν πανηγυρίζων τυγχάνω. *Si igitur elegantem & jucundam aliquam speratis vos orationem audituros esse, quemadmodum cum in conventibus publicis dico ad pompam*. Παρελθεῖν ἐς λόγων ἐπίδειξιν, ait Philostratus. Latini τὴν ἐπίδειξιν proprie vocant *Ostentationem*. Quintilianus *lib.* IV. *cap.* III. de Egressionibus disputans, in aliquem lætum ac plausibilem locum quam maxime fieri possit favorabiliter excurrere, ait in forum venisse ab *ostentatione declamatoria*, hoc est, a Sophistarum epidixi. Et *lib.* II. *cap.* X. *Si vero in ostentationem compararetur declamatio*, &c. Et paulo post, in eo genere ait permitti adhibere plus cultus, omnemque artem non confiteri modo, sed *ostentare* etiam hominibus in hoc advocatis. Macrobius *eloquentiæ ostentationem* nominat lib. I. *Saturn.* Seneca filius *ep.* LIX. *studiorum liberalium vanam ostentationem*. Seneca parens *præfat.* lib. V. *Controv. frivolam jactationem*. *Labienus orator*, inquit, *declamare audiente populo, turpe & frivolæ jactationis putabat*. Et *præf.* lib. IV. *Votienus Montanus adeo nunquam ostentationis declamavit causa*. Dicebatur quoque *venditatio*. Cicero *Tusc.* II. *Mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ sine venditatione, & sine populo teste fiunt*. Illustrius Autor ad Heren. Cornific. *lib.* II. *Comparata*, inquit, *oratio artificii significandi, ingeniique venditandi, & memoriæ ostentandæ causa*. Sic Plinius major *lib.* XXIX. *cap.* I. *scientiæ venditationem* nominavit, M. Tullius *Rhetorum pompam*, Seneca *ep.* XXXVIII. *disputationes præparatas & effusas audiente populo quæ strepitum habeant*. Latini id ipsum quoque aliquando vocant *dicere populo*, hoc est, ἐπίδειξιν ποιεῖσθαι. Seneca senior *præfat.* lib. III. *Contr.* de Albutio. *Per totum annum quinquies sexiesve populo dicebat*. Idem *præfat.* lib. IV. *epitom.* est *declamationem populo committere*: apud eundem in *epitom. Contr.* de Asinio Pollione, *Ille triumphalis senex* ἀκροάσεις *suas nunquam populo commisit*. Ubi notanda vox ἀκρόασις, quæ apud Latinos æque ac Græcos susceptam publice disputationem & ad pompam declamationem significat: diciturque aliquando ἀκρόασις ἐπιδεικτική, aliquando σοφιστική. Phavorinus apud Agellium *lib.* II. *cap.* XXII. *Rationes omnium vocabulorum effudissem, nisi multa jam prorsus omnibus vobis reticentibus verba fecissem, quasi fieret a me* ἀκρόασις ἐπιδεικτική. Sic apud Lucianum in *Prometh.* tempus consumere εἰς ἀκρόασιν σοφιστικὴν, *in declamationem Sophisticam*. Suetonius *de illust. Grammat.* de Crate Mallote, *Plurimas* ἀκροάσεις *subinde fecit, assidueque disseruit*. Ἀκροάσεις vocat declamationes, publicas disputationes, illustriores expositiones multis audientibus. Quare quod vulgo vertunt librorum Aristotelis inscriptionem, περὶ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως, *Physicæ auscultationis* libros, mallem omnino *disputationes de natura* dicere, vel *scholas*, eo videlicet modo, quo Cicero *Philosophorum scholas* nominat eruditas eorum disputationes. Est tamen interdum ἀκρόασις idem quod auditorium, vel audientium cœtus. D. Chrysost. *hom.* IX. ad pop. Antioch. Propterea, inquit, non sentio dicendi laborem, τῷ τῆς ἀκροάσεως κουφιζόμενος κέρδει, *auditorum lucro relevatus*.

Porro Sophisticæ ἀκροάσεις, sive ἐπιδείξεις, aut publicæ fuerunt, aut privatæ: harum meminit Plato, cum Prodicum ait ἰδίᾳ ἐπίδειξιν ποιεῖσθαι, hoc est, domi & privatim apud suos venditandæ eloquentiæ causa dicere. Et doctissimus Greg. Naz. de ostentatoribus Sophistis loquens, *carm. de Vita sua*:

Τῶν μὲν γὰρ εἰσιν εἰς ἐπίδειξιν οἱ λόγοι,
Ἐν μειρακίσκων συλλόγοις καὶ πλάσμασιν.
Horum enim ad ostentationem est oratio,
In cœtibus adolescentium atque fabulis.

De publicis illa sunt Philostrati in *Prodic.* ἐπίδειξιν ἐποιεῖτο Πρόδικος περιφοιτῶν τὰ ἄστη, *Prodicus specimen eloquentiæ suæ dabat lustrans civitates*. Præterea in iisdem Sophistæ aut captabant tantum gloriam, nominis famam, ingenii commendationem, aut lucellum ab unoquoque audientium repetebant: quales nominatæ fuerunt ἐρανικαὶ ἀκροάσεις, vel ἐπιδείξεις ἔμμισθοι. Sic Athenion Sophista dicitur apud Athenæum *l.* V. ἐρανικὰς ποιησάμενος ἀκροάσεις. Menander apud eundem *l.* VI. huc alludens, Μικρὰς τίθημι συμβολὰς ἀκροώμενος. *Symbolam ego exiguam pro auscultatione hac conferam*. Laert. *l.* II. Æschinem ait Socraticum ἐμμίσθους ἀκροάσεις ποιεῖσθαι: vertunt (Illustrius *de Phil.*) *auditores sibi mercede quæsivisse*: obscure dictum; nam mercede quærit auditores, qui dat sportulas ut Itali recitatores, aut frumentum ut Themistius: Æschines autem non dabat, sed accipiebat mercedem. Prodicum ferunt exhibere solitum ἐπίδειξιν πεντηκοντάδραχμον, cujus meminit Aristot. lib. III. *Rhet.* c. XIV. ita nominatam, quod qui eam declamationem audirent, pendere drachmas quinquaginta consueverint. Plato qui rem eandem memorat in *Cratyl.* ea causa δραχμιαίαν ἐπίδειξιν nominavit. Suidas de Prodico: Hic primus τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν ἐποιήσατο. Mirificam sane fuisse necesse est, planeque auream illam Cei oratoris declamationem, pro qua singuli qui adessent, quatuor nostros coronatos & regales præterea Ibericos duos pendere debuerunt: hanc enim summam, si nostri ævi numerandi rationem intueamur drachmæ illæ quinquaginta efficiunt.

Cæterum Sophistas habuisse frequentes olim ἐπιδείξεις, e Cæsare Juliano facile intelligas, qui eos propter usum & consuetudinem istiusmodi orationem promptissimos & audacissimos ait fieri ad dicendum, *paneg.* I. περίεστι γὰρ αὐτοῖς, inquit, ἐκ τῆς τοῦ λέγειν μελέτης, καὶ τῆς πρὸς τὰς ἐπιδείξεις συνηθείας τὸ θαρσεῖν ἐν δίκῃ. Et tamen hoc institutum sententiis suis viri omnium gravissimi repudiaverunt. Epictetus imprimis in *Enchir.* ut reipub. literatæ Censor, minime adeundas ἀκροάσεις ἐπιδεικτικὰς

monebat, hoc enim est illius sapientis effatum, εἰς ἀκροάσεις τινῶν μὴ ἧκε, μηδὲ ῥᾳδίως πάρισθι. *Ad recitantes pompamque Sophistarum, ne accede, neque bis facile intersis*. Sane ab illa venditatione & jactatione populari alienus maxime fuit Isocrates: εἶχε δ' ἀλλοτρίως πρὸς ἐπίδειξιν, *refugiebat ostentationem*, ait Plutarchus in X. *Rhet*. Synesius pulchre & sapienter *de don. Astrol*. τὸ κηρύττειν ἑαυτὸν καὶ πάντα ποιεῖν ὑπὲρ ἐπιδείξεως, οὐ σοφίας, ἀλλὰ σοφιστείας ἐστί. *Præconem sui esse, atque ad pompam & ostentationem facere omnia, non sapientiæ est, sed Sophisticæ versutiæ*. Denique leges quorundam in ea re licentiam inanitatemque represserunt: nam cum viderent Imperatores, etiam Romæ, quosdam os suum publice ostendentes, venditantesque facundiam, qui tamen in numero professorum minime censerentur, sic edixerunt *Cod. de stud. liberal. l. unic. Universos qui usurpantes sibi nomina magistrorum, in publicis magistrationibus cellulisque collectos undique discipulos circumferre consueverunt, ab ostentatione vulgari præcipimus amoveri*, &c. Ubi *ostentationem vulgarem* Glossæ male interpretantur *conversationem cum laicis*: doctior quidam Interpres ad marginem, *Ostentationem vulgarem* dici ait, *quam vulgus ambit atque affectat*. Putem ego intelligi declamationem publicam ad illiciendos adolescentes accommodatam, aut publicam docendi functionem: quæ quia Capitolini auditorii dignitatem splendoremque potuit imminuere, dominorum lege prohibetur.

CAP. VI.

Ἐπιδείξεις Sophistarum in Olympiis. Ὀλυμπικοὶ λόγοι. Is conventus ad conciliandam famam idoneus, ubi etiam παιδεύσεως ἆθλα. Philosophi quoque in eo se ostentabant. De quibus rebus Olympicæ orationes. Locus in quo vulgo habebantur. Philostratus emendatus.

DIONYSIUS Halicarnasseus in Panegyricis dominari maxime eloquentiam prodit ἐν τέχ. quod in eorum quæ exponuntur varietate & copia, late patens veluti aperiatur stadium, in quo possit disertorum hominum ubertas elegantiaque excurrere. Id præstanti vir ingenio & sapientia Gregorius Nyssenus vidit, & divinitus exposuit *de infant*. ad Hierium scribens virtutum omnium splendore collucentem: σοὶ μὲν, inquit, πάντες σοφισταί τε καὶ λογογράφοι τὴν τοῦ λέγειν πάντως ἐπιδείξονται δύναμιν, οἷόν τινι σταδίῳ τῷ πλάτει τῶν σῶν θαυμάτων ἐνδιαθέοντες. *Dicendi quidem vim, qua quisque præditus fuerit, Sophistæ omnes & rerum scriptores facile tibi, veluti in stadio quodam, per amplitudinem admirabilium tuorum facinorum discurrentes, utique demonstrabunt*. Subdit rationem, quod eximium & copiosum dicendi argumentum dicendi peritis & eloquentibus propositum, quasi in altum attollere soleat una cum rerum magnitudine & magis quodammodo sonoram & grandiloquam efficere orationem. Itaque non mirum si avidi laudis & gloriæ Sophistæ, qui venditare facundiam suam vellent, ad hoc genus ἐπιδείξεων & panegyricas orationes cupide se contulerint. Quod eorum studium perspicue declarat Isocrates, qui *Panegyricum* scribens ipse, *Non sum nescius* inquit, ὅτι πολλοὶ τῶν προσποιησαμένων εἶναι σοφιστῶν, ἐπὶ τοῦτον τὸν λόγον ὥρμησαν, *eos qui se nominari Sophistas volunt, hujusmodi argumentum solere arripere*.

Fiebat autem illud maxime in Olympiis, & totius Græciæ celebritate, ubi idem Isocrates *Or. de Bigis*, ait fieri ἐπιδείξεις πλούτου, καὶ ῥώμης, καὶ παιδεύσεως, *opum, virium, eruditionis*, præsertim eloquentiæ, quam Athenienses incredibili semper studio coluerunt. Atque adeo in *Panegyr*. ait præmia in iisdem

A certaminibus fuisse proposita, non modo τάχους καὶ ῥώμης, ἀλλὰ καὶ τῶν λόγων, *celeritatis & virium, sed facundiæ quoque & literarum*. Primi igitur & parentes aliorum Sophistæ eos conventus adibant, ut luminoso aliquo panegyrico, & omnis eloquentiæ flosculis redimito se ostentarent, & famam sui nominis emererentur. Qui id fecerit princeps nominatur Gorgias, cujus meminit ἐπιδείξεως D. Hieron. lib. I. *in Jovin*. scriptoresque alii multi, ubi dicitur ξενίζοντι τῷ λόγῳ, ut cum Siculo Diodoro loquar, inaudito genere orationis, omnes in admirationem sui rapuisse. Ejus orationis gemmeum veluti exordium in ipsa ara æternitatis docti homines inscribi

B voluerunt; plures enim meminere, ut Aristoteles in *Rhet*. ut Fabius Quintil. *lib*. III. *cap*. VIII. & alii: idque Majorum laudem continuisse dicunt, quod eos conventus sapientes instituissent. Antiphon & Hippias antiquissimi quoque Rhetores, demulsere Græciam in Olympiis, ut ait Philostratus; quos secuti recentiores, in solennibus illis Græcorum certaminibus, sibi decus & nomen quæsierunt. Hinc inscriptæ orationes Ὀλυμπικοὶ λόγοι, παναθηναϊκοὶ, & πανηγυρικοὶ, ut Rhetor monuit Hermogenes lib. II. *de Form*. fuitque Sophistis in eo genere propositum, heroum laudes celebrare, commendare patriam, suadere concordiam, excitare omnes

C ad tuendam dignitatem, barbarosque subigendos. Qua in re quantum eloquentia & copia dicendi valuerit, perspicuum est, & Aristides eloquentissimus inter Sophistas, cujus opera sunt in manibus, asseruit *To*. III. ἔτι γὰρ μᾶλλον αἱ πανηγύρεις καὶ τὰ τῆς εἰρήνης χαρίεντα τοῦ παρ' αὐτῆς (ῥητορικῆς) κόσμου προσδεῖται. καὶ νὴ Δία αἱ τῶν θεῶν τιμαί, &c. *Conventus enim solennes, & pacis festivitates, magis etiam ejus*(Rhetoricæ) *ornamentum requirunt, atque etiam Deorum & heroum honores, & quæ præclaris viris, jure debentur laudes. Hæc enim omnia pervadit & exornat, ubique æque decora*, &c. Itaque ipse Aristides,

D qui tempore M. Antonini Imperatoris viguit, ἐπίδειξιν habet ad Græciæ civitates: & de Hippodromo Sophista Larissæo, qui iisdem temporibus eloquentiæ ludo præfuit Athenis, ita Philostratus lib. II. *de Vit. Soph. Non neglexit ire* ἐς τὰς τῶν Ἑλλήνων πανηγύρεις, ἀλλ' ἐθάμιζεν ἐς αὐτάς, ἐπιδείξεων ἕνεκα, καὶ τοῦ μὴ ἀγνοεῖσθαι. *Frequentavit Græca solennia speciosarum recitationum causa, atque ut notus esset omnibus*. Nam inter ea quæ fiebant in Olympiis, numerat Apollonius Tyaneus apud Philostratum in *Vit. Apoll*. lib. VIII. cap. VII. σοφίσματα, διαλέξεις, τέχνας πλείστας, additque: τὰ γὰρ τῶν σπουδαίων σπουδαιότατα, καὶ τὰ τῶν ἐλλογίμων ἐλλογιμώτατα ξυγκαλεῖ πανήγυρις καὶ ξυνοικίζει. *Studiosorum enim studiosissima quæque, & elegantium elegantissima,*

E *in unum cogit & cumulat panegyris*.

Latere igitur nemo potuit doctus, & mirabili quodam eloquentiæ genere ornatus, in communi illo theatro Græciæ, vel potius orbis terrarum: adeo verum est quod ait Suidas, *in* Ἰώβ, Olympia Ἑλληνικοῖς διακομπάζεσθαι λόγοις, *gloriosis & arrogantibus Græcorum sermonibus celebrari consuevisse*. Nec fuit postrema laus Sophistarum in Olympica illa penegyri & celebritate, quam Strabo *lib*. VIII. nominat *sacram & omnium maximam*, exqui-

F sito aliquo artificio & dicendi suavitate coronam oblectavisse. Hinc poeta Græcus Antipatrum oratorem commendans, petendum esse testimonium laudis a communi Græciæ cœtu dicit, ubi ille quondam eximium florem orationis, & ingenii vim ostentasset, *Anthol*. lib. III.

> Ἀντιπάτρου ῥήτορος, ἐγὼ τάφος. ἡλίκα δ' ἔπνει
> Ἔργα, Πανελλήνων πεύθεο μαρτυρίης.

Nec Philosophi hujus laudis expertes esse voluerunt, sed venditabant sese in Olympiis, & in omnium luce volitare cupiebant. De Empedocle

docle Laertius *l.* VIII. *Quando*, inquit, *ad Olympia veniebat, in se cunctorum vertebat ora, ut nullius in communi hominum sermone tanta quanta Empedoclis fieret mentio*. Apollonius quoque Tyaneus qui Pythagoreo instituto quinquennium totum siluit, os tamen aperire in Olympiis, gloriolamque voluit captare dicendo.

In ea pompa dicentium, de variis quidem agebatur rebus, sed vulgo de Concordia civitatum, ut paulo ante attigimus; quales orationes fuere Gorgiæ, Antiphontis, Aristidis *περὶ ὁμονοίας*, Apollonii *περὶ κοινωνίας*: vel majorum inclyta facinora prædicando memorabant; quod esse munus poetarum, *καὶ λογίων* & Oratorum vel Sophistarum, ait Pindarus *Nem.* od. VI. & Isocrates in *Panegyrico*, qui tamen tam illustria parentum facta tot & tanta esse dicit, ut nullus unquam *μήτε ποιητῶν, μήτε σοφιστῶν* sit eorum magnitudinem celebrando assecutus. Vel denique e media sapientia depromebant, quod lumine orationis vestirent. Sic Musonius Tyrius, & Herodes Atticus Sophista, qui sub Adriano Imperatore docebat eloquentiam, in Olympiis multa eximie dixerunt *περὶ μεσότητος*, *de laude mediocritatis*. Sophus Tyaneus in Olympiis disseruit *περὶ σοφίας τε, καὶ ἀνδρείας, καὶ σωφροσύνης*, &c. ut ait Philostratus in *ejus Vita*, lib. IV. cap. X.

Locus autem unde hujusmodi orationes haberentur, fuit ut plurimum gradus templi Jovis Olympici. Sophista Lemnius in quadam *epistola* de Gorgia, *Ὀλυμπιάσι διελέχθη κατὰ τῶν βαρβάρων ἀπὸ τῆς τοῦ νεὼ βαλβῖδος*: ubi Interpres non sat commode meo judicio vertit *e templi repagulis*; *gradus* maluissem dicere aut *crepidinem*: nam quæ hic *βαλβὶς*, in *Vita Apollonii* dicitur *κρηπίς*. *Apollonius*, inquit, *de virtutibus*, *ἀπὸ τῆς κρηπῖδος τοῦ νεὼ διελέγετο*, *stans in templi crepidine disputabat*. Philostratus item de Polemone Sophista hymnum sacrum in Olympiis recitante, *ἀπὸ τῆς κρηπῖδος τοῦ νεὼ διελέχθη πολλὰ καὶ θαυμάσια*, *e templi crepidine multa & admiratione digna disseruit*. In Pythiis tamen Gorgias *ἀπὸ τοῦ βωμοῦ*, *ex ara*, mirabilem illam orationem habuit, propter quam aureus stetit in eo templo.

CAP. VII.

Celebres ἐπιδείξεων materiæ in quibus Sophistæ se ostentabant. Laus Deorum, hominum, civitatum. Panegyrici Imperatoribus Consulibusque dicti a Professoribus eloquentiæ. Panegyricorum mendacia. Funebres orationes Sophistarum. Vituperationum quoque ἐπιδείξεις.

FAMILIARE & commune argumentum earum orationum; quibus ad pompam uterentur Sophistæ, fuit Laus atque Vituperatio. Viam jam inde præiverat Gorgias, quem ferunt (Cic. in *Bruto*;) singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisse, quod judicaret hoc oratoris esse maxime proprium, rem augere posse laudando, vituperandoque rursus affligere. Hujusmodi orationem vulgo nominant Panegyricum. Glossæ Isidor. *Panegyricus, laus in promptu dicta*: sed oportet laudem esse quandam eximiam atque mirabilem, ut hoc nomen tueri possit. In eo genere cumprimis adolescentes erudiebant, ut Plutarchus animadvertit *de audit.* quod ille vocat *πανηγυρίζειν ἐν ταῖς σχολαστικαῖς μελέταις*, quæ res viro gravissimo displicebat: unde Idem *περὶ παιδ. ἀγωγ.* *πανηγυρικοὺς λήρους*, *nugas panegyricas* appellat, quibus assuescendi minime adolescentes videantur. Morem omnino Sophistarum attingit, qui delectandi placendique studio inflata quædam, *τέρατα μειρακιώδη* studiosissime colligebant, plena inanis & frivolæ jactationis. Itaque Nyssenus Gregorius, vir haud major vitæ sanctimonia quam eloquentia & humanitate, dixit eleganter *Orat. de S. Basil.* *κομπώδη τῶν ἐγκωμίων τρόπον*, *morem laudandi inflatum & redundantem*, qui cum sana dictione, severoque judicio, nullum habet commercium. Et tamen, ut paulo ante ajebam, hoc commune fuit *ἐπιδείξεων* argumentum, in laude panegyricisque versari, in iisque se nimium quantum, ut proprie dicam, *jactare*. Doctissimus & sanctissimus Augustinus de jucunda elocutione disserens lib. IV. *de doct. Christ.* *Appetunt*, inquit, *eam qui lingua gloriantur, & se in panegyricis, talibusque dictionibus jactant*. Tam proprium id eorum fuisse putat Sidonius Apollinaris *lib.* IV. *ep.* I. ut oratorem *Panegyristam* nominet: ut non sit mirum, si in illis delitiis & dicendi voluptate, quosdam animus vitaque defecerit. De Eteoneo loquens Aristides Tom. I. in *funebr. or.* sic habet: *Eloquentiam & eruditionem adeo amabat, ut eorum studio sit immortuus*, *πανηγυρικὸν καὶ μελέτας βοῶν*, *cum panegyricum & declamationes recitaret*.

Laudationes autem Sophistarum & panegyricos in tria maxime genera dispertitos video: aut enim prædicabant Deos & Heroas, aut claros viros, aut illustres civitates: in quibus ingenii nervos omnes contendebant, ut *παραδόξους ἐννοίας* haberent, & floridam elocutionem, & insuetam & mirabilem elegantiam, quibus ornamentis stupefacti audientium animi caperentur. Et quod ad laudem Deorum quidem attinet, sic diserte Plato, in *Convivio*: *Atqui si vis, o Eryximache, quærere, invenies profecto*, *τοὺς χρηστοὺς σοφιστὰς Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων (θεῶν) ἐπαίνους καταλογάδην συγγράφειν*, *bonos & peritos Sophistas oratione soluta Herculem aliosque laudasse*. Fabius item *lib.* III. *cap.* VII. quasdam materias esse ait ad solam compositas ostentationem, ut laudes Deorum virorumque, quos priora tempora tulerunt. Nec difficile arduumque foret id exemplis antiquitatis illustrare. Cui rei vel Aristides unus sufficiat, cujus habemus hymnum in Jovem, & justas orationes in Minervam, Bacchum, Serapim, Æsculapium & alios, quibus superstitione implicatus divini numinis vim tribuebat. Hic vero Antalcidæ memini Lacedæmonii principis, a quo Sophista belle fuit irrisus, qui delicatam a se compositam orationem, Rhetorum pigmentis artificiose illusam, floribusque variegatam, dicere in laudem Herculis gestiebat: de quo sic Plutarchus in *Lacon. apophth.* *σοφιστοῦ δέ τινος μέλλοντος ἀναγινώσκειν ἐγκώμιον Ἡρακλέους, Τίς γὰρ αὐτόν, ἔφη, ψέγει;* *quis enim, inquit, eum vituperat?* Idem prope fecit Apollonius Tyaneus, cum incidisset in juvenem, qui in schola Sophistica politus, dulcem & magnificam orationem in Jovis Opt. Max. commendationem elaboraverat: hunc enim *σεμνυνόμενον*, *opere suo tumefactum*, *καὶ δοκησίσοφον*, ut verbis utar Philostrati, & se gloriose venditantem repressit, quod diceret, verisimile non esse, ut qui mediocris hominis fortunam stylo & cogitatione non æquaret, is Jovis Optimi maximi decora & immensitatem, pro dignitate commendare posset.

Sed in hominum prædicanda excellentia, sæpius artem & dicendi copiam explicabant Sophistæ; quo in genere, etiamnum inveniuntur Panegyrici dicti Regibus, & dynastis luculenti, e quibus liceat intelligere, quid ipsi poliundæ orationis & elegantiæ artifices, & Suadæ filii præstiterint. Hujusmodi laudationes speciosas Imperatorum dixit aliquoties Themistius *Orat.* XIII

ἐπιδεικνύμενος, & id fieri vulgo ab illis eloquentiæ doctoribus ait, a quibus tamen suam in dicendo rationem distinguit: quod illi unam modo aurium delectationem intueantur; ipse vero e lege philosophiæ, plurimum etiam utilitatis adjungat. Imo etiam Panegyrici, in quibus, absentium Imperatorum laudes magnificentius uberiusque fuissent expositæ, deinde ad eosdem mittebantur: quod a se factum prodit ipse quem nominavi Themistius *Or.* XIII. qui cum Senatu populoque audiente, amplissimo in hominum cœtu, de Augustis orbis dominis multa exquisito artificio dixisset, eam deinde *coronam* (sic *Panegyricum* suum appellat) non ex auro, inquit, obrizo, sed e Platonis Aristotelisque flosculis intextam Imperatori misit: ubi quoque suam illam orationem vocat *Hymnum*; quo sic Principem recreatum ferunt, ut statuam illi ex ære collocaret.

Hoc autem munus celebrandi oratione Dynastas, Reges, Consules, proprium fuisse illorum, qui in schola facundiæ profiterentur, optimus autor & eloquentiæ magister dicit Augustinus lib. III. *contr. lib. Petil.* qui Mediolani in florentissima civitate, Bautoni Consuli, laudem Calendis Januariis, in magno hominum conventu, *pro sua*, inquit, *tunc Rhetorica professione* recitavit. S. Hieronymus *Epistola* XXI. *Doctissimi quique Græcorum Regum suorum ac principum laudes accepta mercede dicebant*. Ea res multa in historiam mendacia ludibriumque importavit, cum Rhetores non tam elaborarent, ut vera dicerent, quam ut ea quæ subtiliter excogitavissent, jucunde & mirabiliter in audientium animos immitterent. Sanctissimus Augustinus in *Confessionibus*, lib. VI. cap. VI. *Cum pararem recitare Imperatori laudes quibus plura mentirer, & mentienti faveretur ab scientibus*. Itaque viris sapientibus improbata est ea consuetudo, & præclare meo judicio Lactantius lib. I. *de fals. relig.* cap. XV. *Id faciunt*, inquit, *qui apud Reges etiam malos panegyricis mendacibus adulantur: quod malum a Græcis ortum est, quorum levi as instructa dicendi facultate & copia, incredibile est quantas mendaciorum nebulas excitarint*. Quæ forte causa fuit cur Alexander Severus minime ambitiosus Imperator, laudationum id genus repudiarit, de quo sic Lampridius in *Alexand. Oratores & poetas non sibi panegyricos dicentes (quod exemplo Nigri Pescennii stultum dicebat) sed aut orationes recitantes, aut facta Veterum libenter audivit*. Cujus Principis ævo, cum multi essent non modo in Græcia, verum etiam in Italia Sophistæ, qui delectis viris audientibus, publice laudes pronunciarent Alexandri Magni, Pompeii, Cæsaris, & aliorum virtute præstantium, qui rem communem moderati olim fuissent, eos cupidius audiebat idem Imperator, ut ex memoria Annalium cognoscitur.

Neque modo vivos panegyrico, verum etiam mortuos funebri oratione *πρὸς ἐπίδειξιν* studiosissime comparata laudabant. De qua re Plato in *Menexeno: Non*, inquit, *temere, sed ἐκ πολλοῦ χρόνου λόγοις παρεσκευασμένοις, longiori tempore composita & concinnata oratione tam egregie mortuos laudant, ut dum & quæ sunt & quæ non sunt de aliquo prædicant, verborum elegantia auditorum animos quasi præstigiis veneficiisque quibusdam fallant*, &c. Id vocat S. Gregor. Nazianz. *Orat.* X. sub initium, *ἐπίδειξιν ποιήσασθαι καὶ τὴν συμφοράν, vel ex ipsa calamitate materiam ostentationis arripere*: ubi etiam id in communi fuisse consuetudine significat. Hyperides in eo genere fuit illustris, de quo sic Longinus *περὶ ὕψ. τὸν δὲ ἐπιτάφιον ἐπιδεικτικῶς, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος διέθετο. Funebrem orationem cum tanta ostentatione composuit, ut nesciam, an quisquam alius similem potuit efficere*. Sed est in manibus istiusmodi orationis speciosissimum exemplum, apud Sophistam Aristidem *To.* I. in funere Eteonei adolescentis; qua nihil pictius, & ornatius esse puto, vel inventorum elegantissima varietate, vel dicendi modo veneribus redundante: & me quidem judice, museum poetarum leporem, næniasque dulces & amœnas suavitate superavit.

Ad extremum in claras urbes Panegyrici fuere Sophistarum, ad ostentandam eloquentiam; quod fieri sæpe ab illis innuit Philostratus in *Polemone*: & perspicue Aristides ultima oratione *To.* III. cum de se loquitur in hunc modum; *Quam panegyrim, quem conventum prætermisimus, τὸ μὴ οὐ κοσμῆσαι τὴν πόλιν ἐν τῷ μέσῳ; quin Urbem publice laudaremus, quamquam gloria non indigebamus?* Et quidem ejus distinctæ & elegantissimæ sunt orationes in Romam, in Smyrnam, in alias, idem *To.* I. quæ Rhetorum studium in eo argumento declarant. Apud Athenæum etiam *lib.* III. Pompejanus memoratur Sophista, *δεῖξιν λόγων δημοσίᾳ ποιούμενος, καὶ ἐγκώμιον διεξερχόμενος τῆς βασιλευούσης πόλεως, qui eloquentiæ vim publica declamatione ostentans, Romam urbium reginam laudaret*.

In vituperanda quoque *ἐπιδείξεις* adhibuerunt. Eratosthenes sane qui reliquit *μελέτας* rhetoricas, quas ornate & *σοφιστικῶς* elucubraverat, adversus poetas sæpe declamavit, cum ostenderet maxime in Homero, *τοὺς ἐξηγητὰς φλυαροὺς εἶναι, καὶ αὐτὸν τὸν ποιητήν, & nugatores fuisse interpretes, & poetam ipsum*, ait Strabo *lib.* I. Dio etiam Prusæus dedecora philosophorum, & nugantis sapientiæ labes in hominum luce explicuit, communique theatro *ἐπιδεικνύμενος*: cumque multas orationes, tanquam ex Amaltheæ cornu emiserit, eam tamen quæ esset contra philosophos, ut Synesius in *Dion.* autor est, *πᾶσι τοῖς θεάτροις γίνεσθαι ἀπὸ τῆς χάριτος, omni genere venustatis gratiæque affluere*.

CAP. VIII.

Ἐπιδείξεις de Marathone, Salamine, &c. Campus Rhetorum ubi omnia καλλωπίσματα sive ornamenta sua explicabant. Cur Sophistæ id argumentum studiose arripuerint. Tropæa Marathonia, templum Eucliæ, ἑορταὶ ob victoriam & publica Encomia. Eam laudem Marathonis plerique inepte obtrudebant, eo nomine a doctis illusi.

NULLA res fuit tam cupide a Rhetoribus, & majori contentione celebrata, quam Marathon, quam Plateæ Salaminque, quam Heroes illi quos *Μαραθωνομάχους* indigitabant, quod eorum laus omnes opes orationis, vim eloquentiæ artificiumque reciperet. Quare Plutarchus in *præcept. polit.* eam materiam Sophisticæ scholæ propriam fuisse refert; *τὸν δὲ Μαραθῶνα καὶ τὸν Εὐρυμέδοντα καὶ τὰς Πλαταιάς*, &c. *Marathonem, Eurymedontem & Plateas relinquemus in scholis Sophistarum:* additque earum rerum commemorationem *ποιεῖν οἰδεῖν καὶ φρυάττεσθαι διακενῆς τοὺς πολλούς, inflare plurimorum animos, & inani arrogantia complere*. Eandem M. Tullius I. *Offic. Rhetorum campum* nominavit, sic enim loquitur: *Quæ magno animo & fortiter excellenterque gesta sunt, ea nescio quomodo quasi pleniore ore laudamus. Hinc Rhetorum campus de Marathone, Salamine, Platæis*, &c. Rhetores hic appellat Sophistas: hinc *rhetoricari*, Sophistico more dicendi copia & concinnitate exultare. Perite S. Hieron. *advers. Helvid. Rhetoricati sumus & in morem declamatorum paulu-*

lum lusimus. Eodem modo ῥητορεύειν sumunt Græci. Hinc etiam *locus Rhetoricus*, aptus videlicet ad splendorem orationis atque flosculos & jucundam amplificationem capiendam: Quintilianus *locum plausibilem* vocat, Aristides orator κεχαρισμένον. Doctissimus Hieron. lib. I. *adversf. Jovin. Extulit se quasi in locum Rhetoricum, & facit apostrophen*, &c. Hunc eundem campum Sophistis attribuit Gregorius Nazianz. *ep.* CXXXI. ad Ablavium scribens; cujus locum, quod eximie rem explicet, lubet hic apponere: *Sophistices*, inquit, *amore te flagrare audio, ac mirificum quiddam existimare, graviter ac magnifice loqui, excelsum vultum præferre, alte ac sublimiter ingredi, atque ingentes tuos spiritus in Marathonem, & Salaminem, illa inquam vestra ornamenta tendere, nihilque aliud quam Miltiadas & Cynegiros & Callimachos & Telemachos cogitare, ac denique omnibus rebus Sophistice instructum esse.* Idem in *epist.* CXCIX. ad Sophistam Adamantium: *Apud vos magno in honore ac pretio sunt Cynegiri & Callimachi, ac Marathonis & Salaminis tropæa, ob quæ & felices vos ipsos esse existimatis & felicitatem adolescentibus adferre.*

Causæ vero cur tam avide hoc argumentum Sophistæ arripuerint, maxime duæ proferri possent. Imprimis enim res fuit perquam illustris, in oculis barbarorum, in conspectu Græciæ summa admiratione perfecta, quæ omnes exornationum locos posset capere, &, ut ait M. Tullius, pleniore ore laudari. Nam quæ de rebus insignibus & præclaris instituitur oratio, habet σεμνότητα, *gravitatem*, ut autor est Hermogenes lib. I. *de Form.* Velut, inquit, περὶ τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης, ἢ τῆς ἐν Πλαταιαῖσιν, ἢ τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας εἴ τις λέγοι, καὶ τῦ Ἄθω, καὶ τῦ Ἑλλησπόντε, καὶ τῶν τοιέτων, *si quis de Marathonio prælio dicat, aut Platæensi, aut navali ad Salaminem, aut de Atho monte, aut de Hellesponto, & similibus.* Quibus in verbis ea breviter enumerat Sophistarum, ut nomen a Gregorio Nazianzeno mutuer, καλλωπίσματα, orationum veluti monilia & ornamenta, quibus ἐπιδείξεις coronare suas consueverunt. Vidit hoc etiam eruditissimus Sidonius Apollinaris, & poetice exposuit *Panegyr. in Narbon.*

Namque in corpore fortium virorum
Laus est amplior, amplior cicatrix
In castris Marathoniis morantum.

Huc alludens venuste Agellius *lib.* III. *Pulchrum*, inquit, *Dii boni facinus Græcarumque facundiarum magniloquentia condignum.*

Altera causa est, quod nullum fuit orationis genus tam jucundum Atheniensibus, quam speciosa eorum certaminum prædicatio, qua beati apud omnes videbantur. ἐκ δὲ τῆ ἐν Μαραθῶνι μάχης, inquit Isocrates *or. ad Philip.* καὶ Σαλαμῖνι ναυμαχίας, &c. ἅπαντες αὐτὴν ἐγκωμιάζουσιν. *Sed cum ob Marathoniam pugnam & navale ad Salaminem prælium, tum eo potissimum quod pro salute Græciæ suam urbem nostri cives reliquerunt, universi eam celebrant.* Aliæ res fortiter in bello gestæ, aliæque victoriæ prope omnes, communes toti Græciæ fuerunt: Marathonii vero triumphi proprium opus Atheniensium, ait Suidas. Ad hanc rem venuste Maximus Tyrius *Dissert.* XXXII. *Deme Atheniensibus velocem illum ad Marathonem cursum; mortemque quam oppetiere ibi, & Cynegiri manum, & Polyzeli cladem, & Callimachi vulnera, nihil præclarum Atheniensibus relinquis, nisi forte Erichthonium aut Cecropem fabulas meras, nec fide digna nomina.* Et Aristoteles lib. II. *Rhet.* negat Athenienses bene laudari posse, nisi teneamus in Salamine navalem pugnam, & in Marathone prælium; quod quilibet a propriis laudari debeant, ea vero sint Atticorum propria. Itaque multa machinati sunt Athenienses ad ejus pugnæ memoriam (*qua nihil adhuc est nobilius*, ait Æmylius Probus) in posteritatem omnem transmittendam, Aristid. *To.* III. Nam in eo victoriarum campo insigne monumentum & trophæa posuerunt cum hoc epigrammate.

Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι
Ἔκτειναν Μήδων ἐννέα μυριάδας.

Attica Grajugenis gens propugnans Marathone
Persarum fudit myriadem novies.

Hinc eleganter Critias circumscribens Atticam, ἡ, inquit, τὸ καλὸν Μαραθῶνι καταστήσασα τρόπαιον, *quæ pulchrum in Marathone trophæum posuit.* Præterea in eodem ipso loco delubrum exædificatum est opere magnifico & eleganti, *Eucliæ*, hoc est, famæ & gloriæ perennitati sacrum, ut annales Græciæ meminerunt, nisi Eucleæ nuncio victoriæ malis tribuere. Indicta quoque celebritas perpetua & solennis, qua tantæ rei lætitia renovaretur: τὴν μὲν γὰρ Μαραθῶνι μάχην ἄχρι νῦν Ἀθηναῖοι ἑορτάζουσιν, ait Plutarchus *contr. Epicur. Marathoniam pugnam hodieque Athenienses solenniter celebrant.* Idem *de glor. Atheniens.* diem nominat: *Sextam Boedromionis diem, hodieque Athenæ festam celebrant, memoria Marathoniæ pugnæ.* Denique quod maxime ad nostram rem pertinet, institutæ hominum eloquentium declamationes, qui astricta & soluta oratione clarissimos illos triumphos concinerent. Qua de re quid piissimus doctissimusque Cyrillus Alexandrinus Antistes memoret lib. X. *contr. Julian.* hic apponam. *Dicunt Athenis maxime eloquentibus & facundis anniversarios agones institutos, qui pro Græcis periclitati, obstantes Barbarorum insolentiæ, numero minores fuere bellatorum innumerabili turba, & cum vincere non possent, pro victoria contenderunt, ne minus utiliter morerentur, memorias & encomia apud illos consecuti.* Addit per eos quoque juratum: *Quidam*, inquit, *dicunt, Non per progenitores qui in Marathone occubuerunt, non per eos qui Salamine naufragium sunt passi*, &c. Demosthenem omnino intelligit, cujus illud jusjurandum est in orat. *pro Corona*. De Poetis Ammianus Marcellin. *lib.* XXV. *Sonent Hectoreas poetæ veteres pugnas, fortitudinem Thessali ducis extollant, longæ loquantur ætates Sophanem & Aminiam & Callimachum & Cynegirum Medicorum in Græcia fulmina illa bellorum.* Etiam philosophi lauream ex eodem mustaceo petebant, quos reprimit Epictetus apud Arrian. *l.* III. *c.* XXIII. *Nonne*, inquit, *quando recitando plurimum admirationis captasti, si quis eleganter te alicui affirmet recitasse historiam Xerxis*, &c. *id nimirum* ἀκρόασιν φιλοσόφε *esse putabimus?* Itaque non mirum, si nostri illi gloriosi ostentatores eloquentiæ, sæpe in eo campo volitarent. Præivit ingeniosissimus & venustissimus Gorgias, ἐνδιέτρεψε τοῖς τῶν Μηδικῶν τροπαίων ἐπαίνοις, ait Philostrat. *in laudandis Medorum tropæis est immoratus.* Secutus easdem orationis delitias fuit Isocrates in *Panegyrico*, Plato in *Menexeno*, Veteres alii omnes, qui Suadam coluerunt, quos Sophistæ imitati recentiores, bellis istis & magnificis amplificationibus referserunt omnia. Aristides multa sæpe exquisito artificio de illo argumento pronunciat in *Panegyr.* Tom. I. & Tom. III. Himerii *Polemarchichus* in eo totus est consumptus, ut videre est apud Photium. De Scopeliano Philostratus, lib. I. *de Vita Soph. In illustribus causarum argumentis fuit mirabilis, & longe magis si Medorum causas in quibus Xerxes Dariique inerant declamaret.* Subdit paulo post, eum in iisdem consuesse βακχεύειν

ϗ σείεσθαι, *impetu veluti bacchico agitari*. Sophiſta quoque Proæreſius quid in ea re præſtiterit, ex Eunapio in *Diophant.* licet colligere, quem Diophantus cum funebri oratione proſequeretur, ſic exclamavit; ὦ Μαραθὼν ϗ Σαλαμὶν νῦν σεσίγηθε, οἵαν σάλπιγγα τῶν ὑμετέρων τροπαίων ἀπολωλέκατε; *nunc ſilentio obrutæ jacetis Salamin atque Marathon: quanta etenim veſtris tropæis atque victoriis tuba interiit?*

Sed ut ſolet in ſuavitate mellis contingere, ut qui plus æquo illo ſaturetur, in vitioſitatem incidat: ita Sophiſtis eveniebat ſæpe, ut blandiente illa materia elati, & effuſe laſcivientes, omni fere in cauſa importune Marathonium duellum occinerent. Feſtivum eſt Lucilii epigramma in *Antholog.* lib. II. in Meneclem Rhetorem, qui mercede cum fuiſſet ab actore conductus, ut porcellum in judicio repeteret; de porcello nihil quidem ille in cauſa, ſed de Xerxe, Othryade & Termopylis multa magnifice & glorioſe dixit, & in canoris Sophiſtarum nugis in omni oratione eſt verſatus: hinc vulgo id jactatum, Ἄλλα λέγει Μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον. *Alia Menecles, alia porcellus.* Luſit & in Rhetorem ſuo more facete Lucianus ἐν ῥητορ. διδασκ. quem inſtituit ut quam maxime ſit ineptus: Ἐπὶ πᾶσι δὲ, inquit, ὁ Μαραθὼν ϗ Κυνέγειρος, &c. *In omni autem oratione ſit Marathon, & Cynegirus, ſine quibus nihil fiat: ſemperque Athos navigetur, & Helleſpontus pedibus teratur, & ſol a Perſarum ſagittis obumbretur, & Xerxes fugiat, & Leonides admirationi exiſtat, & Othryadæ literæ legantur, & Salamis & Artemiſium & Plateæ, multa hæc & ſtudioſius inculcata.* Ita Lucianus; ubi tanquam brevi in tabella videre licet, quæ frequentius Marathoniæ illæ tubæ reſonarent. Hinc Ptolemæum Naucratitem Sophiſtam Μαραθῶνα ἐπωνόμαζον, *Marathonem cognominarunt*, ut ait Philoſtratus *l.* II. quod opinor in omni genere cauſæ, e Marathonia corona ſemper aliquid decerperet, & Salamine velificaretur. Eoſdem illudens Ariſtophanes ait in *Equit.* νίκην ἐν Μαραθῶνι μεγάλως ἐγγλωττοκοπεῖν, *victoriam ad Marathonem magnifice crepare.* Sed non modo proprium Sophiſtarum id certamen fuit; ſed commune Athenienſium omnium ſtudium atque ambitio, quam Theopompus lib. XXV. *rerum Philipp.*, ut eſt apud Theonem Sophiſtam, illudebat; multa enim de Græcis barbariſque hominum mendacio involuta fuiſſe: ἔτι δὲ ϗ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην οὐχ ἅμα πάντες ὑμνοῦσι γεγενημένην, ϗ ὅσα ἄλλα, φησὶν, ἡ Ἀθηναίων πόλις ἀλαζονεύεται, ϗ παρακρούεται τοὺς Ἕλληνας. *Præterea ne Marathonia quidem pugna æque celebratur ab omnibus, quæque alia, inquit, glorioſe prædicare, quibuſque fucum facere Græcis civitas Athenienſium conſuevit.*

CAP. IX.

Materiæ infames celebrium Declamationum, quæ Græcis ἄδοξοι, παράδοξοι, φαῦλοι, ἄτοποι, πονηραὶ ὑποθέσεις. *Eæ propriæ Sophiſtarum. Quinam earum inventores. Aſſumebantur exercendi ingenii cauſa vel oſtentandi. Indiculus earum materiarum. Quidam id ſtudium reprehendunt.*

OSTENTABANT ſe quoque Sophiſtæ in leviſſimis rebus prædicandis, aut etiam malis, & humano generi pernicioſis; quas materias Græci vulgo ἀδόξους nominant, & ἀτόπους ὑποθέσεις, Agellius *infames materias vel inopinabiles:* quidam vocant παραδόξους. Tzetzes inter laudes ἀδόξους & παραδόξ. ſubtiliter diſtinguit *Chil.* XI. ἄδοξον ἐγκώμιον, inquit *eſt, ut ſi quis flagitioſum libidinis genus, aut ebrietatem commendet:* παράδοξον *vero quod præter hominum exiſtimationem opinionemque dicitur,* ὡς τὸ πενίαν ἐπαινεῖν, θάνατον, &c. Vulgo tamen confunduntur, & ſæpius ea duo genere communi τῶν ἀδόξων nomine comprehenduntur. Fuit autem ea laudandi ratio propria Sophiſtarum, ut Philoſtratus in *Dione* ſignificat lib. I. *de Vit. Soph. Quæ*, inquit, *de minus ſeriis rebus a Dione conſcripta ſunt*, μὴ μικρὰ ἡγώμεθα, ἀλλὰ σοφιστικά. σοφιστοῦ γὰρ τὸ ϗ περὶ τοιούτων σπουδάζειν. *Ne quis levia hæc aut parva cenſeat, verum potius Sophiſtæ accommodata: Sophiſtæ ſiquidem ea quoque ſtudioſe tractanda ſunt.* Iſocrates ait eoſdem in ejuſmodi argumentis μέγα φρονεῖν, placere ſibi vehementer, in iiſque ſe glorioſe venditare in *Helen. encom.* atque illius inſtituti autores facit Protagoram, Gorgiam parentes Sophiſtarum, Zenonem & Meliſſum, qui res omnium opinione incredibiles, ſibi tuendas defendendaſque putarunt, aut oratione refutandas, quas ſuperiorum temporum ſententiæ conſtabiliiſſent.

In hanc igitur ſui oſtentandi viam apertam, & illuſtrium hominum veſtigiis protritam, ſtudio magno ingreſſi & ambitione Rhetores, etiam veteres eloquentiæ coryphæos, in hac rerum exilium prædicatione ſuperare moliebantur. Quod doctiſſimi viri notarunt ab iis factum, vel exercendi ingenii cauſa, vel copiæ oſtentandæ. Utramque cauſam Lactantius divine complexus, *divin. Inſtit.* lib. III. cap. XXIII. ait quoſdam prudentes & ſcios mendacia defendenda ſuſcipere, *ut ingenia ſua in malis rebus exerceant vel oſtentent*. Sed elegantiſſime Agellius *lib.* XVII. *Infames materias, ſive* ἀδόξους ὑποθέσεις, *veteres*, inquit, *adorti ſunt non Sophiſtæ ſolum, ſed philoſophi quoque:* & noſter Phavorinus oppido quam libens in eas materias dicebat: *vel ingenio expergificando ratus idoneas, vel exercendis argutiis, vel edomandis uſu difficultatibus*, &c. Notat idem Quintilianus *lib.* II. *cap.* XVII. cum quærit, an ſit ars eloquentiæ; Equidem, inquit, illos qui contra diſputarunt, non tam id ſenſiſſe quod dicerent, *quam exercere ingenia materiæ difficultate* credo voluiſſe. Ad hanc exercitationem revocatur illud dogma Sophiſtarum, περὶ τοῦ ἥττονος λόγου, de quo ſuperius multa expoſuimus; & Protagoræ id inſtitutum, qui ajebat, *de omnibus rebus in contrariam partem diſputari poſſe.*

Neque modo exercitationem quærebant Sophiſtæ, verum etiam, ut dixi, oſtentationem, & eximiam ab iis laudem, qui ſuavitate orationis delibuti audirent: quod expreſſit erudite Plutarchus *de audien.* ὅπου γὰρ ἐμέτου τινὲς ἐγκώμια ϗ πυρετοῦ, ϗ νὴ Δία χύτρας ἐπιδεικνύμενοι, πιθανότητος οὐκ ἀμοιροῦσιν; *quando enim quidam vomitus, febris, atque adeo ollæ laudationibus publice declamatis, non expertes fuerunt approbationis?* Ubi notandum id eos feciſſe ἐπιδεικνυμένους, videlicet in orationibus, ſpecioſiſſime ad pompam & ſpeciem elaboratis. Sic enim exiſtimabant, ubi deficit materia, propter improbitatem, aut tenuitatem, haud ſatis ad dicendum idonea, ibi regnare oportere eloquentiam, quæ tenere animos audientium queat, celereſque ingeniorum motus oſtendi, in quo laudem poſitam eſſe omnes fateantur. Hinc Ennodius *lib.* I. *epiſt.* VI. erudite de Fauſto, qui Comum, rem ut ipſe putabat exilem & deſpicatam, miris laudibus extulerat; *Tanti*, inquit, *fuit divitias facundiæ, in rebus laude carentibus oſtentare.* Hinc igitur petitæ ab illis ſæpe ἐπιδείξεις, ex hoc veluti ſpineto dumis impedito, roſas legere, & corollas ſibi texere voluerunt, ut perſuaderent omnibus, ὡς εἰ περὶ πονηρῶν πραγμάτων ἔχοιεν τι λέγειν, περὶ τῶν καλῶν ϗ ἀγαθῶν ῥαδίως εὐπορήσουσι. *ſe, cum de rebus adeo improbatis verba ſuppetant, ad res præclaras exponendas luculenta oratione facile abun-*

daturos, ait Isocrates in *Helenæ Encomio*. *Nam moris est eloquentibus viris* (verba sunt Apollinaris Sidonii) *ingeniorum facultatem negotiorum probare difficultatibus, & illic stylum peritum quasi quendam fœcundi pectoris vomerem figere, ubi materiæ sterilis argumentum, velut arida cespitis macri gleba jejunat.*

Itaque reperti sunt in ultima antiquitate, qui omnem vim ingenii consumerent in laudando *sale*; quod ridet Plato in *Convivio*. Gorgias omnibus orationis copiis efficere & probare molitus est, *nihil esse in rerum natura, quod vere sit*. *Molam* eximie laudavit Pittacus, qui in choro Sapientum Græciæ fuit positus; quod de eo refert Ælianus ποικιλ. ἱστορ. lib. VII. Quidam publice declamaverunt inopum & exulum vitam magis expetendam esse quam hominum cæterorum: quam ἄτοπον ὑπόθεσιν & παράδοξον nominat Isocrates. Dio Prusæus ingeniosissima laude exornavit *psittacum*, Polycrates *mures*, Lucianus *muscam*, Michael Psellus *pulicem*: quem opinor imitari voluit Cœlius Calcagninus. Clitarchus scripsit laudes τῆ πενθρηδόνος *teredinis*, quæ exiguum est animal simile api: scripsit autem, ut ait Joannes Tzetzes *chil.* VII. ὑψηλῶς καὶ ἐπηρμένως, *stylo magnifico & elato*,

Ὡς εἴπερ περὶ λέοντος ἔγραφε τῦ Νεμέας,
Εἴτ' ὖν γε ταύρυ τῦ Κρητὸς ἐκείνυ τῦ πυρπνόυ, &c.
Perinde ac si de leone scripsisset Nemeæo,
Sive de tauro illo Cretæ ignem spirante, &c.

Omnes Atticorum arculas & pigmenta Rhetorum adhibuit Phavorinus ad *febris quartanæ* prædicationem, ut auctor est Agellius, qui illius docti hominis ἐπιδείξεως particulam habet. In *Thersite* etiam laudando sudavit, ut Polycrates in *Busiride & Clytemnæstra*: quod memorat Fabius *lib.* II. *c.* XVII. Synesius multis laudibus celebravit *calvitium*; Aristophanes *paupertatem*: Eliensis adolescens *podagram*, *surditatem*, *cæcitatem*, ut refert in *Vita Apollonii* Philostratus *lib.* IV. *cap.* IX. *Somni & mortis* scriptæ etiam sunt laudes, ait Quintilianus *lib.* III. *cap.* VII. Alcidamantem meo judicio intelligit, quem scripsisse ἐγκώμιον θανάτυ accepimus. *Moriæ & fatuitatis* encomium quidam exhibuerunt. Etiam reperti qui *vomitum*, *febres*, *ollas* magnifice & diserte prædicarent ex Plutarcho *de aud.* Quidam *ovum*, alii *asellum* tardam & languidam pecudem, Dio Chrysostomus κώνωπα, *culicem*, non nemo *scarabeum*, alii alia sibi omni orationis elegantia & varietate ornanda sumpserunt. Horum opinor omnium communis illa vox fuit atque sensus:

In tenui labor, at tenuis non gloria.

Sed tamen totum id studium repudiavit, & oratione laceravit Isocrates: in *panathenaico* non sine animi indignatione scribit, quosdam ἐγκωμιάζειν τὰ φαυλότατα τῶν ὄντων, & παρανομωτάτυς τῶν γεγενημένων, *res omnium vilissimas, aut mortalium nequissimos laudare*; idque, ut ibidem ait, ἐν πανηγύρεσιν, *in celebritatibus*, ut ostendat fuisse ἐπιδείξεις. In *Busiride* vocat πονηρὰς ὑποθέσεις, *improba argumenta*; & in *Helenæ Encomio* περιεργίαν ἐν τοῖς λόγοις γεγενημένην, *ineptias in eloquentiæ studium invectas*, quarum paulo post exempla etiam ponit, ut cum, inquit, laudant, τὰς βομβυλιὸς, καὶ τὰς ἅλας, καὶ τὰ τοιαῦτα, *apiculas*, *salem*, & *quæ sunt ejus generis*. Synesius quoque *ep.* CXLVII. nominavit σοφιστικὴν ἀπειροκαλίαν, *Sophisticam insolentiam*, & φιλότιμον πάθος, *ambitiosæ gloriæ contentionem*: ubi de sale disputat, & omnino vir doctissimus respicit ad ea, quæ ex Platone & Isocrate posuimus, qui Sophistarum in laudando sale studium illuserunt. Sed indignum maxime videbatur, quod quæ essent in primis utilia, præclara, & inter homines glorianda, nonnunquam ea dicendo

A affligerent. Quam haud obscuram notam Sophistarum epistola quadam sua prodit Libanius *epist. ad Basil. Sit*, inquit, *& hoc studii tui, ut neque vituperes ea quæ laude sunt digna*, ἵνα μή σε τὸ πρᾶγμα φέρον εἰς σοφιστὰς ἐμβάλῃ, *ne te res ista in album Sophistarum abjiciat*. Sic Carneades ἐπιδεικνύμενος Romæ, cum lumen ingenii sui & eloquentiæ vult ostentare in amplissimo hominum consessu vituperavit justitiam.

CAP. X.

Aliæ ἐπιδείξεων materiæ colliguntur, Florida, γνῶμαι, bella, historia, &c. Quis hominum con-
B *cursus in ἐπιδείξει Libanii. ἕωλα μελετᾶν. Non solum sua, sed aliena quoque scripta ἐπιδεικνύμενοι recitabant.*

FUERUNT & aliæ ἐπιδείξεων materiæ summa in varietate positæ, ut e doctorum hominum monumentis licet colligere. Non abs re fuerit si delectas quasdam hic apponam, ut quod est nobis in hac disputatione propositum, illa omnia veluti Rhetorum mysteria commodius illustremus. Liberæ igitur maxime fuere materiæ hujus pompæ: & in genere dici potest, id argumentum unumquem-
C que ad dicendum arripuisse, quod varie & mirabiliter, nove, jucunde, & elegantissima copia tractari posse videretur. In eo genere felicissimus excogitando & ingeniosissimus Apulejus fuit: nam Carthagine urbe admodum eruditissimis hominibus referta, sumpsit ad ostentationem Florida, ubi tanquam in speculo antiquitatis Sophisticum morem mihi notare videor. Nam curiosa quædam attingit & παραδόξυς ἐννοίας, dulces fabellas, narratiunculas plenas suavitatis, quas varie intexit, ut in Phrygio parapetasmate multis coloribus variegato: tum dictio ipsa est concinna, novis & inclinatis artificiose voculis ut stellulis irradians, &
D contextu ipso orationis γοητεύυσα, præstigiis velut quibusdam audientium animos deliniens, & ut breviter dicam, ut in scena, choragium luculentum exponit Sophistica pompa dignum. Sunt in manibus Maximi Tyrii sermones, sane politi & veneribus affluentes, quos opinor magnam partem, πρὸς ἐπίδειξιν, fuisse ab illo σοφιστικῶς omni industria elaboratos: unde & in utramque partem sæpe disputat, & quod una Dissertatione stabiliit, proxime deinde consequente refutat, & efficit contrarium. Qua in re hoc etiam habet Sophisticum, quod Sophista minime videri vult, quos aliquando in Sophistico argumento contemnit. Ut cum in
E laude voluptatis versatur, priusquam omnes orationis copias & elegantiam explicet, *Quæ vulgo*, inquit, *a Sophistis objiciuntur voluptati*, *Sardanapali luxus*, *Medicæ delitiæ*, *mollities Ionica*, *mensæ Siculæ*, *Sybaritica tripudia*, *Corinthiæ meretriculæ*, *hæc omnia*, &c. Maxim. Tyr. *Dissert.* XXXII. Sophista Himerius, cujus nonnullæ declamationum reliquiæ etiamnum inveniuntur, a summis viris & cupidissimis audiendi rogatus, ut ἐπίδειξιν exhiberet, primo quidem ille recusavit, post tamen in auditorium plenissimum ingressus, exhibuit in hoc argumentum, ὅτι σπάνια τὰ καλὰ, *quæ pulchra sunt*, *esse rara*, apud Photium. Romæ adversus
F Chaldæos & Genethliacos, Phavorinus eximia & illustri oratione disseruit, exercendi vel ostentandi gratia ingenii, ut scribit Agellius *lib.* IV. *cap.* I. Autor est Synesius, doctum & eloquentia nobilem Sophistam de Epistolarum usu publice declamavisse *ep.* CXXXVII. καὶ τῦτ' αὐτὸ τῶν πολλῶν καὶ θαυμαστῶν λόγων σοφιστὴς ὑπόθεσιν ἐπεποίητο, *quod ipsum multorum & admirabilium Sermonum argumentum Sophista ille instituerat.* Antiphon Rhetor habuit orationem de *Pavonibus*, magis pictam, variam

& elegantem, quam Junoniæ sint aves, Athen. *lib.* IX. De bello Trojano, de Agamemnone Regum Rege, de magni Ducis iracundia, de tropæis, de victoriis dicebant eo delinimento orationis, & suavissima copia, ut quod notavit Themistius *Or.* III. incredibili voluptate perfusi auditores, a liberis illa suis addisci vellent. Sophisticas etiam declamationes, quos *πλασματικοὺς καὶ γυμναστικοὺς λόγους* nominant, publice interdum, & corona invitata exhibebant. Quod inprimis incredibili hominum commendatione fecit Libanius, eo omnium concursu ad audiendum, ut non modo studiosi literarum, sed vacuis officinis sellularii quoque opifices accurrerint. Cujus rei fama cum clarissimis hominum sermonibus Antiochia Cæsaream usque perlata fuisset, Magnus Basilius doctissimus & religiosissimus Antistes dedit literas ad Libanium, plenas gratulationis atque laudis, & declamatoriam illam actionem *ἐπίδειξιν λαμπρὰν ἄγαν*. *speciosissimam & valde illustrem* appellat, *ep.* CLVIII. & ejusmodi fuisse ait, *ὡς πάντας μὲν συνδραμεῖν*, &c. *ut omnes contento studio accurrerint*: neminem enim expertem illius orationis esse voluisse, nec magistratus, inquit, honore præditum, neque delectu & catalogo militari clarum, nec opificio addictum; quinetiam mulieres ad specimen id eloquentiæ properasse. Fuit autem illius declamationis argumentum, *Morosus homo qui uxoris loquacitatem non ferens mori destinaverat*: ficta res, qualia in scholis *πλάσματα* & *ἠθοποιίαι* agebantur. Libanius ergo hominis mores divinitus effinxerat, quæ causa fuit, cur demirans S. Basilius hominis artificium, dicat *ep.* CLX. in omni orbe terrarum unum esse Libanium, qui *ἔμπνουν λόγον*, *spirantem sermonem* efficiat *ὃς μόνος τοῖς λόγοις ψυχὴν ἐχαρίσατο*, *qui solus eloquentiæ animam largitus est*. Atque ex his paucis, quæ fuerit *ἐπιδείξεων* celebritas, aliqua ratione potest intelligi, cum Libanium videamus commoventem omnem urbem, & ut magni viri verbis utar, *ἐν ταῖς μελέταις ἐμπομπεύοντα*, *in declamationibus triumphantem*,

In eo genere *ἐπιδείξεως* potuit esse hoc incommodum, quod Sophistæ quidam eandem habeant variis in locis declamationem: qui dicebantur *ἕωλα μελετᾶν*, *declamare pridiana & vetera*, prius videlicet a se dicta, & propterea cachinnos irridentium minime effugiebant: quod Philagro Athenis contigit, qui cum famam extemporalis dictionis aucuparetur, & jam olim a se recitata pronunciaret, in conventu plurimorum adolescentium, & præsente ipso Herode Attico summo viro & Sophista fuit illusus, ut refert Philostr. lib. II. *de Vit. Soph.*

Nonnunquam alienum etiam opus *ἐπιδεικνύμενοι* recitabant, quod factum ab Æschine Rhodi, monumentis annalium est proditum, qui Demosthenis orationem in magna civium corona, non sine omnium admiratione & voluptate pronunciavit. Hoc idem de se memorat Synesius in *Dion.* qui rogatus cum doctissimi cujusdam viri opus nobilissimum & gravissimum recitaret, & magnitudine ingenii & orationis copia de suo quædam in promptu adderet, scriptis iis simillima, *θόρυβος ἤρθη, πολὺς καὶ κρότος ἐρράγη*, *mox ingens ab omnibus strepitus plaususque concitatus est*. Idem *ep.* C. cum a Pylæmene doctissimas litteras accepisset, *Statim*, inquit, *Græcum in Libya theatrum auditoriumque instruxi, condicens omnibus, ut ad eruditas literas audiendas convenirent*, &c. Sed ne sim longior in speciosarum Declamationum materiis persequendis, addo hoc unum, factas etiam fuisse a Rhetoribus *ἐπιδείξεις* in historia. Philostratus de Antiocho Sophista in *ejus Vita*: *ἐπίδειξιν ἐν ἱστορίᾳ πεποίηται λέξεώς τε καὶ ἱστορίας*, *specimen, declamationis exhibuit in historia, & dictionis & narrationis*, ut in ea quoque opera honesti studium emineat.

CAP. XI.

Extemporales ἐπιδείξεις, sive Declamationes subitariæ ad pompam, quæ σχέδιοι sive αὐτοσχέδιοι λόγοι. Istius inventi parens Gorgias. Parati olim Sophistæ de quaque re dicere. Id ἐπάγγελμα notatum ab eruditis. προβάλλετε. Multi olim repentini. Quidam a scholis αὐτοσχεδιάζειν removent. Ἐμεῖν vomere *de subitaria dictione. Emendatus Irenæus.*

IDEM etiam Rhetores ad ostentandam prompti ingenii vim & linguæ volubilitatem, orationem habebant ex tempore: Græci *αὐτοσχέδιον* nominant, & interdum etiam, *τὸ ἕτοιμον*, quod Philostratus opponit *φροντίσματι*, aliquando *θεωρήματι*: *subitariam dictionem* vocat Celsus, *extemporalem* Fabius Quintilianus: Cicero lib. *de Orat. subitam & fortuitam orationem*, quam opponit *commentationi & meditationi*. Apulejus ea ipsa vocat *schedia, incondita, subitaria, frivola, de repentino oborta*: seque ex tempore dicentem, *repentinum*: cui opponit *præparatum*, quemadmodum apud Hermogenem in *Methodo* *ἐσκεμμένον ἥκειν*, & *αὐτόθεν λέγειν* opponuntur, hoc est, *paratum venire ad dicendum, & dicere ex tempore.* Apud Isocratem *αὐτοσχεδιάζειν* ex adverso respondet *τῷ φροντίζειν*, ut apud Philostratum *σχεδιάσαι* & *ἐκπονῆσαι λόγον*· & in Plutarcho *ἐκ τοῦ παραχρῆμα*, sive *ἐκ τοῦ παρατυχόντος λέγειν*, & *καταμελετᾶν*. Sic apud Latinos *subito dicere & dicere meditata*, sibi ex adverso respondent. Orator qui ea dicendi ratione utitur, Xenophonti dicitur *αὐτοσχεδιαστής*, Philostrato *αὐτοσχέδιος*: sic enim de Antipatro, *αὐτοσχέδιος δὲ ὤν, οὐδὲ φροντισμάτων ἠμέλει* Martiali *extemporalis, lib.* V. *ep.* LV.

Extemporalis factus est meus Rhetor.

Atque hic mihi obiter emaculandus est D. Irenæus, apud quem sic habetur *lib.* I. *cap.* I. *Ut idiotæ putent ex illa temporali declamata controversia*: legendum enim *extemporali*: quod exprimens sanctus Epiphanius dixit *ἐξ ὑπογυίου μεμελετημένην ὑπόθεσιν*. Sæpe autem hujusmodi *ἐπιδείξεις* ex tempore fieri solitas, clare significat Themistius *Or.* X. his verbis: *Non enim tam peritus tantaque facultate præditus sum, ὥστε αὐτοσχεδιάζειν ὥσπερ ἔτυχε τὰς γραφὰς, καθάπερ οἱ δαιμόνιοι σοφισταί, ut e re nata subitoque picturas perficiam, quod Sophistæ nostri illi admirandi solent.* Atque adeo veteres omnes Rhetores, id studium veluti eximium decus & gloriandum putavisse autor est Hermogenes. In genere, inquit, judiciali, tametsi paratus ad dicendum veneris, extemporalem tamen dictionem præ te feras, quod Veteres omnes faciunt: *γράψαντες γὰρ πάντες ὑποκρίνονται σχεδιάζειν*, *qui cum scriptas orationes habeant, tamen videri volunt ex tempore dicere.*

Autor *σχεδίου λόγου* est incertus: quidam Anaximenem fuisse volunt, ut Suidas; alii, Gorgiam: id referunt quidam in Æschinem: Periclem alii malunt, a quo *σχεδίων πηγὰς λόγων ῥυῆναί φασιν*, *promptæ orationis fontes manasse ajunt*, ut habet Philostratus, qui subdit quosdam opinari id esse *τοῦ Αἰσχίνου εὕρημα*. Sed verius est ut princeps in ea re putetur Gorgias, cujus rei magnum hoc argumentum edunt, quod ille primus Athenis in communi theatro dicere est ausus, *προβάλλετε*, *Proponite*: cum significaret nihil esse penitus in hac rerum universitate, quod non animo & scientia comprehenderet, seque paratum de re qualibet dicere ex

A tempore. Id fuit Sophistarum ἐπάγγελμα, de quo Aristoteles in *Rhetoricis*, & Plato in *Gorgia*; ἐκέλευεν, inquit, ἐρωτᾶν ὅ, τί τις βούλοιτο τῶν ἔνδον ὄντων, καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη ἀποκρινεῖσθαι. *Jubebat quærere quæ quis vellet in auditorio, tum se ad omnia responsurum pollicebatur*. Quod imitatus M. Tullius I. *Tuscul. Ponere*, inquit, *jubebam de quo quis audire vellet, & id aut sedens aut ambulans disputabam*. Meminit Quintilianus Gorgiæ *lib.* XII. *cap.* XI. *Gorgias quoque summæ senectutis id quærere auditores de quo quisque vellet, jubebat*. Ac hoc principe ea manavit in alios consuetudo, ut notavit M. Tullius lib. II. *de Finib. Eorum erat iste mos,* B *qui tum Sophistæ nominabantur, quorum e numero primus est ausus Leontinus Gorgias in conventu poscere quæstionem*, &c. quod paulo post vocat *audax negotium & prope impudens, nisi in scholas quoque philosophiæ id penetrasset*. Plutarchus id suo quoque tempore fieri consuevisse docet, cum *de modo audiendi* disputat: ὅταν δὲ τοὺς ἀκούοντας ὁ λέγων ἐρωτᾶν καὶ προβάλλειν κελεύσῃ, *ubi vero iis qui dicit, auditores quærere, & ponere de quo disputetur jusserit*, &c. proprie dixit προβάλλειν, nam Sophistæ consuerunt dicere, προβάλλετε. ut superius e Philostrato monuimus.

C Fuit igitur ea dicendi ratio in laude aliquando posita, audientibusque jucunda, vel quod habeat admirabilitatem insuetam, non communem omnibus, vel quod celeres ingeniorum motus arguat uberes & copiosos ad explicandum, & ad inveniendum acutos. De qua re sic Dialogi Auctor *de corrupta eloquent. Extemporalis audaciæ atque ipsius temeritatis vel præcipua jucunditas est: nam ingenio quoque, sicut in agro, quanquam alia diu serantur atque elaborentur, gratiora tamen quæ sua sponte nascuntur*. Hinc immensus quorundam ardor & hujus laudis cupiditas: de Attico sane Herode ita Philostratus in *Polemone*, ἦρα μὲν γὰρ τοῦ αὐτοσχεδιάζειν μᾶλλον, ἢ τοῦ ὕπατός τε, καὶ ἐξ ὑπάτων δοκεῖν, D *Extemporalem orationem magis amavit, quam aut Consul esse, aut a Consulibus originem ducere videri*. In eo genere præstitisse multi feruntur apud Græcos, ut Polemon, ut Scopelianus & Phavorinus, aliique apud Philostratum. Atque id studium olim Tarsi maxime celebratum, quæ doctissimis alioquin hominibus, & omnium artium cognitione florebat, suis monumentis Strabo inseruit *lib.* XIV. Apud Latinos etiam quidam memorantur, qui e subita illa dictione laudem obtinuerint. Plinius l. II. *ep. ad Hepet.* de Isæo declamatore & Sophista, quem sæpe audierat; *Summa ipsius est facultas, copia,* E *ubertas: dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripserit*. Honoratus Massiliensis Episcopus, vir eloquens & absque ullo linguæ impedimento *ex tempore in Ecclesia declamator*, ait laudans Gennadius in *Catal. illust.* De L. Vinicio in hunc modum Seneca *l.* II. *Controv. Quo nemo in agendis causis præsentius habuit ingenium, quidquid longa cogitatio illi præstitura erat, prima intentio ei dabat; ex tempore causas agebat*. De hoc eodem eleganter Augustus; *Unus Vinicius ingenium in numerato habet*. Romæ denique fuisse, qui extemporali declamatione famam colligerent, & præstantis ingenii gloriam aucuparentur, e Petronii verbis li- F quet; *Ingens*, inquit, *Scholasticorum turba in porticum venit, ut apparebat ab extemporali declamatione nescio cujus, qui Agamemnonis suasoriam exceperat*.

Damnat Fabius hanc exercitationem in adolescentibus, & *extemporalem garrulitatem, circulatoriæ vere jactationis* esse ait *l.* II. *c.* IV. Repudiat & Plutarchus *de educ. liberor.* οἱ δ' αὐτοσχέδιοι τῶν λόγων πολλῆς εὐχερείας καὶ ῥαδιουργίας εἰσὶ πλήρεις, &c. *Orationes ex tempore habitæ plenæ sunt multæ levitatis atque vanitatis, neque initium habentes aptum, neque finem*. Sophistæ quoque elegantes atque docti id futile, & juvenilis plenum temeritatis esse putaverunt. Aristides eloquentia nobilis cum a Marco Imperatore ad subitam declamationem invitaretur, *Hodie*, inquit, *propone, & cras audies*: οὐ γὰρ ἐσμὲν τῶν ἐμούντων, ἀλλὰ τῶν ἀκριβούντων, *neque, enim ex iis sumus qui vomunt, sed qui accurate faciunt*. Ubi nota tralatione est usus, ἐμεῖν, *vomere*, hoc est, temere leviterque effutire quod in buccam venit. Sic eruditissimus Gregorius Nyssenus de Eunomio *Orat.* IX. *in eundem* ἀλλὰ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀδιανοίας χωρὶς ἐπιμελῶς ἐπημέσθη τῷ λογογράφῳ, *sed omnia talia sine judicio scriptitator hic noster evomuit*. Consimili tropo Synesius in *Dion.* Non enim sermonem interius fovet, ὅτῳ καθ' ἡμέραν ἡμεῖν ἀνάγκη, *cui quotidie evomendus est*: & paulo post de extemporali facultate, ὁ πρόχειρος εἰς δῆμον εἰπεῖν, ἀδυνάτος ἐπιστῆσαι, *qui in populum expedite dicendi facultate valet, ad rem aliquam sedula animadversione considerandam imbecillis est*. Itaque ab ea levitate sapiens Epictetus absterret: μὴ ταχέως, inquit, ῥήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε, *ne te leviter apud imperitos ostenta infundenda subito oratione*: & hoc quasi oraculum adjungit, μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος εὐθὺς ἐξεμέσαι, ὃ οὐκ ἔπεψας, *magnum enim periculum est emovere, quæ non concoxeris*. Sed quoniam necesse est oratorem aliquando e re nata loqui, & quidpiam non ineleganter exponere, atque ut Plutarchi verbis utar, ἐλλαθεσιάζειν τοῖς λόγοις, dicendi magistri de paranda extemporali facultate præcepta reliquerunt, qua de re copiose Fabius Quintilianus *l.* X. *c.* VII. Cicero illam in adolescentibus exercitationem, ut non penitus damnat & convellit, ita præponit curam & commentationem: Sic enim I. *de Orat.* Crassus: *Quamobrem in istis ipsis exercitationibus, etsi utile est etiam subito sæpe dicere, tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum atque accuratius dicere*.

CAP. XII.

De apparatu publicæ Declamationis ad pompam institutæ, & primum de loco. Is fuit θέατρον. θεατρίσματα *Rhetorum.* θεατρικώτεροι. πομπικώτεροι. *Theatra Sophistarum tum publica tum privata. Agrippeum. Auditorium Capitolinum. Athenæum. Ædes commodatæ* πρὸς ἐπιδείξεις. *Solennis aliquando Declamatio in Curia & Basilica.*

DIXIMUS de materia, & nonnulla declamationum varietate, quæ ad pompam celebritatemque a Sophistis & eloquentiæ ostentationem exhibebantur: nunc illarum apparatus oratione pingendus, & inprimis de loco dicendum videtur. Locus igitur in quo splendidæ illæ Rhetorum ἐπιδείξεις habebantur, a Græcis nominatur vulgo θέατρον. Et in Theatris quidem olim dominabatur eloquentia cum ad populum conciones haberentur, præsertim Athenis, ut annalium monumentis refertur. Quo respicere visus poeta Juvenal. *sat.* X. cum de principe oratorum illa canit;

—— quem mirabantur Athenæ
Torrentem & pleni moderantem fræna theatri.

Et vero qui deinde consecuti sunt oratores, in iis communium spectaculorum locis, nonnunquam specimen eloquentiæ dedisse, facile ostendi potest. Nam Themistius *orationis* XVI. quam σοφιστικῶς elaboraverat, auditorem ait esse populum, χωρίον δὲ, *locum vero*, θέατρον. Apulejus de se idem significat, cum splendido apparatu Florida illa sua recitavit: sic enim habet *Florid.* IV. *Nam & pro am-*

plitudine civitatis frequentia collecta, & pro magnitudine frequentiæ locus delectus est, &c. Et paulo post, eum locum esse dicit, *in quo alias mimus hallucinatur, Comœdus sermocinatur, Tragœdus vociferatur, funerepus periclitatur, præstigiator furatur, histrio gesticulatur*, &c.

Sed latius theatri nomen patet, cum de loco recitantium Sophistarum quæritur: significat enim auditorium frequens, & magna hominum multitudine celebratum. Ita Synesius Dionem Prusæum qui ab aureo dictionis flumine χρυσοστόμε nomen obtinuit, ait in *ejus Vita*, κόψαι Ιταλικὰ καὶ Ασιανὰ θέατρα μελέταις ἐναγωνιζόμενον, *Italiæ atque Asiæ theatra elaboratis declamationibus obtudisse*. Idem Synesius alio loco, δείκνυσθαι ἐν τοῖς θεάτροις τὸς λόγες, in auditoriis sive in cœtu & frequentia, tanquam in scena, venditare pictam & omni artificio expolitam orationem. Sic Themistius *Orat.* I. auditores suos dicit a se collectos & convocatos εἰς θέατρον Μεσῶν. Idem *Orat.* VII. *Gaudet*, inquit, *plurimum eloquentia* καὶ ἀγάλλεται θεάτροις Ελληνικοῖς, *& exultare in Græciæ theatris solet*. Hinc θεατρικὸν factum ad pompam & ostentationem & ad captandam popularem auram accommodatum. Quo modo Eunapius *de Vit. Soph.* Sophistam Libanium ait idoneum πρὸς τέρψιν θεατρικωτέραν, & eadem prope significatione Chrysanthium nominat πομπικώτερον. Sic Laertius *lib.* IV. Bionem dictum ait fuisse θεατρικὸν, ad pompam videlicet aptum audientiumque voluptatem. Contra S. Gregor. Nazianz. *Orat.* XXVII. negat se θεατρικὸν καὶ πανηγυρικὸν, *ad theatricam quandam ostentationem compositum*. Et de se juxta Basilioque agens *Orat.* XX. ὐ γὰρ αὐτοί γε εἴχομεν θεατρικῶς, ὐδ᾽ ἐπιδεικτικῶς. Et elegantissime in *Epistolis* ep. LXVII. eas Rhetorum jactationes vocat θεατρίσματα, καὶ τῆς σκηνῆς παίγνια, *theatricas nugas*. Nec absimili modo Dionysius Halicarnasseus figuras quibus Sophistæ utebantur, appellavit θεατρικὰ σχήματα.

Latini quoque Sophistarum auditorium, & splendidum illud orationum spectaculum dixere *Theatrum*. Auctor (Tacit.) *Dialogi de Orator. Te ab auditoriis & theatris, in forum & ad causas & ad vera prælia voco.* Seneca *ep.* CVIII. *sicut in theatrum voluptatis causa ad delectandas aures, oratione, vel voce, vel fabulis ducimur*. Plinius *lib.* III. *epist.* XVII. ad Sever. *Sicut olim theatra male musicos canere docuerunt: ita nunc in spem adducor posse fieri, ut eadem theatra bene canere musicos doceant*. Ubi vir doctus ludit in ambiguo: nam priore loco theatra popularia intelligit, posteriore Oratorum; per musicos enim oratores significari Cataneus interpres autor est. Monebo hic tamen, θέατρον cum de recitatione agitur, non modo locum, sed cœtum quoque ipsum significare, non quemlibet, verum splendidum & veluti ad pulcherrimum & jucundissimum spectaculum advocatum: qualis nimirum illa eruditorum & curiosorum fuit multitudo, quæ ad Sophistas audiendos convenire solebat. Quo alludens Synesius *ep.* C. cum Cyrenensibus docti hominis epistolam plenam elegantiæ publice legere vellet, & cives ad audiendum suos invitasset, ait se παρασκευάσαι θέατρον ἐπὶ Λιβύης Ελληνικὸν, vult dicere se Græcum morem imitari voluisse in splendore & magnificentia declamationum, ubi celeberrimi fuere cœtus audientium. Græci Patres etiam concionem populique in audiendo frequentiam vocant θέατρον. D. Chrysostomus Antiochiæ disserens *Hom.* X. *ad Antioch.* gaudet sibi λαμπρότερον τὸ θέατρον γενέσθαι καὶ πλείω τῶν ἀκροωμένων συνόδον. Idem *homil.* I. *de providentia*: ἐν ἁγίῳ χορῷ, καὶ θεάτρῳ πνευματικῷ, καὶ συλλόγῳ θεοσεβεῖ. Sed ad rem. In claris & magnis civitatibus celebria fuere theatra πρὸ ἐπιδείξεις, & ejusmodi speciosam ostentationem. De Smyrna sic Aristides *Tom.* I. θεάτρων τε ἁπάντων κατά τε ἀγῶνας καὶ τὰς ἄλλας ἐπιδείξεις, ἀμύθητος ἀφθονία: *theatra autem varia tum ad certamina, tum ad alias ostentationes comparata, magno sunt numero*. Athenis quoque fuisse non pauca docet Himerius in *Areopag.* cum propter Sophisticam artem in magno hominum conventu gloriatur: *Ego*, inquit, *& pater apud vos Sophistæ fuimus: num in eo genere præstiterim, vos scitis*: λέγω γὰρ ἀεὶ, καὶ τὴν ἐμὴν πολιτείαν ἔχει τὰ θέατρα: *dico enim identidem, & meam institutionem theatra loquuntur*. Et nominatim *Agrippeum* theatrum fuit Athenis, Sophistarum declamationibus celebratum, de quo sic meminit Philostratus lib. II. in *Alexandr. Sophista Alexander profectus Athenas, extemporalem declamationem cupidis eum audiendi est pollicitus: interim ad theatrum in Ceramico, quod quidem Agrippeum nominatum est, sunt congregati*. Idem clarissimas duas Philagri declamationes memorans, alteram ἐν τῷ Αγριππείῳ dicit habitam, alteram ἐν τεχνιτῶν βυλευτηρίῳ, vertunt, *in artificum prætorio*, quod juxta portas Ceramici fuit inædificatum.

Jam Romæ quoque fuisse auditoria Sophistarum publica, seu theatra, monumenta annalium referunt. Codex uterque Theodosii & Justiniani ponunt in Capitolio tit. *de stud. liberal. lib.* III. ubi lege Imperatoria circumforanei quidam ab ostentatione vulgari amoventur; oratores autem, quos, inquit, Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, *in Capitolii auditorio* comprobantur. Sed præsertim *Athenæum* fuit speciosis Rhetorum orationibus devotum: Athenæum autem Romæ nominabatur ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῷ πεπαιδευμένων ἀσκήσεως, ait Xiphilinus ex Dione *lib.* LXXIII. De illo sic Lampridius in *Alexandro*: *Ad Athenæum audiendorum & Græcorum, & Latinorum Rhetorum, vel poetarum causa frequenter processit*. Græcos Rhetoras appellat Sophistas. Philostratus *de Adriano Sophista*; qui Romæ summa gloria thronum Sophisticum est moderatus: *Subito*, inquit, *ac declamationem fore denunciaverat, Senatores, equites, omnes* δρόμῳ ἐχώρουν ἐς τὸ Αθήναιον ὁρμῆς μεστοὶ, *contento cursu & studio inflammato in Athenæum convolabant*. Nempe, ut paulo ante dixerat, omnes eum audiebant, ὡς εὐστομῦσαν ἀηδόνα, *ut suavissimam lusciniam*.

Fuere porro non publica tantum, sed privata quoque theatra dicentium, ut diserte meminit Eunapius in *Julian.* qui loquens de ædibus Juliani Sophistæ, ait adjunctum fuisse theatrum proportione domicilio respondens, τῶν δημοσίων θεάτρων εἰς μίμησιν, *in modum & faciem publici theatri extructum*. Et paulo post ait eo tempore Sophistas ἐν τοῖς ἰδιωτικοῖς θεάτροις docuisse. Quo modo intelligendus Philo Judæus videtur, de scholis philosophorum agens lib. *de quær. erud.* τά τε ἀκροατήρια, τά τε θέατρα πληρῦται, διεξέρχονται δὲ, &c. *plena sunt theatra & auditoria, & philosophi continuo de virtute copiose verba faciunt*. Quod vero ait Eunapius, privatum hujusmodi theatrum non dissimile fuisse δημοσίων, in quibusdam verum est, non in omnibus: quod Plutarchus significat in *Pompejo*, qui Mitylenen veniens doctorum hominum theatra sua præsentia cohonestavit: ea de re ita scribit, ἡσθεὶς δὲ τῷ θεάτρῳ, περιεγράψατο τὸ εἶδος αὐτῦ καὶ τὸν τύπον, ὡς ὅμοιον ἀπεργασόμενος τὸ ἐν Ρώμῃ μεῖζον τε καὶ σεμνότερον, *delectatus* (Pompejus) *theatro, delineavit effigiem & figuram ejus, quo Romæ simile excitaret grandius & excellentius*.

Interdum solebant ad ἐπιδείξεις conducere aulas grandiores & palæstras, aut a magnificis hominibus utendas accipere, ut innuit Theophrastus in *Character.* περὶ ἀρεσκ. ubi ait hominem illum,

quem

quem pingit *blandum*, αὐλίδιον παλαιστρικὸν κόνιν ἔχον, areolam pulvere palæstrico resperfam concedere solitum τοῖς σοφισταῖς, &c. idque πρὸς τὸ ἐπιδείκνυσθαι, *ad declamationis pompam & ostentationem*. Sic Romæ fuisse quosdam locupletes, qui *domum suam recitantibus præberent*, ait Plinius lib. *Epist.* VIII. cui Juvenalis pulchre fuccinit *Sat.* VII. A

—— at si dulcedine famæ
Succensus recites, Maculonis commodat ædes.

Nonnunquam in ipsa *Curia* fiebant eloquentium ἐπιδείξεις. Docet id Aristides, *Tom.* II. qui cum haberet orationem de Concordia a se multo artificio elaboratam, civitati imprimis agit gratias, ἣ τὸ βυλευτήριον τοῖς λόγοις παρέχεται, *quæ sermonibus illis Curiam præbet*. Idem etiam factum aliquando in *Basilicis* Apulejus significat in *Apolog. Dissero aliquid postulantibus*, inquit, *amicis publice: omnes qui aderant ingenti celebritate Basilicam, qui locus auditorii erat, complentes*, &c. B

CAP. XIII.

Auditorii Sophistici delineatio. Cunei, anabathra, orchestra, θρόνος ὑψηλὸς dicentium: quorundam Sophorum nulla subsellia. Pulvini Sophistarum: reprehensa eorum κατάκλισις seu mollior sessio: sedentes ut plurimum dicebant. Thronus quoque excelsus magistratuum & Episcoporum. ὑψηλὸς ἁπλῶς de sublimi θρόνῳ. Emendati Eunapius, Gregor. Naz. & Cyrillus, plures illustrati. C

LECTUM locum Sophistæ adornabant, ut audientes commode possent capere, & ipse non sine dignitate pronunciare. Autor (Tacit.) *Dialogi de Oratorib.* id vocat *extruere auditorium*. Sic autem extruebant, ut in medio promiscua subsellia ponerentur, ad parietes anabathra, quæ vetus Scholiastes Juvenalis *ad Sat.* VII. *gradus superiores scansiles* vocat: Sidonius Apollinaris *lib.* IX. *Ep Athenæi cuneos, & subsellia cuneata*, ut Ennodius *præf.Car.*VIII. *crepantes plausus cuneos*, Apulejus *Flor.* IV. *sedilium circumferentiam*: Sidonius iterum, *scamna*, ut *lib.*IX. *Officii*, inquit, *nostri est, auditoribus scamna componere, & præparare aures fragoribus intonaturis*. Epictetus nominat βάθρα, & rem eleganter exprimit apud Arrianum *lib.* III. *cap.*XXIII. in hunc modum; *Ut autem hoc consequi valeant*, δεῖ πεθῆναι χίλια βάθρα καὶ παρακληθῆναι τοὺς ἀκουσομένους, *mille poni subsellia oportebit, & convocari quam plurimos auditores*. Sic Themistius *Or.*IV. in auditorio suo βάθρα fuisse meminit, in quibus auditores federent; & ne lapideos forte gradus cogitaremus, alio loco pro iisdem posuit ξύλον. Eunapius in *Proæres.* vocat σανίδας *Athenis*, inquit, *minutorum Sophistarum vis & facultas*, μέχρι τῶν σανίδων καὶ τῶ βήματος fuit: ubi τὰς σανίδας vertunt, *Tribunalium subsellia*; melius meo judicio fuisset, *auditorii subsellia*. D. Gregorius Nazian. *Or.* III. dixit προεδρίας καὶ ὑφεδρίας, *subsellia tum altiora tum humiliora*. D E

Commune hoc scholarum omnium fuit, & auditorii quasi proprium, ut sedilia componerentur, exceptis pauculis Sophis, qui illum sessionis apparatum genio quodam suo contempserunt; qualis Menedemus, de cujus auditorio ita Laertius, *lib.*II. ὅτε γὰρ τάξιν τινὰ ἦν παρ᾽ αὐτῷ βλέπειν, ὅτε βάθρα κύκλῳ διέκειντο, &c. *Neque ullum, ut fieri solet, circa illum ordinem vidisses, nec subsellia erant per gyrum disposita*, &c. Socrates quoque libero fastidio ea omnia repudiavit, gravissimo teste Plutar. *an seni ger.resp.* ὅτε βάθρα θεὶς, ὅτε εἰς θρόνον καθίσας, &c. *Cum neque poneret subsellia, neque thronum conscenderet*, &c. Et tamen illi ipsi qui ab inambulando habuere nomen Peripatetici, aliquot spatiis confectis, ἐπὶ τῶν βάθρων sedebant, ut lib. *adversus Epicurum* monet idem Plutar. & lib. *non posse vi. juc. sec. Epic.* ἔδοξε καταπαῦσαι τὸν περίπατον, καὶ καθάπερ εἰώθαμεν ἐπὶ τῶν βάθρων καθεζόμενοι, &c. *Placuit finem deambulandi facere, & pro more nostro in subselliis considentes*, &c. Hinc ἐν τῇ σχολῇ καθήμενος apud Epictetum, id est, discipulus vel auditor, & *sedere*, est inter auditores censeri. Seneca de schola Philosophi *ep.* LXXVI. *In eo loco, in quo vir bonus discitur, paucissimi sedent*. F

Verum ut de Sophistis conficiamus, cura illis fuit maxima, ut theatrum auditoriumque haberent cuneis apte instructum & peropportunum ad audiendum. Ornatissimo vero in loco fuit Orchestra, sive, ut quidam nominant, tabulatum, & in eo cathedræ honestiores, tum ipsius sedes oratoris. Rem delineavit in theatro poetico exædificando Juvenalis *Sat.* VII.

Nemo dabit Regum quantum subsellia constent,
Et quæ conducto pendent anabathra tigillo,
Quæque reportandis posita est orchestra cathedris.

In ea parte longe eminebat dicentis pulpitum, quod Græci θρόνον vocant. Plutar. de Sophistis, *de audiend.* ἀναστάντες γὰρ ἀπὸ τῶ θρόνυ καὶ ἀποθέμενοι τὰ βιβλία, &c. Socrates de Hippia Sophista apud Plat. in *Protag. Vidi Hippiam Eleum* καθήμενον ἐν τῷ καταντικρὺ προστῷῳ ἐν θρόνῳ, περὶ αὐτὸν δὲ ἐκάθηντο ἐπὶ βάθρων, &c. *In adverso porticus vestibulo in throno sedentem; circum autem in subselliis alii sedebant*, &c. Pingit aliqua ratione theatrum Sophisticum.

Fuisse autem hujusmodi *sedem excelsam*, aliisque cathedris longe sublimiorem, multi autores produnt. Apud Themistium *Or.*I. *sedere* ἐπὶ θρόνυ τινὸς ὑψηλῶ μάλα σοφιστικῶς καὶ σοβαρῶς, *in sublimi quodam solio Sophistice inprimis & arroganter*. Diceres cum Persio, *Sat.* I.

Sede leget celsa.

Quemadmodum Jon apud Platonem, se despicere ait auditores ἄνωθεν ἀπὸ τῶ βήματος, *superne a suggesto*. Hinc eleganter S. Gregorius Naz. scribens ad Eutropium Rhetorem, κἂν σε ὑψηλὸν αὖθις οἱ θρόνοι φέρωσιν, *ac si te rursum throni sublimem ferunt*. Et *epist.* III. εἰ καὶ κατωτέρω σοφιστικῶν θρόνων καθήμεθα, *licet infra Sophisticos thronos desideamus*. Eam ob causam ludens Aristophanes in *Nub.* κρεμάθραν vocavit, cui insedisse ait Socratem: διὰ τὸ μετέωρον εἶναι αὐτὴν κρεμαμένην, *quod penderet sublimius*, ait Græcus Scholiastes. Et alias nominat ταῤῥὸν pari joco, quod esse μετέωρον ἰκρίον ἐφ᾽ ᾧ ἀλεκτορίδες κοιμῶνται ait Interpres, hoc est, *sublimem quandam perticam in qua solent cubare gallinæ*. Vulgo id commune docentium omnium fuit Zacharias Scholasticus de Ammonio philosopho in *disput. Ipse autem nobis, velut ii qui exponunt oracula, Aristotelis philosophiam*, ἐν ὑψηλῷ τινὶ βήματι σοφιστικῶς μάλα καὶ σοβαρῶς καθήμενος, *in sublimi quodam suggesto Sophisticum in morem sedens*, magnifice explicabat Hæc altitudo ministra fuit atque nutrix arrogantiæ, qua Sophistæ opinione sui inflati digito cœlum videbantur attingere. Itaque perite Gregorius Theologus *ep.* XLI. Sophistico throno jungit supercilium: τῶν θρόνων καὶ τῆς ὀφρύος ἀνεχωρήσαμεν, *thronis & supercilio cessimus*.

Hunc thronum varie nominatum a Græcis Latinisque video. Arrianus in *Epictet. lib.* III. vocat τύλβιον, quod in exedris atque sellis ad commodiorem sessionem essent pulvini. Sic disputaturus apud Ciceronem Crassus poposcisse pulvinos dicitur; quemadmodum Plato lib. I. *de Republica* (quo forte intuebatur M. Tullius) Cephalum collocat ἐπί τινος προσκεφαλαίυ τε καὶ δίφρυ. Communem fuisse morem, ut sedentibus sternerentur προσκεφάλαια, e Theophrasti *Characteribus* περὶ κολακείας liquet, unde & Praxinoe

Theocritea sellæ jubet injici *ποτίκρανον pulvinum*. Sane in doctorum hominum velut supellectili numerari videmus pulvinos. Theodoretus *Hist. Ecc.* lib. IV. cap. XIV. de Eusebio in exilium abeunte, *Servus eum sequebatur cum cervicali & libro*. S. Ambrosius *ep.* LVI. *lib.* VII. videtur appellare *plumatium*. Et in veteribus ὁμιλίαις σχολαῖς simul nominantur θρόνοι & προσκεφάλαιον. Cicero epi. XVIII. lib. IX. *Famil.* de ludo loquens eloquentiæ, quem in Tusculano suo instruxerat: *Sella tibi erit in ludo, tanquam hypodidascalo proxima, pulvinus eam sequetur*. Plutarch. in X. *Orat.* Est ergo verisimile, eo Sophistas ad pompam & splendorem usos, vel quod essent nimium molles & delicati, quo nomine male audiisse videtur Isocrates, quem ajunt habuisse κρόκῳ διάβροχον προσκεφάλαιον, *croco imbutum pulvinum*. Heliodorus in *Æthiopicis* lib. II. id vocat μαλθακὴν κατάκλισιν, *mollem accubitum*, Athenæus *lib.* V. κλισμόν. Atque hoc forte in Sophistis olim reprehendebat Socrates, de quo sic Maximus Tyrius *Dissert.* VIII. κωμῳδεῖ σχῆμά τε καὶ κατάκλισιν σοφιστοῦ, *ille habitum & discubitum Sophistæ perstringit*.

Eandem sedem appellarunt δίφρον. Plutarchus in *civil. Instit.* circumscribit ita Sophistas, τοὺς ἀπὸ τοῦ δίφρου διαλεγομένους. Philostratus & Eusebius in Hieroclem δίφρον etiam nominant, ubi de Jarcha apud Indos sapientum coryphæo, quem sedisse ajunt ἐφ' ὑψηλοτάτου δίφρου, *in altissimo throno*. Alii σκίμποδα vocant. Suidas: σκίμπους, φιλοσόφων καθέδρα. Hinc Socrates apud Aristophanem in *Nubib.*

Κάθιζε τοίνυν ἐπὶ τὸν ἱερὸν σκίμποδα.

D. Hieronymus lib. II. *in Ruffin. sellam. Sella*, inquit, *posita Hermagoram nobis & Gorgiam exhibes Leontinum*.

Dicebatur quoque apud Latinos *Cathedra*. Juvenalis de Rhetoribus *Sat.* VII.

Pœnituit multos vanæ sterilisque cathedræ.

Sic apud Sidonium *lib.* VII. *literarum cathedras tenere*. Et *lib.* IV. *ep* V. *cathedrarios* appellat oratores vulgares, quemadmodum Seneca *philosophos cathedrarios*: ἐπιδίφριοι dicuntur Græcis. Cyrillus *advers. Julianum* lib. VII. *subindicavit Æsculapius remedia opinor*, ὥσπερ ἐπιδίφριοι ἰατροί. vertunt, *sicut medici curules*; malim, *cathedrarii*, nisi quis *inertes* velit interpretari, aut *circumforaneos*.

Pulpitum quidam vocant, ut Martialis, *lib.* I. *epigr.* LXXVII.

—— & circum pulpita nostra
Et steriles cathedras basia sola crepant.

Vulgo a Græcis βῆμα nominatur. Hinc Themistius Or. IV. de Sophistis ἀναβῆναι ἐπὶ τοῦ βήματος, *in suggestum ascendere*. Libanius *declam.* VIII. idem hominum genus pingens, sic ait: ἄνδρες δεινοὶ λέγειν, καὶ βοᾶν, καὶ καρπούμενοι τὸ βῆμα, *viri ad dicendum & clamandum exercitati, & suggesto perfruentes*. Docte rem expressit Gregor. Nazianz. *Or.* III. & quæ diximus de auditorio Sophistico repræsentat, cujus locum doctissimi Interpretis versio inobscuravit: sic enim habet de Juliano Imperatore differens; διδασκαλεῖα μὲν ἱδρύσασθαι κατὰ πᾶσαν πόλιν ἕτοιμος ἦν, βήματα δὲ καὶ προεδρίας καὶ ὑφεδρίας, Ἑλληνικῶν τε δογμάτων ἀναγνώσεις καὶ ἀναπτύξεις. Eruditus Billius ita vertit: *Scholas quidem in omnibus civitatibus, & sacraria, subselliaque partim altiora, partim humiliora extruere parabat, prophanorum etiam dogmatum lectiones & explicationes instituere*. Quod βήματα vertit hic *sacraria*, haud scio qua ratione cum schola & subselliis convenire possit: malim ego quidem *suggestum*, aut, ut Græce dicam, *thronos*, in quibus doctores illi sapientiæ considerent.

Porro Sophistæ vulgo declamitabant sedentes, nisi forte in graviori quadam amplificatione exurgerent. Id docet in *Sophista Scopeliano* Philostratus *de Vit. Soph.* διελέγετο δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ θρόνου ξὺν ἁβρότητι· ὅτε δὲ ὀρθὸς διελέγετο, ἐπιστροφὴν τε εἶχεν ὁ λόγος καὶ ἐπέρρωτο. *E throno delicate molliterque disserebat; quando autem rectus dicebat, conversionis acumine & robore pollebat oratio*. Idem in Polemone, solitum eum ait ἀναπηδᾶν τοῦ θρόνου παρὰ τὰς ἀκμὰς τῶν ὑποθέσεων, *e throno in causarum vigore exilire*. Seneca de Albutio declamatore *præfat.* lib. III. *Controv. Incipiebat enim sedens, & si quando illum produxerat calor, exurgere audebat*. Erat enim in sessione quædam autoritatis & dignitatis significatio, quam appetebant studiosissime: τὸ καθῆσθαι, inquit suavissimus Chrysostomus *in Psal.* VII. καὶ τὸ δικαστικὸν καὶ τὸ βασιλικὸν, *ipsum sedere, & judicum dignitatem & regiam quandam majestatem innuit*. Ad tuendam eandem autoritatem, & augendam, thronum habuerunt, ut dixi, ὑψηλὸν *sublimem*, ut principum & magistratuum amplitudinem & majestatem imitarentur. Nam D. Gregor. Nazianz. *Or.* XX. erudite inter magistratuum insignia ponit θρόνων ὕψη, & *carmine de Vita sua* vocat ὕψος ἀρχικόν. *Suggestum imperii* vocat S. Ambrosius *in Psal.* LXI. Sic in Jure Civili κόμητα τοῦ ὑψηλοῦ βήματος, *Comitem Consistorianum*, sive primi Ordinis in *l. ult. Cod. qui nul. pos.* Et in *lege* Honorii & Theodos. Cod. Theod. *Vicarii sedis excelsæ*. Themistius de Imperatore *Or.* XI. κατιόντα ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ ὑψηλοῦ, *e sublimi solio descendentem*. Ex eo more factum, ut ὑψηλὸς tantum sine alterius adjunctione, pro excelso throno ponatur. Heliodorus in *Æthiopic.* lib. IX. εἰς δὲ τὴν ὑστεραίαν ἐφ' ὑψηλοῦ προκαθήμενος ὁ Ὑδάσπης, *postridie sedens pro tribunali excelso*. Et de Sophistis Libanius *Chr.* III. ἵδρυται μὲν ὁ διδάσκαλος ἐφ' ὑψηλοῦ τινὸς ὥσπερ οἱ δικασταὶ, *residet magister in sublimi trono, quemadmodum & judices solent*. Etiam apud Græcos Patres Episcoporum sedes θρόνος ὑψηλὸς, index honoris & dignitatis. Gregorius Theologus suo Basilio, ὁ θρόνος ὑψηλότερον σε ἡμῶν ἀθρόως ἐποίησε, *pontificius thronus te repente supra nos evexit*. Et *epist.* XXIV. ἐπειδή σε τεθέντα ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν θρόνον ἔγνων. Julianus Imperator in *Ep.* in edicto ad Alexandrinos, significat fuisse proprie appellatum ἐπισκοπῆς θρόνον. *Audio*, inquit, *Athanasium* ἀντιλαβέσθαι τοῦ λεγομένου παρ' αὐτοῖς ἐπισκοπῆς θρόνου. Et quidem ita nominat Zosimus *Hist.* lib. V. pag. 801. Sed hæc vereor plus satis sint ad Sophisticum auditorium illustrandum. Addam hoc tamen unum; sublimem illum thronum Sophistarum, ornatum fuisse videri aliquando σκιαδίῳ sive conopeo. Id expressit poeta Pherecrates unguentarium Sophum illudens his verbis apud Athen. *lib.* XIII. μαθὼν τήνδε χρὴ καθήμενον ὑψηλῶς ὑπὸ σκιαδίῳ, &c. Dalechampius ita vertit, *eum qui didicit artem, sedentem oportet in sublimi, sub conopeo, consessu hominum ad id congregatorum toto die cum adolescentibus confabulari*. Sed hoc quidem apud nullum alium legere me memini. Atque in ea re forte æmulari Christianorum Pontificum dignitatem majestatemque volebant, quorum thronos fuisse ornamentis illustres & venerandos accepimus. Sic D. Augustinus *epist.* CCIII. *cathedras velatas* Episcoporum appellat; & Pacianus, *sedem linteatam*. Id vero hominum opinione atque more ad honorem referebatur. Pontius Diaconus ait morientis Cypriani sedile fortuito linteo fuisse tectum, *ut*, inquit, *& sub ictu passionis, Episcopatus honore frueretur*.

CAP. XIV.

De invitatione ad publicam Declamationem: ea res varie explicata. ἀγείροντες de circulatoribus Sophistis. ἀγύρται & ἀγείροντες unde appellati veteres athletæ. θυροκοπεῖν, formulæ invitationis: invitare per nuncios. In crastinum aut diem perendinum facta vulgo invitatio: quantum appeterent auditorum frequentiam: magna solicitudo dicturi Sophistæ.

FIEBANT invitationes ambitiose, ad audiendas ἐπιδείξεις, & solennes eas Declamationes, quas Himerius *Orat. in Muson.* πανδήμους συλλόγους vocat. Eum morem attigere multi e Græcia doctissimi, & varie suis verbis expressere. Arrianus in *Epicteto* lib. III. dicit παρακληθῆναι τοὺς ἀκουσομένους, *qui audituri sunt advocare*. Dicunt etiam Latini *advocare*. Fabius *lib.* II. *cap.* X. ait in Panegyricis permitti adhibere plus cultus, omnemque artem ostentare, *etiam hominibus*, inquit, *in hoc advocatis*. Lactantius *de fal. sap.* lib. III. cap. XVI. *Apparet eos exercendæ linguæ causa, vel advocandi gratia, artem ipsam philosophiæ reperisse*. Eodem sensu dixit Lucianus *de Dom.* συγκαλέσαι τοὺς βελτίστους, inquit, συγκαλέσαντα λόγων ἐπίδειξιν ποιήσασθαι, *optimates cum audiendum evocasset, publicæ declamationis pompam exhibuit*. Alio quodam modo in *Prometheo*: ἡμεῖς δὲ τὰς τοιαύτας τῶν ἀκροάσεων ἐπαγγέλλοντες, εἴδωλα ἄττα ἐπιδεικνύμεθα, *nos declamationes hujusmodi denuntiantes*, &c. Synesius *ep.* CXXXV. ἀγείρειν ἐν τοῖς θεάτροις τοὺς νέους, *adolescentes in theatris sive auditoriis congregare*. Themistius *Orat.* XVI. ἀγείρειν θέατρα, D. Basilius *epist.* CLVIII. πάνδημον συναγεῖραι πανήγυριν, *frequentissimam advocare panegyrim*. Synesius ἐπαγγεῖλαι ἥκειν ἀκροασομένους, *epist.* C. & alias ἐπαγγέλλειν ἀκρόαμα, *promittere declamationem*. Juvenalis etiam promittere diem, *Sat.* VII.

—— *lætam fecit cum Statius urbem*
Promisitque diem.

Aristides *Orat. ult.* Tom. III. ὁ δὲ ῥήτωρ ἐὰν τοὺς λόγους ἀφεὶς τοὺς ἀκουσομένους συλλέγῃ, *si orator auditores colligat*. Sic etiam Themistius *Orat.* IV. dixit συλλέγειν, & *Orat.* III. ἄνδρας συνάγειν, ad eandem rem significandam. Idem *Orat.* I. statim initio, ἁπλῶς sumit pro eodem ἀγείρειν: ubi noster P. Petavius vir doctissimus ait signanter ea voce usum, quod nimirum circulatores fuere multi Sophistæ qui dicti ἀγείροντες. Id sane est verissimum: sic Eusebius nominat Apollonium Tyaneum scribens *adversus Hieroclem*, σοφιστής τις ἀληθῶς ἀγείρων κατὰ τὰς πόλεις, &c. *nihil aliud quam Sophista quidam civitatum circulator & pro Sopho magus deprehendetur*. Quam tamen notam magnopere conabatur effugere, ut est in *ejus Vita* apud Philostr. lib. IV. cap. XIII. ὁ γὰρ τρόπος ἱερὸς ἐδόκει καὶ οὐδὲν ἐοικὼς τοῖς ἀγείρουσιν, ubi obscurius Interpres vertit *pecuniarum coactores*. Sic apud Max. Tyrium *Diss.* II. ἐν κύκλοις ἀγείροντες. Eadem ratione dicuntur ἀγύρται, cujus vocabuli si fontem & initia prima consideremus, apte omnino in circulatores Sophistas conveniet. Nam, ut ait Joannes Tzetzes *Chiliad.* XIII. priusquam victoribus præmia fuissent in Græcia excogitata,

Νικήσαντες διέτρεχον τὴν ἄγυριν τὸ πλῆθος,
Καὶ οὕτω συνηράνιζον χρήματα τῇ ἀγύρει,
Καὶ κλῆσιν ἔσχον ἀγυρτῶν, ὡς ἐκ τῶν ἐν ἀγύρει,
Ἀθροίζοντες λαμβάνοντες δῶρα τῆς νίκης χάριν.
Victores percurrebant cœtum, multitudinem,
Et sic colligebant pecunias a cœtu,
Et nomen obtinuerunt agyrtarum, velut ex agyri
Colligentes, accipientesque dona victoriæ ergo.

Atqui Sophistæ nonnunquam Declamationes habebant ἐρανικάς, de quibus vere dicas, συνηράνιζον χρήματα τῇ ἀγύρει. fuerunt ergo agyrtæ. Eratosthenes apud Scholiasten Euripidis in *Hecuba*, eam ipsam Athletarum consuetudinem memorans, vocat ἀγείροντας: συνήθεις, inquit, κύκλῳ περινοστοῦντας ἀγείρειν τὰ διδόμενα, &c. Sed hæc ἐν παρόδῳ.

Invitabant ergo Sophistæ ad Declamationem die prodicta; idque fiebat vel programmate, aut libellis sparsis, vel ii ipsi qui erant dicturi ædes circumeundo ambiebant, quem ambitum illustrius exponit Synesius in *Dion.* cum θυροκοπεῖν appellat, quasi fores omnium adolescentium, qui in urbe essent, pultandæ viderentur, ad alias invitationes obeundas. Autor (Tacit.) *Dialogi de Orator.* rem adumbrat, cum de Basso, *Rogare*, inquit, *ultro & ambire cogitur, ut sint qui dignentur audire*. Origenes autem *contra Celsum* consuevisse monet Philosophos καλεῖν ἀπὸ τῆς τριόδου καὶ συνάγειν ἀκροατάς, *vocare de trivio auditores*. Formula quædam invitationis ponitur apud Arrianum in *Epict.* lib. III. δεῦτε, καὶ ἀκούσατέ μου. *Venite, & aures mihi dicenti præbete*. Et alio loco hanc ponit, παρακαλῶ σε ἐλθόντα ἀκοῦσαι, *hortor venias ad audiendum*. Nonnunquam missi quoque videntur nuntii, qui Declamationem indicerent Philostratus in *Adriano Sophista*, lib. II. *de Vit. Soph.* *In spectaculis* φανέντος δὲ τῆς ἀκροάσεως ἀγγέλου, *cum nuncius auscultationis fuisset visus, continuo Senatus Equitesque assurgentes in Athenæum convolabant*.

Porro invitabant vel in crastinum, vel in diem perendinum. De crastino Themistius *Orat.* I. *Novum*, inquit, *atque insolens forte videatur, philosophum*, χθές τε ἀγείροντα ἑωρᾶσθαι, &c. *& pridie cœtum hominum cogere esse visum, & nunc in sublimi throno considere*. Sic adolescens Eliensis, qui orationem de Jovis laudibus erat dicturus, Apollonium Tyaneum invitavit ἐς αὔριον, *in diem crastinum*, ut est in *ejus Vita*, lib. IV. cap. IX. Tribus autem ante diebus id fieri solitum, ponit *Or.* XVI. Themistius, cum de Sophista loquitur: καὶ θέατρα ἤδη ἀγείρει, καὶ πρότριτα ἐπαγγέλλει εἰς τὸ δικαστήριον συνιέναι. *Et theatra cogit, & triduo ante uti in forum conveniant denuntiat*. In perendinum etiam invitat Hippias ad ἐπίδειξιν apud Platonem in *Hip. major.* μέλλω ἐπιδείκνυσθαι εἰς τρίτην ἡμέραν ἐν τῷ διδασκαλείῳ &c. Rogat autem Socratem ut & ipse adsit atque alios secum ducat, quæ omnia σοφιστικά. Incredibiliter enim gaudebant λαμπροτάτῳ θεάτρῳ, ut D. Chrysostomi verbis utar, *splendidissimo theatro*, sive audientium multitudine & copia: quod festivo dialogismo ostendit Epictetus apud Arrian. *lib.* III. *cap.* XXIII. inducit enim Sophistam cum uno de auditoribus colloquentem, σήμερόν μου πολλῷ πλείονες ἤκουσαν, &c. *Hodie plures me audierunt multo. Sane permulti, videmur enim fuisse quingenti. Nihil dicis, mille pone auditores. Tot nunquam habuit Dion. Sed unde istud? Quia doctissime præceptor eleganti oratione capiuntur*, &c. Itaque destitui corona, Themistius *Orat.* I. ait rem esse magni mæroris, καὶ ἀτύχημα σοφιστοῦ, *& quandam Sophistæ calamitatem*.

Interim cura, & eventi expectatione soliciti cruciabantur Sophistæ, animoque angebantur, dum metuunt, ne non gloriæ respondere possint, & partæ jam existimationi, aut eruditis auribus satisfacere; quod acrius eorum vitia animadvertebantur, qui præstare omnibus & excellere cupiebant. Vere Apulejus lib. I. *Florid.* *Reputet cum animo suo, quantum periculum conservandæ existimationis hic adeat, qui contemni non consuevit, cum sit arduum & oppido difficile vel modicæ paucorum expectationi satisfacere*, &c. Et paulo post, *Meum vero unumquodque dictum acriter examinatis, sedulo pensiculatis, ad limam & lineam*

certam redigitis, &c. Quare Sophista Polemon intuitus gladiatorem sudore perfusum, & in certamine de vita formidantem: ὅπως, inquit, ἀγωνιᾷς ὡς μελετᾶν μέλλων, *ita solicitaris & sudas, ut declamaturus Orator*, apud Philostrat. in *ejus Vita*. Quo modo etiam Plutarchus in *apopb.* ait M. Tullium solere περὶ τὸ λέγειν μάλιστα ἀγωνιᾷν. Expressit eam curam Themistius *Or.* XVI. *Si quis sit orationem habiturus, quam studio impenso & cura elucubraverit, multasque noctes insomnes ob id traduxerit, ac multa non paucos dies meditatus fuerit*, &c. Synesius etiam in *Dion.* gravius; ait non modo noctes insomnes ductas, verum & ipsam animam prope ἀποσταλάξαι ὑπὸ φροντίδων, *solicitudine distillasse*, ut Sophista lætum quidpiam, audientibusque jucundum posset adferre. Itaque libelli Autor *de Oratoribus* eleganter, *famam pallentem oratorum* nominavit. *Nec insanum ultra & lubricum forum, famamque pallentem trepidus experior.* Et divine S. Hieron. exponens illa Scripturæ verba *cap.*VII.*Eccles. Melior est finis orationis quam principium; Meliores*, inquit, *sunt in dicendo epilogi, quam exordium. In his enim dicentis solicitudo finitur, in illo incipit.* Quanquam ne post epilogum quidem metu vacui quidam fuerunt. De Albutio Seneca *præfat.l.* III. *Contr. Tristis, solicitus declamator, & qui de dictione sua timeret, etiam cum dixisset.* Quæ causa est, ajebat Epictetus apud Arrian. *lib.* II. *quod Rhetor se quamvis bene scripsisse intelligat, & quæ scripserit rite commendavisse memoriæ, nec non suaviter pronunciasse, nihilominus est anxius?* Causam refert in immensam laudis cupiditatem. Quam eandem adfert S. Chrysostomus lib.V. *de sacerdot.* cap.IV. ubi eosdem cum mari componit undis agitato. Neque modo Sophistæ, sed eorum etiam causa, metu amici conficiebantur. Julianus Imperator tota nocte vigilavit, cum postridie esset dicturus Libanius, quem summa benevolentia complectebatur, cum videlicet de eventu illius ἐπιδείξεως foret solicitus.

CAP. XV.

De ingressu in publicum auditorium, deque vestitu & cultu Sophistarum. Loti accedebant ad dicendum & veste conspicui: annulis decori: quis primus e Sophorum numero sordes in vestitum induxit. ἀνυποδησία Sophistarum: alter humerorum neglectus: ungues ferini. Is squalor index vanitatis irrisus. Quid sapientes de vestitu philosophico senserint.

PROBE instituti comparatique Sophistæ, tandem aliquando die constituta ad dicendum accedebant, & inprimis loti & nitidi in theatrum auditoriumque veniebant. Sic enim Synesius in *Dion.* declamaturum pingit: ὁ δὲ καὶ ἐλούσατο πρὸ τῆς κυρίας, *cæterum is ante præscriptum diem lotus*, &c. Deducebantur autem eximio comitatu ὁμιλητῶν, *sectatorum*; in quo inerat species quædam minime contemnenda splendoris & dignitatis, qua de re Libanius in *Progymn.* ὅπως δὲ λαμπρῶς ἐπὶ τὸ βῆμα παραπέμπονται, ὅπως δὲ ἀπὸ τοῦ βήματος λαμπρότεροι, ἡνίκα ἂν εὐδοκιμήσωσι; *quam speciose vero ad suggestum deducuntur? quam speciosius etiam reducuntur, cum egregie laudabiliterque dixerint?*

Atque ut locum ipsum declamationis quam ornatissimum esse cupiebant, ita ut plurimum ipsi culti & amictu specioso decorati, in lucem hominumque cœtum ingrediebantur. Autores omnium gravissimi id diserte produnt. Arrianus in *Epict.* lib. III. eos ait ἐν κομψῷ στολίῳ ἀναβῆναι ἐπὶ πούλβινον, *veste magnifice ornatos in pulpitum ascendere*. Synesius in *Dion.* ἐσθῆτι καὶ σχήμασι σοβαροῖς usos, *veste nimirum & cultu corporis ad superbiam & ostentationem opportunos*: addit rationem, ἵνα θέαμα καλὸν ᾖ, *ut splendidum & jucundum esset spectaculum*. Sic enim audientibus gratiores, & mirabiliores se futuros opinabantur. De iisdem Lucianus in *Fugit.* σχηματίζουσι καὶ μετακοσμοῦσιν ἑαυτοὺς εὖ μάλα εἰκότως, *formæ student, & oppido quam eleganter se exornant*. Et ut aliquos nominatim citemus, de Adriano, qui Sophisticæ scholæ fuit Athenis præfectus, ita Philostratus lib. II. *de Vit. Soph.* μεγαλοπρεπέστατα δὲ τοῦ Ἀθήνησι θρόνου ἐπεμελήθη, ἐσθῆτα μὲν πλείστου ἀξίαν ἀμπεχόμενος, ἐξηρτημένος τὰς θαυμασιωτέρας τῶν λίθων. *Magnificentissime oratorio Atheniensium throno operam dedit, veste pretiosissima indutus lapillis admirabilibus exornata.* Sic Maximus apud Eunapium vere Sophista maximus, στολὴν ἁβροτέραν ἢ κατὰ φιλόσοφον περιεχόμενος, *elegantiore ac molliore quam philosophum deceret vestitu circumfusus*, in Juliani palatio volitabat. Viam ad hanc elegantiam, choragiumque jam præiverant, illi primi veluti parentes satoresque Sophistarum, quos antiquitas omnium scriptorum monumentis celebrat. Nam Gorgiam & eidem æqualem Hippiam ἐν πορφυραῖς ἐσθῆσι προϊέναι, *tunicis purpureis amictos prodire consuevisse*, autor est Ælianus *Var.Hist.* lib.XII.

Quidam etiam haud contenti gloriosa vestium ostentatione, in supellectili & reliquo familiæ splendore, haud minimam exhibere pompam cupiebant. Polemon Sophista apud Philostr. in *ejus Vita*, cum prodeundum fuisset ex urbe, ἐπὶ ζεύγους ἀργυροχαλίνου Φρυγίου τινὸς ἢ Κελτικοῦ ἐπορεύετο, *in bigis argenteo freno ornatis Phrygiis Celticisve quibusdam vehebatur*.

Declamantes vero habuisse grandes annulos, quibus non modo manus, sed dictio quoque ipsa quodammodo illuminaretur, est verisimile. Certe Hippiam ostentavisse annulum in Olympiis, quem proprio ipse artificio esset molitus, Cicero, Apulejus, aliique memorarunt. Athenion Sophista prodiit in publicum, χλαμύδα λαμπρὰν ἐπισύρων, καὶ περικείμενος δακτύλιον χρυσοῦν, *splendidam vestem trahens, & annulum gestans aureum*, ait Athenæus *lib.* V. Aurelius Fuscus Rhetor annulos ex argento ferebat, ut Plinius animadvertit *lib.*XXXII. *cap.* XII. Quem morem etiam recitantes in Italia tenuere, quorum manus Sardonychatas in dicendo fuisse videmus. Notus est ille apud Satyricum Persium *Sat.*I. Declamator, qui *natalitia cum Sardonyche albus*, celso in pulpito multis audientibus os suum ostentat. Migravit ea consuetudo in forum, actoribusque causarum splendidæ paraturæ cupidis inhæsit. Itaque negat Poeta Juvenal. *Sat.* VII. æquis animis audiri patronum,

—— nisi fulserit annulus ingens.

& qui non habebant, causam acturi, commodato accipiebant:

—— conducta Paulus agebat
Sardonyche, atque adeo pluris quam Gallus agebat.

Tantum nimirum ad eloquentiæ lucem & dignitatem, in eo ornatu positum esse putabant. Et quidem oratori suo concedit Fabius Quintilian. *lib.*XI. *cap.* III. ut aurea illa luce & splendore lapidum manus insigniant, modo eas tamen ornent potius quam onerent. Quam eandem causam fuisse puto, cur Sophistæ id actionis decus ambierint, præsertim cum res minime nova fuerit, sed vetusta potius, ut eloquentiæ doctrinarumque amantes viri annulos ferrent. Nam Aristoteles δακτυλίους πολλοὺς φορῶν ἐκαλλωπίζετο ἐπὶ τούτῳ, *annulis ferendis se mirifice exornabat*, ut est apud Ælianum *lib.* III. ποικιλ. quod tanquam inanitatis levisque animi indicium Plato redarguere consueverat. Socrates item, ut meminit Maximus Tyrius, ἐκωμῴδει σχῆμα σοφιστῶν, *Sophistarum amictum & vestium elegantiam reprehendebat*.

Et tamen illi ipsi Philosophiæ magistri bene multi, vel tuendæ existimationis gratia, vel colligendæ auditorum benevolentiæ, exquisitius se ornabant comebantque σοφιστικῶν. Athenæus *lib.* I. scribit Theophrastum in peripatum ire solitum ad docendum λαμπρὸν καὶ ἐξησκημένον, *corporis nitido & exacto cultu*. Lycon apud Laertium *lib.* v. adeo fuit hujus elegantiæ studiosus, ὡς ἀνυπερβλήτῳ χρῆσθαι μαλακότητι ἱματίων, *ut vestium incredibili mollitie ac nitore uteretur*. Heraclidem propter floridam insignemque vestem quam tulit, non *Ponticum*, sed *Pompicum* nominabant. Itaque Ephippus comica libertate in Platonicos invehitur, ὅτι πολυτελῶς ἠσκοῦντο, *quo sumptuoso vestitu superbirent*, unumque ex Academia pingit, in quo liceat veluti Rhetorum nostrorum imaginem contueri. Adfuit, inquit, Byrson,

—— ἱματίων ἰσομέτροις ἑλίγμασι
Ὄγκῳ τε χλανίδος δ' εὐθωρακισμένος
Σχῆμ' ἀξιόχρεων.

Tunicæ plicaturis æqua proportione distantibus
Pallio tumido venuste circumamictus
Gestu gravi & venerando.

Dio Prusæus Sophista nobilis, quem nominavere Chrysostomum, quiddam etiam insuetum in cultu, neque ab aliis vulgo usurpatum adhibere voluit: nam λεοντῆν πολλάκις ἐνημμένος ποιεῖσθαι τὴν πρόοδον, *leonina sæpe indutus pelle, in publicum prodiisse dicitur*, dum affectat σεμνότητα κατὰ τὸ σχῆμα, *e corporis amictu venerationem*, ut ait Photius.

Contra vero multi e sordibus, & contemptu omnis elegantiæ, gloriolam aucupabantur. Sophista Proæresius cum esset dicendi gloria princeps, apud Imperatorem Julianum gratiosissimus, quique etiam Romæ statuam propter singularem eloquentiam fuisset consecutus, tamen inanis καρτερίας æmulator, λεπτὸν ἔχων τριβώνιον καὶ ἀνυπόδητος *lacerna extrita & obsoleta utens, & sine calceis*, multas regiones obivit, & Galliæ nives calcavit, ut refert Eunapius in *Proæres.* Idem fecit Isidorus, de quo Damascius apud Photium ita meminit: ἀνυπόδητος περιιὼν τὴν οἰκουμένην ὡς φάναι λόγον ἅπασαν, *nudis pedibus universum prope dicam terrarum orbem circumiit*. Apollonius quoque Tyaneus, quem Itali nominabant σοφιστὴν, illam etiam ἀνυποδησίαν ultro excepit, ad intuentium animos commovendos, Philostr. in *ejus Vit.* lib. I. cap. VI. Pari modo Socrates ibat ἀνυπόδητος καὶ ἀχίτων, ut testis oculatus ait Xen. *lib.* I. ἀπομν. Id forte ab illis factum Pythagoreorum imitatione, qui primi sordes in vestibus amaverunt, quasi hominum mollitiem & inanitatem, communesque mores vellent arguere. Illos enim ῥυπᾶν ἑκόντας, *squalere sordibus ultro consuevisse*, ait Aristophanes. Quanquam nec Pythagoras, nec qui proxime illum consecuti sunt, laurum ex eo mustaceo petierunt: sed Diodorus quidam Aspendius, cum ad Pythagoricam disciplinam animum appulisset, primus inusitatum corporis cultum invexit, cum ante ipsum, Pythagorei uti solerent λαμπρᾷ ἐσθῆτι, *splendida & eleganti veste*, ut doctissimi viri meminerunt. Hunc deinceps alii imitati quidam. Theocritus *Idyll.* XIV.

Τοιοῦτος πρώαν τις ἀφίκετο Πυθαγορικτὰς
Ὠχρὸς κἀνυπόδατος.

Talis huc nuper pervenit Pythagoricus
Pallidus & nudus pedes.

Id institutum postea Zenonii Cynicique arripuerunt, qui non modo in durissimis pedibus & pædore, verum etiam in trito sordidoque tribonio, sibi vehementer placebant. Illorum fuisse proprium ῥυπόωντι πίνῳ πεπαλαγμένον ἔθος, *sordibus & illuvie conspurcatam habere vestem*, poeta canit Antipater in *Anthol.* Totam rem de illo grege unus apud Lucianum ita exponit in *Cynic.* τὸ γοῦν ἐμὸν σχῆμα τοιοῦτόν ἐστιν, αὐχμηρὸν εἶναι, λάσιον εἶναι, τρίβωνα ἔχειν, κομᾶν, ἀνυποδητεῖν. *Cultus vero meus hujusmodi est, squalidum esse, hirsutum esse trito palliolo amiciri, promittere comam, sine calceis ingredi.*

Id omne machinabantur immensa quadam honoris cupiditate, ut patientiæ laude clari, & rerum omnium humanarum despicientia commendarentur. *Omnem sapientiæ ostentationem de patientia præferunt*, ait gravissimus Tertullianus lib. *de patien.* cap. I. Sæpe igitur fuerunt a doctissimis & sanctissimis Ecclesiæ Patribus irrisi. Laus Galliæ nostræ Hilarius comment. *in Psal.* LXIV. *Cernimus nudis Philosophos corporibus algere*, &c. subdit, *Totum hoc inane atque ridiculum est*, &c. S. Chrysostomus eos Sophistas orationis aculeis pungens l. I. *cont. Gentil. Nullus apud nos ῥάκει περιβαλλόμενος, vili ac lacero panno obtectus per forum ingreditur: ea enim admirabilia esse videntur laboreque multo ac summa ærumna plena*, ἐπαίνου δὲ παντὸς ἀπεστέρηται, *sed indigna tamen sunt quæ laudem mereantur*. Illud idem objicit Tatian. *orat. cont. Græc. Quid magnum philosophi vestri faciunt?* θατέρου τῶν ὤμων ἐξαμελοῦσι, &c. *Incedunt altero ex humeris neglecto, capillitium demittunt copiosum, barbam alunt*, ὄνυχας θηρίων περιφέροντες, *ungues ferinos gerunt*. Sed elegantissime Sidonius Apollinaris *lib.* IX. *ep.* IX. *Non pallio*, inquit, *aut clava, velut Sophisticis insignibus gloriari, aut affectare de vestium discretione superbiam, nitore pompam, squalore jactantiam*. Quin illi ipsi mutuo se illudebant ea causa. Notum id Antisthenis, qui cum fractum aliquando pallium de industria in hominum cœtu ostentaret, Socrates qui tum aderat, Ὁρῶ σου, ἔφη, διὰ τοῦ τρίβωνος τὴν κενοδοξίαν, *Video*, inquit, *per scissuram palli tuam vanitatem*, apud Laertium. Alio quodam modo rem eandem prodit Ælianus *lib.* IX. ποικίλ. Socrates cum videret Antisthenem attritam partem vestis semper in conspectum protendere, *Quin desinis*, inquit, *apud nos teipsum magnifice ostentare?*

Itaque viri sapientes, cum isti inanissimæ ostentationi eundem esse obviam putarent, sic a scholis dimittebant adolescentes, ut docerent, neque laceris & sordidis nimium vestimentis esse utendum, neque nimium elegantibus & delicatis; quæ norma est canonque prudentiæ. Qua de re sic Epictetus apud Arrian. *lib.* II. *Cum adolescentem e schola dimittimus, monemus* μὴ ταπεινώσῃ αὐτὸν ῥάκη περιτιθέντα, μὴ ἐπάγῃ κομψὰ ἱμάτια, *ne abjectior appareat inductus laceris, ne nimis delicatis elegantibusque vestiatur*. Notavit eandem prudentiam & Suidas, *Philosophis*, inquit, *fuit curæ vestem etiam modeste induere, quique id negligerent, eos deridebant*. Est enim similitudo quædam animum inter & externam speciem, & compositum animum decorique amantem necesse est curam habere externæ honestatis. Quare Aristarchum reprehendebat Callistratus ἐπὶ τῷ μὴ εὐρύθμως ἀμπέχεσθαι, *quod indecora, & sordida veste uterentur*; quasi honestas illa vestium πρὸς παιδείας ἐξέτασιν, *ad doctrinarum pervestigationem* conferret, ut memini dicere Athenæum, *lib.* I. Ea ipsa de re multa & præclara documenta ponit Seneca in *Epistolis*, ep. V. *Non splendeat toga, ne sordeat quidem*, &c.

CAP. XVI.

De tribonio seu Pallio Sophistico: quis ejus color, & quomodo a philosophico discreparet: αὐθημερινοὶ *& repentini in pallium involantes: quo ritu dabatur pallium Athenis.* Δέχεσθαι τὸν τρίβωνα. Ἐγγεγραμμένοι. *Initiationes &* τελεταὶ *Sophisticæ. Honoris causa tributum Sophistæ nomen.*

SOPHISTAS fuisse palliatos, haud obscure docet Tertullianus, *de Pall.* cap. ultim. apud

quem ita loquitur Pallium : *De meo vestiuntur & primus informator literarum, & primus edomator vocis, & primus numerorum harenarius, & Grammaticus, & Rhetor, & Sophista*, &c. Græci vocant, τρίβωνα ῥητορικὸν, *oratorium pallium*, de quo Damascius apud Photium, λόγοις, inquit, ἐπεδειξάμην πρότερον τὸν ἐπὶ ῥητορικῇ τρίβωνα περιθέμενος, *oratione primum specimen edidi, sive publice declamavi, Rhetoricæ pallium induens*. Subdit Photius : ὥστε ἦν καὶ τρίβων ῥητορικὸν ὡς καὶ φιλοσοφικὸς, *quare pallium fuit etiam oratorium ut & philosophicum*. Sed quæro num aliquod fuit inter utrumque discrimen? Inprimis haud obscuram dissimilitudinem reperio in colore : nam, ut Grammatici Græci monent, Rhetorum τρίβωνες φοινικοῖ, φαιοὶ δὲ τῶν φιλοσόφων. *Oratorum fuere pallia punicea, subnigra autem philosophorum*. Sed quod φαιὸν colorem dant philosophis, vulgo est quidem verum, sed non in omnibus: candidum enim fuisse pallium Cynicorum, est notum in veterum scriptorum monumentis. Quare D. Gregorius Nazianzenus *Or*. XXIII. laudans Heronem philosophum Cynicum & Christianum, tribuit ejus pallio colorem angelicum, nimirum λαμπροφορίαν καὶ φαιδρότητα τοῦ σχήματος, *vestitus candorem atque splendorem*. Quin & Rhetoras fuisse candidis vestimentis indutos ex Ammiano suspicare quis posset, quod Sophistam in epigrammate *Anthol*. lib. II. cap. XLVI. nominet,

Τέχνης ῥητορικῆς δαίμονα λευκοφόρον

quo sane ex loco Rhetoribus quidam cum colorem tribuunt. Forte etiam in modo & compositione pallii fuit diversitas. Nam Stoicorum & Cynicorum pallium fuit duplex, ut insueta illa effigies, hominum elegantiam illuderet : inventum id Diogenis, si Laertio credimus, qui τρίβωνα διπλώσας πρῶτος, *pallium primus duplicavit* : in Cratetem id retulisse visus Tertullianus *de pall. Pallio*, inquit, *nihil expeditius, etiamsi duplex Cratetis more nusquam vestiendo componitur*. Nominat propterea διπλοΐδα, Antipater in *Anthol*. διπλάσιον, & alias δίπλοον εἷμα σοφοῖο. Hesychius δίβολον χλαῖναν, hoc est, διπλῆν, Plutarchus in *Erot*. διβολίαν. Horatius *lib*. I. *ep*. XVII. eleganter *duplicem pannum* :

—— *quem duplici panno sapientia velat* :

id est, Cynicus gerens diploida, ut docti interpretantur. Latini uno verbo nominant *abollam*. Servius in id poetæ principis *lib*. V. *Æn*.

Hæc fatus duplicem ex humeris rejecit amictum :

duplicem amictum, id est, abollam, inquit. Stoico attribuit Juvenalis *sat*. III.

—— *atque audi facinus majoris abollæ*.
Stoicus occidit Baream, &c.

Ubi majorem abollam, grandius pallium interpretatur Scholiastes, hoc est, altioris philosophiæ pallium, qualem profitebantur Stoici, de quibus agit. Qui in eo conveniebant cum Cynicis, ut sordido & vili pallio uterentur, ad patientiæ laudem & inanium omnium rerum contemptum ostentandum. Apud Hebræos fuit quoque philosophicum pallium, quod illi vocant *Adderetb sear*, pilosum & rude pallium, quale fuisse volunt id celebratum Eliæ Vatis, quod Eliseo e sublimi demisit. Gregorius Nyssenus διπλοΐδα nominare videtur, cum de Samuele meminit, *Ep. de Pytbon*.

Honestius autem amiciebantur eloquentiæ doctores Sophistæ, ferebantque, ut modo ajebam, phœnicei aut purpurei coloris pallium. Athenæus nominat χλαμύδα λαμπρὰν, *splendidam vestem*, Eunapius aliique τριβώνιον : Laertius in Bione σχολαστικὴν ἐσθῆτα, *scholarem vestem*: in Jure dicitur generatim *habitus philosophiæ*, de quo est Imperatoria lex Cod. Theodos. *de med. & prof. l*. 7. in hæc verba : *Reddatur unusquisque patriæ, qui habitum philosophiæ indebite & insolenter usurpare cognoscitur*. Hoc opinor Dominorum Edictum quorundam hominum temeritatem coercet, & importunam audaciam, qui sine eruditione & facundia pallium Sophisticum aut Philosophicum arripiebant, ut in doctorum hominum ordine censerentur : quod notat Epictetus apud Arrianum *lib*. IV. *Multi*, inquit, εὐθὺς ἀναλαβόντες τρίβωνα, καὶ πώγωνα καθέντες, φασὶν, ἐγὼ φιλόσοφός εἰμι. *Statim arripientes pallium, & barba promissa, se ostentantes inquiunt, Philosophus ego sum*. Alias nominat eosdem *Adonidis hortos*, qui externam habeant speciem, fructum nullum : Gregorius Nazianz. *Or*. XXIX. αὐθημερινοὺς σοφοὺς *unius diei momento exortos*; alias σχεδίους, *repentinos*; Isocr. *cont. Soph*. νεωστὶ ἀναφυομένους, fungino veluti genere nocte una enatos. Sed fuit tempus aliquando, cum Sophisticum pallium nemo impune ferre potuit, nisi prius initiatus, nive illi quorum interfuit, id jus & autoritatem de more tribuissent. Quod Olympiodorus sic apud Photium commemorat : λέγει δὲ καὶ περὶ τοῦ τρίβωνος, ὡς οὐκ ἐξῆν κατὰ τὰς Ἀθήνας περιβάλλεσθαι αὐτόν τινα καὶ μάλιστα ξένον, ᾧ μὴ ἡ τῶν σοφιστῶν γνώμη ἐπέτρεπε, καὶ αἱ κατὰ τοὺς σοφιστικοὺς νόμους τελεταὶ ἐβεβαίουν τὸ ἀξίωμα. hoc est, *De Pallio quoq; Sophistico memoriæ prodidit, nemini (præsertim vero externo homini) Athenis id gestare licuisse, nisi Sophistarum suffragio ejus gestatio illi concessa, dignitasq; ista Sophistarum legum ritibus esset confirmata*.

Ritus autem Sophistici fuere multi, in ea veluti inauguratione : sed unus communis omnium, qui in Græciam eruditionis causa veniebant, seu parvi, seu grandiores fuissent; nimirum *ad publicum balneum deductio*, quam subjiciunt ante oculos tum ex Olympiodoro Photius, tum vero copiose doctissimus Gregorius Nazianzenus *Or*. XX. cujus ope atque studio, liberatus fuit balneari illa pompa, alioqui permolesta S. Basilius : tanta fuit etiam in adolescente eximiæ virtutis & modestiæ veneratio. Rem eandem memorat Eunapius Sardianus in *Proæresio*. Lotus igitur publicis in balneis adolescens, varieque jactatus, pallium tandem eorum Sophistarum autoritate capiebat, qui tum Athenis eloquentiæ præessent, quibus ille haud exiguam pecuniarum vim donabat. Hoc dicebatur δέχεσθαι τὴν τοῦ τρίβωνος ἀξίαν, vel, ut alii legunt, ἐξουσίαν apud Photium, vel, ut ait Gregorius Naz. λαμβάνειν τὸν τρίβωνα, *Sophisticum pallium induere*. Qui hunc ordinem fuissent consecuti, seu Scholastici forent eloquentiæ appetentes, sive jam ad docendum idonei, legitimi nominabantur & ἐγγεγραμμένοι. Quo respexit Antidotus Comicus in fabula cui nomen *Protochorus*, ubi quendam de Sophistis parasitantibus ita loquentem inducit :

Κατὰ τὴν στάσιν δὴ πάντες ἀκροάσθε μου,
Πρὶν ἐγγραφῆναι καὶ λαβεῖν τὸ χλαμύδιον.
Vestro quisque loco audite me priusquam
In hunc ordinem ascribamini & induatis pallium.

Illud ἐγγραφῆναι sat aperte innuit, velut describi illos consuevisse, & referri in album. Hinc apud Philostratum in *Dionys*. ἐν σοφοῖς γράφεσθαι. Sic poeta vetus apud Athenæum *lib*. IV. vocat διαλεκτικοὺς τρεῖς τῶν παρεγγεγραμμένων, *dialecticos tres falso inscriptos*, hoc est, non legitimos & initiatos. Et Themistius *Or*. I. obscuros ait Sophistas παρεγγράφοντας ἑαυτοὺς, *qui se ipsi adscribunt*; quod non invitus ad hanc consuetudinem retulerim. Fuere aliæ quædam initiationes, & sacra veluti Sophistica, consuetæque τελεταὶ, quibus ad eam artem adjungebantur. Quod expressit in *Euthydemo* Socrates apud Platon. ubi duos ait Sophistas Cliniam adolescentem expiare, mox sacris initiaturos : Quare puta, inquit, o Clinia, τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν τελεῖν τῶν σοφιστικῶν, *primas quasdam sacrorum Sophisticorum ceremonias celebrari*. Sic apud Athe-

næum lib. v. ὁ μὲν Πρόδικος Θηραμένην μαθητὴν ἐπετέλεσε, *sacris Sophisticis Prodicus discipulum suum imbuit Theramenem*. Æschines quoque Socraticus Telaugen philosophum irridet τελέσαντα τὸν ῥήτορα, *quod Rhetorem quendam initiasset*. Plutarchus item facit mentionem τῆ τελετῆς κατηργμένης φιλοσοφίας καὶ τῶν πρώτων καθαρμῶν, καὶ θορύβων, *mysteriorum philosophiæ primarumque lustrationum ac tumultuum*. Ubi καθαρμοὺς καὶ θορύβους nominans, respicere videtur ad pompam illam balnearem Atheniensium, de qua superius diximus. Eodem forte collineat Zacharias Scholasticus cum Sophos principes nominat μυσταγωγοὺς, initiationum præsides & veluti quosdam Hierophantas.

His perfectis initiorum solennibus ceremoniis, pallium Sophisticum induebant: quod facetus innuit Aristophanes ἐν Νεφέλ. non semel, apud quem hujusmodi τελετᾶς obit Socrates Strepsiadem initians, quem primum jubet considere ἐπὶ τὸ ἱερὸν σκίμποδα; tum ei coronam imponit; mox εὐφημεῖν monet, dum precatur Deos; tandem jubet deponere θοιμάτιον *vestem*, quod fieri solitum ἐπὶ τῶν μυουμένων τὰ μυστήρια vetus ait Scholiastes. De quadam eorum veste, qui ad studia initiabantur, meminit Eunapius in *Ædes.* apud quem divini senes dant Sosipatræ τὴν στολὴν τῆ ἐσθῆτος ἐν ᾗ τετέλεστο, *amictum in quo sacris studiisque initiata fuerat*. Et ut est in Concilio Trullano, στολὰς ἀλλοκότους τινὰς ἐνεδύοντο τῶν μαθημάτων ἀρχόμενοι. quod Patres fieri vetuerunt, ut etiam animadvertit Zonaras in *Can.* LXXI.

Cæterum cum pallio dabatur jus ferendi nominis, & quidam satis eloquentia, & varia eruditione imbuti, honoris causa, in numerum Sophistarum cooptabantur, quod Græci vocant τριβωνοφορεῖν σοφιστὴν. Quod dixi honoris causa tribui appellationem eam solere, e Philostrato liquido possit intelligi, ubi de Æliano memorat lib. II. *de Vit. Soph* *Oblato*, inquit, *sibi ab iis, qui hujusmodi titulos conferre solent, Sophistæ nomine, non elatus animo est, nec arrogantem tumidamque superbiam concepit*, ὑπὸ τῆ ὀνόματος, ὄντω μεγάλου ὄντος, *ex tanti nominis honore & dignitate, quin potius cum suas ipse vires expendisset, easque declamatoriæ palæstræ impares judicasset, animum ad scribendum appulit*. Sed de Pallio & initiatione Sophistarum hæc satis: nunc quod erat institutum, de ἐπιδείξει & publica declamatione prosequamur.

CAP. XVII.

Qualis fuerit publice declamantium Sophistarum actio. Salutatio & conciliatio benevolentiæ. Sophistarum εὐσχημον. Ἐπιχορεύειν in oratione & χρεμετίζειν. Eorundem ὁρμή. Ακμάζειν, πηδᾶν, βακχεύειν, κορυβαντιᾶν. Quid sit ἀγὼν in re Sophistica. Tribuebant sibi ἐνθουσιασμὸν seu divinum afflatum in dicendo. Pleraque autorum loca emendata, illustrata.

Cum in sedem oratoriam conscendissent, læto vultu atque gestienti, & ut plurimum arrogantiæ notis insignito, imprimis eum, qui principem inter auditores locum habebat, quadam honoris testificatione salutabant. Id perspicue docet Themistius *Or.* VI. in hæc verba: οἱ μὲν ὅταν παρέλθωσιν εἰς τὸ τῶν Μουσῶν θέατρον, &c. *Illi cum in Musarum theatrum prodeunt, faciunt vero id assidue ac sæpius, arrident vobis ac blandiuntur, atque eum circumplexi salutant, qui principem inter spectatores locum habet*. De blanditiis ad emerendam omnium benevolentiam adhibitis, planum est, id studiosissime ab illis factum, cum id unum spectarent, ut placerent: sed præsertim in Panegyricis, de quibus ita Fabius *lib.* III. *cap.* VIII. *In Panegyricis petitur audientium favor, ubi emolumentum non in utilitate aliqua, sed in sola laude consistit*. Verum ut eorum in agendo & pronunciando rationem explicemus, Græcos fere omnes singulari & eximia quadam venustate egisse, omnis omnium ætatum memoria significat. Unde Græcos Juvenalis eleganter, *nationem comœdam* indigitavit, velut idoneam ad agendum, & ad theatri venustatem accommodatam. In scholis autem, cum diuturna & quotidiana prope exercitatio meditatioque accessisset; dici vix potest, quam parati in mediam lucem politique venirent. Sane etiam tacentes poterant audientium benevolentiam captare, διὰ τὸ εὔσχημον: quod Alexandro Sophistæ contigisse meminit Philostratus *de Vit. Soph.* Nam cum Athenis declamationem haberet publicam, ad eloquentiæ pompam & ostentationem, adeo elegans & concinnus Atheniensibus visus est, ὡς καὶ βόμβον διελθεῖν αὐτῶν, ἔτι σιωπῶντος ἐπαινεσάντων αὐτῦ τὸ εὔσχημον, *ut adhuc eo tacente, sit admurmuratio exorta omnium laudantium ejus gestus modestiam*.

Atque ut partite quidpiam enuntiem, duo notanda mihi videntur actionis genera, quibus Sophistæ ut plurimum uterentur: quædam fuit remissa, commotionis quædam plena & contentionis. In priori genere, delicatum gestum adhibebant & exquisitum, ad tenendos, una cum flosculis, & pulchritudine orationis, audientium animos, & suavitate perfundendos. Scopelianus Sophista eximius διελέγετο ἀπὸ μὲν τῆ θρό. ἐξύ ἁβρότητι, *e suggestu delicate disserebat*, ut apud Philostr. in *ejus Vita* proditur. Tum vero ab initio frons explicata, ridentes oculi, & jucunda volubilitate blandientes, os dulci pictum gelasino, totus vultus auditoribus delitias faciebat. Is quem modo nominabam Sophista, prodiit vulgo ad dicendum ἀνειμένῳ τῷ προσώπῳ, *læta & soluta facie*, ait Philostratus, διαπραΰνων τῇ τῆ εἴδους ἀθυμίᾳ, *placidæ frontis statu coronam demulcens*. Idem de Polemone in *ejus Vita*, qui plurimum apud Imperatores Romanos eloquentiæ nomine potuit, παρῄει μὲν ἐς τὰς ἐπιδείξεις διακεχυμένῳ τῷ προσώπῳ, *diffuso hilarique vultu*, ad specimen eloquentiæ faciendum accedebat. Atque ut florido amœnoque dicendi genere exultabant, sic & ipse liberior gestus quodammodo sese fundebat: quod Eunapius in *Proæres.* dicit ἐπιχορεύειν τοῖς λεγομένοις. Nam de Proæresio Imperatoris donationem celebrante, sic ait: καὶ τοῖς λεγομένοις ἐπεχόρευεν, ἐπιδεικνύμενος, εἰς τὴν ὑπόθεσιν. Doctus Interpres vertit non optime hoc modo, *demum exilivit ubi perorasset, posteaquam arrepto themate specimen sui exhibuisset*. Mens Eunapii & sententia hæc est: *exultabat in oratione, in eo argumento sese magnifice ostentans*. Cum ἐπιχορεύειν dicit, videtur respicere ad id quod paulo ante posuerat, Προαιρέσιος ὥσπερ ἵππος εἰς πεδίον κληθεὶς, ut equo similem oratorem esse velit, qui in libero spatio exultet. Sic Philostratus Polemonem eximium eloquentiæ doctorem dicit in *ejus Vita*: χρεμετίζειν ἐν τοῖς τῶν ὑποθέσεων χωρίοις οὐδὲν μεῖον τῆ ὁμηρικῆ ἵππου, *heroici equi more, in certis causarum locis gressus glomerare*. Quæ mihi effigies non modo liberum orationis cursum, verum etiam lætum, magnificum, & gestientem quodammodo gestum videtur exprimere. Tatianus Assyrius fractos gestus atque molliores illis attribuit: nam Crescentem notans e Cynico tribonio Sophistam, *Vidi quendam*, inquit, ἀθρυνόμενον σφόδρα καὶ παντοίως διακλώμενον, καὶ τῦτο μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς μαρμαρύσσοντα, τῦτο δὲ τῷ χεῖρε λυγιζόμενον, *perquam delicate se jactantem, & variis modis luxuriantem, dum partim oculis micat, partim manibus gesticulatur*.

Alterum genus actionis fuit Sophistarum, cum

fervidius contentiusque agerent: quod apud Græcos est in oratione *ἀκμάζειν, cum vigore agere*. Philostratus etiam dixit pro eodem *πνεῖν, grandius spirare*. Idque fiebat, cum oratio haberet ὁρμὴν *impetum*, quem addidisse Gorgiam orationi ferunt: quo tempore exiliebant, supplodebant, femur quatiebant, toto corpore commovebantur. Polemonem solitum ait Philostratus *ἀναπηδᾶν τοῦ θρόνου παρὰ τὰς ἀκμὰς τῶν ὑποθέσεων, e sede in causarum vigore exilire*, tantum in eo erat ὁρμῆς. De Scopeliano idem autor ita scribit, *Ut sese atque auditores suscitaret, τὸν μηρὸν θαμὰ ἔπληττεν*, vertunt, *sibi femur subinde plectebat*. Plectere femur habet forte aliquid mysterii, quod non intelligo: dicerem ego simplicius, *quatere* aut *ferire*. Arrisit eadem vox Interpreti, in *Iconibus* Philostrati in *Como*: *Nam dextera contractis digitis subjectam sinistram ad cavum plectit*, in Græco est τὴν ἀριστερὰν πλήττει. Sed hoc obiter. Iidem Sophistæ soliti in gravioribus causis σείεσθαι καὶ βακχεύειν, corpore omni concuti & prope bacchari: quod in trophæis Medicis celebrandis, ei quem paulo ante nominavi, Scopeliano evenire consuevisse, prodit *ejus Vitæ* scriptor. Eandem ipsam ὁρμὴν exponens alio in loco Philostratus, ait ἐῤῥῶσθαι πρὸς τοὺς ἀγῶνας, *in declamationibus valentius vehementiusque agere*. Ponam ejus locum, ne fraudi sit adolescentibus, quod Interpres versione illum sua deformarit. Sic vero habet de Adriano Sophista, *Cum Severus hunc calumniis afficeret, ut in Sophisticis causis ἐκβακχεύοντα debacchantem*, διὰ τὸ ἐῤῥῶσθαι πρὸς τοὺς ἀγῶνας. Vertunt, *quippe cum in certamine acieque forensi præpolleret*, male: ἀγὼν enim in historia Sophistica ut plurimum est ἐπίδειξις, sive *declamatio*, & ἀγωνίζεσθαι *declamare*: hinc Sophistæ nominati ἀγωνισταὶ λόγων *declamatores*, & προαγῶνες *prælusiones oratoriæ*. Quod quia non fuit a plerisque animadversum, futiles habent nonnunquam, & etiam falsas Græcorum autorum versiones. Plutarchus ita sumit lib. *de audit. qui*, inquit, *ad singulas syllabas differentium acclamat, is plerumque* οὐδὲ αὐτοῖς ἀρέσκει τοῖς ἀγωνιζομένοις, ἀεὶ δὲ λυπεῖ τοὺς ἀκροωμένους. vertit Xylander, *ne ipsi quidem probatur actori*, si actor dici is potest, qui publice in auditorio, cœtu erudito audiente differit & declamat: recte, nam de hujusmodi agit Plutarchus: sed maluissem ego quidem τοῖς ἀγωνιζομένοις vertere *dicentibus, differentibus, publice orantibus, aut recitantibus, aut declamantibus*, qui paulo post διαλεγόμενοι ἐν ἀκροάσεσι dicuntur. Sic D. Basilius Libanii μελέτην sive ἐπίδειξιν, publice institutam ad ostentationem eloquentiæ sæpe vocat ἀγῶνα, *Ep. ad Liban.* Et apud Philostratum in *Philagro* ἀγωνίζεσθαι ὑπόθεσιν, *controversiam declamare*. Doctus Interpres orationum Aristidis *To.* v. *Or. ult.* hoc non vidit: nam ille Sophista cum ostendere vellet, se & privatas habuisse declamationes, & publicas ἐπιδείξεις, ita loquitur: καὶ μὲν τοῖς ἰδίᾳ συνιέναι σπουδάσασιν οὐκ ἀγωνιζόμενον μόνον παρέχον ἐμαυτὸν, ἀλλὰ καὶ παραδεικνύντα ἐπιεικῶς, &c. vertunt, *Quin & apud eos qui privatim agere mecum cupiebant, non decertavi modo, sed & ea*, &c. Par lapsus in Isocrate, qui orat. *contr. Sophist.* ait eos qui infirmioris sunt ingenii, ἀγωνιστὰς ἀγαθοὺς ἢ λόγων ποιητὰς οὐκ ἀποτελεῖν, *neque orare bene posse, nec orationes scribere*: quod paulo post commutatis verbis dicit λόγους λέγειν & συντιθέναι: vertunt autem hic male ἀγωνιστὰς ἀγαθοὺς, *qui dextre in rebus gerendis versentur*. Hæc ad illustrandam Sophistarum historiam, non aliena penitus ab hoc loco videbantur: sed pergo de actione dicere. Vehemens in dicendo contentio Sophistis aliquando vocem & spiritum interclusit. Sane Philager cum Aristogitonem exhiberet, in conventu Atheniensium De-

A mosthenem accusantem, tanto impetu est elatus, ut iracundiæ vis pectus opplens, seque in fauces opere nimio insinuans, vocem & orationem præcluserit: ἐσβέσθη, inquit Philostratus in *ejus Vita*, τὸ φθέγμα ὑπὸ τῆς χολῆς. Hinc Themistius *Or.* I. suo more Sophistas urgens atque insimulans, eos ait κορυβαντιᾶν καὶ ἐξίστασθαι, *fanaticos agere & veluti de statu mentis dejici*. Et Joan. Tzetzes in fine *oper.* eosdem homines vocat θειάζοντας ῥήτορας, *fanaticos oratores*. Consimili modo Socrates in Amoris laude, more Sophistarum dithyrambis utens, a Platone in *Phædro* dicitur πολλάκις νυμφόληπτος, *sæpe lymphatus*, ut animadvertit Halicarnasseus

B Dionysius *Ep. ad Pomp.* Quæ causa etiam fuit, cur Nicetes Rhetor dictus sit habere ἰδέαν ὑπόβακχον, *formam quandam orationis bacchantis & quodammodo furentis*. Eodem, meo judicio, intuens Theseus apud Euripidem, sic ait:

Βάκχευε πολλῶν γραμμάτων τιμῶν καπνούς
Bacchare multarum literarum colens fumos.

Illum orandi modum sæpe affectabant Sophistæ, ut ingenii & naturæ præstantiam ostenderent, & divinitus afflati, & tanquam ἐνθουσιασμῷ loqui viderentur, in quo dignitatem & majestatem quandam inesse putabant. Dionysius Longinus περὶ

C ὕψ. ait quosdam ἐνθουσιαστικῶν ἐκπνέειν καὶ οἱονεὶ φοιβάζειν τοὺς λόγους, *afflatu quasi divino grande quiddam atque magnificum spirare, & vatum more furentium incitari dicendo*. Plato quoque in *Menone* πολιτικοὺς, non minus quam poetas vult θείους τε εἶναι καὶ ἐνθουσιάζειν, ἐπιπνοὺς ὄντας καὶ κατεχομένους ἐκ τοῦ θεοῦ, ὅταν κατορθῶσι λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα, *esse divinos, divino instinctos numine & a Deo penitus occupatos, cum feliciter multa & præclara dixerint*. Callistratus in *Ecphras. in Bacch. Stat.* οὐ ποιητῶν δὲ λογοποιῶν μόνον πνέονται τέχναι ἐπὶ τὰς γλώττας ἐκ θεῶν θειασμοῦ πεσόντος. *Non poetarum tantum & Rhetorum sermonisque*

D *opificum artes in linguas spirant, cum divinus a Diis afflatus incidit*. Hinc Sophistis acclamari solitum in declamationibus, θείως, divine illos dicere. Excellentem illam in agendo vim & afflatum, Sophistæ Proæresio tribuit Eunapius *de Vita Soph.* Proæresius, inquit, ad alteram orationis partem transit, ἐνθουσιῶν δὲ καὶ πηδῶν, & velut concepto intus numine incitatur. Philostratus ait quoque Æschinem θεοφορήτῳ ὁρμῇ, *divini numinis afflatu*, pronunciare solitum ὥσπερ οἱ τοὺς χρησμοὺς ἀναπνέοντες, *perinde ac qui cœlesti spiritu incitati fundunt oracula*. Nec ferenda videtur eorum homi-

E num vanissima, & superba jactatio, qui hunc sensum divinitatis sibi attribuebant. Interrogatus a Telesino Consule Romæ Appollonius, quænam ejus foret sapientia: θειασμὸς, inquit, *a divino afflatu proveniens*, ut Phil in *ejus Vita*. Sic Jamblichi θειασμὸν memorat Eunapius. Quare non secus ac poetæ, sibi compleri Musarum numine pectus ajebant, & visis mirabilibus excitari. Quo in genere leviculus sane Themist. *Or.* I. qui cum Platonem invocasset, ut Philosophorum Deum, & eum Jovis comitem auditorium vota dixisset, subdit: *Imo jam audivit potius*, ἰδοὺ γὰρ αἰσθάνομαι, ὦ μακάριοι, τὸ στῆθος ὑποπιμπλάμενος, &c. *ecce enim, viri*

F *optimi, pectus mihi impleri sentio, ac mihi repente undiquaque in animam confluunt pulcherrimæ rationes*, &c. Et *Or.* XIV. Quanquam dum ego aggredi atque attingere volo quæ in Imperatore reperiuntur, mirum quiddam in me atque inusitatum experior, διανοίγεται γάρ μοι τὸ στῆθος, &c. *Etenim pectus mihi, & cor aperitur, & pellucidior animus*, &c. De hac re magnifice *or. de Paraphtheg.* gloriatus est Aristides, cum diceret ἱερὸν καὶ θεῶν πῦρ τὸ ἐκ Διὸς, *Jovis sacrum & divinum ignem* occupare dicentis animum ab eoque mirifice agitari: *Nam*

pot-

postquam, inquit, *divinus ignis accessit, & per currum, quod dicitur (quales a poetis tribuuntur Musis currus) coruscavit, & oratoris animum instar potionis alicujus ex Apollinis fontibus delatæ possedit: mox & calore illum & contentione cum animi serenitate implet*, &c. Irridentur hujusmodi Enthusiastæ a Longino: πολλάκις ἐνθυσιᾷν ἑαυτοῖς δοκοῦντες οὐ βακχεύουσιν, ἀλλὰ παίζουσι, *cum vulgo sibi videantur ceu dio afflati numine, non bacchantur, sed nugantur pueriliter*. Sed hactenus de actione; nunc pronunciationem videamus.

CAP. XVIII.

De pronunciatione Sophistarum & vocis in declamando flexione. Tria maxime in eo genere notata. Quid Rhythmus linguæ. Ψελλισμός. *Balbuties. Plasma.* λαρυγγίζειν *de Sophistis usurpatum.* λαρυγγιᾷν, λαρυγγίσματα. *Eorundem Tragacantha*, λημύθιον. προσαγωγεύς. *Cantus in dicendo & tinnula declamatio. Id olim Asiaticorum proprium. Tatianus, Plutarchus, alii emaculati, illustrati.*

OMNINO dulcem quendam, & delicatum pronunciandi modum, Sophistæ in publica declamatione sectabantur, quod ea res juvaret plurimum, ad eam quam intuebantur audientium voluptatem, animosque titillandos. Videbant quosdam mirabiliter ea ratione placuisse, & bonam audientium gratiam, & nonnunquam etiam famam & honores consecutos. Pollux quidem Sophista Naucratites, cum audiente Commodo Imperatore declamationem instituisset, cum multi purpurei Dynastæ adessent & lectissima hominum corona, omnes μελιχρᾷ τῇ φωνῇ ἔθελξε, mellitæ vocis incredibili quadam suavitudine, & exquisita pronunciatione delinivit. Itaque illi Commodus regia munera donavit, & docendæ eloquentiæ prærogativam Athenis concessit. Vid. Philostr. *de Vit. Soph.* Hinc Rhetores quidam nominati ἀηδόνες, *lusciniæ*, & quod de Æliano dicitur, μελίφθογγοι & μελιγλωσσοι, & *Nestores*, & talia plurima, quæ suaviloquentes oratores commendent. Omnes igitur eo collineabant, ut quam suavissime & dulcissime dicerent, & de singulis dici potest quod de Recitatoribus Latinis Pers. *Sat.* I.

—— Vocem
Eliquat, & tenero supplantat verba palato.

Diximus hac de re multa in nostris *Vacationibus Autumnal.* & diserte pronunciationem Sophistarum illustravimus: quo fit ut hic brevior sim futurus.

Sic autem animadverto, ab auctoribus varie tonum Sophisticum & pronunciandi modum exprimi: & præsertim tria quædam fuisse, quæ diligentissime & studiosissime consectarentur, *linguæ* ῥυθμὸν, ἠχὼ τοῦ φθέγματος, *seu vocalitatem suavem & sonoram*, & ᾠδὴν, hoc est, *cantum*. Est enim in pronunciando, certa quædam linguæ moderatio, quam Philostratus ῥυθμὸν τῆς γλώττης appellat, eamque eximiam fuisse monet in Phavorino; qua singulari oblectatione animos audientium tenebat. Sanctissimus Ambrosius lib. I. *offic.* cap. XXIII. de pronunciatione disputans, *rhythmum affectare scenicum* dixit, cui *vocem plenam succi virilis* opponit. Quo fere sensu de Sophistis loquens Aristophanes in *Equit.* eos ait ἐγγλωττοτυπεῖν. Lemnius Rhetor vocat κτύπον τῆς γλώττης. Tatianus vir eximie doctus τῶν Ἀθηναίων ψελλισμὸς, & objicit orantibus Sophistis, quod is modus pronunciandi multum a communi ratione differret. Verba illius hic ponam, quod non satis commode ab Interprete mihi reddita videantur: Sic ille *adversf. Gent.* τί γὰρ ἄνθρωπε τῶν γραμμάτων ἐξαρτύεις τὸν πόλεμον; τί δὲ ὡς ἐν πυγμῇ συγκρούεις τὰς ἐκφωνήσεις

A αὐτῶν διὰ τὸν Ἀθηναίων ψελλισμὸν, δέον σε λαλεῖν φυσικώτερον; quæ vertenda sic puto: *Cur, mi homo, in literas bellum instruis? cur velut in lucta & contentione, earum sonum collidis, Atticæ pronunciationis affectatione, cum potius naturali te modo loqui oporteat?* Eos ψελλισμὸς dixere quoque Latini *balbutiem linguæ*, quæ videlicet ad faciendas sit delitias comparata. Elegantissime D. Hieronymus *ep.* XXII. *Non delumbem matronarum salivam delicata secteris, quæ nunc strictis dentibus, nunc labiis dissolutis, balbutientem linguam in dimidiata verba moderantur.* Hinc apud Horatium, *balbutire Scaurum*, hoc est, delicato quodam sono vocis appellare.
B Simile est quod severo carmine pungit Persius, *tenero palato supplantare verba;* quod fœmineum oris sonum delicatulumque redolet, & in gravi hominum cœtu exploditur. Eruditissimus Nazianzenus Gregorius *carm. de Vit.* βλακεύματα nominat & λυγίσματα, *delitias, & vocum flexiones*, quas vir ille magnus cum Athenis publice eloquentiam doceret, se minime more Sophistarum, quos σοφοὺς appellat, secutum ait:

Nulla, inquit, *cura me tenebat plausuum,*
Οὐδὲ βλακευμάτων τε καὶ λυγισμάτων,
Οἷς οἱ σοφοὶ χαίρουσιν ἐν πλήθει νέων.
C *Nec flexionis delicatæ voculæ,*
Quali Sophista gaudet in juvenum grege.

Alii doctissimi e Græcia viri, πλάσμα τῆς φωνῆς appellant; quod primis temporibus in Demosthene fuisse Plutarc. notat; illi enim ἀγεννὲς τὸ πλάσμα καὶ μαλακὸν tribuit: hinc doctor elegantiæ Fabius *lib.* I. *cap.* VIII. *plasmate effœminatam vocem* ab honesto auditorio ejicit atque repudiat. Sophista e Thessalia Philiscus, eo genere pronunciationis, omnem prope nominis famam & existimationem effudit, qui audiente Antonino Imperatore, cum ad dicendum fuisset ingressus, τὴν φωνὴν μιξόθηλυς, & τὴν γλῶτταν ὕπτιος apparuit, *effœminata muliebriter voce & lingua supinus*, Philostr. in *Philisco*.
D Hic obiter monere lubet, τὸ πλάσμα interdum male accipi ac doctis viris. Nam Plutarch. lib. περὶ ἀκοῆς: multa esse dicit in orante quæ percellere audientem possunt, qualia sunt, inquit, canities dicentis, πλάσματα, καὶ ὀφρὺς, καὶ περιαυτολογία, &c. ubi πλάσματα vertunt *gestus*. Sed omnino vocis modum auctor intelligit, quo modo Pericli tribuit in *ejus Vita* πλάσμα φωνῆς ἀθόρυβον, sedatam vocis modulationem.

Secundum, quod notari in pronunciatione Sophistarum ajebam, fuit ἠχὼ τοῦ φθέγματος, *plena quædam & eximia vocalitas:* studio enim magno
E ducebantur, ut omnia voce quam possent & maxima & suavissima dicerent. Id Græci vocant λαρυγγίζειν. Itaque Sophistas elegantissimus Gregorius Nazianzenus *Or.* III. dixit κομψὰ λαρυγγίζειν, *scita & venusta sonoro gutture funditare*. Et *Carmine de Vita sua*, eorundem artem vocat inanem eloquentiam:

Τὴν ἐν ψόφοις τε καὶ λάρυγξι κειμένην,
In gutture sitam & dulcibus vocum sonis.

Et *Or.* XX. de Sophistarum auditoribus loquens, προειληφότες, inquit, τοὺς τρίβωνας καὶ λαρυγγίζειν προμελετήσαντες, qui Sophistica pallia prius sumpserunt, *& liquido gutture declamitarunt*. Demo-
F sthenes περὶ στεφ. invidiam concilians æmulo, qui quod esset εὐφωνότατος, Sophistarum more, voce plena & maxime resonanti gestiebat, sic describit, ἐπάρας τὴν φωνὴν καὶ γεγηθὼς καὶ λαρυγγίζων. Hinc Gregorius Presbyter in *Theologi Vita*, Sophistarum tumidas & phaleratas orationes, σοβαρὰ λαρυγγίσματα vocavit. Eosdem ait Aristophanes λαρυγγιᾷν, *ovantes gutture corvos imitari*; quod dictum poetæ Assyrius quoque Tatianus, dum Græcorum futilem sapientiam exagitat, in *oratio-*

A *ne sua* posuit. Ad hanc autem parandam suavitatem claritatemque vocis, dulciter in conventu resonantis, Tragacantham edebant, & paratum habebant servulum cum λημυθίῳ, ut subinde os plasmate, seu dulci potione colluentes, liquidius pronunciarent; quod monumentis suis prodit Synesius in *Dion.* De recitatoribus Latinis poeta simile quiddam cecinit,

> —— *liquido cum plasmate guttur*
> *Colluerit.*

B Atque ut vetusti Romæ oratores, doctos habuere homines, qui τονορίῳ seu fistula eburnea, cum a tergo sonum inflarent, quem res & causa postulavisset; ita Sophistæ monitores in dicendo quosdam habebant, qui προσαγωγεῖς nominabantur, de quibus sic Aristides meminit *To.* III. ἀλλὰ γὰρ ἴσως ᾠήθης με τούτων ἕνα τῶν σοφιστῶν εἶναι, οὓς οἱ προσαγωγεῖς νουθετοῦσι καλῶς ποιοῦντες. *Sed unum de Sophistis iis, credo, me putasti esse, quos conciliatores admonent, & recte quidem: memini enim*, &c.

Tertium in pronunciatione eorum Rhetorum notabile fuit ᾠδὴ, *cantus, & molliores quædam flexiones*, quibus sese in aures animosque insinuabant. C Quod Themistius gravis censor in eorum dictionibus insimulat *Or.* III. *Hi dicendi facultatem exercent*, οἱ δὲ ᾄδουσι καὶ προσᾴδουσι γλυκεῖάν τε καὶ μαλακὴν καταχέοντες ὑμῖν ἁρμονίαν, *canunt alii atque accinunt, suavique vos ac molli concentione perfundunt.* De iisdem Plutarchus *de audit.* in hunc modum, τὴν φωνὴν ἐμμελίαις τισὶ, καὶ μαλακότησι, καὶ παρατάσεσιν ἐφηδύνοντες ἐκβακχεύουσι, &c. *vocem accuratis quibusdam sonis ac mollitie & cantillationibus edulcantes, bacchicum in animis auditorum quiddam concitant, eosque transversos abripiunt, pro vana quam adferunt voluptate, vaniorem etiam gloriolam reportantes.* Et alio loco vocat σοφιστὰς ἡδείας φωνὰς κατᾴδοντας, *dulci voce in dicendo cantillantes.* D Epictetus quoque solitos ait Rhetores φωνὴν εἰσφέρειν ἡδεῖαν, apud Arrian. *l.* II. Jam inde a scholis eam consuetudinem hauriebant; quod reprehendit Quintilianus, qui nullum putidius in oratore vitium, quam illam *scenicam modulationem* putat, sic enim habet, *lib.* II. *cap.* III. *Sed quodcunque ex his vitium magis tulerim, quam quo nunc maxime laboratur in causis omnibus scholisque, cantandi; quod inutilius sit an fœdius nescio. Quid enim minus oratori convenit, quam modulatio scenica?* Seneca *inclinationes vocis* appellat *suas.* II. Has, inquit, explicationes Fusci, alius alia *inclinatione vocis*, vel ut E sua quisque *modulatione* cantabat. Cicero dixit *vocis flexiones*, quas principes eloquentiæ apud Græcos mutuo sibi objecisse memorat: Philostratus καμπὰς ᾀσμάτων, *flexus cantuum*, Nazianz. Gregorius λυγίσματα. Hinc *tinnulos* videtur appellare oratores Fabius *l.* II. *c.* III. de quibus doctissimus Hieronymus *præfat. in Job. Rhythmus ipse*, inquit, *dulcis & tinnulus.* Venustissime Petr. Damiani *opusc.* XIII. de eo loquens, qui spreto mundo, sese in portum religiosæ vitæ contulit: *Non jam calleat urbana vel captiosa verba proferre, non rhetoricos colores in usus tinnulæ declamationis assumere.* Fuere tamen F inter Sophistas quidam moderati, & in docendo severiores, qui a discipulis cantum adhiberi noluerunt. Isæus quidem Sophista, cum in schola haberet sua Dionysium quendam Milesium, venustulum adolescentem, qui declamando cantillaret, μειράκιον, ἔφη, Ἰωνικὸν, ἐγὼ δὲ σε ᾄδειν οὐκ ἐπαίδευσα. *Heus tu*, inquit, *Jonice adolescens, ego te canere minime docui*, Philost. in *Isæo.* Et forte in eo potissimum adolescente, eam curam Isæus adhibuit, quod esset ab Jonia sive Asia, ne genio quodam patriæ ad eas delitias abripi se nimium pateretur. Nam canere in pronunciando Asiaticorum esse proprium, M. Tullius, Fabius, & alii facundiæ magistri notarunt. Sed de tota hac re, ut superius monui, alio in opere copiosissime a nobis est disputatum.

CAP. XIX.

Alia publicæ Declamationis adjuncta, & quid perfecta Declamatione fieret, expositum. Superba illorum ostentatio in verbis, in gestu. ὑπτιάζειν. ὡραΐζεσθαι. *in ungues erigi.* φιλοτιμία *Demosthenis. Post Declamationem osculis, laude, gratulatione excepti: speciosa pompa honorifice domum reducti.*

PROPRIA fuisse dicitur nota Sophistarum ἀλαζονεία, superbia, tumidum fastidium, insolentia, de qua repositus est nobis locus in *Characteribus*: nunc quomodo in publica illam declamatione proderent, est videndum; tum quæ in fine declamationis aliquando fierent, dicemus. Multis igitur modis in dicendo, tum gestu, tum etiam verbis, elationem animi significarunt. Nam ut omittam, quod scire se omnia dicerent, quod despicerent alios eloquentiæ professores, & præ se nihili putarent; audebant etiam in conventu erudito pronunciare, si quid eximium vellent proponere, multos audientium futuros, qui rem non possent capere: quasi divina ipsi oracula funderent, aut alii omnes bardi & plumbei, soli ipsi forent sapientes. Id graphice Epictetus apud Arrianum *lib.* III. expressit, cujus verba hic lubet apponere: *Est revera Sophisticæ artis & elegantiæ Rhetorum, delectum habere verborum, deinde componere, postea venientem pronunciare aut recitare suaviter. Quinetiam inter recitandum, subinde in hanc prorumpere vocem*, ὅτι τούτοις οὐ πολλοὶ δύνανται παρακολουθεῖν, *Assequi ista multos non posse.*

Sed in gestu arrogantiam illam sæpius, inflatique animi tumorem indicarunt: nam celso & erecto capite, sese undique circunspiciebant magnifice & gloriose, ut totius elegantiæ promos condos, solosque beatos, & tantum non Suadæ veluti simulachrum, intuendum omnibus, atque venerandum objicere velle videbantur. Itaque doctissimus Gregorius Nazianz. *ep.* CXXXI. μετεώρους & elatos Sophistas pingens, has eorum notas ponit, σοβαρὸν φθέγγεσθαι, μέγα βλέπειν, βαδίζειν ὑψηλὸν καὶ μετέωρον. Et Synesius eandem ob causam cum pavo illos comparat superbissimo animante, qui oculos injiciens in pictæ spectacula caudæ, & plumarum varietatem insigni specie collucentem, efferri solet. Sic in *Dion.* ait Sophistas ὑπτιάζειν καὶ ὡραΐζεσθαι, καθάπερ τὸν ταὼν περιαθροῦντα ἑαυτὸν, *supinare, seque pavonis instar superbe oculos circunferentis venditare.* Themistius quoque *or.* I. Sophistam ait ὑψηλὸν ἐξαίρειν αὑτὸν φρονηματισμοῦ ἐμπιπλάμενον, *sublimem sese attollere fastidii arrogantiæque plenissimum.* Quippe in ungues sese etiam in dicendo arrigebant, ut augustiores viderentur, & os suum bono in lumine collocarent. Quo in genere fuit notata a clarissimis scriptoribus, gloriosa & inanis Demosthenis φιλοτιμία, qui cum plausu & laudatione afficeretur, in media concione ἐπαιρόμενος ὡς δῆλος τις ὤν, sese attollebat, animo gestiens & exultans, ut ab omnibus conspiceretur, Ælianus lib. IX. *Var. Hist.* Hinc superbi & gloriosi ostentatores dicuntur Græcis ἐπ᾽ ἄκρων ὀνύχων βαδίζειν, *summis unguibus incedere.* Quod venustissime D. Hieronymus l. II. *in Jovin.* in quibusdam adolescentibus irridet: *Formosuli nostri & torosuli vix summis pedibus adumbrantes vestigia.* Et quidem vulgo illusos fuisse adeoque stolidos atque vanos existimatos, τοὺς ἐπαιρομένους καὶ ὑψαυχενοῦντας, *qui in*

ambulando sese erigunt cervicemque sublimem attollunt, ait Plutarchus *de sui laud.* Finita etiam declamatione, eam ipsam laudis appetitionem vanitatemque indicabant: nam a throno pulpitoque descendentes exquirebant a singulis, quales in dicendo fuissent, ut suas iterum laudes & prædicationem exciperent. Quod nullus meo judicio melius, quam Arrianus explicuit, qui morem illum tanquam in tabella gravissimis suis monumentis repræsentavit; sic vero habet *de Epict.* lib. III. cap. XXIII. *Proxime autem collaudatus obambulabas & rogabas singulos, Quinam tibi sum visus?* Respondet auditor, θαυμαςὸς κύριε, τὴν ἐμὴν σωτηρίαν, *Admirandus Domine, ita salvus sim*. Tum Sophista, *At de illo quemadmodum disserui? ut descripsi Pana & Nymphas?* Ὑπερφυῶς, *supra modum præclare*.

Cæterum si placuisset declamatio, laude & gratulatione a suggesto excipiebantur, & vero etiam osculis poetarum more, de quibus illud est Martialis,

—— at circum pulpita nostra
Et steriles cathedras basia sola crepant.

Id sane datum fuisse videmus Sophistæ Proæresio, summo in dicendo viro, de quo sic Eunapius in *ejus Vita: Post divinam illam orationem cuncti qui aderant circumlambendo Sophistæ pectus velut simulacrum alicujus Dei, alii pedes, alii manus deosculabantur supplices: nonnulli Deum, quidam Mercurii eloquentiæ præsidis typum nominabant.* Commune hoc fuit omnibus qui eximie dixissent, ut laudibus in cœlum eveherentur, & ab amicis, & prope dicam ab omnibus gratulationes fierent. Quod Isocrates in *Panathenaico* suo perspicue significat, ubi quædam fieri ait, πᾶσι τοῖς χαριέντως διειλεγμένοις, omnibus eleganter orantibus. *Exclamarunt*, inquit, *quasi excellenter perorasset, factaque circa eum corona* ἐπῄνουν, ἐζήλουν, ἐμακάριζον, *laudabant, mirabantur, beatum prædicabant*. Notat etiam eandem consuetudinem Epictetus apud Arrian. *l.* III. his verbis: *Deinde considens ego in throno, commemoro sententiolas, & arguta epiphonemata pronuncio*, ἵν' ὑμεῖς ἐπαινέσαντές με ἐξέλθητε, *ut videlicet digressi vos me collaudetis*.

Nonnunquam vero post declamationem, iidem Rhetores speciosissima pompa & lætabili domum reducebantur. Sane Libanius in *Progymn.* auctor est consuevisse παραπέμπεσθαι ἀπὸ τοῦ βήματος λαμπρότερον, *honestissimo comitatu reduci post actiones gloriosas*. Gemino id exemplo illustrare lubet. De Antonio Juliano sic Agellius *l.* XV. *c.* I. *Declamaverat Antonius Julianus Rhetor præterquam semper alias, tum vero nimium quam delectabiliter & feliciter*, &c. *Nos ergo familiares ejus circumfusi undique eum prosequebamur domum*, &c. De Sophista Proæresio Eunapius, *de Vit. Soph. Proconsul vero cum omni satellitio sive copiis suis comitatum e theatro honorifice deduxit*. Plutarchus auditos fuisse Tragœdorum more Sophistas in Declamationibus ait, placuisse enim dum in scena & theatro essent, postea in vulgo habitos, ἀναςάντες, inquit, *de audit.* ἀπὸ τοῦ θρόνου, &c. *Sophistæ ubi de suggesto descenderunt, librosque deposuerunt & institutiones suas, in seriis vitæ rationibus explicandis jejuni sunt, & vulgo nihilo meliores*. Et tamen eximiarum Declamationum fama, tanquam e theatro resonanti, in longe positas regiones ferebatur: quod vel Libanius docere potest, qui cum politam ἐπίδειξιν habuisset belle & ingeniose perfectam, tanta fuit illius declamationis celebritas, ut communi hominum sermone Antiochia usque in Cappadociam clarissima illius fama ad Magni Basilii aures pervenerit, ut e literis sancti illius Doctoris constat, quibus Libanio gratulatur.

CAP. XX.

De plausu declamantibus Sophistis dato: ubi de tota plaudendi & acclamandi apud Veteres ratione enucleate fuseque disseritur.

SOPHISTICUM est plausum & laudationes avidissime consectari, in eoque positum esse auditorum judicium, & suæ fructum existimationis putabant. Hujus rei multi auctores ex omni antiquitate meminere Græci Latinique; visumque proinde est pretium operæ futurum, si morem omnem plenius illustremus. Quod ut fieri possit commodius, & ad intelligentiam aptius; in certa capita, seu ut vulgo dicunt, puncta res tribuetur.

I. *Quid sit plausus, & quibus nominibus dicatur*, κρότος *&* θόρυβος *quomodo differant.* Κρότος *in statua Sardanapali quis; Adversa acclamatio.*

PLAUSUM & acclamationem quibus in laude utebantur, multis nominibus appellare scriptores solent. Themistius *orationis* I. initio vocat ἐκβοήσεις τε καὶ κρότους, *clamores ac plausus*, ὧν, inquit, θαμὰ ἀπολαύουσι παρ' ὑμῶν οἱ δαιμόνιοι σοφισταὶ, *cujusmodi a vobis multa identidem in beatos Sophistas conferri solent*. Simili ratione dixit *orat.* IV. κρότους καὶ ἐκβομβήσεις. Plutarchus lib. *de audiend.* κραυγὰς καὶ θορύβους, & juncta voce κροτοθορύβους. Plato l. VI. *de Rep.* ψόφον τε καὶ ἔπαινον. Philostratus in lib. *de Vit. Sophist.* κρότον καὶ ἠχὼ alias βόμβον, & lib. VIII. *de Vit. Apoll.* ἀρθέντα ἔπαινον. D. Chrysostomus *hom.* XVII. *in Matth.* κρότον καὶ ἠχὼ. Et *in Ps.* XLVI. κρότους καὶ πατάγους. Heliodorus lib. X. *Æthiop.* εὐφήμους βοάς. Dio Prusæus *Or.* XXXI. & alias, ποππυσμούς. Plutarch. lib. *non poss. viv. suavit. sec. Epic.* ὀλολυγμοὺς καὶ κροτοθορύβους. Et lib. VII. *Sympos. Qu.* ἀλαλαγμούς. Et lib. *de aud.* σημεῖα τῶν ἐπαίνων. Euripides in *Hecub.* δημηγόρους τιμάς. Cicero in *Epist.* ἐπισημασίας. Hinc apud Hermogenem ἐπισημαίνεσθαι καὶ θορυβεῖν, *clamore & strepitu laudare*. Dio in *Pertinace* dixit εὐρύθμως ἐκβοᾷν, *modulate acclamare*. Plutarch. lib. *de aud.* τερετίζειν, dicentibus cantillare: idem in *Gracch.* ἄρασθαι βοὴν φίλιον: alio loco ἀλαλάζειν. Themistius *Orat.* V. συνεπηχεῖν. Dio Chrysost. *Orat.* III. τιμῆσαί τινα καὶ κροταλίσαι. Himerius Sophista apud Photium, εὐφήμῳ βοῇ προσηχεῖν. S. Gregorius Nazianz. ἐπιρροθεῖν, *Carm. de Vita sua*. Latini hujusmodi laudem nominant *clamores*, ut cum ait M. Tullius I. *de Orat. Hæc sunt quæ clamores & admirationes in bonis oratoribus efficiunt*. Fabius *lib.* X. *cap.* I. *favorem & laudantium clamorem*. Ennodius *reboantes acclamationes*. Seneca *ep.* LIX. *acclamationis secundæ favorem*. Apud Macrobium lib. VII. *Saturn.* est, *recitando favorabiliter excipi*. Vulgo *plausum* dicunt: hinc *plausibilis oratio* apud eundem Senecam, numerosa videlicet & concinna, & multis luminibus distincta, quæ laudem mereri possit. Quo modo *plausibilem structuram orationis* dixit Maximus Victorius Grammaticus: *Clausula*, inquit, *est compositio verborum plausibilis structuræ exitu terminata*. Perite hoc omnino dixit, nam in exitu clausularum maxime dari plausum consuevisse post videbimus.

Cæterum omnis ea laudandi ratio ad *gestum* & *vocem* refertur, pro quibus vulgo κρότον & θόρυβον Græci usurpant. D. Chrysost. *hom.* II. *ad pop. Antioch.* τί μοι τῶν κρότων ὄφελος τούτων; τί δὲ τῶν ἐπαίνων καὶ τῶν θορύβων; *qui mihi horum plausuum utilitas? quæ laudum & acclamationum?* Sic Demosthen. in *Midiam*. καὶ θόρυβον καὶ κρότον τοιοῦτον ὡς αὖ ἐπαινοῦντές τε καὶ

συνηθέντες ἐποιήσατε. *Clamorem atque plausum, qualis laudantium & gratulantium esse solet, excitastis.* A Sæpe tamen ista confunduntur, & θόρυβος quidem sæpe ad utrumque refertur; κρότος item quamvis proprie de manuum plausu dicatur, tamen nonnunquam pro ipsa quoque acclamatione sumi solet. Doctissimus Chrysostom. *in Ps.* XCV. ἀλαλαγμὸς δέ ἐστιν ἐπινίκιος ἐν πολέμῳ κρότος, *jubilum est victorialis in bello applausus*: ubi κρότον referri ad vocem ita significat: ὅταν γὰρ μετὰ νίκης ἐν πολέμῳ στρατιῶται βοῶσιν, ἀλαλαγμός ἐστιν ἐκεῖνος, καὶ σήμαντρον νίκης.

Quo autem modo κρότος fieret, quave manuum B conformatione, junior Philostratus in *Icone* τοῦ Κώμου describit his verbis; ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑπεσταλμένοις ὑποκειμένην τὴν ἀριστερὰν πλήττει εἰς τὸ κοῖλον. ἵν' ὦσιν αἱ χεῖρες ξύμφωνοι πληττόμεναι, &c. *Dextera contractis digitis subjectam sinistram ad cavum ferit, ut percussæ manus cymbalorum more sonantes fiant.* S. Gregorius Nazianz. *Or.* IV. χειρῶν πρᾶξιν εὔηχον, *canoram manuum actionem.* Aristophanes in *Ranis* τὼ χεῖρε συγκρούειν. Heliodorus *Æthiop. lib.* VII. τὼ χεῖρε διατρίψαι, & *lib.* X. κρότον τῶν χειρῶν ἐπικτυπεῖν. D. Chrysostomus *in Ps.* XLVI. κροταλίζειν καὶ ταῖς χερσὶ πατάσσειν. Hunc gestum C expressum fuisse volunt in ea statua quæ in tumulo Sardanapali visebatur: erat enim in subjecto Epigrammate, *Tu hospes ede, bibe, lude, cum cætera omnia non sint τούτου ἄξια.* Per τοῦτο intelligit ψόφον ὅνπερ αἱ χεῖρες ἐπὶ τῷ κρότῳ ποιοῦσι, inquit Arrianus lib. II. *de exped. Alex.* Et quidem de manuum plausu intelligit Pierius Valerianus. Ego tamen non duarum manuum plausum, sed unius tantum sonum puto intelligi, qui existit ex pollicis cum medio digito compressione: quem gestum & strepitum digitorum etiamnum in Galliis adhibemus, cum vilissimæ rei contemptum lubet exprimere. Sane rem eandem memorans de Sardanapalo Athenæus, vocat ψόφον δακτύλων, *strepitum digitorum.*

D Sed monere prope hoc exciderat, θόρυβον dici etiam de adversa acclamatione, qua Oratorum dicta improbantur. Julianus Imperator in *Panegyr. Or.* I. *Sæpenumero e suggesto descendebant* (oratores Græci) τοῦ δήμου θορυβήσαντος ὠχροὶ καὶ τρέμοντες, *populo infesto & reclamante pallidi,* &c. Plutarchus in *Cæsar.* vocat θορύβους πονηρούς. Idem in *Gracch.* dixit ἀντικρούειν λέγοντι· & in *Cicer.* de Catilina, ἀρξάμενος λέγειν ἐθορυβεῖτο, *dicere incipienti obstrepuerunt.* Eodem sensu dixit Libanius ep. CLII. *ad S. Basil.* βοήσασθαι & κεκραγέναι, *dicenti reclamare.* Et S. Greg. Naz. *Or.* IV. *p.* 131. καταβοᾶσθαι ἐν E θεάτροις, *clamoribus exagitari.* Interdum autem non inimico quidem animo, sed honestatis amore potius, cum res odiosæ dicerentur, eas voce & acclamatione se aversari & refugere testabantur. S. Chrysostomus cum Ethnicorum impios mores opinionesque describeret *hom.* V. *in Ep. ad Tit.* dixit inter alia, consuevisse apud illos nudas virgines in virorum conspectu luctari: hic merito exclamavit honesta concio & pudoris amans: itaque vir eximius laudans populi judicium, hæc addidit: πολλὰ ὑμῖν γένοιτο ἀγαθά, ὅτι οὐδὲ τὸ ῥῆμα ἀκοῦσαι φέρετε. *Multa vobis eveniant bona, qui ne quidem nomen ipsum audire sustinetis.* Sic M. Tullius cum inso- F lentem Antonii impudentiam gravissime amplificaret, qui in statua se populi R. patronum inscripserat, concio rem esse indignam strepitu & acclamatione significavit. Hæc Ciceronis sunt verba *Phil* VI. *Quinque & triginta tribus patrono populi Ro. Igitur est patronus L. Antonius? malam quidem illi pestem. Clamori enim vestro assentior.*

A II. *Præter manuum plausum & clamorem, alia quædam ab auditoribus fieri ad laudem solita. Erumpere, subsultare, circumagi furenter, vestes movere, &c.*

ALII quidam modi fuerunt ἐπισημασίας, præter manuum plausum & clamorem: Lucianus ῥητορ. διδασκ. ponit ἀναστῆναι, *e subsellio exurgere,* πηδᾶν, *exilire, tripudiare,* χεῖρα ὀρέγειν, *manuum intentus* vocat Cicero in *Or. pro Sext.* Commune maxime fuit ἀναπηδᾶν. Themistius *Or.* IV. ait auditores suos ἀναπηδῶντας βοᾶν, *exiliendo clamores excitare.* Et *Orat.* XIV. dicit ἐξάλλεσθαι. B Plutarch. l. *de audit.* προσορχεῖσθαι τοῖς λόγοις, *tripudiare audiendo.* Fabius Quintilian. *exultare, l.* II. *c.* II. *Minime vero permittenda pueris, ut fit apud plerosque, assurgendi, exultandique in laudando licentia.* Doctissimus & elegantissimus D. Hieronymus *subsultare & applodere pedibus:* sic enim *epist.* LXXV. *Me dicente ex latere subsultabas & plaudebas manu, & applodebas pede.* S. Chrysostomus ἱππαζομένους πόδας vocat, *pedes supplodentes.* Nonnunquam etiam excurrebant theatrali quadam insolentia, quam pro eo ac debuit gravissime reprehendit Quintilianus *l.* II. *c.* II. *Nunc proni,* C *inquit, & succincti ad omnem clausulam non exurgunt modo, verum etiam excurrunt & cum indecora exultatione conclamant.* Plutarchus l. *de audit.* appellat πτόησιν μετὰ χαρᾶς ἀπειροκάλου πρὸς ἔπαινον, *eruptionem cum inepto gaudio ad laudandum.* Qui hanc adhiberent, & similia quæ generatim vocat ille φορτικὰ σχήματα, *importunos gestus,* eos ait ἀσχημονεῖν καὶ σολοικίζειν περὶ τὴν ἀκρόασιν, *turpiter & indecore se gerere in auditione.* Lucianus *de saltat.* dixit ἐπαίνους ἀπρεπεστάτους, *indecoras maxime laudes.* Aureus Chrysostomus *in Ps.* III. κροτῆσαι ἀκαίρῳ τινὶ καὶ ἀλογίστῳ ὁρμῇ, *plaudere importuno quodam & temerario impetu.* Et uberius de hoc more D agens *homil.* I. *de verbis Isaiæ,* φωνὰς ἀτάκτους ἀφιᾶσι καὶ τῶν μαινομένων οὐδὲν ἄμεινον διάκεινται, ὅλῳ τῷ σώματι δονούμενοι καὶ περιφερόμενοι, *incompositas voces emittunt, nihiloque melius se gerunt his, quos habet insania, toto corpore tumultuantes ac circumacti:* & paulo post, ἀτάκτως μὲν τὰς χεῖρας ἐπανατείνων καὶ τοῖς ποσὶν ἐφαλλόμενος, καὶ ὅλῳ περικλώμενος τῷ σώματι. De iis loquitur qui in sacris templis concionibusque plaudebant: *Tu, inquit, mimorum & saltatorum mores huc inducis, dum indecenter manus jactas; pedibus subsultas totoque circumageris corpore.* Julianus quoque Cæsar *Panegyr.* I. prope fanaticos in plaudendo & συνενθουσιῶντας facit; E quanquam ille quidem ad laudem refert, & ad dicentis eloquentiam prædicandam: nam Constantii militarem concionem laudans, ἀκμαζούσης, inquit, τῆς δημηγορίας, συνενθουσιῶντες τῷ λόγῳ πάντες ἐπεκρότουν, *in ipso concionis fervore, divino quodam impetu omnes correpti plausum dedere.* Nonnunquam in plaudendo vestes suas excutiebant. Eunapius in *Vita Julian. Soph.* de causa perorata a Proæresio: Proconsul a sede sua repente prosiluit, καὶ τὴν περιπόρφυρον ἀνασείων ἐσθῆτα, *purpureamque togam excutiens juvenis in morem Proæresium plausu excepit.* Xiphilinus in *Neron.* Burrus & Seneca cum F quid dixissent, τάς τε χεῖρας καὶ τὰ ἱμάτια ἀνέσειον, *plaudebant manibus & vestimentis.* Jactata quoque fuisse in plausu oraria, Veterum monumenta significant. Eusebius in *Historia Eccles.* id vocat κατασείειν τὰς ὀθόνας, nam agens de Paulo Samosateno homine vanissimo, & superbissimo religionis corruptore, qui impiis conatibus ad Episcopi nomen & dignitatem irrepserat, ait *l.* IX. *c.* XXIV. illum publice concionantem irasci consuevisse, & plenissima contumeliæ verba dicere τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι, μηδ' ὡς ἐν τοῖς θεάτροις κατασείουσι τὰς ὀθόνας, μηδ' ἐκβοῶσί τε καὶ ἀνα-

πηδῶσι, &c. *iis qui eum non efferrent laudibus, nec ut in theatris fieri solet oraria moverent, nec acclamarent, neque exilirent*, &c. Illud autem facientes ait ἀκόσμως ἀκροᾶσθαι, *indecore audire*: cui opponit συμμυοπρεπῶς καὶ εὐτάκτως ἀκούειν. Atque hæc inprimis exponenda videbantur, ut quid sit plausus, quem studiosime quærebant Sophistæ, liquidius intelligamus.

III. *Sophistas plausuum atque laudum fuisse avidissimos. Dio Prusæus illustratus.*

SOPHISTAS jam inde a primis illis satoribus eloquentiæ, constat fuisse plausuum atque laudum perquam studiosos. Id Plato gravis autor sæpe ostendit. Nam de disserente Euthydemo, *Illius sectatores*, inquit, ὥσπερ ὑπὸ διδασκάλου χορὸς ὑποσημήναντος ἅμα ἀνεθορύβησαν, *quemadmodum chorus innuente magistro, summo plausu conclamaverunt*. Et in *Protagora*, cum Sophista ille summa elegantia dixisse videretur, πολλοῖς θόρυβον παρέχει καὶ ἔπαινον τῶν ἀκουόντων. Et paulo post, εἰπόντος οὖν ταῦτα αὐτοῦ, οἱ παρόντες ἀνεθορύβησαν ὡς εὖ λέγοι, *cum hæc dixisset Protagoras, præsentes frequenti applausu acclamantes illius dicta comprobaverunt*. Hos deinde secuti alii, Sophisticæ eloquentiæ doctores, mirabili plausuum cupiditate favorisque ardebant. Eos proinde Epictetus apud Arrianum *lib.* III. *c.* II. ajebat χάσκειν περὶ τοὺς ἐπαινέσοντας, *laudantium vocibus inhiare*. Themistius *Orat.* I. vocat ἄνδρας ἐπαίνους θηρεύοντας, *homines qui ardentes laudatiunculas venentur*. Paria prope qui eodem florebat ævo doctissimus Gregor. Nazianz. *Orat.* XXVII. Οἱ σοφισταί, inquit, τῶν δημοσίων θηρευταὶ κρότων, *populares plausus studio inflammato venantur*. Et in *epist.* ait illos ὑπὸ τῶν κρότων αἴρεσθαι, *plausu & laudibus efferri*. Ea causa Tertul. l. *de Anima*, S. Hieron. *ep. ad Pammach.* Sophistas nominant *animalia gloriæ, & popularis auræ vilia mancipia*. Propter hanc ipsam plausuum cupiditatem, Rhetores dicuntur apud Dionem Prusæum *Tarsic. poster.* πρὸς τὸν ἀπὸ τοῦ πλήθους θόρυβον κεχηνότες. Ubi Interpres non sat apte vertit *multitudinis tumultui inhiantes*, quasi de seditiosis loqueretur; intelligit enim δημοσίους κρότους, ut loquitur S. Gregorius, *populares acclamationes*, & subdit paulo post, καὶ τὸν κρότον ἀεὶ καὶ τὴν βοὴν φέρονται, *semper illi plausu & clamore efferuntur*: eosdemque vocat δοξοκόπους, *vanæ gloriæ cupidissimos*. Itaque suos auditores in laudem & clamorem effusos, gloriose lustrare oculis & circumspicere solebant, atque nutu & animi gestientis lætitia concitare. De Sophista loquens Themistius *Orat.* XVI. ἀνέχεται ἐπαινούμενος καὶ περινοστεῖ τοὺς κεκραγότας, *laudari se patitur, & acclamantes lustrat & circumspicit*. Grave & permolestum esse ajebat Euripides, &, ut ejus verbo utar in *Oreste*, βάρος τι, *onus quoddam*, αἰνεῖσθαι λίαν, *celebrari nimium atque laudari*: at Sophistæ tantum abest ut multitudinis plausum & clamores ferrent molestius, quin potius dolerent maxime, nisi theatrum illis dicentibus voce & applausu vehementissime resonaret. Quare Sophista Aristides cum fuisset a Marco Imperatore invitatus ad declamationem exhibendam, se facturum ea conditione promisit, ut primum noti & familiares interessent, deinde vero bona venia Imperatoris, eis liceret ἐμβοᾶν καὶ κροτεῖν ὁ πόσον δύνανται, *quantum vellent atque possent sese in laudes atque plausus effundere*. De quo etiam proditum a Philostrato *de Vit. Soph.* video, quod οὐκ ἐκράτει χολῆς ἐπὶ τοὺς μὴ ξὺν ἐπαίνῳ ἀκροωμένους, *minus posset æstum iracundiæ moderari adversus eos, qui sine plausu & laudatione ipsum auscultarent*. Et quidem in orat. quadam sua *Tom.* III. de se gloriatur, nemini unquam tot & tantos fuisse plausus, quam sibi datos; ἀλλ' ἡμῶν τουτονὶ (θεὸς δ' εὐμενὴς παραπέμποι τὸν λόγον) τίνες πω μείζους θορύβους ἐν συλλόγοις ἐκίνησαν; *nobis vero (propitius autem deducat sermonem Deus) quis adhuc majores in concionibus plausus concitavit?* Hinc fiebat ut qui nullos aut exiguos fuissent plausus in dicendo consecuti, ii demissis capitibus humiles & abjecti mœrerent. Quod non dissimulat gravis Epictetus apud Arrian. *lib.* III. *cap.* XXIII. Nuper, inquit, aliquanto tardius cum auditores convenirent, καὶ μὴ ἐπιβοησάντων σοι, *nec tibi acclamarent*, τεταπεινωμένος ἐξῆλθες, *humilis & abjectus discessisti*. Siquidem, ut vere dictum est a Philostrato in *Vita Heraclidis*, *excutit vocem & orationem Sophistis*, καὶ βραδὺς ἔπαινος, καὶ τὸ μὴ κροτεῖσθαι συνήθως, *sera laudatio, plaususque negatus, qui de more tribuitur*. Itaque apud Athenæum *lib.* IV. Cynulcus, cum elegantem, ut ipsi quidem videbatur, disputationem habuisset, ἐπεὶ μὴ ἐκροτεῖτο θυμωθείς, *quia nemo applausisset, stomachatus est*. Non est opus rem pluribus exemplis illuminare, cum hoc specimine, Rhetorum ille genius possit agnosci.

IV. *Quam frequentes fuerint in Declamationibus plausus, quamque vehementes. Illustratus Gregorius Magnus, aliique.*

NEQUE vero auditores in dando plausu, clamoribusque prædicandi gratia mittendis, parci & maligni fuerunt, sed effusi potius & immoderati. Sane Themistius κρότους καὶ ἐκβοήσεις δαψιλῶς οἱ χορηγεῖσθαι ἑκάστοτε, *undique in se plausus & clamores copiose & effuse conferri*, orationis IV. initio prodidit. Non enim una tantum orationis in parte plaudebant, sed fere in omnibus. In transitione quidem post exordium fuisse id frequens, ait Quintilianus & reprehendit *lib.* IV. *c.* I. In fine clausularum, laudantium plausum extitisse, docti monuerunt. D. Hieronym. *ep.* II. eleganter, *Ne a me quæras pueriles declamationes, sententiarum flosculos, verborum lenocinia, & per fines capitulorum singulorum acuta quædam breviterque conclusa, quæ plausus & clamores excitent audientium.* M. Tullius *in Oratore perf. Conciones sæpe exclamare vidi, cum apte verba cecidissent*. Hinc apud Gregorium Magnum doctissimum & sanctissimum orbis terræ Pontificem *clausula* pro elegantia orationis sumitur, lib. I. *Ep. Per scripta*, inquit, *vestra, clausulas declamationesque formatis*. Quintilianus etiam *lib.* II. *c.* II. notat, solitos eos *ad omnem clausulam exurgere*, & cum indecora exultatione conclamare. Rem eandem exponens Seneca *proœm. lib.* IV. *Controv.* ad omnem gestum datos fuisse plausus ait: *Cum desiit illos ad omnem gestum plausus excipere*. Forte hoc ipsum dicere quoque videatur Eunapius, tametsi eruditus Interpres alio rem trahit, sic enim politus ille scriptor: Ἄρχεται μὲν ὁ Προαιρέσιος λέγειν ῥύδην, κατὰ τὸν κρότον ἀναπαύων ἑκάστην περίοδον: vertunt, *Proæresius orditur flumen quoddam orationis singulas periodos pulsu manuum finiens*. Hæc autem prout ab Interprete sunt versa, oratorem significant ad singulas periodos complosionem manuum adhibuisse. Ego vero Eunapii sensum hunc esse puto; tam eximie orasse Proæresium, ut singulæ illius dicentis periodi audientium omnium plausu exciperentur. Sed plausuum frequentiam Plutarchus *de audit.* mirifice ante oculos posuit: auditores enim κατὰ ῥῆμα καὶ συλλαβὴν κεκραγότας, *ad omnem vocem atque syllabam, plausum & clamorem edidisse* refert. Themistius de auditoribus suis loquens *Orat.* IV. idem asseruit, κεκραγότες καὶ ἐκβοῶντες ἐφ' ἑκάστῳ ῥήματι ὧν ἂν λέγω, *vociferantes ad singula quæ a me dicuntur verba & exclamantes*. Eloquentissimus Chrysostom. τὴν κρότων συνέχειαν appellat: sic enim *hom.* IV. *in cap.* I. *Genes.* ἡ τῶν κρότων συνέχεια μεγίστη

ἀπόδειξις ἐγένετο τοῦ μεθ' ἡδονῆς ὑμᾶς δέχεσθαι τὰ λεγόμενα, *perpetui illi plausus declarant maxime, quanta cum voluptate ea quæ dicuntur capiatis.* Præterea non unus tantum alterve sonitum vocemque mittebat, sed omnium ordinum homines, summi, infimi, mediique plaudebant. Sidonius Apollinaris *lib.* IX. *ep.* IX. *Ad* σοφῶς *meum non modo laticlavi, sed tribulium quoque fragor concitaretur.* Quare Plutarchus lib. *de audiend.* reprehendit eos qui adducto supercilio, & insolentis gravitatis specie in auditorio silerent, cum laudem præstantibus ingeniis tribuere, humanitatis esse videatur. Hinc necesse fuit oriri maximos e diversissimis sonis clamores, quos poetæ cum explicare cupiunt, *mugitus, fragores, boatus, tonitrua*, & aliis conquisitis nominibus appellant. Et ut est apud Platonem lib. VI. *de Rep.* αἵ τε πέτραι καὶ ὁ τόπος ἐν ᾧ ἂν ὦσιν, ἐπηχοῦντες διπλάσιον θόρυβον παρέχουσι τοῦ ψόφου τε καὶ ἐπαίνου. *Parietes quoque & loca in quibus resonant, tumultum edunt duplo majorem, quam qui laudant & vituperant.* Oratorie quidem illa M. Tullius lib. I. *ad Attic.* sed quæ rem tamen declarare possint: *Clamores tanti fuerunt, ut ego eo brevior sim, quod usque isthinc exauditos putem.* Plinius junior *lib.* II. *ep.* XIX. *infinitos clamores commoveri* dicit. Eunapius in *Proæres.* τὸ θέατρον βοῶν ῥήγνυσθαι, *consessum clamoribus disrumpi.* Quintilian. *lib.* IV. *cap.* II. *omnia tumultu ac vociferatione concutere.* S. Augustinus lib. III. *contra Celsum, ore latissimo acclamare.* Dio in *Nerone*, τορῶς ἐκβοᾶν, *acclamare vehementer.* Amphis Comicus apud Athenæum, πάντα πράγματα διατετραίνει κρότος, *appla* [illegible] *scere.* S. Chrysostom. *homil. de rer. hum. gubern.* σφοδρότερον κρότον ἐξερρήγνυσθαι, *vehementiorem plausum erumpere.* Zacharias Scholasticus disput. *de mund. opif.* ἀναβοᾶν πάμμεγα καὶ ἀνευφημεῖν, *ingenti voce exclamare.* Lucian. lib. *advers. indoct.* χερσαίων βατράχων δίκην [illegible] *terrestrium ranarum instar exclamare, & clamore disrumpi.* Plato, ὑπερβαλλόντως ἐκβοᾶν καὶ κροτεῖν, *immensum plausum clamoremque tollere.* Agellius *lib.* V. *cap.* I. *Summo & soluto pectore obvias vulgatasque laudes effutire.* Et *lib.* XVIII. *cap.* V. vocat *ingentes clamores.* Fabius *lib.* II. *cap.* III. *immodicas laudationum moras.* Sextus Aurel. Victor in *Pertin. ingeminatos ad usque defectum plausus.* S. Gregorius Nazianz. *Or.* XVIII. κρότους ἐκμαίνοντας, *furiosos plausus.* Seneca pater *Controvers.* II. lib. II. *Scholasticorum summum fragorem.* Seneca filius *epist.* CVIII. *Nec aliter concitantur, quam solent Phrygii tibicinis sono semiviri, & ex imperio furentes.* Denique ad ravim usque acclamabant: venuste proinde Sidonius Apoll. *lib.* IX. *ep.* VIII. *raucum plosorem* nominat: & *lib.* VII. *plausuum maximum accentum*, hoc est, ἀκμὴν, *fervorem.* Sæpe tamen eveniebat ut leniores essent plausus clamoresque initio, deinde cum oratione ipsa crescerent. Specimen eloquentiæ D. Chrysostomus id significat, qui in quadam oratione ait sibi dicenti sub finem concionis γενομένους κρότους μείζους καὶ λαμπροτέρας βοάς. Et paulo post, in progressu orationis, σφοδρότερος, inquit, ὁ κρότος ἐξερρήγνυτο, *vehementior plausus erupit.* Appellat id Themistius πάνυ βοᾶν *orat.* XIII. Quæ, inquit, a me dicta sunt, ἐφ' οἷς πάνυ ἐξεβοήσατε, *ob quæ magnos clamores sustulistis.* Eandem varietatem & incrementum Isocrates in *Panathenaica* expressit, οὐκ ἐθορύβησαν ὃ ποιεῖν εἰώθασι πᾶσι τοῖς χαριέντως διειλεγμένοις, ἀλλ' ἀνεβόησαν ὡς ὑπερβαλλόντως εἰρηκότος. *Non applauserunt, quod omnibus eleganter disserentibus facere solent, sed exclamarunt, quasi excellenter perorasset.* Ex quo liquet, plausum aliquando fuisse datum sine acclamatione, hanc autem in mirabili & eximio dicendi genere extitisse. Sed quæ fuerint acclamationes jam videamus.

v. *Quæ acclamationes fieri solitæ ad dicentium laudem tum apud Græcos, tum apud Latinos. Emendata Luciani versio.*

VARIÆ laudantium acclamationes ad duo genera possunt revocari: ad ea nimirum quæ ἐπιρρήματα, hoc est, *adverbia* dicimus, & ad alias προσρήσεις, sive *dicta & appellationes.* In utroque genere hic Veterum consuetudinem exquiremus. Apud Latinos quæ dicerentur ponit M. Tullius lib. III. *de Orat. bene, præclare, belle, festive, non potest melius.* Horatius in *Arte, pulchre, bene, recte.* Persius, *euge*, Martialis *lib.* II. *epigr.* XXVII.

> *Effecte, graviter, cito, nequiter, euge, beate.*

Sophos quoque apud eosdem, solennis acclamatio, unde ipsi laudatores venuste a Plinio juniore in *Epist.* dicti *Sophocles.* Apud Græcos fuere maxime communia & tralatitia, καλῶς, σοφῶς, ἀληθῶς, quibus laudum significationibus Platonem, Socratem, Hyperidem fuisse usos ait Plutarchus *de audit.* Theophrastus in *Characterib.* habet ὀρθῶς *recte*, Isocrates ὑπερβαλλόντως, *excellenter*; Plato εὖ, ὑπέρευ, *bene, optime.* Epictetus apud Arrianum; θαυμαστῶς *mirabiliter*, ὑπερφυῶς *supra modum præclare.* Plutarchus δριμέως, εὐφυῶς, ἀνθηρῶς, *acriter, ingeniose, floride.* Quædam non nimis nota & pervulgata sunt, ut apud Dionem in *Neron.* οὐᾶ. sic apud Arrianum in *Epict.* l. III. εἰπέ μοι, οὐᾶ καὶ θαυμαστῶς. *Dic mihi, ohe, admirabiliter.* Et alio loco, σοὶ οὐᾶ φασὶ ἐπιφωνημάτια λέγοντι, *tibi acclamant* οὐᾶ, *in oratione epiphonemata adhibenti.* Apud Tertullianum est φῦ, sic enim lib. *advers. Valentin.* cap. VIII. cum de Phosphoro declamante meminit: *Scholastici statim familiæ Phosphori* φῦ *acclamant.* Illud etiam rarum & insigne, cum auditores inclamarent Στέφανοι, *Coronæ*: quod sibi cum publice oraret dictum fuisse prodit Aristides. Sic enim Tom. II. *or. de Concord. Cum apud vos essemus, in concionibus non una tantum lingua, sed & voce plerumque si dicere licet, eadem vos uti videbamus, nam Recte, Coronæ, & similia nobis sufficiebant.* Ubi etiam animadvertit, consuevisse aliquando, τοὔνομα τοῦ δημηγοροῦντος ἀνειπεῖν, *nomen ipsum Oratoris efferre.* Eximiæ autem illæ fuerunt acclamationes θείως & θεοφορήτως, *divine, divino impetu*, quas ξένας φωνὰς nominavit Plutarchus *de aud.* & sero, hoc est, suis temporibus in scholas, auditoria, & consessum eruditum fuisse inductas scribit: atque adeo lib. *de seips. laudand.* reprehendit. Nam ῥητορικοὺς σοφιστὰς qui τὸ θείως καὶ δαιμονίως, καὶ τὸ μεγάλως, sibi dici in declamationibus sustinent, τὸ ἀνθρωπίνως perdere, dum nimirum dignitatem in dicendo affectant, humanitate spoliari. Dissentit a Plutarcho Philostratus in earum vocum initiis, nam τὸ θείως, fuisse primum Æschini Sophistæ impertitum, in *ejus Vita* reliquit. Et istius acclamationis similitudinem etiam quandam mihi videor in divinis Literis agnoscere, in illa Herodis concione *Act. Apost.* cum omnes *Dei voces* acclamarent: qua ipse laude cum vehementius insolesceret, ab uno de beatis spiritibus fuit confectus. In Homiliis Christianorum atque piis cohortationibus, primo quidem Ecclesiæ nascentis ævo, si quid pulchre & mirabiliter de pietate diceretur, solebant omnes auditores inclamare, *Amen, amen.*

Præter hæc ἐπιρρήματα, aliæ jactatæ fuere προσρήσεις ad dicentem cohonestandum. Themistius

quidem *Or.* IV. auditores suos ait φιλοδώρης ὀνομάτων, *largos & benignos in tribuendis nominibus*. Et *Orat.* XIV. *infinitam prope nominum varietatem* in laudando fudisse, ἐξαλλόμενοι καὶ μυρίας ἱέντες φωνάς. Quid acclamatum sibi oranti fuerit, meminit Dio Prusæus *Or.* XLVIII. *Nonne vos estis, qui sæpenumero nos laudastis, tota die*, τοὺς μὲν ἀρισεῖς λέγοντες, τοὺς δὲ Ολυμπίους, τοὺς δὲ σωτῆρας, τοὺς δὲ τροφέας, *alios quidem Principes & Optimates, alios Olympios, hos servatores & Altores dicentes*. Aristides de se quoque refert Tom. III. *Or. ult.* sibi acclamatum τῶν Ελλήνων ἄκρον εἶναι, *summum in Græcia virum & principem esse*. Lucianus in *Zeuxid.* has acclamationes enumerat, ὢ τῆς καινότητος, Ηράκλεις, τῆς παραδοξολογίας, ἀμήχανος ἄνθρωπος. *O novitatem! O Hercules! dictionem mirabilem & inauditam. O hominem promptum!* Multa quæ præstantissimis Sophistis dicta in declamationibus fuerunt, habet Philostratus. Herodi Attico in Olympiis, εἷς ὡς Δημοσθένης. *Alter es Demosthenes*. Alias vocarunt ἕνα τῶν δέκα, *e decem Græciæ oratoribus unum*. Nicetem Sophistam verba facientem indigitabant ἄνδρα θαυμάσιον καὶ ῥήτορα, *admirandum oratorem*. Antipatrum autem θεῶν διδάσκαλον, *Deorum doctorem*, quod Severi Imperatoris filios erudiisset. Aristidem οἰκιστὴν Σμύρνης, *alterum Smyrnæ fundatorem*. Eunapius ait in *Proæresio* in plausu dictum Θεὸν, *Deum illum esse*: item Ερμοῦ λογίου τύπον, *Mercurii præsidis eloquentiæ typum*. Dici non potest quam multa quamque varia in hoc genere usurpaverint: neque ipsi antiquitatis scriptores omnia suis monumentis sunt complexi, sed nonnunquam generatim tantum rem innuunt, ut Philostratus de Hippodromo, βοώντων ἐπ' αὐτῷ τῶν Ελλήνων πολλὰ καὶ ἄφημα, &c. *Græci multa & magnifica ipsi acclamarunt, ut quod Polemoni divino homini in dicendo esset æqualis*. Interdum nova quædam excogitabant: ξένον ἔπαινον vocat Lucianus in *Rhet. Didasc.* & τὸ φορτικὸν τῶν ὀνομάτων: ubi Interpres non satis apte vertit *onus verborum*; melius opinor *insolentiam* dixisset. Reprehendit autem ut ineptum eum morem Lucianus.

VI. *Interdum clamor tantum ἄσημος fuit plaudentium: is qualis fuerit explicatur.*

NONNUNQUAM vocem tantum admirationis indicem & clamorem sine ullius vocabuli expressione mirantes edebant. Quod in obstupefactis rei miraculo hominibus Heliodorus expressit in *Æthiop.* lib. X. his verbis, θάμβος οὖν πάντας ἅμα κατέσχε· καὶ βοὴν μίαν ἄσημον μὲν καὶ ἄναρθρον, δηλωτικὴν δὲ τοῦ θαύματος ἀπηχήσαντο. *Stupor igitur omnes cepit, & clamorem unum obscurum & inarticulatum admirationis indicem ediderunt*. Quod alio loco dixit, ἐξ ἀρτηρίας μόνης τὸ θαῦμα ἐκφωνεῖν, *e sola arteria vocem promere demirationis testem*. S. Chrysostomus *de verb. Isai.* de plausu concionum disputans, vocat ἀσήμους κραυγάς, *clamores nihil certi significantes*: & τὸ ἄτακτον τῆς φωνῆς σύνηχησιν, *incompositum vocis boatum*, remque totam reprehendit. Synesius in *Epist.* φωνὴν παμμιγῆ καὶ ἄσκεπτον, *confusam vocem & quæ discerni non possit*. Id proprie fuit ἐπιρροθεῖν apud Græcos. Euripides in *Hecub.* λαοὶ δ' ἐπερρόθησαν, hoc est, ἀσήμως ἤχησαν, ait Græcus Scholiastes, & exponit hoc modo: τὸ γὰρ πλῆθος ὁμοῦ βοῆσαν ἄγνωστον τοῖς ἀκούουσιν ὅ, τι καὶ λέγει. *Omnis enim multitudo simul exclamans, ignotum quidpiam audientibus ore proferebat*. Sumitur tamen hoc vocabulum de quocunque plausu, ut apud D. Gregorium Nazianzenum, qui

A imitatus Euripidem *Carm. de Vit. sua*, ita scribit, Λαὸς δ' ἐπερρόθησεν οἷς ἐφθεγξάμην, *Populus meu dicta plausu maximo excepit*. Vetus Interpres Euripidis *in Orest.* ἀσήμους φωνάς ait fuisse ἆ ἆ. Επειδὰν, inquit, τι θεάσηταί τις παράδοξον, οὐδὲν ἕτερον ἀναβοᾷ, ἢ τὸ ἆ ἆ. *Cum quis mirabile quidpiam adspexerit, nihil aliud exclamat quam a a*. Cæterum clamor ille ἄσημος & nihil plane & diserte significans, aliquando fuit vehementior, quem S. Chrysostomus *loco cit.* circumscribit: κραυγὴν σφόδρα ἐν τῇ βιαίᾳ τοῦ πνεύματος ὠθήσει τὸ ἄσημον ἔχουσαν, *clamorem vehementem, qui cum violento spiritus impulsu strepitum habeat nihil certi declarantem*. A-
B liquando vero fuit mitior, cum murmur tantum confusum exaudiretur. M. Tullius, *gratam concionis admurmurationem* opinor diceret. Philostratus lib. II. *de Vit. Soph.* βόμβον appellat, Eunapius in *Proæres.* μυκηθμὸν, *sonitum incertum & reboantem*. Alexander Sophista tam elegans & concinnus Atheniensibus fuit aliquando visus, ut conscenso declamationis causa pulpito, priusquam aliquid diceret, omnium βόμβος, sive sonitus oriretur, ἐπαινεσάντων αὐτοῦ τὸ σχῆμον, *laudantium ejus modestiam & decorem*.

C VII. *Silentium auditorum nonnunquam ad Declamantium laudem. Intentionis silentium & μυστηριῶδες.*

QUIDAM saturi ea resonanti assentatione, & immensis audientium clamoribus, jam pæne silentium anteponebant. Plinius junior *lib.* II. *Cum dico, vel cum recito, non minus silentio quam clamore delector; sit modo silentium acre & intentum, & cupidum ulteriora audiendi*. Fabius *lib.* IV. *c.* II. *intentionis silentium* nuncupat, quod
D ab ineptis & vanissimis declamatoribus ait repudiari. Qui ad clamorem, inquit, dispositæ, vel etiam forte circumfusæ multitudinis compositi, *non ferunt illud intentionis silentium, nec sibi diserti videntur, nisi omnia tumultu ac vociferatione concusserint*. Est enim audientis silentium perspicuum argumentum seriæ & vehementis attentionis: quod laudans Eteonem Cyzicenum prodit Aristides *Tom.* I. ἀκροώμενος τοίνυν οὕτω σφόδρα τῶν λόγων ἦν, ὥστ' οὐκ ἐσχόλαζεν ἐπαινεῖν, ἀλλ' ὥσπερ οἱ διψῶντες σιωπῇ πίνουσι, &c. *Jam cum auscultabat, ita erat in ea quæ dicebantur intentus, ut plausum dare non vacaret, sed ut qui sitiunt tacite bibunt, ita ipsi auditus*
E *efficiebat*. Hoc nimirum e præstabilium rerum admiratione exiftit, cum tanta est orationis suavitas, tamque inusitata varietas & copia, & in delectis luminibus splendor, ut animi audientium abripiantur, & dulcedine obstupefacti a dicentis ore pendeant. Unde plausus sæpe admiratione compressos & restinctos videmus. Sunt illa principis oratoris in oratione *pro Deiot. De plausu autem quid respondeam, qui nec desideratus unquam a te est, & nonnunquam obstupefactis hominibus ipsa admiratione compressus est?* Itaque Musonius Philoso-
F phus plausum in sapientiæ schola reprehendebat, ajebatque magnam laudem non abesse ab admiratione: *admirationem autem quæ maxima est, non parere verba sed silentium*: quod Agellius *lib.* V. *cap.* I. posteritati mandandum putavit. Proæresio quidem certe publice orante, silentium præ admiratione consecutum, propter eximia dictionis ornamenta constat. Eunapius in *Julian.* σιωπὴν μυστηριώδη, *mysticum veluti silentium* vocavit. Rarius tamen, cum excellens quispiam orator aut Sophista dicebat, silentium in laude ponebatur. Nam indocta quidem multitudo si non plau-

fiſſet, eo ipſo videbatur contemnere: periti autem & intelligentes, ſi tenerent ſilentium, arrogantes & ſuperbi habebantur. Plinius junior ſui temporis eloquentiſſimus quoſdam hujuſmodi reprehendit ut invidioſos, ut præpoſteros, nec præditos humanitate, ad Reſtitutum ſcribens *lib.* VI. *ep.* XVII. *Duo*, inquit, *aut tres ut ſibi & paucis videntur diſerti, ſurdis mutiſque ſimiles audiebant. Non labra diduxerunt, non moverunt manum, non denique aſſurrexerunt ſaltem laſſitudine ſedendi. Quæ tanta gravitas, quæ tanta ſapientia, quæ imo pigritia, arrogantia, ſiniſteritas*, &c. Hinc M. Tullius cum diſertum & ſummis eloquentiæ copiis ornatum commendat, nullam ait orationis illius partem ſilentio auditam, cum fuiſſe continuos plauſus vellet oſtendere.

VIII. *Empti plauſus & dati* ἐκ παραγγέλματος. *In eam rem chorum domeſticum habuerunt. Eunapius emendatus.*

HOC Italis recitatoribus fuit commune cum Sophiſtis, ut augendæ exiſtimationi, & ornando falſæ gloriæ choragio plauſus emerent, prece aut pretio, ſportulaque diſtributa. Plinius orator venuſte fraudem eam exagitat *lib.* II. *ep.* XIX. *Heri*, inquit, *duo nomenclatores mei ternis denariis ad laudandum trahebantur, tanti conſtat ut ſis diſertiſſimus*. Et alias conductitios hujuſmodi ploſores nominat *Laudicenos*. Sed omittam de Romanis Recitatoribus dicere, de quibus Martialis, Perſii, aliorumque poetarum doctiſſimi Interpretes multa monuerunt. De Sophiſtis hoc pronuncio; emptos ab illis fuiſſe aliquando plauſus, & callida machinatione ſubornatos, quo præſtitiſſe in dicendo viderentur. De iis loquens Ariſtides *Orat. de paraphſis*: οὐχ ὁρᾷς τούτους τοὺς ἀργυρίῳ τὸν ἔπαινον ὠνουμένους, οὐ μόνον ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν θεάτροις; *Nonne illos vides, qui pecunia laudem, non modo in ſpecioſis declamationibus, verum etiam in theatris redimunt?* Hujus rei exemplum unum jubet e Philoſtrato in *Polemone* petere. Varus Jonicus adoleſcens e divite familia ortus, cum pecuniis abundaret, eas fœnore apud tenuiores bene multos, atque adeo ſtudioſos literarum collocabat. Hic dulcedine gloriæ titillatus, cum Sophiſtas ſuperare ſe omnes dicendo putaret, ſæpe declamationes indicebat, & quo plures haberet eloquentiæ ſuæ laudatores, iis quibus pecuniam crediſſet, fœnus remittebat, ſi adeſſent, ſi dicenti faverent. Sed exempla nunc omittantur, rem ipſam videamus. Argenteus ille plauſus fieri ἐκ παραγγελίας dicebatur, videlicet *ex pacto & denunciatione*, qui apud Themiſtium *Orat.* IV. opponitur ἀδόλῳ καὶ ἀληθινῷ ἐπαίνῳ καὶ αὐτοκελεύστῳ, *veræ & minime fucatæ laudi*, quæque ſponte ac ſine ambitu ab hominibus tribuatur. Ab eo mutuatus opinor eſt Suidas qui rem eandem notavit: κρότος, inquit, ἀθρόος οὐκ ἐκ τοῦ παραγγέλματος, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ αὐτοκελεύστου τῆς προθυμίας τῶν θεωμένων, *plauſus frequens non ex edicto, ſed ſtudio ſpectatorum ſponte excitatus.* Ἐκ παρακλήσεως dixit Eunapius in *Proæreſ.* ἐκ παρακλήσεως καὶ παρασκευῆς τῶν κρότων συντελουμένων. quibus in verbis explicandis doctus alioqui & politus Interpres diſcedit a vero ſenſu. S Chryſoſtomus qui mirum quantum eloquentiam illuſtravit *ſerm. de S. Droſide*: εὐφημίας ὠνητὰς vocat, *emptos plauſus & laudationes*. Atque in eam rem domi nonnunquam habebant chorum doctum & inſtructum, quemadmodum Xiphilinus ex Dione ait Neronem habuiſſe ἴδιον σύστημα Auguſtalium, qui, inquit, ἐξῆρχον τῶν ἐπαίνων, *qui laudes & acclamationes incohoarent*. De choro So-

A phiſtico Themiſtius *Orat.* IV. εἰ τοιοῦτον ἐγὼ χορόν τε καὶ χορηγὸν συνεστησάμην, πάνυ ἂν εἴην σοφιστής. *Ejuſmodi ego chorum ac chori ſuppeditatorem ſi mihi comparaſſem, eſſem omnino Sophiſta.* Quem chorum intelligat, proximis ante verbis oſtendit, nempe βοώντων, κεκραγότων, *acclamantium, vociferantium*, quique ſint ad opus illud ipſum mercede conducti. Eundem agnoſcit chorum Lucianus in ῥητορ. διδ. ubi de Sophiſta diſſerente: Οἱ φίλοι δὲ πηδάτωσαν ἀεὶ, καὶ μισθὸν τῶν δείπνων ἀποτεινάτωσαν, &c. *Amici vero ſemper exilientes applaudant, & cœnarum pretium exolvant*, &c. Et paulo poſt, καὶ τόδε μελέτω σοι, τὸ χορὸν ἔχειν οἰκεῖον καὶ συνᾴδοντα. *Hoc tibi*
B *quoque præcipue curæ ſit, ut chorum habeas domeſticum, tibi accinentem*. Hunc χορὸν οἰκεῖον, Tertullianus lib. *adverſ. Valentin.* vocavit *familiam*, ubi Phoſphorum Carthaginienſem Rhetorem declamantem inducit, de quo ſic habet; *Rhetor Latinus Phoſphorus nomine, cum virum fortem peroraret, Venio*, inquit, *ad vos, optimi cives, de prælio, cum victoria mea, cum felicitate veſtra, ampliatus, glorioſus, fortunatus, maximus, triumphalis: & ſcholaſtici ſtatim familiæ Phoſphori* φεῦ *acclamant*. Quintilianus *lib.* IV. *cap.* II. vocat *diſpoſitam multitudinem ad plauſum*, & lib. X. cap. I. *corrogatos*,
C aitque a corrogatis laudari etiam quæ non placent. Euſebius lib. VII. *Hiſt. Eccleſ.* cap. XXX. στασιώτας *factionis veluti adminiſtros*. Sic hiſtriones habuere *delegatos ut plauderent*, apud Comicum, in *Amphitr.*

IX. *Quibus in locis plauſus dari conſueverit. Emaculatus Lucianus. De plauſu Chriſtianis in templis dato accurate.*

D DIVUS CHRYSOSTOMUS regii Vatis diviniſſimos cantus exponens, aliquot loca enumerat in *Pſal.* XLVIII. ubi plauſus dari conſueviſſet: μέγα εἶναι δοκεῖ, τὸ καὶ ἐν θεάτροις, τὸ καὶ ἐν συμποσίοις, τὸ καὶ ἐν δικαστηρίοις κροτεῖσθαι. *Magnum eſſe videtur in theatris, in conviviis, in foro judiciiſque plauſu excipi*. De conviviis probare Luciani forte locus videatur in *Nigrino*, cum luxum & divitum profuſiones deſcribit: *Hos*, inquit, *illos eſſe qui precioſa ac cara opſonia emere ſolent*, καὶ τὸν οἶνον ἐν τοῖς συμποσίοις, μετὰ κρότων τε καὶ ἀρωμάτων ἐκχέοντες. vertunt, *vinumque in conviviis cum plauſu & odoribus effundunt*. Mihi dubium nullum eſt, quin
E mendoſus ſit iſte locus, & legendum μετὰ κρόκων: intelligit enim Lucianus quam *ſparſionem* vulgo nominant, ſive *imbrem odoratum*, qui ex croco fiebat vino vel aqua diluto, non modo in theatris, verum etiam in conviviis: κρόκον ῥαινόμενον Græci vocant, Ovidius *liquidum crocum*, *Corycium nimbum* Martialis. De hujuſmodi croco & aromatibus vino mixtis, eſt ſplendidus locus Plutarchi in *Sympoſiis* lib. VI. q. VII. qui Lucianum maxime illuminare poteſt: ſic enim ille, τὸν οἶνον οἱ μὲν ἀλόαις χρωτίζοντες, καὶ κινναμώμοις, καὶ κρόκοις ἐφηδύνοντες, *vinum aloe, aut cinnamomo, vel croco inficiunt*. Id fiebat quidem
F ad ſpargendum odorem, & prodendam magnificentiam, ſed rariorem ego uſum animadverto in *Vita Phocionis*, ubi doctus ſcriptor ita habet: Ingreſſus in convivium, vidit ποδονιπτῆρας οἴνου δι᾽ ἀρωμάτων προσφερομένους τοῖς εἰσιοῦσι, *pedum lavacra ex vino cum aromatibus convivis oblata*. Id autem recte ibidem appellat σοβαρὰν παρασκευὴν, *faſtuoſum apparatum*. Sed hoc obiter, ut plauſum, qui Luciani crocum omnem ebiberat, leviter emendaremus. Illuc igitur redeo. Veriſſimum eſt quod eloquentiſſimus ille Pater ajebat,

ajebat, plausum in theatris; in conviviis; in foro locum habuisse: neque mihi mens in eo probando hærere diutius, ne vagetur nimium oratio, quæ duntaxat oratores & Sophistas intuetur. A theatris ubi inter communes populi voluptates atque spectacula, illæ primum ἐπισημασίαι natæ videntur, ad magnos & clarissimos viros cohonestandos, in scholas, in auditoria, in sanctissima etiam templa Christianorum, plausus & acclamationes immigrarunt.

De scholis, e doctissimis scriptoribus constat. Eruditissimum D. Augustinum *libr.* VI. *de Music.* sic dicentem audio: *Turba cætera de scholis linguarum tumultuantium, & ad plaudentium strepitum vulgari levitate lætantium, si forte irruerit in has literas*, &c. In scholis autem Discipuli tum Rhetori Sophistæque docenti plausum dabant, tum se mutuo in scholasticis declamationibus plausu & acclamatione prosequebantur. De doctoribus clare Philostratus qui Antipatri Sophistæ Hierapolitani fuit auditor. Eum, inquit libr. II. *de Soph.* Deorum Doctorem appellabamus ἐν τοῖς ἐπαίνοις τῆς ἀκροάσεως *in scholæ plausu & laudibus*. Synesius in *Dion.* idem significat: *βούλοιτο γὰρ ἂν ὁ διδάσκαλος ἀνὴρ εὐδοκιμεῖν ἐν τοῖς μαθηταῖς, καὶ θορυβεῖν ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ τὰ παιδάρια*: *Cuperet enim præceptor apud discipulos suos florere existimatione, sibique dicenti plausum a pueris dari & acclamari*. Ita locum hunc intelligo, nec tamen doctissimi Interpretis versionem repudio. Nec dubitare etiam possumus, quin ipsi adolescentes mutuo in schola se plausu exceperint. Rem in summam inanitatem adductam, cum, ut est in proverbio, mutuum muli scaberent, Quintilianus reprehendit *lib.* II. *cap.* II. *Illa*, inquit, *vitiosissima quæ jam humanitas vocatur, invicem qualiacumque laudandi, cum est indecora, & theatralis, & severe institutis scholis aliena*, &c. Sibilis quoque & cavillationibus se aliquando insequebantur: cui rei fidem faciet Lemnius Philostratus, qui de studiis suis loquens, deque Proclo Sophista, quem doctorem habuerat, *Erat bibliotheca domi quæ patebat nobis ad declamationes suis numeris absolvendas*, ὡς μηδὲ συρίττοιμεν ἀλλήλους, μηδὲ σκώπτοιμεν, ἃ ἐν ταῖς τῶν σοφιστῶν συνουσίαις φιλεῖ γίγνεσθαι: *ne vel invicem exsibilaremus, vel mordacibus dictis illuderemus, quæ in Sophistarum scholis fieri solent*.

Jam vero in splendidioribus auditoriis, & ut loquar cum Themistio, Musarum theatris, cum in consessu hominum elegantium, ἐπίδειξις haberetur, die prodicta, & ad pompam & ostentationem elaborata oratio, tum illi, de quibus superius actum est, fragores exaudiebantur ad dicentium eloquentiam comprobandam.

Hinc plausus etiam in templa Christianorum irrepsere, quibus auditores vim & copiam disertorum hominum, & divinos sonos concionum adprobabant: quod Ecclesiæ juxta Græcæ Latinæque fuit commune. D. Augustinus *serm.* XLV. *de temp.* cum elegantem sententiam de concupiscentia protulisset, subito plausus & omnium audientium clamor est elatus; itaque subjunxit: *Unde omnes acclamastis, nisi quia omnes agnovistis?* Sed apud Græcos ea maxime consuetudo invaluit: quod e multis, sed præsertim e sexcentis D. Chrysostomi locis declarari potest. Licere primum Christianis id visum, quod clarissimi religionis moderatores atque interpretes, ut plurimum scientiis omnibus exculti, illustres sententias dicerent atque mirabiles, quales homines olim studiis scholisque assueti sine clamoribus atque laude transilire non possent. Præterea multi, qui ab impia idolorum superstitione ad Christi fidem accesserant, cum viderent in fanis plausum delubrisque fieri, ad inanes Deos aut Principes cohonestandos, minime dedecere putabant, si ad cultum augustæ religionis eum morem consecrarent. Profanos autem fuisse plausus in delubris atque templis docet Lucianus in *Bis accus.* apud quem Pan ita loquitur; Sacrificant mihi & epulantur, μετρίῳ τιμήσαντες τῷ κρότῳ, *tenui quodam honorantes applausu*. Plato quoque *Alcib.* II. εὐφημίαν in templis agnoscit. Heliodorus in *Æthiop.* Deducebatur in templum Isidis senex ὑπὸ κρότῳ καὶ εὐφημίᾳ πολλῇ, *plausu multo & acclamationibus*. Julianus Imperator in *Misopog.* ait se ἀποδέχεσθαι σὺν βοῇ μετὰ κρότων λαμπρῶς ἐν τοῖς τεμένεσι, ὥσπερ ἐν τοῖς θεάτροις, *excipi cum plausu & clamore magnifice in templis æque ac in theatris*. Eundem morem habet Curopalates *p.* 200. *Repente*, inquit, *sublatis velis* εὐφημοῦνται, *acclamationibus faustis excipiuntur Imperatores ab omnibus Catechumenis*. Non igitur a concionibus sacris, & loci religione, alienum esse plausum Christiani opinabantur; quæ causa fuit, cur in audiendo sæpe laudem & clamorem profunderent.

Ea res merito displicuit viris gravissimis, singulari modestia excultis animique sanctimonia, qui studio Christianæ humilitatis convitia multo lubentius, quam suarum laudum præconia audivissent. Nam eleganter S. Valerianus *hom.* XIV. de animi demissione disputans: *Non studia laudis postulat, non favorem vocis expectat, odit acclamantium choros*. Tolerabant tamen, vel quod difficillimum esset tollere, vel quod attentos reddebat, vel quod reprehendi possent liberius, qui non efficerent, quæ plausu & clamore approbavissent. Unde illa sunt magni Augustini *ser.* V. *de verb. Dom. Laudes istæ vestræ gravant nos potius & in periculo mittunt: toleramus illas, & tremimus inter illas. Tamen fratres mei, istæ laudes vestræ folia sunt arborum, fructus quæritur*. Sic omnes Patres ad auditorum utilitatem plausus retulerunt. Quos imitatus Philosophus inprimis gravis & moderatus Themistius *Or.* XVI. Neque vero, inquit, mihi strepitus ipse per se & acclamatio placet, sed ideo tantum, quod illud argumento mihi est, τοῦ μὴ εἰκῆ λέγειν ἃ λέγω, μηδὲ ἄλλως ᾄδειν καὶ προσᾴδειν ὑμῖν, *non temere me quæ dicam effundere, neque frustra canere & accinere vobis, sed ad intima usque ac cor ipsum pertingere*. Verum ubi inanissima hominum studia sic effervescere cœperunt, ut perruptis modestiæ repagulis & honestæ pietatis, divinam concionem turbulento quodam boatu obstrepentes, quasi politi alicujus Sophistæ declamatiunculam audire viderentur, tum boni clarique antistites graviter invehi, & istam arguere insolentiam instituerunt. Hinc illa D. Chrysostomi *hom.* XXXI. *in Acta Apost.* πολλάκις ἐνόησα θεῖναι νόμον τὸν κωλύοντα τοὺς κρότους, &c. *Sæpe cum animo meo cogitavi legem ponere plausus probibentem, & suadentem ut cum silentio & decore prout par est audiatis*. Rei indignitatem sic etiam D. Hieronymus prosequitur *procem. lib.* III. *in ep. ad Galat. Jam in Ecclesiis ista quæruntur, omissaque Apostolicorum simplicitate & puritate verborum, quasi ad Athenæum & ad auditoria convenitur, ut plausus circumstantium suscitentur*, &c. Eo tandem provecta est quorundam hominum levitas & audacia, ut insanos e theatro gestus & bacchantium vociferationes, in sacra templa inducerent. S. Hieronymus in *cap.* V. *Epist. ad Ecclesf. theatrale miraculum* vocat. S. Joannes Chrysostomus rem pingit, & omnibus orationis aculeis pungit & exagitat: & quod me alibi legere non memini, ait omnia quæ a furentibus in Circo fierent, a clamosis & insanis spectatoribus, ea in locis numini conse-

cratis a Chriſtiano cœtu fuiſſe exhibita. Partem ejus orationis *homil.* II. *de verb. Iſai.* hic ponam ad rem illuſtrandam: *Neque prohibemus vocem laudis, ſed præpoſteram & inconditam vocem, ac mutuas inter vos contentiones, manus incaſſum temereque ſublatas in aerem, pedes ſupplodentes, indecoros effœminatoſque mores: quæ ſunt eorum qui in theatris ac Circenſibus ludis verſantur, ludicra & delitiæ. Illinc nobis pernicioſa invehuntur exempla, illinc irreligioſæ vulgareſque voces.* ἐκεῖθεν αἱ τῶν χειρῶν ἀταξίαι, αἱ ἔριδες, αἱ φιλονεικίαι, τὰ ἄτακτα ἤθη, *illinc manuum ineptæ geſticulationes, contentiones, concertationes, ac mores incompoſiti*, &c. Et illas quidem ἔριδας, & πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίας, & manuum per aerem jactationes impotentes, quæ ſunt imitamenta Circenſium, non operoſum fuit e ſacrario pietatis ejicere: ſed cum vulgo honeſta laus permitteretur, hæſit diu illa indoctæ multitudinis ἀταξία, ut laudandi ſtudio, illa etiam quæ minime intelligeret plauſu & clamore comprobaret. Qua de re feſtivum eſt acroama Nazianzeni Gregorii apud S. Hieronymum *epiſt.* II. qui etiam *in cap* IX. *Eccleſ.* ait *vulgus in Eccleſia magis dictis levioribus delectari & commoveri.* Hinc factum, ut multi ſummi viri hanc popularem levitatem intelligentes, vulgi plauſus habuerint ſemper ſuſpectos. Phocio quidem ille vir bonus (ne Chriſtianos tantum memorem, ut Themiſt. *Or.* V.) cum dicenti ſibi Athenienſes ſtudioſius acclamantes videret, *Nunquid*, ait, *imprudens mali aliquid dixi?* Par dictum fuit Antiſthenis, cui cum diceretur, quod eum multitudo laudaret, τί γὰρ, ἔφη, κακὸν ἐποίησα; *quid enimvero mali*, inquit, *feci?* adeo conſtabat populum non in dictis modo levioribus, verum etiam & vitioſiſſimis plaudere conſueviſſe.

X. *Prohibitus aliquando Sophiſticus plauſus, damnatus hominum ſapientum judicio & repudiatus.*

EA plaudendi acclamandique licentia, quæ opere jam nimio fervebat, aliquando magiſtratuum autoritate coercenda moderandaque fuit. Publico ſane in judicio cum S. Albutius Silus oraret, a Lictore nimias laudantium voces fuiſſe cohibitas Suetonius *de clar. Rhetor.* autor eſt. Et cum Athenis ſtudioſi turbulenti quidam Antiſophiſten Julianum male verberibus & contumelia violaſſent, & de ea re judicium exerceretur, Proconſul Romanus turbam videns Sophiſtarum, qui parati ad dicendam cauſam venerant, præfari coactus eſt, & jam inde graviter ab initio denunciare, μηδένα κροτήσειν τῶν μαθητῶν τὸν λέγοντα, *ne ullus diſcipulorum dicenti plauſum daret*, ut memini dicere Eunapium in *Juliano*. Quin de numero Sophiſtarum qui modeſtiores eſſe videbantur, remque judicio expendebant, eos plauſus quos Philoſtratus in *literis ad Epictetum*, vere ἀνοήτους vocavit, ſponte abjudicaverunt Hippodromus e Theſſalia prudens & oratione limatus Sophiſta, in ἐπιδείξεσιν, & ſplendidis ſuis declamationibus, ſolitus eſt ἐπικόπτειν τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἐπαίνων, *ſupervacuas auditorum ſuorum laudes amputare*, Philoſtr. lib. II *de Vit. Soph.* Et Athenis elegantem fertur habuiſſe orationem, qua ſilentii in audiendo laudem proſequutus eſt, a pavone exorſus qui propria laude nimis attollitur. Latro Porcius eos quoque adoleſcentium ſonitus clamoreſque repudiabat, de quo Seneca parens *Contr.* XIX. *Cum Scholaſtici magno clamore laudarent, invectus eſt in eos ut debuit.* Quo magis reprehendendi illi videantur Philoſophi & explodendi, qui plauſum etiam in ſcholis ſuis inflammato ſtudio quærebant, & acclamantium laude nimium quantum afficiebantur. Leviculus ſane Epicurus, qui jactabat a ſuis familiaribus ad epiſtolia amicorum κροτοθορύβους γίνεσθαι, *tumultus plauſuum excitari.* Plutarch. de *audiend.* Hanc Sophorum tam inanem appetitionem graviſſimi & ſapientiſſimi viri carpunt & illudunt. Ea cauſa Juſtinus Martyr. *Apol.* I. Creſcentem philoſophum eleganter appellat φιλόψοφον καὶ φιλόκομπον, ſtrepitus illius popularis & inſolentis arrogantiæ ſtudioſum. Ennodius eruditiſſimus ſuis temporibus Antiſtes *Scholaſt.* I. tanquam ex oraculo id pronunciat, *Inſtitutor virtutis plauſum excludat.* Epictetus quoque apud Arrianum *lib.* III. *cap.* XXIII. ſuaviſſime, *O amici, ſchola philoſophi, officina eſt medici: non plauſu & lætitia geſtientes, ſed dolore affectos hinc abire oportet.* Declamat in eandem rem multis Seneca *ep.* LII. *Quid*, inquit, *turpius philoſophia captante clamores?* & paulo poſt, *Quanta autem dementia ejus eſt, quem clamores imperitorum hilarem ex auditorio demittunt?* Deinde eam conſuetudinem amandat ad Sophiſtas; *Relinquantur iſtæ voces illis artibus, quæ propoſitum habent placere populo, philoſophia adoretur.* Denique plena ſunt magnorum autorum volumina ſapientibus ſententiis, quæ generatim plauſuum illud ſtudium vaniſſimum eſſe declarent, & a præſtantis animi dignitate alienum. Plato quidem, ut Themiſtius *Or.* XIV. animadvertit, cum magnanimum atque alta mente præditum eſſe ajebat, qui ſtrepitus illos populares & plauſus contemnit, nec multum ab eo fragore differre putat, quem illiſi littori fluctus emittunt. Seneca vero plauſum & acclamationis ſecundæ favorem inter oblectamenta fallacia & brevia reponit, *ep.* LIX. Sed divinius volubilem illam brevitatem inanitatemque oſtendit D. Chryſoſtomus *hom.* III. *de Ann.* Nam quæſo te, inquit, quis fructus eſſe poſſit e populari applauſu? τῆς ἑσπέρας γὰρ καταλαβούσης, εὐθέως ὁ κρότος ἐκεῖνος καὶ ὁ θόρυβος ἅπας μαραίνεται, *ſuccedente veſpera, ſubito ille plauſus & acclamantium ſtrepitus omnis obſoleſcit.*

CAP. XXI.

De ſtylo Sophiſtico generatim. Ejus mirabilis elegantia & pulchritudo varie a ſcriptoribus adumbrata, & compoſita cum Junone, Sirenibus, auro, purpura, margaritis, &c. πομπὴ, κομψεία, *&c.*

DEDIMUS velut in theatrum orantes Sophiſtas & plauſibus inhiantes; nunc de ſtylo & genere orationis eſt dicendum. A M. Tullio ſic in *Orat.* deſcribitur: *Eſt quoddam etiam inſigne & florens, pictum & expolitum orationis genus, in quo omnes verborum, omnes ſententiarum illigantur lepores. Hoc totum e Sophiſtarum fontibus defluxit.* Alias quoque de eadem re diſputat copioſius, videturque ſignificare nullam animo cogitari poſſe dictionis elegantiam & pulchritudinem, blandienteſque auribus delitias, quæ non eſſent nimio quodam ſplendore lucentes in oratione Sophiſtarum. In eam curam omnes diligentiſſime incubuerunt, jam inde a primis Sophiſticæ artis parentibus, quod Philoſtratus, quemcumque in locum appuliſſent, Orphei in modum atque Thamyris incredibili ſuavitudine loquendi pellexiſſe omnium animos ait. Princeps in eo Gorgias fuit, qui communem loquendi rationem & πολιτικοὺς λόγους, inuſitatis ad eum diem modis illuminavit, & mirabilius exornavit. Ille primus ξενίζοντι τῷ λόγῳ, ut cum Siculo Diodoro *lib.* XII. loquar, novo & inſueto genere dicendi Athenienſes in ſui admirationem traduxit; quorum cum eſſet aurium judicium ſuperbiſſimum, tamen fateri cogebantur, nihil ſe unquam audiviſſe jucundius, nihil dul-

cius. Primus, ait Diodorus, ἐχρήσατο τῆς λέξεως σχηματισμοῖς περιττοτέροις, &c. *splendidioribus orationem suam luminibus distinxit*; primus, ut autor est Isidorus Pelusiota, *lib.* II. *ep.* XLII. politicæ dictioni τὸ ὑψηλὸν, *sublimitatem* adjunxit. De illo & Prodico loquens Themistius, *Or.* VII. ait illos πολυτελεῖς τε ἐπιδεῖξαι καὶ γέμοντας ἡδονῆς λόγους, *ornatissimas atque omni suavitate plenas orationes publice ostentavisse*. Cæteri quoque illi magni eodem ævo Rhetores, ex eadem styli magnificentia & ornatu, consecuti sunt omnium laudem & prædicationem. Maximus Tyrius *Dissert.* VII. Prodico tribuit καλλιλογίαν, *venusti sermonis elegantiam*: Socrates Polo μουσεῖα λόγων, *museum leporem, concinnitatem musicam*, Plato in *Phædr.* Dionys. Halic. Thrasymacho vero Theophrastus στρογγύλως ἐκφέρουσαν λέξιν, *rotundam veluti constructionem artificiosæ dictionis*: Hippiæ Philostratus in *Vit.* λόγους ποικίλους καὶ πεφροντισμένους εὖ, *sermones insigni varietate florentes, & elaboratos eximie*: denique Plato in *Apol.* omnibus generatim concedit κεκαλλιεπημένους λόγους ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασι, καὶ κεκοσμημένους, *factam pulcherrime & instructam orationem verborum nominumque elegantia*.

Horum exemplum cum in oculis haberent, qui deinde floruerunt Sophistæ, non mirum est, si inflammato omnes studio & cupiditate mirifica illa ornamenta, &, ut verbo utar doctissimi Nazianzeni, καλλωπίσματα λόγων ambierint. De quibus scriptores clarissimi cum agunt, naturarum omnium pulchritudinem videntur colligere, & exquisitas perfectiones, ut qualis sit oratio Sophistarum illustrent, & dicendo patefaciant. Themistius *Or.* V. cum Homerica illam Junone componit: *Junonem*, inquit, *Homerus ait, cum sese eleganter ornasset, ad Jovem venisse purpurea veste, flammeo atque inauribus, & ad hæc omnia cingulo ipso Veneris delicato instructam. Sic ejusmodi orationes plurimum exterioris ornamenti ex figuris atque nominibus circunfusum habent*, &c. *Cantus Sirenum* æquare dicit Eunapius: Σειρήνων λόγους in *Andromach.* Euripides. Sic apud Libanium *ep.* CLII. ἀνὴρ καλλίων Ἀχελώου θυγατέρων, *homo elegantior Acheloi filiabus*. Cum pellucidis pretiosisque *margaritis* confert Joan. Tzetzes *Chiliad.* XI. qui cum de unionum generatione disputavisset, ait eleganter quasdam esse conchas ratione insignes, easque se nominare *libros*; gemmas autem seu margaritas in eis emicantes, *eloquentium hominum orationes videri*. Hæc illius verba sunt:

Ὄστρεα νῦν δὲ λογικὰ τὰς βίβλους ὀνομάζω.
Μαργάρους πάντως ἐξ αὐτῶν, δοκῶ, νοεῖς τοὺς λόγους.

Idem prope dixerat M. Tullius stylum Sophistarum adumbrans; vocat enim *insignem ornatum quasi margaritarum*, præterea *calamistros*, & *fucati medicamenta candoris & ruboris*. Philostratus *aurum* & *argentum*, ad illustrem speciem oratoriæ illius dictionis explicandam adhibuit. Nam de stylo agens Herodis Sophistæ, *Plane videtur*, inquit, χρυσοῦ ψῆγμα ποταμῷ ἀργυροδίνῃ ὑπαυγάζον, *auri ramentum in liquido fluvio argenteis vorticibus interlucens*. Ita *flumen orationis aureum* dixit oratorum princeps, & *auratum eloquium* Fulgentius *in præfat.* Sic Libanius tribuit S. Basilio viro eloquentissimo πάγχρυσον γλῶτταν, *linguam omnino auream*, inter *Ep.* S. Basil. CXLVIII. Et S. Chrysostomus totus & ipse aureus Maximi concionem laudans, tribuit illi πηγὴν ποταμοὺς ἀφιεῖσαν χρυσίου καθαροῦ, *orationis flumen auro purissimo collucens*. Alii *purpuram* nominant. Epicharmus apud Laertium de Platone, cui Sophisticam elegantiam plurimi tribuunt, ait πορφυρῶν λόγοισι ποικίλαις καλοῖς, *purpuram verborum egregie distinguere*. Sidonius Apollin. lib. II. *Ep. purpuram sermonum*. Ennodius *ostrum eloquii*, & alias, *Diademata sermonum*. Plinius in *Panegyrico*, *bracteata dicta*. Tertullianus lib. *de Anim. mella eloquentiæ*. Eunapius τὸ μείλιχον, *melleum & dulce genus orationis*. Hinc Sophista Dionysius nominatus μελιχρώτατος. Quidam ἡδονὰς *illecebras, delinimenta voluptatis*. Unde apud Philostratum dicuntur Sophistæ μεθύειν περὶ τὰς ἡδονάς, *sese in delitias* blandissimæ orationis *avidius ingurgitare*. Et Pollucem Rhetorem ait habuisse, τινὰς ἡδονῶν λιβάδας διακεκραμένους τοῦ λόγου, *quosdam illecebrosos latices orationis eximie temperate*. Alii tribuunt illis *musicam harmoniam*, μουσικωτέρους λέγειν, dixit Euripides in *Hippolyto*. Isocrates or. *contra Sophist.* εὐρύθμως καὶ μουσικῶς εἰπεῖν, *dulcibus numeris & concentu quodam musico in dicendo uti*. Et eundem ipsum Isocratem ait Dionysius Halicarnass. εὐφωνίαν ἐκτείνειν μουσικήν. Eunapius de Eustathio suavissimo politissimoque Sophista; μουσικῶν οὐκ ἀπεῖχε σειρήνων, *a cantricibus & dulciloquis Sirenibus non multum aberat*. Eruditissimus Nazianzenus *Or.* IX. ἡδίστην τοῖς πολλοῖς ἁρμονίαν vocat, *suavissimam & numerosam concinnitatem*. Plato in *Axioch.* πομπὴν καὶ ῥημάτων ἀγλαϊσμόν, *pompam splendoremque verborum*: Eunapius in *Proæresio* ῥητορικὴν πομπείαν: Cicero quoque *Rhetorum pompam*. Aliquando item *scenam*, hoc est, elegantissimum apparatum, lib. III. *de Orat.* de verbis loquens: *Neque ex alio genere ad usum quotidianum, alio ad scenam pompamque sumuntur*. Sic Philostratus Sophistæ Polemonis σκηνὴν vocat, speciem in dicendo magnificam & instructam.

Sed Græci fere omnes qui styli Sophistici meminere, tribuunt illis κομψείαν, nimirum exquisitum & elegantiæ plenum ornatum. Doctissimus Gregorius Nazianzenus *Orat.* XXIII. μηδὲ ὑπὸ τῆς τῶν λόγων κομψείας παρασυρείς, ᾗ φρονοῦσι τὰ τῶν Ἑλλήνων φρονοῦντες, *nec comptæ orationis elegantia distractus, ob quam ii qui Gentilium placita profitentur Sophistæ, animos attollunt*. Hinc dicti Libanio Sophistæ, κομψοὶ ῥήτορες, *sciti & venusti Rhetores*, *declam.* VI. & eorum ars Epitecto κομψὸν τεχνίον, apud Arrian. *lib.* III. *cap.* III. Dionysius Halicarnasseus illis tribuit κομψὸν θεατρικὸν, *theatricam veluti pompam elegantiarum*: Themistius *Orat.* I. λογάρια κεκομψευμένα: Nazianzenus Antistes *epist.* XXXVII. κομψὰ καὶ ῥητορικὰ ῥήματα. Cyrus Theodorus ait eosdem κομψολεσχεῖν, *venuste verba funditare*; sic enim in Sophistam Armenium scribit:

Σοφιστομανεῖς Ἀρμένιε, πλὴν μάτην,
Σὺ κομψολεσχεῖς, πλὴν κενοὺς χέεις ψόφους.

Eadem mente S. Gregor. Nyssen. *Or.* XII. *in Eunom.* κομψείας τῶν σοφισμάτων tribuit hæreticis, ut verissimis Sophistis, qui mellita oratione venenum impietatis condiebant: ταῖς γὰρ, inquit, κομψείαις τῶν σοφισμάτων τὸ φθοροποιὸν δόγμα οἷόν τινι μέλιτι καταγλυκάναντες, *festivis enim argutiarum & captionum invitamentis, dogma letiferum ut melle quodam illitum*, &c.

Eundem stylum propter insignium luminum pulchritudinem, quidam *picturam* nominant. Cicero in *Orat. Verba ita disponunt ut pictores varietatem colorum*: & alias, eorum oratione nihil ait esse pictius. Eleganter Ennodius *lib.* I. *ep.* X. *delenificam orationem, & picta verborum artificia* nuncupat. M. Tullius quasi phrygionum opus intueretur multis & magnificis rebus variegatum, *purpuram cum auro mixtam*. Et elegantissime D.

Basilii frater apud Greg. Nyss. *Or.* VI. *contr. Eunom. p.* 189. πολυκέντητον καὶ πολύχρωμον τῶν λόγων ἐξύφασμα, *variis coloribus artificiose depictum & distinctum sermonum textum*. Laertius in *Bione* ἀνθινά, *floridum amiculum*. Propter eandem varietatem, opinor, Philostratus cum pratis componit: Quæ ab Antiphonte, inquit, dicebantur, παραπλήσια τῶν πεδίων τοῖς λείοις, *pratis expolitissimis perquam similia sunt*. Dionysius Halicarnass. *ep. ad Pomp.* de Platonicæ dictionis elegantia, *jucundum quendam florentemque ac tempestivum florem edit, & quasi a fragrantissimis pratis aura quædam suavis ex ea manat*. S. Basilius *ep.* CXLIX. de Libanii stylo: *Tua scriptio* ἄνθος εἶχε τῶν ῥόδων, ὅλον ἡμῖν τὸ ἔαρ τῆς εὐγλωττίας διαπετάσασα, *florem habet rosæ, ver omne picturatæ eloquentiæ nobis expandens*. Denique scripta illorum nominata fuerunt aliquando *Gratiæ*. Photius de Æschine, τοὺς μὲν λόγους αὐτοῦ τινὲς χάριτας ὠνόμασαν, διὰ τὸ χαρίεν τῶν λόγων, *nonnulli orationes ejus Gratias nominaverunt, ob orationis gratiam & venustatem*. An igitur est ut mirandum sit alicui, si docti viri qui Rhetorum eorum memoriam suis monumentis sempiternam esse voluerunt, eos sæpe cum Orpheo, cum Thamyride componant, quos incredibili cantus suavitate præstitisse cognovimus? Hinc nimirum vacuæ & desertæ officinæ, omnibus ad audiendum convolantibus, cum Sophista esset dicturus, cujus foret summa in populo existimatio: hinc completa fora & Basilicæ, auditoriaque permagna, mirabili hominum frequentia, qui Sirenum illarum symphoniam, eam pompam scena bracteata fulgentem, eas Gratias unionibus coronatas, novam illam divitemque texturam auro & purpura micantem, ea prata peregrino flore distincta, ver beatum roseis corollis liliisque pictum, inexplicabili animi suavitate capti & deliniti mirabantur.

CAP. XXII.

Duo quidam fontes Sophistarum, unde mirificum orationis genus exuberavit. Σοφιστικαὶ ἔννοιαι sive animi conceptus novi, suaves, mirabiles; hinc παραδοξολογία, θαυμαστολογία. In eorundem oratione ὁρμή, unde oriebatur σεμνολογία ἔμπνους. Sæpe lenior fuit spiritus in verborum flumine. Horoscopus Sophistarum. Plures autores emendati, illustrati.

DUo fuerunt, in quibus Sophistæ machinandis, & specie quadam mirifica elaborandis, ingenii sui nervos intendebant, νοήσεις & ἑρμηνεία. Vocant νοήσεις vel νοήματα, *inventa quædam*, &, quos vulgo nominant *conceptus*, quos habere ejusmodi connitebantur, in quibus auditor obstupesceret. Dicuntur etiam sæpe in historia Sophistarum ἔννοιαι, aliquando γνῶμαι: quod Philostrati Interpres minus animadvertit, ut de Polemone qui ex tempore declamationem instituerat. *Audiens*, inquit, *Herodes, viri obstupuit* τὴν γλῶτταν αὐτοσχέδιον καὶ τὴν γνώμην. vertit γνώμην *sententiam ingeniosam*: sed αὐτοσχέδιος γνώμη hic significat promptas animi notionem & excogitationes dicendorum; *celeres ingenii motus* vocat Cicero. Hinc apud eundem Philostratum γνῶναι, *excogitare, invenire*, &, ut alio loco dicit, ἐνθυμηθῆναι. *Secundus*, inquit, *Sophista* γνῶναι μὲν, περιττὸς, ἑρμηνεῦσαι δὲ, ἀπέριττος, *in excogitando eximius, in sensis animi exprimendis impar*. Ubi distincte illa duo ponit quæ illustrare contendimus, ἐννοίας & ἑρμηνείαν, quæ D. Hieronymus *præfat. in lib.* III. *in epist. ad Gal.* de stylo Sophistico memorans, breviter in hunc modum circumscribit: *Oratio distincta inventionibus & ornata flore verborum*.

Appellant ἑρμηνείαν Rhetores modum explicandi notiones animi sui oratione, qui in quibusdam solet esse magnificus & illustris, in aliis obscurus humilisque. Ab iisdem nominatur sæpe ἀπαγγελία, *enunciatio & explicatio notionum*, quam Hermogenes ait esse αὐτὴν τὴν λέξιν δι' ἧς ἀπαγγέλλεται τὰ ἐπινοήματα. ubi quidam interpretantur ἑρμηνείαν. Haud raro dictionem illam ponit Philostratus *lib.* I. *de Vit. Soph.* cum disputat de genere orationis uniuscujusque proprio, ut in Antiphonte, σεμνὴ ἡ ἀπαγγελία καὶ ἐπιλεαισμένη ποιητικοῖς ὀνόμασιν. ubi ἀπαγγελία nihil est aliud quam notionum animi explicatio, dictionis ipsius cursus & orationis quidam veluti color illustris, pulcherrimis nominibus distinctus, propter quem Sophistæ oratio placebat. Similis in *Eudoxo* locus, quem Interpres inobscuravit. Eudoxus, inquit, ἐνεγράφη τοῖς σοφισταῖς ἐπὶ τῷ κόσμῳ τῆς ἀπαγγελίας: vertunt, *professionis ornatum*. Atque hæc animadversio aliorum etiam autorum loca illustrare potest. Plutarch. l. περὶ ἀκου. carpit eos juvenes, qui alio differente tantum laudant λέξεις καὶ ῥήματα, καὶ τὸ καλῶς ἀπαγγέλλειν· τὸ δ' ἀπαγγελλόμενον, εἴτε χρήσιμον, εἴτε ἄχρηστον, non quærunt. Xylandes τὸ καλῶς ἀπαγγέλλειν vertit, *quod bene pronunciatur*, & τὸ ἀπαγγελλόμενον, *id de quo pronunciatur*. Sed constare e notatione nostra potest quid sit καλῶς ἀπαγγέλλειν. Galli dicerent *habere pulchram explicativam*, quod ad orationis modum est referendum. Par lapsus in voce ἑρμηνεία apud eundem Plutarch. l. *de educat. puer.* ubi oratorem ait stylo & scriptioni assuetum servare semper τὸν αὐτὸν τῆς ἑρμηνείας χαρακτῆρα, *eundem orationis modum atque cursum*: vertunt meo judicio haud recte, *interpretationis formam*. Hæc præmittenda videbantur, ut nominum ratione percepta, liquidius deinde constaret, quales Sophistæ in iis duobus veluti fontibus aperiendis fuerint, unde splendor & dignitas orationis, & incredibilis suavitudo manabat.

Igitur sive ἐννοίας consideremus, hoc est, inventa animique notiones excogitatas, sive earundem expolitam enunciationem, quam ἑρμηνείαν sive ἀπαγγελίαν vocari diximus, in iis Sophistæ omnia habere cupiebant *nova, jucunda, mirabilia*; quibus fiebat ut tenerent audientium animos, & singulari voluptate perfunderent. De admirabilitate sic Philostratus significat, cum de stylo & ingenio Critiæ, τὸ παραδόξως μὲν ἐνθυμηθῆναι, παραδόξως δ' ἀπαγγεῖλαι, Κριτίου ἀγών. *Mirabiliter excogitare, & animi sui cogitationes haud vulgari modo enunciare, proprius Critiæ sudor fuit & ingenii contentio*. Hinc παράδοξοι ἔννοιαι ab eodem nominantur, *divini quidam & mirabiles conceptus*; de Nicete Sophista eleganter, τὰς δ' ἐννοίας ἰδίας τε καὶ παραδόξους ἐκδίδωσιν, ὥσπερ οἱ βακχεῖοι θύρσοι τὸ μέλι, καὶ τοὺς ἐσμοὺς τοῦ γάλακτος. *Notiones autem proprias & admirabiles, non secus atque bacchantium thyrsi mel, & examina lactis, edit*. Alias σοφιστικαὶ dicuntur ἔννοιαι, quæ nimirum splendidæ sint, audaciores, & admirabilitate plenissimæ: quemadmodum Galli vulgo excellentia oratorum ingenia ad excogitandum acuta prædicantes, vocant *des jolies, belles & hardies conceptions*. Sic Herodes Atticus tribuebat Alexandro Sophistæ τὴν περὶ τὰς σοφιστικὰς ἐννοίας τόλμαν, *in Sophisticis inventionibus audaciam*. Dionysius Longinus vir doctissimus περὶ ὕψ. *Sect.* III. appellat ξένας νοήσεις, *novas & inusitatas*; quas dum nimium affectat in historia Timæus, sæpe, inquit, in juvenilem dicendi rationem delabitur: ubi autoris mentem sane Interpres mi-

nime assecutus est. Idem deinde *Sect.* IV. nominat καινόσπουδον περὶ τὰς νοήσεις, *studium novitatis in formandis animi conceptibus*; circa quod, inquit, hujus ævi scriptores κορυβαντιῶσι, *maxime insaniunt*: quod de Sophistis omnino intelligit. Quos Julianus quoque Imperator *Orat.* I. *Panegyr.* animadvertit studiosissime quærere solitos μῦθόν τινα μηδέπω τοῖς πρόσθεν ἐπινοηθέντα, *genus quoddam orationis a nemine hactenus excogitatum, eo modo auditores*, τῷ ξένῳ ψυχαγωγήσαντες, *novitate recreantes*. Notavit idem Philostratus *lib.* II. ubi de Attico Herode, ἔννοιαι, οἷαι μὴ ἑτέρῳ ἐνθυμηθῆναι, *excogitatæ animi notiones eæ fuerunt, quales alteri facile in mentem non venirent*. Dicuntur ab eodem autore πανηγυρικοὶ ἔννοιαι, *aptæ ad pompam & deliniendam audientium coronam*: in quibus ait vulgo Sophistas ὑποβακχεύειν, ut Longinus κορυβαντιᾷν. Sed plurimum eas sectabantur, quæ multum haberent suavitatis aurésque tenerent, idque moderatiores faciebant intra modum, qualis fuit Dionysius Milesius, qui μελιχρώτατος περὶ τὰς ἐννοίας, οὐκ ἱμέθυε περὶ τὰς ἡδονάς, ὥσπερ ἔνιοι τῶν σοφιστῶν, *cum in notionibus inventisque foret suavissimus, non ut plerique Sophistarum, voluptatum & earum delitiarum blandimentis indulgebat*. Cæterum id studium ortum inde est a Gorgia, quem primum ajunt Sophistis autorem fuisse παραδοξολογίας, inquit Philostratus. Hinc apud Synesium σοφιστικὴ θαυμαστολογία. Atque hactenus de inventionibus Sophisticis.

Quod attinet ad ἑρμηνείαν & inventorum expositionem, sive totius orationis stylique modum, eum quoque venustate & dulcitudine plenum, & mirabilem esse cupiebant. Audacioribus enim inventis sæpe respondebat in oratione ὁρμή, *impetus quidam magnificus & exultans*, quem etiam a Gorgia inductum volunt: ὁρμῆς τοῖς σοφισταῖς ἦρξε, ait Philostratus, qui paulo post etiam πνεῦμα vocat, & quasi interpretans, ait primum Gorgiam visum τὰ μεγάλα μεγάλως ἑρμηνεύειν, *magna magnifice exponere*. Sophisticus idem impetus Græcis Rhetoribus aliquando dicitur ἰσχύς, ἀκμή, χολή, θυμός, unde mirifica dignitas oriatur, & quod de Polemone dicit Philostratus, σεμνολογία ἔμπνους καὶ λαμπρὰ ὥσπερ ἐκ τρίποδος, *gravitas quædam splendida & Apollinis quasi e tripode inspirata*: paulo vero ante ejus orationis ideam ait fuisse θερμὴν καὶ ἐναγώνιον, *calidam & agentem*. De Alexandro Sophista idem, θαυμασίαν δὲ ἰσχὺν ἐπεδείξατο, *vim in dicendo mirabilem ostendit*. Sæpe autem dulcior idem spiritus fuit & placidior, ut in Critia, de quo in *ejus Vita*; τὸ δὲ τοῦ λόγου πνεῦμα ὀλιγώτερον μὲν, ἡδὺ δὲ, καὶ λεῖον, ὥσπερ ἡ τοῦ Ζεφύρου αὔρα. *Orationis spiritus sæpe defectior, veruntamen dulcis & Zephyri aura suavior*. Hujus generis multi fuere Sophistæ, quorum dictio leniter fluens & copiosa, & ut ait de Isocrate Dionysius Halicarnasseus, κεχυμένη πλουσίως, atque in modum placidi fluminis late stagnans & effusa, argenteis veluti undis nitida & pellucens, in ambitus ferebatur humanissima quadam voluptate. In ea ut in læto & divite prato, omnigena varietate flosculi, ut in littore Erythræo gemmæ unionesque lucebant: in eadem omnium venerum illigatus lepos, vel potius ipsa Venus cum delinimentis, cum cæstu myrotheciοque suo ridebat. Nec mirum Sophistas adhibuisse in dicendo veneres, qui horoscopum in Virgine habuisse credantur a Venere dulciter illuminata, a quibus μετεωρολέσχοι illi vanissimi orbium cœlestium inspectores, fieri dicunt φιλολόγους & eloquentia præstantes. Qua de re ita Firmicus: *Horoscopus in Virgine, & in eodem Mercurius & Venus & Mars pariliter collocati eloquentissimos facit*: talis Hermodori & Demosthenis fuisse genitura proditur a Veteribus. Sed ante illum poeta Manilius idem cecinerat *lib.* VI.

Ora magisterio nudosque coercita Virgo
Ad studium ducit mores, & pectora doctis
Artibus instituit.
Illa decus linguæ faciet regnumque loquendi.

Sed quæ fuerint Sophisticæ dictionis ornamenta, nunc partite via & ordine videamus.

CAP. XXIII.

De multiplici Sophisticæ dictionis ornatu, & primum, de Verborum delectu.

I. *Verba Sophistarum mollia, meretricia, florida. Propter orationis* ἀφροδίτην *nominati Sophistæ.*

TRIA omnino sunt, ut Theophrastus memoriæ prodidit, e quibus dictioni granditas, splendor & magnificentia quædam accedat: primum delectus verborum, deinde quæ ex illis efflorescit concinnitas, postremo figuræ quibus hæc includuntur. Hæc quam fuerint in Rhetoribus insignia, ordine & ascitis clarorum virorum testimoniis ostendamus, a verborum delectu sumentes initium. Verba autem Sophisticæ orationis non unius generis fuerunt, sed multiplicia: & quia floride inprimis dicere cupiebant, cura illis fuit ἀνθηρὰ, *florida*, & suavia deligere. Plutarchus id eleganter expressit *de civil. instit.* cum vocat orationem θεατρικὸν πανηγυρίζοντος καὶ στεφανηπλοκοῦντος ἐξ ἁπαλῶν καὶ ἀνθηρῶν ὀνομάτων, *ad pompam & scenam expolitam, veluti corollam ex delicatis ac floridis vocabulis undequaque colligentis*. Quam rem vocat σοφιστικὴν περιεργίαν, *redundantem & exquisitam nimis Sophistarum industriam*. Idem lib. *de audien.* vocat ἀνθηρὰ καὶ τρυφερὰ τῶν ὀνομάτων, *florida & luxuriantia vocabula*, & Lucianus in *Piscat.* ῥημάτια πάνυ ἑταιρικὰ, *verba plusquam meretricia*. Ita vero nominant, quod ex iis belle & exquisite coagmentatis, existeret quædam oratio, fracta, elumbis, & delicata, quæ blando illapsu audientium animos titillaret. Quo modo Synesius *Orat. de regn.* Rhetorum sermones nominat χλιδῶντας, *delicata mollitie luxuriantes*: & alias, ἐκτιθέντας ἐν ἡδονῇ τὰ μειράκια, *qui libidine voluptatis adolescentium animos afficiunt*. Fabius Quintilianus *lib.* V. *cap.* XII. *eloquentiam libidinosam* appellat, quam in poetis insequitur gravis Persius:

—— *cum carmina lumbos*
Intrant, &c.

Apud Senecam *Controvers.* XIV. est *lascivius dicere*. Hinc eruditissimus Nyssenus Gregorius *Orat.* XII. *in Eunom.* Sophistam Eunomium ait ἐνσατυρίζειν ῥήμασι, *luxuriari verbis solutiusque lascivire*. Eandem mollissimam Rhetorum phrasim Clemens Alexandrinus oratione depingens lib. V. *Strom.* κνήθοντες, inquit, καὶ γαργαλίζοντες οὐκ ἀνδρικῶς τὰς ἀκοὰς τῶν κνίσασθαι γλιχομένων, *eos quibus aures pruriunt, non satis viriliter demulcentes & titillantes*. Plane ἑταιρικὰ καὶ τρυφερὰ τῶν ὀνομάτων explicat. Eunapius in *Libanio* dixit λέξεις κατεγλωττισμένας, *dictiones quæ illecebras meras & suavia spirarent*. Latini *fractum & emollitum* genus orationis nominant: Seneca major in *Controvers.* XIX. *Non tantum emollitæ compositionis sunt, sed infractæ*. Laudans Synesius, propter exquisitum verborum delectum, illis tribuit ἀφροδίτην, *veneres* aut *venustatem*, in *Dion.* Illorum, inquit, oratio πολλὴν τὴν ἀφροδίτην ἐπαγομένη, *incredibili quadam venustate expolita*: subdit autem propter κάλλος ὀνομάτων iis Sophistarum fuisse nomen impositum;

ταύτῃ καὶ παρὰ τῶν ἀνθρώπων, ὡς λέγοντες ἐκήλεν τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων, ἠξιοῦντο τῆς προσηγορίας τῶν σοφιστῶν, *ideo ab hominibus, quos singulari dictionis pulchritudine elegantiaque mulcerent, Sophistæ nomen habere meruerunt*. Eandem ob causam dicuntur etiam Eunapio εἰς ἐπίδειξιν λόγων ἐπαφρόδιτοι, *in declamationibus floridi & veneribus omnibus affluentes*: & a S. Basilio *ep.*DXLVI. οἱ περὶ τοὺς λόγους τρυφῶντες, *qui delitiantur verborum elegantia*.

II. *Vocabula poetica. Gorgias primus adhibuit, deinde plerique omnes. Pater Sophistarum Homerus, mater Tragœdia. Id studium reprehensum. Plato illustratus.*

UNUM Sophistæ & poetæ finem intuentur, audientium voluptatem: frequens igitur poeticorum nominum usus apud Sophistas, ut Musarum eos alites pro ingenio quisque suo imitarentur. Ὁ πεζὸς λόγος, ait Strabo *lib.* I. ὅ γε κατεσκευασμένος μίμημα τοῦ ποιητικοῦ ἐστί. *Soluta & pedestris oratio comptius elaborata, poeticæ elocutionis imitamentum est*. Itaque Plato in definitione Sophistæ ponit in *Soph.* τῆς ποιήσεως ἀφωρισμένον ἐν λόγοις τὸ θαυματοποιικὸν μόριον. cujus sententiam loci vereor ut doctissimus Interpres sit assecutus; vertit enim, *humanæ affectionis determinatam progeniem*. Vult Plato Sophisticam esse imitationem, atque adeo certam & definitam esse partem poeticæ, non divinitus afflatæ, sed humanæ, quæ verbis ut præstigiis audientes illudat.

Id autem studium arripuerunt Sophistæ Γοργίου ἄρξαντος, ut Dionysius Halicarnasseus prodit in *Lysiæ Vita*, qui cum Athenis legatione fungeretur, orationem habuit flosculis poeticis nominibusque distinctam, ornatamque mirabili suavitate, qua Græcorum omnium animos obstupefecit. Illius poeticæ imitationis causam subtilius investigavit Aristoteles, & in libris *Rhetoricorum* posuit, libr. III. cap. I. Nam cum poetæ qui primi sibi audientiam fecisse dicuntur, tametsi quædam inania & futilia canerent, summa tamen omnium voluptate audirentur, ob dulcem numerosæ dictionis ornatum nominumque splendorem ingeniosa quadam magnificentia in hominum cœtum inductum, acutus e Sicilia Gorgias ad deliniendos auditorum animos, similitudinem eorum quandam asciscendam esse putavit. Quare, inquit Aristoteles, ποιητικὴ πρώτη ἐγένετο λέξις, οἷον ἡ Γοργίου, *poetica prima extitit elocutio, ut Gorgiæ*. Capit. III. ejusdem *libri* poeticorum nominum aufert exemplum promptum e Gorgia, qui πτωχόμουσον κόλακα dixit insolenti, affectata, & poetica compositione: & paulo post nova & audaci metaphora χλωρὰ καὶ ἄναιμα τὰ πράγματα, *negotia pallida & exanguia*. De eodem Gorgia Philostratus, *Verba*, inquit, *poetica ad venustatem & gravitatem adjecit*.

Ab hoc autem initio, dici vix potest, quanta omnes cupiditate ad eas orationis delitias animum appulerint. Antiphontis oratio ἐπηνθισμένη ποιητικοῖς ὀνόμασι, *poeticis nominibus effloruit*. Et universim de Sophistis ita meminit Isocrates *or. de Permut. Orationes eas scribendas suscipiunt, quas nemo est quin carminibus quæ musica ratione ac numeris constant, quam forensi dictioni similiores esse fateatur. Nam & sermonis genus habent magis poeticum & majorem rerum varietatem continent*, &c. Ea forte causa fuit, cur Sophistæ gloriarentur sibi esse patrem Homerum, Tragœdiam autem matrem: & ad Homerum adjungebant etiam Archilochum ut parentem alterum, ad vim, & ardorem animi generosum, & heroicam sublimitatem. Itaque Hippodromus Sophista Homerum quidem ajebat σοφιστῶν φωνήν, Archilochum autem esse πνεῦμα, ut ab illo suavitatem & inexplicabilem quandam varietatem, ab hoc sonitus in dicendo majores altitudinemque sumerent. Sane Eustathius *in hom.* graviter pronunciat *Iliadem* Homeri γέμουσαν μορίων καλῶν φιλοσοφίας, ῥητορείας, &c. indeque maxime hauriri posse ἐγκωμίων μεθόδους, *laudationum vias & rationes*, & panegyricarum orationum artificium, in quibus Sophistarum exultabat & dominabatur industria. Idem sentit Hermogenes lib. II. *de Form.* cap. X. qui Homerum non modo faciat ποιητῶν ἄριστον, verum etiam καὶ ῥητόρων. Quare Maximus Tyrius *Dissert.* XVI. Platonem ait Homero sermonis sublimitatem sui debere. Et *Diss.* XXXI. Platonis ὀνόματα καὶ ῥήματα ex eodem illo fonte musico manavisse, *quemadmodum*, inquit, *ex Oceano Mæotis, ex Mæotide Pontus, ex Ponto Hellespontus, ex Hellesponto mare defluxerunt*. Ab hoc igitur capiebant Sophistæ & νοήσεις mirabiles & dictionum venustatem: & si merito Dion Prusæus appellare Socratem potuit Homeri discipulum, jure illos dicere queam fuisse Homeri amasios & alumnos. Eandem ob causam suaviabantur, & Tragœdiam, quam Nicagoras Sophista σοφιστῶν μητέρα dicebat. Hinc Philostratus ait Tyrium Sophistam Adrianum e Tragœdia hausisse & notionum splendorem, & in causarum exornatione varietatem.

Hoc studium styli poetici & imitatio, primis temporibus ita placuit, ut de suo quidem ævo dicat Aristoteles, eos omnes qui illo modo in dicendo uterentur, existimatos a plerisque omnibus fuisse διαλέγεσθαι κάλλιστα, *pulcherrime venustissimeque dicere*; quorum ipse opinionem arguit, nec veretur nominare ἀπαιδεύτους, lib. III. *Rhet.* Dionysius quoque Halicarnasseus *ep. ad Pomp* Platonem eam ob causam reprehendit, qui ad eosdem scopulos φιλοτιμίας suæ navem illiserat. Nam cum lectorem conciliare suum vellet, poeticis ab hortulis strophiola texebat, & versicolores veluti toros coronarum, atque adeo earum lusciniarum uti voculis & dulcitudine conabatur, ζηλώσας τοὺς περὶ Γοργίαν λόγους, ait Dionysius; quod appellat ποιητικὴν ἀπειροκαλίαν, *poeticam inelegantiam*.

Nec tamen complurium reprehensiones ab his delitiis prohibere Sophistas potuerunt, quin facti Latini etiam Rhetores μουσόληπτοι, dum ad eadem poetarum suavia divertunt. De suæ tempestatis oratoribus loquens Tacitus, *Dialog. de Orat.* ait notatum probatumque fuisse ab auditoribus, *si quis locus exquisito & poetico cultu enituisset. Exigitur*, inquit, *jam ab oratore etiam poeticus decor, non Accii aut Pacuvii veterno inquinatus, sed ex Horatii & Virgilii & Lucani sacrario prolatus*, &c. Arguit illos Quintilianus & refutat, *libr.* VIII *proœm. A corruptissimo quoque poetarum figuras seu translationes mutuamur*, &c. & *lib.* X. *cap.* II. *Id quoque vitandum (in quo magna pars errat) ne in oratione poetas nobis imitandos putemus*. Arbiter in *Satyrico* vocat *morbum*: *Rogo inquam quid tibi vis cum isto morbo? non minus quam duabus horis mecum moraris, & sæpius poetice quam humane locutus es*.

III. *Tumida & διθυραμβώδης Sophistarum dictio. Tumidum oppositum sano. Hinc orationis insania, furor, παρένθυρσος. Vomicus morbus. Fanatici Oratores. Gregor. Nyssen. emendatus.*

DIONYSIUS Longinus περὶ ὕψους prudenter asseruit, τὸ οἰδεῖν μάλιστα εἶναι δυσφυλακτότατον, *longe omnium esse difficillimum, tumorem in dicendo vitare*. Cum enim omnes ipsius naturæ impulsio-

ne, in granditatem altitudinemque ferantur, fit nescio quo lenocinio magni animi, & præclara molientis, ut Orator in vitium præcipitet. In Sophistis id evenisse aliquando, clarissima hominum testimonia significant, quos ajunt magniloquentiam consectantes, prætumidam exhibuisse orationem & inflatam, quam merito viri sapientes repudiarent. Dat exemplum idem Longinus: *Hinc*, inquit, *illa Gorgiæ Leontini ridentur*, Ξέρξης ὁ τῶν Περσῶν Ζεὺς, *Xerxes Persarum Juppiter*, &, *Vultures animata sepulchra*. Hæc ait Criticus non ὑψηλὰ, sed μετέωρα esse. Quam ob causam Clearchus ab eodem nominatur φλοιώδης ἀνὴρ καὶ φυσῶν, *homo inflatus & laxo cortice exuberans*. Modum hujus vitii ibidem ponit, τὸ μὲν οἰδοῦν ὑπεραίρειν βούλεται τὰ ὕψη, *tumidum illud & inflatum orationis granditatem superare contendit*. Idem reprehendit in Sophistis Hermogenes lib. I. *de Form.* quos appellat contumeliose ὑποξύλους σοφιστὰς, *rhetores subligneos*, qui, inquit, nominant *Vultures sepulchra animata*; quod dictum est Gorgiæ, quem tamen minime nominat. Subdit eos morbum illum hausisse a Tragœdia, in qua multa magnificentius elata, quæ reprehendi in oratore debeant. Et tamen, ut superius ostendimus, a poetis mutuabantur plurima, & præsertim magnificos illos sonos strepitumque amabant. Dionysius Halicarnass. *ep. ad Pomp.* ψόφον appellat & κόμπον; nam reprehendens poeticum quemdam ambitum & inflatum Platonis, ψόφοι ταῦτ' ἐστι καὶ διθύραμβοι, κόμπον ὀνομάτων πολὺν, νοῦν δὲ ὀλίγον ἔχοντες. *Strepitus hi meri sunt & dithyrambi, tumore nominum multo, & exigua prudentia constantes.*

Quod dithyrambos meminit, eo spectat ut intelligamus Sophistas adhibuisse grandia & sesquipedalia verba, & inusitata compositione fabricata, a quibus appellatus fuit Rhetor Nicetes διθυραμβώδης καὶ ὑπόβακχος. Hinc *tympana eloquentiæ* apud Quintilianum: eosque tumidos oratores doctissimus Hieronymus *ep.* C. ita describit, *Cava verba & in modum vesicarum tumentia buccis trutinantur inflatis*. Itaque laudans Apoll. Tyaneum Philostratus *lib.* I. *cap.* XIII. hunc nævum dictionis ab eo removet; λόγων δὲ ἰδέαν ἐπήσκησεν οὐ διθυραμβώδη καὶ φλεγμαίνουσαν ποιητικοῖς ὀνόμασιν, *utebatur dicendi genere non dithyrambico aut poeticis nominibus intumescente*. At Sophistæ ut grande quiddam pleniusque majestate funderent, βόεια ῥήματα, ut cum Aristophane loquar in *Ran.* studiose legebant, ὀφρῦς ἔχοντα καὶ λόφους, *quæ comantes cristas haberent & supercilia*. Propter quæ facetissimus idem poeta Æschylum illudens nimio tumore sonantem, vocat κομποφακελορρήμονα, *ampullosis verbis turgidum*. Quare docte Suidas animadvertit, olim artem Sophistarum dictam fuisse οἰδοῦσαν, *verbis insolentius tumentem*. Cujus imaginem nescio an quispiam elegantius, quam eloquentissimus Gregorius Nyssenus expresserit, cum Sophistam Eunomium arguit. Nam *orat.* VI. vocat λογογράφου φυσαλίδας, *scriptitatoris ampullas*, & πομφόλυγας ἀφρώδεις, *spumosas bullas*; & paulo post ἀφρώδη ὄγκον, *spumosum tumorem*. Idem *Or.* XII. ejus sermonem similem esse ait *pulmonibus marinis tumorem habentibus*, & esse φλεγμαίνοντα: ubi *turgidum* malim vertere, quam cum Interprete *æstuantem*. Et aliquanto post, περικτυπῶν, inquit, καὶ τῷ στόμφῳ τῶν λεξειδίων καλλωπιζόμενος, *vocularum gravi sono perstrepens, & fucum faciens*. Ad eundem lapidem Sophistæ etiam Latini impegerunt. Seneca pater elegantissime nominat *vomicum morbum*, *Suasor.* XII. & *Præf. lib.* V. *Controv.* de illo grege unum ita pingit: *Musa Rhetor multum habuit ingenii, nihil cordis: omnia usque ad ultimum tumorem perducta, ut non extra sanitatem, sed extra naturam essent*. Extra sanitatem dicit esse quæ sunt inflata: unde apud S. Augustinum eloquentiæ antistitem, *Tom.* VII. lib. III. *contra Petilian.* cap. ult. *tumidum* opponitur *sano*: & perite S. Chrysost. *hom.* XVII. *in* I. *ad Timoth.* τὸ φλεγμαῖνον οὔ φαμεν ὑγιαίνειν; *quod turgidum est, non sanum dicimus*. Hinc oratione tumidi *insanire* dicuntur Græcis Latinisque. Cicero in *Bruto*: *Insulsitatem enim & insolentiam tanquam insaniam quandam orationis odit*. Eodem sensu *furorem* dicit in *Controvers.* XXV. Seneca: *In iis si minus est insaniæ, minus spei est. Illi qui tument & abundantia laborant, plus habent furoris, sed plus etiam corporis*, &c. Longius vocat παρένθυρσον, insaniam, a thyrsis Baccharum. Idem quem modo laudavi Seneca *Contr.* XXXIV. eos tumidos oratores, *fanaticos* indigitavit, sic enim loquitur: *Rhetor Romanus multo vehementius insanit, quam nostri fanatici*.

IV. *Prisca verba & obsoleta. Eorum usus apud Sophistas.* Μορμολύκεια, θαύματα, τερατολογία, *monstra & portenta verborum.*

QUo doctior & venerabilior esse quodammodo videretur oratio, vetera quoque & obsoleta vocabula in orationem suam inducebant, puta e Dosiadæ ara, Lycophronis Alexandra, aut Philænidos libris hausta & libata, quæ dicenti majestatem conciliarent. Id inprimis notat his verbis Themistius *Or.* I. Cum in exquisitiore loquendi ratione peregrinos esse nos atque hospites animadvertant, ῥηματίσκια παμπάλαιά τε καὶ αἰνιγματώδη ὑπὸ χρόνου, *voculas quasdam obsoletas, & diuturnitate temporis obscuras colligentes aures nostras diverberant*. Idem ait Lucianus, in *Pseudolog.* eaque nominat εὐρῶτος καὶ ἀραχνίων μεστὰ, *situ & araneis oppleta*, quæ solent, inquit, τιτρώσκειν τῶν συνιόντων τὰ ὦτα, *intelligentium aures vulnerare*. Et in *Rhet. præcept.* ineptum Rhetorem instruens, ut graviter ineptiat: μετὰ δὲ, inquit, ἀπόρρητα καὶ ξένα ῥήματα, καὶ σπανιάκις ὑπὸ τῶν πάλαι εὑρημένα, &c. *Deinde ubi obsoleta & peregrina, raroque ab antiquis usitata collegeris verba, hæc expedite in audientes ejaculare; ita enim te frequens populus venerabitur & admirandum suspiciet*. In Sophista Libanio licet eam consuetudinem animadvertere, de quo ita scribit Eunapius; λέξιν εὑρὼν τινα περιττὴν καὶ ὑπ' ἀρχαιότητος διαλανθάνουσαν, ὡς ἀνάθημά τι παλαιὸν καθαίρων, εἰς μέσον ἦγε. *Novas aliquas & involutas tenebris antiquitatis voces adinveniens, ceu donaria quædam prisci sæculi detersa in medium protulit*. Id si modo & ratione fiat, dictionem ornare monent eloquentiæ magistri: *Vetera*, inquit Fabius Quintil. *lib.* I. *cap.* VI. *majestas quædam, & ut sic dixerim, religio commendat*. & M. Tullius III. *de Orat.* de inusitatis loquens; *quibus*, inquit, *loco positis, grandior atque antiquior oratio sæpe videri solet*. Sed idem tamen paulo post ita subdit; *Vetustum verbum sit, quod tamen consuetudo ferre possit*.

In hac sane re fuere liberiores Sophistæ, & audacius ex ultima antiquitate repetita jactabant, quæ Themistius *Or.* I. amarius illudens vocat ἄττα μορμολύκεια, *terriculamenta*; adeo ut auditores, inquit, ipsi cohorreant, & terrore consternentur, pæneque vox illos deficiat, quemadmodum iis accidere dicunt, qui primi a lupo visi fuerint. Imitatur forte Comicum Aristophanem, in *Ran.* qui hujusmodi ῥήματα vocat ἄττα μορμορωπὰ eodem sensu. Lucianus dixit ἀνεμώνας τῶν λόγων, *vana & nugatoria verba*. Expressit μορμολύκεια Seneca, *præfat. lib.* V. *Controvers.* nominatque *portenta*, cum de Musa Rhetore loquitur a communi dicendi ratione longius abeunte. Æschines *in Ctesiph.*

vocavit θαύματα; sic enim in *Demosthenem*: *Hæc, o bellua, cujus sunt ῥήματα ἢ θαύματα, verba aut monstra?* Poeta Græcus in *Anthologia*, παράσημα, *prodigiosa*. Hinc apud Lucianum in *Philopatr.* τερατολογίαι φιλοσόφων, & in Agellio *lib.* XI. *cap.* VII. *monstrum verbi*, qui duos oratores omnium irrisione illusos meminit, quod *apludam & floces & bovinatorem*, verba jam inusitata & obsoleta, ad orationum ornamenta legissent. ἀπειροκάλως ipse vocat, & eorum vitium, ὀψιμαθίαν, *seræ eruditionis*.

V. *Novata verba. Sophi & Sophistæ δεινοὶ λόγων. Τεχνολογουμένη scientia. Detorta a communi loquendi ratione vocabula Rhetorum. Ψυχρὸν seu frigus in dicendo & γοργιάζειν. Tertullianus leviter emendatus. Illustratus aliquoties Gregorius Nazianz.*

SOPHISTÆ quoque arbitrio suo quædam nova bant, & modo nata in disputationes suas, quasi donata civitate mittebant. Quo modo Crantor δεινὸς ὀνοματοποιῆσαι dicitur apud Laertium *de Vit. Philos.* & Bion φορτικοῖς ὀνόμασι χρώμενος. Itaque Lucianus ῥητ. διδασκ. ait Rhetores solitos ποιεῖν καινὰ καὶ ἀλλόκοτα ὀνόματα, *nova & monstruosa nomina fingere & componere*. Et Isocrates innuit opinor Sophistam, cum ait λόγων δημιουργὸν, *verborum opificem*; sic enim in *Evagora*: τίς ἂν ἢ ῥήτωρ, ἢ ποιητὴς, ἢ λόγων δημιουργὸς ἀξίως τῶν πεπραγμένων ἐπαινέσειεν; *quis orator, aut poeta, aut verborum opifex, pro rerum gestarum dignitate collaudarit?* Photius *Sod.* CCXXXI. de Sophronio Patriarcha, qui non tam pie quam Sophistice declamitabat, ἐννεωτερίζει δὲ πανταχοῦ τοῖς ῥήμασι, &c. *novis verbis juveniliter exultat, ut equi pullus saltibus gestiens*. Sed præsertim ii Sophistæ quos ἐριστικοὺς supra diximus, quique laqueis captionibusque utebantur, Philosophorum imitatione, suo quodam jure nova cudebant. In hoc enim vanissima quadam ingenii ostentatione elaborabant, sua ut mysteria iis verborum involucris & integumentis inobscurarent. Sophos enim illos veteres ait Eunapius *de Vit. Phil.* arcana sua consuevisse καλύπτειν ἀσαφείᾳ, *obscuritatis latebra ut poetas fabulis involvere*. Itaque Synesius in *Dion.* reprehendendos putat, qui arcana dogmata (δόγματα ἄῤῥητα) tractant λέξεσι τριοδίτισι, *trivialibus verbis*. Antiquissimum id Pythagoreorum fuit institutum, quorum in disciplina ita fuit commendata obscuritas, & in magnis rebus exponendis difficilium verborum contextus, ut qui non facerent, vulgo reprehenderentur. Sane Hipparchum Pythagoreum scimus accusatum, quod aperte scripsisset decreta Pythagoræ, expulsumque fuisse e schola, & propter ipsum tanquam mortuum factam fuisse columnam. Idem quoque secutus Anaxagoras, commentarium emisit cui titulum fecit ἱμάντα: meminit D. Gregorius Nazianzenus *Or.* III. Eruditissimus Billius vertit *Cingulum*: melius opinor apud Eliam Cretensem *Lorum*: librumque interpretatur abstrusis verbis obscurisque difficultatibus refertum, quibus ut loro animos legentium implicabat. Alii deinde e varia porticu Sophistæ, ab eadem officina quædam etiam nova prompserunt, quorum esset vulgo intelligentia obscurior, & literatis quoque hominibus ignota. Hinc illa proegmena & apoproegmena, de quibus M. Tullius aliique: hinc σύμβαμα, παρασύμβαμα, excogitata a Chrysippo, quæ Lucianus in *Vitar. auct.* more suo belle irrisit. Theologus Nazianzenus *Orat.* XXIII. de Herone: Hujus, inquit, phi-

A losophiæ fructus non sermone fictæ civitates, σκινδαψοί τινες ὡς αὐτοί φασι, καὶ τραγέλαφοι, ἃ γλῶσσα μόνη συντίθησι. Et paulo post, οὐδὲ συμβάματα καὶ παρασυμβάματα, καὶ ἡ τεχνολογουμένη σοφία. Ubi judicio meo τεχνολογουμένην appellat istam sapientiam, non tam *argutatricem*, ut doctissimus Billius vertit, quam *verborum opificio gloriosam*: quod ea quæ ponit vocabula nova & inusitata declarant. Cui expositioni favere omnino videatur quod ait Nyssenus Antistes non facundia minus quam sapientia nobilis, qui Sophisticam artem circumscribens *Orat.* X. *contr. Eunom.* vocat illam τὴν ἐπιστήμην ἀντονομαστικῆς τεχνολογίας,

B Rhetorices *artificium alia pro aliis nomina excogitantis*. Quo nomine Clemens Alexandrinus lib. V. *Strom.* carpit Stoicos, quod obscurius rem definirent cum dilucide perspicueque possent. Ita enim Solem definiebant ἄναμμα νοερὸν ἐκ θαλαττίων ὑδάτων, *intelligens vinculum ex aquis marinis*: quanto foret illustrior ea notatio, λαμπρότατον τῶν κατ' οὐρανὸν ἰόντων, *splendidissimum eorum quæ cælum obeunt?*

Sophistæ quo sapere apud indoctos viderentur, sæpe quædam hujusmodi excipiebant velut incude modo fabricata, aut aliena a communi ratione. Quod sine causa & necessitate illos fecisse, Liba-

C nius quod negare non potuit fatetur, scribens *ad Magnum Basilium*, στρωτήρων δέομαι, καμάκας δ' ἂν ἢ χάρακας ἄλλος εἶπε σοφιστὴς, οὐ χρήζων, &c. trabibus constratoriis opus habeo, *camacas aut characas aliquis alius Sophista diceret, non ad necessarium usum verba usurpans*, sed verborum pompæ magis ascititioque splendori, quam necessitati serviens. Isidorus quoque Pelusiota *lib.* III. *ep* XLII. illos ait ὑπερσόφοι; καὶ ὑψηλαῖς λέξεσι καὶ τὰ σαφῆ ἐπισκιάζειν, *Sophisticis & sublimibus verbis ea etiam quæ clara & dilucida sunt obscurare*.

Quædam etiam affectabant insolenter a communi significatione detorta, ut aures animosque au-

D dientium insueta novitate quaterent. Sic Demades Sophista puberes appellabat ἔαρ τοῦ δήμου, *ver populi*; muros autem ἐσθῆτα τῆς πόλεως, *paludamentum civitatis*; & tubicinem, κοινὸν Ἀθηναίων ἀλέκτορα, *publicum Atheniensium gallum*, apud Athen. *lib.* III.

Hinc sæpe oriebantur ea quæ ψυχρὰ dicuntur a Græcis, hoc est, *frigida*. Est autem frigidum quidquid est nimium in ornatu & affectatum, vel longius ductum & evocatum, vel non suo loco positum, quidquid demum κακοζηλίας nomine continetur. Atque hic mihi emaculandus obiter est doctissimus Tertullianus, qui sic habet libr.

E *contr. Valentin. cap.* VIII. *In Scholis Carthaginiensibus fuit quidam ridigissimus Rhetor Latinus Phosphorus nomine*: omnino legendum, *frigidissimus Rhetor*: cujus deinde periodum adfert νεαρουχῆ & μειρακιώδη. *Venio*, inquit, *ad vos, optimi cives, de prælio cum victoria mea, cum felicitate vestra, ampliatus, gloriosus, fortunatus, maximus, triumphalis*. Ob hunc ὄγκον, tumoremque puerilem jure sane frigidissimus. Hoc vitium Dionysius Longinus περὶ ὕψ. in Timæo notavit, in Platone, in Xenophonte, & Dionysius Halicarnass. in Isocrate, his verbis; τὰ πολλὰ γίνεται ψυχρὸς, καὶ τὸ πόῤῥωθεν λαμβάνειν, &c. hoc est *sæpe friget, vel quia*

F *longius quædam accersit, vel quia rebus non satis congruentes figuras miscet, vel quia modum excedit*. Hujusmodi nominata etiam aliquando fuere a doctissimis hominibus γοργιεῖα. Nam cum primis temporibus Gorgias audaciores quasdam metaphoras & insignem dictionis ornatum adhibuisset, qui propter insuetam novitatem, & aurium delectationem non probabatur, & deinde leviores Sophistæ sese avidius in eas delitias immitterent: illa quæ prius ornamenta suspiciebantur, propter usum

usum puerilem dicentium, postea frigida nuncupata sunt & γοργιαῖα. Sinesius in Ep. *epist.* XIII. ad Triph. Τρύφωνι τῷ χρυσῷ, δεῖ γὰρ καὶ ἐν τούτοις ψυχρὸν εἰπεῖν καὶ γοργιαῖον. *Triphoni aureo, nam me oportet aliquid etiam frigidum & Georgiæum dicere.* Idem habet *epist.* LXXXII. ad Chrysem, quem vocat χρυσὸν Χρύσον, *aureum Chrysum*: ubi præter annominationem, est etiam epithetum Sophisticum, quippe qui vulgo res quas ornarent *aureas* appellarent. Quæ causa forte fuit cur Plato nominavit χρυσῶν Γοργίαν apud Athenæum *lib.* II. Socrates apud Xenophontem, in *Conviv. Si vero nos pueri exiguis calycibus*, πυκνὰ ἐπιψεκάζωσιν, ἵνα καὶ ἐγὼ ἐν Γοργείοισι ῥήμασιν εἴπω, *frequentius irrorent, ut Gorgiæ verbis hoc ego dicam*.

VI. *Attica vocabula in penu Sophistarum. Laudati vulgo ἀττικίζοντες. Nimia affectatio illusa. Iidem Rhetores Platonicas & Demosthenicas voculas studiose captabant. Luteus Plato.*

MAGNA quondam laus fuit ἀττικίζειν, Attica uti in dicendo ratione. Quod Philostratus *lib.* I. *de Vit. Soph.* eleganter significat, ἰδέαν Critiæ seu stylum laude sua exornans: ὥσπερ ἀκτίνων αὐγαί, τὰ Ἀττικὰ ὀνόματα διαφαίνεται τοῦ λόγου, *sicut radiorum fulgores, sic Attica verba in oratione relucent*. Tyrius quoque Maximus *Dissert.* XV. probari a vulgo quoque maxime consuevisse ait ῥήματα Ἀττικά, *voces Atticas*. Neque modo vulgus, sed viri quoque elegantissimi id laudabant. S. Basilius in *epist.* CLXIII. ad Libanium Sophistam, τί γὰρ ἂν εἴποιμεν πρὸς οὕτως ἀττικίζουσαν γλῶτταν; *Quid enim habemus quod ad linguam tam vehementer Attice loquentem respondeamus?* Eo nomine Xenophon Ἀττικὴ μοῦσα dictus fuit. Et Lucianus in *Reviviſc.* Platonem laudans ei tribuit καλλιφωνίαν δεινῶς Ἀττικὴν καὶ τὸ κεχαρισμένον καὶ πειθοῦς μεστὸν, *eloquentiam Attico lepore plenam, flexanimam & venustam*. Sic eidem Platoni atque similibus Zacharias Scholasticus tribuit Ἀττικῶν ὀνομάτων ἁρμονίαν τε καὶ συνθήκην, *Atticarum dictionum concinnitatem & compositionem*. Itaque magnam quoque in hac re diligentiam adhibuere Sophistæ, ut delectis exquisite nominibus, Atticus lepos orationem omnem exornaret. Atticismo autem maxime utebantur in Declamationum celebritate, cum de plausu & victoria inter se contenderent. Docte Photius de Heracliano: *Atticismo in familiari sermone utitur*, καὶ παίδων ἡγούμενος εἰς ἅμιλλαν καθισταμένοις ὡς ἂν εἴποι τις τοῦ ὑπεραττικισμοῦ, *ac velut doctor puerorum in certamine, etiam ut ita loquar plusquam Atticismo*. Sed egregie notat Philostratus esse βάρβαρον, intemperanter & nimium uti Atticis: & Plutarch. lib. *de audit.* vocat νόσημα: quod plurium Sophistarum fuit vitium, qui excellendi cupiditate omnes undique flosculos gemmasque legebant.

Et sane ea gratia ab eruditissimis hominibus vexantur & illuduntur. Lucianus in ῥητ. διδασκ. ineptos declamatores μυκτῆρι Ἀττικῷ irridens, Attica, inquit, felige tibi quædam verba, hæcque diligenter exercens in summa lingua prompta habe, τὸ ἄττα, καὶ μῶν, καὶ ἀμηγέπη, καὶ λῷστε, καὶ τὰ τοιαῦτα. Et paulo post, Assidue sit in ore τὸ ἄττα, καὶ τὸ δήπουθεν. Earundem vocum affectationem etiam carpit Themistius *Or.* I. in Sophistis; Cum, inquit, hasce voces δήπουθεν *utique*, & κἄπειτα *exinde*, & τὼ Διοσκόρω, *Dioscoros*, *sæpius evolverit, cursu inde se proripiet*, &c. Illud autem vocabulum λῷστε quod inter alia ponit Lucianus, familiare fuisse Polo Agrigentino Sophistæ, Plato significat apud Philostratum in *Polo*: sic enim dixit; ὦ λῷστε Πῶλε, ἵνα προσείπω σε κατὰ σέ. *O Pole optime, ut tuis*

verbis alloquar te. Quem locum imitatus videtur S. Gregor. Nazianz. *adversus Julianum* qui eandem vocem usurpabat: Hoc tibi, inquit, sit minus, ὦ λῷστε καὶ συνετώτατε, ἵνα σὲ προσείπω τοῖς σοῖς. Similium vocularum texit indiculum & festive ludit Ammianus poeta, *Anthologia* lib. II. cap. LI.

Ὠ'γαθέ, καὶ μῶν οὖν, καὶ ποῖ δή, καὶ πόθεν ὦ τᾶν,
Καὶ θαμά, καὶ φέρε δή, καὶ κομιδῇ, καὶ ἴθι,
Καὶ σόλιον, μάλιον, πωγώνιον, ὤμιον ἔξω,
Ἐκ τούτων ἡ νῦν δ'ὀκιμεῖ σοφία.

Et Cerellius item Musarum alumnus dixit egregie, non Sophistam illum pulcherrime & elegantissime declamare qui Attica verba quinque pertexuerit, aut ignota & obsoleta monstri similia. *Anthol.* lib. II. cap. XLVIII.

Οὐ τὸ λέγειν παράσημα καὶ Ἀττικὰ ῥήματα πέντε
Εὐζήλως ἐστὶν καὶ φρονίμως μελετᾶν.

Irridet Julianum Imperatorem doctissimus Gregorius Nazianzenus *Or.* III. quo similia quædam Attica sibi tantum atque suis propria esse vellet, *Si enim*, inquit, *hæc verba* σμερδαλέον καὶ τὸ κοναβίζειν, καὶ τὸ μῶν, καὶ τὸ δήπουθεν, καὶ τὸ ἄττα, καὶ τὸ ἀμωσγέπως, *solius linguæ sunt*, &c. Ubi eadem prope quæ Themistius Lucianusque recenset: ut intelligamus in Rhetorum ea sæpius ore fuisse. Repertos quoque in Latio qui studio Atticismi & illius nominis gloria ducerentur, constat e M. Tullio in *Orat.* qui stultam inanem eorum gloriationem sæpe repressit.

Quidam etiam reperiebantur Sophistæ, qui se pulchros & beatos putarent si Platonicis uti nominibus viderentur. Festive carpit eos Synesius *ep.* CLIII. qui ad captandam hominum opinionem solebant τοὺς θεοὺς ἀπομόσαι καὶ κατομόσαι Πλατωνικῶς. Nec minus arg utemagnus Basilius *ep.* CLV Libanii Sophisticen irrisit, qui γελπίζειν vocem haud satis notam in oratione sua posuerat; quam dictionem, inquit, ἐκ τῶν Πλάτωνος ἀδύτων, ἡ σοφιστικὴ σου ἡμῖν προεχειρίσατο *e Platonis adytis nobis tua Sophistice deprompsit*. Hinc opinor factum est ut Alexandrum Sophistam vulgo nominarint Πηλοπλάτωνα, quasi *luteum Platonem* dicas, Philostr. in *Vita*. Hic Athenis cum publicam declamationem habuisset, Herode Attico audiente, & delectis adolescentibus Græciæ, rogatus unus quid de illo sibi videretur, dixit agnovisse quidem se πηλὸν, hoc est, *lutum*, Platonem autem non vidisse.

Alii denique in Demosthenicis verbis colligendis, inque oratione sua intexendis, omnem curam industriamque posuerunt, tumque scilicet eloquentiæ se coryphæos opinabantur, si haberent quamplurima, & quæ maxime apud illum Oratorem sunt obvia. In iis festive illudendis salem poeticum insumpsit Ammianus, dum pingit Critonem Sophistam *Anthol.* lib. II.

Πολλοῦ δεῖ, καὶ σφίν, καὶ τρὶς παρ' ἕκαστα, δικασταὶ
Ἄνδρες· καὶ, λέγε δὴ τὸν νόμον ἐνθάδε μοι,
Καὶ ταυτί, καὶ μῶν, καὶ τετταράκοντα, καὶ ἄττα, &c.

Ubi Joannes Brodæus notat πολλοῦ δεῖ, & cetera, quæ hic ponuntur, esse Atticas voces Demostheni frequentes, quas Criton sæpenumero inculcandas & infarciendas summi oratoris exemplo docebat. Sed hactenus de verborum delectu satis, nunc reliqua ornamenta lustremus

CAP. XXIV.

De figuris Sophiſtarum. Gorgias in iis princeps. Quantum exornent orationem. Aliquot exempla. Iis abuſi permulti. Inde frigus, τὸ μειρακιῶδες, *περιεργία. Cacozelia, quæ docti viri illuſerunt.*

NULLUM fuit genus figurarum, aut eloquentiæ clariſſimus ornatus, qui non inſigni quadam ſpecie & pompa in Sophiſtarum orationibus illuxerit. Teſtatur id inprimis Quintilianus *lib.* VIII. *c.* III. cujus hæc de ornatu eſt monitio: *Illud genus oſtentationi compoſitum. Solam petit audientium voluptatem: ideoque omnes dicendi artes aperit, ornatumque orationis exponit,* &c. ſubdit: *Quare quidquid erit ſententiis populare, verbis nitidum, figuris jucundum, translationibus magnificum compoſitione elaboratum, velut inſtitor quidam eloquentiæ intuendum dabit.* Ante Gorgiam nulla aut perexigua figurarum fuit cognitio; ſermo tantum audiebatur dicentium, & nativus atque verus, non fucatus orationis nitor: nullus cantum veluti poeticum, & numeros, & exquiſitiorem ornatum induxerat: peracutus & elegantiſſimus Gorgias venuſtatem illam progenuit, quam ſtupens novitate Græcia nimium quantum mirata eſt. Sic enim Diodor. Siculus de illo prodit *lib.* XII. *Hic novo peregrinoque dicendi artificio Athenas obſtupefecit: primus namque eximias dictionis figuras & ſingularis artificii Antitheta, Iſocola, Pariſa, Homœoteleuta, & id genus alia quædam lenocinia orationi ſuæ adhibuit.* Idem habet M. Tullius in *Orat. Nam paria paribus adjuncta & ſimiliter definita, itemque contrariis relata contraria, quæ ſua ſponte, etiamſi id non agas, cadunt plerumque numeroſe, Gorgias primus invenit.* Eadem ipſa orationis lumina numerantur ab aliis quoque ſcriptoribus, qui Gorgiæ meminerunt, niſi quod nominum varietate inter ſe diſſentiunt. Nam πάρισα, παρισώσεις, ὁμοιόληκτα, ὁμοιοτέλευτα, ὁμοιοκατάληκτα. Rhetores quidam eadem eſſe opinantur: ſic enim ajunt Philoſophis nominari πάρισα, Grammaticis ὁμοιοκατάληκτα, quæ Rhetores γοργὰ vocant.

Dici vix poteſt, quanto plauſu & omnium aſſenſione, illa primum e Gorgiæ fonte manantia orationis ornamenta ſint excepta. Nam velut ſplendidiſſimi cœli effigies auratis luminibus intermicans, ſic ille ſplendor in dicendo collucens mirabilius audientium animos recreabat. Vere etiam dixit Hermogenes lib. I. *de Form.* cap. XXI. παρισώσεις aliaque illa σχήματα, pulchram & illuſtrem orationem efficere. Illorum uſum nominat Philoſtrat. *de Soph.* ἀγλαΐαν τοῦ λόγου *ſplendorem & venuſtatem orationis.* Illa eadem orationis decora cum adhibentur, auditorem, ut Iſocrates ait in *Panathen.* compellunt ἐπισημαίνεσθαι καὶ θορυβεῖν, *plauſu & clamore dicentem proſequi.* Dionyſſ. Halicarnaſſ. vocat σχήματα θεατρικά, *ad pompam eloquentiæ opportuna,* datque exempla e *Panegyrico* Iſocratis, πλείστων μὲν ἀγαθῶν αἰτίους, καὶ μεγίστων ἐπαίνων ἀξίους: ubi, inquit, non tantum membrum membro reſpondet, ſed etiam verba verbis, videlicet πλείστων & μεγίστων, ἀγαθῶν & ἐπαίνων, αἰτίους & ἀξίους. Alia ſubjicit ubi πάρισα & ἀντίθετα frequentius inculcantur. A Suida id exemplum adfertur, ἥλιον κρύπτεσθαι, ἄστρα δείκνυσθαι, *ſolem occultari, aſtra demonſtrari.* Sed luculentiſſimus locus eſt apud Philoſtratum ex oratione quadam Apollonii Sophiſtæ promptus in *ejus Vita,* qua ſuadebat Athenienſibus, ne corpora, quæ ſepelienda videbantur, igni abſumerent: ſic igitur elegantiſſimus Apollonius; ὑψηλὴν ἆρον ἄνθρωπε τὴν δᾷδα· τί βιάζεις καὶ κατάγεις κάτω καὶ βασανίζεις τὸ πῦρ; οὐράνιόν ἐστι· πρὸς τὸ συγγενὲς ἔρχεται· αἰθέριόν ἐστι· τοῦτο τὸ πῦρ οὐ κατάγει νεκροὺς, ἀλλ' ἀνάγει θεούς. Ἰὼ Προμηθεῦ δᾳδοῦχε καὶ πυρφόρε, οἷα σου τὸ δῶρον ὑβρίζεται; νεκροῖς ἀναισθήτοις ἀναμίγνυται· ἐπάρηξον, βοήθησον, κλέψον εἰ δυνατὸν κἀκεῖθεν τὸ πῦρ. In his paucis quorum numeros & ſuavitatem vix Latina æquet oratio, dulcium Rhetorum ille inſignis ornatus apparet. Nam & membra ſunt Muſarum veluti pollice artificioſe dimenſa, blandientemque cient harmoniam: in iis paria paribus adjuncta & ſimiliter cadentia, in iis ſplendidæ paronomaſiæ, apoſtrophe, aliaque ejus generis.

Sophiſtæ, quaſi heros Gorgias ſignum aliquod ſuſtuliſſet ad novum genus triumphantis eloquentiæ, ſtudio incenſo convolaverunt ad eas orationis, ut vocat Cicero, *feſtivitates,* ut Philoſtratus ἡδονάς. Et quidem propriæ illæ figuræ Sophiſtarum habitæ ſunt, periteque, ut ſolet, Gregorius Nazianzenus epiſtolarum ſtylum inſtruens *ep.* CCIX. ἀντίθετα δὲ καὶ πάρισα καὶ ἰσόκωλα σοφισταῖς ἀπορρίψόμεθα. Tyaneus quoque Appollonius Sophiſticæ proprium exercitationis eſſe ajebat, πάρισα ἐπιτηδεύειν καὶ ἀντίθετα, *comparibus & antithetis, orationem ſuam refercire,* apud Philoſtr. in *ejus Vit.* lib. VIII. cap. II. Itaque uſi illa ſuavitudine intemperantius, avidiuſque delicias illas ſecuti, rem in ſummam contemptionem adduxerunt: & quod erat primis temporibus glorioſum & excellens, propter copiam abutentium oratorum, factum eſt, ut cum Siculo Diodoro loquar, καταγέλαστον *irridendum,* vel ut alii doctiſſimi viri dicunt, μειρακιῶδες *puerile.*

Hinc meritæ ſapientum reprehenſiones, quibus notant eam ornamentorum veluti profuſionem pleniſſimam ambitionis. A quo nævo haud immunis fuit Plato, cum delicatos illos Gorgiæ cantus & muſea dicta audiviſſet. De quo ita ſcribit Dionyſius Halicarnaſſ. criticorum longe optimus *ep. ad Pomp. Figuris poeticis quæ ſummam ſatietatem afferunt, & maxime Gorgianis, intempeſtive ac nimis pueriliter gloriatur,* &c. Iſocrates fuit quoque reprehenſus, διὰ τὸ προσκορὲς τῶν παρισώσεων, *propter membrorum æqualium ad faſtidium uſque copiam,* ait Photius. Earundem figurarum ſcitamenta Lucilius lib. V. *Satyrarum* illudens nominabat μειρακιώδη, & ex illo Agellius *lib.* XVIII. *cap.* VIII. *rancida, inſipida, & inertia & puerilia.* Seneca pater vocat *ſuaſ.* VII. *Cacozeliam,* intempeſtivi ornatus copiam; multi περιεργίαν, *affectationem:* alii ψυχρὸν, *frigus,* & σχηματίζειν φορτικῶς *importune iis dicendi luminibus uti.* Figurato morſu attigit eandem ob cauſam Ciceronem Lactantius: ita enim lib. III. *divin. Inſtit.* cap. XIII. *Ad Philoſophiam converſa oratione, tanquam ſe declamatorio dicendi genere jactaret, O vitæ philoſophia dux inquit, o virtutis indagatrix,* &c. Pungit & Eunomium S. Gregorius Nyſſen. eloquentiſſimus Antiſtes *Or.* XII. *contr. Ennom.* quod dithyrambica & homœoteleuta Sophiſtarum inepte ambiret. Nam cum illa paria membra poſuiſſet ſimiliter definita, διαλύειν τὴν περὶ αὐτοῦ γενομένην ὑπόνοιαν, περιστέλλειν δὲ τὴν τῶν ἠπατημένων ἄγνοιαν, ſubdit, αὐταῖς γὰρ χρήσομαι τοῦ διθυραμβιστοῦ τῶν ὁμοιολήκτοις φωναῖς, *utar enim ipſius dithyrambiſtæ ſimiliter deſinentibus vocabulis.* Prudenter igitur Dionyſius Sophiſta Mileſius eas comptæ orationis delicias moderabatur, cum familiaribus ſuis diceret, ὅτι χρὴ τοῦ μέλιτος ἄκρῳ δακτύλῳ, ἀλλὰ μὴ χειρὶ γεύεσθαι, *mel ſummo digito, non cava manu libare oportere.* Nimius amor & affectatio figurarum Albutium exegit e foro, & cauſam illi de manibus eripuit: quod memorat *in præm.* lib. III. *Controverſ.* Seneca. Cæterum non dulcia tantum illa ornamenta, quæ hic poſuimus, adhibuit in dicendo Georgias, & deinde Sophiſtæ, ἀντίθετα, ἰσόκωλα, &c. ſed inſtructum etiam omnem ſupellectilemque ῥητορείας. Nam de Gorgia ita

Suidas: *Hic tropis, & metaphoris, & allegoriis, & Hypallagis, & abusionibus, & trajectionibus, & conduplicatis, & repetitionibus, & apostrophis, & comparibus usus.*

CAP. XXV.

Concinnitas in oratione Sophistica. Quantum in ea delectationis aucupium. Fallit aures animumque elaborata concinnitas. Exemplis id illustratum. Sophistæ in hoc genere consectando nimii, & eo nomine reprehensi.

FUIT quoque plurimum suavitatis & gratiæ in oratione Sophistarum, ex *concinnitate*, cujus item parens videtur fuisse Gorgias. De qua re sic in *Oratione* M. Tullius; *finiuntur aut compositione ipsa & quasi sua sponte, aut quodam genere verborum, in quibus ipsis concinnitas inest, quæ sive casus habent in exitu similes, sive paribus paria redduntur, sive opponuntur contraria, suapte natura numerosa sunt, etiamsi nihil est factum de industria. In hujus concinnitatis consectatione Gorgiam fuisse principem accepimus*, &c. Adfert deinde exempla quædam, in quibus lucet illud speciosum in IV. *Accusat. in Verrem*, ἀντιθέτοις eximia suavitate contextum; *Conferte hanc pacem cum illo bello; hujus Prætoris adventum, cum illius imperatoris victoria; hujus cohortem impuram, cum illius exercitu invicto*, &c. In his est concinnitas quædam & poeticum veluti cantus atque numerus, quæ sine dicendi luminibus artificiose quæsitis splendorem orationi concilient. Delectant enim præsertim uti contraria contrariis opponuntur, & læta quadam varietate, audientis animum inexplicabili & humanissima voluptate ad diversa referunt. Hinc doctissimus & suavissimus Augustinus *de Civit.* lib. XV. cap. XVII. ait mundi ædificatorem Deum, ordinem sæculorum, tanquam pulcherrimum carmen, ex quibusdam quasi antithetis honestavisse. *Antitheta enim quæ appellantur*, inquit, *in ornamenttis elocutionis sunt decentissima.*

Et hæc quidem orationis concinnitas quantam vim habeat ad tenendos auditores & suavitate capiendos, vel ex eo liquore potest, quod nonnunquam ab oratore quædam vitiose dicuntur, quæ quia dicuntur belle & concinne, dici vitiose non putantur, dum mens eo lenocinio delibuta sequitur aurium voluptatem. Eleganter in eam rem Seneca *Controvers.* XIX. & XXV. *Triarius compositione verborum belle audientium, multos scholasticos delectabat, omnes decipiebat.* Et alio loco adfert Tetracolon Murrhedii vitiosum, in quo tamen corona exclamavisset: *Serviebat forum cubiculo, prætor meretrici, carcer convivio, dies nocti. Novissima*, inquit, *pars sine sensu dicta est, ut impleretur circuitus: quem enim sensum habet, serviebat dies nocti?* Eandem vim concinnitatis in decipiendo & delineando, notavit apud Agellium Castritius *lib.* XI. *cap.* XIII. in oratione C. Gracchi, cujus amœna & modulata illa videbatur esse periodus; *Quæ vos cupide per hosce annos appetistis atque voluistis, ea si temere repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cupide appetisse; aut nunc temere repudiasse dicamini.* Cursus hic & sonus rotundæ volubilisque sententiæ, eximie omnes & unice delectabat, ut memorat Agellius: sed monuit eloquentiæ doctor, in ea concinnitate sensum esse inanem: quæ res ab eodem fusius explicatur.

Itaque Sophistæ qui vim illius venustatis animadverterunt; delectationis id aucupium studiosissime habere cupiebant: cujus videmus etiamnum insignia apud Tyrium Maximum; lucent etiam quædam in Apulejo, qui concinne magis quam Latine loqui voluit. Plura exempla haberemus, si cultissimæ Rhetorum Orationes ad nos venire potuissent. Duntaxat unum hic exemplum proferam Oenomarchi Sophistæ, e nobili Declamatione, qua sic loquentem inducebat amatorem statuæ pulcherrime affrabefactæ; ὦ κάλλος ἔμψυχον ἐν ἀψύχῳ σώματι. τίς ἄρα σε δαιμόνων ἐδημιούργησε; πειθώ τις, ἢ χάρις, ἢ αὐτὸς ἔρως ὁ τοῦ κάλλους πατήρ; ὡς πάντα σοι πρόσεστιν ἐν ἀληθείᾳ, προσώπου στάσις· χρόας ἄνθος. βλέμματος κέντρον· μειδίαμα κεχαρισμένον· παρειῶν ἄνθος· ἀκοῆς ἴχνος· ἔχεις ἢ καὶ φωνὴν μέλλουσαν ἀεί· τάχα τι καὶ καλεῖς. ἀλλ' ἐμοῦ μὴ παρόντος ἀνέραστε, καὶ βάσκανε, πρὸς πιστὸν ἐραστὴν ἄπιστε, οὐδενός μοι μετέδωκας ῥήματος. Hoc est; *O animata pulchritudo in exanimo corpore: quisnam te Deus effinxit? quænam Suadela, vel Gratia, vel Amor ipse pater venustatis? Quam omnia tibi revera insignite adsunt, vultus status, flos coloris, luminum aculeus, risus amabilis, genarum vigor, auditus vestigia. Est tibi quoque semper in statione sua parata vox, & fortasse aliquid etiam voocas: sed me non præsente o amoris expers & livide, apud fidum amantem infidelis, nulla mecum verba fecisti?* &c. Hæc Latina plurimum absunt a Græcorum festivitate, in quibus primum illud membrum poeticum habet numerum, & senarius cum sit, versus tamen non videtur propter volubilem cursum & gratiam dictionis. Continet etiam ἀντίθετα, ἔμψυχον, ἀψύχῳ· quemadmodum & paulo post ἀνέραστον & ἐραστὴν, πιστὸν & ἄπιστε opponuntur. Ipsa vero in descriptione formæ incisa plane gemmantia, oppido quam suavia & venusta sunt: denique in omnibus irradiat quædam elaborata concinnitas quæ delectet.

In hoc decore consectando nimii sane fuere Sophistæ, & de plurimis dici id potest, quod de Polo Philostratus, eos ἀγλαΐᾳ τοῦ λόγου καταχεχρῆσθαι, *hoc splendore orationis fuisse abusos.* Nam fere ubique illum aspergebant, & non modo lætissimis in rebus atque splendidis, sed in mœrore quoque atque luctu significando, concinnitudinem illam & veluti musicam adhibebant. Agatharchides prudentia nobilis eam eloquentiæ labem in Sophista Hegesia reprehendit, qui cum Thebas clarissimam Græciæ civitatem eversam lugeret, *O magne*, inquit, *Alexander, simile quidpiam fecisse videris Thebas diruens, ac si Juppiter ex aliqua cœli parte Lunam sustulisset; relinquo enim Athenis solem, duæ enim hæ civitates Græciæ sunt ocelli*, &c. ut est apud Photium. Similia quædam venusta in Monodia sua collegerat. Quæ cum attulisset Agatharchides, ait sibi videri Sophistam potius σκώπτειν, *in iis jocari & delitias agere*, quam ὀλοφύρεσθαι, *luctuosam earum civitatum calamitatem deplorare.* Par aculeus in Satyrico sapiente, notante Pedium oratorem ineptum, qui de repetundis accusatus, in judicio ancipiti & periculoso,

> —— *crimina rasis*
> *Librat in antithetis: doctus posuisse figuras*
> *Laudatur.*

Persius *Sat.* I. Ad struendam autem illam concinnitatem, minutis sæpe utebantur membris, & in versuum similitudinem cadentibus, quæ sono & æquabili dimensione jucundissime ad aures accederent. M. Tullius ornamenta Sophisticæ elocutionis attingens in *Orat. perf. Minuta, & versiculorum similia quædam, nimiumque depicta* vocat. Quod studium avidissime xecepit Hegesias Rhetor, & qui nominati sunt Asiatici oratores, de quibus Theon Sophista in *Progymnasm.* ubi monet fugiendam esse vitiosam compositionem, & maxime τὴν ἔμμετρον καὶ ἔρρυθμον λέξιν, ὡς τὰ πολλὰ τῶν Ἡγησίου τοῦ ῥήματος, καὶ τῶν Ἀσιανῶν καλουμένων ῥητόρων.

CAP. XXVI.

Exquisitum periodorum artificium in apparatu Sophistarum. Scalpta, rasa, & tornata periodus. Rotundus Orator. Orbis seu κύκλος prope definitus circino. In quadrum directæ sententiæ. Modulamenta orationis & εὐρυθμία. Quales numeros ambirent Sophistæ.

IN periodis artificiose componendis, multum quoque studii ab illis & industriæ ponebatur: quam eorum diligentiam viri docti explicare varie solent. Ajunt enim eos λογοδαιδάλους, ut manu, sic artificio eleganti atque opere *tornare periodos* consuevisse. Philostratus quidem Polemonem ait Sophistam, qui ævo suo prope omnes eloquentia superavit, eximia quadam ratione ἀποτορνεύεσθαι περίοδον. Et Plutarchus *de audition.* ait laudatum a Platone Lysiam oratorem concinnum, ὅτι στρογγύλως ἕκαστον ἀποτετόρνευται, *quod singula in ejus oratione tornata forent apte & rotunde*. Volunt significare eorum oratorum ambitus ita scite & venuste politos, ut nihil possit cogitari animo perfectius: quemadmodum etiam Horatius *male tornatos versus* dixit illepidos, & ἀμούσους. Durius forte in eadem re exponenda dixisse videatur Gregorius Turonen. cum *scalpere orationem* ait: sic enim lib. VIII. *Histor.* cap. XX. *Prætextatus Rothomagensis Episcopus orationes quas in exilio positus scalpsit, coram Episcopis recitavit*. Sed homo doctus, & Atticæ elegantiæ non expers, id ipsum poni sciebat a magnis Græciæ scriptoribus, cum maxime de elocutione Sophistarum memorant. Nam Dionysius Halicarnasseus ait Demosthenem γλυπτοῖς καὶ τορευτοῖς ἐοικότας ἐκφέρειν λόγους, *scalptis, politis, & tornatis elegantissime operibus similes orationes inducere*. Sed concinne omnino Plutarchus *de glor. Atheniens.* qui Isocrati periodos suas mirifice elaboranti *scalprum & dolabram* tribuit, [illegible] τίθεται καὶ πάρισα καὶ ὁμοιόπτωτα κωλῶν [illegible] συντιθείς, μονονουχὶ κολαπτῆρσι καὶ ξυστῆρσι τὰς περιόδους ἀπολεαίνων καὶ ῥυθμίζων ἐγήρασε, *figuras glutinans, & componens, & tantum non dolabris atque scalpellis periodos lævigans & complanans consenuit*. Metaphora ducta est ab eorum hominum arte, qui pulcherrimas statuas atque simulachra dolando poliendoque efficiunt: a quibus etiam Latini mutuati, dicunt *radere periodum*, hoc est, summo artificio polire: quo modo *antithet a rasa* dixit Persius *Sat.* I. Alii solitos ajunt Sophistas *rotundare orationem*, quæ dimenso & volubili cursu apte in hominum aures & suavissime allabatur. Sidonius Apollinaris dixit *erotundatam*, Seneca *circuntonsam*, Ausonius *fandi rotam*, perite, nam ducitur rotundum a rota, ut autor est Nonius. Maximus Tyrius *Dissert.* XV. vocat περιόδους εὐκαμπεῖς, *rotundas periodos*. M. Tullius in *Orat.* eleganter: *Thucydides autem præfractior, nec satis ut ita dicam rotundus*: & paulo ante de eodem dixerat: *In Thucydide orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent*.

Orbem vocat rotundam periodum artificio numeroque definitam, de quo orbe sic alio loco: *In eo quod appellamus ἐπιδεικτικὸν, placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more, illa circumscriptione ambituque, ut tanquam in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis absolutisque sententiis*. στρογγύλως ἐκφέρουσαν λέξιν nominant Græci, cujus primum architectum fuisse Thrasymachum, suis monumentis reliquit Theophrastus Eundem orbem dicunt etiam κύκλον: sic apud Dionysium Halicarn. in *Isocr.* complecti animi cogitationes περιόδῳ τε καὶ κύκλῳ ῥυθμοειδεῖ πάνυ, *orbe & ambitu numeroso plane versuumque simillimo*. Et quia rotundi orbis, volvi proprium est, apud Rhethores *volvi* & *volubilis* dicitur oratio: ἐπιτρόχαλον ῥύσιν τῆς λέξεως Græci vocant. Hinc illa Ciceronis: *Sæpe etiam in amplificanda re, concessu omnium funditur numerose & volubiliter oratio*. Idem puto Sophistarum artificium, in hoc orbe conficiundo, Plutarch. intuebatur *de civil. instit.* cum eis *circinum* attribuit; ait enim illorum περιόδους πρὸς κανόνα καὶ διαβήτην ἀπηκριβωμένας, *esse ad normam & circinum accuratissime exactas*; quam rem vocat σοφιστικὴν περιεργίαν, Sophisticæ diligentiæ abundantiam.

Diverso modo rem eandem eloquentiæ Romanæ pater expressit, cum dixit periodos aut orationem *quadrare*: sic enim habet in *Oratore*; *Sunt hi pedes inter se miscendi & temperandi: sic minime animadvertetur delectationis aucupium & quadrandæ orationis industria*. Sophistarum id fuisse proprium, & quidem omnium, alio loco asseruit: *Nemo qui aliquo esset in numero, scripsit orationem generis ejus quod esset ad delectationem comparatum, remotumque a judiciis forensique certamine* (ἐπιδεικτικὸν & Sophisticum intelligit) *quin redigeret omnes fere in quadrum numerumque sententias*. Quadrum & orbis hic plane idem significant: nam cum orbis sit rotunda illa verborum constructio, quæ sententiam apte & numerose compleat, id fieri suavissime posse putarunt, si quatuor veluti versiculi intexerentur, unde nimirum Chiasmus rhetoricus & quadrum existit. Atque in iis quidem membris dimetiendis, & Sophistica pæne dicam ambitione componendis, tam morosus, tam religiosus fuit Isocrates, ut Plutarch. in eo libro, quem *de gloria Atheniensium* reliquit, eum dicat vehementissime timuisse, ne quod membrum artificiosi ambitus, syllaba una brevius esse videretur. Ubi etiam eidem ascribit σοφιστικὴν μικροφροσύνην, *minuti animi Sophisticam jejunitatem*, ut qui nonam ætatis partem in unius orationis compositione posuisset. Ejusdem in struendis elaborandisque periodis nimium studium reprehendit & eventilat Dionys. Halicarn. *Hæc porro*, inquit, *sæpe dictionem illius producunt longius, dum includere periodis omnes sententias & iisdem figurarum formis complecti periodos conatur*, &c. Subdit, ea ratione fieri, ut voces ad explendum numerum quasdam inculcet, quæ rei nihil serviant.

Ad illum autem orationis orbem, tam exquisita diligentia fabrefactum, ut aureum crystallino vasi emblema, sic *dulcem numerum* Sophistæ adhibuerunt, unde manabat in clausulis & ambituum volubilitate suavitas. Εὐφωνίαν *& modulamenta orationis* vocavit Agellius lib. I. *Noct. Attic.* c. VII. & lib. II. c. XIII. *modulatum currentis facundiæ sonitum*. Taurus Philosophus nominavisset quandam veluti *cantilenam rhetoricam lepidis & venustis vocum modis vinctam*, ut est apud eundem *lib.* X. *cap.* XIX. Græci dicunt σύνθεσιν εὐμελῆ, vel ἁρμονίαν μουσικήν, item εὐρυθμίαν τοῦ λόγου & τὸ ῥυθμοειδὲς in oratione. Quo modo a Dionys. Halicarn. in libello περὶ συνθέσ. ὀνομ. dicitur Plato ἀνὴρ εὐμελειάν τε καὶ εὐρυθμίαν συνιδεῖν δαιμονιώτατος, *qui numerum dictionis veluti musicum & cadentem suavissime, excellenti & divino prope ingenio videbat*.

Quantum autem hic oratorius numerus ad delectationem & aurium voluptatem faciat, eloquentiæ docent Magistri & commendant. Mihi sane vera dixisse videtur Dionys. Halicarn. lib. περὶ Δημοσθ. δειν. cum vocat ῥυθμὸν, ἁπάντων κυριώτατον τῶν γοητεύειν δυναμένων, κηλεῖν τὰς ἀκοάς, *palmarium & potentissimum oratorum artificium & machinationem, ad mulcendos & quibusdam veluti præstigiis deliniendos auditores*. Itaque jam inde a Thrasymacho inventore atque duce, & Isocrate qui numeros molliores & jucundiores effecit, Sophistæ omnes in hoc decus victricium orationum diligenter incubue-

runt. Nam omnem dictionem esse volebant, ut Rhetoris Græci verbis utar, ὥσπερ ἐν ταῖς μουσικαῖς συμφωνίαις ἡδεῖαν καὶ λιγυράν, *veluti quodam in concentu musico dulcem & suavitudine plenam*: membra ipsa μαλακόφωνα καὶ λεῖα, πολὺ τὸ κωτίλον ἔχοντα, *levia molliaque & quæ delitiis uberrimis abundent*: clausulas denique periodorum jucundissimis numerorum sonis insignes.

Porro est animadvertendum in facundiæ scholis ῥυθμοὺς dici multiplices; quidam enim sunt γενναῖοι, ἀξιωματικοὶ, ἀνδρώδεις, ὑψηλοὶ, μέγεθος ἔχοντες, quos etiam Philostratus appellat interdum σωφρονεστέρους, alias κεκολασμένους, quales tribuuntur Demostheni & clarissimis oratoribus, qui summo dictionem suam judicio & moderatione temperant. Alii proprii sunt malorum aut ineptorum dicentium, ἀγεννεῖς, πεποινοὶ, ἄσεμνοι. Alii denique sunt μαλθακοὶ, μουσικώτεροι, χαριέστατοι numeri mollissimi & jucundissimi, quos Sophistæ ad satietatem usque ponebant, ob id vulgo reprehensi. Sibi tamen quidam moderabantur: de Herode Attico Philostratus, ἡ δὲ ἁρμονία τοῦ λόγου, ἱκανῶς κεκολασμένη, *numerus ejus orationis & concinnitas admodum castigata fuit*.

CAP. XXVII.

Quid κρότος, ἦχος *sive* ἠχὼ *in dictione Sophistarum. Ea res varie a scriptoribus explicata. Sophistæ amantes sonoritatis.* Τυμπανίζειν *in oratione & κώδωνας pulsare.* Νεαροηχὴς *stylus.* Κτύπος, κρότος, ῥυθμὸς *linguæ*: Λαμπρὸν ἠχῆσαι *quid. Scriptores quidam illustrati, emendati.*

FUIT quoque in oratione Sophistarum κρότος, ἦχος vel ἠχὼ, de qua re dicam eo lubentius, quod scriptorum Græcorum Interpretes dum minus ad consuetudinem hanc respiciunt, falluntur, & adolescentes nondum satis eruditione ornatos in fraudem possent inducere. Nam ecce tibi apud Eunapium *de Vit. Sophist.* in *Acacio*: καὶ ἡ λέξις μετὰ κρότου πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἐπέστρεφε τρόπον. vertunt, *Dictio ejus ad manuum plausum prisco dicendi generi accedit*. In quo sane falsus est politissimus Interpres: neque enim κρότος ibi significat *manuum plausum*, sed linguæ potius, & ipsius dictionis sive orationis certam affectionem. Rem igitur non nimis obscuram, a nemine tamen quod sciam explicatam, breviter illustremus.

Κρότος in oratione Sophistarum fuit sonoritas quædam, qua fiebat, ut non modo elegantia sua titillaret animos, sed quandam etiam haberet dignitatem. Is κρότος existebat, tum ex lectis verbis atque sonantibus, & genere ipso τῆς συνθήκης, quæ propter exquisitam structuram, & membrorum atque periodorum plenam dignitatis coagmentationem, dulcem quendam & magnificum habebat concentum: tum etiam ex linguæ pulsu, & ipsius vocis conformatione atque magnitudine: quæ si omnia mirabiliter in unum & eundem oratorem convenissent, facile poterant audientes in admirationem rapere. Pluribus autem quantum meminisse potui nominibus, apud Veteres appellatur: interdum enim vocant τὸν ἦχον, aliquando τὴν ἠχὼ, præterea κτύπον τῆς γλώττης, τόνον σοφιστικὸν, ὑπόσεμνον τὴν λέξιν καὶ ἠχοῦσαν, τὴν ἠχὼ τῆς διαλέξεως, σοβαρώτερον λόγον, διθυραμβώδη σεμνολογίαν, ἰδέαν πανηγυρικὴν, τῆς γλώττης κρότον. Idem significabat Dionysius Halicarn. cum Isocrati εὐφωνίαν μουσικὴν attribuit. Et Herodianus in *proœmio Historiæ* cum sic habet, *Maximam scriptores curam habuerunt* φράσεώς τε καὶ εὐφωνίας. Politianus vertit, *exornandæ componendæque orationis*. Corrigit Henricus Stephanus, & εὐφωνίαν reddit *vocalitatem*: recte quidem ille: obscurius tamen nisi res teneatur. Est enim hic εὐφωνία nihil aliud quam κρότος sive ἦχος in oratione: Priscianus vocat *sonoritatem*: M.Tullius *sonitum*, in *Orator. Eloquentia quæ cursu magno sonituque feratur*. Significantius Agellius *lib.* XI. *cap.* XIII. *claros canorososque sonitus*, & apud illum Castritius eloquentiæ doctor *modulatum currentis facundiæ sonitum*. Quintilianus *lib.*X. *sonum sublimiorem*. Hinc scriptores qui majorem quendam habent sonitum, hoc est, ornatum & magnificentiam orationis, dicuntur a Cicerone *inflare vehementius*, a Quintiliano *magna flare*: nam *lib.* XII. *cap.* XVI. *tumorem magna flandi* Sophistis & declamatoribus attribuit. Quo modo Dionysius Halicarn. Xenophontem ait διεγεῖραι τὴν φράσιν καὶ μᾶλλον ἐμπνεῦσαι. Seneca *præfat.* lib. II. *Controvers. magno animo inspirare*: Dio Chrysostomus *Orat.* XXXII. μεῖζον ἑτέρων φθέγγεσθαι. Photius de Himerio Sophista, τῷ μεγαλείῳ μᾶλλον ὑψοῦσθαι, *magnifico dicend. genere magis attolli*. S.Augustinus *cothurnum sermonis* appellat, lib. V. *contr.Julian.* cap. III. *Tanquam magnum aliquod bonum cothurno sermonis exornans*. Epictetus apud Arrianum *lib.* II. *cap.* VI. ψόφον καὶ κόμπον κενῶν ὀνομάτων, *strepitum & pompam* inanium verborum. Seneca *præfat.* lib. III. *Controvers. supervacuum strepitum*: ita enim de Albutio declamatore, *Nihil detrahebat ex supervacuo strepitu*. Doctissimus & sanctissimus Augustinus lib. III. *cont. lit.Petil.* cap. XIII. *fragosissimum strepitum*. Eundem κρότον appellat *canorum* lib. IV. *Annal.* Cornelius Tacitus; *Haterii*, inquit, *canorum illud & profluens cum ipso simul extinctum est*. Imitatur principem Oratorem, qui lib. III. *de Orat.* C. Carboni profluens quiddam & *canorum* tribuit. Hinc de poetis magnifice carmen pangentibus, bonus poeta, Juvenal. *Sat.* VII.

—— *nectit quicunque canoris*
Eloquium vocale modis:

duo dicit quæ eodem referantur, *canoros modos*, & *eloquium vocale*. Ita Seneca pater *vocales sententias* & splendidas. *Canorius* dixit eruditissimus Hieronymus *præfat. in Chronic. Quid*, inquit, *Psalterio canorius*? & quasi se ipse explicans *præfat. in Job.* Psalterium ait solutam esse orationem *charactere poetico animatam*. Apud quosdam illud idem est *magna sonare*. Juvenalis *Sat.* VII. de Caussidicis, *Ipsi magna sonant*. Quintilianus ait *inclamare*, *lib.* II. *cap.* X. *Si*, inquit, *in ostentationem comparetur declamatio, sane paululum aliquid inclamare, ad voluptatem audientium debemus*. Et *cap.* XI. eodem sensu *exclamare*: *Hi beneficio ingenii præstantes multa etiam memoria digna exclamaverunt*. Rem eandem explicantes alii, sonitus illos Sophistarum magnificos & divinos cum tubæ cantu conferunt. Philostratus de stylo Polemonis; *Idea*, inquit, *orationis* τορὸν ἠχοῦσα, ὥσπερ ἡ ὀλυμπικὴ σάλπιγξ, *olympicæ tubæ modo clare sonans*. D. Gregor. Naz. *ep.* CXCIV. τὰς Τυρρηνικὰς ὑπερφωνεῖν σάλπιγγας, *Tyrrhenicas tubas oratione superare*. Hinc apud Philostratum Oratores dicuntur ὑπερφωνοῦντες, & alio loco ῥήτορες λαμπρὸν ἠχοῦντες, *splendide & clare sonantes*. Doctissimi viri proprie vocant *plausum*, non manuum, sed orationis atque linguæ. D. Hieronymus *ep.* CXXXIX. *Tibi edisseram non composita verborum oratione plausuque populari, qui solet imperitos auditores decipere atque palpare*. Apulejus *de Deo Socratis* eleganter: *Igitur homines ratione pollentes, oratione plaudentes*. Perite quoque Turonensis Greg. lib. V. *Histor. plausum cantus* attribuit Gallis: sicut & *plausum linguæ* hominibus Apollonius Tyaneus, ut est in *ejus Vita* lib. VIII. cap. II. cum Sophistas ait κροτάλου δίκην κτυπεῖν τῇ γλώττῃ, *cre-*

pundiorum more lingua plaudere. Non inutile mihi videbatur, hæc ſub aſpectum veluti unum conjicere, tum ad rem ipſam intelligendam, tum ad ſcriptorum compluriuni loca illuſtranda.

Nunc oſtendamus κρότον, ἦχον, ἠχώ, ſeu quo alio nomine vocare libet, in Sophiſtarum dictione repertum; quod difficile non eſt intuenti in Philoſtratum, Eunapium, Photium, Dionyſium Longinum, alioſque. Philoſtratus inprimis dat Polemoni Sophiſtæ τὸ ἐπίκροτον καὶ τὸ ὑψηχὲς τοῦ λόγου, *orationis altam & plaudentem ſonoritatem*, & ejus rei magnificentiam illuſtrans, comparat cum heroico equo ſuperbe greſſus glomerante: nam de ejus ſtylo rogatus aliquando Herodes Atticus poeticum illud reſpondit:

Ἵππων ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει.

Quadrupedum ſonitus circum mihi verberat aures.

ubi per κτύπον ſignificare volebat, ait Philoſtratus, τὸ ἐπίκροτον & ὑψηχὲς ſummi illius oratoris. In *Vita Apollonii Tyanei* lib. I. cap. XIII. τὰ λεγόμενα ἠχὼ εἶχεν, ὥσπερ ἀπὸ σκήπτρου θεμιστευόμενα, quæ ab eo proferebantur ſonoram quandam majeſtatem habebant velut a Rege dicta. Dion. Longinus περὶ ὕψ. cum vocalem Demoſthenis ſententiam attuliſſet artificioſe compoſitam, ait illa τῇ ἁρμονίᾳ πεφωνῆσθαι, & ipſam harmoniam τὴν ὑψειφωνήεντα: & ſequenti *ſect.* propter illam ipſam compoſitionis harmoniam membra orationis eſſe φωνήεντα *ſonora*. Photius de Halicarnaſſeo Dionyſio, τῇ τε συνθήκῃ καὶ τῇ λέξει ἠχώ τινα πέμπων, *compoſitione ipſa & dictione ſonorus*; hunc enim locum ita malo vertere. Sic Philoſtratus de Dione Pruſæo, βλέπων δὲ πρὸς τὴν Δημοσθένους ἠχὼ καὶ Πλάτωνος. Vertunt *dicendi morem*, quod non ſatis mihi videtur rem exprimere. S. Baſilius *homil.* XIX. p. 516. de perfecto loquens oratore, ait eum ἤχῳ τινὶ κεκομψευμένῳ καταυκτυπεῖν τὰς ἀκοάς. Et paulo poſt, genus ipſum dictionis explicans vocat τὸ τῆς λέξεως πομπικὸν καὶ πρὸς ἁρμονίαν κεκροτημένον. Quæ omnia Interpres magis præteriiſſe quam explicaſſe videtur.

Sophiſtas autem canorum hoc & magnificos orationis ſonos avidiſſime quæſiiſſe, ex multis poteſt intelligi. Dionyſius quidem Halicarnaſſeus ait Iſocratem concurſus vocalium ſumma cura vitaſſe, quod ſolverent ἁρμονίαν τῶν ἤχων. Sophiſta Eunomius cum væſana mente ſe ad oppugnandam pietatem armaret, ſonoram maxime compoſitionem, & ſupervacuo ſtrepitu exultantem, levitate quadam juvenili affectaverat, quem irridet Gregorius Nyſſ. eloquentia maximus *Or.* XII. κατορχεῖ, inquit, τῷ κρότῳ τῶν λεξειδίων ἐνσατυρίζων τοῖς ῥήμασιν, *inſultat dictiuncularum plauſu & ſono laſciviens*. Photius in *Biblioth.* ait eundem Eunomium κόμπον τινὰ τερατώδη καὶ δύσηχον ἦχον ſectari conſueviſſe. Eo fine novata etiam verba ſæpe excogitabant: De Sophiſta Malcho Photius; Neque novatas voces prætermiſit, ὅσαι τὸ ἐμφαντικὸν καὶ εὔηχον καὶ μεγαλεῖον ἔχουσι, *quando illæ vehemens quid & ſonorum, aut granditatem aliquam habent*. Itaque in ea re mutuo concertabant Rhetores; Eunapius enim in *Jul.* diſerte ait Sophiſtas in theatris auditoriiſque ſuis περὶ κρότου καὶ φωνῆς ἀγωνίζεσθαι ubi φωνὴ idem eſt quod ἦχος. Hinc Dionyſius Longinus περὶ ὕψους ait Hyberidem eſſe Demoſthene πολυφωνότερον. doctus Interpres vertit, *verboſiorem*: putem ego ſpectari ſuaviſſimi oratoris ſtylum canorum, numeroſum & ſonantem, qualem eodem loco explicat magnus Criticus, qui eidem Hyperidi ut Pentathlo ſumma omnia tribuit, & maxime ἀμίμητον ἐπαφρόδιτον, *elegantiam & venuſtatem*, qualem vix ullus imitari queat.

Cæterum qui intemperantius κρότῳ & ἤχῳ abuterentur, dicebantur τυμπανίζειν. Sic memini Quintilianum *lib.* V. inflato nimis oratori *tympana orationis* tribuere: & Dionyſ. Longinum Sophiſtis κώδωνας, *ſonoria tintinnabula, aut crotala*, quæ paſſim adhibere velle in dicendo, ait eſſe λίαν σοφιστικόν. Et quidem Scopelianum Sophiſtam ajebant æmuli in declamationibus de Marathone τυμπανίζειν, apud Philoſtr. *de Vita Soph.* Reprehenſus quoque Philager in Sophiſtico grege non ultimus, quod διάλεξιν νεαροηχῆ, *juvenilem ſonoritatem* in dicendo affectaret, ut meminit Philoſtratus. Qui judicio utebantur Sophiſtæ, κρότον quidem adhibebant in oratione, ſed moderatum, qualis fuit id Herode Attico, de quo ſic in *ejus Vita*; κρότος δὲ σὺν ἀσφαλείᾳ καὶ Κριτιάζουσα ἠχώ, *plauſus cum ſecuritate*, hoc eſt, a ſummo refugiens & decorus, *& ſimilis Critiæ ſonoritas*; quem Critiam habuiſſe quidem σεμνολογίαν accepimus, ſed non bombis tympanorum reſonantem.

Unum addo ad rem Sophiſticam intelligendam non inutile, κρότον, ἦχον ſive ἠχώ, tametſi vulgo rem eandem ſignificent, cum ad Rhetorum dictionem referuntur: ſic tamen poni aliquando apud Philoſtratum, ut differre videantur: quæ remora eſſe poſſet legenti. Sic vero habet in *Adriano Sophiſta*: τὴν δὲ παρασκευὴν τῆς λέξεως ἀπὸ τῶν ἀρχαίων σοφιστῶν περιεβάλλετο, ἤχῳ προσάγων μᾶλλον ἢ κρότῳ. In his ſimilibuſq; locis ubi aliqua poni videtur inter utrumque diſtinctio, alterum ad μεγαλοφωνίαν refertur & modulatam veluti linguæ pronunciationem: alterum ad genus compoſitionis altæ, magnificæ & ſonoræ, ſive ἁρμονίαν τῶν ἤχων. Vocis & linguæ plauſum plurimum ad eam venuſtatem & eloquentiæ gloriam potuiſſe, clarum eſt. Rhetores vocant κτύπον γλώττης, aut etiam κρότον, ῥυθμόν, vel ἠχὼ τῆς γλώττης. De Phavor. ſic in *ejus Vita*: ἐκείνους ἔθελγε τῇ τε ἠχοῖ τοῦ φθέγματος, καὶ τῷ ῥυθμῷ τῆς γλώττης, *eorum animos optima vocalitate ac linguæ modulatione delectabat*. De Polemone idem: φθέγμα δὲ αὐτῷ λεπτὸν καὶ ἐπίπονον, κρότος θαυμάσιος οἷος ἀπεκτύπει τῆς γλώττης. *Vox erat ei tenuis & laborioſa, divina quædam mirabiliſq; ſonoritas linguæ pulſu moderata*. Hunc vocis & linguæ ῥόθον haud omnes habuere; præcipua omnium diligentia fuit in parando magnifico illo ſonitu orationis & canoro, propter quod λαμπρὸς ἠχεῖν dicebantur. Sic Philoſtratus ait Ptolemæum λαμπρὸν ἐν σοφισταῖς ἠχῆσαι. Vertunt, *illuſtrem inter Sophiſtas ſono vocis extitiſſe*; mallem *ſonum orationis* dicere: nam idem autor de Antipatro, qui fuit ab epiſtolis Severi Imper. λαμπρόν τι ἐν αὐταῖς (ἐπιστολαῖς) ἤχησεν, *clarum quiddam atque reſonans in epiſtolis exhibuit*; quod de ſtylo intelligi eſt neceſſe. Quo alludens S. Gregor. Nazianz. *Or.* XX. ait ῥητορικὴν ὑψηλόν τι καὶ διαπρύσιον ἠχῆσαι, *Rhetoricam alte, magnifice clareque reſonare*.

Reſtat ut hic quædam loca indicem male ab Interpretibus expoſita; quod mirum non eſt, cum in iis quæ propria ſunt artium, doctiſſimorum etiam animus non ſatis attentus labi queat. Philoſtratus *de Vita Soph.* in *Ariſtocle* p. 566. ubi de ſtylo ipſius & genere orationis loquitur, quam ἰδέαν τοῦ λόγου ἀττικίζουσαν vocaverat, ſtatim ſubjungit, αὕτη δὲ ἡ ἀττίκισις εἰ παρὰ τὴν Ἡρώδου γλῶτταν βασανίζοιτο, λεπτολογεῖσθαι μᾶλλον δόξει, ἢ κρότου δὲ καὶ ἠχοῦς συγκεῖσθαι. Vertunt, *Atque Atticiſmus ipſe, ſi cum Herodis lingua expendatur, exiliter de tenui re diſſerere potius videbitur, quam plauſum & acclamationem mereri*. Si quid mei judicii eſt, bis hic peccatum. Nam primum τὸ λεπτολογεῖσθαι hoc loco, non eſt de tenui re diſſerere, cum non ad materiam, ſed πρὸς ἰδέαν referatur: neque κρότος & ἠχώ, acclamationem plauſumque auditorum ſignificant, cum πρὸς τὴν ἀττίκισιν, de qua ſermo erat, pertineant. Locum igitur ſic reddendum puto; *Exilis potius jejunaque ejus eſſe*

A *videbitur oratio, quam grandis, magnifica, & sonora*. Idem Philostratus in *Scopeliano*; *E Sophistis*, inquit, *maxime cum Gorgia Leontino versatus est*, ῥητόρων δὲ τοῖς λαμπρὸν ἠχοῦσι. vertunt, *& cum his quoque Rhetoribus qui splendorem haberent*. Videtur Interpres legisse ἔχουσι, non ἠχοῦσι: quid sit autem λαμπρὸν ἠχεῖν, jam explicuimus. Eunapius in *Juliano* pag. 126. ita habet de Proæresio publice orante; *Proconsul obstupuit*, καὶ τὸ βάθος τῆς λέξεως, καὶ τὴν εὐκολίαν, καὶ τὸν κρότον. Interpres quem politissimum ego judico, hic properans ita reddit; *pondus atque acumen obstupuit, præterea morum comitatem & aptam manuum plausionem*. Geminus error: B nam εὐκολίαν retulit ad mores, κρότον ad manuum plausionem, cum utrumque, quemadmodum & id quod proxime antecedit βάθος, πρὸς τὴν λέξιν pertineat. Est vero hic κρότος, *dictionis sonoritas*: εὐκολία autem *in dicendo facilitas*, quam Philostratus τὴν εὐγλωττίαν, vel εὔροιαν appellare solet. Ita cum loquitur de Hermocrate *pa.607*. ἰδίδου τι καὶ ἡ εὔροια, καὶ ὁ τῆς γλώττης κρότος: ubi idem plane dicit quod Eunapius. Idem Eunapius *p.* 166. de Himerio Sophista, κρότον δὲ ἔχει καὶ ἦχον ἡ συνθήκη πολιτικόν. vertunt, *compositio ab urbano strepitu plausuque non dissonat*. Hoc plane dictum obscurius: quid enim est non dissonare ab urbano strepitu? Res erit di- C lucida, si intelligamus esse duplex orationis genus in historia Sophistica: alterum πολιτικὴν λέξιν, alterum σοφιστικὴν nominant. Utrumque genus proprium quendam habuit κρότον sive ἦχον: nam in illo quidem πολιτικῷ, sonus est moderatus & amans ἀληθινοῦ, neque reperiuntur istæ pompæ tubæque Sophistarum, quæ tono veluti heroico sonantes admirabilitatem efficiunt: est igitur apud Eunapium κρότος sive ἦχος πολιτικὸς, civilium orationum sonus, vel oratorius plausus in eo genere dictionis.

CAP. XXVIII.

Quid magni viri de stylo Sophistarum senserint. Laudatur a quibusdam, ab aliis carpitur. Sancti Patres duas ob causas illum repudiant. Ea D *de re quædam illorum effata atque sententiæ. Hæretici κόμπῳ Sophistico utuntur. Emendatus Gregorius Nazianz.*

GRAVES quidem & præstanti judicio viri Sophisticum stylum & amarunt & laudibus in cœlum extulerunt, qualem miratur & depingit Eunapius Sardianus in Eustathio his verbis in *Ædesio*. τὸ ἐπὶ τῇ γλώσσῃ καὶ τοῖς χείλεσιν αἱμύλιον οὐκ ἔξω γοητείας ἐδόκει, &c. *Linguæ facundia labiisque insidens lepor, simile quiddam præstigiis magicis obtinebant, sermo efflorescebat suavis & placidus, & tanta cum gratia effundebatur, ut qui* E *vocem hominis audirent, obliti sui, tanquam qui Lotum degustassent, a verbis illius penderent: adeo non multum aberat a Sirenibus musica suavitate loquentibus*. Philippus Macedo ad eos Sirenarum scopulos hæsit, qui cum esset in adolescentia cum doctissimis Græciæ viris & dicendi laude clarissimis versatus, sic illam dicendi rationem hausit, ut ea magnifice gloriaretur. Φίλιππος, ait Plutarchus in *Alexand*. λόγου δεινότητι σοφιστικῶς καλλωπιζόμενος, *Sophistarum more facundiam suam ostentabat*. Doctior illo Alexander filius, mirabatur σοφιστῶν λόγους ὡς ὑψηλοὺς καὶ μεγαλοπρεπεῖς, ait Dio Chry- F sostomus *Or.*IV.*de reg*. Hippocrates tametsi non caperetur Sophistica levitate, inter Sophos tamen, eos ait ut plurimum superiores, ὧν ἂν τύχῃ μάλιστα ἡ γλῶσσα ῥυεῖσα πρὸς τὸν ὄχλον, *quibus potissimum volubilis lingua & ad popularem auram accommodata contigerit*. Xenophon tanquam Herculem Ogmium catenulis aureis omnes devincientem, sic Prodicum vidit Sophistam, qui cum esset carcere detentus in Bœotia, corporis vade constituto, ad Prodicum audiendum incredibili suavitate & orationis copia differentem accedebat, tantus erat tamque mirificus eloquentiæ splendor, tantum lenocinium, tam divina Suadela. Hinc Sophistæ nominati δαιμόνιοι, θαυμάσιοι, *divini, admirandi*, & aliis nominibus affecti ad præstantem gloriam significandam: hinc etiam cum Orpheo & Thamyride compositi, qui feruntur non homines modo atque belluas, verum etiam inamabiles inferorum umbras museo quodam lepore domuisse.

Sed hæc forte in eos conveniant, qui primi ejus artis fundamenta jecerunt, & in alios præterea quosdam, qui excellenti ingenio præditi propter novum & inusitatum genus dicendi omnibus luminibus ornatum, commendationem habuerunt. Nam doctos & sapientes fere omnes video Sophisticum stylum repudiantes: nec erit ab instituto alienum, quorundam hic audire sententias, ut in Curia augustoque Senatu. Plutarchus *l. de audit.* vocat ἀνωφελεῖς καὶ ἀνοήτους, ἡδείας δὲ φωνὰς καταδόντων σοφιστῶν, *dulces quidem & delicatas voculas delinientium Sophistarum, sed expertes omnis utilitatis*. Sic Phocion Leosthenis orationem similem esse ajebat cupressorum, quæ cum sint pulchræ & proceræ, fructum tamen nullum ferunt, idem in *Apophth*. Socrates πλάττειν λόγους, hoc est, more Sophistarum in comenda oratione sudare, dixit esse μειρακιώδες, *pueriles delicias*: quod ejus effatum Epictetus suo calculo & opinione comprobat, apud Arrian. *lib.* III. *cap.* XXIII. D. Hieronymus *ep.*II. *pueriles declamationes*. Cicero *fucum puerilem*. Ea causa Maximus Tyrius *Dissert.* XV. vocat Sophistas ῥήτορας ἐκλελυμένους καὶ ἐπιχρίστους κατὰ τὴν τέχνην, *dissolutos & artificio suo fucatos*. Lascivientis veluti meretriculæ fucum eis attribuit doctissimus Hieronymus *Præfat. in l.* III. *com. ad Galat.* sic enim eleganter: *Quasi ad Athenæum & ad auditoria convenitur, ut plausus circumstantium suscitentur, ut oratio rhetoricæ artis fucata mendacio, quasi quædam meretricula procedat in publicum, non tam eruditura populos, quam favorem populi quæsitura, & in modum psalterii & tibiæ dulce canentis, sensus demulceat audientium.* Pingit quoque ut meretriculam Fabius *lib.* V. *cap.*XIII. his verbis; *Quapropter eloquentiam, licet hanc (ut sentio enim dicam) libidinosam resupina voluptate auditoria probent, nullam esse existimabo, quæ ne minimum quidem in se indicium masculini & incorrupti, ne dicam gravis & sancti viri, ostendet*. Et in *Proœm.lib.*VIII. *Illa translucida & versicolor quorundam elocutio, res ipsa effœminat, quæ illo verborum habitu vestiuntur*. Itaque Sophistas componit cum mancipiorum negotiatoribus, *qui formæ puerorum virilitate excisa lenocinantur*. Quod idem est apud Maximum Tyrium *Dissert.* XII. qui similes eos ait ἀνδραπόδων καπήλοις, *mancipiorum mangonibus*. Et *Diss.*XV. ad eos illudendos facetissimi poetæ dictum adhibet: *Vulgus*, inquit, *in oratione nihil amplius quam linguam promptam, dictionem volubilem, voces Atticas, periodos rotundas, molem compositionem laudare solet. Quæ omnia nihil aliud sunt secundum Comicum quam* ἐπιφυλλίδες καὶ στωμύλματα, χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης, *inutiles racemuli & loquacitas, hirundinum musea, dedecus styli*. Dicuntur etiam a Libanio *declam.*XXIX. ῥημάτων συλλογὴν παρέχεσθαι κενὴν, *verborum inutilem contextum & delectum exhibere*, qui eorum quoque disciplinam opponit παιδείᾳ ἀληθινῇ. Antoninus Imperator illis quoque per contemptionem dat μικρὰ καὶ δύστηνα λογάρια, *minuta & infelicia verbula*: & Apollonius Tyaneus βωμολόχους ἰδέας, *quasi mimicum & scurrile dicendi genus*, Phil. *de Vit. Sophist.* & *Vit. Apoll.* l.VIII. c.II.

Sed mirum est quanta consensione Patres omnes

Chriſtianæ Eccleſiæ lumina ſtylum eundem Sophiſticum abjecerint & damnarint. S. Baſilius *ſerm. de Humil.* μή μοι κόμπȣς ἐν λόγῳ σοφιστικȣ̃ς, &c. *Ne mihi ampullas in oratione Sophiſticas arrogantemque tumorem uſurpes.* Eadem mente S. Chryſoſtomus *hom.xv.in* 1. *ad Timoth.* de Chriſtiano loquens oratore, quem D. Paulus laborare monet in verbo & doctrina, *Quem*, inquit, *ſermonem dicit?* ȣ̓ τ̀ κομπώδη, ȣ̓δὲ τ̀ τὴν κομψείαν ἔχοντα τὴν ἔξωθεν, &c. *Non qui faſtu Sophiſtico tumidus, externæ peritiæ venuſtatem lenociniumque ſequitur*, &c. S. Greg. Naz. graviter *Orat.* xv. *Prima ſapientia eſt, ſapientiam aſpernari ſitam* ἐν λόγῳ, ϗ στροφαῖς λέξεων, ϗ ταῖς κιβδήλοις ϗ περιτταῖς ἀντιθέσεσιν, *in ſermone ac dictionum ſtrophis, atque fucata & ſupervacua Rhetorum concinnitate.* Hic ἀντιθέσεις doctiſſimus Billius vertit *diſputationes*: ſed clarum eſt intelligi Sophiſtarum ἀντίθετα, de quibus actum ſuperius. Zacharias Scholaſticus adverſus Ammonium diſputans, Non enim noſtri Theologi, κεκαλλιεπημένοις λόγοις, ϗ ῥημάτων κομψείαις, &c. *muſeo lepore verborum, non Atticarum dictionum modulata compoſitione, non picto genere elocutionis veluti præſtigiis auditores illiciunt.* S. Hieronymus, *epiſt.* XXVI. *Non cothurnatam affectas eloquentiam, nec more puerorum argutas ſententias in clauſulis ſtruis. Cito turgens ſpuma dilabitur. Spumam* eleganter vocat Sophiſtarum κόμπον. Sic elegantiſſimus Petrus Chryſologus *ſerm.* cx. *Philoſophus ab opinionibus ſuis ſpumoſis & inanibus detumeſcat.* Et S. Auguſtinus *lib. de Anima*: *Habemus jam quoſdam ſpumeos in ſermone.* Sic Fulgentius, *ſpumare orationem* dixit. Quidam appellant *veſicam*. D. Auguſtin. lib II. *contr. lit. Petil.* cap. CI. *Videſne tandem quemadmodum iſta tua, non ſententia ſed veſica, non ſolum inani ſono, ſed etiam in capite veſtro crepuerit?* Idem *ibidem* cap. VIII. vocat *fumum*: *Omnis*, inquit, *iſte verborum ingentium fumus repente dilabitur.* Hinc apud ſuaviſſimum Bernardum *præfat. in Vit. Malach. qui verbis dediti elatione fumant.* Nonnulli vocant inanem *pompam* & illudunt D. Hieron. *ep.* XXII. *Nulla erit rhetorici pompa ſermonis*: & *procem. in Ep. ad Epheſ. In communibus locis pompaticum jactare ſermonem*: Alii nominant *phaleras*. S. Proſper *de Vit. contempl. lib.* III. *cap. ult. Prudentibus viris non placent phalerata, ſed fortia.* Et apud Fulgentium, *non phaleratis ſermonum ſtudentes ſomniis.* Symmachus ſummus Pontifex in *ep. ad Laurent.* Epiſc. Mediolan. *Sine phaleris eſt omne quod dictat affectio: ad unguem fabricantur illa, quæ volumus non tam ſpeciem recti habere, quam ſimilitudinem.* Ibid. etiam vocat *picta eloquia*. Ennodius Diacon. in *Apologet.* pro defenſ. Symmach. *picta verba, & peniculo artis colorata.* S. Hieronymus dixit *vanæ foliorum umbracula*: ſic enim *in cap.* x. *Eccleſiaſt.* In templo Dei prohibetur plantari nemus, & vana foliorum, id eſt, verborum tantum ſonantium ſpernuntur umbracula.

Cur autem ſanctiſſimi & doctiſſimi Eccleſiæ Patres hanc κομψείαν & κόμπον Sophiſtarum abjiciendum eſſe putarint, cauſæ duæ ſunt. 1. Quod tumidæ illæ ſpumæ Rhetorum & veſicarum ſonantium pompa, plena eſſet inanitatis, & haberet juvenilem elegantium vocularum copiam, ſine fructu animos audientium titillantem. Et ut cum magno dicam Origene *Philocal.* p. 127. ȣ̓δὲν πρὸς εἰλικρινῆ εὐσέβειαν ὤνησε τȣ̀ς ἐντυγχανόντας, *nihil conferret audientibus ad puram ſinceramque pietatem.* Nam, ut ait Iſidorus Peluſiota *lib.* 1. *ep.* LXII. *oratio quæ ſola voluptate audientium & plauſu definitur*, ἦχός ἐστι χαλκȣ̃ τοῖς μεγάλοις ψόφοις τὴν ἀκοὴν ἐνηχῶν, *æris ſonus eſt magno ſtrepitu aurem perſonans.* Itaque hujuſmodi oratorem vocat κύμβαλον τῇ σκηνῇ τῶν θεάτρων ἁρμόδιον. & *epiſt.* CVIII. κύμβαλον ἀλαλάζον, *cymbalum theatricum & de mimo.* Scite & venuſte Proſper Aquitanicus *de Vit. cont. lib.* v. *cap.* XXIV. *Alia eſt ratio declamatorum, & alia debet eſſe doctorum. Illi elucubratæ declamationis pompam totis facundiæ ſuæ viribus concupiſcunt*, &c. Et paulo poſt, *Illi plauſibiliter dicunt, & nihil auditoribus ſuis declamando proficiunt* &c. Idem habet D. Cyrillus lib. VII. *contra Julianum.*

Altera cauſa eſt, quod Hæretici qui adverſus Eccleſiæ Catholicæ dignitatem ſtylum exacuerant, ex hortulis Sophiſtarum ſumma contentione floſculos carperent, fucum ex arculis & meretriciæ formæ lenocinia promerent, ad impietatem colorandam, ut illo bracteatæ eloquentiæ cultu veſtitum mendacium ad indoctæ multitudinis aures jucundius afflueret. Juſtinus Martyr præſtabili vir judicio & doctrina id animadvertit in *Paræn. ad Græc.* aitque illos qui nefariis mundum erroribus imbuerunt, facundiam ὥσπερ τι δέλεαρ, *ut illecebroſam quandam eſcam* adhibuiſſe. Itaque monet ut ad illorum εὐγλωττίαν, ex antiqua fabula obſtruamus aures cera, ne ulla peſtis contagione afflemur. D. item Gregorius Nazianzenus *Orat.* 1. vocat ἀκοῆς τι δέλεαρ μέχρι τ̀ ἡδονῆς ἱστάμενον, *quamdam aurium illecebram ultra voluptatem haud ſe porrigentem.* Origenes de aureo calice Babylonis diſputans *in cap.* II. *Hierem.* Sæpe, inquit, vidi aureum calicem in pulchro ſermonis ornatu, & dogmatum venena conſiderans deprehendi calicem Babylonis. Itaque Cyrillus Alexandrinus *contr. Julian.* lib. VII. comparat hujuſmodi homines cum illo, qui aureo cochleari dat helleborum peſtilentem. Et Theophilus Antiochenus Patriarcha lib. II. *adverſ. Autol.* impiorum illam elegantiam componit cum pharmaco mortifero, melle, vino, aut alio quodam liquore amabili temperato. Sic quem ſupra nominavi Zacharias vocat δηλητηρίȣ τὴν κύλικα μέλιτι παραρτυθεῖσαν ϗ περιχριθεῖσαν, *mortiferum poculum melle temperatum & circumlitum.* Hoc bombo Sophiſtico Eunomius clareſcere voluit, quem refert Gregorius Nyſſ. *Orat.* XII. *contr. Eunom.* collegiſſe τὰς εὐηχοτέρας φωνὰς ἐκ συγγραμμάτων τινῶν, *reſonantes maxime voces e Commentariis alienis*, ut palmarium illud opus, & ut ipſe opinabatur, omnium gemmarum atque unionum nitore collucens efficeret, in quo multa in divinitatem evomuit. Simili fuco geſtiens Fauſtus Manichæus ad imperitæ multitudinis commendationem profluxit, quem diſertum, omnibus in dicendo veneribus affluentem, & Sophiſtarum ἀντιθέτοις glorioſum fuiſſe accepimus. Cujus pictis venuſtiſque mendaciis magnus Auguſtinus reſpondens l. XVI. *contr. Fauſt.* cap. XV. ita loquitur: *Nec me tua lauta & lepida antitheta, quibus luteum ſermonem quaſi colorare ac pingere voluiſti, ullo modo ab hac fidei veritate deterrent.*

Neque tamen ſummi illi noſtræ religionis heroes omnem eloquentiam ornatumque dictionis ſepeliendum aut exterminandum eſſe voluerunt: abſit enim ut de illis hoc cogitemus, qui magnam adoleſcentiæ ſuæ partem in ſtudiis humanitatis, & paranda elegantia poſuerunt, quique divino beneficio datum eſſe hominibus fatentur, ut animi ſui notiones eloquenter explicare poſſint. Quorum mentem inſtar omnium unus explicabit Joannes Chryſoſt. lib v. *de ſacerdot.* cap. ult. ȣ̓κ οἶδας, ὅσος ταῖς τῶν Χριστιανῶν ψυχαῖς λόγων ἔρως εἰσεκώμασε νυ̃ν; &c. *Ignoras quantus jam ornate cupioſeque dicendi amor, quantum ſtudium in Chriſtianorum animos invadat ac tanquam debacchetur? quantoque jam in pretio habeantur, qui ſtudium id excoluerunt, non apud externos tantum, ſed etiam*

iam apud eos qui Christianæ pietatis partes sequuntur? Sed nimirum eos cincinnos orationis fluentes & *μυροβρεχεῖς*, quales Augustus in molli & effœminato Mæcenate ridebat, apud Sueton. in *Octavio*, amputare, cum fumum per inane volantis eloquentiæ difflare, lasciviam coercere, moderari judicio phaleras, amovere tympana, myrothecia dispensare, temperare flosculos atque lumina, delitiis modum ponere, denique meretriculam muliebri mundo luxuriantem, cyclade versicolore tectam, Phrygionum arte pictam, gemmis & corollis radiantem, compellere in gyrum modestiæ cupiebant.

LUDOVICI CRESOLLII,

ARMORICI E SOCIETATE JESU,

THEATRUM VETERUM RHETORUM, ORATORUM, DECLAMATORUM, QUOS IN GRÆCIA NOMINABANT ΣΟΦΙΣΤΑΣ, EXPOSITUM LIBRIS V.

IN QUIBUS OMNIS EORUM DISCIPLINA, ET DICENDI AC DOCENDI RATIO, MORESQUE PRODUNTUR, VITIA DAMNANTUR, ET MAGNI UTRIUSQUE LINGUÆ ILLUSTRANTUR ET EMACULANTUR SCRIPTORES.

LIBER QUARTUS.

CAP. I.

Sophistæ professores quonam modo lecti fuerint. Thronus Sophisticus Athenis Imperatorum beneficio stabilitus. Quando id primum factum, quisve primus illi eloquentiæ ludo præfectus. Προεστῶτες θρόνου *lecti aut Imperat. judicio, aut principum suffragiis. Nominum professio. Inauguratio.* Ἀναγορεύεσθαι σοφιστὰς, ἱδρύεσθαι, *&c.* Ἀκροαμίται. Προεστάναι διδασκαλείου, *&c.*



HACTENUS Declamantes exhibuimus Sophistas, & oratione gestientes: nunc docentes intueamur est necesse, & Scholarum disciplinam communesque exercitationes explicemus. Atque imprimis qua ratione lecti fuerint ad docendum, & Sophistico throno præsederint, operæ pretium est anquirere. Sophocles Amphiclidæ filius legem olim Athenis tulerat, *μηδένα τῶν φιλοσόφων σχολῆς ἀφηγεῖσθαι, ἂν μὴ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ δόξῃ, ne quis philosophorum præesset scholæ, nisi id Senatus populusque decrevisset; qui secus faceret, capitale fore.* Non diu post antiquata lex illa fuit, nec sapientes utile fore putarunt, studiisque accommodatum, florentium artium cursum in angustum redigi & coerceri. Sophistæ inprimis, liberum in ea re campum, & longe patentem habuerunt. Nam in quamcumque delati urbem fuissent, poterant orationem habere, juventutem illicere, docere, declamare: *ἐφεῖται*, inquit Themistius *Orat.* I. *τῷ βουλομένῳ προσιέναι ἀθρόοις ὑμῖν καὶ διαλέγεσθαι μετ' πολλῆς ἐξουσίας, cuilibet enim prodire licet coram vobis in unum collectis, atque omni cum libertate differere, ut in ampla & libera civitate.* Hinc factum est, ut quidam pluribus in locis docuerint, vel propria animi inductione impulsi, vel a civibus evocati: in eoque maxime spectabant frequentiam urbis, adolescentium multitudinem, spem lucri & commodorum, & præsertim gloriæ velificabantur suæ, in qua excellere pulchrum & beatum putabant. Sic videmus professorem eloquentiæ Victorem Minervium Constantinopoli docuisse, deinde Romæ, tandem in Gallia, Auson. in *Profess.*

Illustres quondam quo præceptore fuerunt,
Constantinopolis, Roma, dehinc patria.

Sed quod in patria natalique solo docere voluerit, id a plerisque repudiatum, qui ab exteris nationibus opinabantur, plus se laudis & gloriæ

collecturos. Itaque Sophistam Scopelianum cum rogarent Clazomenii, ut declamationes domi suæ faceret, urbemque suam exornaret, venuste recusavit, dicens τὴ ἀηδόνα ἐν οἰκίσκῳ μὴ ᾄδειν, *in cavea minime canere Philomelam*, Philostr. *libro* I.

Tandem Imperatores Romani, cum bonarum artium propagationem ad suam curam pertinere cogitarent, σοφιστικοὺς θρόνους in Græcia esse voluerunt, & præsertim Athenis, suggesta videlicet oratoria & officinas eloquentiæ, quibus qui præessent publicis donis salariisque ornarentur. Id primum effloruisse videtur sub Antoninis Imperatoribus, quorum ævo plurimi fuere Sophistæ magna gloria celebrati. Certe Xiphilinus ex Dione a M. Aurelio Antonino Imperatore constitutam fuisse Athenis refert, μισθὸν ἐτήσιον τοῖς διδασκάλοις ἐπὶ πάσῃ λόγων παιδείᾳ, *annuam mercedem doctoribus liberalium artium*. Quo modo intelligendus est Philostratus, qui Lollianum ait Sophistam Ephesium primum Athenis Sophistico throno præsedisse, in *ejus Vita*: Λολλιανὸς ὁ Ἐφέσιος προέστη μὲν Ἀθήνησι θρόνου πρῶτος. Ante illum plurimi quidem Athenis eloquentiam docuerant, sed ille primus Imperatorum beneficio usus suggestum obtinuit, primus e fisco præmia est consecutus.

Hujus forte imitatione, constitutus Romæ quoque est σοφιστικὸς θρόνος, cum præmiis amplissimis ab iisdem Imperatoribus decretis, quæ in genere φωνῆς ἆθλα nominavit Philostratus: non quod tum primum eloquentia Romæ tradi cœpta est, aut quod antea nulla fuerint e fisco salaria depensa Rhetoribus: nam quid memoret de Vespasiano Suetonius meminimus (de quo postea cum de salario disputabimus) sed quod longe fuerit illustrior Antoninorum benignitas, & in donando magnificentia, quam qui ante imperii habenas tenuissent. Itaque nova prope res visa: nova quoque extitit contentio doctorum hominum & eloquentium, qui perfrui ea liberalitate & honore contenderent. De Romano igitur throno, sic meminit Philostratus in *Erodiano*: τὰ δὲ τῆς φωνῆς ἆθλα ἐς τὴν Ῥώμην καὶ τὸν ἐκεῖθεν θρόνον, *præmia porro vocis Romam adduxerunt, & ibidem Sophistico in throno constituerunt*. Idem in *Philagro Sophista*, qui sub Marco Imperatore, cum Herode Attico de bene dicendi gloria certavit, cum aliquandiu suggestum Athenis tenuisset, ὕστερον ἐπιβατεῦσαι τοῦ κατὰ τὴν Ῥώμην θρόνου. Hoc autem amplissimæ urbis suggestum Sophistici muneris insigne, vocabant τὸν ἄνω θρόνον, *supremum thronum*.

Erant & similes in aliis civitatibus eloquentiæ throni. S. Gregorius Nazianz. *Or*. XX. Cæsareæ σοφιστικοὺς θρόνους memorat, & Byzantium ait δεδοκιμάσθαι σοφιστῶν τε καὶ φιλοσόφων τελεωτάτοις. Ab Æschinis quoque temporibus Rhodi fuit σοφιστῶν φροντιστήριον, ut historiæ annales ferunt. Σοφιστὰς item Massiliæ fuisse in Gallia, mercedibus evocatos, cum publice tum privatim, ait Strabo *lib*. III. cum passim qui inter cives erant omnium elegantissimi, appellerent animum πρὸς τὸ λέγειν καὶ φιλοσοφεῖν, ut eximii scriptoris verbis utar.

Sed ut pertexam quod institueram quærere, atque doceam, quonam modo Sophistæ pulpito atque scholæ præficerentur, quod ad thronum quidem Atheniensium attinet (παιδευτικὸν θρόνον vocat Eunapius) Romani Imperatores, post illam publicam beneficentiam, ejus præfecturam donabant, & quem vellent moderatorem scholæ præficiebant. Id constat ex eorum commentariis qui Vitas Sophistarum nobis relinquerunt: M. Antoninum ait Philostratus δοῦναι τὸν Ἀθήνησι θρόνον Philisco. Idem alio in loco: *Athenienses Senatusconsulto decreverant legatum pro Chresto mittendum*, τὸν Ἀθήνησι θρόνον ἐκ βασιλέως αἰτοῦντες, *per quem Athenis oratorium thronum ab Imperatore peterent*. Et in *Sophista Polluce*: *Dicitur quoque melliflua voce pronunciasse, qua cum Imperatorem Commodum allexisset*, τὸν Ἀθήνησι θρόνον παρ᾽ αὐτοῦ ἐδέξατο, *scholæ eloquentiæ principatum ejus beneficio est consecutus*.

Sed non diu hæc ratio tenuit, idque munus deligendi, ab Imperatoribus derivatum est in optimates, & viros principes civitatis, qui communi suffragio probatos renunciabant. Id quo modo fuerit peractum, obiter significabo. Publice dies præscribebatur, quo die omnes qui eloquentiæ ludo præesse cupiebant, sistere se oportuit, ut cognita uniuscujusque dignitate, legitima fieret electio. Nomen igitur qui voluissent profitebantur; tum fiebat in eum numerum inquisitio, suffragia colligebantur; tum ii quorum interfuit, a cœtu gravissimo lectos pronunciabant. Morem hunc attigit Lucianus in *Eunuch*. *Cæterum*, inquit, *demortuo ex his doctoribus quopiam, aliquis alius in ejus locum subrogandus est*, δοκιμασθεὶς ψήφῳ τῶν ἀρίστων, *qui sit calculis Optimatium probatus*. Sed plenius de eadem re Eunapius in *Proæres*. in hunc modum: *Mortuo Juliano, cum civitas Atheniensis incensa foret studio deligendi successorem, qui in docendo prærogativam referret, plurimi docendæ Sophistices munus ambientes, nomen suum professi sunt*: χειροτονοῦνται δὲ δοκιμασθέντες ἁπάσαις κρίσεσι Προαιρέσιός τε καὶ Ἡφαιστίων καὶ Ἐπιφάνειος, &c. *Omnium calculis comprobati per suffragia deliguntur Proæresius, Hephæstion*, &c. Hoc autem fuit λόγων κράτος διδόναι ἐκ ψήφου, *suggestum, & docendæ eloquentiæ principatum suffragio dare*, ut loquitur eloquentissimus Gregor. Nazianz. *carm. de Vit*. Ipsi autem lecti principes dicuntur a bonis auctoribus ἱδρύεσθαι, ἀναγορεύεσθαι σοφιστάς, εἰς σοφιστικὸν θρόνον ἀνάγεσθαι, ἐπιτάττεσθαι τοῖς νέοις. Olympiodorus in *Histor*. hujusmodi scholarum præsides ait fuisse nominatos Ἀκρωμίτας. Hesychius interpretatur μείζονας: vulgo autem dicebantur προεστῶτες τοῦ θρόνου, vel διδασκαλείου, vel etiam τῆς νεότητος. Photius de Himerio Sophista, τοῦ ἐν Ἀθήνησι κατὰ ῥητορείαν προέστη διδασκαλείου, *Athenis eloquentiæ ludo doctor præfuit*. Rem ipsam *inaugurationem* vocat Tertullianus *l. adv. Valent*. his verbis: *Et ab ejus officii societate, duæ scholæ protinus, duæ cathedræ, inauguratio quædam*, &c. Romani quoque non absimilem habuere legendi consuetudinem aliquando, & Sophistæ privilegiis frui non potuerunt, qui non essent amplissimi ordinis judicio probati, de qua re leges imperatoriæ sunt in Cod. Theodos. l. 6. *de profess*. & eod. Cod. *de medic. & profess*. sic edicit: *Jubeo, quisque docere vult, non repente nec temere prosiliat ad hoc munus, sed judicio ordinis probatus decretum curialium mereatur*, &c. Eorundem etiam judicio amoveri a docendo potuerunt, si minus satisfecissent, ut est in Cod. Justin. *de profess. & medic. l*. 2.

CAP. II.

Docentium Sophistarum discrimen quoddam atque varietas. Quidam nominati ἐντελέστεροι, alii δυνατώτεροι, eminentissimi. Hi regnare dicti. Φιλοτιμία, & contentio ἀντισοφιστῶν. Ab ipsa juventute quidam in Sophisticum Thronum evecti.

ILLIS suffragiis, de quibus superiore capite monui, plures simul Athenis legebantur Sophistæ: oportebat enim ex instituto Romanorum Athenis vicissim alios dicere, alios auditores esse, ut ait Eunapius; qui de Proæresio loquens, sex omnino una lectine doctores fuisse renuncia-

tos prodit. Sed illi tamen non perinde omnes dignitate præſtantes duo in genera dividebantur. Quidam erant ἀτελέστεροι (ita nominabantur Athenis) quaſi Minorum gentium dicas & Simpliciores, quorum jus & autoritas ſubſelliis & throno definiebatur: alii δυνατώτεροι, præſtantiores quidam & Majorum gentium Sophiſtæ, qui orbem univerſum quaſi Triumviri quidam, & λόγων τύραννοι, ſic inter ſe dividebant, ut quædam provinciæ huic, aliæ illi diſcipulos ſubmitterent. Conſimilem habet differentiam Julius Pollux *lib.* IV. *cap.* VI. & quoſdam inſigniores Sophiſtas ait fuiſſe, quos vocat μείζους, μεγαλομίσθους, δημοτελεῖς, alios ἐλάττους ἀτελεῖς. Et Fabius Quintilianus *lib.* II. *cap.* III. eandem haud obſcure diviſionem innuit, cum in docentium Rhetorum numero, quoſdam eſſe ait longe in dicendo & præcipiendo clariſſimos, quos appellat *Eminentiſſimos*, alios autem *Minores*. Illi autem coryphæi primariique Athenis Sophiſtæ dicebantur τυραννεῖν, regnum quoddam eloquentiæ poſſidere. Eunapius *de Vit. Phil. & Soph.* de Juliano Sophiſta; ἐτυράννει γε τῶν Ἀθηνῶν, καὶ παρὰ τοῦτον ἡ πᾶσα νεότης πανταχόθεν ἐχώρει. *Regnum quoddam Athenis obtinuit: nam univerſa undecunque juventus ad eum confluebat, colens atque obſervans virum, ob dicendi vim & ingenii magnitudinem*. Idem de Proæreſio inter Sophiſtas fama & honore triumphante, τὸ δὲ Προαιρεσίου τυραννὶς ἐδόκει τις εἶναι. Sic alias de æmulis Proæreſii, τὴν ἐπὶ λόγοις βασιλείαν εἶχον, *regnum in dicendo obtinuerunt*, poſtquam nimirum profeſſorum aliorum ſeditione ex urbe fuit ejectus. Hoc enim ſæpe eveniebat, ut gliſcente invidia inter Sophiſtas, & æmulatione ſeſe longius efferente, turbæ & contentiones exorirentur; ſive cum παιδευτικὸν θρόνον ambirent communi judicio celebratum, ſive etiam cum docerent.

Eam autem ambitionem in ea honoris ſede obtinenda, non modo Athenis, verum etiam Romæ fuiſſe verſatam, hiſtoriarum monumenta ſæpe declarant. Theodorus Gadarenus Sophiſta, ut Suidæ verbis utar, συνεκρίθη περὶ σοφιστικῆς, & Romæ in ipſo imperii domicilio, cum Potamone & Antipatro certavit ſub Adriano Cæſare. Epictetus eum ambitum, & cathedræ importunam cupiditatem, ut erat vir ſapiens, repudiabat, & refugiendam monebat, apud Arrian. *lib.* II. *Cogita*, inquit, *amabo te, quantum ſit pro maza aut pro cathedræ prærogativa, poſſidere animi æquitatem, in qua longe major eſt felicitas*. Cum vero plures ſimul docerent, & eſſent laudis gloriæque appetentiſſimi, & quamplurimos auditores habere vellent; fieri non potuit, quin de ſe magnifice prædicarent, aliorum nomen & exiſtimationem obtererent, contenderent ſæpius, & oratione pugnarent. Adrianus Sophiſta qui ſub M. Antonino florebat, æmulam Ariſtidi Rhetori ſcholam Athenis habuit, ut ait Suidas. Fronto Emeſenus orator ἀντιπαίδευσεν, *æmulus fuit in docendo* Philoſtrato Athenis. Oenomarchus, Adrianus & Chreſtus ſummi omnes Sophiſtæ, ſimul ibidem eloquentiæ præfuerunt, ut autor eſt Philoſtratus. Longo poſt tempore Athenienſem item ſcholam publico ſuffragio una moderati ſunt Proæreſius, Epiphanius, Diophantus ex Eunapio, qui vel tantillum æmulis cedere ſuis non potuerunt, quin labem nomini ſuo inurerent, & prope in oculis omnium nationum & conſpectu, infamiam ſuſciperent. Nam eorum quidem fama, qui tum Athenis in ampliſſimo illo omnium literarum muſeo facundiæ præſides fuerunt, per gentes oraſque omnes terrarum diſſeminabatur. Credo id dicenti viro haud minus docto quam innocenti Gregor. Nazianz. *Or.* XX. παρὰ τούτοις μὲν γὰρ οἱ ἡμέτεροι παιδευταὶ, παρὰ ὅσοις Ἀθῆναι, *præceptores quidem noſtri apud tot homines celebres erat, apud quot Athenæ*. Hinc nimirum ea quam dixi φιλοτιμία, & de principatu contentio.

Cæterum quod dixi de lectione Sophiſtarum, ad eos referendum eſt, qui ſcholæ præerant imperiali munificentia locupletatæ, cum alioqui multi ad docendum etiam Athenis alia quadam via & ratione profluerent. Nonnunquam ipſa juventus præſtantes ingenio viros Athenis, manu propemodum injecta invitoſque retinebat, & Sophiſtico in throno ponebat. Quod Gregorio Nazianz. uni omnium eloquentiſſimo contigit, eadem fere tempeſtate qua Proæreſius, aliique magni Sophiſtæ, omnem Græciam fama ſui nominis complebant. De illo Gregorius Presbyter in *ejus Vita* memorat in hunc modum: *Gregorium adoleſcentes conſertis veluti manibus retinebant, neque illi abeundi poteſtatem faciebant*, τόν τε σοφιστικὸν θρόνον παρακαλοῦσι δέχεσθαι. Sic Eunapius in *Chryſanth.* cum diſcendi cauſa in Græciam fuiſſet profectus, & mirifica dicendi ubertate & copia excelleret, illam docendæ eloquentiæ provinciam ſuſcepit adhuc adoleſcens, & matutinis quidem horis, in dicendi artificio explicando verſabatur; poſt meridiem, Chryſanthium clari nominis philoſophum, de gravioribus rebus ipſe audiebat. Sic Olympiodorus narrat ſtudio curaque ſua Leontium εἰς τὸν σοφιστικὸν θρόνον ἀναχθῆναι οὔπω ἐθέλοντα, *ad Sophiſticam ſedem evectum, tametſi ille quidem repugnaret*, apud Photium.

CAP. III.

Quæ ſalaria Throno Sophiſtico adjuncta fuerint. Imperatorum ea de re conſtitutiones, & quis primus honorarium Sophiſtis attribuerit. Θρόνος *duplex Athenis* πολιτικὸς & σοφιστικός. *Philoſtrati verſio tribus locis emendata. Ipſe variique autores illuſtrati.* Ἀτέλεια *Sophiſtarum.*

EPICURUS eleganti joco Platonem indigitabat χρυσοῦν, *aureum*, quod aurum ſtudioſiſſime captaret. Eodem modo aureos diceremus Sophiſtas, non tam quod aureum flumen orationis funderent, quam quod ipſi pecuniarum fontes haurirent. Haud diſſimili joco Phædrus eos appellabat βασιλικοὺς ἄνδρας, *regios homines*, quod, ut ait Plato in *Phædr.* homines ſoleant δωροφορεῖν αὐτοῖς ὡς βασιλεῦσι, *illis tanquam Regibus offerre dona*. Non hic dicam quantum ab auditoribus ſuis petierint, quantas opes haud obſcura cupiditate collegerint, quantam invidiam ea cauſa ſuſtinuerint; aptior erit dicendi locus cum de illorum avaritia diſputabitur. Nunc tantum quæro, quibus ſalariis Imperatores Romani Sophiſticum thronum ditarint, quibus præmiis ad docendam eloquentiam eos pellexerint. Et quidem magnam eorum Principum fuiſſe curam & providentiam, ut Doctoribus ſua præmia redderentur, jus & leges declarant, Cod. Theod. *de Medic. & Profeſſ. lib.* I. & cod. Juſtin. *de Profeſſ. lib.* VI. Sic edicunt Imperatores de profeſſoribus liberalium artium, *Mercedes etiam eis & ſalaria reddi jubemus*, &c. De mercedibus profeſſorum agebatur etiam in provinciis diligenter, ab ipſis Præſidibus, qui de more extra ordinem de ſalario Rhetorum ſive Sophiſtarum cognoſcebant. Ita enim habet Ulpianus *D. de extraordin. cogn. Præſes provinciæ de mercedibus jus dicere ſolet, ſed præceptoribus tantum ſtudiorum liberalium*. Paulo poſt qui eorum præceptorum nomine contineantur explicat, nominatque primo loco Rhetores. Et ne forte unius ſæculi modo illam providentiam fuiſſe putemus, tanto poſt tempore Athalaricus Italiæ Rex Senatui urbis Romæ com-

mendat, ut salaria doctoribus eloquentiæ Præfecti Urbis studio & cura sine ulla diminutione præbeantur, Senator lib. IX. *ep.* XXI. Hinc quorundam Imperatorum tantus amor in eos facundiæ Magistros, ut Sophistas inter præcipuos amicos haberent, & Sophistæ prope dici velle viderentur. Adrianum quidem scimus nominari σοφιστὴν a Julia no in *Cæsaribus*. Numerianus tanti fecit illam gloriam, ut cum eloquentiæ causa plurimum placuisset, & statuam esset commeritus, non tanquam Cæsari, sed ut Rhetori inscribi illam voluerit, ut Flavius Vopisc. in *Numerian*. Sed ut a proposito non recedam, in jure & legibus præmia Sophistarum varie nominari video: dicuntur enim *mercedes, annonæ, salaria, honor* sive *honorarium, emolumenta, commoda, constituta summa, annonaria commoda, immunitates*, &c. Sed quanta salaria illa fuerint, jus opinor non dicit, res ab historia est petenda.

Aliquot igitur vetus memoria prodit Augustos, qui Sophistis honoraria constituerint, quorum primus a Suetonio fuisse dicitur Vespasianus, de quo sic meminit *in ejus Vita* cap. XVIII. *Primus e fisco Latinis Græcisque Rhetoribus annua centena constituit*. Ubi Græci Rhetores non alii quam Sophistæ, quo modo sæpe in Jure sumuntur, & in historia Augusta, ut apud Lampridium in *Alexandro Severo: Ad Athenæum, audiendorum & Græcorum & Latinorum Rhetorum causa frequenter processit*; hoc est, ad Sophistas & eloquentiæ Romanæ doctores audiendos. Hæc sane illustris & prædicanda est magnificentia; nam annua centena si ad nostrum putandi modum revoces, aureorum coronatorum efficient millia duo, & præterea fere centum. Et vero simile mihi est, eam attributam summam fuisse professoribus tantum Urbis æternæ; in provinciis enim multo fuisse minorem, post videbimus. Scio majorem fuisse constitutam a Diocletiano & Maximiano Imperatoribus Eumenio Rhetori profitenti in Gallia: sed munus extraordinarium fuisse puto ad clarissimi viri dignitatem augendam, non commune omnium Rhetorum stipendium: sic Eumenius ipse *pro schol.* rem explicat; *Salarium me liberalissimi principes ex hujus reip. viribus in sexcenis millibus nummum accipere jusserunt*. Sexcena millia nummum, duodecim millia sunt & sexcenti fere coronati nostrates: quæ summa luculenta sane videri debet, & pro magistro eloquentiæ grandior, nisi, ut dixi, doctissimi illius viri, qui in palatio jam honoribus functus erat, singulare fuisse ornamentum putetur. Cæterum a Suetonio dissentit Cassiodorus in *Chron.* qui principem illius liberalitatis autoremque facit Domitianum: *Quintilianus*, inquit, *ex Hispania primus Romæ scholam publicam & salarium e fisco accepit*.

Sequuti sunt deinde Antonini Imperatores, qui maxime intuendi nobis sunt in hac disputatione, quod ab illis Athenis, unde orti Sophistæ, & ubi summa gloria semper viguerunt, Sophisticam scholam locupletatam, & doctoribus attributa salaria fuisse credo. Nam de Marco Aurelio Antonino aperte Dio apud Xiphil. ait illum μισθὸν ἐτήσιον, Sophistis *annua commoda* proposuisse; quæ qualia tandem fuerint, ut melius capiatur, animadvertendum est, duos Athenis fuisse θρόνους ad docendam eloquentiam institutos, πολιτικὸν & σοφιστικὸν, & cuique certam propriamque fuisse mercedem. In politico Auditorio id docebatur genus facundiæ, quod foro civilibusque causis fuit accommodatum: in quo vis potius atque robur dictionis, & τὸ ἀγωνιστικὸν, quam ornatus, & luminosæ orationis splendor, & concinnitudo spectabatur Qui huic præerant annuo salario, talentum habuerunt, ut e Philostrato liquido intelligimus, qui loquens de Apollonio Sophista, *Athenis*, inquit,

A *docuit*, τοῦ πολιτικοῦ θρόνου προστὰς ἐπὶ ταλάντῳ, & *civili magisterio præfuit talenti salario; erat enim in civilibus rebus clarus & insignis*. Reperti sunt in veteribus Sophistis qui tantundem a discipulis suis peterent. Alexis enim Comicus de Aristippo loquens, quem vocat σοφιστὴν, deque ejus discipulo sic infit apud Athenæum *lib.* XII.

Τούτῳ τάλαντον δοὺς μαθητὴς γίνεται.
Fit discipulus Aristippi talenti mercede.

Alludit & Aristophanes in *Nub.* act. III. sc. I. qui B Hyperbolum ait talento didicisse, quomodo fraus & persuasio esset adhibenda judicibus ad causam obtinendam:

Καίτοι ταλάντου τοῦτ᾽ ἔμαθεν Ὑπέρβολος.
Atqui hoc talento didicit Hyperbolus.

Itaque Pompejus Magnus Rhodi cum Sophistas omnes adiisset, ἑκάστῳ τάλαντον ἔδωκεν, *unicuique donavit talentum*, ut habet Plutarch. in *ejus Vita*. ut videatur magnificentissimus ille copiarum du- C ctor, pro acroasi una, tantum illis tribuere voluisse, quantum magni quidam eloquentiæ institores pro totius artis perfectione capiebant. Nec contemnendum fuit hoc docentium præmium, quippe cum talentum nostratibus aureis nummis sexcentis æquivaleat, ut Budæus quidem voluit, pro ratione ævi sui numerans: sed si hodiernam æstimationem intueamur, tantum quingentis, vel sex millibus drachmarum apud Græcos. Plus quidpiam σοφιστικῷ θρόνῳ fuit additum: nam commune horarium Sophistarum Athenis fuit μυρίαι *decem millia drachmarum*, hoc est, aurei nostri octingenti triginta tres cum assibus aliquot Turonensibus: drachma enim D vetus regali Iberico pondere ex æquo respondet. Hoc autem quod posui emolumentum atque summam, diserte Lucianus & Philostratus indicant, & tantum non Marcum Imperatorem illius instituendæ autorem pronunciant. Τέτακται, inquit Lucianus in *Eunucho*, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις, &c. Et paulo post, quale id stipendium fuerit definiens, ait fuisse μυρίας κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν, *decem millia denariorum sive drachmarum in singulos annos*. Eandem mercedem habet Philostratus in *Theod.* cujus mentem haud dubie eruditus Interpres non cepit: ita enim ille in Theodoto Sophista, qui biennio Sophisticum thronum occupavit: προέστη δὲ καὶ τῆς Ἀθηναίων E νεότητος ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις: vertunt, *Hic juventuti Atheniensium primus præfectus fuit super innumeris a Rege institutis*: debuit dicere, *decem millium salario ab Imperatore concesso*; nam idem omnino significat quod Lucianus. Consimilis hallucinatio videri potest apud eundem Philostratum in *Damiano*: ἠκροάσατο, inquit, ἀμφοῖν ἐπὶ μυρίαις vertunt, *ambos exhibita innumera mercede audivit*; dicerem ego, *decem millium mercede*. Tertio in eodem erratum. Ait Philostratus in *Chresto*, decrevisse legationem Athenienses ad Imperatorem, ut Chresto eloquentiæ θρόνον peterent. Dissuasit legationem Chrestus, neque enim decem millium salarium virum attrahere: non, inquit, αἱ μυρίαι ἄν- F δρα, vertunt male, *tot millia virum non faciunt*. Atque in hoc constituendo Sophistarum præmio, mihi videtur sapiens Imperator respexisse ad principes antiquitatis Sophistas; a quibus in docenda eloquentia sæpe tantum fuisse petitum meminerat. Nam a parente istius artis Protagora, decem millibus denariorum didicisse artem quam

edidit Euathlus dicitur a Quintiliano *lib.* III. *cap.* I. Iſæus hoc idem a Demoſthene obtinuit, de quo ſic Plutarchus in *Iſæo.* καθηγήσατο Δημοσθένους ἀποστὰς τῆς σχολῆς ἐπὶ δραχμαῖς μυρίαις, *decem millium drachmarum mercede docuit Demoſthenem a ſchola abductum.*

Ab iiſdem Imperatoribus grandior etiam merces præfinita eſt Philoſophis: nam Tatianus Aſſyrius, qui ſub Marco & filio ejus Commodo vixit, ita refert *Orat. contr. Græc.* ὥστε παρὰ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ἐτησίους χρυσοῦς ἑξακοσίους λαμβάνειν τινὰ, &c. *adeo ut a Romano Principe annuos plerique ſexcentos aureos accipiant.* Aureos Romanos intelligit. qui hodierna æſtimatione centum ſupra mille coronatos noſtros efficiunt. Poſt Antoninos principalem etiam munificentiam in Sophiſtas Alexander Severus oſtendit, quem ait Lampridius in *ejus Vita*, Rhetoribus *ſalaria inſtituiſſe & auditoria decreviſſe*; ſed qualia ea ſalaria fuerint, non liquet.

Addo ad extremum, præter illa quæ diximus commoda, Throno Athenienſi fuiſſe adjunctam λειτουργιῶν ἀτέλειαν, *immunitatem*, quæ tamen perpetua fuiſſe non videtur. Cum ea ſpoliaretur Sophiſta Philiſcus, qui ſeptem annos oratoriæ ſedi præfuerat, ad Commodum Imperatorem, ipſi alioquin infenſum provocavit; cui etiam publice auſus eſt dicere, σύ μοι λειτουργιῶν ἀτέλειαν δέδωκας, δοὺς τὸν Ἀθήνησι θρόνον. *Cum tu mihi ſcholæ præfecturam donaſti, etiam immunitatem conceſſiſti*, ut refert Philoſtratus in *ejus Vita*. Sed iratus Imperator negavit aut illum aut quenquam docentium eſſe immunem, indignum eſſe dicens, ut civitas conſuetis functionibus privaretur διὰ μικρὰ καὶ δύστηνα λογάρια, *propter miſellas & tenues Sophiſtarum oratiunculas.* Idem ipſe tamen Imperator Philoſtrato Lemnio λειτουργιῶν ἀτέλειαν ἐπὶ μελέτῃ ἐψηφίσατο, ut habet lib. II. *de vitis Sophiſtarum.* Itaque beneficium tum quidem id videtur quorundam fuiſſe Imperatorum; at qui deinde conſequuti ſunt Cæſares, multas Rhetoribus immunitates conceſſerunt, a tutelis, a Gymnaſiarchiis, aliiſque hujuſmodi, de quibus in Jure & legibus multa. De Valentiniano undecima ſua *oratione* Themiſtius, *Quis tanta præmia propoſuit? quis eloquentiæ laude celebres, cum illuſtribus virtute bellica ducibus parem ad dignitatis gradum evexit?* Paria de Mauricio Imperatore Suidas: *Dicitur*, inquit, *eloquentiam maximi feciſſe, & in optimis quibuſque diſciplinis verſatos maximis honoribus affeciſſe.*

CAP. IV.

De Schola docentium Sophiſtarum. Ea vel publica, vel privata. De utraque notatum. Ordo ſeſſionis in auditoribus, qui æris campani ſono advocati & dimiſſi e ſchola. Quoties in die Sophiſtæ docuerint. Quidem ſcholas duas complexi.

SCHOLAS Sophiſtæ & domicilia habuerunt ad docendum, tum publica, tum etiam privata. Publica nomino a præſidibus reipublicæ conſtituta, qualia Romæ tum Athenæum, tum Capitolinæ ſcholæ, de quibus in Jure & in hiſtoria frequens mentio: qualia item & Athenis & aliis in urbibus Gymnaſia, ubi multi ſimul Sophiſtæ ſeparatis in exedris juventutem erudiebant. Privatæ etiam fuere ſcholæ ſive dicendi officinæ, quas ſibi pro animi arbitrio deligebant Sophiſtæ, cum ſedem in aliqua civitate fixiſſent. Eunapius θέατρα ἰδιωτικὰ nominat: Themiſtius δωμάτιον. Sic domeſtica in pergula ſcholas habuiſſe Craſſitium auctor eſt Suetonius *De illuſtr. Gram.* Neque tamen ſemper domi, ſed nonnunquam in templis docebant. Id quidem a Megiſtia Smyrnæo Sophiſta memorat factum in *Hippodromo* Philoſtratus: ἱερὸν δὲ κατιδὼν καὶ παιδαγωγοὺς προσκαθημένους, &c. Et paulo poſt, ξυνῆκεν ὅτι παῖδές τινες ἔνδον, *venit ei in mentem fieri poſſe ut aliquis ex illuſtribus doceret intus.* Locum autem in quo adoleſcentiam inſtituerent, Græci vulgo σχολὴν & σχολεῖον vocant: Æſchinis apud Rhodios ſcholam Plutarchus nominat διδασκαλεῖον *in* X. *Orat.* Philoſtratus σοφιστῶν φροντιστήριον, *de Vit. Soph.* ut etiam Ariſtophanes, cujus Scholiaſtes hanc ponit animadverſionem: φροντιστήριον vocatur apud Atticos θᾶκος, locus videlicet ἔνθα πολλοὶ συνέρχονται σκεψάμενοι, *quo multi ad diſcendum & meditandum conveniunt.* Themiſtius *Orat.* VII. φιλοσοφίας αὐλὴν καὶ μουσεῖον. Himerius apud Photium, βασίλεια μουσείων, *regalia ſcholarum.* Gregorius Nazianz. *Orat.* IV. vocat παιδευτήριον. Attici χορήγιον, apud quos, inquit Ammonius, χορηγὸς, ὁ διδάσκαλος. Alii διατριβὴν, quidem etiam σκηνὴν, Latini etiam nuncupant aliquando *ſcenas.* Auctor (Tacit.) *Dialog. de Orator. At nunc adoleſcentuli noſtri deducuntur in ſcenas ſcholaſticorum, qui Rhetores vocantur.* Frequentiſſimum eſt ut dicantur *Auditoria*, quemadmodum & a Græcis interdum ἀκροάσεις: ſic apud Philoſtratum in *Hippodromo*, *Veni ut diſcerem* τὸ ἦθος τῆς Ἰωνικῆς ἀκροάσεως, *auditorii Ionici morem.* Pythagorei ὁμακοεῖον nominabant, hoc eſt, auditorium, apud Clementem Alexandrinum *l.* I. *Strom.* alias λέσχην, unde λεσχηνῶται *diſcipuli* apud Laertium. Vitruvius *l.* V. *c.* XI. *exhedras in quibus Rhetores diſputant.* Cicero *ludum*: Strabo *lib.* XIV. σχολὰς τὰς περὶ λόγον τεχνῶν. Alii alio modo vocitant.

In iis ſcholis ſedilia fuiſſe commoda ad uſum ſtudioſæ juventutis, ex iis poteſt intelligi facile, quæ ſupra de theatro Sophiſtico diximus, & ex eo item loco Plutarchi *de Dul.* ὅθεν ὁρᾶν ἐστιν αὐτοὺς ἕδρας τε καὶ τὰς πρώτας ἐν ἀκροάσεσι καταλαμβάνοντας, *itaque videre licet primas in auditoriis ſedes occupare.* Certos autem in eadem ſchola diſcentium ordines habuerunt, vel, ut Fabius appellat, *claſſes*: neque tantum pro ſcientiæ & cognitionis modo, verum etiam pro ætatis ratione dabatur ſeſſio. Quam rem exponit Philoſtratus in *Proclo*, de ſtudiis ſuis loquens in hunc modum: ἐκαθήμεθα ἐσκληθέντες, οἱ μὲν παῖδες καὶ οἱ παιδαγωγοὶ, &c. *In ſcholas acceſſiti ſedebamus, pueri quidem eorumque rectores medii, ex altera vero parte adoleſcentes ipſi.* Placuit ea ratio Quintiliano, cujus illud eſt effatum *l.* II. *c.* II. *Pueros adoleſcentibus ſedere permiſtos non placet mihi:* cujus dicti rationem ibidem exponit. Quod vero ait Philoſtratus, veniſſe in ſcholam ἐσκληθέντας, *advocatos*, ad eam conſuetudinem meo judicio pertinet, quæ etiamnum in uſu ubique eſt, ut intelligamus, juventutem æris Campani ſono advocatam, & e ſcholis dimiſſam fuiſſe. Cujus moris veſtigia animadverto in *Vita Hippodromi* Sophiſtæ, qui cum Smyrnam aliquando veniſſet, ingreſſus auditorium eſt, ubi docebat Megiſtias: διακωδωνίσας οὖν ὁ Μεγιστίας τὰ μειράκια, &c. *Tum Megiſtias*, inquit, *adoleſcentibus tintinnabuli ſono demiſſis*, &c.

Cæterum bis in die docuiſſe ut plurimum videntur. In Colloquiis antiquis Græco-Lat. ἠριστηκὼς ἐπανέρχεται πάλιν εἰς τὴν σχολὴν, *poſt prandium iterum ad ſcholam redit.* Plutarchus lib. *de adulat. ab amic. dign. Ammonius*, inquit, *præceptor noſter* ἐν δειλινῇ διατριβῇ, *in conventu pomeridiano*, cum animadvertiſſet diſcipulorum aliquos uſos eſſe prandio non ſimplici, &c. Bene tamen dicendi facultatem artificiumque declamandi forte ſemel docuere tantum in die, aliis temporibus alia. Sic videmus Ariſtotelem cum ἑωθινὸν

haberet & *δειλινὸν περίπατον*, matutinis quidem horis *ἀκροαματικὰ* & retruſa in media philoſophia tradere ſolitum, poſt meridiem autem *ἐξωτερικὰ*, Rhetoricam, poeticam, aliaque leviora. Sic Eunapius mane docebat Rhetoricam, a prandio ipſe auditor erat Chryſanthii, qui tum in philoſophia præſtare videbatur. Sic enim de ſe ipſe in *Chryſanth.* memorat: *τὰ ἑωθινὰ μὲν ὁ συγγραφεὺς ἐπὶ ῥητορικοῖς λόγοις, ἑτέροις ξυνὼν ἢ τοὺς δεομένους ἐπαίδευεν*, &c. *Scriptor matutinas horas aliis impendebat, ac volentes docebat artem Rhetoricam, deinde mox a meridie ad primarium ſuum præceptorem ſe conferens in cœleſtibus philoſophicisque ſtudiis erudiebatur*. Ariſtodemus quoque Nyſæus, quem Strabo *lib.* XIV. docentem audivit, Rhodi ſcholas habuit duas, & mane quidem Rhetoricam, veſperi Grammaticam tractabat. Sane utrumque munus tum eloquentiæ explicandæ, tum Grammaticæ, ſuſtinuerunt interdum Sophiſtæ: quæ forte cauſa fuit, cur Grammatici & oratores pro iiſdem in Jure ſumantur, ut Cod. *de Profeſſ. & Med. l.* I. *Grammaticos ſeu oratores decreto ordinis probatos*, &c. ubi quidam Juris Interpretes, *Rhetores*, legendum cenſent. Sed quid Sophiſtæ docuerint, accuratius eſt videndum.

CAP. V.

Quid in ſcholis Sophiſtæ profiterentur. Antiquiſſimi ſcientias omnes complexi. Mediæ ætatis Doctores orbe humanitatis definiti. Δικανικὰ tradebant, Grammaticæ magnam partem, Poeticam, Hiſtoriam, Eloquentiam. νομικοὶ ῥήτορες. Sophiſtæ plura quam Latini Rhetores docuere.

QUID Sophiſtæ docuerint in ſcholis, quamque late patuit eorum profeſſio, dici uno verbo non poteſt, quod in diverſis ætatibus haud exigua fuerit eorum in docendo varietas. Primi illi qui Sophiſticam in cœlum præſtantis ingenii magnitudine ſuſtulerunt, *ἐγκυκλοπαιδείαν* atque omnem doctrinarum veluti concentum videbantur eſſe complexi. De quibus ſic eſt apud M. Tullium, III *de Orat. Veteres illi uſque ad Iſocratem omnem omnium rerum quæ ad mores hominum, quæ ad vitam, quæ ad virtutem, quæ ad rempub. pertinent, cognitionem & ſcientiam, cum dicendi ratione jungebant*. Plato quamvis illi propter *φιλοτιμίαν*, ut docti viri memoriæ prodiderunt, iniquior, magnos tamen fuiſſe viros & excellenti ſcientia fatetur. Ait vero in *Protagora*, illos Arithmeticen, Aſtronomiam, Geometriam, Muſicam, civilem quoque ſcientiam & Oeconomicam docere conſueviſſe. Diſputarunt de virtutibus, de vitiis, de deorum immortalium natura, ut innuit Maximus Tyrius *Diſſert.* VIII. *Negat*, inquit, *Socrates ſe ſcire quidquam, nec quæ de virtute, nec quæ de diis traduntur, nec quicquam denique eorum, ἐφ' οἷς οἱ σοφισαὶ ἐκόμων, quæ cum faſtu profitebantur Sophiſtæ*.

Et Gorgias quidem Iſocratis præceptor, non eloquentiam modo illum docuiſſe, ſed Aſtrologiam quoque videtur, & cœleſtium rerum cognitionem: cujus rei fuit inſigne ad perennem memoriam in Iſocratis monumento inciſum, ubi expreſſus fuit Gorgias, qui in globum cœleſtem intueretur, adſtante Iſocrate. Itaque licet illis tribuere cum Dionyſio Halicarnaſſ. *παντεπιστημοσύνην φιλοσοφίαν*, cum rerum divinarum humanarumque ſcientiam oſtenderent. Neque tamen Grammaticam reſque alias minutas contemnebant. Protagoras, ut meminit Ariſtoteles *lib.* III. *Rhet.* primus genera nominum diſtinxit, aliaque dixit virilia, alia muliebria eſſe; nonnulla item alia *σκεύη* tanquam vaſa & A inſtrumenta, quibus intelligebat neutra. Socrates item cum Hippia colloquens apud Plat. in *Hipp. major.* cum affirmat acutiſſimum omnium hominum intelligere literarum ſyllabarumque diſtinctiones. Apud Themiſtium *Or.* IV. Prodicus & Protagoras Abderita, alter quidem *ὀρθοέπειάν τε καὶ ὀρθορρημοσύνην*, *rectam locutionis ac verborum rationem*, alter Simonidis aliorumque ſcripta poetarum adoleſcentibus explicabat. Plato etiam in *Cratylo* eundem ait Protagoram docuiſſe auditores ſuos *τὴν ὀρθότητα*, *nominum rectitudinem*.

Jam qui deinde conſecuti ſunt nominatique Sophiſtæ, duas veluti gentes proſeminaverunt. Qui- B dam enim cum viderent eos principes in *ἐριστικῇ* fuiſſe clariſſimos, quid ea de re ſuis monumentis reliquiſſent, non modo legendum, verum etiam tuendum omni ſibi contentione putabant. Et quidem artem illi contradicendi excogitarant, & pollicebantur omnes efficere *ἀμφισβητητικοὺς*, adeoque ſcripta eorum extabant, in quibus ea ponebantur, quæ adverſus ſingularum artium profeſſores contentionis ſtudio adferri debeant. Quo in numero ponuntur *τὰ Πρωταγόρεια*, *Protagoræ monumenta*, in quibus de palæſtra deque cæteris artibus multa memoriæ prodidit, ut ait Plato in *Sophiſt.* Hanc C igitur ſcientiæ Sophiſticæ partem quidam arripientes, non veritatem intuebantur, nec aliquod genus utile cognitionis, ſed eos cum quibus inibant diſputationes, compoſitis literarum nominumque tendiculis in laqueos inducere nitebantur. Quos ait Themiſtius *Or.* I. magnifice & glorioſe diſſeruiſſe *de ſynonimis, homonymis & paronymis*. De his actum eſt ſuperius copioſe, nec eſt cur pluribus agendum eſſe videatur hoc loco, in quo quærimus, quid Sophiſtæ in ſchola docuerint. Nam artem illi quidem, *τῆς ἐριστικῶν* cui ſe dediderant, poſt Ariſtotelem, qui genus illud Sophiſtarum repreſſit, haud opinor docebant: ſed cum eſſent imbecillo a- D nimo & malitioſo, turbulentæ naturæ fluctu, tanquam aliqua tempeſtate jactati, ad eos ſcopulos contentionis latrantemque Scyllam ferebantur, & populari ambitione contenti, non minus irretiendis doloſe hominibus gaudebant, quam ſi clarus quiſpiam Timotheus, adminiculante fortuna, multas urbes retibus involviſſet. Hi nomini Sophiſtarum æternam ignominiæ labem inſſerunt, a quibus etiamnum appellantur illi Sophiſtæ, qui tortuoſis & fallacibus concluſiunculis minus doctos in fraudem inducunt.

Alii fuere Sophiſtæ, qui ut plurimum difficiles arcanaſque Philoſophorum diſputationes omitten- E tes, ad ſtudia humanitatis omnes vitæ ſuæ rationes conferrent; qui cum maximis ornatiſſimiſque in urbibus docerent, eorumque ſcholæ incredibili adoleſcentium concurſu & copia celebrarentur, non fuit ab inſtituto alienum quærere, quam potiſſimum ſcientiam traderent, quidve profiterentur. Brevi dicam, mihi videri partem omnem humaniorum literarum attigiſſe quæ excellenti & perfecto oratori eſſent neceſſariæ. Grammaticam igitur docuerunt, poeticam, hiſtoriam, civiles controverſias, dicendi facultatem. Junior Philoſtratus cum Lemnium ſibi cognominem Sophi- F ſtam vellet oſtendere magnum fuiſſe in omni profeſſione Sophiſtarum, eximium illum eſſe monet *ἐν δικαστηρίοις, ἐν δημηγορίαις, ἐν συγγράμμασιν, ἐν μελέταις, ἐν σχεδίῳ λόγῳ*, *in foro, in concione, in ſcriptione, in declamando, in ſubitaria dictione*.

Illud *ἐν δικαστηρίοις* refertur ad cauſarum forenſium cognitionem, quas ſæpe ſumma eloquentiæ gloria & omnium comprobatione egere Sophiſtæ. Cujus rei hiſtoria Sophiſtica plena eſt, Philoſtr. *de Vit. Soph.* Scopelianus ſine mercede

reis sui copiam faciebat, quibus vitæ periculum crearetur. Polemo duorum talentorum præmio fuit conductus ad nobilissimam causam agendam. Heliodorus a M. Antonino Imperatore uni causæ omnium quæ tum Romæ fuerunt maximæ præfectus, quam patrocinio suo tueretur, ὡς ἐπιτηδειότερος δικαστηρίοις καὶ δίκαις, *ut judiciis & causis aptissimus*, ait Philostratus. Itaque ut plurimum simul δικανικὰ & σοφιστικὰ sive μελέτην tractabant, ut Damianus Ephesinus, de quo sic in *ejus Vita*; ἦν δὲ δικανικοῦ μὲν σοφιστικώτερος, σοφιστικοῦ δὲ δικανικώτερος, *fuit ut in judiciali genere magis Sophisticus, sic in Sophistico magis judicialis*. Et subdit ingravescente illum senectute ἄμφω τὰς σπουδὰς, *utrumque studium omisisse*. Sic Apollonius Sophista dicitur ἱκανὸς τὰ δικανικὰ καὶ τὰ ἀμφὶ μελέτην, *in forensibus & rhetorica declamatione probatus*. Sic etiam M. Tullius *de clar. Orat.* Molonem Rhodium quem eloquentiæ ducem habuit, *& actorem summum causarum, & magistrum* appellat. Hujusmodi Sophistæ dicti videntur aliquando a Græcis νομικοὶ ῥήτορες, quo nomine Platonem Gerasenum vocat Stephanus *de Urbib.* quem etiam ἐν θρόνῳ, in commendationem legum intentum fuisse ait: ubi per θρόνον, civilium opinor orationum suggestum sive πολιτικὸν θρόνον intelligit, cui Athenis Sophista Apollonius præfuisse dicitur & publice in eo docuisse talenti salario, ut est in *ejus Vita*.

Nec minor cura illis fuit historiæ, quam ut officii sui partem excolebant. Hinc exhibitæ ab illis ἐπιδείξεις in historia; quod fecisse Antiochum meminit Philostratus: hinc nominati συγγραφεῖς: hinc in eorum laude positum, quod hoc etiam studio excellerent, ut in eo loco quem paulo ante posuimus de Philostrato, qui magnus fuisse dicitur ἐν συγγράμμασι. Sic Dio Prusæus, ut *ejus Vitæ* scriptor memorat, ἱστορίαν ἱκανὸς ἦν συγγράφειν. Sic Antipater Sophista specimen sui editurus in historia, res Severi Imperatoris gestas ornandas suscepit. Vidit hoc Quintilianus *lib.* II. *cap.* IV. & inter Rhetorum exercitationes ponit *historiam*. Etiam M. Tullius in *Bruto*; *Concessum est*, inquit, *Rhetoribus ementiri in historiis*. Sophistas intelligit; & Libanius *declam.* XXIX. οἱ τῷ λέγειν διαφέροντες, εἰς γραφὴν ἐγκατάθωνται πράξεις, *qui in dicendo excellunt, literarum monumentis actiones inserunt*.

Jam si de Grammatica loquamur, sic in ea docenda versabantur, ut haut verear illis *Methodicen & historicen*, ut vocant, nimirum illius scientiæ partes concedere. Nam ut capite superiori monuimus, quidam mane cum præcepta eloquentiæ tradidissent, a meridie cœtum adolescentium in Grammaticis erudiebant. Itaque æmulus eorum Themistius *Or.* I. ad minuendam eam gloriam, quam docendo consequebantur, Sophistam ait προσκαθῆσθαι τῶν συλλαβαῖς, καὶ ἐμμελετᾶν, &c. *Syllabis esse affixum, nominum syncopas & elisiones meditari, & vocabula ad unguem excutere*: quæ minuta homini gravitatis amanti sophoque videbantur. Cumque in Italia Grammatici & Rhetoris sic partita distinctaque essent officia, ut pueri apud Grammaticos Suasorias & laudationes declamarent, aliaque id genus προγυμνάσματα, apud Rhetores quæ gravioris in eloquentia forent momenti, Sophistæ universam declamandi rationem sustinuerunt, nec aliis doctrinarum mystagogis ullam illius partem reliquerunt.

De Poetica, quin ipsam quoque publice exposuerint, dubitari non potest, cum ab illis Simonidis & aliorum poetarum versus summa diligentia explicatos, libris suis Plato fateatur. Hic memini scribere Amphilochium, Basilium Magnum cum aliquando venisset Antiochiam, ubi Sophista Libanius scholam habebat, offendisse de grege adolescentium unum mœrore confectum, quod Homeri versus con-

A sequi intelligentia non posset, cum tamen doctor Libanius enodare illos jussisset. Doctissimus Basilius quietum esse adolescentem jubet, tum mirabili facilitate rem omnem alioqui tenebris involutam & abstrusam illuminavit. Quo deinde meo judicio factum est, ut Libanius daret literas ad sanctissimum & eruditissimum illum Patrem, ut divini Poetæ mystagogum & oraculum literarum, quibus ad Homericæ poeseos adyta viam ab illo pandi sibi orabat. Extat *epistola* inter Basilianas CLII. cujus hic partem lubet apponere: *Cum in prætorio una tecum essem, equidem non semel rogavi* διὰ τῆς σῆς σοφίας, εἰς τὸ βάθος τῆς Ὁμήρου μανίας εἰσελθεῖν, &c. *ut per istam tuam illustrem sapientiam, liceret pertingere ad Homericæ*
B *divinationis altitudinem. Quod si totam consequi fas non est, tu vel in partem sortis hujus nos introducito*, &c.

Sed præsertim in tradenda eloquentia, & dicendi fontibus aperiendis elaborabant Sophistæ: unde Hippocrates Atheniensis apud Platonem in *Protag.* Sophistam vocat ἐπιστάτην τοῦ ποιῆσαι δεινὸν λέγειν, *præceptorem eloquentiæ facultatisque dicendi*. Hinc nominati λογοδαίδαλοι & πειθοῦς διδάσκαλοι, *persuasionis & facundiæ magistri*, ῥητορικοὶ, τεχνῖται λόγων: a Cicerone, Fabio, cæterisque, *Præceptores eloquentiæ, & dicendi artifices*. Hinc *Sophistice scribere*, est eloquenter adhibitisque ornamentis. Ruffi-
C nus Aquilejensis Presbyter perite in *prolog. lib. de vitis Patr. Ne spernas impolitos sermones, nec enim mei operis est, divinæ doctrinæ scripturæque, Sophistice & eloquenter signare sermones*. Atque in hunc finem magnam partem scholasticarum exercitationum referebant, de quibus modo est agendum.

CAP. VI.

Scholarum exercitationes apud Sophistas. Μελέται *sive ἀσκήματα τῆς ῥητορικῆς. Declamationes umbra-*
D *tiles. Quis declamandi primus autor: ejus rei cupidi olim Sophistæ. Rhetoris proprium declamare. Commeletare.* ἐμπομπεύειν ἐν μελέταις. *Puerorum scholasticæ delamationes. In iis plausus. Augent eloquentiam*.

INTER præcipuas exercitationes, quæ in scholis Sophistarum adhibebantur, ponuntur *Declamationes*, quas Plutarchus lib. *de audiend.* σοφιστικὰς μελέτας vocat: Dionysius Halicarn. in *Method.* γαμηλ. γυμνάσματά τε καὶ ἀσκήματα τῆς ῥητορι-
E κῆς. Photius in *Biblioth.* γυμναστικοὺς λόγους. Aristides Smyrnæus Sophista *de Smyrn.* Tom. II. ἀγωνίσματα διατριβῶν, & quasi interpretans Priscianus *lib. de præexerc. Rhet. certamina rhetorica*, S. Gregorius Nazianz. *ep.* LVII. πλάσματα, Ausonius *ep.* XI. *falsas lites quas schola serit*. Autor (Tacit.) Dialogi de Orator. *fictas controversias*: & alio loco, *scenas scholasticorum*. Nyssenus Gregor. *in Hexam.* p. 5. ἐν γυμνασίῳ τινὶ σχολαστικῶς ἐπιχειρήματα. Ennodius *l.* I. *ep.* I. *dicendi simulacra*. Eumenius Rhetor *de Schol. secreta studiorum exercitia*. Arbiter *controversiam umbrantibus sententiolis pictam*. Agellius *l.* VII. *c.* III. *decursus ludicros & simulacra præliorum voluptaria*: & opponit *certamini ubi omnia disciplinarum rhetoricarum arma atque subsidia mo-*
F *ventur*. Vulgo nominantur ut Græcis μελέται, sic Latinis *Declamationes*, & μελετᾶν est *declamare*. Hyginus græcissans in *Fab.* nove dixit *commeletare*.

Princeps autem inventorque μελετῶν fuisse dicitur Æschines qui Rhodi eloquentiæ ludum aperuit, de quo ita Photius in *Biblioth.* λέγεται δὲ αὐτὸς πρῶτος ἐκεῖσε σχολάζων τὰ πλάσματα καὶ τὰς λεγο-

μένας μελέτας συνθεῖναι. *Fertur ibi* (Rhodi) *primus & fictiones, & quas ferunt declamationes in otio composuisse*. Hunc secuti Sophistæ avidissimi fuere μελετῶν: ajebant enim Homerum fuisse filium Μέλητος *Meletis*, & proinde sese velle conferre ad ejus patrem. Concinne, ut multa, Maximus Tyr. *Dissert.* XIX. *Mercator aurum, ebriosus vinum, delicatus amores, cantum musicus, dicendi studium Rhetor sequitur*. Et quidem docti viri propriam exercitationem non minus Rhetoris esse putant declamare, quam mederi Medici: de qua re sic Asper Junior *in Gramm. Ars est comprehensio præceptorum ad utilitatem usui accommodata per artificis sui exercitationem, medendi ut Medici, declamandi ut Rhetoris, legendi ut Grammatici*. In hoc excellere cupiebant Sophistæ, in hoc ostentare vim ingenii & orationis copiam, ex hoc denique approbationem & hominum laudem consequi. Hinc S. Basilius *epist.* CLV. propriis laudibus ornans Libanium celeberrimi nominis Sophistam, ait eum τ͂ μελέταις ἐμπομπεύειν, *in declamando triumphare*, splendida quadam & magnifica veluti pompa, quæ omnium oculos in se convertat. Unde Quintilianus *l.* IV. *ostentationem declamatoriam* appellat; Ennodius, *pomposam recitationem*.

Atque ut Sophisticæ Declamationis quandam veluti faciem ante oculos ponamus, hoc inprimis est intelligendum, rem antiquam vario temporum lapsu, variam quoque formam induisse. Antiqui enim Rhetores in Declamationibus suis *communes veluti locos* tractabant e philosophia decerptos, de virtutibus, vitiis, paupertate, exilio, aliisque hujusmodi, quæ omni orationis copia vel laudari vel redargui poterant: vocabant θέσεις, θετικὰς ὑποθέσεις nominat Philostratus *de Vit. Soph. An ignoramus* (ait Quintilianus *lib.* II. *cap.* I.) *antiquis hæc fuisse ad augendam eloquentiam genus exercitationis, ut Theses dicerent & communes locos*, &c. Præclarum id quidem fuit institutum, & humano generi fructuosum, quo virtutis commendatione, & turpitudine vitiorum ante oculos posita, mores componerentur, si ipsi mores suos composuissent Sophistæ. Nam Aristoteles *de reprehens. Soph.* c. XII. asserit eos honestissimis quidem orationibus uti, sed contraria facere. Et Maximus Tyrius *Differt.* XV. ait se minime Oratorem eum probare, κτ͂ μοιχῶ λέγοντα, μοιχὸν ὄντα, &c. *qui in impuros scortatores, scortator ipse, aut de contumelioso contumeliosus ipse declamet*. Seneca perquam venuste eos *in convitium suum disertos* ajebat, & componebat cum medicis, *quorum tituli remedia habent, pyxides venena*. Eos pupugit aculeata quoque oratione Lactantius *de fals. sap.* lib. III. *Si quis mores eorum diligenter inquirat, inveniet iracundos, cupidos, libidinosos, arrogantes, protervos, & sub obtentu sapientiæ suæ vitia celantes, domi facientes ea quæ in scholis arguissent*.

Hujusmodi Declamationibus θέσεων, successere deinde *Controversiæ* ad similitudinem causarum forensium; quod primum fieri cœptum Demetrii Phalerei temporibus, sive ille ipse politissimus in dicendo & ingenio abundans, sive quispiam alius excogitaverit; nam incertum esse prodit Fabius *lib.* II.

Ad extremum delectæ sunt materiæ ex omni prope re atque negotio, in quibus explicandis exigua pro veris causis foroque utilitas fuit, copia vero ingeniique exercitatio magna. Hoc in ultimo genere μελετῶν, omnium vulgo Sophistarum diligentia & labor insumebatur, in eodem adolescentes erudiebant & studiosissime exercebant.

Neque enim ipsi modo Sophistæ eloquentiæ professores, sed discipuli quoque in schola declamitabant: quibus in declamationibus flebant plausus acclamationesque laudantium, non minus quam in publica ἐπιδείξει. Hinc Plutarch. *de audien.* illas quæ ab audientibus jactabantur, ad laudem, εὐφυῶς & ἀνθηρῶς, *Ingeniose, Floride*, ait esse τ͂ παιζόντων ἢ πανηγυριζόντων ἐν τ͂ σχολαστικαῖς μελέταις φωνάς, *ludentium & in juvenili declamatione exultantium voces*. Sed eam plaudendi consuetudinem insimulat jure Fabius *lib.* II. *cap.* II. quod eo jam provecta erat levium adolescentium licentia, ut etiam vitiosissima laudarent, & successum declamationis atque fructum κρότῳ & θορύβῳ magnitudine definirent. *Nunc*, inquit, *proni atque succincti ad omnem clausulam non exurgunt modo, verumetiam excurrunt, & cum indecora exultatione conclamant. Id mutuum est, & ibi declamationis fortuna*. Pari quoque levitate se mutuo sibilis excipiebant, & adversa acclamatione in schola, si quid displicuisset, quod in scholis Sophistarum fuisse frequentissimum, de pueritia sua loquens autor est Philostratus: nam Ægyptii Procli doctoris sui vitam scribens, ait eum bibliothecam habuisse domi, quæ pateret omnibus ad ornandas poliendasque declamationes, ne vel invicem, inquit, exsibilaremus, vel cavillaremur, ἃ ἐν τ͂ τ͂ σοφιςῶν συνουσίαις φιλεῖ γίγνεσθαι. Itaque Plutarchus *de audien.* monet gravissime, ita instituendos esse pueros, ut dum alius dicit, μὴ συνταράττεσθαι, μηδὲ ἐξυλακτεῖν πρὸς ἕκαστον, *non cieant turbas, neque elatrent singula invidiose; quod modestiæ & humanitati repugnare id videatur*. Neque tamen declamabant singulis diebus omnes adolescentes, sed ordine quodam & pro modo eruditionis atque doctrinæ; qua de re multa Quintilianus lib. I. cap. II. lib. & II. cap. I. II. &c. *Institut. Orat.*

Utiles autem fuisse illas declamationes ad parandam & augendam eloquentiam, cum ipsa docuit experientia quotidiana, tum qui artem illam diu factitavit Lactantius suo testimonio comprobavit lib. I. cap. I. *divin. Instit. Multum tamen nobis*, inquit, *exercitatio illa fictarum litium contulit, ut nunc majore copia & facultate dicendi causam veritatis peroremus*. Sed quæ hactenus a me explicata sunt, intelliguntur de iis declamationibus quas ipsi adolescentes ingenio proprioque marte polivissent. Nam primis scholarum initiis apud Rhetorem pueri non sua, sed quæ Sophista ipse doctor elucubravisset, in schola recitabant, ut autor est Theon Sophista, qui sic monet: Oportet præceptorem exercitationes quam optime & pulcherrime componere, & προστάξαι τοῖς νέοις ἀπαγγεῖλαι, *jubere deinde adolescentibus uti eas recitent*, ut exemplo illo instituti atque informati imitari facilius queant.

CAP. VII.

Declamationum scholasticarum varietas atque divisio. Suasoriæ inter rudimenta dicendi. Quid πλάσμα. Πλασματικοὶ λόγοι, *figmenta Rhetorum. Eorum autor Æschines. Controversiæ coloratæ*, ἐσχηματισμέναι, *figuratæ. Figuræ caussidicorum, figurati morsus. Suspiciosa actio. Silentium & significatio in Controversia, & in silentio κέντρον. Quando figuranda oratio. Primus id fecit Isæus. Illustratus Gregorius Nazianz. aliique.*

AUTOR (Tacit.) *Dialogi de Oratorib.* Declamationes Rhetorum in duo genera est partitus: quædam *Suasoriæ*, aliæ *Controversiæ* nominantur. Illæ putabantur leviores, hæ robustioris jam ætatis, unde Suasoriæ nonnunquam in scholis etiam Grammaticorum dicebantur, cum in Rhetorum ipsi officium irruissent, ut ait Quintilianus *lib.* II. *cap.* I. De iis loquitur piger ille apud Persium *Sat.* III.

Sæpe

Sæpe oculos memini tangebam parvus olivo,
Grandia si nollem morituri verba Catonis
Dicere.

Suasoriam intelligit declamatam in schola patre audiente; Juvenal. *Sat.* I.

Quæ pater adductis sudans audiret amicis.

Itaque mirum est virum doctum istius loci interpretem alio rem traducere. Simile est illud Juvenalis:

Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos
Consilium dedimus Syllæ, privatus ut altum
Dormiret.

Hoc genus declamationis ponit Fabius *lib.* II. *cap.* I. inter rudimenta dicendi apud Rhetorem: facillimum enim est puerisque accommodatum, in quo detur locus juvenili redundantiæ, excessui ad ornandum, lætioribus descriptionibus atque pompæ; præsertim cum ad illud idem genus periti quidam eloquentiæ doctores *Laudem & Vituperationem* referant.

Controversiæ autem quæ judiciorum quandam imaginem continent, argumentosæ & longe difficiliores habebantur & maturo judicio dignæ, in quibus & sententiarum acumen & exquisitus quidam ornatus adhiberetur. Doctissimus Hieronym. *Comment. in Epist. ad Galat. præfat. in lib.* III. *Controversiam* ponit pro elaborata & flosculorum elegantia picta & expolita scriptione, cum ait se non scribere *Panegyricum* aut *Controversiam*, sua ut verba laudentur, sed *Commentarium*. Hæc partitio Latinorum propria est Rhetorum, quam Sophistæ, qui, ut Jura loquuntur, *facundia Græcitatis pollent*, non venditant: nam utrumque genus communi appellant nomine, aut μελέτας, aut ἀγῶνας, aut ὑποθέσεις, nec partem ullam declamationis Grammaticis relinquebant, itaque apud illos Narrationes, Chriæ, Sententiæ, Loci communes, ἠθοποιΐαι, & similia dicebantur, quæ προγυμνάσματα Veteres appellant, quibus ad excipiendam eloquentiæ majestatem, pueriles animi disponi solent.

Igitur Sophistæ, nam de illis hic quærimus, τῶν μελετῶν quasdam nominabant simpliciter ὑποθέσεις μελετηρὰς, alias ἐσχηματισμένας, nonnunquam etiam πλάσματα. Fictas enim controversias, vel ut vocant alii falsas, ab otiosis & ingeniosis hominibus excogitatas, in quibus erudiebant adolescentulos, dicunt πλάσματα. De quibus ad Sophistam Eudoxium scribens, ita meminit, qui Sophistarum mysteria omnia cognorat D. Gregorius Nazianz. *ep.* LVII. παίζομεν ἐν μειρακίσκοις, ἐν πλάσμασι, ἐν ὑπὸ τῶν κρότων αἰρόμεθα. eruditissimus Billius vertit, *inter adolescentulos fabulas ludimus*: quod sane dictum est obscurius. Idem eloquentissimus Pater *Carmine de Vita sua* pag. 20. Declamationes Sophistarum describens itidem vocat πλάσματα, quæ non minus obscure Billius vertit *meras fabulas*;

Τῶν μὲν γὰρ εἰσιν εἰς ἐπίδειξιν οἱ λόγοι
Ἐν μειρακίσκων συλλόγοις καὶ πλάσμασιν,
Ἐν οἷς μέγ' οὐδὲν ἀτυχεῖν ἢ τυγχάνειν.

quæ sic ego nude, sed clare vertam:

Sophistæ cultos sermones ostentant
In juvenum cœtu & fictis controversiis,
In quibus bene an secus eveniat parum interest.

Idem *Orat.* I. pag. 41. tribuit Sophistis, τὸ κομψὸν τῶν πλασμάτων, *figmentorum venustatem*. Exprimit rem eleganter Tacitus *Dialog. de Orat.* in hunc modum: *Intelligebant opus esse, non ut Rhetorum scholis declamarent, nec ut fictis, nec ullo modo ad veritatem accedentibus controversiis linguam modo & vocem exercerent*, &c. Quintilianus *lib.* X. *cap.* V. *falsas rerum imagines & inania simulacra* dixit. Quo modo Sanctus quoque Basilius *lib.* II. *contr. Eunom.* initio, πλάσματα, quæ εἰς μελέτην adolescentibus proponi ait, vocat σκιαμαχίαν; & rem liquidius explicans; *Est enim*, inquit, *pugna adversus accusatores qui nusquam sunt, ad accusationem non prædictam responsio, ad Judices qui nulli esse videntur oratio.* Eorum inventorem Æschinem in Rhodiaco otio atque umbraculis fuisse prodit in *Bibliotheca* Photius: Primus, inquit, dicitur composuisse τὰ πλάσματα καὶ τὰς καλουμένας μελέτας. Idem Photius πλασματικοὺς καὶ γυμνασματικοὺς Libanii λόγους nominat: & inter Himerii Sophistæ commentationes ponit πλασματικοὺς καὶ πανηγυρικοὺς λόγους. Eruditissimus Hieronymus verbum ex verbo nominare videtur *figmenta*. *Apolog.* I. *in Ruffin. Quasi*, inquit, *non cirratorum turba Milesiorum in schola figmenta decantet*. Clarius etiam S. Gregorius Palamas Archiepiscopus Thessalon. *Tom.* VI. *Biblioth. figmenta Sophistarum*. Declamationes enim duas per prosopopœjam animi corporisque exhibiturus in *Protheoria* sic ait; *Nec quispiam novitatis crimen inferat orationi, haud nescius quo pacto & ad imaginum & personarum figmenta Sophistarum ac declamantium meditationes provectæ sunt.* Ex quo loco intelligimus ad πλάσματα Sophistarum referri ἠθοποιΐας & προσωποποιΐας, cujusmodi sunt Declamationes Sophisticæ duæ V. & VI. Max. Tyrii, qui Vitam Activam & Contemplativam disputantes, & causam agentes suam inducit. De Hesychio presbytero Constant. viro docto & eloquenti Photius; ἔστι δὲ λόγος εἰς ἐπίδειξιν διεσκευασμένος καὶ ἐν ἠθοποιΐας εἴδει μεμελετημένος, ἐν οἷς δημηγορίαι τε διατυποῦνται τοῦ Μωσέως πρὸς τὸν λαὸν, &c. *Sermo illi ad Sophisticam ostentationem comparatus, & concitandis affectibus* (mallem *Ethopœjæ forma.*) *meditatus videbatur*, &c.

Habuere quoque Sophistæ controversias in Scholasticis suis declamationibus, quas nominant ἐσχηματισμένας, quarum modum & rationem sane obscuram, neque satis evolutam a scriptoribus, lubet hic in adolescentium gratiam clara in luce ponere: sine qua meo judicio vix Senecæ *Controversias* satis intelligent. Igitur ἐσχηματισμένας, sive, ut nonnunquam Philostr. in *Antioch.* appellat, ἐν σχήματι προηγμένας ὑποθέσεις, eodem sensu; Latini Rhetores *figuratas controversias* dicunt: apud quos tamen *figuratum* est polysemum. Est enim aliquando figuratum quod habet dicendi genus ἐστραμμένον, cui opponit Fabius *sermonem & rectum sonum*: Sic enim loquitur extremo *l.* XI. *Neque Demosthenes per Marathonis & Platearum & Salaminis propugnatores recto sono juravit, nec Æschines Thebas sermone deflevit.* Vult figurate locutum, non recto sono. Et quidem Longinus & Halicarnasseus Dionysius multas in eo principis oratoris loco figuras agnoscunt. Hoc modo Græci quoque ἐσχηματισμένην orationem vocant *quæ fit a simplici atque in promptu posito dicendi modo poetice vel oratorie mutata*, ut loquitur Fabius, *l.* IX. *c.* I.

Præterea figura Controversiæ aliquando est conformatio quædam modusque declamationis, qui nova & minime trita ratione ferit oculos. Apud Senecam patrem ita capitur *Contr.* II. *Silo Pompejus*, inquit, *hac figura narravit.* Et *lib.* II. *Contr.* XI. *Cestius hac figura declamavit*. Fortunatianus quoque modum quo tota causa agenda est ita vocat: sicut & D. August. in princip. *Rhet.* figuram vel faciem controversiæ, pro specie quadam, modo, & conditione causæ posuit. *Sunt igitur*, inquit, *Themata, id est, figuræ controversiarum quatuor*, ἔνδοξον, ἀμφίδοξον, &c. Et paulo post, *Quarta est facies controversiæ*, &c.

Tertio figuratum dicitur tectum, absconditum, & dissimulatione insignitum, quando aliud dicitur, aliud intelligitur, non contrarium ut in Ironia, sed artificioso quodam silentio in eorum qui audiunt cognitione intelligentiaque reponitur. Quo modo figuratæ controversiæ sunt quæ a Latinis Rhetoribus nominantur *Coloratæ*, a Græcis ἐσχηματισμέναι, de quibus agit copiose Fabius *lib.* IX.*cap.*I.& II. aitque genus esse causæ, in quo per quandam suspicionem, quam non dicimus, accipi volumus aliud latens, & auditori quasi inveniendum: *quod*, inquit, *iam fere solum schema a nostris vocatur*, & inde figuratæ controversiæ dicuntur. Seneca rem describit varie lib.II. *Controvers.* IX.ubi de Othone Junio: *Solebat hos colores adhibere qui silentium & significationem desiderant*. Et sub finem *Controversiæ*, *suspiciosam actionem* vocat, quam opponit *rectæ & apertæ*. Idem lib. III. *Controv.* XVI. *Fuerunt & alii qui non quidem palam dicerent, sed per suspicionem & figuras*. Hinc apud Suetonium in *Vespas. Caussidicorum figuræ*: apud Macrobium lib.VII. *Satur.* cap. III. *morsus figurati*. Eruditissimus quoque Sidonius Apollinaris *lib.* IV. *ep.* I. materiam Satirici ponit *figuratum* D. Hieronymus *obliqua dicta* vocavit: *Obliquus*, inquit, *apud Hebræos totus liber fertur & lubricus, & quod Græci Rhetores vocant* ἐσχηματισμένος, *dum quis aliud loquitur, aliud agit*, Igitur in eo quod dicitur hoc genere Controversiæ, est χρῶμα sive *Color*, *schema*, *figura*, *silentium*, *suspicio*, *& obliquus morsus*. Quod eleganter pulcherrimo dicto suo Philostratus illuminavit: δεῖ γὰρ ἐν ταῖς κατὰ σχῆμα συγκειμέναις τῶν ὑποθέσεων, τοῖς μὲν λεγομένοις, ἡνίας, τοῖς δὲ σιωπωμένοις, κέντρον, *in caussis quæ secundum figuram compositæ sunt, & dicendis habenas, & tacendis aculeum dare convenit*. Hoc autem eximie præstitisse Rufum Perinthium Sophistam ait, cujus prudentiam commendat, ᾗ κατὰ τὰς ἐσχηματισμένας μάλιστα τῶν ὑποθέσεων ἐχρήσατο. Paria dicit de Hermocrate Sophista, & rationem quoque τῶν ἐσχηματισμένων mirifice illustrat: *Omne*, inquit, *genus Declamationum egregie tractavit*: καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰς ἐσχηματισμένας εὖ διέθετο, ἀμφιβολίας τε πλείστας ἐπινοήσας, καὶ τὸ σημαινόμενον ἐγκαταμίξας τῷ ἀφειμένῳ. Hic locus, inquam, est illustris, & ad ea quæ Latini Rhetores de hoc genere Scholasticæ Controversiæ docent, facit plurimum. Nam quod illi *suspicionem*, & *suspiciosam actionem* vocant, hic ἀμφιβολίας aut causam plurimis ἀμφιβολίαις distinctam: quod illi *silentium*, hic τὸ ἀφειμένον: quod illi *significationem*, hic τὸ σημαινόμενον. E quibus facile intelligi potest locus ille Senecæ, *Contr.* IX. quem superius adduximus de Othone Junio: *Solebat hos colores adhibere qui silentium & significationem desiderant*. Alio loco commutatis paululum verbis idem significat, cum nominat Controversias, *in quibus inter silentium & actionem medio temperamento opus est*: ubi actio nihil aliud est quam τὸ σημαινόμενον. Quos dicit colores, *Controversia* XI. nominat schemata: *Hermagoras*, inquit, *solebat interdum diu schemata prosequi, interdum breviter & fortius attingere*. Atque in hoc conveniunt Græci Latinique, quod vocent genus hoc figuratum σχήματα· hinc σχηματίζειν eo dicendi artificio uti. Philostratus de Herode Attico lib II.p. 559. σχηματίσας τὸν λόγον. Seneca *præfat. lib.* III. simili ratione de Albutio, *figurabat egregie*.

Perite autem in hac obliqua & suspiciosa dicendi ratione versari, non cujusvis hominis fuit: sed præstantis limatique penitus ingenii, & exquisitæ facundiæ. Unde Polemo tametsi foret in dicendo Sophista clarissimus, hoc tamen genus refugere dicebatur, διὰ τὸ δύστροπον τῶν τοιούτων ὑποθέσεων, *ob difficilem tractationem earum actionum*. Fuit tamen necesse adhibere aliquando, atque adeo triplicem ejus usum fuisse monent Rhetores: unum, si palam dicere parum tutum est, ut cum Reges aut Dynastæ metuendi potentia, dictione oratoris ad saniorem mentem revocantur: hic enim quidquid de perdita vitæ ratione tetigeris ulcus est, nisi excogitato artificio utaris. Alterum, si aperte dicere non decet. Tertium, qui venustatis modo gratia adhibetur, & ipsa novitate ac varietate magis, quam si relatio sit recta, delectat, ut autor est Quintilianus. Hinc natæ Rhetorum præceptiones tum Græcorum tum Latinorum de figuratis controversiis. Sane Græcus Dionysius Halicarnasseus περὶ τῶν ἐσχηματισμένων doctas monitiones reliquit. Cæterum hoc declamandi genus ab Isæo primum inductum volunt, de quo Plutarchus in X.*Orat.*& post illum Photius, πρῶτος σχηματίζειν ἤρξατο, *figuratas primus controversias adhibuit*. Addo ad extremum, eos qui hoc genere dicendi uterentur, αἰνιγματιστὰς appellari consuevisse Greg. Naz. *Or.* XXXV. sub fin. cum tropo in dicendo multiplici usus fuisset, oratione quadam sua de Theologia, subdit, *ea sic dicta propter ænigmatistas*, ne soli sibi sapere videantur; eos intelligit qui Sophisticum orationis modum adhibebant. Ubi vertunt αἰνιγματιστὰς, *ænigmatum studiosos*, quod forte videatur esse dictum obscurius. Sed Origenes rem clare & scienter explicat *homil.* XIII. *in Num.* Ænigmatistas enim ait nominari, *qui figurate loquuntur*.

CAP. VIII.

Modus & οἰκονομία Declamationis Scholasticæ exponitur. Præfatio qualis. Poscere controversiam. Προαγὼν, προθεωρία, *divisio. Quorundam ambitio petentium a quo verbo inciperent. Initium a jurejurando.* Ὁ καλούμενος ὅρος *in Declamatione.* Ὁριζόμεναι ὑποθέσεις. *Digressiones in plausibilem locum. Quæ probabantur in Sophistarum Declamatione.*

EXPOSITA pingui Minerva Declamationum varietate, consequens est, ut ipsius Declamationis modum & οἰκονομίαν, quam tenere vulgo solebant, exquiramus, atque ante oculos ponamus. Inprimis hoc in more fuit positum, ut cum Rhetor in pulpitum ascendisset, *Præfationem* haberet sedens ad aucupium delectationis elaboratam; qua sibi conciliaret omnium animos, audientiamque faceret. Attigit eum morem Plinius orator in epistolis cum de Isæo declamante loquitur lib.II ep.III. *ad Nepot. Præfationes tersæ, graciles, dulces, graves interdum & erectæ*. Ejus Præfationis materia fuit liberrima, & pro cujusque ingenio & eruditione excogitata. Valerius Licinianus vir Prætorius & elegantissimus in dicendo, cum in exilium missus eloquentiam profiteri cœpisset in Sicilia, Præfationes vulgo suas a fortunæ iniquitate ducebat, ut idem autor est Plinius lib.IV.ep. XI. *ad Minucian. In Sicilia*, inquit, *nunc profitetur, seque de fortuna Præfationibus vindicat*. Et alio loco: *Itaque ipse in præfatione dixit dolenter & graviter; Quos tibi fortuna ludos facis? facis enim ex professoribus Senatores, ex Senatoribus professores*. Sed commune fere omnium fuit, in sui commendationem aliquid pertexere. Agellius *lib.* IX. *cap.* XV. de adolescente Neapolitano, qui ad Declamationem audiendam eruditissimorum hominum cœtum invitaverat, *Introit*, inquit, *adolescens, & præfatur arrogantius & elatius, quam ætati ejus decebat, ac deinde jubet exponi controversias*.

Postrema hæc verba, quid fieret absoluta Præfatione declarant: *poscebant* enim *controversias*; quod αἰτεῖν ὑπόθεσιν dixit Philostratus. Id fiebat maxime in αὐτοσχεδίῳ λόγῳ, summa dicentis fiducia, quam Isæo quoque tribuit loco superius citato

Plinius : nam cum de ejus præfationibus dixiſſet, hoc addit; *Poſcit controverſias plures, electionem auditoribus permittit, ſæpe etiam partes.*

Propoſita hoc modo materia, vel proprio arbitrio delecta, priuſquam ad declamationem accederet, ipſam materiam ſive genus cauſæ Rhetor exponebat: *Thema* vocant, *ζήτημα, quæſtionem, ſive ſcholaſticam materiam.* Seneca de Portio Latrone *lib.* I. *Controv. Antequam dicere inciperet, ſedens quæſtionem ejus quam dicturus erat Controverſiæ proponebat.* Fabius *lib.* IV. *cap.* I. *Ante declamationem velut imago litis exponitur.* In hac velut declamationis futuræ pompa, cum totius quæſtionis ſtatum prodidiſſet, dividebat illam in partes, & quæ illi minores quæſtiones (*κεφάλαια* Græci nominant) ſubjicerentur, explicabat. Eunapio *διάκρισις ζητημάτων* dicitur in *Vit. Soph.* Epiphanius, inquit, *δεινότατος περὶ τὰς διακρίσεις δόξας τῶν ζητημάτων, in dijudicandis quæſtionibus peritiſſimus.* Dicebat breviter & dilucide, quibus coloribus, argumentis, *ἰδέᾳ*, cautione, providentia tractari poſſent: nonnunquam etiam in quo alii aberraviſſent, quid frigide, quid inepte fuiſſet dictum, quid alienum a judicio, quid inutili colore figuratum. Hæc *προβλήματος* expoſitio, quæ extra controverſiam tota fuit, dicitur vulgo ab antiquis, *Prælocutio, ſermo, diviſio, διαίρεσις, προαγών, προθεωρία*, in qua diutius quidam hærebant, quod haud obſcure e Seneca *præfat. lib.* III. poteſt intelligi, qui de Albutio ita memorat: *Raro totam controverſiam implebat: non poſſes dicere diviſionem eſſe, non potes declamationem: tanquam declamationi multum deerat, tanquam diviſioni multum ſupererat.* Hi tamen *προαγῶνες* non æque ab omnibus adhibebantur, & prælоquendi conſuetudo, cum aliquot annorum ſpatio duraviſſet, penitus obſolevit.

Themate expoſito & ea ratione illuſtrato ad Controverſiam aggrediebantur, cum paululum ſpatii ad cogitandum cepiſſent. In quo juvenilem quorundam hominum audaciam & temeritatem Quintilianus notavit *lib.* X. *cap.* VII. cujus verba hic repræſento: *Declamatores quoſdam perverſa ducit ambitio, ut expoſita controverſia protinus dicere velint: quinetiam quod eſt inprimis frivolum ac ſcenicum, verbum petant quo incipiant.* &c. Mos autem aliquando fuit, ut inciperent Controverſiam *a jurejurando*, ut notat Seneca pater *Suaſor.* VII. Exemplum ponit Sophiſtæ Gargonii, qui pro Cicerone declamitabat; & paulo ante Surdini adoleſcentis. Forte imitatione veterum oratorum, qui vulgo a Jove & diis immortalibus dictionem ordiebantur, ut notat Servius Grammaticus in id Virgilianum,

Præfatus Divos ſolio rex infit ab alto:

& M. Tullius Divinatione *in Verrem* ſignificat.

Jam quod ad ipſam Declamationem attinet, curæ illis fuit, ne fines a ſe, aut ab aliis pactos, impetu quodam libere volitantis & excurrentis eloquentiæ tranſilirent; ſed ſuo veluti gyro continerentur. Nam quoniam multis modis de eadem re dici poteſt, & in tractando magna poteſt eſſe varietas, *certos fines* terminoſque Declamationi circundabant, quod Græcis *προβάλλειν τὸν καλούμενον ὅρον* dicitur, cujus meminit Eunapius in *Proæreſ.* Hinc *ὁριζόμεναι ὑποθέσεις* apud Philoſtratum lib. II. *de Vit. Soph.* qui etiam oſtendit mutari conſueviſſe aliquando τὸν ὅρον, & quaſdam fuiſſe declamationes *δεύτερον ὁριζομένας*. Sic enim habet de Philagro Sophiſta: Cum ad Herodem fama perveniſſet quod Philager *τὰς μὲν πρότερον ὁριζομένας ὑποθέσεις αὐτοσχεδιάζοι, τὰς δὲ δεύτερον οὐκέτι*, &c. vult dicere, eum Sophiſtam uno tantum modo ſolitum controverſiam agere. Idem etiam autor Ptolemæum Naucratitem Sophiſtam reprehenſum fuiſſe ait in *ejus Vita*: *ὡς μὴ διορῶντα τὰς ὑποθέσεις, μηδὲ ὅπη ξυνεστᾶσί τε, καὶ μή, quod cauſas non definiret, neque ubi conſtitutæ fuiſſent, aut ubi non.* Hujuſmodi *ὅρον* appellare videtur Suidas *τὸ πέρας*. Mos, inquit, eſt Sophiſtis, ſi quem indoctum alicunde ingreſſum nacti fuerint periclitantem robur eloquentiæ; *ταράττειν καὶ κυκᾶν τοῖς ἀντιθέτοις, τοῖς πέρασι*, &c. *perturbare illum & confundere, oppoſitis, finibus*, &c. Alias diſputationibus quoque Philoſophorum tribuit *ἀφορισμὸν*, ut & Agellius lib. II. cap. VIII. *fines*. Minime tamen his cancellis impediebantur Sophiſtæ, quo minus frequenti exceſſu & digreſſione uterentur in varias deſcriptiones, in hiſtorias, in acroamata, & alia hujuſmodi, quæ mirabiliter diſtinguebant orationem & jucunda varietate pingebant: quemadmodum Pindarus ſolet aliique poetarum filii in laudationibus, Deorum fabulas intexere. Hinc factum, ut etiam Oratores in foro hanc conſuetudinem animos audientium captantem imitati aliqua ratione fuerint: quod Fabius animadvertit *lib.* IV. *cap.* III. *Pleriſque moris eſt prolato rerum ordine protinus utique in aliquem lætum ac plauſibilem locum quam maxime poſſint favorabiliter excurrere. Quod quidem natum ab oſtentatione declamatoria jam in forum venit*, &c.

Cæterum in Declamatione commendabantur *νοήσεις* ſive *νοήματα, inventiones*, quæ vel fuere dulces & venuſtæ, novitate ipſa recreantes, vel alti quidam & vividi generoſæ mentis conceptus, magni animi excitatique ſpecimina. Dionyſius Longinus *περὶ ὕψους ſect.* VI. *τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἁδρεπήβολον* nominat, & prodeſſe plurimum ait ad *ὑψηγορίαν, magniloquentiam* oratoris. Eminebant etiam *τέχνη* & *φύσις*, & Sophiſtæ quidem aliqui in utraque præſtantes fuerunt, aliqui vero plus natura valuerunt quam arte; qualis Adrianus Sophiſta, qui cum inventiones haberet ſplendidas & exima varietate, *οὐ μὴν τεταγμένος γε, οὐδὲ τῇ τέχνῃ ἑπόμενος, neque ordinem lucidum, neque artem ſecutus eſt.* Talis & Pollux, de quo ita Philoſtratus *σοφιστικοὺς λόγους τόλμῃ μᾶλλον, ἢ τέχνῃ ξυνέβαλε θαρρήσας τῇ φύσει. Sophiſticas orationes magis audacter, quam artificioſe compoſuit.* vid. Philoſtrat. in *Adrian.* & *Polluc.* lib. II. Eorum proprium hoc fuit, qui a natura habebant *ὁρμὴν* ſive *πνεῦμα*, quibus *τόνον σοφιστικὸν* tribuit Eunapius; & inprimis Acacio, qui de palma gloriaque eloquentiæ cum Libanio certavit, *τόνου*, inquit, *σοφιστικοῦ καὶ πνεύματος εἴπερ τις ἄλλος γέμων, Sophiſtica contentione & ſpiritu, ſi quiſquam alius, plenus.* Philoſtratus *τὸ ῥοῖζον τοῦ λόγου* in ſimili re dixit in *Vit. Ptolom.* In partibus Controverſiæ ſpectabatur *διασκευὴ τῶν ὑποθέσεων, τάξις, οἰκονομία, bona & elegans diſpoſitio*, tum unicujuſque *ἑρμηνεία, expoſitio*. In phraſi atque ſtylo *τὰ καλὰ καὶ διμελῆ καὶ εὔφωνα ὀνόματα, pulchra, ſuavia & ſonantia vocabula*: deinde in compoſitione ſuavitas quædam numeroſa, & quæ Iſocrati vulgo tribuitur *ἁρμονία μουσική*, ut etiam *σεμνότης πομπικὴ* & *ποικίλη*, & quæ uno verbo dicitur *σοφιστικὴ ἰδέα*. Denique in ipſo dicente placebant *εὔροια, διΐσομία, ῥυθμὸς τῆς γλώττης, ὥρα, χάρις, τὸ διάσχημον, μεγαλοπρέπεια, ἀξίωμα*, &c. De quibus ſimilibuſque rebus Philoſtratus, Eunapius, Dionyſius Halicarnaſſ. Hermogenes, alii, qui de Rhetoribus & dicendi facultate quidpiam literis & memoriæ commendaverunt.

CAP. IX.

Vulgares materiæ Declamationum in ſchola. Ἐπιθαλάμιοι λόγοι & Μονῳδίαι Sophiſtarum. Ἐγκωμίων certamen. Suſpectæ illuſtrium virorum laudationes propter Sophiſtas. Fictæ declamationes de ſummis viris ex omni antiquitate. Μελέται Chriſtianorum. Προβλήματα Sophiſtis a viris principibus objecta.

ADJUNGAM de materia ſcholaſticæ declamationis hic quidpiam, ſed breviter, quod multa ſint a nobis allata ſuperius, quæ illuſtrare eam rem poſſint. Ut in triſtibus æque ac lætis rebus oratione celebrandis, verſari poſſent facile & commode, & varietate abundare, nuptias aliquando gratulatione proſequebantur: hinc *ἐπιθαλάμιοι λόγοι*, quales ſcripſerunt Sophiſtæ Himerius, Choricius, aliique, ut videre eſt apud Photium. Et opus non modo poetarum, ſed etiam Rhetorum eſſe proprium Dionyſius Halicarnaſſeus oſtendit, a quo deſcriptum Epithalamiorum artificium videmus. Erant autem Epithalamia orationes omni ſplendore & jucunditate refertæ, & ad communem omnium lætitiam accommodatæ. *Quis enim eſt Orator*, inquit Nyſſæ Pontifex Gregorius *or.* III. *de reſurr. jam ſtultus adeoque ridiculus, qui ad nuptias gaudio & lætitia plenas vocatus, apto genere orationis prætermiſſo, quod diei lætitiam augere poſſit, triſtia quædam pronuntiet*, &c.

Interdum Μονῳδίας conficiebant, non tantum ad clarorum hominum funus laude cohoneſtandum, ſed ad cladem aliquam luctuoſam amplificandam. Talis fuit Libanii Sophiſtæ Monodia, qua Daphnæi Apollinis incendium omnibus eloquentiæ viribus copiaque deflevit, S. Chryſoſt. *or. de S. Babyl.*

Panegyrici in ſchola fuere, hominumque, rerum, negotiorum, frequens vituperatio: in eoque genere declamationis Rhetores ſuos diligentiſſime exercebant. Hinc certamen τῶν ἐγκωμίων inſtitutum, præmiaque iis propoſita qui dicendo alios ſuperaviſſent. Plutarchum dicere memini lib. VIII. *Sympoſ.* q. IV. ad Herodem Sophiſtam ævi ſui nobilem, acceſſiſſe quendam liquida lætitia delibutum, qui deferret *ςέφανόν τινα τῶν πλεκτῶν καὶ φοίνικα, palmam & coronam plectilem*, quam ejus diſcipulus in laudationis certamine victor retuliſſet. Id ſtudium & conſuetudo Sophiſtarum non exiguum incommodum attulit, tum hiſtoriæ, tum veriſſimæ hominum laudi. Nam cum undique genus omne amplificationum colligerent, ad eam rem laude & prædicatione efferendam, quam ornandam ſuſcepiſſent, clariſſimiſque illam mendaciis attollerent, factum eſt deinde, ut præſtantium hominum laudes ſuſpectæ haberentur. Quod notavit S. Gregorius Nyſſenus *de Virgin.* cap. I. *Humelioribus*, inquit, *ſtudiis* (Sophiſticam artem maxime intelligit) *oratio pro fundamento propoſita*, aliquam magnitudinis opinionem artificio laudium adjungit. Ὅθεν πολλάκις τὸ ἐξ ἐγκωμίων κατασκευαζόμενον θαῦμα, ὡς σεσοφισμένον καθυποπτεύεται ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. *Itaque fit plerumque, ut admiratio quæ encomiis comparatur, veluti commentitia ab hominibus ſuſpecta habeatur.*

Plauſibus quoque reprehenſiones inducebantur, in quibus exultare poſſet liberius dicentis oratio, puta Voluptatis, ubi Sardanapalus, & ab Jonia luxus, & Sybariticæ delitiæ, & aliarum gentium effuſæ libidines commemorari potuiſſent. Maximus Tyrius in Declamatione quam habuit de Voluptate *Diſſert.* XXXIII. τὰ ὑπὸ τῶν σοφιςῶν θρυλλούμενα ἐπ' αὐτῇ, &c *Quæ*, inquit, *vulgo a Sophiſtis objiciuntur Voluptati, Sardanapali luxus Medicæ deliciæ, mollicies Jonica, menſa Siculæ, Sybaritica tripudia, Corinthiæ meretriculæ*, &c.

Sed maxime in ſuadendo aut diſſuadendo verſabantur, atque etiam in accuſando: & ut foret actio longe ſplendidior, excitabant e ſitu & pulvere magnos Reges nobiliſſimoſque dynaſtas, quibus conſilium ſuum impertirentur, vel quos fictis criminibus onerarent. Agebant cum Dario moderatoribuſque Aſiæ, cum Pericle Athenienſi, Conone, Themiſtocle, cum Macedone Alexandro, cum Pœno Hannibale, cum Scipione Romano: atque eadem prope in ſchola Sophiſtarum & in ſcena theatrorum audiebantur. Unde perite Oroſius, cum de Cyro, Dario, &c. memoraviſſet, ſubdit lib. II. *Hiſt.* cap. XVIII. *Hæc ipſa facta ſunt nobis exercitia ingeniorum, & oblectamenta fabularum.* Juvenalis de puero apud Sophiſtam declamante, *Satyr.* VII.

—— cujus mihi ſexta
Quaq; die miſerum dirus caput Annibal implet:
Quidquid id eſt de quo deliberat, an petat urbem
A Cannis, &c.

Maximus Tyrius *Diſſert.* XV. eas fictiones de clariſſimis viris deprimit, iiſque longe ſuperiorem eſſe vult ſermonis philoſophici Rhetorem, non ut quædam, inquit, *de Themiſtocle qui jamdiu obiit adferre poſſit, aut apud ſæculi illius Athenienſes loqui, aut ducem aliquem qui nuſquam reperitur commendare*, &c.

Sed fictæ lites maxime in declamationibus locum habuerunt: fingebant leges, inducebant Tyrannos, novercas, meretrices, uxoreſque perfidioſas, miſcebant venena, gladios oblinebant ſanguine: ea denique quæ nec facta fuiſſent, nec fieri commode potuiſſent, excogitabant. Proſtant exempla apud Declamatores Quintilianos, Senecam, alioſque; & fuiſſe communem ſcholarum materiam Juvenal. *Sat.* VII. ſignificat:

Fuſa venena ſilent, malus ingratuſque maritus,
Et quæ jam veteres ſanant mortaria cæcos.

Ubi vetus Scholiaſtes optime, *Themata* eſſe ait quæ in auditoriis recitantur; *ut ſi*, inquit *uxor venenum triverit, maritus recipiat oculos*, &c. Huc iſta Sidonii Apollinaris referuntur *ep.* XI. *lib.* VIII. *& tyrannicarum declamatio controverſiarum.*

Sed præter hæc, Chriſtiani in ſcholis Sophiſtæ quaſdam habuere μελέτας, a pietate non abhorrentes, quibus S. Gregorius Nyſſen. *de profeſſ. Chriſt.* λόγων ἀφορμάς, hoc eſt, *orationum argumenta*, ait fuiſſe μελέτας πρὸς ἀρετὴν καὶ γυμνασίας πρὸς θεοσέβειαν, *meditationes ad virtutem & exercitationes ad Dei cultum & pietatem.* Sane Heſychius qui ornatiſſimas declamationes reliquit, frequentes Moſis δημηγορίας πρὸς τὸν λαὸν, *ad Hebræum populum conciones* elaboraverat, ut eſt apud Photium in *Bibliotheca*. Qui etiam alio in loco refert Choricium & Procopium Gazæum duos Sophiſtas facundia longe nobiliſſimos, ſæpe ἐν μελέταις adhibuiſſe rerum piarum commendationem. Sic D. Hieronymus *epiſtolam* quam de vitando ſuſpecto contubernio ſcribit ornatiſſimam, ut *ſcholaſticam materiam* ſe fatetur elaboraviſſe. Talis quoque eſt D. Baſilii *oratio in diteſcentes* ſeu divites avaros, quam ut ἐπίδειξιν omnium fama celebratam Libanius ſcripta ad eum epiſtola commendat. Tales meo judicio fuerunt utriuſque Gregorii Nazianzeni & Nyſſeni *orationes de pauperum inopia ſublevanda*, in quibus amplificationes, deſcriptiones, hypotypoſes elegantiſſimæ, & divino quodam artificio politæ viſuntur. Quin & ipſi quoque Ethnici, tametſi alieni a fide, argumenta ſuarum de-

clamationum sæpe a dogmatis Christianæ religionis non inviti arripiebant, ut notavit Magni Basilii frater contra Eunomium disputans *Orat.* x. ἡ πολλῶν ἐςὶν ἀκέειν ὑπόθεσιν ἑαυτοῖς εἰς λόγων ἅμιλλαν τὸ ἡμέτερον δόγμα. *Multos etiam licet audire, qui pro hypothesi sive dictionis subjecto, sibi ad orationum concertationem nostrum dogma proponunt.*

Porro Sophistis quæstiones etiam (προβλήματα aut ζητήματα nominant) a principibus viris nonnunquam proponebantur, de quibus arbitrio suo pro laude gloriaque certarent. Sic Anatolius Præfectus prætorio veniens in Græciam, πρόβλημα τοῖς σοφιςαῖς προέπεμψε, iis qui Athenis eloquentiam docebant *Rhetoribus misit problema*, ut narrat copiose Eunapius in *Proæres.* & erat, ut idem ait, τῆ προβλήματος ἡ καλυμμένη ςάσις, in qua subtiliter investiganda plurimum elaborabant; quod futile & ridiculum inventum putat Eunapius. Atque in ea re præstitisse videtur Nymphidianus Sophista, qui ex eodem autore in *Nymphid.* κρείττων ἦν τὰς καλυμμένας μελέτας ἡ τὰ ζητήματα, *in scholasticis declamationibus, quæstionibusque tractandis fuit egregius.*

CAP. X.

Sophistæ ob discipulos gloriosi. Quanto ardore multitudinem eorum affectarent. Hinc fatalis inter illos invidia. Quibus artibus conciliarent discipulos. Atheniensium Sophistarum in ea re consuetudo miranda. Σοφιςομανῦντες. Προσαγωγοὶ λημμάτων. *Illustratus Plutarchus, Tzetzes, aliique.*

INNATUM prope est omnibus docentibus, ut auditorum multitudine recreentur. Vere Quintilianus *lib.* I. *cap.* II. *Optimus quisque præceptor frequentia gaudet, ac majore se theatro dignum putat.* Et Synesius in *Dion.* βέλοιτο γὰρ ἂν ὁ διδάσκαλος ἀνὴρ εὐδοκιμεῖν ἐν τοῖς μαθηταῖς, *in discipulis doctor omnino cuperet hominum opinione florere.* Spectat id enim facitque plurimum ad augendam eorum hominum dignitatem; qui alios erudiunt S. Chrysostomus *hom.* II. *in* I. *ad Corinth.* ait esse autoritatis habere discipulos. Et Accursius in explicando jure clarissimus, *Honor*, inquit in *proœm. D. est Magistri, bonos habere Scholares.* Certe ob frequentiam numerumque discipulorum, fama in Græcia fuisse inclytum honoratumque Theophrastum, monumenta historiarum produnt. Quem cum Zeno eo nomine videret in omnium esse admiratione, nec par ejus esset gloriæ, jejuni animi debilitatus invidia dixisse fertur, Ὁ ἐκείνε μὲν χορὸς μείζων, ἐμὸς δὲ συμφωνότερος. *Chorus ejus major est, meus melius concinit,* Plutarch. *de profec. virt.* Atque ut caussam fuisse intelligamus, cur ea causa Theophrasti nomen & schola celebraretur, eam discipulos habuisse πρὸς δισχιλίες, *ad duo millia,* scribit Laertius *lib.* v. Nec minorem forte laudem est consecutus simillimo ex choro Isocrates, quem M. Tullius III. *de Orat.* ait floruisse nobilitate discipulorum; & in *Bruto*, ejus domum cunctæ Græciæ quasi ludum paruisse. Itaque audet idem ipse *Or.* περὶ ἀντιδόσ. gloriari, nemini unquam plures quam sibi discipulos fuisse. Cumque tria sint pulcherrima in Isocrate a doctis hominibus animadversa, hoc primum ait esse Pausanias in *Attic.* quod cum octo & nonaginta annos vixisset, ὅποτε κατελύσθη μαθητὰς ἔχειν, *nunquam discipulos habere desiit.* Et tamen cum numerum discipulorum ejus Plutarchus recenset in X. *Orat.* ait tantum fuisse εἰς ἑκατὸν, *centum aut paulo plures.* Quin & eum tam alienum ab ostentatione fuisse refert, ut de tribus ad ipsum audiendum ali-

A quando venientibus, duos retinuerit, tertio in posterum diem rejecto, cum diceret: νῦν αὐτῷ τὸ θέατρον εἶναι ἐν ἀκροατηρίῳ, *sibi theatrum jam venisse ad summum*, hoc est, se duobus esse contentum, plures non admittere: male Xylander vertit, *sibi nunc theatrum esse in auditorio*, quasi esset ἀκροατηρίῳ. Et meo judicio Tzetzes *Chil.* XI. in eodem numero investigando labitur: ait enim Isocratem ita fuisse meticulosum, ut neque duos discipulos simul doceret, solitumque uni ex illis dicere, σήμερον τέτῳ λέξω, σοὶ δὲ πάλιν τὴν αὔριον. *Hunc erudiam hodierna die, te crastina.*

B Sed ut omittam de Isocrate quærere, dictu prope est incredibile, quanto ardore Sophistæ audientium illam copiam multitudinemque ambierint: qua ex re duo quædam magna emolumenta capiebant, *laudem & pecunias*, quibus solis in tradenda humanitate vulgo omnes velificabantur. Illum æstum cupiditatis scriptores elegantes suis monumentis perspicue declaraverunt. Dio Prusæus *or.* XII. ait πολλὰς σοφιςὰς δόξῃ ἡ μαθηταῖς ἐπαιρομένες οἷον πτεροῖς, *multos Sophistas gloria & discipulis elatos, quasi pavones quosdam volitare.* Et *orat.* IV. *de Regn.* Gaudent μαθηταῖς, ἡ τοιέτῳ περὶ αὐτὰς ὄχλῳ. Epictetus sapienter apud Arrian.

C *lib.* III. *cap.* XXIII. *Sic*, inquit, *depravatus, & inhians laudatoribus*, ἡ ἀριθμῶν τὰς ἀκέοντάς σε, *numeransque auditores tuos, vis aliis prodesse.* Tum inducit gloriantem Sophistam ob eam ipsam rem cum auditore quodam suo; *Hodie plures me audierunt multo. Sane quidem, ait juvenis; videmur enim fuisse quingenti. Nihil dicis: facile numerare potes mille; tot nunquam habuit Dion Sophista ille magnus atque omnium eloquentissimus*, &c. Quare Themistius eleganter *Orat.* I. paucos habere auditores, vocat ἀνύχημα σοφιςῶν, *calamitatem Sophistarum.* Prope expressit doctissimi Cypriani scitum illud elogium de ambitioso *ep.* II. *frequentiori co-*

D *mitatu officiosi agminis honestatus, pœnam putat esse cum solus est.*

Ex ea tanta Sophistarum appetitione, cum multi eadem in urbe docerent, simultates prope necessario suscipiendæ videbantur, cum liberos suos genitores in eloquentiæ scholam mitterent, ut junior Plinius *ep. ad Mauric. lib.* II. meminit. Et sanctissimus Gregorius Nazianzenus *ep.* LXI. significat, in Eustochii facundiæ præceptoris se gravissimam offensionem incurrisse, quod Nicobulum affinem suum, Athenas studiorum causa proficiscentem, ad Stagirium Antisophisten potius, quam ad illum misisset. Hinc etiam fiebat, ut quo suos

E quisque discipulos retinere quam diutissime posset, de aliis contumeliose loqueretur, de fama & opinione detraheret, nihil ipsos humanitatis, nihil admodum literarum scire diceret, neque ullius scientiæ cognitione esse nobiles. Id Synesius in *Dion.* divino quodam & mirabili sermone depinxit: *Simul*, inquit, *atque sibi auditores devinxit, nihil jam ab alio dictum probabit: alioqui periculum est, ne & contemnatur, & avolantes a schola adolescentes retinere non possit.* Et paulo post, hujusmodi Rhetori ait esse fatale, φθονερῷ εἶναι, *invidiæ peste afflari.*

F Duos autem generatim modos habebant, quibus sibi discipulorum frequentiam adjungerent, & amorem conciliarent, *Eruditionem* videlicet atque *Fraudem*. Eruditio potuit esse hujusmodi, quæ late sparsa & clarissimo rumore disseminata, undique adolescentes evocaret; quod evenisse multis historiarum annales monent. De Scopeliano Sophista Lemnius ita Philostratus *lib.* I. *de Vit. Soph. Scopeliano in Smyrna eloquentiæ studia celebrante, non magnum quidem fuit in eam Ionas, Lydos, Cares, Mæonas, Æoliosque:*

itemque ex Mysia & Phrygia Græcos convenisse, cum iis gentibus finitima sit Smyrna. Atqui huc Cappadocas, Assyrios, Ægyptios, Phœnices, itemque Achivorum probatissimos, & universam Athenienſem juventutem induxit. Idem Polemoni tribuit, ad quem, inquit, audiendum e continente atque insulis delecta juventus affluebat. Paria de Herode Attico, de Heraclide Lycio memorantur. Ad Sophistam Julianum, qui, ut ait Eunapius in *Julian.* ἐτυράννει γε τῶν Ἀθηνῶν, *in astu regnum quoddam eloquentiæ obtinuit*, universa undecumque juventus magno studio convolabat, hominem colens & observans propter eximiam dicendi artem & ingenii magnitudinem. Atque hic modus pulcherrimus mihi videtur & maxime opportunus ad parandam auditorum frequentiam; quod nullus meo judicio esse potest ingenuo & studiis humanitatis perpolito homine dignior.

Alter, ut dixi, pertinebat ad fraudem, quam duplicem facio, privatam & publicam. Fraus privata in eo sita fuit, quod reperiebantur Sophistæ, qui blanditiis muneribusque inescarent adolescentes: quo nomine male audiit Themistius, quem ajunt beneficio Imperatoris ditem & opulentum, frumentum compluribus dedisse, a quibus ejus schola frequentaretur: quam labem omnibus ingenii viribus oratione IV. conatur eluere. De hujusmodi Rhetoribus Tacitus *Dial. de Orator. Colligunt discipulos non severitate disciplinæ, nec ingenii experimento, sed ambitione salutantium & illecebris adulationis*. Doctissimus Pater atque sanctissimus Hieronymus *ep.* IV. *Nec mirum, si qui multos inescare solitus erat, facto cuneo circumstrepentium garrulorum procedebat in publicum*. Eosdem ait Athenæus *lib.* V. μειράκια σχολαστικὰ θηρᾶν, a quibus non modo laudem consequantur, sed lautas quoque pecunias & mercedes emungant.

Fraus publica Athenis visebatur & licentia, quæ profecto coercenda legibus & punienda videretur, ni patrona defenderet consuetudo. Nam cum essent plurimi in ea urbe Doctores, quisque certos habebat homines sibi addictos, quos προσαγωγὺς τῶν λημμάτων vocabant, qui in itineribus adolescentes, studiorum causa in Atticam venientes, priusquam urbem attingerent, excipiebant, & ad Doctorem illos suum & scholam deducebant. Quin illi ipsi canes venatici exploratoresque juvenum, quos Nazianzenus Gregorius *Or.* XX. verissime nominat σοφιστομανοῦντας, & Eunapius in *Proæres.* εἰς διδασκαλεῖον μεμηνότας, longius cupiditate & audacia provecti, excurrebant in montes & portus maritimos: sic nullus effugere potuit adolescens, quin fraude eorum hominum subornatus, & pæne captivus, nolens volens in aliquem literarum ludum compingeretur. Sic Libanius adolescens fuit exceptus insidiis ab auditoribus Diophanti: cui si legere ex animi sui sententia Doctorem licuisset, non est dubium, quin vel se ad Proæresium audiendum tum Athenis celeberrimum contulisset, vel ad popularem suum Epiphanium magni nominis & eloquentiæ virum: sed ab istis emissariis captus, & in scholam Diophanti pellectus fuit.

CAP. XI.

Inter auditores Sophistarum discrimen. Quidam simpliciter Discipuli, alii etiam Sectatores, qui dicti ἀκόλυθοι, ὁμιληταὶ, ἑταῖροι, ἐρασταὶ, τέκνα, *&c. Prodeuntem Sophistam comitabantur & dicenti plaudebant. Bionis ambitio & commentum. Laertius aliique illustrati. Lege coercita juvenum assectatio, &c.*

A JAM inter Sophistarum discipulos quoddam fuit discrimen, de quo pretium operæ est ut hic etiam moneamus. Quidam enim *discipuli* tantum, alii *sectatores* nominabantur: quæ distinctio in Veterum monumentis haud obscure lucet. Porphyrius de Plotino in *ejus Vita: Auditores quidem multos habuit, imitatores autem & gratia philosophiæ valde familiares, Amelium, Tuscum, & alios*. Suetonius *de illustr. Gram.* de M. Valerio Probo; *Hic non tam discipulos, quam sectatores habuit*. Discipuli dicebantur μαθηταὶ, γνώριμοι, φοιτηταὶ, &c. Taurus philosophus apud Agellium *lib.* XV. *cap.* XX. nominabat ῥητορισάς. Sectatores autem, proprie a Græcis vocantur ἀκόλυθοι. Themistius *Or.* IV. de suis discipulis loquens,
B καὶ ὐδεὶς αὐτῶν ἕπεταί μοι ὥσπερ ἀκόλυθος, ὐδὲ συμπαραθεῖ τῦ τρίβωνος ἐξηρτημένος, οἷα τοῖς σοφισαῖς ἔθος πολλὰ ἀπολαύειν τῆς τέχνης, *nec ullus me tanquam assecla comitatur, nec pallio adhærens simul vagatur, qualem ex arte sua fructum Sophistæ sæpius reportant*. Damascius apud Photium συςασιώτας, Philostratus συνακολυθοῦντας νέυς appellat: & in *Vit. Apollon.* l. VIII. c. VIII. sectatores Apollonii ὁμιλητὰς, quos etiam in Græcia nominabant Ἀπολλωνίυ ἡκίας. Ab aliis vocantur ἑταῖροι. Ædesius, ut in *ejus Vita* proditum est, post concertationes literatas prodire ad deambulandum solitus fertur, quo tempore semper τῶν ἑταίρων παρῆσαν οἱ τιμιώτεροι,
C *honoratiores quique de sodalibus eum comitabantur*. Ea vero appellatio in Academia & philosophorum omnium scholis trita fuit; qua de re ita Suidas, Plato & cæteri philosophi, τὰς γνησίυς ἐραςὰς τῶν λόγων ἑταίρυς ἐκάλουν, *Germanos eruditionis amatores sodales vocabant*. Iidem, ut notavit Plutarchus *de virt. moral.* dicti sunt ἐρασαί. Adolescentes, inquit, ubi scitis præceptoribus se dederunt, principio eos usus gratia sectantur atque emulantur, postmodum autem eos diligunt, ἀντὶ γνωρίμων καὶ μαθητῶν, ἐρασαὶ καλύμενοι καὶ ὄντες, *& de familiaribus discipulisque Amatores & fiunt & dicuntur*. Hinc etiam nominati sunt τέκνα, *filii*, ut
D meminit Eunapius in *Julian.* Forte quod loco filiorum haberentur, aut etiam adoptarentur a Sophista. Id enim fieri ab iis aliquando in *Sophistæ Bionis Vita* prodit Diogenes, de cujus auditoribus loquens, εἴωθε, inquit, νεανίσκων τινῶν υἱοθεσίας ποιεῖσθαι, *consuevit adolescentes sibi adoptare*. E discipulis dicti etiam quidam aliquando παιδικὰ, magistri delitiæ. Damascius in *Vita Isidori* apud Photium, de Procli discipulis loquens: Talis etiam Zenodotus fuisse dicitur, παιδικὰ τῦ Πρόκλυ καλεῖσθαι μόνος ἀξιωθεὶς, *qui solus dignus fuit delitiæ Procli vocari*.

Eorum proprium fuit ἀπαντᾶν καὶ μετέχειν, ut loquitur Aristides *To.* III. adesse, audire, versari
E cupidius cum doctore. In forum euntem prosequebantur fausta omnia inclamantes, prædicantes. Quod ex Themistio *Orat.* IV. licet intelligere, cujus hæc est oratio, δορυφορεῖ με ἐμβάλλοντα εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ συρφετὸς ὗτος καὶ ἡ γρυμαία, κεκραγότες καὶ ἐκβοῶντες, &c. *Scilicet ea me colluvies in forum prodeuntem comitatur, ad singula quæ dicuntur a me verba exclamans atque vociferans*, &c. addit id esse proprium Sophistarum. Præterea iidem ἀκόλυθοι varias urbes & regiones obeuntem eloquentiæ ducem, speciosa veluti pompa sedulo prosequebantur, quod jam inde fuisse factum ab illius artis initio, Plato in *Protag.* meminit, cum agit de Protagoræ discipulis, ὓς ἄγει ἐξ ἑκάστων πόλεων δι' ὧν
F διεξέρχεται, κηλῶν τῇ φωνῇ, ὥσπερ Ὀρφεὺς, *quos singulis ex oppidis per quæ circumvagatur secum ducit, incredibili eloquentiæ dulcedine eos mulcens, tanquam Orpheus quidam, & alliciens*. De Scopeliano Philostratus in *ejus Vita:* νεότης δὲ αὐτῷ λαμπρὰ ξυνηκολύθησεν ἐς Ἰωνίαν, σοφίας ἐρῶντες, *juvenum cohors præclara & sapientiæ cupida, eum in Jo-*

viam secuta est. Idem Adriano Sophistæ dat πομπὴν τῆς πανταχόθεν Ἑλληνικῆς, *luculentum ex omni Græcia comitatum*.

Hoc instructu apparatuque Sophistæ tollebant videlicet animos, & circumferebant se magnifice & gloriose, nihilque præ se Regum illustrium fortunas opinabantur. Et mirum est quanta inanitate & puerili prope ambitione, cum ejus chori non adesset copia, ejus pompæ imaginem quandam speciemque expresserint. Hic mihi venit in mentem Bionis ambitio, qui Rhodum cum venisset, & se dare vellet in conspectum ornatissimo & frequentissimo comitatu, hoc callide excogitavit. Persuasit nautis atque remigibus, ut sumpta scholari veste, se quasi magnarum artium studiosi sequerentur. Hac igitur caterva septus, atque pompa (φαντασίαν vocat Laertius, non sat bene *præstigium* reddit Interpres) venit in Gymnasium, καὶ περίβλεπτος ἦν, sectatorum illa inani ostentatione omnium in se oculos convertit. Eodem ipso choragio superbiebat Tyaneus Apollonius, quem cinctum χορῷ φιλοσόφων, per Italiam volitasse *ejus Vitæ* scriptor memorat, lib. IV. cap. XII. Festivo illum dicto pupugit aliquando Demonax, προσέρχεται, ἔφη, ὁ Ἀπολλώνιος καὶ οἱ Ἀργοναῦται αὐτοῦ, ut est apud Lucianum in *Demon*. Dubium an ludere in voce Ἀργοναῦται voluerit, ut argutus ille apud Latinos poeta,

Non mutas puto vos, sed Argonautas;

an delectos heroas & Græciæ florem significare.

Istam ambitionem gloriosorum hominum notasse lege & edicto, & coercuisse Imperatores videntur, sic enim est Cod. Theod. *de stud. liberal. Universos qui usurpantes sibi nomina magistrorum, in* A *publicis magistrationibus cellulisque collectos undecumque discipulos circumferre consueverunt*, &c. Plinius *lib.* XXXIII. *cap.* XII. Arellium Fuscum Rhetorem ait motum equestri ordine fuisse ob insignem calumniam, *quod eum celebritate affectarentur adolescentium scholæ*. Irrisit eosdem Epictetus, qui negat boni & præstantis viri esse proprium, numero auditorum & multitudine gloriari: nam de philosophi disputans officio, τί ἔργον καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ; μαθητὰς πολλοὺς ἔχειν; οὐδαμῶς, apud Arrian. *lib.* IV. *cap.* VIII.

Cæterum discipuli inde etiam gloriolam aucupabantur, si præceptorem habuissent omnium opinione excellentem, studio & eruditione clarissimum. De Pythagora illud inprimis ait Isocrates in B *Busir. Tantum enim nobilitate cæteris excelluit*, ὥστε καὶ τοὺς νεωτέρους ἅπαντας ἐπιθυμεῖν αὐτοῦ μαθητὰς εἶναι, *ut edolescentes omnes ejus discipuli esse cuperent*. Et paulo post: *Nam etiam nunc qui se discipulos ejus esse profitentur, eos magis tacentes admiramur, quam alios eloquentiæ gloria præstantissimos*. Æschines Academicus se venditabat gloriosiusque efferebat, quod doctorem habuisset Carneadem, in dicendo & sentiendo fere omnium principem & coryphæum; quod illudentes Sophistæ homini objiciebant: σοφιστῶν, inquit Plutarchus *An seni ger. resp.* τινῶν λεγόντων ὅτι προσποιεῖται γεγονέναι Καρνεάδου, μὴ γεγονὼς μαθητής, &c. C *Cum Sophistæ quidam dicerent, eum fingere se Carneadis fuisse, cum non fuerit, discipulum*, &c. Contra vero Bion, quem σοφιστὴν ποικίλον nominat Laertius, cum sordibus esset avaritiæ atque libidine pollutus, οὐδεὶς μαθητὴς αὐτοῦ ἐπιγράφεται τοσούτων αὐτῷ σχολασάντων, *nemo illius discipulus inscribitur, quum tot habuerit sui auditores*, ut est in *ejus Vita*.



LUDOVICI CRESOLLII,

ARMORICI E SOCIETATE JESU,

THEATRUM VETERUM RHETORUM, ORATORUM, DECLAMATORUM, QUOS IN GRÆCIA NOMINABANT ΣΟΦΙΣΤΑΣ, EXPOSITUM

LIBRIS V.

ΗΘΙΚΟΙ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ.

DE VITIIS, QUIBUS INFAMATI OLIM FUERE SOPHISTÆ.

LIBER QUINTUS.

CAP. I.

Propria nota Sophistarum ἀλαζονεία & tumidi animi elatio. Illorum ars φίλαυτος καὶ ἀλαζών. Ambitiosi institores eloquentiæ. A sui laude vulgo exordia orationum ducebant. Ante scipiones & trabeas ponebant εἶναι σοφιστὴν. Exempla quædam Sophisticæ ἀλαζονείας.



FECIT quorundam Sophistarum importuna & impunita licentia, ut quæ tantum aliquorum propria fuere vitia, ea fuisse omnium videantur. De iis magni scriptores multa sparsim suis monumentis reliquere, neque plena hæc videbitur esse commentatio, nisi & nos illa quoque hic attingamus; quod breviter & dilucide faciundum erit. Princeps autem fuit eorum vitium ἀλαζόνες, superbientis animi elatio, fastus, arrogantia, & velut in scena & theatro gloriosa ingenii & facundiæ ostentatio, quam in luce urbium & nationum, atque omnium oculis & ore figebant. Itaque proprio veluti nomine appellantur ἀλαζόνες apud Clementem Alexandrinum, D. Gregorium Nazianz. Platonem, Lucianum & alios passim. Themistius *Or.* IV. Ὁ γὰρ σοφιστὴς καὶ ἀλαζὼν καὶ καινοτόμος πρῶτον μὲν Σωκράτους ὀνείδη ἦν. Et eleganter meo judicio in *Vit. Apollon.* lib. VII. cap. VIII. Tribunus Ælianus apud Domitianum Imperatorem in causa Tyanei, *Vere*, inquit, *o Imperator*, κουφολόγον οἱ σοφισταὶ χρῆμα, καὶ ἀλαζὼν ἡ τέχνη, *sunt pleni sermonum inanium futilissimique Sophistæ, & eorum ars mera est jactantia*. Philostratus quoque in Hippodromo Sophista nominat τέχνην φίλαυτον καὶ ἀλαζόνα. Festivissimus argutissimusque Lucianus in *Fugit.* spurios ait philosophos, ἐν μέσῳ ἀλαζονείας καὶ φιλοσοφίας consistere, hoc est, inter vere philosophantes Sophistasque esse medios. Hinc ἀλαζὼν sumitur nonnunquam ἁπλῶς pro Sophista: Aristoteles lib. IV. *de Morib.* οὐκ ἐν τῇ δυνάμει ἐστὶν ὁ ἀλαζὼν, ἀλλ᾽ ἐν τῇ προαιρέσει. Quam sententiam repetens lib. I. *Rhet.* loco ἀλαζόνος ponit σοφιστὴν, ubi de Syllogismo: ὁ γὰρ σοφιστικὸς οὐκ ἐν τῇ δυνάμει, ἀλλ᾽ ἐν τῇ προαιρέσει. Vim nominis explicat Suidas; ἀλαζόνας, inquit, proprie vocant mendaces, cum se de rebus quas ignorant dicturos profitentur: hinc ἀλαζοχαυνοφλύαρος, *arrogans tumidusque nugator*. Sumpsit meo quidem judicio a Scholiaste Aristophanis *pag.* 129. ἀλαζόνας, inquit, nominant, ἐπεὶ λέγειν ἐπαγγέλλονται περὶ ὧν οὐκ ἴσασιν. Sed melius idem ipse *in act.* II. *Equit.* ubi Aristophanes Cleonem δημαγωγὸν vocat ἀλαζόνα: ἀλαζὼν, inquit, ὁ μείζονα τῆς ἑαυτοῦ ἀξίας κομπάζων καὶ φρονῶν, *qui gloriosius de se quam par est & sentit, & nimia jactatione prædicat*. Sophistam omnino pingit, quemadmodum & doctissimus Joannes Chrysostomus in *Psal.* CXLIV. ἀλαζὼν μέν ἐστιν, ὁ ἐπὶ τοῖς μικροῖς κομπάζων. Hinc etiam κομπάζοντες eadem notione dicuntur. Eusebius in *Hierocl.* appellat Philostratum κομπάζοντα ἀληθῶς καὶ ψεύστην καὶ γόητα. Euphrates etiam philosophus Apollonium κομπαστὴν ἔφη καὶ τερατώδη εἶναι καὶ ὑπὲρ σοφιστὴν σοφίας, *jactatorem tumidæ inanitatis plenum*, apud Philostr. in *Vita Apoll.* lib. VII. cap. VII. Quæ causa fuit cur S. Basilius *serm. de Humilit.* κόμπους σοφιστικοὺς nominet, & κομπώδη λόγον illis tribuat S. Chrysostomus, ut alio loco diximus.

Sed ut omittamus de nominibus quærere, multi excellenti homines eruditione rem expresserunt. Quintilianus *lib.* XI. *cap.* I. *tumidum ac sui jactantem & ambitiosum institorem eloquentiæ* Sophistam indigitat: & Agellius *lib.* I. *cap.* II. *inanes flantem glorias*: & latius hujusmodi ἀλαζόνα describens, *qui præ se uno*, inquit, *cæteros omnes linguæ Atticæ principes, gentemque omnem togatam, totumque nomen Latinum, rudes esse & agrestes prædicabat*. Plutar. *de sui laud.* ait Sophistas ὀγκουμένους ἐφ᾽ ἑαυτοῖς καὶ μεγαληγοροῦντας, *sua ni-*

nimium extollentes, & cum fastu superciliique ja-ctantes. Jam inde ab ipsius artis initio Plato in *Protag.* id animadvertit, qui loquens de magnis illis satoribus parentibusque Sophisticæ; ἐπαινοῦσι μὲν, inquit, πάντα ἃ πωλοῦσι, *laudant illi quidem sua omnia, quæ pro mercedibus adolescentiæ cauponantur.*

In horum deinde vestigia qui postea variis ætatibus consecuti sunt introeuntes, sic afflati sunt eo morbo & contagione, ut pauci in eo essent numero, quin importuna sui opinione & laude insolescerent. Itaque Philostratus hoc in Hippodromo Sophista mirandum & prodigii instar esse putat, quod cum artem profiteretur ille φίλαυτον & ἀλαζόνα, sic enim loquitur, hoc est, *cæco sui amore flagrantem & ministram arrogantiæ*, neque suæ laudi indulsit unquam, ac supervacuas laudes amputavit. Quin ejus quædam ferebatur elaborata & ornatissima declamatio, qua Rhetores cum pavonibus comparabat, qui propria laude nimis attolluntur. Thrasonibus & militibus gloriosis, qui in Comœdia inducuntur, simillimos ajebat esse Themistius *Orat.* IV. Plutarchus lib. *de audiend.* iisdem attribuit περιαυτολογίαν, sane meritissimo: constat enim iis in orationibus, quas ad pompam & ἐπίδειξιν habebant, non aliunde vulgo exorsos, quam a sua fama longe lateque fusa, & omnium hominum prædicatione. Id e vita Polemonis facile colligitur, qui cum primam Athenis orationem habuit, non ab urbis laudibus fecit initium, neque de fama sua ample locutus est, καί τοι καὶ τῆς τοιᾶσδε ἰδέας ὠφελούσης τοὺς σοφιστὰς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσι· *tametsi*, inquit Philostratus, *hujusmodi oratio Sophistis in speciosis declamationibus admodum opituletur.* Sic denique se & suam artem efferebant, ut Sophistam esse plus prope ducerent, quam Romæ triumphare. Patet hoc in Libanio, cui cum Imperator amplissimam dignitatem, nimirum aulæ suæ palatii præfecturam dedisset, repudiavit, cum diceret, τὸ σοφιστὴν εἶναι μείζονα, *Sophistam illo esse bonore majorem*, ut refert Eunap. in *Libanio*. Quod mihi revocat in memoriam dictum illud gloriantis apud Ennodium Rhetoricæ, *Ante scipiones & trabeas est pomposa recitatio*.

Atque ut obiter quædam hic exempla Sophisticæ ἀλαζονείας ponamus, de Polemone sic *ejus Vitæ* scriptor: *Ita cum civibus agebat, ut inter omnes præstantissimus; eum Principibus, ut haudquaquam inferior; cum Diis, ut æqualis colloqui videretur.* Interrogatus a Telesino Consule Romæ Apollonius, quænam ejus foret sapientia, θειασμὸς, inquit, hoc est, *a divino afflatu proveniens.* Sic in *Ecphras.* Callistratus in λογοποιῶν, hoc est, Rhetorum linguas incidere ajebat ἐκ θεῶν θειασμὸν, *divinum afflatum*. Remnius Palæmon arrogantia fuit tanta, ut M. Varronem unum omnium Latinorum doctissimum, *porcum* appellaret, secum & natas, & morituras literas jactaret, Sueton. *de illust. Gram.* Eunomius, quem Sophistam fuisse ajunt, eo superbiæ tumidique fastidii processerat, ut διὰ τῆς ῥητορικῆς τεχνάσματα, ut loquitur S. Gregorius Nyssen. *contr. Eunom. p.* 423. se Magno Basilio formidabilem esse gloriaretur. Sed exemplorum satis.

CAP. II.

Arrogantes Sophistarum pollicitationes & ἐπαγγέλματα. Eorum commune elogium, πάντα εἰδέναι. Nolebant videri a quoquam didicisse. Communi sapientum voce illorum vanitas reprehensa.

MAGNIFICA dicta fuere Sophistarum in prædicanda scientiæ suæ magnitudine, & arrogantes omnino pollicitationes, quibus ἀλαζονείαν prodebant. Isocrates in *Panegyr.* proprium illorum esse ait μεγάλας ὑποσχέσεις ποιεῖσθαι,

A qui cum Rhetores haud obscure mordeat, & eorum leve nomen eventilet, initio tamen orationis Panegyricæ, laudem suam prædicat σοφιστικῶς, & se dicturum ea pollicetur, quæ nemo alius unquam excogitaverit: denique fatetur se μεγάλας ὑποσχέσεις ποιεῖσθαι, quod in Sophistis alio loco illusit. De iisdem Seneca filius *ep.* XLVIII. *Quid desceditis ab ingentibus promissis, & grandia locuti, effecturos vos ut non magis auri fulgor, quam gladii perstringat oculos meos*, &c.

Atque ut grandia illa distinctius ponamus ob oculos, tametsi forent ut plurimum omnium vitiorum maculis notatissimi, strenue tamen pollicebantur,
B *Virtutem, sapientiam, beatitatem*, quæ in humanis bonis & maxima videri debent atque optima. De singulis prostant clarissimorum hominum testimonia: & de *Virtute* quidem ait Plato gloriari eos solitos, non privatam modo, sed civilem quoque virtutem se docere, & ὑπισχνεῖσθαι ποιεῖν ἄνδρας ἀγαθοὺς πολίτας, ut loquitur in *Protagora*. Et in *Sophist.* vocat genus Sophistarum τὸ ἐπαγγελλόμενον ὡς ἀρετῆς ἕνεκα τὰς ὁμιλίας ποιούμενον, *quod tradendæ virtutis gratia cum hominibus se versari profiteatur.* Et in *Menone*, σοφιστὰς μόνους ἐπαγγέλλεσθαι διδασκάλους εἶναι ἀρετῆς. Quos ibidem
C multis rationibus & testimoniis poetarum, & illustrium virorum exemplis refutat, & hominum insolentium vanitatem redarguit. Isocrates item in *Busirid.* Polycratem Sophistam ut ineptum illudens, *Tu quidem*, inquit, *te putas, etiam tibi prorsus alienos*, ἂν σοι πλησιάσωσι, βελτίους ποιήσειν, *si te magistro utantur, optimos esse redditurum.*

Eosdem quoque *Sapientiam* pollicitos in regiis *ad Nicoclem* monitis significat: οἱ μὲν διὰ τῶν ἐριστικῶν λόγων, &c. alii contentiosis disputationibus, alii præceptis eloquentiæ, alii per alia quædam suis auditoribus sapientiam pollicentur. Zacharias Scholasticus de Ammonio; βρενθυόμενος εἶναι σοφὸς καὶ
D τοὺς ἄλλους σοφοὺς ἐμμελῶς ποιεῖν ἐπαγγελλόμενος, &c. *Insolentius sibi nomen sapientis arrogans diserte pollicetur, se alios effecturum sapientes, qui ad illum accedant, atque aures modo præbeant.* Illam autem sapientiam tantam esse ajebant, & eo in audendo provehebantur, ut etiam περὶ τῶν μελλόντων εἰδέναι, *scientiam quoque futurorum sibi arrogarent*, ut est in *Orat.* κατὰ σοφιστ. quod non esse malevolentis animi calumniam, Tyaneus probat Sophista, qui audiente Babyloniæ Rege, de se ita prædicavit, οὐ γιγνώσκω τὰ πρακτέα μόνον, ἀλλὰ καὶ προγιγνώσκω, *quæ agenda sunt non solum agnosco, verum etiam prænosco*, ut est in *ejus Vita*, lib. I. cap. XX.
E Denique *Felicitatem* pollicebantur; addit Isocrates μονονουκ ἀθανάτους εἶναι, *tantum non immortalitatem.* Vetus illud est ἐπάγγελμα Sophistarum, de quo non modo illorum in dicendi laude quondam æmuli, verum & sanctissimi viri meminere. S. Greg. Naz. *ep.* CXCIX. scribens ad Sophistam Adamantium. *Apud vos magno in bonore ac pretio sunt Cynegiri & Callimachi ac Marathonis & Salaminis tropbæa, ob quæ* αὐτοί τε εὐδαίμονες εἶναι νομίζετε, καὶ ποιεῖν τοὺς νέους, *& felices vos ipsos existimatis, & felicitatem adolescentibus adferre.* Athenagoras in *legat. pro Christian. Qui syllogismos resolvunt, & ambigue dicta dissolvunt, & origines dictionum expo-*
F *nunt, quiq; homonyma & synonyma, categoremata & axiomata docent*, καὶ εὐδαίμονας ἀποτελεῖν διὰ τούτων καὶ τῶν τοιούτων λόγων ὑπισχνοῦνται τοὺς συνιόντας, *bis & similibus effecturos se beatos auditores suos pollicentur.*

Nihil jam restare videbatur, quam ut *omnia scire se* dicerent; quod strenue fuit quoque ab illis jactatum. Circunforanei Sophistæ, inquit Isocrates in *Panath.* πάντα φάσκοντες εἰδέναι. Dion Chrysost. *Or.* XXXIII. *Videmini mihi frequenter divinos audivisse homines*, οἳ πάντα εἰδέναι φασὶ, καὶ περὶ πάντων ἐρεῖν, *qui*

se omnia nosse putant, deque omnibus dicere posse. Maximus Tyrius *Dissert.* XVI. illudens, τὸ τῶν σοφιστῶν γένος τὸ πολυμαθὲς τῦτο καὶ πολύλογον καὶ πολλῶν μεςὸν μαθημάτων. *Sophistæ nostri, multiscii hi dico & multiloqui, quorum pectus saturum est ebullitque doctrinis*. De Adriano Imperatore, qui certabat cum Sophistis & eorum consuetudinem induerat, ita Zonaras in *Adrian. Immensa ambitione honoris omnia affectabat*, καὶ ηὔχει μηδὲ ἀγνοεῖν, *seque nihil ignorare profitebatur*. Eandem ἀλαζονείαν tribuit hæreticis verissimis Sophistis Gregorius Nazianz. Or. XXXIII. *p.* 530. οἱ πάντα εἰδέναι τε καὶ διδάσκειν ὑπισχνεῖσθε λίαν νεανικῶς καὶ γενναίως, &c. *qui scire vos omnia & docere profitemini perquam fortiter ac generose*. Celsum proinde jure vexat & multis arguit Origenes *Philocal.* cap. XVIII. quod σοφιςικῶς illud jactavisset, Πάντα γὰρ οἶδα, *Omnia quippe novi*. Hinc vero duo quædam consequebantur, ut & omnium hominum sapientissimos se crederent, quod diserte Plato asseruit in *Sophista*: Volunt, inquit, persuadere ὥς εἰσι πάντα πάντων αὐτοὶ σοφώτατοι, *se unos in re omni esse omnium sapientissimos*: & ut præterea videri nollent a quoquam didicisse. Qualem Euthydemum Sophistam in *Memorabilibus* lib. IV. delineat Xenophon, quem ait φυλάττεσθαι μὴ δόξῃ μανθάνειν τι παρά τυ, *omni ratione cavere, ne videatur abs quoquam aliquid discere*.

Atque hæc qui apud se diligentius reputaverit, omnino intelliget fuisse causam cur Sophistæ nominarentur ἀλαζόνες, superbi, arrogantes, studio ambitionis laudisque vanissimi. Hoc nomine vexantur omnium sapientum reprehensione & convicio. Tertullianus *l. de Anima*, & S. Hieron. *ep. ad Pammach. gloriæ animalia, & popularis auræ vilia mancipia* nominant. Doctissimus Augustinus *epist.* LVI. *inanis gloriæ mancipia*; & l. I. *contr. Academic.* illorum disciplinam vocat *professionem ventosam*. Eosdem ait D. Ambrosius *l.* VII. *in Luc. phaleratis sermonibus artem suæ jactare prudentiæ*. Lepide Aristophanes in Comœdia fingit tumidas inanesque Nubes ad Prodicum accedere: ubi vetus Scholiastes, *Irridet*, inquit, *Prodicum, qui de se tantam opinionem conceperat*, ὡς ὑπὲρ πάντας ὢν τῇ σοφίᾳ, *quasi omnes anteiret sapientia*. Itaque scienter divinissimus Chrysost. *in Matth.* ἀλαζονείαν nihil aliud esse ait, quam ἐδὲν εἶναι νομίζειν πάντας ἀνθρώπους πρὸς ἑαυτὸν, *nihil præ se omnes homines existimare*. Themistius *Or.* I. & IV. in eadem vanitate reprehendenda multus est, nauseamque parere omnibus ait *sui jactationem*. Cui suffragatur id principis oratoris effatum I. *in Verr. Nam cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiæ multo molestissima*. Hinc illud præceptum II. *de Orat. Vitanda est ingenii ostentationisque suspicio*. Et longe ante sapienter id monuerat Theognis *vers.* 359. μηδὲ λίην ἐπίφαινε, *Ne nimis ostenta*. Et Phocylides *vers.* 48. μὴ γαύρυ σοφίῃ, *ne efferaris sapientia*. Sed documenta hæc splendida lusci ἀλαζόνες haud videbant, qui eo ipso a Philosophia magistra pudoris atque modestiæ arcendi fuissent. Sapiens mihi videtur Gymnosophistarum institutum, qui cum legere adolescentes maxima industria solerent, qui ad discendam sapientiam viderentur esse idonei, si quem deprehendissent ἀλαζόνα, repellebant ὡς μὴ καθαρὸν, ut memini scribere Philostratum, *de Vit. Apollon.*

CAP. III.

Avaritia Sophistarum in docendo. Quis Musam primus effecerit mercenariam & Mercurium ἐμπόλαιον. Sophi φιλοχρήματοι. Cupiditas Sophistarum varie a doctis expressa. Κλεῖς σοφιςαί. *Iidem Venatores. Socratis κυνηγέσιον quale.* Αρχα *de flagitio. Magna mercede nihil discere, miserandum. Illustratus Lucianus*, &c.

A ALIA nota communium Sophistarum fuit *Avaritia*, & pecuniarum ingens cupido, quas ut gnavi eloquentiæ institores, cauponesque scientiarum, docendis adolescentibus undique affluenter & avide colligebant. Vetus ille nævus est, & antiqua sapientum querela, qui sacrilegium prope inexplicabile ducebant, sacra Humanitatis cimelia, Musarumque mundum, ut in foro, docentium publico præconio divendere. Neque enim primis temporibus beatissimoque sæculo id fiebat, quo lingua potius quam supellex fuit aurea, hominesque ipsi, ut canit Hesiodus, χρύσειοι ἄνδρες. Apud Veteres, ut Thebanus ait poeta *Isthm.* od. II. quæ præest orationi & elegantiæ Musa, ὀ φιλοκερδής πω, ὀδ' ἐργάτις, ὀδ' ἐπέρναντο γλυκεῖαι Τερψιχόρας ἀοιδαὶ,
B *nondum lucri cupida erat, neque mercenaria, neque vendebantur a Terpsichoro dulces mellisonæ cantilenæ*. Sed tandem, inquit, id sapientis Argivi dictum locum habuit, Χρήματα χρήματ' ἀνήρ.

O cives cives, quærenda pecunia primum est.

Pindari mentem sequutus Plutarchus *quod princip. cum Philosoph.* id poetæ oraculum verum comprobat, aitque ob inscitiam & ignorationem honesti, κοινὸν Ἑρμῆν, *communem antea Mercurium* factum fuisse ἐμπόλαιον καὶ ἔμμισθον, *mercenarium & vænalem*. Nec Uraniam, Calliopen, aut Clio gaudere iis ἐν ἀργυρίῳ διαδεχομένοις τὸν λόγον, *qui pecuniæ gra-*
C *tia doctrinam profiterentur*.

Hinc nimirum eloquentiæ decus & reverentia concidit. *Nam ut primum*, inquit Fabius *Procem.* lib. I. *lingua esse cœpit in quæstu, institutumque eloquentiæ bonis male uti, curam morum qui diserti habebantur reliquerunt, ea vero destituta infirmioribus ingeniis veluti prædæ fuit*. Primum autem Simonidem fuisse poetam qui Musas cupidine devenustarit, melicus Anacreon, & Callimachus, & complures eloquentissimi viri produnt. A quibus Joannes Tzetzes *Chiliad.* VIII. capiens,

Lyrici, inquit, *prius scribebant absque argento*,
D Ηρξατο πρῶτος δὲ μισθῷ γράφειν ὁ Σιμωνίδης.
Primus autem cœpit mercede scribere Simonides.

Hinc factum, ut diceretur vulgo Simonides ὑπάργυρον πᾶσαν γραφὴν ποιεῖν, *argenteam omnem scriptionem elaborare*. Et quidem cum puerorum laudes panxisset, magnas inde opes, & immensam prope divitiarum vim consecutus est. Alii vero istius nundinationis fuisse primos inventores dicunt Sophistas. Id Plato in *Protagoram* perspicue retulit: & Philostratus in *ejus Vita*: τὸ δὲ μισθῷ διαλέγεσθαι πρῶτος μοὶ εὗρε· quod gloriandum esse facinus Le-
E mnius ille Rhetor putat, nominatque πρᾶγμα ἀμεμπτὸν, *rem minime deprehendendam*, ut quæ sit utilis adolescentibus, & vividam ingeniorum vim exsuscitet. Nam ea, inquit, studia quæ sumptu comparamus, longe amplectimur cupidius, quam quæ gratis exequimur. Honestum sibi videtur parapetasma oppandere, ad inumbrandam avaritiæ cupiditatem. Sic Aristippus cum e schola pecuniam acciperet, ajebat se id non facere, quod ea uteretur, sed ut illi, a quibus accipiebat, discerent, in quos usus habere pecuniam oporteat, Illustrius *de Phil.* Sed virorum sapientum omnis Senatus hoc institutum ab animo nimium angusto & minime liberali profectum censuit, & Sophistas in eo insimulat,
F quod virtutem se docere profiterentur, quam mercedibus & avaritia polluerent. Itaque apud Xenophontem lib. I. *Memorab.* est demirans Socrates, si quis virtutem in schola professus, ἀργύριον πράττοιτο, *pecuniam exigat*. Et alio quodam loco non dubitavit contumelioso nomine appellare Sophistas πόρνες, *scorta & catamitos*, qui sapientiam pro pe-

cunia cuivis prostituerent. Plato qui mercimonii illud genus flagrare studio & cupiditate videbat, plurimum salis in eis illudendis consumpsit, cum cum quæstum in eloquentia cæterisque disciplinis docendis arguit, & summa orationis varietate exagitat.

Et tamen quod exorientis artis Sophisticæ initio ab illis sapientiæ columinibus repudiabatur, adeo mox dulce jucundumque visum fuit, ut omnium sectarum magistri ad illius veluti prædæ communionem aureamque messem accurrerent. Speusippus, qui Platoni in docendo successit, ita non abhorruit ab eo lucro, ut Dionysius illum diceret δασμολογεῖν καὶ παρ' ἑκόντων καὶ ἀκόντων λαμβάνειν, *tributa exigere, & a volentibus nolentibusque discipulis accipere*, ut autor est Laertius *lib.* IV. In eodem Speusippo, aliisque plurimis, qui vitæ suæ tabernaculum in Philosophia posuerant, illam ipsam cupiditatem, & χρυσῶν μανίαν Tyrius Philostratus in *Apollonii Vita* l. I. c. XXI. notavit. Etiam Stoici in mercedem imminentes, auro inhiabant. Agathocles quidem certe non minus quam Protagoras, de mercede discipulum in jus vocavit, Luciano teste in *Icaromenippo*. Apud quem etiam in *Vitarum auctione*, Chrysippus qui fulcire porticum Stoicorum dicebatur, accipere non diffitetur. Quare Nigrinus vir sapiens, non sine stomacho & fastidio, hos atque similes coloribus suis pingebat, &, ut idem notat Lucianus in *Nigrin.* ἐργαστήρια ἐκάλει καὶ καπηλεῖα τὰς τούτων διατριβάς, vertunt, *ergastula*, (malim ego, *meritorias officinas*) *& cauponas illorum scholas nominabat*. Sic Apollonius Tyaneus Euphratem Sophum ajebat καπηλεύειν σοφίαν, ut in *ejus Vita* meminit Philostratus, l. I. c. X.

Enimvero tametsi res prope facta fuerat omnium docentium communis, nescio tamen quomodo in Sophistis ea minus honesta cupiditas eminebat: unde illorum discipuli proprie ἔμμισθοι ἀκροαταὶ fuere dicti: & Protagoras eo ipso nomine λόγος ἔμμισθος appellatus, ut ait Suidas. Hinc M. Tullius IV. *Academic.* Sophisten eum fuisse nominatum ait, *qui ostentationis aut quæstus causa philosopharetur.* Hunc eorum hominum morbum plurimi autores Græci Latinique tetigerunt. Synesius *ep.* LIX. γλῶσσαν ὤνιον, *linguam vænalem* ait esse ἀγώγιμον τῶν ῥητόρων, *merces oratorum & Sophistarum*. De iisdem Maximus Tyrius *Diss.* XVI. ἀγορὰ πρόκειται ἀρετῆς, ὤνιον τὸ χρῆμα, *nundinationem illi virtutis instituunt, prostat apud eos virtus*. Gregorius Theologus *ep.* CXVII. illis tribuit τὸ περὶ τὰ πλείονος μάχεσθαι, *de augendis facultatibus pedibus manibusque pugnare*. S. Basilius *ep.* CLV. eos comparat cum liguritoribus dulcium placentarum. Scribens enim ad Libanium Sophistam, *Quis*, inquit, *mercenarios discipulos constituit, nisi vos* οἱ προτιθέντες τοὺς λόγους ὤνια, ὥσπερ οἱ τοῦ μέλιτος ἑψηταὶ τὰ μελίπηκτα; *qui lucrum e sermonibus scholisque vestris sectamini, quemadmodum placentas mellitas ii qui melle delectantur?* Ipse Libanius *Declam.* XXIX. veteres Sophistas cum famelicis oviculis componebat, ὡς ὁ μισθὸς ἐπὶ πᾶν χωρίον εἷλκεν, ὥσπερ ὁ θαλλὸς τὰ πεινῶντα πρόβατα, *quos docendi merces ad omnia loca trahebat, velut famelicas oves ramus oleagineus*. Sumpsit opinor a Philostrato in *Adrian. Ita*, inquit, *proposita veste & argento illum Sophistam ducebant*, καθάπερ οἱ τὰ πεινῶντα τῶν θρεμμάτων τῷ θαλλῷ ἄγοντες, *ut qui famelica pecora virga oleaginea ducunt*.

Quidam piscatoribus simillimos esse dixerunt, qui non quidem Auratam piscem quærerent, quem ab aurato supercilio Græci nominavere χρύσοφρυν, sed nummatos opulentosque juvenes, quos deinde exenterarent, cum unam aut alteram declamatiunculam aut pauculos Homeri versus explicuissent: quo jactu se feliciores putabant, quam Polycrates fuerit Samius, cui annulum aureum captus in mari piscis revexit. Hinc apud Suidam ἁλιεῖς σοφισταί, *Piscatores Sophistæ*: quod in numerum Adagiorum venire potest. Themistius *Or.* I. eo respiciebat cum φιλοχρημάτους illos pingit. Si quos, inquit, discipulos θρίξὶν ὀλίγαις καθάπερ ἰχθῦς δελεασθέντας, *paucis crinibus veluti pisces inescatos ceperint, tametsi piscibus elinguiores abs se dimittant, pecuniam tamen cogunt pendere*. Platonem suum imitatur in *Sophist.* qui Sophistarum artem dicit esse *hamatoriam*. Atque hinc Lucianus suum etiam meo judicio *Piscatorem* expressit. Petronius in *Satyra* eleganter: *Eloquentiæ magister nisi tanquam piscator eam imposuerit hamis escam, quam scierit appetituros pisciculos, sine spe prædæ moratur in scopulo*.

Alii *venatores* indigitarunt, non qui cervam χρυσόκερον cursu & clamore sequerentur, de Herculeis ærumnis unam; sed tumidis & crepantibus sacculis auditores. Plato hoc perspicue, qui definit artem Sophisticam νέων πλουσίων καὶ ἐνδόξων γενομένην θήραν, *divitum adolescentium venationem*. Dion Prusæus homo sui temporis eloquentissimus *Or.* XII. ait Sophistas ἐκδίδοσθαι τῆς ἄγρας, *prædæ se accingere*, cum magnus cœtus auditorum affluit. Et *Orat.* LXV. σοφισταὶ λεγόμενοι δήμους καὶ σατράπας, καὶ μαθητὰς θηρεύοντες, *qui nominantur Sophistæ, plebes, & satrapas, & discipulos venantur.* Tam magnus illo artificio Prodicus fuit, quam cœlestis Orion; sic enim de ipso meminit Philostratus l. I. *de Vit. Soph.* ἀνιχνεύειν δὲ οὕτως τὰς εὐπατρίδας τῶν νέων, &c. *nobiles patritios & antiqua prosapia adolescentes, ita veluti odorando investigavit, ut hac venatione multa sit nactus hospitia*. Athenion quoque Sophista, qui Messanæ atque in Thessalia docuit, non lepusculos, sed pusiones venabatur, μειράκια σχολαστικὰ θηρεύων, ut loquitur Athenæus *lib.* V. unde magnam pecuniarum vim collegit. Maximus Tyrius *Dissert.* VIII. attribuit quoque Socrati κυνηγέσιον, *venationem Alcibiadis*: de quo item Plutarchus; Alcibiadem adolescentem ἐκυνηγεῖτο, forte ut ab illo & potentissimo & omnibus rebus abundanti omnia suppeditarentur. Nam de Socrate ejusque sociis ita illo ipso audiente protulit Aristophanes:

> Οὗτοι διδάσκουσ', ἀργύριον ἤν τις διδῷ.
> *Hi docent, si quis modo pecuniam dederit.*

Verum Dion Prusæus *Or.* LIV. Socratem nihil accepisse contendit, licet a pecuniis imparatum: Eundem monet Aristides *To.* III. ἀμισθὸν ἀρετὴν adolescentibus tradidisse, quod Plato ante memoraverat. Denique apud Xenophontem in *Oeconom.* est, eum per contumeliam vulgo πένητα, *pauperem* fuisse nominatum. Igitur alio referenda est Alcibiadis illa venatio, nimirum ad impuri hominis flagitiosam cupiditatem, qua pulchellos venabatur. Socrates enim publicæ libidinis doctor παιδεραστίας & lenonium artificium docebat, quo instructus Alcibiadem irretire cupiebat, quem unum omnium venustissimum & pulchritudine oris mirabili fuisse accepimus. Sic apud Heliodorum *Æthiop.* lib. II. nominantur θήρατρα ἀφροδίσια. Sic doctissimus & sanctissimus Chrysostomus *in Ps.* XLIX. adultero, qui Veneris prædam sectatur, tribuit ἄγραν, *venationem*. Allusit ad Socraticam illam venationem elegantissime Gregor. Nazianz. *ep.* CLXXXVII. Ἀεὶ καλὸς ἐγὼ τῶν καλῶν θηρευτής, ἵνα τι καὶ νεανιεύσωμαι. *Pulcher ego, pulchrorum venator sum semper, ut juveniliter aliquid dicam.* Eodem refero quod de Bione Sophista prodit Laertius, θηρᾶσαι μειράκιον.

Sed hoc obiter; redeo ad Sophistas, quibus nihil sagacius dici potest in opulentis nummatisque discipulis investigandis, quos docendo pecuniis emungerent. Id commune plurimorum fuisse

Taurus Philosophus apud Agellium *lib.* VI. *cap.* X. docuit; *Nunc*, inquit, *videre est Philosophos ultro currere, ut doceant, ad fores juvenum divitum*, &c. Sed eveniebat sæpe ut illusi adolescentes, nihil boni, plurima expensa pecunia discerent: quod esse miserandum ait Gregorius Theologus *ep.* LVI. scribens ad Eustochium Sophistam in hunc modum; *Ne juvenum spei insidias comparate, qui profecto gravissima injuria afficientur, si literarum studia colentes vitium addiscant, & quidem ὐκ ἀμισθὸν, non sine mercede.* Simile id effatum M. Tullii in Antonium II. *Philip. Duo millia jugerum Rhetori assignasti, ut pro tanta mercede nihil sapere disceres.* Enimvero quæ hoc capite a me allata sunt clarissimorum hominum dicta, eo referenda mihi videntur, ut tantum illam immensam & infinitam habendi sitim avaritiamque reprehendant: nam licere doctoribus scientiarum humanitatisque magistris sui laboris honestissima præmia consequi, nationum omnium judicia consentiunt. Qua de re alio hujus operis loco est a nobis via & ordine, prout res petebat, expositum.

CAP. IV.

Quantam mercedem peterent ab auditoribus Sophistæ. Varia illa fuit, μύριαι, χίλιαι, &c. Unde orta varietas. Scholæ μελετηραὶ & διδασκαλικαί. Merces vulgo semel data: nonnunquam pro singulis lectionibus, quæ ἐρανικαὶ & ἔμμισθοι ἐπιδείξεις, sive ἀκροάσεις. Ostentatio Sophistica, ὐ λαμβάνω ἐπὶ τέτῳ τῷ ἀναγνώσματι. Quorundam in discipulos tenuiores benignitas. Suidas, Plutarchus aliique emendati, illustrati.

GRANDEM fuisse mercedem a Rhetoribus Sophisque petitam in erudienda juventute, magni autores sunt qui significent. Inprimis D. Augustinus qui antiquitatem omnem notat usumque scholarum; *Hæc*, inquit lib. IV. *de doctr. Christ.* cap. VII. *omnia quando a magistris docentur, pro magno habentur, magno pretio emuntur, magna jactatione venduntur.* Brevissime, sed luculenter plane Sophisticum morem illuminavit Ausonius de Exuperio Tholosano Rhetore *de Professor.*

> —— *pueros grandi mercede docendi*
> *Formasti Rhetor.*

Philostratus in *Pol.* de Gorgia Polum Agrigentinum juvenem ditissimum imbuente, *σοφιστὴν ἐξεμελέτησε πολλῶν ὥς φασι χρημάτων, magna vi pecuniæ illum in declamando instituit.*

Quanta vero fuerit illa merces quam a discipulis suis peterent, quærebam. Sed profecto dici uno verbo non potest, cum non una ab omnibus exigeretur; cujus varietatis tres animadverto fuisse causas. Mutabat enim mercedis rationem, tum docentis nomen clarissimo rumore dissipatum, & quæsita eruditione autoritas, tum varietas & magnitudo earum rerum quæ docerentur, tum denique audientium conditio. Itaque in scholis, cum vulgo omnes ad pendendam pecuniam adigerentur, tamen divites & patrimoniis opulentos plura dedisse fere constat. Sane id clare de Scopeliano Philostratus lib. I. *de Vit. Sophist. Declamationes quæstu agitavit: ὁ δὲ μισθὸς ὐκ ἄπασιν ἀλλὰ, ἀλλ' ὡς ἕκαστος οἴκε εἶχε, alius aliam mercedem pro cujusque familiæ ratione dependit.* Præterea ut varia a variis docebantur, sic diversa fuisse doctrinæ præmia & emolumenta certum est. Nam de Sophistis quidam tantum docuere μελέτας seu declamandi rationem, qui ἐκμελετᾶν τὺς νέυς dicebantur, vel ut loquitur D. Gregorius Naz. τυπῦν πρὸς λόγον: alii vero διδασκαλικὰς scho-

A las exhibebant. Qui utrumque genus docerent, ampliorem sane mercedem petebant. Id in Sophista Lolliano patet, de quo sic in *ejus Vita*: *μισθὺς δὲ γενναίυς ἐπράττετο, τὰς συνυσίας ὐ μελετηρὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ διδασκαλικὰς παρέχων.* quæ Ant. Bonfinius ita vertit; *mercedes generosas petebat, cum congressus non declamatorios tantum, sed etiam præceptorios exhiberet.*

Atque ut aliquid dicamus in hoc genere exquisitius, amplissimam mercedem reperio vulgo a veteribus Sophistis petitam, fuisse *decem millium drachmarum, sive centum minarum Atticarum*: cujus rei non leviter pressa reperiuntur vestigia in doctorum B hominum monumentis. De Protagora Quintilian. *l.* III. *c.* I. *A Protagora decem millibus denariorum didicisse artem quam edidit Euathlus dicitur*: quod idem ponitur ab Agellio *l.* V. *c.* X. De eodem Laertius *pag.* 663. Protagoras *πρῶτος μισθὸν ἐξεπράξατο μνᾶς ἑκατόν.* ubi centum minæ sunt decem millia denariorum, sive, ut loquuntur Græci, drachmarum. Eandem summam petiit a discipulis suis Gorgias, de quo Diodorus Siculus *l.* XII. ita refert; *Tantum in Sophistica excelluit, ὥστε μισθὸν λαμβάνειν παρὰ τῶν μαθητῶν μνᾶς ἑκατόν.* Suidas de eodem Gorgia, *Cepit a singulis discipulis μνᾶς ρ΄. minas centum*: ver-C tit male Interpres, *nonaginta*. Consimile plane δίδακτρον notat Plato *Alcibiad.* I. *Pythodorus*, inquit, *& Callias Zenonem audierunt, uterque ἑκατὸν μνᾶς τελέσας, centum minas Zenoni dedit.* Par summa in Plutarcho de Isæo memorante, quem ait Demosthenem instituisse ἐπὶ δραχμαῖς μυρίαις, quod diceret Fabius *decem millibus denariorum*.

Cum calentia Rhetorum illa studia deferbuissent, quæ gloriosi primi illi Sophistæ summa eruditionis & eloquentiæ laude incenderant, merito illa merces grandior visa. Imminuta igitur fuit, cœperuntque petere *mille drachmas*, sive Atticas *minas decem*. Hoc minerval colligebat Isocrates, quem D Plutarchus in *ejus Vita*, discipulis ait solitum suis dicere, *ὡς αὐτὸς μὲν δέκα μνῶν διδάσκοι*, &c. *se docere quidem decem minarum mercede, sed ei qui ipsum audacem & vocalem docendo redderet, daturum se δεκακισχιλίας, minarum decem millia*; male Interpres ponit, *duodecim millia*. Nec minori docuisse pretio, Demosthenis factum & honestissimi studii contentio significat. Qui cum arderet facundiæ cupiditate, ad Isocratem tunc eo artificio præstantem accessit, orans humanissime, ut quoniam χιλίας, id est, *mille drachmas* (tanti enim ille docebat) dare non posset, ducentas acciperet, & quin-E tam artificii sui partem doceret: tum Isocrates; *Nos*, inquit, *non in frusta tribuimus artem, sed eorum more qui bonos pisces totos vendunt agimus.* Commune id fuisse docentium pretium ex Plutarcho *in* X. *Orat.* licet colligere in Lycurgi oratoris vita: quem cum argueret quispiam quod mercedem Sophistis penderet, respondit, si quis promitteret se filios ipsi meliores redditurum, ei se non χιλίας, *mille drachmas*, sed dimidium bonorum suorum daturum. Est etiam quiddam in libro περὶ παίδων ἀγωγ. quod illud ipsum comprobat. Ad Aristippum paterfamilias quidam accessit, & sciscitatus est quantum mercedis pro filii sui institutione posce-F ret: χιλίας, ἔφη, δραχμάς. *Mille denarios, respondit.* Exclamat ille, *Hercules, ut valde nimium exigis, cum possim mille denariis servum emere.* Forte non ille solus fuit qui tantam vim pecuniæ nollet Sophis & Sophistis pendere, quæ luculentior aliquanto videatur, quam ut in mediocrem familiam possit cadere.

Et quidem a plerisque id minerval dimidio fuit imminutum, qui tantum *quinque minas*, seu *drachmas quingentas* peterent. Isocrates *in Sophistas* invectus, *Pollicentur*, inquit, *adolescentibus felici-*

tatem, τέτταρας ἢ πέντε μνᾶς ὑπὲρ τούτων αἰτοῦντες, quatuor aut quinque minas pro mercede petentes. Sic Evenus Parius e veteribus Sophistis unus ἐδίδασκε πέντε μνῶν, quinque minis docebat, ut ait apud Plat. in *Apologia* Socrates. Tandem reperti sunt qui *minam modo unam*, vel quod idem est, *drachmas centum* poscerent. Philostratus de præceptore suo Proclo Naucratite Sophista loquens lib. II. *de Soph.* Institutum, inquit, declamationis huic viro peculiare, ita se habuit; ἑκατὸν δραχμὰς ἅπαξ καταβαλόντι ἐξῆν ἀκροᾶσθαι τὸν ἀεὶ χρόνον, *ei qui centum drachmas semel solvisset, semper audire licebat.*

Atque ex his colligi duo quædam posse videntur: primum est, quasdam fuisse ætates, in quibus par omnium prope merces in docendo notaretur, puta μύριαι, vel χίλιαι, &c. Alterum, eam tamen neque lege neque hominum consensione definitam, sed incertam videri. Nam, quo tempore primi illi Sophisticæ proseminatores decem millia drachmarum capiebant, Evenus Parius drachmis tantum quingentis scholas habebat. Philostrati quoque tempestate cum Proclus drachmas centum posceret, Damianus Ephesius cum esset domestico patrimonio dives, Adrianum & Aristidem illo ævo clarissimos in docendo Sophistas ἐπὶ μυρίαις ἠκροάσατο, decem millibus denariorum audivit, cum diceret esse multo suavius ad eas delicias, quam in pulchros & pulchras, ut plerique faciunt, pecunias erogare.

Quin & *talentum* Sophistarum fuisse minerval comperio. Sane Timotheus Atheniensis talentum Isocrati doctori suo dedit, ut autor est Plutar. *in* X. *Orat.* Aristophanes cum res eas memoravisset, quas docerent Sophistæ, subjungit in *Nub.*

Καίτοι ταλάντου τοῦτ' ἔμαθεν Ὑπέρβολος.

Sic Aristippo qui, ut paulo ante videbamus, χιλίας petebat, vulgo talentum dedere: sic enim Alexis Comicus apud Athenæum *lib.* XII. asserit,

Τούτῳ τάλαντον δοὺς μαθητὴς γίνεται.

Longe minor fuit docentium Rhetorum merces apud Latinos: *sestertia ut plurimum duo* ponit Juvenalis, hoc est, paulo plus quam aureos nostros quadraginta; sic enim ille idem Vates *Sat.* VII.

Hos inter sumtus sestertia Quintiliano,
Ut multum, duo sufficient: res nulla minoris
Constabit patri quam filius.

Neque tamen certam fuisse mercedem idem poeta significat, qui cum Rhetore paciscentes inducit:

Quantum vis stipulare & protinus accipe quid do,
Ut toties illum pater audiat: hæc alii sex
Aut plures uno conclamant ore Sophistæ.

Hactenus de pretio diximus quod semel penderetur: nam interdum pro singulis scholis & declamationibus pecuniam corrogabant Sophistæ, quas ideo vocabant ἐρανικὰς ἀκροάσεις, quod auditores singuli darent symbolam, ut adesse possent. Hinc dicti ἐπιδείξεις ἐμμίσθους ποιεῖσθαι, Aristot. lib. III. *Rhet.* qua de re *tertio Libro* dictum est a nobis uberius. Nobilis in hoc genere fuit Prodici declamatio, quam vocabant ἐπίδειξιν πεντηκοντάδραχμον, quod ad eam audiendam admitterentur, qui drachmas omnino quinquaginta persolverent, quæ summam haud exiguam pecuniæ conficiunt. Sic vero suas omnes scholas atque disputationes æstimasse videntur gloriosi tumidique Sophistæ, ut cuique pretium veluti suum constituerent. Si quid dicerent, quod esset tralatitium & commune, neque fidem & opinionem superaret, id deprimebant; tum jactabant illud pervulgatum, οὐ λαμβάνω ἐπὶ τούτῳ τῷ ἀναγνώσματι, *Pro hac lectione nihil magnopere a quoquam peto*, ut notavit eruditus Scholiastes Aristophanis *in Nub.* Sed hoc ambitiosorum fuit, qui sordes avaritiæ specie quadam magnificentiæ obtegebant: vulgus enim Sophistarum etiam lucra minima captabat, ut diserte ait Philo Judæorum omnium elegantissimus *de Gigantib.* pag. 225. *Nonne*, inquit, *in propatulo sunt probra istorum, qui se vocant sapientes, dum sapientiam vili pretio tanquam sub hasta in foro venditant, nunc præsenti lucro exiguo, nunc blanditiis suaviloquis, nunc pollicitationibus quovis somno vanioribus?*

Nonnulli tamen auditorum suorum rationem habebant, ut a tenuioris fortunæ adolescentibus parum aut nihil poscerent. *Isocrates a nullo cive mercedem repetiit*, ait Plutarchus *in* X. *Orat.* mediocrem intellige & obscura familia natum; nam talentum a Timotheo accepisse, paulo ante videbamus. Sophista Lollianus in annonæ caritate τὸν μισθὸν τῆς ἀκροάσεως suis auditoribus remisit, ut in *ejus Vita* proditur. De Sophista quoque Damiano ita Philostratus meminit; ὡς γὰρ αἴσθοιτο ἀπορῦντας ἐξ ὑπερορίων καὶ ἐθνῶν ἥκοντας, ἠφίει τούτοις τὸν μισθὸν τῆς ἀκροάσεως. *Quos pauperes & ab ultimis gentibus profectos esse cognorat, iis auscultationis mercedem dimisit, ne pecuniis destituti laterent.* Sed non omnium ista fuit benignitas, verum eorum tantum, quos humanitas animi moderationem docuisset.

CAP. V.

Alii quidam modi quibus pecuniam conficiebant Sophistæ, & avaritiæ sordes exponuntur. Acromitis data pecunia. Calendariæ strenæ & Saturnalitia sportula. Ἐξιτήριοι λόγοι. *Fœneratores Sophistæ. Pactio de mercede cum syngrapha. Eorum in probandis nummis ἀγροικία. Docendo opulenti facti. Rhetorice villa Heraclidis.*

PRÆTER illam consuetam scholarum mercedem, aliæ quædam pecuniæ Sophistis numerabantur, in quibus, non minus quam in mercede, repetendis, avaritiæ sæpe suæ magnitudinem sordesque prodebant; qua de re breviter quoque in hoc loco est dicendum. Imprimis qui Athenis inter legitimos Scholasticos accensebantur, & pallium Sophisticum accipiebant, quod aditis publicis balneis & quasi mystica expiatione fieri consuevisse gravissimi scriptores testantur, magnam pecuniæ vim in eos conferre solebant, qui inter Sophistas principatum obtinerent. Id paucis Olympiodorus apud Photium expressit; *Exinde cum pallio e balneo egreditur honorifica stipatus pompa*, δαπάνας ἐπιγνοὺς φανερὰς εἰς τοὺς διατριβῶν προστάτας τοὺς λεγομένους Ἀκρωμίτας, *decretis luculentis sumptibus in scholarum antistites qui dicuntur Acromitæ.*

Calendis etiam munera ad Sophistas mittebantur a discipulis: quod video a Libanio notatum in Calendarum descriptione. *Funditur*, inquit, *aliis aurum undequaque, quando hi quidem Patronos imitantur, alii vero simul & semel largiuntur: e quorum etiam numero sunt qui sapientiæ studio dant operam, siquidem statuunt tunc temporis mercedem hujusmodi in festi gratiam.* D. Hieronymus *in cap.* VI. *Epist. ad Ephes.* erudite; Pe-

cuniam in Calendariam ſtrenam, & Saturnalitiam ſportulam, & minervale munus Grammaticus & Orator accipit.

Adoleſcentes præterea in digreſſu a ſchola Sophiſtarum, & pecunias dabant, & agebant gratias. Quo videtur alludere Plato in *Cratyl.* cum ita loquitur: *Ab his qui ſciunt hæc perquire, oblatis pecuniis & gratiis inſuper actis. Hi vero Sophiſtæ ſunt, quibus frater tuus Callias multis erogatis pecuniis ſapiens evaſiſſe videtur.* Et quidem cum aliquandiu ſcholam celebraviſſent, & redeundum in patriam videretur, habitas fuiſſe ab adoleſcentibus orationes, quibus Doctori agerentur gratiæ, locupletiſſimi ſunt qui teſtentur. D. Gregor. Naz. in omni eruditione limatus *Orat.* xx. vocat *ἐξιτηρίους λόγους*, cum ait illo die quo magnus Baſilius jam doctrinis ſaturatus Athenas reliquit, fuiſſe factos *ἐξιτηρίους λόγους, προπομπίους, ἀνακλήσεις, οἰμωγάς*, &c. Sanctus ipſe Baſilius lib. *de Spirit. Sanct.* ad hunc morem alluſit, cum ait Athenogenem virum pio & fortiſſimo animo præditum, cum ad mortem Dei cauſa raperetur, reliquiſſe diſcipulis ſuis hymnum, *ὥσπερ τι ἄλλο ἐξιτήριον*, *ut aliquod aliud valedictionis genus diviniоremque orationem.* Sic Gregorium mirabilium rerum effectorem, qui poſtea Neocæſareæ fuit Antiſtes, cum Origenis ſcholam relinqueret, eximiam habuiſſe orationem ferunt, ubi inter cætera doctus & humaniſſimus adoleſcens gratias Numini egit maximas, quod ejus beneficio atque munere, tantum tamque in omnem partem divinum magiſtrum habere licuiſſet.

Fuerunt & alii modi amplificandæ pecuniæ, quos noſtri illi Rhetores atque Sophi aucupabantur. Cleodemus ita quoſdam recenſet apud Lucianum in *Conviv.* *Nihil aliud ſpectatis quam ut ipſi plurimum pecuniæ poſſideatis, atque ob eam cauſam*, *ἀμφὶ πλουσίους ἀεὶ ἔχετε, καὶ δανείζετε*. &c. *Semper apud divites hæretis, fœneratis atque uſuris incumbitis, & mercede docetis.* Lycon Peripateticus modum quendam alium colligendarum opum excogitaverat. Nam in ſchola magiſtratum quendam inſtituit, quem nominabat *μουσῶν ἐπιμελητήν*, qui opiparas cœnas inſtitueret & ſacrificia. Ad ſumptus autem faciendos, & ſymbolæ ab omnibus auditoribus colligebantur; & is fiebat *ἐπιμελητής*, qui locuples & amplo eſſet patrimonio dives aut nobilis. Et ſi forte præterea quiſpiam e numero adultorum viſendæ ſcholæ gratia accederet, ille quoque in eam rem ſymbolam ſuam dabat, ut eſt apud Athenæum, *lib.* XII.

Jam vero in mercede pecuniiſque repetendis, multa fiebant ab illis Doctoribus fœda, & ab animo liberali, humano, ingenuo penitus aliena, quæ verecundus quilibet atque ſapiens repudiet. Scripto inprimis atque ſyngrapha de argento recipiendo & docendi mercede ſibi cavebant. Hinc illa Plutarchi *de Stoic. repugn.* *Quonam modo aut ſapiens vel pecuniæ erit contemptor*, *ὑπὸ συγγραφὴν ἐπ' ἀργυρίῳ τὴν ἀρετὴν παραδιδούς*, &c. *qui confecta ſyngrapha pro argento virtutem tradat, & ut non tradiderit, tamen mercedulam exigat, vel cui damnum inferri nequeat, qui cautione utatur ne mercedula defraudetur*, &c. Hujuſmodi multa eveniebant in obeunda pactione de pretio, quæ declarent, animos Sophiſtarum lucris inhiantes, cupiditatibus inflammatos, & in aurum nimium imminentes fuiſſe. Itaque Apollonius Sophiſta Naucratites laudatur, *οὐ βαρὺς ὑπὲρ μισθοῦ συμβῆναι*, *quod nunquam de mercede paciſcenda gravis moleſtuſque fuerit*, ut eſt in *ejus Vita*, apud Philoſtr. lib. II. *de Vit. Soph.*

Sed illud plane fœdiſſimum in accipienda mercede, quod immani terrore verborum ſolerent *μεταστρέφειν τοὺς στατῆρας ἔνθεν καὶ ἔνθεν, μὴ παράσημοί τε καὶ ἐνδεεῖς*, &c. *Statores in hanc & illam partem ſæpius vertere atque diligenter explorare ſintne adulterini atque injuſti ponderis*, ut memini ſcribere Themiſtium *Orat.* I. Qui etiam paulo poſt addit, diſcipulos nonnunquam fuiſſe ab illis inhumane tractatos, *ὅτι ῥύπου τι προσῆν τῷ νομίσματι*, *propterea quod numo ſordidum aliquid inerat.* Theophraſtus in *Charact.* id inter ſigna τῆς *ἀγροικίας* ponit: *ἀργύριον δὲ παρά του λαβὼν ἀποδοκιμάζειν, λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι, καὶ ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι*, *argentum quod ab aliquo acceperit, quaſi tenue aut nimis aſperum ſolet rejicere, aut ut alio id ſibi mutetur poſtulare.* Hoc fortaſſe aut ſimilia intelligebat Philoſtratus lib. II. *de Soph* cum multos reperiri ait ſapientes (philoſophos & Sophiſtas intelligit) *πολλὰ καὶ ἀνελεύθερα ὑπὲρ χρημάτων πράξαντας*, qui multa pecuniæ gratia ab ingenuo liberoque homine aliena fecerunt. Imo etiam, ut monuit Themiſtius, crudelitatem expromebant ſuam in eos adoleſcentes, qui propter inopiam aut parentum ſolitudinem, non poſſent totam mercedem perſolvere. Quanto honeſtius agebat olim moderatiuſque Protagoras, qui de ſua conſuetudine in Platonis *Dialogo p.* 200. ita prædicat: *Exactionis autem meæ hæc eſt conditio: poſtquam aliquis a me didicit, ſi vult ille quidem, retribuit quantum exigo argentum. Sin minus, ingreſſus in templum jurejurando concepto æſtimat quanta mercede digna ſibi mea documenta videantur, tantumque exponit.*

Ex hac tanta cupidorum hominum diligentia, non mirum eſt, ſi plurimi ad magnas opes & rerum omnium affluentiam pervenerint; quam ad rem principes illi antiquiſſimique Sophiſtæ viam muniverant, quos incredibiliter fortunis auctos & locupletatos volunt. Athenæi locus *lib.* III. maxime huc facit. Non fruſtra ſane, inquit, diſcipulos habet innumeros admirandus Blepſias, aut divitias ſibi paravit tantas ex hac præclara ſapientia, ut opibus Gorgiam ac Protagoram ſuperet. Hippias *χρήματα πλεῖστα ἐξέλεξε*, ait Philoſtratus. Iſocrates *ἀργύριον ὅσον οὐδεὶς σοφιστῶν ἐπορίσατο*, *argentum quantum nemo alius Sophiſtarum confecit*, autore Plutarcho in X. *Orat.* In omnibus prope ætatibus hujuſmodi reperiuntur docendi artificio bonis ad invidiam circumfluentes. Acuſilaus cum Athenis & Romæ eloquentiam docuiſſet, ingentibus copiis locupletatus, Athenienſibus moriens reliquit centum millia drachmarum ex uſuris. Sophiſta Heraclides prædium emit ſuburbanum Smyrnæ, ſex millium aureorum prætio *ἐκ τῶν ἀκροάσεων*, ut ejus vitæ autor loquitur, *quos e ſcholis declamationibuſque ſuis collegerat*: & ad æternam memoriam artificii, eam ipſam villam nominavit *Ῥητορικήν*, *Rhetoricen.* Itaque Lucianus comica libertate Atticoque *μυκτῆρι* pungens Philoſophos atque Sophiſtas, quos videbat auro ſuperbos, latifundiis & ſupellectile glorioſos, nomina excogitat, quibus eorum avaritiam notet. Non multum, inquit in *Fugit.* aberrabis, ſi *ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἣν ἔχουσιν εἰς τὰ κτήματα*, *ab immani cupiditate & poſſidendi deſiderio eos vocaveris*, *κτήσωνας, ἢ κτησίππους, ἢ κτησικλέας, ἢ εὐκτημονας, ἢ πολυκτήτους*, *vel Poſſidonios, aut Poſſidippos, aut Poſſicleos, aut Poſſifundos, aut Poſſidoros.* Quæ ſi quis apud ſe reputet, propemodum verum opinabitur, quod eſt dictum a Chryſippo, eſſe tres modos rei augendæ & amplificandæ, treſque fontes unde maxime divitiæ hauriri poſſent, *e regno, ex amicis, ex arte Sophiſtica*: quod Plutarchus vir ſapiens & conſideratus improbat.

CAP. VI.

De crudelitate Sophistarum in extorquenda a discipulis pecunia, quos eo nomine varie excruciabant. Castigandorum adolescentium modi. ἀποτυμπανίζειν. ῥαπίζειν. *Solea castigati pusiones. Scutica,* βυρσίνη, *taurea. Ea ex anguilla, vel canino aut bubulo corio. Levis ferula cur dolorem infligat magnum. Qualis ferulæ verberatio. Pueri olim castigati ampeloprasо, porri scapo & caule, myrto, malvæ foliis, palma, &c. Varii scriptores qua emendati, qua illustrati.*

MAGNA fuit Sophistarum quorundam acerbitas immanitasque naturæ, in pecunia a discipulis repetenda: quos mercedem ex animi sui sententia non solventes inusitatis modis cruciabant, & tantum non fidiculis atque equuleo torquebant. Rem habemus in Veterum monumentis expressam haud dubia clarorum hominum significatione, in eaque liquidius explicanda paululum nobis immorandum erit, tum quod eo nos inchoata ferat disputatio, tum quod mihi est animus, ex occasione modos hic attingere, quibus modis studiosa olim juventus plecti in scholis consueverit. Quod fieri meo judicio non potest, quin plurimi variorum autorum loci illustrentur.

Dico igitur adolescentes qui solvendo non essent, aut qui pactam nollent pecuniam reddere, a mercenariis Philosophis & Rhetoribus, quos, ut alias dixi, communi uno nomine dicunt Sophistas, raptatos miserandum in modum fuisse, verberatos, exquisitis suppliciis affectos: quæ res inflammatam eorum hominum cupiditatem & habendi sitim, aurique sacram famem in omnium luce ponebat. Duo mihi in eo probando assidui erunt testes, Lucianus atque Themistius: quorum prior ita loquitur in *Hermotim.* agens de Philosopho, qui Dionem auditorem suum contumeliosissime durissimeque habuerat, ἐπεὶ τὸν μισθὸν μὴ ἀπεδίδε κατὰ καιρὸν, &c. *Cum fortasse non reddidisset illi mercedem in tempore, ad Prætorem paulo ante rapuit miserum, pallio ejus collo injecto vociferans & excandescens admodum, & nisi e familiaribus quidam e manibus furiosi adolescentem eripuissent, periculum erat, ne nares misero mordicus avellisset senex, adeo impotenter debacchabatur incensus iracundia.* Addit eundem semper durum & implacabilem esse consuevisse, si quis non in tempore pactam mercedem enumeraret. Apud eundem in *Convivio*, Cleodemus cum antisophiste contendens, Neque drachmis quaternis, inquit, fœnero, οὐδὲ ἄγχω τοὺς μαθητὰς ἢν μὴ κατὰ καιρὸν ἀποδῶσι τοὺς μισθοὺς, *nec præstricta gula discipulos meos præfoco, nisi in tempore mercedem persolverint.*

Themistius autem *Or.* I. *pag.* 17. τραγικώτερα longe memorat; nam oratione quidem citata ait Sophistas μειράκια ἀποτυμπανίζειν: & respicere εἰς παττάλους καὶ ἱμάντας, *ad paxillos & lora.* Et longe post in *ead. Orat.* pag. 37. & 38. παιδάρια δυστυχῆ προσπατταλεύειν, ὑπὸ πενίας καὶ ὀρφανίας ἐξαπορούμενα τοῦ μισθοῦ, *infelices pueros palis alligare, qui præ inopia & orbitate mercedem solvere nequeunt:* & in eam rem adhibere ῥυτῆρας, *lora.* Et seq. pag. μειράκια ἀνηλεῶς καταχορδεύειν ἐν ταῖς βασάνοις, ὅτι ῥύπου τι προσῆν τῷ νομίσματι, *crudeliter adolescentes torquere in tormentis, propterea quod nummo sordidum aliquid inesset.* Themistius idem *Or.* IV. respondens illi calumniæ, qua dicebatur sibi auditores largitione adjungere, Omnino inquit, in egentes discipulos erogare aliquid multo mihi magnificentius videtur, ἢ στρεβλοῦν τε αὐτοὺς, καὶ κατατείνειν, καὶ ἄγχειν ἀναγκάζοντα ἀποτιννύναι μὴ οἵους τε ὄντας, *quam torquere distendere, præfocare, ut, quam nequeant mercedem præstare cogantur.* Hæc omnia sunt, ut cuique perspicuum est, gravissima, τυμπανίζειν, καταχορδεύειν, προσπατταλεύειν, στρεβλοῦν, ἄγχειν; item πάτταλοι, ἱμάντες, ῥυτῆρες, &c. Quæ impotentis animi crudelitatem, & insanum pecuniæ augendæ studium & contentionem declarant. Et operæ pretium est, ea ut obiter hic expendamus, ne quod nostræ quæstionis proprium est, obscurius attigisse potius, quam explicuisse videamur.

Quid igitur est ἀποτυμπανίζειν; an tympanis & fidiculis tanquam in equuleo extendere? sic enim apud D. Paulum sumitur in *Epist. ad Hebr.* cap. XI. ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν, doctus Interpres reddit, *distenti sunt.* Non aliena hæc forte videatur explicatio; nam si fidiculæ quærantur, nominat ἱμάντας καὶ ῥυτῆρας, *lora, funes, fidiculas*; & adjungit alio loco καταχορδεύειν ἐν ταῖς βασάνοις, *distendere & vexare in tormentis*, quæ plane in eum sensum conveniunt. An potius ἀποτυμπανίζειν erit fuste aut bacillis verberare, quod sævientium & iratorum fuit proprium? nam τύμπανα sunt aliquando βακτηρίαι. Damascius apud Phot. de Sophistis quibusdam loquens qui male mulctati fuerant, *Juliano,* inquit, *silentio excepit atque patienter,* τὰς πολλὰς ἐπὶ τοῦ νώτου διὰ τῶν τυμπάνων πληγὰς, καὶ γὰρ πολλαῖς ἐπαίετο βακτηρίαις, *tulit multas in tergo plagas tympanis illatas, nam multis fustibus cæsus est.* Hoc etiam diceret quispiam ad verisimilitudinem accedere, quod Themistius conquisitis de industria nominibus, eorum hominum crudelitatem ponere ante oculos velle videatur. An denique mitius quidpiam lubet accipere, ut ἀποτυμπανίζειν τὰ μειράκια, sit adolescentes virga, scutica, ferula castigare, mulctare? sic enim sumi eam vocem apud sanctum Gregorium Nyssen. virum doctissimum video, qui de pueris dicit ἀποτυμπανίζεσθαι τῷ σκύτει, *scutica verberari.* Hæc ejus verba sunt l. *adver. eos qui castigat. ægre ferunt:* ἂν δὲ ἀποτυμπανισθῇ τῷ σκύτει, οὐ θρασύνεται τῇ πληγῇ, οὐδὲ τὰς δέλτους τῷ διδασκάλῳ περιρρήξας ἀποφοιτᾷ. *Puer si verberibus afficiatur, plagis contumax non efficitur, neque perfractis tabellis a magistro abit,* &c.

Et quidem *scuticam* fuisse in usu apud Sophistas e Libanio licet intelligere in *legat.* Julianum Imperatorem alloquente: Si Sophista, inquit, tu esses, & tuorum discipulorum aliquis ignave & nequiter ageret, num permitteres? nequaquam, ἀλλ' εἰσήγετ' ἂν τὸ σκύτος, vertunt non optime, *At induceretur corium:* malim, *scutica.* Luciano dicitur σκυτάλη: Plutarcho *adversf. Colot.* ἐλευθέρα μάστιξ, quod in libera corpora adhiberetur. Vulgo ἱμάντα vocant D. Chrysostomus *in Psal.* XLVIII. ὅπερ γάρ ἐστιν ἱμὰς τῷ παιδὶ, τοῦτο θηρίον ἀνθρώποις. ἱμὰς est *lorum, scutica, flagellum.* Hinc Ovidius *scuticæ habenas* dixit, de Hercule puerorum more castigato, in *Heroid.*

Crederis infelix scuticæ tremefactus habenis
Ante pedes dominæ pertimuisse minas.

Quam scuticam hic Ovidius, appellare virgas Plutarchus videtur, lib. εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτ. *an seni ger. respubl.* Istam enim Herculis contumeliam attingens sic habet: Nonnulli Herculem joci caussa inepte pingunt apud Omphalen in veste crocota sedentem, ἐπιδόντα Λυδαῖς θεραπαινίσι ῥαπίζειν ἑαυτόν.. vertunt, *seque verberandum ancillis præbentem.* Significantius opinor fuisset, *seque virgis verberandum.* Est enim ῥαπὶς *virga* vel *fustis*, unde fit ῥαπίζειν. Hesychius: ῥαπίς, ῥάβδος. & paulo post, ῥαπίσαι, ῥάβδῳ πλῆξαι. Et ne quis forte dici a Plutarcho putet, Herculi fuisse infli-

ctos colaphos, quod ῥαπίζειν id aliquando ſignificet: Juſtinus Martyr corporis partem verberatam ponit ob oculos de eodem ipſo loquens Hercule *adhort.* II. *ad Græc.* ὑπὸ Λυδῆς γελώσης καὶ γλουτῶν τυπτόμενος ἥδετο, *a Lyde ridente ſe in nates cædi lætabatur*.

Quanquam & ῥαπίζειν hoc Plutarchi loco alia forte ratione interpretari licet, ut ſit *crepida* ſive *ſolea caſtigare*. Nam doctiſſimus Evangeliorum Interpres Maldonatus, cum attingit eum locum *Matth.* XXVI. οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν αὐτὸν, quæ vulgo ita redduntur, *alii autem palmas in faciem ejus dederunt*; ſpectata vi vocis reddi poſſe ait, *Crepidis eum ceciderunt*: quod ῥαπὶς non modo virgam, ſed crepidam etiam ſignificet. Perite: eſt enim diſerte apud Heſychium, ῥαπίδες, ὑποδήματα. Et quidem eſt in manibus Lucianus, qui de eodem Hercule, in *Deorum Dialogis*, ubi Æſculapius Herculem vituperat, ita clare, παιόμενον ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης σανδάλῳ, *ſandalio ab Omphale cæſum*, more videlicet puerorum, qui ſandalio ſive ſolea caſtigabantur. Idem Lucian. in *Philopſeud.* ἐπεὶ σανδάλῳ γε χρυσῷ ἐς τὰς πυγὰς ὥσπερ τὰ παιδία παίεσθαι ἄξιοι ἂν εἶεν, *ſiquidem digni ſunt, quibus ut puellis aurea ſolea pulſentur nates*, &c. Perſius *Sat.* V.

—— *ſolea puer objurgabere rubra*.

Sed hæc per ſoleam caſtigatio minutorum modo puerorum fuit propria; grandiores ſcutica excipiebantur, ut dicere paulo ante cœperam. D. Hieronymus *adverſ. Ruffin.* ſcite; *Nec tibi ut dicis ferulas adhibeo, neque Athenogeronta meum ſcutica & plagis literas docere contendo*. Theodoretus *ſerm.* V. de provident. *Apum genus nec doctorum & diſcipulorum ordinibus diſtinctum eſt, nec per lora & ferulas artem didicit*. Ubi duo nominant inſtrumenta, quibus doctores vulgo omnes ad pueros caſtigandos utebantur, *ſcuticam* & *ferulas*. Libanius etiam jungit, vocatque ἱμάντα ſive σκύτος & βακτηρίαν. Sic enim *Chria* II. *Si puer improbus eſt atque officium negligit ſuum*, πάρεστιν ἱμὰς, ξαῖνε κατὰ τῶν νώτων πολλάς· φοβείσθω τὴν σὴν βακτηρίαν, *adeſt ſcutica, impinge tergo crebra vulnera, extimeſcat ille ferulam & virgas tuas*. Idem *Chria* III. ait pedagogum ſemper ἔνοπλον, *armatum* inſequi pueros, & βακτηρίαν ἢ σκύτος ἐν τῇ δεξιᾷ προφέρειν, *virgam aut ſcuticam dextra præferre*.

Et ne forte quis opinetur ea fuiſſe leviora, ſi quando eſſet opus, alicujus perditi adoleſcentis inuſitatam audaciam temeritatemque plectere; Lucianus in *Somno*, de ſe fatetur, ſcutica cæſum τοὺς μώλωπας, hoc eſt, *vibices* in corpore retinuiſſe. Pœnæ quoque liquidius intelligetur acerbitas, ſi quid ferulæ ſcuticæque fuerint cogitemus. Vetus Scholiaſtes Juvenalis in *Sat.* VI. ſcuticam ait eſſe *lorum latum, corium non confectum*: Ariſtophanes generatim vocat βυρσίνην. Sed non e quocunque fiebat corio, verum e duriſſimo, & ad doloris ſenſum inurendum opportuno. Eam in rem *canina pellis* adhibebatur. Ariſtophanes in *Equit.* Act. II. κυνοκοπήσω σου τὸ νῶτον, *tibi dolabo terga flagris*, hoc eſt, inquit Interpres Græcus, κυνείῳ σε δέρματι παίσω. reddit rationem, ἔστι γὰρ τραχύτατον, *nam caninum lorum eſt aſperrimum*. Fiebat & e *corio bubulo*: lego apud eundem Comicum in *Acarnan.* Act. III. ἱμάντας ἐκ λεπρῶν, ſupple βοῶν, quorum δέρματα ἰσχυρὰ εἶναι ait Scholiaſtes. Hinc ſcutica dicitur Juvenali *Sat.* VI. *taurea*. Nonnunquam ex *anguillæ* fiebant *corio*: in Iſidori Gloſſ. *Anguilla eſt qua coercentur in ſcholis pueri, quæ vulgo ſcutica dicitur*. Ea quidem manus verberantur, ut conſtat e Plutarcho in *Cæſ.* ubi agit de Lupercis

A qui ferebant ſcuticas: *Nobiles*, inquit, *fœminæ* παρέχουσιν ὥσπερ ἐν διδασκάλου τὼ χεῖρε ταῖς πληγαῖς, *manus ſcutica ferientibus, ut in ludo litterario præbent*. Sed non manus modo, verum etiam tergum puerorum eadem aliquando lacerabatur, ut adducta ſuperius loca ſignificant. Demus igitur vel anguillam, vel lorum illud latum & τραχύτατον in manus Sophiſtis, qui inſana opum cupiditate pecunias a diſcipulis repetant igneo quodam ardore ſuccenſi: an non ſatis magna videatur eſſe acerbitas, quam Themiſtius graviſſimis illis verbis expreſſerit, μειράκια ἀποτυμπανίζειν;

B De ferula idem etiam dici poteſt, rem per ſe leviſſimam, tamen acerbum doloris ſenſum generare potuiſſe. Vidit hoc Ariſtoteles qui in *Problematis* ſect. IX. cap. VIII. quærit, cur ictus ferulæ vehementiorem doloris ſenſum efficiat, quam rerum duriorum. Reſpondet autem id fieri, quod in ictu ferulæ διπλασία γίνεται ἡ πληγή, *ſemper geminæ percuſſiones contingant*. Itaque ad ipſos quoque homines verberandos aſſumebatur, ut oſtendit Apollonius Tyaneus apud Philoſtrat. *lib.* VIII. *cap.* II. & in *Vit. Soph. lib.* I. Gorgiæ dictum ſatis ſignificat, qui reprimens Chærephontis hominis impudentiſſimi temeritatem, propoſita quæſtione inſo-

C leſcentis, οἶδα ὅτι ἡ γῆ τὰς νάρθηκας ἐπὶ τοὺς τοιούτους φύει, *Scio*, inquit, *terram in tales homines edere ferulas*. In ſcholis autem frequens earum uſus: & pœnam intuliſſe gravem & acerbam, clara illuſtrium hominum teſtimonia produnt. *Triſtes ferulæ* dicuntur Martiali, quod fletum adoleſcentibus doloremque cierent. Iis utentem Orbilium Grammaticum vocat D. Hieronymus *ſævientem*. Memini, inquit *Apoll. in Ruffin.* me ad Orbilium ſævientem de aviæ ſinu tractum eſſe captivum. Et alterum cognominem Orbilium Horatius eandem ob cauſam *plagoſum* nominavit. Porro cum ferulas dico, virgas quoque volo intelligi, quarum eadem

D pœna fuit aut certe ſimillima: communiter etiam Græci νάρθηκα, ῥάβδον, βακτηρίαν, τύμπανον in hujuſmodi animadverſionibus declarandis adhibent. Et quidem ferulæ & virgæ ſæpe in doctorum monumentis junguntur. D. Auguſtinus *contra Fauſtum Manich.* lib. XXI. cap. X. *Miranda hæc & omnino divina eloquentia & neminem Grammaticum aut Rhetorem audierunt, nec inter lacrimas ferularum atque virgarum iſta didicerunt*. Ipſæ lacrymæ ſupplicii gravitatem indicant, ut non male ſenſiſſe poeta videatur, qui Achillem etiam grandiorem factum doctoris tamen ſui virgam exhorruiſſe canit: Juvenal. *Sat.* VII.

E —— *metuens virgæ jam grandis Achilles*.

Sane tumidas ferulis manus fieri conſueviſſe teſtis optimus rem expertus ait Fulgentius *præfat.* lib. I. *Mythol. Scholaribus rudimentis tumidas ferulis geſtaveram palmas*. Itaque jam pœnæ ſecurus & gaudens opinor id poeta, & ab illo ſumentes alii jactarunt:

Et nos ferulæ manum ſubduximus.

Aliæ etiam corporis partes iiſdem pulſabantur. Apulejus lib. IX. *Metamorph.* in *Aſin. Altiſſime ſub-*

F *lato puero, ferula nates ejus obverberans, Tu autem, inquit*, &c

Levior tamen antiquiſſimis temporibus puerorum fuit caſtigatio, cum pro virgis atque ferula, ad eos feriendos adhiberetur, aut *allium*, aut *porrum*, & *ampelopraſus*. Cujus moris meminit Ariſtophanes in *Ran.*

Omnia, inquit, *ſupplicia exprome*,
—— πλὴν πράσῳ
Μὴ τύπτε τοῦτον, μηδὲ γηθείῳ νέῳ.

hoc

hoc est, *solummodo porro ne hunc feri aut recenti gethio*. Quem in locum Græcus Scholiast. οἱ ἐλεύθεροι πρὸ τούτου ἐδέροντο πράσοις καὶ σκορόδοις, *pueri olim ingenui porris alliisque verberabantur*. Et paulo post τοὺς ἐλευθέρους παῖδας τῷ ἐκκαυλήματι τῆς πράσου τύπτουσιν, ἢ τῷ γητείῳ. Etiam verisimile est *myrto* aut *malva* cæsos fuisse; cujus rei conjecturam capio ex Luciano, qui scribens *adversus Indoctum*, *Musæ*, inquit, *te non ferrent*, ἀλλὰ μυρρίνῃ αὖ, ἢ καὶ μαλάχης φύλλοις μαστιγοῦσαι ἀπήλλαξαν, *sed potius myrto cæsum vel foliis malvæ e sua sede ejicerent*. Nonnunquam vero *palma* tantum pulsabantur. S. Petrus Chrysologus *Ser.* XXXVIII. *Palmæ parvulorum sunt verbera, non virorum*. Per palmas omnino manus intelligit, non palmeas virgas, quæ longe acerbissimum doloris sensum inferebant, & sontibus castigandis adhibebantur. Athanasius *ep. ad Solitar.* cum de furore Arrianorum disputat, *Virgines*, inquit, *quas antea flammis admoverant*, οὕτω κόψαντες πληγαῖς ταῖς ἀπὸ φοινίκων ῥάβδοις, ὡς, &c. *ita palmarum flagellis verberaverant, ut quinto die aliæ perirent, aliæ sub Chirurgorum manibus ob stimulos palmarum corporibus impactos, graviores morte dolores paterentur*.

CAP VII.

Amplius de adolescentium castigatione dictum. Ærumnæ olim puerorum in studiis. Παιδεία *cur disciplina dicta. Potestas Præceptorum in discipulos.* Προσπατταλεύειν *pueros apud Themistium, &* καταχορδεύειν ἐν ταῖς βασάνοις. *Ad palum deligari & verberari. Voluntaria Sophorum supplicia. Paxillus cur in os injectus.* Φιμός. *Epigrus. Fune, ferro, ligno, spongia, panniculis os damnatis obturatum.*

QUÆ de Scutica, virgis, ferula, sunt a nobis paulo ante explicata, si quis ad Themistianum dictum referat, cum ait Sophistas ἀποτυμπανίζειν τὰ μειράκια, a vero meo quidem judicio, haud longe discedet. Quæ vero Themistius idem adjungit, multo sunt gravissima, προσπατταλεύειν τὰ παιδάρια, καταχορδεύειν ἐν βασάνοις, στρεβλοῦν, κατατείνειν, ἄγχειν. Hæc omnia oratorio mihi more per amplificationem dicta videbantur, quod Sophistas in extorquendis pecuniis acres & excitatos, pares prope faciat cum crudelibus immanissimisque tyrannis, qui virtute præstantes omni supplicio excruciatos necabant. Ita illi studiosos literarum adolescentes palis alligare soliti sint, lacerare in tormentis, in rota, in catasta, in equuleo fidiculis distendere, quod pecuniam pendere nequeant aut nolint.

Scio tamen non apud Sophistas modo, verum etiam apud omnes literarum doctores, pueros olim ingenuos magna interdum fuisse acerbitate castigatos. Xenophon inprimis lacrymarum flumine, quas multas ipsi adolescentes fundant, quasi allabi in teneros animos scientias putat oportere. Est enim hoc illius acroama in *Cyropæd.* κλαύμασι διδάσκαλοι παισὶν ἀγαθὰ μαθήματα μηχανῶνται, *fletu præceptores animis puerorum disciplinas honestas student imprimere*. Paria scribit magni Basilii frater S. Greg. Nyss. *de castig.* de puero loquens τῇ ἀλγηδόνι πικρὸν ἐπιστάξας τὸ δάκρυον, ἔχεται τῶν μαθημάτων, *suo dolori amaras instillans lacrymas disciplinis adhærescit*. Præceptores, ait magnus Chrysostomus, τὰ παιδία φοβοῦσι καὶ τύπτουσι καὶ δεδακρυμένα πρὸς τὰς μητέρας παραπέμπουσι, *pueros terrent & verberant, & lacrymantes ad matres remittunt*. Petrus Chrysol. sane eleganter *Serm.* CI. *Ut apices literarum cognosceres, addictus magistro, scholis affixus, totus patiens laboris & pœnæ*. Theodoret. *in Genesim q.* XVIII. *Pueri tum terriculamentis, tum etiam loris & virgis indigent*. S. Greg. Nyssenus *de vit. Mos.* juvenes σφοδροτέραις παιδαγωγεῖσθαι ταῖς

A μάστιξιν, *acerbioribus castigari flagellis* consuevisse prodit. Hinc *puerorum dura rudimenta* apud Ausonium in *Idyllio de vit. human.* & tanto ante Plato in *Axiocho* asseruerat, adolescentulis κακῶν ἀμετρίας, *malorum iliadem* esse tolerandam, & inter alia ponit ῥάβδους *Gymnasiorum virgas*. Itaque eruditissimus August. in *Ps.* CXVIII. scite animadvertit, παιδείαν, i.e. apud Græcos *eruditionem*, proprie esse per molestias eruditionem: & proinde Tractatores Ecclesiasticos παιδείαν sæpe vertere *disciplinam*, hoc est, *molestam & laboriosissimam instructionem*.

Atque ut verum fatear, omnes in universum præceptores ac pædagogi, si quando res postularet, jus
B olim & auctoritatem habuerunt durius statuendi in male moratos adolescentes, eosque veluti in equuleo & acerba quæstione excruciandi. Id colligere haud obscure videor posse e Libanio, qui permitti vulgo a parentibus ait Pædagogis liberum suorum, eos παίειν, ἄγχειν, στρεβλοῦν, *pulsare, obtorto collo premere, prope dicam præfocare, tormento vexare*: quæ eadem illa sunt quæ paulo ante e Themistio ponebamus, suntque omnino gravissima. Addit Libanius in *Chriis* habere in eosdem non patriam modo potestatem, sed illam etiam quæ dominorum est in servos. Sunt hæc ejus verba, ἐξὸν τούτῳ καὶ παίειν, καὶ ἄγχειν, καὶ στρεβλοῦν, καὶ ἃ τῶν δεσποτῶν
C πρὸς τοὺς οἰκέτας, ταῦτα καὶ τῶν υἱέων τοῖς ἐφεστῶσιν ἀξιοῦσιν ὑπάρχειν.

Hinc *tormenta puerorum* apud D. Augustinum lib. I. *Confess.* c. IX. *Parentes, inquit, nostri ridebant tormenta, quibus pueri a magistris affligebamur*. Vocat etiam ibid. *ærumnosas vias discendi*. S. Chrysostomus *Serm.* VI. scribens *in Epist. I. ad Timoth.* ait pueros in scholis non modo verberari consuevisse διὰ τὴν ῥᾳθυμίαν, verum etiam κόπτεσθαι ὑπὸ τῶν πληγῶν, *concidi & dilaniari verberibus*, & ἀποθνήσκειν ὑπὸ τοῦ δέους, *& prope metu emori*. Unde apud Cassiodorum *lib.* VIII. *Doctorum terror*. Ad eam
D durissimam vitæ conditionem, & scholarum severitatem, videtur alludere Strepsiades apud Aristophanem in *Nub.* cum se in disciplinam Sophorum traderet: *Nunc ergo*, inquit, *utantur me uti libitum est, ego meum hoc corpus* παρέχω τύπτειν, πεινῆν, ἀσκὸν δέρειν, &c. *præbeo ad percutiendum, esuriendum, & excoriandum pelle*. Ubi etiam non sine causa esuriem nominat: solebant enim *fame* quoque pueri castigari, ut perspicue docet Nyssen. Antistes *de castig.* in hunc modum: *Si adolescens juveniliter ab officio deflectat*, κελεύεται μένειν ἄσιτος, καὶ τῷ λιμῷ τὴν ῥᾳθυμίαν καταδικάζεται. παραμένει δὲ τῷ διδασκαλείῳ καὶ μόνος, &c. *a cibis abstinere*
E *jubetur, & famis pœna propter socordiam damnatur. Permanet vero in schola etiam solum, aliis ad prandium discedentibus pueris, præceptum timide & religiose observans*.

Atque ex his clarissimorum virorum testimoniis, quæ adduximus, facile mihi persuadeo, non Rhetorice magis, quam vere dictum a Themistio, solitos Sophos & Sophistas παιδάρια προσπατταλεύειν & καταχορδεύειν, hoc est, *pueros palis alligare, lorisque inhumane constrictos verberare*: unde & eosdem respicere identidem ait πρὸς πάτταλους καὶ ἱμάντας, *ad paxillos & lora*. Id autem castigandi ge-
F nus exprimi in servulos olim consuevisse, e Veterum monumentis constat. Cleon apud Aristophanem in *Equit.* minitatur Agoracrito,

Ἐν τῷ ξύλῳ δήσω σε νὴ τὸν οὐρανόν.

Ubi ξύλον videtur significare τὸν πάτταλον & doctus quidem ita sumit Interpres, qui sic reddit, *Palo alligabo te per cœlum & cœlites*. Sic iratæ matresfamilias excepturæ flagris ancillulam, quæ quidpiam deliquisset, eam ad lecticam alligabant. S. Chrysostomus *hom.* XV. *in Epist. ad Ephes.* γυμνώσασαι τὰς κόρας καὶ τὸν ἄνδρα ἐπὶ τούτῳ καλέσασαι

δεσμοῖσι πολλάκις πρὸς τοῖς σκίμποσιν. Addit easdem ἐπὶ τοσοῦτον μαστίζειν, ὡς μηδὲ αὐθημερὸν τοὺς μώλωπας σβέννυσθαι, *tam acerbe sævisse flagellis, ut vibices eo die exuri non possent atque deleri*. Sic igitur faciebant Sophistæ, ut scholarum & lectionum suarum mercedem extorquerent; pueros primum deligabant ad palum, mox vehementissime validissimeque pulsabant.

Et in Philosophiæ quidem umbraculis προσπαττάλευσιν aliquam eruere videor, seu deligationem & flagella, e Luciano, apud quem sapiens quidam damnat eos Philosophos, qui ejusmodi virtutis exercitationem imponere solebant adolescentibus, ut se duritie quadam laboriosa frustra B conficerent. Quare inquit in *Nigrin*. τοῦτο μὲν δεῖν οἱ πολλοὶ κελεύοντες, ἄλλοι δὲ μαστιγοῦντες, οἱ δὲ χαριέστεροι καὶ σιδήρῳ τὰς ἐπιφανείας αὐτῶν καταξύοντες, *multi ligare se jubebant, alii corpus flagellis diverberabant, elegantiores etiam ferro superficiem corporis radebant*. Superianus Sophista cum sero ad discendum accessisset, adeo fuit laboriosus & diligens, ut monumenta hominum eloquentium pervolutans, & operam dans liberalibus disciplinis, a seipso illa per vim exigeret, nec objurgationibus nec flagris parcens. Itaque sæpe in balneis a sese flagris cæsus videbatur. Quo referam haud invitus illa Senecæ C verba lib. v. *de Benef.* cap. VIII. *Cæcidit homo se, injuriarum cum quo agat non habet: alligavit & clausit, de vi non tenetur*. Sed de voluntariis illa suppliciis & patientis animi specimine capiuntur. Solebant enim philosophiæ studiosi, quo domitas corporis appetitiones & obedientes haberent, & victores inanium voluptatum in beato cursu virtutis & studii rectissimi hærerent, dura quædam & gravia ultro suscipere veluti supplicia, aut imposita a Doctoribus obire. Julianus Pomerius Toletanæ sedis Diaconus de institutione B. Hildefonsi loquens, ait eum ferro constrictum fuisse in adolescentia quo melius erudiretur. Hæc ejus verba D sunt *Præfat. in lib. Hildefons. de laud B.V Directus a sancto ac venerabili Papa Eugenio Toletanæ sedis metropolitano Episcopo ad Isidorum doctorem Hispalensem metropolitanum Episcopum, cum sibi jam sciolus videretur, adeo ab eo tentus & elimatus est, & ut ferunt tempore aliquo ferro constrictus, ut si quid scientiæ deerat plenius instructus*, &c.

Sed redeo ad Themist. qui Sophist. ait frequenter πρὸς παττάλους & ἱμάντας respicere. Video enim τοῦ παττάλου usum fuisse alium quendam in merita pœna repetenda. Solebant enim paxillum in os immittere, ad clamores eorum qui cædebantur & vocem E cohibendam. Eum morem expressit Aristophanes, qui faciem veteris ævi singulari venustate pingit. Ita vero apud illum in *Thesmophor*.

> ΕΥ. τί κέκραγας; ἐμβαλλῶ σοι πάτταλον
> ἢν μὴ σιωπᾷς.

Quid clamasti? injiciam tibi paxillum nisi taceas. Et in *Equitib.* dicit etiam immissurum πάτταλον εἰς τὸ στόμα τοῦ ἐπέχειν διακραυγήν. Atque hæc quidem ratio non abhorret a moribus Sophistarum, de quibus Themistius, qui cum illa importuna cupidi- F tate sævirent, verba & vocem dolorisque insignia volebant opprimere. Fuitque veluti quædam imitatio publicorum judiciorum, quibus in os damnatorum funis aut quidpiam aliud immittebatur: σπαρτίον vocat S. Chrysostom. *hom.* III. *de incompreh. Dei nat. Fuit*, inquit, *inter eos quidam dignitate princeps, qui damnatus* σπαρτίον ἐπὶ τοῦ στόματος λαβὼν ἐξήγετο τὴν ἐπὶ θάνατον ὁδὸν, *fune in os accepto, duceretur*, &c. Alii κημὸν & φιμὸν appellant: unde κημῶσαι est συγκλεῖσαι. Adhiberi

A autem consuevisse ad locutionem impediendam, Lucianus quoque significat: καὶ σιωπᾶν ποιῶ, φιμὸν αὐτοῖς περιθεὶς, *silentium impono injecto ori camo*. Græcam vocem Latini quidam retinuerunt & *fimum* dixerunt: in epistola Theodoreti recitata in *Act.* v. *Synod.* v. quam exscripsit Baronius illustrissimus *ad an.* 553. ita habetur: *Vidit Deus & non despexit, immisit vero fimum in os ejus, & frænum in labia ejus*, &c. Locum *Isaiæ* exprimere voluit c. XXXVII. ἐμβαλῶ φιμὸν εἰς τὴν ῥῖνά σου, &c. Sed ego quidem ad vitandam amphibologiam, maluissem hic *camum*, *funem*, *capistrum* aut aliquid simile dicere, quam *fimum* in os immittere. In Græ- B corum *Menologiis* etiam vocant καμὸν, χάμον, ἱμάντα· item aliquando ξύλον, ut, καὶ ξύλον ἐμβάλλει εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ· ubi noster P. Andreas Schottus vir doctissimus σχοῖνον pro ξύλον tentabat: perite, nam Xenophon κημὸν describens, ait esse πλέγμα τι ἐκ σχοινίων γενόμενον. Ego tamen nihil magnopere causæ video, cur id mutetur. Est enim ibi τὸ ξύλον idem quod πάτταλος, quem in os immitti consuevisse τοῦ ἐπέχειν διακραυγήν ex Aristophane paulo ante docuimus. Quin & idem ipse Aristophanes in *Nubib.* aperte ξύλον vocat, sic enim loquitur:

> Εἶτα φιμώσητε τούτου τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα.

C Cleonem taciturum ait, si Athenienses os ejus φιμώσασι τῷ ξύλῳ. Etiamnum in Gallia paxillum ferreum consceleratis hominibus qui ad mortem rapiuntur, solent in os immittere, si quando periculum est, ne dicto quopiam pestilentem auram impietatis afflent spectatori: vulgus *baillonem* appellat; opinor ex eo quod oscitantem veluti hominem efficiat. D. Chrysostomus *homil.* II. *ad pop. Ant.* γλωττοπέδην nominavit: Seneca *epigrum*, qui lib. II. *de Benef.* c. XII. *Nisi*, inquit, *in os Senatoris injecisset Imperator pigros suos*: ubi doctissimi legunt, *epigros*. Sunt enim in *Glos.* apud Isidorum D epigri *clavi lignei, quibus lignum ligno adhæret*. Quibus sane noster ille quem illustramus πάτταλος exprimitur. Et de eo forte intelligendus etiam est Corn. Tacitus in lib. II. *Annal.* ubi de falso Agrippa, *Vinctum*, inquit, *clauso ore in palatium traxere*. Nisi forte de obstrictis faucibus debeat intelligi: nam idem scriptor *lib.* IV. sic de Sabino memorat: *Trahebatur damnatus quantum obducta veste & astrictis faucibus niti poterat clamitans*. Cajus Imperator *spongias & pannos* in os reorum immitti jubebat ad eorum vocem cohibendam: quod solenne consuetumq; non fuisse declarat Seneca, qui rem arguit ut novum genus crudelitatis lib. III. *de* E *Ira* c. XIX. Sed hæc forte jam extra rem; igitur desino.

CAP. VIII.

De Sophorum & Sophistarum impura libidine. Flagitiosi præceptores quantum juventuti noceant. Spurcus Socrates. Cinædus Prodicus aliique. Amiculæ Sophistarum & scorta. Plato dictus Σάθων, qui obscœnos impie collocavit in cœlo. Phraotæ Indiæ Regis dictum. Veteres Sophi & Sophistæ adulteri. Lex in Græcia laudabilis. Δοκιμασθέντες.

F DIXIMUS de avaritia Sophistarum, nunc de impura eorum libidine monendum est: nam simul duo illa vitia illis objecta esse video a summis viris. Dionysius literas scribens ad Speusippum in Academia doctorem mollem & mulierosum, inter alia illi exprobrat φιλαργυρίαν καὶ τῆς Λασθενείας τῆς Ἀρκαδικῆς ἔρωτα, *avaritiam & amorem Arcadicæ Lastheniæ*, ut est apud Athenæum *l.* XII. Talis ille fuit in Bithynia qui se antistitem philosophiæ profitebatur, *verum ita vitiosus* (Lactantii verbis utar

lib. V. *divin. Instit.* c. II.) *ut continentiæ Magister, non minus avaritia quam libidinibus arderet*. Tatianus vir doctrina & religione clarissimus *Orat. contr. Græc.* de Crescente loquens; Crescens, inquit; Megalopoli nidulatus, παιδεραστίᾳ μὲν πάντας ὑπερβαλλόμενος, φιλαργυρίᾳ δὲ πάνυ προσεχὴς ὤν, *maxime omnium, puerorum incesto amori deditus & pecuniæ studio addictissimus erat*. Sed non par horum duorum vitiorum in iis hominibus fuit conditio. Nam reperti quidem multi sunt, qui opes aut a se abjicerent, aut non nimium appeterent: cum vix ullus in veteribus illis sapientiæ & eloquentiæ doctoribus sit inventus, qui non se flagitioso amore polluerit. Hoc effatum est eloquentissimi Chrysostomi D. Pauli doctrinam explicantis *hom.* IV. *in Ep. ad Tit.* καὶ τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων πολλοὶ χρημάτων μὲν κατεφρόνησαν, γυναικῶν δὲ οὐκέτι. *Ac plurimi quidem e philosophis pecunias contempserunt, mulieres non ita*. Exemplum habemus clarissimum in Cratete, a quo magnam pecuniæ vim demersam ajunt generosa quadam animi contentione: qui, ut scribit Theodor. lib. XII. *de Græc. affec. cur.* cum aureas quasdam sententias de fuga voluptatis protulisset, libidinibus deinde furens Hipparchiam Maronitida publica in luce duxit uxorem, communesque nuptias in varia Porticu celebravit. Itaque cum pervagata esset illa pestis per omnes Academias Græciæ, scholasque urbium plurimarum, sapienter monet Fabius *lib.* II. *cap.* II. in deligendo præceptore, & teneræ juventuti præficiendo, magnam esse cautionem & diligentiam adhibendam: atque fieri non posse, ut juventus in studiis & moribus aliquam utilitatem percipiat, si doctor impudicitiæ labe notetur.

Et sane dici non potest quantam morum honestatisque perniciem impunita illa professorum licentia impudensque libido invexerit: atque utinam in hoc etiam fæculo non invenirentur humaniorum literarum magistri, qui poetarum explicatione & spurcitiæ fabellarum, & nequissimæ linguæ pruritu, in aures cupidæ juventutis obscœna studia inculcarent. Etœmocles philosophus de Diphilo apud Lucianum in *Convi.* memorat, flagitii & nequitiæ potius ludum, quam scientiæ habuisse, & discipulos turpitudinem docuisse; quam rem merito ille detestatur. Hinc Socrates publica infamiæ contumelia dicebatur διαφθείρειν τὰ μειράκια, idem in *Eunuch.* & ea causa jure apud Libanium *decl.* XXIX. dicitur μιαρὸς σοφιστὴς καὶ λυμεὼν τῶν νέων, *spurcus & impurus Sophista & adolescentium pestis*. Omnes prope ejus hominis disputationes aureo Platonis ore compositæ eo tendunt: & ut sanctissimus Gregorius Nazianz. *Orat.* III. animadvertit, cum φιλοκαλίας *pulchri amorem* extollit, honestiore vocabulo παιδεραστίαν inumbrat & excogitata fraude suadet. Et mirum est quam non recte nec dissimulanter lasciviæ illam artem obscœnique amoris ostenderit. Nam totos dies in palæstris posuisse illum accepimus, ubi formosi greges puerorum fuerunt, cum quibus jocabatur, quos blanditiis lenocinioque titillabat, & aspectu putres oculos animumque pascebat: ἐκεῖ γὰρ ἐφοίτα, ait doctus Scholiastes Aristophanis, ὡς γυμνοὺς τοὺς παῖδας ὁρῴη, *itabat in Gymnasia ut nudos & luctantes pueros ibi contueretur*. Aristippus cum libidinis suæ nævum & turpitudinem colore aliquo vellet obtegere, ajebat *se Laidem habere, non haberi a Laide*: quem Lactantius vir in dicendo summus irridet lib. II. *divin. Instit.* cap. XV. *In quo sane*, inquit, *sapientior meretrix fuit, quæ philosophum habuit pro lenone, ut ad se omnis juventus doctoris exemplo & auctoritate corrupta, sine ullo pudore concurreret*. Atque ex his constat, quam prudens Quintiliani fuerit monitum, & nihil esse verius, quam labem adolescentiæ importari ab inverecundi doctoris cupiditate. Hinc gravissimus Tertullianus sapientiam Christianam opponens antiquæ & profanæ, lib. *de Anim.* cap. I. *Hæc sapientia*, inquit, *de schola cœli*, &c. *nec adolescentiam vitians, sed omni bono pudoris informans*.

Jam si lubet in Theatrum Sophistarum ingredi, nihil vulgo illis impurius, nihil flagitiosius comperiemus. Prodicus Sophista, ut Interpres Aristophanis meminit, ὢν μετεωρολόγος, ἐπὶ κιναιδείᾳ δὲ διεβάλλετο. Prodicus igitur fuit cinædus. Isocrates ἐγένετο πρὸς τὰ ἀφροδίσια καταφερής, ait Plutarchus in X. *Orat.* De Phavorino Sophista sic Philostratus: θερμὸς ὢν τὰ ἐρωτικά. Sophista Libanius propter obscœnitatem & flagitiosæ libidinis vitium, cujus ducem auditoribus se præbebat, ignominiose Constantinopoli fuit ejectus, ut scholæ vomica, ut pudicitiæ hostis, ut nequitiæ architectus, cum ea in urbe aliquandiu eloquentiæ scholam habuisset, ut refert Eunap. *de Vit. Phil.*

Deficeret me dies, omnes enumerantem; resque fuit tam nota in Græcia atque omni orbe terrarum, ut Sophistarum prope omnium amiculas boni scriptores suis monumentis consignarint. Nicarete meretrix Stephani Rhetoris amica fuit, Lysiæ vero Sophistæ Metanira, Stratoclis Rhetoris scortum fuit Paroramos cognomento Lime, Lais Aristippi, Phryne Diogenis, Aristotelis Herpyllis, Speusippi Lasthenia. Quin & quidam variis in locis habuere varias, ut quocunque se contulissent, ibi expressa libidinis suæ vestigia relinquerent. Sic Hyperides eloquentiæ nomine clarus Myrinen sumptuosissimum habuit scortum Athenis, in Piræeo Aristagoram, in Eleusine Philam. Idem quoque Phrynem quam deperibat publico in judicio oratione defendit. Alii vero bene multi in amiculis suis oratione celebrandis, ut Venerii oratores, omnes veneres & dicendi lumina & pigmenta insumpserunt. Alcidamas Laites Gorgiæ discipulus Naidis meretricis laudationem composuit. Cephalus Rhetor Lagidem scortum delicata oratione & omnibus ingenii opibus elaborata, ut Venerem ipsam cohonestavit. Ipse Gorgias librum de scortis scripsit, ut est apud Atheneum. Melesermus Atheniensis Sophista *meretriciarum epistolarum libros* XIV. reliquit, ait Suidas. Philostratus Lemnius Sophista literas suas quas deliciis suis mittebat cupidineo stylo exaratas, in hominum luce esse voluit, non sine opinor infamia, quam apud æquos & honesti retinentes lectores sibi conciliat.

Nec multo castiores fuere illi quos Philosophos dixerunt, sed verius Sophistæ nominarentur, ea notione, qua illa vox in sapientiæ larvas & dedecora conjici solet. Platonem sunt qui eximiæ laudent, ut virtutum omnium ducem & parentem, eumque θεῖον, θεσπέσιον, divinum hominem indigitent; sed is tamen adeo intemperanter in omnem libidinem voluptatis erat effusus, ut qui illius ætate vivebant summi viri, non Πλάτωνα, sed Σάθωνα haud obscuro genere contumeliæ vocarent, Athen. *lib.* X. De illo mirabile quiddam est apud Tertullianum lib. *de Anim.* cap. LIV. *Plato*, inquit, *post mortem animas philosophorum in cœlo ponit, non tamen omnium, sed eorum qui philosophiam scilicet exornaverint amore puerorum: adeo etiam inter philosophos magnum habet privilegium impuritas*; &c. *Philosophi quidam*, ait Sextus Empiricus *Pyrrhon. hypoth.* lib. III. c. XXIV. *cum aliena uxore misceri indifferens esse ajunt*. Sed de veterum Sophorum impudica impudicitia videndus idem Tertullian. in *Apolog.* D. Hieronymus *in c.* II. *Isaiæ*, S. Chrysostomus lib. *de S. Babyla contr. Gentil.* D. Basilius *in cap.* X. *Isaiæ*, Lactantius *lib.* III.

divin. Instit. cap. XV. ex Cornelio Nepote, & alii passim.

Ea fama usque ad Gangem & in ultimum Orientem manarat. Sane Phraotes Indiæ Rex, ut commune vitium objiciebat Græcis, quod Philosophi apud ipsos sese omnes dederent γαστρὶ καὶ ἀφροδισίοις, ut est in *Apollonii Tyanei Vita* lib. II. cap. XII. Et vere quidem ille; nam ne longe abeamus, ipsius Tyanei magister Euxenus γαστρὸς ἥττων καὶ ἀφροδισίων, natus abdomini & spurcum Veneris mancipium fuisse dicitur, apud eundem Philostratum *lib.* I. *cap.* Quid Romani aliæque nationes senserint prodit Seneca, qui Philosophis *vulgo amicas solere objici*, scribens ad Lucilium ait. Quare Themistius *Or.* I. de Sophistis loquens summæ gloriæ tribuendum opinatur, si quis οὐδ' ἑταιρίδων ἑάλω, *meretriculam nullam depereat*. Et a Lemnio Rhetore Dionysius Sophista celebratur, quod οὐδέ ποτε τὴν ἐρωτικὴν αἰτίαν ἔλαβεν, *nullum crimen unquam ob amores subiisset*: quasi illius sceleris contagio ad plerosque omnes pertineret. Sciebat enim adulterii reos fuisse multos aut ignominia notatos aut merito supplicio affectos. Phavorinus de adulterio causam dixit a viro nobili accusatus, ut est in *ejus Vita*. Flagitiosus orator Moschus Hilarii Antiocheni uxorem corrupit, ait Suidas. Minucius Felix in *Octavio*: *Philosophorum supercilia contemnimus, quos corruptores & adulteros novimus*, &c. Seneca *epist.* XXIX. de Philosophis: *Ostendet mihi alium in adulterio, alium in popina, alium in aula*. Tertullianus item gravissime in *Apolog.* cap. XLVI. *Audio & quendam Speusippum de Platonis schola in adulterio periisse*. Lex olim fuit in Græcia, quam laudabilem & etiamnum retinendam esse putarem. Inquirebatur in Oratores rempub. gerentes & decreta scribentes, num pudice vixissent, atque hi δοκιμασθέντες vocabantur. Sic foret e communi re, meo quidem judicio, si nemini aditus ad docendum pateret, qui corruptor esset aut corruptus, Veneris amasius, Cupidinis administer, leno suæ voluptatis, quique non dictis atque vita pudicitiam & laudatæ verecundiæ honestatem polliceretur.

CAP. IX.

Alienorum scriptorum fures Sophistæ. Autolyci. Æsopii gracculi. Declamatores Romani facerrimam eloquentiam violantes. Veteres Sophi divinorum dogmatum fures. Lavernioner quoque Poetæ. Exemplis illustrata omnia.

VETUSTISSIMA est eruditissimorum hominum querela, quosdam esse tam inverecundos & audaces, ut inventa & lucubrationes aliorum sublegant, & earum sese autores indignissime glorientur. Plinius major *præfat. Oper.* ait se contulisse autores diligenter, & deprehendisse, a juratissimis & proximis Veteres transcriptos ad verbum, neque nominatos: additque illud gravissime; *Obnoxii profecto animi & infelicis ingenii est, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere*. De hujusmodi hominibus Priscianus Grammaticorum prope omnium literatissimus in *Epist.* ita scribit: *Festinantius quam volui hos edere me libros compulerunt qui alienis laboribus insidiantur, furtimque & quasi per latrocinia scripta ab aliis surripientes, unius nominis ad titulum pertinentes infanda mutatione totius operis gloriam in se transferre conantur*. Id si fiat in viventium operibus, longe est impudentius, quam si quis in Veterum monumenta involet, & legitimis dominis eripiat. Sed utrovis tamen fiat modo, iniquum est & illiberale, & in quo jure cum Polliano exclames *Anthol.* lib. II.

A Μισῶ λωποδύτας ἀλλοτρίων ἐπέων.
Versuum alienorum fures odi.

Id quale sit facinus, memoranda gnome docuit Synesius *epist.* CXLII. quam lubens hic apponam. Ἡγοῦμαι δ' ἀσεβέστερον ἀποθανόντων λόγους κλέπτειν, ἢ θοιμάτια, ὃ καλεῖται τυμβωρυχεῖν. *Magis autem impium esse arbitror, mortuorum lucubrationes quam vestes furari, quod sepulchra perfodere dicitur.*

Et tamen ejusmodi impiorum turba fuit maxima in natione Sophistarum, de quibus liceat poetæ Martialis oraculum illud canere, quod habetur *lib.* VIII. *epigr.* LIX.

B —— *nihil est furacius illis:*
Non fuit Autolyci tam piceata manus.

Et quidem cum Autolyco a Themistio componuntur, qui de Sophista ita scribit *Or.* I. λογάρια κεκομψευμένα ὑποσπάσας καὶ περιχρίσας τε καὶ μεταμορφώσας, ὥσπερ ὁ Αὐτόλυκος τὰ φώρια, τὰ αὐτὰ πανταχοῦ συμπεριφέρει, &c. *Voculas scitas & elegantes furtim subtrahens & circumagens atque interpolans, velut Autolycus furta sua, eadem ubique circumfert, exultans apud eos insolenterque sese venditans, qui verum istius orationis dominum ignorant.* C Autolycum ait Plato lib. I. *de Rep.* ex Homerica poesi κεκάσθαι κλεπτοσύνῃ, furandi quodam artificio nobilitatum fuisse. Eundem scribit Eustathius a parente Mercurio θεῷ κλεπτιστάτῳ edoctum, variis coloribus quæ surripuisset induere, ne furta ulla ratione deprehenderentur: quod idem propemodum habet Hyginus *fab.* XX. Vult ergo Themistius, laverniones Sophistas memorabiles variorum autorum locos didicisse, quos deinde ascititiis pigmentis & colorum incredibili varietate pictos, & fucata eloquentia bracteatos venditarent; esse proinde Autolycos geminos & germanos. Hujusmodi pin- D git Eunomium impium inpudentemque Sophistam Gregorius Nyssenus *Or.* XII. videlicet περισυλλέγοντας τὰς ὑψηχοτέρας φωνὰς ἐκ συγγραμμάτων τινῶν, *sonantiores quasdam voces ex alienis scriptis colligentem*: & eundem cum mendiculo comparat, qui propter vestis inopiam, ex laceris & detritis quibusdam panniculis, tunicam sibi consuit & consarcinat: ita, inquit, hic aliam aliunde dictionem decerpens, sibi quendam orationis centonem contexuit, non sine miserando labore voculas eas conglutinans & compingens. Et ne quis hæc inimico potius amico, quam vere dicta putet, *Or.* VIII. ipsum ait Philonis Hebræi disputationem ἐπ' E αὐτῆς τῆς λέξεως, *ad verbum*, in orationem suam transtulisse, & cuilibet esse καταφωρον τὴν κλοπὴν, Eunomii *furtum manifestum*. Photius de Joanne Philopono cognomine Scholastico, ἀλλαχόθεν ἐκκλέψας τὰς ἀφορμὰς, *aliorum inventa compilans sibi vendicavit*. Et paulo post, ait illum habuisse ὑποβολιμαῖα, alienos ingenii fœtus, quos non peperisset. Itaque de Sophistis solebat dicere Severus Cassius, similes sibi videri furibus poculorum ansas mutantibus: quod multi invenirentur qui detracto verbo aut mutato aut adjecto, putabant se alienas F sententias lucrifecisse. Seneca parens de sui temporis declamatoribus loquens *præf. lib.* I. *Cont. Sententias*, inquit, *a disertissimis viris factas facile in tanta hominum desidia pro suis dicunt, & facerrimam eloquentiam, quia præstare non possunt, violare non desinunt*.

Antiquissimus hic morbus fuit hominumque φιλοτιμία, qui cum viderent quosdam esse in admiratione, propter exquisitarum sententiarum genus, aut orationis splendorem & dignitatem, & æquare eorum hominum gloriam non possent, aut inventis propriis æmularii, alieno flumine

suos hortulos irrigabant, & flosculos furtim emendicatos solo inserebant suo. Gorgias mirabiles in Græcia plausus exceperat, & ejus ob os, qui tum erant sapientes, & diserti, omnes ora obvertebant sua: sed præsertim dictionis politissimæ lumina, & insueta picturatæ orationis dulcedo & varietas omnes capiebat. Tetigit id hominis eloquentissimi decus Isocratem, quem ferunt Panegyricam suam orationem μετενδιωχῆναι ἐκ τῶ Γοργίε κὴ Λυσίε, *e Gorgiæ Leontini & Lysiæ scriptis ingeniose transtulisse*, ut Plutarchus in x. *Orat.* & Philostratus *de Vit. Soph.* meminerunt. In gente quoque Autolyci eundem ponit Photius in *Bibliotb.* Isocratem, inquit, forte etiam quis αἰτιάσαιτο κλοπῆς, *furti redarguat*, quod multa in Panegyricis, ex epitaphiis sermonibus Archini, Thucydidis, & Lysiæ sit mutuatus: Sophista Aristides idem sibi licere putavit in Isocratem, qui pulcherrima quæque ex ejus *Panathenaica* vel mutuatus est, si fatetur; vel si negat, improbe & malitiose furatus. Notavit hoc Joannes Tzetzes *Chiliad.* XI. Scripsit, inquit, Isocrates in Panathenæa maximam orationem, ὅπερ τὸν νῦν ἐσύλησεν ὅλον ὁ Ἀρισείδης. Plato quoque Lavernæ propitiæ litavit, de quo sic est apud Athenæum *lib.* XI. *Plato ex Aristippi colloquiis & Antisthenis scholiis, plurima ex Brysonis Dialogis furatus est.* Idem Philolai librum cum fuisset nactus in Sicilia, ex eo κλέπτει τὸ πᾶν ὅσον ἐςὶ περὶ ψυχῆς κὴ ἕτερα μυρία, *sublegit omnia quæ de animo reliquit, & alia prope infinita*, ut est apud Tzetzem. Quin ille Academiæ princeps sacrilegii veluti reus arguitur, quod in sacros divinorum vatum commentarios involaverit: Numenius enim Pythagoreus in eum palam invehitur, quod plagio surripuerit e Mosaicis libris quæ de Deo & mundi generatione prodidit, eaque de causa dicebat, *Quid est aliud Plato quam Moses Atticissans?* Illustrius *de Phil.* Suidas.

Hoc illi commune fuit cum Philosophis sapientiæ nomine gloriosis: qui cum multa e Christianorum aut Prophetarum voluminibus cepissent, de divinitate, de virtutibus atque vitiis, de arcanis rerum causis, & ut brevi dicam, ἐγκυκλοπαιδείᾳ, maluerunt argui furti, quam in fontes unde hausissent digitum intendere. Quo nomine a sanctissimis Ecclesiæ Patribus, & aliis doctissimis hominibus juste reprehenduntur. Proclum sententias & inventa B. Dionysii Areopagitæ furatum ait Suidas. *Phocylides*, inquit idem, *scripsit Paræneses atque Gnomas*, κεφάλαια *vulgo inscribunt*: εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν Σιβυλλιακῶν κεκλεμμένα, *sunt autem e Sibyllarum carminibus furto subducta*. Hinc gravissimus Tertullianus in *Apolog.* cap. XLVII. *furatores veritatis*, Sophos appellat: tum addit, *Quis poetarum, quis Sophistarum, qui non omnino de prophetarum fonte potaverit? inde igitur philosophi sitim ingenii sui rigaverunt*, &c. Eadem mente Clemens Alex. lib. I. *Strom.* eosdem vocat κλέπτας κὴ λῃςὰς, quod veritatem ab Hebræis explicatam, furtim exceptam adulterarint, multa indocte velut sapientes σοφισάμενοι: & proinde recte ab Aristotele τὴν σοφιςικὴν nominatam fuisse κλεπτικὴν σοφίας.

Neque hæc furandi consuetudo una modo in ætate inventa est, sed per omnes prope grassata. Eusebius Cæsariensis Hierocli jure objicit, impio & insano scriptori, σφόδρα ἀναιδῶς ἐξ ἑτέρων οὐκ αὐτοῖς μονονουχὶ νοήμασιν, ἀλλὰ κὴ ῥήμασι, κὴ συλλαβαῖς ἀποσεσυλημένα, *scripta ex aliorum non sententiis modo, verum dictionibus quoque ipsis, ac pæne syllabis impudenter subducta*. Aristides *Tom.* III. *or.* I. suis quoque temporibus ait fuisse quosdam ἐν τοῖς λόγοις τὰ ὑφ' ἑτέρων εἰρημένα κὴ προκατειλημμένα κλέπτοντας ϗ διεξιόντας ὡς αὐτῶν, qui o*rationibus habendis aliorum dicta furati pro suis recitarent.* Lucius Patrensis suas *Metamorphoses* e Luciano συλήσας *audacissimo furto subducens*, tantum non Lucianum ipsum descripsisse videtur, ait Photius *Cod.* CXXIX. Sed nescio an in hoc genere impudentiæ ulli cedat Hephæstio: hic ut memini me apud Athenæum *lib.* XV. legere, Menodoti opusculum, Andranti libros, Theophrasti & Antiphontis quædam commentaria sibi ascripsit, nec erubuit tanquam proprii ingenii monumenta venditare. Vexatur eo etiam nomine Macrobius, de quo elegantissimi Mureti verba *in Senec. lib.* III. *de Benef.* non pigebit hic ascribere; *Totam hanc disputationem de servis, num dominis beneficia tribuere possint, partim ex hoc Senecæ loco, partim ex epist.* XLVII. *partim ex Valerio consarcinatam Macrobius lib.* I. *Saturnal. pro sua venditavit. Sed & ex Agellio, & e Plutarchi Sympofiacis tam multa, nullo pudore, in lib.* VII. *Saturn. suorum transtulit, ut apparet eum factitasse eandem artem, quam plerique hoc sæculo faciunt, qui ita humani a se nihil alienum putant, ut alienis æque utantur ac suis.* De Sophistis Declamatoribusque Romanis ita Seneca major in *suasor.* II. *Tam diligentes tum auditores erant, ne dicam maligni, ut unius verba surripi non possent. At nunc cuilibet orationes invertere tuto licet pro suis.*

Nec minor licentia in versibus aliorum furto excipiendis, in ejusdem populi Romani luce & conspectu. Quidam enim modestiæ repagula perrumpentes, in Palatinam Bibliothecam irruebant, & inde pro animi sui sententia quædam capiebant, quibus deinde ut autores gloriabantur. Itaque monet Horatius Celsum, *ep.* III *lib.* I.

Privatas ut quærat opes, & tangere vitet
Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo.

ne ridenda cornicula fiat aut Æsopius gracculus. Longe patuit illa furacium poetarum contagio, a qua non immunis princeps Maro. Perillius Faustinus Virgilii furta collegit libello ea de re scripto, ut Donatus in *ejus Vita* prodidit: cumque a quibusdam res illi objiceretur, Asconius Pædianus respondere solitum ait, *Cur non illi quoque eadem furta tentarent?* Varrus id quidem audacius meo judicio tentavit, qui *Thyesten* Tragœdiam Virgilianam edidit pro sua. Martialis jure indignatur sibi vivo ac videnti versus surripi ingenii sui fœtus a Fidentino, quem furem ut publica in columna proscribit. Par querela & indignatio Joan. Tzetzæ *Chiliad.* VIII. quod enarrationem suam *in Lycophronem* ἐσφετερίζετό τις, *furto quidam avertit*, qui eam discipulis suis venditabat ὡς οἰκεῖα τέκνα λογισμοῦ. Hujus occasione de Autolyco furum principe disputat, & de gracculo, qui se avium pennis exornavisset, & præterea de fucis, qui expertes laboris mel apum exhauriunt.

Ex hac porro consuetudine Sophistarum olim eveniebat, ut ipsi etiam Christiani concionatores, si quid in oratione sua posuissent elaboratum ab aliis, vulgo male audirent. Quam rem sic explicat Chrysostomus lib. V. *de sacerd.* Si quem forte ex concionatoribus contigerit partem aliquam eorum quæ ab aliis elaborata fuerint, suis ipsius concionibus intertexere, πλείονα τῶν τὰ χρήματα κλεπτόντων ὑφίσαται ὀνείδη, *pluribus opprobriis obnoxium se reddit, quam qui alienas opes suffurantur. Imo vero sæpe fit, ut concionator ne aliunde quidem mutuatus quicquam, sed ea de re tantum suspectus, instar furis alicujus in ipso furto deprehensi habeatur.*

CAP. X.

Vanissimi Sophistæ & mendaciorum consarcinatores. Ῥητόρων τέχνη περὶ τὸ ψεύδεσθαι. Qualia fuerint aut in quibus Sophistarum mendacia. Veritas θριγκὸς, & propugnaculum Philosophiæ. Sapientes quanti eam fecerint. S. Basilius emendatus, illustrati alii.

VAnissimi quoque fuere Sophistæ, portentiloqui, & mentiendi callido artificio nobiles, qui mendacium exquisito orationis fuco & pictura colorarent; & verisimile est, ea causa fuisse nominatos γόητας, *præstigiatores*. De illorum vanitate graves autores ipsa antiquitatis lumina prodiderunt. S. Gregorius Nyssenus *contra Eunom.* elegantissime vocat illos πεφραγμένους τῷ πιθανότητι τοῦ ψεύδους, *mendaci verisimilitudine cataphractos*, quod vestirent mendacium speciosa & fucata probabilitate. Idipsum doctissimus Pater Hieronymus intelligebat *Præfat. lib.* III. *in Epist. ad Galat. Oratio*, inquit, *rhetoricæ artis fucata mendacio*. D. Ambros. lib. I. *de Abrah.* cap. II. *ambitiosum eloquentiæ mendacium*. Et Lactantius lib. III. *divin. Instit.* cap. I. ait homines mendacio credere, captos orationis ornatu lenocinioque verborum. Et lib. I. *de falsa relig.* cap. I. *argutam malitiam* vocat: *In Oratoria*, inquit, *diu versati non ad virtutem, sed plane ad argutam malitiam juvenes erudiebamus*. Hinc Tatianus Assyrius oratione *contra Græcos* de Christiana facundia loquens: καὶ ἡμεῖς μὲν λέγοντες, οὐ ψευδόμεθα, *& nos quidem in dicendo mendacia non sequimur*. Quod idem a Justino Martyre doctissimo viro dicitur, cohortatione item *ad Græcos*: ubi ait divinissimos Vates qui interpretes & internuncii fuerunt divinæ mentis, non dicendi artem professos, neque verbis ad permovendum atque persuadendum compositis fuisse usos; *hoc enim*, inquit, ἴδιον τῶν τὴν ἀλήθειαν κλέπτειν ἐθελόντων, *eorum est proprium, qui veritatem suffurari studio habent*. Sophistas intelligit, quibus etiam paulo post attribuit τὸν τῶν ὄγκων φανταστιώδη ψόφον, *ampullas tumorisque sonitum ad fucatum splendorem comparatum*. Eosdem ait S. Basilius lib. II. *contr. Eunom.* init. declamationum materias proponere solitos adolescentibus, εἰς μελέτην τοῦ ἐν τῷ ψεύσματι πιθανοῦ, *ut verisimilitudinem in mendaciis tueri condiscerent*.

Vidit hunc Rhetorum nævum Isocrates in *laud. Helen.* qui cum Gorgia & aliis eloquentissimis hominibus versatus est, & ipsius philosophiæ professione gloriosis: neque dubitat τὸ ψευδολογεῖν illis tribuere, videl. *mentiendi studium*, quod etiam audacia prope non ferenda in dies amplificarent. Verum quoniam suavissimus idem Isocrates rem nonnunquam mirabilius exornabat, & rhetorice attollebat oratione, sic ut eodem ipso crimine insimulari posse videatur, quod in Sophistis arguit, lepidam sui defendendi rationem excogitavit in *Panathenaica*: quandam enim ψευδολογίαν agnoscit, sed ἄνευ κακίας, quæ dictionem singulari venustate pulchritudineque distinguat, & eos qui audiunt humanissima voluptate oblectet. Adeo verum est, Rhetoris nomen sustinere illum minime potuisse, quin sequi genus se quoddam artificiumque mentiendi confiteretur.

Itaque summi viri in Sophisticum hunc morem intuentes, Rhetorum facultatem tantum non mentiendi artem definierunt. Graviter & divine S. Basilius *hom.* XXIV. adolescentes erudiens ita monebat: ῥητόρων δὲ τὴν περὶ τὸ ψεύδεσθαι τέχνην οὐ μιμησόμεθα, &c. *Artem vero oratorum ad decipiendum institutam nequaquam imitabimur: nam nec in judiciis neque in aliis actionibus accommodum nobis est mendacium, viam vitæ rectam ac veram ingredientibus*, &c. Omnes denique omnium sæculorum scriptores, qui literis cogitationes suas mandaverunt, si quando in hoc genus disputationis delapsi sunt, ut Grammaticorum, sic & Rhetorum proprium esse mentiri pronunciaverunt. Eruditissimus Augustin. in *Psal.* LXX. scite illud & ex communi opinione: *Nec sic offendamus Grammaticos, quomodo paulo ante negotiatores: quia & Grammaticus potest in arte sua honeste vivere, non pejerare, non mentiri*. Hinc in Sophistas id vulgo jactatum convicium, quod in Comœdia positum videmus ab Aristophane in *Nub.* ψευδῶν συγκολλητής, *mendaciorum consarcinator*. Quare Gregorius Presbyter, qui magni *Theologi Vitam* nobis reliquit, in laude ponit clarissimorum & eruditissimorum hominum Gregorii Nazianzeni & Basilii, quod cum essent magnam eloquentiæ vim consecuti, & omnibus orationis ornamentis abundarent, τὸ ψεῦδος ἐξέκλιναν, *Sophisticam mentiendi libidinem vitarint*. Et privatim de ipso Theologo alias, ipsum ait fugere acerrime consuevisse σοφιστικὸν τῦφον καὶ ῥητόρων ψεύδη, *tumidos Sophistarum spiritus & jactationem & mendacia Rhetorum*; quæ duæ labes in moribus Sophistarum principem locum meo judicio tenuerunt. Et ni fallor, per ἤθη ῥητόρων, eas maxime intelligit Gregorius Nazianz. orat. XX. qua magnum Basilium μακαρίτην eximie cohonestavit, cum ita loquitur: *Quis in Rhetorica, illa, inquam, vim ignis spirante, cum eo comparandus*, εἰ καὶ τὸ ἦθος αὐτῷ μὴ κατὰ ῥήτορας ἦν, *tametsi illius mores a Rhetorum moribus dissiderent*. Subjiciam pulcherrimum locum S. Basilii, & eo lubentius, quod ab interprete sit corruptus. *Homil. in Proverb.* p. 460. trium artium ὕλην sive *materiam* ait esse τὸ ψεῦδος, nimirum Poeticæ, Rhetoricæ & Sophisticæ. Reddit rationem: οὔτε γὰρ ποιητικὴ συστῆναι δύναται ἄνευ τοῦ μύθου· οὔτε ῥητορικὴ ἄνευ τῆς ἐν τῷ λέγειν τέχνης· οὔτε σοφιστικὴ ἄνευ τῶν παραλογισμῶν. vertunt, *Nam neque poetica sine fabulis consistere potest, neque rhetorica sine arte dicendi*: hoc male, nam hic τέχνη non dicendi artem significat, sed *fraudem, fallaciam*, & quam Latini Græcorum imitatione vocant, *techam*. Eam rhetoricam Sophistarum ait paulo post μυρία καταχηματίζεσθαι, vertunt *mille figurare involucra*: significantius Galli dicerent, *avoir une infinité de desguisemens*, quod in mendaciloquam illam artem plane convenit. Apud eundem *epist.* LXIII. τεχνικὸν eadem notione sumitur, quod etiam Interpretem fugit: sic enim de Gregorio loquitur Neocæsariensi: *Abominatus est*, ψευδῆ λόγον καὶ τεχνικόν. vertunt, *falsum sermonem & artificiosum*, malim *subdolum & malitiosum*.

Sed hic forte quæret aliquis, in quo præsertim ea Sophistarum mendacia consumebantur. Varia est doctorum hominum ejus rei explicatio. Lactantius genus quoddam mendacii ita proponit lib. III. *divin. Inst.* c. XVI. *Bonum est autem recta & honesta præcipere; sed nisi & facias, mendacium est: & incongruens atque ineptum est non in pectore, sed in labiis habere bonitatem*. Hoc genus in Sophistas eos apte conveniebat, qui cum de virtutibus & vitiis conquisito genere orationis disputarent, sæpe in sordibus atque cœno volutabantur. Isocrates in *Encom. Helen.* eo refert, quod cum artes pollicerentur & eruditionem adolescentibus, inutilia quædam & λογομαχίας traderent. Præterea sibi ad dicendum sumebant incredibilia argumenta, quæ longissime abessent a veritate, quale illud Gorgiæ, qui ausus est proponere *nihil esse in rerum natura, quod sit*: quale & Zenonis, qui probare conatur eadem posse & non posse fieri: & similia, in quibus vim ingenii magnitudinemque experiebantur. Sancti Patres hoc mendacii genus in Sophistis atque

Rhetoribus notant, quod vim dicendi, atque uberem illam copiam & suavitatem, qua multi præstiterunt, ad turpium rerum commendationem, & indignissima quædam suadenda accommodarent. Itaque monet S. Basilius *de legend. profan.* ne in legendis Rhetorum libris τὸ ἡδὺ καὶ ἐπίχαρι μόνον, quod dulce jucundumque fuerit tantum persequamur: sed imitandas esse apiculas floribus insidentes, ut sobrii & sapientes quantum nobis congruum fuerit, & ut ipse loquitur, συγγενὲς τῇ ἀληθείᾳ capiamus.

Themistius *Orat.* I. paulo copiosius de mendacio Sophistarum, & subtilius philosophorum prope more disputat. Nam cum germani Philosophi notam ex Platone posuisset τὴν ἀλήθειαν, partitur in duo genera mendacium. Et unum quidem in pactis conventis & mercimoniis, atque in hominum inter se communione admitti ait, aliud autem in scientiis. Prius illud summopere a Philosopho abhorrere vult, cujus turpitudinem etiam ostendit exemplo Lysandri & testimoniis poetarum. Alterum genus, quod est positum in doctrinis artium, bipertitum efficit: aut enim de industria rem minuit, & vocatur εἰρωνεία; aut nimium extollit, & ἀλαζονεία dicitur: inter quæ mediam ponit Aristoteles τὴν ἀλήθειαν. Hoc ultimo genere insignes fuere Sophistæ, de quorum ἀλαζονείᾳ dictum a nobis est pluribus superius. Vult igitur & contendit, Sophistas minime esse philosophos, quod Veritatem oderint, aut non admodum sequantur; quam, inquit, νομοθέτης prudentia statuit esse ὡς θριγκὸν, *ut murum & propugnaculum Philosophiæ*. Platonem intelligit, qui cum dixisset lib. VII. *de Rep.* Dialecticam esse ὥσπερ θριγκὸν τοῖς μαθήμασι, Themistius id ad Veritatem retulit.

Sed de Veritate quidem multa Plato cum aliis in locis, tum lib. VI. *de Rep.* ubi etiam tanquam ex oraculo profert, ἀδύνατον εἶναι τὴν αὐτὴν φύσιν φιλόσοφόν τε καὶ φιλοψευδῆ, *fieri non posse ut eadem natura philosophica sit & mendax*. Idem omnium sapientum fuit judicium atque sensus. Pythagoras inter ea dona quæ divinitus hominibus evenirent, palmarium esse putavit τὸ ἀληθεύειν. Eadem opinio apud Ægyptios sacerdotes, non disputationibus modo eruditis, sed magnis quoque ceremoniis inclusa ferebatur, vid. Ælian. in *Var. Hist.* nam in solenni Mercurii pompa, cum mel & ficus edissent, solebant exclamare, Γλυκὺ ἡ ἀλήθεια, Plutarchus in *Isid.* Hoc studium cognomen etiam peperit Anaxagoræ, ut νοῦς & ἀλήθεια diceretur.

CAP. XI.

De importuna Sophistarum loquacitate. Βατταρίζειν. In balneis quoque se & sua tinniebant. Thrasymachus Sophista cur dictus balneator. Iis attributa cymbala Dodonæa, crotala, δωδεκάκρουνον στόμα. Sanctorum Patrum ea de re testimonia. Emendatus Eginhartus. Aristophanis Scholiastes aliique illustrati.

INter notas Sophistarum haud postrema fuit loquacitas abundansque sermo, quo plurimis sane molestiam creabant. Musæ, ut est apud Hesiodum, ἄνδρα πολυφραδέοντα τιθεῖσαι, θεσπέσιον, αὐδήεντα, *hominem faciunt multa verba funditantem, divinum, vocalem*. Quæ interpretans Clemens Alexandrinus lib. I. *Strom.* tria quædam notari a Poeta in homine erudito animadvertit; nam πολυφραδέοντα, inquit, vocat abundantem & copiosum in dicendo, verbis opulentum; αὐδήεντα vero sonorum & vehementem: θεσπέσιον denique, philosophum & veritatis cognitione præstantem. Et quidem primum illud si cum ratione adhibeatur, in laude est, quod in verbis beata quædam felicitas affluensque facilitas vim prompti & fœcundi ingenii demonstrat. Sic Eginhartus de Carolo Magno in *ejus Vita*. *Atque adeo quidem facundus erat, ut dicaculus videretur*: ita legitur in optimo MS. cum in excusis omnibus sit *didascalus*.

At Sophistæ una πολυλογίᾳ contenti, reliqua palmaria negligebant, ut qui ubique αὐτοσχεδιάζειν vellent, & ea re gloriarentur. Hinc Maximus Tyrius *dissert.* XVI. τὸ τῶν σοφιστῶν γένος vocat πολύμυθον, *multiloquum*. Idem *dissert.* XV. eorundem σοφίαν ait esse πολυρρήμονα καὶ λάλον, *verbosam nimium & loquacem*. Lucianus in *Bis accus.* cum philosophos δοξοσόφους describit, non omittit dicere τοὺς λάλους, *loquaces*. Qui Sophistas coloribus suis pingit Themistius *Orat.* I. sæpe hoc eorum ulcus attingit: nam prima oratione ait illos βατταρίζειν, hoc est, βαττολογεῖν seu φλυαρεῖν, *nugari, blaterare*, inanium verborum fluxum & copiam effundere; in quo Sophistæ tanquam in regno suo triumphabant. Alias dicit eosdem ad nauseam usque prædicare solertiam, & acumen ingenii sui, memoriam, copiam & doctrinæ varietatem, se continuo & laudem suam tinnire, inculcare in aures, omnes obtundere loquacitate, nulla temporis atque loci habita ratione garrire, κἂν στλεγγιζομένους παρακαλῇς, qui ne in balneas quidem vocati, abstinere a quotidianis illis suis cantilenis possint: quod indicium est ἀπειροκαλίας. Nam Theophrastus in *Characteribus* inter signa τῆς ἀγροικίας ponit ἐν βαλανείῳ ᾄσαι, *in balneo cantare*.

Quem morem poetæ Latini Satyrico dente notarunt, ut Horatius cum recitantium pruriginem diluit, *sat.* IV. *lib.* I.

—— in medio qui
Scripta foro recitent sunt multi, quique lavantes.

In quem locum eruditissimus Torrentius profert Senecæ locum similes ineptias notantis. Martialis pingit nobis geminum Ligurinum malum & importunum poetam, qui etiam in thermis lavantes garriendo vexaret:

Et stanti legis, & legis sedenti.
In thermas fugio, sonas ad aurem:
Piscinam peto, non licet natare.

Non dubitarim ejusmodi Sophistas *balneatores* appellare, ita enim olim vocabantur πολυπράγμονες καὶ περίεργοι, *homines curiosi & futiles*. Forte quod in balneis vulgo magna & perennis loquacitas. D. Chrysostomus *hom.* IX. *in Epist.* I. *ad Timoth.* pag. 1564 Videas loqui mulieres in Ecclesia, ὅσα οὔτε ἐν ἀγορᾷ, οὔτε ἐν βαλανείοις, *quantum neque in foro, neque in balineis*. Itaque Plato Thrasymachum Sophistam *balneatorem* dixit. Hæc, inquit lib. I. *de Repub.* locutus Thrasymachus in animo habebat discedere, ὥσπερ βαλανεὺς ἡμῶν καταντλήσας κατὰ τῶν ὤτων ἀθρόον καὶ πολὺν τὸν λόγον, *ceu balneator quispiam effusis in aures copiosis ac multis verbis*. Pergit Themistius eorundem hominum loquacitatem exponere: Neque istos, inquit, absque illa importunitate salutare licet, ἀλλ' εὐθὺς ὑπηχεῖ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον, *sed statim Dodonæum cymbalum sonat*. Dici hoc solet in impendio loquaces & ἀκειτομύθους, qui Archytæ crepitaculo & Romanorum Citeria sint molestiores, qui plurima loquantur, pauca dicant, ut lusit eleganter Eupolis:

Λαλεῖν ἄριστοι, κ' ἀδυνατώτατοι λέγειν.

Hinc illa crotala a doctissimis hominibus irrisa: nam inter maledicta quæ in Sophos conjiciebantur, Aristophanes in *Nub.* ponit κρόταλον,

hoc est, εὔστομον καὶ εὔγλωττον, ὡς τὰ κρόταλα λάλον. inquit Scholiastes. Eodem sensu in *Ranis* nominat χελιδόνων μουσεῖα, *hirundinum musea*, cum Sophistas πολυλόγους describeret. Philostratus in *Vita Apoll.* in re simili dixit κροτάλου δίκην κτυπεῖν τῇ γλώττῃ, *crotali in morem lingua perstrepere*. S. Gregorius Nyssenus *Orat.* III. in Eunomium scribens ei tribuit διάκενα κρόταλα σοφισμάτων, quod verbosus Sophista foret impudensque dialecticus.

Alii quoque sancti Patres hoc idem vitium Sophistarum perspicuis suis oraculis notarunt. Synesius *in Dion.* illis tribuit ἀβυσσόν τινα φλυαρίας, *profundam loquacitatis voraginem*. Apud S. Chrysostomum lib. *contr. Gentil.* λόγων ἄμαχοι σοφισταὶ, *verbis inexpugnabiles*. D. Hieronymus in *ep. ad Paulin.* *Sophistam verbosum* dixit, cum agit de Scriptura sacra: *Hanc delirus senex, hanc Sophista verbosus*, &c. Justinus martyr de Christo loquens *Apol.* II. Breves, inquit, ejus & compendiosi fuere sermones. Et veluti rationem reddens adjungit: οὐ γὰρ σοφιστὴς ὑπῆρχεν, *neque enim Sophista fuit*. Suavissime & elegantissime D. Basilius in *epistola* LXXXIII. ad Leontium Sophistam: *Lingua tua, tametsi nemo adsit, secum ipsa disputabit*, σιωπήσει δὲ οὐδαμῶς σοφιστική γε οὖσα καὶ Ἀττικὴ, οὐ μᾶλλόν γε καὶ αἱ ἀηδόνες ὅταν τὸ ἔαρ αὐτὰς πρὸς ᾠδὴν ἀναστήσῃ, *nusquam autem silebit, cum Sophistica sit atque Attica, non magis quam lusciniæ quas vernum tempus ad cantum excitaverit*. Hinc Sophista Polemon ægritudine confectus, cum se vivum in monumentum includi mandasset, ad eos qui aderant, *Inducite, inducite*, inquit, μὴ γὰρ ἴδοι με σιωπῶντα ἥλιος, *ne me sol videat tacentem*, ut teste apud Philostratum. Quasi puderet etiam morientem in hominum luce conticescere. Ursus in *Vita Magni Basilii* de Libanio Sophista loquens, illum ait *protendisse verbositates rhetoricas*. Qui genere ipso loquendi imitatus mihi Platone videatur, qui sic habet in *Protagora* pag. 201. Rhetores breve quiddam interrogati δολιχὸν κατατείνουσι τοῦ λόγου, *protendunt longissimam orationem*. Euphrates Philosophus coram Domitiano accusans Apollonium Tyaneum, statim ab initio clamabat: *Metire* aquam Imperator: si enim prolixitatem orationis illi concesseris, ἀπάγξει ἡμᾶς, *nos omnes strangulabit*: Philostr. in *Vita Apoll.* lib. VIII. cap II. Et Cratinus eleganter apud Suidam: δωδεκάκρουνον στόμα, *duodecim fistulis ebullit os, Ilissum in faucibus esse dixerim: nisi quis os ei obturaverit*, κατακλύσει τοῖς λόγοισι, *verborum affluentia nos obruet*. Itaque in ea immensa & interminata copiosorum hominum loquacitate, commoda fuisset Atheniensium consuetudo, qui Oratorum forensium dictionem ita moderabantur, ut si quis ultra spatium lege & consuetudine definitum nugari pergeret, eum præco bacillo coerceret. Sic enim scribit in *Vesp.* Aristophan. Scholiastes: Cum, inquit, aqua omnis clepsydræ ad foramen usque fluxisset, tum ἔπαιον τὸν ῥήτορα, virga veluti Censoria *feriebant Oratorem*, ne cæteris, qui verba etiam facturi videbantur, spatium dicendi præriperet. Ita quidam eruditi viri capiunt. Mihi tamen semper locus ille suspectus fuit de mendo, & lubentius ἔπαυον τὸν ῥήτορα, quam ἔπαιον legerem. Neque enim modo Oratores, qui legitimum suum tempus in dicendo posuissent, solenni more finiebant orationem, ajebantque, *Dixi*, εἴρηκα, vel ut est apud Julianum Imperat. εἴρηται ὁ ἐμὸς λόγος· verum etiam Præco e formula clare pronuntiabat, *Dixerunt*: & hoc modo recte Scholiastes de iis diceret, ἔπαυον τὸν ῥήτορα. Sed hoc obiter sit notatum.

CAP. XII.

Sophistæ maledicentissimi, in convitiando exercitati. Eorum πρόχειροι λοιδορίαι, *quarum artem factitabant.* Φαγολοίδοροι Ἀγέρωχοι. *Ars Sophistica* ὑβρίζειν. Λοιδορία *eorundem acropolis. Impudentes habiti. Mores Rhetorum qui dicantur. Ipsorum maledicentia reprehensa. Proprium quoque Hæreticorum id vitium.*

THemistius *Orat.* I. jure, meo judicio, Sophistas nominat κακηγόρους, *maledicos*, & convitiandi quadam libidine gestientes. Id vitium jam inde a Philosophiæ principibus notatum fuit clarissimisque scriptoribus, qui eos integumentis suis nudatos in omnium luce posuerunt. Plato quidem lib. VI. *de republ.* eos ait λοιδορουμένους καὶ φιλαπεχθημόνως ἔχοντας καὶ ἀεὶ περὶ ἀνθρώπων τοὺς λόγους ποιουμένους, &c. *qui convitiis passim lacessunt & quasi inimicitiis delectentur, semper de hominibus colloquantur, rem agentes Philosophiæ minime congruam*. Queritur Isocrates in *Panathen*: se a Sophistis calumniis appeti, cum tamen ipsi orationes ejus legerent, ab eo exempla peterent, ejus præceptis in docendo uterentur. Viget etiamnum eorum Sophistarum posthuma soboles, quæ illos a quibus didicit, atque ornata fuit eruditione, maledictis atque omni genere contumeliæ indignissimo quodam modo lacerat. Dicuntur ab eodem Isocrate alias ἐπιτιμᾶν καὶ βασκαίνειν τὰ τῶν ἄλλων μεμελημκότες, qui studium omne suum in eo consumant, ut dicta aliorum cavillentur atque exagitent. Nasutus Lucianus & in moribus describendis venustus hoc eorum vitium ut penicillo sæpe & graphice delineavit. In *Eunucho* scribit ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατασκεδάσαι ἀλλήλων, *eos plena conviciorum plaustra in se mutuo solitos effundere*. Et ea de re pluribus agens ἐν Δραπέτ. eos ait nova quædam genera conviciorum excogitasse, ut prompta essent & in ore volutarentur, λοιδορίας καινὰς ἐκμελετήσαντες, ὡς πρόχειροι εἶεν, καὶ ἀνὰ στόμα ταύτας μόνας ξυμβολὰς ἔχοντες. In eam rem habuere Lexica, & plena veluti promptuaria singulari diligentia confecta, unde vocabula promerent ad convitiandum & maledicendum opportuna. Phrynichus certe Arabius Sophistici apparatus libros scripsit, in quibus cum vocabula certas in classes tribuisset, quædam ait εἰς τὰς σκωπτικὰς ὑπάγεσθαι λαλιὰς, *illudentium convitiis subservire*. Photius in *Biblioth.*

Quin & scholas ea de re nonnunquam habuisse videntur, ut non exemplo modo suo literarum studiosos, verum etiam & præceptionibus ad calumniam contumeliamque imbuerent. Medius quidam, quem Plutarchus *de adulat.* in maledicendo & summis viris calumnia onerandis σοφιστὴν κορυφαῖον nominat, jubebat suos audacter calumniam jacere & iisdem mordere alios, docens ὅτι κἂν θεραπεύσῃ τὸ ἕλκος ὁ δεδηγμένος, ἡ οὐλὴ μένει τῆς διαβολῆς, *tametsi morsi ulcus consanaretur, tamen calumniæ cicatricem mansuram*. Gregorius Nyssenus magni Basilii frater *Orat.* IV. *advers. Eunom.* meminit Sophistæ Prunici, qui ejusdem Eunomii doctor & magister fuisset, *a quo*, inquit, *didicerat* ἀσυναρτήτους τινὰς καὶ ἀναρμόστους ὕβρεών τε καὶ λοιδορημάτων ὀκτάδας, *inconcinnas quasdam ineptasque & incongruas contumeliarum & convitiorum octadas*. Itaque vere & eleganter Nyssenus idem Gregorius τέχνην σοφιστῶν ait esse ὑβρίζειν. Et festive Lucianus in *Fugit.* τὴν λοιδορίαν vocat eorum ἀκρόπολιν. Pamphilus martyr in *Apolog. pro Origen.* hujusmodi homines nominatos a Græcis φαγολοιδόρους ait. Johannes Tzetzes *Chil.* VIII. ἀγερώχους diceret: nam eam vocem cum multa significare ait,

ait, tum ὑφειστλὼ *calumniatorem*, quasi, inquit ἀγεροίοχον, videlicet ἄγαν ἐπὶ ἐρίδων ὀχούμενον. Eloquentissimus Gregorius Nazianzenus qui eorum hominum venam tentarat penitusque cognoscebat, linguam Sophisticam describit *ep.* LVI. γλῶσσαν πρὸς τὸ κακῶς λέγειν ἑτοιμοτέραν, *ad maledicendum paratissimam*.

Fecit opinor eorum hominum consuetudo ut ῥήτωρ idem olim fuerit quod διάβολος *calumniator*. Thomas Magister ex veteribus Grammaticis, ἔστι δὲ ὅτε ὁ ῥήτωρ ἐπὶ τῆς διαβολῆς λαμβάνεται. Res enim in impudentem quandam licentiam venerat, ut etiam in conventu universæ Græciæ, in Isthmiis, eam artem factitarent. Dion Prusæus sic ejus rei meminit, *Or.* VIII. Tunc quoque circa Neptuni templum ἦν πολλῶν σοφιστῶν κακοδαιμόνων, βοώντων καὶ λοιδορουμένων ἀλλήλοις, &c. *multa turba aderat infelicium Sophistarum clamantium, & mutuo convicia ingerentium, paritergue discipulorum alius adversus alium pugnantium.* Hinc etiam *impudentes* nominati Rhetores: S. Gregorius Nazianz. in *epist.* LVII. ad Eudoxium Rhetorem quem ad perfectam philosophiam invitat, *Jam*, inquit, *quod erubescere scis*, οὐ κατὰ ῥήτορας, *non Rhetorum in eo morem refers.* Et paulo post, *Verum cum Rhetor, voceris, quidvis tamen potius, quam quod ad mores attinet, inter Rhetores censeris:* hoc est, procul abes ab obtrectatione, maledicentia, impudentia, quibus vitiis Rhetores vulgo & Sophistæ laborant. Eosdem etiam *impudentes* vocat Dion Chrysostomus *Or.* LVI. *Nemo*, inquit, *eorum erat* ἀλαζὼν οὐδὲ ἀναιδὴς ὥσπερ οἱ ἀμαθέστατοι τῶν σοφιστῶν, *arrogans aut impudens, ut indoctissimi Sophistæ.*

Atque in fundendis quidem convitiis, & maledicendo, adhibitam fuisse ab illis summam animi impotentiam, id etiam declarat, quod cum ex iis plurimi in scholis eloquentiam profiterentur, artificium in eo tamen non tenerent, ut inhumanam illam acerbitatem aliquo veluti parapetasmate contegerent. Est enim, ut docet Hermogenes lib. II. *de Form.* quædam methodus, quæ facit ut convitians non sit molestus, si nimirum casu potius & e re nata, quam consulto ad convitiandum paratus venisse videatur. At Sophistæ summa confidentia, sine ulla dissimulatione præ se id ferebant, & studio etiam illo gloriabantur. Hoc fuit opinor ingenium Orbilii, de quo ita Suetonius *de illustr. Gram. Fuit naturæ acerbæ, non modo in antisophistas quos omni sermone laceravit*, &c.

Sed universum genus ponit ob oculos Plutarchus in lib. *non pos. suavit. vi.* & eorum consuetudinem insimulat, cum de Colote & sectatoribus ejus loquitur, & catalogum veluti quendam eorum convitiorum pertexit, quæ in clarissimos, & communi fere omnium judicio excellentes viros jactabant. *Congesta*, inquit, *in unum quæ inter homines habentur fœdissima vocabula*, βωμολοχίας, ληκυθισμὸς, ἀλαζονείας, ἑταιρήσεις, &c. *scurrilitates, ampullas, arrogantias, scortationes, homicidia, graves gemitus, multorum perditionem, cerebri gravedines. in Aristotelem, Socratem, Pythagoram, Protagoram, Theophrastum, Heraclidem, Hipparchum, denique neminem non virorum illustrium effuderunt universa.* Addit gravissime Plutarchus illos hoc solo nomine longissime arcendos a sapientia videri, διὰ βλασφημίας ταύτας, *propter ista maledicta.* Par fuit aliorum quoque sapientum judicium, a quibus Sophistica hæc labes damnatur. Seneca parens *præfat. lib.* V. *Controv.* de Osco Rhetore, *Ab eloquentia multum aberat, natus ad contumelias omnium ingeniis inurendas.* Fabius Quintil. *lib.* XII. *cap.* IX. merito eos oratores reprehendit, *qui convitiis*, inquit, *implent vacua causarum*, nec curant ficta an vera sint quæ dicunt, modo sit materia ingenii mereaturque clamorem cum dicitur. Et paulo post, id vocat *turpem voluptatem & inhumanam*. Ejusmodi homines qui convitiis delectarentur, Scopelianus eleganter γραΐδια ἐκάλει μεθύοντά τε καὶ λυττῶντα, *temulentas vetulas & rabiosas*, ut meminit Philostratus *de Vit. Soph.* Et apud eundem Adrianus Sophista, maledicta eorum Rhetorum nominabat κόρεων δείγματα, *cimicum morsus*. S. Gregorius Nazianz. ad Sophistam Eustochium scribens, qui convitiis ἀντίτεχνον suum quendam oneraverat, eum morem sapientibus verbis insectatur: μέχρι τίνος γὰρ ταῦτα; καὶ ποῦ στησόμεθα τῆς σοφιστικῆς ἐπηρείας; *quousque enim ista? nunquamne huic Sophisticæ obtrectationi & maledicentiæ finem statuemus?*

Animadversum est a doctissimis viris, hæreticorum id vitium esse proprium, quos semper pro maledicentissimis Sophistis habuerunt. Eusebius Cæsariensis lib. VII. *Hist.* cap. XXIV. Paulum Samosatenum non Episcopum nominandum esse contendit, sed σοφιστὴν καὶ γόητα, velut Sophistam & præstigiatorem, ut qui divini verbi interpretes impia lingua prosciderit, & de seipso magnifica verba jactarit. In Sophistam Eunopium disputans eloquentia plane divina Gregorius Nyssenus *lib.* XII. *contr. Eunom.* Exercitata, inquit, ad maledicendum voce δυσώδη καθ᾽ ἡμῶν λοιδορίαν ἐκπτύει, *fœtidum contra nos convicium expuit*. Alias tribuit illi ἀμάραν τῆς λοιδορίας, *convitiorum cloacam*. Et *Or.* XII. τὰ τῆς ὕβρεως ῥήματα, quæ Sophista ille fundebat, vocat ἀχαριν ἀμουσίαν, καὶ κοπρώδη αὐτῇ καὶ βεβολβιτωμένην φωνήν, *illepidam inscitiam, & velut fimo ac stercore maceratam vocem.* Omnes denique a religione devii semper eandem Camarinam moverunt, & cupide sese in omne maledicendi genus ingurgitarunt.

CAP. XIII.

Contentiosi in disputando Sophistæ. Eorum quæstiunculæ, ὀνομαχίαι, *clamores, sibili.* Γλῶτταν πολεμίζειν. *Cum ranis comparati. Audientium febres, discipulorum pernicies: Damnata eorum consuetudo.* Σχυλάκια. *Caniculæ. Latrare.*

QUÆ secundo libro dicta sunt de Sophistis Eristicis, ad materiam hanc illustrandam valent: sed nostro more Senatum hic sapientum advocemus ex antiquitate, qui de Rhetorum λογομαχίαις censeant. Quæstiones sæpe inter se ventilabant Sophistæ, quarum nullum esset operæ pretium, & ut cum Agellio dicam, *nugalia*, sic tamen ut mirabili contentione se, & audientes molestia prope enectos vexarent. Themistius, Plutarchus, aliique harum quæstionum meminerunt, ut de Æschylo, de patria Simonidis, de Priami matre: utram Veneris manum Diomedes vulnerarit: utro pede claudicaverit Philippus: cur A primum obtineat locum inter literas? Hujusmodi ζητήματα referuntur multa, in quibus qui & rogabat, & qui respondebat, meras nugas agebant σκιαμαχοῦντες, licuitque Demonactis illud dictum in eos jacere, *Hic mulcet hircum, ille supponit cribrum.* Irridet & contemnit hujusmodi sæpe *ineptias* (ita enim vocat) Seneca *ep.* XLIX. *Quid te torques*, inquit, *& maceras in ea quæstione, quam subtilius est contempsisse quam solvere?* Et *ep.* CXVII. *disputatiunculis inanibus subtilitatem vanissimam agitare* dixit. Idem in lib. *de Brevit. Vit.* cap. XIII. & XIV. *morbum* nominat: *Græcorum iste morbus fuit, quærere quem numerum remigum Ulysses habuisset, prior scripta esset Ilias an Odyssea*, &c.

A De his similibusque Fabianus eloquentia pariter & philosophia nobilis dubitare se ajebat, an satius esset multis studiis admoveri, quam his implicari.

Sed hujusmodi disputationes si pacatæ fuissent, non magnopere forte reprehendendæ viderentur, in Græculis & otiosis hominibus, qui ad fallendum tempus inane studium excogitavissent. Nunc autem quantus animorum impetus, quanti clamores fuere Sophistarum, sæpe de syllaba una toto quod ajunt pectore certantium? Rem describit Plato in *Gorgia* uberius; *si contendant*, inquit, *de aliquo, neque concedant alter alteri ut vel vere vel perspicue loquantur, excandescunt, & per invidiam dictum putant*, φιλονεικοῦντες ἀλλ' οὐ ζητοῦντες B τὸ προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ, *studio potius contentionis elati, quam quod erat propositum inquirentes*. Tum addit: *Nonnunquam vero tandem adeo turpiter discedunt, cum jurgiis mutuisque maledictis, ut etiam pigeat pœniteatque auscultantes, quod ejusmodi homines audiendos putaverint*. Itaque Plutarchus in *Symposiac*. lib. VII. vocat ἅμιλλαν ἀτερπῆ καὶ ἀγῶνα σοφιστικὸν, *injucundum inamœnumque certamen & contentionem Sophisticam*. Et *lib*. I. *q*. I. illud poeticum ait vulgo jactari πρὸς τοὺς ἐρίζοντας καὶ σοφιστιῶντας, *in contentiosos & Sophistico morbo laborantes*: C

Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα.
Ite citi ad mensam durumque lacessite martem.

Sed ex illo quæstionum fluctu, non nugacium Sophistarum cædes, sed *audientium febres* oriebantur, ut est apud Theophrastum in *Charact*. περὶ ἀδολεσχ. Quippe non decretoriis armis, aut lucente ferro id duellum agebatur, sed lingua: hinc apud Aristophanem in *Nub*. inter notas Sophistarum est τῇ γλώττῃ πολεμίζειν. ubi Scholiastes, τῇ γλώττῃ, inquit, πολεμοῦσι τοῖς ἐναντίοις οἱ ῥήτορες. D Rem nimis restringit ad ῥήτορας, cum omne genus Sophistarum poeta intelligat. Maximus vero Tyrius *Diss*. XV. Sophistarum acies in campum veluti producit ferocientes, &, ut ipse appellat, φιλοσόφων στρατόπεδα ἀντιπαταγμένα ἀλλήλοις καὶ ἀντιπαιωνίζοντα, *exercitus adversis frontibus pæanem martium frementes*. Addit, λόγων μὲν πάντα μεστὰ καὶ ψιθυρισμάτων σοφιστῶν σοφισταῖς συμπιπτόντων, *verborum plena sunt omnia, sibili undique exaudiuntur Sophistarum in se mutuo incurrentium*. Solebant enim συρίττειν καὶ σκώπτειν ἐν ταῖς τῶν σοφιστῶν συνουσίαις, ut ait Philostratus lib. II. *de Soph*. Quin & multo graviora fieri ab illis consueta Dion Prusæus E autor est *Or*. VIII. qui loquens de conventu Græciæ in Isthmiis, καὶ πάλιν, inquit, ἐθορύβουν οἱ σοφισταὶ, καθάπερ οἱ ἐν τέλματι βάτραχοι τὸν ὕδρον οὐχ ὁρῶντες, *ac rursus tumultuabantur Sophistæ quemadmodum ranæ in cœnoso stagno hydrum non videntes*. Ubi etiam narrat Sophistarum discipulos illis contentionibus inflammatos, non jam verbis velitare, sed pugnorum pugnam ciere consuevisse. Jure proinde dicebat Aristides Sophista *Or. de Concord*. initio, eos doctores qui rixa & tumultu disputationum capiuntur, auditores suos minime meliores efficere. Et sapienter S. Chrysostomus *homil*. XVIII. *in Epist. ad Hebræ*. *Discipuli*, inquit, *in certaminibus ma-* F *gistros attendunt*.

Hinc præstantes virtute viri & excellenti rerum cognitione, Sophisticum nomen oratione sua depresserunt, quod viderent eos homines latam aperire januam, & pronos aditus juventuti ad audaciam, ad animi confidentiam, ad clamosam imperitiam consectandam, & in philosophiæ professione rem facerent a sapientia plurimum alienam. Synesius quidem *ep*. CXVI. Philosophiam monet procul ab animo genus omne contentionis arcere, & Homero vate sapientissimo autore, φιλονεικίας κακὰ, esse abjicienda

Εἰς ὄρος, ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
In montem, aut pelagi resonantes murmure fluctus.

Epictetus apud Arrian. *lib*. IV. *cap*. V. non dubitavit asserere notam boni & honesti viri esse, abstinere a Sophistica rixa, & alios a contentionibus avocare. Dat exemplum in Socrate, qui cum Polo, Thrasymacho, cæterisque Sophistis ita semper egit, ut mirifice se ab omni pugna alienum esse ostenderet. Et divine, ut solet, Gregorius Naz. *Or*. IX. prudentis hominis atque moderati esse ait, μὴ πάντα νικᾶν, *non undecunque victoriæ palmam exquirere*: quam sententiam uberius exponit Pachymeres in *Epist*. magni Dionysii Areopagitæ. In eos φιλονείκους molestosque disputatores magnus Origenes in *Psalm*. XXXVI. id vatis divini oraculum accommodavit: *Gladium evaginaverunt peccatores*; sic enim in ejus loci interpretatione: *Si videas Gentiles adversum se in disputationibus dimicantes, & diversas contra se invicem impietates dialecticæ artis versutiis astruentes, potes tunc dicere competenter, quia gladium evaginaverunt peccatores*. Eosdem Plato lib. VII. *de Rep*. ea causa nominavit σκυλάκια, *rabiosas caniculas*, quibus, inquit, jucundum est ἕλκειν καὶ σπαράττειν, *distrahere alios & lacerare*. Quæ verba etiam Plutarchus lib. *de profectu in virt*. ad eos refert, qui ἐπὶ τὰς ἔριδας καὶ τὰς ἀπορίας καὶ τὰ σοφίσματα χωροῦσιν, *ad lites, disputationes obscuras & sophismata se conferunt*. Hinc Sophistæ dicti eleganter a Seneca lib. *de Beat. Vit*. *conlatrare philosophiam*, quod caniculæ in morem latrent, mordeant, & ringantur. Venuste quoque Agellius *lib*. I. *cap*. II. *Theorematibus*, inquit, *tantum nugalibus dilatrantes*. Themistius non absimili ratione dixit illos ὑλακτεῖν, *latrare*. Sed inest in hujus vocabuli notione non modo injucunda in disputando procacitas, & furiosæ mentis agitatio, verum etiam in maledicendo animi quidam impetus nocere cupientis. Quo modo B. Hieronymus *de Script. Eccl*. Celsum, Porphyrium & Julianum, *rabidos adversus Christum canes* vocat. Et *advers. Vigilant*. *Hujusmodi*, inquit, *oratores contra Apostolos pertonant, imo tam rabidi canes contra Christi latrant discipulos*. Sic D. Chrysostomus *homil. de S. Babyl*. de Juliano Parabate loquens, *In cœlum respiciens* κατὰ τοὺς μαινομένους τῶν κυνῶν, *rabidorum more canum allatrabat*. Sic *caninam exercere facundiam* dixit Lactantius. Est in *Antholog*. lepidum Epigramma poetæ Græci de Marco Sophista, quem demortuum minime ab inferis exceptum fuisse canit, quod iis Cerberus unus sufficeret, nec altero cane foret opus.

CAP. XIIII.

De invidia Sophistarum in Condoctores. Hesiodi versus, Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ, *&c. e mente sapientum explicantur*. Ὁμότεχνοι *quomodo* ἀντίτεχνοι. *Fatalis Sophistis invidia. Ea de re quid viri gravissimi censuerint*.

NOTATUM est a doctissimis hominibus, Sophistas haud obscura semper invidia in ὁμοτέχνους æmulosque arsisse: unde opinor factum, ut qui primum dicebantur ὁμότεχνοι, postea nominarentur ἀντίτεχνοι. Tatianus Assyrius hoc commune vitium Sophistis Græciæ objicit *Or. contr. Græc*. μισεῖ μὲν γὰρ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον, ἀντιδοξοῦσι δὲ ἑαυτοῖς, διὰ τὴν ἀλαζονείαν τόπους ἐπιλεγόμενοι τοὺς πρώχοντας. *Alter odit alterum, & gloriæ causa æmulus est, &*

propter inſolentem arrogantiam quiſque locum præſtantiorem quærit. Themiſtius *or*. I. in eo Sophiſtarum vitio exagitando, ſumma copia & orationis varietate utitur: vocat autem illud χαλεπώτερον τῆς ψυχῆς νόσημα, alias κῆρα *peſtem*, item χαλεπώτερον λεύκης νόσημα, *morbum vitiligine moleſtiorem*. Sic D. Gregorius Naz. *Or*. XXI. de Sextis & Pyrrhonibus loquens, qui Sophiſtarum more ἐριστικῷ genere delectabantur, eorum ἀντίθετον γλῶτταν vocat νόσημα δεινὸν καὶ κακόηθες, *gravem quendam & malignum morbum*. Pindarus item ἕλκος invidiam dixit, nam in *Pythiis* Od. II. de invido, ἐνέπαξεν ἕλκος ὀδυναρὸν ἑᾷ καρδίᾳ, *ſuo cordi triſte inflixit ulcus*. Præterea eo nomine Themiſtius arcet a Philoſophia & humanitate Sophiſtas, quod φθόνος & βασκανία labes ſit, a Muſarum dulci concordia, & ſapientum conſociatione alieniſſima. Nam Muſæ quidem, inquit, cum novem ſint, οὐδεμία αὐτῶν ἀγανακτεῖ πρὸς τὰς ἄλλας, *nulla tamen adverſus cæteras commovetur, quod neque ſola ſapiens ſit, neque ſola a Poetis imploretur. Quin neque Calliope citharam ſibi vendicat, nec Thalia tibias, neque lyram Therpſichore, ſed unaquæque quod ſuum eſt in communem chorum amat contribuere, canuntque ſeſe invicem excipientes, ait Poeta, nuſquam impedientes ſymphoniam*, οὐ βασκαίνουσαι, *nuſquam invidentes. Non ſic adulterini iſti, falſoque nomine dicti Philoſophi*, &c. Profert & Heſiodeum oraculum de minutorum opificum & poetarum invidentia, ut fatale id Sophiſtis quoque fuiſſe videatur.

Quem etiam verſum alii eruditiſſimi viri protulerunt, ad Sophiſticum hunc morbum illuſtrandum. Cum ſecundus Athenienſis Sophiſta Herodem Atticum diſcipulum videret ſumma gloria & hominum exiſtimatione florentem, diſſimulare invidiam minime potuit. Unde Herodes cavillabatur ipſum, ait Philoſtratus, Heſiodeum illud proferens,

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ, &c.

Plutarchus lib. I. *Sympoſ*. quæſt. II. in ſimili re, σοφιστὴν δὲ κωλύω συγκατακλίνεσθαι σοφιστῇ, &c. *Sophiſtam vero aſſidere Sophiſtæ, aut poetam poetæ nolo*:

Πτωχὸς γὰρ πτωχῷ κοτέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Ubi monere clariſſimus ille philoſophiæ magiſter videtur, fieri non poſſe, ut Sophiſta concilietur benevolentia & amore cum alio Sophiſta, cum inter ejuſdem artis & opificii homines flamma invidiæ facile exſuſcitetur. Certe negat S. Chryſoſtomus *homil*. I. *in Ep. ad Coloſſ*. amicitiam inter ὁμοτέχνοις eſſe εἰλικρινῆ, *puram & ſynceram*: reddit rationem, ἔχει γάρ τινα καὶ ζῆλον καὶ βασκανίαν. Docet idem Magnus Baſilius *homil. de invid. Non Ægyptio*, inquit, *vir Scytha invidebit, ſed ſuæ genti quilibet: & in eadem gente, non ignotis, ſed familiaribus & vicinis* καὶ ὁμοτέχνοις, *& ejuſdem artis hominibus, aut alia de cauſa conjunctis, & his denique coævis, cognatis & fratribus*. Sic Plutarchus lib. *de fraterno amore*, raro cauſidicis invidere Sophiſtas ait, ſicut militum duci oratorem: ſed eandem artem factitantes, ſi mali ſint atque vitioſi, perinde ſe habere, ac ſi duo aliqui eandem amantes mulierem, ſe in omnibus ſuperiores eſſe contendant. Itaque Philoſtratus *de Vit. Soph*. lib. I. ex eo probat Phavorinum in Sophiſtis numerandum, quod aliquando cum Sophiſta invidioſe certaverit. Subdit; τὸ γὰρ φιλότιμον ἐπὶ τοὺς ἀντιτέχνους φοιτᾷ, *etenim ambitio ejuſdem artis æmulatores invadit*.

Sed eloquentiſſimus Gregorius Nazianz. *epiſt*. XLIV. dictum illud Heſiodi minime probat: nam

A in epiſtola quadam ad Præſidem provinciæ, οὐκ ἐπαινῶ τὸν Ἡσίοδον, ὅτι τοὺς ὁμοτέχνους ἀντιτέχνους ὠνόμασε, Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ, κοτέει, λέγων, καὶ τέκτονι τέκτων. *Neque enim*, inquit, *mea quidem ſententia magis invidet, quam accurrit & exoſculatur, ac velut familiarem & neceſſarium complectitur*: ἀοιδὸς *vero eo magis* ἀοιδῷ *adjungitur, quod eorum opera circa vocem & ſermonem verſatur*. Vult igitur cauſam eſſe, cur ſe poetæ & homines literati potius ament, quam ut obtrectent ſibi mutuo atque invideant. Et quidem Dion Pruſæus *Oratione* LXXVII. diſtinctione adhibita ſic Heſiodi verſum explicat, ut de minoribus & vilioribus ar- B tibus verum eſſe concedat, neget de majoribus. Quem ſecutus Themiſtius *Oratione* I. *Concedamus*, inquit, *ſi ita lubet, Poetas cæteroſque artifices ſi quis dixerit a ſe invicem diſſidere, & invidioſe in ſe mutuo invehi. Etenim artium illis præmia, harum quidem pecunia eſt, illarum vero præter pecuniam laus, quibus peræque qui inferior in iis ſit perfrui minime poteſt*, &c. Addit in majoribus ſcientiis id minime evenire, in quibus intenta mens in cognitionis delitias, quibus nimium quantum recreatur, ad eas quoque perfruendas invitat alios. Itaque Ariſtides orator Tom. I. C *Or. funebr*. in Rhetorum artificio, id poetæ acroama, etiam falſum aliquando eſſe contendit. Nam expolita & extructa oratione commendans Sophiſtam Alexandrum, μόνος δὲ καὶ τὸν Ἡσίοδον ἤλεγξεν ἔργῳ ψευδόμενον, &c. *Solus præterea Heſiodum mendacii convicit, qui poetam poetæ invidere dixerat*: ἦν γὰρ τῶν ὁμοτέχνων ἴσον πατὴρ κοινός, *erat enim eorum qui eandem colebant artem, tanquam pater communis, nec minorem in illo omnes, quam in ſe quiſque ſpem poſitam habebat*. Magna ſane laus in Sophiſta, caruiſſe illo vitio, quod per illam hominum nationem graſſabatur, ut eloquentiſſimus ille Rhetor ſummo judicio mihi dixiſſe vi- D deatur, μόνον *ſolum* eum Sophiſtam hoc præſtitiſſe. Conſtat enim vulgo illos omni ratione molitos, ut ὁμοτέχνους, ſi quomodo poſſent, & a ſchola, & docendi munere exigerent, quo ſoli hominum commendatione, & mercedibus adoleſcentium fruerentur. Id Ariſtides in eadem laudatione declarat, οὐ τοὺς ἄλλους ἀποστερεῖ τῶν διατριβῶν, ἀλλὰ συμπράττων ἑκάστοις, &c. Quare Syneſius in *Dion*. in arte Sophiſtica dixit invidiam penitus inſitam & inuſtam videri: quod ſi neceſſe, nomen ut ſuum & autoritatem tueantur, de aliis in docendo occupatis, male & loqui & ſentire, & cum nota aliorum contentione laudem ſuam conjungere.

E Quam late ea contagio patuerit, tum annalium monumenta ſignificant, tum excellentium hominum reprehenſiones. S. Gregorius Nazianz. literis ad Euſtochium Sophiſtam datis, eum modeſte, & non ſine divina quadam & ſapienti gravitate reprehendit, quod ἀντίτεχνον multis conviciis oneraviſſet: *Coroplathos illos tuos*, inquit, *& Telchinas* (his vocabulis ad contumeliam Sophiſta erat uſus) *minime laudo, quibus inſectaris* τὸν ἀντίτεχνον, ἐπειδὴ νενίκηκε τοὺς ὁμοτέχνους ἀντιτέχνους καλεῖν, *quandoquidem uſus obtinuit, ut ejuſdem artis profeſſores*, ἀντίτεχνοι, *æmuli & adverſarii nominen-* F *tur*. Quos vocat ἀντιτέχνους, Fabius, Suetonius, aliique dicunt *antiſophiſtas*, B. Auguſtinus *condoctores*, lib. I. *Confeſſ*. cap. IX. ubi de ſuo præceptore: *Qui ſi in aliqua quæſtiuncula a condoctore ſuo victus eſſet, magis bile atque invidia torqueretur, quam ego cum in certamine pilæ a colluſore meo ſuperabar*. Ubi aperte Sophiſticam invidiam depingit. Plato lib. VI. *de Repub*. autor eſt, de Sophiſtis olim dici proprie conſueviſſe: ἀντιτέχνους, ſic enim ſcribit: Ἕκαστον τῶν μισθαρνούντων ἰδιωτῶν, οὓς δὴ οὗτοι σοφιστὰς καλοῦσι, καὶ ἀντιτέχνους ἡγοῦνται, &c.

Quisque eorum qui privatim accepta mercede homines erudiunt, quos quidem Sophistas & æmulos artium appellant. Sed hæc de nomine obiter; rem autem ipsam loco citato magnus ille Theologus deprimit, & gravissime pronunciat, esse quiddam ἀπρεπὲς καὶ παντάπασιν ἀνελεύθερον, *inhonestum plane atque sordidum*. Eadem mente S. Chrysostomus invidiæ maculam ab amatore sapientiæ removet. Scribens enim *in Epist. ad Ephesios* quærit, τί δὲ ἐστιν εἰπέ μοι φιλοσόφου; inter alia respondet, φθόνου καὶ παντὸς πάθους ἀνώτερον εἶναι, invidia atque omni animi perturbatione superiorem esse.

Hactenus de vitiis, quæ multorum communia A fuere Sophistarum, non omnium; sed fecit eorum multitudo, qui ad eos scopulos adhæserant, ut prope omnes in eadem fuisse navi crederentur. Quod intelligendum maxime est de iis temporibus, quibus nondum Christiana lux magnas urbes, & doctrinarum ea columina illustraverat. Nam post legem & religionem Servatoris, per omnium oras terrarum felicissime dissipatam, ii Rhetores eloquentiæque magistri suam vitam composuerunt, quibus ut cum S. Gregorio Nazianzeno loquar, ἦθος ἦν μὴ κατὰ ῥήτορας, & non modo suæ dictionis, verum etiam vitæ ornamenta Scholis reliquerunt.

F I N I S.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.



ORIGENIS
PHILOSOPHOUMENΩN
FRAGMENTUM:

QUOD EX BIBLIOTHECA MEDICEA DESCRIPSIT,

AC NOTIS ILLUSTRAVIT

JACOBUS GRONOVIUS.

ILLUSTRI ET ERUDITISSIMO VIRO

ANTONIO MAGLIABECHIO,

SERENISSIMO MAGNO ETRURIÆ DUCI

AB STUDIIS ET LIBRIS

JACOBUS GRONOVIUS

S. P. D.



Æc quoque pagina poſcere nomen tuum videbatur, oblatura iterum egregio literarum publico ſpecimen ſimul bonitatis tuæ, qua meos quondam impetus fovere & adjuvare voluiſti, ſimul meæ aſſiduitatis in iſta bonitate tua, qua largam Principis Maximi clementiam derivare in mea vota voluiſti, per omnem diligentiam honoranda. Neque enim deſedi in iſto fabricæ pulcherrimæ armario, & tanquam Cydnum leniter profluentem Tarſenſes, adſpectavi admirans illos pluteorum ordines & pictum lacunar. Mirabiliter iſto tempore indulgebam & ætati meæ & genio; cui utrique quum præter ſtudia placeret fere nihil, ſubjecta ex ipſo tantæ codicum multitudinis conſpectu jucunditate cogitationum immenſa reficiebatur quidem mens; ſed quantopere illa augebatur accedente uſurpandi facultate, ut continue diſcerem, quod ſatis ſciebam ignorare alios; idque tanta cum varietate, ut deferri ad hunc alterumque pluteum perque omnes liceret, prout quæcunque materia vel ſcripturæ nobilitas oculos animumque ſollicitaret, omnibus deſiderio meo patefactis. Cui tunc quidem ita inſuevi, ut exinde ab ea diſcedere nunquam potuerim, hodieque ut dierum ipſorum, ita & ſtudiorum varietate rationem meam oblectante, quod fatentur illa ipſa documenta, quæ publice ad te miſi. Ita ne mireris, ſi poſt vanas & περιέργους illas Manethonis ſiderationes nunc devolvar ad illa emendatioris gentiliſmi dogmata, niſi invidia vetuſtatis interceſſiſſet, ad melioris ſapientiæ illuſtrationem Origene duce multum hoc etiam tempore collatura. Unde quum pars optima in irritum reciderit ac perierit, id quod reſiduum eſt, nequivi tamen quin amarem, & inter primatæ amœnitatis gaudia habere cuperem. Sed hactenus. Nunc enim ut id publicarem, occaſio & cauſa ſupplendi hujus Theſauri, & Antiquitatis Græcæ ulterius cognoſcendæ ac penetrandæ vel in vocum proprietate, vel in ſententiis, hæc inquam cauſa compulit, ut in hoc monumento ſatis conſpicuo eam partem nonniſi te auſpice conſecrarem. Ex quo enim Lucas Holſtenius perluſtrata Medico-Laurentiana Bibliotheca ſic annotavit; *Origenis Philoſophumenon liber, qui eſt primus ejus operis, quod adverſus hæreſes ſcripſit. Dividit Philoſophos in* IV *claſſes, Phyſicos, Ethicos, Dialecticos, Barbaros, id eſt, Brachmanes & Druidas, ſingulorumque opiniones refert & refutat. Hoc opuſculum hactenus neglectum & ignoratum meretur lucem:* non potuit hoc apoſpaſmation qualecunque manere obſcurum, ut non ſpargeretur ad omnes tractus notitia ejus, adeo ut Joannes Pearſonus incipiens clareſcere ad illum ſplendorem, quem nomini

ſuo ac ſtudiis poſtea quæſivit, anno LV hujus ſæculi ſcripſerit in eruditis illis Prolegomenis ad Hieroclem hæc verba: *Fragmentum igitur prius Hieroclis fuit, idque opinor ex librorum aliquo quos* φιλοσοφούμενα *nominavit, qualem etiam titulum Origenes, qui eidem ſcholæ aliquando præfuit, uſurpavit: latent ejus* φιλοσοφούμενα *adhuc in Bibliotheca Florentina, judicio Viri doctiſſimi Lucæ Holſtenii digniſſima quæ edantur*. Ita jam tunc ad vicinam iſtam & extremam inſulam pertinere hæc cœperant. Sed cupidius & hilarius his chartis imminuit Gallia. Nam & anno LXIV partibus hinc petitis Obſervationes ſuas ad Diogenem Laertium auxit Ægid. Menagius, & quadriennio poſt in Origenianis oſtendit hæc non tantum ſibi nota eſſe Huetius, ſed etiam lecta fragmento inde excerpto. Et prior quidem teſtatur ſecum iſta communicata eſſe manuſcripta per Carolum Monchalium Archiepiſcopum Tholoſanum; ſed an & chirographum ejus fuerit, non annotat. Poſterior etſi nec ipſe deſcripſerit, per quem tamen adjutus fuerit, plane nihil indicat. Et mea quidem nihil intereſt noſſe unde habuerint. At certe tamen & ipſi aut perperam nimis ſæpe aut negligenter allegant, quod idcirco notare non ſuperſedi. Verum & ante hos omnes Alexander Morus Annotationes iſtas in quædam loca S. S. exornavit plurimis citationibus apponendis, nec unquam aliter, quam ut agnoſceret Origenem. Unde plurimum deceſſit Menagius, eam gratiam huic codici referens, ut quum multis locis ſub nomine Origenis emblemata iſta commendaverit, in Democrito non dubitet vocare *Pſeudo-Origenem in Philoſophicis*, quod curavit notari in indice; & quod eadem cura dignatus non fuit, etiam ad Xenophanem aliquid citat attribuens *Pſeudo-Origeni in Philoſ.* in neutro loco quidem ulla adjecta ratione; quam non dubitavit edere Huetius in libro tertio Origenianorum, ubi notat falſo quoque præſcribere ſibi nomen Origenis libellum quendam, qui Philoſophorum ſectas ac dogmata recenſet, & Ὠριγένης ſolet appellari, qui ſit primus liber grandioris operis, quo hæreſes omnes confutandas Auctor ſibi propoſuerat, quod ex dogmatis Philoſophorum, Hæreſeon peſtes fere productæ ſint, hiſque convellendis utilis ſit illorum confutatio. Itaque & larvatam ſcriptionem ſtatim appellat, eique perſonam cenſet detrahere vel verba iſthæc quæ exſtant in prooemio, ὧν (n. Ἀποστόλων καὶ τῶν ὀρθῶς πεπιστευκότων) ἡμεῖς διάδοχοι τυγχάνοντες τῆς τε αὐτῆς χάριτος μετέχοντες ἀρχιερατίας τε καὶ διδασκαλίας καὶ φρουροὶ τῆς Ἐκκλησίας οὐκ ὀφθαλμῷ νυστάζομεν. Quæ interpretatus, *quorum nos cum ſucceſſores ſimus, & ejuſdem gratiæ participes, nec non Epiſcopatus, & magiſterii, & cuſtodes Eccleſiæ reputati, non oculis per ſocordiam dormitabimus*; addit, *Atqui nec Eccleſiæ cuſtos Origenes, nec Epiſcopus fuit. Epiſcopus autem fuit Epiphanius, & librum ſcripſit De hæreſibus: unde non inanis conjectura ſumitur hoc opus ad ipſum eſſe referendum.* Ita pariter & Origenem averſum ab hoc pulcherrimi laboris fragmento habemus, & alium eidem inſcriptum, opera tam facili & certa, quam ſi rete quis inflaret. Nam prout his temporibus ex Gallia non pauca proceſſerunt, quæ non fidem, non probabilitatem aliquam afferebant; tale etiam accidit nobis hoc ſpecimen eximii viri, cujus ſtudia ſane eſt quod revereamur; judicio ut alibi, ita hic nequaquam parentes cenſemus hanc recuperationem arbitratu ſive Huetii ſive Menagii exercitam eſſe levem oppido & perſuſoriam. Nam certe primo apparet vitio ſic pronunciatum eſſe ex ignorantia ipſius codicis, quem, quum non viderint, etiam vel metiri & æſtimare ſuo pretio nequeunt, vel imperite æſtimant.

Ille enim licet sit chartaceus, plane tamen auro undiquaque pretiosior, quippe unicus, in quo emendatissimum est Arriani Ἀρχιερατία Alexandri Magni exemplar eadem manu scriptum, & unde nos olim egregia illa ejus scriptoris supplementa edidimus, cui simile & par propterea exstat nullum. Præterea is ipse codex est, in quo Hieroclis ad aurea Pythagoræ carmina eruditissimus commentarius tam integer & inviolatus exhibetur, ut non aliunde æque, ac ex hoc ipso volumine colligi possit, quam maculosi codices ab typographiis nostris ad multiplicanda exemplaria usurpati fuerint; ut scriptor ejus omnino fuerit vir & ipse doctissimus & qui fidelissima ad Bibliothecam suam exemplaria conquisiverit. Quibus postremum adjecit hoc Origenis fragmentum, quod nomine falsi & spurii deferre & hinc adeo eruditam manum pro levi traducere, non est alterius hominis, quam qui optima egregia tanquam nugas adspicit. Nam quod Ἀρχιερατία hic captatur & διδασκαλία καὶ φρουρὰ τῆς Ἐκκλησίας, si Origenes ad Episcopi gradum non ascendit, licebit utique Græca illa paululum trahere introrsum, & sicut apud Latinos etiam *Antistes* dictus fuit, non primi solum ordinis, sed etiam secundi, ut constat; sic Græcam istam ἀρχιερατίαν non altius extendere significatione, quam ut notet ἱερατικὴν ἀξίαν, quam ipse Origenes ita appellat in *Commentario ad precis Dominicæ formulam*, intelligens tamen hanc ipsam, quippe præmiserat οἱ Ἀπόστολοι καὶ οἱ τοῖς Ἀποστόλοις ὡμοιωμένοι ἱερεῖς ὄντες κατὰ τὸν μέγαν ἀρχιερέα, ut in tali dissertationis sermone non mirum videri possit, eosdem diverso respectu modo ἱερεῖς, modo ἀρχιερεῖς appellando etiam significationem ἀρχιερατίας movisse ad gradum aliquando inferiorem. Hinc quoque meam operam requiri existimavi ad observandam æquabilitatem loquutionis ab Origene tum hic, tum alibi retentam, unde aliquod certe momentum colligetur ad suum Origeni reddendum. Id quod propterea te præsente superstite efficere gestio, ut etiam in hac parte vitæ meæ, quam universam humanitas tua æterno beneficiorum cumulo obstrinxit, reverentiam tuam apud me vigilare publice constet. Lugduni in Batavis, a. d. x Kal. Junias CIↃ IↃC XCIX.

ORI-

ORIGENIS

PHILOSOPHOUMENΩN

FRAGMENTUM:

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΜΕΝΩΝ

A Τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ πρώτῃ τῆς κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἐλέγχου.

Τίνα τὰ δόξαντα τοῖς φυσικοῖς φιλοσόφοις, καὶ τίνες οὗτοι· καὶ τίνα τὰ τῆς ἠθικῆς, τίνες οὗτοι καὶ τίνα τὰ τῆς διαλεκτικῆς, καὶ τίνες οἱ διαλεκτικοί.

Φυσικοὶ μὲν οὖν Θαλῆς, Πυθαγόρας, Ἐμπεδοκλῆς, Ἡράκλειτος, B Ἀναξίμανδρος, Ἀναξιμένης, Ἀναξαγόρας, Ἀρχέλαος, Παρμενίδης, Λεύκιππος, Δημόκριτος, Ξενοφάνης, Ἔκφαντος, Ἵππων.

Ἠθικοὶ Σωκράτης Ἀρχελάου μαθητὴς τοῦ φυσικοῦ, Πλάτων Σωκράτους μαθητὴς, οὗτος τὰς τρεῖς φιλοσοφίας ἔμιξεν.

Διαλεκτικοὶ Ἀριστοτέλης Πλάτωνος μαθητὴς, οὗτος τὴν διαλεκτικὴν συνεστήσατο.

Στωϊκοὶ δὲ Χρύσιππος, Ζήνων. Ἐπίκουρος δὲ σχεδὸν ἐναντίαν δόξαν πᾶσιν ἐπεχείρησεν. [1] Πύῤῥων ὁ καδήμιος. οὗτος ἀκαταληψίαν τῶν πάντων λέγει. Βραχμᾶνες οἱ ἐν Ἰνδοῖς, Δρυΐδαι οἱ ἐν Κελτοῖς, καὶ Ἡσίοδος.

C Οὐδένα μῦθον τῶν παρ' Ἕλλησιν ὠνομασμένων παραιτητέον, πιστὰ γὰρ καὶ τὰ [2] ἀσύστατα αὐτῶν δόγματα ἡγητέον, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τῶν αἱρετικῶν μανίαν. οἳ διὰ τοῦ σιωπᾶν ἀποκρύπτειν τε τὰ ἄῤῥητα ἑαυτῶν μυστήρια, ἐνομίσθησαν πολλοῖς θεὸν σέβειν, ὧν καὶ πάλαι μετρίως

ORIGENIS

PHILOSOPHICARUM SCRIPTIONUM

HÆC continentur in prima parte refutationis contra omnes sectas.

Quæ placita Physicis Philosophis, & qui isti: & quæ Ethicæ argumenta, & qui illi: & quæ Dialecticæ, & ipsi quinam Dialectici.

Physici itaque *fuerunt* Thales, Pythagoras, Empedocles, Heraclitus, Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras, Archelaus, Parmenides, Leucippus, Democritus, Xenophanes, Ecphantus, Hippon.

Ethici, Socrates Archelai Physici discipulus, Plato discipulus Socratis. Hic miscuit tres Philosophias.

Dialectici, Aristoteles, discipulus Platonis; hic Dialecticam constituit.

Stoici vero, Chrysippus, Zenon. Epicurus autem omnibus pæne contrariam opinionem aggressus est. Pyrrhon Academicus. Hic non-apprehensionem omnium dicit. Brachmanes in Indis, Druidæ in Gallis, & Hesiodus.

Nullam fabulam eorum, quæ nominata ab Græcis fuerunt, prætermittere oportet. Nam & ipsa illorum placita, quæ consistere nequeunt, pro credibilibus habenda propter immanem hæreticorum insaniam; qui quoniam silent, & indicenda sua mysteria abscondunt; ab multis judicati fuerunt Deum colere; quorum utcunque exposuimus jam olim opiniones; non eas demon-

---

1. Πύῤῥων ὁ καδήμιος) Voces proxime antecedentes occasione verbi ἐπιχειρεῖν citavit Al. Morus in principio *Notarum ad Lucæ Evangelium*. Hæc illis addere supervacuum duxit, ut quæ istuc non pertinerent. Ille tamen si quid ad hæc habuisset in promptu, non omisisset opinor addere. Itaque Menagius *ad Diogenis Laertii Pyrrhonem*, quum nosset hunc locum, satis acriter hanc scripturam vituperat, nempe *vitiose dici*, nempe *vocem nihili esse*. Sed remedii quam est incertus ac vanus? addit enim, *scripserat Origenes* ὁ Ἠλεῖος *sive potius* ὁ Ἀκαδημαϊκός. Quid inde in publicum bonum? Nemo ignorabat horum quidquam. Et quam diversæ sunt literæ in his duabus conjecturis, quas tamen ille pro una voce Msta subjicere temerarius audet? Utique licet aliquid esse in Græcis, quod non bene adsequimur. Licet illi, qui fateri sustinet in Diogene Laertio Ascanium Abderitam nescire albus an ater homo fuerit, etiam de hac voce καδήμιος idem testari. Licet aliquid Origeni in historia philosophica scivisse, quod ignoravit Diogenes Laertius, aut notandum D judicasse, quod Diogenes non tetigit quacunque de causa. Certe patriam ut notaret in Pyrrhone, non potuit ullo genere magis adactus fuisse Origenes, quam in superioribus eam memoravit. Unde suppono aliquid ex vita Pyrrhonis aut sententia quadam tractum isto vocabulo ivisse per ora hominum, sive id fuerit ὁ καὶ ἀδήμιος, ut dicitur eum ἐκπατεῖν καὶ ἐρημάζειν, seu riserint ὁ καταστήμιος, quia etiam ἐν τῷ αὐτῷ καταστήματι dicitur mansisse, sive ὁ παθήμιος, ut ἀπάθειαν ejus sic traducerent, seu denique Ἀκαδήμειος & similia venire in mentem possunt.

2. Ἀσύστατα αὐτῶν δόγματα) Sic Origenes περὶ ἀρχῶν num. 13. Ἤδη μέντοιγε ἡ ἀντικειμένη ἐνέργεια τὰ ἀσεβέστατα τῶν δογμάτων περιτιθέναι θέλουσα τῷ E ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ &c. Sed ἀσύστατον πρᾶγμα habes *adversus Celsum* pag. 19. Quod ad rem attinet, spectant huc, quæ scripsit Sidonius Apollinaris *lib.* IX. *epist.* IX. *Experietur quisque conflixerit, Stoicos, Cynicos, Peripateticos, hæresiarchas propriis armis, propriis quoque concuti machinamentis*. Et his paria apud alios.

3 τὰ δόγματα ἐξεθέμεθα, οὐ κατὰ λεπτὸν ἐπιδείξαντες, A ἀλλὰ ἁδρομερῶς ἐλέγξαντες, μὴ ἀνάξιον ἡγησάμενοι τὰ ἄρρητα αὐτῶν εἰς φῶς ἄγειν, ὅπως δι᾽ αἰνιγμάτων ἡμῶν ἐκθεμένων τὰ δόξαντα αὐτοῖς αἰσχυνθέντες μήποτε καὶ τὰ ἄρρητα ἐξειπόντες ἀθέους ἐπιδείξωμεν, 4 παύσωνταί τι τῆς ἀλογίστου γνώμης καὶ ἀθεμίτου ἐπιχειρήσεως. Ἀλλ᾽ ἐπεὶ ὁρῶ μὴ δυσωπουμένους αὐτοὺς τὴν ἡμετέραν ἐπιείκειαν, μήτε λογιζομένους ὡς θεὸς μακροθυμεῖ ὑπ᾽ αὐτῶν βλασφημούμενος, ὅπως ἢ αἰδεσθέντες μετανοήσωσιν, ἢ ἐπιμείναντες δικαίως κριθῶσι, 5 βιασθεὶς πρόειμι δείξων αὐτῶν τὰ ἀπόρρητα μυστήρια, ἃ τοῖς μυουμένοις μετὰ μεγάλης ἀξιοπιστίας παραδιδόασι, οὐ πρότερον ὁμολογήσαντες, εἰ μὴ τὸν τοιοῦτον δουλώσονται χρόνον ἀνακρεμάσαντες καὶ βλάσφημον πρὸς τὸν ὄντως θεὸν κατασκευάσαντες, καὶ περιεργίαν γλιχόμενον τῆς B ἐπαγγελίας ἴδωσι. Τότε δοκιμάσαντες δεόμενον εἶναι τῆς ἁμαρτίας, μυοῦσι τὸ τέλειον τῶν κακῶν παραδιδόντες, ὅρκοις δήσαντες, μήτε ἐξειπεῖν, 6 μήτε τὸ τυχόν τι μεταδοῦναι, εἰ μὴ ὁμοίως δουλωθείη. Οὐ μόνου παραδοθέντος οὐκ ἔτι ὅρκος ἀναγκαῖος ἦν. ὁ γὰρ 7 ὑπομείνας παθεῖν καὶ παραλαβεῖν τὰ τέλεια αὐτῶν μυστήρια, ἱκανῶς αὐτῷ τῷ ἔργῳ πρός τε τὴν ἰδίαν συνείδησιν καὶ πρὸς τὸ ἑτέροις μὴ ἐξειπεῖν ἔσται δεδεμένος. Εἰ γὰρ ἐξείποι τινὶ ἀνθρώπων τὸ τοιοῦτον ἀνόμημα, οὔτε ἐν ἀνθρώποις λογισθήσεται, οὔτε τὸ φῶς ὁρᾶν ἄξιος ἡγηθήσεται· ἃ καὶ ἄλογα ὄντα τοιοῦτον ἀνόμημα οὐκ ἐπιχειρεῖ, καθὼς ἐν τοῖς τόποις γενόμενοι ἐροῦμεν. Ἀλλ᾽ ἐπεὶ ἀναγκάζει ἡμᾶς ὁ λόγος εἰς μέγαν βυθὸν διηγήσεως ἐπιβῆναι, οὐχ ἡγούμεθα σιγᾶν, ἀλλὰ τὰ πάντων δόγματα κατὰ λεπτὸν ἐκθέμενοι οὐδὲν C σιωπήσομεν. Δοκεῖ δὲ, εἰ καὶ μακρότερος ἔσται ὁ λόγος, μὴ καμεῖν· οὐδὲ γὰρ μικράν τινα βοήθειαν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ καταλείψομεν, πρὸς τὸ μηκέτι πλανᾶσθαι φανερῶς πάντων ὁρώντων τὰ κρύφια αὐτῶν καὶ ἄρρητα ὄργια, ἃ ταμιευόμενοι μόνοις τοῖς μύσταις παραδιδόασιν. Ταῦτα δὲ ἕτερος οὐκ ἐλέγξει, ἢ τὸ ἐν ἐκκλησίᾳ παραδοθὲν ἅγιον πνεῦμα. 8 Οὗ τυχόντες πρότεροι οἱ ἀπόστολοι μετέδοσαν τοῖς ὀρθῶς πεπιστευκόσι, ὧν ἡμεῖς διάδοχοι τυγχάνοντες τῆς τε αὐτῆς χάριτος μετέχοντες ἀρχιερατείας τε καὶ διδασκαλίας καὶ φρουροὶ τῆς ἐκκλησίας λελογισμένοι, οὐκ ὀφθαλμῷ νυστάζομεν, 9 οὐδὲ λόγον ὀρθὸν σιωπῶμεν. ἀλλ᾽ οὐδὲ πάσῃ ψυχῇ καὶ σώματι ἐργαζόμενοι κάμνομεν 10 ἄξια

A strantes subtiliter, sed pinguius crassiusque redarguentes; nequaquam indignum censentes illorum arcana in lucem protrahere; eo consilio, ut, quum nos per ænigmata exposuissemus placita ipsis, erubescentes, ne fortassis etiam ipsorum arcana effati demonstraremus esse atheos, a contraria rationi sententia, profanoque paullum desisterent instituto. Sed quoniam animadverto æquitate & modestia nostra nihil eos commoveri, nec considerare, quemadmodum Deus patienter obduret nefariis per eos laceratus dicteriis, ut aut pudore suffusi animum mutent, aut obstinate persistentes justo subjiciantur judicio: compulsus procedo ad arcana illorum mysteria denudanda, B quæ cum magna fidei persuasione illis, qui initiantur, tradunt; non ante committentes cuiquam illa, nisi suspenso detentum aliquamdiu animo, serviliter subegerint contumeliosumque erga verum Deum reddiderint, curiositatemque avide viderint inhiantis pollicitationi. Sic denique exploratum habentes eum indigere peccato, in consortium adsciscunt, summam perfectionemque malorum tradentes. Neque tamen huc deveniunt prius, quam jurisjurandi insuper fide obstrinxerint, se prolaturum neutiquam, neque vel tantillulum communicaturum cum mortalium quoquam, nisi eandem subierit servitutem. Quamquam percepta tantummodo doctrina, nihil porro jureju- C rando opus erat. Qui enim sustinuit perpeti, & suscipere integra eorum mysteria, tenebitur satis efficaci constrictus vinculo, cum ratione propriæ conscientiæ, tum ne commissa prodat aliis. Nam ejusmodi nefas si cuipiam aperiat homini, neque inter homines ille numerabitur, neque lucis adspectu dignus judicabitur; quum nec bestiæ tam nefarium facinus capiant, prout suis locis dicemus. Quandoquidem vero ipse nos sermo in vastum enarrationis profundum cogit descendere, minime ideo silendum duximus: sed omnium opinionibus, quam fieri potest, accurate enucleateque expositis, nihil reticebimus. At vero etiam licet ipse sermo prolixior futurus sit, non videtur delassatum nos iri. Non enim exiguum vitæ hominum relinquemus adminiculum ad effugiendum errores, abditis eorum & silentio damnatis orgiis omnium adspectui prostitutis; quæ dispensantes solis conferunt illis, qui initiantur. Nec ea refellet alius, præterquam diffusus per ecclesiam Spiritus Sanctus, quem priores Apostoli adepti, eundem recta fide præditis impertivere. Quorum nos successores facti & ejusdem doni consortes, summique sacerdotii, & doctrinæ, & ecclesiæ custodes habiti, oculo non connivebimus, nec ullam proposito inservientem orationem supprimimus. Sed neque universis animi & corporis viribus laborantes defetiscimus, di-

---

3. *Τὰ δόγματα ἐξεθέμεθα*) Verbum est Origenis, E qui post paulo id repetit; & similiter usurpat lib. III. *contra Celsum* p. 116. Ἐπεὶ δ᾽ ἐν τοῖς ἑξῆς προφανῶς ψεύδεται, φέρετε, τὴν λέξιν αὐτοῦ ἐκθώμεθα. Sed & Diogenes Laertius in *Parmenide*. Θεόφραστος ἐν τοῖς Φυσικοῖς πάντων σχεδὸν ἐκτιθέμενος τὰ δόγματα.

4. *Παύσωνταί τι ἀλογ.*) Hæc quum dependeant ab antecedente ὅπως, & omnia commodissime progrediantur, nescio quid voluerit Al. Morus in loco citato proponens ἵνα παύσωνται τῆς ἀλογίστου γνώμης.

5. *Βιασθεὶς πρόειμι δείξων αὐτῶν*) Nescio quid vel ipse in mente habuerit Al. Morus, vel alios cogitare voluerit, dum pro voce secunda & tertia ferme duos versiculos stigmatibus & jacturæ notis insignit non F secus ac si τελαγμοὺς quosdam componeret, in his citandis p. 396. quum occasione verbi ὁμολογεῖν & inde Paulini ὁμολογουμένως etiam mox vitiose citat οἱ πρότερον ὁμολογήσαντες, quum & in MS. plane legatur οὐ, & sententiam esse satis concinnam pateat ex versione.

6. *Μήτε τὸ τυχόν τι μεταδοῦναι*) Ita edidi, prout excepi ex Msto. & id interpretatus sum. Sed potuit etiam scripsisse μηδὲ τῷ τυχόντι *neque cuicunque alteri indicaturos*.

7. *Ὑπομείνας παθεῖν*) Prout probationis ergo nonnulla pati ac tolerare certe debebant initiandi. An vero scripsit ποθεῖν? Quasi qui inceperit probari, vel ob ludibria vel ob fœditatem ne desideraturus quidem amplius sit.

8. *Οὗ τυχόντες πρότεροι*) Huetius in l. III. *Origenianorum* citans hunc locum producit οὐ τυγχάνοντες, & quidem ita, ut eundem versum inchoet ab hoc participio οἱ τυγχάνοντες, atq; item claudat διάδοχοι τυγχάνοντες, opinor venustatis ergo, quæ in hoc certe nulla est, & sane Origenes talem non agnovit. In Msto. perspicue sic legitur, prout edo.

9. *Οὐδὲ λόγον ὀρθὸν σιωπῶμεν*) Sic edidi, quia ille λόγος ὀρθὸς passim notus est. Sed in MS. videbatur esse aspiratio, & post literas primas ὀρ reliqua erant conjecta in notam, quam nescio an non explicare debuerim ὅριον vel ὁρικὸν, quem in Diogene Laertio satis docuerunt viri docti.

10. *Ἄξια ἀξίως*) Vocem postremam in citatione, quam facit *pag.* 372. Al. Morus, omisit, nec causam percipio, ubi etiam edit ἀνταμειβόμενοι. Sed neque absque hac editione scires, quam multa verba mox in medio exstinguat, nempe οὐ μόνον ἀλλότρια δι᾽ ἐλέγχων εἰς φανερὸν ἄγοντες.

A ἀξίως θεῷ τῷ εὐεργέτῃ ἀνταποδιδόναι πειρώμενοι, καὶ οὐδὲ οὕτως κατ' ἀξίαν ἀνταμειβόμενοι, πλὴν ἐν οἷς πεπιστεύμεθα μὴ ἀτονοῦντες, ἀλλὰ τοῦ ἰδίου καιροῦ τὰ μέτρα ἐκπιπλῶντες, καὶ ὅσα παρέχει τὸ ἅγιον πνεῦμα 11 πᾶσιν ἀφθόνως κοινωνοῦντες. οὐ μόνον ἀλλότρια δι' ἐλέγχου εἰς φανερὸν ἄγοντες, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἡ ἀλήθεια ὑπὸ τῆς τοῦ πατρὸς χάριτος παραλαβοῦσα, ἀνθρώποις διηκόνησε, 12 ταῦτα καὶ διὰ λόγου σημειούμενοι, καὶ διὰ γραμμάτων ἐμμάρτυρα σημειούμενοι, ἀνεπαισχύντως κηρύσσομεν. Ἵνα οὖν, καθὼς φθάσαντες εἴπωμεν, ἀθέους αὐτοὺς ἐπιδείξωμεν, ἐν καὶ γνώμην καὶ τρόπον καὶ ἔργον, 13 ὅθεν τε τὰ ἐπιχειρήματα αὐτοῖς γεγένηται, καὶ ὅτι μηθὲν ἐξ ἁγίων γραφῶν λαβόντες ταῦτα ἐπεχείρησαν, ἢ τινὸς ἁγίου διαδοχὴν φυλάξαντες ἐπὶ ταῦτα ὥρμησαν· ἀλλ' ἐστὶν αὐτοῖς τὰ δοξαζόμενα 14 ἀρχὴν μὲν ἐκ τῆς Ἑλλήνων σοφίας λαβόντα, ἐκ δογμάτων φιλοσοφουμένων, καὶ μυστηρίων ἐπικεχειρημένων καὶ ἀστρολόγων ῥεμβομένων. Δοκεῖ οὖν πρότερον ἐκθεμένους τὰ δόξαντα τοῖς τῶν Ἑλλήνων φιλοσόφοις ἐπιδεῖξαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὄντα τούτων παλαιότερα καὶ πρὸς τὸ θεῖον σεμνότερα· ἔπειτα συμβαλεῖν ἑκάστην αἵρεσιν ἑκάστῳ, ὡς τούτοις τοῖς ἐπιχειρήμασιν ἐπιλαβόμενος 15 ὁ πρωτοστατήσας τῆς αἱρέσεως ἐπλεονέκτησε λαβόμενος τὰς ἀρχὰς ἐκ τούτων ἐπὶ τὰ χείρονα ὁρμηθεὶς δόγμα συνεστήσατο. Ἔστι μὲν οὖν πόνου μεστὸν τὸ ἐπιχειρούμενον, καὶ πολλῆς δεόμενον ἱστορίας. Ἀλλ' οὐκ ἐνδεήσομεν. ὕστερον γὰρ εὐφρανεῖ, ὡς ἀθλητὴν μετὰ πολλοῦ πόνου στεφάνου τυχόντα, ἢ ἔμπορον μετὰ μέγαν θαλάσσης σάλον κερδάναντα, ἢ γεωργὸν μετὰ ἱδρῶτα προσώπου καρπῶν ἀπολαύσαντα, ἢ προφήτην μετὰ ὀνειδισμοὺς καὶ ὕβρεις ὁρῶντα τὰ λαληθέντα ἀποβαίνοντα. Ἀρξάμενοι τοίνυν ἐροῦμεν τίνες οἱ παρ' Ἕλλησι πρῶτοι φιλοσοφίαν φυσικὴν ἐπιδείξαντες. Τούτων γὰρ μάλιστα γεγένηνται κλεψιλόγοι οἱ τῶν αἱρέσεων πρωτοστατήσαντες, ὡς μετέπειτα ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους συμβολῇ ἐπιδείξομεν. Ἑκάστῳ δὲ τῶν προαρξαμένων τὰ ἴδια ἀποδιδόντες γυμνοὺς καὶ ἀσχήμονας τοὺς αἱρεσιάρχας προστήσομεν.

gnam digne Deo benefico gratiam referre conantes; nec tamen sic æqua vice compensantes, nisi quod neutiquam in iis remittamus, quæ nobis sunt credita; sed exsequamur cujusque temporis officia; & quæcunque suppeditat S. Spiritus, ea sine livore cum omnibus communicemus. Nec aliena tantum in apertum producentes redarguendo; sed etiam quæcunque veritas a patris benignitate adepta distribuit mortalibus, illa tum sermone, tum per tabulas velut testimoniis consignantes sine rubore prædicamus. Ut igitur, quemadmodum indicavimus antea, cum eorum quæ sentiunt, tum vitæ & factorum ratione demonstremus illos atheos; & B unde hæc eorum profecta sint molimina, utque nihil eorum ex sacris haustum litteris apprehenderint, aut alicujus sancti propagationem observantes ad ea aggressi sint: verum ea quæ statuunt, principium quidem nacta fuerunt ex Græcorum sapientia, ex dogmatibus philosophicis, & mysteriis obtrusis, & circumerrantibus astrologis. Propterea videtur consentaneum, ut philosophorum apud Græcos sententiis primum expositis ostendamus lectoribus ea quæ illis fuerunt antiquiora, & augustiora ad divinitatis rationem. Deinde ut singulas sectas cum aliquo eorum comparemus, ut pateat, C quemadmodum auctor & signifer cujusque sectæ hæc instrumenta apprehendens invaluerit exordia nactus, & inde ad pejora delatus, stabiliverit opinionem. Est quidem igitur quod aggredimur plenum laboris, multamque notitiam & inquisitionem requirens. Verum nequaquam deerimus: nam posthac exhilarabit, perinde ut athletam cum magno labore coronam adeptum; aut mercatorem, post ingentem maris jactationem lucris beatum; aut agricolam post vultus sudorem fructibus perfruentem; aut denique prophetam post exprobrationes & contumelias prædicta impleri videntem. Itaque in principio qui Physicam primi inter Græcos professi sint philosophiam, enarrabimus. Siquidem præcipue, quæ ab his allata sunt in disciplinam, primi sectarum auctores ad se furto transtulerunt, prout id mox in eorum inter se collatione evincemus. Primis autem, quæ erant singulorum propria, inventoribus assignando, nudos & sine fucato vestitu sectarum antesignanos exhibituri sumus.

D

ΑΡΧΗ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΒΙΒΛΟΥ
τοῦ κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἐλέγχου.

Λέγεται Θαλῆν τὸν Μιλήσιον ἕνα τῶν ἑπτὰ σοφῶν 16 πρῶτον ἐπικεχειρηκέναι φιλοσοφίαν φυσικήν. Οὗτος ἔφη ἀρχὴν τοῦ παντὸς εἶναι καὶ τέλος τὸ ὕδωρ. ἐκ γὰρ αὐτοῦ τὰ πάντα συνίστασθαι, 1 πηγνυμένου καὶ πάλιν διανιεμένου, ἐπιφέρεσθαί τε αὐτῷ τὰ πάντα. Ἀφ' οὗ καὶ σεισμοὺς καὶ πνευμάτων στροφὰς καὶ ἀέρων κινήσεις καὶ τὰ πάντα φύεσθαί τε καὶ ῥεῖν τῇ τοῦ πρώτου ἀρχηγοῦ τῆς γενέσεως αὐτῶν φύσει συμφερόμενα. Θεὸν δὲ τοῦτο εἶναι τὸ μήτ' ἀρχὴν μήτε τελευτὴν ἔχον. Οὗτος περὶ τὸν τῶν ἄστρων λόγον καὶ τὴν

LIBRI PRIMI
refutationis contra omnes sectas initium.

Thalem Milesium, unum e septem sapientibus philosophiæ Physicæ principem manus admovisse dicitur. Hic aquam universi initium & finem statuit. Constare namque ex hac densata, vel rursus extenuata, & in ea ferri omnia. Cujus ope etiam tremores, ventorumque conversiones, & aeris commotiones, omnia denique gigni ac fluere, simul eum natura primi auctoris originis eorum volitantia. Deum vero illud esse, quod caret

---

E 11. Πᾶσιν ἀφθόνως κοινωνοῦντες) Est merum Origenianum in lib. III. quem jam citavi *adversus Celsum*: κἂν πλείους αὐτοῖς κοινωνεῖν ἐθέλωσι καὶ μεταδιδόναι τὰ ὑπὲρ τῆς χρείας; quum etiam verbum μετέδοσαν paulo ante præcesserit.

12. Ταῦτα καὶ διὰ λόγου σημιούμενοι) Ita descripsi ex codice unico, ubi illud jota ponitur pro diphthongo ει, perinde ut illud quod sequitur. Attamen Al. Morus citat σημαινόμενοι, & in parentheſi velut conjecturam apponit σημηνάμενοι; quin etiam mox producit ἐμμαρτυράσῃ μεμνημένοι, & iterato parentheſi apposita includit ἐμμαρτυρησάμενοι. Tanquam auctores etiam Latini interdum non detrectent idem verbum repetere.

F 13. Ὅθεν τε τὰ ἐπιχειρήματα) Locutio & sententia aperta. Nihilominus citatur ab Al. Moro p. 331. ὅπως τε.

14. Ἀρχὴν μὲν) Ita correxi, quum in MS. reperissem ἄρθωμεν, quæ videtur causa fuisse, ut Al. Morus omittens hæc omnia, citaverit ἀλλ' ἐκ δογμάτων φιλοσοφουμένων &c.

15. Ὁ πρωτοστατήσας) Neque enim tolerari potest Al. Morus; dum eadem *pag.* 331. citat πρωτοπλαστήσας: aut quum mox vocem μεστὸν omittit plane necessariam.

16. Πρῶτον ἐπικεχειρηκέναι) Ita habet liber MS. atque hinc ita edo; quum contra ejus formulam sustineret publicare Alex. Morus ἐπικεχειρηκότα, quod ne syntaxis quidem Græca potest ferre.

1. Πηγνυμένου &c.) Hoc verbum & hanc explicationem non habet Diogenes Laertius, quum habeat Origenes, de quo hinc etiam existimari oportet; utpote qui videtur vocem Thaletis propriam non duxisse negligendam, unde in excerpto ex Galeno, quod publicat Menagius *ad vitam Thaletis* in Diogene Laertio, sic exhibetur velut ab ipsius Thaletis

ζήτησιν ἀσχοληθεὶς Ἕλλησι ταύτης τῆς μαθήσεως αἴτιος πρῶτος γίγνεται· ὃς ἀποβλέπων πρὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἄνω ἐπιμελῶς [2] κατανοεῖν λέγων εἰς φρέαρ ἐνέπεσεν, ὃν ἐγγελῶσά τις θεραπαινὶς Θρᾶττα τοὔνομα ἔφη τὰ ἐν οὐρανῷ προθυμούμενος ἰδεῖν τὰ ἐν ποσὶν οὐκ εἶδεν. Ἐγένετο δὲ καὶ Κροῖσον.

A principio & fine. Idem incumbens cum explicationi, tum perscrutationi astrorum, primus exstitit Græcis hujus auctor disciplinæ. Ita sublatis in cælum oculis, superiora diligenter considerare jactans, decidit in puteum; eumque deridens quædam famula Thratta nomine: Quæ in cælo sunt, inquit, videre gestientem, eorum quæ ante pedes notitia subterfugit. Circa ætatem vero Crœsi vixit.

ΠΕΡΙ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ.

Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα φιλοσοφία οὐ μακρὰν τῶν αὐτῶν χρόνων, ἧς ἦρξε Πυθαγόρας, ὃν Σάμιον τινὲς λέγουσιν· ἣν Ἰταλικὴν προσηγόρευσαν διὰ τὸ τὸν Πυθαγόραν φεύγοντα Πολυκράτην τὸν Σάμιον τύραννον οἰκῆσαι πόλιν τῆς Ἰταλίας, κἀκεῖ τὸν βίον πληρῶσαι. Οὗ τὴν αἵρεσιν οἱ διαδεξάμενοι οὐ πολὺ διήνεγκαν τοῦ αὐτοῦ φρονήματος. Καὶ αὐτὸς δὲ περὶ φυσικῶν ζητήσας ἔμιξεν ἀστρονομίαν καὶ γεωμετρίαν, καὶ μουσικήν. Καὶ οὕτως μονάδα μὲν εἶναι ἀπεφήνατο τὸν θεόν, ἀριθμοῦ δὲ φύσιν περιέργως καταμαθών, μελῳδεῖν ἔφη τὸν κόσμον καὶ ἁρμονίᾳ συγκεῖσθαι, καὶ τῶν ἑπτὰ ἄστρων [1] πρῶτος τὴν κίνησιν καὶ ῥυθμὸν καὶ μέλος ἤγαγεν. Θαυμάσας δὲ τὴν διοίκησιν τῶν ὅλων, ἠξίωσε τὰ πρῶτα σιγᾶν τοὺς μαθητάς, [2] οἱονεὶ μύστας τοῦ παντὸς εἰς τὸν κόσμον ἥκοντας. Εἶτα ἐπειδὰν αὐτοῖς ἱκανῶς παιδείας τῆς τῶν λόγων δόξῃ μετεῖναι, καὶ δυνατῶς περὶ ἄστρων καὶ φύσεως φιλοσοφήσωσι, καθαροὺς κρίνας τότε κελεύει φθέγγεσθαι. Οὗτος τοὺς μαθητὰς διεῖλε, καὶ τοὺς μὲν ἐσωτερικούς, τοὺς δὲ ἐξωτερικούς, ἐκάλεσεν. Τοῖς μὲν γὰρ τὰ τελεώτερα μαθήματα ἐπίστευε, τοῖς δὲ τὰ μετριώτερα. Ἐφήψατο δὲ καὶ μαγικῆς, ὥς φασι. καὶ [3] Φυσιογονικὴν αὐτὸς ἐξεῦρεν, ἀριθμούς τινας καὶ μέτρα ὑποθέμενος, λέγων τὴν ἀρχὴν τῆς ἀριθμητικῆς φιλοσοφίας κατὰ σύνθεσιν περιέχειν τόνδε τὸν τρόπον. Ἀριθμὸς γέγονε πρῶτος ἀρχή, ὅπερ ἐστὶν ἕν, ἀόριστος, ἀκατάληπτος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ πάντας τοὺς ἐπ' ἄπειρον δυναμένους ἐλθεῖν ἀριθμοὺς κατὰ τὸ πλῆθος. Τῶν δὲ ἀριθμῶν ἀρχὴ γέγονε [4] καθ' ὑπόθεσιν ἡ πρώτη μονάς, ἥτις ἐστὶν μονὰς ἄρσην, γεννῶσα πατρικῶς πάντας τοὺς ἄλλους ἀριθμούς. Δεύτερον ἡ δυὰς θῆλυς ἀριθμός, ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἄρτιος ὑπὸ τῶν ἀριθμητικῶν καλεῖται. Τρίτον ἡ τριὰς ἀριθμός, ἄρσην οὗτος καὶ

DE PYTHAGORA.

Est autem & alia non procul ab iisdem temporibus remota philosophia, cujus auctor Pythagoras, quem prædicant aliqui Samium. B Eam Italicam appellaverunt, eo quod Samium tyrannum Polycratem fugiens, Italica in urbe habitavit Pythagoras, ibique vitam egerit. Cujus sectam qui exceperunt, ab eadem sententia non longe abiverunt. Hic igitur physica quum indagavisset, Astronomiam, & Geometriam, & Musicam miscuit. Et sic unitatem quidem affirmavit esse Deum: at numeri curiose perdiscens naturam, mundum dixit melos canere, & cum harmonia sive concentu comparatum esse. Siderum quoque septem & motum, & rhythmum, & cantumprimus invexit. C Machinæque hujus universæ admiratus administrationem, in primo voluit discipulos silere, quippe qui sacerdotes & mystæ hujus universi venirent in mundum; ac deinde quum eorum quæ doctrinas continent institutione satis expolitos, deque astris & natura jam idonea facultate philosophandi instructos senserat, tunc demum purgatos existimans, faciebat eis loquendi potestatem. Hic facta discipulorum distinctione interiores quosdam, exteriores alios nuncupavit; quippe illis perfectiora, tenuiora autem his præcepta credebat. Quin & magicam, ut ajunt, artem attigit: D & ipse supponens numeros quosdam & mensuras adinvenit naturæ fœcundam generationem, dicens, arithmeticæ philosophiæ principium, per connexionem circumplecti hanc rationem. Numerus exstitit primus principium, quod est unum, indefinitum, incomprehensum, omnes, qui multitudine in infinitum possunt crescere, numeros in se complexum. Prima vero unitas per suppositionem fuit principium numerorum, quæ est unitas mascula, patrio more procreans numeros omnes, reliquos. Hanc sequitur numerus binarius fæmina; hic vero ipse ab arithmeticis etiam appellatur par & integer. Ordine tertius succedit ternarius virilis; cui etiam imparis nomen arithmeticorum lege fuit

---

E μόνον στοιχεῖον τίθεμεν πρὸς σύγκρισιν καὶ πῆγνυσιν καὶ σύστασιν τῶν ἐγκοσμίων.

2. Κατανοεῖν λέγων) Sic edo, prout in MS. cernebam; quod tamen non placebat Menagio, unde in eis citandis ad Diogenem Laertium simpliciter profert κατανοῶν, non satis ex fide. Nam si credi debet inhærere vitium descriptoris, facile succurri poterat corrigendo κατανοεῖν θέλων.

1. Πρῶτος τὴν κίνησιν καὶ ῥυθμὸν κ.μ. ἤγαγεν) Satis notabili usu verbum ἄγειν ponit pro invenire & hinc primum statuere, quod sic occurrit etiam apud Harpocrationem in v. Παναθήναια. Ἤγαγε δὲ τὴν ἑορτὴν ὁ Ἐριχθόνιος. Nam licet ἄγειν ἑορτὴν dicatur de quacunque festi celebratione, in hoc tamen loco annotatur eum non modo celebrasse, sed sub eo nomine primum coluisse atque adeo instituisse.

2. Οἱονεὶ μύστας τοῦ παντὸς) Sic eleganter vocat illos tacitos admiratores commentatoresque, ut vocavit Gellius, quos optime comparat cum his, qui arcanis sacris initiabantur, quorum nihil licebat eis eloqui. Latina non sunt tam benigna, ut æquis vocibus mutari possint, quod tamen feci. Mirum est hæc verba bene elegantia ab istis heroibus publicata ante non fuisse.

3. Φυσιογονικὴν αὐτὸς ἐξεῦρεν) Nam & hæc pars perinde memorabilis est, utpote non solum importans Græciæ verbum antehac vix illi attributum, sed etiam doctrinas Pythagoræ nova parte mactans. Nota erat φυσιογνωμωνία illius Philosophi ex Gellio & aliis. Etiam Physiologia adscribi ei videtur ab Cicerone, quum ait lib. 1. *de Divinat*. cap. XLI. ex Druidis Divitiacum professum fuisse sibi naturæ rationem, quam physiologiam Græci appellant, notam esse, quippe quam Druidæ isti hauserint ex auctore illorum sacrorum Zamolxi Pythagorico. Hic certe alia quædam Physiogonia & naturæ procreatio ex numeris traditur, antehac ignota in residuis F Græciæ fragmentis.

4. Καθ' ὑπόθεσιν) Auctor vitæ Pythagoræ apud Photium dicit κατὰ τὴν ἰσότητα καὶ τὸ μέτρον, qui locus quum ostendat plura huc pertinentia, & clariorem differentiam, quam inter ἓν & μονάδα statuebant, nec tamen satis explicitam & dilatatam in Diogene Laertio, addi oporteret locum illum integrum, nisi ab omnibus utraque hic quoque adhibita posset inspici, ubi observabis a neutro ἄρτιον δυάδα celebrari, & contra ab utroque δυάδα agnosci ἀόριστον, quod epitheton ab nostro non nisi τῷ ἑνὶ attribuitur.

5. Ὑπὸ

A περιττὸς 5 ὑπὸ τῶν ἀριθμῶν νενομοθέτηται καλεῖσθαι· ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις ἡ τετρὰς θῆλυς ἀριθμός, ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἄρτιος καλεῖται, ὅτι θῆλυς ἐστίν. Γεγόνασιν οὖν οἱ πάντες ἀριθμοὶ ληφθέντες ἀπὸ γένους τέσσαρες. Ἀριθμὸς δ' ἦν τὸ γένος ἀόριστον. Ἀφ' ὧν ὁ τέλειος αὐτοῖς συνέστηκεν ἀριθμὸς ἡ δεκάς. Τὸ γὰρ ἓν δύο τρία τέσσαρα γίνεται δέκα, ἐὰν ἑκάστῳ τῶν ἀριθμῶν φυλάσσεται κατ' οὐσίαν τὸ οἰκεῖον ὄνομα. Ταύτην ὁ Πυθαγόρας ἔφη ἱερὰν τετρακτὺν πηγὴν ἀεννάου φύσεως, ὡς ῥιζώματα ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ καὶ ἐκ τούτου τοῦ ἀριθμοῦ πάντας ἔχειν τοὺς ἀριθμοὺς τὴν ἀρχήν. Ὁ γὰρ ἕνδεκα καὶ ὁ δώδεκα καὶ οἱ λοιποὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι ἐκ τοῦ δέκα μετέχουσιν. B Ταύτης τῆς δεκάδος τοῦ τελείου ἀριθμοῦ τὰ τέσσαρα καλεῖται μέρη, ἀριθμός, μονάς, δύναμις, κῦβος. Ὧν καὶ ἐπιπλοκαὶ καὶ μίξεις πρὸς γένεσιν αὐξήσεως γίνονται κατὰ φύσιν, τὸν γόνιμον ἀριθμὸν ἀποτελοῦσαι. ὅταν γὰρ δύναμις αὐτὴν ἐφ' ἑαυτὴν κυβισθῇ, γέγονε δυναμοδύναμις. 6 Ὅταν δὲ δύναμις ἐπὶ κῦβον . . . . γέγονε κυβόκυβος. Ὡς γίνεσθαι τοὺς πάντας ἀριθμούς, ἐξ ὧν ἡ τῶν γινομένων γένεσις γίνεται, ἑπτά. ἀριθμόν, μονάδα, δύναμιν, κῦβον, δυναμοδύναμιν, δυναμόκυβον, κυβόκυβον. Οὗτος καὶ ψυχὴν ἀθάνατον εἶπε καὶ μετενσωμάτωσιν. διὸ ἔλεγεν ἑαυτὸν πρὸ μὲν τῶν Τρωϊκῶν Θαλλίδην γεγονέναι· ἐν δὲ τοῖς Τρωϊκοῖς 7 Ἔφορβον. μετὰ δὲ ταῦτα C Ἑρμότιμον Σάμιον. μεθ' ὃν Πύῤῥον Δήλιον, πέμπτον Πυθαγόραν. Διόδωρος δὲ ὁ Ἐρετριεὺς καὶ Ἀριστόξενος ὁ Μουσικός φασι πρὸς Ζαράταν τὸν Χαλδαῖον ἐληλυθέναι Πυθαγόραν. Τὸν δὲ 8 ἐκθέσθαι αὐτό, δύο εἶναι ἀπ' ἀρχῆς τοῖς οὖσιν αἴτια, πατέρα καὶ μητέρα· καὶ πατέρα μὲν φῶς, μητέρα δὲ σκότος· τοῦ δὲ φωτὸς μέρη θερμόν, ξηρόν, κοῦφον, ταχύ. τοῦ δὲ σκότους ψυχρόν, ὑγρόν, βαρύ, βραδύ· ἐκ δὲ τούτων πάντων τὸν κόσμον συνεστάναι, ἐκ θηλείας καὶ ἄῤῥενος. Εἶναι δὲ 9 τὸν κόσμον φησὶν καὶ μουσικὴν ἁρμονίαν. διὸ καὶ τὸν ἥλιον ποιεῖσθαι τὴν περίοδον ἐναρμόνιον. Περὶ δὲ τῶν ἐκ γῆς καὶ κόσμου γινομένων τάδε φασὶ λέγειν τὸν Ζαράταν. δύο δαίμονας εἶναι, τὸν μὲν οὐράνιον, τὸν δὲ χθόνιον· καὶ τὸν μὲν χθόνιον ἀνιέναι τὴν D γένεσιν ἐκ τῆς γῆς, εἶναι δὲ ὕδωρ, τὸν δὲ οὐράνιον πῦρ, μετέχον τοῦ ἀέρος, θερμὸν καὶ ψυχρόν. Διὸ καὶ τούτων οὐδὲν ἀναιρεῖν οὐδὲ μιαίνειν φησὶ τὴν ψυχήν. ἔστι γὰρ ταῦτα οὐσία τῶν πάντων. Κυάμους δὲ λέγεται παραγγέλλειν 10 μὴ ἐσθίειν, αἰτίᾳ τοῦ τὸν Ζαράταν εἰρηκέναι κατὰ τὴν ἀρχὴν καὶ σύγκρισιν τῶν πάντων συνισταμένης τῆς γῆς ἔτι καὶ συνσεσημμένης, γενέσθαι τὸν κύαμον· τούτου δὲ τεκμήριον φησίν, εἴ τις καταμασησάμενον λεῖον τὸν κύαμον καταθείη πρὸς ἥλιον χρόνον τινά, τοῦτο γὰρ εὐθέως ἀντιλήψεται, προσφέρει ἀνθρωπίνου γόνου ὀσμήν. Σαφέστερον δὲ εἶναι ἕτερον παράδειγμα λέγει, εἰ ἀνθοῦντος τοῦ κυάμου λαβόντες

impositum. Agmen denique cogere numerum quaternarium, cum muliebrem, tum & ipsum parem appellatum, eo quod est e statu fœmineo. Universi igitur ab origine & genere sumpti numeri (indeterminatum quippe numerus erat genus) computantur quatuor. Coaluit ex his denarius, perfectus numerus. Unum namque, duo, tria, quatuor, modo ratione substantiæ & proprietatis domesticam unicuique numerorum servaveris appellationem, confiunt decem. Hic ille, quem sacrum Pythagoras nominavit quaternionem, perennis naturæ fontem, ipsas utpote in se radices continentem, & ex hoc numero numeros omnes principium adeptos. Etenim undecim, duodecim, & cæteri consequuntur e numero denario essentiæ suæ principium. Hujus qui perfectus est numerus, decadis quatuor appellantur partes, numerus, unitas, potestas, & tessera. Eæque producendi incrementi caussa, fæcundum propagantes numerum, congruo naturæ modo inter se connectuntur & permiscentur. Quum enim dynamis se ipsam sibi involvit, producitur dynamodynamis. Editurque connexa cum cubo dynami, *dynamocubus: sin permisceantur inter se cubi,* cubocubum gignunt. Hinc universi numeri ex quibus res quæ sunt proseminantur, septem comperiuntur; numerus, unitas, dynamis, cubus, dynamodynamis, dynamocubus, cubocubus. Docuit hic quoque animæ immortalitatem, & demigrationem in corpora alia. Adeoque se fuisse Thallidem quidem ante Trojana dixit tempora, in illis vero Ephorbum, post illa Hermotimum Samium, deinde Pyrrhum Delium, quintum ordine Pythagoram. Diodorus autem Eretriensis, & Aristoxenus Musicus ad Zaratam Chaldæum accessisse Pythagoram commemorant; hunc vero exposuisse istud duas rebus a primordio caussas esse, patrem videlicet & matrem: & patrem quidem lucem, matrem vero caliginem. Lucis autem esse partes calidum, siccum, leve, velox: caliginis vero frigidum, humidum, grave, tardum. Sed ex his omnibus, adeoque ex muliere ac viro constare mundum. Mundum autem esse dicit quoque musicam harmoniam. Ideo solem facere circuitum certa harmonia limitatum. Sed de rebus generatis e terra & mundo talia ferunt dicere Zaratan; Duos esse Dæmonas. cælestem alterum & item alterum terrestrem: ex his terrestrem e terra subjecisse originem, esse vero aquam; cælestem autem esse ignem aeris participem, calidum & frigidum, censetque propterea nullam perniciem vel labem animæ ex his accidere posse, cum illa sint omnium rerum essentia. Cæterum ejus præceptum de non edendis fabis tali caussa natum ferunt, quod Zaratas dixerit sub exordium & concretionem rerum omnium, terra adhuc coalescente & computrida, progenitam esse fabam: ejus autem documentum dabat; si quis exemtam siliquis fabam, postquam manducavit deposuerit aliquandiu in sole, (id enim statim auxiliabitur) humani seminis odorem sparsura est. Sed & hac evidentiorem præterea dicit esse demonstrationem:

---

5. Ὑπὸ τῶν ἀριθμῶν) Ut λόγος sæpe ponitur pro λογιστὴς, & alia nomina rei usurpantur pro illis, quæ significant personam; ita ἀριθμοὺς videtur Origenes posuisse ἀντὶ ἀριθμητικῶν. Autor vitæ Pythagoræ ἓν agnoscit ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, δύο autem ἐν τοῖς ἀριθμητοῖς.

6. Ὅταν δὲ δύναμιν ἐπὶ κῦβον . . . γέγονε κυβόκυβ.) Debui in hoc loco mihi diffidere, quem licet continente scriptura exceperim, satis tamen apparet aut in meo chirographo aut in exemplari archetypo omissum aliquid esse de cubicubi formatione; nempe ὅταν δὲ δύναμις ἐπὶ κῦβον, δυναμόκυβος: ὅταν δὲ κῦβος ἐπὶ κῦβον γέγονε κυβόκυβος. In his autem vertendis amavi Latinam dynamin, perinde ut olivi dynamin dicere maluit in *Pseudolo* Plautus.

7. Ἔφορβον) Ita video me scripsisse, quum passim audiat Euphorbus.

8. Ἐκθέσθαι αὐτό) Sic quidem excepi ex E MS. & Latine reddidi, modo non scripserit αὐτῷ *illi*.

9. Τὸν κόσμον φησὶν καὶ) Intelligo hæc verba ut alienam materiam diversamq; continentia attribui ipsi Origeni, qui pergat rursus in inventis & dogmatibus Pythagoræ recensendis, & id sequor in Latinis. In MS. tamen legitur φύσιν, quasi mundum natura esse musicum concentum ab Zarata didicisset Pythagoras: quod facillime ferri potest, siquidem κόσμον nunc quoque usurpet, prout a primo Pythagora appellatum fuisse cælum scribitur in F Diogene Laertio & aliis.

10. Μὴ ἐσθίειν, αἰτίᾳ τοῦ τὸν Ζαράταν) Retineo simpliciter quod in MS. reperi, ut vox tertia, quum sit ex se neutrum plurale, ponatur instar adverbii, & tamen retineat constructionem casus secundi. Menagius tamen & in sua paraphrasi vocat Zaretam, & in Græcis citat αἴτιον τοῦτο Ζαράταν. Sed &

τὸν κύαμον ὅτε τὸ ἄνθος αὐτοῦ καὶ καταθέντες εἰ χύτραν ταύτην τε καταχρίσαντες εἰς γῆν κατορύξαιμεν, καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἀνακαλύψαιμεν, ἴδοιμεν, αὐτὸ εἶδος ἔχον· τὸ μὲν πρῶτον ὡς αἰσχύνην γυναικός· μετὰ δὲ ταῦτα κατανοούμενον παιδίου κεφαλὴν συμπεφυκυῖαν. Οὗτος ἐν Κρότωνι τῆς Ἰταλίας ἅμα τοῖς μαθηταῖς ἐμπυρισθεὶς διεφθάρη. Ἔθος δὲ τοῦτο ἦν παρ' αὐτῷ· ἐπειδὰν προσήει τὶς μαθητευσόμενος, πιπράσκειν τὰ ὑπάρχοντα καὶ τὸ ἀργύριον κατατιθέναι ἐσφραγισμένον παρὰ τῷ Πυθαγόρῃ, [11] καὶ ὑπέμενε σιωπῶν ὅτε μὲν ἔτη τρία, ὅτε δὲ πέντε, καὶ μανθάνειν. Αὖθις δὲ λυθεὶς ἐμίσγετο τοῖς ἑτέροις, καὶ παρέμενε μαθητὴς καὶ συνειστιᾶτο ἅμα. Εἰ δ' οὔ, ἀπελάμβανε τὸ ἴδιον, καὶ ἀπεβάλλετο. Οἱ μὲν οὖν ἐσωτερικοὶ ἐκαλοῦντο Πυθαγόρειοι, οἱ δὲ ἕτεροι Πυθαγορισταί. Τῶν δὲ μαθητῶν αὐτοῦ οἱ διαφυγόντες τὸν ἐμπρησμὸν [12] Λύσις ἦν καὶ Ἄρχιππος καὶ ὁ τοῦ Πυθαγόρου οἰκέτης Ζάμολξις, ὃς καὶ τοὺς παρὰ Κελτοῖς Δρυΐδας λέγεται διδάξαι φιλοσοφεῖν τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν. Τοὺς δὲ ἀριθμοὺς καὶ τὰ μέτρα παρὰ Αἰγυπτίων φασὶ τὸν Πυθαγόραν μαθεῖν· ὃς καταπλαγεὶς τε τῇ τῶν ἱερέων ἀξιοπίστῳ καὶ φαντασιώδει καὶ δυσχερῶς ἐξαγορευομένῃ σοφίᾳ μιμησάμενος ὁμοίως καὶ αὐτὸς σιγᾶν προσέταξεν, καὶ ἐν ἀδύτοις κατάγων ἠρεμεῖν ἐποίει μανθάνοντα.

A si quo tempore faba floret, aliquam una cum flore ejus sumptam, & ollæ inunctæ inditam in terra defoderimus, paucisque interjectis diebus iterum detexerimus, futurum esse, ut simile quid pudendis primo muliebribus, hinc contemplando accuratius congenito infantis capiti deprehendamus. Interiit hic Crotone in Italia, una cum discipulis combustus. Consuetudo autem disciplinæ ejus hæc erat. Si quis in discipulorum numerum recipiendus accederet, is vendere bona, obsignatumque apud Pythagoram argentum deponere cogebatur; Silendoque nonnunquam explebat triennium, aliquando quinquennium, & sic discendo: B dabaturque deinde libera cum aliis conversandi facultas; manebatque discipulus & communi utebatur mensa; sin, recepto quod ejus proprium erat, rejiciebatur. Interiores quidem igitur Pythagoreorum, reliqui Pythagoristarum cognomine dignoscebantur. Porro ex discipulis, qui incendium effugerunt, fuere Lysis & Archippus, & Pythagoræ servus Zamolxis, qui etiam Druidas dicitur apud Celtas Pythagorica philosophari docuisse. Numeros autem & mensuras Pythagoram ab Ægyptiis accepisse prædicant: qui gravi illa speciosaque, & quam difficulter describendo efferas, sacerdotum sapientia obstupefactus, pariter accensus æmulatione, similis invexit silentii regulam, discentemque & ipse deducens in adytis acquiescere compulit.

ΠΕΡΙ ΕΜΠΕΔΟΚΛΕΟΥΣ.

Ἐμπεδοκλῆς δὲ μετὰ τούτους γενόμενος καὶ περὶ δαιμόνων φύσεως εἶπε πολλά, ὡς ἀναστρέφονται διοικοῦντες τὰ κατὰ τὴν γῆν ὄντες πλεῖστοι. Οὗτος τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν νεῖκος καὶ φιλίαν ἔφη. Καὶ τὸ τῆς μονάδος νοερὸν πῦρ τὸν θεὸν καὶ συνεστάναι ἐκ πυρὸς τὰ πάντα, καὶ εἰς πῦρ ἀναλυθήσεσθαι, ὡς σχεδὸν καὶ οἱ Στωϊκοὶ συντίθενται δόγματι ἐκπύρωσιν προσδοκῶντες. Μάλιστα δὲ πάντων συγκατατίθεται τῇ μετενσωματώσει, οὕτως εἰπών.

Ἤτοι μὲν γὰρ [13] ἐγὼ γενόμην κοῦρος τε κόρη τε
Θαμνός τε οἰωνός τε καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπορος ἰχθύς.

Οὗτος πάσας εἰς πάντα τὰ ζῶα μεταλλάττειν εἶπε τὰς ψυχάς. Καὶ γὰρ ὁ τούτων διδάσκαλος Πυθαγόρας ἔφη ἑαυτὸν Εὔφορβον γεγονέναι, τὸν ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσαντα, φάσκων ἐπιγινώσκειν τὴν ἀσπίδα. Ταῦτα μὲν ὁ Ἐμπεδοκλῆς.

DE EMPEDOCLE.

C Exortus post hos Empedocles etiam super dæmonum natura, quemadmodum res terrestres administrantes vagentur numero plurimi, multa disseruit. Hic universi principium discordiam statuit & amicitiam. Voluitque illum monadis intelligendum mente ignem haberi pro Deo & constare ex igne omnia, atque in ignem resolutum iri. Cui propemodum sententiæ suffragantur etiam Stoici conflagrationem exspectantes. Præ cæteris vero animarum de corporibus in alia corpora transitioni plurimum tribuit: sic loquens.

D *Namque fui quondam juvenis, formosaque virgo,*
Et stirps & volucris, venalis ab æquore piscis.

Idem hic animarum adfirmavit omnium omnia in animalia transmutationem. Quippe & magister horum Pythagoras, Ephorbum fuisse se, qui susceptæ in Ilion interfuit expeditioni, recognoscere adhuc clypeum testatus. Et hæc quidem Empedocles.

ΠΕΡΙ ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ.

Ἡράκλειτος δὲ Φυσικὸς Φιλόσοφος ὁ Ἐφέσειος τὰ πάντα ἔκλασεν ἄγνοιαν τοῦ παντὸς βίου καταγινώσκων καὶ πάντων ἀνθρώπων. Ἐλεῶν δὲ τὸν τῶν θνητῶν βίον αὐτὸν μὲν γὰρ ἔφασκε τὰ πάντα εἰδέναι, τοὺς δὲ ἄλλους ἀνθρώπους οὐδέν. Καὶ αὐτὸς δὲ σχεδὸν σύμφωνα τῷ Ἐμπεδοκλεῖ ἐφθέγξατο, στάσιν καὶ φιλίαν φήσας τῶν ἁπάντων ἀρχὴν εἶναι· καὶ πῦρ νοερὸν τὸν θεόν· ἐμφέρεσθαί τε τὰ πάντα ἀλλήλοις, καὶ οὐχ ἑστάναι, καὶ ὥσπερ ὁ Ἐμπεδοκλῆς πάντα τὸν καθ' ἡμῶν τόπον ἔφη κακῶν μεστὸν εἶναι, καὶ μέ-

DE HERACLITO.

Heraclitus, Philosophus Physicus Ephesius, damnata totius vitæ, omniumque mortalium ignorantia omnia deplorabat. Humanam vero miserans conditionem, se quidem omnia, ajebat, nihil autem scire reliquos. Sed & ipse prope- E modum consentanea Empedocli effatus fuit; discordiam statuens & amicitiam omnium esse principium, & ignem, qui mente percipitur, Deum, omniaque in sese invicem impingi, & consistere nihil: utque Empedocles, etiam omnem circa nos locum dicebat esse plenum malorum, ea-

---

mox omisso verbo εἶναι edit, σαφέστερον δὲ καὶ ἕτερον παράδειγμα λέγει, quo omisso longe alius editur sensus, & quasi Origenes probaret illud παράδειγμα tanquam σαφέστερον, quod accedente verbo εἶναι plane transfertur ad testimonia Pythagoræ, sic de Zarata isto narrantis.

11. Καὶ ὑπέμενε) Ita notavi ex codice MS. & hinc concinnavi Latina. Dubito tamen an non vel illic exstet vel legi tamen debeat κἂν ὑπέμενε σιωπῶν &c. ut sententia sit, *& pecuniam deponere obsignatam apud Pythagoram, & si obduraret in silentio nunc quidem triennium, interdum vero quinquennium, etiam discere*. In qua relatione Origeni optime convenit cum Gellio, qui scribit coegisse certum tempus facere, non omnes idem, sed aliud aliis tempus pro æstimato captu solertiæ, quum Diogenes Laertius abrupte πενταετίαν determinet. Mox vide an non legas ἐμίσγετο τοῖς ἑταίροις.

12. Λύσις) Ita edidi, quomodo etiam præcessit Menagius pag. 218. quum in MS. tamen concipiatur Λύσης, ut mox Ζάμαλξις, non Ζάμολξις, quod etiam ab ipso ex communi more occupatum retinui.

13. Ἐγὼ γενόμην) Sic placuit edere, quum exstaret scriptum in exemplari Mediceo ἴσω ἐγενόμην,

A χεῖ δὲ σελήνης τὰ κακὰ φθάνειν ἐκ τοῦ περὶ γῆν τόπου παθόντα· περαιτέρω δὲ μὴ χωρεῖν, ἅτε καθαρωτέρου τοῦ ὑπὲρ τὴν σελήνην παντὸς ὄντος τόπου. Οὕτω καὶ τῷ Ἡρακλείτῳ ἔδοξεν. Μετὰ τούτους ἐγένοντο καὶ ἕτεροι φυσικοί. ὧν οὐκ ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα τὰς δόξας εἰπεῖν μηδὲν τῶν προειρημένων ἀπεμφωνούσας. Ἀλλ' ἐπεὶ καθόλου οὐ μικρὰ γεγένηται ἡ σχολὴ, πολλοί τε οἱ μετέπειτα φυσικοὶ ἐξ αὐτῶν γεγένηνται ἄλλοι ἄλλως περὶ φύσεως τοῦ παντὸς διηγούμενοι, καὶ δοκεῖ ἡμῖν τὴν ἀπὸ Πυθαγόρου ἐκθεμένους Φιλοσοφίας κατὰ διαδοχὴν ἀναδραμεῖν ἐπὶ τὰ δόξαντα τοῖς μετὰ Θάλην, καὶ ταῦτα ἐξειπόντας ἐλθεῖν ἐπί τε τὴν ἠθικὴν καὶ λογικὴν Φιλοσοφίαν, ὧν ἦρξαν Σωκράτης μὲν ἠθικὸς, Ἀριστοτέλης δὲ B διαλεκτικός.

demque mala ex loco circa terram porrecta ad lunam usque pertinere; ulterius autem non procedere, quod omnis supra lunam locus purior sit. Visum id ipsum etiam Heraclito. Hos alii quoque Physici sunt secuti. Quorum recensere opiniones, quod nihil discrepent a commemoratis, haud duximus operæ pretium. Sed quoniam eorum schola non fuit in universum infrequens, immo vero multi de universi natura disputantes alii aliter deinceps ex his propagati sunt Physici; etiam videtur nobis, postquam a Pythagora deductam Philosophiæ successionem exposuimus, recurrere ad ea quæ senserunt secuti Thalem, & iis enarratis, ad Philosophiam moralem & rationalem, quibus aperuere januam Socrates Ethicus, & Dialecticus Aristoteles, progredi.

ΠΕΡΙ ΑΝΑΞΙΜΑΝΔΡΟΥ.

Θάλου τοίνυν Ἀναξίμανδρος γίνεται ἀκροατής. 14 Ἀναξίμανδρος Πραξιάδου Μιλήσιος, οὗτος ἀρχὴν ἔφη τῶν ὄντων φύσιν τινὰ τοῦ ἀπείρου, ἐξ ἧς γίνεσθαι τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς κόσμον. Ταύτην δ' ἀΐδιον εἶναι καὶ ἀγήρω, ἣν καὶ πάντας περιέχειν τοὺς κόσμους. Λέγει δὲ χρόνον ὡς ὡρισμένης τῆς γενέσεως καὶ τῆς οὐσίας καὶ τῆς φθορᾶς. Οὗτος μὲν ἀρχὴν καὶ στοιχεῖον εἴρηκεν τῶν ὄντων τὸ ἄπειρον, C πρῶτος τοὔνομα καλέσας τῆς ἀρχῆς. Πρὸς δὲ τούτῳ κίνησιν ἀΐδιον εἶναι, ἐν ᾗ συμβαίνει γίνεσθαι τοὺς οὐρανούς. Τὴν δὲ γῆν εἶναι μετέωρον ὑπ' οὐδενὸς κρατουμένην, μένουσαν διὰ τὴν ὁμοίαν πάντων ἀπόστασιν. Τὸ δὲ σχῆμα αὐτῆς ὑγρὸν στρογγύλον 15 χίονι λίθῳ παραπλήσιον. Τῶν δὲ ἐπιπέδων ᾧ μὲν ἐπιβεβήκαμεν, ὃ δὲ ἀντίθετον ὑπάρχει. Τὰ δὲ ἄστρα γίνεσθαι κύκλον, πυρὸς ἀποκριθέντα τοῦ κατὰ τὸν κόσμον πυρὸς, περιληφθέντα δ' ὑπὸ ἀέρος. Ἐκπνοὰς δ' ὑπάρξαι τόπους τινὰς ἀερώδεις καθ' οὓς φαίνεται τὰ ἄστρα. Διὸ καὶ ἐπιφρασσομένων τῶν ἐκπνοῶν τὰς ἐκλείψεις γίνεσθαι· τὴν δὲ σελήνην ποτὲ μὲν πληρουμένην φαίνεσθαι, ποτὲ δὲ μειουμένην κατὰ τὴν τῶν πόρων ἐπίφραξιν ἢ ἄνοιξιν. D Εἶναι δὲ τὸν κύκλον τοῦ ἡλίου ἑπτὰ καὶ εἰκοσαπλασίονα τῆς σελήνης, καὶ ἀνωτάτω μὲν εἶναι τὸν ἥλιον, κατωτάτω δὲ τοὺς τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων κύκλους. Τὰ δὲ ζῶα γίνεσθαι ἐξατμιζόμενα ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Τὸν δὲ ἄνθρωπον ἑτέρῳ ζῴῳ γεγονέναι, τουτέστι ἰχθύϊ, παραπλήσιον κατ' ἀρχάς. Ἀνέμους δὲ γίνεσθαι τῶν λεπτοτάτων ἀτμῶν τοῦ ἀέρος ἀποκρινομένων καὶ ὅταν ἀθροισθῶσι κινουμένων. Ὑετὸν δὲ ἐκ γῆς ἀναδιδομένης ἐκ τῶν ὑφ' ἥλιον. Ἀστραπὰς δὲ ὅταν ἄνεμος ἐμπίπτων διϊστᾷ τὰς νεφέλας. Οὗτος ἐγένετο κατὰ ἔτος τρίτον τῆς τεσσαρακοστῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος.

DE ANAXIMANDRO.

Thalis igitur Anaximander fuit auditor; Anaximander, filius Praxiadæ, Milesius. Huic visum est rerum principium infiniti quædam natura, dehinc statuit genitos cœlos, & ornatum in illis. Illam vero æternam esse seniique expertem, & universos circumplectentem mundos. Indicat vero tempus veluti determinata & nativitate, & essentia, & pernicie. Hic igitur infinitum illud statuit rerum principium & elementum, primus principii usurpans appellationem. Ad hoc autem existere æternum motum, in quo nasci contingat cœlos. Terram a nulla re suffultam pendere, loco subsistentem suo propter æqualem omnium distantiam. Spectatam a forma, orbem referre madidum chioni non absimilem lapidi. Superficierum autem alteram quidem calcamus, altera vero est opposita. Astra vero esse circulum ignis discretum ab mundi igne, circumdatum ab aere. Exspirationes autem esse locos quosdam aereos, in quibus apparent astra. Hinc etiam obstructis exspirationibus, occasionem dari eclipsibus. Pro transituum vel obturatione, vel dilatatione plenam nonnunquam, minus aliquando lucidam apparere lunam. Majorem luna septies & vicies solis orbem, & supremum sane locum occupare solem, infimum vero fixarum stellarum globos. Animalia solis exhalatione gigni. Alterius similitudinem animalis retulisse in principio hominem, nempe piscis. E tenuissimis, & post segregationem a reliquis, copiosius accumulatis, deinde motis aeris vaporibus ventos generari. Item ex terra remittente ea quæ ex partibus infra solem acceperit, pluviam venire: fulgura autem ope venti illabentis in nubes, easque disrumpentis. Hic tertio secundæ & quadragesimæ Olympiadis anno in lucem prodiit.

E

ΠΕΡΙ ΑΝΑΞΙΜΕΝΟΥΣ.

Ἀναξιμένης δὲ καὶ αὐτὸς ὢν Μιλήσιος, υἱὸς δ' Εὐρυστράτου ἀέρα ἄπειρον ἔφη τὴν ἀρχὴν εἶναι, ἐξ οὗ τὰ γινόμενα, τὰ γεγονότα καὶ τὰ ἐσόμενα. καὶ θεοὺς καὶ θεῖα γίνεσθαι. Τὰ δὲ λοιπὰ ἐκ τῶν τούτου ἀπογόνων. Τὸ δὲ εἶδος τοῦ ἀέρος τοιοῦτον. Ὅταν μὲν ὁμαλώτατος ᾖ, ὄψει ἄδηλον, δηλοῦσθαι δὲ τῷ ψυχρῷ καὶ τῷ θερμῷ καὶ τῷ νοτερῷ καὶ τῷ κινουμένῳ· κινεῖσθαι δὲ ἀεί. Οὐ γὰρ μεταβάλλειν ὅσα μεταβάλλει, εἰ μὴ κινοῖτο. Πυκνούμενον γὰρ καὶ ἀραιούμενον διάφορον φαίνεσθαι. Ὅταν δὲ εἰς τὸ ἀραιό-

DE ANAXIMENE.

Anaximenes & ipse Milesius, Euristrati filius, infinitum aera esse principium contendit: inde esse & quæ sunt, quæ fuerunt, quæque futura sunt. Sicut & Deos & Divina exsistere; cætera item ex hujus progenie. Talem vero aeris speciem; quam maxime æquabilem effugere oculorum sensum: manifestari autem frigido & calido, tum humiditate & motu. Sed moveri perpetuo: nec enim, quas recipit, admissurum mutationes, nisi moveretur. Densatum namque & extenuatum aliam atque aliam induere faciem. Quum dissolutus ad altiorem raritatis pervenerit

---

quo gratia versiculi fatigabatur, qui ut & sequens tanto notabilior, quod uterque prætermittatur ab Diogene Laertio.

14. Ἀναξίμανδρος) Repetit hoc nomen eodem exemplo, quo infra in Democrito; nec id alienum ab venustate antiquorum, ut patuit ex eis quæ diximus ad verba Livii XXI. 43. *Circa Padus amnis, major Padus ac violentior Rhodano.*

15. *Χίονι λίθῳ παραπλήσιον*) Agnoscis eadem verba, quæ ex auctore Historiæ Philosophicæ attulit ad Diogenem Laertium Menagius, nisi quod illic *κίονι*.

A περον διαχυθῇ, πῦρ γίνεσθαι· μέσως δὲ ἐπὰν εἰς ἀέρα πυκνούμενον ἐξ ἀέρος νέφος ἀποτελεσθῇ κατὰ τὴν πόλησιν· ἔτι δὲ μᾶλλον, ὕδωρ· ἐπὶ πλεῖον πυκνωθέντα γῆν, καὶ εἰς τὸ μάλιστα πυκνώτατον λίθους. Ὥστε τὰ κυριώτατα τῆς γενέσεως ἐναντία εἶναι θερμόν τε καὶ ψυχρόν. Τὴν δὲ γῆν πλατεῖαν εἶναι ἐπ᾽ ἀέρος ὀχουμένην. Ὁμοίως δὲ καὶ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα· πάντα γὰρ πύρινα ὄντα ἐποχεῖσθαι τῷ ἀέρι διὰ πλάτος. Γεγονέναι δὲ τὰ ἄστρα ἐκ γῆς, διὰ τὸ τὴν ἰκμάδα ἐκ ταύτης ἀνίστασθαι, ἧς ἀραιουμένης τὸ πῦρ γίνεσθαι. Ἐκ δὲ τοῦ πυρὸς μετεωριζομένου τοὺς ἀστέρας συνίστασθαι. Εἶναι δὲ καὶ γεώδεις φύσεις ἐν τῷ τόπῳ τῶν ἀστέρων συμφερομένας ἐκείνοις. Οὐ κινεῖσθαι δὲ ὑπὸ γῆν τὰ ἄστρα λέγει, καθὼς ἕτεροι ὑπειλήφασιν, ἀλλὰ περὶ γῆν ὡσπερεὶ περὶ τὴν ἡμετέραν κεφαλὴν στρέφεται τὸ πιλεῖον, B κρύπτεσθαί τε τὸν ἥλιον οὐχ ὑπὸ γῆν γενόμενον, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῶν τῆς γῆς ὑψηλοτέρων μερῶν σκεπόμενον, καὶ διὰ τὴν πλείονα ἡμῶν αὐτοῦ γενομένην ἀπόστασιν. Τὰ δὲ ἄστρα μὴ θερμαίνειν διὰ τὸ μῆκος τῆς ἀποστάσεως· ἀνέμους δὲ γεννᾶσθαι, ὅταν ἐκπεπυκνωμένος ὁ ἀὴρ ἀραιωθεὶς φέρηται, συνελθόντα δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖον παχυθέντα νέφη γεννᾶσθαι, καὶ οὕτως εἰς ὕδωρ μεταβάλλειν. Χάλαζαν δὲ γίνεσθαι, ὅταν ἀπὸ τῶν νεφῶν τὸ ὕδωρ καταφερόμενον παγῇ· χιόνα δέ, ὅταν αὐτὰ ταῦτα ἐνυγρότερα ὄντα πῆξιν λάβῃ· ἀστραπὴν δ᾽, ὅταν τὰ νέφη διίστηται βίᾳ πνευμάτων. Τούτων γὰρ διισταμένων λαμπρὰν καὶ πυρώδη γίνεσθαι τὴν αὐγήν. Ἶριν δὲ γεννᾶσθαι τῶν ἡλιακῶν αὐγῶν εἰς ἀέρα συνεστῶτα πιπτουσῶν. C Σεισμὸν δὲ τῆς γῆς ἐπὶ πλεῖον ἀλλοιουμένης ὑπὸ θερμασίας καὶ ψύξεως. Ταῦτα μὲν οὖν Ἀναξιμένης· οὗτος ἤκμασε περὶ ἔτος πρῶτον τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος.

A gradum, producere ignem; Ad mediocrem vero quum ad aerem densiorem, ex aere effici nubem per errationem; quum adhuc magis, aquam; aucta vero hac constipatione terram; & quam fieri potest densissima compage constituta lapides: adeo ut primaria generationis instrumenta reperiantur opposita, calidum videlicet & frigidum. Terram esse tabellam planam incumbentem aeri. Ad eandem rationem solem & lunam & reliqua sidera. Hæc enim omnia cum sint ignea, superfundi aeri per latitudinem. Siderum ortum venisse e terra; ex qua attollitur halitus, quo extenuato, ignis emicet. Porro ex elevato sursum igne, componi stellas. Terrestres B etiam esse naturas in stellarum sede, quæ cum iisdem deferantur. Non tamen ut putaverunt alii, subter terram dicit sidera commoveri. Sed perinde, ac circum caput nostrum vertitur pileum, circa terram verti. Nec eo quod versetur sub terra, solem abscondi; sed quod altioribus terræ partibus tegatur, & quod longiore a nobis intervallo iste distet. Quod non calefaciant sidera, propter interstitii fieri magnitudinem. Generari autem ventos, cum aer ab densitate nimia remissus, rarior deinde volat; quem coeuntem & spissius compressum gignere nubes, atque ita transire in aquam. Nasci grandi- C nem, cum decidens e nubibus aqua compingitur: nivem vero cum eædem istæ humidiores coagulum acquirunt: Fulgur autem, quando nubes violento ventorum impetu disrumpuntur. His enim disjunctis, splendidum & igneum existere fulgorem. Iridem radiis solis in aera compactum incidentibus produci. Motum item, terra nimis variam affectionem passa ab calore & frigore. Hæc quidem igitur Anaximenes. Isque octavæ & quinquagesimæ Olympiadis primo anno floruit.

ΠΕΡΙ ΑΝΑΞΑΓΟΡΟΥ.

Μετὰ τοῦτον γίνεται Ἀναξαγόρας Ἡγησιβούλου ὁ Κλαζομένιος. Οὗτος ἔφη τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν νοῦν καὶ ὕλην. τὸν D μὲν νοῦν ποιοῦντα, τὴν δὲ ὕλην γινομένην. Ὄντων γὰρ πάντων ὁμοῦ νοῦς ἐπελθὼν διεκόσμησεν. Τὰς δ᾽ ὑλικὰς ἀρχὰς ἀπείρους ὑπάρχειν. Καὶ τὰς σμικροτέρας αὐτῶν ἄπειρα λέγει. Κινήσεως δὲ μετέχειν τὰ πάντα ὑπὸ τοῦ νοῦ κινούμενα. συνελθεῖν τε τὰ ὅμοια. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν οὐρανὸν κεκοσμῆσθαι ὑπὸ τῆς ἐγκυκλίου κινήσεως. Τὸ μὲν οὖν πυκνὸν καὶ ὑγρὸν καὶ τὸ σκοτεινὸν καὶ ψυχρὸν καὶ πάντα τὰ βαρεῖα συνελθεῖν ἐπὶ τὸ μέσον, ἐξ ὧν παγέντων τὴν γῆν ὑποστῆναι. Τὰ δ᾽ ἀντικείμενα τούτοις τὸ θερμὸν καὶ τὸ λαμπρὸν καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ κοῦφον εἰς τὸ πρόσω τοῦ αἰθέρος ὁρμῆσαι. Τὴν δὲ γῆν τῷ σχήματι πλατεῖαν εἶναι καὶ μένειν μετέωρον διὰ τὸ μέγεθος, καὶ διὰ τὸ μηδὲν εἶναι κενόν, καὶ διὰ τὸν ἀέρα ἰσχυρότατον ὄντα φέρειν ἐποχουμένην τὴν γῆν. E Τῶν δ᾽ ἐπὶ γῆς ὑγρῶν τὴν μὲν θάλασσαν ὑπάρξαι, τά τε ἐν αὐτῇ ὕδατα ἐξατμισθέντα ὑποστάντα οὕτως γεγονέναι, καὶ ἀπὸ τῶν καταρρευσάντων ποταμῶν. Τοὺς δὲ ποταμοὺς καὶ ἀπὸ τῶν ὄμβρων λαμβάνειν τὴν ὑπόστασιν, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐν τῇ γῇ. Εἶναι γὰρ αὐτὴν κοίλην, καὶ ἔχειν ὕδωρ ἐν τοῖς κοιλώμασιν. Τὸν δὲ Νεῖλον αὔξεσθαι κατὰ τὸ θέρος καταφερομένων εἰς αὐτὸν ὑδάτων ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς ἄρκτοις χιόνων. Ἥλιον δὲ καὶ σελήνην καὶ πάντα τὰ ἄστρα λίθους εἶναι ἐμπύρους, συμπεριληφθέντας ὑπὸ τῆς αἰθέρος περιφορᾶς. Εἶναι δ᾽ ὑποκάτω τῶν ἄστρων ἥλιον καὶ σελήνην, σώματά τινα συμπεριφερόμενα ἡμῖν ἀόρατα. Τῆς δὲ θερμότητος μὴ αἰσθάνεσθαι τῶν ἄστρων διὰ τὸ μακρὰν εἶναι, καὶ διὰ τὴν ἀπόστασιν τῆς γῆς. F Ἔτι δὲ οὐχ ὁμοίως θερμὰ τῷ ἡλίῳ διὰ τὸ χώραν ἔχειν ψυχροτέραν. Εἶναι δὲ τὴν σελήνην κατωτέρω τοῦ ἡλίου πλησιώτερον ἡμῶν. Ὑπερέχειν δὲ τὸν ἥλιον μεγέθει τὴν Πελοπόννησον. Τὸ δὲ φῶς τὴν σελήνην μὴ ἴδιον ἔχειν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ ἡλίου. Τὴν δὲ τῶν ἄστρων περιφορὰν ὑπὸ γῆν γίνεσθαι. Ἐκλείπειν δὲ τὴν σελήνην γῆς ἀντιφραττούσης, ἐνίοτε δὲ καὶ τῶν ὑποκάτω τῆς σελήνης. Τὸν

DE ANAXAGORA.

Secutus est hunc Anaxagoras, Hegesibuli filius, Clazomenius. Hic universi principium voluit esse D mentem & materiam; Mentem quidem facere, fieri materiam. Congregatis enim omnibus supervenisse mentem, quæ digesserit in ordinem. Infinita autem esse principia materiarum. Quin & earum minutioribus attribuit infinitatem. Res omnes a mente motas fieri consortes motus; & coire similia. Et cælestia quidem fuisse exornata ab circulari motu. Igitur medio loco quodcunque crassum & humidum, & obscurum & frigidum, atque omnia gravia consociata fuisse, ex quibus concretis substitisse terram. His contraria calidum & lucidum, & siccum & leve tetendisse in ulteriora ætheris. Planam forma terram esse, & partim ob molem, partim quod E nullum detur vacuum, partim quod aera qui sit validissimus & cui invehitur, eam sustineat, commorari sublimem. Terrestribus humoribus e mari primordium esse. Contentas in mari aquas, cum ex exhalationibus illic se congregantibus, tum ex amnium defluxibus constitisse. Ipsorum amnium scaturiginem deberi partim imbribus, partim ipsis comprehensis terræ gremio. Hanc etenim cavam esse & continere in cavernis aquas. Nilum quod e nivibus per Septentriones resolutis ad eum devolvantur aquæ, per æstatem augeri. Solem, lunam & omnia sidera esse ignitos & a rotato in gyrum æthere cir- F cumvolutos una lapides. Sideribus vero inferiores esse solem & lunam, duo simul circumlabentia, oculisque nostris impenetrabilia corpora. Siderum vero calorem non sentiri, tum quod illa longinqua sint, tum propter recessum terræ. Eadem sole minus esse calida propter frigidiorem loci quem obtinent situm. Inferiorem sole lunam esse, nobis viciniorem. A solis magnitudine superari Peloponnesum. Lunam non habere lumen proprium, sed a sole. Siderum subter terras perfici circuitum. Lunam itidem, intercludente eam terra, nonnunquam & aliis luna inferioribus, idem facientibus, deficere. Hoc quoque

que

δὲ ἥλιον ταῖς νουμηνίαις σελήνης ἀντιφραττούσης, τροπὰς δὲ ποιεῖσθαι καὶ [16] ἥλιον καὶ σελήνην ἀπωθουμένους ὑπὸ τοῦ ἀέρος. Σελήνην δὲ πολλάκις τρέπεσθαι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι κρατεῖν τοῦ ψυχροῦ. Οὗτος ἀφώρισε πρῶτος τὰ περὶ τὰς ἐκλείψεις καὶ φωτισμούς. Ἔφη δὲ γηΐνην εἶναι τὴν σελήνην, ἔχειν τε ἐν αὐτῇ πεδία καὶ φάραγγας. Τόν τε γαλαξίαν ἀνάκλασιν εἶναι τοῦ φωτὸς τῶν [17] ἄστρων τῶν μὴ καταλαμβανομένων ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Τοὺς δὲ μεταβαίνοντας ἀστέρας ὡσεὶ σπινθῆρας ἀφαλλομένους γίνεσθαι ἐκ τῆς κινήσεως τοῦ πόλου. Ἀνέμους δὲ γίνεσθαι λεπτυνομένου τοῦ ἀέρος ὑπὸ τοῦ ἡλίου καὶ τῶν ἐκκαιομένων πρὸς τὸν πόλον ὑποχωρούντων καὶ ἀποφερομένων. Βροντάς τε καὶ ἀστραπὰς ἀπὸ θερμοῦ γίνεσθαι ἐμπίπτοντος εἰς τὰ νέφη. Σεισμοὺς δὲ γίνεσθαι τοῦ ἄνωθεν ἀέρος εἰς τὸν ὑπὸ γῆς ἐκπίπτοντος· τούτου γὰρ κινουμένου καὶ τὴν ὀχουμένην γῆν ὑπ' αὐτοῦ σαλεύεσθαι. Ζῷα δὲ τὴν μὲν ἀρχὴν ἐν ὑγρῷ γενέσθαι, μετὰ ταῦτα δὲ ἐξ ἀλλήλων, καὶ ἄρρενας μὲν γίνεσθαι, ὅταν ἀπὸ τῶν δεξιῶν μερῶν ἀποκριθὲν τὸ σπέρμα τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῆς μήτρας κολληθῇ· τὰ δὲ θήλεα κατὰ τοὐναντίον. Οὗτος ἤκμασεν ἔτους πρώτου τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος, καθ' ὃν καιρὸν καὶ Πλάτωνα λέγουσι γεγεννῆσθαι. Τοῦτον λέγουσι καὶ προγνωστικὸν γεγονέναι.

A que per novilunia, luna obſepiente, contingere ſoli. Sole & luna per aerem abactis provenire ſolſtitia. Lunam vero, quia nequit ſuperare frigus, frequentius convertere. Hic quæ ſpectant defectus & illuminationes primus definivit. Terream ajebat eſſe lunam, & in ſe continere planities & valles. Circulumque lacteum eſſe reflexionem luminis ſiderum, quæ non corripiuntur a ſole. Stellas tranſitorias, abſilientium inſtar ſcintillarum, ex poli motu prorumpere. Oriri ventos ex aere attenuato opera ſolis, illarumque particularum quæ exuſtæ vel ad polum ſecedunt & deferuntur. Ab calidi in nubes illapſu tonitrua & fulgura oriri. B Terræ motus fieri ſuperioris delapſu aeris in inferiorem terra aerem. Namque hoc moto innatantem quoque concuti ſimul ab eo terram. Animalia quidem primo in humidis edita, mutua deinde ipſorum propagatione. Quum a dextris ſecretum partibus, dextris uteri partibus conglutinatur ſemen, generari mares; quum vice verſa, feminas. Hic primo octavæ & octogeſimæ Olympiadis anno, qua tempeſtate in lucem quoque prodiiſſe ajunt Platonem, viguit. Adduntque fuiſſe etiam futurorum præſcium.

ΠΕΡΙ ΑΡΧΕΛΑΟΥ.

Ἀρχέλαος τὸ μὲν γένος Ἀθηναῖος, υἱὸς δὲ Ἀπολλοδώρου. Οὗτος ἔφη τὴν μίξιν τῆς ὕλης ὁμοίως Ἀναξαγόρᾳ τάς τε ἀρχὰς ὡσαύτως. οὗτος δὲ τῷ νῷ ἐνυπάρχειν τι εὐθέως μίγμα, εἶναι ἀρχὰς τῆς κινήσεως, ἀποκρίνασθαι ἀπ' ἀλλήλων τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν, καὶ τὸ μὲν θερμὸν κινεῖσθαι, τὸ δὲ ψυχρὸν ἠρεμεῖν. [18] τηκόμενον δὲ τὸ ὕδωρ εἰς μέσον ῥεῖν· ἐν ᾧ καὶ κατακαιόμενον ἀέρα γίνεσθαι καὶ γῆς, ὧν τὸ μὲν ἄνω φέρεσθαι, τὸ δὲ ὑφίστασθαι κάτω. τὴν μὲν οὖν γῆν ἠρεμεῖν καὶ γενέσθαι διὰ ταῦτα, κεῖσθαι δ' ἐν μέσῳ οὐδὲν μέρος οὖσαν ὡς εἰπεῖν τοῦ παντὸς ἐκδεδομένην ἐκ τῆς πυρώσεως. ἀφ' οὗ πρῶτον ἀποκαιομένου τὴν τῶν ἀστέρων εἶναι φύσιν. ὧν μέγιστον μὲν ἥλιον, δεύτερον δὲ σελήνην. τῶν δὲ ἄλλων τὰ μὲν ἐλάττω, τὰ δὲ μείζω. Ἐπικλιθῆναι δὲ τὸν οὐρανόν φησι, καὶ οὕτως τὸν ἥλιον ἐπὶ τῆς γῆς ποιῆσαι φῶς· καὶ τόν τε ἀέρα ποιῆσαι διαφανῆ καὶ τὴν γῆν ξηράν. λίμνην γὰρ εἶναι τὸ πρῶτον, ἅτε κύκλῳ μὲν οὖσαν ὑψηλήν, μέσου δὲ κοίλην· σημεῖον δὲ φέρει τῆς κοιλότητος, ὅτι ὁ ἥλιος οὐχ ἅμα ἀνατέλλει τε καὶ δύεται πᾶσιν, ὅπερ ἔδει συμβαίνειν εἴπερ ἦν ὁμαλή. Περὶ δὲ ζῴων φησίν, ὅτι θερμαινομένης τῆς γῆς τὸ πρῶτον ἐν τῷ κατὰ μέρος ὅπου τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐμίσγετο, ἀνεφαίνετο τά τε ἄλλα ζῷα πολλὰ καὶ ἀνόμοια πάντα τὴν αὐτὴν δίαιταν ἔχοντα ἐκ τῆς ἰλύος τρεφόμενα· ἦν δὲ ὀλιγοχρόνια· ὕστερον δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ ἐξ ἀλλήλων γένεσις ἀνέστη· καὶ διεκρίθησαν ἄνθρωποι ἀπὸ τῶν ἄλλων, καὶ ἡγεμόνας καὶ νόμους καὶ τέχνας καὶ πόλεις καὶ τὰ ἄλλα συνέστησαν· νοῦν δὲ λέγει πᾶσιν ἐμφύεσθαι ζῴοις ὁμοίως· χρήσασθαι γὰρ ἕκαστον καὶ τῶν σωμάτων ὅσῳ τὸ μὲν βραδυτέρως, τὸ δὲ ταχυτέρως.

C

DE ARCHELAO.

Archelaus genere Athenienſis, filius Apollodori. Hic de materiæ mixtura, deque principiis, eandem quam Anaxagoras ſententiam tenuit. Sed idem menti inhærere ſtatim aliquam mixturam, eſſe motus principia, ſecedere calidum & frigidum ab ſe invicem, & calidum quidem moveri, frigidum vero quieſcere. Colliquefactam aquam in medium fluere, ubi etiam exuſtam fieri aerem & terram. Illum ſurſum attolli, hanc deorſum ſubſidere. Quieſcere proinde terram & trahere ex his originem. Eam vero, quæ, ut ſic dicam, nulla pars univerſi eſt, D proditam ab inflammatione, eſſe ſitam in medio. Ex illo primum deuſto exiſtere naturam ſtellarum, in quibus maximum quidem ſolem, proximam magnitudine lunam, minora de cæteris eſſe alia, majora alia. Deſuper autem incumbere cœlum dicit, & hac ratione illuminatam a ſole terram, pellucidum quoque aerem factum, aridamque evaſiſſe terram. Hanc enim in ambitu elevatam, in medio concavam, principio fuiſſe paludem. Et concavitatis adfert ſignum, quoniam ſol non oriatur & occidat ſimul omnibus: quod oportebat accidere, ſi quidem foret plana & æqualis. De animalibus hæc in medium adducit. Calefacta primum terra in particulari ſede, ubi calidum & frigidum commiſcebantur, copioſa inter ſe diſſimilium, ſed omnium eodem utentium victu, cœnoque nutritorum, ſimul apparuit turba aliorum quoque animalium. Eam brevis temporis fuiſſe turbam. Mox ex ſe invicem ipſis quoque progenies excitata eſt. Diſcretos a cæteris homines; ab iiſque duces, & leges, & artes, & civitates & reliqua conſtituta. Ingenitam univerſis animalibus ſtatuit pari modo mentem; nam unumquodque etiam ex corporibus ea uti, prout alterum quidem tardius, alterum vero expeditius.

---

16. Ἥλιον καὶ σελήνην ἀπωθουμένους) Ita ſcripſi, E quum in MS. legeretur ἀπωθουμένης.

17. Ἄστρων τῶν μὴ καταλαμβανομένων ὑπὸ τοῦ ἡλίου) Ad hunc plane modum excepi ex MS. nec opinor perperam, quum ſimiliter citet hæc verba Menagius ad Diogenis Laertii Anaxagoram. Sed utinam vir ille doctus etiam Latine hæc ipſa vertiſſet, ut appareret, quo ſenſu intellexiſſet illa ἄστρα μὴ καταλαμβανόμενα ὑπὸ τοῦ ἡλίου, quæ ego quidem Latinis verbis reddidi, ſed ut fatear non intelligere. Quod fiet ſane, ſi corrigas καταλαμπομένων. Ita enim corrigi debere colligo ex Diogenis Laertii his verbis: Καὶ τὴν Γαλαξίαν ἀνάκλασιν εἶναι φωτὸς ἡλιακοῦ μὴ καταλαμπομένων τῶν ἄστρων. Quod non attendit Menagius, quoniam quatuor poſtremas voces prætermittebat in ſerie quam ex Diogene Laertio præmittebat notæ ſuæ.

18. Τηκόμενον δὲ τὸ ὕδωρ εἰς μέσον ῥεῖν) Hæc verba inprimis pertinent ad illuſtrationem Diogenis Laertii, qui in Archelao ſcribit quidem, ab illo etiam ſtatui τηκόμενον (ut ſcias ipſum Archelai verbum id fuiſſe) τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ; ſed quo abeat, aut quid poſtea eo fiat, non novit, niſi partem εἰς τὸ πυρῶδες συνιστάναι, partem περιῤῥεῖν. Egregie Origenes primo dicit εἰς μέσον ῥεῖν, quæ verba tam neceſſaria ſunt, ut fere cogitem, an non exciderint ex contextu Diogenis Laertii.

Ἡ μὲν οὖν φυσικὴ Φιλοσοφία ἀπὸ Θάλητος ἕως Ἀρχελάου διέμεινε· τούτου γίνεται Σωκράτης ἀκροατής. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι πλεῖστοι διαφόρους δόξας προσενεγκάμενοι περί τε τοῦ θείου καὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως, ὧν εἰ πάσας τὰς δόξας ἐβουλόμεθα παραθεῖναι, πολλὴν ἂν ὕλην βιβλίων ἔδει κατασκευάζειν· ὧν δὲ ἔδει μάλιστα ἐπ' ὀνόματος ὄντων καὶ ὡς εἰπεῖν κορυφαίων πᾶσι τοῖς μετέπειτα φιλοσοφήσασι γενομένων ἀφορμὰς δεδωκότων πρὸς τὰ ἐπιχειρούμενα ὑπομνησθέντες ἐπὶ τὰ ἑξῆς ὁρμήσωμεν.

A Physica ergo philosophia a Thalete ad Archelaum usque perduravit, qui Socratem habuit auditorem. Complures quidem & alii reperiuntur, variarum, cum de Numine, tum de universi natura, opinionum auctores. Quorum si apponere singulas sententias in animum induceremus, comparanda librorum ingens esset sylva. Postquam autem eorum meminimus, quorum præcipue fieri oportebat mentionem, videlicet clarissimorum, &, ut ita dicam, omnium, qui coryphæi exstiterunt illis, quos postea philosophiæ operam navavisse legimus, qui etiam ad hæc tractanda dederunt occa-
B siones, ad illa quæ consequuntur ordine perrecturi sumus.

ΠΕΡΙ ΠΑΡΜΕΝΙΔΟΥ.

Καὶ γὰρ καὶ Παρμενίδης ἓν μὲν τὸ πᾶν ὑποτίθεται ἀΐδιόν τε καὶ ἀγέννητον καὶ σφαιροειδές· οὐδὲ αὐτὸς ἐκφεύγων τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, πῦρ λέγων καὶ γῆν τὰς τοῦ παντὸς ἀρχάς· τὴν μὲν γῆν ὡς ὕλην, τὸ δὲ πῦρ ὡς αἴτιον καὶ ποιοῦν· τὸν κόσμον ἔφη [1] φθείρεσθαι· ᾧ δὲ τρόπῳ οὐκ εἶπεν. ὁ αὐτὸς δὲ εἶπεν ἀΐδιον εἶναι τὸ πᾶν καὶ οὐ γενόμενον καὶ σφαιροειδὲς καὶ ὅμοιον, οὐκ ἔχον δὲ τόπον ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἀκίνητον καὶ πεπερασμένον.

DE PARMENIDE.

Nam & Parmenides unum quidem hoc universum, æternumque & originis expers, ac sphærica indutum forma supposuit; non tamen ipse declinans vulgarem plerorumque sententiam, siquidem ignem & terram universi principia statuit, terram quidem ut materiam, ignem vero ut caussam & opificem. Mundi confirmavit interitum, interitus vero tacuit modum. Sed & ipse asseveravit u-
C niversum esse æternum, & non procreatum, & sphærica ornatum figura, & simile, sed typo in se carens, & immotum, & denique finitum.

ΠΕΡΙ ΛΕΥΚΙΠΠΟΥ.

Λεύκιππος δὲ Ζήνωνος ἑταῖρος οὐ τὴν αὐτὴν δόξαν διετήρησεν, [2] ἀλλά φησιν ἄπειρα εἶναι καὶ ἀεὶ κινούμενα καὶ γένεσιν καὶ μεταβολὴν συνεχῶς οὖσαν· στοιχεῖα δὲ λέγει τὸ πλῆρες καὶ κενόν· κόσμους δὲ γενέσθαι λέγει, ὅταν εἰς μετακοσμον ἐκ τοῦ περιέχοντος ἀθροισθῇ πολλὰ σώματα καὶ συρρυῇ προσκρούοντα ἀλλήλοις συμπλέκεσθαι τὰ ὁμοιοσχήμονα καὶ παραπλήσια τὰς μορφὰς καὶ περιπλεχθέντων εἰς ἕτερα γίνεσθαι· αὔξειν δὲ καὶ φθίνειν διὰ τὴν ἀνάγκην· τίς δ' ἂν εἴη ἡ ἀνάγκη οὐ διώρισεν.

DE LEUCIPPO.

At vero Leucippus, Zenonis discipulus in eadem sententia non perstitit: sed voluit infinita esse, perpetuoque moveri, tum continuam dari generationem & mutationem. Elementa pleno definit & inani, aitque nasci mundos, quum multa ex aere ambiente corpora in medium ac commune coacervantur & confluunt, impacta sibi invicem
D adfigi & coalescere ea, quæ sunt similis figuræ & formis convenientia, & ex iis quæ inter se connexa sunt, in alia redigi: incrementum vero & interitum venire ab necessitate; sed ea quæ foret necessitas non extricavit.

ΠΕΡΙ ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΥ.

Δημόκριτος δὲ Λευκίππου γίνεται γνώριμος. Δημόκριτος Δαμασίππου Ἀβδηρίτης πολλοῖς συμβαλὼν γυμνοσοφισταῖς ἐν Ἰνδοῖς καὶ ἱερεῦσιν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἀστρολόγοις καὶ ἐν Βαβυλῶνι μάγοις· λέγει δὲ ὁμοίως Λευκίππῳ περὶ στοιχείων πλήρους καὶ κενοῦ, τὸ μὲν πλῆρες λέγων ὄν, καὶ τὸ κενὸν οὐκ ὄν· ἔλεγε δὲ ὡς ἀεὶ κινουμένων τῶν ὄντων ἐν τῷ κενῷ· ἀπείρους [3] δὲ εἶναι κόσμους καὶ μεγέθει διαφέροντας· ἔν τισι δὲ μὴ εἶναι ἥλιον μηδὲ σελήνην· ἔν τισι δὲ μείζω τῶν παρ' ἡμῖν· καὶ ἔν τισι πλείω· εἶναι δὲ τῶν κόσμων ἄνισα τὰ διαστήματα, καὶ τῇ μὲν πλείους, τῇ δὲ

DE DEMOCRITO.

Democritus fuit Leucippi discipulus. Democritus Damasippi filius Abderites, compluribus in India gymnosophistis, in Ægypto sacerdotibus & astrologis, item Babylone magis adfuit. De elementis,
E pleno & vacuo, Leucippo eadem dicit, plenum quidem vocans id quod est, & vacuum id quod non est. Ea quæ sunt perpetuo motu in vacuo concitari docuit. Infinitos esse, & magnitudine inæquales mundos, nonnullos ut sole sic luna destitutos: in quibusdam utrumque majorem nostris, & in aliis plures. Inæqualia inter se mundorum esse intervalla, & plures alicubi, alibi pauciores. Hos augescere, illos in vigo-

---

1. Menagius ad Diogenem Laertium hæc citans edidit εἶπε.

2. Citat hæc quoque Menagius ad Laertii Leucippum, & ita, ut hinc duas componeret notas, & utramque illustraret repetita correctione, qua dicit se putare legendum τὴν αὐτοῦ δόξαν, sed frustranea temeritate. Etsi enim ista correctio dicat, quod verum est, nempe eum abiisse ab Doctoris sui sententia, tamen patet non illuc referri ab Origene hæc verba, sed plane velle respici voces proxime præcedentes & sententias Parmenidis, qui quum dixisset τὸ πᾶν esse ἀκίνητον, Leucippus voluit ἀεὶ κινούμενα; quum Parmenidi statueretur omne πεπερασμένον, Leu-
F cippus dixit ἄπειρα, similiaque, ut nihil mutari debeat. Non enim hæc spectari oportet abrupta, prout Menagio volenti fuit partes quasdam excerpere, sed prout congesta sunt ab ipso Origene. Sed & mox Menagius aut ex scripto aut ingenio edit περιπλεχθέντα, quod quidem non pravum, sed certe contra fidem codicis MSti. & genitivus potest tueri locum, subintellecto αὐτῶν vel τινῶν, ut passim solet tale quid omitti & tamen sic construi.

3. Hæc quoque ante vulgavit ad Democritum Laertii idem Menagius: & ἀπειρίαν istam Democriti illustravit And. Schottus in lib. 11. de Nodis Ciceronianis cap. 7.

A ἐλάττους· καὶ τοὺς μὲν αὔξεσθαι, τοὺς δὲ ἀκμάζειν, τοὺς δὲ φθίνειν· καὶ τῇ μὲν γίνεσθαι, τῇ δὲ λείπειν· φθείρεσθαι δὲ αὐτοὺς ἐπ' ἀλλήλων προσπίπτοντας· εἶναι δὲ ἐνίους κόσμους ἐρήμους ζώων καὶ φυτῶν καὶ παντὸς ὑγροῦ. Τοῦ δὲ παρ' ἡμῖν κόσμου πρότερον τὴν γῆν τῶν ἄστρων γενέσθαι· εἶναι δὲ τὴν μὲν σελήνην κάτω, ἔπειτα τὸν ἥλιον, εἶτα τοὺς ἀπλανεῖς ἀστέρας· τοὺς δὲ πλάνητας οὐδ' αὐτοὺς ἔχειν ἴσον ὕψος· ἀκμάζειν δὲ κόσμον, ἕως ἂν μηκέτι δύνηται ἔξωθέν τι προσλαμβάνειν. Οὗτος ἐγέλα πάντα ὡς γέλωτος ἀξίων πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις.

re esse, vergere quosdam ad interitum: & hic quidem nasci, illic vero deficere. Interitum alteri ab altero afferri impingendo. Esse inter cæteros, qui careant animantibus & plantis & omni humore. In hoc autem nostro mundo terram astris priorem emersisse. Lunam sede infimam, solem ultra hanc proximum, stellas fixas remotissimas. Neque parem planetis inter se altitudinem. Florere mundum, usque dum foris incrementi nihil adipisci possit amplius. Hic dignas risu res omnes existimans humanas nihil non derisit.

ΠΕΡΙ ΞΕΝΟΦΑΝΟΥΣ.

B Ξενοφάνης δὲ ὁ Κολοφώνιος Ὀρθομένους υἱός· οὗτος ἕως Κύρου διέμεινεν· οὗτος ἔφη πρῶτος ἀκαταληψίαν εἶναι πάντων, εἰπὼν οὕτως·

Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα τύχῃ τετελεσμένον εἰπὼν,
Αὐτὸς ὅμως οὐκ οἶδε· δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται 4.

λέγει δὲ ὅτι οὐδὲν γίνεται, οὐδὲ φθείρεται, οὐδὲ κινεῖται καὶ ὅτι ἓν τὸ πᾶν ἐστιν ἔξω μεταβολῆς· φησὶ δὲ καὶ τὸν Θεὸν εἶναι ἀΐδιον καὶ ἕνα καὶ ὅμοιον πάντη καὶ πεπερασμένον καὶ σφαιροειδῆ καὶ πᾶσι τοῖς μορίοις αἰσθητικόν· τὸν δὲ ἥλιον ἐκ μικρῶν πυριδίων ἀθροιζομένων γίνεσθαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν· τὴν δὲ γῆν ἄπειρον εἶναι καὶ μήτε ἐπ' ἀέρος μήτε ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ περιέχεσθαι· καὶ ἀπείρους ἡλίους εἶναι καὶ σελήνας· τὰ δὲ πάντα εἶναι ἐκ γῆς. C Οὗτος τὴν θάλασσαν ἁλμυρὰν ἔφη διὰ τὸ πολλὰ μίγματα συρρέειν ἐν αὐτῇ. Ὁ δὲ Μητρόδωρος διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ διηθεῖσθαι, τούτου χάριν γίνεσθαι ἁλμυράν· Ὁ δὲ Ξενοφάνης μίξιν τῆς γῆς πρὸς τὴν θάλασσαν γίνεσθαι. Δοκεῖ καὶ τῷ χρόνῳ ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ λύεσθαι, φάσκων τοιαύτας ἔχειν ἀποδείξεις, ὅτι ἐν μέσῃ γῇ καὶ ὄρεσιν εὑρίσκωνται κόγχαι, καὶ ἐν Συρρακούσαις δὲ ἐν ταῖς λατομίαις λέγει εὑρῆσθαι τύπον ἰχθύος καὶ φωκῶν· ἐν δὲ Πάρῳ τύπον ἀφύης ἐν τῷ βάθει τοῦ λίθου· ἐν δὲ Μελίτῳ πλάκας συμπάντων τῶν θαλασσίων· ταῦτα δὲ φησὶ γενέσθαι, ὅτε πάντα ἐπελάθησαν 5 πάλαι· τὸν δὲ τύπον ἐν τῷ πηλῷ ξηρανθῆναι, ἀναιρεῖσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους πάντας, ὅταν ἡ γῆ κατενεχθεῖσα εἰς τὴν θάλασσαν πηλὸς γένηται· εἶτα πάλιν ἄρχεσθαι τῆς γενέσεως· καὶ τοῦτο πᾶσι τοῖς κόσμοις γίνεσθαι καταβάλλειν.

DE XENOPHANE.

Xenophanes Colophonius, Orthomenis filius. Hic ad Cyrum usque produxit ætatem. Primus ex illorum fuit cohorte, qui nihil dixerunt cadere sub comprehensionem. Sic enim ipse:

Licet maxime definitum dixerit quis,
Ipse tamen nescit, sed in omnibus adest Videtur.

Nihil autem generari sentiebat, aut interire aut moveri, & unum hoc universum esse mutationis expers. Deum quoque æternum, unum, undique similem, finitum, rotundum, omnibus partibus sensui manifestum. Solem e minutorum coacervatione igniculorum singulis generari diebus. Infinitam, nec aere nec cælo circumdatam terram. Innumeros cum soles, tum lunas. Universa autem esse e terra. Hic & salsum ideo mare dixit, quod magna mixtorum in eo confluat copia. At Metrodorus hanc salsedinis afferebat rationem, quod percolaretur per terram. Porro Xenophanes statuebat commisceri terram mari: opinatur etiam tempore ab humido dissolvi, hujusmodi producens documenta, quod in media terra reperirentur conchæ, etiam in montibus. Sed & Syracusis in lapidicinis esse inventum piscis & phocarum typum: in Paro autem in profunditate rupis formam apuæ, etiam cujuslibet marini generis crustas in Melito. Hæc ab eo ait superesse tempore, quo olim omnia mari fuerunt obsessa. Nam in limo exaruisse typum. Porro cunctos tolli homines, cum delata in mare terra convertitur in limum; postea illos renasci D ex integro. Et hoc omnibus dare mundis fundamentum nascendi.

ΠΕΡΙ ΕΚΦΑΝΤΟΥ.

Ἐκφαντός τις Συρρακούσιος ἔφη μὴ εἶναι ἀληθινὴν τῶν ὄντων λαβεῖν γνῶσιν· ὁρίζει δὲ ὡς νομίζει τὰ μὲν πρῶτα ἀδιαίρετα εἶναι σώματα, καὶ παραλλαγὰς αὐτῶν τρεῖς ὑπάρχειν, μέγεθος, σχῆμα, δύναμιν, ἐξ ὧν τὰ αἰσθητὰ γίνεσθαι· εἶναι δὲ τὸ πλῆθος αὐτῶν ὡρισμένον καὶ τοῦτο ἄπειρον. κινεῖσθαι δὲ τὰ σώματα μήτε ὑπὸ βάρους μήτε πληγῆς,

DE ECPHANTO.

Ecphantus Syracusius posse negat fieri, ut veram rerum notitiam adipiscamur. Definit autem, quemadmodum existimat, prima corpora esse individua, & tres eorum differentias existere, magnitudinem, formam & potentiam. Oriri ex his, quæ sensibus obvia. Certum, & hunc infinitum eorum numerum. Corpora non gravitate, nec im-

---

4. Hoc distichon cum acatalepsia Xenophanis publicavit quoque Menagius ad suum Diogenem Laertium, & edit τύχοι, quod non dixerim ita in MS. haberi. Sed quod majoris momenti est, etiam effert δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι, tanquam ex hoc MS. Mediceo, prout editur apud Sextum Empiricum adversus Mathematicos, ubi junguntur quatuor versiculi, quos allegat etiam Kuhnius ad Diogenis Laertii librum IX. segment. 20. Nec ulli istorum dubium est, quin δόκος explicari debeat *opinio*, etiam Gentiano Herveto Sextum ita interpretante. Quin & ante hos irretitus Henricus Stephanus notavit in Thesauro tom. I. pag. 1030. (Δόκος in carm. idem quod δόκησις opinio. Utitur eo quidam poeta apud Sextum Philosophum) Ex quo apparet non alium his egregiis viris fuisse tibicinem ad sustinendum hoc vocabulum, nisi hunc ipsum locum; quem quoniam E eruditissimo comiti meo Philippo Rulæo describendum commisi, videtur hæsitasse manus ejus, ut non fortiter exceperit, certe accentum notaverit in ultima syllaba. Ego non dubito vel δοκεῖ vel δοκοῖ scripsisse Xenophanem, & inde posteriores, in quibus Origenem. Αὐτὸς ὅμως οὐκ οἶδε, ΔΟΚΕΙ δ' vel ΔΟΚΟΙ δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται. *Ipse tamen non novit; sed* VIDETUR vel VIDEATUR *in omnibus adest*.

5. Ita edidi, prout descripsit præclarus ille Rulæus, sed nescio quomodo super α notavit quoque literam ω, satis notabili cura; unde Origenem colligo scripsisse ἐπελαγώθησαν, ab verbo ignoto etiamnum πελαγόω, ut notet tempus, quo omnia obtinuit æquor, & vel universalis fuit eluvio, vel omnia circa istas regiones inundavit effusum eo pelagus, prout Pomponius Mela libro I. observat de Numidia.

A ἀλλ' ὑπὸ θείας δυνάμεως, ἣν νοῦν καὶ ψυχὴν [6] προσαγορεύει· τοῦ μὲν οὖν τὸν κόσμον εἰδέναι ἰδεῖν· δι' ὃ καὶ σφαιροειδῆ ὑπὸ μιᾶς δυνάμεως γεγονέναι. τὴν δὲ γῆν μέσον κόσμου κινεῖσθαι περὶ τὸ αὐτῆς κέντρον ὡς πρὸς ἀνατολήν.

pulsu, sed divina, quam mentem vocat & animam, moveri potentia. Itaque hinc esse, ut mundos nosset videre, ac propterea unius ope potentiæ sphærica concinnatus sit forma: terram autem, medium mundi, moveri circa centrum suum, orientem versus.

ΠΕΡΙ ΙΠΠΩΝΟΣ.

Ἵππων δὲ Ῥηγῖνος ἀρχὰς ἔφη ψυχρὸν τὸ ὕδωρ, καὶ θερμὸν τὸ πῦρ· γεννώμενον δὲ τὸ πῦρ ὑπὸ ὕδατος κατανικῆσαι [7] τὴν τοῦ γεννήσαντος δύναμιν συστῆσαί τε τὸν κόσμον· τὴν δὲ ψυχὴν ποτὲ μὲν ἐγκέφαλον ἔχειν, B ποτὲ δὲ ὕδωρ· καὶ παρὰ τὸ σπέρμα εἶναι τὸ φαινόμενον ἡμῖν ἐξ ὑγροῦ, ἐξ οὗ φησὶ ψυχὴν γίνεσθαι. Ταῦτα μὲν οὖν ἱκανῶς δοκοῦμεν παρατεθεικέναι. Διὸ δοκεῖ λοιπὸν αὐτάρκως διαδραμόντων ἡμῶν τὰ τοῖς φυσικοῖς δόξαντα, ἀναδραμεῖν ἐπὶ Σωκράτην καὶ Πλάτωνα, οἳ τὸ ἠθικὸν μάλιστα προετίμησαν.

DE HIPPONE.

Hippo Rheginus principia dixit, frigidum, quæ sit aqua, & calidum, quod sit ignis. Procreatum ex aqua ignem superasse potentiam ejus, unde genitus fuit, & composuisse mundum. Animam habere modo cerebrum, modo aquam. Et adesse semini id quod nobis apparet ex humore, unde ait animam gigni. Hæc quidem igitur satis exposuisse videmur. Quapropter cum percurrendis Physicorum opinionibus satis multum impenderimus, quod reliquum videtur, ad Socratem recurrimus & Platonem, quibus ea magis placuerunt quæ mores spectant.

ΠΕΡΙ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ.

Ὁ μὲν οὖν Σωκράτης γίνεται Ἀρχελάου τοῦ φυσικοῦ ἀκροατής· ὃς τὸ γνῶθι σαυτὸν προτιμήσας καὶ μεγάλην C σχολὴν συστήσας ἔσχε πάντων τῶν μαθητῶν ἱκανότερον τὸν Πλάτωνα, αὐτὸς μὲν μηδὲ συγγράμματα καταλιπών· ὁ δὲ Πλάτων τὴν πᾶσαν αὐτοῦ σοφίαν ἀπομαξάμενος συνέστησε τὸ διδασκαλεῖον, μίξας ὁμοῦ φυσικὴν, ἠθικὴν, διαλεκτικήν. ἃ δὲ ὁ Πλάτων ὁρίζεται, ταῦτα.

DE SOCRATE.

Socrates igitur Archelai Physici fuit auditor. Is illud *Nosce te ipsum*, præ omnibus amplexus, ingentis conditor scholæ, e tota discipulorum caterva excellentissimum habuit Platonem: cum litteris consignatum plane nihil ipse reliquerit. At Plato universa ejus sapientia expressa adornavit scholam permixtis simul physicis, ethicis & dialecticis. Quæ autem definivit Plato, sunt ista.

ΠΕΡΙ ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Πλάτων ἀρχὰς εἶναι τοῦ παντὸς Θεὸν καὶ ὕλην καὶ παράδειγμα, Θεὸν μὲν τὸν ποιητὴν καὶ διακοσμήσαντα τόδε τὸ πᾶν καὶ προνοούμενον αὐτοῦ· ὕλην δὲ τὴν πᾶσαν ὑποκειμένην, ἣν καὶ δεξαμένην καὶ τιθήνην, καλεῖ, ἐξ D ἧς διακοσμηθείσης γενέσθαι τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἐξ ὧν συνέστηκεν ὁ κόσμος πυρὸς, ἀέρος, γῆς, ὕδατος, ἐξ ὧν καὶ τὰ ἄλλα πάντα συγκρίματα καλούμενα ζῷά τε καὶ φυτὰ συνεστηκέναι· τὸ δὲ παράδειγμα τὴν διάνοιαν τοῦ Θεοῦ εἶναι, ὃ καὶ ἰδέαν καλεῖ, οἱονεὶ κονίσματι προσέχων ἐν τῇ ψυχῇ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐδημιούργει. τὸν μὲν Θεόν φησιν ἀσώματόν τε καὶ ἀνείδεον καὶ μόνοις σοφοῖς ἀνδράσι καταληπτὸν εἶναι· τὴν δὲ ὕλην δυνάμει μὲν σῶμα, ἐνεργείᾳ δὲ οὐδέπω. Ἀσχημάτιστον γὰρ αὐτὴν οὖσαν καὶ ἄποιον [9] προσλαβοῦσαν σχήματα καὶ ποιότητας γενέσθαι σῶμα· τὴν μὲν οὖν ὕλην ἀρχὴν εἶναι καὶ σύγχρονον τῷ Θεῷ ταύτην· καὶ ἀγέννητον τὸν κόσμον· ἐκ γὰρ αὐτοῦ συνεστάναι φησὶν αὐτόν. Τῷ δὲ ἀγεννήτῳ ἀκολουθεῖν πάντως καὶ τὸ ἄφθαρτον· ᾗ δὲ σῶμά τε καὶ ἐκ πολλῶν ποιοτήτων καὶ ἰδεῶν συγκείμενον ὑποτίθεται, ταύτῃ καὶ γεννητὸν καὶ φθαρτόν. Τινὲς δὲ τῶν Πλατωνικῶν ἀμφότερα ἔμιξαν χρησάμενοι παραδείγματι τοιούτῳ· ὅτι ὥσπερ ἅμαξα δύναται ἀεὶ διαμένειν ἄφθαρτος, κατὰ μέρος ἐπισκευαζομένη, κἂν τὰ μέρη φθείρηται ἑκάστοτε, αὐτὴ δὲ ὁλόκληρος ἀεὶ μένει· τοῦτον τὸν τρόπον καὶ ὁ κόσμος κατὰ μέρη μένει καὶ φθείρεται· ἐπισκευαζομένων καὶ ἀνισουμένων τῶν ἀφαιρουμένων ἀΐδιος μένει. Τὸν δὲ Θεὸν οἱ μὲν ἕνα φασὶν αὐτὸν εἰπεῖν ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον, ὡς

DE PLATONE.

Totius Plato universi principia facit Deum & materiam & exemplar; Deum videlicet opificem & qui digesserit hoc universum, eique provideat: materiem vero, universam subjectam, quam & receptaculum vocat & nutricem: ex qua digesta provenisse quatuor elementa, ex quibus, igne nempe, aere, terra & aqua, constitit mundus, unde omnia ut vocantur coagula, cum animantia, tum plantæ, sint constructa. Exemplar vero Dei cogitationem esse, quam & ideam appellat, cui velut arenato inhærens Deus in anima affabre tanquam architectus efformavit omnia. Deum esse sine corpore, forma carere, a sapientibus tantum viris comprehendi posse. Materiam potestate quidem esse corpus, sed efficacia nusquam: nam informem plane per se, & nullis vestitam qualitatibus, evadere corpus, postquam formas & qualitates adsciverit. Materiam igitur esse principio, eamque æquævam Deo, & sine creatione mundum. Ex se quippe constare illum censet. Consequens autem esse prorsus, ut idem, quod ortum non habet, etiam interitu careat. Quatenus autem & corpus & ex multis qualitatibus & formis compositum fingitur, eatenus & generari & corruptioni esse obnoxium. Verum aliqui de Platonicis, hujusmodi usi exemplo, utrumque confuderunt. Velut plaustrum conservare integritatem potest assiduo, particulatim refectum & instauratum, licet partes identidem pereant, ipsum tamen integrum semper manet: ad eundem modum quoque mundus si spectetur ratione partium, manet, ac corrumpitur, illis quæ auferuntur instauratis & compensatis perseverat æternus. Deum alii unum, si-

---

6. Nescio unde hæc noverit Nicol. Lloydius optimus, & dum vixit, mihi amicissimus vir; certe novisse apparet ex verbis, quæ posuit in Dictionario: (Ecphantus Syracusanus, philosophiam professus, qui Deum mentem & animum esse existimavit, ut Origenes scribit.)

7. Sic quidem in apographo exstat. Sed non dubito legendum *κατανικῆσαι*, vel *κατακινῆσαι*.

8. Sunt ipsa Origenis verba in lib. III. contra Celsum p. 136. huc alludentis. *Ἐπιστησάτω τοῖς ὑπὸ Ἑλλήνων λεγομένοις περὶ τῆς τῷ ἰδίῳ λόγῳ ἀποίου ὕλης ποιότητας ἀμφιεννυμένης, ὁποίας ὁ δημιουργὸς βούλεται αὐτῇ περιτιθέναι.* Et l. IV. p. 202. *Ὕλη γὰρ ἡ αὐτὴ πᾶσι τοῖς σώμασιν ὑποκειμένη τῷ ἰδίῳ λόγῳ ἄποιος καὶ ἀσχημάτιστος.*

λέγει ἐν τοῖς νόμοις· ὁ μὲν δὲ Θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ἁπάντων ἔχων. Οὕτως ἕνα αὐτὸν τὸν διὰ πάντων κεχωρηκότα ἀποφαίνεται. Οἱ δὲ καὶ πολλοὺς ἀορίστως, ὅταν λέγῃ, Θεὸς θεῶν ἐγὼ δημιουργός τε καὶ πατήρ· οἱ δὲ καὶ ὡρισμένους, ὅταν λέγῃ· ὁ μὲν δὴ μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς τενὸν ἅρμα 9 ἐλαύνων· καὶ ὅταν γενεαλογῇ τοὺς Οὐρανοῦ παῖδας καὶ Γῆς· οἱ δὲ συστήσασθαι μὲν αὐτὸν θεοὺς γεννητοὺς καὶ διὰ μὲν τὸ γεγεννῆσθαι πάντως αὐτοὺς φθαρῆναι ἀνάγκην ἔχειν· διὰ δὲ τὴν βούλησιν τοῦ Θεοῦ ἀθανάτους εἶναι, ἐν ᾧ προσθεὶς λέγει· Θεὸς θεῶν ὧν ἐγὼ δημιουργός τε καὶ πατήρ, ἄλυτα ἐμοῦ γε θέλοντος. Ὡς αὖ εἰ λυθῆναι αὐτὰ θέλει ῥᾳδίως λυθησόμενα. Δαιμόνων δὲ φύσεις ἀποδέχεται, καὶ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς εἶναι φησὶν αὐτῶν, τοὺς δὲ φαύλους· καὶ τὴν ψυχὴν οἱ μὲν φασὶν αὐτὸν ἀγέννητον λέγειν καὶ ἄφθαρτον· ὅταν λέγῃ, ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος· τὸ γὰρ ἀεικίνητον ἀθάνατον. Καὶ ὅταν αὐτοκίνητον αὐτὴν ἀποδεικνύῃ καὶ ἀρχὴν κινήσεως. ὁ δὲ γεννητὴν μὲν, ἄφθαρτον δὲ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βούλησιν· Οἱ δὲ σύνθετον καὶ γεννητὴν καὶ φθαρτήν. Καὶ γὰρ κρατῆρα αὐτῆς ὑποτίθεται, καὶ σῶμα αὐτὴν ἔχειν αὐγοειδές· τὸ δὲ γενόμενον πᾶν ἀνάγκην ἔχειν φθαρῆναι· οἱ δὲ ἀθάνατον αὐτὴν εἶναι λέγοντες μάλιστα ἐκεῖνοι ἰσχυρίζονται, ὅσοι καὶ κρίσεις φασὶν εἶναι μετὰ τελευτὴν, καὶ ἐν ᾅδου δικαστήρια, καὶ τὰς μὲν ἀγαθὰς ἀγαθοῦ μισθοῦ τυγχάνειν, τὰς δὲ πονηρὰς ἀκολούθων δικῶν τινὲς μὲν οὖν φασὶν καὶ μετενσωμάτωσιν 10 αὐτὸν ὁμολογεῖν, καὶ μεταβαίνειν τὰς ψυχὰς, ὡρισμένας οὔσας, ἄλλας εἰς ἄλλα σώματα κατ' ἀξίαν ἑκάστῃ, καὶ κατά τινας περιόδους ὡρισμένας ἀναπέμπεσθαι ἐς τοῦτον τὸν κόσμον πάλιν πεῖραν παρεξομένας τῆς ἑαυτῶν προαιρέσεως. Οἱ δὲ οὔ, ἀλλὰ τόπον λαγχάνειν κατ' ἀξίαν ἑκάστῃ, καὶ χρῶνται μαρτυρίῳ, ὅτι φασὶ μετὰ Διός τινας εἶναι, ἄλλους δὲ μετὰ ἄλλων θεῶν συμπεριπολοῦντας τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, τοὺς δὲ ἐν κολάσεσιν ὑπάρχειν αἰωνίαις, ὅσοι πονηρὰ καὶ ἄδικα παρὰ τοῦτον τὸν βίον εἰσὶν ἐξειργασμένοι. Φασὶ δὲ αὐτὸν τὰ μὲν ἄμεσα λέγει, τὰ δὲ ἔμμεσα, τὰ δὲ μέσα τῶν πραγμάτων· ἐγρήγορσιν μὲν καὶ ὕπνον ἄμεσα καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἔμμεσα δὲ, οἷον ἀγαθὰ καὶ κακά· καὶ μέσα, οἷον τοῦ λευκοῦ καὶ μέλανος τὸ φαιὸν, ἤ τι ἄλλο χρῶμα· ἀγαθὰ δὲ μόνα κυρίως λέγειν φασὶν αὐτὸν τὰ περὶ ψυχήν· τὰ δὲ περὶ σῶμα καὶ τὰ ἐκτὸς, οὐκ ἔτι κυρίως ἀγαθὰ, ἀλλὰ λεγόμενα ἀγαθά· πολλαχοῦ δὲ καὶ μέσα ὠνομακέναι αὐτά· εἶναι γὰρ αὐτοῖς καὶ καλῶς καὶ κακῶς χρῆσθαι. Τὰς μὲν οὖν ἀρετὰς κατὰ τιμὴν ἀκρότητας εἶναι φασὶν, κατὰ δὲ οὐσίαν μεσότητας· τιμιώτερον μὲν γὰρ οὐδὲν ἀρετῆς· τὸ δὲ ὑπερβάλλον αὐτῶν ἢ ἐνδέον εἰς κακίαν τελευτᾷν, οἷον τέσσαρας φασὶν εἶναι ἀρετάς, φρόνησιν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν· τούτων ἑκάστῃ παρακολουθεῖν δύο κακίας καθ' ὑπερβολὴν καὶ μείωσιν, οἷον τῇ μὲν φρονήσει ἀφροσύνην κατὰ μείωσιν, πανουργίαν δὲ καθ' ὑπερβολήν· τῇ δὲ σωφροσύνῃ ἀκολασίαν κατὰ μείωσιν, σκαιότητα καθ' ὑπερβολήν· τῇ δὲ δικαιοσύνῃ μειονεξίαν κατὰ μείωσιν, πλεονεξίαν καθ' ὑπερβολήν· τῇ δὲ ἀνδρείᾳ δειλίαν κατὰ μείωσιν, θράσος καθ' ὑπερβολήν. Ταύτας δὲ ἐγγενομένας τὰς ἀρετὰς ἀνθρώπῳ ἀπεργάζεσθαι αὐτὸν τέλειον, καὶ παρέχειν αὐτῷ εὐδαιμονίαν· τὴν δὲ εὐδαιμονίαν εἶναι φησὶν ὁμοίωσιν θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν· τὴν δὲ ὁμοίωσιν τῷ θεῷ, ὅταν τις ὅσιός τε καὶ δίκαιος γένηται μετὰ φρονήσεως· τέλος γὰρ τοῦτο τῆς ἄκρας σοφίας καὶ ἀρετῆς ὑποτίθεται· λέγει καὶ ἀντακο-

ne ortu, fine interitu, ftatuiffe eum ajunt. Sic enim in legibus: *Deus vero, ut etiam dixere veteres, omnium poffidens rerum & principium & finem & media*. Ea ratione unum, permeantem omnia declarat. Alii etiam multos indefinite, quum ait: *Deus Deorum ego opifexque & pater*. Alii vero etiam definitos, quando dicit: *Ille igitur magnus in cælo Jupiter volucris curfus agitator*. Et quum recenfet fubolem natorum e Cælo ac Terra. Alii genitos eum ftatuiffe quidem Deos, & eo quod geniti effent, prorfum neceffe effe, ut intereant, fed Dei voluntate manere immortales, idque in iis verbis, quæ apponit: *Deus Deorum, quorum ego opifexque & pater, indiffolubilia me volente*. Tanquam fi velit ea diffolvi, parvo diffolvenda negotio. Dæmonum vero naturas admittit; horumque vult alios effe bonos, malos alios. Et animam expertem nafcendi & interitus alii eum fenfiffe ajunt; quum dicat: *anima omnis immortalis. Siquidem quod femper mobile, id immortale*. Cumque mobilem per fe, motufque principium demonftrat. At alii, genitam quidem, fed divina voluntate liberam a corruptione. Alii vero compofitam & generatam, & corruptionis legi fubjectam: nam fupponit ejus cratera & corpus eam habere fplendidum; quicquid autem genitum, interire neceffario. Qui vero volunt eam effe immortalem, id ipfum confirmant fummopere, quotquot etiam ftatuunt effe judicia poft mortem, & tribunalia apud inferos, & bonas quidem bonam adipifci mercedem, improbas vero convenientia meritis judicia. Sunt nihilominus qui tradunt eum quoque confenfiffe in migrationem animarum per corpora; certas enim definitafque alias in alia corpora pro cujufque meritis transgredi, & poft conftitutos fixofque circuitus remitti in hunc mundum daturas iterum vitæ, quam elegerunt, fpecimina. Alii non ita, fed dignum anteactis fortiri fingulas locum, utunturque teftimonio, quod e bonis viris quofdam dicat cum Jove verfari, quofdam vero cum aliis diis circumvolventes, alios autem æternis affici pœnis, quicunque mala & injufta in hac vita perpetraverint. His addunt illum alia quidem facere carentia medio, quædam medium habentia, quædam denique media rerum. Vigiliam quidem & fomnum, ac quotquot fimilia fine medio; cum medio, qualia bona & mala: media, prout albi & nigri fufcum, aut alius qui color. Bona vero fola proprie dicunt habere eum, quæ referuntur ad animam: quæ ad corpus & externa, non amplius bona proprie, fed bonorum appellatione vulgari. Ea multis vero etiam locis nuncupaviffe media: licere enim & recte, & perperam iis uti. Virtutes quidem igitur verfus honorem effe fummitates, fed pro natura, medietates: quoniam virtute nihil pretiofius. Quod vero earum excedit aut deficit, definere in vitium. Qua ratione dicunt virtutes effe quatuor, prudentiam, temperantiam, juftitiam, fortitudinem. His fingulis cum exceffu, tum defectu duo adhærefcere vitia; Prudentiæ quidem, fi refpicias defectum, imprudentiam; aftutiam vero, fi exceffum: Temperantiæ in defectu incontinentiam, in exceffu defraudationem genii: Juftitiæ vero, qua deficit parte, inferiorem adeffe conditionem; qua vero tranfilit fines, injuriofam lautioris fortunæ aviditatem: Fortitudini deficiendo arrepere ignaviam, audaciam excedendo. Has autem virtutes, quoties adfunt, perfectum penitus abfolvere hominem, & plenam largiri beatitudinem. Beatitudinem vero effe dicit fimilitudinem Dei, quantum poteft. Similitudinem Dei exprimere, quifquis fanctus & juftus fuerit cum prudentia. Hæc enim meta ac finis fummæ fapientiæ virtutifque fupponitur. Sed & virtutes ait viciffim fefe fequi individuas, &

---

9. Non aliter exftat in apographo. Intellexi tamen, quafi legeretur πτηρὸν ἅρμα, quod etiam allegat Macrobius lib. I. *Saturnal.* cap. 23.

10. Hinc iterum Origenes *adverfus Celfum* l. IV. pag. 171. Οὐκ ἂν οὔπω διέσυρε τὸ ἀθάνατον εἰς θνητὸν ἐρχόμενον σῶμα, οὐ κατὰ τὴν Πλάτωνος μετενσωμάτωσιν, ἀλλὰ κατ' ἄλλην τινὰ ὑψηλοτέραν θεωρίαν.

λυθεῖν τὰς ἀρετὰς ἀλλήλαις καὶ μονοειδεῖς εἶναι, καὶ μηδέποτε ἐναντιοῦσθαι ἀλλήλαις· τὰς δὲ κακίας πολυτρόπους τε εἶναι, καὶ ποτὲ μὲν ἀντακολουθεῖν, ποτὲ δὲ ἐναντιοῦσθαι ἀλλήλαις. Εἱμαρμένην φασὶν εἶναι, οὐ μὴν πάντα κατ' εἱμαρμένην γίνεσθαι, ἀλλ' εἶναί τι καὶ ἐφ' ἡμῖν· ἐν οἷς φησίν· αἰτία ἑλομένου, Θεὸς ἀναίτιος, καὶ θεσμὸς τοῦ Ἀδραστείας· οἱ δὲ οὕτω τὸ κατ' εἱμαρμένην· οἱ δὲ καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν· ἀκούσια δὲ φησὶν εἶναι τὰ ἁμαρτήματα· εἰς γὰρ τὸ κάλλιστον τῶν ἐν ἡμῖν, ὅπερ ἐστὶν ἡ ψυχή, οὐκ ἄν τινα τὸ κακὸν παραδέξασθαι, τουτέστι τὴν ἀδικίαν· κατ' ἄγνοιαν δὲ καὶ σφάλμα τοῦ ἀγαθοῦ οἰομένους καλόν τι ποιεῖν ἐπὶ τὸ κακὸν ἔρχεσθαι· καὶ λέξις τούτου ἐμφανεστάτη ἐστὶν ἐν τῇ πολιτείᾳ, ἐν ᾗ φησίν. πάλιν δὲ αὐτῷ ἅμα τε λέγειν ὡς αἰσχρὸν καὶ θεομισὲς ἡ κακία· πῶς οὖν δή τις τὸ τοιοῦτον κακὸν αἱροῖτ' ἂν ἢ τῶν ὅσα δή φατε τῶν ἡδονῶν; οὐκοῦν καὶ τοῦτο ἀκούσιον, εἴπερ τὸ νικᾶν ἑκούσιον· ὥστε ἐκ παντὸς λόγου τό γε ἀδικεῖν ἀκούσιον λόγος αἱρεῖ. Ἀντιτίθεται δὲ τὶς αὐτῷ πρὸς τοῦτο· διά τι οὖν κολάζονται, εἰ ἀκουσίως ἁμαρτάνουσιν; ὁ δὲ λέγει, ἵνα τε αὐτὸς ὅτι τάχιστα ἀπαλλαγῇ κακίας, καὶ κόλασιν ὑπάρχῃ· τὸ γὰρ κόλασιν ὑπέχειν οὐ κακὸν εἶναι, ἀλλὰ ἀγαθόν, εἴπερ μέλλει κάθαρσις τῶν κακῶν γίνεσθαι· καὶ ἵνα μηδὲ ἁμαρτάνωσιν οἱ λοιποὶ ἀκούοντες ἄνθρωποι, ἀλλὰ φυλάσσωνται τὴν τοιαύτην πλάνην. Κακοῦ δὲ φύσιν, οὔτε ὑπὸ Θεοῦ γενέσθαι, οὔτε κατ' αὐτὴν ὑπόστασιν ἔχειν, ἀλλὰ κατ' ἐναντίωσιν καὶ παρακολούθωσιν τοῦ ἀγαθοῦ γενέσθαι, ἢ καθ' ὑπερβολὴν ἢ κατὰ μείωσιν, ὡς περὶ τῶν ἀρετῶν [11] προείπομεν. ὁ μὲν οὖν Πλάτων καθὼς προείπομεν συναγαγὼν τὰ τρία μέρη τῆς κατὰ πάντα φιλοσοφίας οὕτως ἐφιλοσόφησεν.

ejusdem esse formæ; & nunquam fieri ut altera alteri adversetur. Pravitates autem esse & varii generis, & interdum quidem alteram sequi alteram, interdum vero sibi invicem adversari. Fatum agnoscit; Non tamen omnia fato fieri, sed esse etiam aliquid in nostra potestate. Sic enim inquit: *Culpa est ejus, qui deprehensus est; Deus inculpabilis, & lex Adrastiæ.* Alii autem sic explicant sententiam de fato, alii rursus & id quod est in potestate nostra. Peccata committi docet ab invitis: nam malum, hoc est, injuriam in illud quod in nobis est præstantissimum, nimirum animam, admissurum esse neminem. Verum ignorantia & errore boni, dum facere aliquid bonum putant, in malum præcipitari. Et sententia hujus evidentissima est in politia, in qua dicit. *Rursus autem illi simul & dicere velut turpe & abominandum malitia: quomodo igitur ejusmodi malum, aut earum quampiam de fæce, quas nominatis voluptates, aliquis amplectatur? fiet id igitur etiam ab invito, siquidem vincere sit voluntarium: ita ut omni modo injuriam ab invitis fieri, ipsa dicat ratio.* Objicit autem hæc dicenti non nemo: Cur igitur puniuntur, si peccant inviti? At inquit ille, ut ipse quam ocissime liberetur a malitia, castigeturque. Nam luere supplicium, siquidem expurganda erunt mala, non malum esse, sed bonum: & ne porro ejusdem delicti contagio alii qui audiunt homines polluantur, sed a tali potius errore caveant. Mali vero naturam neque procedere a Deo, neque per se voluit subsistere, sed per boni repugnantiam, & consequentiam, sive cum excessu, sive cum defectu; sicuti præmisimus de virtutibus. Itaque Plato, velut ante meminimus, tribus universæ Philosophiæ partibus conjunctis, hanc philosophandi viam tenuit.

ΠΕΡΙ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

Ἀριστοτέλης τούτου γενόμενος ἀκροατὴς εἰς τέχνην τὴν φιλοσοφίαν ἤγαγεν, καὶ λογικώτερος ἐγένετο. τὰ μὲν στοιχεῖα τῶν πάντων ὑποθέμενος οὐσίαν καὶ συμβεβηκός· τὴν μὲν οὐσίαν μίαν τοῖς πᾶσιν ὑποκειμένην· τὰ δὲ συμβεβηκότα ἐννέα· ποσόν, ποιόν, πρός τι, ποῦ, πότε, ἔχειν, κεῖσθαι, ποιεῖν, πάσχειν. Τὴν μὲν οὖν οὐσίαν τοιαύτην εἶναι οἷον Θεόν, ἄνθρωπον, καὶ ἕκαστον τῶν τῷ ὁμοίῳ λόγῳ ὑποπεσεῖν δυναμένων. Περὶ δὲ τὰ συμβεβηκότα θεωρεῖται τὸ μὲν ποιόν, οἷον, λευκόν, μέλαν· τὸ δὲ ποσόν, οἷον δίπηχυ, τρίπηχυ· τὸ δὲ πρός τι, οἷον πατήρ, υἱός· τὸ δὲ ποῦ, οἷον Ἀθήνησι, Μεγάροισι· τὸ δὲ πότε, οἷον ἐπὶ τῆς δεκάτης Ὀλυμπιάδος· τὸ δὲ ἔχειν, οἷον κεκτῆσθαι· τὸ δὲ ποιεῖν, οἷον γράφειν καὶ ὅλως ἐνεργεῖν τι· τὸ δὲ κεῖσθαι, οἷον κατακεῖσθαι· τὸ δὲ πάσχειν, οἷον τύπτεσθαι. Ὑποτίθεται καὶ αὐτὸς τὰ μὲν μεσότητα ἔχειν, τὰ δὲ ἄμεσα εἶναι, ὡς εἴπομεν καὶ περὶ τοῦ Πλάτωνος. Καὶ σχεδὸν τὰ πλεῖστα τῷ Πλάτωνι σύμφωνός ἐστι πλὴν τοῦ περὶ ψυχὴν δόγματος. Ὁ μὲν γὰρ Πλάτων ἀθάνατον, ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐπιδιαμένειν [12] καὶ μετὰ ταῦτα, καὶ ταύτην ἐναφανίζεσθαι τῷ πέμπτῳ σώματι, ὃ ὑποτίθεται εἶναι μετὰ τῶν ἄλλων τεσσάρων [13] τοῦ τε πυρὸς καὶ τῆς γῆς καὶ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ ἀέρος λεπτότερον οἷον

DE ARISTOTELE.

Hujus auditor Aristoteles, redacta in artem Philosophia, præcipuam ratiocinationi operam impendit; elementa quidem omnium supponens substantiam & accidens: substantiam quidem unam subjectam omnibus; sed accidentia novem; quantum, quale, ad quid, ubi, quando, habere, positum esse, facere & pati. Substantiam quidem igitur talem esse, quale Deum, hominem, & unumquodque eorum, quæ eandem cadere possunt sub rationem. Circa accidentia vero consideratur quale, velut album, nigrum; Quantum, uti bicubitale, tricubitale; Relatum vero, sicuti pater, filius; Ubi, quemadmodum Athenis, Megaris; Quando, sicut Olympiade decima; Habere, veluti possedisse; Agere, sicuti scribere, & plane quid efficere; Positum esse, ut decumbere; Pati denique, velut verberari. Ipse quoque medietatem quibusdam quidem attribuit, quædam sine medio esse ait, quod etiam de Platone diximus. Et fere plurima Platoni congruus est, si demas sententiam circa animam. Putat enim Plato immortalem: sed Aristoteles remanere quidem etiam post hæc superstitem, & tamen illam quinto deinde corpori immori, cui supponit cum cæteris quatuor, igne, terra, aqua & aere adesse aliquid subtilius tanquam spiritum. Plato quidem igitur sola tradit illa

---

11. Ita correximus, ut videtur, necessario, quum scriptum esset ἀρρητῶν.

12. Hoc verbum prorsus est Origenis, unde lib. III. p. 123. *contra Celsum* Ἀλλ' ὥσπερ οἴονταί τινες περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων ψυχῆς, ὡς παραχρῆμα διαφθειρομένης, διεφθάρη καὶ τούτων ἡ ψυχή· ἢ κατὰ τὴν δόξαν τῶν λεγόντων ἐπιδιαμένειν ἢ ἀθάνατον αὐτὴν εἶναι, ἐπιδιαμένουσιν οὗτοι, ἢ ἀθάνατοί εἰσι. Et p. 159. Ὁμολογῶν Ἐπιχάρειος εἶναι πρὸς τὰ παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις οὐκ ἀκαταφρονήτως λεγόμενα περὶ τῆς ἀθανασίας τῆς ψυχῆς ἢ τῆς ἐπιδιαμονῆς αὐτῆς. Et libro IV. pag. 181. Ὡς αἱ ψυχαὶ ἤτοι ἀγέννητοι οὖσαι, καὶ μὴ ὑπὸ Θεοῦ κτισθεῖσαι, διακοσμοῦνται ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἀμείβουσι σώματα, ἢ συμπαρεῖσαι τοῖς σώμασιν ἐπιδιαμένουσιν, ἢ οὐκ ἐπιδιαμένουσιν.

13. Merum certe Origenianum, unde hæc legimus verba Origenis lib. IV. *contra Celsum* pag. 202. Προσφιλέξεται δὲ Ἀριστοτέλει καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ Περιπάτου, ἄϋλον φάσκουσιν εἶναι τὸν αἰθέρα, καὶ πέμπτης παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα αὐτὸν εἶναι φύσεως.

πνεῦμα. Ὁ μὲν οὖν Πλάτων μόνα ἀγαθὰ ὄντως τὰ περὶ ψυχὴν εἶναί φησιν, καὶ ἀρκεῖν πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τριγένειαν τῶν ἀγαθῶν εἰσάγει, καὶ λέγει μὴ εἶναι τέλειον τὸν σοφὸν, ἐὰν μὴ παρῇ αὐτῷ καὶ τὰ τοῦ σώματος ἀγαθὰ, καὶ τὰ ἐκτὸς, ὅ ἐστι κάλλος, ἰσχὺς, εὐαισθησία, ἀρτιότης· τὰ δὲ ἐκτὸς πλοῦτος, εὐγένεια, δόξα, δύναμις ἐῤῥωμένη φίλων. Τὰ δὲ ἐντὸς περὶ ψυχὴν, καθὼς καὶ Πλάτωνι ἔδοξε, φρόνησιν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν. Τὰ δὲ κακά φησι καὶ οὗτος κατ' ἐναντίωσιν τῶν ἀγαθῶν γενέσθαι καὶ εἶναι ὑπὸ τὸν περὶ σελήνην τόπον, ὑπὲρ δὲ σελήνην μηκέτι· τὴν δὲ ψυχὴν τοῦ μὲν ὅλου τοῦ κόσμου ἀθάνατον εἶναι καὶ αὐτὸν τὸν κόσμον ἀΐδιον· τὴν δὲ καθ' ἕκαστον, ὡς προείπομεν, ἀφανίζεσθαι. Οὗτος μὲν οὖν ἐν τῷ Λυκείῳ ποιούμενος τὰς διατριβὰς ἐφιλοσόφει. ὁ δὲ Ζήνων ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ· ἐκτήσαντο δὲ οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ Ζήνωνος ἀπὸ τοῦ τόπου τὸ ὄνομα, τουτέστι ἀπὸ τῆς στοᾶς Στωϊκοὶ κληθέντες. οἱ δ' ἀπὸ τοῦ Ἀριστοτέλης ἀπὸ τοῦ ἔργου· ἐπειδὴ γὰρ περιπατοῦντες ἐν τῷ Λυκείῳ ἐζήτουν, διὰ τοῦτο Περιπατητικοὶ ἐκλήθησαν. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ ὁ Ἀριστοτέλης.

A vere bona, quæ referuntur ad animam, & opinatur ea sufficere ad beatitudinem. At vero Aristoteles triplex bonorum inducit genus; nec nisi corporis simul ornatum bonis, & externis, quorum illa sunt pulchritudo, robur, sensuum vigor, integritas; externa autem, nimirum divitiæ, nobilitas, fama, potentia efficax amicorum, absolutum ait esse sapientem. Interna vero circa animam eadem appellat Platoni, prudentiam, temperantiam, justitiam, fortitudinem. Mala exsistere etiam dicit per contrarietatem bonorum, & esse infra locum lunæ; supra vero lunam nullo modo. Statuit immortalem quidem totius esse mundi animam, & æternum ipsum mundum; eam vero quæ inest singulis, ut ante diximus, evanescere. Hic igitur in Lyceo scholas
B habens, philosophabatur cum suis, sed Zeno in pœcile porticu. Qui stabant a Zenone, a loco h. e. ab stoa sive porticu acquisiverunt nomen Stoici nominati: sed qui ab Aristotele, ipso ab opere. Nam quod ambulando quæstiones excuterent in Lyceo, idcirco Peripatetici vocati fuerunt. Et hæc quidem igitur Aristoteles.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΤΩΙΚΩΝ.

Στωϊκοὶ καὶ αὐτοὶ μὲν ἐπὶ τὸ συλλογιστικώτερον τὴν [14] φιλοσοφίαν ηὔξησαν, καὶ σχεδὸν ὅροις περιέλαβον ὁμόδοξοι γινόμενοι ὅτε Χρύσιππος καὶ Ζήνων· οἳ ὑπέθεντο καὶ αὐτοὶ ἀρχὴν μὲν Θεὸν τῶν πάντων, σῶμα ὄντα [15] τὸ καθαρώτατον, διὰ πάντων δὲ διήκειν τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ, καὶ αὐτοὶ δὲ τὸ κατ' εἱμαρμένην εἶναι πάντη διεβεβαιώσαντο, παραδείγματι χρησάμενοι τοιούτῳ· ὅτι ὥσπερ ὀχήματος ἐὰν ᾖ ἐξηρτημένος κύων, ἐὰν μὲν βούληται ἕπεσθαι, καὶ ἕλκεται, καὶ ἕπεται ποιῶν καὶ τὸ αὐτεξούσιον μετὰ τῆς ἀνάγκης οἷον τῆς εἱμαρμένης. ἐὰν δὲ μὴ βούληται ἕπεσθαι, πάντως ἀναγκασθήσεται. Τὸ αὐτὸ δήπου καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. Καὶ μὴ βουλόμενοι γὰρ ἀκολουθεῖν ἀναγκασθήσονται πάντως εἰς τὸ πεπρωμένον εἰσελθεῖν. Τὴν δὲ ψυχὴν λέγουσι μὲν ἀθάνατον, εἶναι δὲ σῶμα καὶ γενέσθαι ψυχήν· ὁμολογοῦσι δὲ καὶ μετενσωμάτωσιν γίνεσθαι ὡρισμένων οὐσῶν τῶν ψυχῶν. Προσδέχονται δὲ ἐκπύρωσιν ἔσεσθαι καὶ κάθαρσιν τοῦ κόσμου τούτου, οἱ μὲν παντὸς, οἱ δὲ μέρους. Καὶ κατὰ μέρος δὲ αὐτὸν καθαίρεσθαι λέγουσιν· καὶ σχεδὸν τὴν φθορὰν καὶ τὴν ἑτέρου ἐξ αὐτῆς γένεσιν καθάρσιον ὀνομάζουσιν. Σώματα δὲ πάντα ὑπέθεντο, καὶ σῶμα διὰ σώματος μὴ χωρεῖν, ἀλλὰ ἀνάστασιν εἶναι καὶ πεπληρῶσθαι πάντα, καὶ μηδὲν εἶναι κενόν. Ταῦτα καὶ οἱ Στωϊκοί.

DE STOICIS.

C Ipsi quoque Stoici syllogisticæ artis expolitione philosophiam locupletarunt; eamque fere definitionibus inclusere ejusdem fautores sententiæ Chrysippus & Zeno. Supposuerunt & ipsi principium quidem omnium Deum, eumque corpus purissimum, per omnia vero manare ejus providentiam. Sed & ipsi quæcunque accidunt, fieri fato summis demonstraverunt viribus, usi hoc exemplo. Alligetur vehiculo canis; siquidem voluerit sequi, tum simul & trahitur & sequitur, per necessitatem quasi fatum exsequens etiam id quod liberum est; si vero sequi noluerit, prorsus a necessitate cogetur. Eadem prorsus hominum conditio. Cogentur enim
D necessario vel inviti in illud descendere, quod fatali constitutum lege. Immortalem quidem sentiunt animam, sed esse corpus, & gigni ex refrigeratione ambientis aeris, nec alia nominari de caussa ψυχήν. Fatentur etiam e suo corpore illam discedere in aliud, certum statuentes animarum numerum. Futuram quoque combustionem & expurgationem hujus mundi, sive totius, ut quidam, sive, ut alii, partis admittunt. Sed & eum expurgari volunt per partes; & fere interitum, & alterius ex eo generationem appellant purgationem. Nihil præter corpora dari opinantur, corporisque per corpus negant penetrationem: sed resurrectionem esse, & omnia repleta, nihilque vacuum. Hæc quoque Stoici.

E

ΠΕΡΙ ΕΠΙΚΟΥΡΟΥ.

Ἐπίκουρος δὲ σχεδὸν ἐναντίαν πᾶσι δόξαν ἔθετο. Ἀρχὰς μὲν τῶν ὅλων ὑπέθετο ἀτόμους καὶ κενόν. Κενὸν μὲν οἷον τόπον τῶν ἐσομένων, ἀτόμους δὲ τὴν ὕλην, ἐξ ἧς τὰ πάντα· ἐκ δὲ τῶν ἀτόμων συνελθόντων γενέσθαι καὶ τὸν Θεὸν [16] καὶ τὰ στοιχεῖα πάντα, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα, καὶ ζῶα καὶ ἄλ-

DE EPICURO.

Epicuro contraria pæne omnium opinionibus sententia placuit. Rebus universis dedit principia atomos & vacuum: vacuum quidem, ut futurorum locum; Atomos vero materiam, unde omnia veniant. Ex congressis atomis existere etiam Deum & omnia elementa, tum ipsa quæ in eis

---

14. Ita plane & egregie liber Mediceus. Sed Menagius ad Zenonem Diogenis Laertii hæc eadem citans edit ἀπὸ συλλογιστικώτερον, nec tantum in Londinensi editione, sed & in nupera sic ediderunt accurati illi, qui profecto cum Menagio ipso perinde hoc potuerunt intelligere aut tueri.

15. Nonne prorsus hoc Origenianum? unde etiam *contra Celsum* lib. III. p. 156. Ἀλλὰ καὶ ἄλλως δεδόσθω ἡμᾶς ἀποτρέπειν ἀπὸ ἰατρῶν Στωϊκῶν, Θεὸν φθαρτὸν εἰσαγόντων, καὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ λεγόντων σῶμα τρεπτὸν δι' ὅλων καὶ ἀλλοιωτὸν καὶ μεταβλητὸν, &c. Et rursus IV. 169. Ἀλλὰ καὶ ὁ Στωϊκῶν θεὸς, ἅτε σῶμα τυγχάνων, ὅτε μὲν ἡγεμονικὸν ἔχει τὴν ὅλην οὐσίαν, ὅταν ἡ ἐκπύρωσις ᾖ· ὅτε δὲ ἐπὶ μέρους γίνεται αὐτῆς, ὅταν ᾖ διακόσμησις. Atque iterum pag. 208. Τῶν Στωϊκῶν οἱ πλείους οὐ μόνον τὴν τῶν θνητῶν περίοδον τοιαύτην εἶναί φασι, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἀθανάτων καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς θεῶν· μετὰ γὰρ τὴν τοῦ παντὸς ἐκπύρωσιν ἀπειράκις γενομένην, καὶ ἀπειράκις ἐσομένην, ἡ αὐτὴ τάξις ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους πάντων γέγονέ τε καὶ ἔσται.

16. Hoc plane purum putum Origenis, qui ita rursus colligit in loco jam supra citato de dogmate Stoicorum ex lib. IV. contra Celsum: Οἱ δὲ τοῦ Ἐπικούρου

λα· ὡς μηδὲν γίνεσθαι, μήτε συνεστάναι, εἰ μὴ ἐκ τῶν ἀτόμων εἴη. Τὰς δὲ ἀτόμους τὸ λεπτομερέστατον, καὶ μεθ' οὗ οὐκ ἂν γένοιτο κέντρον, οὐδὲ σημεῖον οὐδὲν, οὐδὲ διαίρεσις οὐδεμία, ἔφη εἶναι· διὸ καὶ ἀτόμους αὐτὰς ὠνόμασεν. Τὸν δὲ θεὸν ὁμολογῶν εἶναι ἀΐδιον καὶ ἄφθαρτον φησὶ μηδενὸς προνοεῖν, καὶ ὅλως πρόνοιαν μὴ εἶναι, μηδὲ εἱμαρμένην, ἀλλὰ πάντα κατὰ αὐτοματισμὸν γίνεσθαι· καθῆσθαι γὰρ τὸν θεὸν ἐν τοῖς μετακοσμίοις· οὕτω 17 καλουμένοις ὑπ' αὐτοῦ· ἔξω γάρ τι τοῦ κόσμου οἰκητήριον τοῦ θεοῦ ἔθετο εἶναι, λεγόμενον τὰ μετακόσμια, ἥδεσθαί τε καὶ ἡσυχάζειν ἐν τῇ ἀκροτάτῃ εὐφροσύνῃ· καὶ μήτε αὐτοὶ πράγματα ἔχειν μήτε ἄλλοις παρέχειν. Οἷς ἀκόλουθον καὶ τὸν περὶ τῶν σοφῶν ἀνδρῶν πεποίηται λόγον, λέγων τὸ τέλος τῆς σοφίας εἶναι ἡδονήν· ἄλλοι δὲ ἄλλως τὸ ὄνομα τῆς ἡδονῆς ἐξέλαβον· οἱ μὲν γὰρ κατὰ ἔθνη τὰς ἐπιθυμίας, οἱ δὲ τὴν ἐπὶ τῇ ἀρετῇ ἡδονήν. Τὰς δὲ ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων λύεσθαι ἅμα τοῖς σώμασι, ὥσπερ καὶ συγγεννᾶσθαι αὐτοῖς τίθεται· αἷμα γὰρ αὐτὰς εἶναι, οὗ ἐξελθόντος ἢ τραπέντος ἀπόλλυσθαι ὅλον τὸν ἄνθρωπον, ᾧ ἀκολουθεῖ μήτε κρίσεις εἶναι ἐν ᾅδου, μήτε δικαστήρια· ὧν ὅτι ἂν δράσῃ τις ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, καὶ διαλάθῃ, ἀνεύθυνον εἶναι παντελῶς. Οὕτως οὖν καὶ Ἐπίκουρος.

A omnia, vel animantia, vel alia: ita ut aut oriatur aut subsistat nihil, nisi conflatum sit ex atomis. Atomos porro dixit esse subtilissimum quid, & quo nec fieret punctum, nec signum omnino aliquod, neque ulla dissectio. Atque eam ob rationem eas appellavit atomos. Voluitque confessus licet æternum & ab intereundi remotum periculo, nihil tamen providere Deum; atque adeo prorsus nec esse providentiam nec fatum, sed omnia fieri spontaneo quodam arbitrio. Etenim desidere Deum in intermundiis, ut ipse vocat. Nam extra mundum quoddam Dei domicilium esse judicabat, quod metacosmia nuncupetur; oblectarique & quiescere otiose B & in extrema voluptate, & nullis ipsum affici negotiis, neque aliis ulla facessere. Contexit his congruam de viris illis sapientibus orationem, dicens sapientiæ finem voluptatem esse. Sed alii aliter voluptatis nomen exceperunt. Namque alii cupiditates, in quas populi singuli proclives sunt, intellexerunt: quidam voluptatem, quæ est in virtute. Hominum animas, sicut una generari cum corporibus, ita pariter solvi cum iisdem ratus est: quippe esse eas sanguinem. Hoc vel elapso, vel immutato totum interire hominem: qua sententia continetur apud inferos neque judiciis neque tribunalibus relinqui locum; quibus quodcunque etiam in hac aliquis commiserit vita, dummodo id sit ignotum, neutiquam obnoxius sit. Sic igitur etiam Epicurus.

C

ΠΕΡΙ ΑΚΑΔΗΜΑΙΚΩΝ.

Ἄλλη δὲ αἵρεσις φιλοσόφων ἐκλήθη Ἀκαδημαϊκή, διὰ τὸ ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ τὰς διατριβὰς αὐτοὺς ποιεῖσθαι, ὧν ἄρξας ὁ Πύρρων, ἀφ' οὗ Πυρρώνιοι ἐκλήθησαν φιλόσοφοι, τὴν ἀκαταληψίαν ἁπάντων πρῶτος εἰσήγαγεν, ὡς ἐπιχειρεῖν μὲν εἰς ἑκάτερα, μὴ μέντοι ἀποφαίνεσθαι μηδέν. Οὐδὲν γὰρ εἶναι οὔτε τῶν νοητῶν οὔτε τῶν αἰσθητῶν ἀληθές, ἀλλὰ δοκεῖν τοῖς ἀνθρώποις οὕτως ἔχειν. Ῥευστήν τε εἶναι τὴν οὐσίαν πᾶσαν, καὶ μεταβλητήν, καὶ μηδέποτε ἐν τῷ αὐτῷ μένειν. Οἱ μὲν οὖν τῶν Ἀκαδημαϊκῶν λέγουσι μὴ δεῖν τὴν ἀρχὴν περὶ μηδενὸς ἀποφαίνεσθαι, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπιχειρήσαντας ἐᾶν. Οἱ δὲ τὸ μᾶλλον προσέθεσαν, λέγοντες τὸ μᾶλλον τὸ πῦρ εἶναι ἢ ἄλλο τι· οὐ μέντοι ἀπεφήναντο αὐτὸ τί ἐστιν, ἀλλὰ τὸ τοιόνδε.

DE ACADEMICIS.

Cæterum alia Philosophorum secta appellata fuit Academica: nam in Academia diatribas habebant; quorum auctor & conditor Pyrrhon, unde Pyrrhonii philosophi fuerunt denominati, omnium introduxit primus acatalepsiam, ut vocavit, defectum comprehendendi; ut ita aggrederetur quidem disputare in utramque partem: verumtamen certi decerneret nihil. Nam neque sub intellectum cadentia, nec occurrentia sensibus veri continere quicquam, sed videri tantum hominibus ita esse. D Præterea fluidam esse materiam omnem, & mutabilem, & nunquam eodem manere loco. Sentiunt proinde quidam ex Academicis, de nulla prorsus re pronunciari oportere, sed simpliciter ubi tractaverimus, relinqui. Sed apposuerunt alii *potius*, dicentes, potius illud esse ignem quam aliud quid. Nec tamen quid esset decreverunt, sed tale quid.

ΠΕΡΙ ΒΡΑΧΜΑΝΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΝΔΟΙΣ.

Ἔστι δὲ καὶ παρὰ Ἰνδοῖς αἵρεσις φιλοσοφουμένων ἐν τοῖς Βραχμάναις, οἳ βίον μὲν αὐτάρκη προβάλλονται, ἐμψύχων δὲ καὶ τῶν διὰ πυρὸς βρωμάτων πάντων ἀπέχονται, ἀκροδρύοις ἀρκούμενοι, μηδὲ αὐτὰ ταῦτα τρυγῶντες, ἀλλὰ τὰ πίπτοντα εἰς τὴν γῆν βαστάζοντες ζῶσιν, ὕδωρ ποταμοῦ Ταγαβενὰ πίνοντες. Διαβιοῦσι δὲ γυμνοὶ τὸ σῶμα ἔνδυμα τῇ ψυχῇ ὑπὸ τοῦ θεοῦ γεγονέναι λέγοντες. Αὐτοὶ τὸν θεὸν φῶς εἶναι λέγουσιν, οὐχ ὁποῖόν τις ὁρᾷ, οὐδ' οἷον ἥλιος καὶ πῦρ, ἀλλὰ ἐστὶν αὐτοῖς ὁ θεὸς λόγος, οὐχ ὁ ἔναρθρος, ἀλλὰ ὁ τῆς γνώσεως, δι' οὗ τὰ κρυπτὰ τῆς γνώσεως μυστήρια ὁρᾶται σοφοῖς. Τοῦτο δὲ τὸ φῶς, ὅ φασι λόγον τὸν θεόν, αὐτοὺς μόνους εἰδέναι Βραχμᾶνας λέγουσι, διὰ τὸ ἀποῤῥίψαι μόνους τὴν κενοδοξίαν, ὅ ἐστι χιτὼν τῆς ψυχῆς ἔσχατος. Οὗτοι θανάτου καταφρονοῦσιν, ἀεὶ δὲ ἰδίᾳ φωνῇ θεὸν ὀνομάζουσι, καθὼς προείπομεν, ὕμνους τε ἀναπέμπουσι. Οὔτε δὲ γυναῖκες παρ' αὐτοῖς, οὔτε τεκνοῦσιν, οἱ δὲ τοῦ ὁμοίου αὐτοῖς βίου ὀρεχθέντες ἐκ τῆς ἀντιπέραν χώρας τοῦ ποταμοῦ διαπεράσαντες ἐκεῖσε ἐναπομένουσιν, ἀναστρέ-

DE BRACHMANIS IN INDIS.

Reperitur etiam apud Indos philosophicis studiosa secta in Brachmanis. Hi sufficiente quidem E utuntur victu, sed ab animatis & per ignem apparandis omnibus abstinent cibis, nihil desiderantes præter fruges; neque has ipsas avellentes ab arbore, sed in humum delapsas auferentes vitam sectantur, fluminis Tagabenas potantes aquam; vitam peragunt nudi, statuentes animæ pro indumento ab Deo concinnatum esse corpus. Hi Deum dicunt esse lumen, non quale quis adspicit, aut qualis sol vel ignis, sed est Deus illis sermo, non hic articulatus, sed ille cognitionis, cujus ope occulta notitiæ mysteria cernuntur a sapientibus. Hoc vero lumen, quod vocant sermonem Deum, ipsos solos novisse F Brachmanas dicunt: quippe qui soli opinionum vanitatem abjecerint, quæ est tunica postrema animæ. Hi contemnunt mortem. Nominant autem propria lingua Deum, ut in superioribus indicavimus; & illi hymnos submittunt. Neque vero fœminæ inter eos, neque liberos procreant. Qui vero vitæ idem illis affectant institutum, postquam ex adversa regione fluminis trajecere, in eadem sede commorantur, nun-

---

θεοί, σύνθετοι ἐξ ἀτόμων τυγχάνοντες, καὶ τὸ ὅσον ἐπὶ τῇ συστάσει ἀνάλυτοι, πραγματεύονται τὰς φθοροποιοὺς ἀτόμους ἀποσείεσθαι.

17. Vel scribes καλουμένοις, vel καλουμένου αὐτοῦ.

18. Ipse

φοντες μηκέτι· καὶ αὐτοὶ δὲ Βραχμᾶνες καλοῦνται· βίον δὲ οὐχ ὁμοίως διάγουσιν. εἰσὶ γὰρ καὶ γυναῖκες ἐν τῇ χώρᾳ, ἐξ ὧνπερ οἱ ἐκεῖ κατοικοῦντες γεννῶνται καὶ γεννῶσιν. Τοῦτον δὲ τὸν λόγον ὃν θεὸν ὀνομάζουσιν, σωματικὸν εἶναι, περικείμενόν τε σῶμα ἔξωθεν ἑαυτοῦ, καθάπερ εἴ τις τὸ ἐκ τῶν προβάτων ἔνδυμα φορεῖ. ἀπεκδυσάμενον δὲ τὸ σῶμα ὃ περίκειται ὀφθαλμοφανῶς φαίνεσθαι. πόλεμον δὲ εἶναι ἐν τῷ περικειμένῳ αὐτῶν σώματι οἱ Βραχμᾶνες λέγουσι, καὶ πλῆρες εἶναι πολέμων αὐτοῖς τὸ σῶμα νενομίκασιν· πρὸς ὃ ὡς πρὸς πολεμίους παρατεταγμένοι μάχονται, καθὼς προδεδηλώκαμεν. πάντας δὲ ἀνθρώπους λέγουσιν αἰχμαλώτους εἶναι τῶν ἰδίων, συγγενῶν, πολεμίων, γαστρὸς, καὶ αἰδοίων, λαιμοῦ, ὀργῆς, χαρᾶς, λύπης, ἐπιθυμίας καὶ τῶν ὁμοίων. μόνος δὲ πρὸς τὸν θεὸν χωρεῖ ὁ κατὰ τούτων ἐγείρας τρόπαιον. διὸ Δάνδαμιν μὲν, πρὸς ὃν Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν εἰσῆλθεν, ὡς νενικηκότα τὸν πόλεμον τὸν ἐν τῷ σώματι Βραχμᾶνες θεολογοῦσι· Καλάνου δὲ καταφέρονται ὡς ἀσεβῶς ἀποστατήσαντος τῆς κατ' αὐτοὺς φιλοσοφίας. Ἀποθέμενοι δὲ Βραχμᾶνες τὸ σῶμα ὥσπερ ἐξ ὕδατος ἰχθύες ἀνακύψαντες εἰς ἀέρα καθαρὸν ὁρῶσι τὸν ἥλιον.

quam revertentes. Et ipsi vero Brachmanes nominantur. Nec vitam tamen ad consimilem per omnia componunt normam: sunt enim & fæminæ in ista regione, ex quibus & qui habitant illic, proveniunt & procreant. Hunc vero sermonem, quem nuncupant Deum, esse corporeum, & vestitum extrinsecus corpore suo, eodem ajunt modo, quo quis gestat indumentum ex pellibus ovinis; sed exuto quo indutus est corpore, oculis fieri conspicuum. Cæterum corpori quo circumvelantur Brachmanes inesse bellum, bellisque plenum item esse sibi corpus existimant: idque, velut annotavimus superius, non aliter oppugnant, quam instructa in hostes acie. Omnes mortales a propriis consanguineis hostibus, ventre, pudendis, gula, ira, lætitia, dolore, cupiditate, similibusque captivos ajunt detineri. Soli autem patet ad Deum accessus, qui de his tropæum erexit. Idcirco Dandamin quidem congressu celebrem Alexandri Macedonis, ut profligato in corpore bello cælitum in concilio locant: sed in Calanum invadunt, quod desciverit impie ab philosophia sua. Exuto Brachmanes corpore instar piscium ex aqua prominentium in aerem purum contemplantur solem.

ΠΕΡΙ ΔΡΥΙΔΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΚΕΛΤΟΙΣ.

Δρυΐδαι οἱ ἐν Κελτοῖς τῇ Πυθαγορείῳ φιλοσοφίᾳ κατ' ἄκρον ἐγκύψαντες αἰτίου αὐτοῖς γενομένου ταύτης τῆς ἀσκήσεως Ζαμάλξιδος δούλου Πυθαγόρου, γένει Θρακίου. ὃς μετὰ τὴν Πυθαγόρου τελευτὴν ἐκεῖ χωρήσας αἴτιος τούτοις ταύτης τῆς φιλοσοφίας ἐγένετο. Τούτους Κελτοὶ ὡς προφήτας καὶ προγνωστικοὺς δοξάζουσι, διὰ τὸ ἐκ ψήφων καὶ ἀριθμῶν Πυθαγορικῇ τέχνῃ προαγορεύειν αὐτοῖς τινα, ἧς καὶ αὐτῆς τέχνης τὰς ἐφόδους οὐ σιωπήσομεν, ἐπεὶ καὶ ἐκ τούτων τινὲς αἱρέσεις παρεισάγειν ἐτόλμησαν. Χρῶνται δὲ Δρυΐδαι καὶ μαγίαις.

DE DRYIDIS IN GALLIA.

Dryidæ in Celtis, Pythagoricæ summopere Philosophiæ fuerunt innixi. Auctor hujus illis disciplinæ & meditationis Zamalxis, Pythagoræ extitit servus, genere Thracius. Is ab Pythagoræ decessu illuc delatus, ansam dedit hujus philosophici studii amplectendi. Habentur a Gallis, eo quod arte Pythagorica e calculis & numeris prædicerent ipsis quædam futura, prophetarum & præsciorum numero. Cujus etiam ipsius artis occasiones, quoniam nonnulli quoque ausi sunt sectas ex his erigere, silentio non præteribimus. Quin & magicis utuntur Dryidæ.

ΠΕΡΙ ΗΣΙΟΔΟΥ.

Ἡσίοδος δὲ ὁ ποιητὴς καὶ αὐτὸς περὶ φύσεως οὕτω λέγει ἀκηκοέναι παρὰ Μουσῶν. Διὸς δὲ εἶναι τὰς Μούσας θυγατέρας. Ἐννέα γὰρ νύκτας ὁμοῦ καὶ ἡμέρας δι' ὑπερβολὴν ἐπιθυμίας συνευνηθέντος τῇ Μνημοσύνῃ τοῦ Διὸς ἐννέα ταύτας τὴν Μνημοσύνην συλλαβεῖν ἐν μιᾷ γαστρὶ, ἐφ' ἑκάστης νυκτὸς ὑποδεξαμένης μίαν. καλέσας οὖν τὰς ἐννέα Μούσας ἀπὸ τῆς Πιερίας, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου, διδαχθῆναι παρεκάλει,

—— ὡς τὰ πρῶτα Θεοὶ καὶ Γαῖα γένοντο
Καὶ ποταμοὶ καὶ πόντος ἀπείριτος οἴδματι πόντου [1],
Ἄστρα τε λαμπετόωντα [2] καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,
Ὡς στέφανον λάσαντο [3] καὶ ὡς τιμὰς διέλοντο·
Ἠδὲ καὶ ὡς τὰ πρῶτα πολύπτυχον ἔσχον Ὄλυμπον.
—— Ταῦτα μοι Μοῦσαι φησὶν ἔσπετε
Ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἔπειτα ὅτι περ [4] πρῶτον γένετ' αὐτῶν·

DE HESIODO.

Cæterum ipse quoque poeta commemorat Hesiodus ita audivisse se de natura a Musis. Musas autem Jovis esse filias. Has enim numero novem. Quippe novem noctium simul totidemque dierum singulari incensi cupiditate Jovis & cum Mnemosyna concubitu, hanc illas novem numero concepisse uno fœtu, qualibet nocte unam excipiendo. Convocatas igitur e Pieria, hoc est, ab Olympo has, ut se edocerent, novem orabat Musas,

—— quemadmodum primum Dii & Terra exstiterint
Ac fluvii & Pontus infinitus æstusque ponti
Et astra fulgentia cœlumque expansum superne
Ut coronam ceperint utque honores distribuerint,
Aut etiam ut primum multijugem habuerint Olympum.
—— Hæc mihi Musæ, inquit, exsequimini
Ab principio, ac deinceps ut quidque primum exiit illorum.

---

18. Ipsæ hæ voces aliquid confirmant de Origene auctore, quæ quum & ab aliis Græcis ita usurpentur, de quo propterea debui monere in capite VII. supplementorum ex Dione; tum nemo fere, dixerim, frequentius in ore habuit, quam Origenes.

1. Ita MS. ubi vulgo in editionibus supponitur οἴδματι θύων, quod non sane prætulerim lectioni Origenianæ, quum πέλαγος οἴδματι θύον sequatur vers. 131.

2. Ita reposui ex editis. Sed Origenes legebat λεπτόεντα.

3. Edidi prout inveni in Codice Mediceo; quum vulgo exstet ὥς τ' ἄφενος δάσαντο, & omisso priore versu, qui vulgo interponitur, Οἵ τ' ἐκ τῶν ἐγένοντο θεοὶ δωτῆρες ἐάων. Et certe habet quo se tueatur Origenis scriptura, qui videtur innuere astra per cælum sparsa velut coronam rebus impositam fuisse & fata per genituras divisisse hominibus. Nam λάσαντο satis notum est ex Hesychiano λάζεσθαι, λαμβάνειν, ubi plura similia.

4. Ita enim facile credo scripsisse Hesiodum, non ut vulgo editur per ineptissimam & inutilem abundantiam καὶ εἴπαθ' ὅτι, quum & ipsum verbum εἴπατε jam modo præcesserit versu 108.

Ἠτοι μὲν πρώτιστα 5 χάος γένετ᾽· αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖα εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη 6 νιφόεντος Ὀλύμπου.
Τάρταρά τ᾽ ἠνεμόεντα 7 μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης
Ἠδ᾽ Ἔρος ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
Λυσιμελὴς πάντων τε θεῶν πάντων τ᾽ ἀνθρώπων

Δάμναται ἐν στήθεσσι νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν.
Ἐκ χάεος δ᾽ ἔρεβός τε μέλαινά τε νὺξ ἐγένοντο.
Νυκτὸς δ᾽ αὖτ᾽ αἰθήρ τε καὶ ἡμέρη ἐξεγένοντο·
Γαῖα δέ τοι πρῶτα μὲν 8 ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ
Οὐρανὸν ἀστερόεντα, ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτοι 9,
Ὄφρ᾽ εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.
B Γείνατο δ᾽ οὔρεα μακρὰ ὅσα 10 χαρίεντας ἐναύλους
Νυμφάων αἳ ναίουσι κατ᾽ οὔρεα βησσήεντα.
Ἡ δὲ καὶ ἀτρύγετον πέλαγος τέκεν οἴδματι θυῖον
Πόντον ἄτερ φιλότητος ἐφιμέρου. Αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ εὐνηθεῖσα τέκ᾽ ὠκεανὸν βαθυδίνην
Κοῖόν τε Κρεῖόν τε Ὑπερίονα τ᾽ Ἰάπετόν τε
Θίαν τε Ῥείαν τε Θέμιν τε Μνημοσύνην τε
Φοίβην χρυσοστέφανον Τηθύν τ᾽ ἐρατεινήν
Τοὺς δὲ μετ᾽ ακράπαστος 11 γένετο Κρόνος ἀγκυλομήτης
Δεινότατος παίδων θαλερὸν δ᾽ ἤχθηρε τοκῆα.

C Γείνατο δ᾽ αὖ Κύκλωπας ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας.

A *Sane quidem ex primis Chaos fuit; verum deinde*
Terra late patens, omniumque sedes stabilis semper
Immortalium, qui habent cacumina nivalis Olympi,
Et Tartara ventosa gremio terræ spatiosæ.
Vel Amor, qui pulcherrimus in immortalibus Diis
Solvens curas omniumque deorum & omnium hominum
Domat in pectoribus mentem & prudens consilium.
Ex Chao autem & erebus & nigra nox provenerunt.
Rursus vero Noctis suboles sunt æther ac dies.
Terra autem primum quidem genuit similem sibi
Cælum stellatum, ut se undiquaque circumtegeret,
Ut esset beatis Diis sedes stabilis semper.
B *Genuit etiam montes longos quantos, venusta habitacula*
Nympharum, quæ morantur per montes saltuosos.
Sed etiam illa sterile pelagus peperit æstu furens,
Pontum sine concubitu amabili. Verum postea
Cum Cælo concumbens peperit Oceanum profundum
Cœumque & Crium & Hyperionem & Iapetum
Thiamque & Rheam & Themin & Mnemosynen
Phœbenque cum aurea corona, & Tethyn amabilem.
Sed post eos extremus venit Saturnus vafer,
Atrocissimus liberorum, floridum autem gravabatur patrem.
C *Denique genuit Cyclopas violentum cor habentes.*

καὶ τοὺς ἄλλους πάντας ἀπὸ τοῦ Κρόνου καταριθμεῖ γίγαντας. Ὕστερον δέ που ἐκ τῆς Ῥέας γεγονέναι τὸν Δία. Οὗτοι μὲν οὖν πάντες περί τε τοῦ παντὸς φύσεώς τε καὶ γεννήσεως ταῦτα, καθὼς ἐξεθέμεθα, τῇ αὐτῶν δόξῃ ἐξεῖπον· οἱ δὲ πάντες κάτω τοῦ θείου χωρήσαντες περὶ τὴν τῶν γινομένων οὐσίαν ἠσχολήθησαν, τὰ μεγέθη τῆς κτίσεως καταπλαγέντες, καὶ αὐτὰ τὸ θεῖον εἶναι νομίσαντες, ἕτερος ἕτερον μέρος τῆς κτίσεως προκρίναντες, τὸν δὲ θεὸν, τούτων καὶ δημιουργὸν, μὴ ἐπιγνόντες. Τὰς μὲν οὖν τῶν καθ᾽ Ἕλληνας φιλοσοφεῖν ἐπικεχειρηκότων δόξας ἱκανῶς ἐκτεθεῖσθαι νομίζω· παρ᾽ ὧν τὰς ἀφορμὰς λαβόντες οἱ αἱρετικοὶ τὰ μετ᾽ οὐ D πολὺ ῥηθησόμενα ἐπεχείρησαν. Δοκεῖ δὲ πρότερον ἐκθεμένους τὰ μυστικὰ καὶ ὅσα περιέργως περὶ ἄστρα τινὲς ἢ μεγέθη ἐφαντάσθησαν εἰπεῖν, καὶ γὰρ ἐξ αὐτῶν λαβόντες ἀφορμὰς τερατολογεῖν νομίζονται πολλοῖς· ἔπειτα ἀκολούθως τὰ ὑπ᾽ αὐτῶν ἀδρανῆ δόγματα φανερώσωμεν.

omnesque deinceps alios a Saturno Gigantes enumerat. Post illa vero tandem progenitum narrat e Rhea Jovem. Hi quidem igitur omnes de universi natura & generatione, qualia enarravimus, ex ipsorum opinione protulerunt. At cuncti incedentes infra id quod divinum est, explicanda rerum natura occupati fuerunt, ita, ut percellerent eos creationis immensitates, & in iis ipsis exstare divinitatem arbitrati alii aliam rerum creatarum partem præposuerunt. Sed Deum, illum etiam horum opificem, ignoraverunt. Videor ergo illorum mihi Philoso- D phorum, qui huic studio inter Græcos incubuerunt, quantum satis erat sententias exposuisse. A quibus hæretici arrepta opportunitate, quæ non multo inferius commemorabimus, aggredi sustinuerunt. At primo loco explicanda videntur mystica, & qualia curiose de astris nonnulli & magnitudinis spatiis imaginati fuerunt, dicere. Etenim ex his adepti commodas ansas ab vulgo judicantur prodigiosa quædam in medium proferre; deinde ex ordine infirmas eorum sententias publicabimus.

---

5. MS. Ἤτοι μὲν γὰρ πρώτιστα.
Ibid. MS. κάρην.
6. Ita MS. Mediceus. Vulgo ἠερόεντα. Et nihil quidem certius, quam caliginosa, opaca, umbrifera in Tartaro omnia supponi ab poetis, unde apud præcipuum vatem in libro sexto Æneidos hæc multa sunt. Unde quis mutet vulgatam in Hesiodo lectionem? Nolui tamen abire ab MS. Mediceo vel Origeniano, & retinui ἠνεμόεντα. Etsi enim non multum illic prædicentur venti, esse tamen vel inde colligitur, quod in ipso libro dicitur vidisse *Æneas in valle reducta Seclusum nemus, & virgulta sonantia silvis*. In his postremis utique supponuntur Τάρταρα ἠνεμόεντα.
Ibid. MS. κάρην.
7. Ita MS. Mediceus, quum vulgo elisionem faciant Γαῖ᾽ εὐρύστερνος. Inspexi tamen codicem manu exaratum, in quo clare vidi scriptum Γαῖα δ᾽ εὐρύστερνος, ut vocem γαῖα Hesiodus corripuerit in unam syllabam, ad quam rationem ille promptissimus est.
8. Ita MS. Mediceus, quum vulgo in Hesiodo edatur Γαῖα δέ τοι πρῶτον μέν. At Scholia Pindari pag. 380. hunc locum adducentia citant Γαῖα δέ τοι πρώτιστον.

E 9 Retinui vulgatum. Sed MS. partim vitiose θυῖαμιν περὶ πάντα καλύπτειν, partim forsan recte, quasi scripserit Hesiodus ἵνα μιν περὶ παντα καλύπτειν.
10. Sic plane MS. Mediceus elegantissime: quidem, quum vulgo legatur, ut videtur, ex jejuni hominis supplemento vel mutatione οὔρεα μακρὰ θεῶν, forsan quod non intelligeret μακρὰ ὅσα, præclare & ex puro Græcismo dictum, ut μύρια ὅσα Lucianus in *Timone*, quod etiam adhibet Origenes *contra Celsum* initio libri III. ut μύριαι ὅσαι προφητεῖαι lib. III. pag. 162. alii ὀλίγον ὅσον vel μικρὸν ὅσον, quod in Latino illustratum ab aliis, revocavi in Cicerone lib. IV. *Finib.* cap. 22. Θεὰς Νύμφας autem non jungit Hesiodus. Sed etiam mox legebatur Νυμφάων καὶ ναίουσιν ἀν᾽ οὔρεα. Atque etiam ἡ δ᾽ αὖ καὶ ἀτρύγετον πέλαγός τε καὶ οἴδματι θυῖον.
11. Ita quoque codex Mediceus, quem non rejicio, licet vulgo edatur ὁπλότατος.

RELIQUA DESIDERANTUR.

FINIS.

GUILIELMI MORELLII,

Tiliani,

DE

VETERUM PHILOSOPHORUM

ORIGINE, SUCCESSIONE, ÆTATE ET DOCTRINA,

TABULA COMPENDIOSA,

CUM HIER. WOLFII ANNOTATIONIBUS.

ACCEDIT

DAVIDIS CHYTRÆI

TABULA PHILOSOPHICA,

SIVE

SERIES PHILOSOPHORUM, ET SECTÆ EORUM PRÆCIPUÆ, A THALETE ET SOCRATE IMPRIMIS, USQUE AD CICERONEM DEDUCTA.

A D

JOANNEM SCHENCKIUM,

Celebrem Medicinæ Doctorem, Norimbergenſem Phyſicum,

HIERONYMI WOLFII

IN TABULÆ PHILOSOPHICÆ EXPLICATIONEM

PRÆFATIO.



UPER inter chartas meas, Affinis obſervande, reperi Annotationes IN TABULAM GUILIELMI MORELLII PHILOSOPHICAM, a me annis abhinc viginti auditoribus meis (inter quos & te fuiſſe arbitror) dictatas. Quas cum eo tempore deſcribendas curaſſem, pater tuus, Matthias Schenckius, collega meus (de quo nihil aliud dicam, niſi veterem Græcum verſum, paululum immutatum: eſſe complures, qui

Ζωὸν βασκήναντες, ἀποφθίμενον ποθέουσι:

Et alterum Latinum:

Paſcitur in vivis Livor, poſt fata quieſcit.

Ita virtus & eruditio tandem laude merita ornatur.) Is igitur, neſcio quo conſilio, a me petebat, eum ſibi libellum ut donarem. Quod facile, pro neceſſitudine noſtra, impetravit: præſertim, cum putarem, eum & ea quæ ego breviter notaſſem, uberius tractaturum: & ea etiam, quæ *Tabulæ* hujus Autor omiſiſſet, additurum. Nam ego tunc de editione non magis cogitabam: quam nunc de Byzantio Chriſtianis recuperando. Cæterum, cum eum Deus XXI. Julii, anni MDLXXI. cephalalgia, quam Ungaricam vocant, laborantem, ut & hic & alibi complures claros viros, ex hac mortali vita & miſera, in beatam & æternam, evocaſſet: poſt obitum ejus, hæredes illis meis Annotationibus inſcriptum repererunt: ME MORTUO, HIER. WOLFIO, AFFINI, REDDANTUR. Recepi, ſepoſui, & commiſcui cum plurimis aliis meis nugis: quas intra annos XLVI. partim in Academiis annotaram: partim e libris alienis excerpſeram: partim ipſe chartis illeveram, nec editas, nec (mea quidem voluntate) me vel vivo vel mortuo edendas: non quod publicæ utilitati invideam (quam utinam augere potuiſſem: ſtudui certe prodeſſe multis, tot & tantis voluminibus, toties prælo ſubjectis) ſi quid utile ineſſet: ſed quod eſt illa rudis indigeſtaque moles: & hoc tempore, utriuſque linguæ Theſauri ejuſmodi, tot omnium bonarum artium methodi, accurate ornateque conſcriptæ, extant: unde longe & facilius & felicius, velut e copiæ cornu, multo & plura & meliora peti poſſint. Sed cum M. Joannes Plancomarius, affinis noſter, & collega meus, apud me cœnans, me illam ipſam *Tabulam* verſantem vidiſſet: egoque dixiſſem, hæreditario tibi jure illam deberi: non multo poſt is mihi ſignificavit, munuſculum id (ſi tamen ſic appellandum eſt) humanitati tuæ, meique ſtudio, non fore ingratum: relegi totum opuſculum, & emendavi, ut potui: &, propter argumenti ſimilitudinem, libellum Davidis Erythræi adjeci. Quibus a typographo (ſi quem forte nactus fueris, qui velit imprimere: vel potius, ſi tu eos non opprimendos judicaris) addi ve-

lim propter argumenti similitudinem, Desiderii Jacotii scriptum, e Cicerone collectum, *de doctrina Philosophorum*. Hæc enim opuscula (nisi fallor) & doctos eorum, quæ olim legerunt, recordantes, delectabunt, & studiosos multis de rebus diligentius ut cogitent, admonebunt. Etsi autem non ignoro, Momos fore complures, qui me & arrogantiæ & temeritatis damnaturi sint: qui de tam variis opinionibus pronunciare non dubitarim: tamen illos scire volo, me eosdem eodem crimine condemnaturum. Qui enim magis illis de me sententiam ferre licet, quam de aliis? Annum ago ætatis secundum & sexagesimum: & quanquam Musas parum propicias & gratas habui (quarum natura fui amantissimus) nec vel puero vel adolescenti satis commoda & justa contigit institutio: (Nam ab anno ætatis XV. nunc aulicam, nunc scholasticam servitutem servio, vix unius atque alterius anni libertate usus: qui & ipsi tum morbis, tum aliis incommodis interpellati fuerunt) nunquam tamen a studiis optimarum artium recessi: & sitim legendi clarissimos quosque & Græcos & Latinos, in omni disciplinarum genere, autores, nocturno tempore restinxi (id quod Bibliotheca olim mea, nunc Lavingani gymnasii, testari potest: quam binæ quadrigæ vix ceperunt) non magno fortasse valetudinis commodo: sed non sine doctrinæ aliqua accessione: haudquaquam tamen tanta, quantam, si diutius vivis fuissem usus præceptoribus, parare licuisset. Nec tamen hi quoque (sed extra scholas) mihi defuerunt. Nam inter alias complures fortunæ adversationes, hoc tamen boni contigit, ut magnorum virorum consuetudine subinde uterer. Vixi cum celeberrimis Theologis, Jurisconsultis, Medicis, Philosophis, hominibus politicis, proceribus, aulicis: eorumque sententias plurimis de rebus mandavi memoriæ. Et quia juventus mea variis mutationibus obnoxia fuit: & vix tandem hoc in loco demum, sub annum ætatis trigesimum quintum, constitit: in crebris itineribus, quæ pleraque pedes confeci, & Centaurorum, & opificum, & militum, & nautarum, rusticorum mores atque opiniones accurate observavi. Quibus rebus si nihil judicii acquisivi: me omnium mortalium infelicissimum quis non judicet? Nam ingenium quidem meum, quam sit tenue, non ignoro: de quo tamen viri docti, ab ineunte ætate mea, nescio quid augurati sunt. Quos utinam expectatio sua non fefellisset: neque fortasse fefellit penitus. Sunt in promptu lucubrationes meæ complures: eæque ejusmodi, ut figlinam non ab urceolis, sed a doliis, Isocrate, & Demosthene, fuerim auspicatus. His alii successere magnitudine partim pares, partim non multo minores: Byzantina historia, & Suidæ historica (etsi mendose admodum edita) quorum patroni, absumpto patrimoniolo, peculium meum constituerunt: Epictetus item, commentarioli Ciceroniani, Gnomologia Isocratica & Demosthenica: ut cætera taceam, quibus alii gloriaturi essent, cum ea ego ne commemoranda quidem existimem. Neque enim in mustaceo laureolam quæro. Quæ omnia si non ita elaborata sunt, ut decuit: primis præsertim editionibus (συγγνώμη δὲ πρωτοπείρῳ) ea tamen lima accessit postea: ut (ni arrogans esset) dicere aliquis illud posset, quod Apelli tribuitur: μωμήσεταί τις ῥᾶον ἢ μιμήσεται. Neque enim vidi hactenus luculentiorem vel Demosthenis, vel Isocratis, vel Epicteti (nam hi autores plurimum ceræ absumpserunt) interpretationem: quamvis jamdiu nescio qui montes parturierint. Sed ut ad institutum redeam: illud etiam impii quidam philosophastri, & in Melanchthone & in me reprehendunt, quod sacra profanis miscuerimus: quasi vero, sine censura Theologiæ, philosophia quicquam aliud sit, quam prodigiosarum opinionum irremeabilis, etiam Ariadnæ filo adhibito, Labyrinthus: aut quicquam firma fide salvaque conscientia teneri possit, quod a sacrarum Literarum evidenti autoritate abhorreat. Erunt etiam, qui non omnia esse a me exposita querantur. Ego vero licere & mihi, & cuivis alteri, de obscuris sententiis & opinionibus ἐπέχειν καὶ διασκέπτεσθαι: eoque magis, quod quædam ignorare inter Grammatici virtutes numerat Quintilianus. Cæterum censores isti, si & ingeniis & doctrina tantum omnibus antecellunt: debebant ea, quæ nos fugerunt aut fefellerunt, non exa-

gitare (si boni viri essent) sed emendare & complere. Alii dicent, itane Wolfius a suis illis doliis ad urceolos, hoc est, ab equis ad asinos? Quos ego sane asinos Antronios existimo, si precia librorum non doctrina, sed numero foliorum metiantur, eisque hoc disticho responsum volo:

Corporea de mole bovem censete: libellos
Commendat brevitas ingeniosa magis.

Atque adeo, si, ut vires atque alacritas corporis, exacta ætate, minuuntur, ita etiam ingeniis aliquid decedit: senilia scripta juvenilibus aliquanto infirmiora esse, quis, humanæ conditionis memor, non venia dignum id esse censeat? Et tamen venulas hasce ex eodem ingenii fonticulo ductas esse, apparebit opinor. Sed neglectis cavillatoribus, ad institutum redeo. Libelli hi, mi Affinis, tui sunto, qualecunque voluntatis erga te meæ pignus & monimentum: quando in fatis non fuit (mei certe arbitrii non fuit) ut ab amplissimo Senatu vestro ad Altorpianum gymnasium regendum, non aspernandis conditionibus, vocatus, fratris & tua consuetudine, propter locorum vicinitatem, sæpius frui possem. Mitto etiam vitam parentis tui, ab ipso descriptam: Addidissem libenter Constantiæ querimoniam, cygneam omnino cantionem: qua ego cum commiseratione quadam non mediocriter sum delectatus: nec offensum iri quenquam existimavi, modestissima præsertim, senis patriæ amantissimi. Quis enim justo dolori non daret veniam? & historica narratio dissimulare non sinit ea, quæ luce meridiana clariora: & lippis (quod ajunt) & tonsoribus nota sunt. Sed & prudentissimi cujusdam viri monitu, & exemplis recentibus admonitus securitati nostræ potius, quam defuncti gloriæ consulendum existimavi. Qui quantum præstare potuisset, si famæ quam scholæ & rei familiari consulere maluisset: una illa ratione satis demonstravit. Cætera, te autore, publice legi: a pietate & existimatione tua non erit alienum. Unum admonendum restat, me & Morellii & Chytræi *Tabulam*, propter turbatam successionum seriem utranque minus attentis obscuram, & ob complicandi & explicandi incommoditatem, ordine descriptam, mittere, una adjuncta utraque, uti impressæ sunt, ut vel seorsim excudantur, vel libellis inserantur: prout prudentiæ tuæ, & typographo commodum videbitur. Vale cum uxore & liberis jucundissimis: quos una tecum Deus tueatur incolumes & florentes. Augustæ Vindelicorum, Idibus Januarii, Anno a salutifero Virginis partu M. D. LXXVIII.

GUILIELMI MORELLII, Tiliani,

DE VETERUM PHILOSOPHORUM ORIGINE, SUCCESSIONE, ÆTATE ET DOCTRINA,

TABULA COMPENDIOSA,

CUM HIER. WOLFII ANNOTATIONIBUS.

1. PRIMI sapientes apud Barbaros fuerunt. 2 Magi apud Persas, quorum princeps 3 Zoroa- A stres: qui deorum cultibus & divinationibus studebant: hæc docuisse feruntur. 4 Duo principia

CUM omnia studia literarum ad partem aliquam Philosophiæ referantur: in primis vero doctrina morum, in qua explicanda, delectis Ciceronis *de Officiis* libris, nunc versamur: turpe fuerit homini studioso, ejus originem, vim, atque auctoritatem ignorare. Etsi autem illa a Diogene Laertio, Plutarcho, Sexto Empirico, atque aliis compluribus, ut copiosius, ita etiam dilucidius describuntur, (qui auctores diligenter legendi sunt) tamen hæc Tabula, & intelligentiæ & memoriæ, propter certam temporum & sectarum distinctionem, percommoda est.

B Philosophiæ originem mentis humanæ industriæ acceptam esse referendam, non ignoratur. Quicquid enim ratione humana investigatur ac deprehenditur, recte Philosophicum dici potest. Nomen autem Philosophiæ ad Pythagoram auctorem refertur, ante quem viri studiosi & eruditi, non φιλόσοφοι, sed vel σοφισαὶ, vel σοφοὶ, arroganti sane vocabulo, dicebantur: cum revera solus Deus sit sapiens, ut & bonus: idemque unicus veræ virtutis & sapientiæ largitor. Itaque preces meæ quotidianæ & suspiria sunt:

Da, PATER, ut fiam sapiens, bonus atque beatus.

C *Quæ nisi tu dederis munera, nemo dabit.*

Philosophiæ definitio etsi apud Ciceronem præclara extat; tamen & hæc Clementis Alexandrini non est contemnenda: ἡ θεοσέβεια τέλος, inquit, ἐςὶ, καθὸ καὶ μόνον ἐπάναγκές ἐςι ζῆν, ἵνα ζήσωμεν ἀεί. Φιλοσοφίας δὲ (ἥ φασιν οἱ πρεσβύτεροι) πολυχρόνιός ἐςι συμβουλὴ, σοφίας ἀΐδιον μνηςευομένη ἔρωτα.

Hoc dicto Religio prudenter a Philosophia separatur: unaque monetur Lector, res divinas, & omnem vivendi rationem (quatenus ad beatam immortalitatem, hoc est, verum hominis finem ea referatur) e sacris Literis esse petendam: nec argutias D Philosophicas, hoc est, acumen humanæ rationis, esse admiscendas. Relinquit tamen egregiam Philosophiæ laudem, cum eam perpetuam vitæ humanæ consultricem facit, eique omnium rerum, quæ extra religionem sunt, investigationem atque inventionem assignat. Sed jam ad explicationem ipsius Tabulæ veniamus, & quatenus quæque opinio vel probanda vel improbanda esse videatur, pari & verecundia & libertate exponamus. Multa enim nos non intelligere, fateri non erubescemus: & quæ sacrarum Literarum auctoritati repugnant, improbare non dubitabimus. In quo sæpe mirari soleo quorundam morositatemne dicam, an impietatem? qui vel in Philosophia Theologiæ, vel Theologiæ in Philosophia mentionem fieri ullam, non aliud esse, quam cœlum terræ miscere, clamitent. Qui si cogitarent & intelligerent, Philosophiam nihil esse aliud, nisi repugnantium opinionum labyrinthum quendam: profecto aut ad divinitus patefactam rerum saluti necessariarum veritate incupidissimis animis se conferrent: aut iis gratiam haberent, a quibus conferendi sacra cum profanis labore levarentur.

1. *Primi sapientes apud Barbaros fuerunt*) Hoc, tametsi negat Laertius, studio suæ gentis utique, quæ Græcos non inventores omnium artium, sed etiam primos homines extitisse affirmabat: tamen nemini, sacrarum Literarum historiarumque perito, dubium est. Videntur tamen Græci ea, quæ a Barbaris acceperant, excoluisse, auxisse, digessisse, ac pleraque fecisse meliora, multa etiam corrupisse fabularum involucris, unde hominum vulgus infinitis erroribus est impletum. Mendacia autem pleraque ex Ægypto in Græciam transtulisse Orpheum censet Siculus Diodorus. Quod si Græci Barbaris posteriores sunt in studio sapientiæ: quid de Latinis dicemus? qui omnem subtiliorem doctrinam Græcis acceptam referant, necesse est.

2. *Magi*) Non significat impostores hoc vocabulum, qui diabolicis (ut e Mose probari potest, a quo præstigiæ Magorum Ægyptiorum, divina miracula frustra imitantium, describuntur) præstigiis illudunt atque insultant hominibus: sed viros sapientes, & arcanorum naturæ conscios. Maxima fuit horum apud regem & populum auctoritas, ut gravissimarum deliberationum consiliis adhiberentur. Postea hæc (ut omnia corrumpi solent) in θεουργίαν nescio quam, & νεκυομαντείαν degenerarunt.

3. *Zoroastres*) Hunc quidam Chamum, Noæ F. fuisse censent: multo antiquiorem illo Bactrianorum rege, quem Cyrus devicisse traditur.

4. *Duo principia esse*) Sacræ Literæ statuunt unum esse auctorem universitatis rerum & conservatorem Deum. Sed humana ratio, tantam perturbationem, & tot calamitates, a Deo optimo, sapientissimo, potentissimo, aut proficisci aut tolerari miratur, ac Deum, adjuncto paris potentiæ adversario, imbecillitatis quasi arguit, aut certe ambigua & anceps hæret, aut etiam in Epicureum delirium incidit: quod hoc versu exprimitur:

Ludit in humanis divina potentia rebus.

Ludum & jocum esse virtutem, sapientiam, religionem, potentiam, cæteraque quæ maximi fiunt, in-

eſſe, bonum Dæmonem, & malum. Bonum, 5 Jovem eſſe, & 6 Oromaſden dici. Malum, Plutonem, quem nominabant 7 Arimanium. 8 Homi- A nes ſemper futuros, & eos immortales. 9 Omnia ſuis influxionibus manſura eſſe. 10 Deos genitos eſſe. 11 Initium rerum eſſe 12 materiam: deinde ex

---

nuunt hæc verba, *nec Deum ſerio curare res humanas*. Quæ opinio impia eſt, & deteſtanda, rejectaque ab Eccleſia, quæ Manichæos duo principia, alterum bonum, alterum malum, ſtatuentes, condemnavit. Occurrit autem ingenioſis hominibus perpetuo hæc cogitatio: quæ in Boetii *Conſolatione* extat:

Quis mala, ſi Deus eſt? ſi non eſt, quis bona fecit? Sacræ Literæ reſpondent, *Angelos ſuperbia elatos atque libertate voluntatis ſuæ abuſos, deſciviſſe a Deo, atq; homines in ſimilem fraudem illexiſſe, unde omnis vitiorum & malorum ſentina promanarit.* Sed B & hic ratio Deo vult eſſe a conſiliis, ac cenſet, & angelos & homines ita fuiſſe condendos a Deo, ut labi ac depravari neque poſſent neque vellent. Verum hæc inſaniæ ſunt & furoris, ingerere ſeſe in arcana majeſtatis divinæ, quæ ſapientiſſime omnia moderatur, tametſi nos cauſam, finem & modum divinæ adminiſtrationis minime capiamus. Rejiciatur ergo Oromaſda, id eſt, bonus dæmon ſeu lumen ſanctum, & illius loco ſtatuatur autor omnium rerum Deus. Qui, cur diabolos & homines ita graſſari patiatur, cum nutu (quod ajunt) utroſque coercere & ad nihilum redigere poſſet, ipſe ſolus novit, nobis vero noſſe non eſt conceſſum, quia ſcitu non eſt neceſſa- C rium. Illud neceſſarium eſt, quemadmodum Deus nos hic vivere velit, ut beatæ immortalitatis compotes ſiamus. Cujus rei duæ rationes ſunt, ut ſæpe jam dictum, nec tamen ſatis unquam inculcari poteſt, θεογνωσία τε καὶ θεοσέβεια, id eſt, *Dei cognitio & cultus*, & φιλανθρωπία καὶ φιλαδελφία. Hæc enim ſumma Legis eſt & Prophetarum: Deum amandum eſſe ſuper omnia: & alterum, ſicut noſmetipſos. Quos ſcopos cum in hac vita mortalium nemo attingat: præſto eſt ἡ ἐπιείκεια καὶ φιλανθρωπία θεοῦ, qui JESUM CHR. filium, θεάνθρωπον, pro nobis ſatisfacere voluit.

5. *Jovem eſſe*) Cum unus ſit Deus, non opus eſt illi D nomine. Sed cum Veteres ætherem Deum ſtatuerent, ζῆνα παρὰ τὸ ζέειν *a fervore*, qui ex agitatione orbium cœleſtium exiſtat, dixerunt, unde etiam αἰθέρα παρὰ τὸ αἴθειν, id eſt, *ab ardore* dictum putant. Alii vero παρὰ τὸ ἀεὶ θεῖν, id eſt, *a perpetuo curſu*, ut & θεοὺς ipſos. Alii ζῆνα παρὰ τὸ ζῆν dici putant, quaſi vitæ autorem & conſervatorem, ut ſcribit Xenophon: ὅτι ὁ θεὸς σοφός ἐστι καὶ φιλόζωος δημιουργὸς, id eſt, *Deum eſſe ſapientem & animantium amantem opificem.*

6. *Oromaſdam*) Id eſt, lumen ſanctum. Dicitur Deus in ſacris quoque Literis lux, ſicut Diabolus tenebræ. Sed cum Perſæ Solem, quem Μίθραν appellabant, coluerint: probabile eſt, Solem eos & E Lunam per id lumen intellexiſſe.

7. *Arimanium*) Si Perſicum vocabulum eſt, fateor me ignorare quid proprie ſignificet. Sin Græcum, ſit παρὰ τὴν μανίαν τοῦ Ἄρεως *a furore Martis*, pernicioſiſſimi planetæ, & vaſtatoris earum rerum, quas Jupiter benigniſſimus conſtruit.

8. *Homines ſemper futuros & eos immortales*) De origine hominum poſtea nonnihil ſequitur. Sed eorum immortalitas cum ſacris Literis conſentit, niſi quod τῆς δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ, hoc eſt, *juſti judicii Dei*, & diſcriminis bonorum & malorum nulla fit mentio. Eſt igitur hæc doctrina ἐλλιπής τε καὶ ἀσαφής, F *nec perfecta, nec ſatis perſpicua*.

9. *Omnia ſuis influxionibus manſura eſſe*) Erratum interpretis eſt, aut certe mendum codicis. Græca ſic habent, aut habere debent, πάντα τῇ αὐτῶν ἐπικλήσεσι διαμένειν, *omnia ſuis invocationibus*, id eſt, precibus & cultu Dei, *permanere*, id eſt, conſervari, ſalva eſſe, atq; ab interitu vindicari. Multum illi tribuerunt ſuis ſacrificiis: etſi ſacræ quoque Literæ docent, pietatis ſtudium, potiſſimam eſſe felicitatis humanæ cauſam: Deum bene velle piis, atq; adeſſe; impios autem averſari & perdere. Si quis vero legere mavult τῇ αὐτῶν ἐπικλύσεσι διαμένειν: dura omnino eſt & coacta ſententia, quod ἐπίκλυσις *inundationem* potius ſignificat, quam arcanam vim a ſyderibus profluentem. Sed ſi ita legetur, ſenſus erit: Res omnes incolumes futuras ea vi & facultate, quam a ſyderibus initio impreſſam acceperint. Atque hæc de ſpeciebus & propagatione, non de individuis (ut loquuntur Dialectici) ſunt intelligenda. Bucephalus moritur, ſed genus equinum propagatur, atque incolume manet.

10. *Deos genitos eſſe*) Cum Dii ab Ethnicis etiam ſtatuantur immortales: abſurdum eſt eis tribuere ortum. Quia quicquid ortum eſt, ordine naturæ etiam interit: cohærentque γένεσις καὶ φθορά. Plato quidem ait, Deos juniores (ſic autem appellat genios ſive angelos) ſuapte natura morti eſſe obnoxios: ſed Dei voluntate fore immortales. Sic ſentiunt etiam ſacræ Literæ & de angelis, & de humanis animis. Ac Plato quidem Diis ſuis junioribus hominis creationem aſcribit, ne mori non poſſit, ſi ipſius Dei Opt. Maximi opus fuiſſe dicatur. Ariſtoteles autem & mundum, & ea quæ mundo continentur animalia, æterna facit; ne ſcilicet ullo tempore Deum dicat fuiſſe otioſum. Sed D. Aug. niſi fallor, cuidam curioſe ſciſcitanti, *quid Deus ante conditum mundum egiſſet*, falſe reſpondit, *Cogitaſſe de creando inferno, ubi ille cæteriq; impii & curioſi inveſtigatores arcanorum ejus torquerentur.* Sed locuti ſunt illi ſcilicet de fictitiis ſuis Diis, quos aut reges aut tyrannos, aut ſapientes homines fuiſſe conſtat, ut eorum templa teſtantur, quæ nihil aliud niſi ſepulchra fuerunt magnificentius extructa.

11. *Initium rerum*) Cum duo principia ſtatuerint, aut materiam ab illis eſſe factam, aut ſi ſemper fuit, tertium principium eam adjungere, neceſſe habuerunt. Eſt autem materia id e quo aliquid primum fit, & in quod poſtremo reſolvitur, ut corpora animalium, quæ ut ex elementis conſtant, ita in eadem reſolvuntur. Fecerunt autem duplicem materiam; unam quam primam appellarunt, (cum hac conſentiunt atomi Democriti) e qua ipſa elementa extiterint; & ſecundam, hoc eſt, ipſa elementa, unde reliqua omnia exiſtant. Hac de re conſulatur Rodolphi Agricolæ lib. primus *de Inventione*, cap. *de Materia*.

12. *Materiam*) Prima materia chaos quoddam eſt, id eſt, omnium rerum in unam quandam maſſam confuſio, quod ab Ovidio eleganter deſcribitur, his verbis:

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum,
Unus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere Chaos, rudis indigeſtaque moles,
Nec quicquam niſi pondus iners congeſtaq; eodem
Non bene junctarum diſcordia ſemina rerum.

Et paulo poſt:

—— *nulli ſua forma manebat,*
Obſtabatque aliis aliud, quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.
Hanc Deus & melior litem natura diremit.

In hac ſententia fuit Anaxagoras, qui τῇ ἀμόρφῳ ὕλῃ συνέζευξε νοῦν τὸν διακοσμοῦντα, id eſt, *materiæ informi conjunxit mentem gubernatricem*. Epicuri ac potius Leucippi & Democriti opinio a Virgilio his verſibus deſcribitur:

Namque canebat uti magnum per inane coacta
Semina terrarumque, animæq; mariſque fuiſſent
Et liquidi ſimul ignis: ut his exordia primis
Omnia, & ipſe tener mundi concreverit orbis.

Sacræ

ea disgregari elementa, 13 animaliaque tandem perfici. 14 Deos esse Solem & Lunam, id est, 15 Osirin & Isin. 16 Mundum genitum esse, 17 eundemque rotundum. 18 Stellas ignem esse, & 19 ex earum temperie 20 omnia gigni. 21 Deos esse ignem, terram & aquam. 22 Deorum alios mares, alios fœminas esse. 23 Impium esse, cremare mortuos. 24 Sanctum, cum matre 25 aut filia misceri. 26 Divinationibus & præsagiis deos se-

---

Sacræ Literæ autem docent, Deum initio condidisse cœlum & terram. Ergo ipsa quoque materia Dei creatura est, & non coæterna Deo. Nec desunt, qui apud Mosem, abyssi tenebras τὴν ἄμορφον ὕλην καὶ τὸ χάος, a Deo tamen conditum intelligant.

13. *Animaliaque tandem perfici*) Veterum opinio fuit, etiam homines ex uligine & calore Solis formatos fuisse, ut scribit Diod. Sicul. *l.* I. sed Sacræ Literæ docent, hominem ex limo ab ipso Deo formatum esse ad divinam imaginem: cætera vero animalia in terra, mari & aere jussu Dei extitisse. Corpora quidem animalium qualitatibus quatuor elementorum constare, in easq; resolvi, pleriq; sentiunt: ut calor vitalis igni, spiritus aeri, sanguis cæterique humores aquæ, cutis, carnes, nervi, ossa & reliqua, terræ comparentur.

14. *Deos esse Solem & Lunam*) Nullis idololatris magis ignoscendum esse videtur, quam iis qui Solem, Lunam, stellas (quæ cœli militia in Sacris Literis dici creditur) coluerunt, propter admirabilem splendorem, magnitudinem, celeritatem, vim atq; efficaciam cœlestium corporum. Sed nos Sacræ Literæ docent, hæc non esse Deos, sed res a Deo conditas. Quare D. Paulus graviter objurgat eos, qui τὴν κτίσιν παρὰ τὸν κτίσαντα, id est, *res conditas neglecto conditore*, sunt venerati.

15. *Osirin & Isin*) Osiris rex Ægypti potentissimus & beneficentissimus fuit. Isis vero ejus soror & conjux, quibus & agriculturæ & vini inventio ascribitur. Unde sunt qui eosdem esse putent cum Baccho & Cerere. Sed de his consulatur Diodori Siculi *liber primus*, & Plutarchus in opusculo *de Osiride & Iside*. Illud tamen adolescentibus tenendum est, sideribus ob acceptorum beneficiorum memoriam indita esse veterum regum & principum nomina.

16. *Mundum genitum esse*) Hoc etiam Sacræ Literæ testantur, & D. Petrus δι᾽ ἐκπυρώσεως interiturum & igni conflagraturum scribit: sic tamen, ut non sit abolendus, sed renovandus. Cicero autem & alii totum mundum nec ortum esse unquam, neque periturum censent: sed partes ejus aliquas propter exustiones eluvionesque terrarum interire, ut de Atlantide insula scribit Plato, & nostra ætas in Zelandia vidit.

17. *Eundemque rotundum*) Assentiuntur Mathematici. Qua de re consulatur libellus sphæricus.

18. *Stellas ignem esse*) Ignita quidem specie nobis apparent. Sed ut igneæ sint, non videtur ignis ille crassus esse & vastator rerum, ut noster hic elementaris, sed purissimus & vivificus.

19. *Ex earum temperie*) Habent enim aliæ stellæ (ut ab Astrologis observatum est) vim calefaciendi, aliæ frigefaciendi, aliæ desiccandi, aliæ humectandi, aliæ salutares in aerem & terram radios spargunt, aliæ vim perniciosam elementis, &, quæ inde constant, corporibus animantium infundunt. Unde reciprocus ortus & interitus rerum, quæ infra lunam sunt, certis & perpetuis vicibus existit.

20. *Omnia gigni*) Hoc affirmant Astrologi, & Aristoteles ait, res inferiores vim suam & motum accipere a cœlestibus corporibus, nec id doctiores Theologi negant: iidemque concedunt, e siderum positu multa futura in elementis & animantium corporibus divinari posse: non tamen omnia, cum ob retusam humani ingenii aciem, & artem minus absolute cognitam, tum ob liberrimam Dei actionem, siderum significationes suo arbitratu, ex utilitate piorum hominum, moderantis, atque etiam propter libertatem humanæ voluntatis & fluxam atque instabilem materiæ naturam. Sed hæc alibi commodius.

21. *Deos esse ignem, terram & aquam*) Saniores Philosophi non Deos, sed elementa hæc dicunt, nec excludunt aerem. Poetæ vero, ob vim mirabilem, omnes propemodum res conditas pro sua licentia in Deos transformarunt. Hinc illis æther est Jupiter, Juno aer, Vulcanus ignis, Ceres terra, Neptunus mare, Pluto sive Dis infernus, Apollo sol, Diana luna, alia denique infinita. In Sacris vero Literis Deus & *ignis consumens* figurate dicitur, ut & angeli ejus ministri, *flamma ignis*, & *spiritus*: ut intelligatur, ab omni concretione mortali separatus. Suam vero naturam Deus solus vere novit: quam extra & supra ea, quæ Sacris Literis prodita sunt, indagare velle, insaniæ est: cum nostram ipsorum naturam non satis cognoscamus.

22. *Deorum alios mares, alios fœminas esse*) Erratum aut Interpretis est aut Librarii, addendaq; negatio. Græca enim sic habent apud Laertium, τῶν δὲ ξοανῶν καταγινώσκειν, καὶ μάλιστα τῶν λεγόντων, ἄῤῥενας εἶναι θεοὺς καὶ θηλείας, hoc est, *Magi maxime condemnant & simulacra, & eos, qui dicunt, Deorum alios esse mares, alios fœminas*. Recte illi quidem. Nam immortalibus propagatione speciei non est opus, qua sublata, supervacanea est etiam sexus distinctio. Astrologi vero planetas alios masculinos faciunt, alios fœmininos, non quod re vera tales sint, (simplicia enim corpora omnibus carere qualitatibus) sed quod talem vim elementis & animantium corporibus infundant, & si id ipsum quoq; mirum est (in rebus terrenis quidem: nam cœlestium est alia ratio) te alteri dare, quod ipse non habeas. Sed si ab Astrologis discessum fuerit: hæc sexuum distinctio in Diis ex populari opinione orta esse videtur: qua, ut ait Aristotel. ἀφομοιοῦσιν ἑαυτοῖς τοὺς τε βίους καὶ τὰ εἴδη τῶν θεῶν οἱ ἄνθρωποι, hoc est, *homines Diis & humanam formam & vitæ rationem humanæ non dissimilem affingunt*. Queritur Cicero, Homerum affectiones & actiones hominum transtulisse ad Deos: cum contra potius faciendum fuisset, & a vita Deorum, sapientissima utique & perfectissima, humanæ vitæ degendæ exemplum petendum esset. Fortassis in hanc opinionem vulgus impulsum est eo, quod reges & reginæ ob merita in numerum Deorum relati fuerunt, quos eundem sexum apud superos quoq; retinere persuasum habuerunt. Fuerunt & Hæretici quidam ob hanc opinionem Ἀνθρωπομορφῖται appellati. Quæ autem in Sacris Literis de Deo sic dicuntur, ut ab humanis affectionibus, formis atque actionibus non abhorrere videantur, ea sunt ἀνθρωποπαθῶς intelligenda, Divina Scriptura se ad captum humanæ imbecillitatis accommodante. Neque enim de divinis rebus, nisi humano more, & verbis humanis, ab hominibus certe quidem dissei potest.

23. *Impium esse, cremare mortuos*) Quæ consuetudo Græcorum & Romanorum fuit. Persæ autem censuerunt, corpora hominum matri terræ restituenda esse integra, ut e qua & ortum & victum habuissent. Sic Cyrus apud Xenophontem moriens, τὸ ἐμὸν, inquit, σῶμα τῇ γῇ ὡς τάχιστα ἀπόδοτε, id est, *Meum corpus quam primum terræ restituite*.

24. *Sanctum, cum matre*) Græce est ὅσιον, hoc est, *fas esse* seu *licere*. Sed hæc aliarum gentium consensu nefaria habentur: αἱ μητρογαμίαι Persis usitatæ fuerunt, αἱ ἀδελφογαμίαι Ægyptiis, ut testatur Herodot. *l.* III. qui Θάλεια inscribitur: & egregium Babyloniorum judicium responsum recitat Cambysi datum, percontato, *num legibus Persarum ducere sororem, quam deperibat, liceret*, his verbis: νόμον οὐδένα ἐξευρίσκειν, ὃς κελεύει ἀδελφεῇ συνοικέειν ἀδελφεόν· ἄλλον μέντοι ἐξευρηκέναι νόμον, τῷ βασιλεύοντι Περσέων ἐξεῖναι ποιέειν ἃ ἂν βούληται, hoc est: *Legem se reperire nullam, quæ fratrem jubeat sororem habere in matrimonio. Verum aliam deprehendisse legem, qua regi Persarum licerent quæ libuissent*.

25. *Aut filia*) Habetur & hoc omnium fere gentium consensu detestabile atque incestum: & iis fere

manifestare. 27 Idolis plenum esse aerem, quæ iis tantum appareant, qui acuti sint visu. 28 Utebantur veste candida, lecto gramine, cibo olere, caseo, pane secundo. 29 Chaldæi apud Babylonios & Assyrios Astrologiæ periti & prædictionum. Gymnosophistæ apud Indos. Druidæ & Semnothei apud Gallos. O-
A chus apud Phœnices. Zamolxis apud Thraces. Atlas in Libya. 30 Sacerdotes & Prophetæ apud Ægyptios. 31 Ab his orti primi in Græcia sapientes, 32 Musæus Athenis 33 Theogoniam & 34 sphæram primus tractare est aggressus, docuitque: 35 ex uno omnia oriri, & in idem redire. 36 Linus apud Thebanos,

matrimonium conceditur, qui quarto cognationis gradu invicem distant. Qui autem de Natura disputant, & ad primorum parentum rudimenta omnia revocant: quam recte sentiant, non equidem disputo: & multa in hoc genere ἰατρικῶς τε καὶ φιλοσόφως disputari possunt: sed illud dico, nostri sæculi tam sacris quam profanis legibus multa non licere, quæ priscis hominibus vel necessitas, vel licentia major concesserit.

26. *Divinationibus & præsagiis Deos se manifestare*) Est & hic erratum ab interprete. Nam Græca sic habent: ἀσκεῖν τε τοὺς μάγους προῤῥησιν, καὶ μαντικὴν, καὶ αὐτοῖς θεοὺς ἐμφανίζεσθαι. hoc est, *Magos studere prædictionibus & vaticinationibus: ac Deos ab iis conspici*. Prædictionibus futurarum rerum sive ex astrorum positu, sive aliis obscurioribus rationibus Chaldæos & magos fuisse deditos, satis notum est. Ac Astrologiam naturalem, qualis a Ptolemæo & aliis describitur, licitam esse, pleriq; fatentur, exceptis quibusdam vel imperite, vel superstitiose, vel maledice religiosis. Evocatio autem dæmonum, quos Deos Veteres appellabant, non fere a pluribus improbatur hodie quam usurpatur: qui nec privatam rem nec publicam se curare, nec libidines & animi & corporis explere se posse censent, nisi dæmonum auxilio: quorum pluris autoritatem faciunt, quam Christi, Satanam ab initio & mendacem & homicidam fuisse asserentis. Atq; adeo quid dæmones suis cultoribus & antistitibus præstant, nisi ut sint adjutores scelerum & libidinum? nisi ut vel præstigiis alios deludere, vel insignibus detrimentis afficere possint? Ipsis vero quid lucri accedit? Num augentur divitiis? num virtute & sapientia? num rectius valent? Num vivunt diutius & tranquillius quam alii? Num spe de sua morte meliore fruuntur? Quod si verum est, quod jactatur, multos præsenti eorum ope vel periculis ereptos, vel futurarum rerum cognitione instructos, feliciter vitam transegisse: hæc igitur vera si sunt, videant illi ipsi qua mercede hoc ipsis præstent dæmones. Næ illis stabunt Æneia magno Hospitia: si non in hac, at in altera illa vita. Nam & in terris hujusmodi evocatio Tullo Hostilio male cessit, & plerunq; præstigiatores isti cultoresque dæmonum & infeliciter vivunt, & pessime intereunt. Quare adolescentibus istiusmodi nebulonum consuetudo & doctrina & fugienda & execranda est. Legimus quidem in sacris Literis, pias sanctorum hominum preces a Deo exauditas esse: eosdemq; præsidio angelorum & adjutos & defensos. Sed certis carminibus evocatos, & quibusdam cerimoniis parere illis coactos esse: stultissimæ persuasionis fuerit. O miseros & infelices dæmones, & quavis anicula imbecilliores, qui nescio quo strepitu labiorum, & puerilibus ritibus coacti, quorumvis libidini inservire cogantur. Dissimulant illi vires suas ad tempus, & dum obsequi videntur, perniciem illis struunt. Appellant sacræ Literæ diabolum ψεύστην καὶ φονέα, καὶ λέοντα ὠρυόμενον, καὶ μυριοτέχνην, καὶ ἄρχοντα τοῦ κόσμου τούτου. Unde intelligitur, quanta sit ejus & calliditas & potentia & crudelitas, adeo ut si vellet, & a Deo permitteretur, non tantum magos, sed omnes etiam homines vel uno momento posset evertere. Quid igitur illi magorum atq; anicularum susurri & lineæ ac circuli, ac nescio qui characteres incommodabunt? Impellit ille quidem impios homines, & ultro adjuvat ad lædendos alios, Deo ob peccata hominum connivente, & Diaboli opera tanquam carnificis ad scelera punienda abutente. Non igitur præstigiatores isti evocant Diabolum, sed ipsi ab eo evocantur: non cogunt, sed coguntur: non vincunt, sed succumbunt, & ultro in perniciem ruunt.

27. *Idolis plenum esse aerem*) Idola sive simulacra ista puto intelligi dæmonas, quos versari in omnibus elementis & inferioris mundi partibus, ne sacræ quidem Literæ inficiantur. Ac magorum majorem fuisse aciem oculorum, sane illis concedamus. Nos vero istos sive dæmones, sive alia quædam aeria simulacra cernere necesse non est. Sæpe quidem ipse mihi videre videor cerastas, & tortuosos nodososque serpentes, nunc, prout palpebras vel diduxero vel occlusero, accedentes propius, nunc longius recedentes, ipsoque Proteo & Vertumno mutabiliores, aeriis & perspicuis corporibus. Sed multum vereor, ne non monstra illa, sint aeris incolæ potius, quam oculorum meorum, quorum (nunc præsertim) eam vim non novi, ut videant, quæ alios incolumi acie prætereant.

28. *Utebantur veste candida, lecto gramine, cibo olere, caseo, pane secundo*) Ad declarandam scilicet animi puritatem, & vitæ innocentiam. Eundemq; colorem Clemens Alex. etiam Christianis idoneum esse censet. Cætera de cultu & victu magorum ad frugalitatem & temperantiam pertinent, hominibus studiosis & doctis valde necessariam. Quam Pythagoreis quoq; fuisse causam existimo, ut & esu animalium, & & certis leguminibus abstinerent. Quanquam non negarim, aliquid etiam superstitionis accessisse, ut crederent, se Diis fore gratiores, ista vivendi ratione observanda: timerentque ne in bove suos avos aut parentes devorarent.

29. *Chaldæi apud Babylonios*) Hæc cum historica sint, nec dogmata aliqua exponantur, quæ ad formandum judicium pertineant: non est in iis immorari operæ precium: cum sit ab instituto nostro alienum.

30. *Sacerdotes & Prophetæ apud Ægyptios*) Hos Magos fuisse probabile est. Hebræorum vero sacerdotes, & prophetæ, sacra & oracula sua divino Spiritui accepta retulerunt, ut quæ ab illis prædicta sunt, non verba hominum, sed mandata Dei habeantur.

31. *Ab his orti primi in Græcia sapientes*) Quanta barbaries ante bellum Trojanum, atq; etiam aliquot sæculis post fuerit: cum e *primo libro* Thucydidis, tum Diod. Siculi antiquitatibus, aliorumq; Veterum scriptis apparet. Atq; adeo Græcos ignorasse literas, antequam a Cadmo Phœnice edocerentur, plerique sentiunt. Postea Græci discendi cupidi, in remotissimas profecti regiones, & Theologiam, qualemcunque illam quidem, & Philosophiam, & artes tam liberales quam illiberales in patriam secum retulerunt.

32. *Musæus Athenis*) Ineptire existimo eos, qui Mosen, ob tantillam nominis affinitatem, in Musæum transformant: cum Mosen in Græciam nunquam venisse constet. Neque enim id vel sacræ Literæ vel Josephus dissimulassent.

33. *Theogoniam*) Aut principia rerum tractavit, Deumque autorem rerum omnium esse declaravit: aut in fabulis & nugis fuit occupatus, sicut Hesiodus in sua *Theogonia*: qui aut res naturales, ut elementa, in Deos transformat: aut mortuos homines ob inventas artes & beneficia vitæ hominum collata divinis laudibus ornat, aut monstra quædam absurdissima & portenta comminiscitur. Quod idem & Apollodorus in *Bibliotheca* sua facit.

34. *Sphæram*) Fuit ergo Astrologus, & motus atque effectus syderum docuit.

35. *Ex uno omnia oriri*) Vix existimo eum sensisse, Deum esse A καὶ Ω, *ex quo, in quo, & per quem omnia*, ut sacræ Literæ docent. Fortassis intellexit chaos, primam materiam & elementa, quæ perpetuis vicibus, in hac inferiore natura mutantur: ut, terra liquefacta, paulatim degenerat in aquam: aqua in aerem: aer in ignem, ab imo elemento ad summum ascendendo:

mundi ortum, [37] Solis & Lunæ vias, [38] animalium [39] & fructuum origines deſcripſit. Septem ſapientes: Thales, Solon, Periander, Cleobulus, Chilon, Bias, Pittacus. Addunt quidam Anacharſin Scytham, Myſonem Chenæum, Pherecydem Syrum, Epimenidem Cretenſem, Piſiſtratum tyrannum. Poſt Barbaros & Poetas ſapientiam in Græcia profeſſi ſunt, Thales, Ionicorum philoſophorum princeps, Olymp. XXX. tempore Crœſi & Solonis. Primus fertur ſcripſiſſe [40] de ſolſtitio [41] & æquinoctio, de aſtrologia [42] & defectionibus Solis. Animas eſſe immortales. [43] Quanto Sol major ſit Luna. [44] Initium rerum eſſe aquam.

---

rurſusq; deſcendendo, ignis in aerem, aer in aquam, aqua in terram degenerare dicitur, ſubtilitate & puritate amiſſa. Analogia autem elementorum inter ſeſe, etſi a nonnullis Philoſophis curioſe indagatur, tamen videtur captum humani ingenii excedere, non minus quam numeri illi Platonici qui in *Timæo* extant. Semper autem danda eſt opera, ut & ea quæ ſciri cognoſciq; poſſunt, diſcamus & cognoſcamus: & quæ tenebras atque anguſtias mentis noſtræ ſuperant, prætereamus: cum in diſcendis neceſſariis, & homini conceſſis, abunde ſimus occupati.

36. *Linus apud Thebanos, mundi ortum*) Repetantur hic quæ de Muſæi Theogonia dicta ſunt. Probabile enim eſt, eos & eodem in ludo edoctos fuiſſe, & non diſſimiles habuiſſe opiniones, cum eadem fere ætate vixerint.

37. *Solis & Lunæ vias*) Docent Aſtrologi, ſeptem planetas curſum ſuum ſubter Zodiacum circulum, qui Signifer eſt Latinis, conficere: cujus media linea ecliptica dicitur, a qua Sol nunquam recedit. Luna vero cæteriq; planetæ aliquot partibus ſeu gradibus interdum ſive in Auſtrum, ſive in Septentrionem evagantur, quæ latitudo planetarum dicitur, hoc eſt, intervallum, quo ab ecliptica diſtant. Longitudo vero planetarum eſt progreſſus eorum in ipſo Zodiaco, ab Occidente in Orientem, quamvis primi cœli converſione illa violentiſſima ab ortu in occaſum etiam rapiantur. Hunc Zodiacum circulum inſtrumentum Dei eſſe cenſent, quo hæc inferior natura gubernetur, atq; omnes viciſſitudines temporum efficiantur. Etſi autem hæc partim e doctrina de natura rerum, partim e libellis ſphæricis cognoſcenda ſunt, & hujus auditorii captum hoc tempore ſuperant: tamen meo exemplo confirmare poſſum, utiliſſimum eſſe, eorum etiam quæ in præſentia minime intelliguntur, μὴ παντάπασιν ἀνήκοον γενέσθαι. Multa enim puer audita memoriæ mandavi, quæ nunc demum, quorſum pertineant, ſentire incipio.

38. *Animalium*) De hoc ſupra dictum eſt, Veteres putaſſe, terram humefactam & ſolaribus radiis concalefactam omnis generis animalia genuiſſe. In qua opinione Linum etiam fuiſſe probabile eſt.

39. *Et fructuum origines*) Plantas atq; arbores e terra extitiſſe primum, utiq; ſenſit, quarum ſeminibus poſtea propagata omnia ſint. Muſæus, Linus, Orpheus, Epimenides, Parmenides, & pleriq; Veterum, doctrinam ſuam verſibus complexi, fabularum involucris obſcurarunt. Unde Plutarchus pronunciat τὸ τῶν ποιητῶν μυθῶδες οὐκ ἀφιλόσοφον εἶναι, hoc eſt, doctrinam de obſcuritate naturæ, de rebus cæleſtibus, de vita & moribus, Poetarum fabulis contineri, ſi dextre explicentur, ut Euſtathius & Heraclides Ponticus in *Homericis Comment.* Landinus & Vives in Virgilio enarrando, atq; alii in aliis authoribus fecerunt. Ea explicatio μυθολογία ſive ἀλληγορία dicitur. Didicerunt igitur pueri prima ætate fabulas, quibus natura delectantur: quas adulti demum intellexerunt. Altera fabuloſæ expoſitionis cauſa fuiſſe videtur, ut & admirabilitatem novitate captarent, & homines hebetes, rudes, ignavos, a tantarum rerum cognitione, qua indigni eſſent, excluderent, ut teſtatur ille verſus:

Ἀείδω ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις.
Nos canimus doctis, procul abſit turba profana.

Poſtea (ut omnia ſolent in pejus degenerare) nugatores quidam inanes extiterunt, qui inutili verborum ſtrepitu aures opplerent, atq; etiam ſpurciſſima quæq; & abſurdiſſima, & moribus pernicioſa conſcriberent. Unde factum, ut Plato in Repub. bene conſtituta, Poetas non eſſe tolerandos cenſuerit, niſi & utilia & legibus publicis conſentanea commentarentur. Plutarchus autem Poetas non quidem abolendos cenſet, cum quo D Baſilius conſentit, ſed cum judicio legendos: quam ad rem inſigni eruditione eſt opus.

40. *De ſolſtitio*) Inſignis Aſtrologus fuit Thales, & arte ſua, ſi voluiſſet, locupletari potuiſſet. Solſtitium autem dicitur quaſi ſtatio Solis, non quod Sol unquam conſiſtat (Nam 365. diebus & quadrante, id eſt, 6. horis totum Zodiacum perambulat, & violento motu primi cæli ab ortu in occaſum, & rurſus in ortum 24 horarum ſpatio rapitur) ſed quod ubi pervenit ad Cancrum, aſcendere in Septentrionem deſinit, & verſus Auſtrum declinat, idq; ſolſtitium æſtivum dicitur Contraq; ubi Capricornum attigit, ab Auſtro verſus Septentrionem recedit, & nobis dies auget, noctesq; minuit. Id tempus bruma, & hybernum ſeu brumale ſolſtitium dicitur. Iſti autem Solis acceſſus, a quibus incrementa & decrementa dierum atque noctium pendent, e libellis & inſtrumentis ſphæricis ſunt cognoſcendi: cujus doctrinæ plane rudem & ignarum eſſe, dedecus ingens eſt homini literato.

41. *Et æquinoctio*) Græci ἰσημερίαν appellant. Sunt autem æquinoctia duo, alterum vernum, cum Sol Arietem ingreditur, alterum autumnale, cum ad Libram pervenit: horum neutrum apud nos ultra unum diem durat, diebus ſtatim in vere creſcentibus, in autumno decreſcentibus. Alia eſt eorum ratio, qui ſub ſphæra recta habitant.

42. *Et defectionibus Solis*) Etiam Lunæ, ut probabile eſt. Nam neutra ſine altera poteſt intelligi. Veteres putabant, in eclipſibus Solem & Lunam extingui, & neſcio qua calamitate & clade affici. Adeo erant rudes rerum cæleſtium. Sed poſtea deprehenſum eſt obſervatione ingenioſorum hominum, & Geometriæ atq; Arithmeticæ ſubſidio, quas Plato alas appellat, quibus in cælum ſubvoletur, opacum corpus Lunæ per ſe ſolaribus radiis illuſtrari. Interpoſita vero κατὰ διάμετρον umbra terræ inter Solis & Lunæ corpus, tanquam maceria quadam, obſcurari Lunam: itemq; Solis conſpectum noſtris oculis eripi, cum Luna directe infra Solis corpus collocetur. Fiunt autem eclipſes Solis in conjunctionibus, Lunæ in oppoſitionibus.

43. *Quanto Sol major ſit Luna*) Magnitudo ſtellarum, Solis & Lunæ præſertim, e ratione eclipſium deprehenſa eſt, & cognitum, Lunam terra multo minorem eſſe: Solem vero longe majorem terra, adeo ut Aſtrologi afferant, Solem vincere terram magnitudine centies ſexagies ſexies. Hæc ridicula videntur rudi vulgo, per jocum interrogare ſolito, ut Diog Cynicus fecit, *quam pridem Aſtrologi de cælo deſcenderint, tam gnari ſcilicet Politiæ cæleſtis?* Sed habent illi ſuas demonſtrationes, quæ a pleriſq; longe facilius ridentur, quam vel ab acutiſſimis & exercitatiſſimis ingeniis intelliguntur aut refutantur. Quare adoleſcentes ingenui, ſi hæc diſcere non poſſunt, aut nolunt, caveant ne contemnant aut derideant: ſed potius ea ſe nec intelligere, nec de iis judicare poſſe, ingenue fateantur.

44. *Initium rerum eſſe aquam*) Id fuit Thaletis acumen, ea etiam pietas, (ut e nonnullis ejus dictis colligitur) ut haud dubie aliquam cauſam effectricem initio ſtatueret. Et deinde ſubjecit materialem cauſam, quam ideo fortaſſe dixit eſſe aquam, quod ſemina omnium animantium eſſe humida conſtaret, atque etiam ſemina eorum quæ terra gignerentur, non prius animari ſolerent, quam putrefacta atque in humorem aliquo modo reſoluta eſſent.

45. *Mundum animatum eſſe*) Hoc eſt, eſſe animal,

45 Mundum animatum esse, 46 & dæmonibus plenum. 47 Anni dies esse CCCLXV. Huic successit 48 Anaximander, qui Olymp. LVIII. an. II. erat LXIV. annorum, cui successit Anaximenes, Olymp. LXIII. tempore Pythagoræ, deinde Anaxagoras, Olymp. LXX. Docuit, 49 Res omnes simul factas: deinde ornatas a A mente fuisse & distinctas. Floruit 50 tempore Xerxis. Cujus fuit discipulus Archelaus, qui ex Ionia philosophiam 51 Athenas transtulit. Docuit, 52 Ortus rerum duas esse causas, calidum & frigidum. 53 Animalia ex luto gigni. 54 Justum & injustum non natura, sed lege constitutum esse. 55 Vocem percussionem esse

quod habeat suos impetus, sentiat, intelligat: nec esse mortuam & ignavam materiam tantum. Idque nonnulli philosophi de cælo & stellis multo magis affirmarunt: quod absurdum crederent, terrena hæc corpora vivere, sentire, intelligere: cælestia vero illa tanto præstantiora, esse mortua, sensus & rationis expertia Plausibile videtur hoc argumentum: sed testimonio evidenti sacrarum Literarum destituitur. Occasionem certe idololatriæ præbuisse videtur. Sacræ Literæ B testantur, Deum condidisse omnia, angelos, homines, animantes, qui vivant, sentiant, intelligant, alii plus, alii minus. Cælum autem & terram servire & Dei gloriæ & saluti animantium. Hac cognitione contenti, curiose non vestigemus, vivat ne cælum & sentiat, an sit lapidi aut ligno (quod ad vitam & motum attinet) simile? nec nisi alieno impulsu moveatur & agitetur? Nam quod cæli enarrare dicuntur gloriam Dei, figuratum est, & sic intelligendum, ut D. Paulus enarrat, Dei æternam majestatem & potentiam e rebus conditis intelligi atq; perspici. Neque vero aspectabilis hæc natura rerum quicquam habet amplius, magnificentius, illustrius cælis & stellis quæ C in iis continentur. Idem Apostolus κατὰ προσωποποιΐαν dolorem attribuit toti naturæ rerum, quod abusui hominum impiorum sit obnoxia: liberationemq; a vanitate expectet. Quæ autem apud Timæum Locrensem περὶ ψυχᾶς κόσμω, & apud Platonem disputantur: eam videntur habere vim, ut affirment, mundum divina vi & providentia administrari: quæ rebus conditis divinitus insita sit, ut cæli agitentur, & sydera motum & vitam rebus inferioribus impertiant, unde terra fructus tempestivos, aqua pisces producat, & aer agitatione sua vitam animantium sustentet.

46. *Et dæmonibus plenum*) Hoc est, geniis sive bo- D nis, quos angelos dicimus, sive malis, qui diaboli appellantur. Hæc sententia neq; a Theologia, id est, ratione divina, neq; a philosophia, hoc est, ratione humana atque adeo ab experientia videtur abhorrere.

47. *Anni dies esse* CCCLXV.) Ut Lunæ cursu menses, ita Solis circuitu anni definiuntur, quorum diversa fuisse spacia apud alias atq; alias gentes probabile est. Qua de re consulatur Lilii Gregorii Gyraldi libellus, itemq; Hadriani Junii, & aliorum qui *de Annis* inscribuntur, aut alioqui χρονολογίας continent, cujusmodi est Funccii, Bibliandri, Gregoræ, & aliorum, itemq; Eberi & Beutheri Calendarium. Sed ad rem: nostra ætate annumerantur singulis annis ultra hos E CCCLXV. dies, senæ horæ, quæ quarto quoq; anno diem integrum conficiunt, qui XXIV. horis constat. Is annus Bissextus seu Bissextilis appellatur, cum Februar. qui est alioqui XXVIII. dierum, dies habet XXIX.

48. *Anaximander, Anaximenes*) Horum dogmata a præceptoris Thaletis autoritate non multum recessisse, probabile est, nec quicquam ab iis aliud fuisse excogitatum, quod alicujus momenti videretur, nisi quod ille infinitum, τὸ ἄπειρον, rerum initium esse dixit, & infinitos ex infinito mundos extruxit. Anaximenes aerem rerum principium definivit.

49. *Res omnes simul factas esse*) Græcum habet ὁμοῦ γεγονέναι, quod videtur rectius converti *simul fuisse*, F id est, confusas inter sese fuisse, sicut poetæ de Chao fabulantur. Deinde rudem illam materiam a Deo distinctam esse sensit, ut & Ovidius:

Hanc Deus & melior litem natura diremit.

Appellavit autem Anaxagoras Deum νοῦν τὸν διακοσμοῦντα, *Mentem digerentem* & exornantem omnia

50. *Tempore Xerxis*) Etiam post illius interitum familiaris Pericli duci Atheniensium, atq; adeo præceptor ejus fuisse dicitur, cujus autoritate & gratia sit supplicio liberatus, quod Solem non Deum ut cæteri, sed massam quandam ignitam esse perhiberet. Huic initium rerum fuit ἡ ὁμοιομέρεια, id est, minutissimarum particularum occulta & abdita quædam similitudo.

51. *Athenas transtulit*) Ut & præceptor hujus Anaxagoras ante illum.

52. *Ortus rerum duas esse causas, calidum & frigidum*) Omisit alteras duas qualitates, siccum & humidum: omisit & subjecta in quibus qualitates hæreant, ignem, aerem, aquam & terram: omisit & νοῦν τὸ αἴτιον πάντων καὶ τὸ διακοσμοῦντα, id est, Mentem, hoc est, Deum causam rerum omnium & gubernatorem. Ita sive novitatis studium ex inanis gloriolæ, aut pecuniæ cupiditate ortum, sive ignorantia & hebetior acies, atque angustiæ ingenii, præclara Veterum inventa corrumpunt & depravant.

53. *Animalia ex luto gigni*) De hac opinione supra dictum est.

54. *Justum & injustum*) Perniciosa est hæc & impia opinio, nisi commode intelligatur. Qui varios gentium mores, leges & instituta tenent, sæpe vident, quæ uno in loco pulchra & honesta habentur, ea alibi fœda & turpia judicari. Unde hæc orta esse videtur opinio. Ut Athenis ociosi homines mulctabantur, cum Lacedæmone ocium honestissimum haberetur. Plerique sepeliunt mortuos, nonnulli cremant, Ægyptii exenterant & condiunt, Hyrcani cadavera canibus objiciunt, quos ea de causa alunt. Infinite sunt tales varietates, & nonnullæ ejusmodi, ut sive hoc, sive alio modo vestias, ædifices, edas, bibas, similiaq; facias, parum referat. Sunt enim multa ἀδιάφορα καὶ οὐδέτερα, id est, *indifferentia & neutra*, quæ vel fieri vel omitti, sic aliterve administrari, salva honestate, possint, arbitratu cujusq; gentis, quæ suæ vel necessitati vel commoditati consulit. Sed ea quæ a naturæ præscripto recedunt, nequaquam ἀδιάφορα sunt: ut etsi Anthropophagi confectos senio parentes mactant, & devorant, nunquam tamen id honestum erit; quia natura docet, parentes colendos esse, a quo naturæ præscripto Anthropophagi plus quam belluina immanitate, & nefaria consuetudine recedunt, dum œconomi nimis acres & diligentes, nihil perire sibi volunt. Ubiq; honestum est, esse prudentem, justum, fortem, temperantem: nec ulla lex hoc naturæ decretum abrogavit, nulla barbarica immanitas immutavit. Non pro- E pterea frugalitas vituperanda erit, & contemnenda virtus, quamvis Ephesiorum lege sancitum esset, μηδεὶς ἡμέων ὀνήϊστος ἔστω, *Nemo nostrum frugi esto*, aut potius *virtute excellat*. Nam Sybaritarum, nisi fallor, fuit, τὸ μηδεὶς ἡμῶν σωφρονείτω. Cum aliquando Euripides in scena pronunciasset:

Τί δ᾽ αἰσχρὸν, ἂν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;

reclamasse fertur Socrates ex tempore,

Αἰσχρὸν τό γ᾽ αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ.

Prior versiculus honestum facit arbitrarium, & pro hominum opinionibus mutabile. Sed transferatur ad varios ritus, cerimonias & instituta gentium, in cultu & victu & exercitationibus quibusdam corporis atq; F animi, ut modo est dictum. Alter honestatem facit necessariam & immutabilem, cum sit lege naturæ sancita, & ab ipso Deo instituta. Semper igitur turpe erit & ubiq; gentium, hoc est, Deo & naturæ adversabitur, quamvis gentibus nonnullis aut tyrannis placeat, temere & stulte cogitare: reformidare honestos labores, & pericula non propulsare si possis: violare innocentes, & per vim aut fraudem opprimere imbecilliores: luxu diffluere & fœdis libidinibus indulgere. Hæc, tametsi a plurimis fiunt, non tamen recte fiunt: unquam

A aeris definivit. 56 Maximum astrorum Solem esse. 57 Universum infinitum esse. Discipulum habuit Socratem, qui 58 autor philosophiæ de moribus natus Olymp. LXXVII. Unicum bonum 59 scientiam esse dicebat: 60 reliquas res nihil sancti habere. 61 Se hoc unum scire, quod nihil sciret. 62 Physica & cætera illius generis 63 ad nos nihil pertinere. 64 Aliorum sententias refellere, 65 quam suas statuere malebat. Hujus fuerunt inter cæteros insignes discipuli, Antisthenes, Cynicorum princeps, 66 sic dictus ab

---

nec illi ipsi hæc turpia esse: sed prava consuetudine corrupti, suæ conscientiæ repugnant: cujus stimulos si non sentiunt, ne homines quidem existimandi sunt, sed mancipia diaboli, qui sanam illis mentem ademit. Teneatur igitur hæc distinctio:

B

Τοῦ καλοῦ τὸ { μὲν ἔξωθεν, νόμῳ / δὲ ἔσωθεν, φύσει } καθέστηκε.

Hoc est, honestas externa, quæ in oculos & sensus incurrit, cujusmodi sunt, vestitus, ædificatio, ceremoniæ & similia, lege humana & mutabili consuetudine: internum vero, quod non nisi mente & ratione perspicitur, in quo scientiæ virtutesq; continentur, natura, hoc est, lege divina & immutabili constat. Qua de re fortasse plura in nostris *in Officia Ciceronis Comment.*

55. *Vocem percussionem aeris)* Non de humana tantum voce loquitur, sed de omnis generis sonis. Unde Priscianus ex philosophis, vox, inquit, est aer ictus, eamque dividit in articulatam & inarticulatam, quæ Græcis sunt διηρθρωμένη καὶ ἀδιάρθρωτος.

C

56. *Maximum astrorum Solem esse)* De hujus magnitudine ante dictum est. Earum vero stellarum quæ acie humana perspici possint, nullam esse, quin terram magnitudine superet, censent Astrologi; Luna sola excepta. Quæ nisi terra minor esset, umbra terræ obscurari non posset. Quidam addunt Venerem etiam & Mercurium.

57. *Universum infinitum esse.)* Mundum finitum esse probat Aristoteles, tum a circuli forma, tum a certi temporis motu & conversione. Plin. furoris esse ait, extera mundi indagare, cum homo seipsum non plane cognoscat. Definit autem cœlum, cujus circumflexu tegantur omnia. De materia cœli varie disputatur, &, ut ego quidem existimo, frustra.

D

58. *Autor philosophiæ de moribus)* Multa de doctrina morum, etiam ante Socratem multis sæculis, & tradita & scripta fuerunt. Sed Socrates doctrinam de cœlo in terram devocasse traditur, quod omissa cœlestium rerum indagatione, investigare juberet:

Ὅττι τοὶ ἐν μεγάροισι κακῶν τ' ἀγαθῶν τε τέτυκται.

Ædibus in propriis quæ recta aut prava gerantur.

59. *Scientiam esse dicebat)* Non tantum cognitionem rerum, sed virtutes etiam ἐπιστήμας dicebat, non ἕξεις ut Aristoteles, propterea quod nulla virtus sine judicio esse possit.

E

60. *Reliquas res nihil sancti habere)* Id est, Non magni esse momenti, nec ulla ex parte cum scientia esse comparandas. Est & hæc ὑπερβολὴ μειωτική.

61. *Se hoc unum scire)* Est & hæc extenuatio immodica, sed non immodesta tamen. Nam si ea quæ scimus, cum eorum quæ ignoramus multitudine comparentur, omnis humana scientia pertenuis, atque adeo plane nulla esse videatur. Cum igitur scientiam ita laudaret, humanamq; sapientiam tantopere extenuaret, homines ad cognitionem imbecillitatis suæ traducere, atque ad diligentem rerum considerationem excitare voluit. Inde Apollinis oraculo hoc elogium meruit.

F

Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος,

Est Socrates mortalium doctissimus.

62. *Physica & cætera illius generis)* Est & hæc hyperbole per comparationem accipienda: doctrinam de natura rerum, si cum doctrina morum comparetur, videri posse supervacaneam. Illud certe quidem constare debet, hominem ante omnia semetipsum cognoscere, corrigere & erudire oportere. Tum vero aliarum quoq; rerum naturam investigare licebit. Ac nisi hoc Socratis dictum ὑπερβολικῶς τε καὶ συγκριτικῶς accipiatur, ut & reliqua quæ modo exposita sunt: valeat Socrat. cum sua illa sive sapientia sive inscientia. Nos vero naturam rerum, ut Dei opus, cum gratiarum actione, & admiratione sapientissimi ac benignissimi artificis, contemplemur: ejusq; providentiam, & curam rerum humanarum, e rebus conditis perspiciamus. Omnino philosophorum exaggerationes & extenuationes immodicæ multos errores, multas inutiles & supervacaneas rixas pepererunt: excogitatis præsertim novis loquendi formulis, quibus res magis obscuraretur, quam illustraretur. Homo studiosus sit simplicis veritatis & proprii sermonis amator, rerumque naturam consideret. Quod qui fecerit, facile intelliget, quæ dicta philosophorum simpliciter intelligenda, quæ figuris adhibitis explicanda, quæ probanda repudiandave sint. Accipiatur igitur hoc dictum non aliter, quam prius illud, cum affirmat, τὰ λοιπὰ, πλὴν ἐπιστήμης, ὅσιον μηδὲν ἔχειν. Facit enim duo genera bonorum:

ἀγαθὰ { θεῖα, { φρόνησιν, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν, σωφροσύνην. / ἀνθρώπινα, { κάλλος, ὑγίειαν, ῥώμην, πλοῦτον, εὐδοξίαν.

Bona divina: Prudentiam, justitiam, fortitudinem, temperantiam. Humana: Pulchritudinem, sanitatem, robur, divitias, gloriam, &c. Ex collatione igitur, ut dictum est, hujusmodi hyperbolæ oriuntur.

63. *Ad nos nihil pertinere)* Ad hoc dogma probandum, citatur dictum illius: τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, μηδὲν πρὸς ἡμᾶς: quo significet eam esse naturæ obscuritatem, ut ingenii humani captum superet. Non igitur frustra esse sequenda, quæ assequi nequeamus. Sed hic teneatur Horatianum illud:

Est aliquo prodire tenus, si non datur ultra.

Non propterea quod multa ignoramus, ea quoque contemnenda sunt, quæ scire possumus. Lactantius τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς interpretatur cœlos & Deos: atque ita censet, Religionem ab eo contemptam fuisse: argutius quam verius fortasse.

64. *Aliorum sententias refellere)* Inprimis id efficere voluit scilicet, ut homines suam inscitiam intelligerent, depositaque arrogantia diligentius de rebus cogitarent.

65. *Quam suam statuere)* Cum enim se nihil scire profiteretur, non committendum putabat, ut quicquam pro certo affirmaret. Sed tamen falsis opinionibus refutatis (quod ejus fuisse studium, e Platonicis *Dialogis* apparet) homini acuto & diligenti præbetur occasio judicandi, quid sit maxime probabile & verisimile. Hac Socratis sive modestia sive disputandi libertate, factum fuisse videtur, ut tot philosophorum sectæ atq; opiniones existerent. Hinc Academici suam ἀκαταληψίαν: hinc suam ἀπάθειαν Stoici: hinc Peripatetici μετριοπάθειαν: alii deniq; alias opiniones hauserunt, pro sui quisque captu ingenii, aut spe consequendæ famæ & celebritatis. Sic nostra ætate sacrarum Literarum oraculis, multi ad quæstum, ad ambitionem, ad alios pravos affectus detortis, nova dogmata comminiscuntur, ut rixarum & turbarum plena sint omnia: atque ipsi fallaci illa gloria aut male partis opibus fruantur. Tales qui sunt, Theologi non sunt, sed matæologi καὶ ψυχοκτόνοι: non philosophi, sed improbi & perniciosi sophistæ, omni suppliciorum genere coercendi.

66. *Sic dictus ab impudentia)* Alii a Gymnasio, quod Cynosarges diceretur.

67. *Virtutem doceri posse)* Extat hac de re libellus inter Platonis opera, quo disputatur, non posse doceri virtutem, quod nullum signum naturæ humanæ

impudentia & mordacitate. Docuit, 67 virtutem doceri posse. 68 Eosdem esse nobiles & virtute præditos. 69 Seipsa ad vitam beatam contentam esse virtutem. 70 Virtutem rebus non verbis metiendam esse.

sit additum, quo vir prudens & probus ab improbo & stulto dignoscatur, ut & Euripides:

Ὦ χρὴ τὸν ἐσθλὸν τοῦ κακοῦ διειδέναι,
Οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι.

Deinde quod præstantissimi quiq; viri, quamvis adhibito summo educationis studio, filios plerunq; luxu perditos aut stolidos reliquerint. Reliquum igitur esse, ut virtus sit divini beneficii munus. Sed hæc controversia facile dijudicatur, si quis Aristotelicum illud teneat, ad omnem in quolibet genere excellentiam tria requiri, naturæ bonitatem, quæ Platoni *εὐμοιρία φύσεως θεία τὶς μοῖρα* dicitur: Rectam institutionem: & exercitationem: quæ imitatione præstantium virorum, & honesta civitatis disciplina, bonisq; exemplis plurimum adjuvatur. Doceri igitur virtus potest, si adsit docile ingenium, id est, *ἄνδρειπος*, ut ait Isocr. *μὴ κακῶς πεφυκὼς πρὸς ἀρετὴν*. Deinde si pravis exemplis & vulgi licentia naturæ bonitas non corrumpatur. Ibi demum recta institutio *συμπαρασκευάσθαι & συνασκῆσαι* potest, ut ait idem Isocr. hoc est, rude ingenium & nondum subactum, præparare & expolire, resecare supervacanea & vitiosa, & ea quæ desunt, paulatim adjungere. Neque vero dubium est, quin ad virtutem, ut & ad eruditionem, ingenii bonitas plurimum faciat. Sed quantum valeat institutio & educatio, (severa præsertim & diligens) non tantum in pueris, sed etiam in canibus & equis quotidie cernitur. Plurima tamen cum optime nata, tum rectissime instituta ingenia, commercio improborum, & depravata consuetudine sui sæculi suæq; nationis, corrumpuntur, & spem parentum simul & præceptorum fallunt. Magna enim vis est exemplorum, adeo ab imbecillioribus ingeniis pluris fiant, quam ipsius naturæ syncerum incorruptumque judicium, & sapientissimorum sanctissimorumq; virorum verissimæ & salutares admonitiones, & sacrosanctæ præceptiones. Sed non statim recte fit, quod exemplo fit, ut ait Cic. & D. Hieronymus præclare monet, multitudinem peccantium non patrocinari peccantibus. Sed ut ad rem redeam, cum constet, eruditionem ad virtutem quoque comparandam, esse utilem, excitanda est diligentia, & amor studiorum, spe tanti præmii (quid enim virtute præstantius?) inflammandus.

68. *Eosdem esse nobiles & virtute præditos*) Utinam tam facile hoc vulgo eorum, qui vetustate generis, ac potius nobilitate (Nemo enim, ut Homer. ait, ἀπὸ δρυὸς ἢ ἀπὸ πέτρης nascitur) & divitiis superbiunt, persuaderi posset, quam ipsius naturæ judicio certissimum est, & extra omnem positum controversiam. Cum enim eadem conditione, eodemq; modo & nati simus, & vitam sustentemus: quid est quo alii aliis præstent, si a virtute & sapientia discesseris? Corporis robur, pulchritudo, celeritas, dotes sunt homini communes cum bestiis, a quarum plerisq; vincitur. Divitiæ, potentia, & id genus alia, extra ipsum hominem sunt, & corporis necessitatibus serviunt. Est enim corpus quasi vestis quædam animi: cæteræ res ipsum corpus quodammodo vestiunt. Est igitur excellentia, id est, nobilitas a principe hominis parte, hoc est, a mente repetenda. Qui autem secus faciunt, & externum splendorem intuentur, non dissimiles iis sunt, qui personam & larvam elegantem admirantur, nec considerant, qualis ea sit facies, quæ sub larva delitescit. Fieri autem potest, ut homo turpissimi aspectus, larva omnium elegantissima tegatur, statuis similis, quæ foris auro nitent, intus vero muribus, telis aranearum, aliisq; sordibus sunt refertæ. Sic fieri potest, ut homo formosissimus, ditissimus, antiquissima stirpe ortus, intercutibus (ut Cato dicere solebat) vitiis scateat, & sit stultitiæ & omnium flagitiorum sentina quædam. Huc annotandi sunt versus Juvenalis, *Sat.* VIII.

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas sola est atque unica virtus.

Illud quidem divitibus & nobilibus concedi facile potest, plures & meliores eos perveniendi ad eruditionem & virtutem habere occasiones. Sed qui iis abutuntur, sive ad ignaviam & luxum, sive ad Centauricam ferociam & Cyclopicam immanitatem: hi fortunæ proditores sunt, ut ait Isocr. majoreq; digni vituperatione, quam pauperes, qui necessariis subsidiis destituti, eo quo voluere pervenire non potuerunt. Unus igitur tum vitiosæ nobilitatis fructus, minime ille certe quidem præclarus aut expetendus relinquitur, quem ipsum etiam Juvenal. hoc modo describit;

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto qui peccat major habetur.

69. *Seipsa ad vitam beatam*) Hoc Græci ita efferunt, *ὅτι αὐτάρκης πρὸς εὐδαιμονίαν ἡ ἀρετή*. Hoc Stoicæ doctrinæ fundamentum est, minime certe quidem firmum. Nam si homo sola mente constaret, scientia fortassis & virtute contentus esse posset. Nunc cum ex animo & corpore quasi conflatus sit, corpus autem victum, amictum, aliaq; plura necessario requirat, (sine quibus homo ne vivere quidem possit: tantum abest, ut virtutis illius fructus ad multos perveniat) satis apparet opinionem istam ad somnia beatorum esse referendam. Eruditio & virtus per se neq; sitim neq; famem depellunt: non æstum, non frigus arcent: non morbos curant, sine subsidiis aliarum rerum. Quæ etsi plerunq; virtute & sapientia parantur, aliud tamen est dicere, virtutem nulla re egere, aliud, virtute parari res necessarias. Nam si virtus nulla re eget, cur inani labore non supersedet? Quanto rectius Gemistus, qui *τὸ ἀνενδεὲς* Deo, *τὸ ὀλιγοδεὲς* viro bono & sapienti tribuit, qui iis rebus, quas corporis necessitas postulat, contentus, luxum & immensas opes non desideret? Alex. Aphrodis. libellum contra hoc dogma & *παράδοξον* edidit, *ὅτι οὐκ αὐτάρκης πρὸς εὐδαιμονίαν ἡ ἀρετή*. Et quid verbis opus est? dogma hoc si recipiatur, summa virtus erit, quam primum male perire. Includatur enim Stoicus sapiens: nihil illi rerum omnium præbeatur, præter Zenonis & Chrysippi libros: qui referti sunt descriptionibus & amplificationibus virtutum: & observetur, quam diu tandem istis magnificis verbis sit usurus: Est igitur hyperbole, ad amplificationem virtutis pertinens, & cæterarum rerum, quas pleriq; virtute neglecta, maximi faciunt, extenuationem. Nam qui inveteratum errorem hominibus imperitis eripere student, in contrariam partem maxime inclinant, & iniquum petunt, ut æquum ferant. Voluerunt itaq; monere Stoici, corpus & fortunas ita esse curandas, ut virtuti & sapientiæ principatus deferatur. Dicunt igitur, corpus & ea quæ corpori serviunt, non esse in bonis, nec ad hominem pertinere. Hæc hyperbolica extenuatio est. Contra dicunt, virtutem non modo summum, sed & solum esse bonum: & qui virtute præditus sit, ei nihil deesse rerum omnium. Hæc hyperbolica amplificatio est, & ab omnium mortalium consensu abhorrens. Rectius igitur Aristoteles cæterique Peripatetici, qui virtuti principatum sic detulerunt, ut neque corpus negligerent, neque alias res, quæ hujus vitæ fragilitati necessariæ sunt, prorsus aspernarentur.

70. *Virtutem rebus*) Præclara sententia est, & perpetuo habenda ob oculos. De virtute garrire, facile est: sed e virtute vivere, difficillimum. Qua de causa Epictetus dicere solebat, plerosq; philosophari *μέχρι τοῦ λέγειν, οὐκέτι τοῦ πράττειν*, id est, *eo usq; ut philosophice loquerentur, non autem philosophice viverent*. Sic nostra ætate de Theologica fide pene usq; ad pugnos & gladios disputatur, cum interim fidem etiam civilem, & eam honestatem, quam vel Ethnici magni fecerunt, pene amiserimus. Sic nos quoq; Christiani sumus *μέχρι τοῦ λέγειν, οὐκέτι τοῦ πράττειν*: cum Christus testetur, se non agnoscere eos qui dicant, *Domine, Domine, sed qui faciant voluntatem Patris sui*. Quod si nobis

71 Tam esse expetendum vulgi contemptum, 72 quam opes & divitias. 73 Bona honesta, mala turpia sola esse, 74 Nihil esse turpe, quod naturæ conveniat. Hunc secutus est Diogenes, 75 cognomento Cynicus, qui senex erat. Olymp 111. docuit: 76 Exercitationem duplicem esse, animi & corporis. 77 Alteram sine altera imperfectam esse. 78 Naturam sequi, vitam esse beatam. 79 Nihil melius esse libertate. 80 Omnia sa-

studio esset, parere divinæ voluntati, pleræq; rixæ de rebus, quæ aut captum humani ingenii superant, aut ad salutem minus necessariæ sunt, utiq; minuerentur, si non plane conticescerent. Nunc etiam atq; etiam metuo, ne ex eorum numero simus, qui labiis colunt Deum, cum eorum corda a Deo sint alienissima. Sed hæc hactenus. Λέγω γὰρ ταῦτα (κατ' Ἰσοκράτην φάναι) οὐ κατὰ πάντων, ἀλλὰ κατὰ τῶν ἐνόχων τοῖς εἰρημένοις ὄντων.

71. *Tam esse expetendum*) Τὸ καταφρονεῖσθαι ὑπὸ τῶν πολλῶν, *contemni a vulgo* seu *multitudine*. Paradoxi hujus ratio est, quod vulgus excellentiam virtutis & sapientiæ vel non intelligens vel contemnens, sola vanitate, & larva illa externarum rerum movetur: ac suspicit eos, qui divitiis & potentia & nobilitate cæteris præstant, & omnibus voluptatibus circumfluunt: quamvis nec recte sentiant, nec ita morati sint, ut recta ratio postulat. Epictetus (ut epigr. de eo testatur) & servus fuit, & claudus, & Iro pauperior: sed sapientia & animi æquitate constantiaq; (ut ejus monumenta testantur) admirabili & pene divina. Serviit autem Epaphrodito, Neronis Cæs. liberto. Vulgus hominum Epictetum contempsit ob vitium corporis, ob paupertatem, ob servitutem. Epaphroditum vero herum ejus, qui assentationibus & multis haud dubie nefariis obsequiis, non modo libertatem, sed etiam autoritatem, magnas opes & gratiam tyranni singularem consecutus fuerat, suspexit, ac pene adoravit: virtutem autem Epicteti neq; intellexit neq; curavit. Quid vero Epictetus? Is sua sorte ita contentus fuit, ut se Diis immortalibus charum esse prædicaret. Laudi igitur sibi duxit, τὸ καταφρονεῖσθαι ὑπὸ τῶν πολλῶν, vicissimq; contempsit ac potius miseratus eos est, a quibus contemnebatur. Pertinet hæc sententia ad gloriæ definitionem, quæ prædicatione eorum qui recte de rebus & hominibus judicare possunt: non vulgi temeritate, stulticiaq; & improbitate nititur. In eo videtur pene excessisse modum, quod contemni sese expetendum esse dixit. Plus satis enim est, illo sui contemptu non magnopere moveri & perturbari. Nam similes Euangelii sententiæ de persecutione etiam expetenda, sancti Spiritus auxilio nituntur, non solis humanis viribus.

72. *Quam opes & divitias*) Has inter ἀδιάφορα numerarunt Stoici, & tamen προηγμένα dixerunt, hoc est, præferendas esse divitias inopiæ & paupertati, si optio detur, censuerunt.

73. *Bona honesta*) Solam honestatem, id est, virtutem ἀγαθὸν, solam turpitudinem, id est, vitium κακὸν dixerunt Stoici. Cætera, ut modo attigimus, προηγμένα, ut pulchritudinem, sanitatem, divitias, &c. Contraria vero, ut deformitatem, adversam valetudinem, paupertatem, ἀποπροηγμένα, id est, *rejicienda* vel *postponenda* cæteris, quæ vulgo bona dicuntur. Alii etiam ἀδιάφορα καὶ οὐδέτερα quam ἀποπροηγμένα καὶ προηγμένα dicere maluerunt vitam, mortem, sanitatem, morbum, divitias, egestatem, quod his & bene & male uti liceat. Hoc dogma ipse Antisthenes in gravi morbo, si non evertit, multum certe enervavit. Nam cum exclamanti, *quis me hisce doloribus liberabit*? Diogenes, cultello prolato, hic, dixisset: *ille non*, inquit, *sed doloribus me liberari velle dixi*. Sensit igitur & vitam esse bonam, & dolorem malum. Cur enim alioqui & hunc aversatus esset, & illam expetivisset? Ad eundem modum Persæus Zenonis auditor, qui divitias rem indifferentem diceret, facete ab Antigono delusus est, falso nunciante prædium illius periisse. Quo ille audito cum expalluisset, *Vides*, inquit Rex, *divitias rem non esse indifferentem*. Sic quicquid contra ipsius naturæ sensum vel phantastice vel sophistice dicitur: ab ipsa natura, cum res agitur refutatur.

74. *Nihil esse turpe, quod*) Vera est hæc sententia, si natura hominis ita consideretur, ut a Deo condita fuit, sique specimen ex optimo genere capiatur. Sunt qui ad furta, ad latrocinia, ad cædes, ad mendacia, ad calumnias, ad imposturas natura sint propensi. Num ergo hos vacare turpitudine dicemus, atq; excusatos habebimus? Absit. Non est talis hominis natura a Deo condita: sed justa & sancta. Convenit igitur naturæ humanæ justicia & sanctitas. Neq; vero his virtutibus necessitates corporis excluduntur; si & modus in iis servetur, & divinæ Legis præscriptum non violetur. Licet edere & bibere & quiescere: sed post honestum laborem & moderate. Licet procreare liberos, sed ex legitima uxore. Sic de reliquis judicare difficile non est. Sed videtur Antisthenes ἁπλοκύων dictus, id est, simplex canis (si codex non fallit) intellexisse ea, quæ Cynicæ impudentiæ sunt, & cum occulte fiunt, reprehensione vacant, palam autem molesta & odiosa sunt, minimeque ad consuetudinem moremque civilem accommodata. Magnificæ & generosæ sunt hujus viri sententiæ. Sed alicubi excedunt modum. Stoicæ quidem doctrinæ hic potius autor statuendus esse videtur, quam Zeno Cittieus.

75. *Cognomento Cynicus*) Κύων potius. Nam ipse (autore Laertio) interrogatus, *cujusmodi canis esset*? *Melitæus*, inquit, *dum esurio*: *satur vero Molossicus*, ex eorum numero, quos multi cum laudent, tamen cum iis exire venatum ob laborem non audent.

76. *Exercitationem duplicem esse*) Recte censuit. Nam & corpus propter tuendam valetudinem augendasque vires exercendum est; & ingenium ut falsæ opiniones pravæque cupiditates minuantur, & virtus atque sapientia comparetur. Quo pacto autem utraq; hæc exercitatio instituenda sit, ut neutra alteri officiat, sed mutuas potius operas tradant; alibi est ad captum puerilem satis expositum.

77. *Alteram sine altera imperfectam esse*) Quia magna est corporis atque animi cognatio consensioque (συμπάθεια Græce significantius dicitur) fieri vix potest, ut animus suo munere fungatur, nisi corpore incolumi & vegeto: contraq; cum animus corporis esse debeat quasi dux & gubernator, nisi is valuerit, corpus in multa delicta incidet. Conservat autem utriusque sanitatem prudens & moderata exercitatio.

78. *Naturam sequi, vitam esse beatam*) De hac sententia consulantur ea, quæ *in primum librum de Officiis* dictavimus. Stoici recentiores naturæ substituerunt Deos, ut ex Arriani *Epicteto* apparet, qui ait, τέλος εἶναι ἕπεσθαι τοῖς θεοῖς, *finem hominis esse sequi Deos*: ut & Plato ὁμοίωσιν τῷ θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ, id est, *in eo positam esse hominis felicitatem, si Deo, quoad ejus fieri possit, similis fiat*. Exhortatur & Christus suos ad imitationem perfectionis patris sui cælestis: non quod eam unquam attingere possint: sed quod perfectissimum exemplar proponere sibi debeant.

79. *Nihil melius esse libertate*) Ut servitus ita etiam libertas est duplex, altera corporis, altera animi. Animi servitus est, cum homo non rectam rationem, sed pravos suos affectus sequitur: contraque libertas animi est, recte judicare de rebus omnibus, rectumque judicium in moribus, & in vita omni sequi. Christiana libertas est, liberatum esse ab ira Dei, peccato, diabolo, inferno & morte æterna: contraque, factum esse filium & hæredem Dei, & cum Christo perpetuo regnare in cælis: qui unicus hujus libertatis autor est, sicut ipse testatur. *Si filius*, inquit, *vos liberaverit: vere liberi eritis*. Hæc libertas si intelligatur: rectissime dixit Diogenes, *nihil melius esse libertate*. Etsi civilis quoque libertas & philosophica magnifaciendæ sunt, & recte poeta sensit cum scriberet:

Non bene pro toto libertas venditur auro.

Sed hæc libertas non excludit eam servitutem, quæ debetur Deo, rectæ rationi, æquis legibus & legitimis dominis ac magistratibus. Servi enim (ut Juri-

pientum esse, quia sint amici Deorum. [81] Nobilitatem, gloriam, & cætera, ornamenta esse vitiorum. [82] Communes debere esse uxores. [83] Gustari pie posse carnes humanas. Hunc secutus est Crates Thebanus, Olymp. CXIII. Deinde Zeno Cittieus, Olymp. CXXX. in Stoa porticu docuit, [84] Stoicorum princeps, qui docuerunt: [85] Primam esse animalis appetitionem, seipsum conservare. [86] Finem bonorum esse, conve-

consultus ait) legum sumus, ut in libertate vivere possimus. Non igitur serviunt, sed liberrimi sunt, qui recte præcipienti & monenti obtemperant.

80. *Omnia sapientum esse, quia sint amici Deorum)* In hanc sententiam multa præclare disputantur ab Epicteto. Sed hujus egregii dicti vera interpres est Christiana Religio, quæ piis docet cum Christo omnia esse donata a Deo. Cum autem pii & sapientes aliquando egeant: disputant Stoici, omnes hominis opes in animo esse sitas, & quicquid accidat, voluntate Dei accidere eis, non irati, sed consulentis eorum commodis, quos ita tractat. Quæ sententia ita cum Religione nostra congruit, ur ab Epicteto inde petita esse videatur.

81. *Nobilitatem, gloriam & cætera, ornamenta esse vitiorum)* Græce προκαλύμματα τῆς κακίας, id est, velamenta quędam, quibus vitiorum deformitas obtegatur. Ut si mulier fuco sese illinat, ne faciei naturalis pallor appareat. Sententia est, eos, qui virtute careant, nobilitate potissimum gloriari, cæterisq; fortunæ muneribus vitia sua obtegere. Sed hac de re supra dictum est.

82. *Communes debere esse uxores)* Ut inter canes scilicet, quorum tamen morsibus & concertationibus admoneri debuit, communionem istam minime facere ad Reipub. tranquillitatem. Sed videntur hæc & similia a Platone, Diogene, aliisque Philosophis εἰρωνικῶς & per ridiculum dici, ad exagitanda adulteria suæ ætatis, quasi dicerent: si matrimonii fides non sanctius observabitur, quam nunc fieri solet, perinde erit ac si nulla essent matrimonia. Verba Diogen. fuerunt, τῇ πείσαντι δεῖ πάσῃ συνεῖναι, *ut cujusvis liceat consuetudine uti, cui persuaseris*, hoc est, quæ non recuset copiam sui facere. Satyric exclamat:

—— *Casta est quam nemo rogavit*.

Quod si verum est, bene procedet ista communitas, quam ut Sacræ Literæ detestantur, sic Babylonica disciplina ad urbanitatem & laudem humanitatis refert. Sed quantum Theologiæ valeat autoritas hac in re & similibus, nemo ignorat. Sumus Euangelici, si Diis placet, sed Euangelium ad cupiditates nostras detorquemus, & nostris blandimur flagitiis, imbecillitatem carnis excusantes scilicet, cum carnis ea fortitudo sit, spiritus vero imbecillitas, ac potius nequitia, quæ nos non sinat esse probos. Luxus divitiarum, & fuga laboris in causa est, inprimis vero impietas, aut, si qua scintilla pietatis superest, magna ignavia in petendo auxilio divino, & negligentia in cavendis occasionibus. Christus autem efficax remedium proponit: *Hoc genus*, inquit, *dæmoniorum non ejicitur nisi deprecatione & jejunio.* Qui igitur castitatem conservare studet, ardenter invocet Deum, jejunet, hoc est, non tantum crapula & vino sese non obruat, sed fugiat omnes delicias, omnes occasiones, nunquam sit ociosus vel corpore vel animo, nimium somnum caveat, aliaque quæ cogitationes tales excitare & corporis lasciviam augere possunt. Quib. ipsis de rebus alibi quoque diximus.

83. *Gustari pie posse carnes humanas)* Anthropophagorum decretum hoc est, non Philosophorum, nisi forte obsidionis aliqua necessitas aut solitudo hoc cogat, sicut & in Samaritana obsidione & ante Hierosolymitanum excidium matres suos infantes devorasse perhibentur. Cambyses item cum imperii proferendi cupiditate in vastas Æthiopiæ solitudines devenisset, commeatu destitutus, decimasse fertur legiones suas. Qualiscunque incidat necessitas, fortasse præstat oppetere mortem, quam tantum facinus designare. Quid enim crudelius mactatione insontis hominis? Quid devoratione cadaveris detestabilius?

84. *Stoicorum princeps)* Eadem fere hujus dogmara fuerunt, ut ante dictum est, quæ Antisthenis. Sed hic *Cynici* cognomen, ille *Stoici* obtinuit, quod in ea porticu doceret, quæ Græce Ποικίλη dicitur a picturis præliorum Atheniensium: suo nomine Πεισιανάκτειος: ubi & in bellis interfecti sepeliri soliti fuerunt. Cynici autem, sive ab impudentia canina & quoslibet allatrandi impunitate, sive ἀπὸ τοῦ Κυνοσάργους gymnasio dicti fuerunt.

85. *Primam esse animalis appetitionem, seipsum conservare)* Optimus hujus loci interpres est Cic. primo *de Officiis*: *Principio*, inquit, *omni est animantium generi a natura tributum, ut se, vitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea, quæ nocitura videantur: omniaque quæ sint ad vivendum necessaria, acquirat & paret: ut pastum, ut latibula, ut alia generis ejusdem.* Quæ ad conservationem animalis pertinent, ea Græce dici solent τὰ πρῶτα τῇ φύσει, ἢ τῆς φύσεως, id est, *prima natura, vel naturæ*. Hinc illud Pythagoræ: φύσεως φωνὴ, μὴ πεινῆν, μὴ ῥιγοῦν· *Naturæ*, inquit, *vox est, non esurire, non algere*. Hæc est illa φιλαυτία, & natura insitus sui amor, quo omnes animantes studium suæ salutis & felicitatis habent, haud sane reprehendendum, nisi cum aliorum injuria conjungatur. Ac lupis quidem & leonibus crimen fortasse nullum possumus impingere, imbecilliora animalia devorantibus: quod nullo alio pastu vitam tueri possunt. Sed hominem ab homine mactari & devorari, id vero grave & immane est: quia nec naturale nec necessarium, sed ab ipsa natura interdictum. Neq; vero me de Anthropophagis tantum loqui censeas, sed & de avaris, tyrannis, prædonibus, sophistis, sycophantis, hypocritis, omnibus denique iis, qui aliorum vel vitæ & valetudini, vel famæ & existimationi, vel rei familiari nocent, & ex eorum commodis sua comparant commoda. Quibus nulla fera neque truculentior neque nocentior.

86. *Finem bonorum esse, convenienter naturæ vivere)* Finem bonorum vocant Philosophi, summum bonum, felicitatem, beatam vitam, & cum statum rerum omnium, in quo quisque acquiescat, nihil amplius requirat, nullam mutationem desideret. Sed quis unquam talis extitit? quis est talis, aut futurus ullo tempore in terris esse credi potest? Somnium est hæc felicitas & quidem umbræ somnium. Ut enim neque sapiens neq; bonus, sic ne beatus quidem & felix quisquam est præter unum Deum, in quo uno situm est summum hominis bonum: quod nunc in hac vita suspiramus, in illa altera expectamus. Cæterum quod ad Naturam attinet, recte sic eam celebrarent Philosophi, & omnem bene beateq; vivendi rationem ab illa arcesserent, si talis permansisset, qualis fuit a Deo condita, ut autorem ac parentem suum & cognosceret, & amaret, & coleret, & in eo uno sua omnia collocaret. Quod nunc quam frigide fiat, ac potius, quam contraria omnia fiant: quis est qui non a seipso exemplum possit petere? Sed hæc Theologorum sunt, hoc est, veræ Philosophiæ, ex oraculis Prophetarum, Apostolorum, & Domini ac Servatoris nostri J.C. cognoscendæ: cujus cum rudes atq; ignari Philosophi fuerint, eos in multis rebus hallucinatos fuisse, quis miretur? Neq; tamen, si quid recte dixerunt, aspernandum fuerit: cætera communi miseriæ naturæ depravatæ condonanda. Ut igitur ad rem redeamus, loquitur Zeno non de natura, quatenus ea homini communis est cum belluis: sed de peculiari natura hominis, quæ præcipue posita sit in rationis & orationis usu. Videntur autem Stoici pleriq; corpus a natura hominis exclusisse: quasi vero cum Diis aut geniis agerent, non vero cum iis, qui nisi corporis sarcinam circumferrent, nullis philosophorum præceptis egerent. Sed sæpe jam alibi diximus, Stoicos (si ab ambitione & novitatis studio vindicentur) hoc secutos esse, ut iniquum peterent, quo æquum ferrent, hoc est, ut hominum studia ab admiratione corporis, & rerum fortuitarum ad animi culturam traducerent. Id quod illis extenuan-

nienter naturæ vivere. 87 Id vero esse ex honesto seu virtute vivere. 88 Honestum, virtutem & utile idem esse. 89 Bonum non esse ullum præter honestum, ut nec malum præter turpe. Commoda aut incommoda corporis vel fortunæ, nec bona esse nec mala, sed 90 indifferentia; 91 esse tamen aliis alia anteponenda,

dis, hoc amplificando se maxime consecuturos esse putaverunt. Neq; tamen id vel a semetipsis impetrare potuerunt. Quis enim Stoicorum corpus & vitam & valetudinem suam neglexit? Quis non dedit operam, ut esset unde viveret? ut in tuguriolum aliquid receptum haberet, in quo a tempestatum, ferarum, hominum etiam injuriis defenderetur? Cui non chara fuit sua existimatio? Hæc enim & alia complura ipsius Naturæ imperio non minus, sed magis etiam quam animalia cætera, homo consectatur, nec ullam aliam doctrinam venter, carens auribus, admittit. Cur igitur Naturæ, ut profitentur discipuli & sectatores, in hoc a Natura magistra & duce desciverunt? An vero illis tantum præcepta sua usui esse voluerunt; quibus jam rebus omnibus ita pespectum esset, ut securi & tuti culturæ animorum vacare possent? Jam divitum tantum, & Canonicorum & Monachorum, nec eorum tamen omnium magistri erunt: neç tamen id efficient, quod proponunt, ut ea contemnenda sint, sine quibus vivi non potest, sive illa ab aliis suppeditentur, sive propria cujusque industria comparentur.

87. *Id vero esse ex honesto seu virtute vivere)* Hoc est, Eum esse beatum, qui prudenter, juste, fortiter, temperanter vivat, quantumvis infirmo corpore, quantumvis pauper & egens. Hoc si Zeno ægrotantibus & esurientibus persuadere posset, palmarium facinus ederet, & omnibus omnium regum triumphis præferendum. Sed nescio quomodo subinde reclamat venter, surdus ille quidem, sed non item & mutus, & Stoici ipsi senserunt in morbis, se magnificentius locutos esse, quam verius. Itaq; Dionysius quidam, hac de causa ὁ μεταθέμενος dictus, a Stoicis ad Peripateticos defecit: & alius quidam in morbi articularis doloribus exclamavit ille quidem: *Nihil agis dolor. Quamvis enim sis molestus, nunquam tamen efficies, ut te confitear esse malum.* Sed tamen quid esset dolor, & quam res indifferens, satis sensit: in eo tamen laudandus, quod dolori, quantum in se fuit, restitit.

88. *Honestum, virtutem & utile idem esse)* Sit & hujus loci interpres Cic. secundo lib. *de Officiis*: *Omnino ita se res habet, vera utilitas perpetuoq; duratura non potest ab honestate separari. Sed alia est popularis utilitatis ratio.* Atq; utinam non & Philosophi, hoc est, ii qui se eruditos esse dicunt, idem & sentirent & facerent. Videmus inter Theologos existere hypocritas, sophistas, sycophantas. Qua re moventur? Falsa specie utilitatis. Putant enim beatum illud ocium pessimis artibus simulationis & mendacii recte emi. Quid JCti? Quot inter eos sunt, qui lites ex litibus serant? qui innocentiam oppugnent? qui injuriam defendant? Quid caussæ est? Quia opes utiliores esse justitia putant, quamvis se ejus sacerdotes esse profiteantur. Quod si Medicus obiter suo munere fungitur: divitum intemperantiæ blanditur: pharmacopolarum quæstui inservit: si denique id agit, ut plurimi ægrotent, & nunquam plane convalescant: nonne is quoq; veritati & justitiæ quæstum, hoc est, falsam utilitatis speciem, anteponit? Et ut ad nostrum vitæ genus veniamus, si ii, qui docendæ pueritiæ præsunt, non aliud curent, nisi ut mercedem accipiant, atq; obiter curent pueros: nonne hi quoque ignavum ocium & injustum quæstum, hoc est, falsam utilitatis opinionem, officio & datæ fidei anteponunt? Quod si summos & infimos spectes, & omnia vitæ genera excutias: plerosq; reperies huic sententiæ, si non verbis & disputationibus, at vita & moribus refragari. Sed & hac de re alibi plura dicta sunt frustra certe quidem. Cum risu enim & odio audiuntur, quæ pugnant cum pravis affectibus & disciplinæ corruptæ inveterata & recepta consuetudine.

89. *Bonum non esse ullum præter honestum, ut nec malum præter turpe)* Definierunt id esse bonum quod possessorem bonum redderet, hoc est, virtute & sapientia ornatum. Cum autem viderent, multos esse formosos, sanos, robustos, veloces, itemq; divites, potentes, & tamen adeo non meliores aliis, ut stultitia & improbitate cæteros longe superarent: aliter, salva definitione sua, pronunciare non potuerunt, quam eas res non esse bonas. Adhibuerunt igitur hic (ut sæpe jam dictum est) amplificationes & extenuatione suas, & novo loquendi genere pravas hominum cupiditates perversaque studia corrigere, & in veram viam perducere voluerunt. Est autem inter Stoicam & popularem rationem controversia verborum potius quam rerum. Quid enim interest, prosperam valetudinem sive bonum sive præferendum morbo dicas, modo recte valeas, & non ita insanias, ut ægrotare malis? Usurparunt sibi Philosophi pleriq; vocabula nova confingendi licentiam, aut veterum significationes ad res alias transferendi. Idq; fecerunt alias necessitate coacti, alias studio fortasse novitatis adducti, (nam cum aliter sentirent quam vulgus, aliter sibi etiam loquendum esse putabant) alias obscuritate dicendi homines ignavos & profanos a philosophiæ sacris, quasi cancellis quibusdam oppositis, arcere voluerunt. Sed, ut ad institutum redeam, bonum Stoici novo modo definiunt, id solum bonum appellantes, ut dictum est, quod eum penes quem esset, ipsum quoq; bonum redderet. Ita virtus bona est, quia reddit eum bonum, in quo est. Ita sapientia bona est, quia naturam ei suam, (ut suavissime scribit Isocrates) cui contigerit, impertit, hoc est, sapientem illum facit. Negari sane non potest hæc excellentissima esse bona, quod iis abuti nemo potest. Nam cum primum quid stulte feceris, prudentię & sapientiæ jacturam feceris, ut non omnino, at illo certe tempore, dum stulte agis. Si quid molliter effæminateq; feceris, fortitudo periit. Si quid injuste, si quid nequiter & luxuriose, & justitia & temperantia naufragium patientur, eoq; tempore te destituent, etsi quasi postliminio ad te reverti fortasse poterunt. Populariter autem bonum id definitur, quod ad incolumitatem corporis & animi aliquid confert, etsi ejusmodi sit, ut eo etiam male uti liceat. Sic bonum dicimus vinum, quia si eo moderate utaris, & valetudinem corporis & ingenium multum juvat. An vero ideo id malum erit, quod ebriosi homines eo ad perniciem & suam & aliorum abutantur? Nequaquam. Distinguendus est enim usus ab abusu. Abusus vitium hominum est, non ipsarum rerum. Usus vero ipsarum rerum est nativa virtus & bonitas. Sed & his de rebus sæpe dictum est.

90. *Indifferentia)* Hæc & *neutra* dicuntur, ἀδιάφορα καὶ οὐδέτερα. In Ciceronianis plerisque codicibus legitur προηγμένα καὶ ἀποπροηγμένα, sed apud Laertium ἀπροηγμένα quinq; syllabis, non sex, unde verbum ἀπροῆχθαι τῷ προῆχθαι contrarium. Vocabant autem illa indifferentia, quod scilicet recte utenti prodessent, abutentem læderent, ut modo de vino diximus. Voluerunt etiam ea, quæ in malis vulgo numerantur, indifferentia esse: ut morbum, paupertatem, mortem: quod his etiam bene uti liceat, si scilicet æquo & magno animo feras. Sed hic locus Christianæ Religionis proprius est: quæ docet, cur ea quæ mala putantur, nobis accidant, & quo fine. Meditanda est diligenter hæc sententia, & in omnem versanda partem. Sic enim apparebit, Stoicos non pessime quidem sensisse, sed paulo magnificentius, quam vulgaris consuetudo ferat, locutos esse. Deinde opera erit danda, ut in excellentissimis bonis parandis, virtute inquam & sapientia, quæ nos sui similes, hoc est, bonos & sapientes, efficiunt, & quibus abuti nullo modo possumus, ante omnia & summo studio elaboremus. Quod si factum fuerit: neque προηγμένα illa deerunt. Nam ab iis & parandis & conservandis virtus & sapientia adeo non abhorrent, ut sint potius magnarum ac multarum utilitatum & sinceræ etiam voluptatis effectrices.

91. *Esse tamen aliis alia anteponenda)* Προάγεσθαι est

προηγμένα καὶ ἀποπροηγμένα. 92 Bona crescere non posse, aut imminui: sed omnia omnibus æqualia & paria esse, ut etiam mala & peccata. 93 Officium esse quod naturæ & rationi congruat. 94 Πάθη, motus esse vitiosos, non naturales, sed ex opinione perversa natos: ideo iis carere sapientes, id est, esse imputabi-

produci, primum locum obtinere, antecedere, dignitate præstare, ut princeps plebejo, servus domino, animus corpori, corpus pecuniæ præstat. Sic sanitas Stoicis bonum non est ἀγαθὸν, sed προηγμένον, productum, sive prælatum: quod in delectu rerum, optione data, prospera valetudo adversæ præponitur: morbus non malum κακὸν, sed ἀπροηγμένον, quod præ sanitate negligitur, & non priores, sed posteriores fert: non in prima acie collocatum, sed extremum agmen claudit: ac potius nullum in exercitu locum haberet, excludi si posset.

92. *Bona crescere non posse, aut imminui*, &c.) Fortasse defendi hoc potest, si de perfectione summa intelligatur, cui certe nihil potest addi. Sin quicquam detraxeris, etiam perfectioni aliquid decedet, & ad malum & inperfectionem fiet quasi regressio. Unde vulgo dicunt, *Id quod melius sit, non esse bonum*, ut si dicas: Melius esse esurire quam fame perire. Esurire bonum non est, præsertim diu: minus tamen malum est, quam fame interire. Sed rerum humanarum ea est fragilitas, ut summum illum bonitatis & perfectionis gradum nemo attingat. Quo autem quisq; propius ad eum accesserit, eo melior & habetur & dicitur. Quo longius ab eodem recesserit, eo rursus nequior & habetur & dicitur. Neq; vero omnium tantummodo populorum consentiens loquendi consuetudo rerum hosce gradus admittit, sed & ipsa natura rerum passim ostendit. Sumamus, exempli gratia, aquam. Ea natura frigida est, sed (siquidem cætera paria sint) frigidior hyeme quam æstate. Potest illa & tepescere & calescere & fervescere. Tepidam & calidam absq; noxa ferimus: fervidam non item. Sumamus aliud exemplum: Studiosus est adolescens, qui domi præmeditatur ea, quæ in schola discenda sunt, qui præceptorem attente audit, qui omnia necessaria sibi calamo persequitur, qui audita quam primum repetit & memoriæ mandat, cæteraq; præstat quæ præceptor jusserit. Hic laudem suam meretur, & inter ignavos veluti luscus inter cæcos excellit. Sed est alius studiosior, qui & hæc omnia præstat diligenter, & suo Marte plura consequi studet, etiam a præceptoribus non proposita. Legit Sacras Literas, versatur in lectione Historicorum, subinde stylum in vario argumentorum genere exercet, disputandi occasiones cum iis, a quibus erudiri potest, avide arripit, multa inquirit, multa percontatur, cessat nunquam, semper in officio est, jacturam temporis gravissimam ducit, postremus it cubitum, primus cubitu surgit. Deniq; quod Thucydides de Atheniensibus scribit: ὥσθ' ἑορτὴν ἄλλο τι ἡγεῖται ἢ τὸ τὰ δέοντα πρᾶξαι, ξυμφοράν τε οὐχ ἧσσον ἡσυχίαν ἀπράγμονα ἢ ἀσχολίαν ἐπίπονον, hoc est, *Nec ferias alias esse ducit, nisi fungi officio, nec minus malum ignavum ocium, quam ærumnosam occupationem*. Hic non tantum priorem illum diligentiæ assiduitate vincit, sed etiam summum gradum tenere videtur. Inter hunc & infimum interjectus is est, & quasi medius, qui alterum studio superat, ab altero superatur. Sic apud Homerum fortis est Diomedes, fortior Ajax Telamonius, omnium fortissimus Achilles. Multum profecto sibi sumunt Stoici, si gradus comparationis & e natura rerum, & e Grammatica, hoc est, e loquendi ratione, tollere voluerunt. Sin is eorum scopus fuit (quem fuisse probabile est) ut monerent, a vitiis & inscitia quam longissime recedendum esse, ad virtutem autem & eruditionem in summo quasi fastigio collocatas omni ope nitendum: cum idea Platonica, id est, perfectissima cujusq; rei forma, consenserunt: laudandi potius quam reprehendendi. Paradoxon hoc de paribus omnium peccatorum momentis Cicero peculiari declamatione illustravit, sed Vitus Amerbachius & Marcus Antonius Majoragius labefactarunt, ut & cætera paradoxa: ne dicam penitus everterunt admirabilem istam magniloquentiam Stoicorum: in quam Plutarchus ita invehitur, ut libellum scripserit cui titulus, ὅτι παραδοξότερα λέγουσιν οἱ Στωϊκοὶ τῶν ποιητῶν, id est, *Stoicos absurdiora dicere quam Poetas*, mendaciorum architectos.

93. *Officium esse quod naturæ & rationi congruat*.) Τὸ καθῆκον Stoicorum vocabulum est, Veteribus satis fuit ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ κατ' ἀρετὴν ἐνέργεια ἢ καλοκαγαθία. Natura autem humana intelligitur, quæ corpore & animo rationis capaci constat. Etsi Plato (ut disputationibus varie ludere, & pene sæpius Oratorem quam Philosophum agere, hoc est, immodicis exaggerationibus & extenuationibus uti solet) in *Alcibiade priore* disputat, corpus non partem hominis, sed ita esse hominis instrumentum, ut malleum fabri. Qua ineptissima (si dicere fas est) & dissimilima similitudine Stoici arrepta, omnia paradoxa sua fundamento minime firmo superstruunt: & hominem Deum quendam & mente a corpore separatam faciunt. Mirum vero, ni quotidianis naturæ necessitatibus admoniti, orationis suæ vanitatem intellexerunt. Qua de re copiosius in *Epicteteis Simplicii Commentariis* egimus. Sed si ea natura hominis intelligatur, quæ est, non quæ fingitur: locum habere potest hæc officii descriptio. Officium enim hominis est & corpus tueri & animum excolere: sic tamen, ut animo plus, tanquam præstantiori & domino, quam corpori, ut deteriori & servo, tribuatur. Quod si tempus inciderit, ut utrunq; simul conservari non possit: corporis potius jactura facienda est quam animi, hoc est, pietatis & honestatis.

94. Πάθη, *motus esse vitiosos, non naturales*, &c.) Πάθη Cicero affectus, affectiones, motus animorum nimios, rationi non obtemperantes, seu a ratione aversos, perturbationes item interpretari solet. Hi affectus, si solo animo constaret homo, & una ac simplex quædam natura esset, aut nulli existerent, aut minus essent importuni. Nunc cum ex corporibus & animis constemus, quemadmodum corpora, Hippocrate autore, ob diversas in iis qualitates atque humores languere & ægrotare & interire solent: ita etiam animi contagione quadam corporis afficiuntur, præsertim, cum vis iræ & cupiditatis e temperie corporis quasi efflorescere videatur. Nam unde alias tanta esset ingeniorum atque morum dissimilitudo? Cum igitur homo compositum quoddam sit animal, (quicquid dicant Platonem secuti Stoici) natura humana his sive affectibus sive perturbationibus vacare non potest, ac ne debet quidem. Pertinet Ira ad defensionem sui: Cupiditas, ad asciscenda idonea: Metus, ad aversanda & cavenda nocitura: Spes, ad animi solatium: Gaudium, ad felicitatem. Existunt ergo non ex opinione, sed a natura oriuntur: nisi forte ipsam opinionem e pura mente oriri dicant. Quæ si falsa est: cum natura mentis utiq; pugnat, cui tanquam scopus proposita est veritas, sicut voluntati id quod bonum est. Illud tamen Zenoni concedi potest, opinionibus sæpe excitari affectus non modo pravos, cujusmodi sunt invidia & odium, e cæco sui amore orta: sed & bonos, ac certe tolerabiles, plus quam par sit, augeri. Cui sententiæ pervulgatus ille versiculus suffragatur:

Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσποιῇ:
Nihil es grave passus, te nisi fingas pati.

Sed declaretur exemplo: Ambitiosus sophista, si quis neget, eum in nulla eruditionis parte claudicare, commovetur vehementer, & existimationem suam imminutam esse censet. Philosophus vero, hoc est, is qui veritatem & amat & intelligit, ista libertate orationis adeo non offenditur, ut libenter profiteatur, se ne Grammaticam quidem perdidicisse, nec unquam eo perventurum, ut desit quod discat: sicut Solon de se professus est hoc versiculo;

Γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος.
Semper discendo plurima, fio senex.

Excesserunt igitur modum Stoici qui affectus amputarunt & sustulerunt (verbis scilicet ac disputationibus suis. Reipsa enim nunquam id assecuti sunt.)

les, ἀπαθεῖς. 95 Solos ſapientes eſſe ſacerdotes, reges, 96 dictatores,&c. 97 liberos, 98 innocentes, 99 amicos, 100 beneficos, 1 omnium rerum dominos, 2 formoſos, 3 invictos, 4 vinciri non poſſe, &c. 5 Contra, ſtultos. 6 Nullam eſſe in virtute progreſſionem, quæ levet a miſeria. 7 Meliores alios aliis nul-

Rectius Peripatetici, qui eoſdem putarunt, & ad mediocritatem revocare ſtuduerunt. Sed & hæc alibi copioſius & accuratius tractata ſunt.

95. *Solos ſapientes eſſe ſacerdotes, reges)* Magnis cachinnis excipi ſolet hæc Stoicorum magniloquentia, nec fortaſſis immerito, ſi & ipſorum mores cum tanta verborum magnificentia non conſentientes, & vitæ civilis conſuetudo ſpectentur, id eſt, τὸ γινόμενον. Sed ſi quis rectam rationem, id eſt, τὸ δέον, intueatur: fortaſſe non peſſime ſenſerunt. Nam ſi ſacerdotis eſt, Deum colere & placare: a ſtulto & improbo agnoſci & coli qui poteſt? Debet igitur ſacerdos eſſe vir bonus & ſapiens, eodemq; modo rex, qui fruendæ juſtitiæ cauſa, ut ait Cic. conſtituitur. Qui ſi ſit væcors & malus, quid erit aliud niſi fæx & peſtis generis humani? Ac talium exemplorum plenæ ſunt omnes hiſtoriæ, adeo ut quidam dicere non dubitarit, omnium bonorum principum imagines in uno annulo ſculpi poſſe, proverbioq; jactetur, *Aut Regem aut Fatuum naſci oportuiſſe.*

96. *Dictatores)* Græce eſt αὐτοκράτωρ, cujus ſumma poteſtas eſt ſine cujuſquam interceſſione. Videtur & hoc eſſe verum. Nam ſi ſapiens & recte judicat, & ea quæ vera & recta ſunt exequitur, ſeditionis utiq; reus fuerit, qui ab eo provocaverit, illius imperium aſpernatus. Nam cum a veritate receſſeris, in mendacium utiq; incides. Deſerta virtute, ad ſcelera & flagitia deſciſces. Eſt igitur Dictatura hæc non miſeri alicujus homuncionis, ſed divinæ autoritatis poteſtas. Proinde qui vel infimum hominem, recte monentem, contempſerit: is ſe Deum ipſum contempſiſſe non dubitet. Recta enim ratio radius quidam eſt divinæ lucis: quam qui in ſuos oculos incurrere non vult, is in Cimmeriis, quod ajunt, tenebris perpetuo verſatur, & in ſentina vitiorum omnium inſtar porci immundi volutatur. Fidelem & prudentem monitorem Epictetus ſuaviſſime dicit, *Mercurium eſſe, a Jove Optimo Maximo miſſum, qui officii admoneat.*

97. *Liberos)* Scilicet, a ſervitute vitiorum falſarumque opinionum. Neque enim hic politica libertas aut ſervitus intelligenda eſt.

97. *Innocentes)* Homo enim, (ut ait Cicero) qui naturæ pareat, homini nocere non poteſt. Sed Græcum nomen ἀβλαβὴς etiam paſſive intelligi poteſt: eos eſſe ſapientes quibus nemo nocere poſſit, ut idem valeat, quod ἀκώλυτος καὶ ἀπαρεμπόδιστος. Prolixis enim diſputationibus probare conatur Epictetus, ſolam προαίρεσιν, καὶ χρῆσιν τῶν φαντασιῶν, hoc eſt, *voluntatem, & viſorum uſum*, id eſt, verum de rebus judicium, proprium hominis eſſe bonum, quod ei nec eripi, nec ſurripi, nec cogi, nec impediri ab ullo poſſit. Cætera vero omnia, ut corpus, uxorem, liberos, amicos, famam, rem familiarem, juris ac ditionis eſſe alienæ.

99. *Amicos)* Quia recte Philoſophi ſtatuunt, amicitiam veram non eſſe poſſe niſi inter bonos, virtutis mutua admiratione conciliatam. Neq; vero probitas ſine ſapientia, hoc eſt, recto de rebus judicio conſtare poteſt.

100. *Beneficos)* Et quidem ſumma beneficia conferunt ſapientes, cum in id dent operam, ut omnes recte ſentiant, & bene beateque vivant. Cæterorum vero munera plerumq; imitantur hamos, ut ait Plautus.

1. *Omnium rerum dominos)* Pendet hoc a ſententia Diogenica, qui ſapientes Deorum amicos eſſe affirmabat, cum amicorum omnia ſint communia. Sed is ipſe Diogenes, homines divites, amici ſui Dei procuratores, ſæpe malignos & iniquos expertus, colaphos pro ſtipe accepit: & panem a ſtatuis exigendo, αἰτῶν γε καὶ τὰς ἀνδριάντας ἄλφιτα) repulſas æquo animo ferre didicit.

2. *Formoſos)* Τὸ κάλλος τῆς ψυχῆς *animi pulchritudo* intelligatur: cujus pulcherrima eſt harmonia, & mente recte præcipiente, & appetitu alacriter obtemperante. Eſt & aſpectus talis animi pulcherrimus, ſed oculi noſtri hallucinantur. Quod ſi formam corporis ſpectes, viliſſima ſæpe meretricula vincet ſapientem.

3. *Invictos)* Quia non patiuntur extorqueri ſibi verum judicium, & rectam voluntatem. Quam cum divinæ gubernationi ſubmittant, quicquid Deo viſum fuerit, æquis & magnis animis perferunt.

4. *Vinciri non poſſe)* Statuunt enim (ut jam dictum eſt) Stoici, corpus non eſſe partem, ſed inſtrumentum & mancipium hominis. Solam vero mentem dignam eſſe, quæ homo appelletur. Unde Plato ſcripſit, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος τὸ ὁρώμενον, *non eſſe hominem id quod ſub aſpectum oculorum cadat.* Itaque Epictetus tyranno minitanti, ſe in vincula ipſum conjectum occiſurum eſſe, reſpondit, *Epicteti manus & pedes vincire, ac cervices amputare poteris, Epictetum vero ipſum neque vincire neque occidere poteris.*

5. *Contra, ſtultos)* Contrariorum ut contraria ſunt conſequentia: ſic eadem eſt doctrina. Nam altera ex alteris intelliguntur. Qui enim, quid ſit verum, bonum, album, intellexerit: quid falſum, malum, nigrumve ſit, non utique ignorabit. Conferuntur tamen hæc inter ſeſe κατ᾽ ἀντίθεσιν ἢ ἀντεξέτασιν, rei declarandæ & illuſtrandæ cauſa.

6. *Nullam eſſe in virtute progreſſionem, quæ levet a miſeria)* Pertinet & hæc ſententia ad Stoicorum illam ἀκρίβειαν, nihil niſi perfectum & omnibus ſuis numeris abſolutum admittentium, virtutiſque nomine dignantium. Sed hæc beatorum, quod ajunt, eſſe ſomnia, ſæpius jam diximus. Non plane ſanus eſt, qui non niſi baculo innixus ambulare poteſt. Rectius tamen eo valet, qui in lectulo decumbit, & vix manus tollere poteſt. Sic qui aliquando per occaſionem genio indulget, plerunq; tamen ſobrie modeſteq; vivit, temperantior eſt habendus eo, & proinde felicior, (ſiquidem felicitas a virtute pendet) qui noctes dieſq; in comeſſationibus exigit. Habent & vitia & virtutes progreſſiones ſuas. Quod ni ita eſſet, qui ſtultiſſimus & flagitioſiſſimus paulo ante fuiſſet, ſubito & quaſi divina virgula in virum perfecta virtute & ſapientia mutaretur, & e contrario. Fit quidem hoc aliquando, & olim ſæpe factum eſt divinitus. Sed ea exempla Zenoni nota non fuerunt: & is non de divina illa metamorphoſi loquitur: ſed de ea virtute, quæ hominis induſtria comparetur. Nam quis alioqui diſputationum ejus & tot librorum fuiſſet uſus?

7. *Meliores alios aliis nullos eſſe)* Si hæc ſententia ad inanes & virtutis expertes nobilitatis, potentiæ, divitiarum, ſimiliumq; rerum titulos referatur, locum habere poteſt. Sin ad naturam aut virtutis & ſapientiæ exercitationem, non video quemadmodum probari poſſit. Videmus enim alios aliis ingenii & animi vigore, & aſſiduitate diligentiæ longiſſimo intervallo antecellere. Injuria fieret igitur Cyro, qui & prudentiſſimus & optimus fuiſſe perhibetur, ſi Therſite aut Mida nihilo eſſe melior diceretur.

8. *Communes eſſe debere ſapientibus uxores)* Utinam non potius robuſtis & ſucci plenis ſtultis, quam gracilibus & aridis ſapientibus, qui mulieres parum curant, parumq; viciſſim ab iiſdem curantur, eæ communes eſſent. Zelotypiam illi fortaſſis hac ratione ſublatam, & valetudini conſultum voluerunt, ſi quis in laſciviorem mulierculam incidiſſet: ſicut Lacedæmonii Reipublicæ, cui non minus quam ipſis parentibus liberi ſuſciperentur. Unde marito vel valetudinario, vel ætate effœto, turpe non fuit, adoleſcenti generoſo uxoris ſuæ fundum conſerendum elocare. Quod ſi perfecta virtus ſapientia in omnium hominum animis vigeret, non mulierum modo, ſed & aliarum rerum omnium probata Plat. communitas, locum fortaſſis haberet. In hac vero ſtultitia & pravitate quid fiat, videmus: quid fieri debeat, non ignoramus. Nec Moſes nec Chriſtus vel concubitus

los esse. 8 Communes esse debere sapientibus uxores. 9 Mundum finitum esse. 10 Vacuum rem esse infinitam. 11 Solem ignem esse sincerum. 12 Deum providere mundo & partibus ejus. Post Zenonem Cleanthes scholam obtinuit: deinde Chrysippus, cujus discipuli Aristo Chius, qui docebat: 13 nulla esse momenta ad eligendum in mediis rebus inter virtutem & vitium: sed omnia paria esse. ἀδιαφορίας εἰσηγητής. 14 Partem philosophiæ de natura, & artem differendi nullam esse: quod 15 altera sit supra nos, 16 altera nihil ad nos attineat. Herillus

A dixit, finem esse scientiam. Indifferentia esse omnino conmoda corporis & fortunæ. Horum etiam tempore docuit Pyrrho. 17 Nihil tale esse revera quale videretur: sed opinione tantum omnia esse. Hinc, Pyrrhonii, Sceptici, Ephectici, Zetetici, & similes, dicti sunt. Euclides Megarensis, unde Magarici, docuit, 18 id bonum solum esse, 19 quod sit unum, simile, idem & semper. 20 Bonum appellari, alias providentiam, alias Deum, alias mentem, &c. 21 Quæ bono adversentur nulla esse. 22 Omne bonum in mente positum esse, & acie mentis, qua ve-

vagos & promiscuos, vel istam matrimoniorum licentiam ac corruptelam probant: quæ (in magnis urbibus præsertim) tanta est, ut D. Petrus, si viveret, multo magis dicturus esset: si hæc hominis causa est, præstat uxorem non ducere: maxime, si vitandæ scortationis causa ducenda est uxor. Quæ si fidem non servat marito: quid id conjugium aliud est nisi perpetua scortatio? Odiosa hæc sunt. Utinam falsa quoque essent. Falsa autem non erunt, si Christus vera locutus est. Valeant igitur commenta & somnia Philosophorum, & divinis humanisque, & in hac re & in aliis, sanctionibus & legibus obtemperetur: quarum autoritate mulier uno viro non contenta, non uxor aut conjux, sed aut meretrix aut adultera nominatur. Quæ autem arcana remedia conjugiorum arcanis morbis adhiberi vel debeant vel possint, vel certe soleant, ii viderint, quorum id interest. Eorum, qui populum & adolescentiam docent, interest, ad castitatem & patientiam conjuges non minus quam cœlibes adhortari. Nihil autem æque castitatem evertit ac luxus & ocium. Hinc illa sentina & occultorum veneficiorum & evidentium flagitiorum: ut rarus sit, qui non

Incidat in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.

Sed hæc Stoicis & Lacedæmoniis disceptanda relinquantur, quibus ea honesta sunt, quæ Christiana Religio detestatur.

9. *Mundum finitum esse*) De hoc ante diximus. Sed Plinius festive addit: *Infinito eum esse similem ob immensam magnitudinem.*

10. *Vacuum rem esse infinitam*) Imo talem potius, quam natura rerum non admittat. Ubi enim solidum corpus nullum est, id spacium aer occupat, cujus natura est cedere graviori & duriori materiæ.

11. *Solem ignem esse sincerum*) De hoc quoque ante dictum est. Oculi quidem ita judicant, sicut etiam de stellis, sed qualis ut ignis ille cælestis, nos non intelligimus.

12. *Deum providere mundum & partibus ejus*) Aristoteles Dei providentiam orbe Lunæ terminavit, infra quam quæ essent, fortuito moveri, pro instabili materiæ natura putavit. Sed hæc opinio non tantum a Theologis, sed a Philosophis etiam improbatur. Christus quidem affirmat, *ne passerem quidem sine voluntate Patris sui cadere in terram*, & *omnes piorum capillos esse numeratos*. Recte sane Epictetus colligit, nisi Deus curaret singulos, nullam esse posse pietatem, nullam religionem, & negligendum esse Deum, a quo homines negligantur: addito hoc epiphonemate: ὅπου τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές.

13. *Nulla esse momenta ad eligendum*) Aristonis, Herilli & Pyrrhonis jam pridem explosam esse sententiam; scribit Cicero, quod nullum rerum delectum reliquerint, nec ad Officii inventionem eorum dogmate aditus esse possit. Quare missos hos faciamus. Ut autem ἀδιαφορία ista intelligatur, exemplis est opus. Dixit igitur Aristo, nihil interesse inter vitam & mortem: inter optime & pessime valere: inter extremam inopiam & maximas opes, & id genus alia, plena absurditatis: quæ tamen ea specie fucavit, ut ad extollendam virtutem, & cætera vitæ commoda extenuanda, pertinere illa vellet. Hanc ἀδιαφορίαν Cebes Thebanus etiam in extrema sua *Tabula* probare conatur: nec ab ea opinione abhorret Epictetus, quam prolixius refutare non est hujus loci.

14. *Partem Philosophiæ*) Τὸ λογικὸν καὶ φυσικὸν sustulit, ut & Socrates, ac solum τὸ ἠθικὸν reliquit.

B 15. *Altera sit supra nos*) Id est, tantam esse naturæ rerum obscuritatem, ut captum humani ingenii superet.

16. *Altera nihil ad nos*) Quod scilicet subtili artificio differendi & dicendi nihil sit opus, sed vulgari more de rebus disputare sit satis, ut Amafanius ille fecit apud Cicer. Egregius hic, ut & Epicurus, ignaviæ atque inscitiæ patronus fuit, quamvis summum hominis bonum in scientia collocaret. Sed eam fortassis scientiam intellexit, quæ ad bene beateque vivendum pertineret. Quæ ut antecedat omnino est opus. Frustra autem erit, nisi etiam actio virtutis consequatur. Quam si exclusit, mutilatam proposuit doctrinam, & ad vitam humanam in terris non accommodatam.

C 17. *Nihil tale esse re vera quale*) Non contentus hic fuit integritate mentis & sensuum, ac fortasse putavit, non omnino sine ratione, nos in extremitate & externa specie rerum hærere, nec ipsarum naturam penitus introspicere. Agnovit hic, ut apparet, imbecillitatem humani ingenii: sed in eo excessit modum, ne deliravit dicam, si non constare asseruit, nix albane an nigra esset? glacies frigida an calida? & id genus alia. Neque vero causam habuisse videtur excogitannæ novæ linguæ, & mutandi ea, quæ omnium sententiis recepta essent.

18. *Id bonum solum esse*) Præclare sensit, solum Deum esse bonum, & fontem omnis bonitatis. Cætera vero si quid habeant boni, id a Deo promanare.

D 19. *Quod sit unum*) His ambagibus sive notis describit Dei naturam, quantum potuit. Sed hæc dilucidius explicantur a Simplicio Epicteti Interprete.

20. *Bonum appellari, alias*) Diversas appellationes Dei exponit, quæ tamen idem valeant. Deus usu receptum nomen est. Bonum naturam Dei significat. Providentia dicitur, quod gubernet mundum, & consulat rebus humanis. Mens ideo dicitur, nec corpus humanum aut aliquid aliud Deo affingamus.

21. *Quæ bono adversentur nulla esse*) Si Deus bonum est, & infinita Dei potentia: voluntati ejus quis resistat? In Dialectica quidem malum bono adversatur: sed id malum revera nihil aliud est, nisi ἀπόπτωσις καὶ στέρησις τοῦ ἀγαθοῦ, hoc est, *prolapsio quædam a bono, & privato boni*, sicut cæcitas est privatio visus, sanitatis ægritudo.

E 22. *Omne bonum in mente positum esse*) Magni fecit & hic scientiam, nec immerito. Cum enim mens præstantissima pars sit hominis, summum etiam bonum recte in mente collocatur. Mentis autem actio est cognitio veritatis. Deus vero ipse est veritas, ut Christus testatur, qui eam affirmat *esse vitam æternam, ut homines cognoscant Patrem suum, & quem is miserit Jesum Christum*. Sic summum hominis bonum a Sacris quoque Literis in cognitione collocatur: sed ea tamen, quam actio cognitioni consentanea comitetur. Non enim pauciores sententiæ sunt, nec levioris momenti, quæ vitæ sanctitatem postulent, amoremque Dei & hominum, atque obedientiam flagitent, quam veram cognitionem. Cognitionis enim finis est actio, in hac quidem vita: etsi charitas, quæ, abolita fide & spe, in

F altera quoque vita durabit, haud scio an actio quoque dici possit. Est enim charitas vivum atque actuosum aliquid, itaque ignea pingitur.

23. *Summum bonum esse, si quis Deo simili sit*) ὁμοίωσιν τῷ θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ. Non sine causa Plato θεῖος dictus est. Crebro enim de Deo & religiosissime loquitur, & ad ejus imitationem, ut & Christus, exhortatur.

rum cernatur. Hanc diſciplinam ſecutus eſt Menedemus, qui, quod Eretrienſis eſſet, ſuis Eretriacorum nomen dedit. Plato, natus Olymp. LXXXVIII. Academiæ præfuit, inde Academici, cujus ſententiæ ſunt: 23 Summum bonum eſſe. ſi quis Deo ſimilis ſit. 24 Virtutem ad beatam vitam requirere corporis & fortunæ emolumenta: 25 non tamen neceſſaria ad beatitudinem ea eſſe. 62 Animam immortalem eſſe, & A multa ſubire corpora. 27 Quatuor rerum eſſe cauſas, Materiam, Deum, Ideam, & Exemplar. 28 Deum curare ac intueri res humanas. 29 Tres eſſe animi partes, rationem in capite, iram in corde, cupiditatem in jecore. Ejus diſcipuli duo. 30 Primus Dialogos conſcripſit Speuſippus, Olymp. CVIII. quem ſecutus eſt Xenocrates, Olymp. CX. anno II. tum Polemo, deinceps ſequitur Crates, cujus diſcipulus

24. *Virtutem ad beatam vitam*) Tria bonorum genera ſtatuit, e quibus perfecta beatitudo quaſi conflaretur, animi, corporis, & rerum externarum; ſicut & auditor Platonis fecit Ariſtoteles. Hæc ſententia conſenſu totius generis humani comprobatur. Etſi nonnulli vel novitatis ſtudio, vel alia de cauſa, ad animum B omnia referunt: cui etiam Peripatetici principatum deferunt. Sed hic repetantur ea quæ ſupra dicta ſunt.

25. *Non tamen neceſſaria eſſe*) Num ergo ſupervacanea ſunt? ſi ſupervacanea, cur requiruntur? An hoc voluit, quod & Ariſtoteles ſcribit, ea ἐπικοσμεῖν, hoc eſt, non conſtituere, ſed ornare felicitatem, ut elegans veſtis per ſe formoſum corpus? καὶ ἐν προσθήκης εἶναι μέρει acceſſionem eſſe quandam.

26. *Animam immortalem eſſe, & multa ſubire corpora*) Hæc ſive μετεμψύχωσις, ſive potius μετενσωμάτωσις (corpora enim mutari, non animam perhibent, ſicut idem homo alias aliam domum incolit) Pythagoreorum fuit, & ante Pythagoram (quo Hermes Triſ- C megiſtus longe eſt antiquior) Ægyptiorum: qui ſtatuebant, animos humanos æternos eſſe, hoc eſt, ortus atque interitus expertes. Sed in varia tranſire corpora, alias hominum, alias pecudum, & in iis corporibus vitæ male actæ dare pœnas, alios graviores, alios, leviores. Sunt qui hæc ἀλληγορικῶς intelligant, ut turpibus voluptatibus deditus animus porco, maledicus cani, iracundus leoni, callidus vulpeculæ comparetur, & ſic de reliquis. Sed apparet, ſine figura ſic ſenſiſſe Pythagoram, qui & canem, ejus, a quo vapularet, neceſſarium, & bello Trojano ſe Euphorbum fuiſſe, diceret, deinde factum piſcatorem Delium, aliquando etiam meretriculam, (quo nomine imprimis a Luciano ridetur) donec poſt multas ambages factus fuerit Pytha- D goras, cujus dogmata præclare deſcribit Ovidius libro *Metamorphoſeon* XV. Ac iſtud τοῦ μεταγγισμοῦ τῶν ψυχῶν commentum etſi mirum in modum doctiſſimis Philoſophis Simplicio & Sylveſtro, etiam poſt doctrinam Evangelicam propagatam, placuit: tamen repudiandum eſſe, nemo Chriſtianus ignorat.

27. *Quatuor rerum eſſe cauſas, Materiam, Deum, Ideam, & Exemplar.*) Εἶδος, ἰδέα, παράδειγμα apud Platonem videntur eſſe συνώνυμα eandemque vim habere. Sic autem perfectiſſimam cujuſque rei formam nominari a Platone doctiſſimi quique exiſtimant, ut non ὑφεστηκότα, id eſt, *res quæ per ſe ſubſiſtunt*, ſed ἐν ψιλαῖς E ἐπινοίαις κείμενα, *in nuda cogitatione poſitæ*. Ariſtoteles μορφὴν pro idea uſurpaſſe videtur. Statuit enim & ipſe tria principia, privationem, materiam, & formam, in qua cauſa efficiens, hoc eſt, Deus intelligitur. Nec enim ipſa ſeſe materia informat ſcilicet, nihilo magis quam qui

Olim truncus erat ficulnus inutile lignum.
Quem faber eſſe Deum voluit.

Sacræ Literæ docent, non tantum formam impreſſam eſſe divinitus, & chaos illud ordine quodam digeſtum: ſed ipſius etiam materiæ eſſe autorem & conditorem Deum. Hoc uno igitur principio rerum omnium contenti, curioſe plura, non inquiramus. Nam materia & F forma etſi principia quædam corporum ſunt, & privatio ea vis & natura materiæ intelligitur, qua illa & veterem formam exuere, & novam induere poteſt: ſicut e ſpinæ medulla ſerpentem: e bove apes: ex aſino ſcarabeos naſci perhibent: tamen vere principia dici nequeunt, cum aliquid principium habeant, ipſum Deum, qui a Philoſophis αὐτάρχη appellatur, id eſt, principium per ſeſe, cujus unius nulla ſit origo, cum ex eo uno cætera omnia oriantur.

28. *Deum curare ac intueri res humanas*) Divinæ providentiæ aſſertor fuit: qua ſublata, una corruit non modo religio & pietas, (ut ante diximus) ſed civilis etiam honeſtas, ignoratione ſcelerum & impunitate propoſita.

29. *Tres eſſe animi partes, rationem in capite, iram in corde, appetitum in jecore*) Hoc dogma prolixo opere contra Chryſippum defendit Galenus. Diſputant autem Phyſici de animæ principatu, ſitne is in cerebro, an in corde collocandus? Cordi ſapientiam videntur tribuiſſe Latini, unde Naſica ille *Corculum* dictus, & cordati homines prudentes appellantur. Chriſtus, cordis & conditor & cognitor, affectus omnes cordi tribuit, id quod in ſe quiſque, opinor, verum experitur, non in ira tantum, ſed in quavis etiam cupiditate ac triſtitia; Ariſtoteles eidem principium vitæ aſſignat, ut hepati & ſtomacho, nihil niſi ἡ φυτικὴ ὄρεξις, *appetitus nutrimenti*, cum ſtirpibus quodammodo communis relinquatur. Mentis autem domicilium eſſe cerebrum, cum primis in læſionibus & morbis capitis apparet. Sed his de rebus videtur non magnopere eſſe laborandum, cum ὅλον τὸ σῶμα σύῤῥουν τε καὶ σύμπνουν καὶ συμπαθὲς eſſe conſtet, hoc eſt, omnes partes corporis mutuas inter ſeſe tradant operas & humoribus & ſpiritibus perviæ, & (ſi Græcos imitari liceat) *confluentes & conſpirantes & compatientes*: ſic tamen ut in aliis major vis ſit & illuſtrior: in aliis tenuior & obſcurior: ut fit in alphabeto, ubi vocales ſemivocalibus, hæ mutis præſtant, nec tamen ad conficiendam orationem mutis carere poſſumus. Sic in Republica principatum tenet Senatus, nec tamen ſine plebe conſtare poteſt civitas; in ſcholis Theologi, Juriſconſulti, & Medici: nec tamen hi ſine Grammaticis, Philoſophis & Mathematicis vel tales evaſiſſent, vel doctrinam ſuam conſervare & propagare poſſent. Sed his omiſſis ad reliqua pergamus.

30. *Primus Dialogos conſcripſit*) Quod eam orationis formam, ut opinor, proxime ad familiarem ſermonem accedere, magnamque habere in diſputando & commoditatem & delectationem exiſtimavit. Acceſſit & illud fortaſſe, quod ea occaſione amicos celebrare & immortalitati conſecrare voluit.

31. *Arceſilas, novæ Academiæ fundator*) Dicitur etiam Ἀρκεσίλαος. Lart. triplicem facit Academiam, veterem, cujus autor fuerit Plato: mediam, quam inſtituerit Arceſilas hic: & novam, cui præfuerit Lacydes. Græca ſic habent: Πλάτων ὁ τῆς ἀρχαίας ἀκαδημίας συστησάμενος· Ἀρκεσίλαος, ὁ τῆς μέσης ἀκαδημίας εἰσηγησάμενος· Λακύδης, ὁ τῆς νέας ἀκαδημίας φιλοσοφήσας. Quæ diſciplinæ cum in pleriſque inter ſe conſentirent, & hunc ſcopum tenerent: in tanta humanæ mentis caligine, rerumq; & obſcuritate & varietate, nihil temere eſſe affirmandum, nec pertinaciter ſemel approbatæ ſententiæ inhærendum: alii in hac ſententia vehementiores, alii remiſſiores fuerunt: in eo laudandi omnes, quod, imbecillitate humani ingenii cognita, monuerunt, non præcipitandum eſſe judicium: ſed aliorum quoque ſententias audiendas, expendendas, ad eaſque conſiderandas adhibendum & tempus & diligentia. Ad hunc modum Secta Academica probari poteſt: quos (ut de Stoicis ante diximus) inquum petiiſſe, ut æquum ferrent, probabile eſt: hoc eſt, affirmaſſe nihil certo poſſe percipi, ut temeritatem & pertinaciam hominum quidvis & temere opinantium, & mordicus retinentium inhiberent, & ad mediocritatem revocarent. Qua de re operæ precium eſſe duxi, quædam Ciceronis loca aſcribere. Nam quem

fuit, 31 Arceſilas, novæ Academiæ fundator, Olymp. cxx. docuit: Verum & certum nihil eſſe, ut nec falſum. Cohibendam aſſenſionem ab omni re. Scientiam nullam rerum eſse, ſed tantum opinionem. Nihil eſse affirmandum ſapienti. Probabilia multa videri, multa improbabilia. Hunc ſecutus eſt Lacydes, Olymp. cxxxiv. anno iv. Quem autorem novæ Academiæ Laertius facit, ut Arceſilam mediæ. Deinde ſucceſſit Carneades, Stoicorum hoſtis acerrimus. Olymp. CLXII. moritur. Poſtremus Academicæ ſectæ defenſor Clitomachus fuit, qui & aliarum diſciplinarum ſententias apprime tenuit. 32 Ariſtoteles, 33 qui in Lyceo inambulando Peripateticis originem dedit, natus Olymp. xcix. anno iii. 34 do-

---

alium facilius perſuaſurum bonæ indolis adoleſcentibus exiſtimem, ut & a rixandi inſania abhorreant, & ſobrie modeſteque philoſophentur? Is igitur, deſertiſſimus ſui dogmatis patronus, in *Lucullo* ſic ſcribit: *Reſtat unum genus reprehenſorum: quibus Academiæ ratio non probatur, quod gravius ferremus, ſi quiſquam ullam diſciplinam philoſophiæ probaret, præter eam, quam ipſe ſequeretur: nos autem, quoniam contra omnes dicere, qui ſcire ſibi videntur, ſolemus, non poſſumus, quin alii a nobis diſſentiant, recuſare: quanquam noſtra quidem cauſa facilior eſt, qui verum invenire ſine ulla contentione volumus, idque ſumma cura, ſtudioque conquirimus: etſi enim omnis cognitio multis eſt obſtructa difficultatibus: eaque eſt & in ipſis rebus obſcuritas, & in judiciis noſtris infirmitas, ut non ſine cauſa & doctiſſimi, & antiquiſſimi invenire ſe poſſe, quod cuperent, diffiſi ſint: tamen nec illi defecerunt: neque nos ſtudium exquirendi, defatigati relinquemus: neque noſtræ diſputationes quidquam aliud agunt, niſi ut in utramque partem dicendo & audiendo eliciant, & tanquam exprimant aliquid, quod aut verum ſit, aut ad id quam proxime accedat. Neque inter nos & eos, qui ſe ſcire arbitrantur, quicquam intereſt, niſi quod illi non dubitant, quin ea vera ſint, quæ defendunt: nos probabilia multa habemus, quæ ſequi facile, affirmare vix poſſumus. Hoc autem liberiores & ſolutiores ſumus, quod integra nobis eſt judicandi poteſtas, neque, ut omnia, quæ præſcripta, & quaſi imperata ſint, defendamus, neceſſitate ulla cogimur: nam cæteri primum ante tenentur aſtricti, quam, quid eſſet optimum, judicare potuerunt: deinde infirmiſſimo tempore ætatis, aut obſecuti amico cuidam, aut una alicujus, quem primum audierunt, oratione capti, de rebus incognitis judicant, & ad quamcunque ſunt diſciplinam quaſi tempeſtate delati, ad eam tanquam ad ſaxum adhæreſcunt. Nam quod dicunt, omnia ſe credere ei, quem judicent fuiſſe ſapientem: probarem, ſi id ipſum rudes & indocti judicare potuiſſent. Statuere enim, qui ſit ſapiens, vel maxime videtur eſſe ſapientis: ſed, ut potuerunt, omnibus rebus auditis, cognitis etiam reliquorum ſententiis, judicaverunt: aut re ſemel audita ad unius ſe autoritatem contulerunt: ſed neſcio quo modo plerique errare malunt, eamque ſententiam, quam adamaverunt, pugnaciſſime defendere, quam ſine pertinacia, quid conſtantiſſime dicatur, exquirere.* Idem prooemio primi libri *de Natura Deorum: De* RELIGIONE *tam varia ſunt doctiſſimorum hominum, tamque diſcrepantes ſententiæ, ut magno argumento eſſe debeat, cauſam, id eſt, principium philoſophiæ, eſſe inſcientiam, prudenterque Academicos a rebus incertis aſſenſionem cohibuiſſe: quid eſt enim temeritate fœdius? aut quid tam temerarium, tamque indignum ſapientis gravitate, atque conſtantia, quam aut falſum ſentire, aut, quod non ſatis explorate perceptum ſit, & cognitum, ſine ulla dubitatione defendere?* Idem prooemio ii. *de Divinatione: Quod genus philoſophandi minime arrogans, maximeque & conſtans, & elegans arbitraremur, quatuor Academicis libris oſtendimus.* Idem prooemio ii. *de Officiis: Occurritur nobis, & quidem a doctis, & eruditis, quærentibus, ſatis, ne conſtanter facere videamur, qui cum percipi nihil poſſe dicamus, tamen & aliis de rebus diſſerere ſoleamus, & hoc ipſo tempore præcepta officii perſequantur. Quibus vellem ſatis cognita eſſet noſtra ſententia: non enim ſumus ii, quorum vagetur animus errore, nec habeat unquam, quid ſequatur. Quæ enim eſſet iſta mens, vel quæ vita notius, non ſolum diſputandi, ſed etiam vivendi ratione ſublata? nos autem, ut cæteri, qui alia certa, alia incerta eſſe dicunt, ſic ab his diſſentientes alia probabilia, contra alia improbabilia eſſe dicimus. Quid eſt ergo, quod me impediat, ea, quæ mihi probabilia videantur, ſequi, quæ contra, improbare? atque affirmandi arrogantiam vitare, fugere temeritatem, quæ a ſapientia diſſidet plurimum? contra autem omnia diſputatur a noſtris, quod hoc ipſum probabile elucere non poſſet, niſi ex utraque parte cauſarum eſſet facta contentio.* Conſiderent hæc adoleſcentes non in Philoſophorum tantum, ſed & in eorum diſputationibus, qui non tam argumentis & rationibus quam autoritate nituntur ſive divina, ſive humana, ſive utraque: divinamque opem implorent, ut fundamenta ſalutis firma & inconcuſsa teneant: in cæteris, ſubtilibus magis quam neceſsariis, controverſiis ſeſe præbeant æquos & moderatos: neque plauſtris conviciorum onerent diſsentientes hoſtilive odio perſequantur: ſed illud cogitent, quod humaniſſime ab Epicteto dictum, & a Georgio Plethone Gemiſto dilucidius ad hunc modum eſt repetitum: *Cogitandum in noſtra eſſe poteſtate nos ipſos, ut adminiſtremus res noſtras pro opinionibus & inſitis, & exiſtere ſolitis: alienos autem animos non plane habere nos in poteſtate, verum illis etiam neceſſe eſſe id ſequi, quod ipſis optimum videatur: neque ulla ratione fieri poſſe, ut quid aliud agant, præterquam id quod bonum exiſtiment. Aut igitur illis etiam a nobis eſſe demonſtrandum, e re ipſorum non minus fore, ſi ſententiam noſtram amplectantur: aut quandiu id præſtare nequeamus: noſmetipſos magis, quam illos, ea de cauſa eſſe accuſandos, eo quod illis perſuadere nequeamus. Itaque hac etiam in parte bene nobiſcum agetur, ſi operam dederimus, ne hominibus iraſcamur. Sed nos ad inſtitutum redeamus, ne* κακόζηλοι *& impotentis animi homines, nos Pyrrhoniis argutiis favere cenſeant: in quibus tamen uti permulta ſunt vana & frivola: ſic nonnulla etiam nec inutilia, nec refutatu facillima.* Liber eſt in manibus, legat qui volet, ſed cum judicio: ut nec captionibus irretiatur, & ut veritatem æquis auribus & animo candido admittat.

32. *Ariſtoteles*) Si etymologiam ſpectes, nomen hoc ſignificat ſummam bonitatem & perfectionem. Nec ab re Poeta ſcripſit:

[illegible] omnia ſæpe ſuis.

Lucianus in libello, qui *πρᾶσις βίων* inſcribitur, cum omnes alios Philoſophos derideat, ſoli Ariſtoteli vocem humanam tribuit, ob ſententias ejus naturæ humanæ & rectæ rationi conſentaneas. De hoc nos quoque aliquando ſcripſimus verſiculos aliquot, quos, ut adoleſcentes ad ſcripta hujus viri legenda excitentur, ſubjicere viſum eſt:

Naturæ pius interpres morumque magiſter
Summus Ariſtoteles pleraque rite docet.
Vicit hic in quovis ſtadio vetereſque novoſque
Et nullos habuit qualibet arte pares.
Hunc bene cognoris: omnes cognoveris: omnes
Hauſerunt hujus gurgite quicquid habent.
Quid ſit Amaltheæ cornu ſi ſcire laboras:
Quid ſit: Ariſtotelis lectio ſola dabit.
Sed perdifficiles nodos habet optimus autor,
Obſcurum brevitas hunc quoque ſæpe facit.
Sæpius inducit tenebras librarius error,
Multaque de ſcriptis interiere viri.
Forſan & ignavi compendia ſtulta ſequentes,
Scripta viri multis diſſecuere modis.

33. *Qui in Lyceo inambulando Peripateticis originem dedit*) Non ut alii Philoſophi, qui τῶν διδασκαλικῶν ἐπιβεβηκότες θρόνων e ſuperiore loco docebant, ſed familiariter quaſi cum amicis colloquens, auditores ſuos inter deambulandum in porticu Lycei Apollinis erudiebat: eademque opera & valetudini dabat operam longa ſeſſione defatigatæ, & munere præceptoris fungebatur.

34. *Docuit, ſummum bonum actionem uſumque virtutis eſſe in vita perfecta*) Improvavit ignavam virtutem & in ocio deliteſcentem, ſi tamen virtus ignava eſse poteſt. Pertinet autem hoc ad vitam civilem, non philoſophicam: cujus ſummum bonum in inveſtigatione & contemplatione veritatis collocatur. Summum bonum autem intelligenda eſt felicitas ſive beatitudo, ad quam virtute perveniri judicavit Ariſtoteles. Eſt enim virtus non ipſa felicitas, ſed via & aditus ad felicitatem: cujus unicus largitor eſt Deus. Addit autem, in vita perfecta, ætatis, ut opinor, habita ratione, quod adoleſcentia rerum vitæ imperita diſcen-

cuit, Summum bonum actionem uſumque virtutis eſſe in vita perfecta. 35 Sapientis eſſe, non carere affectionibus, ſed eas moderari (ἀπάθεια, μετριοπάθεια.) 36 Beatitudinem trium bonorum animi, corporis, & fortunæ complementum eſſe. 37 Virtutes mediocritates eſſe vitiorum. 38 Providentiam Dei ad cœlum Lunæ uſque protendi. 39 Animam continuatam eſſe motionem, id eſt, ἐνδελέχειαν. 40 Artes & ſcientias ſingulatim adhibita methodo tractavit. Huic in ſchola ſucceſſit Theophraſtus, Olymp. CXIV. qui docuit, 41 cum calamitatibus non conſtare vitam beatam. Deinde Strato Phyſicus, Olymp. CXXII. Poſt Stratonem Lyco Troadeus Olymp. CXXVII. 42 Ariſtippus Cyrenenſis, unde Cyrenaici prodierunt, qui docuit, Summum bonum eſſe motum jucundum, ſenſus moventem, id eſt, voluptatem corporis. Dolorem ſummum malum eſſe. Voluptatem animi finem bonorum non eſse. De rebus præteritis aut futuris nullam eſse voluptatem, ſed de præſentibus ſolum. Vacuitatem doloris non eſse voluptatem. Dolores corporis quam animi deteriores eſse. Voluptates corporis quam animi deteriores eſſe. 43 Voluptatis cauſa tantum expeti virtutes; & doloris fugi vitia. Hujus diſcipuli inſignes fuerunt Antipater Cyrenæus, poſt

do magis occupatur quam agendo. Senium vero parum differt ab infantia. Mediam igitur ætatem & conſtantem actioni virtutis aptiſſimam judicavit: ſic tamen, ut ab ea nec ſenectus excludatur: id quod in *Catone* ſuo docet Cic. Utcunq; ſit, iſta quidem ratione major vitæ pars infeliciter tranſigitur, vel dormiendo, vel ægrotando, vel ſervitutem ſerviendo, vel curando corpore, vel adoleſcentiæ intemperiis, vel delirio ſenectutis. O miſeram felicitatem cujus maximam ſibi partem vel ignavia vel calamitates vendicant!

35. *Sapientis eſſe, non carere affectionibus*) Affectus enim a natura non fruſtra eſſe datos, neq; omnes eſse vitioſos, ſed ad vitæ actiones neceſſarios, recte ſenſit.

36. *Beatitudinem trium bonorum*) Hæc cum rariſſime conjungantur, vel nunquam potius in hac vita: ne felicitas quidem ſolida in hac vita quærenda eſt. Sed ut, Horatio autore, cum ſine vitiis naſcatur prorſus nemo, optimus ille eſt, qui minimis urgetur: ſic is feliciſſimus habendus, cui pauciſſima deſunt.

37. *Virtutes mediocritates eſſe*) Vitioſæ ſunt ἐλλείψεις τε καὶ ὑπερβολαί, μεσότητες vero virtutis nomen obtinent. Mirum hoc imperitis videtur, qui potius excellentiam quam mediocritatem virtuti convenire putant. Sed illa ipſa virtutis excellentia quæ putatur, eſt mediocritas, & quanto magis excellit, tanto longius ab extremis recedens mediocritatem conſectatur.

38. *Providentiam Dei ad cœlum Lunæ uſque protendi*) In hanc ſententiam impulſus eſt varietate & inconſtantia rerum humanarum, offenſus adverſis caſibus optimorum virorum, & ſucceſſibus improborum. Nec mirum hoc tanto viro accidiſſe, cum ignoraret cauſam calamitatum humanarum, quam ſolæ Sacræ Literæ docent.

39. *Animam continuatam eſſe motionem*) Id eſt, vitam & motum afferre corpori. Effectum potius animi quam naturam deſcripſit. Nec enim docuit quid eſſet anima, ſed quid efficeret. Sunt etiam qui putent, Ariſtotelem non tantum Dei providentiam in rebus humanis, ſed etiam animi immortalitatem ſuſtuliſſe. Quæ ſi ejus ſententiæ fuerunt, reliquendus eſt hac in parte. Neque enim, quem in multis probes, eum in omnibus ſequi eſt neceſſe.

40. *Artes & ſcientias ſingulatim adhibita methodo tractavit*) Earum rerum quas docet definitiones & diviſiones tradit, & cauſas inveſtigat. Quod etſi Plato quoque fecit, & alii Philoſophi, tamen ſparſim illi hoc præſtant, neque fere ullius doctrinæ integrum quaſi corpus conficiunt: ἡ γὰρ μέθοδος ἐστὶ τὸ σωματοποιεῖν τὰς τέχνας τε καὶ τὰς ἐπιστήμας. Methodus hoc præſtat, ut velut abſolutum corpus ſuis membris, ita & artes omnibus ſuis partibus conſtent, utque nec deſit nec redundet quicquam. Unde artis differendi, cujus ſobrie adhibitæ munus, hoc eſt, excellentia perſpicitur.

41. *Cum calamitatibus non conſtare vitam beatam*) Maluiſſe videtur Theophraſtus vere quam magnifice loqui, ac more populari. Quo nomine ſunt qui eum traducant, quaſi ne[illegible] virtutis [illegible] eique multum derogarit. Facit hoc quidem virtus, ut æquiore animo calamitates ferantur: & innocentiæ ſubſidium rebus aſperis opponit. Mavult etiam vir bonus res adverſas perpeti, quam a virtute deſciſcere: quod vitia majus malum judicat quam calamitates. Soli tamen pii in ærumnis beati eſſe poſſunt, qui divino præmio ſe conſolantur. Nam quod Epicurum ſcripſiſſe ferunt, ſapientem etiam in tauro Phalaridis dicturum, *Quam ſuave eſt hoc?* ironiam eſſe puto, & ſarcaſmum, ad Stoicam magniloquentiam deridendam, pertinentem.

42. *Ariſtippus*) Aulicus hic Philoſophus fuit, & omnium, quod ajunt, horarum homo. Quare & dogmata ejus aulica potius ſunt quam philoſophica. Atque adeo non egiſſe aliud videtur quam deriſiſſe cæteros Philoſophos, qui virtutem & ſcientiam tantopere prædicarent: ut adhuc fit in aulis & conviviis procerum & divitum. Qui ut Satyricus ait, centum Græcos, hoc eſt, homines doctos & Philoſophos, curto centuſſe licentur. Catullum enim potius audiunt & probant, quam Theologum aut Philoſophum. Sic autem nequam ille homo amicam ſuam compellat:

Vivamus, mea Leſbia, atque amemus,
Rumoreſque ſenum ſeveriorum
Omnes unius æſtimemus aſſis.
Soles occidere & redire poſſunt.
Nobis cum ſemel occidit brevis lux,
Nox eſt perpetua una dormienda.

Neque vero prolixa refutatione eſt opus, cum vel cæco appareat, Cyrenaicam philoſophiam diſcrimen hominis & pecudis tollere, ad corpus, commune cum beſtiis, omnia referentem. De dolore autem & voluptate tam corporis quam animi quid ſentiendum ſit, non eſt obſcurum. Motus enim voluptatis naturalis eſt. Non igitur aſpernanda eſt voluptas, niſi adjunctam habeat turpitudinem. Dolorem etiam ipſa natura averſatur. Recte igitur vitatur dolor, niſi aut neceſſitas, aut honeſtas eum ferre cogat. Jam ſi comparatio voluptatum & dolorum inſtituitur: & ſi extra controverſiam eſt, animum humanum nobiliorem & præſtantiorem eſſe corpore: quis dubitet, animi & voluptates & dolores tantum ſuperare dolores & voluptates corporis: quantum animus corpori præſtat? Hæc ita in promptu ſunt, ut diſputatione non egeant. Quotus quiſque tamen reperitur, qui etſi aſſentitur Ariſtoteli, vita tamen & moribus non potius exprimat Ariſtippum, & hujus ſive diſcipulum ſive compilatorem Epicurum? Quam perverſitatem Juvenalis inſectatur, his verſibus:

Ultra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem
Oceanum; quoties aliquid de moribus audent
Qui curios ſimulant & Bacchanalia vivunt.

43. *Voluptatis cauſa tantum expeti virtutes*) Verum eſt, virtutem effectricem eſſe verarum voluptatum, vitium vero moleſtiarum cauſam: illam ſuis præmiis, hoc pœnis raro carere, præſertim in Repub. bene conſtituta. Sed tamen non tantum ratio docet, honeſtatem vel ſine præmiis & voluptatibus expetendam eſse: vitia vero, etiam adjunctis præmiis & voluptatibus, ne dum impunitate propoſita, fugienda & aſpernanda eſse: ſed etiam multis hiſtoriarum exemplis idem comprobatur. Boni enim viri, ut ait Horatius, *oderunt peccare virtutis amore*: & recte faciunt, ut Deo & naturæ pareant, etiamſi ab ingratis hominibus aut nullam, aut malam gratiam expectent. Illud quidem verum eſt, vulgus hominum præmiis & pœnis magis moveri, quam ipſa honeſtate: & bonorum etiam virorum animi ſæpe quaſi re

hunc Epitides. Deinde Paræbates, tum 44 Hegeſias, Hegeſiacorum princeps, qui docuit, 45 Finem bonorum eſſe voluptatem, ut malorum dolorem. 46 Utilitatis tantum cauſa expeti virtutes. 47 Vitam beatam nuſquam conſiſtere poſſe in tanta fortunæ varietate & incertitudine. 48 Natura nihil eſſe jucundum, aut contra, ſed opinione. 49 Anniceris, Anniceriorum fundator, cenſuit, Vitam beatam conſtare hic poſſe: etiamſi doloribus jucundæ res permiſceantur. Ariſtippus Metrodidactus, quem ſecutus eſt Theodorus Atheus, unde Theodorii dicti, docuit, 50 Deos nullos eſſe. 51 Lætitiam & gaudium ſummum eſſe bonum.

---

molleſcunt, cum ſuis laboribus fortunam reſpondere non vident.

44. *Hegeſias*) Hic πεισιθάνατος cognominatus fuit, quod commemoratione malorum vitæ multos ad conſciſcendam ſibi necem impuliſſet. Quod argumentum in Platonis *Axiocho* repetitur, ac potius ab Hegeſia repetitum eſt.

45. *Finem bonorum eſſe voluptatem, ut malorum dolorem.*) Summum bonum, ut e Delphico oraculo ait Ariſtoteles, non tantum optimum & pulcherrimum, ſed etiam ſuaviſſimum & jucundiſſimum eſt. Ad ſummum vero bonum, hoc eſt, Deum ipſum, virtute perveniri, & ſacræ & profanæ Literæ conſentiunt. Hæc igitur opinio de præſtantia voluptatis (modo vis verbi recte intelligatur) tum demum recte reprehendi videtur, cum virtus excluditur, & vitium admittitur. Ac difficile ſane eſt, negare dolorem ſummum eſſe malum: cum Sacræ Literæ impiis hominibus corporis atque animi cruciatus, ut graviſſimum ſupplicium, minitentur. Quod ſi dolor miſeros facit: quidni voluptas beatos? Neque vero mox ad ſenſuum illecebras, cum pecudibus communes, decurrendum eſt, (etſi ne hæ ipſæ quidem, quarum eſt, etiam Ciceronis conceſſu, Stoicos nimium admirantis, naturalis quidam motus, aſpernandæ videntur: ſi poſſunt ſalva pietate & honeſtate civili contingere) ſed ſpectetur tranquillæ & bene ſibi conſciæ mentis gaudium, & ea quoque corporis affectio, eaque vitæ totius ratio, ut homini aut bene ſit, aut certe non male Quod ſi virtus neque fructum neque ſuavitatem ullam conjunctam haberet, quid ea eſſet aliud, niſi carnificina quædam, perpetuis occupata laboribus atq; doloribus? Iſocrates certe quidem (ſcriptor, ut mihi videtur, in pleriſque ſuis conſiliis & præceptis, incorruptum naturæ judicium, ſine ullis monſtroſis opinionibus, ſecutus (virtutem eo nomine cumprimis commendat, quod ſit veriſſimarum voluptatum effectrix. Sed hęc alii diſceptent.

46. *Utilitatis tantum cauſa expeti virtutes*) Scilicet, a vulgo hominum. Quanquam, ſi vera fateri volumus, vix quiſquam reperietur, qui perpetuis laboribus & doloribus honeſtatis ſolius cauſa confici vellet, niſi vel in hac, vel in futura vita, præmium aliquod, tantis ærumnis dignum, ſperaret: id quod a Ludovico Vive non ſine cauſa mihi proditum eſſe videtur. Ea enim eſt humani animi imbecillitas, ut ſola recti conſcientia niti & contentus eſſe vix poſſit, ſed bene etiam ſibi eſſe velit, & ſpe finis dura ferat, ut ait Poeta.

47 *Vitam beatam nuſquam poſſe conſiſtere*) Si doctrina Peripateticorum de ſummo bono, quod ex bonis animi, corporis & fortunæ quaſi conflетur, vera eſt: ne hæc quidem ſententia falſa videri debet. Incidunt enim in hac naturæ imbecillitate frequentes animi perturbationes, errores, delicta, peccata: dolores & morbi corporis vitari non poſſunt: & fortunæ dominatus per omnes pervagatur. Quibus de cauſis fit, ut nihil ſit aut eſſe poſſit ſemper & ab omni parte beatum, alias aliis moleſtiis atque incommodis felicitatem interpellantibus. Qua de re lectu dignum eſt Lippi Brandolini paradoxon, quo defendit, fruſtra quæri in terris ſolidam felicitatem, cum ne ſolida quidem ulla virtus ſit in terris. Nam vulgaris virtus ea fere eſt, quam Hegeſias utilitatis tantum cauſa dicit expeti. Naturalis enim ſui amor ſibi bene eſſe vult, ſive tu id virtutem, ſive voluptatem ſive utilitatem appelles. Prudentiam itaque magni facit vulgus, non quia naturæ humanæ decus & ornamentum ſit, ſed quod per eam & mala vitentur, & bona comparentur: ac ne ſapientes quidem, opinor, eam prudentiam laudarint, qua nihil niſi ærumna quæratur. Unde illud Euripidis: *Odi ſapientem, qui ſibi ipſe non ſapit*: & Ariſtoteles eam dicit eſſe rationis virtutem prudentiam, qua ea, quæ ad vitam beatam pertineant, comparentur. Juſtitiam colunt plerique, ne vel male audiant, vel pœnas dent. Fortitudinem, ut ſua tueantur, ut ſe a contemptu & injuria vindicent, ut res neceſſarias & utiles acquirant. Temperantiam ideo non aſpernantur, quod ea & rem familiarem & valetudinem & famam conſervare videtur. Sed ſi hæc commoda atq; incommoda ſuſtuleris, vulgus hominum ne pili quidem faciet virtutem, quamvis naturæ conſentaneam: ſed ſuis cupiditatibus & libidinibus omnes habenas laxabit. Nemo ſtudebit ſapientiæ: rapinis & furtis fervebunt omnia: deſeretur acies: patria prodetur: a nulla turpitudine homines perditi abhorrebunt. Quorum ego ſimulationem εἰρωνικῶς ab Hegeſia taxatam fuiſſe conjicio.

48. *Natura nihil eſſe jucundum*) Videtur ſpectaſſe varias hominum delectationes: unde fit, ut ea, quæ aliis ſpectatu, auditu, guſtatu, tactu, olfactu, cogitatu jucunda ſunt, vehementer aliorum ſenſus atque animos offendant. Hinc Horatius:

Tres mihi convivæ prope diſſentire videntur,
Poſcentes vario multum diverſa palato.

Fortaſſis igitur non plane abſurdum eſt, in ſpecie ſuavitatem aut moleſtiam opinione cujuſq; metiri, propter varia temperamenta corporum, & diverſas animorum affectiones, quæ inde conſequuntur. Quanquam probabile eſt, eadem jucunda eſſe iis & moleſta, in quorum corporibus nullus malus humor redundat, ſed temperies quædam exiſtit. In genere autem aliquid eſſe jucundum & moleſtum, non opinione, ſed ipſa natura, ex eo conſtat, quod omne animantium genus cibo & potu delectatur, immoderato frigore aut æſtu offenditur. Et ſic de reliquis. Homines autem habent multa ſupervacanea ſpectacula atq; artificia, ut & ἐπεισάκτους ἐπιθυμίας, hoc eſt, *cupiditates non naturales*, ſed quaſi peregrinas & adventitias: cujuſmodi ſunt, monſtroſæ libidines, deliciæ cupediarum, ornatus & magnificentiæ in veſtitu, ædificiis & ſimilibus rebus affectatio. In quibus cum naturę ſinceritatem non ſequantur, aliis aliud placere non eſt mirum. Hinc etiam fit, ut nemo omnibus ſatisfacere queat.

49. *Anniceris, Anniceriorum fundator*) Videtur creviſſe ambitionem Philoſophorum, & quemlibet novum autorem haberi voluiſſe, leviter immutatis aut novatis Veterum ſententiis. Eadem κενοδοξία noſtra ætate cum magna Eccleſiarum perturbatione, ac totius adeo Reipub. calamitate, in Theologiam etiam eſt invecta. Ad ipſum dogma quod attinet, eam intellexit, opinor, vitam beatam, cui plus inſit boni quam mali. Qua de re diſputat Euripides, ne conſtare quidem vitam humanam poſſe, niſi plus in ea eſſet boni quam mali. Prudentiæ certe quidem eſt, cum quælibet res duas habeat anſas, ut ait Epictetus, unam moleſtam tractatuq; difficilem, alteram jucundam & tractabilem, eam apprehendere, quæ manus quam minimum offendat: & ex omnibus rebus, quod ineſt commodi, id excerpere, augere, amplificare: incommoda vero minuere, extenuare, & quoad ejus fieri poteſt, diſſimulare atque oblíviſci. Hunc ſcopum etiam Anniceris hic videtur propoſitum habuiſſe. Quo quidem nomine laudandus eſt & imitandus.

50. *Deos nullos eſſe*) Ignoſcendum videtur & huic Theodoro, & ſi qui alii hujus fuerunt ſimiles ob anilia deliramenta veteris ſuperſtitionis. Quis enim homo mentis compos vel Orphicas ματαιολογίας potius quam Theologiæ portenta non explodat: vel ſaxeos, ligneos, eburneos, atq; etiam argenteos & aureos illos Deos, ut res optime cadat, mortuorum hominum imagines,

Tristitiam malum esse extremum. 52 Bona esse prudentiam & justitiam. Mala vero, quæ sunt illis contraria. 53 Pythagoras, 54 Italicorum philosophorum princeps, auditor Pherecydis, Olymp. LX. docuit: 55 Ex numeris omnia constare. 56 Monadem initium rerum esse. 57 Dyadem rerum esse materiam. 58 Inde numeros nasci, puncta, lineas, plana, corpora, &c. 59 Mundum animantem esse & intelligentem. 60 Om-

gines, non rideat & contemnat? Videtur igitur Theodorus hic non sustulisse Deum ex natura rerum: aut negasse divinam providentiam: quæ ex rerum conditarum amplitudine, pulchritudine, ordine atq; constantia passim perspicitur: sed stultitiam indoctæ plebis derisisse: quasi diceret, qui possunt isti esse Dii, qui spiritu & motu carent, quorum & materia & artifex nota sunt? Quod si plane Deum negasset, stultior fuisset his ipsis quos deridebat: cum sua cuique mens paulo diligentius consideranti viam quandam ad Deum aliquo modo agnoscendum aperiat.

51. *Lætitiam & gaudium summum esse bonum)* Εὐθυμίαν, ut & Democritus, magni fecit. Quæ si non est summum bonum, ab eo certe separari non potest, ut nec a miseriis tristitia. Laertius addit, gaudium ex prudentia, dolorem propter amentiam. Animi igitur voluptatem e cultura mentis oriundam probavit.

52. *Bona esse prudentiam & justitiam)* Cur vero non & temperantiam & fortitudinem adjecit? Aut si quaternio virtutum ei displicuit, cur non una justitia contentus fuit, qua omnes virtutes contineri, Græcus versiculus affirmat:

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι.

Novus scilicet autor haberi voluit, ac Platone videri doctior. Nisi forte malam putavit temperantiam, quæ non omnibus voluptatibus habenas laxet: malam item fortitudinem, quæ laboribus, periculis, doloribus exponat? Sed & justitiam ista ratione aspernari debuit, quæ multis abstinere jubet, quibus frui desideres. Sed de nexu virtutum primo & tertio *de Officiis* satis est dictum, unaque causa explicata, cur sic distinctæ fuerint.

53. *Pythagoras)* Cic. v. *Tusculana.* Omnes qui in rerum contemplatione studia ponebant, sapientes & habebantur & nominabantur: idque eorum nomen usq; ad Pythagoræ manavit ætatem: quem (ut scribit auditor Plat. Ponticus Heraclides, vir doctus inprimis) Phliuntem ferunt venisse: eumque cum Leonte, principe Phliasiorum, docte & copiose disseruisse quædam: cujus ingenium & eloquentiam cum admiratus esset Leon: quæsivisse ex eo, qua maxime arte confideret? at illum, artem quidem se scire nullam, sed esse Philosophum: admiratum Leontem novitatem nominis, quæsisse, quinam essent Philosophi: & quid inter eos & reliquos interesset? Pythagoram autem respondisse, similem sibi videri vitam hominum, & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu, totius Græciæ celebritate. Nam ut illic alii corporibus exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ peterent: alii emendi, aut vendendi quæstu & lucro ducerentur: esset autem quoddam genus eorum, idq; vel maxime ingenuum, qui nec plausum, nec lucrum quærerent, sed visendi causa venirent: studioseq; perspicerent, quid ageretur, & quo modo? item nos quasi in mercatus quadam celebritate ex urbe aliqua, sic in hanc vitam ex alia vita & natura profectos, alios gloriæ servire, alios pecuniæ: raros esse quosdam, qui cæteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiose intuerentur: hos se appellare sapientiæ studiosos, id est enim Philosophos: & ut illic liberalissimum esset spectare, nihil sibi acquirentem: sic in vita longe omnibus studiis contemplationem rerum, cognitionemq; præstare. Nec vero Pythagoras nominis solum inventor, sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit. Qui cum post hunc Phliasium sermonem in Italiam venisset, exornavit eam Græciam, quæ Magna dicta est, & privatim, & publice præstantissimis & institutis, & artibus.

54. *Italicorum philos. princeps)* Hic ostenso aurato femore, artificiose concinnato, simulatoq; descensu ad inferos, cum etiam professus esset, animæ suæ munus hoc a Mercurio parente concessum, ut omnia, quæ post obitum etiam ei accidissent, meminisset: tantam admirationem & autoritatem apud homines, hujusmodi præstigiarum ignaros, consecutus est, ut quicquid dixisset, oraculi instar haberetur, ejusq; discipuli doctrinæ suæ non aliam rationem afferrent, nisi τὸ αὐτὸς ἔφα. Quidam etiam Pythagoræ nomen ex eo illi fuisse inditum perhibent, ὅτι οὐχ ἧττον τοῦ Πυθίου ἠγόρευε τὴν ἀλήθειαν, quod non minus vera loqueretur, quam Pythius Apollo: nunquam; si Diis placet, ita mentitus, quin ambagibus verborum mendacia & imposturam tegeret:

Aio te, Æacide, Romanos vincere posse.

Et:

Crœsus Halym superans magnam pervertet opum vim.

Hinc Λοξίας Apollo dictus, non tam ab obliquitate signiferi, in quo Sol cursum suum conficit, quam ab obliquis & ambiguis responsis Nec minus Λοξίας & obscurus est Pythagoras, in suis illis symbolis. Recensetur autem post alios, non ut iis vel tempore vel dignitate inferior, sed propter Ionicæ & Italicæ philosophiæ distinctionem.

55. *Ex numeris omnia constare)* Numerus, mensura & pondus instrumenta sunt humanæ solertiæ ad res numerandas, metiendas, ponderandas & dijudicandas: atq; adhibentur ad proportiones, similitudines & dissimilitudines rerum inter sese perspiciendas. Cum autem sint in quantitatis prædicamento, non video quid per se possint efficere. Voluit fortassis commendare Arithmeticam, non eam, quam, quantum in opibus augendis valeat, mercatores in utramq; partem experiuntur: sed eam, sine qua nec Geometria, nec Astrologia, nec Musica, nec ipsa denique Philosophia constare potest.

56. *Monadem initium rerum esse)* Hoc Simplicius ad Deum unum refert, ut & D. Paulus ait, unum esse *in quo, & ex quo, & per quem omnia.*

57. *Dyadem rerum esse materiam)* Autorem rerum Deum videtur intellexisse, ut modo dictum est, monadem, eiq; materiam, quam *Dyadem* appellat, tanquam causæ effectrici effectum suum adjungere. Nihil tamen affirmo: quod Pythagoras, propter sua ænigmata & symbola, non minus vere quam Heraclitus, σκοτεινὸς posset appellari. Erasmus scripsit, stultitiæ esse in eo intelligendo multum se fatigare, qui de industria id egerit, ne intelligeretur.

58. *Inde numeros nasci)* Ambiguum est, utrum monadem solam, an cum dyade conjunctam intellexerit. Unitatem numerorum esse principium, constat inter Arithmeticos, ut punctum continuæ quantitatis inter Geometras, unde lineæ, superficies & corpora propagentur.

59. *Mundum animantem esse & intelligentem)* Solem & stellas θεοὺς ὁρατοὺς facit Plato: cum alii sint ἀόρατοι. Ac profecto absurdum videtur diligentius cogitanti, cum vitam inferiorum rerum a cœlo & Sole proficisci pene manibus palpemus, cum muscæ & formicæ vivant, ingentibus istis & splendidissimis corporibus inesse vitam, negare. Sed quia ista de re nihil aperte affirmant Sacræ Literæ, & hæc sententia idololatriæ occasionem præbere potest, nec ad salutem ista scitu necessaria sunt, in medio ea relinquamus. Pythagoras autem, dum mundum animantem fecit, fortassis innuere voluit, mundum divina providentia gubernari, quæ vera & pia sententia est. Sin, more Stoico, mundum unum quoddam ingens animal fecit, valeat cum sua opinione. Sic enim saxa & montes & maria & stipites, animantes erunt atq; intelligentes. Neq; enim ulla animantis pars, tantisper quidem dum incolume fuerit, sensus expers est. Si quis tamen Stoicum illud animal sic excusare voluerit, ut eos allusisse putet ad

nia quæ ſunt in inferiori aere mortalia eſſe: 61 quæ in ſuperiori, immortalia & divina. 62 Animam immortalem eſſe. 63 Aerem plenum eſſe Dæmonibus, 64 & Heroibus. 65 Inde ſomnia 66 & divinationes immitti hominibus. 67 Virtutem harmoniam eſſe. 68 Beatum eſſe qui animo & ingenio valeat. 69 Abſtinendum a carnibus, ovis, fabis. 70 Se non eſſe ſapientem, 71 ſed philoſophum, id eſt, ſapientiæ amantem, pro-

A feſſus eſt. Σωκράτης ἐν διαδοχαῖς φησὶν, αὐτὸν ἐρωτηθέντα ὑπὸ Λέοντος, τῶν Φλιασίων τυράννου, τίς εἴη; φιλόσοφος εἰπεῖν· καὶ τὸν βίον ἐοικέναι πανηγύρει· ὡς οὖν εἰς ταύτην οἱ μὲν ἀγωνιούμενοι, οἱ δὲ κατ' ἐμπορίαν, οἱ δέ γε βέλτιστοι ἔρχονται θεαταί· οὕτως ἐν τῷ βίῳ οἱ μὲν ἀνδραποδώδεις, ἔφη, φύονται, δόξης καὶ πλεονεξίας θηραταί· οἱ δὲ φιλόσοφοι τῆς ἀληθείας. Vide Ciceronianam hujus loci paraphraſin l. v. *Tuſcul.* Huic ſucceſſit in ſchola Telauges

vivificam naturæ vim, quæ in omnibus mundi extremis etiam & infimis partibus cernatur, non magnopere repugnabo. Sed tamen omnino conditorem a rebus conditis diſcernere, pietatis eſt atq; utile. Nam B confuſio hæc perinde eſt, atq; ſi quis dicat, egregium ædificium eſſe animans atq; intelligens, quod ab architecto animante atque intelligente conſtructum fuerit, quodque viri ſapientes in eo habitent. Quis vero uſus eſt hujuſmodi ἀκυρολογιῶν? Magis placet illud Stoicorum (quod ipſi tamen raro obſervant) ὁ σοφὸς εὐθυῤῥήμων ἔστω, id eſt, *ſapiens recte loquatur*.

60. *Omnia quæ ſunt in inferiori aere, mortalia eſſe*) Præter animos (inquit Cicero) Deorum immortalium munere hominibus datos. Ariſtoteles autem (ut dictum eſt) providentiam quoque divinam orbe Lunæ terminavit: quod immortalis naturæ procuratione C caduca & mortalia hæc indigna viderentur: & Pythagoras elementa, & corpora quæ ex his conſlantur, non tam mortalia quam mutabilia eſſe ſtatuit, cum apud Ovidium ſic loquatur:

Non perit in toto quicquid (mihi credite) mundo,
Sed mutat, faciemque novat, naſcique vocatur.

61. *Quæ in ſuperiori, immortalia*) Voluntate Dei, ut ait Plato, non ſuapte natura. D. autem Petrus affirmat, mundi machina igne reſoluta, fore novos cœlos & novam terram.

62. *Animam immortalem eſſe*) Non hoc tantum docuit, ſed in varia eam tranſire corpora, alias hominum diverſæ conditionis, alias brutorum & ferarum, pro D cujuſq; vitæ merito, ut ſupra dictum eſt. Eas vero ſolas animas, quæ Philoſophiæ præceptis obtemperaverint, redire in cœlos, ut teſtatur Philolaus hoc verſu:

Ἔσεαι ἀθάνατος, θεὸς, ἄμβροτος οὐκ ἔτι θνητός.

Dogma hoc Pythagoricum μετεμψύχωσις, ac potius μετενσωμάτωσις, καὶ μεταγγισμός, quaſi *transvaſationem* dicas, appellatur: quam Mercurius Triſmegiſtus improbat, quod humanus animus non niſi in humano corpore ſuo fungi munere poſſit, & hac prærogativa ſit divinitus donatus, ne in cujuſquam beſtiæ corpus tranſeat. Abhorret hæc eadem & a Sacrarum Literarum autoritate: quæ non μετεμψύχωσιν, ſed ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν docet.

E 63. *Aerem plenum eſſe Dæmonibus*) Hinc tanta eſt apud Poetas Deorum multitudo, qui non aeri tantum, ſed & terræ, & mari, & ſylvis, & montibus, atque adeo fontibus etiam & pratis ſuos Deos & Deas attribuerunt: ſignificantes, opinor, vim quandam divinitus inſitam rebus conditis, quæ *Natura* vulgo, & rectius quidem, dicitur. Sunt etiam qui hoc argumento de aere utantur: Non eſt conſentaneum (inquiunt) in terræ anguſtiis tantam eſſe animalium multitudinem, in tantis vero aeris ſpaciis habitare neminem. Non abhorret hoc ne a Sacrarum quidem Literarum autoritate, quæ non Tartareos tantum, F ſed etiam aerios dæmonas eſſe tradunt. Quod ſi quis improbitatem noſtri ſæculi conſideret: non minus vere, quam facete dixerit, terram non minus plenam eſſe dæmonibus, quam vel aerem vel infernum.

64. *Et Heroibus*) Id eſt, animis præſtantium virorum, quibus nonnulli Philoſophi ſedem lactei circuli, qui γαλαξίας Græce dicitur, tribuunt.

65. *Inde ſomnia*) Scribit Euſebius, Simonem Magum habuiſſe dæmonas ὀνειροπομποὺς, id eſt, *immiſſores ſomniorum*, quorum præſtigiis ſimplicium animos deceperit, & in ſui admirationem pertraxerit.

66. *Et divinationes*) Oracula Veterum, & vaticinationum pleraque genera, miniſterio malorum dæmonum (qui tamen amorem humani generis ſimulabant) peragebantur. Deus autem cum dæmonibus, qui ab initio mendaces & homicidæ fuerunt, nihil omnino B commercii nobis eſſe voluit: ſed perpetuas & capitales inimicitias intercedere. Quare nec ſomnis temere adhibenda eſt fides, quod ſæpe ab impoſtore dæmone proficiſcuntur: & res futuras ignorare præſtat, quam colludere cum Diabolo: qui, dum hominum cupiditatibus ſe ſubſervire ſimulat, id agit, ut incautos & minime opinantes opprimat, & in exitium pertrahat.

67. *Virtutem harmoniam eſſe*) Quid apud Muſicos harmonia ſit, non eſt ignotum. Cum autem ea vox ad animum transfertur, ſignificatur omnium ejus partium ſumma conſenſio: ut ratio præſit, appetitus vero obtemperet: neque quicquam ſive per iracundiam, ſive cupiditate impellente admittat, quod rectæ ratio- C ni adverſetur. Hæc omnium pulcherrima & ſuaviſſima harmonia eſt, & quavis ſymphonia præſtantior. Appellata autem fuit a Pythagoricis συναρμογὰ τῶν τᾶς ψυχᾶς μερέων, hoc eſt, *coagmentatio quædam animi partium*. Non abſimili de cauſa etiam Ariſtoxenus Muſicus animum harmoniam dixiſſe videtur. Hujus harmoniæ Muſici, quorum diſſoluta vita proverbio locum fecit, perpetuo meminiſſe debent: & (quod monebat Diogenes) magis in eo elaborare, ut animi partes inter ſeſe, quam ut voces conſentiant.

68. *Beatum eſſe qui animo & ingenio valeat*) Animi bonis principatum recte detulit: etſi corporis neceſſitates alia quoque præſidia requirunt.

D 69. *Abſtinendum a carnibus, ovis, fabis*) Non carere ſuperſtitione hoc inſtitutum videtur, quod Magi perſuaſum habuerunt ſe Diis fore gratiores, ſi omnibus rebus animatis abſtinerent, & quam frugaliſſime viverent. Sed tamen temperantiæ & caſtitatis quoque rationem habuiſſe videntur: & diſcipulos ſuos hac ratione a libidinibus, peſte ingeniorum, arcere voluiſſe. Illud certe quidem conſtat, quo quis tenuius vixerit, quo graviores & corporis & animi labores tulerit, eo facilius caſtitatem eum tueri poſſe. Quæ quidem ejuſmodi res eſt, ut ſemel amiſſa recuperari nunquam poſſit: & nihil præter irritam pœnitentiam E poſt ſe relinquat, ὅταν οὐδὲν πλέον ἔσται ἀνιωμένοις. Pythagoricum inſtitutum fuit etiam ἐχεμυθία πενταετής, nequaquam prætereundum, hoc præſertim tam garrulo & importuno ſæculo: quo imperitiſſimus quiſq; non modo quicquid in buccam venerit, effutire, ſed & chartis illinere, & in publicum emittere audet. Pythagoras autem contra ſuorum diſcipulorum nemini de ullo dogmate differendi poteſtatem dabat, priuſquam integrum quinquennium audiendo & meditando modeſtiſſime conſumpſiſſet: ne quicquam temere, & non ſatis cognitum, cum ſuo & præceptoris probro, & fraude auditorum, proloqueretur. Meminerint igitur adoleſcentes ſilentium imprimis eſſe diſcendum, F quod ubi probe tenuerint, & pectus ſolida & multiplici doctrina refertum habuerint: tum demum etiam loqui licere & diſputare. Eadem enim ratio loquendi eſt, quæ imperandi. Nam ut is, qui modeſte paruit imperio, rectius imperat: ita qui tacere didicit, opportune etiam loquetur.

70. *Se non eſſe ſapientem*) Acute perſpexit, ut vere bonum, ita etiam vere ſapientem præter Deum eſſe neminem: quod omnia humana, imbecilla, imperfecta, multis vitiis, magna ignoratione rerum multarum fœdata & corrupta ſint. Singulari admiratione hæc & prudentia & modeſtia digna eſt: imitatione autem omnium digniſſima: ea quidem lege & condi-

filius. Deinde Xenophanes, qui docuit: [72] Mundos esse infinitos.[73] Dei naturam non esse specie humana, [74] sed figura rotunda.[75] Deum omnia videre & audire. [76] Quicquid natum sit, interire. [77] Animam spiritum esse. Hunc secutus est Parmenides, qui docuit: [78] Terram rotundam esse, [79] & in medio universi [80] jacere. [81] Duo esse elementa, terram ut materiam, ignem ut opificem. [82] Rationem veracem esse, [83] sensus vero fallaces. [84] Eundem esse Hesperum & Luciferum. In scholis huic successit Zeno Eleates, Olymp. LXX. qui dixit: [85] Vacuum nihil esse. [86] Oriri homines ex terra. [87] Omnia ex calido, frigido, humido & sicco nasci. [88] Animam temperantionem esse ex elementis. Hunc Leucippus secutus est, qui do-

---

tione, ut pectus cum lingua consentiat: & non inanis tantum verborum strepitus audiatur. Hujus modestiæ causa & occasio Pythagoræ fuisse videtur oraculum Delphicum: quo tripos aureus a piscatoribus in mari captus sapienti dari jussus est. Qui cum ab aliis, qui tum sapientes haberentur, ad alios transmissus fuisse: tandem Apollini ipsi, ut Deo sapientissimo, consecratus fuit.

71. *Sed Philosophum)* Hujus verbi ea vis est, ut ex æquo ad omnes, qui mentis & sensuum integritate fruuntur, pertineat. Nam Aristotele autore, & ipsa experientia teste, πάντες ἄνθρωποι τ̃ εἰδέναι φύσει: *omnes homines cognitionem & scientiam instinctu naturæ desiderant.* Sed κατ' ἐξοχὴν ἢ πλεονασμὸν τ̃ μελέτης, ad eos proprie translatum est, qui ætatem & operam omnem in exquirenda veritate, studioque cognitionis & scientiæ consumpserunt.

72. *Mundos esse infinitos)* Nos uno contenti sumus, & eo quidem tam amplo, ut vel unius terræ, quæ minima est mundi portio & puncti instar, nondum omnes partes nobis sint cognitæ.

73. *Dei naturam esse non specie humana)* Si Deus mens & spiritus est, neque humanam speciem, nec quadratam, neque rotundam habet, quamvis omnium perfectissimam & capacissimam: sed ea forma est, quam ut ipse solus novit, sic angustiæ nostrorum animorum nullo modo capere possunt.

74. *Sed figura rotanda)* Fortassis cœlum & mundum Dei opus, Deum esse opinatus est.

75. *Deum omnia videre & audire)* De hoc nemo sanus dubitat. Quis enim credat Deum quicquam ignorare, qui omnia condiderit ex nihilo? Quam sententiam in *Byzantinæ* nostræ *Historiæ epilogo* sic exposuimus:

Non oculi videat faber? An non audiat, auris
Cujus opus? Mens cujus opus, non sentiat? absit.
Majestate sua totum qui compleat orbem,
Ipse suum contemnat opus propriumque laborem?
Num justus, pius & sanctus probet improba facta?
Et pia non ulla tandem mercede rependat?
Num socors Deus est vel iniqua mente tyrannus?
Scilicet insanæ sunt isthæc somnia mentis.
Num stupor in superos tantus cadit? atque libido
Tam fera? ——

Recte igitur Thales interrogatus a quodam, num improba facta hominum laterent Deum? *Ne cogitata quidem* respondit. Quod cum ita sit, & καρδιογνώστην esse Deum & rerum omnium inspectorem ac vindicem constet: haud abs re mirari queas nostram & cæcitatem & stuporem & detestandam negligentiam: qui nec animos nostros a pravis cupiditatibus atq; affectibus repurgemus: nec in dictis & factis majori moderatione & circumspectione utamur. Verum hujus socordiæ cum Epicurea opinio, Deum aut negligere, aut leviter curare, aut severe non vindicare peccata hominum: tum prava exempla maximæ partis, culpam sustinent. Etsi quis nescit, non recte fieri quod exemplo, malo præsertim, fiat: sed quod rationi consentaneum sit, quæ regula est dictorum factorumque omnium.

76. *Quicquid natum sit, interire)* Principium physicum est, quod etiam invertere licet: quicquid interierit, aliquando fuisse natum, nec principio suo caruisse. Sic tamen accipiendum, nisi Deo aliud visum fuerit. Alioqui & bonos genios, & animos hominum, quos Theologia conditos affirmat, Philosophia capitis condemnaverit, etiam contra oraculum, quod negavit, ὅσιον εἶναι τῆς ψυχῆς θάνατον καταγνῶναι, hoc est, *nefas esse, animum quasi capitis condemnare.*

77. *Animam spiritum esse)* Animi, quem quasi ἄνεμον, id est, *ventum*, dici volunt, vera natura nondum satis explorata est vel curiosissimis Philosophorum. Quem alii & ortum & interiturum cum corpore, alii æternum, alii corpori superstitem, alii peripateticum & erronem faciunt. Ejus autem velut instrumentum atque vehiculum, alii sanguinem, alii subtilissimos & calidissimos sanguinis spiritus, alii divinum quoddam eum, & aliunde in corpus ingressum, esse censent. Quare nobis in his controversiis illud satis esse debet, quod Sacræ Literæ docent, animum humanum Dei quandam esse imaginem, & immortalem: & pœnas daturum scelerum, & præmia pietatis consecuturum.

78. *Terram rotundam esse)* Hoc consensu Mathematicorum approbatur. Altitudines enim montium, & vallium profunditates ejus rotunditati non plus obstare, quam rotæ clavos, asserunt, ob immensam utique magnitudinem.

79. *Et in medio universi)* Hoc est, esse centrum mundi immobile, nec collatam cum universitate rerum, pluris esse, quam punctum in medio amplissimi circuli. Quæ de magnitudine & parvitate dicuntur, proportione intelligenda sunt & collatione cum aliis. Sic Augusta per se, & cum vicinis oppidis collata, magna urbs est. Si autem Romæ, Venetiis, Lutetiæ Parisiorum, aut olim Babyloni comparetur, parva videbitur.

80. *Jacere)* Hoc est, esse immobilem. Etsi enim Copernicus, excellens Mathematicus, Philolai Pythagorici, ut opinor, opinionem secutus, cœlum immobile esse, terram vero moveri perhibet: tamen sensus communis hanc opinionem respuit. Quam & ipse non tam ex animo, quam ad hypotheses suas stabiliendas, & motum siderum commodius explicandum, amplexus esse videtur.

81. *Duo esse elementa)* Fortassis ut novus autor haberetur, aquam cum terra, aerem cum igne copulavit.

82. *Rationem veracem esse)* Scilicet, quatenus ratio est, nec contagio corporis, nec falsis opinionibus & prava consuetudine corrupta. Deinde certa materia rationi præfinienda est, in qua sese exerceat. Hæc vero est vitæ humanæ gubernatio. Nam in rebus non modo divinis, sed naturalibus etiam mens sæpissime obstupescit, hallucinatur, non reperit quo se vertat.

83 *Sensus vero fallaces)* Imo sensus integri & non impediti non minus veraces sunt quam ipsa ratio, atque (in homine certe quidem) nihil aliud sunt, nisi rationis instrumenta quædam. Mens adminiculo oculorum videt, aurium audit, narium olfacit, & sic de reliquis. Quod autem baculus rectus aquæ immersus, curvus aut fractus, Sol in tanta immensitate & amplitudine vix bipedalis apparet: in causa est illic aqua, hic longissimum intervallum, & summa Solis altitudo, quæ vix verbis pronunciari potest.

84. *Eundem esse Hesperum & Luciferum)* Stella Veneris cum vesperis post occasum Solis oritur, *Hesperus* seu *Vesperugo* appellatur. Mane cum Solis ortum antecedit, *Lucifer*, Græce ἑωσφόρος seu φωσφόρος dicitur. *Luciferi* nomen qua ratione attributum sit a Christianis illi genio, qui ob superbiam de cœlo præcipitatus perhibetur, quem Christus *Satanam* appellat, non satis intelligo: nisi quod is genius cæteros angelos sic anteire sapientia & potentia creditus fuit, quemadmodum Lucifer cæteras stellas radiis & splendore vincit.

cuit: 89 Omnia esse infinita, & inter se mutari. 90 Quicquid sit, aut vacuum esse, aut corpus. 91 Rerum initia atomos esse. Mundos esse infinitos. Huic successit Democritus Olymp. LXXX. De atomis idem docuit quod magister. 92 Animi tranquillitatem, summum bonum esse, 93 quam δ'εςω. 94 ἐὐθυμίαν & 95 ἀχαμίαν appellabat. Huic successit Nausiphanes & Naucydes. Deinde 96 Epicurus, Epicureorum autor, qui docuit, 97 Summum bonum voluptatem animi, quæ 98 καταςηματικὴ, id est, stabilis dicatur, 99 in non dolendo posita. 100 Eam ex corporis voluptate nasci. Summum malum dolorem animi, qui ex corporis dolore oriatur. 1 Virtutes voluptatis causa comparari, & eas nihil esse, nisi voluptatem pariant. De atomis idem docuit quod Democritus. Mundos innumerabiles esse. 2 Imaginum, quæ a rebus

85. *Vacuum nihil esse*) Nam aer, cujus natura & mollis & mobilis, durioribus corporibus facile cedit, complet omnia, quæ ab aliis non occupantur.

86. *Oriri homines ex terra*) Corpora hominum e terra esse condita Sacræ Literæ docent: sed accessisse spiritum Dei, qui est melior pars hominis.

87. *Omnia ex calido, frigido, humido & sicco nasci*) Scilicet, in hac inferiore natura, elementis eorumq; qualitatibus inter sese conspirantibus, vicissimq; dissolutis. Unde fit ut nihil intereat, sed formam tantum mutet. Unius enim interitus est alterius ortus. Sic humanum corpus in terram resolvitur, ac fieri potest, ut in flores, herbas & arbores convertatur, aut in vermes & serpentes. Quam mutationem inepti quidam valde pueriliter resurrectioni mortuorum opponunt, infinita Dei sapientia & potentia non considerata. Nam de voluntate Dei Sacris expressa Literis nemo pius dubitat.

88 *Animam temperationem esse ex elementis*) De anima brutorum concedi hoc potest, quæ ob hoc ipsum mortalis est. Sed de mente & ratione, quæ est spiritus & imago Dei, nequaquam. Alioqui hoc uno argumento & resurrectio corporum & immortalitas animorum tolleretur, & omnis pietas, omnis religio, virtus omnis funditus everteretur.

89. *Omnia esse infinita*) Difficile est pronunciare de Philosophorum sententiis, quod non Heracliti tantum mos fuit τὸ σκοτίσαι, hoc est, *tenebris evolvere* omnia, sed aliorum etiam consuetudo, sentire aliud, aliud loqui. Verumenimvero, ut illis suas opiniones, ita & nobis nostras de illis conjecturas afferre in medium, liberum esto. Si fallimur, consolemur nos eorum multitudine, qui in eadem sunt navi. Nam, in tot dissensionibus ut omnes recte sentirent, fieri nullo certe modo potuit. Quod igitur ad hoc dogma attinet: si humanorum sensuum angustiæ spectentur, nullus unquam rerum naturæ terminus reperietur. Contra autem ea mentis & rationis amplitudo est, ut etiam supra cælos evagetur. Rectius Plinius: *Mundus* (inquit) *finitus est, sed infinito similis*. Cur autem finitus sit, rationes afferuntur ab Aristotele. Fortassis autem ἀόριςον dixit, quod materia nullum certum terminum, qui ὅρος Græcis est, nullam certam & stabilem formam obtineat, crebris obnoxia mutationibus, quamvis eadem materia semper maneat, ut paulo ante de corpore humano dictum est.

90. *Quicquid sit, aut vacuum esse, aut corpus*) Aer, qui cæteris corporibus cedit & locum præbet, ipse etiam corpus est, quia sensu aurium & tactus percipitur. Quare, rectius sentire videntur, qui vacuum e natura rerum excludunt, nisi καταχρηςικῶς id vacuum dicatur, quod immensi aeris campi (ut Ausonii verbo utamur) occupant.

91. *Rerum initia atomos esse*) Τὸ ἄτομον Dialecticis est individuum, Physicis minutissimum corpusculum, quod ob parvitatem nullam sectionem aut divisionem admittit, qualia forte illa sunt, quæ in radiis solaribus aliquando nobis volitare videntur. Ex horum atomorum fortuito concursu & elementa omnia & mundum, ac potius mundos infinitos extitisse quidam aut opinati sunt, aut (quod vero propius videtur) se opinari simularunt, ut novum atq; mirabile aliquid, quantumvis absurdum, & ab omni ratione alienum, in medium afferrent. Virgilius *Ecloga* VI.

Namque canebat, uti magnum per inane coacta
Semina terrarumque animæque, marisque fuissent,
Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreverit orbis.

92. *Animi tranquillitatem, summum bonum esse*) Recte hic sensisse videtur, & plane cum illo consensisse Aristoteles. Neq; enim tranquillus esse animus potest sibi male conscius, virtutis & sapientiæ expers: neq; si corpori male sit, aut res ad victum cultumq; necessariæ non suppetant. Uno igitur vocabulo tria bonorum genera complexus est. Nam qui id proponit quod sine aliis constare non potest, ea etiam utique complectitur, quæ ad illud constituendum & absolvendum requiruntur.

93. *Quam δ'εςω*) Παρὰ τὸ εὖ ἑςάναι, quasi bonum statum, vel παρὰ τὸ εὖ εἶναι, quod alicubi bene sit.

94. *Ευθυμίαν*) Id est, *bonum animum*.

95. Αχαμίαν) Παρὰ τὸ μὴ κάμνειν, quod beata vita sit laboris, doloris & defatigationis expers. Est & illud in Democrito memorabile, quod ita fuit amore studiorum inflammatus, ut amplissimum patrimonium, dum sapientiam terra mariq; consectatur, negligeret. Cujus ita compos factus, ut in Philosophia quinquertio, qui Græcis πένταθλος est, diceretur, eam esse vanitatem & stultitiam hominum deprehendit, ut perpetuo risu pene difflueret. Qua de causa Hippocrates ad eum, ut qui mentis errore afficeretur, accersitus, hoc elogio virum excellentem, ornavit: οὐκ ἄρα παρεφρόνει Δημόκριτος, ἀλλ' ἁπάντων ὑπερεφρόνει, id est, *non utique Democritus deliravit, sed omnes ingenio superavit*, vel *omnes despexit*. Nam verbum ὑπερφρονεῖν utramq; interpretationem recipit. Huic contrarius fuit Heraclitus, qui & stultitiam & ærumnas hominum perpetuo deplorasse fertur. Recte autem in epigrammate quodam dubitatur, sitne stultitia hominum ridenda potius, an miseria deploranda? cum utraque sit maxima.

96 *Epicurus*) Επίκουρος *adjutorem* significat. Hinc apud Homerum ἐπίκουροι vocantur, quos Historici συμμάχους appellant. Fuit autem hujus Epicuri doctrina non virtutis & sapientiæ, sed improbitatis & stultitiæ adjumentum. Liberavit ille quidem superstitione animos, (quo nomine a Lucretio magnificis verbis celebratur) sed eosdem impietatis reos facit: quo scelere nullum inexpiabilius cogitari potest. Laus tamen hæc ei tribuitur, quod non tam impie atq; inepte senserit, quam honeste continenterq; vixerit. Ejus item discipulos Cicero subinde nominat, homines minime illos malos quidem, sed parum acutos & eruditos. Eodem etiam alludunt ea ejus verba, quæ sunt in proœmio *Officiorum*: *Qui si ipse sibi consentiant, nec interdum naturæ bonitate vincatur, nec amicitiam colere possit, nec justitiam, nec liberalitatem*.

97. *Summum bonum esse voluptatem animi*) Hæc nihil aliud fuerit quam ἡ εὐθυμία Democriti, quæ modo explicata est.

98. Καταςηματικὴ) Recte constantiam requisivit & perpetuam animi alacritatem: quæ sudo & sereno cælo nullisque subtexto nubibus aut nebulis comparari potest.

99. *In non dolendo posita*) Ηδονὴ aliud amplius & majus esse videtur quam ἀναλγησία ἢ ἀλυπία. Sed Epicurus, considerata rerum humanarum inconstantia, & animorum imbecillitate, innuere fortasse voluit, abunde esse boni cui nihil sit mali.

100. *Eam ex corporis voluptate nasci*) Magna est corporis & animi necessitudo, ut subinde alter ab altero afficiatur. Sed tamen sæpe mœret animus, corpore incolumi: eodemque afflicto gaudet ac lætatur: ut videmus nonnullos, in gravissimis morbis, læto aliquo nuncio, aut spe recuperandæ valetudinis, gaudio propemodum exultare, & corporis imbecillitatem animi viribus sustentare: contraque.

fluant, concursione, nos videre & cogitare. 3 Animam non esse incorpoream, ideo interire unam cum animali. 4 Solem & astra tanta esse quanta oculis videantur. Deum non curare res humanas. 5 Nullam esse artem disserendi. 6 Sensus perpetuo veraces esse, nec falli nec refelli a re ulla posse. 7 Hæc philosophia omnibus sæculis latissime patuit. Nunc vero sola fere in vita versatur, & animis hominum: quamvis aliud ore profiteantur ac simulent. Quod ni ita esset, non ii essent mores quos videmus. Olympias XXX. quo tempore Thales floruit, annus erat ab O. C. 3304. regni Josiæ in Juda anno 11. itidem regni Nabuchodonosor primi, Chaldæorum regis tertii, annis duobus antequam Romæ post Martium Tarquinius Priscus regnaret, qui annus est duodecimus, antequam Jeremias prophetare Jerosolymis inciperet. Reliquorum philosophorum ætatem ex hac supputatione quivis mediocriter eruditus intelliget. Hebræorum sapientum dogmata, unde Chistiana religio propagata est, e sacris Literis & Josepho historico, item Philone Philosopho sunt petenda. Nec incommodum fuerit successionem doctorum Ecclesiæ, & varias hæreses usque ad nostram ætatem subjungere, Funcci Chronologia adhibita. Possent & Philosophi Latini & Scholastici addi, ut totius humanæ sapientiæ curriculum oculis obversaretur. Πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει.

1. *Virtutes voluptatis causa comparari*) Scilicet a vulgo & improbis hominibus, qui specie probitatis ad alios decipiendo sic utuntur, ut hamo piscator ad capiendos pisces. Sed qui Dei voluntatem Sacris expressam Literis, & naturæ humanæ dignitatem pressius & attentius considerant, longe aliud sentiunt, & virtuti student etiam cum molestiis, laboribus, dolore, periculoque conjunctæ. Quanquam verum est, eos, ne tum quidem sua carere voluptate, officii conscientia & spe præmii divini.

2. *Imaginum quæ a rebus fluant, concursione nos videre & cogitare*) Ego me non ea acie oculorum esse, ut vel atomos vel εἴδωλα illa καὶ ἀποῤῥοίας perspiciam, ingenue fateor. Quare de hoc dogmate nihil pronunciare possum. Illud quidem affirmare posse videor, vim cogitandi & cernendi pendere a cerebri spiritibus, & tunicis, quas vocant, atque humoribus oculorum, qui ut suo munere fungantur, luce etiam externa & justo intervallo est opus. Videatur *epist.* Cicer. *ad Cassium* de spectris Catianis, & de visione κατ' εἰδώλων ἐμπτωσιν. Videtur tamen ἀλλοπάθεια quædam esse sensuum & objectorum. Sed hæc disceptent Physici.

3. *Animam non esse incorpoream*) Hoc ne de brutarum quidem pecudum anima concesserit Virgilius: tantum abest, ut interitus mentis humanæ probari possit. Sed de hoc impio & nefario delirio supra dictum est ex autoritate religionis nostræ satis, sed nondum satis persuasum iis, qui & Theologiam & Philosophiam saniorem aspernantes & deridentes, perspicuas ubique rationes flagitant: cum id quod ipsi negant, immortalem esse animam, nihilo sit dilucidius, quam quod homines pii persuasum habent, eandem & interitus expertem & divinum judicium subituram esse.

4. *Solem & astra tanta esse, quanta oculis videantur*) Non cogitavit scilicet ex Astrologiæ imperitia, infinitum prope intervallum, quo cœlestia corpora distant a nobis: nec oculorum nostrorum imbecillitatem consideravit. Quis vero credat, eam Solis tantilli esse vim, ut accessu suo æstates, recessu hyemes efficiat? & Africæ loca complura ita exurat, ut in iis præter ferventes arenas & venenosa animalia nihil reperiatur?

5. *Nullam esse artem differendi*) Aspernatus est Epicurus & Poetas & Dialecticos & Physicos & Mathematicos, contentus qualicunque facultate loquendi, seu garriendi potius de moribus & vita beata. Nam ejus quidem physiologia perquam ridicula est, & ita inepta, ut ludibrii potius causa quam serio eam tractasse videatur.

6. *Sensus perpetuo veraces esse*) De hoc quoque dogmate supra dictum est. Si integri & incorrupti sint, si justum sit intervallum, si nulla re impediantur.

7. *Hæc philosophia omnibus sæculis latissime patuit*) Appendix hæc addita est, ne multitudine & autoritate impiorum hominum decepti adolescentes, Evangelicam doctrinam & rectæ rationis judicium contemnant. Nec enim recte fit quod exemplo fit: nec multitudo peccantium peccanti patrocinatur. Pro se quisque maxima corona, hoc est, spectantibus angelis, & Christo judice, causam dicet: & e dictis & factis suis, non aliorum, vel condemnabitur vel absolvetur. Dedit enim unicuique sanam mentem Deus, & liberam voluntatem vel vitam vel mortem eligendi; ut testatur Moses) neque Christianorum quisquam est, qui non & Legis & Euangelii doctrinam audiendi facultatem habuerit. Qua spreta, si quis corruptissimi sæculi mores sequi, quam e prescripto Dei vivere maluerit, suo sane periculo, eoque capitali, cum multis insaniens, cum multis plectetur. Hominibus autem sanis vigilandum est semper, & per arctam viam angusta porta æternæ vitæ petenda. Quod alacrius ii facient, qui cognitis Philosophorum dissidiis, ad consentientem & Veteris & Novi Testamenti autoritatem se contulerint.

DAVIDIS CHYTRÆI

SERIES PHILOSOPHORUM,

ET SECTÆ EORUM PRÆCIPUÆ: A THALETE ET SOCRATE IMPRIMIS, USQUE AD CICERONEM DEDUCTA.

Philosophiæ initia duo, ex Diogene Laertio lib. 1. in Procemio.

PHILOSOPHIÆ duo fuere principia. Unum quod ab Anaximandro: alterum quod a Pythagora defluxit. Anaximandri Thales præceptor fuit: Pythagoræ vero Pherecydes. Appellatumque est id Philosophiæ genus Ionicum, quod Thales ex Ionia fuerit. Milesius enim cum esset, Anaximandrum instituit, hoc autem Italicum: quod illius autor Pythagoras, in Italia ut plurimum philosophatus sit. Definit autem Ionica in Clitomachum, Chrysippum, & Theophrastum, Italica in Epicurum.

IONICÆ PHILOSOPHIÆ SUCCESSORES.

1. Thales.
2. Anaximander.
3. Anaximenes.
4. Anaxagoras.
5. Archelaus.
6. Socrates, & Socratici reliqui.
7. Plato.
8. 9. Speusippus & Xenocrates.
10. Polemon.
11. 12. Crantor & Crates.
13. Arcesilas.
14. Lacydes, qui novam Academiam invenit.
15. Carneades.
16. Clitomachus.

Atque hunc in modum in Clitomachum desinit.

Sic autem in Chrysippum.

1. Socrates.
2. Antisthenes.
3. Diogenes Cynicus.
4. Crates Thebanus.
5. Zeno Citieus.
6. Cleanthes.
7. Chrysippus.

In Theophrastum autem sic.

1. Plato. 2. Aristoteles. 3. Theophrastus.

IONICÆ PHILOSOPHIÆ SUCCESSIO:
THALES ENIM FUIT EX IONIA.

THALES Milesius, cum septem Sapientibus, tempore exilii Babylonici floruit: & Mathemata ac Physica præcipue excoluit: circa annum mundi 3400. paulo ante Cyri tempora. Mortuus est eodem anno, quo Crœsus a Cyro captus est.

ANAXIMANDER Milesius, institutus a Thalete. Hic æquinoctia, & solstitia notavit: & sphæram construxit, Laert. *lib.* II.

ANAXIMENES Milesius, Laert. *ibid.*

ANAXAGORAS Clazomenius, Democriti σύγχρονος, Laert. *ibid.* Præceptor fuit Periclis, Euripidis poetæ, Socratis. Fuit is filius Sophronisci, & Phænaretæ obstetricis. Tempore belli Peloponnesiaci præcipue floruit: ac primus Philosophiam moralem, τὴν ἠθικὴν, disputationibus suis excoluit. Obiit post recuperatas a Thrasybulo Athenas, anno ante natum Christum CCCIII. Cujus præceptor etiam fuit Archelaus, physicus. Hujus discipuli illustres.

1. PLATO, natus A. M. MMMDXXXVI. Hic veterem Academiam instituit, Laertius *lib.* I. Obiit MMMDCXIX. Ejus discipuli. 1. Xenocrates Chalcedonius Academicus, qui Speusippo in schola successit. Hunc secuti Polemon Atheniensis, Crantor Solensis, cujus liber de luctu passim a Cicerone laudatur, Laert. *lib* IV. Crates Atheniensis Hos audivit Arcesilas, vel Arcesilaus, Pitanæus, mediæ Academiæ author: floruit Olymp. CXX Laert. *ibid.* Hunc secutus Lacydes Cyrenæus novæ Academiæ inventor. Cic in *Lucullo*. Euander. Egesinus. Carneades eloquentissimus, A. V. DXCIX Romæ legatus fuit, XC. annos vixit. Clitomachus Carthaginensis: in quo non minus ingenii, quam in Carneade eloquentiæ, ad summam usque senectam cum Carneade vixit. PHILO, præceptor Ciceronis. Romæ A. V. DCLXV. Cicero natus III. Non. Jan. A. V. DCXLVIII. Consul ante natum Christum, anno LX. Interfectus est anno XL. ante natum Christum. Heraclides Tyrius Antiochus Ascalonita. Hic cum primo Philonem novæ Academiæ patronum audivisset, ejus dogmate repudiato, Peripateticis se conjunxit. Docuit, virtutem beatum, non beatissimum reddere. Aristo hujus Antiochi frater. Brutus. Cicero hunc, in Asiam proficiscens, Athenis audivit: annum agens XXVIII. Cratippus filij Ciceronis præceptor. Lucullus. Metrodorus Stratoniceus. Metrodorus Rhodius.

2. ARISTOTELES. Laert. *lib.* V. Peripateticorum princeps. Hunc secuti Theophrastus Eresius, cui successit Demetrius Phalereus, Atticæ Reipub. princeps, auditor Theophrasti, & Strato Lampsacenus Physicus, Ptolemæi Philadelphi præceptor. Lycon Troadensis. Stratonis successor, XLII. annos scholæ præfuit. Lysias Stratonis auditor. Cicero lib. V. *de Finibus*. Hieronymus Rhodius, qui summum bonum statuit vacuitatem doloris. Critolaus Romæ legatus cum Carneade. Lanx Critolai, *Tuscul.* V. Diodorus, qui ad honestatem vacuitatem doloris adjunxit. Callipho, & hic virtuti vacuitatem doloris adjunxit. Heraclides Ponticus. Aristoxenus Musicus, Tarentinus. Dicæarchus Messenius, Siculus.

3. Speusippus ex sorore Platonis. II. Xenophon Historicus. III. Antisthenes Atheniensis Cynicus. Laertius *lib.* VI. Hunc secutus est Diogenes Sinopeus Cynicus, tempore Alexandri Magni. Crates Thebanus. Zeno Citieus, Stoicæ sectæ princeps, Polemonis etiam auditor. Laert. *lib* VII. Hujus discipuli, Perseus Citieus, Cleanthes Assius. Laert. *ibid.* Successit Chrysippus Tarsensis, vel Solensis, acutissime plurima scripsit. Diogenes Babylonius Stoicus, legatus Romæ cum Carneade, & Critolao, A. V. DXCIX. Antipater, Panætius Rhodius, Scipioni & Lælio familiaris, σύγχρονος Polybii. Possidonius Rhodi docuit, ubi eum Cicero audivit: & postea invisit

A Pompeius, *Tuscul.* II. Asclepiodorus. Dionysius Heracleotes, Metathemenos dictus. Aristo Chius, qui ἀδιαφορίαν induxit. Heryllus Chalcedonius, qui finem dixit Scientiam. IV. Æschines Atheniensis. V. Euclides Megarensis. Stilpon Eubulides. Alexinus Elensis. Ab his ἐριστικοὶ, quos Zeno secutus est: qui Stilponem quoque audivisse putatur. VI. Phædon Eliensis. VII. Crito Atheniensis. VIII. Cebes Thebanus. IX. Aristippus, Socratis auditor. Laert. *lib.* II. apud Dionysium, Siciliæ regem, eodem tempore, quo Plato vixit. Discipuli Ptolemæus Æthiops. Antipater Cyrenæus. Parœbates. Anniceris, a quo Anniceriani, virtutes etiam colendas docuerunt. Hegesias, a quo Hegesiani, qui omnibus virtutibus voluptates corporis prætulerunt. Arete, filia. Aristippus μητροδίδακτος. Theodorus, ἄθεος, familiaris Ptolemæi Lagi. Ex hujus libris Epicurus multa sumpsisse putatur.

ITALICÆ PHILOSOPHIÆ AUTORES,
ET EORUM SERIES.

1. Pherecydes.
2. Pythagoras.
3. Thelauges filius.
4. Xenophanes.
5. Parmenides.
6. Zeno Eleates.
7. Leucippus.
8. Democritus, & alii complures, sed inter reliquos, Nausiphanes, Nausidesque celebrantur.
9. His suo ordine successit Epicurus.

ITALICÆ PHILOSOPHIÆ ANTISTITES,
A PYTHAGORA ORTI.

Pittacus. Pherecydes Scyrius, illius auditor. Pythagoras Samius, in Ægypto eruditus, qui primus se philosophum appellavit: cum cæteri sapientes dicerentur. Floruit in extrema Italiæ ora, Crotone, & Tarenti; tempore Cyri, Cambysis, & Darii Hystaspis F. cujus anno XXVI. obiit. Hujus discipuli fuerunt: Telauges filius, patri in schola successit. Philolaus, a quo Plato libros Pythagoricos emit. Alcmæon Crotoniates. Hippasus. Lysis, Epaminondæ præceptor. Epaminondas. Empedocles Agrigentinus Physicus. Epicharmus Siculus. Archytas Tarentinus. Eudoxus Astronomus, Platonis amicus. Xenophanes Colophonius, σύγχρονος Pythagoræ & Anaximandri. Heraclitus Ephesius: ad quem Darii Hystaspis F. Epistolæ extant, Laert. *lib.* IX.

Parmenides Eleates, Physica conscripsit carmine. Zeno Eleates, primus ex atomis mundum composuit. Democritus Milesius tempore Xerxis & Artaxerxis Longimani floruit. Obiit anno ætatis CIX.

Metrodorus Chius, initio libri *de Natura*, inquit: *Nego scire nos, scia mus ne aliquid, an nihil sciamus: ne id ipsum quidem nescire, aut scire nos: nec omnino, sit ne aliquid, an nihil sit.* Anaxarchus, Alexandro Magno familiaris. Pyrro Eliensis, cujus fuit dogma, Omnia pariter esse incerta: nec quicquam turpe, aut honestum, justum, aut injustum vere esse, sed lege, & consuetudine docuit. Ab hoc σκεπτικοὶ καὶ ἐφεκτικοὶ, Timon Phliasius, Sillorum scriptor, Ptolemæo Philadelpho familiaris. Cui Xanthi filius successit. Auditores Timonis: Euphranor. Seleucius Cyprius. Heraclides. Leucippus. Dioscorides. Eubulus. Ænesidemus Gnosius, qui octo libros Pyrrhoniarum rationum scripsit. Praylus. Ptolemæus Cyrenæus. Zeuxis. Prodicus Cejus. Protagoras Abderita.

ITALICA PHILOSOPHIA IN EPICURUM
DESINIT.

Epicurus Atheniensis, natus septimo Januarii, septimo anno post mortem Platonis Obiit anno septimo Ptolemæi Philadelphi. Hujus discipuli illustres. Metrodorus Atheniensis. Timocrates. Polyænus. Idomeneus, Lampsaceni. Successor Epicuri in schola fuit Hermachus Mitylenæus. Polystratus. Dionysius. Basilides. Zeno. Phædrus. Quos duos Epicureos Cicero & Atticus audiverunt.

F I N I S.

DESIDERII JACOTII,
VANDOPERANI,
DE
PHILOSOPHORUM DOCTRINA
LIBELLUS.

DESIDERII JACOTII, VANDOPERANI, DE PHILOSOPHORUM DOCTRINA LIBELLUS.



CUM essent plures Philosophi, orti fere a Socrate, (quod ex illius variis & diversis, & in omnem partem diffusis, disputationibus a Platone potissimum immortalitati traditis, alius aliud apprehenderat) proseminatæ sunt quasi familiæ, dissentientes inter se, & multum disjunctæ & dispares: cum tamen omnes se Philosophos Socraticos & dici vellent, & esse arbitrarentur. Inter quos præcipuum locum tenent Academici, Peripatetici, Stoici, Epicurei. De quibus sigillatim & distincte dicere difficile est, ob eam præcipue caussam, quod cum eorum decreta quærentur, variari inter Ciceronis Interpretes, & dubitari videtur. Sed primum illud tenendum est, quod a viris doctissimis est animadversum, Ciceronem omnia prope ex Stoicorum & Academicorum novorum disputationibus sumere, ex reliquis pauca quædam adspergere. Cujus rei fidem facere ajunt dialectica, quæ usurpat, in quibus Platonicum, aut Aristotelicum nihil prope agnoscas. Verum dicamus articulate, quoad fieri poterit, de Peripateticis, & Academicis, tum de cæteris, quorum a Cicerone præcepta notata sunt, & quædam Latine expressa.

ACADEMICI ET PERIPATETICI.

Academici & Peripatetici veteres rebus congruentes, ait Cicero, nominibus differebant. Nam cum Speusippum, sororis filium, Plato Philosophiæ quasi hæredem reliquisset, duos autem præstantissimos studio atque doctrina, Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiritem; qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo. Illi autem, qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium, cœtus erant & sermones habere soliti, ex loci vocabulo nomen habuerunt. Quibus tamen nec suæ ambulationes defuerunt. Nam in spatiorum umbraculis arboribus opacorum, quæ a Cicerone curricula multiplicium variorumque sermonum appellantur, plerique inambulantes de Philosophia disputabant. Nihil igitur, ut dixi, inter Peripateticos & illam veterem Academiam differebat. (Abundantia quadam ingenii præstabat Aristoteles.) Sed idem fons erat utrisque, & eadem rerum expetendarum fugiendarumque partitio. De utrisque multæ sunt illustres laudes, IV. & V. *de Finibus bonorum & malorum*, quod eum locum, quem civilem recte appellaturi videmur, Græcæ πολιτικὸν, graviter & copiose tractarint. Unde etiam olim propter eximiam rerum maximarum scientiam a Græcis politici Philosophi sunt appellati: quod multa de Repub. scripserint, multa de legibus, multa non solum præcepta in artibus, sed etiam exempla in orationibus bene dicendi reliquerint. Primum enim illa ipsa, quæ subtiliter disserenda erant, polite apteque dixerunt, cum definientes, tum partientes: deinde ea, quæ requirebant orationem ornatam & gravem, magnifice sunt dicta ab illis ac splendide, de justitia, de fortitudine, de amicitia, de ætate degenda, de philosophia, de capessenda Repub. de temperantia, de fortitudine hominum. Itaque ex hac tanquam ex omnium artium officina innumerabiles in omni genere scientiæ præstantes viros prodiisse ait Cicero. Academici veteres quidam fuerunt, quidam novi. In veteribus numerantur a Cicerone, Plato, Aristoteles, Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crantor. In novis, Arcesilas, Lacydes, Euander, Egesimus, Carneades, Clitomachus philosophus. Quorum omnium decreta quia numerabimus suo loco, de veteribus, & novis pauca hæc nunc sufficiat in universum posuisse.

Omnem virtutem esse mediocritatem, Cicero in *Bruto*.

Sapientes non semper esse beatos, idem V. *Tusc.*

Finem bonorum esse, secundum naturam vivere, id est, frui iis rebus, quas primas homini Natura dedisset, II. *de Finib.* & III. *Offic.*

Omnem civilem orationem in horum alterutro genere versari, aut definita controversia certis temporibus ac rebus, aut infinite de universo genere quærere, III. *de Orat.*

ACADEMICI NOVI.

Academici novi cum nihil percipi posse dicerent, in suo ipsi decreto sicut in cæteris rebus fluctuabant, ac de diis immortalibus errantem habebant & vagam sententiam. Hanc Academiam adolescentiorem Cicero & volaticam appellat, & sui similem, modo huc, modo illuc, Philosophiæ veteris perturbatricem: quam exoratam cupit ut sileat, submovere non audet. Hujus erat institutum adversari omnibus in disputando, & contra communem opinionem ratione aliqua pugnare, nihil affirmare, invadere in ea, quæ satis scite cæteris Philosophis instructa & composita erant, & ruinas edere: denique, quasi desperata cognitione certi, id sequi, quod verisimile videretur. Solebat vero is, qui audire vellet, cum quæsivisset, tacere: tum alius perpetua oratione

tione contra disputabat. Quam disputandi consuetudinem susceperunt Tusculanæ disputationes, ut est in lib. *De Fato*. Hujus itaque perpetuum decretum fuit, *Nihil posse percipi*, II. *Acad.* & I. *de Nat. Deor.* Quod quibusdam adeo placuit, ut extremum bonorum & summum munus sapientis esse dicerent, obsistere visis, assensusque suos firme sustinere.

PERIPATETICI.

Peripatetici cum viderent nos ita esse natos, ut & communiter ad eas virtutes apti essemus, quæ notæ, illustresque sunt, justitiam dico, temperantiam, cæterasque generis ejusdem: quæ omnes similes artium reliquarum, materia tantum ad meliorem partem, & tractatione differunt, easque ipsas virtutes viderent nos magnificentius appetere, & ardentius: habere etiam insitam quandam, vel potius innatam cupiditatem scientiæ; natosque esse ad congregationem hominum & ad societatem, communitatemque generis humani, eaque in maximis ingeniis maxime elucere: totam philosophiam tres in partes diviserunt. Una pars est natura: differendi, altera; vivendi, tertia. Natura sic ab iis investigata est, ut nulla pars cœlo, mari, terra (ut poetice loquar) prætermisse sit. Quin etiam cum de rerum initiis, omnique mundo locuti essent: ut multa non modo probabili argumentatione, sed etiam necessaria Mathematicorum ratione concluderent; maximam materiam ex rebus per se investigatis ad rerum occultarum cognitionem attulerunt. Ad placandos animos multa afferebant, spinas partiendi & definiendi prætermittebant. De his sic ait alio loco Cic. Si omnia a Philosophis essent petenda, Peripateticorum institutis commodius fingeretur oratio. Quo magis tuum, Brute, judicium probo, qui eorum, id est, ex vetere Academia Philosophorum sectam secutus es, quorum in doctrina, atque præceptis disserendi ratio conjungitur cum suavitate dicendi & copia. Quanquam ea ipsa Peripateticorum Academicorumque consuetudo in ratione dicendi talis est, ut nec perficere oratorem possit ipsa per sese, nec sine ea orator esse perfectus. Horum sententiæ & præcepta sunt hujusmodi:

Esse in mentibus hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo futura præsentiant, si aut furore divino incitatus animus, aut somno relaxatus solute moveatur ac libere, II. *de Divin.*

Quæ aut conjectura explicantur, aut eventis animadversa & notata sunt, ea genera divinandi non naturalia, sed artificiosa, in quo haruspices, augures, conjectoresque numerantur, improbanda, I. *de Divin.*

Deos esse, & quatuor ex rebus omnia constare, IV. *Tusc.*

Plurimum & longe lateque plurimum tribuendum honestati, sed tamen & in corpore & extra esse quædam bona, quæ ex altera parte collocata minimi momenti instar habeant, II. *de Fin.*

Tria bonorum genera, maxima animi, secunda corporis, externa tertia, V. *Tusc.* III. *de Fin.*

Corporis commodis compleri beatam vitam, III. *de Finib.*

Mediocritatem esse inter nimium & parum, I. *Offic.*

Mediocritatem vel perturbationum, vel morborum animi non probandam: omne enim malum etiam mediocre magnum esse, III. *Tusc.*

Perturbari animos necesse esse, sed adhibendum modum quendam, quem ultra progredi non oporteat, IV. *Tusc.*

Perturbationes non solum naturales, sed etiam utiliter a natura datas. Vide IV. *de Fin.* & I. *Offic.* de laudibus fortitudinis & iracundiæ.

STOICI.

Stoicorum disciplina (quos Cicero in *Officiis*, *Tusc. de Leg. Paradoxis*, *de Nat. Deorum* sequutus est, quorum denique in omnibus fere libris plurimas sententias Latine expressit) a Zenone profecta est. Zeno enim relicta veteri Peripateticorum & Academicorum disciplina, multa in Philosophia novavit. Cui mox se Arcesilas opposuit. Alii etiam Stoicorum disciplinam Academiæ veteris correctionem existimabant. Antiochus enim Stoicorum & Academicorum, qui Stoica multa usurpabant, sectam conciliare voluit, & utrorumque decreta bona conturbavit. Et Cicero ait a Peripateticis & Academicis eos omnia transtulisse, nominibus aliis easdem res secutos. Et alio loco, una de re esse solum dissensionem: quippe cum antiqui omnes, quod secundum naturam esset, quo juvaremur in vita, bonum esse decreverint, Zeno nihil, nisi quod honestum esset, putaverit bonum. Alii non de terminis, sed de tota possessione contentionem esse ajunt. Qua de re vide in *Antiocho*. Doctissimi viri fuerunt, & omnes fere in disserendo prudentissimi: idque arte faciebant, tum definiendo, tum partiendo articulate, & distincte, erantque architecti pæne verborum. Judicandi vias diligenter persecuti sunt: inveniendi tamen artem totam reliquerunt. Subtile præterea, vel spinosum potius disserendi genus sequebantur, ut est lib. III. *de Fin.* qui fere totus est in defendenda ea disciplina. Nam contortulis quibusdam, & minutis conclusiunculis quasi punctis, quæ dumeta, & laqueos, & aculeos disputationum Cicero nominat, omne argumentum concludebant hoc pacto: Quod est bonum, omne laudabile est: Quod autem laudabile est, omne honestum est: Bonum igitur quod est, honestum est. Et tamen maxime forti, & ut ita dicam, virili ratione utebantur atque sententia. Cæterum quia vim virtutis mirifice tenebant, prope absoluti, & perfecti, denique soli philosophi judicati essent, nisi eorum licentiæ Carneades restitisset. Et ut verba mordicus tenentes, quæ sibi ex ore evelli nolebant, horridiores erant in dicendo, sic moribus quoque duriores evaserant. Ex omnibus philosophis plurima nominaverunt, studiosissime exquirentes unde verba essent ducta, & suo quamque rem nomine appellantes. Quibusdam etiam nominibus utebantur, quæ prima specie admirationem, re explicata risum moverunt. Ægrotationes appellabant ἀῤῥωστήματα, de quibus disputant enucleate. Bona quæ aliis dicebantur, eadem præcipua, vel producta dicebant, quibus beatam vitam compleri negant. Item media officia, quæ communia sunt & late patent, quæ & ingenii bonitate multi assequuntur, & progressione dicendi: rectum vero quod appellant, perfectum atque absolutum esse, & omnes numeros habere, nec præter sapientem cadere in quenquam posse. ὁμολογίαν quoque convenientiam dicebant, & ἡδονὴν communi nomine corporis & animi voluptatem. Cæterum portenta & flagitia ab his, ut a poetis dicuntur, multa cum superstitiosa solicitudine creduntur: multa etiam præclare: ut ex eorum sententiis & præceptis, quæ acutissime defendebant, intelligi potest: hæc fere sunt apud Ciceronem:

Deos esse, qui mundum administrent, quique consulant rebus humanis, πρόνοιαν *Dicunt providentiam*, II. & III. *de Natura deorum*, & IV. *de Finibus*.

A *Mundum esse sapientem, habere mentem, quæ se & ipsam fabricata sit, & omnia moderetur, moveat, regat,* &c. in *Luc.*

Fore ut ad extremum omnis mundus ignescat, cum humore consumto, neque terra ali possit, neque remeet aer, cujus ortus aqua omni exhausta non esse possit, II. *de Nat. Deor.*

Mundum natura constare, & administrari non ut gleba constat, aut fragmentum lapidis, aut aliquid hujusmodi, nulla cohærendi natura, sed ut arbor, ut animal, in quibus nulla temeritas, sed ordo apparet, & artis quædam similitudo, ibidem.

B *Aerem interjectum inter mare & cœlum Junonis nomine consecrari, quæ est soror & conjux Jovis, quod & similitudo est aeris, & cum eo summa conjunctio, ibid.*

Quatuor ex rebus omnia constare, IV. *de Fin.*

Fato omnia fieri, de Fato. *Fatalem autem illam necessitatem, quam* εἱμαρμένην *dicunt, esse, ut quidquid accidat, id ex æterna veritate, caussarumque continuatione fluxerit,* V. *Tuscul.* II. *de Divin.* in *Top.*

Multa falsa esse: longeque aliter se habere ac sensibus videantur, in *Luc.*

C *Sensus ipsos assensus esse: quos quoniam appetitio consequatur, actionem sequi: tolli autem omnia, si visa tollantur,* in *Luc.*

Visa quædam mitti a Deo, velut ea quæ in somniis videantur, quæque oraculis, auspiciis, extis declarantur, in *Luc.* μαντεία *dicitur divinatio,* III. *de Nat. Deor.* I. *de Div.* & II. ubi refellitur.

Non singulis jecorum fissis, aut avium cantibus interesse Deum: sed ita a principio incohatum esse mundum, ut certis rebus certa signa præcurrerent, alia in extis, alia in avibus, alia in fulguribus, alia in ostentis, alia in stellis, alia in somniantium visis, alia in furentium vocibus, I. *de Div.*

D *Eos anhelitus terræ, qui frigidi sunt, cum fluere cœperint, ventos esse, cum autem se in nubem induerint, ejusque tenuissimam quamque partem cœperint dividere, atque disrumpere, idque crebrius facere, & vehementius, tum & fulgura & tonitrua existere: si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen,* II. *de Divin.*

Simul atque natum sit animal, ipsum sibi conciliari, & commendari ad se conservandum, & ad suum statum, & ad ea quæ conservantia sunt ejus status diligenda: alienari autem ab interitu, iisque rebus, quæ interitum videntur afferre, III. *de Finib.*

Plerisque tamen in principiis naturalibus diligendi sui voluptatem non esse ponendam, ibid.

E *Diu mansuros animos, cum corpore excesserint, sed non semper,* I. *Tusc.*

Quæ in terris gignuntur, ad usum hominis omnia creari, homines autem hominum caussa esse generatos, ut ipsi inter se alii aliis prodesse possent, I. *Offic.*

Sapientem gratia nunquam moveri, nunquam cujusquam delicto ignoscere: neminem misericordem esse, nisi stultum, & levem: Viri non esse, neque exorari, neque placari: Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, divites: servitutem serviant, reges: eos autem qui sapientes non sint, fugitivos, exules, hostes, insanos denique.

F *Omnia peccata esse paria. Omne delictum scelus esse nefarium: nec minus delinquere eum qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam eum qui patrem suffocaverit. Sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam,* pro *Murena. Sapientem omnia recte facere,* IV. *Tusc. Sapientem sapienti etiam ignoto esse amicum,* I. *de Nat. Deor. Amorem ipsum, esse conatum amicitiæ faciendæ ex pulcbritudinis specie,* IV. *Tusc.*

Bonum nihil, nisi honestum, quo virtus mista, nullam requirit voluptatem, atque ad bene vivendum seipsa est contenta, I. II. III. *de Finib.* V. *Tusc.* III. *Offic.*

Nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit pilus alius.

Voluptatem, sublationem animi sine ratione, opinantis se magno bono frui: nec lætitiam, nec gaudium in corpore, II. *de Finib.*

Non optabiliorem, nec magis expetendam beatam vitam, si sit longa, quam si brevis, III. *de Finibus.*

Non crescere bonorum finem, III. & V. *de Finib.*

Finem bonorum in una virtute, IV. *de Finib. id est, secundum naturam vivere,* III. *Offic. Qua tria significantur: Unum ejusmodi, vivere adhibentem scientiam earum rerum, quæ natura evenirent, ut* Zeno: *Alterum, significari idem, officia omnia media, aut pleraque servantem vivere. Tertium, omnibus, aut maximis rebus iis, quæ secundum naturam sint, serventem vivere.* Vide IV. *de Finib.*

Si ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampulla, aut strigilis accedat, sumturum sapientem eam vitam potius, quod hæc adjecta sint: nec beatiorem tamen fore, IV. *de Finib.*

Dolorem non esse malum, II. *Tusc. abesse a sapiente ægritudinem,* III. *Tusc.*

Voluntatem (quæ Græce βούλησις dicitur, id est, appetitio ejus quod bonum videatur, ad quod adipiscendum impellit ipsa natura) *esse, quæ quid cum ratione desiderat,* III. *Tusc.* Vide initium IV. *Tusc.*

Et quæ turpia re non sunt, nec verbis esse flagitiosa, I. *Offic.*

Modestiam scientiam esse rerum earum, quæ agentur, aut dicuntur suo loco collocandarum. Ordinem vero, compositionem rerum aptis & accommodatis locis, III. *Offic.*

Urbanitatem esse virtutem, III. *Epist. Famil.*

Omnes esse divites, qui cœlo, & terra frui possunt, VII. lib. *Epist. Famil.*

Nihil esse sapientis præstare, nisi culpam, IX. lib. *Epist. Famil.*

Nihil esse obscenum, nihil turpe dictu: Nam si quod sit in obscenitate flagitium, id aut in re esse, aut in verbo: nihil esse tertium, ibidem.

Crepitus æque liberos ac ructus esse oportere, ibid.

Fugere non esse sapientis, XV. *Epistolarum ad Brutum.*

Sapientem non irasci, III. *de Orat.*

Eloquentiam virtutem ac sapientiam esse, III. *de Orat.*

EPICUREI.

Epicurus (a quo Epicurei, a doctissimis quibusque contempti, nominati sunt) homo fuit mollis, & voluptarius, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimans, sine arte, sine literis, insultans in omnes, sine acumine ullo, sine auctoritate, sine lepore, cautus, secum pugnans, non tam facetus quam ad jocandum liber. Pamphilum quendam Platonis ait a se Sami auditum, ibi enim adolescens habitabat cum patre & fratribus, quod in eam insulam pater ejus Neocles agripeta venerat: Sed cum agellus eum non satis aleret, ludimagister fuit. Nihil olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus quidem disciplinis. In Physicis Democritum, in quem tamen fuit ingratus, secutus est. Cui adjecit perpauca mutans, sed ita, ut ea quæ corrigere vult, depravare videatur. Pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitatem locorum, innumerabilitatem mundorum, eorum ortus & interitus omnia fere, quibus naturæ ratio continetur. Habuit & Nausiphanem magistrum, quod non negat, omnibus tamen contu-

maledictis vexat, metuens ne quid unquam ab aliis didicisse videatur. Nam & Aristoteli, & Phædoni Socratico turpissime maledixit, & Metrodori sodalis sui fratrem Timocratem, quia nescio quid in philosophia dissentiebat, totis voluminibus conscidit, & sæpe in scriptis gloriatus est, se magistrum habuisse nullum. Sua quædam nomina habuit: ut, πρόληψιν Græce appellavit (quam antea nemo eo verbo nominarat) ante cœptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quidquam, nec quæri, nec disputari possit. Ejus selectæ brevesque sententiæ nominatæ sunt κυρίαι δόξαι, id est, maxime ratæ, quia gravissimæ sint ad beate vivendum. Ejus est & Titillationis verbum, qua voluptas sensibus adhibetur. Et cum tertium quendam motum diceret extra pondus, & plagam, cum declinat atomos intervallo minimo, id appellat ἐλάχιστον ἰσονομίαν quoque, id est, *æquabilem tributionem*, dixit eam naturam, quæ est in summa illa vi infinitatis, ut omnia omnibus, paribus paria respondeant. Scripsit libros de regula & judicio, de summo bono, de voluptate, *qui* (ait Cicero II. *de Divin.*) *si corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore*. Item de sanctitate, de pietate adversus Deos. Duos & septuaginta annos vixisse tradunt. Quem familiares, præter quos non fere in cujusquam manus veniebat, tanti fecerunt, ut ejus imaginem non modo in tabulis, sed etiam in poculis, & annulis haberent, assererentque vidisse verum, maximisque erroribus animos hominum liberavisse, & omnia tradidisse, quæ pertinerent ad bene beateque vivendum: sed plerosque minus eo delectari, quod ista Platonis, Aristotelis, Theophrasti orationis ornamenta neglexerit. Physicis totus fuit alienus. Dialecticam vero, quod in ea plane inermis esset, & nudus, contemnebat, & irridebat. Tollebat definitiones, nihil de dividendo ac partiendo docebat: non, quo modo efficiatur, concludaturque ratio, tradebat: non qua via captiosa solvantur, ambigua distinguantur, ostendebat. Si enim, inquit, alterutrum concessero, aut victurum cras Epicurum, aut non, necessarium esse, necesse erit cras Epicurum aut vivere aut non vivere. Nulla autem est in natura rerum talis necessitas. In ea Philosophiæ parte, qua mores conformari putantur, ceteris voluit videri acutior. Cujus sententiæ & præcepta sunt hujusmodi:

Deos esse, quidquid necesse sit præstantem aliquam esse naturam, II. *de Nat. Deor. quodque in omnium animis eorum notionem impressisset ipsa natura. Anticipationem quandam vocavit deorum, sine doctrina. Nonnullis tamen visum est, eum, ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquisse deos, re sustulisse*, I. & III. *de Nat. Deor.*

Nihil curare deos, nec sui, nec alieni, sed monogrammos & nihil agentes membris humanis præditos, sed eorum nullum usum habere. In quo circuitione quadam deos videtur tollere ludens, II. *de Nat. Deor.*

Deorum, quos perlucidos & perflatiles induxit, sedem esse, tanquam inter duos ludos, sic inter duos mundos propter metum ruinarum, II. *de Divin.*

In Deo opem nullam, neque gratiam, I. *de Nat. Deor.* ubi refellitur.

Deum animantem esse, specie hominis, quia sit pulcherrima omnium, nec tamen eam esse corpus, sed quasi corpus, nec habere sanguinem, sed quasi sanguinem. Fugiebat enim individuorum corporum concretionem, ne interitus & dissipatio consequeretur, III. *De Nat. Deor.*

Deos beatos esse, & æternos, II. *de Finibus*.

Deorum opera mundum non esse fabricatum: sed ex atomorum, id est, individuorum, & solidorum corporum, quæ suo deorsum pondere ad lineam ferrentur (qui est naturalis omnium corporum motus) complexionibus, & copulationibus, & adhæsionibus inter se, mundum, omnesque partes mundi, quæque in eo essent, effici, I. *de Finib.*

Solem quasi pedalem, aut bipedalem, posse etiam minorem esse quam videatur, aut majorem, sed non multo, vel tantum esse, quantus videatur: ut oculi aut nihil, aut non multum mentiantur, II. *Acad.* & I. *de Finib.*

Nunquam sensus mentiri, sed omnes veros esse: in iisque judicia rerum posita. Quorum si unus semel in vita mentitus sit, sublatum esse omne judicium veri & falsi, I. *de Finib.*

Nullam in natura rerum necessitatem.

Opinionem a perspicuitate sejungendam, quæ veri conturbat cognitionem, II. *Acad.*

Quidquid aut sit, aut fiat, naturalibus fieri aut factum esse ponderibus & motibus, I. *de Finibus*.

Pecudis & hominis idem bonum, I. *Acad.*

Ad voluptatem & dolorem, & quæ fugiamus, & quæ sequamur, referri omnia, I. *de Finib.* & II. *omnes animi & voluptates & dolores ad corporis voluptates & dolores pertinere*.

Ultimum bonorum in voluptate, idque sensibus judicari, & commoveri, ut ne argumentandum quidem de eo sit, I. II. & III. *de Finib. Voluptatis autem verbo significari saporem, & corporum complexum, & ludos, atque cantus, & formas eas, quibus oculi jucundi moveantur*, III. *Tusc.*

Summum malum dolorem, I. *de Finibus*, & II. *Tusc.*

Inter voluptatem & dolorem nihil medium. Nam omni dolore carere, non modo voluptatem esse, verumetiam summam voluptatem: eam enim augeri, amplificarique non posse, I. *de Finib.* & III. *Tusc.*

Non minorem percipi voluptatem ex contemptissimis escis & potionibus, quam rebus exquisitissimis ad epulandum, I. *de Finib.*

Cupiditatum tria genera, unum earum quæ essent & naturales, & necessariæ: alterum, quæ naturales essent, nec tamen necessariæ: tertium, quæ nec naturales, nec necessariæ: (utpote inanium) nec modus ullus, nec finis inveniri potest, I. *de Fin.* ubi reprehenditur, quod partem in genere numeret. Duo enim genera esse, naturales, & inanes: naturalium item duo, necessarias, & non necessarias.

Non posse jucunde vivi, nisi sapienter, honeste, justeque, vivatur: nec sapienter honeste, juste, nisi jucunde, I. & II. *de Fin.*

Rem definiri non placere, II. *de Fin.*

Sapientem semper esse beatum, finitas habere cupiditates, negligere mortem, III. *de Fin.*

Honestum expeti propter voluptatem: qui negant, eos inani voce sonare: vel, ut est in *Tuscul.* III. *voces inanes fundere*: sic enim loquebatur.

Parere animum rationi posse, & quo illa ducat, sequi, III. *Tusc.*

Levationem ægritudinis in duabus rebus positam esse, avocatione a cogitanda molestia, & revocatione ad voluptates contemplandas, ibid.

Opinionem mali ægritudinem esse natura, sive illud ante provisum & expectatum sit, sive inveteraverit: neque enim vetustate minui mala, nec fieri præmeditata leviora, ibid.

Naturales divitias parabiles esse, quod parvo esset natura contenta, III. *de Fin.*

Diuturnitatem temporis ad beate vivendum nihil afferre, nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quam si illa sit sempiterna, II. *de Fin.*

Nullam in sapientem vim esse fortunæ, III. *Tusc.* & II. *de Finib.*

Magnum dolorem brevem, longinquum levem, II. *de Fin.* & II. *Tusc.*

Nec gaudere quemquam, nisi propter corpus, nec dolere, II. *de Fin.*

Mortem nihil ad nos pertinere, quod sine sensu sit, id quod dissolvitur, ibidem.

Si uratur sapiens, si crucietur, in Phalaridis tauro si erit, dicturum: quam suave est hoc? quam hoc non curo?

ZENO.

Zeno Cittiæus ex Cypro insula, Stoicorum princeps & pater fuit, homo acutus, verecundiam & libertatem loquendi amans. Is cum Polemonem assidue audisset, valdeque subtiliter dissereret, & peracute moveretur, Peripateticorum satis copiose & eleganter constitutam disciplinam corrigere conatus est. Partitionem philosophiæ in tres partes retinuit. In ceteris sentiebat idem, aliter loquebatur, nihilque præter novitatem verborum differebat. Cui tamen cur hoc faceret, nullam causam fuisse, ait Cic. IV *de Finib.* ubi de eo multa dicuntur. Si enim ea quæ dicit ita sentiret, inquit, ut verba significant, nihil inter eum, vel Pyrrhonem, vel Aristonem præceptorem interesset: sin autem eos non probabat, quid attinuit cum iis, quibuscum re conveniebat, verbis discrepare? Brevibus, & acutis conclusionibus, quod vellet efficiebat, similitudine sæpe utens, & visum, assensum, comprehensionem, & scientiam gestu & similitudine manuum distinguebat. Nam cum extensis digitis adversam manum ostenderat, visum, inquiebat, hujusmodi est: deinde cum paulum digitos constrinxerat, assensus hujusmodi: tum cum plane compresserat, pugnumque fecerat, comprehensionem illam esse dicebat. Qua ex similitudine etiam nomen ei rei, quod ante non fuerat, κατάληψιν imposuit. Cum autem lævam manum admoverat, & illa pugnum arcte vehementerque compresserat, scientiam talem esse dicebat: cujus compotem, nisi sapientem, esse neminem. Cum eo Academiæ novæ magna rixa fuit. Magnam præterea molestiam primus suscepit, & minime, ut ait Cicero, necessariam, commenticiarum fabularum reddere rationem, vocabulorum, cur quidque ita appellatum sit, causas explicare. Itaque cum Hesiodi *Theogoniam* interpretatur, tollit omnino usitatas, perceptasque cognitiones deorum. Denique neque Jovem, neque Vestam, neque quenquam, qui ita appelletur, in deorum habendum numero, sed rebus inanimatis, atque mutis, per quandam significationem hæc docet tributa nomina, I. *de Natur. Deor.*

Æthera summum Deum, mente præditum, qua omnia regantur, in *Luc.* I. *de Na. ur. Deorum.*

Quatuor solum initia rerum: quintam Arist. naturam non adhibendam, I. *Academic.* IV. *de Fin.*

Animum ignem, I. *Tusc.*

Ignem esse ipsam naturam, quæ quidque gigneret, & mentem, atque sensus. Ignem autem artificiosum ad gignendum progredientem via, II. *de Nat. Deor.*

Deum esse mundum, eumque animantem, & ratione præditum: nihil enim posse effici ab eo, quod expers esset corporis, I. *Acad.*

Sensus junctos esse e quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam nos visum appellemus licet, I. *Acad.*

Quæ visa sunt, & quasi accepta sensibus, assensionem adjungit animorum, quam esse vult in nobis positam & voluntariam, ibid.

Visis non omnibus adjungendam fidem: sed his solum, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum quæ viderentur. Id autem visum, cum ipsum cerneretur comprehensibile: Sed cum acceptum jam, & approbatum esset, comprehensionem A *appellari, similem his rebus quæ manu prenderentur, ibid.*

Quod erat sensu comprehensum, idipsum sensum appellari, & si ita erat comprehensum, ut convelli ratione non posset, scientiam: sin aliter, inscientiam; ex qua existeret opinio, quæ esset imbecilla, & cum falso, incognitoque communis. Sed inter scientiam & inscientiam, comprehensionem collocari: eamque neque in rectis, neque in pravis numerari, sed soli credendum esse, ibid.

Sensibus fidem tribuendam, quod comprehensio facta sensibus, & vera esset, & fidelis, ibid.

B *Naturam quasi normam scientiæ, & principium sui dedisse, unde postea notiones rerum in animis imprimerentur, e quibus non principia solum, sed latiores quædam ad rationem inveniendam viæ reperiuntur, ibid.*

Errorem & temeritatem, & ignorantiam, & opinationem, & suspicionem, a virtute, sapientiaque removendam, ibid.

Naturalem legem divinam esse, eamque vim obtinere, recta imperantem, prohibentemque contraria, I. *de Nat. Deor.*

Rationem quandam per omnem pertingentem naturam, ut divinam, esse affectam putat. Astris C *hoc idem tribuit, tum annis, mensibus annorumque mutationibus, ibid.*

Mundum animantem, ratione regi, sapientem, alioqui ex se non posse animantem, compotemque rationis procreare, II. & III. *de Nat. Deorum.*

Ipsius mundi, qui omnia complexu suo coercet & continet, naturam non artificiosam solum, sed plane artificem dicit, consultricem, & providam utilitatum oportunitatumque omnium, II. *de Nat. Deorum: contrahi animum & quasi labi atque concidere, & ipsum esse dormire*, II. *de Divin.*

Omnem vim loquendi in duas divisam partes: Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem, D II. *de Finib.* & in *Orat.*

In una virtute, quæ est ingenii præstantia, omnia quæ ad beatam vitam pertinent, posita, in *Luc.* IV. *de Finib.* V. *Tusc.*

Cætera autem etsi nec bona nec mala essent, tamen alia secundum naturam, alia naturæ contraria, in ipsis alia interjecta, & media. Vide in *Luc.* sub finem, & IV. *de Finib.*

Esse verum quoddam & simplex bonum, quod non possit ab honestate sejungi, in Luc.

Sapientem, etiamsi mendicus sit, non beatum modo sed divitem, semperque beatissimum, V. *de Fin.*

E *Nihil malum, nisi quod turpe & vitiosum sit*, II. *Tusc.*

Virtutem non posse constare, si in cæteris rebus esset quidquam, quod aliud alio melius esset, aut pejus, IV. *de Finib.*

Dolorem asperum contra naturam, difficilem perpessu, tristem, durum, II. *Tusc.*

Perturbationem sive πάθος esse, aversam a recta ratione contra naturam animi commotionem, vel appetitum vehementiorem, qui procul absit a naturæ constantia, IV. *Tusc.*

PYTHAGORAS.

F Pythagoras Pherecydis discipulus fuit, præstanti sapientia & nobilitate, summa auctoritate, sine ulla hilaritate. Quietem atque otium sequutus, a regendis civitatibus totum se ad cognitionem rerum transtulit. Cumque ubi quid esset, quod disci posset, eo judicaret veniendum, ultimas terras peragravit. Ægyptum lustravit, & Persarum Magos adiit, difficiles Barbarorum regiones pedibus obiit, multa maria transmisit. Venit etiam Phliuntem, & cum Leonte principe Phliasiorum docte & copiose quædam disseruit, non sine admiratione ejus ingenii & eloquentiæ.

Philosophi nomen primus invenit, cum ante eum sapientes & haberentur, & nominarentur, qui in rerum contemplatione studia ponerent. Vide *Tusc.* v. Inde Superbo regnante fuit in Italia, temporibus iisdem, quibus L.Brutus patriam liberavit, tenuitque magnam Græciam cum honore, & disciplina, tum etiam auctoritate: ac eam & privatim & publice exornavit præstantissimis & institutis & artibus. Locus, sedesque, ubi vitam edidit, in Metaponto est. Doctrina vero ejus cum longe lateque flueret, Romam permanavisse dicitur: idque cum conjectura probabile esse, tum quibusdam etiam vestigiis indicari, ait Cicero. Quis enim est, qui putet, cum floreret in Italia, Græcia potentissimis & maximis urbibus ea, quæ magna dicta est: in hisque primum ipsius Pythagoræ, deinde postea Pythagoreorum tantum nomen esset, ut nulli alii docti viderentur, Romanorum ad eorum doctissimas voces, aures clausas fuisse? Quinetiam arbitratur Cicero propter Pythagoreorum admirationem, Numam quoque regem (etsi annis permultis ante fuit quam Pythagoras) Pythagoreum a posterioribus existimatum. Nam cum Pythagoræ disciplinam & instituta cognoscerent, regisque ejus æquitatem, & sapientiam a majoribus suis accepissent, ætates autem & tempora ignorarent propter vetustatem, eum qui sapientia excelleret, Pythagoræ auditorem fuisse crediderunt. Pythagorei autem (qui Philosophi Italici nominantur) carminibus soliti esse dicuntur, & præcepta quædam occultius tradere (solebant enim multa celare alienos) & mentes suas a cogitationum intentione, cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere. Præterea si quid affirmarent in disputando, cum ex iis quæreretur, quare ita esset, respondere solitos: *Ipse dixit*. Ipse autem erat Pythagoras: Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas. Ejus sunt hæ sententiæ:

Ex numeris & Mathematicorum initiis proficisci omnia, I. *Acad.*

Aram deorum sanguine non aspergendam, I. *de Natura Deorum*. Vide in Diogene Laertio μετεμψύχωσιν.

Deum animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem, ex quo nostri animi carperentur, I. *de Nat. Deor.* ubi refellitur. *Delibatos animos ex universa mente divina*, *de Sen.*

Tum maxime pietatem, & religionem versari in animis, cum rebus divinis operam damus, II. *de Legibus*, *& in Acad.*

Injussu Imperatoris Dei de præsidio & statione vitæ non decedendum, II. *de Leg.*

Ad harmoniam canere mundum, I. *Nat. Deor.* de *Som. Scip.* & Aristot. II. *de Cælo*.

Qui cæteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiose intuerentur, sapientiæ studiosos, id est, esse philosophos, v. *Tusc.*

Summæ sapientiæ esse, rebus nomina imponere, I. *Tusc.* Plato in *Crat.*

Ad dormiendum, quo in somniis certiora videamus, præparatos quodam cultu, atque victu, proficisci oportere: fabaque abstinere: quasi vero eo cibo mens, non venter infletur, II. & IV. *de Divin.*

SOCRATES.

In Socrate vitia quædam Zopyrus ex ejus forma notaverat. Quæ tamen ipse ratione ita dejecit, ut sanctissime vixerit; doctusque plane, ac omnium (etiam Apollinis oraculo) sapientissimus judicatus fuerit: omniumque eruditorum testimonio, ait Cicero, totiusque judicio Græciæ, cum prudentia & acumine, & venustate, tum vero eloquentia, A varietate, copia, quam se cunque in partem dedisset, omnium fuit facile princeps. Archelaum Anaxagoræ discipulum audivit. Divitias ita contemsit, ut in pompa, cum magna vis auri argentique ferretur, dixerit: *Quam multa non desidero?* Nudis pedibus, iisque durissimis, fere semper erat. Hunc fidibus docuit senectute fere confectum nobilissimus fidicen, qui Connus vocitatus est. Dicendi exercitationem exagitavit, atque contemsit. Cujus tamen sermones, ab iis, qui illum audiverunt, cum ipse nullam literam reliquisset perscriptos varie copioseque Cicero ita studiose legit, ut cum eo vixisse sibi videri dicat. Sunt Socratica B pleraque mirabilia, Stoicorum quæ Paradoxa nominantur: primusque a rebus occultis & ab ipsa natura involutis (ut sunt numeri, motusque, & unde omnia oriantur, quove recedant, siderum magnitudines, intervalla, cursus, & cuncta cœlestia) in quibus omnes ante eum Philosophi occupati fuerunt, avocavit Philosophiam, & ad vitam communem adduxit, ut de virtutibus, & vitiis, omninoque de bonis rebus, & malis quæreret: cœlestia autem vel procul esse a nostra cognitione censeret, vel si maxime cognita essent, nihil tamen ad bene vivendum conferre: ob eamque caussam eum C ajunt Philosophiam de cœlo devocasse, & in urbibus collocasse, & in domos etiam introduxisse. In omnibus fere sermonibus, qui a Platone, & Xenophonte, & Æschine perscripti sunt diligenter, ita disputat, ut nihil affirmet ipse, refellat alios: nihil se scire dicat, nisi idipsum: eoque præstare cæteris, quod illi quæ nesciant, scire se putent: Ipse se nihil scire, id unum sciat: ob eamque caussam se arbitrari ab Apolline omnium sapientissimum esse dictum, quod hæc esset una sapientia: Non arbitrari se scire quod nesciat. Quæ cum diceret constanter, & in sententia permaneret, omnis ejus oratio tum in virtute laudanda, & in omnibus hominibus D ad virtutis studium cohortandis consumebatur: perfectum sibi opus esse ratus, si quis satis esset concitatus sua cohortatione ad studium cognoscendæ percipiendæque virtutis. Quibus enim id persuasum esset, ut nihil mallent se esse, quam bonos viros, iis reliquam facilem esse doctrinam. Sophistarum, qui arrogantibus sane verbis docere se profitebantur, quemadmodum caussa inferior fieri superior posset, opiniones percunctando & interrogando (ut ex Platone intelligi potest) elicere solebat, ut ad ea, quæ hi respondissent, si quid videretur, diceret, de omnibus disputans. Hac enim ratione contra alterius opinionem disserendi, facillime, E quod verissimum esset, inveniri posse judicabat. Xantippe ejus uxor prædicare solita est, eodem vultu semper se vidisse exeuntem illum domo, & revertentem. Cum enim mentis, a qua is fingitur, nulla fieret mutatio, erat quoque semper idem vultus, eademque frons. Inductione quæ ex pluribus collationibus pervenit quo vult, quæque Græce παραγωγὴ nominatur, plurimum est usus in sermonibus, & societatibus: faceta etiam & eleganti ironia dissimulantiaque longe omnibus præstitit. Homo enim minime ineptus, & idem etiam facetus, cum de sapientia disputaretur, hanc sibi ipse detrahebat, eis tribuere illudens, qui eam sibi arrogarent. F Ut apud Platonem, in cœlum fert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, cæteros: se autem omnium rerum inscium fingit & rudem. Dicuntur ab eo dissociati diserti a doctis & deinceps a Socraticis omnibus philosophi eloquentiam despexisse, oratores sapientiam: hincque dissidium illud extitisse quasi linguæ atque cordis, ut alii nos sapere, alii dicere docerent. Scelere tandem, & iniquitate judicum in carcerem conjectus est, in quo nec patronum quæsivit ad judicium ca-

pitis, nec judicibus supplex fuit, (quorum magister & dominus videbatur esse potius quam supplex aut reus) adhibuitque liberam contumaciam, a magnitudine animi ductam, non a superbia: & supremo vitæ die de immortalitate animorum multa disseruit: & paucis ante diebus, cum facile posset educi e custodia, noluit: cumque pæne jam manu mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in cœlum videretur adscendere. Critoni vero suo familiari dixit sibi post tertium diem esse moriendum: vidisse enim, se in somnis pulchritudine eximia feminam, quæ se nomine appellans diceret Homericum quendam ejusmodi versum:

Tertia te Phthiæ tempestas læta locabit.

Quod ut est dictum, sic scribit Plato contigisse. Vide de ejus Sepul. & Lysiæ oratione in *Apoph.* Hujus fere decreta sunt hæc apud Ciceronem:

Animos hominum esse divinos, eorumque duplices cursus e corpore excedentium. Impiis quoddam iter esse seclusum a concilio deorum: bonis vero & castis, ad deos, a quibus essent profecti, facilem reditum patere, I. *Tusc.* & *de Acad.*

Bonos, beatos: improbos, miseros, V. *Tusc.* Vide *Apoph.*

Bonorum vitam beatam, V. *Tusc.*

Inter Alcibiadem summo loco natum, & quemvis bajulum, nisi virtutem haberet, nihil interesse, III. *Tusc.*

Utilitatem a natura non esse sejungendam, I. *de Leg.* & III. *Offic.*

Voluptatem nullo loco numerandam. Cibi condimentum esse famem, potionis sitim, II. *de Finib.* & V. *Tusc.* in *Apopht.*

Omnes in eo, quod scirent, satis esse eloquentes, I. *de Orat.*

PLATO.

Plato, Isocratis fuit æqualis. Homo varius & multiplex, & copiosus, doctus & plane sapiens ac divinus, magna verecundia, singulari eloquentia, & suavitate orationis, quæ promissa est futura, cum illi in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent. Unde & Jovem ajunt Philosophi, si Græce loquatur, sic loqui, & eum non dicendi solum, sed etiam intelligendi gravissimum auctorem & magistrum multis locis Cicero vocat. Quem tanti fecit, ut Deum & principem Philosophorum crediderit, & cum eo errare maluerit quam cum aliis bene sentire, ejus ipsa solum auctoritate fretus. Ab eo etiam qui dissident, plebejos & minutos esse Philosophos putat. Ob eamque caussam a Platone tanquam sancto augustoque fonte multa de bene, beateque vivendo præcepta commode mutuatus: Latine explicavit. Se in musicis, geometria, numeris, astris fere contrivit, in quibus etiam fuit præstantissimus. Ægyptum peragravit, ut a Sacerdotibus Barbaris numeros, & cœlestia acciperet, post Tarentum ad Architam, in Italiam ad cæteros Pythagoreos; Echecratem, Timæum, Acrionem, Locros: ut cum Socratem expressisset, adjungeret Pythagoreorum disciplinam, eaque quæ Socrates repudiabat, addisceret. Dionem Syracusium & Demosthenem doctrina expolivit. Remp. non attigit: quia cum offendisset populum Atheniensem prope jam desipientem senectute: cumque eum nec persuadendo, nec cogendo regi posse vidisset, cum persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitrabatur. Novam quandam finxit in suis libris civitatem: usque eo illa quæ dicenda de justitia putabat, a vitæ consuetudine, & a civitatum moribus abhorrebant. In cæteris qui *Dialogi* dicuntur (in quibus locutio, & si absit a versu, tamen quod incitatius feratur, & clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putanda, quam comicorum poetarum) nihil affirmatur, & in utramque partem multa disseruntur, de omnibus quæritur, nihil certi dicitur, omnibus fere Socrates exprimitur. Iniquitate Dionysii Siciliæ tyranni, cui se commiserat, in maximis periculis, insidiisque versatus est. Tandem vero uno & octogesimo anno scribens mortuus. Ab eo una & consentiens duobus vocabulis philosophiæ forma instituta est; de qua diximus in Academicis, & Peripatet. Hujus fere decreta sunt hæc a Cic. notata:

Deum esse ἀσώματον, id est, *sine corpore ullo*, I. *de Nat. Deor.*

Opificem, ædificatoremque mundi, de Univ.

Patrem hujus mundi nominari non posse. Quid sit omnino Deus, inquirendum non esse, I. *de Nat. Deor.*

Deum donis ab impiis non esse placandum, cum vir nemo probus ab improbo se donari velit, II. *de Leg.*

Casta dona Deo consecranda. Vide *loc. cit.*

Ex materia in se omnia recipiente mundum esse factum a Deo sempiternum, in Luc.

Mentem, Ideam solam, idoneam cui crederetur, quia sola cerneret id quod semper esset simplex, & unius modi, & tale quale esset, I. *Acad.*

Duos esse motus, unum suum, alterum externum: quæ sua sponte moveantur, diviniora esse. Animum seipsum movere, nec unquam desinere moveri, sed esse cæteris, quæ moventur, fontem & principium movendi, & proinde immortalem, & æternum, Som. Scip. & I. *Tusc.* I. *de Nat. Deor. de Senect.*

Animi duas esse partes: alteram rationis participem, alteram expertem. In participe rationis ponit, Pythagoram secutus, tranquillitatem, id est, placidam, quietamque constantiam. In illa altera motus turbidos, tum iræ, tum cupiditatis, contrarios, inimicosque rationi, quæ Græcis πάθη *dicuntur, nostris perturbationes*, IV. *Tusc.*

Animam triplicem esse: cujus principatus, id est, ratio in capite sicut in arce, ira in pectore, cupiditas subter præcordia, I. *Tusc.*

Philosophandi rationem triplicem, unam de vita & moribus: alteram de natura, & rebus occultis: tertiam de disserendo, I. *Acad.*

In ideis, quas recte species, aut formas possumus dicere, quiddam esse divinum, I. *Acad. eas non gigni, sed semper esse, & ratione, & intelligentia contineri*, I. *de Orat. cætera, quod oriantur & intereant, non esse*, I. *Tusc.*

Mundum esse sempiternum, animantem, sapientemque, beatum & rotundum, quod ea forma nulla sit pulchrior: Mundum Deum item, & cœlum, & astra, & terram, & animum, I. *de Nat. Deor.*

Omnem doctrinam ingenuarum, & humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri, III. *de Orat.*

Memoriam recordationem esse superioris vitæ, & discere nihil aliud quam recordari, I. *Tusc.* & *de Senect.*

Titanum e genere esse eos, qui ut illi cœlestibus, sic hi adversantur magistratibus, III. *de Leg.*

Quæcunque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo secuturam, III. *de Leg.* & I. *Epist. Famil.*

Ei qui Reip. præfuturus sit, duo tenenda: unum, quidquid agitur, ad utilitatem civium referendum: Alterum, totum corpus Reip. curandum, I. *Offic.*

Naturales quasdam esse conversiones Rerumpub. II. *de Divin.*

Philosophos in veri investigatione versari, eosque justos, v. *Tusc.*

Nihil præter virtutem bonum, v. *Tusc.*

Oculorum sensum acerrimum, II. *de Finib.*

Poetas ex civitate ejiciendos, quod nervos omnes virtutis elidant, II. *Tusc.*

Bonos beatos, improbos miseros, v. *Tusc.*

Sapientem effici neminem, si bis in die saturus fiat, nec unquam pernoctet solus, v. *Tusc.*

Nihil tam effluere in animos teneros atque molles, quam varios canendi modos, II. *de Leg.*

Musicorum cantibus mutatis, mutari civitatum status, III. *de Leg.*

Justa funerum ad interpretes religionum pertinere, sepulcrorum nullam partem ex agro culto, eove qui coli possit, sumendam, II. *de Leg.*

Sic ad somnum proficiscendum corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis, perturbationemque afferat, I. *de Divin.*

Voluptatem malorum escam, *de Senect.*

Vim neque parenti, neque patriæ afferendam, I. *Epist. Famil.* Vide reliqua in *Apophth.*

ARISTOTELES.

Aristoteles Stagirites longe omnibus (Platone excepto) ingenio, & diligentia præstans, in rebus vel inveniendis, vel judicandis acerrimus, admirabili quadam scientia & copia cæterorum studia restinxit. Platonis alumnus fuit. Hic in tertio *de Philosophia* lib. multa turbat, a magistro Platone, uno dissentiens: modo enim menti omnem tribuit divinitatem, modo mundum ipsum Deum dicit esse, modo quendam alium præficit mundo, eique eas partes tribuit, ut replicatione mundi quadam motum regat, atque tueatur: tum cœli ardorem Deum dicit esse, non intelligens cœlum mundi esse partem, quem alio loco ipse designarit Deum. Hic primum eas species, quas mirifice magister Plato erat amplexatus, labefactavit. Veteres Philosophos accusans, qui existimassent philosophiam suis ingeniis esse perfectam: ajebat eos aut stultissimos, aut gloriosissimos fuisse, sed se videre, quod paucis annis magna accessio facta esset, brevi tempore philosophiam plane absolutam fore. Itaque vitæ degendæ ratio maxime quidem illi placuit quieta, in contemplatione & cognitione posita rerum: quæ quia deorum erat simillima, sapiente visa est dignissima: atque iis de rebus & splendida est ejus & illustris oratio. Duo genera ejus librorum sunt: unum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellatur: alterum limatius, quod in commentariis relictum est. Persecutus est omnium animantium ortus, victus, figuras: tum omnium fere civitatum non Græciæ solum, sed etiam Barbariæ mores, instituta, disciplinas: qualem in Repub. principem esse conveniat, qui esset optimus Reip. status docuit, omnemque hunc civilem locum post Platonem philosophorum principem illustravit. Graviter & vere eos reprehendebat, qui has effusiones pecuniarum non admirarentur, quæ fiunt ad multitudinem deliniendam. Tandem vero cum florere Isocratem (cui paulo infensius adversatus fuisse videtur) nobilitate discipulorum videret, quod ipse suas disputationes a caussis forensibus & civilibus ad majorem sermonis eloquentiam transtulisset, mutavit repente totam formam prope disciplinæ suæ, versumque quendam de Philoctete paulo secus dixit. Ille enim turpe sibi ait esse tacere cum barbaris, hic autem, cum Isocratem pateretur dicere. Itaque ornavit, & illustravit doctrinam illam omnem, quam pomeridianis horis docebat, rerumque cognitionem cum orationis exercitatione conjunxit. De Rhetorica scripsit accurate, ejusque

A originem sic docuit. Cum sublatis in Sicilia tyrannis res privatæ longo intervallo judiciis repeterentur, tum primum (quod esset acuta illa gens, & controversa natura) artem & præcepta Siculos *Coracem*, & *Tysiam* conscripsisse. Nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen & de scripto plerosque dicere: scriptasque fuisse & paratas a Protagora rerum illustrium disputationes, quæ nunc communes appellantur loci. A principe igitur illo, atque inventore Tysia veteres artis scriptores repetitos unum in locum conduxit, & nominatim cujusque præcepta magna conquisita cura, conscripsit, atque enodata diligenter exposuit: ac tantum ipsis inventoribus suavitate, & brevitate dicendi

B præstitit, ut nemo illorum præcepta ex ipsorum libris cognoscat, sed omnes qui quod illi præcipiunt, velint intelligere, ad hunc quasi ad quendam multo commodiorem explicatorem revertantur. Hujus mos in docendo fuit, ut adolescentes non ad Philosophorum morem tenuiter differendi, sed ad copiam Rhetorum in utramque partem, ut ornatius & uberius dici posset, exerceret. Idemque ut in omni caussa duas contrarias rationes explicarent, locos (sic enim appellat) quasi argumentorum notas, tradidit, unde omnis argumentatio, & ad philosophorum disputationem, & ad hanc, qua in caussis utimur, inveniretur. Quo factum est, ut

C Philippus Rex sapientissimus hunc filio suo Alexandro doctorem adscierit, a quo eodem ille & agendi acciperet præcepta, & eloquendi. Cum vero argumentandi genus, quod per ratiocinationem expolitur, summe ab eo esset frequentatum, postea Stoici, qui Dialectici dicuntur, spinosiora multa pepererunt. Ciceronis temporibus, ab ipsis Philosophis, præter admodum paucos, ignorabatur. Quos in *Topicis* reprehendit Cicero, quod non modo rebus his, quæ ab illo dictæ & inventæ sunt, allici debuerunt; sed dicendi quoque incredibili quadam cum copia, tum etiam suavitate. Hujus sunt decreta hæc notata a Cicerone:

D *Deos esse hujus mundi moderatores*, II. *de Natura Deor.*

Mundum non esse ortum, quod nulla fuerit novo consilio, initio tam præclari operis, inceptio, in *Luc.* IV. & I. *Tusc.*

Quintum esse, qualitatum genus, vacans nomine, e quo sint astra, mentesque singulares, quatuor elementorum dissimile, I. *Academ.* I. *Tusc.*

Animum ἐντελέχειαν *appellat novo nomine, quasi quandam continuatam & perennem motionem*, I. *Tusc.* Vide I. *de Divin. de Animo*, in *Eudemi somnio*.

E *Quæ moventur, aut natura moveri omnia, aut vi, aut voluntate*, II. *de Nat. Deor.*

Ortum quorundam animalium, esse in igne vel æthere, quod sit ad gignenda animalia aptissimus, II. *de Nat. Deor.*

Somnia fieri ex reliquiis inhærentibus earum rerum, quas vigilans gesseris, aut cogitaris, II. *de Divin.*

Omnes ingeniosos melancholicos esse, habere etiam aliquid in animis præsagiens ac divinum, I. *Tusc.*

Apud Hypanem fluvium, qui ab Europæ parte in Pontum influit, bestiolas quasdam nasci, quæ unum diem vivant, I. *Tusc.*

F *Grues cum loca calidiora petentes maria transmittunt, trianguli formam efficere: ejus enim summo angulo aerem ab adverso pelli: deinde sensim ab utroque latere tanquam remis, ita pennis cursus avium levari*, II. *de Nat. Deor.*

Omnia quæ secundum naturam sint, esse bona: quæ autem contra, mala. Divitias bonum, IV. *de Fin.*

Honestatem non solum expetendam, sed omni pon-

dere graviorem esse habendam, quam reliqua omnia, III. *Offic.*

Virtutem ad supplicium cum beata vita in Tartarum, taurum descendere, V. *Tusc.*

Rhetoricam quasi ex altera parte respondere Dialecticæ, in *Orat.*

Tribus in generibus rerum versari Rhetoris officium: demonstrativo, deliberativo, judiciali, I. *de Inventione*.

In deliberativo finem esse utilitatem, II. *de Inven.*

In oratione numerum, non versum esse debere, *in Orat.*

Qui pedes servandi sint, vide *ibidem*.

Eam figuram, quam Rhetores Hypallagen appellant, Metonymiam Grammatici, ut cum pro Afris immutamus Africam, translationi subjungi, & abusionem quam catachresin vocant, ut, cum minutum dicimus animum pro parvo, in *Orat.*

SPEUSIPPUS.

Speusippus a Platone avunculo relictus est, quasi philosophiæ hæres, cum Xenocrate in Academia. Censuit vim quandam esse, qua omnia regantur, eamque animalem: volens evellere ex animis cognitionem deorum, I. *de Nat. Deor.*

XENOCRATES.

Xenocrates Aristotelis condiscipulus, de Natura Deorum libros scripsit, in quibus nulla species divina describitur. Tantopere virtutem exaggerat, & extenuat cætera, & abjicit, ut inde philosophorum gravissimus sit habitus, cum tamen esset hebes, & tardus ingenio. Hinc cives eum testimonium dicentem jurare prohibuerunt. Vide ejus *Apophth.* Hujus vero hæc sunt præcepta:

Nullam esse animi figuram, & quasi corpus: verum numerum, cujus vis in natura maxima esset, I. *Tusc.*

In virtute non beatam modo vitam, sed etiam beatissimam, V. *Tusc.*

Deos esse octo, quinque eos, qui in stellis vagis nominantur: unum, qui ex omnibus sideribus, quæ infixa cœlo sunt, ex dispersis quasi membris simplex sit putandus Deus: septimum Solem, octavum Lunam, I. *de Nat. Deor.*

POLEMO.

Polemo Atheniensis, cum in adolescentia voluptarius esset & impudicus, Xenocratis oratione *de Temperantia* seipsum collegit, & eum postea est insequutus. Disputavit cum Zenone, summumque bonum esse dixit, secundum naturam vivere, finiri tamen adjuncto aliquo. Vide IV. *de Fin.*

CRANTOR.

Crantor Solensis, Xenocratis auditor, Polemonisque socius in dicendo fuit, in veteri Academia vel in primis nobilis. Scripsit de luctu aureolum, & (ut Tuberoni Panætius præcipit) ad verbum ediscendum libellum: Ubi ait, Terinæum quendam Elisium, cum graviter filii mortem mœreret, venisse in Psychomantium, quærentem, quæ fuisset tantæ calamitatis causa, huic in tabellis tres hujusmodi versiculos datos.

Ignaris homines in vita mentibus errant:
Euthynous potitur fatorum munere læto.
Sic fuit utilius finiri ipsique tibique.

Nullam posse esse indolentiam tenuit. Nam

A istud nihil dolere: immanitatis esse in animo, stuporis in corpore, I. *Tusc.*

CHRYSIPPUS.

Chrysippus Solensis, Cleanthis discipulus, homo fuit acerrimo ingenio, qui fulcire porticum Stoicorum dictus est, in quibus ab eo nihil prætermissum putabatur. Notus enim ille versiculus:

Εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν στοά.

Contra Academicos & Aristonem de summo bono diligentissime disputavit. De quo putabat tres solas
B esse sententias, quæ defendi possint: aut enim honestatem esse finem bonorum, aut voluptatem, aut utrumque. Nam qui dicant summum bonum id esse, si vacemus omni molestia, eos invidiosum nomen voluptatis fugere, sed in vicinitate versari. Quod facere eos etiam, qui illud idem cum honestate conjungerent: nec multo secus eos, qui ad honestatem prima naturæ commoda adjungerent. De voluptate autem cum honestate, non magnam cum cæteris habuit contentionem. Multum operæ consumebat, dum morbis corporum compararetur morborum animi similitudo. Cumque de perturbationibus animi disputaret, magnam partem in iis partiendis & definiendis erat occupatus. Illa, sicut
C cæterorum Stoicorum, perexigua oratio erat, qua mederetur animis, nec eos turbulentos esse pateretur. Studiose omnia conquisivit contra sensus, & perspicuitatem, contraque omnem consuetudinem, contraque rationem. In quo queri solebant Stoici ipsum sibi respondentem inferiorem fuisse, & inde armatum Carneadem eam de divinatione duobus libris explicasse sententiam, uno præterea de somniis, uno de oraculis, quæ innumerabilia collegit, nec ullum (ut erat in omni historia curiosus) sine locuplete auctore atque teste. Stoicorum etiam somniorum vaferrimus interpres fuit, & de Natura
D deorum libros scripsit: quorum argumenta sunt I. & II. *de Divin.* Præterea de legibus. Ex quibus tota de lege Ciceronis disputatio sumpta est, tametsi Platonis exemplo de Legibus differitur. Denique de Rhetorica, *sed sic*, ait Cicero, *ut siquis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat*. De dialecticis ab eo maxime est elaboratum. In quibus quædam proponebat, quæ ne ipse quidem potuit dissolvere: quale illud est, *Si dicis te mentiri, verumque dicis: mentiris, dicis autem te mentiri, verumque dicis: mentiris igitur*. Ad dissolvendas captiones Soritarum volebat aliquanto prius, quam ad multa perveniat, quiescere, nec ultra progre-
E di, quod ἡσυχάζειν dicitur. In hac Stoicorum arte, quæ Ciceronis ætate florebat, parum inter hunc & Diodorum conveniebat, ut Cic. scribit in *Epist.* quadam ad Varronem *lib.* IX. Diodorus enim id solum fieri posse dicebat, quod aut esset verum, aut futurum esset verum: & quidquid futurum esset, id dicebat fieri necesse esse, & quidquid non esset futurum, id negabat fieri posse. Chrysippus autem, & quæ non sint futura, posse fieri dicebat, ut frangi hanc gemmam, etiamsi id nunquam futurum sit: neque necesse fuisse, Cypsellum regnare Corinthi: quanquam id millesimo ante anno Apollinis oraculo editum esset.
F Contagionem etiam probabat, rerum convenientiam ex conjunctione naturæ, & quodam contactu, cum ipsa rerum natura continuata sit, & cohærens: συμπάθειαν Græci vocant. Itaque fati assertor, voluntatis libertatem retinebat. Fatum enim non ex necessariis causis & principalibus necti, sed ex iis quæ præcursionem afferunt, & antecessionem, sine quibus res effici non possit. De quo sic Cicero *de Fato*. *Cum*, inquit, *duæ sententiæ fuissent veterum Philosophorum: una eorum, qui*

qui censerent omnia ita fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret, in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit: altera eorum, quibus viderentur sine ullo fato esse animorum motus voluntarii: Chrysippus tanquam arbiter honorarius, medium se ferre voluit, sed applicat se ad eos potius, qui necessitate motus animos liberatos volunt. Dum autem verbis utitur suis, delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus. Itaque æstuans laboransque, orationis genus insolens, & ignotum Medicis, Geometris, & reliquis, sequebatur, negationes infinitarum conjunctionum potius, quam infinita connexa ponens, hoc modo: Non natus est quis oriente Canicula, & is in mari morietur. In Ceramico Athenis statua erat Chrysippi sedentis porrecta manu. Quæ manus significabat illum in hac esse rogatiuncula delectatum: Nunquid nam manus tua sic affecta, quemadmodum nunc est, desiderat? nihil sane. At, si voluptas esset bonum, desideraret. Ita credo. Non est igitur voluptas bonum. Præcepta ab eo sunt ejusmodi.

Deum homine meliorem, quod res cœlestes, omnesque, quarum est ordo sempiternus, confecerit, quæ ab homine confici non possunt, II. & III. *de Nat. Deor.*

Mundo undique perfecto inesse mentem & rationem, & propriam virtutem, & proinde sapientem, & Deum, II. *de Nat. Deor.*

Vim divinam in ratione esse positam, & universa naturæ animo, atque mente: ipsumque mundum Deum esse, & ejus animi fusionem universam: tum ejus ipsius principatum, qui in mente & ratione versetur, communemque rerum naturam universarum, atque omnia continentem, tum fatalem umbram, & necessitatem rerum futurarum. Ignem præterea, & eum, quem ante dixi, æthera: tum ea, quæ natura fluerent, atque manarent: ut aquam, & terram, & aera, solem, lunam, sidera, universitatemque rerum, qua omnia continerentur, atque homines etiam eos, qui immortalitatem essent consecuti, &c. Vide I. *de Divin.*

Divinationem esse vim cognoscentem & videntem, & explicantem signa, quæ a diis hominibus portendantur. Officium autem ejus esse, prænoscere, dii erga homines mente qua sint, quidque significent, quemadmodumque ea procurentur, atque expientur, II. *de Divin.*

Somniorum conjectionem esse vim cernentem, & explanantem, quæ a diis hominibus significentur in somnis, ibid.

Ad hostiam deligendam, ducem esse vim quandam sentientem, atque divinam, quæ tota mundo confusa sit, ibid.

Animantium alias corpore excellere, alias autem animo, nonnullas valere utraque re. Cum autem homo in eo animantium genere sit, ut ei tribuatur animi excellentia, summum bonum esse, non excellere animo, sed uti nihil esse præter animum videretur, IV. *de Finibus.*

Cætera nata esse hominum causa, & deorum: eos autem communitatis & societatis suæ: ut bestiis homines uti ad utilitatem suam possint sine injuria: Quoniamque ea natura esset hominis, ut cum genere humano quasi civile jus intercederet, qui id conservaret, eum justum; qui vi ageret, injustum fore, III. *de Finibus,* & III. *de Natura Deorum.*

Fruges atque fructus, quos terra gignit, animantium causa, animantes autem hominum: hominem autem ortum ad mundum contemplandum, & imitandum, nullo modo perfectum, sed quandam particulam perfecti, id est, mundi, II. *de Nat. Deor.*

Sui animali, ne putresceret, animam ipsam pro sale datam esse, III. *de Nat. Deor.*

Ægritudinem λύπην, quasi λύσιν, id est, solutionem totius hominis appellari, III. *Tusc.*

Ad recentes quasi tumores animi remedium non adhibendum, IV. *Tusc.*

Fortitudinem esse scientiam perferendarum rerum, vel affectionem animi in patiendo, vel perferendo, summæ legi parentem sine timore, IV. *Tusc.*

Quod provisum ante non sit, id ferire vehementius, III. *Tusc.*

Detracta utilitate, ne digitum quidem bonæ famæ vel gloriæ causa porrigendum esse, II. *de Finib.*

Omnia vera in præteritis esse necessaria, de Fato.

Non valere in omnibus: Si, quod primum in connexo est, necessarium est, fieri etiam quod consequitur, necessarium, de Fin.

Fato omnia fieri. Vide *ibidem* quibus rationibus utatur.

Omnem enunciationem aut veram, aut falsam esse, de Fato.

In rebus quædam simplicia, quædam copulata. Simplex esse, Morietur eo die Socrates: copulatum & confatale, Nascetur Oedipus Laio, quia ita fatum sit, & concubiturum cum uxore Laium; & ex ea Oedipum procreaturum, de Fato.

Causarum alias perfectas & principales, alias adjuvantes & proximas, de Fato.

THEOPHRASTUS.

Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit, multa enim diserte copioseque dixit: vir & oratione suavis, & ita moderatus, ut præ se probitatem quandam & ingenuitatem ferret. Institutus ab Aristotele, locum civilem, quem πολιτικὸν dicimus, illustravit, & de magistratibus multa quæsivit subtilius. Athenis vixit. Unde (cum percunctaretur ex anicula quadam, quanti aliquid venderet, & respondisset illa atque dixisset: *Hospes non possem minoris*) tulit moleste, se non effugere hospitis speciem, cum Athenis ætatem ageret, optimeque loqueretur. De libris ejus sic accepimus. Primum tractavit locos ab Aristotele ante tractatos. Stirpium naturas, omniumque fere rerum, quæ e terra gignerentur, caussas atque rationes persecutus est, qua ex cognitione facilior facta est investigatio rerum occultissimarum. De beata vita librum scripsit, & de divitiis, in quo multa præclare, illud absurde. Est enim multus in laudanda magnificentia & apparatione popularium munerum, taliumque sumptuum facultatem, fructum divitiarum putat, recte laudata est hospitalitas. Cæterum vexatus est & libris & scholis omnium philosophorum, quod in Callisthene laudarit illam sententiam: *Vitam regit fortuna, non sapientia.* Callisthenes autem illi sodalis erat. Cujus interitum deplorans, rebus Alexandri prosperis angebatur. Itaque dicebat Callisthenem incidisse in hominem summa potentia, summaque fortuna, sed ignarum quemadmodum rebus secundis uti conveniret. In eo etiam inconstantiæ notatur, quod modo menti tribueret divinum principatum, modo cœlo: tum autem signis, sideribusque cœlestibus. Et cum statuisset verbera, tormenta, cruciatus, patriæ eversiones, exilia, orbitates, magnam vim habere ad male misereque vivendum, non est ausus clare & ample loqui, cum humiliter demisseque sentiret. Quam bene, non quæritur: constanter quidem certe, ait Cicero. Tauriscum quendam dixit actorem aversum solitum esse dicere, qui in agendo contuens aliquid pronunciaret. Tandem moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset, hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset. Quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum

A fuisse, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. Querebatur igitur, se tum, cum illa videre cœpisset, extingui. Hujus sunt hæ sententiæ;

Esse quædam & corporis & fortunæ mala, in quibus omnibus qui sit, beatum fore, si sapiens sit, II. *Acad.*

Cum fortuna, dolore, cruciatu corporis beatam vitam nullo modo conjungi posse, V. *de Fin.*

In sola virtute non esse positum beate vivere, I. *Acad.* & V. *de Finib.*

Orationem, quæ quidem sit polita atque facta quodam modo, non astricte, sed remissius, numerosam esse oportere, III. *de Orat. item ornatum illud suave, & affluens*, *ibid.*

B *In verbis esse verecundam translationem*, I. VI. *Epist. Famil.*

ARCESILAS.

Cum jam philosophorum disciplinæ gravissimæ constitissent, tum exortus est, ut in optima Repub. T. Gracchus, qui otium perturbaret, sic Arcesilas, qui bene jam constitutam philosophiam everteret, & in eorum auctoritate delitesceret, qui negassent quidquam sciri, aut percipi posse. Cum enim Polemonem C audisset, copiaque rerum, & dicendi vi, ac ingenii acumine plurimum valeret, multa aperte perspicueque & perversa & falsa persuasit, ac ex variis Platonis libris, sermonibusque Socraticis, hoc maxime arripuit: nihil esse certi, quod aut sensibus, aut animo percipi possit. Hinc recentior Academia emanavit, cujus ratio primo non admodum probata est. Sic igitur instituit, omne animi sensusque judicium aspernatus; (unde illa necessario nata est ἐποχὴ, id est, *assensionis retentio*) non quid ipse sentiret, ostendere, sed contra id, quod quisque se sentire dixisset, disputare. Itaque Zenoni, qui tum florebat, se vehementer opposuit, ejusque D definitiones labefactare conatus est, & ei obtrectare, nihil novi reperienti, sed emendanti superiores, immutatione verborum: quod fecisse dicitur, non pertinacia, aut studio vincendi, sed earum rerum obscuritate, quæ ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem, & veluti amantes Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes pene Veteres, qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt, angustos sensus, imbecillos animos, brevia curricula vitæ, opinionibus & institutis omnia teneri, nihil veritati relinqui, deinceps omnia tenebris circumfusa esse dixerunt. Hoc sic intelligi dicit Cicero in *Lucullo*: *Nemo*, inquam, *superiorum, non modo expresserat, sed ne* E *dixerat quidem, posse hominem nihil opinari: nec solum posse, sed ita necesse esse sapienti. Visa est Arcesilæ, tum vera sententia, tum honesta, & digna sapiente*. Quæsivit de Zenone fortasse, quid futurum esset, si nec percipere quidquam posset sapiens, nec opinari sapientis esset. Ille, credo, nihil opinatur: quoniam esset quod percipi posset. Quid ergo esset id? Visum credo. Quale igitur visum? Tum illum ita definivisse, ex eo quod esset, sicut esset impressum, & signatum, & effectum. Post requisitum, etiam ne si ejusmodi esset visum verum, quale falsum. Heic Zenonem vidisse acute, nullum F esse visum, quod percipi posset: si id tale esset, ab eo quod est, ut ejusmodi ab eo, quod non est, posset esse. Recte consensit Arcesilas ad definitionem additum: neque enim falsum percipi posse, neque verum, si esset tale, quale vel falsum. Incubuit autem in eas disputationes, ut doceret nullum tale esse visum a vero, ut non ejusdem modi etiam a falso possit esse. Is cum arderet podagræ doloribus, visitassetque hominem Carneades Epicuri perfamiliaris, & tristis exiret, *Mane quæso*, inquit, *Carneades noster, nihil illinc huc pervenit*: ostendit pedes & pectus: attamen hic malebat non dolere. Hujus hæc sunt decreta:

Omnia falsa esse, quæ sensibus videantur, I. *de Nat. Deor.*

Sapientem non opinari, & proinde nulli rei assentiri, II. *Acad.*

Sapientis vim esse maximam, cavere ne capiatur, & ne fallatur videre, *ibid.*

CARNEADES.

Carneades Cyrenæus, in novis Academicis quartus ab Arcesila numeratur. Audivit enim Egesinum, qui Evandrum audiverat, Lacydis discipulum, cum Arcesilæ Lacydes fuisset. Divina celeritate ingenii, dicendique copia vir fuit, nullius philosophiæ partis ignarus, & memoria divina: dicebat enim se tanquam literis in cera, sic imaginibus in locis quos haberet, quæ meminisse vellet, præscribere. Multos auditores Athenis habuit, ut Q. Metellum clarissimum virum, & Romæ Scævolam, qui admodum floruerunt. Itaque cum multa dissereret, novam Athenis Academiam obtinens cum Clitomacho & Æschine, excitavit homines non socordes ad veri investigandi cupiditatem. Ab Atheniensibus legatum missum esse ad senatum Carneadem Academicum cum Diogene Stoico dicit Cicero IV. *Tusc.* Epicureus Zeno quanquam ab eo plurimum dissentiebat, unum tamen præter cæteros mirabatur. Incredibili quadam fuisse fertur dicendi facultate. Hinc Cicero III. *de Orat.* ait: Si eximiam dicendi speciem adamet orator, Carneadeam, aut Aristoteleam vim esse comprehendendam. Et *de Univers. Fuit*, inquit, *vir ille, cum cæteris artibus, quæ quidem dignæ libero essent, ornatus omnibus, tum acer investigator & diligens earum rerum, quæ a natura involutæ videntur*. Denique sic judico, post illos nobiles Pythagoreos, quorum disciplina extincta est quodammodo, cum aliquot sæcula in Italia Siciliaque viguisset, hunc extitisse, qui illam revocaret. In disputationibus nullam unquam rem defendit, quam non probarit, nullam oppugnavit, quam non everterit. Erat enim in dialectica summus, & egregie exercitatus. Cujus ignaros sic ludebat. Si recte conclusi, teneo: sin vitiose, minam Diogenes reddat. Ab eo enim Stoico dialecticam didicerat: hæc autem merces erat dialecticorum. De Epicureis sic statuit, eos potuisse suam causam sine commentitia atomorum declinatione defendere. Nam cum doceret, esse posse quendam animi motum voluntarium, a se ortum, cujus antegressæ & externæ causæ nullæ essent, id fuit defendi melius, quam introducere declinationem, cujus præsertim causam reperire non possunt. Quo defenso, facile Chrysippo possent resistere. Contra Stoicorum vero, quos studiosissime semper refellebat, disciplinam ingenium ejus exarserat, & in omni hac quæstione, quæ de bonis & malis appellatur, pugnare non destitit, non esse rerum Stoicis cum Peripateticis controversiam, sed nominum. Nam cum alii externa ne bona quidem dicerent, omnia in animo reponerent, eorum controversiam solebat tanquam honorarius arbiter judicare. Cum enim quæcunque bona Peripateticis, eadem Stoicis, commoda viderentur, neque tamen Peripatetici plus tribuerent divitiis, bonæ valetudini, cæterisque generis ejusdem, quam Stoici: cum ea re, non verbis ponderarentur, causam esse differendi negabat. Mos ejus erat disputandi, sicut cæterorum

Academicorum, contra omne quod esset propositum: & προβολῇ, pugilis, & retentionem, aurigæ similem faciebat. Tandem vero nonaginta annos natus obiit. Vide in *Lucul.* Decreta ejus sunt sequentia:

Mortale omne animal & dissolubile, & dividuum necessario, quod habeat patibilem naturam, III. *de Nat. Deor.*

Nullum corpus sempiternum, *ibid.*

Non fato fieri quæcunque fiunt, esse enim multa in nostra potestate, *de Fato*.

Divinationem non esse (etsi immutabilitas in futurorum veritate sit) nisi in iis quæ naturalibus & necessariis causis continerentur. An enim Jupiter cornicem a læva, corvum a dextera canere jussit? I. *de Divin.*

Ne Apollinem quidem futura posse dicere, nisi ea quorum causas natura ita contineret, ut ea fieri necesse esset. Quid enim spectans Deus ipse diceret Marcellum, &c. Vide *de Fato*.

Duo esse visorum genera. In uno hanc divisionem: alia visa esse, quæ percipi possint: alia quæ non possint. In altero autem, alia visa esse probabilia, alia non probabilia. Itaque quæ contra sensus, contraque perspicuitatem dicantur, ea pertinere ad superiorem divisionem: contra posteriorem nihil dici oportere. Quare ita placere, tale visum nullum esse, ut perceptio consequeretur: ut autem probatio, multa. Etenim contra naturam esset, si probabile nihil esset, in *Lucul.*

Virtutem satis habere ad beatam vitam præsidii, V. *Tusc.*

Sapientem interdum opinari, in *Luc.*

Nihil improbe faciendum, etiamsi impune fieri possit, II. *de Finib.*

Eos qui Rhetores nominarentur, & qui dicendi præcepta traderent, nihil plane scire, neque posse quenquam facultatem assequi dicendi, nisi qui philosophorum inventa didicisset, I. *de Orat.*

PHILO.

Philo, Antiochi magister, vir magnus fuit, & Academiæ novæ patrocinium suscepit. Cumque ille cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello domo profugisset, Romamque venisset, Ciceronem habuit auditorem. Negabat duas Academias esse, erroremque eorum, qui ita putabant, vehementissime coarguebat. Alio tempore rhetorum præcepta tradere, alio philosophorum instituit: atque harum causarum, quæ universæ sunt vel temporibus vel locis, ac rei definitæ, cognitionem exercitationemque celebravit. Epicureos vero ferre non poterat aspernari molles & delicatas voluptates. Summa enim memoria pronunciabat plurimas Epicuri sententias iis ipsis verbis, quibus erant scriptæ. Porro a Catulo reprehensus est. *Dum enim*, ait Cic. in *Luc. nova quædam commovet, quod ea sustinere vix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur, & aperte mentitur, & ut docuit Antiochus, in idipsum se induit, quod timebat, cum enim ita negaret quidquam esse, quod comprehendi posset (id enim volumus esse ἀκατάληπτον) si illud esset, sicut Zeno definiret, tale visum (jam enim hoc pro φαντασία verbum satis hesterno sermone trivimus) visum igitur impressum, effectumque ex eo unde esset, quale esse non posset, ut ex eo, unde esset, id nos a Zenone definitum recte, certissime dicimus*, &c.

ANTIOCHUS.

Antiochus Philonis, ut dixi, auditor, cum ingenio scientiaque excellere putaretur, cum Lucullo Alexandriæ tunc quæstore fuit, & post aliquot annos imperatore, ut est in *Lucul.* Cic. ubi de Antiocho multa, quæ heic brevitatis causa omisimus, varie dicuntur, & aliquot locis reprehenditur, quod cum Academicum se veterem profiteretur, tamen a disciplina veteris Academiæ descisceret, quæ censebat sapientem interdum opinari. Et inconstantiæ notatur, quod cum Academiam novam diu laudasset, postea vituperavit. Qua in re videbatur nominis Academiæ veteris dignitatem, cum a re ipsa descisceret, retinere voluisse, quod erant qui illum gloriæ causa facere dicerent: sperare etiam, fore, ut ii, qui se sequerentur, Antiochii vocarentur. In *Bruto* sic scribitur: Sex menses cum Antiocho veteris Academiæ nobilissimo & prudentissimo philosopho fui: studiumque philosophiæ nunquam intermissum, a primaque adolescentia cultum, & semper auctum, hoc rursus summo auctore & doctore renovavi. Postquam vero ipse cœpit, qui se audirent, habere, a Philone præceptore non discessit modo, sed contra eum scripsit, & maxime perturbatum dixit. Cæterum Stoicorum fuit astipulator, quanquam ab iis quibusdam in rebus dissentiebat: librumque scripsit, in quo Stoicos cum Peripateticis re consentire dicebat, verbis discrepare. De quo sic Balbus, ad quem hic liber missus fuerat, ait libro I. *de Nat. Deor.* Miror Antiochum hominem imprimis acutum non vidisse, interesse plurimum inter Stoicos, qui honesta a commodis non nomine, sed genere toto disjungerent, & Peripateticos, qui honesta commiscerent commodis: ut ea inter se magnitudine, & quasi gradibus, non genere differrent. Hæc enim est non verborum parva, sed rerum permagna dissensio. Decreta ejus præcipue sunt hæc:

In una virtute positam beatam vitam, sed non beatissimam, V. *Tusc.* & *in Luc.*

Omnia peccata non esse paria, *in Luc.*

Præter honestatem esse multa bona, præter turpitudinem multa mala, quæ & venientia metuat sapiens necesse est, & venisse doleat, in *Luc.* cætera *ibidem* quære.

CLEANTHES.

Cleanthes, de quo in libris *de Natura Deorum* multa dicuntur, cum primum pugil fuisset, Athenas venit, Zenonemque audivit una cum Aristone, & quasi majorum fuit gentium Stoicus, ingenio obtuso atque hebeti, sed laborum patiens, unde & φρεάντλης Græce dictus est, quod noctu exhauriendis puteis vitam sibi quæreret. Librorum, quos scripsit contra voluptatem, Cicero mentionem fecit, in quibus fingebat formam quandam & speciem deorum: tum divinitatem omnem tribuebat astris. Verbis etiam pingere tabulam solebat. Jubebat eos, qui audierant, secum ipsos cogitare in tabula Voluptatem, pulcherrimo vestitu, & ornatu regali, in solio sedentem: præsto esse virtutes, ut ancillulas, quæ nihil aliud agerent, nullum suum officium ducerent, nisi ut Voluptati ministrarent, & eam tantum ad aurem admonerent (si modo id pictura intelligi posset) ut caveret ne quid perficeret imprudens, quod offenderet animos hominum, aut quidquam, e quo oriretur aliquis dolor. Nos quidem ajunt virtutes, sic natæ sumus, ut tibi serviremus, aliud nihil negotii habemus. Cæterum hæc eum præcepisse ait Cicero:

Mundum Deum esse, tum totius naturæ menti, atque animo hoc nomen tribuendum, tum ultimum, & altissimum, atque undique circumfusum & extremum, omnia cingentem atque complexum ardorem, qui æther nominetur, Deum certissimum esse, I. *de Nat. Deor.*

Sidera esse ignea, idque duorum sensuum testimonio confirmari, tactus & oculorum, II. *de Nat. Deor.*

Ali Solem, Lunam, reliquaque astra aquis, alia dulcibus, alia marinis. Eamque causam esse, cur se Sol referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itemque brumali, ne longius discedat a cibo, III. *de Nat. Deor.*

Solem dominari, & rerum potiri, in Luc.

Magnam caloris vim inesse in omni corpore, quod nullus sit tam gravis cibus, quin is die & nocte concoquatur: cujus etiam in reliquiis inest calor iis, quas natura respuerit, II. *de Nat. Deor.*

Quatuor de causis in animis hominum informatas esse deorum notiones. Una est, quæ est suscepta ex præsensione rerum futurarum. Altera ex perturbationibus tempestatum, & reliquis motibus. Tertia ex commoditate rerum, quas percipimus, & copia. Quarta ex astrorum ordine, cœlique constantia, III. *de Nat. Deor.* Vide hæc latius explicata *lib.* II.

Nihil ratione esse divinius, I. *de Nat. Deor.*

Nihil esse malum, quod turpe non sit, III. *Tuscul.*

Consolantis esse officium, malum illud omnino non esse, suadere, ibid.

DIOGENES.

Diogenes Babylonius magnus & gravis Stoicus cum Carneade ad senatum ab Atheniensibus missus est legatus, quod in eo principes temporibus illis singularis fuisse studia doctrinæ viderent. Is fuit, qui diceret, artem se tradere bene disserendi, & vera & falsa dijudicandi, id est, dialecticam. Quam qui audire vellent, minam ut darent, fecerat. Chrysippea quædam retinuit, ut cum in eo libro qui *de Minerva* inscribitur, partum Jovis, ortumque virginis ad Physiologiam traducens disjungit a fabula. Decreta vero reliquit hujusmodi:

Aliquid prædici posse, duntaxat quali quisque natura, & ad quam quisque maxime rem aptus futurus sit: cætera nullo modo posse sciri, II. *de Divin.*

Divitias non eam modo vim habere, ut quasi duces sint ad voluptatem, & ad valetudinem bonam, sed etiam ut ea contineant: non idem facere eas in virtute, neque in cæteris artibus, ad quas esse dux pecunia potest, contineri autem non potest, III. *de Finib.*

Bonum esse id, quod esset natura absolutum, III. *de Finib.*

EUDOXUS.

Eudoxus, Æschini filius, Cnidius, Platonis auditor, geometra, medicus, legumlator, & in Astrologia, judicio doctissimorum hominum, facile princeps, in scriptis reliquit, Chaldæis (id est, Mathematicis, qui ex natalicio sidere futura præsagiunt, quod illa natio siderum observandorum peritissima fuerit) in prædictione, & in notatione cujusque vitæ ex natali die, minime esse credendum, II. *de Divin.*

HECATO.

Hecatonis Rhodii, qui Panætium audivit, & eum sequutus *de Officiis* libros scripsit, præcepta sunt hæc: *Utilitate officium dirigi magis, quam humanitate*, III. *Off.* & alio loco ejusdem libri.

Sapientis esse, nihil contra mores, leges, instituta facientem, habere rationem rei familiaris.

ALCMÆO.

Alcmæo Crotoniates, & Pythagoræ auditor, primus (auctore Phavorino) de naturæ ratione scripsisse videtur.

Soli, & Lunæ, reliquisque sideribus, animoque præterea divinitatem dedit, I. *de Nat. Deor.*

PANAETIUS.

Panætius Rhodius, Possidonii doctor, discipulus Antipatri, Stoicorum princeps fuisse dicitur. Quorum tamen decreta non omnia rata habebat. Nam & vim esse divinandi dubitavit, & an mundus ad extremum ignesceret, humore consumto, non est ausus affirmare. Præterea Stoicorum tristitiam atque asperitatem fugiens, nec acerbitatem sententiarum, nec disserendi spinas probavit: fuitque in altero genere mitior, in altero illustrior. Eum *de Officiis* Cicero, correctione quadam adhibita, potissimum secutus est. *De Officiis* enim sine controversia disputaverat accuratissime, ut est libro III. *Officiorum*. Quos libros postea quam edidit, triginta vixit annos. Scripsit etiam ad Q. Tuberonem, de dolore patiendo, quid esset, & quale, quantumque in eo esset alieni, deinde quæ ratio esset perferendi. Platonem omnibus locis divinum, sapientissimum, sanctissimum, Homerum denique Philosophorum appellare solebat, a quo tamen de immortalitate animorum dissentiebat. Hæc præcepit:

Quidquid natum sit, interire: nasci autem animos, quod declarat eorum similitudo, qui procreantur: quæ etiam in ingeniis, non solum in corporibus appareat. Præterea, nihil esse quod doleat, quin id ægrum esse quoque possit: quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum, dolere autem animos: ergo etiam interire, I. *Tusc.*

Animum ex igne constare, ibid.

Dubium esse an ad extremum omnis mundus ignescet, II. *de Nat. Deor.* vide *Stoic.*

Dubium esse an esset assentiendum & credendum auguriis, quæ cæteri Stoici putabant verissima, in Luc. & I. *de Divin.*

Prædicta Astrologorum rejicienda. Archelaum enim, & Cassandrum summos Astrologos illius ætatis, cum in cæteris Astrologiæ partibus excellerent, hoc prædictionis genere non usos, II. *de Divin.*

Tria genera exquirendi officii esse: Unum, cum deliberamus, honestum, an turpe sit: alterum, utile, an inutile: tertium, cum hæc inter se pugnare videantur, quomodo judicandum sit, qualis causa Reguli: cedere, honestum: manere, utile. De duobus primis, tribus libris præclare disseruit: de tertio pollicetur se deinceps scripturum, sed nihil scripsit. Quem locum Possidonius in commentariis breviter tractavit. Vide I. II. *Off.* XVI. *Epist. ad Att.* & III. *Off.* ubi hic locus copiose explicatur.

Solum bonum, quod honestum sit: quæ autem huic repugnent, specie quadam utilitatis, eorum neque accessione meliorem vitam fieri, neque discessione, III. *Off.*

Ea quæ videntur utilia, cum honestis pugnare aliquando posse. Nihil vero utile, quod non idem honestum: nec honestum, quod non idem utile sit, ibid.

XENOPHON.

Xenophon Grylli filius, Atheniensis, Archiæus, Philosophus fuit Socraticus, cujus voce Musas quasi locutas ferunt. Ajunt eum (auctore Laertio) cum Socratem in angiporto quodam habuisset obvium, porrecto baculo transire prohi-

bitum: percunctanti vero, ubinam vænirent, A quæ humanis usibus sunt necessaria: cum respondisset: rursus ubinam boni, ac probi homines fierent, hærente illo, dixisse Socratem, *Sequere igitur, & disce*: ex eo tempore Socratis auditor factus. Cujus sermones diligentissime scripsit. In quibus (ait Cicero I.*de Natur. Deor.*) facit Socratem disputantem, formam Dei quæri non oportere: eundemque & solem & animum Deum dicere, & modo unum, tum autem plures Deos: quæ sunt iisdem in erratis fere, quibus ea, quæ de Platone dicimus. Et Cic. II. & III *de Nat. Deor.* Quærit apud Xenophontem Socrates, unde animam arripuerimus, si nulla fuerit in mundo. Cyrum B scripsit, non ad historiæ fidem, sed ad effigiem justi imperii. (ut est in I.*Ep. ad Quintum fratrem.*) Cujus summa gravitas ab illo philosopho cum singulari comitate conjungitur. Quos quidem libros non sine causa Africanus de manibus ponere non solebat. Nullum est enim prætermissum in iis officium diligentis & moderati imperatoris. Persarum in iis virtus exponitur: quos negat ad panem ad hibere quidquam præter nasturcium. Somnia scribuntur, quorum exitus mirabiles extiterunt. Cyrum vero antiquissimo sepulturæ genere uti facit: redditur enim terræ corpus: & ita locatum, ac situm, quasi operimento matris obducitur. C Cæterum de eo sermone, quem Cyrus moriens habuit, *de Oeconomico* libro, de Agriculturæ laudibus: lege Ciceronem *de Senectute*. Quali autem sermone usus sit, idem explicat in *Oratore* his verbis: *Nactus sum qui Xenophontis similem esse se cuperet. Cujus sermo est ille quidem melle dulcior, sed a forensi strepitu remotissimus*. Et III. *de Orat.* A philosophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille, post ab Aristotele Callisthenes comes Alexandri, scripsit historiam: & hic quidem Rhetorico pæne more, ille autem superior leniore quodam sono est usus: & qui illum impetum Oratoris non D habeat, vehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen est, ut mihi quidem videtur, dulcior. Idem Cicero idem ejus has sententias Latine expressit:

Esse aliquam mentem existimandum ex ipsa hominum solertia, & eam quidem acriorem, & divinam: unde enim hanc homo arripuit, si nulla fuerit in mundo? III. *de Nat. Deor.*

Animum esse immortalem, & eum non apparere, sed ex iis rebus, quas gerit, intelligi: qui cum omni admistione corporis liberatus, purus & integer esse cœperit, tum sapientem fore, *de Senectute*.

Deos hanc mundi pulchritudinem tueri & regere, *ibidem*. E *Eosdem labores non esse æque graves Imperatori, & militi: quod ipse honos laborem leviorem faceret Imperatorum*, II. *Tusc.*

DEMOCRITUS.

Democritus Milesius, Xerxe rege magos quosdam, & Chaldæos audivit, similisque philosophus quinque certaminum victori habitus est. Erat enim vere πένταθλος, id est, *quinque certaminum*, cum in Physicis, philosophia morali, mathematica, liberalium disciplinarum rationibus, artiumque omnium cognitione excelleret. Itaque fere ab om- F nibus, præterquam ab Epicuro, qui tamen Democriti fontibus hortulos suos irrigaverat, laudatus est. De quo sic Cic. in *Luc.* Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre possumus, non modo ingenii magnitudine, sed etiam animi? qui ita sit ausus ordiri: Hæc loquor de universis. Nihil excipit, de quo non profiteatur. Quid enim esse potest extra universa? Quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquisque inferioris ætatis? qui mihi, cum illo collati, quintæ classis videntur. Pauca de virtute dicit, nec ea ipsa enucleate. In omnibus vero libris, quos multos emisit; sermone usus est eleganti, & ornato. Atomorum auctor fuit, sive etiam Leucippus, ut est apud Laertium, & I. *de Natur. Deor.* Quas sic est amplexatus, ut accipere maluerit, necessitate omnia fieri, quam ab iis naturales motus evellere. Posuitque vim quandam motus impulsionis, quam *plagam* ille appellat. Græce Plutarchus μέρος τῆς κινήσεως κατὰ πληγήν. Gloriabatur, a gloria se abfuisse. *Veni*, inquit, *Athenas, neque me quisquam ibi agnovit*. Denique cum putaret impediri animi aciem aspectu oculorum, dicitur oculis se privasse, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur. Patrimonium neglexit, agros deseruit incultos, nihil aliud quærens nisi beatam vitam. Itaque cum alii sæpe, quod esset ante pedes, non viderent, ille per infinitatem, quam ἀπειρίαν vocant, omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret. Sententiæ illius, & præcepta sunt ejusmodi:

Naturam in profundo veritatem penitus abstrusisse, in *Luc.* *Animum, cœlum, terras, omnia denique atomis, id est, levibus & rotundis corpusculis, individuis propter soliditatem, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito, effici. Corpuscula autem illa, quædam lævia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, curvata quædam, & quasi adunca*, I. *de Nat. Deor.* I. *Tusc.* & I. *de Fin.* nulla censet esse Cicero. *Innumerabiles esse mundos, & quidem sic quosdam inter sese non solum similes, sed undique perfecte & absolute ita pares, ut inter eos nihil prorsus intersit: omnes vero oriri, & interire quotidie*, in *Luc.* & I. *de Finib.*

Simulacra, & imagines divinitate præditas inesse universitati rerum: tum principia, mentemque, quæ sunt in eodem universo, Deos esse: tum animantes imagines, quæ vel prodesse nobis solent, vel nocere: tum ingentes quasdam imagines, tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus. Quod videtur, Deos esse, quodam pacto negare, I. & II. *de Nat. Deor.* & alio loco: *Imaginesque earumque circuitus in Deorum numero refert: tum illam naturam, quæ imagines fundat, ac mittat, tum scientiam, intelligentiamque nostram: imagines denique illas, a corporibus solidis, & a certis figuris fluere.*

Nihil esse sempiternum, quia nihil semper suo statu maneat, III. *de Nat. Deor.*

Animos in somniando, externa & adventicia visione pulsari, II. *de Nat. Deor.*

Omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferat, *de Fato*.

Ex habitu & colore extorum hostiarum declarari pabuli & earum rerum, quas terra procreat, vel ubertatem, vel tenuitatem: salubritatem etiam, aut pestilentiam, I. & II. *de Divin.*

Sine inflammatione animorum, & sine quodam afflatu quasi furoris, poetam magnum esse non posse, I. *de Divin.* & *de Orat.*

Ante lucem gallos cantare, hac de causa, depulso enim de pectore, & in omne corpus diviso, & modificato cibo, cantus edere quiete satiatos: qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius, favent faucibus rursus cantu, plausuque premunt alas, II. *de Divin.*

Atomos in infinito inani, in quo nec summum, nec infimum, nec medium, nec ultimum, nec extremum sit, ita fieri, ut concursationibus inter se cohærescant, ex quo efficiantur ea, quæ sint, quæque cernantur omnia; eumque motum atomorum nullo a principio, sed ex æterno tempore intelligi convenire, I. *de Finibus*.

Concursionem autem illam fortuitam concalefactam, & spirabilem, id est, animalem esse, I. *Tusc.*

Beatam vitam in rerum cognitione ponendam; quam ex investigatione naturæ consequimur, ut simus bono animo. Id enim ille summum bonum εὐθυμίαν, & sæpe ἀκακίαν appellabat, id est, securitatem, quæ est animi tanquam tranquillitas, & animus terrore liber, I. & V. *de Finibus*.

CYRENÆI, VEL CYRENAICI, ET ANNICERII.

Cyrenæorum, qui minime contemti philosophi fuerunt, Philosophia ab Aristippo Cyrenæo manavit. Cum finem bonorum esse dicerent voluptatem corporis, id est, jucundum quendam & levem motum ad intimos sensus permanantem, & quasi in medullis corporis prurientem, judicium veritatis in intimis sensibus posuerunt. Negarunt enim esse quidquam quod percipi possit extrinsecus: ea se sola percipere, quæ tactu intimo sentiant, ut dolorem & voluptatem: neque se quo quid colore, aut quo sono sit, scire, sed tantum sentire affici se quodam modo, in *Luc.* II. *de Fin.* sic ait III. *Offic.* Ab Aristippo Cyrenaici, & Annicerii philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt; virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis. Quibus obsoletis floret Epicurus, ejusdem fere adjutor auctorque sententiæ: neque tamen cum Cyrenaicis de ipsa voluptate consentiens, II. *Acad.* Item:

Non omni malo ægritudinem effici, sed insperato, nec opinato malo, III. *Tusc.*

In tactu doloris aut voluptatis & eo quidem interiore, veri esse judicium, quia sentiatur, in *Luc.*

ANACHARSIS.

Anacharsis Scythes Gnuri filius, Caduidæ Scytharum regis frater, Soloni amicus, dixit vitem uvas tres ferre, primam voluptatis, secundam ebrietatis, tertiam mœroris; & tantum abesse a morte qui navigat, quanta est navis crassitudo. Pro nihilo pecuniam duxit. Illius Epistola fertur his verbis apud Ciceronem, V. *Tusc.*

Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictus est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra, pulmentum fames: lacte, caseo, carne vescor. Quare ut ad quietum me licet venias. Munera autem ista, quibus es delectatus, vel civibus tuis, vel diis immortalibus dona.

ANAXAGORAS.

Anaxagoras Ægesibuli filius, Clazomenius, ab Anaximene accepit disciplinam. Maxima fuit & gravitatis & ingenii gloria, quem ferunt nuntiata morte filii dixisse: *Sciebam me genuisse mortalem.* Quæ vox declarat iis esse hæc acerba, a quibus non fuerunt cogitata. Et cum Lampsaci moreretur, quærentibus amicis, velletne Clazomenas in patriam, si quid accidisset, afferri: *Nihil necesse est*, inquit. *Undique enim ad inferos tantundem viæ est.* Commentus est ὁμοιομέρειαν, id est, similitudinem partium, veluti sylvam, & materiam, Græce, ὕλην rerum omnium gignendarum. Censuit enim in singulis rebus particulas inesse similes infinitas, ex quibus compositæ sint, resque omnes gigni & interire congregatione & sejunctione particularum similium. Unde sui operis principio de mente divina ita scripsit: Omnia simul erant: Deinde, Mentis infinitæ vi ac ratione omnium rerum descriptio, & modus designatus est, & confectus. Contra quod disputat Aristot. IV. *primæ Philosophiæ*, & Cicero I. *de Natur. Deor.* Hujus igitur decreta sunt hæc:

Materiam esse infinitam, sed ex ea particulas similes inter se, minutas: eas primum confusas, postea in ordinem adductas mente divina, in *Luc.* & I. *de Nat. Deor.*

Nivem esse nigram, quod perspicuum sit aquam nigram esse, unde illa concreta sit: & quod oculi continenter in ea defixi, mutentur, & se colorem nigrum cernere credant, in *Luc.*

ANAXARCHUS.

Anaxarchus Abderites Democritus fuit. Qui cum in manus Nicocreontis tyranni incidisset, cui in convivio coram Alexandro injuriam fecerat, nullum genus supplicii deprecatus est, neque recusavit. Cum enim mortuo Alexandro eum in ὅλμον injecisset Nicocreon, jussissetque ferreis malleis cædi, ingeminavit: *Tunde, tunde Anaxarchi vasculum, nam Anaxarchum nihil teris.* Jubente vero illo ipsius præcidi linguam, ajunt præcisam dentibus in ejus faciem conspuisse, tandem excarnificatum esse, Cic. I. *Tusc.* & III. *de Nat. Deor.* Laertius *de Vita Philosoph.*

ANAXIMANDER.

Anaximander Milesius, summus fuit in Physicis. Is primus gnomonem invenit, ὡροσκοπεῖαν fabricatus est, ac primus terræ marisque circuitus descripsit, & sphæram construxit. Cicero ait primo *de Divinatione* ab eo monitos fuisse Lacedæmonios, ut urbem ac tecta linquerent, armatique in agro excubarent, quod terræ motus instaret, tum, cum & urbs tota corruit, & ex monte Taygeto, extrema montis quasi puppis evulsa est. Hujus est hæc opinio:

Nativos esse Deos, longis intervallis orientes, occidentesque, eosque innumerabiles esse mundos, I. *de Nat. Deor.*

Infinitatem naturæ esse, e qua omnia gignerentur, in *Luc.*

ANAXIMENES.

Anaximenes Euristrati filius, Milesius, Anaximandri auditor, censuit aera Deum, eumque gigni, esseque immensum, & infinitum, & semper in motu, I. *de Natura Deorum*: sed ea quæ ex eo orirentur, definita: gigni autem terram, aquam, ignem, tum ex iis omnia, in *Luc.*

ANTIPATER.

Antipater Tyrius, Stoicus fuit, summus in dialecticis, sed opiniosissimus. Reprehensus est, quod multus fuisset in disputando cum Academicis, præsertim cum id minus subtiliter faceret, & nulla ratio esset cum iis, qui nihil probarent, disputandi. Duos libros scripsit *de Divinatione*, in qua probanda, qua ratione usus sit, vide I. *de Divinatione*. Athenis tandem mortuus est. Censuit vero duo præcepta a Panætio prætermissa, valetudinis curationem, & pecuniæ, II. *Offic.*

ANTISTHENES.

Antisthenes Antisthenis filius, Atheniensis fuit, homo acutus magis, quam eruditus. Ab eo, qui patientiam & duritiem in Socratico sermone adamaret, Cynicorum primum, deinde Stoicorum, pæne Cynicorum, secta profecta est. Quorum ratio tota est ejicienda: est enim inimica verecundiæ, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum. Reprehendunt enim & irrident, quod ea, quæ turpia re non sint, verbis flagitiosa dicantur: illa

A autem, quæ turpia sunt, nominibus appellentur suis, ut est primo *Officiorum*. Inter cætera in eo libro, qui *Physicus* inscribitur, censuit:

Populares deos multos, naturalem unum esse, I. *de Nat.Deor.*

ARCHITAS TARENTINUS.

Architas Tarentinus, magnus in primis & præclarus vir fuit. Eum IV. *Tuscul.* Cicero ait, cum villico factus esset iratior, dixisse: *Quo te modo accepissem, nisi iratus essem*. Et *de Amicitia*: Verum illud est, quod a Tarentino Archita dici solitum, nostros senes commemorare audivi, ab aliis senibus
B auditum: *Si quis cœlum ascendisset, naturamque mundi, & pulchritudinem siderum perspexisset, insuavem illam admirationem ei fore, quæ jucundissima fuisset, si aliquem, cui narraret, non habuisset*. Nearchus Tarentinus se a majoribus natu accepisse dicebat; illum oratione, quæ est in libro *de Senectute*, persuadere voluisse: Nullam capitaliorem pestem, quam corporis voluptatem hominibus a natura datam. Cui sermoni interfuit Plato Atheniensis, quem Tarentum venisse L. Æmilio, Appio Claudio Consulibus, *eodem loco* ait Cicero.

ARCHIMEDES.

C Archimedes ex Syracusana urbe, summo ingenio fuit ac disciplina, in quo tantus studii ardor fuit, ut dum in pulvere quædam scriberet attentius, ne patriam quidem a Marco Marcello captam esse censerit; cujus interitum princeps tulit moleste. Eum arbitrantur, ait Cicero II. *de Natura Deor.* plus valuisse in imitandis sphæræ conversionibus, quam naturam in efficiendis: præsertim cum multis partibus sint illa perfecta, quam hæc simulata, solertius. Et I. *Tusculana*. Cum Ar-
D chimedes lunæ, solis, quinque errantium motus in sphæram illigavit, effecit idem, quod ille, qui in Timæo mundum ædificavit, Platonis Deus, ut tarditate & celeritate dissimillimos motus una regeret conversio. Quod si in hoc mundo fieri sine Deo non potest, ne in sphæra quidem eosdem motus Archimedes sine divino ingenio potuisset imitari. Idem dicit V. *Tusculana* se cum Quæstor esset, ignoratum a Syracusanis, cum esse omnino negarent, septum undique & vestitum vepribus & dumetis indagasse sepulcrum. Tenebam enim, inquit, quosdam senariolos, quos in ejus monumento esse inscriptos acceperam: qui declarabant in summo
E sepulchro sphæram positam esse cum cylindro. Censuit:

Multis partibus solem, qui Deus est, majorem esse quam terram, in *Luc.*

ARISTOXENUS.

Aristoxenus Philosophus ætatem fere consumsit in Musicis. Putavit animum esse Harmoniam: intensionem enim ipsius corporis quandam, velut in cantu & fidibus, sic ex corporis totius natura, & figura varios modos cieri, tanquam in cantu sonos, I. *Tusc.* ubi refellitur.

ARISTIPPUS.

F Aristippus Cyrenaicus, cum Socratis famam communi omnium sermone in dies percrebrescere videret, Athenas ad eum audiendum profectus est. Qui cum se totum voluptati dedisset, quasi animum nullum haberet, voluptatem summum bonum posuit. Ob eamque causam Xenophon in eum scripsit contra voluntatem, eamque Socrati disputationem tribuit. Plato quoque in libro *de Animo* illum conviciis agit. Non erubuit, cum esset ei objectum, habere eum Laida: *Habeo*, inquit, *Laida, non habeor a Laide*: Cicero in *Ep.* & II. *de Fin.* Omnes simplices sententias eorum, in quibus nulla est virtutis adjunctio, omnino a philosophia semovendas putabo. Primum Aristippi, Cyrenaicorumque omnium, qui ab eo sunt profecti: quos non est veritum, in ea voluptate, quæ maxima dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere, contemnentes istam vacuitatem doloris. Hi non viderunt, ut ad cursum equum, ad arandum bovem, ad indagandum canem, sic hominem ad duas res, ut ait Aristoteles, intelligendum & agendum esse natum, quasi mortalem Deum: contraque ut tardam aliquam & languidam pecudem ad pastum, & procreandi voluptatem hoc divinum animal ortum esse voluerunt: quo nihil mihi videtur esse absurdius. Atque hæc contra Aristippum, qui eam voluptatem non modo summam, sed solam etiam dicit, quam omnes unam appellamus voluptatem. Idque ex eo intelligi volebat, quod omne animal, simulatque natum est, voluptatem adsciscat, ut summum bonum, & reprobet dolorem, ut summum malum. Indolentiam autem & doloris vacuitatem (quam tuetur Epicurus) non putabat voluptatem, ut dixi, neque privationem voluptatis, dolorem; quia voluptas & dolor versantur in aliquo motu jucundo aut aspero. Sapientem vero & beatum esse, non qui sit in perpetuis voluptatibus, sed qui majore ex parte iis fruatur, in *Luc.* I. & II. *de Fin.* II. *Tusc.* III. *Offic.* & III. *de Orat.*

ARISTONEI.

Tres potissimum sectæ a scholis explosæ, & ejectæ fuerunt, Herillorum, Megaricorum, sive Eretriacorum, & Aristoneorum, sive Pyrrhoneorum. Aristonei ab Aristone Chio profecti sunt. Is cum Zenonis fuisset auditor, reprobavit illa, quæ ille verbis, nihil esse bonum, nisi virtutem: neque malum, nisi quod virtuti esset contrarium. Rerum delectum nullum ponebat, exæquabat omnia. De quo sic est apud Ciceronem IV. *de Finib.* Ex his angustiis ista evaserunt deteriora, quam Aristonis: illa tamen simplicia: vestra versuta. Roges enim Aristonem, bonane ei videantur hæc, vacuitas doloris, divitiæ, valetudo? neget quid, quæ contraria sunt his, malane nihilo magis. Zenonem roges? respondeat totidem verbis. Admirantes quæramus ab utroque, quonam modo vitam agere possimus, si nihil interesse nostra putemus: valeamus, ægrine simus, vacemus, an cruciemur dolore, frigus, famen propulsare possimus, necne possimus. *Vives*, inquit Aristo, *magnifice atque præclare: quod erit cunque visum, ages, nunquam angere, nunquam cupies, nunquam timebis.* Quid Zeno? portenta hæc esse dicit. Item II. *de Finibus*. Aristoni & Pyrrhoni visum est, ut inter optime valere & gravissime ægrotare nihil prorsus interesset. Contra quos recte jam pridem desitum est disputari. Dum enim in una virtute sic omnia esse voluerunt, ut eam rerum selectionem expoliarent, nec ii quidquam, aut unde oriretur darent, aut ubi niteretur: virtutem ipsam, quam amplexabantur, sustulerunt. Hoc tenuit:

Formam Dei intelligi non posse, neque in diis sensum esse; dubium etiam omnino Deus animans nec ne sit, I. *de Nat. Deor.*

Summum bonum in his rebus neutram in partem moveri, quæ ἀδιαφορία ab ipso dicitur, in *Luc.* Quo

verbo significatur indifferentia, ut si quis indifferenter vixerit & promiscue inter virtutem & vitium, nulla habita ratione huius vel illius. Vide II. III. IV. & V. *de Fin.* & I. *Offic.*

In mediis ea momenta, quæ Zeno voluit, nulla esse, in *Luc.*

Esse quædam, quibus commotus sapiens, appeteret aliquid, quod cuique in mentem incideret, & quodcunque tandem occurreret, IV. *de Finibus.*

Nihil differre aliud ab alio, nec esse res ullas præter virtutes & vitia, inter quas quidquam omnino interesset, ibid.

Præter vitia atque virtutes, nullam esse rem aut fugiendam, aut expetendam, V. *de Fin.*

Nocere audientibus philosophos eos qui bene dicta male interpretarentur: posse enim asotos ex Aristippi, acerbos e Zenonis schola exire, III. *de Nat. Deor.*

BIAS.

Bias unus e septem Sapientibus habitus est. Cujus illa est sententia: *Nullam vocem inimiciorem amicitiæ potuisse reperiri, quam ejus, qui dixisset, ita amare oportere, ut aliquando esses osurus, de Amic.* vide *Apoph.*

CALLIPHO.

Calliphonem reprehendit Cic. III. *Officiorum*, qui diremturum se sectarum controversiam putaverat, si cum honestate voluptatem, tanquam cum homine pecudem copulavisset: quanquam honestatem sic est complexus, ut omnia quæ sine ea sunt, longe ac retro ponenda censuerit. Hoc igitur unum ejus perpetuum decretum fuit: Ad honestatem adjungi voluptatem oportere, II. & III. *de Finib.* & V. *Tusc.* ubi omnium fere sententias de summo bono numerat. *Quæramus*, inquit, *unamquanque reliquorum sententiam, si fieri potest, ut hoc præclarum quasi decretum beatæ vitæ possit omnium sententiis & disciplinis convenire.* Sunt autem hæ *de Finib* ut opinor, retentæ, defensæque sententiæ. Primum simplices quatuor: Nihil bonum nisi honestum, ut Stoici: Nihil bonum, nisi voluptatem, ut Epicurus: Nihil bonum, nisi vacuitatem doloris, ut Hieronymus: Nihil bonum, nisi naturæ primis bonis aut omnibus, aut maximis frui, ut Carneades contra Stoicos differebat. Hæc igitur simplicia: illa mista, tria genera bonorum, maxima animi, secunda corporis, externa tertia, ut Peripatetici: nec multo veteres Academici secus. Voluptatem cum honestate Clitomachus & Callipho copulavit. Indolentiam autem honestati Peripateticus Diodorus adjunxit. Hæ sunt sententiæ, quæ stabilitatis aliquid habeant. Nam Aristonis, Pyrrhonis, Herilli, nonnullorumque aliorum evanuerunt.

CLITOMACHUS.

Clitomachus homo & acutus ut Pœnus & valde studiosus ac diligens, usque ad senectutem cum Carneade præceptore fuit, cui tandem successit in Academia, & ejus dicta maxime illustravit. Scripsit librum ad C. Lucillum poetam, cum scripsisset iisdem de rebus ad L. Censorinum, eum qui cum M. Manilio Consul fuit: in quo hæc sunt, auctore Cic. in *Luc.* Academicis placere esse rerum ejusmodi dissimilitudines, ut aliæ probabiles videantur, aliæ contra. Id autem non esse satis, cur alia percipi posse dicas, alia non posse: propterea quod multa falsa probabilia sint, nihil autem falsi perceptum & cognitum possit esse. Itaque ait vehementer errare eos, qui dicunt ab Academicis sensus eripi, a quibus nunquam dictum sit, aut colorem, aut saporem, aut sonum nullum esse. Illud sit disputatum, non inesse in his propriam, quæ nusquam alibi esset, veri & certi notam. Quæ cum exposuisset, adjungit, dupliciter dici assensus sustinere sapientem: uno modo, cum hoc intelligatur, omnino eum nulli rei assentiri: altero cum se a respondendo, ut aut probet quid, aut improbet, sustineat: ut neque neget aliquid, neque ajat. Id cum ita sit, alterum placere, ut nunquam assentiatur: alterum tenere, ut sequens probabilitatem, ubicunque hæc aut occurrat, aut deficiat, aut etiam aut non respondere possit: nec, ut placeat, eum, qui de omnibus rebus contineat se ab assentiendo, moveri tamen, & agere aliquid, reliquit ejusmodi visa, quibus ad actionem excitemur. Item ea quæ interrogati in utranque partem respondere possumus, sequentes tantummodo quod ita visum sit, dum sine assensu: neque tamen omnia ejusmodi visa approbari, sed ea, quæ nulla re impedirentur. De Carneade scripsit ita: Herculis quendam laborem exantlatum a Carneade, quod, ut feram & immanem belluam, sic ex animis nostris assensionem, id est, opinationem & temeritatem extraxisset. Item, Carneadem dicere solitum, *Nusquam se fortunatiorem, quam Præneste, vidisse Fortunam.* Misit etiam eversa Carthagine librum consolandi causa ad captivos cives suos. In eo est disputatio scripta Carneadis, quam ait se in commentarium retulisse, cum ita positum esset, *Videri fore in ægritudine sapientem, patria capta*: quæ contradixerit Carneades, scripta sunt. Tenuit Academiam cum Carneade & Æschine: & voluptatem cum honestate copulavit.

CRATIPPUS.

Cratippus, Ciceronis familiaris, ejusque filii præceptor, quem summis Peripateticis parem judicabat, summa auctoritate & eruditione vir fuit: Athenisque docuit, illius ætatis philosophorum princeps. De quo scriptum ita est XVI. *Epist. Famil. Cratippo me scito non ut discipulum, sed ut filium esse conjunctissimum: nam cum & audio eum libenter, tum etiam ejus propriam suavitatem vehementer amplector,* &c. Ex ipsis exemplis verarum vaticinationum & somniorum solebat rationem concludere hoc modo: Si sine oculis non potest extare officium & munus oculorum: possunt autem aliquando oculi non fungi suo munere: qui vel semel ita est usus oculis, ut vera cerneret, is habet sensum oculorum vera cernentium. Item igitur, si sine divinatione non potest & officium & munus divinationis extare, potest autem quis, cum divinationem habeat, errare aliquando, nec vera cernere: satis est ad confirmandum divinationem, semel ita esse aliquid divinatum, nihil ut fortuito cecidisse videatur. Sunt autem ejus generis innumerabilia: esse igitur divinationem confitendum est. Censuit etiam animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos, & haustos. Vide I. & II. *de Divin.* I. II. & III. & in *Offic.* & in *Bruto.*

CRITOLAUS.

Critolaus, qui simul cum Diogene fuit, Aristotelem imitari voluit: & quidem est gravitate proximus, & redundat oratio: attamen in patriis institutis manet, ut ait Cicero II. *de Orat.* & V. *de Finib.* Is cum in alteram lancem libræ animi bona imponeret, in alteram corporis & externa: tantum

tantum propendere illam boni lancem putabat, ut A terram & maria deprimeret, v. *Tusc.*

DIAGORAS.

Diagoras Melius, omnino deos esse negabat: hinc Atheus dictus est, I. & III. *de Nat. Deor.*

DICÆARCHUS.

Dicæarchus Peripateticus magnus fuit, & copiosus, Aristoxeni æqualis & condiscipulus. Ei magna controversia fuit cum Theophrasto, quod ille id vitæ genus, quæ in actione posita est, B longe omnibus anteponeret: hic autem quæ in contemplatione. Multa scripsit: inprimis tres libros, qui Lesbiaci vocantur, quod Mytilenis sermo haberetur. Primo libro multos loquentes facit duobus Pherecratem quendam Phthiotam senem, quem ait a Deucalione ortum, differentem inducit, nihil esse omnino animum, & hoc esse nomen totum inane, frustraque animalia & animantes appellari: neque in homine inesse animum, vel animam, nec in bestia: vimque omnem eam qua vel agamus quid, vel sentiamus, in omnibus corporibus vivis æqualiter esse fusam, nec separabilem a corpore esse, C quippe quæ nulla sit, nec sit quidquam nisi corpus unum, & simplex, ita figuratum, ut temperatione naturæ vigeat, & sentiat. Ad quod credendum inductus est: quia difficilis erat animi, quid aut qualis esset, intelligentia. Scripsit etiam & de interitu hominis, ut est I. *Offic.* de duo genera divinandi probavit. Vide I. *Tusc.* I. *de Natur. Deor.* & II. *Epist. ad Attic.*

DINOMACHUS.

Dinomachus voluptatem adjunxit ad honestatem, V. *de Finib.* & III. *Offic.*

D

DIODORUS.

Diodorus fuit valens, ut ait Cicero, dialecticus. Is enim fuit, quem Laertius cognomento *Chronum* appellatum fuisse dicit, philosophus ex Megarica schola eorum, qui ἐριστικοὶ & διαλεκτικοὶ dicebantur. Cujus dialectica imbutus Arcesilas fuerat. Is cum cæcus esset, in philosophia multo etiam magis assidue, quam antea versabatur, & cum fidibus Pythagoreorum more uteretur, cumque ei libri noctes & dies legerentur, quibus in studiis oculis non egebat, tamen quod sine ocu- E lis fieri posse vix videtur. Geometriæ munus tuebatur, verbis præcipiens discentibus, unde quo quamque lineam scriberent. Hujus sententia adversus Stoicos utebantur Academici περὶ δυνατῶν, ut vera ex æternitate futura essent, sine naturalium causarum antecessione: ac proinde Carneades divinationem esse negabat. Censebat enim Diodorus, quod futurum dicunt, esse necessarium, a Chrysippo dissentiens, qui voluit fieri posse, ut non eveniat. Vide Ciceronem *de Fato*, & *Chrysipp.*

DIOG. APOLLONIATES. F

Diogenes Apolloniates, qui Anaxagoræ temporibus vixit, summus fuit in Physicis, Anaximenis auditor. Aere utitur Deo, I. *de Nat. Deor.*

DIOGENES CYNICUS.

Diogenes Cynicus, improborum prosperitates, secundasque res redarguere vim omnem deorum ac potestatem dixit, I. & II. *de Nat. Deor.*

DIONYS. HERACLEOTES.

Heracleotes Dionysius, cum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore devictus est. Nam cum ex renibus, vel (ut est V. *de Finib.*) oculis laboraret, ipso in ejulatu clamitabat, falsa esse illa, quæ antea de dolore ipse sensisset. Quem cum Cleanthes condiscipulus rogaret: *Quænam ratio eum de sententia deduxisset*, respondit: *Quia cum tantum operam philosophiæ didissem, dolorem ferre non possem, satis esse argumenti, malum esse dolorem. Plurimos annos in philosophia consumpsi, nec ferre possum: malum est igitur dolor*, II. *Tuscul.*

EMPEDOCLES.

Empedocles Agrigentinus, Parmenidis æmulus, vel, ut Hermippo placet, Xenophanis, carminibus Græcis vaticinatus est, & Physicen docuit. Qualia sunt:

Quæ in rerum natura, totoque mundo constant, quæque moventur, ea contrahere amicitiam, dissipare concordiam, de Amic.

Quatuor naturas, ex quibus omnia constarent, divinas esse, I. *Tusc.*

Animum, cordi suffusum sanguinem, I. *Tusc.*

Abstrusa esse omnia, nihil nos sentire, nihil cernere, nihil omnino, quale sit, posse reperire, in *Luc.*

EPICHARMUS.

Epicharmi Siculi hæ sunt sententiæ: Nervos atque artus esse sapientiæ, non temere credere: de petitione consulatus, unde illud I. *Epist. ad Atticum*, Νῆφε, καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. Item illud, *Emori nolo, sed me esse mortuum, nihili æstimo*, I. *Tusc.*

HERACLIDES.

Heraclides Ponticus, Platonis, Speusippi, Aristotelis, Pythagoreorumque auditor fuit & discipulus. In libris suis scripsit, modo mundum, tum mentem divinam esse: errantibus etiam stellis divinitatem tribuit, sensuque Deum privat, & ejus formam mutabilem esse vult; ibidemque rursus terram & cœlum refert in deos, I. *de Natur. Deor.*

HERACLITUS.

Heraclitus Physicus, cognomento σκοτεινός, de natura consulto dixit obscure: ne, quid diceret, intelligere quisquam posset. Dixit universos Ephesios esse morte multandos, quod cum principem suum Hermodorum civitate expellerent, ita locuti sunt, *Nemo de nobis unus excellat: sed si quis extiterit, alio in loco, & apud alios sit*, V. *Tusc.* Censuit ignem esse principium, in *Luc.* & animum ignem.

HERILLUS.

Herillus Zenonis auditor, scientiam summum bonum esse defendit, nec rem ullam aliam per se expetendam, in *Luc.* II. & IV. *de Fin.*

HIERONYMUS.

Hieronymus Rhodius, cum Peripatetici, quos

A fequi videri volebat, in iis rebus, quæ fecundum naturam effent, pofuiffent, non dolere, hoc fummum bonum effe dixit, II. & V. *de Fin.*

METRODORUS.

Metrodorus Chius, pæne alter Epicurus fuit: fapientis nomen haud profeffus: fed cum ita appellaretur ab Epicuro, tantum beneficium repudiare noluit. Beatum effe, defcribit iis fere verbis: Cum corpus bene conftitutum fit, & fit exploratum ita futurum, II. *de Lin.* in *Luc.* III. *Offic.* & II. & V. *Tufc.*

B

PARMENIDES.

Parmenides Xenophanis difcipulus, duas in Phyficis caufas ftatuit, ignem & terram, & illum quidem opificis, hanc vero materiæ rationem habere cenfuit, in *Luc.* & I. *de Nat. Deorum.*

Commenticium quiddam coronæ fimilitudine effecit: *Stephanen* appellat, continentem ardore lucis orbem, qui cingit cœlum, quem appellat Deum: in quo neque figuram divinam, neque fenfum quifquam fufpicari poteft. Multaque ejufdem monftra, quippe qui bellum, qui difcordiam, qui cupiditatem, cæteraque generis ejufdem ad Deum revocat: quæ vel morbo, vel fomno, vel oblivione, vel vetuftate delentur. Eademque de fideribus.

C

PERSEUS.

Perfeus Zenonis auditor, eos dicit effe habitos deos, a quibus magna utilitas effet ad vitæ cultum inventa, ipfafque res utiles, & falutares, deorum effe vocabulis nuncupatas: ut ne hoc quidem diceret, illa inventa effe deorum, fed ipfa divina, I. *de Nat. Deor.*

D

PHERECYDES.

Pherecydes Scyrius, Pythagoræ magifter, primum quod literis extet, dixit, animos hominum effe fempiternos. Is cum vidiffet aquam e jugi puteo hauftam, terræ motum dixit futurum, I. *Tufc.* I. & II. *de Divin.*

PITTACUS.

E Pittacus, qui in feptem Sapientibus eft numeratus, omnino accedere quenquam vetabat in funus aliorum, I. *de Legib.*

PISISTRATUS.

Pififtratus primus Homeri libros, confufos antea, fic difpofuiffe dicitur, ut nunc habemus, III. *de Orat.*

POSIDONIUS.

F Pofidonium fere femper, cum de eo loquitur, familiarem fuum appellat Cicero. *De Nat. Deorum* libros fcripfit, in quorum quinto differuit, nullos effe Deos Epicuro videri, &c. Præterea quinque de divinatione: & fphæram effecit, cujus fingulæ converfiones idem efficiebant in Sole & Luna, & in quinque ftellis errantibus, quod efficitur in cœlo fingulis diebus & noctibus. Cenfuit vero:

In natura figna quædam effe rerum futurarum, I. *Offic.*

Omnem vim divinandi, rationemque primum repetendam a Deo, deinde a fato, deinde a natura, I. *de Divin.*

Tribus modis deorum appulfu homines fomniare: uno, quod prævideat animus ipfe per fefe, quippe qui deorum cognatione teneatur: altero, quod plenus aer fit immortalium animorum, in quibus tanquam infignitæ notæ veritatis appareant: tertio, quod ipfi dii cum dormientibus colloquantur: idque facilius evenit appropinquante morte, ut animi futura augurentur, I. *de Divin.*

Nihil effe bonum, nifi quod honeftum, II. *Tufc.* *Dolorem non effe malum*, *ibidem.*

PRODICUS.

Prodicus Chius Phyficus, ea, quæ prodeffent hominum vitæ, Deorum in numero habita effe dixit, I. *de Nat. Deor.*

PROTAGORAS.

Abderites Protagoras, Sophiftes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri fui fic pofuiffet, *De diis, neque ut fint, neque ut non fint, habeo dicere*, Athenienfium juffu urbe atque agro eft exterminatus, librique ejus in concione combufti. Tenuit id cuique verum effe, quod cuique videatur, in *Luc.* & I. *de Nat. Deor.*

PYRRHO.

Pyrrho Elienfis, a quo Pyrrhonii nominati funt, omnia exæquavit, atque virtute conftituta nihil omnino quod appetendum fit reliquit: & introduxit ἀπάθειαν, id eft, vacuitatem affectuum, ut fapiens omni perturbatione liberatus, nihil appetat, nihil fugiat, nec hoc potius, quam illud fequatur, fed omnibus in rebus indifferenter, & fine ullo affectu fe habeat, in *Luc.* & III. & IV. *de Finib.*

SIMONIDES.

De Simonide Chio poeta, non folum fuavi, verum etiam docto fapienteque, cum quæfiviffet Hiero tyrannus, quid aut qualis effet Deus, deliberandi caufa fibi unum diem poftulavit. Cum idem ex eo poftridie itidem quæreret, biduum petivit. Cum fæpius duplicaret numerum dierum, admiranfque Hiero quæreret, cur ita faceret: *Quia quanto*, inquit, *diutius confidero, tanto mihi res videtur obfcurior*. Cum enim multa venirent in mentem acuta atque fubtilia, dubitans quid eorum effet veriffimum, defperavit omnem veritatem. Primus memoriæ artem protulit, de quo vide II. *de Orat.* & I. *de Divin.*

SOLON.

Solon Athenienfis, unus de feptem Sapientibus fuit, & ex iis folus legum fcriptor. Viguit Servio Tullio regnante. Qui, quo & tutior vita effet & plus aliquanto Reip. prodeffet, furere fe fimulavit. Areopagitas præterea primus conftituit. Negabat velle fuam mortem dolore amicorum lamentifque vacare. Dicebat tum denique judicari, beatus ne quis fuerit, cum extremum vitæ diem morte confecerit. Et capite fanxit, fi quis in feditione non alterutrius partis fuiffet, X. *Epift. ad Attic.* XV. *ad Brutum*, & *de Senect.* I. *Offic. de Divin.* & III. *de Fin.*

A

STILPHO.

Stilpho, vel rectius Stilpo a Cicerone in *Academicis* dicitur, qui non ſolum Megarenſis fuit, verumetiam ſecta Megaricus. Nam Megarici quidam philoſophi ab Euclide ſunt appellati, qui poſtea ἐριστικοὶ & διαλεκτικοὶ vocati ſunt. Hunc ſcribunt ipſius familiares & ebrioſum & mulieroſum fuiſſe: neque hoc ſcribunt vituperantes, ſed potius ad laudem: vitioſam enim naturam ab eo ſic edomitam & compreſſam eſſe doctrina, ut nemo unquam vinolentum illum, neque in eo veſtigium
B libidinis viderit, *de Fato*.

STRATO.

Lampſacenus Strato, Theophraſti auditor, Phyſicum haberi ſe voluit, in quo etſi eſt magnus, tamen nova pleraque & perpauca de moribus. Hujus Lyſias & oratione locuples, rebus ipſis jejunior. Concinnus deinde & elegans hujus Ariſto. Sed ea, quæ deſideratur a magno philoſopho, gravitas in eo non fuit. Scripſit ſane & multa & polita ſed neſcio quo pacto auctoritatem oratio non habet. Dixit vacationem deos habere, & vim divi-
C nam in natura cenſuit eſſe ſitam, quæ cauſas gignendi, augendi, minuendive habeat, ſed careat omni ſenſu & figura, in *Luc.* I. *Acad.* V. *de Fin.* & I. *de Divin.*

THALES.

Thales Mileſius, unus de ſeptem Sapientibus, cui ſex reliquos conſenſiſſe ferunt, primus de natura rerum diſputaſſe quibuſdam videtur. Is, ut objurgatores ſuos convinceret, oſtenderetque etiam philoſophum, ſi ei commodum eſſet, pecuniam facere poſſe, omne oleam, antequam flore-
D re cœpiſſet, in Mileſio agro coemiſſe dicitur. Animadverterat fortaſſe quadam ſcientia, olearum ubertatem fore. Et quidem idem primus defectionem Solis, quæ Aſtyage regnante facta eſt, prædixiſſe fertur. Aquam dixit eſſe initium rerum, Deum autem eam mentem, qui ex aqua cuncta fingeret, in *Luc.* I. *de Natur. Deor.* & I. & II. *de Div.* & III. *de Orat.*

XENOPHANES.

Xenophanes Colophonius, unus, qui unum
E Deum, eumque immutabilem, &c. eſſe diceret, divinationem ſuſtulit funditus. Habitari ajebat in Luna, eamque eſſe terram multarum urbium & montium, in *Luc.*

ZENO EPICUREUS.

Zeno Epicureus, quem Philo Coryphæum appellare Epicureorum ſolebat, Athenis docuit. Is non eos ſolum, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, cæteroſque figebat maledictis, ſed Socratem ipſum, parentem philoſophiæ, Latino verbo utens, ſcurram Atticum fuiſſe dicebat. Con-
F tendere & magna voce dicere ſolebat, eum eſſe beatum, qui præſentibus voluptatibus frueretur, confideretque ſe fruiturum aut in omni, aut in magna parte vitæ, dolore non interveniente, III. *Tuſculan.* & I. *de Natura Deorum*.

TABULA
OPINIONUM
DE SUMMO BONO,

ex V. *Tuſcul.* & II. *de Finibus*.

- Sententiæ de bonorum & malorum finibus, quæ ſtabilitatis aliquid habent, ſunt ſeptem,
  - Quatuor ſimplices,
    - Nihil *bonum, niſi honeſtum:* Stoici a Zenone profecti.
    - Nihil *bonum, niſi voluptatem:* Epicurei ab Epicuro.
    - Nihil *bonum, niſi frui primis bonis a natura datis, aut omnibus aut maximis:* Carneades.
    - Nihil *bonum, niſi vacare dolore*: Hieron.
  - Tres miſtæ,
    - Tria bonorum genera: Animi, Corporis, Externa. — Academici & Peripatetici veteres.
    - Voluptatem *cum honeſtate copulari:* Clitomachus, Callipho.
    - Indolentiam *honeſtati adjunctam:* Diodorus Peripateticus.
- Ex II. de *Finibus*, ſeptem quoque,
  - Tres honeſtatis ſpecies,
    - Ariſtippi, vel Epicuri, *Voluptas*.
    - Hieronymi, *Doloris vacuitas*.
    - Carneadis, *Frui principiis naturalibus*.
  - Tres, in quibus virtus & honeſtas cum aliqua acceſſione ponuntur,
    - Polemonis.
    - Calliphonis.
    - Dinomachi.
    - Diodori Peripatetici.
  - Una ſimplex poſita in decore tota & honeſto, Zenonis Stoicorum patris.

Aristonis, Pyrrhonis, Herilli, nonnullorumque aliorum evanuerunt sententiæ, inquit Cicero, qui tamen haberent jus suum disputandi de officio, si rerum aliquem delectum reliquissent, ut ad officii inventionem aditus esset. Aristoteles *Ethicorum* libro primo sententias de summo bono aliter distinxit, & generatim sex tantum celebratas & defensas posuit; tres vulgares & improbatas, sanitatem, facultatem, scientiam: tres alias, quæ retentæ sunt & defensæ a voluptariis, magistratibus, Platonicis, voluptatem, honorem, & ideam. Ex quo intelligitur qualis veterum illorum Philosophorum philosophia fuerit, quæ in eo, a quo orta est, & quod unum spectare & sequi debet, tam varie feratur.

A

F I N I S.



JOANNIS MEURSII
ÆSCHYLUS, SOPHOCLES, EURIPIDES,
SIVE
DE TRAGOEDIIS EORUM,
LIBRI TRES.

NUNC EX IPSIUS AUCTORIS CHIROGRAPHO AUCTI.

ILLUSTRIBUS

ORDINIBUS

URBIS, ET PROVINCIÆ,

CRONINGANÆ,

JOANNES MEURSIUS,

DEDICO CONSECROQUE.

ILLUSTRES DOMINI,



AXIMO sane in honore omni ævo Æschylum, Sophoclem, & Euripidem, habitos esse, nemo ignorat: ideoque, nec probatione opus. Unum tamen argumentum Vobis dabo, quo non clarius aliud potest. Lycurgus, ecce, legem tulit, ut Tragœdiæ eorum publice asservarentur; ac deinceps, non ab histrione, ut ante, sed a scriba civitatis recitarentur: ipsis vero, statuæ æneæ ponerentur. Optem autem, ut Tragœdias eorum omnes haberemus; idque viri literati magno vellent: sed hæc res inanis voti est. Visum igitur, quando nihil aliud licet, superstites illarum Titulos, ut naufragii valde deplorandi tabulas, passim hic illic disjectas per Auctorum antiquorum monumenta, summo studio colligere, & conservare. Atque hoc Opis in Musarum æde dico, sub tutela nominis vestri. Ut auderem, auctor mihi V. A. Eizo Tiarda, singulare Urbis vestræ ornamentum; qui muneribus, a Rep. sibi hactenus demandatis, honorifice est defunctus; patriæque civem sese præstantissimum esse ostendit. Quin præterea confirmabat hanc audaciam vester iste in Rem Literariam animus; quem, laudato omnino exemplo, toti Orbi ostendistis, erecta illic Academia. Nihil majus poteratis, ad ornandam Provinciam vestram, aut devinciendas vobis Musas omnes, præsidemque earum Phœbum. Macti generoso hoc animo,

ILLUSTRES DOMINI,

Tresque hos Tragœdiæ Principes, a me vobis consecratos, ut benigne accipiatis, etiam atque etiam rogo. Lugduni Batav. ad diem XI. Jan. CIↃ. IↃC. XIX.

AD LECTOREM.

Habes en, benigne Lector, trium Tragœdiæ Græcæ principum tristes reliquias. In Sophocle monitus ab amico, præivisse virum magnum, Isaacum Casaubonum, constitueram resecare; verum ubi operam utriusque nostrum comparavi, vidi facile appariturum, meo me remigio egisse: quin plures quoque a me titulos Tragœdiarum observatos. Quod si hunc laborem meum tibi gratum intellexero, animum addes Bibliothecæ universæ elucubrandæ. Vale, ac me ama.

JOANNIS MEURSII
ÆSCHYLUS,
SIVE
DE TRAGOEDIIS EJUS.

LIBER I.

A



DE numero Tragœdiarum Æſchyli non conſentiunt Auctores. Anonymus in *ejus Vita* nobis LXX. tradit. Εβίωσε ϑ ἑξήκοντα ϗ τρία ἔτη, ἐν οἷς ἐποίησε δράματα ό, ϗ ἐπὶ τούτοις σατυρικὰ ἐπὶ τὰ πέντε. *Vixit autem ſexaginta & tres annos, in quibus fecit fabulas* LXX. *& ſuper has ſatyricas quinque*. Suidas XC. ait. Εγραψε ϑ Ελεγεῖα, ϗ Τραγωδίας ϟ'. *Scripſit autem Elegeia, & Tragœdias* XC. Ergo illas circiter C. obſervavi, & hic ſingulas recenſebo.

B

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ea hodie exſtat, Acta autem illa fuit archonte Philocle, Olymp. LXXX. anno II. Teſtatur Anonymus in *Deſcript. Olymp.* ad illum annum. ΦΙΛΟΚΛΗΣ. Αθηναῖοι Κορινθίους, εἶτα ϗ Αἰγινήτας, νικῶσιν. Εδιδάχθη τὸ δρᾶμα Αἰσχύλου Αγαμέμνων. *PHILOCLES. Athenienſes Corinthios, deinde & Æginetas vincunt. Docta eſt fabula Æſchyli Agamemnon*. Corruptiſſimus eſt hac de re locus apud Scholiaſten poetæ in argumento hujus fabulæ. Εδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους, Ολυμπιάδι εἰκοστῇ ὀγδόῃ, ἔτει δευτέρῳ. *Docta eſt fabula archonte Philocle, Olympiade vigeſima octava, anno ſecundo.* C Reſtituo, Ολυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ, ἔτει δ. *Olympiade octogeſima, annos.* Primo librarius diremerat vocem, & ſcripſerat, ὀγδόῃ εἰκοστῇ, *octava vigeſima*, inde alius dictionem utramque iſtam trajecit, ſcripſitque, εἰκοστῇ ὀγδόῃ, *vigeſima octava*. Hinc nobis mendum illud.

ΑΘΑΜΑΣ.

D Athenæus *lib.* VII. Καὶ τρίποδα ϑ λέβητά (φασιν) Αἰσχύλον εἰρηκέναι ἐν Αθάμαντι, ἀπὸ ἁπλοῦ τοῦ ποὺς. *Et vero tripodem lebetem (dicunt) Æſchylum dixiſſe in Athamante, ab ſimplici pes*. Heſychius. Απλήτους, μεγάλας. Αἰσχύλος Αθάμαντι. *Inſatiabiles, magnas. Æſchylus in Athamante*. Iterum alibi. Απαρτὶ, ἀπηρτισμένως, ἀκριβῶς. Αἰσχύλος Αθάμαντι. *Plene, perfecte, accurate. Æſchylus in Athamante*.

ΑΙΑΣ ΛΟΚΡΟΣ.

E Zenobius *Cent.* VI. *Proverb.* XIV. Τὸ κεκιθάρικεν, οἷον, ἐμαντεύσατο. ὥς φησιν Αἰσχύλος ἐν Αἴαντι Λοκρῷ. *Verbum citharizavit, tanquam, vaticinatus eſt: ut dicit Æſchylus in Ajace Locrenſi*.

A

ΑΙΓΥΠΤΙΟΙ.

Commemorantur ab Anonymo in *Catalogo Tragœdiarum* Poetæ hujus.

ΑΙΤΝΑ.

Heſychius. Κρείττονας, τοὺς ἥρωας οὕτω λέγουσιν. δοκοῦσι ϑ κακότυχοί τινες εἶναι, διὰ τοῦτο ϗ οἱ παριόντες τὰ ἡρῷα, σιγὴν ἔχουσι, μή τι βλαβῶσι. ϗ οἱ Θεοὶ ϑ. Αἰσχύλος Αἴτνα. *Meliores, heroas ita vocant: videntur autem infelices quidam eſſe, propterea etiam prætereuntes ſepulcra, ſilentium tenent, ne quid noceant: ſed etiam hi Dii. Æſchylus in Ætna*. B Macrobius *Saturn.* lib. V. cap. XIX. *Æſchyli Tragœdia eſt, quæ inſcribitur Ætna. In hac, cum de Palicis loqueretur, ſic ait:*

Τί δῆθεν αὐτοῖς ὄνομα τίθενται βροτοί;
Σεμνοὺς Παλικοὺς Ζεὺς ἐφίεται καλεῖν,
Ἢ ϗ Παλικοὺς εὐλόγως μένει φάτις;
Πάλιν γὰρ ἥκουσ' ἐκ σκότους τόδ' ἐς φάος.
Quodnam ergo ipſis nomen impoſuerunt mortales?
Sanctos Palicos Jupiter permiſit vocare,
An etiam Palicorum convenienter manet dictio?
Rurſus enim veniunt ex tenebris hanc in lucem.

C Plurali numero nominat Anonymus in *ejus Vita*, qui ſcribendi quoque dramatis occaſionem tradit. Ελθὼν τοίνυν εἰς Σικελίαν, Ιέρωνος τότε τὴν Αἴτνην κτίζοντος, ἐπεδείξατο τὰς Αἴτνας, οἰωνιζόμενος βίον ἀγαθὸν τοῖς συνοικοῦσι τὴν πόλιν. *Veniens vero in Siciliam, Hierone tunc Ætnam condente, oſtendit Ætnas, augurans vitam bonam habitantibus urbem.* Sed an ibi ſcribendum? τὰς Αἰτναίας, *Ætnæas*. Eſt ut putem: nam, ecce, commemorantur etiam ejus

ΑΙΤΝΑΙΑΙ.

Heſychius. Αἱμοὶ, δρυμοί. Αἰσχύλος Αἰτναίαις. D *Dumi, ſylvæ quernæ. Æſchylus in Ætnæis*. Corruptus alibi ejuſdem locus. Αναξίαν, βασιλείαν. Αἰσχύλος Αἰτανίαις. *Regiam, regiam. Æſchylus in Ætaniis*. Reſtituo, Αἰσχύλος Αἰτναίαις. *Æſchylus Ætnæis*. Fuerunt & aliæ Tragœdiæ, maſculino genere inſcriptæ, ΑΙΤΝΑΙΟΙ, *ÆTNÆI*; una, ΑΙΤΝΑΙΟΙ ΓΝΗΣΙΟΙ, *ÆTNÆI GENUINI*; altera, ΑΙΤΝΑΙΟΙ ΝΟΘΟΙ: *ÆTNÆI SPURII*.

ΑΙΤΝΑΙΟΙ ΓΝΗΣΙΟΙ.

E Commemorantur ab Anonymo in *Catalogo Tragœdiarum*.

ΑΙΤΝΑΙΟΙ ΝΟΘΟΙ.

Laudantur ab eodem Anonymo *ibidem*.

ΑΛΚΜΗΝΗ.

A Hesychius. Ἀποσὰς, φυγών. Αἰσχύλος Ισθαθμῖς, καὶ Ἀλκμήνη. *Abscedens, fugiens. Æschylus in Isthasthis, & Alcmena.* Sed corruptum ibi vocabulum, Ισθαθμῖς, postea emendabimus.

ΑΜΥΜΩΝΗ.

Ammonius *de diff. voc.* in γῆμαι. Καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀμυμώνῃ.

Σοὶ μὲν γαμεῖσθαι μόρσιμον, γαμεῖν δὲ μή.

Et Æschylus in Amymone.

Tibi quidem nubere fatale, ducere vero non.

B Athenæus *lib.* XV. Αἰσχύλος δ' ἐν Ἀμυμώνῃ ἀντιδιαστέλλων φησί.

Κἀγώ τε τὰς σὰς βακχάρεις τε καὶ μύρα.

Æschylus autem in Amymone distinguens dicit,

Et ego & tuas baccares & unguenta.

Hesychius. Θρώσκων. κνώδαλα ἐκθορίζων, καὶ σπερματίζων. γεννῶν, Αἰσχύλος Ἀμυμώνῃ. *Iniens: bestias iniens, & semen emittens: gignens. Æschylus in Amymone.*

ΑΡΓΕΙΟΙ.

C Ita indigetatur Anonymo in *Catalogo Tragœdiarum.* Etymologici Auctor. Εὐηλύσια, εὐκίνητα· καὶ ἤλυσιν, τὴν ἔλευσιν. Αἰσχύλος ἐν Ἀργείοις. *Enelysia, facile mobilia; & adventum, itionem. Æschylus in Argivis.* Corrupte apud Hesychium in Ἀπόσκημμα. Αἰσχύλος Ἀργεία. *Æschylus in Argia.* Iterum in Εὐμέλεια. Ἀργυρίοις δὲ Αἰσχύλος. *In Argentis vere Æschylus.* Rescribe, Αἰσχύλος Ἀργείοις. *Æschylus in Argivis.* Et, Ἀργείοις δὲ Αἰσχύλος. *In Argivis autem Æschylus.*

ΑΡΓΩ, ἢ ΚΩΠΕΥΣΤΗΣ.

D Recensetur ab Anonymo in *Catalogo.*

ΑΤΑΛΑΝΤΗ.

Habes apud Anonymum in *Catalogo.*

ΒΑΚΧΑΙ.

Enumerantur ab Anonymo in *Catalogo.*

ΒΑΣΣΑΡΑΙ.

E Hesychius. Εἰλλόμενον, εἰργόμενον. Αἰσχύλος Βασσάραις. *Conclusum, inclusum. Æschylus in Bacchis.* Commemorat quoque Anonymus in *Catalogo.* Et puto hanc ipsam Tragœdiam esse, quæ

ΒΑΣΣΑΡΙΔΕΣ.

Scholiastæ Nicandri *ad Theriaca.* Καὶ Αἰσχύλος ἐν Βασσάρισι.

Κάρφει παλαιῷ, κἀπιβωμίῳ φλογί.

Et Æschylus in Bacchis:

Festuca veteri, & aræ imposita flamma.

ΓΛΑΥΚΟΣ ΠΟΝΤΙΟΣ.

F Athenæus *l.* III. Ἀρσενικῶς δὲ ἐν Ποντίῳ Γλαύκῳ Αἰσχύλος. *Masculine autem in Pontio Glauco Æschylus.* Neque sequor magnum Casaubonum, qui restituendum autumabat, ἐν Ποτνιεῖ Γλαύκῳ, *in Potniensi Glauco.* Dicam quod res est. Glauci duo inprimis celebrantur. Unus, qui juxta Anthedonem pisces suos, gustata herba quadam, cum in mare iterum e littore prosilire animadvertisset, ipse quoque, eadem gustata, idem fecit; unde & deus marinus habitus: alter, Sisyphi filius fuit, qui, quum equas suas humana carne pasceret, ipse quoque ab illis devoratus fuit apud Potnias. A priore argumentum cepit Æschylus Tragœdiæ suæ, cui titulus, Γλαῦκος Πόντιος, *Glaucus Pontius*: ab altero ejus, cui Γλαῦκος Ποτνιεύς, *Glaucus Potniensis.* De priore sunt Pausaniæ ista verba in *Bœoticis.* Τούτων τε δή ἐστι τῇ Ἀνθηδόνι μνήματα, καὶ ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ καλούμενον Γλαύκου πήδημα. εἶναι δὲ αὐτὸν ἁλιέα καὶ, ἐπεὶ τῆς πόας ἔφαγε, δαίμονα ἐν θαλάσσῃ γενέσθαι, καὶ ἀνθρώποις τὰ ἐσόμενα ἐς τόδε προλέγειν, οἵ τε ἄλλοι πιστὰ ἡγοῦνται, καὶ οἱ τὴν θάλασσαν πλέοντες, πλεῖστα ἀνθρώπων ἐς τὴν Γλαύκου μαντικὴν κατὰ ἔτος ἕκαστον λέγουσι. Πινδάρῳ δὲ καὶ Αἰσχύλῳ πυνθανομένοις παρὰ Ἀνθηδονίων, τῷ μὲν οὐκ ἐπὶ πολὺ ἐπῆλθεν ᾆσαι τὰ ἐς Γλαῦκον· Αἰσχύλῳ δὲ καὶ ἐς ποίησιν δράματος ἐξήρκεσε. *Illorumque sane sunt Anthedone monimenta, & apud mare appellatus Glauci saltus. Fuisse vero illum piscatorem, &, postquam herbam edit, dæmonem in mari factum esse, & hominibus futura etiam nunc prædicere, alii certa putant, & mare navigantes, plurimi homines ad Glauci oraculum per singulos annos navigant. Pindarus vero & Æschylus quum audissent ab Anthedoniis, illi quidem non multo post cupido incessit canere in Glauci laudem; Æschylo autem & ad compositionem fabulæ suffecit.* Laudat quoque Strabo, *lib.* X. Ὑπὸ τοιῶδε πάθους καὶ ἡ ὁμώνυμος τῇ νήσῳ πόλις καταποθῆναι λέγεται, ἧς μέμνηται καὶ Αἰσχύλος ἐν τῷ Ποντίῳ Γλαύκῳ,

Εὐβοΐδα καμπτὴν ἀμφὶ Κηναίου Διὸς

Ἀκτὴν, κατ' αὐτὸν τύμβον ἀθλίου Λίχα.

Ob talem casum, & ejusdem nominis cum insula urbs absorpta fuisse dicitur, cujus meminit & Æschylus in Pontio Glauco,

Euboicam curvaturam ad Cenæi Jovis

Ripam, circa ipsam tumbam miseri Lichæ.

De altero, ecce ista sunt ejusdem Strabonis *lib.* IX. Ἔστι δὲ καὶ Δίρκη κρήνη, καὶ Πότνιαι, ἐφ' ὧν μυθεύεται τὰ περὶ τὸν Ποτνιέα Γλαῦκον, τὸν διασπασθέντα ὑπὸ τῶν Ποτνιάδων ἵππων τῆς πόλεως πλησίον. *Est vero etiam Dirce fons, & Potniæ, de quibus fabulatur de Potniensi Glauco, distracto ab Potniensibus equis prope urbem.* Ergo, ut Glauci isti duo, ita quoque de nomine eorum Tragœdiæ Æschylo duæ factæ; unaque inscripta, ΓΛΑΥΚΟΣ ΠΟΝΤΙΟΣ, *GLAUCUS PONTIUS*, de qua jam dictum: altera,

ΓΛΑΥΚΟΣ ΠΟΤΝΙΕΥΣ.

Ejus meminit Schol. Aristophanis *ad Ranas.* Τὸ δὲ, ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα, ἐκ Γλαύκου Ποτνιέως Αἰσχύλου. *Illud autem, super currum enim currus, ex Glauco Potniensi Æschyli.* Et mox. Ταῦτα δὲ παρὰ τὰ ἐν Γλαύκῳ Ποτνιεῖ Αἰσχύλου. *Hæc vero juxta illa quæ in Glauco Potniensi Æschyli.* Ubi priore quidem loco respexit sine dubio illos ex ista Tragœdia versus, quos servavit nobis Scholiastes Euripidis *ad Phœnissas.* Ἄξονές τ' ἐπ' ἄξοσι. καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Γλαύκῳ.

Ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα, καὶ νεκρῷ νεκρὸς,

Ἵπποι δ' ἐφ' ἵπποις ἦσαν ἐκπεφυρμένοι.

Axesque super axes: & apud Æschylum in Glauco.

Super currum enim currus, & mortuum mortuus,

Equi autem super equos erant elapsi.

Meminit hujus quoque Tragœdiæ Anonymus in *Olymp. Descript.* Olympiadis LXXVI. anno IV. Αἰσχύλος Τραγῳδὸς ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ. *Æschylus Tragœdus vicit Phineo, Persis, Glauco Potniensi, Prometheo.* Eadem etiam Scholiastes Poetæ in *Argumento Persarum.* Commemoratur item Æschyli Γλαῦκος, sed incertum Πόντιος, an Ποτνιεὺς, apud Schol. Theocriti, *Idyll.* IV. Τοὺς Σατύρους οἱ πλείονές φασιν, ὡς καὶ τοὺς Σειληνοὺς,

καὶ

ϗ Πᾶνας· ὡς Αἰσχύλος μὲν ἐν Γλαύκῳ, Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀνδρομέδᾳ. *Satyros plures dicunt, ut etiam Silenos, & Panes; ut Æschylus quidem in Glauco, Sophocles autem in Andromeda*, itidem apud Schol. Pindari *Pythionic.* Od. I. Περὶ οὗ ϗ Αἰσχύλος φησὶν ἐν Γλαύκῳ.

Καλοῖσι λουτροῖς ἐκλέλουμαι μὲν δέμας,
Ἐς ὑψίκρημνον Ἱμέραν δ᾽ ἀφικόμην.

De quo & Æschylus dicit in Glauco:

Bonis lavacris ablutus sum quidem corpore,
In alta præcipitia habentem Himeram perveni.

ΔΑΝΑΗ.

Hesychius. Καθαίρομαι γῆρας, ἐκδύομαι. Αἰσχύλος Δανάῃ, *Everto senectam, exuo. Æschylus in Danae.* Nisi quis legendum existimet, Αἰσχύλος Δαναΐσι. *Æschylus in Danaidibus.* Nam erant inter Tragœdias ejus,

ΔΑΝΑΙΔΕΣ.

Scholiastes Pindari *Pyth.* Ode III. Αἰσχύλος Δαναΐσι.

Κἄπειτα δ᾽ εἶσι λαμπρὸν ἡλίου φάος,
Ἕως ἐγείρω πρευμενεῖς τοὺς νυμφίους,
Νόμοισι θεῖναι, σὺν κόροις τε ϗ κόραις.

Æschilus in Danaidibus:

Et postquam autem venit splendidum solis lumen,
Donec suscito benevolos sponsos,
Prout legibus constitutum erat, cum juvenibus & virginibus.

Athenæus *lib.* XIII. Καὶ ὁ σεμνότατος δ᾽ Αἰσχύλος ἐν τοῖς Δαναΐσιν αὐτὴν παράγει τὴν Ἀφροδίτην λέγουσαν.

Ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα.
Ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν.
Ὄμβρος δ᾽ ἀπ᾽ εὐνάεντος οὐρανοῦ πεσὼν
Ἔκυσε γαῖαν, ἡ δὲ τίκτεται βροτοῖς
Μήλων τε βοσκὰς ϗ βίον Δημήτριον.
Δένδρων δέ τις ὥρα ἐκ νοτίζοντος γάμου
Τέλειός ἐστι, τῶν δ᾽ ἐγὼ παραίτιος.

Et gravissimus autem Æschylus in Danaidibus ipsam inducit Venerem dicentem:

Terram penetrare liquidum cœlum
Peroptat, & terra illis frui nuptiis:
A puro cœlo lapsa pluvia
Terram fœcundat, nt pariat mortalibus
Pecudum pascua & Cereales fruges.
Humidis bis ipsis nuptiis pulchritudo arborum
Perficitur, horum omnium ego causa & autor sum.

ΔΙΚΤΥΟΥΛΚΟΙ.

Ælianus *Hist. Anim.* lib. VII. c. XLVII. Καὶ μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Πελιάσι τοῦ ὀνόματος, ϗ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι, ϗ Δικτυουλκοῖς. *Et meminit Euripides in Peliadibus nominis, & Æschylus in Agamemnone, & Retiariis.* Hesychius. Θοινᾶσθαι, εὐωχεῖσθαι. Αἰσχύλος Δικτυουλκοῖς. Θοινᾶσθαι, *epulari, epulum præbere. Æschylus in Retiariis.* Puto eandem omnino esse, quæ aliis nuncupatur,

ΔΙΚΤΥΟΥΡΓΟΙ.

Pollux *lib.* VII. *c.*X. Ὕφασμα δέ ἐστι λεπτὸν, εὐυφὲς, ἰσχνὸν, εὐήτριον, εὔπλοκον. τὸ δὲ εὐήτριον, ἐν Δικτυουργοῖς Αἰσχύλος, εἰ ϗ μὴ ἐπὶ ἐσθῆτος, ἀλλ᾽ οὖν εἴρηκε,

—— δικτύου δ᾽ εὐήτρια.

Tela autem est tenuis, bene texta, exilis, textilis, bene plicata. Textile vero, in Retium opificibus Æschylus, & non de vestitu, sed igitur dixit,

—— retis vero textilia.

Ita illum locum restituo, ubi hodie non recte vulgatur, ἐν Δικτυουργικοῖς Αἰσχύλος, *in Retium opificiis Æschylus.* Inscribitur etiam Δικτυουργοὶ, *Retium opifices*, ab Anonymo in *Catalogo*.

ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΤΡΟΦΟΙ.

Scholiastes Euripidis in *Argumento Medeæ*. Αἰσχύλος δ᾽ ἐν ταῖς τοῦ Διονύσου τροφοῖς ἱστορεῖ, ὅτι καὶ τὰς Διονύσου τροφοὺς μετὰ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν ἀνεψήσασα, ἐνεοποίησε. *Æschylus autem in Bacchi nutricibus narrat; quod & Bacchi nutrices cum illarum viris recoquens, renovarit.*

ΕΚΤΟΡΟΣ ΛΥΤΡΑ.

Anonymus in *ejus Vita*: Ἐν δὲ δὴ τοῖς Ἕκτορος Λύτροις Ἀχιλλεὺς ὁμοίως ἐγκεκαλυμμένος οὐ φθέγγεται, πλὴν ἐν ἀρχαῖς ὀλίγα πρὸς Ἑρμῆν ἀμοιβαῖα. *Sane autem in Hectoris Redemtionis pretiis Achilles similiter tectus non loquitur, sed in principiis pauca ad Mercurium alterna.* Vide infra in ΦΡΥΓΕΣ.

ΕΛΕΥΣΙΝΙΑΙ.

Hesychius. Ἀοξήσω, διακονήσω, ὑπουργήσω. Αἰσχύλος Ἐλευσινίαις. Ἀοξήσω, *ministrabo, famulabor, subserviam. Æschylus in Eleusiniis.* Non temere dixero, eandem esse, quæ aliis inscribitur genere masculino,

ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΙ.

Nam video plures etiam nostri Tragœdias eadem facie. Ita supra, Αἰτναῖοι, & Αἰτναῖαι. Infra, Περραιβοὶ, & Περραιβίδες. Ita laudat Plutarch. in *Theseo*: Καταμαρτυροῦσι δὲ τῆς Εὐριπίδου Ἱκετίδων οἱ Αἰσχύλου Ἐλευσίνιοι, ἐν οἷς ϗ ταῦτα λέγειν ὁ Θησεὺς πεποίηται. *Testantur autem cum Euripidis Snpplicibus Æschyli Eleusinii, in quibus & illa dicens Theseus introducitur.* Neque aliter commemorat Anonymus in *Catalogo*.

ΕΛΛΑΔΙΟΣ.

Harpocration *in* Μαλακίζομεν. Αἰσχύλος Ἑλλαδίῳ.

—— κεκμῆτι μαλακίων ποδί.

Æschylus in Helladio:

—— lasso molliculus pede.

ΕΠΙΓΟΝΟΙ.

Scholiastes Pindari *Isthm.* od. VI. Καθὰ ϗ Αἰσχύλος ἐν Ἐπιγόνοις.

Λοιβαὶ Διὸς μὲν πρῶτον ὡραίου γάμου,
Ἥρας τε.

εἶτα,

Τὴν δευτέραν γε κρᾶσιν ἥρωσιν νέμω.

εἶτα τρίτον,

—— Διὸς Σωτῆρος εὐκταίαν λίβα.

Sicut etiam Æschylus in Epigonis:

Libationes Jovis quidem primum tempestivi matrimonii,
Junonisque.

deinde,

Secundam mixtionem heroibus tribuo.

dein tertio,

—— Jovis Servatoris optabilem rorem.

Commemorat item Anonymus in *Catalogo*.

ΕΠΤΑ ΕΠΙ ΘΗΒΑΙΣ.

Exstant.

ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ.

Exstant.

ΕΥΡΩΠΗ, ἢ ΚΑΡΕΣ.

Stephanus *in* Μύλασα. Λέγεται ϗ Μύλας, ὡς Αἰσχύλος ἐν Καρσὶν, ἢ Εὐρώπῃ. *Dicitur etiam Mylas, ut Æschylus in Caribus, sive Europa.* Laudatur quoque ab Anonymo in *Catalogo*, & Stobæo *Serm.* XLIX.

ΗΔΩΝΟΙ.

Strabo *lib.* X. Τῆς μὲν οὖν Κότυος τῆς ἐν τοῖς Ηδωνοῖς Αἰσχύλος μέμνηται· εἶπε γάρ.

Σεμνὰ Κότυς ἐν τοῖς Ηδωνοῖς,
Ορειά τ' ἔργον ἔχοντα.

τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον εὐθέως ἐπιφέρει.

Ο μὲν ἐν χερσὶ βόμβυκας ἔχων τόρνου κάματον, δακτυλόδεικτον
Πίμπλησι μέλος, μανίας ἐπαγωγὸν ὁμοκλάν.
Ο δὲ χαλκοδέτοις κοτύλαις ὀτοβεῖ.

Καὶ πάλιν,

Ψαλμὸς δ' ἀλαλάζει.
Ταυρόφθογγοι δ' ὑπομυκῶνταί ποθεν
Εξ ἀφανοῦς φοβέριοι μίμοι· τυμπάνου δ' ἠχὼ,
Ωσθ' ὑπογαίου βροντῆς φέρεται βαρυταρβής.

Itaque Cotyis quidem meminit in Edonis Æschylus; dicit enim:

Veneranda Cotys in Edonis,
Terminique operosi.

illos qui circa Bacchum sunt statim inducit:

Hic quidem in manu tibias habens torni opus, digitis modulatum
Implebant melos, quod furorem alliceret.
Hic vero æratis strepit cymbalis.

Et rursum:

Psalmus autem resonat:
Boumque mugitus æmulæ voces reboant aliunde
Ex operto terribiles: tympani autem echo,
Tanquam subterranei tonitru fertur turbulenta.

Athen. *lib.* XI. Καὶ τὰ κύμβαλα δ' Αἰσχύλος ἐν Ηδωνοῖς κοτύλας εἴρηκεν. *Et cymbala autem Æschylus in Edonis cotyssas dixit.* Erotianus. Ικταρ, ἐγγὺς, παρὰ τοῖς Αττικοῖς· ὡς ϗ Αἰσχύλος ἐν Εὐμενίσι φησί.

Χαίρετ' Αττικὸς λεώς,
Ικταρ ἥμενοι Διός.

μέμνηται ὁ αὐτὸς τῆς λέξεως ϗ ἐν Ηδωνοῖς. Ικταρ, *prope, apud Atticos; ut & Æschylus in Eumenidibus ait.*

Lætamini Attici cives,
Prope sedentes Jovem.

meminit ipse vocabuli etiam in Edonis. Hesychius Αδασμος, οὐδένα δασμὸν ἐκτελοῦσα, οἷον τελοῦσα ἐνοίκιον. Αἰσχύλος Ηδωνοῖς. Αδασμος, *nullum vectigal pendens, prout solvens pensionem habitationis. Æsci bylus in Edonis.* Ita restituo istum locum. Nam perperam hodie est in vulgatis, οὐδένα δεσμὸν τελοῦσα, *nullum vinculum perficiens.* Iterum. Αἰγίζειν, διασπᾶν, ἐκ μεταφορᾶς, παρ' ὃ ϗ τὸ αἰγίζεσθαι, ἀπὸ τῶν καταιγίδων. Αἰσχύλος. ὁ δ' αὐτὸς ἐν Ηδωνοῖς ϗ τὰς νευρίδας οὕτω λέγει. Αἰγίζειν, *dilacerare, per metaphoram, a quo etiam verbum* αἰγίζεσθαι, *dissipari ab procellis. Æschylus: ille autem ipse in Edonis & nervos ita dicit.* Meminitque rursum *in* Αμφίδρομος, & Ααστα. Occurrit item apud Scholiasten Aristophanis in *Avibus*, & Suidam, *in* Αἰγίζειν, & Μουσόμαντις.

ΗΛΙΑΔΕΣ.

Athenæus *lib.* X. Τούτῳ ὅμοιόν ἐστι τὸ αὐιαρέστερον, ϗ τὸ ἐν Ηλιάσιν Αἰσχύλου,

—— ἀφθονεστέραν λίβα.

Huic simile est mæstius & quod in Heliadibus Æschyli,

—— *copiosiorem laticem.*

Et *lib.* XI. Καὶ Αἰσχύλος ἐν Ηλιάσιν. *Et Æschylu- in Heliadibus.* Meminit etiam Anonymus in *Catalogo*. Ac fortasse corrigendus Scholiastes Sophoclis *Oed. Col.* Καὶ ἐν Ηλιάσιν Αἰσχύλος,

—— ῥιπαὶ μὲν δὴ πατρός.

Et in Heliadibus Æschylus,

—— *jactus quidem sane patris.*

Hodie editur, ἐν Ιλιάσιν Αἰσχύλος. *In Iliadibus Æschylus.* Nihil tamen temere pronunciaverim. Potest Tragœdia Æschyli fuisse Ιλιάδες, quemadmodum Euripidis Τρῳάδες.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΙ.

Hesychius. Αμφιμήτορες, οἱ ἐκ πολλῶν μητέρων γεγονότες ἀδελφοί. Αἰσχύλος Ηρακλείδαις. Αμφιμήτορες, *ex multis matribus nati fratres. Æschylus in Heraclidis.* Iterum alibi. Επιγλώσσω, ἐποιωνίζου διὰ γλώττης. Αἰσχύλος Ηρακλείδαις. Επιγλώσσω, *faustum omen præbe lingua. Æschylus in Heraclidis.* Citatur etiam apud Stobæum *Serm.* CXXI.

ΘΑΛΑΜΟΠΟΙΟΙ.

Pollux *lib.* VII. *cap.* XXXVII. Καὶ Λέσβιον δὲ, ϗ ἐκφάτνωμά τε, ϗ κυίνημα, μέρη ἔργων ἐν Αἰσχύλου Θαλαμοποιοῖς.

—— ἀλλ' ὁ μέν τις Λέσβιον ἐκφάτνωμά τ', ἢ
Κυίνημα, τριγώνοις ἐμπεραινέτω ῥυθμοῖς.

Et Lesbium vero, & laqueare, & cynema, partes sunt operum in Æschyli Thalamum fabricantibus:

——*Sed hic quidem Lesbium, laquearque, aut*
Cynema, triplicibus peragat rhythmis.

ΘΕΩΡΟΙ, ἢ ΙΣΘΜΙΑΣΤΑΙ.

Corrupta hæc Επιγραφὴ apud Anonymum in *Catalogo*. Θεόδωροι, ἢ Ισομοιασταί, *Theodori, seu Isomœastæ.* Emenda, Θεωροί, ἢ Ισθμιασταί, *Spectatores, seu Isthmiastæ.* Hesychius. Ιαμβος. Αἰσχύλος Θεωροῖς, ἢ Ισθμιασταῖς. Iambus. *Æschilus in Spectatoribus, seu Isthmiastis.* Laborat in posteriore titulo alibi ille ipse Hesychius. Αποστὰς, φυγών. Αἰσχύλος * Ισθασταις, ϗ Αλκμήνῃ. Αποστὰς, *abscedens, fugiens. Æschylus in Isthastis, & Alcmena.* Restituo etiam titulum priorem fugitivum, & posteriorem emendo, Αἰσχυλος Θεωροῖς. ἢ Ισθμιασταῖς, ϗ Α'. *Æschylus in Spectatoribus, seu Isthmiastis, & A.* Athenæus priorem duntaxat titulum nominat, *lib.* XIV. Μνημονεύει Αἰσχύλος ἐν Θεωροῖς.

Καὶ μὴν παλαιῶν τῶν δέ σοι σκωπευμάτων.

Meminit Æschylus in Spectatoribus:

Quin etiam veterum horum tibi scopeumatum.

ΘΡΗΙΣΣΑΙ.

Scholiastes Sophoclis *ad Ajacem.* Τὸ δὲ τῶν αἰχμαλώτων, κηδεμονικὸν μὲν, ὡς Αἰσχύλος ἐν Θρῄσσαις, οὐ μὲν, εὐπρόσωπον. *Captivorum autem, accuratum quidem, ut Æschylus in Thressis, non quidem, speciosum.* Hesychius. Αγαῖς, ζηλώσεσιν. Αἰσχύλος Θρῄσσαις. Αγαῖς, *æmulationibus. Æschylus in Thressis.* Laudat quoque Anonymus in *Catalogo*.

ΙΕΡΕΙΑΙ.

Hesychius. Κασωλάβα, οἱ μὲν πόλις, οἱ δὲ κώμη. Αἰσχύλος Ιερείαις. Κασωλάβα, *hi quidem urbs, illi vero vicus; Æschylus in Sacerdotibus.* Eustratius *ad Aristotelis Ethic. lib.* III. *c.* I. Δοκεῖ γὰρ Αἰσχυλος λέγειν μυστικά τινα, ἔν τε τοῖς Τοξοτίσι ϗ Ιερείαις. *Videtur enim Æschylus dicere mystica quædam, & in Sagittariis & Sacerdotibus.* Scholiastes Sophoclis *Oed. Col.* Ως ϗ ἐν Ιφικλείᾳ φησὶ, ϗ Αἰσχύλος ἐν Ιερείαις. *Sicut & Iphiclia dicit, & Æschylus in Sacerdotibus.* Macrobius *Saturnaliorum* lib. V. c. XXII. *Sed affirmo doctissimum Vatem etiam in hoc Æschilum, eminentissimum tragœdiarum scriptorem, secutum: qui in fabula, quæ Latina lingua* SACERDOTES *inscribitur, sic ait:*

Στέλλειν ὅπως τάχιστα. ταῦτα γὰρ πατὴρ
Ζεὺς ἐγκαθίει Λοξίᾳ θεσπίσματα.
Mittere quam citissime. hæc enim pater
Jupiter emisit Loxiæ oracula.

Et alibi.

Πατρὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας Διός.
Patris propheta est Loxias Jovis.

ΙΚΕΤΙΔΕΣ.

Extant.

ΙΛΙΑΔΕΣ.

Vide supra Ἡλιάδες.

ΙΞΙΩΝ.

Hesychius. Ἱερεῖτιν, καθαρμοῦ δεομένην, ἱκέτιν. Αἰσχύλος Ἰξίονι. *Hiereitin, purgationis egenam, supplicatricem. Æschylus Ixione.* Commemoratur item ab Anonymo in *Catalogo*.

ΙΣΘΜΙΑΣΤΑΙ.

Vide supra *in* Θεωροί.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Laudatur ab Anonymo in *Catalogo*. Meminitque Eustratius *ad Ethic. lib.* III. *cap.* I. Δοκεῖ γὰρ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα, ἔν τε τοῖς Τοξότισι, καὶ Ἱερείαις, καὶ ἐν Σισύφῳ Πετροκυλιστῇ, καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ. *Videtur enim Æschylus dicere mystica quædam, & in Sagittariis, & Sacerdotibus, & in Sisypho petram volvente, & Iphigenia.*

ΚΑΒΕΙΡΟΙ.

Athenæus *lib.* X. Καὶ τὸν Αἰσχύλον ἐγὼ φαίην ἂν τοῦτο διαμαρτάνειν. πρῶτος γὰρ ἐκεῖνος, καὶ οὐχ, ὥς ἔνιοί φασιν, Εὐριπίδης, παρήγαγε τὴν τῶν μεθυόντων ὄψιν. ἐν γὰρ τοῖς Καβείροις εἰσάγει τοὺς περὶ τὸν Ἰάσονα μεθύοντας. *Et Æschylum ego dicerem illud assequi non posse. Primus enim ille, & non, ut alii ajunt, Euripides, produxit ebriorum spectaculum. In Cabiris enim inducit Jasonis comites ebrios.* Corruptus Pindari Scholiastes *Pyth.* Od. IV. Πάντας Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Λημνιάσι τῷ δράματι καταλέγει, τοὺς εἰς τὸ Ἀργῷον εἰσελθόντας σκάφος, καὶ Αἰσχύλος ἐν Κιβήραις. *Omnes Sophocles in Lemniadibus fabula recenset, qui in Argo navem ingressi sunt, & Æschylus in Ciberis.* Rescribo, Καὶ Αἰσχύλος ἐν Καβείροις. *Et Æschylus in Cabiris.*

ΚΑΛΛΙΣΤΩ.

Hesychius. Πανίας βήσσας, ὡς ἀπὸ τοῦ Πανός. Αἰσχύλος Καλλιστοῖ. *Panicos saltus, tanquam ab Pane. Æschylus in Callisto.* Recensetur etiam ab Anonymo in *Catalogo*.

ΚΑΡΕΣ, Ἢ ΕΥΡΩΠΗ.

Vide supra *in* Εὐρώπη.

ΚΕΡΚΥΩΝ.

Pollux *lib.* X. *c.* XLV. Εἶεν δ' ἂν καὶ ἀμφωτίδες τοῖς ἐνωτίοις πέλας, ἐν Κερκύωνι Αἰσχύλου. *Sunt etiam oræ ansis similes, in Cercyone Æschyli* Hesychius. Ἀμβῶνες, αἱ προσαναβάσεις τῶν ὀρῶν. Αἰσχύλος Κερκύωνι. Ambones. *Fastigia montium, adscensus montium. Æschylus in Cercyone.* Iterum alibi. Ἀτίσεις, ἀτιμάσεις. Αἰσχύλος Κερκύωνι. Atiseis, *damnationes ignominiosas. Æschylus in Cercyone.* Meminit etiam Anonymus in *Catalogo*. Sed plena fabulæ inscriptio erat, Κερκύων Σατυρικός. *Cercyon Satyricus.*

A Ecce apud eundem Hesychium. Ἀπεψύχη, ἀπεπνευματίσθη. Αἰσχύλος Κερκύωνι Σατυρικῷ. Ἀπεψύχη, *vento inflatus est. Æschylus in Cercyone Satyrico.* Sic postea alio quodam loco. Εὐλημάτει, λήματος καὶ ἀνδρείας δεῖ ἔχει. Αἰσχύλος Κερκύωνι Σατυρικῷ. *Animosus est, animum præsentem & fortitudinem habet. Æschylus in Cercyone Satyrico.*

ΚΗΡΥΚΕΣ.

Commemorantur ab Anonymo in *Catalogo*. Meminit item Pollux *lib.* IX. *c.* VIII. Φαῦλον γὰρ τὸ λογγάζειν, ἐν τοῖς Κήρυξι τοῦ Αἰσχύλου. *Sordidum enim
B est prolongare, in Præconibus Æschyli.* Fuisse autem drama illud Satyricum, docet idem *lib.* X. *cap.* XIX. Εἴρηται τοὔνομα ἐπὶ ἀμφοτέρων ἐν Σατυρικῷ δράματι, Κήρυξι τοῖς Αἰσχύλου. *Dicit nomen de utrisque in Satyrica fabula, Præconibus Æschyli.* Itaque plena inscriptio erat, ΚΗΡΥΚΕΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΙ. *PRÆCONES SATYRICI.* Occurrit apud eundem, eodem *libro*, *cap.* XLIX. Φαίης δ' ἂν καὶ σισύραν, Αἰσχύλου ἐν Κήρυξι Σατυρικοῖς λέγοντος.

Καὶ τὰς σισύρας τὰς λεοντίας ——

*Dicit autem etiam sisyram, Æschylo in Præconibus
C Satyricis dicente:*

Et sisyræ leoninæ ——

Ejusdem generis fuit etiam,

ΚΙΡΚΗ ΣΑΤΥΡΙΚΗ.

Hesychius. Ζυγώσω, δαμάσω, κλείσω, καθέξω. Αἰσχύλος Κίρκῃ Σατυρικῇ. *Claudam, subigam, occludam, detinebo. Æschylus in Circe Satyrica.* Male apud Anonymum in *Catalogo* inscribitur hæc fabula, Κίρκοι Σατυρικοί, *Circi Satyrici*. Restitue. Alibi simpliciter Κίρκη *Circe* laudatur, ab eodem
D Hesychio. Αὐτόφορβος, αὐτοφάγος. Αἰσχύλος Κίρκῃ. *Autophorbos, se vorans. Æschylus in Circe.*

ΚΡΗΣΣΑΙ.

Athenæus *lib.* II. Καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Φρυξὶν ἐπὶ τοῦ Ἕκτορος.

Ἀνὴρ δ' ἐκεῖνος ἦν πεπαίτερος μόρων.

Ἐν Κρήσσαις δὲ κατὰ τῆς βάτου.

Λευκοῖς τε γὰρ μόροισι, καὶ μελαγχύμοις,
Καὶ μιλτοπρέποις βρίθεται ταὐτοῦ χρόνου.

Et apud Æschylum in Phrygibus de Hectore:
E *Vir autem ille erat maturior moris.*

In Cressis autem de rubo:

Albis enim moris, & nigro succo plenis,
Et rubentibus tument negotia ipsius temporis.

Hesychius. Ἀτόπαστον, ἀνείκαστον. τοπάζειν γὰρ τὸ εἰκάζειν. καὶ τὸ ὑποτοπῆσαι ἢ ἐνθένδε λέγεται. Αἰσχύλος Κρήσσαις. *Quod non conjectura assequi, quod non suspicari potest. Conjectari enim suspicari: & conjectavisse illinc dicitur. Æschylus Cressis.* Iterum alibi. Ἐπιξενοῦσθαι, μαρτύρεσθαι, πορεύεσθαι. Σοφοκλῆς Ἀχαιῶν συλλόγῳ, καὶ Αἰσχύλος Κρήσσαις. *Pe-
F regrinari, testari, proficisci. Sophocles in Achæorum concilio, & Æschylus in Cressis.*

ΚΩΠΕΥΣΤΗΣ.

Vide supra *in* Ἀργώ.

Hesychius. Ἀράχνου, ἀπὸ εὐθείας ὁ ἀράχνης. Αἰσχύλος Λαΐῳ. *Arachnæ, ab nominativo arachnes, araneus. Æschylus in Laio.* Commemoratur quoque ab Anonymo in *Catalogo*.

ΛΕΩΝ.

Stephanus *in* Χώρα. Καὶ Αἰσχύλος ἐν Λέοντι.

—— σατυρικὸν
Ὁδοιπορῶν δήλημα χωρίτης δράκων.

Et Æschylus in Leone:

—— ſatyricum
Iter faciens ruſticus draco nociva res.

Commemoratur quoque ab Anonymo in *Catalogo*.

ΛΗΜΝΙΟΙ.

Commemorantur ab eodem Anonymo.

ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ.

Athenæus *lib.* x. Μνημονεύει τοῦ πόματος Αἰσχύλος ἐν Λυκούργῳ.

Κἀκ τοῦδ' ἔπινες βρῦτον ἰσχναίνων χρόνῳ,
Καὶ σεμνοκόπτει τοῦτ' ἐν ἀνδρείᾳ στέγῃ.

Meminit potionis Æſchylus in Lycurgo:

Et vero bibiſti brytum tabeſcens tempore,
Et robuſte tundit ſub virili tecto.

Ariſtophanes in *Theſmoph.*

Καί σοι ὦ νεανίσχ' ἥτις εἶ κατ' Αἰσχύλον
Ἐκ τῆς Λυκουργίας ἐρέσθαι βούλομαι,
Ποδαπὸς ὁ γύννις; ——
Et te, o adoleſcentula, quæcunque es juxta Æſchylum
Ex Lycurgia interrogare volo,
Cujas ſemivir? ——

Schol. Sophoclis *Oed. Col.* Ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἔχουσα τὸ φυτὸν, ἄνω ἔχουσα τὸν κισσὸν, ὡς ἐν Λυκούργῳ Αἰσχύλος. *Super ſe tenens plantam, ſurſum tenens hederam, ut in Lycurgo Æſchylus.* Heſychius. Ἀνούτατος, ἄτρωτος ἐκ χειρός. Αἰσχύλος Λυκούργῳ. *Non vulneratus, illæſus manu. Æſchylus in Lycurgo.* Dionyſius Longinus Περὶ ὕψους. Καὶ παρὰ μὲν Αἰσχύλῳ παραδόξως τὰ τοῦ Λυκούργου βασίλεια κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Διονύσου θεοφορεῖται. *Et apud Æſchylum quidem mirabiliter Lycurgi regia per Bacchi apparitionem numine ejus corripitur.*

ΜΕΜΝΩΝ.

Laudabatur ab Anonymo in *Catalogo*.

ΜΗΔΕΙΑ.

Ariſtoteles libello *de Poetica*, cap. XVII. Ἐν δὲ τοῖς δράμασι, πολὺ παρὰ τὴν ὑπόληψιν ἀποβαίνει. σημεῖον δὲ, ὅσοι πέρσιν Ἰλίου ὅλην ἐποίησαν, καὶ μὴ κατὰ μέρος, ὥσπερ Εὐριπίδης Νιόβην, ἢ Μήδειαν, καὶ μὴ ὥσπερ Αἰσχύλος. *In fabulis autem, multum præter opinionem deſcendit. Indicium vero, quotquot excidium Ilii totum fecerunt, & non per partem, ut Euripides Nioben, ſeu Medeam, & non ſicut Æſchylus.*

ΜΥΡΜΙΔΟΝΕΣ.

Heſychius. Ἀγρέμον, τὴν κάμακα, ἀπὸ τοῦ αἱρεῖν καὶ λαμβάνειν, ἤγουν ἀγρεύειν. ἢ λαμπάδα, ἢ δόρυ. Αἰσχύλος δὲ Μυρμιδόσιν, ἀγρέμονα, τὸ ἐπιμήνιον. *Agremon, perticam, ab tollendo & accipiendo, ſive venando: aut facem, vel haſtam. Æſchylus in Myrmidonibus, perticam, menſtruam.* Iterum, Ἐγκούρας δὲ, ὁ γεγραμμένος. Αἰσχύλος Μυρμιδόσιν. *Encouras autem, ſcriptus. Æſchylus in Myrmidonibus.* Vide rurſum *in* Κουράς. Strabo *lib.* XIII. Ἀφ' οὗ δέχονταί τινες εἰπεῖν Αἰσχύλον κατὰ τὴν εἰσβολὴν τοῦ ἐν Μυρμιδόσι προλόγου.

Ἰὼ Κάϊκε, Μύσιαι δ' ἐπιρροαί.

De quo arbitrantur quidam dicere Æſchylum in ingreſſu prologi in Myrmidonibus,

Io Caice, Muſia autem fluenta.

Harpocration *in* Προπεπωκότες. Ἐν ἀρχῇ δὲ τῶν Μυρμιδόνων Αἰσχύλος.

Τάδε μὲν λεύσσεις,
Φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ,
Δοριλυμάντους
Δαναῶν μόχθους,
Οὓς προπέπωκας
Εἴσω κλισίας.

In principio autem Myrmidonum Æſchylus:

Hæc quidem vides,
Illuſtris Achilles,
Haſta perditos
Danaum labores,
Quos propinaſti
Intra tentorium.

Ita enim locum illum reſtituo. Hodie eſt in vulgatis, Ἐν ἀρχῇ δὲ τῶν Μυρμιδόνων Αἰσχύλος.

Τάδε με λεύσσεις
Φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ
Δοριλυμάντους
Δαναῶν μόχθους.
Οὓς * *
Εἴσω κλισίας.

In principio autem Myrmidonum Æſchylus:

Hæc me vides,
Illuſtris Achilles
Haſta perditos
Danaum labores
*Quos * **
Intra tentorium.

Occurrit quoque apud Athenæum, & Scholiaſten Ariſtophanis non ſemel. Item Suidam, *in* Τελάμβολον.

ΜΥΣΟΙ.

Stephanus. Οἶος, πολίχνιον Τεγέας. Αἰσχύλος, Μυσοῖς. *Oeus, oppidulum Tegeæ. Æſchylus in Myſis.* Laudat etiam Anonymus in *Catalogo*; & Ariſtoteles, ſed omiſſo Auctoris nomine, libello *de Poetica*, cap. XXIII. Itaque corrigendum puto apud Harpocrationem *in* Ὀργεῶνας. Ὡς Ἀντίμαχός τέ που, καὶ Αἰσχύλος ἐν Μυσοῖς. *Ut Antimachus alicubi, & Æſchylus in Myſis.* Hodie editur, A. ἐν Μύσταις. *A. in Myſtis.* Video idem in mentem veniſſe eruditiſſimo Mauſſaco.

ΝΕΑΝΙΣΚΟΙ.

Athenæus *lib.* XI. Αἰσχύλος Νεανίσκοις.

Σαύρας ὑποσκίοισιν ἐν ψυκτηρίοις.

Æſchylus in Adoleſcentibus:

Lacertas umbroſis in refrigerantibus locis.

Heſychius. Ἀρείφατον λῆμα, ἰσχυρὸν, ἀντὶ τοῦ, Ἀρεοικός. Αἰσχύλος Νεανίσκοις. *Bellicoſus animus, fortis, pro, Marti ſimilis. Æſchylus in Adoleſcentibus.* Iterum alibi. Ἀφοίβαντον, ἀνεκκάθαρτον. Αἰσχύλος Νεανίσκοις. *Aphœbaton, expurgatum. Æſchylus in Adoleſcentibus.*

ΝΕΜΕΑ.

Laudat Anonymus in *Catalogo*.

ΝΗΡΕΥΣ.

Heſychius. Ἀθὴρ, ἐπιδορατὶς, μεταφορικῶς. Αἰσχύλος Νηρεῖ. *Ariſta, lanceæ cuſpis, metaphorice. Æſchylus in Nereo.*

ΝΗΡΗΙΔΕΣ.

Schol. Euripidis *Phœniſſis*. Καὶ Αἰσχύλος Νηρηΐσι.

Δελφινοφόρον πεδίον πῶς διαμειψάμεναι;

Et Æſchylus in Nereidibus:

Delphinum feracem campum quomodo tranſgreſſæ.

Et Pindari *Nem.* Od. VI. Δίκρουν ἦν, ὥστε δύο αἰχμὰς ἔχειν. καὶ μιᾷ βολῇ, ὥστε διπλᾶ τὰ τραύματα ἀπερ-

γάζεσθαι. καὶ Αἰσχύλος ἐν Νηρηΐσι. *Bicorne enim, ut duas cuspides habeat; & uno jactu, ut duas plagas efficiat: & Æschylus in Nereidibus.* Meminit quoque Hesychius in Εναροφόρος.

ΝΙΟΒΗ.

Strabo extremo *l.* XII. Αἰσχύλος δὲ συγχεῖ ἐν τῇ Νιόβῃ· φησὶ γὰρ ἐκείνη μνησθήσεσθαι τῶν περὶ Τάνταλον,

—— οἷς Ιδαίῳ πάγῳ,
Διὸς Πατρῴου βωμός ἐστι. ——

Æschylus autem confundit in Niobe; dicit enim illa recordari sociorum Tantali,

—— *Quibus in Idæo colle,*
Jovis Patrii ara est. ——

Et quæ sequuntur. Hephæstion in *Enchiridio*. Εν μὲν ἰαμβικῷ, Αἰσχύλος ἐν Νιόβῃ. *In Jambico quidem, Æschylus in Niobe.* Scholiastes Æschyli *ad Prometheum*. Σιωπῶσι παρὰ ποιηταῖς τὰ πρόσωπα, ἢ δι' αὐθάδειαν, ὡς Αχιλλεὺς ἐν τοῖς Φρυξὶ Σοφοκλέους· ἢ διὰ συμφορὰν, ὡς ἡ Νιόβη παρ' Αἰσχύλῳ. *Silent apud poetas personæ, sive per superbiam, ut Achilles in Phrygibus Sophoclis; sive per calamitatem, ut Niobe apud Æschylum.* Item Aristophanis *ad Aves*. Εκ Νιόβης Αἰσχύλου. ἐξέρριπται δὲ τ' Αμφίονος ἐκ μονῳδίας. *Ex Niobe Æschyli. Et vero ejectus est ex cantico Amphionis.* Et Euripidis *ad Phœnissas*. Θμως καὶ Αἰσχύλος ἐν Νιόβῃ, καὶ Αριστοφάνης δὲ ἐν δράματι Νιόβης, ὁμοίως ἑπτὰ αὐτὰς λέγουσιν. *Tamen Æschylus in Niobe, & Aristophanes in fabula Niobes, similiter septem illas dicunt.* Hesychius Επώζειν, ἐπικαθῆσθαι τοῖς ᾠοῖς. Αἰσχύλος Νιόβῃ μεταφορικῶς.

—— ἐφημένη
Τάφῳ, τέκνοις ἐπῳζε τοῖς τεθνηκόσιν.

Ovis incubare, insidere ovis. Æschylus in Niobe metaphorice:

—— *insidens*
Sepulchro, filiis incubat mortuis.

Iterum. Ημορὶς, κενὴ, ἐστερημένη. Αἰσχύλος Νιόβῃ. *Emoris, vacua, privata. Æschyius in Niobe.* Rursum. Κάκαλα, τείχη. Αἰσχύλος Νιόβῃ. *Cacala, muri. Æschylus in Niobe.* Laudat quoque Aristoteles in libello *de Poetica*, cap. XVII. & Anonymus in *Vita Poetæ hujus*.

ΞΑΝΤΡΙΑΙ.

Recensentur ab Anonymo in *Catalogo*. Laudatque etiam Scholiastes ipsius Poetæ, *ad Eumenidas*. Νῦν φησὶν ἐν Παρνασῷ εἶναι τὰ κατὰ Πενθέα. ἐν δὲ ταῖς Ξαντρίαις ἐν Κιθαιρῶνι. *Nunc dicit in Parnasso esse Penthei casus: in Carminatricibus autem in Cithærone.* Suidas in Οκτώπουν. Εν δὲ τῇ Αἰσχύλου Ξαντρίαις ἡ Λύσσα, ἐπιθειάζουσα ταῖς Βάκχαις, φησίν. *In Æschyli autem Carminatricibus Furor, obtestans deos Bacchis, dicit.*

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Recensentur ab eodem Anonymo. Meminitque Eustratius *Ethic.* l. III. c. I. Δοκεῖ γὰρ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα. ἔν τε τοῖς Τοξοτίσι, καὶ Ιερείαις, καὶ ἐν Σισύφῳ Πετροκυλιστῇ, καὶ ἐν Ιφιγενείᾳ, καὶ ἐν Οἰδίποδι. *Videtur enim Æschylus dicere mystica quædam: & in Sagittariis, & Sacerdotibus, & in Sisypho petram volvente, & in Iphigenia, & in Oedipode.*

ΟΠΛΩΝ ΚΡΙΣΙΣ.

Schol. Sophoclis *ad Ajacem*. Καὶ Αἰσχύλος ἐν Οπλων Κρίσει.

Αλλ' Αντικλείας ἆσσον ἦλθε Σίσυφος
Τῆς σῆς λέγω τοι μητρὸς, ἥ σ' ἐγείνατο.

Et Æschylus in Armorum Judicio:

Sed Anticliam prope venit Sisyphus
Tuæ dico matris, quæ te peperit.

Laudat quoque Stobæus *Serm.* XI. & CXVI. & Aristoteles, sed sine Auctoris nomine, libello *de Poetica*, c. XXIII.

ΟΣΤΟΛΟΓΟΙ.

Athenæus *l.* XV. Καὶ Αἰσχύλος δ' ἐν Οστολόγοις ἀγκυλητοὺς λέγει κοττάβους. *Et Æschylus autem in Ossa legentibus amentatos dicit cottabos.* Meminit quoque Anonymus in *Catalogo*.

ΠΕΝΘΕΥΣ.

Laudatur ab Anonymo in *Catalogo*.

ΠΕΡΡΑΙΒΟΙ.

Hesychius. Απαιόλη, ἀπάτη, ἀποστέρησις. Αἰσχύλος Περραιβοῖς. *Apæole, fallacia, defraudatio. Æschylus in Perrhæbis.* Athenæus *l.* XI. Αἰσχύλος δ' ἐν Περραιβοῖς, τοὺς Περραιβοὺς παρίστησιν ἀντὶ ποτηρίων τοῖς κέρασι χρωμένους, διὰ τούτων.

—— ἀργυρηλάτοις
Τοῖς κέρασι χρυσᾶ στόμια προσβεβλημένοις.

Æschylus vero in Perrhæbis, Perrhæbos sic ostendit pro poculis cornibus uti, per hæc:

—— *argento ductili factis*
Cornibus aurea emissaria projecta habentibus.

ΠΕΡΡΑΙΒΙΔΕΣ.

Athenæus *lib.* XI. Αἰσχύλος δ' ἐν Περραιβίσι φησίν.

Ποῦ μοι τὰ πολλὰ δῶρα, κἀκροθίνια;
Ποῦ χρυσότευκτα κἀργυρᾶ σκυφώματα;

Æschylus autem in Perrhæbidibus dicit:

Quo mihi multa munera, & primitiæ spoliorum?
Quo auro & argento confecta pocula?

Commemorantur etiam ab Anonymo in *Catalogo*.

ΠΕΡΣΑΙ.

Exstant.

ΠΗΝΕΛΟΠΗ.

Recensentur ab Anonymo in *Catalogo*. Meminitque Etymologici Auctor. Αἰδοιέστατος. Ιστέον, ὅτι τὸ ἀρχέστατον (ὡς παρὰ Αἰσχύλῳ ἐν Πηνελόπῃ, οἷον,

Εγὼ γένος μέν εἰμι Κρὴς ἀρχέστατον.)

καὶ τὸ αἰδοιέστατον, καὶ ἀφθονέστατον, ποιητικά εἰσι, κατ' ἔθος Ιώνων γινόμενα. *Reverendissimum. Sciendum, quod maxime principale (sicut apud Æschylum in Penelope, tale,*

Ego genere quidem sum Cretensis maxime principali.)

& reverendissimum, & copiosissimum, poetica sint, secundum dialectum Ionum.

ΠΟΛΥΔΕΚΤΗΣ.

Ab eodem Anonymo commemoratur.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΠΥΡΚΑΕΥΣ.

Pollux *l.* IX. *c.* VIII. Ο δ' ἐμπρήσας τάχ' ἂν Πυρκαεὺς ὀνομάζοιτο, κατὰ Αἰσχύλον καὶ Σοφοκλέα, οὕτως ἐπιγράψαντας τὰ δράματα. τὸ μὲν, τὸν Προμηθέα· τὸ δὲ, τὸν Ναύπλιον. *Incendens vero forsitan Incensor dicatur, secundum Æschylum & Sophoclem, sic inscribentes fabulas: illum quidem, Prometheum; illum vero, Nauplium.*

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΠΥΡΦΟΡΟΣ.

Agellius *l.* XIII. *c.* XVIII. *Id quoque animadvertimus apud Æschylum*, ἐν τῷ Πυρφόρῳ Προμη-

θεῖ, (*in ignigero Prometheo*) & *apud Euripidem in Tragœdia, quæ inscripta est,* Ἰνώ, (*Ino*) *eundem esse versum absque paucis syllabis. Æschylus sic,*

Σιγῶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγων τὰ καίρια.
(*Tacentem ubi opus est,& opportuna,loquentem.*)

Euripides autem sic,

Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν τὸ τ' ἀσφαλές.
(*Silere ubi opus est, & loqui tuto.*)

Commemorat quoque Anonymus in *Catalogo*.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

Exstat.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΛΥΟΜΕΝΟΣ.

Stephanus *in* Ἄβιοι. Δίδυμος δὲ Θράκιον ἔθνος φησίν. Αἰσχύλος δὲ Γαβίους, διὰ τοῦ γ, ἐν Λυομένῳ Προμηθεῖ. *Didymus vero Thracum gentem dicit. Æschylus autem Gabios, per g, in Soluto Prometheo.* Athenæus *l.* XV. Αἰσχύλος δ' ἐν τῷ Λυομένῳ Προμηθεῖ σαφῶς φησὶν, ὅτι ἐπὶ τῇ τιμῇ τοῦ Προμηθέως τὸν στέφανον περιτίθεμεν τῇ κεφαλῇ, ἀντίποινα τοῦ ἐκείνου δεσμοῦ. *Æschylus autem in Soluto Prometheo manifeste dicit, quod in honorem Promethei coronam circumponimus capiti, tanquam vicissim pœnam pendentes illius vinculi causa.* Dionysius Halicarn. *Antiquit. Rom.* l. I. Δηλοῖ δὲ τὸν πόλεμον τόνδε τῶν ἀρχαίων ποιητῶν Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ Λυομένῳ. *Declarat autem bellum hoc antiquorum poetarum Æschylus in Prometheo Soluto.* Scholiastes Apollonii *l.* IV. Τὸν Ἴστρον φησὶν ἐκ τῶν Ὑπερβορέων καταφέρεσθαι, καὶ τῶν Ῥιφαίων ὀρῶν. οὕτω δ' εἶπεν, ἀκολουθῶν Αἰσχύλῳ ἐν Λυομένῳ Προμηθεῖ. *Istrum dicit ex Hyperboreis deferri, & Riphæis montibus. Illud autem dicit, sequens Æschylum in Soluto Prometheo.* Hesychius: Εἰσαφάσματα, εἰσπτήματα, ἀπὸ τοῦ εἰσαφιέναι, ἢ σπαράγματα. Αἰσχύλος Προμηθεῖ Λυομένῳ Εἰσαφάσματα, *in…olatus, ab intro dimitti, sive frusta lacerata. Æschylus in Prometheo Soluto.* Hyginus in *Poet. Astronom.* lib. II. *Æschylus autem in fabula, quæ inscribitur* Προμηθεὺς Λυόμενος, (*Prometheus Solutus*) *Herculem ait esse non cum dracone, sed cum Liguribus depugnantem.* Laudat quoque Strabo *lib.* I. & Arrianus in *Periplo Ponti Euxini*.

ΠΡΟΠΟΜΠΟΙ.

Hesychius: Δίπολοι, Αἰσχύλος, διπλαῖ, Προπομποῖς. *Bis versi, Æschylus, duplices, in Præviis Deductoribus.* Restituo in pristinum ordinem suum, Δίπολοι, διπλαῖ. Αἰσχύλος Προπομποῖς. Δίπλοι, *bis versi, duplices. Æschylus in Præviis Deductoribus.* Laudantur quoque ab Anonymo in *Catalogo*.

ΠΡΩΤΕΥΣ.

Athenæus *l.* IX. Ἐν δὲ πέμπτῳ περὶ ζώων μορίων τὴν φάβα οὐκ ὀνομάζει, καί τοι Αἰσχύλου ἐν τῷ Πρωτεῖ οὕτω μνημονεύοντος τοῦ ὄρνιθος,

Σιτουμένην δύστανον ἀθλίαν φάβα
Μέσακτα πτύα πρὸς πτύοις πεπλεγμένην.

In quinto autem de animalium partibus Phaba *non nominat, sed Æschylo in Proteo ita recordante volucrem,*

Cibum quærentem infelicem & miseram Phaba,
Mediis ventilabris ad ventilabra irretitam.

Hesychius: Ἄελπτοι, δεινοὶ, καὶ ἄαπτοι. Αἰσχύλος Πρωτεῖ. *Insperati, graves, & inaccessi, Æschylus in Proteo.* Sed plena inscriptio erat,

ΠΡΩΤΕΥΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Idem Hesychius: Ἄμαλα, τὴν ναῦν, ἀπὸ τοῦ ἀμᾶν τὴν ἅλα. Αἰσχύλος Πρωτεῖ Σατυρικῷ. *Amala, navem ab metendo mare. Æschylus in Proteo Satyrico.* Rursum alibi. Ἐπάσω, ἐκτήσω. Αἰσχύλος Πρωτεῖ Σατυρικῷ. *Epaso, possedisti. Æschylus in Proteo Satyrico.* Anonymus in *Olymp. Descript.* Olymp. LXXX. anno II. Πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ Σατυρικῷ. *Primus Æschylus Agamemnone, Inferias ferentibus, Eumenidibus, Proteo Satyrico.* Eadem Scholiastes Poetæ in *Argumento Agamemnonis*.

ΣΑΛΑΜΙΝΙΑΙ.

Hesychius. Ἔκλογον διήγησιν. Αἰσχύλος Σαλαμινίαις. *Eclogon narrationem. Æschylus in Salaminiis.* Iterum alio loco. Κανθύλας, τὰς ἀνοιδήσεις. Αἰσχύλος Σαλαμινίαις. *Canthulas tumores. Æschylus in Salaminiis.* Emendandus idem. Ἀναρροιβδοῖ, ἀναρροφεῖ. Αἰσχύλος Σαλαμινίαις, ἀντὶ τοῦ διαπνεῖ. *Absorbet, resorbet. Æschylus in Salaminiis, pro perflat.* Iterum. Ἀνήρης, ἀνδρώδης. Αἰσχύλος Σαλαμινίαις. Ἀνήρης, *Virilis. Æschylus in Salaminiis.* Perperam utrobique hodie editur, Αἰσχύλος Σαλαμῖνι; *Æschylus Salamini.* Scripserat librarius compendii causa, Αἰσχύλος Σαλαμιν, *Æschylus Salamin.* Hinc mendi origo. Anonymo in *Catalogo* indigetatur genere masculino, Σαλαμίνιοι, *Salaminii*.

ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Hesychius. Ἀποφύλιοι, ξένοι, οἱ μὴ ἔχοντες φυλήν. Αἰσχύλος Σατυρικῷ. *Tribum non habentes, peregrini, qui non habent tribum. Æschylus in Satyrico.* Sed puto excidisse, Κερκύωνι, *Cercyone*; vel Πρωτεῖ, *Proteo*. De quibus fabulis jam a nobis dictum

ΣΑΤΥΡΟΙ.

Pausanias in *Corinthiacis*. Τούτῳ Ἀριστίᾳ Σάτυροι καὶ Πρατίνᾳ τῷ πατρί εἰσι πεποιημένοι πλὴν τῶν Αἰσχύλου δοκιμώτατα. *Ab hoc Aristia Satyri & Pritina patre sunt facti probatissimæ præter illos, quos fecit Æschylus.*

ΣΕΜΕΛΗ.

Hesychius. Ἀμφίδρομος. Αἰσχύλος Σεμέλῃ ἔπλασε δαίμονα καινὸν περὶ τὰ Ἀμφιδρόμια, ὡς εἰ ἔλεγες τὸν γενέθλιον. Amphidromus, *circumcursatio. Æschylus in Semele finxit dæmonem novum circa Amphidromia, tanquam si diceres natalitium.* Iterum. Ἀνταία, ἐναντία, ἱκέσιος. Αἰσχύλος Σεμέλῃ. *Antæa, adversa, supplex. Æschylus in Semele.* Et postea. Ἄστερκτα, τὰ οὐ δυνάμενα κατασχεθῆναι. Αἰσχύλος Σεμέλῃ. Astercta, *quæ non possunt detineri. Æschylus in Semele.* Verum plena inscriptio erat,

ΣΕΜΕΛΗ, Ἢ ΥΔΡΟΦΟΡΟΣ.

Atque ita laudatur ab Anonymo in *Catalogo*.

ΣΙΣΥΦΟΣ.

Erotianus. Διοπῷ, τῷ τῆς νηὸς ἐπιμελητῇ, παρὰ τὸ διοπτεύειν. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις, κειμένη καὶ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Ἀττικαῖς Λέξεσι, καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Σισύφῳ. Diopo, *speculatori, navis curatori, ab speculando. Attica autem dictio, posita quoque apud Aristophanem in Atticis Dictionibus, & apud Æschylum in Sisypho.* Ælianus *Hist. Anim.* lib. XII. cap. V. Ὥσπερ οὖν καὶ Αἰσχύλος ἐν τῷ Σισύφῳ,

Ἀλλ' ἀρουραῖός ἐστι Σμίνθιός τις ὧς
Ὑπερφυής ——

Quomodo itaque & Æschylus in Sisypho,

Sed ruralis est Sminthius tanquam quis
Valde insignis. ——

Ita fragmentum illud inibi restituo. Pollux *lib.* X. *cap.* III. Εἴρηται τοίνυν Αἰσχύλου Σισύφῳ,

Ἰδοὺ σαθμοῦχος ἐκκαπήλων φῶς ἀθρεῖ.

Exstat igitur in Æschyli Sisypho:

Ecce hospes scintillantem lucernam colligit.

Et mox *c.* XXII. Ἔξεστι δὲ καὶ σκάφην ὀνομάσαι κατ' Αἰσχύλον που σκάφην εἰπόντα ἐν Σισύφῳ·

Καὶ νίπτρα δὴ χρὴ θεοφόρων ποδῶν φέρειν,
Λεοντοβάμων ποῦ σκάφη χαλκήλατος;

Licet autem etiam scapham nominare secundum Æschylum alicubi scapham dicentem in Sisypho:

Et lavacra sane oportet divinorum pedum ferre:
Leoninis pedibus ubi scapha ænea?

Sed duplex erat hoc nomine fabula; una,

ΣΙΣΥΦΟΣ ΔΡΑΠΕΤΗΣ.

Laudaturque ab Anonymo in *Catalogo*: altera,

ΣΙΣΥΦΟΥ ΠΕΤΡΟΚΥΛΙΣΤΗΣ.

Commemorat eam id Anonymus; & Eustratius *in Ethic. lib.* III. *cap.* I. Δοκεῖ γὰρ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα, ἔν τε ταῖς Τοξοτίσι, καὶ Ἱερείαις, καὶ ἐν Σισύφῳ Πετροκυλιστῇ. *Videtur enim Æschylus dicere mystica quædam, & in Sagittariis, & Sacerdotibus, & in Sisypho petram volvente.* Hesychii locus hac de re corruptus. Θώψεις, θωπεύσεις. Αἰσχύλος Σισύφῳ, Πέτρα κυλισθεὶς. Θώψεις, *Coles, assentaberis. Æschylus in Sisypho, Petra volutus.* Restituo, Αἰσχύλος Σισύφῳ Πετροκυλιστῇ. *Æschylus in Sisypho petram volvente.*

ΣΦΙΓΞ.

Athenæus *lib.* XIII. Καί τοι (ὁ Αἰσχύλος) ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Σφιγγὶ εἰπών·

Τῷ δὲ ξένῳ γε στέφανον, ἀρχαῖον στέφος,
Δεσμῶν ἄριστος ἐκ Προμηθέως λόγου.

Quanquam (Æschylus) in inscripta Sphinge dicens:

Hospiti autem coronam, priscum coronamentum,
Vinciens optimus ex Promethei sermone.

Scholiastes Aristophanis *ad Ranas*. Ταῦτα δ' ἐκ Σφιγγὸς Αἰσχύλου. *Hæc autem ex Sphinge Æschyli.* Hesychius. Κνοῦς, ὁ ἐκ τοῦ ἄξονος ἦχος· λέγεται δὲ καὶ κνοή, καὶ ὁ τῶν ποδῶν ψόφος, ὡς Αἰσχύλος Σφιγγί· Κνοῦς,, *ex axe sonus. Dicitur autem & κνοή, & pedum strepitus, ut Æschylus in Sphinge.*

ΤΗΛΕΦΟΣ.

Hesychius. Ἀμφιδεξίοις χερσὶ, τῶν τοξοτῶν, διὰ τὸ ἑκατέραν χεῖρα ἐνεργεῖν ἐν τῷ τοξεύειν. Αἰσχύλος Τηλέφῳ. *Ambidextris manibus, sagittariorum, quia utraque manus operatur in sagittando. Æschylus in Telepho.* Commemoratur quoque Anonymo in *Catalogo*. Clemens hanc fabulam respexit, *Strom.* IV. Οὐκ ἔστιν οὖν κατὰ τὸν Αἰσχύλου Τήλεφον νοεῖν ἁπλῆν οἶμον εἰς ᾅδου φέρειν. *Non est itaque secundum Æschyli Telephum intelligere simplicem viam ad inferos ferre.*

ΤΟΞΟΤΙΔΕΣ.

Eustratius *ad Ethic. lib.* III. *cap.* I. Δοκεῖ γὰρ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα, ἔν τε ταῖς Τοξοτίσι καὶ Ἱερείαις. *Videtur enim Æschylus dicere mystica quædam, & in Sagittariis, & Sacerdotibus.* Hesychius. Πεζοφόροις ζώμασιν. Αἰσχύλος Τοξοτίσι· ὥσπερ πέζαν ἐχόντων τῶν χιτώνων. *Limbum ferentibus cingulis Æschylus in Sagittariis, tanquam fimbriam habentibus tunicis.* Antigonus *Hist. Paradox.* CXXVII. Φαίνεται δὲ καὶ Αἰσχύλος ἱστορικῶς τὸ τοιοῦτον οὕτως πως εἰρηκέναι πρὸς τὰς παρθένους ἐν ταῖς Τοξοτίσιν. *Apparet autem & Æschylus historice tale sic quodammodo dixisse ad virgines in Sagittariis.*

ΤΡΟΦΟΙ.

Hesychius. Δίκρα, ὄψις, ἢ διπλῆ. Αἰσχύλος Τροφοῖς. Δίκρα, *visus, seu duplex. Æschylus in Nutricibus.* Iterum alibi. Πεδοίκου χελιδόνος, συνοίκου. Αἰσχύλος Τροφοῖς. *Inquilinæ hirundinis, una habitantis. Æschylus in Nutricibus.*

ΥΔΡΟΦΟΡΟΣ.

Vide supra Σεμέλη.

ΥΨΙΠΥΛΗ.

Scholiastes Apollonii *lib.* I. Αἰσχύλος δ' ἐν Ὑψιπύλῃ ἐν ὅπλοις φησὶν αὐτὰς ἐπελθούσας χειμαζομένοις τοῖς Ἀργοναύταις, μέχρις οὗ ὅρκον ἔλαβον παρ' αὐτῶν ἀποβᾶσι μιγήσεσθαι αὐταῖς. *Æschylus autem in Hypsipyle in armis dicit illas invasisse tempestate jactatos Argonautas, donec jusjurandum acceperunt se coituros cum illis si discederent.* Hesychius. Ἀποκορσωσαμέναις, ἀποκειραμέναις· κόρσας γὰρ, τρίχας. Αἰσχύλος Ὑψιπύλῃ. Ἀποκορσωσαμέναις, *detonsis, depilatis:* κόρσας *enim crines dicebant. Æschylus in Hypsipyle.*

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Athenæus *l.* IX. Κἀν Φιλοκτήτῃ δὲ κατὰ γενικὴν κλίσιν φαβῶν (ὁ Αἰσχύλος) εἴρηκεν. *Et in Philoctete autem in genitivo casu* φαβῶν *(Æschylus) dixit.* Scholiastes Aristophanis *ad Ranas*. Ἔστι δὲ ἐκ Φιλοκτήτου Αἰσχύλου. *Est autem ex Philoctete Æschyli.*

ΦΙΝΕΥΣ.

Athenæus *l.* X. Αἰσχύλος τ' ἐν Φινεῖ.

Καὶ ψευδόδειπνα πολλὰ μαργώσας γνάθου,
Ἐρρύσιας οἷον στόματος ἐν πρώτῃ χαρᾷ.

Æschylusque in Phineo:

Et multæ cœnæ falsæ, luxuriante maxilla,
Evanuere veluti ad primam oris delectationem.

Anonymus in *Olymp. Descript.* Olymp. LXXVI. anno IV. Αἰσχύλος Τραγῳδὸς ἐνίκα Φινεῖ. *Æschylus Tragœdus vicit Phineo.* Laudat quoque Scholiastes Poetæ in *Argumento Persarum*.

ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ.

Pollux *l.* VII. *c.* XXII. Ταῦτα πέλωτρα καλεῖ ἐν Φοινίσσαις Αἰσχύλος·

Πέλωιτρ' ἔχουσιν δ' εὐθέτοις ἐν ἀρβύλαις.

Hæc pelyntra *vocat in Phœnissis Æschylus:*

Pelyntra habent idoneis in calceis.

ΦΟΡΚΙΔΕΣ.

Athenæus *l.* IX. Αἰσχύλος γοῦν ἐν Φορκίσι παρεικάζων τὸν Περσέα τῷ ἀγρίῳ τούτῳ συΐ φησίν·

Ἔδυ δ' ἐς ἄντρον ἀσχέδωρος ὡς ——

Æschylus itaque in Phorciis comparans Perseum agresti huic porco ait:

Antrum autem subiit velut aper. ——

Hyginus *Poet. Astronom.* lib. II. *Sed, ut ait Æschylus Tragœdiarum scriptor in Phorciis Grææ fuerunt, Gorgonum custodes.*

ΦΡΥΓΕΣ.

Athenæus *l.* II. Καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Φρυξὶ, ἐπὶ τοῦ Ἕκτορος·

Ἀνὴρ δ' ἐκεῖνος ἦν πεπαίτερος μόρων.

Et apud Æschylum in Phrygibus de Hectore:

Vir autem erat ille maturior moris.

Hesychius. Ἀδίοπον, ἄναρχον, ἀφύλακτον, Αἰσχύλος Φρυξί. Ἀδίοπον, *Rectore carens, administratore egens, sine custode. Æschylus in Phrygibus.* Iterum alibi. Ἄροτον, τὸν ὁλκὸν τοῦ Ἕκτορος, ἢ τὸν ἀντίσταθμον. Αἰσχύλος Φρυξίν. Ἄροτον, *aratrum, tractum hectoris, seu æquale pondus habens, Æschylus in Phrygibus.* Vide rursum *in* Διαπεφρούρηται, & Ἐπιστροφαί. Ac corruptus

alibi ejus locus *in* Ἀγαςά. Ἀγαςά, ἃ ἄν τις ἀγάσαιτο οἷον ἀρεςά. Αἰσχύλος φράζει. *Admirabilia, quæ quis admiratur tanquam grata. Æschylus dicit.* Rescribo, Αἰσχύλος Φρυξί, *Æschylus in Phrygibus.* Sed plena fabulæ inscriptio ista fuit,

ΦΡΥΓΕΣ, ἢ ΕΚΤΟΡΟΣ ΛΥΤΡΑ.

Ita laudat Anonymus in *Catalogo*; & Scholiastes Aristophanis *ad Ranas*. Ο Ἀχιλλεὺς δὲ καθήμενός ἐστι, καὶ οὐκ ἀποκρινόμενος, παρ' Αἰσχύλῳ ἐν δράματι ἐπιγραφομένῳ, Φρυξίν, ἢ Ἕκτορος Λύτροις. *Achilles autem sedet, & non respondet, apud Æschylum in fabula inscripta, Phrygibus, seu Hectoris Redemtionis pretiis.* Concisius Pollux indigetat, Φρύγας, ἢ Λύτρα, *Phryges, seu redemptionis pretia.* B Locus ejus est *l.* VII. *c.* XXIX. Τῷ μέν τοι φορτηγῷ, ἐπὶ τῷ τὰ φορτία ἀγόντων ἐμπόρων κέχρηται Αἰσχύλος ἐν Φρυξὶν, ἢ Λύτροις,

—— ἀλλὰ ναυάτην

Φορτηγὸν, ὅς τις ῥῶπον ἐξάγει χθονός.

Portitoris autem nomine, de mercatoribus sarcinas vehentibus usus est Æschylus in Phrygibus, seu Redemtionis pretiis:

—— *sed nautam*

Portitorem, qui sarcinam littore eduxit.

Truncate citatur Æschylus in Hectore, apud Stobæum *Serm.* CXXIV. Verum an diversa fabula? C

ΦΡΥΓΙΟΙ.

Certe seorsum nominat Anonymus in *Catalogo.* Ego tamen non arbitror.

ΧΟΗΦΟΡΟΙ.

Exstant.

ΨΥΧΑΓΩΓΟΙ.

Scholiastes Apollonii *l.* III. Ὅτι δὲ τὴν Δαίραν Περσεφόνην καλοῦσι, Τιμοσθένης ἐν τῷ ἐξηγητικῷ συγκατατίθεται. Καὶ Αἰσχύλος ἐν Ψυχαγωγοῖς ἐμφαίνει, τὴν Περσεφόνην ἐκδεχόμενος Δαίραν. *Quod autem Dæram Proserpinam vocant, Timosthenes in narratione quoque approbat. Et Æschylus in Animarum* D *Ductoribus innuit Proserpinam excipiens Dæran.* Et Homeri *ad Odyss.* Λ. Αἰσχύλος ἐν Ψυχαγωγοῖς ἰδίως λέγει.

Ἐρῳδιὸς γὰρ ὑψόθεν ποτώμενος,

Ὀνθ' ὡς ἔπληξεν· ἢ δ' ὑὸς χειλώμασιν.

Ἐκ τοῦδε ἄκανθα ποντίου βοσκήματος,

Σήψει παλαιὸν δέρμα, καὶ τριχορρυές.

Æschylus in Animarum Ductoribus proprie dicit:

Errodius enim superne volans,

Hunc ut percussit. Illa autem suis pabulo.

Ex eo tempore spina marini armenti,

Putrescet vetus corium & pilis defectum. E

Sed corruptissimi isti versus sunt, atque in hunc modum restituendi mihi videntur:

Ἐρωδιὸς γὰρ ὑψόθεν ποτώμενος,

Ὃν ὡς ἔπληξε νηδύος κοιλώμασιν

Ἐκ τοῦδ' ἄκανθα ποντίου βοσκήματος,

Σήψει π.

Ardea enim superne volans,

Quem ut percussit ventris cavitatibus

Ex eo tempore spina marini armenti,

Putrescet v.

Hesychius. Δρώπτειν, διακόπτειν, ἢ διασκοπεῖν. Αἰσχύλος Ψυχαγωγοῖς. Δρώπτειν, *discindere, seu speculari. Æschylus in Animas Ducentibus.* Pollux *l.* F X. *c.* I. Αὐτὸ μὲν γὰρ τοὔνομα τῆς σκευοθήκης εὕροις ἂν ἐν τοῖς Αἰσχύλου Ψυχαγωγοῖς. *Nam illud quidem nomen armamentarii invenias in Æschyli Animas Ducentibus.* Non recte apud Anonymum in *Catalogo* inscribitur fabula hæc Ψυχαγωγία, *Animarum Deductio.* Emenda, Ψυχαγωγοί, *Animas ducentes.* Citat etiam Suidas, *in* Σταθερόν.

ΨΥΧΟΣΤΑΣΙΑ.

Hujus argumentum petitum ex istis Homeri versibus, quibus describit Jovem ponderantem fata Achillis & Hectoris.

Ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο,

Τὴν μὲν Ἀχιλλῆος, τὴν δ' Ἕκτορος ἱπποδάμοιο.

Ἕλκε δὲ μέσσα λαβών· ῥέπε δ' Ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ.

Ὤχετο δ' εἰς Ἀΐδαο· λίπε δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων.

Imposuit autem duo fata asperæ mortis,

Hoc quidem Achillis, illud vero Hectoris bellicosi.

Traxit vero media prehendens: inclinavitque Hectoris fatalis dies.

Descendit autem in infernum: reliquit vero ipsum Phœbus Apollo.

Plutarchus lib. *de Aud. Poet.* ubi illos versus produxit. Τραγῳδίαν ὁ Αἰσχύλος ὅλην τῷ μύθῳ περιέθηκεν, ἐπιγράψας Ψυχοστασίαν, καὶ παραστήσας τῇ πλάστιγγι τοῦ Διὸς, ἔνθεν μὲν τὴν Θέτιν, ἔνθεν δὲ τὴν Ἠῶ, δεομένας ὑπὲρ τῶν υἱέων μαχομένων. *Tragœdiam Æschylus totam fabulæ aptavit, inscribens Animarum Ponderationem, & assistere faciens lancibus Jovis, alteri quidem Thetin, alteri vero Auroram, orantes pro filiis pugnantibus.* Non recte apud Hesychium. Ἀνηκίδωτι, ἄνευ ἀκίδος. Αἰσχύλος Ψυχοστασίαις. Ἀνηκίδωτι, *sine cuspide. Æschylus in Animarum Ponderationibus.* Rescribe, Αἰσχύλος Ψυχοστασίᾳ, *Æschylus in Animarum Ponderatione.* Eodem modo idem corrigendus est, *in* Ἀνελβάτας, Commemorantur ejus quoque.

ΕΛΕΓΕΙΑ.

Meminitque illorum Theophrastus, *Hist. Plant.* lib. IX. c. XV. & Plutarchus, *Sympos.* l. II. Quæst. X.

Atque hæc de Æschyli Atheniensis Fabulis, quæ mihi hactenus observata. Fuit & alius Alexandrinus; ne confundas. Ejusque citantur ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ, & ΤΑ ΜΕΣΣΗΝΙΑΚΑ ΕΠΗ. Laudat Athenæus *l.* XIII.

Τί δ' ἐς ἀνάγκην δυστυχεῖν ἐν πλείοσιν,

Ἐξὸν σιωπᾶν, κἀν σκότῳ κρύπτειν τάδε.

Αἰσχύλος ἔφη ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν Ἀμφιτρύωνι· ὅπως δ' ἐστὶν Αἰσχύλος ὁ τὰ Μεσσηνιακὰ ἔπη συνθεὶς, ἀνὴρ οὐκ ἀπαίδευτος.

Quæ autem est necessitas infelicem esse in pluribus,

Quum liceat tacere, & tenebris occultare hæc.

Æschylus ait Alexandrinus in Amphitryone. Hic autem est Æschylus, qui Messeniaca carmina composuit; vir bene doctus. Ac ejusdem puto Opus ΠΕΡΙ ΠΑΡΟΙΜΙΩΝ, *DE PROVERBIIS.* Ecce apud Zenobium *Cent.* V. *Proverb.* LXXXV. Σαρδόνιος γέλως. Αἰσχύλος ἐν τοῖς περὶ Παροιμιῶν περὶ τούτου φησὶν οὕτως. *Sardonius risus. Æschylus in libris de Proverbiis de hoc dicit ita.* Exstat etiam Epigramma *Anth.* l. III. c. V. Laudatur quoque Aristoteli Æschylus, Hippocratis Chii discipulus. Locus est *Meteorol.* l. I. c. VI. Καὶ οἱ περὶ τὸν Ἱπποκράτην τὸν Χῖον, καὶ τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Αἰσχύλον, ἀπεφήναντο. *Et Hippocrates Chius, & discipulus ejus Æschylus, demonstrant.* Et mox, Καθάπερ φησὶν Αἰσχύλος, καὶ Ἱπποκράτης. *Quomodo ait Æschylus, & Hippocrates.* Alius rursus Æschylus, Cnidius, Orator, Ciceroni coætaneus; cujus ipse meminit in *Bruto*: *Post a me Asia tota peragrata est, cum summis quidem Oratoribus, quibuscum exercebar ipsis lubentibus, quorum erat princeps Menippus Stratonicensis, meo judicio, tota Asia, illis temporibus, disertissimus: & si nihil habere molestiarum, nec ineptiarum, Atticorum est, hic Orator in illis numerari recte potest. Assiduissime autem mecum fuit Dionysius Magnes. Erat etiam Æschylus Cnidius, Adramitenus Xenocles. Hi tum in Asia Rhetorum principes numerabantur.* Iterum: *Exornato, & faceto, genere verborum: in quo fuit Æschylus Cnidius, & meus æqualis, Milesius Æschines.*

JOAN-

JOANNIS MEURSII SOPHOCLES, SIVE DE TRAGOEDIIS EJUS, LIBER II.

SOPHOCLES non unus fuit; itaque Tragœdiæ, quæ citantur, non ejuſdem: ut infra dicam. Prima ex his occurrit,

ΑΘΑΜΑΣ.

Heſychius. Ἀγχιρμλώνς, ὁ ἐγγύς. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι. Ἀγχιρμλώνς, *qui prope. Sophocles in Athamante*. Iterum. Ἐπισήγματα, ἐπικελεύσματα· Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι. Ἐπισήγματα, *adhortationes. Sophocles in Athamante*. Nominat alibi ſolam fabulam, prætermiſſo Poetæ nomine. Verum corrupta hodie verba. Βρυαζούσης, Λεαίνως ἐν Ἀθάμαντι. ἀκμαζούσης, ἢ ἐγκύμονος. *Prægnantis, Leænos in Athamante. Florentis, ſeu gravidæ*. Nam quis iſte, ſodes, *Leænos?* quis ejus nomen unquam legit? Reſtituendum omnino cenſeo, Βρυαζούσης λεαίνης. ἐν Ἀθάμαντι. ἀκμαζούσης, ἢ ἐ. *Prægnantis leænæ. in Athamante: florentis, ſeu g*. Atque occurrit apud eum pluribus locis. Scholiaſtes Pindari *Pythionic*. Od. IV. Ταύτην δὲ ὁ μὲν Πίνδαρος ἐν Ὕμνοις, Δημοτικὴν φησιν. Ἱππίας δὲ, Γοργῶπιν. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀθάμαντι, Νεφέλην. *Hanc vero Pindarus quidem in Hymnis, Plebejam dicit. Hippias autem, Horrendam aſpectu ut Gorgo. Sophocles autem in Athamante, Nubem*. Sed duas hoc nomine Fabulas invenio; & earum una inſcripta fuit,

ΑΘΑΜΑΣ Πρῶτος.

Heſychius. Καταγνῶναι, ἐπιγνῶναι, μέμψασθαι. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι α΄. *Damnaſſe, agnoviſſe, incuſaviſſe. Sophocles in Athamante primo*. Ita enim locum illum corrigendum, video etiam magno Caſaubono monitum. Perperam editur, Σοφοκλῆς Ἀθαμαντίᾳ, *Sophocles in Athamantia*. Altera ab hac,

ΑΘΑΜΑΣ Δεύτερος.

Heſychius. Ἕρκεσι, δικτύοις. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι δευτέρῳ. *Septis, retibus. Sophocles in Athamante ſecundo*. Iterum alibi. Εψία, γέλως, παιδιά, χλεύη, ἔφοδος. ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι. ὁμιλία. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι δευτέρῳ. *Colloquium, riſus, luſus, ludibrium, aditus: ab ſequendo: cœtus Sophocles in Athamante ſecundo*. Argumentum hujus Tragœdiæ narrat Scholiaſtes Comici *Nubibus*. Τοῦτο πρὸς τὸν ἕτερον Ἀθάμαντα Σοφοκλέους λέγει. ὁ γάρ τοι Σοφοκλῆς πεποίηκε τὸν Ἀθάμαντα ἐστεφανωμένον, καὶ παρεστῶτα τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς σφαγιασθησόμενον. μέλλοντα δὲ ἀποσφάττεσθαι αὐτὸν, παραγενόμενον Ἡρακλέα, καὶ τοῦ θανάτου ῥυόμενον, λέγοντα· ὡς σώζοιτο ὁ Φρύξος, δι᾽ ὃν ἔμελλεν ἐκεῖνος τεθνήξεσθαι. *Hoc ad alium Athamantem Sophoclis dicit. Sophocles enim fecit Athamantem coronatum, & adſtantem aræ Jovis immolandum: ille vero quum jam occidendus eſſet, adveniſſe Herculem, & a morte liberantem, dicentem; quemadmodum ſalvus eſſet Phryxus, propter quem ille fuiſſet moriturus*.

ΑΙΑΣ ὁ ΛΟΚΡΟΣ.

Scholiaſtes Sophoclis in *Argumento Ajacis Lorarii*. Ὅθεν καὶ τῇ ἐπιγραφῇ πρόσκειται Μαστιγοφόρος. ἢ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ Λοκροῦ Αἴαντος. *Unde & inſcriptioni additur Flagellifer: ſive ad diſtinctionem Locrenſis Ajacis*. Suidas, Σπολάς, διφθέρα. Σοφοκλῆς, Αἴαντι Λοκρῷ. Σπολάς, *veſtimentum ex pelle, diphthera. Sophocles, in Ajace Locrenſi*. Ex hac verſus iſte erat:

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.
Sapientes principes congreſſu ſapientum.

Quem tamen alii Euripidi aſcribebant. Ariſtides *Oratione Platonica* II. Οὐδέ γε Εὐριπίδου φήσομεν, οἶμαι, τὸ ἰαμβεῖον εἶναι· τὸ,

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.

Οὐδ᾽ εἴ τις οὕτω τῶν σοφῶν εἴρηκεν. ἔστι γὰρ ἐξ Αἴαντος Σοφοκλέους, Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ. *Nec ſane Euripidis dicemus, puto, jambicum eſſe; illud,*

Sapientes principes congreſſu ſapientum.

Nec ſi quis ita ſapientum dixit: eſt enim ex Ajace Sophoclis, Ajace Locrenſi. Hoc ipſum quoque eſt apud Gellium *Noct. Attic*. lib. XIII. cap. XVII. *Verſus eſt notæ venuſtatis ſenarius,*

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ.
(Sapientes principes congreſſu ſapientum.)

Eum verſum Plato in Theæteto Euripidi eſſe dicit: quod quidem nos admodum miramur: nam ſcriptum eum legimus in tragœdia Sophoclis, quæ inſcripta eſt, Αἴας ὁ Λοκρὸς, *Ajax Locrenſis*. Excuſat Zenobius *Cent*. V. *Proverb*. XCVIII. Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ. Τοῦτο Σοφοκλέους ἐστὶν ἐξ Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ. Πλάτων δὲ Εὐριπίδου φησὶν εἶναι τὸ ἰαμβεῖον καὶ οὐδὲν θαυμαστόν. συμπίπτουσι γὰρ ἀλλήλοις οἱ ποιηταί. *Sapientes tyranni* ſunt *congreſſu ſapientum. Hoc Sophoclis eſt ex Ajace Locrenſi. Plato autem Euripidis dicit eſſe jambicum, & non mirum. Congruunt enim inter ſe poetæ*.

ΑΙΑΣ ΜΑΣΤΙΓΟΦΟΡΟΣ.

Exſtat. Dicæarcho inſcripta fuit,

ΑΙΑΝΤΟΣ ΘΑΝΑΤΟΣ.

Scholiaſtes, in *Argumento Fabulæ* ejus. Δικαίαρχος δὲ, Αἴαντος Θάνατον ἐπιγράφει. *Dicæarchus vero, Ajacis Mortem inſcribit*.

ΑΙΓΕΥΣ ΕΚΛΥΟΜΕΝΟΣ.

Stephanus *in* Χώρα. Σοφοκλῆς Αἰγεῖ Ἐκλυομένῳ,

—— οὐκ ἔγωγε χωρίτην γ᾽ ὁρῶ.

Sophocles in Ægeo Exſoluto,

—— *non ego agreſtem video.*

Ab aliis ſimpliciter laudatur, ΑΙΓΕΥΣ. Pollux *lib*. X. *c*. XXXVI. Καὶ κέστρα δὲ σφύρας εἶδος τινὸς σιδηρᾶς. ὡς ἐν Αἰγεῖ Σοφοκλῆς· *Sed & ceſtra ſpecies mallei cujuſdam ferrei, ut in Ægeo Sophocles*. Scholiaſtes Pindari *Pythionic*. Od. II. Καὶ Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ,

Πῶς δῆθ᾽ ὁδουρὸν ὅμοιος ἐξέβης λαθών.

Et Sophocles in Ægeo,

Quomodo videlicet latronem ſimilis evaſiſti latens.

Ex hac fabula esse censeo fragmentum illud apud Strabonem *lib.* IX. a magno Casaubono restitutum. Τὴν εἰς τέτταρα μέρη διανομὴν, ἄλλων ἄλλως εἰρηκότων, ἀρκεῖ ταῦτα παρὰ Σοφοκλέους λαβεῖν· φησὶ δ' Αἰγεύς·

Πατὴρ δ' ἀπελθεῖν ὥρισ' εἰς ἀκτὴν ἐμοὶ
Πρεσβεῖα νείμας τῆσδε γῆς· τῷ δ' αὖ Λύκῳ
Τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας νέμων.
Νίσῳ δὲ τὴν ἀνόμαλον ἐξαιρεῖ χθόνα
Σκείρωνος ἀκτῆς. τῆς δὲ γῆς τὸ πρὸς Νότον
Ὁ σκληρὸς οὗτος, καὶ γίγαντας ἐκτρέφων,
Εἴληχε Πάλλας. ——

Hanc quadripartitam divisionem, aliis aliter dicentibus, satis est hæc ab Sophocle accepisse. Loquitur vero Ægeus;

Pater autem discedere definivit ad littus mihi
Præmia qui tribuit hujus terræ. Lyco autem
Ex adverso appositum hortum Eubœæ præbens.
Niso autem inæqualem eximit terram
Scironis littoris. Terram autem quæ in Austrum
Durus hic, & gigantes enutriens,
Sortitus est Pallas, ——

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Hesychius. Ἀρύθμων, ἀσυμφώνων. Σοφοκλῆς Αἰγίσθῳ. *Rhythmo carentium, non consonantium. Sophocles in Ægystho.*

ΑΙΘΙΟΠΕΣ.

Athenæus *lib.* III. Καὶ Σοφοκλεῖ τὸ ἐν Αἰθίοψιν εἰρημένον,

Τοιαῦτα τοῖσι πρὸς χάριν τε, κ' οὐ βίᾳ
Λέγω. σὺ δ' αὐτὸς, ὥσπερ οἱ σοφοὶ, τὰ μὲν
Δίκαι' ἐπαίνει, τοῦ κερδαίνειν ἔχου.

Et ab Sophocle dictum in Æthiopibus,

Ad gratiam illis talia, & non vi
Dico: tu vero ipse, prout sapientes, hæc quidem
Justa laudato, cæterum lucrari intende.

Hesychius. Ἄναρκτον, ἀνυπότακτον, οὗ οὐδεὶς ἦρξε. Σοφοκλῆς Αἰθίοψι. *Non imperatum, imperio non subditum, cui nemo imperavit. Sophocles in Æthiopibus.* Ita scribo. Perperam editur, ἀνυπότακτον, ὃν οὐδεὶς ἦ. *Imperio non subjectum. itaque nemo i.* Iterum. Ἀνθόβοσκον, ἀνθοτρόφον. Σοφοκλῆς Αἰθίοψι. *Flores pascens, flores nutriens. Sophocles in Æthiopibus.* Rursum alio loco. Ἀπιστεῖ, ἀπειθεῖ. Σοφοκλῆς Αἰθίοψι. *Perfidus est, inobediens est. Sophocles in Æthiopibus*

ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΕΣ.

Stephanus *in* Βωμοί. Τὸ τοπικὸν, Βώμιος· καὶ κατὰ παραγωγὴν, Βωμιαῖος. Σοφοκλῆς Αἰχμαλωτίσι,

Καὶ βωμιαῖον ἐσχάρας λαβών. ——

Locale, Bomius. Et per productionem, Bomiæus. Sophocles in Captivis,

Et bomiæum focum sumens. ——

Iterum *in* Εὐρώπη. Λέγεται καὶ Εὐρώπεια. καὶ διὰ τοῦ ι, Εὐρωπία, παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἰχμαλωτίσι,

Καὶ νησιώτας, καὶ μακρὰς Εὐρωπίας.

Dicitur & Europeia. Et per i Europia. Apud Sophoclem in Captivis,

Et insulanos, & longinquas Europias.

Pollux *l.* X. *cap.* LII. Ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς εἶπεν ἐν Αἰχμαλωτίσιν,

—— ἀσπὶς ἡμίλιγδος, ὡς πύκνωμά τι.

Unde & Sophocles dixit in Captivis,

——*scutum semiligdum, quasi densatio quæpiam.*

Ita enim illic scribendum, non Αἰχμαλώτοισι. Scio equidem aliam quoque hujus nostri Fabulam esse masculine inscriptam, ΑΙΧΜΑΛΩΤΟΙ: ac statim de ea sum dicturus. Sed verisimile non videtur, Grammaticum in prosa oratione dativo Poetico uti voluisse. Hesychius. Αἰχμοδετος, αἰχμάλωτος. Σοφοκλῆς Αἰχμαλωτίσιν. *Hasta vinctus, bello captus. Sophocles in Captivis.* Iterum. Ἀλιτροσύνη, ἁμαρτία, καὶ ἀλιτρία, Σοφοκλῆς Αἰχμαλωτίσι λέγει. *Piamen, peccatum, & alia voce alitria Sophocles in Captivis dicit.* Et alibi. Βαιών, ἐκβαλών. καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσι, βαιὸν βαρκάθοις, ὄχλος Λιβυκός. Βαιών, *ejiciens. Et in Captivis, parvum barcathis, turba Libyca.* Sed corruptissimus ille locus; & sic restituendum censeo, Καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσι. βαιὼν Βαρκαίοις ὄχοις. Λιβυκοῖς. *Et in Captivis: expellens Barcæis curribus. Libycis.* Nam Λιβυκοῖς, *Libycis*, interpretamentum est verbi præcedentis Βαρκαίοις, *Barcæis*. Ne quis confundat verba Poetæ, cum glossa Grammatici. Ut autem illic exponere voluit quid esset βαιών, *expellens*; ita alibi postrema etiam verba explicat. Βαρκαίοις ὄχοις, Λιβυκοῖς. οὗτοι γὰρ ἐσπούδαζον περὶ ἱπποτροφίαν. *Barcæis curribus, Libycis. Hi enim studiosi erant circa equos alendos.* Atque hæc confirmant emendationem nostram. Porro Fabulæ hujus nomen occurrit pluribus rursum locis apud eundem illum Grammaticum. Laudat item Scholiastes Aristophanis *Ranis*. Καλαμόφθογγα. ἐξ οὗ ἡ σύριγξ· ὅτι οἱ ἀρχαῖοι καλάμῳ ἀντὶ κερατίου ἐχρῶντο. Σοφοκλῆς Αἰχμαλωτίσι,

Ὑφῃρέθη σου κάλαμος ὥσπερ τῆς λύρας.

Calamo sonantia: ex quo fistula syrinx: quia veteres calamo pro plectro utebantur. Sophocles in Captivis,

Subductus est tibi calamus tanquam lyræ.

Et auctor Etymologici *in* Φαῦλος. Τεθείη δ' ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου. Σοφοκλῆς Αἰχμαλωτίσιν,

Εἰ μικρὸς ὢν, τὰ φαῦλα νικήσας ἔχω.

Positum autem sit etiam pro magno. Sophocles in Captivis,

Si parvus quum sim, vilia vincens habeo.

ΑΙΧΜΑΛΩΤΟΙ.

Scholiastes Nicandri *ad Theriaca*. Τὸ δὲ, ὑπὸ λᾶϊ, ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ λίθῳ. παρόσον ὑπὸ τοῖς λίθοις κάτω οἱ σκορπίοι κρύπτονται. ὡς Σοφοκλῆς ἐν Αἰχμαλώτοις.

Ἐν παντὶ γάρ τοι σκορπίος φρουρεῖ λίθῳ.

Hoc vero, sub lai, pro, sub lapide, quatenus sub lapidibus humi scorpiones occultantur. Ut Sophocles in Captivis,

In omni enim te scorpius observat lapide.

Hesychius. Ἄσεπτον, ἀσεβές. Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτοις. *Irreverens, impium. Sophocles in Captivis.* Iterum. Ἀχνὴν Λυδῆς κερκίδος. Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτοις. *Acum Lydii radii. Sophocles in Captivis.* Occurrit pluribus etiam locis.

ΑΚΑΜΑΣ.

Harpocration. Ἔπιπλον, Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκεύη, ἔπιπλα λέγουσι. τὴν οἷον ἐπιπόλαιον κτῆσιν, καὶ μετακομίζεσθαι δυναμένην. Σοφοκλῆς Ἀκάμαντι. *Supellex, Isæus in oratione contra Dioclem domestica vasa, mobilia dicunt: illam nempe superficialem supellectilem, & transferri quæ potest. Sophocles Acamante.* Sed legendum hic Casaubonus existimabat, Σ. Ἀθάμαντι, *S. Athamante*. Nec damno, nec temere etiam probatum velim.

ΑΚΡΙΣΙΟΣ.

Laudatur locis pluribus ab Hesychio. Fragmentum hoc inde Stobæus profert *Serm.* VIII.

Βοᾷ τίς; ὦ ἀκούετ'. ἢ μάτην ὑλακτῶ;
Ἅπαντα γάρ τοι τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ.
Clamatne quis? audite. An frustra latro?
Omnia enim metuenti strepunt.

ΑΛΕΑΔΑΙ.

Hesychius. Ἐφυμνεῖς, ἐπᾴδεις. Σοφοκλῆς Ἀλεάδαις. *Succantas, accinis. Sophocles in Aleadis.* Ælianus *Hist. Anim.* lib. VII. cap. XXXIX. Ὅσοι λέγουσι θήλειαν ἔλαφον τὰ κέρατα οὐ φύειν, οὐκ αἰδοῦνται τοὺς τοῦ ἐναντίου μάρτυρας, Σοφοκλέα μὲν εἰπόντα·

Νομὰς δέ τις κερᾶσσ' ἀπ' ὀρθίων πάγων
Καθεῖρπεν ἔλαφος. ——

Καὶ πάλιν·

—— ἄρασα μύξας ϗ κερασφόρους
Στόρθυγγας εἷρπεν ἔκηλος. ——

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ τοῦ Σοφίλου ἐν τοῖς Ἀλεάδαις. *Quotquot dicunt fœminam cervam cornua non producere, non timent contrariæ rei testes, Sophoclem quidem dicentem:*

Agrestis vero aliqua cornuta ab directis collibus
Derepebat cerva ——

Et rursus:

—— attrahens mucorem narium & cornutas
Cuspides repsit tranquilla. ——

Et hæc qeidem Sophili filius in Aleadis. Citat quoque Stobæus *Sermone* non uno. Ac restituendum arbitror apud Erotianum *in* Κατεφρόνει Μέμνηται ϗ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Ἀλεάδαις. *Meminit etiam Sophocles in Aleadis*. Perperam editur, Σ. ἐν Ἀχαιάδῃ, *S. in Achæade*. Alia vero, ne confundas, fabula erat,

ΑΛΕΥΑΔΑΙ.

Clemens nominat, *Strom.* VI. Λάβοις δ' ἂν τὸ Σοφοκλέους ἐξ Ἀλευάδων,

Ἅπαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν.

Sumas autem illud Sophoclis ex Aleuadis,

Omne benignum æqualem habet naturam.

ΑΛΕΙΤΗΣ.

Laudatur non semel a Stobæo. Sed rectius legitur. Ἀλήτης, *Erro*. Quod in mentem etiam venit longe præstantissimo viro, Isaaco Casaubono.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ.

Hesychius. Δύσαυλος, δυσαύλιστος. Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρᾳ. *Infelix tibiæ, infelicissimus in tibia, Sophocles in Alexandra*. Forte hæc ipsa est, quam citat Stephanus *in* Ἔφεσος, Τὸ ἐθνικὸν Ἐφέσιος. εὕρηται ϗ Ἐφέσεια, διὰ διφθόγγου. οὕτω γὰρ ἐν Ἀλεξ * Σοφοκλῆς. *Gentile Ephesius. Invenitur etiam Ephesεia, per diphthongum. Sic enim in Alex * Sophocles*. An vero fuerit, quæ inscripta.

ΑΛΕΧΑΝΔΡΟΣ.

Hesychius. Θηλάστρια, τροφός. ἔστι δὲ Ἰακχώ. Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρῳ. *Mammæ præbitrix, nutrix. Est autem Iacco. Sophocles in Alexandro.* Ubi recta est emendatio Casauboni, ἔστι δὲ Ἰακόν, *est autem Ionicum*.

ΑΛΕΥΑΔΑΙ.

Vide quæ supra in ΑΛΕΑΔΑΙ.

ΑΛΚΜΑΙΩΝ.

Hesychius. Αἰνῶ, παρίημι, παραιτοῦμαι, ϗ ἐπαινῶ. Σοφοκλῆς Ἀλκμαίωνι. *Laudo, remitto, deprecor, & laude celebro. Sophocles in Alcmæone*. Mendose alibi. Ἀραίας, βλαβεράς. Σοφοκλῆς Ἀλκμαίῳ. Ἀραίας. *damnosas. Sophocles in Alcmæo*. Rescribendum, Σ. Ἀλκμαίωνι, *S. in Alcmæone*. Atque id Casaubono etiam visum. Porphyrius *Quæst. Hom.* I. Σοφοκλῆς Ἀλκμαίωνι.

Εἰ δ' εὖ φρονήσαντ' εἰσίδοιμί πως φρενῶν
Ἐπήβολον καλῶν σε. ——

Sophocles in Alcmæone:

Si vero recte sentientem inspexero quodammodo mente
Audacem bona te ——

ΑΜΥΚΟΣ.

Athenæus *lib.* III. Καὶ Σοφοκλῆς Ἀμύκῳ·

—— σιαγόνας τε μαλθακὰς
Τίθησι. ——

Et Sophocles in Amyco:

—— & maxillas molles
Ponit. ——

Sed plena inscriptio erat. ΑΜΥΚΟΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ. Ita laudat idem Atheneus, *lib.* IX. Τῇ δὲ τὸν λαγὸν ἑνικῇ αἰτιατικῇ, ἀκόλουθός ἐστιν ἡ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀμύκῳ Σατυρικῷ πληθυντικὴ ὀνομαστική.

Γέρανοι, κορῶναι, γλαῦκες, ἴκτινοι, λαγοί.

Accusativo autem singulari λαγὸν, *id est, leporem, conveniens est apud Sophoclem in Amyco Satyrico pluralis nominativus:*

Grues, cornices, noctuæ, milvi, lepores.

ΑΜΦΙΑΡΑΟΣ.

Scholiastes Aristophanis *Vespis*. Σοφοκλῆς Ἀμφιαράῳ·

Ὁ πιννοτήρης τοῦδε μάντεως χοροῦ.

Sophocles in Amphiarao:

Servator pinnæ vaticini chori.

Erotianus in *Lexico Hippocratis*. Κατεφρόνει, κατενόει. φρονεῖν γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ νοεῖν. ὡς ϗ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ φάσκει·

Φρονῶ δ' ὃ πάσχω, ϗ τόδ' οὐ μικρὸν κακόν.

Μέμνηται ϗ Σοφοκλῆς ἐν Ἀλεάδαις, ϗ ἐν Ἀμφιαράῳ. *Despexit, consideravit. Cogitare enim dixerunt veteres mente agitare: sicut & Euripides in Antiopa dicit:*

Cogito autem quod patior, & hoc autem non parvum malum.

Meminit & Sophocles in Aleadis & in Amphiarao. Ita enim paullo ante versum illum corrigendum esse monui. Iterum alibi. Πέλον, ὑπόφαιον. ἀγνοοῦντες δέ τινες γράφουσι πέλιον. ὡς ϗ Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσι ϗ Ἀμφιαράῳ φησί.

Κυνὸς πέλης τε μηκάδος βοὸς ῥινέων.

Πέλον, *nigrum, subnigrum: ignorantes autem quidam scribunt* πέλιον: *sicut & Sophocles in Pastoribus & Amphiarao ait:*

Canis subnigræque mugientis bovis narium.

Sed corruptum illud quoque Sophoclis fragmentum. Restituo,

Κυνὸς, πέλης τε μηκάδος, βοὸς ῥινόν.

Canis, subnigræque capræ, bovis pellem.

Hanc fabulam respexit sine dubio Strabo *l.* IX. Ἐνταῦθα δέ που ϗ τὸ Ἀμφιαράειόν ἐστι τετιμημένον ποτὲ μαντεῖον, ὅπου φυγόντα τὸν Ἀμφιάρεων, ὥς φησι Σοφοκλῆς.

Ἐδέξατο ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις,
Αὐτοῖσιν ὅπλοις, ϗ τετρωρίστῳ δίφρῳ.

Illic autem alicubi etiam Amphiaraium est honoratum aliquando oraculum, ubi fugientem Amphiaraum, ut dicit Sophocles:

Suscepit rupta Thebana terra,
Cum integris armis, & quadrijugo curru.

Hesychius. Ἁγνίσαι, ἀποθῦσαι Βουσίριδι, ϗ διαφθεῖραι. Σοφοκλῆς ἐν Ἀμφιαράῳ. *Lustrasse, sacrificasse Busiridi, & corrupisse. Sophocles in Amphiarao.* Iterum. Ἀλεξαίθριον, σκέπασμα. Σοφοκλῆς Ἀμφιαράῳ. Ἀλεξαίθριον, *tegumentum. Sophocles in Amphiarao.* Sed priore illo loco excidisse Euripidis nomen mihi videtur; ideoque rescribendum, A. ἀποθῦσαι. Εὐριπίδης Βουσίριδι. *L. sacrificasse. Euripides in Busiride*. Inter Euripidis tragœdias Βούσιρις erat, ut infra in *Euripide* ostendam. Plena fabulæ inscriptio erat, ΑΜΦΙΑΡΑΟΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ. Ecce apud Athenæum *l.* X. Καὶ Σοφοκλῆς δὲ τούτῳ παραπλήσιον ἐποίησεν, ἐν Ἀμφιαράῳ Σατυρικῷ, τὰ γράμματα παράγων ὀρχούμενον. *Et Sophocles huic simile fecit, in Amphiarao Satyrico, quum litteras saltantem induxit.* Scholiastes Aristophanis *Ranis*. Τοῦτο Σοφοκλῆς εἶπεν ἐν Ἀμφιαράῳ Σατυρικῷ. *Hoc Sophocles dixit in Amphiarao Satyrico.*

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.

Hesychius. Ἀμφιτέρμως, ἀποτετερματισμένως. Σοφοκλῆς Ἀμφιτρύωνι. *Ἀμφιτέρμως, determinate. Sophocles in Amphitryone.* Iterum. Ἀτμησίφρων, οὐδεμιᾶς τόλμης ἔννοιαν ἔχων· ἀτραυμάτιστον. Σοφοκλῆς Ἀμφιτρύωνι. *Ἀτμησίφρων, nullius audaciæ cogitationem habens: invulnerabile: Sophocles in Amphitryone.* Scholiastes Poetæ *ad Oedipum Colonensem.* Εὐνοίας χάριν. ἵνα εὔνους ᾖς αὐτοῖς. ἐν τοῖς ἀναγκαιοτέροις τῶν ἀντιγράφων γράφεται, εὐσθενείας χάριν. ὃ καὶ οἱ ὑπομνηματισάμενοι ἀξιοῦσιν. εὔσθενειαν δέ φασι τὴν ἀσθένειαν. καθάπερ καὶ ἐν Ἀμφιτρύωνι·

Ἐπεὶ δὲ βλαστεῖ, τῶν τριῶν μίαν λαβεῖν
Εὐσθένειαν ἀρκεῖ. ——

Benevolentiæ gratia: ut benevolus sis illis. In antiquioribus exemplaribus scribitur, roboris gratia: quod & commentatores dignum esse censent. Robur autem dicunt virium integritatem, quemadmodum etiam in Amphitryone:

Quia autem viret, trium unum sumere
Robur sufficit. ——

Vero ego duplicem hoc nomine Tragœdiam scriptam puto; unique inscriptionem fuisse,

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ ΠΡΩΤΟΣ.

Atque hanc esse, quæ ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ simpliciter laudetur: alteri vero,

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Colligo ex corrupto hodie Hesychii loco. Ἐπενώτισεν, ἐφώρμησεν. Ἀμφιτρίων δευτέρῳ. *Tergo inhæsit, impetum fecit. Amphitrion secundo.* Certe, aut ego valde fallor, aut legendum, Ἀμφιτρύωνι δευτέρῳ. *Amphitryone secundo.* Non insolens Hesychio, omisso poetarum nomine, eorum Poemata advocare.

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.

Etymologici Auctor. Παρασάγγαι, τὰ τριάκοντα στάδια παρὰ Πέρσαις, παρ' Αἰγυπτίοις δ' ἑξήκοντα. παρὰ δὲ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀνδρομάχῃ, ἐπὶ τοῦ ἀγγέλου εἴρηται. *Parasangæ, triginta stadia apud Persas, apud Ægyptios autem sexaginta. Ab Sophocle autem in Andromache, de nuncio dictum est.*

ΑΝΔΡΟΜΕΔΑ.

Phrynichus in *Ecloga Dict. Attic.* Εὑρίσκεται δὲ Σοφοκλῆς ἐν τῇ Ἀνδρομέδᾳ τιθεὶς οὕτω·

Μηδὲν φοβεῖσθαι προσφάτους ἐπιστολάς.

Invenitur autem Sophocles in Andromeda ponens ita:

Nihil timeri recentes litteras.

Scholiastes Theocriti ad finem *Idyllii* IX. Τοὺς Σατύρους οἱ πλείονές φασιν, ὡς καὶ τοὺς Σειληνούς, καὶ Πᾶνας. ὡς Αἰσχύλος μὲν ἐν Γλαύκῳ, Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀνδρομέδᾳ. *Satyros plures dicunt, sicut & Silenos, & Panes: sicut Æschylus quidem in Glauco, Sophocles autem in Andromeda.* Citant præterea Athenæus *l.* IX. Pollux *l.* X. *c.* XXVI. Etymologici Auctor *in* Διγόνος μάσθλης, *Bis genitum lorum.* Hesychius locis pluribus.

ΑΝΤΗΝΟΡΙΔΑΙ.

Athenæus *l.* IX. Καὶ Σοφοκλῆς Ἀντηνορίδαις·

Ὄρνιθα, καὶ κήρυκα, καὶ διάκονον.

Et Sophocles in Antenoridis:

Gallinam, & præconem, & ministrum.

Hesychius. Ἀφεψιασάμην, ἀφωμίλησα. Σοφοκλῆς Ἀντηνορίδαις. *Decoxi, ab turba separavi. Sophocles in Antenoridis.* Iterum alibi. Ἐκβαβάξαι, ἐκσαλεῦσαι. Σοφοκλῆς ἐν Ἀντηνορίδαις. *Evibravisse, excussisse. Sophocles in Antenoridis,* Scholiastes Poetæ,

A in *Argumento Ajacis Lorarii.* Τὸ δρᾶμα τῆς Τρωϊκῆς ἐστι πραγματείας, ὥσπερ οἱ Ἀντηνορίδαι. *Scena est Trojanæ rationis, sicut Antenoridæ.*

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Exstat.

ΑΠΑΝΙΣ.

Hesychius. Ἀπάνθρωπος, σκληρός, ἀνόητος, ἄφρων, ἀνελεήμων. Σοφοκλῆς Ἀπάνι. *Inhumanus, durus, mente carens, insipiens, immisericors. Sophocles in Apani.* Sed corruptum nomen censeo, legendumque, Σ. Καπανεῖ, *S. Capaneo.* Etsi nus-
B quam, quantum quidem nunc recordor, istum fabulæ titulum observaverim.

ΑΤΡΕΥΣ, Ἢ ΜΥΚΗΝΑΙ.

Hesychius. Ἐπισπάσει, ἐπιτεύξεται. Σοφοκλῆς Ἀτρεῖ, ἢ Μυκήναις. *Attrahet, assequetur. Sophocles in Atreo, seu Mycenis.* Simpliciter, Μυκήνας, *Mycenas*, vocat Scholiastes Euripidis *ad Hippolytum.* Μὰ τὴν ἄνασσαν, ἔσθ' ὅτε ἠθικῶς ὀμνύομεν κατὰ τῶν ἐχθρῶν, οὐ σεμνῦναι αὐτοὺς βουλόμενοι, ἀλλ' εἰρωνευόμενοι· ἢ πρὸς πλείονα ἐρεθισμὸν κατ' ἐκείνης ὄμνυσιν,
C ἢ ἐπεὶ εἰώθασιν οἱ εἰρωνευόμενοι κατὰ τῶν ἐχθρῶν ὀμνύναι. ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Μυκήναις.

Μὰ τὴν ἐκείνου δειλίαν, ᾗ βόσκεται,
Θῆλυς μὲν αὐτός, ἄρρενας δ' ἐχθροὺς ἔχων.

Per reginam, interdum moraliter juramus per inimicos, non venerari illos volentes, sed simulantes; sive ad majus irritamentum per illam jurat, sive quoniam solent simulantes per inimicos jurare; sicut etiam Sophocles in Mycenis:

Per illius timiditatem, qua pascitur,
Fœminam quidem ipse, viros vero inimicos habens.

ΑΧΑΙΩΝ ΣΥΛΛΟΓΟΣ.

D Hesychius. Ἐπιξενοῦσθαι, μαρτύρεσθαι, πορεύεσθαι. Σοφοκλῆς Ἀχαιῶν Συλλόγῳ. *Peregrinari, testificari, proficisci. Sophocles in Achæorum Concilio.* Iterum. Ἐπισειούσης, ἐπικελευομένης. ἀπὸ τῶν τὰς ἡνίας ἀποχαλώντων. Σοφοκλῆς Ἀχαιῶν Συλλόγῳ. *Vibrante, adhortante: ab illis qui remittunt frena. Sophocles in Achæorum Concilio.* Ac rursum alibi. Ξυμβόλους, τοὺς διὰ τῶν πταρμῶν οἰωνισμοὺς ἔλεγον. ἀνετίθεντο δὲ οὗτοι Δήμητρι. τινὲς δὲ τὰς διὰ τῆς φήμης γινομένας μαντείας, ἃς Φιλόχορός φησι Δήμητρα εὑρεῖν. Σοφοκλῆς Ἀχαιῶν Συλλόγῳ. *Ξυμβόλους, auguria per sternutationes dicebant. Referebantur autem hæc ad Cererem. Quidam autem per famam fieri solita vatici-*
E *nia, quæ Philochorus dicit Cererem invenisse. Sophocles in Achæorum Concilio.* Pollux *lib.* X. *c.* XXX. Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιῶν Συλλόγῳ·

Ὡς ναυφύλακες νυκτέρου ναυκληρίας
Πλήκτροις ἀπευθύνουσιν οὐρίαν τρόπιν.

Sophocles in Achæorum Concilio:

Velut navium custodes per nocturnam navigationem
Contis dirigunt secundantem navim.

Scholiastes Pindari *Isthmionic.* Od. II. Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιῶν Συλλόγῳ·

Οὐδ' ἐν θρήνοισι γραμμάτων πτυχὰς ἔχων,
F Νέμει τίς, οὗ πάρεστι τίς ξυνώμοσε.

Sophocles in Achæorum Concilio:

Nec in lamentis litterarum plicas habens,
Tribuit aliquis, ubi adest quis conjurarit.

Hesychius alibi simpliciter Σύλλογον, *Concilium*, laudat. Ἐκκεκόπηται, ἐξήρτηται. Σοφοκλῆς Συλλόγῳ. *Excisus est, suspensus est. Sophocles in Concilio.*

ΑΧΑΙΩΝ ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΣ.

Athenæus *lib.* I. Καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀχαιῶν Συνδείπνῳ·

Ἀλλ' ἀμφὶ θυμῷ τὴν κάκοσμον οὐραίαν

A Ερρίψεν, ὐδ' ἥμαρτε. περὶ δ' ἐμῷ κάρᾳ
Κατάγνυται τὸ τεῦχος ὐ μύρυ πνέον,
Εδειματώμλω δ' ὐ φίλης ὀσμῆς ὕπο.

Et Sophocles autem in Achivorum Convivio:

Sed præ ira graviter olentem matulam
Jecit, nec erravit: meum namque ad caput
Vas rumpitur non unguento fragrans,
Exterritus autem fui non amico odore.

Et *lib.* VIII. Τινὲς ϗ τὸ Σοφοκλέυς δρᾶμα κτ̃ τὸ ὐδέτερον ἐπιγράφειν ἀξιῦσι Συώδειπνον. *Quidam etiam Sophoclis fabulam in neutro genere inscribendam censent Convivium.* Hesychius Σύνδειπνον tantum vocat. Αζειῶται, ἔθνος τ̃ Τρωάδος. Σοφοκλῆς Συωδείπνῳ. *Aziotæ, gens Troadis. Sophocles in Convivio.*

B

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΕΡΑΣΤΑΙ.

Zenobius *Cent.* V. *Proverb.* LVIII. Ο παῖς τ̃ κρύσαλλον. ἐπὶ τ̃ μήτε κατέχειν δυναμένων, μήτε μεταθεῖναι βυλομένων, ἡ παροιμία εἴρηται. μέμνηται αὐτῆς Σοφοκλῆς Αχιλλέως Ερασαῖς. *Puer glaciem: de illis qui neque continere possunt, neque transponere volunt, proverbium dictum est. Meminit ejus Sophocles in Achillis Amatoribus.* Athenæus *lib.* IX. Σοφοκλῆς μὲν γὰρ ἐν Αχιλλέως Ερασαῖς, ἐπὶ κυνὸς ἔταξε τὔνομα, ἀπὸ τῦ σῦς ἀγρεύειν λέγων.

C Σὺ δ' ὦ σύαγρε, παλιωτικὸν βρέφος.

Nam Sophocles quidem in Achillis Amatoribus, de cane posuit vocabulum, ideo quod sues venetur dicens:

Tu autem o suum venator, piscatorius fœtus.

Scholiastes Apollonii *lib.* IV. Ο τ̃ Αἰγίμιον ποιήσας, ἐν δευτέρῳ φησὶν, ὅτι ἡ Θέτις εἰς λέβητα ὕδατος ζέοντα ἐνέβαλε τὺς ἐκ Πηλέως γενομένυς αὐτῇ παῖδας, βυλομένη εἰδέναι εἰ θνητοί εἰσιν. ἑτέρυς δὲ εἰς πῦρ, ὡς Απολλώνιος φησί. ϗ δὴ πολλῶν διαφθαρέντων, ἀγανακτῆσαι τ̃ Πηλέα, ϗ κωλῦσαι τ̃ Αχιλλέα ἐμβληθῆναι εἰς λέβητα. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Αχιλλέως Ερασαῖς φησὶν ὑπὸ Πηλέως λοιδορηθεῖσαν τ̃ Θέτιν καταλιπεῖν αὐτόν. *Qui*

D *Ægimium fecit, in secundo ait, Thetin in lebetem aquæ ferventem injecisse ex Peleo natos sibi pueros, volens cognoscere an mortales essent; alios autem in ignem, ut Apollonius dicit; multisque consumtis ægre tulisse Peleum, & probibuisse ne Achilles injiceretur in lebetem. Sophocles autem in Achillis Amatoribus inquit ab Peleo objurgatam Thetin reliquisse illum.* Scholiastes Pindari *Nemeonic.* Od. III. postquam civitatis Sophoclem *Troilo*, addit. Καὶ ἐν Αχιλλέως Ερασαῖς.

Τίς γάρ με μόχθος ὐκ ἐπεςάτει;
Λέων, δράκων τε, πῦρ, ὕδωρ.

E *Et in Achillis Amatoribus:*

Quis enim labor non imminet mihi?
Leo, dracoque, ignis, aqua.

Iterum *ad Odam* VI. Καὶ Σοφοκλῆς ἐν Αχιλλέως Ερασαῖς.

—— ἢ δορὸς διχόςομον
Πλᾶκτρον. ——

Et Sophocles in Achillis Amatoribus:

—— *seu hastæ anceps*
Plectrum. ——

Meminit quoque Scholiastes Aristoph. *ad Ranas*, & *Vespas*. Sine Poetæ nomine laudat Hesychius.

F Ομμάτειος πόθος, διὰ τὸ ἐκ τῦ ὁρᾶν ἁλίσκεσθαι ἔρωτι. ἐκ γὰρ τῦ ἐσορᾶν, γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν. ϗ ἐν Αχιλλέως Ερασαῖς ὀμματοπάλογχα φησιν. *Oculorum desiderium, quia ex videndo capimur amore. Ab inspiciendo enim, oritur hominibus amare. Et in Achillis Amatoribus oculorum venabula dicit.* Elegans ex hac ipsa fabula fragmentum exstat apud Stobæum *Ser.* LXII.

Ερωτος γὰρ νόσημα τῦτ' ἐφήμερον κακόν.
Εχοιμ' ἂν αὐτὸ μὴ κακῶς ἀπεικάσαι,
Οταν πάγυ φανέντος αἰθρίυ, χερσὶ
Κρύσαλλον ἁρπάσωσι παιδιαῖς ἄγη,
Τὰ πρῶτ' ἔχυσιν ἡδονὰς ποτ' ἐνίυς.
Τέλος δ' ὁ χυμὸς ὐδ' ὅπως ἀφῆ θέλει,
Οὔτ' ἐν χεροῖν τὸ κτῆμα σύμφορον μένειν.
* ὔτε τὺς ἐρῶντας αὐτὸς ἵμερος,
Δρᾶν ϗ τὸ μὴ δρᾶν πολλάκις προΐεται.

Ægritudo enim amoris ista quotidianum malum.
Quare non inepte ipsum comparaverim,
Quum oborto gelu sereno, manibus
Glaciem arripiunt ludicris per frusta;
Primo habent voluptates forsan aliquas.
Tandem vero tabes neque vult, ut dimittant,
Neque res est commoda, quæ in manibus maneat.
An non & amantes eadem cupiditas,
Facere & non facere frequenter urget.

Sed primum versum luxatum restituo,

Νόσημα γ' ἔρωτος, τῦτ' ἐφίμερον κακόν.
Ægritudo Amoris, malum hoc optabile.

Penultimum mutilum ita lego,

Οὔτ' ὔτε τὺς ἐρῶντας α.ἵ.
Sic neque amantes e.c.

ΔΑΙΔΑΛΟΣ.

Pollux *lib.* VII. *c.* XXVI. Καὶ τὺς οἰκοδόμυς Ομηρος τέκτονας καλεῖ, ϗ ἀρχιτέκτων εἴρηται παρὰ Πλάτωνι· βιαία γὰρ ἡ ἐν τῷ Σοφοκλέυς Δαιδάλῳ τεκτόναρχος μῦσα. *Et ædificatores Homerus fabros appellat, & architecton dictus est apud Platonem. Dura enim in Sophoclis Dædalo fabris imperans musa est.* Hesychius. Γοργάδων, ἁλιάδων, Δαιδάλῳ σοφοκλῆς. *Γοργάδων, cymbarum, in Dædalo Sophocles.* Iterum alio quodam loco, sed corruptis hodie verbis. Εσέφθλω, ἐσεβάσθλω, ἡσύχασα, ἠχύνθλω. Σοφοκλῆς παιδάλῳ. *Cultus sum, observatus sum, quievi, erubui. Sophocles in Pædalo.* Rescribendum, Σ. Δαιδάλῳ, *S. in Dædalo.* Et Casaubono etiam in mentem venisse animadverto.

ΔΑΝΑΗ.

Hesychius. Αφροδισία ἄγρα. Σοφοκλῆς Δανάῃ.

Γόνον τε μήλων, κ' ἀφροδισίαν ἄγραν.

Venerea venatio. Sophocles in Danae:

Proventumque malorum, & veneream venationem.

Laudatur quoque a Stobæo *Serm.* X. & Suida *in* Πεῖρα.

ΔΙΟΝΥΣΙΑΚΟΣ.

Hesychius. Θωχθεὶς, θωρηχθεὶς, μεθυσθεὶς Σοφοκλῆς Διονυσιακῷ. Θωχθεὶς, *lorica munitus, ebrius. Sophocles in Dionysiaco.*

ΔΟΛΟΠΕΣ.

Etymologici Auctor. Εὐναῖος, ἐγκεκρυμμένος. Σοφοκλῆς Δόλοψιν.

Εὐναῖος εἴη δραπέτlω σέγlω ἔχων.

In cubili qui est, absconsus. Sophocles in Dolopibus.

Occultus sit fugitivum tectum habens.

Hesychius. Εὐναῖος λαγώς. Σοφοκλῆς Δόλοψι. καταπτηχής. *In cubili lepus. Sophocles in Dolopibus. perterrefactus.*

ΕΛΕΝΗ.

Scholiastes Aristophanis *Equitibus*. Εςὶ γῦν ἀπὸ Σοφοκλέυς Ελένης.

Εμοὶ δὲ λῷςον αἷμα ταύρυ γ' ἐκπιεῖν,
Καὶ μὴ γε πλείω τ̃ δ' ἔχειν δυσφημίας.

Est itaque ex Sophoclis Helena:

Mihi autem optimum sanguinem tauri ebibere,
Et non plus habere maledicentiæ.

Sed puto mutilum istum locum, ac verbum unicum excidisse. Nam ab Helenæ nomine tres Tragœdias poeta inscripserat; fuitque titulus unius,

ΕΛΕΝΗΣ ΑΠΑΙΤΗΣΙΣ.

Ejus meminit Strabo *lib.* XIV. Λέγει δ' αὐτὸ Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης Ἀπαιτήσει· ὡς εἱμαρμένον εἴη ἀποθανεῖν, ὅταν κρείττονι ἑαυτοῦ μάντει περιτύχῃ. *Dicit autem illud Sophocles in Helenæ Repetitione: tanquam fatale esset mori, quando meliorem se vatem offenderet.* Loquitur autem de Calchante. Hesychius. Ἀναχαιτίζει, ἀναπείθει, ἀναχαλινοῖ, ἀνακρούεται, ἀναποδίζει. κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἵππων Σοφοκλῆς Ἑλένης Ἀπαιτήσει. *Lascivit, refragatur, frænum detrahit, repulsat, calcitrat: proprie vero de equis. Sophocles in Helenæ Repetitione.* Erotianus. Θράσσει. Βακχεῖος φησὶ, κινεῖ, νύττει. Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος, ἐρεθίζει. ἔστι δὲ ὀχλεῖ. ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης Ἀπαιτήσει φησί. *Perturbat. Bacchæus ait, movet, pungit. Heraclides Tarentinus, irritat. Est autem turbat. Quemadmodum & Sophocles in Helenæ Repetitione dicit.* Deinde fragmentum inde profert, sed adeo corruptum, ut sine melioris libri ope non facile restitui possit. Altera erat

ΕΛΕΝΗΣ ΑΡΠΑΓΗ.

Scholiastes Poetæ, in *Argumento Ajacis Lorarii.* Τὸ δρᾶμα τῆς Τρωϊκῆς ἐστι πραγματείας, ὥσπερ οἱ Ἀντηνορίδαι, καὶ Αἰχμαλωτίδες, καὶ Ἑλένης ἁρπαγή. *Scena est Trojanæ rationis, sicut Antenoridæ, & Captivæ, & Helenæ raptus.* Tertia vero,

ΕΛΕΝΗΣ ΓΑΜΟΣ.

Athenæus *lib.* III. Σοφοκλῆς δ' Ἑλένης Γάμῳ τροπικῶς τῷ τοῦ δένδρου ὀνόματι τὸν καρπὸν ἐκάλεσεν, εἰπών.

—— πέπων δ' ἐρινὸς ἀχρεῖος ὢν
Ἐς βρῶσιν, ἄλλους ἐξερινάζεις λόγῳ.

Sophocles autem in Helenæ Nuptiis figurate arboris nomine fructum appellavit, dicens:

—— immatura caprificus nec idonea existens
Cibo, alios oratione caprificas.

ΕΠΙΓΟΝΟΙ.

Cicero *De Opt. Gen. Orat. Nec Andromacham, aut Antiopam, aut Epigonos Latinos recipiant, sed tamen Ennium, & Pacuvium, & Accium potius, quam Euripidem, & Sophoclem, legunt.* Scholiastes Sophoclis *ad Oedipum Colonensem.* Τὸ κοῖλον Ἄργος· πολλαχοῦ τὸ Ἄργος κοῖλόν φησι, καθάπερ καὶ ἐν Ἐπιγόνοις·

Τὸ κοῖλον Ἄργος οὐ κατοικήσαντ' ἔτι.

Cavum Argos. Sæpius Argos cavum dicit, quemadmodum etiam in Posteris:

Cavum Argos non amplius habitantem.

ΕΡΕΧΘΕΥΣ.

Commemoratur ex ea Fabula iste versus a Stobæo, *Serm.* LVII.

Ναῦς ἡ μεγίστη κρεῖσσον, ἢ μικρὸν σκάφος.
Navis maxima melius, quam parva scapha.

ΕΡΙΣ.

Vide infra in Ἰρις.

ΕΡΙΦΥΛΗ.

Clemens *Strom.* VI. Λάβοις δ' ἂν ἐκ παραλλήλου τῆς κλοπῆς τὰ χωρία, κἀκ τῶν συνακμασάντων καὶ ἀνταγωνισαμένων σφίσι, τὰ τοιαῦτα. Εὐριπίδου μὲν ἐκ τοῦ Ὀρέστου.

Ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον, ἐπίκουρον νόσου.

Σοφοκλέους ἐκ τῆς Ἐριφύλης.

Ἄπελθ' ἐκείνης ὕπνον ἰατρὸν νόσου.

Sumas autem ex apposito furti locos, etiam ex illis qui eodem viguerunt tempore & inter se certaverunt, tales; Euripidis quidem ex Oreste:

O amicum somni oblectamentum, auxilium morbi.

Sophoclis ex Eriphyle:

Abi ad somnum, qui morbo huic medebitur.

Laudat etiam pluries Stobæus.

ΕΥΜΗΛΟΣ.

Citat Hesychius, sed loco hodie depravatissimo. Αἵματος ἆσαι Ἄρηα, αἵματος κορέσαι τὸ δόρυ, ἢ αἵματι μολῦναι καὶ χρῶσαι αὐτό. ἄση γὰρ ἡ ῥυπαρία· ὅθεν καὶ ἀσάμεθα, ἐν ᾗ τὴν ἄσην μινύθοντες * ἐνεορεῖ. Σοφοκλῆς Εὐμήλῳ. *Sanguine satiare Martem, sanguine satiare hastam, sive sanguine inquinare & colorare illam.* ἄση *enim illuvies; unde etiam verbum* ἀσάμεθα *satiati sumus, in qua fastidium minuentes * inspicit. Sophocles in Eumelo.* Restituo, Ὅθεν καὶ ἀσάμινθος, ἐν ᾗ τὴν ἄσην μινύθοντες ἐλούοντο. Σοφοκλῆς Ε. *Unde etiam solium balneatorium, in quo fastidium minuentes lavabantur. Sophocles E.* Harpocration in doctissimo suo *Lexico* itidem hanc tragœdiam citat. Καθελών, Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους φησίν· ἢ ἐν ὁδῷ καθελών, ἀντὶ τοῦ ἀνελών, ἢ ἀποκτείνας· ἐχρήσαντο δὲ οὕτω τῷ ὀνόματι καὶ ἄλλοι· ὡς καὶ Στησίχορος ἐν Ἰλίου Πέρσει, καὶ Σοφοκλῆς ἐν Εὐμήλῳ. *Occidens, Demosthenes in oratione contra Aristocratem ait. Sive in via occidens, pro interficiens, seu trucidans. Usi sunt autem etiam alii ita hoc nomine: quomodo & Stesichorus in Ilii Excidio, & Sophocles in Eumelo.*

ΕΥΡΥΑΛΟΣ.

Apud Parthenium in inscriptione Capitis tertii. Περὶ Εὐίππης ἱστορεῖ Σοφοκλῆς Εὐρυάλῳ. *De Euippe narrat Sophocles in Euryalo.*

ΕΥΡΥΣΑΚΗΣ.

Hesychius. Ἀδόξαστον, ἀνέλπιστον. Σοφοκλῆς Εὐρυσάκει. *Ignobilem, insperatum. Sophocles in Eurysace.*

ΖΟΣΤΗΡΕΣ.

Pollux *lib.* VII. *c.* XIV. Ὁ, περὶ τῆς Ἀμαζόνος ζωστήρ, ὃ ἐν τοῖς Σοφοκλέους Ζωστῆρσιν ἐπιζώστρα. *Amazonis Baltheus, & cingulum superius in Sophoclis Baltheis.*

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Extat.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Hesychius. Κύκλους, καὶ τροχοὺς, τὰ τείχη· τροχὸν δὲ, τὸ τεῖχος. ὡς Σοφοκλῆς Ἡρακλεῖ. Κυκλώπειον τροχόν. *Circulos, & orbes, muros: orbem autem, murum. Sicut Sophocles in Hercule. Cyclopium orbem.* Stephanus *in* χώρα. Σοφοκλῆς Αἰγεῖ Ἐκλυομένῳ.

—— οὐκ ἔγωγε χωρίτην γ' ὁρῶ.

Καὶ ἐν Ἡρακλεῖ.

Στρέφουσι κρήνης φύλλα χωρίτην ὄφιν.

Sophocles in Ægeo Exsoluto:

—— non ego agrestem video.

Et in Hercule:

Flectunt fontis folia agrestem serpentem.

Ex hac fabula arbitror esse quæ Strabo profert *lib.* X. Ἀφ' ἧς αἰτίας καὶ μῦθος ἐπλάσθη τις, ὡς Ἡρακλέους καταπολεμήσαντος τὸν Ἀχελῷον, καὶ ἐνεγκαμένου τῆς νίκης ἆθλον τὸν Δηιανείρας γάμον τῆς Οἰνέως θυγατρὸς, ἣν πεποίηκε Σοφοκλῆς, τοιαῦτα λέγουσαν.

Μνηστὴρ γὰρ ἦν μοι ποταμὸς, Ἀχελῷον λέγω.
Ὅς μ' ἐν τρισὶ μορφαῖσιν ἐξῄτει πατρὸς,
Φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος
Δράκων ἑλικτός· ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύτει
Βούπρωρος.

Ex qua causa etiam fabula quædam ficta est, quasi debellaverit Acheloum Hercules, & reportaverit victoriæ præmium Deianiræ Oenei filiæ nuptias, quam fecit Sophocles, talia dicentem:

A *Procus enim erat mihi fluvius, Achelous inquam.*
Qui me in tribus formis petiit a patre,
Incedens manifestus taurus, alias varius
Draco volubilis, alias virili mole
Bovem præ se ferens.

ΗΡΙΓΟΝΗ.

Etymologici Auctor. Τοπάζειν, στοχάζεσθαι, ὑπονοεῖν, καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ηριγόνῃ,

—— ἃ δὲ
Δόξῃ τοπάζω, ταῦτ' ἰδεῖν σαφῶς θέλω.

Conjicere, conjectari, cogitare. Et apud Sophoclem in Erigone,

B —— *quæ vero*
Opinione conjicio, illa videre perspicue volo.

Corruptus est Erotiani de tragœdia hac locus. Ὕποφρον, κρυφαῖον· ὥς φησιν ὁ Ταραντῖνος. μαρτυρεῖ γὰρ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Σμηριγόνῃ, λέγων.

—— νῦν δ' εἴρη ὕποφρος ἐξ αὐτῶν ἕως
Ἀπώλεσέ τε καὶ αὐτὸς ἐξαπώλετο.

Subprudens, occultum; ut inquit Tarentinus. Nam testatur Sophocles in Smerigone dicens;

—— *nunc autem dicam occultus ex illis donec*
Et perdidit & ipse periit.

Rescribendum, Σοφοκλῆς ἐν Ηριγόνῃ, *Sophocles in*
C *Erigone.* Animadvertit mendum etiam Casaubonus

ΘΑΜΥΡΙΣ, sive ΘΑΜΥΡΑΣ.

Pollux *lib.* IV. *c.* X. Μόναυλος, εὕρημα μὲν ἐστιν Αἰγυπτίων. μέμνηται δὲ αὐτοῦ Σοφοκλῆς ἐν Θαμύριδι·

Μάλιστα δ' αὐλεῖ τὸ γαμήλιον. ——

Monaulus, inventum est Ægyptiorum. Meminit ejus Sophocles in Thamyride;

Maxime autem tibia canit carmen nuptiale. ——

Athenæus *l.* IV. Τοῦ δὲ μοναύλου μνημονεύει Σοφοκλῆς μὲν ἐν Θαμύρᾳ. *Monauli autem meminit Sophocles quidem in Thamyra.* Et mox. Μνημονεύει δὲ τοῦ τρι-
D γώνου τούτου καὶ Σοφοκλῆς, ἐν μὲν Μυσοῖς οὕτως·

Πολὺς δὲ Φρὺξ τρίγωνος, ἀντίσπαστά τε
Λυδῆς ἐφυμνεῖ πηκτίδος συγχορδία.

Καὶ ἐν Θαμύρᾳ. *Meminit autem hujus trigoni etiam Sophocles, in Mysis quidem ita;*

Multus autem Phrygius trigonus, & in adversum tracta
Lydi succantat plectri concordia.

Et in Thamyra. Ac laudat rursum *lib.* XIV. Anonymus in *Vita Sophoclis.* Φασὶ δὲ ὅτι καὶ κιθάραν ἀναλαβὼν, ἐν μόνῳ τῷ Θαμύριδι ποτὲ ἐκιθάρισεν. ὅθεν καὶ ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ μετὰ κιθάρας αὐτὸν γεγράφθαι φασί. *Dicunt autem, quod etiam cithara sumta, in*
E *sola Thamyride quandoque citharam pulsaverit, unde quoque in pœcile porticu cum cithara illum depictum esse ajunt.*

ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ.

Laudatur a Stobæo *Serm.* CXIX.

ΘΗΣΕΥΣ.

Suidas. Ὀμπνιον νέφος. μέγα· πολύ. ηὐξημένον. Σοφοκλῆς Θησεῖ. *Ompnios nubes: magna; multa; aucta. Sophocles in Theseo.*

F ΘΥΕΣΤΗΣ.

Scholiastes Euripidis *Phœnissis.* Σοφοκλῆς δὲ ἐν Θυέστῃ ἱστορεῖ, καὶ παρ' Εὐβοεῦσιν ὁμοίαν ἄμπελον εἶναι τῇ ἐν Παρνάσῳ, λέγων οὕτως.

—— ἔστι γάρ τις ἐναλία
Τῆς Εὐβοίας τῆδε Βάκχειος βότρυς.
Ἐπ' ἦμαρ ἕρπει, πρῶτα μὲν λαμπρᾶς ἕω
Κεκλιμάτωται χῶρος εὐανθὴς δέμας·
Εἶτ' ἦμαρ αὔξει μέσον, ὄμφακος τρόπον,
Καὶ κλίνεταί τε, κἀποπερκοῦται βότρυς.
Δείλῃ δὲ πᾶσα τέμνεται βλαστουμένη
Καλῶς ὀπώρα, κἀνακιρνᾶται ποτόν.

Sophocles autem in Thyeste narrat, etiam apud Eubœenses vitem similem esse illi quæ in Parnasso est, dicens ita;

—— *est enim quidam maritimus*
Eubœæ hac Bacchicus racemus
Per diem serpit, primo quidem splendente aurora
Reclinavit locus floridus corpus;
Deinde die medio auget, ad uvæ immaturæ morem,
Et inclinat, & nigrescit uva.
Vesperi autem omnis scinditur germinans
Pulcre autumnus, & miscetur potio.

Protraxi e latibulo suo tam insigne fragmentum, & nitori suo reddidi. Hesych. Ἀκήρυκτον, ἄγνωστον, ἀφανές. Σοφοκλῆς Θυέστῃ. *Præconio non celebratum, ignotum, non splendidum. Sophocles in Thyeste.* Iterum alibi. Ἄλογα, ἄρρητα. Σοφοκλῆς Θυέστῃ. *Non narrata, quæ dici nequeunt. Sophocles in Thieste.* Rursum. Ἀλωπὸς, ἀλωπεκώδης, πανοῦργος. Σοφοκλῆς Θυέστῃ. *Astutus, vulpinus, callidus. Sophocles in Thyeste.* Vide eundem in Ἀντιπρῶσιν, Ἀπείρονας, Ἀπόθεα, Ἀτηλῆ, & locis aliis pluribus; item Stobæum *Serm.* XXIX. & in *Ecl. Phys.* cap. VIII. Sed duæ hoc nomine Tragœdiæ erant; unaque inscripta,

ΘΥΕΣΤΗΣ ΣΙΚΥΩΝΙΟΣ.

Hesych. Ἀποπλήκτῳ ποδί· μανιώδει. Σοφοκλῆς Θυέστῃ Σικυωνίῳ. *Stupente pede; stulto. Sophocles in Thyeste Sicyonio.* Iterum. Ἐπαίνους, τὰς κρίσεις, καὶ τὰς συμβουλίας, καὶ τὰς ἀρχαιρεσίας. Σοφοκλῆς Θυέστῃ Σικυωνίῳ. *Laudes, judicia, & consultationes, & comitia. Sophocles in Thyeste Sicyonio.* Vide item in Αὐτόμοιρος, & Αὐτόφορτοι. Hæc ipsa est, quæ ΘΥΕΣΤΗΣ Ο ΕΝ ΣΙΚΥΩΝΙ illi dicitur. Ἀμόρφωτον, ἀδιατύπωτον. Σοφοκλῆς Θυέστῃ τῷ ἐν Σικυῶνι. *Informatum, non insignitum Sophocles in Thyeste qui in Sicyone.* Altera erat,

ΘΥΕΣΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ecce tibi apud eundem Hesychium. Ἀφοσιωμέναι, ἀνόσιαι, ἄποθεν τοῦ ὁσίου γεγενημέναι· Σοφοκλῆς Θυέστῃ δευτέρῳ. *Abominabiles, impiæ, procul a sacro versatæ. Sophocles in Thyeste secundo.* Iterum. Ἡγόμην, δῆγον. Σοφοκλῆς Θυέστῃ δευτέρῳ. *Ducebam, tradebam, Sophocles in Thyeste secundo.*

ΙΛΙΟΥ ΑΛΩΣΙΣ.

Strabo, *lib.* XIII. Σοφοκλῆς γοῦν ἐν τῇ Ἀλώσει τοῦ Ἰλίου, παρδαλέαν φησὶ πρὸ τῆς θύρας τοῦ Ἀντήνορος προτεθεῖσθαι, σύμβολον τοῦ ἀπόρθητον ἐασθῆναι τὴν οἰκίαν. *Sophocles igitur, in Expugnatione Ilii, pardi pellem dicit ante fores Antenoris positam fuisse, in signum inviolabilis relinquendæ domus.*

ΙΝΑΧΟΣ.

Dionysius Halicarnasseus *Antiquit. Rom.* lib. I. Σοφοκλεῖ δ' ἐν Ἰνάχῳ δράματι ἀνάπαιστον ὑπὸ τοῦ χοροῦ λεγόμενον πεποίηται ὧδε,

Ἴναχε γεννᾶτορ, παῖ κρηνῶν
Πατρὸς Ὠκεανοῦ, μέγα πρεσβεύων
Ἄργους τε γύαις, Ἥρας τε πάγαις,
Καὶ Τυρσηνοῖσι Πελασγοῖς.

Sophocles autem in Inacho fabula anapæsticum ab choro dictum fecit tale,

Inache genitor, fili fontium
Patris Oceani, magnos honores habens
Et in Agri arvis, Junonisque collibus,
Et Tyrrhenis Pelasgis.

Hunc locum respexit Scholiastes Apollonii *Argonaut.* lib. I. Ὅτι δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ Ἀργεῖοι ἐκαλοῦντο Πελασγοὶ, Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ φησί. *Quod vero etiam*

ipsi Argivi vocabantur Pelasgi, Sophocles in Inacho ait. Scholiastes Æschyli *ad Prometheum*. Δόναξ, ἡ συριξ. Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ καὶ ᾄδοντα αὐτὸν εἰσάγει. *Arundo, calamus. Sophocles in Inacho etiam canentem illum inducit*. Scholiastes Aristophanis *Pluto*. Τὸν Πλοῦτον, Πλούτωνα εἶπε παίζων· ἢ ὅτι καὶ Πλούτωνα αὐτὸν ὑποκοριστικῶς ἐκάλεσεν, ὡς Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ· A

—— Πλούτωνος δ' ἐπείσοδος.

Καὶ πάλιν·

Τοιόνδ' ἐμὸν Πλούτων' ἀμεμφίας χάριν.

Plutum, Plutonem dixit illudens: sed quod etiam Plutonem ipsum subextenuando vocaverit, sicut Sophocles in Inacho:

—— *Plutonis autem ingressio*. B

Et rursus:

Talem autem meum Plutonem irreprehensionis gratia.

Et *Equitibus*. Τοιοῦτος γὰρ ἐγένετο, καὶ ἦν παρόμοιος χώνῃ. ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ. *Talis enim erat, & erat simile infundibulum: quemadmodum quoque Sophocles in Inacho*. Laudatque rursum *ad Aves*. Hesychius. Ἄναντα, ἀνωφερῆ, ὑψηλά. τινὲς δὲ, τὰ μὴ βεβρεγμένα. Σοφοκλῆς δὲ Ἰνάχῳ, τὰ μὴ κεκολλημένα. *Ardua, sursum tendentia, alta: quidam vero, non irrigata. Sophocles vero in Inacho, non conglutinata*. Emendandus idem *in* Ἀλωπῶς. Σοφοκλῆς Θυέστῃ, καὶ Ἰνάχῳ. *Sophocles in Thyeste, & Inacho*. Hodie editur, Σ. Θυέστῃ καὶ Ἰάχῳ, *S. in Thyeste & Iacho*. Et hoc Casaubono item observatum video. Nominat porro idem Grammaticus locis pluribus. Athenæus *lib*. XV. Καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ, Ἀφροδισίαν εἴρηκε τὴν λάταγα. *Et Sophocles in Inacho, Veneream dixit latagem*, vel *guttam cottabi*. Pollux *lib*. X. *c*. V. Μέρη δὲ πόλεως, καὶ πανδοκεῖον, καὶ ξενών. καὶ ὡς ἐν Ἰνάχῳ Σοφοκλῆς, C

—— πάνδοκος ξενόστασις.

Partes autem urbis, & receptaculum commune, & hospitium: & sicut in Inacho Sophocles,

—— *communis statio peregrinorum*. D

Ι Ν Ω.

Hesychius. Ἄλυτον, ἀκατάλυτον, ἀκατάπαυστον. Σοφοκλῆς Ἰνοῖ. *Insolutum, inremissum, indesinens. Sophocles in Ino*.

Ι Ξ Ι Ω Ν.

Scholiastes Apollonii initio *lib*. IV. Καὶ τὸ δνοφερὸν ὕδωρ παρὰ τὸ νέφος πεποίηται. καὶ παρὰ τὸ ἴψαι Σοφοκλῆς ἐν Ἰξίονι δίψιον φησὶ τὸ βεβλαμμένον. *Et atra aqua ab nebula effecta est: & a nocendo Sophocles in Ixione siticulosum dicit læsum*. E

Ι Ο Β Α Τ Η Σ.

Hesychius. Ἀφύλλωτον πέτραν, ἄπορον, ἄδενδρον, οἷον λεωπετρίαν. Σοφοκλῆς Ἰοβάτῃ. *Non foliatam petram, aditu difficilem, non arboribus vestitam, quasi undique impendentem. Sophocles in Iobate*.

Ι Ο Κ Λ Η Σ.

Julius Pollux *lib*. X. *c*. VIII. Καὶ τυλεία δὲ παρ' Εὐπόλιδί ἐστιν ἐν τοῖς Κόλαξι. καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ Ἰοκλεῖ. *Sed stragula etiam apud Eupolidem est in Adulatoribus: & apud Sophoclem in Iocle*. F

Ι Ο Λ Α Ο Σ.

Scholiastes Aristophanis *Equitibus*. Ταῦτα δὲ παρὰ Σοφοκλέους ἐξ Ἰολάου. *Hæc autem apud Sophoclem ex Iolao*.

Ι Π Π Ο Δ Α Μ Ε Ι Α.

Laudatur a Stobæo, *Serm*. XXVII.

Ι Π Π Ο Λ Υ Τ Ο Σ.

Arrianus *in Epictetum lib*. I. *c*. XXVIII. Καὶ ποία τραγῳδία ἄλλην ἀρχὴν ἔχει; Ἀτρεὺς Εὐριπίδου, τί ἐστι; τὸ φαινόμενον. Οἰδίπους Σοφοκλέους, τί ἐστι; τὸ φαινόμενον. Φοῖνιξ; τὸ φαινόμενον. Ἱππόλυτος; τὸ φαινόμενον. *Et quænam tragœdia aliud initium habet? Atreus Euripidis, quid est? id quod apparet. Oedipus Sophoclis, quid est? id quod apparet. Phœnix? id quod apparet. Hippolytus? id quod apparet*.

Ι Π Π Ο Ν Ο Ο Σ.

Hesychius. Ἀπαλέξασθαι, ἀποφυλάξασθαι. Σοφοκλῆς Ἱππόνῳ. *Propulsavisse, defendisse. Sophocles in Hipponoo*. Iterum. Ἀπαρθένευτος, ἀκέραιος, καθαρά. Σοφοκλῆς Ἱππόνῳ. *Non devirginata, intacta, pura. Sophocles in Hipponoo*. Clemens *Strom*. VI. Καὶ μὴν Εὐριπίδου μὲν ἐξ Ἀλεξάνδρου.

Χρόνος δὲ δείξει, ᾧ τεκμηρίῳ μαθὼν,
Ἢ χρηστὸν ἄνδρα γνώσομαί σε, ἢ κακόν.

Σοφοκλέους δὲ ἐξ Ἱππόνου.

Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδέν, ὡς ὁ πάνθ' ὁρῶν
Καὶ πάντ' ἀκούων, πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.

Atqui Euripidis quidem ex Alexandro,

Tempus autem indicabit, quo signo edoctus,
Seu benignum virum agnoscam te, seu malum.

Sophoclis autem ex Hipponoo,

Ad hæc occulta nihil, ut omnia videns
Et omnia audiens, omnia explanat tempus.

Corruptus est Stephani locus *in* Ὤλενος. Σοφοκλῆς ἐν Ἱππῶνι,

Ἐξ Ὠλένου γῆς φορβάδος κομίζομαι.

Sophocles in Hippone,

Ex Oleno terra fœcunda vehor.

Item Pollucis *lib*. IV. *c*. XVI. Σοφοκλῆς δὲ αὐτὸ ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν ἁμίλλης ποιεῖ σπανιάκις, ὥσπερ ἐν Ἱππῶνι. *Sophocles autem illud propter contentionem, quæ ei cum illo fuit, facit rarenter, velut in Hippone* Utrobique pro ἐν Ἱππῶνι, *in Hippone*, repone, ἐν Ἱππόνῳ, *in Hipponoo*.

Ι Ρ Ι Σ.

Athenæus *lib*. XIV. Σοφοκλῆς Ἴριδι,

Ἐγὼ δὲ πεινῶσ' αὖ πρὸς ἴτρια βλέπω.

Sophocles in Iride.

Ego vero esuriens ad dulciaria respicio.

Corruptus est Hesychii locus. Εὔωρος γάμος. Σοφοκλῆς Ἔριδι. ἤτοι ὥριος, ἢ ὀλίγωρος. *Tempestivæ nuptiæ. Sophocles in Contentione: seu maturæ, seu neglectæ*. Rescribe omnino, Σοφοκλῆς Ἴριδι, *Sophocles in Iride*. Idque etiam Casaubono placuisse video.

Ι Φ Ι Γ Ε Ν Ε Ι Α.

Aristoteles in libello *de Poetica*, cap. XIII. Πασῶν δὲ βελτίστη ἀναγνώρισις, ἡ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων τῆς ἐκπλήξεως γιγνομένης δι' εἰκότων· οἷον ἡ ἐν τῷ Σοφοκλέους Οἰδίποδι, καὶ τῇ Ἰφιγενείᾳ. *Omnium vero optima declaratio, quæ est ex ipsorum factorum stupore moto per verisimilia: quale in Sophoclis Oedipo, & Iphigenia*. Hesychius. Ἀκρουχεῖ, Ἄκρον ἔχει. Ἄκρον δὲ ὄρος τῆς Ἀργείας, ἐφ' οὗ Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο Μελάμπους, καθάρας τὰς Προιτίδας. Σοφοκλῆς Ἰφιγενείᾳ. *Acrum habet. Acrum autem mons Argiæ, in quo Dianæ templum condidit Melampus, quum purgavisset Prœtidas. Sophocles in Iphigenia*. Iterum. Ἀπυνδάκωτος, ἀπυθμενος. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ, ἐν δὲ Ἰφιγενείᾳ, πύνδακα τοῦ ξίφους, τὴν λαβὴν ἔφη. *Fundo carens, solo destitutus: Sophocles in Triptolemo: in Iphigenia autem, fundum gladii, capulum dicit*. Ita scribo. Male editur, Πένδακα τῆς ξ. *Pendaca g*. Rursum alibi, Βασιλὴ, βασιλεία. Σοφοκλῆς Ἰφιγενείᾳ. *Regia, trisyllabum pro quadrisyllabo. Sophocles in Iphi-*

A *Iphigenia*. Athenæus initio *lib.* XII. Ὁμοίως φησὶ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰφιγενείᾳ·

Νόει πρὸς ἀνδρὶ σῶμα πουλύπου ὅπως
Πέτρᾳ τραπέσθαι γνησίου φρονήματος.

Similiter dicit quoque Sophocles in Iphigenia;

Cogita ad virum corpus polypi quemadmodum
Ad petram vertatur ingenua mente.

Erotianus *in* Ὑποφρον. Μέμνηται ὁ αὐτὸς (Σοφοκλῆς) καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ. *Meminit ipse (Sophocles) & in Iphigenia*. Meminit Stobæus etiam *Serm.* XXX. item Suidas *in* Πενθερά. Sed plena inscriptio videtur fuisse,

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Η ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ.

B Ita laudat Hesychius. Ἀπαρθένευτα, οὐ πρέποντα παρθένοις. Σοφοκλῆς Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι. *Devirginata, quæ virgines non decent. Sophocles Iphigenia in Aulide.*

ΙΦΙΚΛΕΙΑ, an ΙΦΙΚΛΗΣ.

Scholiastes ejus *ad Oedipum Colonensem*. Φοίβου τε καὐτοῦ Ζηνός. δοκεῖ γὰρ ὁ Ἀπόλλων παρὰ Διὸς λαμβάνειν τοὺς χρησμούς, ὡς καὶ ἐν Ἰφικλείᾳ φησί. *Phœbi & ipsius Jovis. Videtur enim Apollo a Jove accipere oracula, ut & in Iphiclea dicit*. Sed Iphicleam adhuc quæro, ut ingenue verum fatear; neque alibi nomen ejus observasse memoria teneo. Legendum potius, Καὶ ἐν Ἰφικλεῖ φησί, *& in Iphicle dicit*. Notus est Iphicles, Herculis frater, Iolai pater; ut & illum utrunque propria Tragœdia celebravit, ita huic quoque fecisse non injuria putari potest. Ac fortasse duplex in eum Tragœdia fuerit, hicque prior designabitur, & legendum nobis erit, Ἐν Ἰφικλεῖ α΄ φησί, *in Iphicle priore dicit*. Ita ab eodem hoc Poeta sunt, Ἀθάμας πρῶτος, Ἀθάμας δεύτερος. Θυέστης πρῶτος, sive Σικυώνιος, Θυέστης δεύτερος. Συνωνύμων πρῶτος, Συνωνύμων δεύτερος. Τυρὼ πρώτη, Τυρὼ δευτέρα. Φινεὺς δεύτερος.

ΙΧΝΕΥΤΑΙ.

Athenæus *lib.* II. Ἀττικοὶ δ᾽ εἰσὶν οἱ λέγοντες ὅρμενον τὸν ἀπὸ τῆς κράμβης ἐξηνθηκότα. Σοφοκλῆς Ἰχνευταῖς.

Καξορμενίζει, κοὐκ ἐπισχολάζεται.

Attici vero sunt qui dicunt ὅρμενον (*coliculum, cymam*) *quod ex brassica effloruit. Sophocles in Investigatoribus;*

Et coliculos emittit, nec inibi cessat.

Sed plena inscriptio erat, ΙΧΝΕΥΤΑΙ ΣΑΤΥΡΩΝ. Pollux *lib.* X. *c.* VII. Σοφοκλῆς δ᾽ ἐν Ἰχνευταῖς Σατύρων ἔφη.

Εὐήλατα ξύλα τρίγομφα διατορῶσαι δεῖ.

Sophocles vero in Investigatoribus Satyrorum dixit;

Ligna impacta trium clavorum perforare oportet.

Hesychius. Ἀπενώτισαν, ἀπέστρεψαν τὰ νῶτα. Σοφοκλῆς Φινεῖ. *Fugerunt, verterunt terga. Sophocles in Phineo.* Iterum. Ἀρτύμασι, τοῖς πρὸς τὴν θυσίαν εὐτρεπιζομένοις. Σοφοκλῆς Φινεῖ. *Condimentis, quæ ad sacrificium parantur. Sophocles in Phineo.* Et rursum alibi. Καταρράκτης, ὀχετὸς, ῥύαξ, καὶ ὁ ἀετός. Σοφοκλῆς Λαοκόωντι. καὶ τὰς ἁρπυίας, ἐν Φινεῖ. *Cataracta, canalis, rivus, & aquila. Sophocles in Laocoonte. Et harpyias, in Phineo.* Ac respexit Apollonii Scholiastes *l.* II. Καὶ ἕτερον τοῦτον φασὶ τὸν Φινέα, ἕβδομον ὄντα ἀπὸ Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος, πρὸς ὃν ἀπήντησαν οἱ ἥρωες. πηρωθῆναι δὲ αὐτὸν, ὅτι ἐπεβούλευσε Περσεῖ. Σοφοκλῆς δὲ, ὅτι τοὺς ἐκ Κλεοπάτρας υἱοὺς ἐτύφλωσεν, Ὤρυιθον καὶ Κράμβιν, πεισθεὶς διαβολαῖς Δίας τῆς αὐτῶν μητρυιᾶς. *Et alium hunc dicunt Phineum, septimum ab Phœnice Agenoris filio, ad quem venerunt heroes: cæcum autem illum factum fuisse, quod insidiatus erat Perseo. Sophocles autem, quod Cleopatræ filios excæcaverat, Oryithum &*

F

Crambin, persuasus calumniis Diæ ipsorum novercæ. Verum enimvero geminum hoc nomine drama observo; atque uni titulus iste fuit,

ΦΙΝΕΥΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Ecce apud Stephanum *in* Βόσπορος. Σοφοκλῆς δ' ἐν Φινεῖ πρώτῳ, διὰ διφθόγγου τὴν πρὸ τέλους φησὶ τὸ κύριον·

Οὐδ' ἂν τὸ Βοσπόρειον ἐν Σκύθαις, ὕδωρ.

A

Sophocles autem in Phineo primo, per diphthongum effert penultimam in proprio nomine;

Nec Bosporeia in Scythis aqua.

Alteri,

ΦΙΝΕΥΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Hesychius. Ἀχάλκευτα τρύπανα, τὰ Φρύγια πυρεῖα. Σοφοκλῆς Φινεῖ δευτέρῳ. *Ære carentes terebræ, Phrygia igniaria. Sophocles in Phineo secundo.*

ΦΟΙΝΙΞ.

B

Athenæus circa finem *libri* II. Ταύτην Σοφοκλῆς ἐν Κολχίσι κυνάραν καλεῖ, ἐν δὲ Φοίνικι·

Κυνάρος ἄκανθα πάντα πληθύει γύην.

Hanc Sophocles in Colchisin cynaram vocat, in Phœnice autem;

Cynarus spina omne implet jugerum.

Arrianus *in Epictetum* lib. I. cap. XXVIII. Οἰδίπους Σοφοκλέους, τί ἐστι, τὸ φαινόμενον. Φοῖνιξ; τὸ φαινόμενον. *Oedipus Sophoclis, quid est? quod apparet. Phœnix? quod apparet.*

ΦΡΙΞΟΣ.

C

Stephanus *in* Ἄστυ. Τὸ θηλυκὸν εὑρίσκεται, Προαστία γῆ, ἐν Φρίξῳ Σοφοκλέους·

Ὅρια κελεύθου τῆσδε γῆς προαστίας.

Fæmininum invenitur, suburbana terra, in Phrixo Sophoclis;

Termini viæ terræ hujus suburbanæ.

ΦΡΥΓΕΣ.

Scholiastes Æschyli *ad Prometheum.* Μή τι χλιδῇ. σιωπῶσι παρὰ ποιηταῖς τὰ πρόσωπα, ἢ δι' αὐθάδειαν, ὡς Ἀχιλλεὺς ἐν τοῖς Φρυξὶ Σοφοκλέους· ἢ διὰ τὴν συμφορὰν, ὡς ἡ Νιόβη παρ' Αἰσχύλῳ. *Ne quid luxui.*

D

Silent apud poetas personæ, sive per superbiam, quemadmodum Achilles in Phrygibus Sophoclis; sive per calamitatem, sicut Niobe apud Æschylum.

ΦΥΛΕΤΙΔΕΣ.

Aulus Gellius *lib.* XIII. *cap.* XVIII. *Sed etiam ille versus non minus notus.*

Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ.

(*Senex senem ego te erudiero.*)

& in tragœdia Sophoclis scriptus est, cui titulus. Φυλετίδες, *Tribules.* Nauci non est illud ΦΙΛΟΤΙΔΕΣ in Catalogo Casauboni, unde vir magnus non se

E

extricat.

ΧΡΥΣΗΣ.

Ammonius *de Diff. Voc.* in Βωμός. Παρὰ δὲ Εὐριπίδῃ ἐσχάρα ἀντὶ τοῦ βωμοῦ κεῖται, ἐν Πλεισθένει·

Μηλοσφαγεῖτε δαιμόνων ἐπ' ἐσχάραις.

Καὶ Σοφοκλῆς ἐν Χρύσῃ. *Apud Euripidem vero focus pro ara positus est, in Plisthene;*

Oves mactate Deorum in focis.

Et Sophocles in Chryse.

Atque hæc de Fabulis Sophocleis; quas cave omnes unius esse ut existimes: nam tres omni-

F

no hoc nomine Poetæ, & quidem tragici, extitere-runt. Libet dicere accuratius paulo de singulis. Primus fuit Sophili F. Atheniensis e populo Colonensi. Suidas. Σοφοκλῆς, Σοφίλου, Κολωνῆθεν, Ἀθηναῖος, τραγικὸς τεχθεὶς κατὰ τὴν ογ'. Ὀλυμπιάδα. ὡς πρεσβύτερος εἶναι Σωκράτους ἔτη ιζ'. οὗτος πρῶτος τρισὶν ἐχρήσατο ὑποκριταῖς, καὶ τῷ καλουμένῳ τριταγωνιστῇ. καὶ πρῶτος τὸν χορὸν ἐκ πεντεκαίδεκα εἰσήγαγε νέων, πρότερον δυοκαίδεκα εἰσιόντων. προσηγορεύθη δὲ Μέλιττα, διὰ τὸ γλυκύ. καὶ αὐτὸς ἦρξε τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ στρατολογίαν. ἔγραψεν ἐλεγεῖαν τε, καὶ

παιᾶνας, καὶ λόγον καταλογάδην, περὶ τοῦ χοροῦ πρὸς Θέσπιν καὶ Χοίριλον ἀγωνιζόμενος. παῖδες δὲ, οὓς ἔσχεν, εἰσι· Ἰοφῶν, Λεωσθένης, Ἀρίστων, Στέφανος, Μενεκλείδης. τελευτᾷ δὲ μετὰ Εὐριπίδην ἔτει ϛ'. ἐδίδαξε δὲ δράματα ρκγ'. ὡς δέ τινες, καὶ πολλῷ πλείω. νίκας δ' ἔλαβε κδ'. *Sophocles, Sophili filius, ex populo Colonensi, Atheniensis, tragicus, natus* LXXIII. *Olympiade, ut sit natu major Socrate annos* XVII. *Hic primus tribus usus est histrionibus, & ita dicto tritagonista, qui tertias partes agit. Et primus chorum ex quindecim introduxit juvenibus, quum primo duodecim introirent. Cognominabatur autem Melitta, propter dulcedinem. Et ipse incepit fabula contra fabulam certare, sed non exercitus collectionem. Scripsit & elegiam, & pæanas, & librum prosa oratione, de choro contra Thespin & Chœrilum certans. Pueri autem, quos habuit, hi; Iophon, Leosthenes, Ariston, Stephanus, Meneclides. Obiit vero post Euripidem anno* VI. *Docuit autem fabulas* CXXIII. *ut vero nonnulli, & multo plures. Victorias vero accepit* XXIV. Age examinemus singula. Initio ait.

Σοφοκλῆς, Σοφίλου.) Sic Anonymus in *ejus Vita*. Σοφοκλῆς τὸ μὲν γένος ἦν Ἀθηναῖος, υἱὸς δὲ Σοφίλου. *Sophocles genere quidem erat Atheniensis, filius vero Sophili*. Clemens Alexandrinus in *Protreptico*. Ὁ δὲ τοῦ Σοφίλλου Σοφοκλῆς·

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐστιν θεός.

Sophilli autem filius Sophocles;

Unus ex verissimo, unus est Deus.

Ergo emendandus Diodorus Siculus *l.* XIII. Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς Σοφίλου, ποιητὴς τραγῳδιῶν. *Sed circa hoc idem tempus mortuus est Sophocles Sophili filius, poeta tragœdiarum*. Hodie editur, Σοφοκλῆς Θεοφίλου. *Sophocles Theophili F.*

Κολωνῆθεν.) Anonymus in *Vita ejus*. Ἐγένετο οὖν ὁ Σοφοκλῆς τὸ γένος Ἀθηναῖος, δήμου Κολωνῆθεν. *Erat igitur Sophocles genere Atheniensis, populo Colonensis*. Ister e populo Phliensi fuisse eum tradiderat. Sed refellit idem Anonymus. Ἀπιστητέον δὲ καὶ τῷ Ἴστρῳ, φάσκοντι αὐτὸν οὐκ Ἀθηναῖον, ἀλλὰ Φλιάσιον εἶναι. πλὴν γὰρ Ἴστρου παρ' οὐδενὶ ἑτέρῳ τοῦτ' ἐστὶν εὑρεῖν. *Sed & non credendum Istro, dicenti ipsum non Atheniensem, sed Phliasium esse. Nam excepto Istro apud neminem alium hoc inveniri potest.*

Τεχθεὶς κατὰ τὴν ογ'. Ὀλυμπιάδα.) Alii Olympiade XCI. anno II. natum tradunt. Anonymus in *Vita*. Γεννηθῆναι δὲ αὐτόν φασιν ἑβδομηκοστῇ πρώτῃ Ὀλυμπιάδι, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος. *Natum autem ipsum dicunt septuagesima prima Olympiade, anno secundo.* Et alius in *Descript. Olymp.* ad illum annum, quo Philippus Archon erat, Σοφοκλῆς, ὁ τραγῳδοποιὸς ἐγεννήθη. *Sophocles tragicus natus est.* Suidas Olympiade natum tradit LXXIII. Et hoc ab aliis ille accepit, qui natalem hujus Poetæ referebant in Olympiadis istius annum III. Diserte notat Anonymus in *Descript. Olym.* ad illud tempus. Σοφοκλῆς ἐγεννήθη κατά τινας. *Sophocles natus est secundum quosdam.*

Ὡς πρεσβύτερος εἶναι Σωκράτους ἔτη ιζ'.) Hoc verum est, si natalem Sophoclis statuamus Olymp. LXXIII. anno III. Natus enim est Socrates, Archonte Aphepsione: vel, ut alii, Phædone; Olymp. LXXVII. anno IV. Anonymus in *Descript. Olymp.* in isto anno. Σωκράτης ἐγεννήθη. *Socrates natus est.* Et Diogenes Laertius in *Socrate*, lib. II. Ἐγεννήθη δὲ, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς, ἐπὶ Ἀψεφίωνος, ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. *Natus est autem, sicut dicit Apollodorus in Chronicis, Aphepsione Archonte, in quarto anno septuagesimæ septimæ Olympiadis.* Estque observare iterum apud eundem in *Democrito*. l. IX. Γεγόνοι δ' ἄν, ὡς μὲν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, ὡς δὲ Θράσυλος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ, Περὶ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐνιαυτῷ (φησι) πρεσβύτερος ὢν Σωκράτους. *Vi-*

A *xerit autem, ut quidem Apollodorus in Chronicis Olympiade* LXXX. *ut vero Thrasyllus in libro qui inscribitur, de lectione Democriti librorum, tertio anno septimæ & septuagesimæ Olympiadis, anno (dicit) natu major existens Socrate.*

Οὗτος πρῶτος τρισὶν ἐχρήσατο ὑποκριταῖς, καὶ τῷ καλουμένῳ τριταγωνιστῇ. καὶ πρῶτος τὸν χορὸν ἐκ πεντεκαίδεκα εἰσήγαγε νέων, πρότερον δυοκαίδεκα εἰσιόντων.) Primus tertium histrionem adhibuit Sophocles, & in choro pro duodenis juvenibus quindenos esse fecit. Anonymus in *Vita ejus*, Καὶ παρ' Αἰσχύλῳ δὲ τὴν τραγῳδίαν ἔμαθε, καὶ πολλὰ ἐκαινούργησεν ἐν τοῖς ἀγῶσι. πρῶτον μὲν καταλύσας τὴν ὑπόκρισιν τοῦ ποιητοῦ, διὰ
B τὴν ἰδίαν ἰσχνοφωνίαν. (πάλαι γὰρ ὁ ποιητὴς ὑπεκρίνετο) αὐτὸς δὲ καὶ τοὺς χορευτὰς ποιήσας ἀντὶ δώδεκα πεντεκαίδεκα, καὶ τὸν τρίτον ὑποκριτὴν ἐξεῦρε. *Et apud Æschylum vero tragœdiam didicit, & multa novavit in certaminibus. Primo quidem abolens actionem poetæ, propter vocis suæ tenuitatem. (antiquitus enim poeta histrionem agebat) Ipse vero etiam saltatores faciens quindecim pro duodecim, etiam tertium histrionem excogitavit.* De addito histrione tertio, Diog. Laertius in *Vita Platonis*, l. III. Τὸ παλαιὸν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πρότερον μὲν μόνος ὁ χορὸς διεδραμάτιζεν, ὕστερον δὲ Θέσπις ἕνα ὑποκριτὴν ἐξεῦρεν ὑπὲρ τοῦ διαναπαύεσθαι τὸν χορὸν, καὶ δεύτερον Αἰσχύλος, τὸν δὲ
C τρίτον Σοφοκλῆς. *Olim in tragœdia primo quidem solus chorus partes agebat, postea autem Thespis unum histrionem excogitavit, ut interquiesceret chorus, & secundum Æschylus, tertium vero Sophocles.* Et Aristoteles in libello *de Poetica* c. IV. Καὶ τό, τε τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγε, καὶ τὰ τοῦ χοροῦ ἠλάττωσε, καὶ τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασε. τρεῖς δὲ, σκηνογραφίαν, Σοφοκλῆς. *Et histrionum multitudinem ex una in geminam primus duxit Æschylus, & corripuit pertinentia ad chorum, & sermonem primarum partium paravit. Tres vero, scenæ picturam, Sophocles.*

D Προσηγορεύθη δὲ Μέλιττα, διὰ τὸ γλυκύ.) Sophocles cognominatus Μέλιττα. Scholiastes Aristophanis *Vespis*. Ὁ Σοφοκλῆς ἡδὺς, διὸ καὶ Μέλιττα ἐκαλεῖτο. *Sophocles dulcis, quare & Apis vocabatur.* Et ipsius quoque Scholiastes *Oed. Col.* Ἐκράτησε δὲ μεγάλως τῇ φράσει, ὥστε Μέλισσαν αὐτὸν ἐκάλεσαν οἱ κωμικοί. *Valuit autem magnopere phrasi, ut Apem ipsum vocaverint comici.* Hesychius Milesius. Σοφοκλῆς ὁ τραγικὸς Μέλιττα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἡδύ. *Sophocles tragicus Apis dicebatur propter dulcedinem.* Anonymus in *ejus Vita*. Μόνος δὲ Σοφοκλῆς ἀφ' ἑκάστου τὸ λαμπρὸν ἀπανθίζει, καθ' ὃ καὶ Μέλιττα ἐλέγετο. *Solus autem Sophocles ab unquoque splendidum*
E *decerpit, quapropter etiam Apis dicebatur.*

Καὶ αὐτὸς ἦρξε τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ στρατολογίαν.) Quid hoc est? Ἀλλὰ μὴ στρατολογίαν. *Sed non exercitus collectionem.* Sine dubio rescribendum, Α. μὴ τετραλογίαν. *Sed non quatuor fabulas.* Tragœdi ad id tempus quatuor dramatibus simul certabant, quorum postremum semper Satyricum erat; eaque dramatum conjunctio a numero Τετραλογία *quatuor fabulæ* dicebatur. Diogenes Laertius in *Platone*, l. III. Θράσυλος δέ φησι καὶ κατὰ τὴν τραγικὴν τετραλογίαν ἐκδοῦναι αὐτὸν τοὺς διαλόγους, οἷον ἐκεῖνοι τέτρασι δράμασιν ἠγωνίζοντο, Διονυσίοις,
F Ληναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις. ὧν τὸ τέταρτον ἦν Σατυρικόν. τὰ δὲ τέτταρα δράματα ἐκαλεῖτο Τετραλογία. *Thrasylus autem dicit etiam juxta morem certaminis quatuor tragœdiarum edidisse illum dialogos, prout illi quatuor fabulis certabant, Dionysiis, Lenæis, Panathenæis, Chytris. Quarum quarta erat Satyrica. Quatuor vero fabulæ vocabantur Tetralogia.* Ælianus, *Var. Hist.* l. II. c. XXX. Ἐπέθετο οὖν τραγῳδίᾳ, καὶ δὴ καὶ τετραλογίαν εἰργάσατο. *Applicuerat igitur animum ad tragœdiam, & certe etiam tetralogiam elaboraverat.* Et vis videre rem ipsam. Ecce apud Anonymum in *Olymp.* LXXVI. *anno* IV. Αἰσχύλος

τραγῳδὸς ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ. *Æschylus tragœdus vicit Phineo, Persis, Glauco Potniensi, Prometheo.* Habes certamen quatuor, ut dixi, fabularum. Commemorat totidem verbis Scholiastes Æschyli in *Argumento Persarum*. Iterum in *Olymp.* LXXIX. *anno* II. Πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ Σατυρικῷ. *Primus Æschylus Agamemnone, Choephoris, Eumenidibus, Proteo Satyrico.* Habesque rursum apud eundem Scholiasten in *Argumento Agamemnonis* ejusdem. Scholiastes Aristophanis *Ranis* de re eadem. Τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρεστίαν αἱ διδασκαλίαι, Ἀγαμέμνονα, Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα Σατυρικόν. *Certamen quatuor fabulis constans ferunt Orestiam doctrinæ scenicæ, Agamemnonem, Choephoros, Eumenidas, Proteum Satyricum.* Et apud Ælianum *Var. Hist.* l. II. c. VIII. Ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς, ὅς τίς ποτε οὗτός ἐστιν, Οἰδίποδι, καὶ Λυκάονι, καὶ Βάκχαις, καὶ Ἀθάμαντι Σατυρικῷ. τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν, Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Παλαμήδει, καὶ Τρωσὶ, καὶ Σισύφῳ Σατυρικῷ. *Certaverunt invicem Xenocles & Euripides. Et primus erat Xenocles, quisquis is tandem est, Oedipo, & Lycaone, & Bacchis, & Athamante Satyrico. Post hunc secundus erat Euripides, Alexandro, & Palamede, & Trojanis, & Sisypho Satyrico.* Habes ea totidem pene verbis in *Olymp.* XCI. *anno* I. Nominat Pandionidem tetralogiam Scholiastes Aristophanis *Avibus*. Εἴη ἂν οὖν τὸν Ἔποπα ἐσκευοποιηκὼς, τῇ Πανδιονίδι τετραλογίᾳ. ἣν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς διδασκαλίαις ἀναγράφει. *Igitur Epopem fabricaverit Pandionide quatuor fabulas edente: quod & Aristoteles in disciplinis scenicis perscripsit.* Ab hoc igitur more certandi quatuor fabulis simul recessit Sophocles, & singulis tantum certare imstituit. Hoc volebat nos docere Suidas.

Ἔγραψεν ἐλεγείαν τε.) De hac Elegia unica Sophoclis majoris loqui censendus est Erotianus. Χάριτες αἱ χαραί· ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἐλεγείᾳ. *Charites, lætitiæ; sicut & Sophocles in Elegia.*

Τελευτᾷ δὲ μετὰ Εὐριπίδην ἐτῶν ϛ'.) Alii uno eodemque anno & Sophoclem & Euripidem tradunt diem obiisse. Certe Anonymos ita diserte in *Olymp.* XCIII. *anno* III. Σοφοκλῆς καὶ Εὐριπίδης οἱ τραγῳδοποιοὶ ἐτελεύτησαν. *Sophocles & Euripides tragici mortui sunt.* Et Diodorus Siculus in illo ipso anno, *l.* XIII. Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς Σοφίλου, (ita emendandum jam monui) Ποιητὴς τραγῳδιῶν. *Circa idem tempus obiit Sophocles Sophili filius, Poeta tragœdiarum.* Et mox. Ἀπολλόδωρος δὲ, τὴν χρονικὴν σύνταξιν πραγματευσάμενος, φησὶ, καὶ τὸν Εὐριπίδην κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν τελευτῆσαι. *Apollodorus autem, qui chronicam connexionem elaboravit, ait, & Euripidem eodem anno obiisse.* Sed dissensum super hac re Auctorum verbis sequentibus satis testatur. Τινὲς δὲ λέγουσι, παρὰ Ἀρχελάῳ τῷ βασιλεῖ Μακεδόνων κατὰ τὴν χώραν ἐξελθόντα, κυσὶ περιπεσεῖν καὶ διασπαραχθῆναι, μικρῷ πρόσθεν τούτων τῶν χρόνων. *Quidam vero dicunt, egressum in agros apud Archelaum regem Macedonum canibus incurrisse & dilaceratum esse, paulo ante hæc tempora.* Ita superstitem quoque Euripidi Sophoclem dicit Apulejus, *Sophocles Poeta Euripidi æmulus, & superstes, vixit enim ad extremam senectutem.*

Ἐδίδαξε δὲ δράματα ρκγ'. ὡς δέ τινες, πολλῷ πλείω.) Anonymus in *ejus Vita* CXXX. docuisse dicit ex Aristophane. Ἔγραψε δὲ, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης, δράματα ἑκατὸν τριάκοντα. *Scripsit autem, ut ait Aristophanes, fabulas centum triginta.*

Νίκας δὲ ἔλαβε κδ'.) Diodorus Siculus *loco citato* decies octies vicisse ait. Ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς Σοφίλου, ποιητὴς τραγῳδιῶν, ἔτη βιώσας ἐνενήκοντα, νίκας δ' ἔχων ὀκτωκαίδεκα. *Mortuus est Sophocles Sophili filius, poeta tragœdiarum, quum vixisset annos nonaginta, palmas habens octodecim.* Anonymus in *Vita* vicies. Νίκας δὲ ἔλαβεν εἴκοσιν, ὥς φησι Καρύστιος. *Palmas autem accepit viginti, ut ait Carystius.*

Sequitur Sophocles secundus, majoris ex Aristone filio nepos. Suidas: Σοφοκλῆς Ἀρίστωνος. υἱωνὸς δὲ τοῦ προτέρου Σοφοκλέους, τοῦ πρεσβυτέρου. Ἀθηναῖος τραγικός. ἐδίδαξε δὲ δράματα μ'. οἱ δέ φασιν, ια'. νίκας δὲ εἷλεν ἑπτά. ἔγραψε καὶ ἐλεγείας. *Sophocles Aristonis filius; nepos autem prioris Sophoclis, antiquioris. Atheniensis tragicus. Docuit vero fabulas* XL. *alii autem dicunt,* XI. *Victorias autem accepit* VII. *Scripsit & elegias.* Attende.

Σοφοκλῆς Ἀρίστωνος. υἱωνὸς δὲ τοῦ προτέρου Σοφοκλέους.) An verum dicit; Atqui ipsius Sophoclis filium, non ex Aristone nepotem, tradit Diodorus Siculus *l.* XIV. in Olymp. XCV. anno IV. id est, nono post mortem patris. Itaque iuvat ratio temporis. Verba Diodori ecce ista. Ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις Σοφοκλῆς ὁ Σοφοκλέους τραγῳδίαν διδάσκειν ἤρξατο. *Athenis autem Sophocles Sophoclis fil. tragœdiam docere incepit.* Et Anonymus in *Descript. Olymp.* in eodem anno, totidem plane verbis. Hic ipse est, cujus meminit Clemens in *Protreptico*. Πατροκλῆς δὲ ὁ Θούριος, καὶ Σοφοκλῆς ὁ νεώτερος ἐν τρισὶ τραγῳδίαις, ἱστορείτων τῷ Διοσκούρω πέρι. *Patrocles vero Thurius, & Sophocles junior in tribus tragædiis, memorant de Dioscuris.*

Ἐδίδαξε δὲ δράματα μ'. οἱ δέ φασιν, ια'.) De fabularum ejus numero nihil alibi legere memini.

Νίκας δὲ εἷλεν ζ'.) Diodorus duodecies vicisse ait, *loco citato.* Καὶ νίκας ἔσχε δυοκαίδεκα. *Et palmas habuit duodecim.* Idem Anonymus tradit in *Descript. Olymp.*

Ἔγραψε καὶ Ἐλεγείας.) Eas laudat Hephestion in *Enchiridio*, cap. Περὶ κοινῆς. Ἐν δὲ τοῖς ἔπεσι σπανιώτερον οὕτως, ὡς τὸ τοῦ Ἀρχελάου ὄνομα Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Ἐλεγείαις οὐκ ᾤετο ἐγχωρεῖν·

—— οὔτ' εἰς ἔπος, οὔτ' ἐλεγείαν.

φησὶ γοῦν ὁ Σοφοκλῆς·

Ἀρχέλεως· ἦν γὰρ σύμμετρον ὧδε λέγειν.

In epicis autem rarius ita, sicut Archelai nomen Sophocles in Elegiis non putavit habitare;

—— nec in carmen epicum, nec elegiam.

dicit itaque Sophocles;

Archelaus; erat enim congruum ita dicere.

Et Harpocration. Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι. Δημοσθένης Προοιμίοις δημηγορικοῖς. Σοφοκλῆς μὲν οὖν ἐν ταῖς Ἐλεγείαις, Σόλωνός φησιν αὐτὸ εἶναι ἀπόφθεγμα. *Magistratus virum monstrat. Demosthenes in Exordiis concionalibus. Sophocles quidem igitur in Elegiis, Solonis dicit esse illam sententiam.*

Præterea tertius quoque Sophocles a Suida recensetur. Σοφοκλῆς, Ἀθηναῖος, τραγικὸς, καὶ λυρικὸς, ἀπόγονος τοῦ παλαιοῦ. γέγονε δὲ μετὰ τὴν Πλειάδα, ἤτοι μετὰ τοὺς ἑπτὰ τραγικοὺς, οἵτινες ὠνομάσθησαν Πλειάς· δράματα αὐτοῦ ιε'. *Sophocles, Atheniensis, tragicus, & lyricus, ex posteris antiqui. Natus est autem post Pleiada. Seu post septem tragicos, qui appellati sunt Pleias. Fabulæ ejus* XV. Verum de hoc ego nihil omnino legere memini. Addo vero tribus his quartum, Grammaticum, cujusque *Commentarium in Apollonii Argonautica* commemorat Stephanus *in* Ἄβαρνος. Ita enim inquit. Ἀπολλώνιος.

Περκώτην δ' ἐπὶ τῇ, καὶ Ἀβαρνίδος ἠμαθόεσσαν
Ἠιόνα. ——

Τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς ὑπομνηματίζων ἱστορεῖ τὴν Ἀφροδίτην, ἄμορφον ἐν Λαμψάκῳ τεκοῦσαν τὸν Πρίαπον, ἀπαρνήσασθαι, καὶ τὴν χώραν Ἀπαρνίδα καλέσαι. *Apollonius;*

Percoten vero post hoc, & Abarnidis arenosum
Littus. ——

Hoc autem Sophocles commentatus narrat Venerem, in urbe Lampsaco deformem cum peperisset Priapum, abnegavisse, & regionem Aparnidem nominavisse. Iterum *in* Κάναστρον. Σοφοκλῆς δὲ ὑπομνηματίζων τὰ Ἀργοναυτικὰ, Καναστραῖον φησὶν ἀκρωτήριον τῆς Παλλήνης. *Sophocles autem commentatus Argonautica Canastræum ait promontorium Pallenes.*

JOANNIS MEURSII EURIPIDES, SIVE DE TRAGOEDIIS EJUS, LIBER III.

EURIPIDES tres invenio, omnes Tragicos, apud Suidam; qui priorem Tragœdias XII. alterum, III. tertium LXXV. vel, ut alii, XCII. scripsisse tradit. Itaque trium, non unius, titulos esse existimandum est, qui occurrunt. Recensebo.

ΑΙΓΕΥΣ.

Clemens *Strom.* VI. Πάλιν αὖ τὸ Ὁμηρικὸν παραφράζων Εὐριπίδης.

Τίς, πόθεν εἷς ἀνδρῶν; πόθι τοι πτόλις, ἠδὲ τοκῆες;

Τοῖςδε χρῆται τοῖς ἰαμβίοις ἐν Αἰγεῖ·

Ποίαν σε φῶμεν γαῖαν ἐκλελοιπότα
Πολυξενεῖσθαι; γῆ ᾗ τίς, πάτρας θ᾽ ὅρος;
Τίς ἐσθ᾽ ὁ φύσας; τοῦ κεκήρυξαι πατρός;

Rursus juxta Homericum illud explanans Euripides;

Quis, unde es virorum? ubi tibi urbs, aut parentes?

Utitur his jambis in Ægeo;

Quali te dicimus terra relicta
Multum peregrinari? quæ vero terra, patriæque limes?
Quis est qui genuit? cujus prædicaris patris?

Scholiastes Aristophanis *Avibus*. Καθάπερ Εὐριπίδης ἐν Αἰγεῖ.

—— τίς σε μᾶτερ ἐν δεκάτᾳ τόκου
Ὠνόμαζεν; ——

Sicut Euripides in Ægeo;

—— *quæ te mater in decima partum*
Nominavit? ——

Laudatur quoque a Stobæo *Sermone* VII. XXXIV. XXXIX. LXXI. item Suida, *in* Δεκατεύειν. Emendandum censeo Stephanum. Ἄντρον, σπήλαιον. τὸ τοπικὸν ἔδει αὐτρίτης, ὡς λίκνον, λικνίτης. εὕρηται δὲ ἀντραῖος, ὡς Εὐριπίδης ἐν Αἰγεῖ. *Antrum, speleum. Locale debebat esse* αὐτρίτης, *ut* λίκνον, *id est, vannus,* λικνίτης. *Invenitur autem* ἀντραῖος, *ut Euripides in Ægeo*. Editur, Εὐριπίδης ἐν Αἰξὶ, *Euripides in Capris*.

ΑΙΟΛΟΣ.

Hesychius. Ἀκρατὲς, ἀσθενές. Εὐριπίδης Αἰόλῳ. *Impotens, infirmum. Euripides in Æolo*. Strabo, *lib.* VIII. Ἐνταῦθα γὰρ βασιλεῦσαι τὸν πατέρα αὐτῆς Σαλμωνέα, καθάπερ καὶ Εὐριπίδης ἐν Αἰόλῳ φησί. *Ibi enim regnasse patrem ejus Salmoneum, quemadmodum & Euripides in Æolo dicit*. Suidas, *in* Κλῆρος Ἑρμοῦ. Εὐριπίδης ἐν Αἰόλῳ μνημονεύει τοῦ ἔθους τούτου. *Euripides in Æolo meminit hujus consuetudinis.* Dionysius Halicarn. in *Arte*. Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης δι᾽ ὅλων λόγων διοικήσεως σχῆμα περαίνει ἐν ὅλῳ δράματι, ἐν μέρει τινὶ σχῆμα διοικούμενον. ἐν τῷ Αἰόλῳ ὁ Μακαρεύς ἐστιν ὁμιλήσας τῇ ἀδελφῇ, καὶ λανθάνων. *Sed & Euripides per integras rationes administrationis figuram peragit in tota fabula, in parte quadam figuram administratam. In Æolo Macareus rem habuit cum sorore, & latens*. Scholiastes Aristophanis *Ranis*. Τί δ᾽ αἰσχρὸν, ἢν μή.) παρὰ τὰ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου·

Τί δ᾽ αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ.

Quid autem turpe, si non.) propter illa Euripidis ex Æolo;

Quid autem turpe, si utentibus non videatur?

Citatur quoque a Stobæo locis pluribus.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ.

Scholiastes Aristophanis *Ranis*. Ἐξ Ἀλεξάνδρας Εὐριπίδου.

—— καὶ χρόνου
Πρόβαινε πόδα. ——

Ex Alexandra Euripidis;

—— *& temporis*
Processit pedem.

Hesychius. Ἄρρητος κόρη, ἡ Περσεφόνη. Εὐριπίδης Ἀλεξάνδρᾳ. *Inneffabilis virgo, Proserpina. Euripides in Alexandra*. Laudatur etiam Stobæo locis pluribus.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

Clemens *Strom.* IV.

Ἦν οὖν κακὸν παίδευμά τ᾽ εἰς εὐανδρίαν
Ὁ πλοῦτος ἀνθρώποισιν, αἵ τ᾽ ἄγαν τρυφαί.

Ἐν τῷ Ἀλεξάνδρῳ ὁ Εὐριπίδης πεποίηκεν.

Erat igitur mala doctrina & in virilitatem
Divitiæ hominibus, ac nimiæ deliciæ.

In Alexandro Euripides fecit. Iterum *Strom.* VI. Καὶ μὴν Εὐριπίδου μὲν ἐξ Ἀλεξάνδρου.

Χρόνος δὲ δείξει, ᾧ τεκμηρίῳ μαθὼν,
Ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαί σε, ἢ κακόν.

Næ tamen Euripidis quidem ex Alexandro;

Tempus vero ostendet, quo signo doctus,
Utrum benignus sis noscam, an malus.

Laudat quoque Ælianus *Var. Hist.* lib. II. cap. VIII. & Anonymus in *Olymp. Descript.* Olymp. XCI. anno I. Ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς Οἰδίποδι, καὶ Λυκάονι, καὶ Βάκχαις, καὶ Ἀθάμαντι Σατυρικῷ· Τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Παλαμήδει, καὶ Τρωσὶ, καὶ Σισύφῳ Σατυρικῷ. *Contenderunt invicem Xenocles & Euripides. Et primus erat Xenocles Oedipo, & Lycaone, & Bacchis, & Athamante Satyrico. Post hunc secundus Euripides Alexandro, & Palamede, & Trojanis, & Sisypho Satyrico.*

ΑΛΚΗΣΤΙΣ.

Exstat.

A

ΑΛΚΜΑΙΩΝ.

Erotianus. Σκιθροτέραν. Βακχεῖος ἐν α. φησὶν ἀληθεστέραν· ἀλλ' οὐκ ὀρθῶς. κεῖται δὲ ὅτε μὲν ἀντὶ τοῦ ἀληθοῦς, ὅτε δὲ ἀντὶ τοῦ ἀκριβοῦς λογισμοῦ τὸ σκιθρόν. ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀλκμαίωνί φησι.

> Γυναῖκες ὁρμήθητε, μηδ' ἀτιμίαν
> Σκιθρὰν τις ὑμῶν. ταύτης γὰρ σκιθροτέραν
> Ἡμᾶς ἀνάγκη τὰς νομίζοντας τέχνην.

Exactiorem. Bacchius in primo dicit veriorem; sed non recte. Ponitur etiam quandoque quidem simplex ejus pro vero, aliquando autem pro exacta ratiocinatione exactum. Ut & Euripides in Alcmæone ait; B

> *Mulieres impetum facite, neque infamiam*
> *Veram ulla ex vobis. Illa enim veriorem*
> *Nos necessitas existimantes artem.*

Schol. Aristophanis *Equitibus*. Ὁ στίχος δὲ παρὰ τὰ ἐξ Ἀλκμαίωνος Εὐριπίδου. *Versus autem ad modum eorum, quæ ex Alcmæone apud Euripidem.* Priscianus *lib.* XVIII. *Euripides in Alcmæone;*

> Τί τἄθ' ἑκόντος οὐδὲν ἐκτρέπει πατρός;
> *Quid hoc volente nihil deflectit patre?*

Hesychius. Ἀργαίνειν, λευκαίνειν, Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι. *Albicare, dealbare, Euripides in Alcmæone.* Citatque iterum in Ἀπηνής; ut & Stobæus locis pluribus. C

ΑΛΚΜΗΝΗ.

Hesychius. Ἀμολγὸν νύκτα, Εὐριπίδης Ἀλκμήνῃ, ζοφερὰν, καὶ σκοτεινήν. *Noctem qua mulgetur, Euripides in Alcmena, caliginosam, & tenebrosam.* Ita emendo. Namperperam est, quod hodie editur. Εὐριπίδης ἀλκμβλύν, ζοφερὰν, καὶ σ. *Euripides alcmenem, caliginosam, & t.* Pollux *lib.* X. *c.*XXVI. Παιδὸς μέν τοι, καὶ φανός, ἡ λαμπάς. ὡς ὅταν φῇ ἐν τῇ Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδης·

> Πόθεν δὲ πεύκης φανὸν ἐξεῦρες λαβεῖν; D

Παιδὸς *quidem, &* φανός, *fax. Ut quum dicit in Alcmena Euripides;*

> *Unde autem picis facem invenisti accipere?*

Commemoratur a Stobæo locis plurimis.

ΑΛΟΠΗ.

Etymologici Auctor. Ἠιδέσθην, σὺν τῷ ι. παρὰ τὸ αἰδῶ πεπερατωμένον. Εὐριπίδης Ἀλόπῃ;

> Οὐ μὴ σύ γ' ἡμᾶς τοὺς τεκόντας ᾐδέσω;

Ἠιδέσθην, Veneratus sum, *cum litera* i. *ab* αἰδῶ veneror *circumflexa ultima. Euripides Alope;*

> *Non tu nos parentes veneratus es?* E

Corruptus est Hesychii locus. Ἀπρόσειλος, ᾧ οὐδεὶς προσειλεῖται, ἀλλ' εὐθέως πίπτει· ἢ ἀκαυμάτιστος ἀπὸ τῆς εἵλης. Εὐριπίδης Ἀλήπ. *Non advolvendus, cui nullus advolvitur, sed statim cadit; aut non cremabilis ab calore. Euripides in Alep.* Rescribo, Εὐριπίδης Ἀλόπῃ. *Euripides in Alope.* Ammonius *De Diff. Voc.* in Τροχοί. Ἐν Ἀλόπῃ Εὐριπίδου·

> Ὁρῶ μὲν ἀνδρῶν τόνδε γυμνάδα στόλον,
> Στείχοντα θεωρὸν ἐκ τρόχων πεπαυμένον,

In Alope Euripidis;

> *Video quidem virorum hunc palæstricum exercitum,* F
> *Ordine incedentem spectatorem ab cursibus quietum.*

Laudatur Stobæo *Serm.* LXXI. LXXII. LXXVII. Ac corrupte apud eundem legitur *Serm.* CIII. Ἐν Ἀλείπῃ, *in Aleipe*. Restitue, Ἐν Ἀλόπῃ, *in Alope*.

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.

Exstat.

ΑΝΔΡΟΜΕΔΑ.

Athenæus *lib.* XI. Νεοπτόλεμος δ' ὁ Παριανὸς ἐν τρίτῳ Γλωσσῶν τὸ κίσσινον ποτήριον (φησι) σημαίνειν παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀνδρομέδᾳ. *Neoptolemus autem Parianus in tertio Linguarum hederaceum poculum (ait) notare juxta Euripidem in Andromeda.* Macrobius *Saturnal.* lib. V. c.XXI. *Qui autem cissybium ex hedera factum poculum,* οἱονεὶ κισσινὸν, *(tanquam hederaceum) dici arbitrantur, Euripidis auctoritate niti videntur: qui in Andromeda sic ait;*

> —— πᾶς δὲ ποιμένων ἔρρει λεώς.
> Ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφον,
> Πόνων ἀναψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλων γάνος.
> —— *omnis autem pastorum fluebat populus.*
> *Hic quidem lactis hederaceum ferens schyphum,*
> *Laborum refrigerium, ille autem vinearum delicias.*

Occurrit sæpe apud Stobæum. Scholiastes Aristophanis *Avibus*. Παρὰ τὸ Εὐριπίδου ἐξ Ἀνδρομέδας·

> Ἐκθεῖναι κήτει φορβάν. ——

Juxta illud Euripidis ex Andromeda;

> *Exponere ceto escam.* ——

Diog. Laertius in *Arcesilao*, lib. IV. Καὶ αὐτοῦ Κράντωρ ἐρωτικῶς διατεθεὶς, ἐπείθετο, τὰ ἐξ Ἀνδρομέδης Εὐριπίδου προσενεγκάμενος. *Et illius Crantor amore affectus, persuadebat, ex Andromeda Euripidis adductis verbis.* Hygynus, in *Poet. Astron.* ubi de Andromeda agit. *Sed de hac Euripides hoc eodem nomine fabulam commodissime scribit.* Meminere item, & Maximus, & Georgius Pachymerius, in *Dionysii Areopagitæ*, Περὶ τῆς μυστικῆς θεολογίας, cap. II.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Clemens *Strom.* VI. Καὶ Εὐριπίδου μὲν ἐξ Ἀντιγόνης.

> Ὀνόματι μεμπτὸν τὸ νόθον φύσις δ' ἴση.

Et Euripidis quidem ex Antigone;

> *Nomine incusandum spurium natura det.*

Scholiastes Pindari *Pyth.* III. Θυώνη, τῇ Σεμέλῃ φησί. διωνυμίᾳ γὰρ ἐκέχρητο. εἰσὶ δὲ οἱ καὶ τὴν αὐτὴν Διώνην λέγουσιν. ὥσπερ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιγόνῃ. *Thyonæ, Semelæ dicit. Duplici enim nomine utebatur. Sunt autem qui etiam illam Dionem dicunt. Quemadmodum Euripides in Antigone.* Aristophanes Grammaticus, in *Argumento Antigones Sophocleæ*. Κεῖται δὲ ἡ μυθοποιία αὐτῆς καὶ ἐν Εὐριπίδου Ἀντιγόνῃ. *Habetur vero hæc ipsa fabulatio in Euripidis Antigone.* Scholiastes Aristophanis, *ad Ranas*. Τὸ δὲ, οὐκ ἔστι Πειθοῦς, ἐξ Ἀντιγόνης Εὐριπίδου. *Hoc autem, non est Suadæ, ex Antigone Euripidis.*

ΑΝΤΙΟΠΗ.

Harpocration. Ὑσίαι. Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Ξενοφίλου. Ὑσίαι, τῆς Βοιωτίας πόλις. ἧς μνημονεύει καὶ Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ. *Hysiæ. Hyperides in oratione pro Xenophilo. Hysiæ, Bœotiæ civitas; cujus quoque meminit Euripides in Antiope.* Hesychius. Εὐθυδήμονα, ἁπλοῦν δημότην. Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ. *Rectum popularem, simplicem popularem. Euripides in Antiope.* Suidas. Νόσον ἔχειν. ἀντὶ τοῦ, φαῦλον ἔθος ἔχειν. Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ. *Morbum habere; pro malam consuetudinem habere. Euripides in Antiope.* Occurrit pluries apud Stobæum.

ΑΡΧΕΛΑΟΣ.

Justinus Martyr *de Monarchia Dei*. Καὶ (ὁ Εὐριπίδης) ἐν Ἀρχελάῳ.

> Πολλῷ τέκνων σφάλλουσιν ἀνθρώπους θεοί.

Et (Euripides) in Archelao;

> *Multum in liberis supplantant homines dii.*

Strabo *lib.* v. Καὶ Εὐριπίδης δ᾽ ἐν Ἀρχελάῳ φησὶν, ὅτι

Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατὴρ,
Ἐλθὼν ἐς Ἄργος, ᾤκησεν Ἰνάχου πόλιν.
Πελασγιώτας δ᾽ ὠνομασμένους τοπρὶν
Δαναοὺς καλεῖσθαι νόμον ἔθηκεν. ——

Sed Euripides quoque in Archelao ait,

Danaus quinquaginta filiarum pater
Veniens Argos, habitavit Inachi urbem.
Pelasgiotas autem nominatos antea
Danaos appellari lege constituit. ——

Libanius in *Apolog. Demosth.* Ἔχω λόγον ἐπιτήδειον εἰπεῖν ἐμαυτῷ· δρᾶμα Ἀττικόν· δρᾶμα Μακεδονικόν. οὐκ Ἀρχέλαον Εὐριπίδου, ἀλλὰ Φίλιππον Δημοσθένους. *Habeo orationem idoneam dicere mihi; fabulam Atticam; fabulam Macedonicam: non Archelaum Euripidis, sed Philippum Demosthenis.* Stephanus *in* Αἰθίοψ. Λέγεται καὶ Αἰθιοπία γυνή. Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ.

Αἰθιοπίαν νιν ἐξέσωσας ἐπὶ χθόνα.

Καὶ Αἰθιοπίς. ὁ αὐτὸς ἐν Ἀρχελάῳ·

Αἰθιοπίδος γῆς ἡνίκα τακῇ χιών.

Dicitur etiam Æthiopia mulier. Euripides in Erechtheo;

Æthiopiam ipsam conservasti ad terram.

Et Æthiopis. Idem in Archelao;

Æthiopidis terræ quando liquescat nix.

Scholiastes Pindari *Pyth.* od. II. Παρ᾽ ὃ δὴ καὶ ὀδυρὰς αὐτὰς λέγουσιν. Εὐριπίδης ἐν Ἀρχελάῳ.

Ἔπαυσ᾽ ὀδυρὰς λυμεῶνας. ——

Καὶ Σοφοκλῆς Αἰγεῖ·

Πῶς δῆθ᾽ ὀδυρὸν ὅμοιος ἐξέβης λαθών;

Quapropter sane latrones etiam illos dicunt. Euripides in Archelao;

Coercuit latrones vastatores. ——

Et Sophocles in Ægeo;

Quomodo videlicet latronem similis evasisti latens.

Occurrit item apud Stobæum satis frequenter.

ΑΤΡΕΥΣ.

Arrianus *in Epictetum*, lib. I. cap. XXVIII. Καὶ ποία τραγῳδία ἄλλην ἀρχὴν ἔχει; Ἀτρεὺς Εὐριπίδου, τί ἐστι; τὸ φαινόμενον. Οἰδίπους Σοφοκλέους, τί ἐστι; τὸ φαινόμενον. *Et quæ tragœdia aliud initium habet? Atreus Euripidis, quid est? quod apparet. Oedipus Sophoclis, quid est? quod apparet.* Designat Dion, ubi de Scauri exitu, *lib.* LVIII. Μάρκος δὲ δὴ Αἰμύλιος Σκαῦρος, μήτ᾽ ἄρξας τινῶν, μήτε δωροδοκήσας, ἑάλω τε διὰ τραγῳδίαν, καὶ παθήματι δεινοτέρῳ οὗ συνέγραψε περιέπεσεν. Ἀτρεὺς μὲν τὸ ποίημα ἦν, παρῄνει δὲ τῶν ἀρχομένων τινὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ κατὰ τὸν Εὐριπίδην, ἵνα τὴν τοῦ κρατοῦντος ἀβουλίαν φέρῃ. *Marcus autem sane Æmylius Scaurus, qui neque ullis præfuerat, nec muneribus corruperat, & captus est per tragœdiam, & in calamitatem graviorem quam conscripserat incidit. Atreus quidem poema erat, admonebat autem subjectorum aliquem per illud juxta Euripidem, ut imperantis temeritatem ferat.* Et Philoponus *ad Aristotelis. Meteorolog. lib.* I. Καὶ οἶμαι γε καὶ τούτους ἑτέρῳ μύθῳ κατακολουθῆσαι, τῷ περὶ τὸν Ἀτρέα πεπλασμένῳ, ὅτι ἐστράφη ἐπ᾽ αὐτοῦ ἡ τοῦ ἡλίου κίνησις εἰς τοὔμπαλιν ἢ φέρεται νῦν.

Τὸ γὰρ πτερωτὸν ἅρμα ἀελίου,
φησὶν Εὐριπίδης,
Μετέβαλεν ἅρμα τὰν πρὸς ἑσπέραν,
Καὶ κέλευθον οὐρανοῦ προσαρμόσας
Μονόπωλον ἐς ἀῶ,
Ἑπταπόρου τε δρόμημα
Πλειάδος ἐς ὁδόν.
Ἀλλὰ Ζεὺς μεταβάλοι.

Et puto hos quoque aliam fabulam secutos esse, de Atreo fictam, quod conversus sit ejus tempore solis motus retrorsum quam nunc fertur;

Alatus enim currus solis,
ait Euripides,
Convertit currum ad vesperam,
Et viam cæli accommodans
Unico equuleo vectam in auroram,
Septem stellis procedentisque cursum
Pleiadis in viam.
Sed Jupiter invertat.

ΑΥΓΗ.

Hesychius. Ἀπενήσω, ἀπέβαλες. Εὐριπίδης Αὔγῃ. Ἀπενήσω, *abjecisti, perdidisti. Euripides in Auge.* Iterum. Διέφθειρε, διῆγεν. Εὐριπίδης Αὔγῃ. *Corrupit, traduxit. Euripides in Auge.* Denique Κέρας, ὄρθιον, ἢ νευρά. Εὐριπίδης Αὔγῃ. *Cornu, rectum, seu nervus. Euripides in Auge.* Ex hac fabula sine dubio sunt illa fragmenta, quæ repræsentat Dionysius Halicarn. Περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, *de compositione vocabulorum*, extremo libro. Commemoratur pluries apud Stobæum.

ΑΥΤΟΛΥΚΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Athenæus *lib.* x. Πάντες γὰρ οἱ ἀθλοῦντες μετὰ τῶν γυμνασμάτων καὶ ἐσθίειν πολλὰ διδάσκονται. διὸ καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ πρώτῳ Αὐτολύκῳ λέγει. *Omnes enim certantes cum exercitiis, etiam edere multa discunt. Unde & Euripides in primo Autolyco ait.* Habes illic fragmentum fabulæ bene longum.

ΑΥΤΟΛΥΚΟΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Pollux *lib.* x. *cap.* XXIV. Εὐριπίδης μὲν εἴρηκεν ἐν Αὐτολύκῳ Σατυρικῷ·

—— τοὺς ὄνους
Τοὺς λαρκαγωγούς. ——

Ἐν δὲ τῷ Ἀλέξιδος Σπονδοφορικῷ ἐστιν εἰρημένον.

—— Ἀριστογείτονα
Τὸν ῥήτορ᾽ εἶδον λάρκον ἠμφιεσμένον
Τῶν ἀνθρακιῶν. ——

Euripides quidem dixit in Autolyco Satyrico;

—— *asinos*
Carbonigeros. ——

In Alexidis autem Spondophorico est dictum;

—— *Aristogitonem*
Rhetorem vidi vase amictum
Carbonum. ——

Iterum eodem libro, *cap.* XLVI. Μάλιστα καὶ Εὐριπίδου ἐν Αὐτολύκῳ Σατυρικῷ εἰπόντος.

—— χοινίας
Ἵπποισι γὰρ φλοΐνας ἡνίας πλέκει.

Potissimum quoque Euripide in Autolyco Satyrico dicente;

—— *vimineas*
Equis enim contextas habenas nectit.

ΒΑΚΧΑΙ.

Exstant.

ΒΕΛΛΕΡΟΦΟΝΤΗΣ.

Justinus Martyr *De Monarchia Dei.* Καὶ (ὁ Εὐριπίδης) ἐν Βελλεροφόντῃ·

Εἰ θεοί τι δρῶσι φαῦλον, οὐκ εἰσὶ θεοί.

Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ. *Et (Euripides in Bellerophonte;*

Dii si quid faciunt malum, non sunt dii.

Et rursus in eodem. Deinde subjungit fragmentum bene longum. Ex hac ipsa fabula censeo esse versus quos a se translatos profert Seneca *epist.* CXV. Ubi mox adjicit. *Cum hi novissimi versus in tragœdia Euripidis pronuntiati essent, totus populus ad ejiciendum & actorem & carmen consurrexit uno impetu: donec Euripides ipse prosiluit, petens, ut exspectarent, viderentque quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula pœnas Bellerophontes, quas

in sua quisque dat. Laudatur quoque Stobæo, A
Serm. LX.

ΒΟΥΣΙΡΙΣ.

Hesychius. *Ατρεκήσασα, ἀκειβώσασα*, Εὐειπίδης Βυσίειδι. *Certa exquirens, diligenter cognoscens. Euripides in Busiride.* Ac puto restituendum Poetæ hujus nomen apud eundem *in* Αγνίσαι; ut supra monui, cum de Sophoclis Amphiarao agerem. Laudatur quoque Stobæo *Serm.* LX.

ΒΟΥΤΗΜΕΝΟΣ.

Commemoratur a Stobæo *Serm.* LIV. Nisi men- B
dum fortasse, legendumque vel Κτιμένῳ, vel Τημένῳ. Atque in hoc magis inclino.

ΓΛΑΥΚΟΣ.

Laudatur a Stobæo *Serm.* XXII. XLIII. CXV.

ΔΑΝΑΗ.

Commemoratur a Stobæo *Serm.* VII. XVI. LXII. LXXI. LXXVI.

ΔΕΣΜΩΤΙΣ, ἢ ΜΕΛΑΝΙΠΠΗ. C

Athenæus *lib.* XII. Ωνομάσθη δ' ἡ Σίεις, ὡς μὲν Τίμαιός φησι, καὶ Εὐειπίδης ἐν Δεσμώτιδι, ἢ Μελανίππῃ, ἀπὸ γυναικός τινος Σιρίδος· ὡς δ' Αρχίλοχος, ἀπὸ ποταμοῦ. *Nominata est autem Siris, ut quidem Timæus ait, & Euripides in Captiva, seu Menalippe, ab muliere quadam Siride; ut vero Archilochus, a fluvio.* Sed de Melanippe, ita enim frequentissime inscribitur, infra agemus suo loco. Illic vide.

ΔΙΚΤΥΣ.

Hesychius. Αζοίμlω, ἀγανακτοίμlω. Εὐειπίδης D
Δίκτυϊ. *Fastidirem, indignarer. Euripides in Dictye.* Laudatur sæpe Stobæo.

ΕΛΕΝΗ.

Exstat.

ΕΛΕΝΗΣ ΑΠΑΙΤΗΣΙΣ.

Etymologici Auctor *in* Ημlω. Πλlὠ εὑρήσεις παρ' Εὐειπίδῃ ἐν Ελένης Απαιτήσει, οἷον·

Εγὼ δὲ προδότης οὐκ ἤμlω τέκνον. ——

Attamen invenies apud Euripidem in Helenæ Repetitione, tale;

Ego vero proditor non noveram filium. —— E

ΕΡΕΧΘΕΥΣ.

Clemens *Strom.* VI. Εὐειπίδης ἐν Ερεχθεῖ γράφει.

—— εὕδουσ' ἐν ἀστρώτῳ πέδῳ,
Πηγαῖσι δ' οὐχ ὑγραίνουσι πόδας. ——

Euripides in Erecbtheo scribit;

—— *Dormiunt in instrata terra,*
Fontibus autem non madefaciunt pedes. ——

Et mox. Εὐειπίδης ἐν Ερεχθεῖ γράφει·

Αἰδοῦς καὶ αὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι,
Καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς, κἄστιν οὐ κακὸν μέγα. F

Euripides in Erecbtheo scribit;

De reverentia & ipse sum ancipitis judicii,
Et opus est enim illa, & est non malum magnum.

Etymologici Auctor. Ασιάτις. Ασιάτιδος κρούματα τῆς κιθάρας. οὕτως Αειστοφάνης εἶπε, παρῳδῶν τὸ ἐξ Ερεχθέως Εὐειπίδου. *Asiatidis pulsus citharæ. Ita Aristophanes dixit, alludens illud ex Erecbtheo Euripidis.* Hesychius. Ζεῦγος τειπάρθενον. Εὐειπίδης Ερεχθεῖ. *Jugum trium virginum. Euripides in Erecbtheo.* Plutarchus in *Parallelis*. Μέμνηται Εὐειπίδης Ερεχθεῖ. *Meminit Euripides in Erecbtheo.* Stephanus *in* Αἰθίοψ. Λέγεται καὶ Αἰθιοπία γυνή. Εὐειπίδης Ερεχθεῖ·

Αἰθιοπίαν νιν ἐξίσωσας ἐπὶ χθόνα.

Dicitur & Æthiopia mulier. Euripides in Erecbtheo;

Æthiopiam ipsam conservasti ad terram.

Theon *Commentario in Arati Phænomena.* Εὐριπίδης μὲν οὖν ἐν Ερεχθεῖ τὰς Ερεχθέως θυγατέρας Υάδας φησὶ γενέσθαι, τρεῖς οὔσας. *Euripides quidem igitur in Erecbtheo Erecbthei filias Hyadas dicit natas esse tres.* Ita locum illum emendo; nam perperam editur, Εν Ερχθεῖ τὰς Ερθέας. *In Ercbteo Ertheas.* Suidas *in* Ανάστατοι. Καὶ ἐν Ερεχθεῖ τὰς σελήνας πελανοὺς εἴρηκεν Εὐριπίδης. *Et in Erecbtheo lunas placentas dixit Euripides.* Occurrit sæpe apud Stobæum.

ΕΥΡΥΣΘΕΝΗΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Pollux *lib.* X. *cap.* XXIV. Σκεῦος δὲ μαγειρικὸν καὶ ἠθμός, Εὐριπίδου ἐν Εὐρυσθένει Σατυρικῷ εἰπόντος·

—— ἢ κύαθον, ἢ
Χαλκήλατον ἠθμὸν προύχων τοῖς δ' ἐποποιοῖς.

Vas autem coquinarium, quoque colum, Euripide in Eurysthene Satyrico dicente;

—— *aut cyathum, aut*
Æneum colum exhibens bis poetis.

ΕΥΡΥΣΘΕΥΣ.

Erotianus. Τὸ τέρθρον τοῦ πάθους. ἀντὶ τοῦ, τὸ τέλος. τέρθρον γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ ἔσχατον, καὶ ἐπὶ τέλει. ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Εὐρυσθεῖ ποιεῖ τὸν Ηρακλέα λέγοντα οὕτως·

Πέμψεις δ' εἰς ᾅδου ζῶντα, καὶ οὐ τεθνηκότα.
Καί μοι τὸ τέρθρον δῆλον εἰσπορεύομαι.

Ultimum passionis: pro, finis. Ultimum enim dixerunt veteres extremum, & de fine: quemadmodum & Euripides in Eurystheo facit Herculem dicentem ita;

Mittes autem ad inferos vivum, & non mortuum.
Et mihi ultimum manifeste ingredior.

Athenæus *lib.* XI. Εὐριπίδης δ' ἐν Εὐρυσθεῖ ἀρσενικῶς ἔφη·

Σκύφος τε μακρός. ——

Euripides autem in Eurystheo masculine dixit;

Scyphusque longus. ——

Schol. Euripidis *Hecuba*. Αὐτός τε Εὐριπίδης ἐν Εὐρυσθεῖ λέγει.

Οὐκ ἔστιν, ὦ γεραιέ, μὴ δείσῃς τάδε,
Τὰ Δαιδάλεια πάντα κινεῖσθαι δοκεῖ.

Ipseque Euripides in Eurystheo dicit;

Non est, o senex, ne timeas hæc,
Dædalia omnia moveri videtur.

Erat autem drama Satyricum, & inscribebatur.

ΕΥΡΥΣΘΕΥΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Stephanus *in* Τάρταρος. Καὶ διὰ τῆς ει διφθόγγου, παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ. *Et per ei diphthongum, apud Euripidem in Eurystheo Satyrico.* Ac fortassis in citato paullo ante Pollucis loco legendum. Εὐριπίδου ἐν Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ εἰπόντος, *Euripide in Eurystheo Satyrico dicente*, pro E. ἐν Εὐρυσθένει Σατυρικῷ, *E. in Eurysthene Satyrico.* Temere tamen nihil mutaverim. Ad Eurystheum quod attinet, ejus quoque meminit Stobæus *Serm.* LX. XCVI.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Exstat.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΙ.

Exstant.

ΗΡΑΚΛΗΣ ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΣ.

Exstat.

ΘΕΜΙ-

ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ.

Commemoratur a Stobæo *Serm.* CXIX. Nisi mendum est, quod existimo.

ΘΗΣΕΥΣ.

Athenæus *lib.* x. Εὐριπίδης δὲ τὴν ἐν τῷ Θησεῖ τὴν ἐγγράμματον ἔοικε ποιῆσαι ῥῆσιν. *Euripides autem illam in Theseo literatam videtur finxisse dictionem.* Ubi fragmentum habet insigne. Schol. Aristophanis *Ranis.* Μύραινα, δαίμων φοβερὰ, παρὰ τὸ μύρεσθαι, παρὰ τὰ ἐν Θησεῖ Εὐριπίδου. *Muræna, numen* (fœmineum) *terribile, ab stillando, juxta illa in Theseo Euripidis.* Stephanus *in* Εὐρώπη. Καὶ Εὐριπίδης ἐν Θησεῖ.

Σχεδὸν παρ' αὐτοῖς κρασπέδοις Εὐρωπίας.

Et Euripides in Theseo;

Prope apud ipsas lacinias Europiæ.

Laudatur item a Stobæo *Serm.* V. IX. XLIII.

ΙΚΕΤΙΔΕΣ.

Exstant.

ΙΝΩ.

Hesychius. Δ' ἄρα. ὡς δή. Εὐριπίδης Ἰνοῖ. *Sed videlicet. Ut nimirum. Euripides in Ino.* Pollux *lib.* VII. *cap.* XXXIII. *sect.* VII. Εὐριπίδης δ' ἐν Ἰνοῖ

Κοίλοις ἐν ἄντροις ἄλυχνος, ὥσπερ θὴρ μόνος.

Euripides vero in Ino;

Cavis in antris sine lychno, tanquam fera solitaria.

Agellius *lib.* XIII. *cap.* XVII. *Et apud Euripidem in tragœdia, quæ inscripta est* Ἰνώ, (*Ino,*) *eundem esse versum absque paucis syllabis.* Occurrit pluries apud Stobæum.

ΙΞΙΩΝ.

Diogenes Laertius in *Protagora*, lib. IX. Φησὶ δὲ Φιλόχορος, πλέοντος αὐτοῦ εἰς Σικελίαν, τὴν ναῦν καταποντισθῆναι· καὶ τοῦτο αἰνίττεσθαι Εὐριπίδην ἐν τῷ Ἰξίονι. *Dicit autem Philochorus, navigante illo in Siciliam, navem submersam esse; & id Euripidem occulte significare in Ixione.* Plutarchus designat lib. *de Aud. Poet.* Ὥσπερ ὁ Εὐριπίδης εἰπεῖν λέγεται πρὸς τοὺς τὸν Ἰξίονα λοιδοροῦντας ὡς ἀσεβῆ καὶ μιαρὸν, Οὐ μέντοι πρότερον αὐτὸν ἐκ τῆς σκηνῆς ἐξήγαγον ἢ τῷ τροχῷ προσηλῶσαι. *Sicut Euripides loquutus illis, qui Ixionem probris insectabantur tanquam impium & scelestum, dicitur, Non quidem ante illorum ex scena eduxi quam rotæ affigerem.* Pollux *lib.* IX. *cap.* IV. Ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἰξίονι·

Εὔβοι' Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις.

Ut apud Euripidem in Ixione;

Eubœa Athenis est quædam vicina urbs.

Meminit Stobæus *Serm.* X. XLIX.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

Exstat.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ ΚΑΛΥΠΤΟΜΕΝΟΣ.

Pollux *lib.* x. *cap.* v. Ὡς Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ Καλυπτομένῳ.

—— πρὸς ἵππων δ' ἰθὺς ὁρμήσας στάσιν.

Ut Euripides in Hippolyto Occultato;

—— *ad equorum recta irruens stationem.*

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ.

Exstat.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ.

Exstat.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ ΕΝ ΤΑΥΡΟΙΣ.

Exstat.

ΙΩΝ.

Exstat.

ΚΑΔΜΟΣ.

Pomponius Sabinus *ad Eclog.* VI. *Euripides in Cadmo tragœdia aerem chaos appellavit.*

ΚΑΠΑΝΕΥΣ.

Diogenes Laertius in *Zenone*, lib. VII. Συνεχές τε προεφέρετο τοὺς ἐπὶ τοῦ Καπανέως Εὐριπίδου στίχους.

—— ὅτι βίος πολὺς

Αὐτῷ μὲν ἦν, ἥκιστα δ' ὄλβῳ γαῦρος ἦν,

Φρόνημα δ' οὐδὲν μεῖζον εἶχεν ἢ πένης

Ἀνήρ. ——

Continuoque proferebat de Capaneo Euripidis versus;

—— *quod victus multus*

Illi quidem erat, minime autem divitiis superbus erat,

Fastum vero non majorem habuit quam pauper

Vir. ——

Ita restituo. Plutarchus in *Pelopida.* Καὶ κατὰ στρατείας ἀδόλῳ καλλωπιζόμενος, ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Καπανεὺς, ᾧ βίος μὲν ἦν πολὺς, ἥκιστα δὲ δι' ὄλβον γαῦρος ἦν. *Et per militiam sine dolo honorem quærens, quemadmodum Euripidis Capaneus, cui victus quidem erat multus, minime vero per divitias superbus erat.*

ΚΑΡΚΙΝΟΣ.

Commemoratur apud Stobæum, *Serm.* XXXIX.

ΚΛΕΙΔΕΣ.

Erotianus in *Lexico Hippocratis* in Ἀτρεκέως. Καὶ Εὐριπίδης ἐν Κλεισὶ φησίν. *Et Euripides in Clavibus dicit.*

ΚΡΕΣΦΟΝΤΗΣ.

Cicero *Tuscul. Quæst.* lib. II. *Fertur etiam de Sileno fabella quædam: qui cum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem, Non nasci homini longe optimum esse: proximum autem, quamprimum mori: qua est usus sententia in Cresphonte Euripides.* Eustratius *ad Ethic. lib.* III. *cap.* I. Καὶ ἔστι παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ Κρεσφόντῃ ἐπιβουλεύουσα (ἡ Μερόπη) Κρεσφόντῃ τῷ υἱῷ. *Et est apud Euripidem in Cresphonte insidians (Merope) Cresphontæ filio.* Occurrit quoque ejus mentio apud Stobæum *Serm.* XXXI. LIII. CXII. Emendandus est Euripidis hujus Scholiast. *ad Phœnissas.* Περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν Νιοβιδῶν αὐτὸς ὁ Εὐριπίδης ἐν τῷ Κρεσφόντῃ φησί.

—— καὶ δὶς ἑπτ' αὐτῆς τέκνα

Νιόβης θανόντα Λοξίου τοξεύμασιν.

De multitudine autem Niobidarum ipse Euripides in Cresphonte ait;

—— *& bis septem ejus liberi*

Niobes mortui Apollinis sagittis.

A Hodie minus recte editur, Εὐριπίδης ἐν τῷ Κλεοφόντῃ φησί. *Euripidem in Cleophonta ait.*

ΚΡΗΣΣΑΙ.

Laudat Stobæus *Serm.* XXIX. LXX. LXXXIX. XC. CIII. CVII. Athenæus *lib.* III.

—— νόμος δὲ λείψαν' ἐκβάλλειν κυσίν.

Ἐν Κρήσσαις ὁ Εὐριπίδης ἔφη.

—— *lex autem reliquias projicere canibus.*

In Cressis Euripides dixit. Iterum *lib.* XI. Καὶ Εὐριπίδης δ' ἐν Κρήσσαις·

Τὰ δ' ἄλλα χαῖρε κύλικος ἑρπούσης κύκλῳ.

B *Sed Euripides quoque in Cressis;*

Reliqua autem lætare calice serpente in orbem.

Ac meminit rursum *lib.* XIV. Etymologici Auctor *in* Φλιῶαφος. Εὐριπίδης παράγωγον ῥῆμα ἀπὸ τούτου ποιήσας, φησὶν ἐν Κρήσσαις.

Πρὶν αὖ ἐκφλιῶαί με καὶ μαθεῖν λόγον. ——

Euripides derivatum verbum ab hoc faciens, ait in Cressis;

Prius quam effutiam & discam sermonem. —

Scholiastes Aristophanis *Vespis*: Ἐν Κρήσσαις Εὐριπίδου ὁ Ἀτρεὺς πρὸς τὴν Ἀερόπην κρίνει ταῦτα. *In Cressis Euripidis Atreus ad Aeropen judicat hæc.*

C

ΚΤΙΜΕΝΟΣ.

Clemens *Strom.* VI. Πάλιν Εὐριπίδου μὲν ἐν Κτιμένῳ·

Τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει.

Rursus Euripidis quidem in Ctimeno;

Laboranti enim etiam Deus auxiliatur.

ΚΥΡΙΑΙ.

Hesychius. Ζεύγλαι, ζυγοί, ἢ μέρη τοῦ ζυγοῦ. καὶ ζευκτῆρες ἱμαντόδεσμοι, καὶ τροπωτῆρες, μεταφορικῶς. Εὐριπίδης Κυρίαις. Ζεύγλαι, *juga, vel partes jugi. Et vincula lorea ligamenta, & remorum funes, metaphorice. Euripides in Dominis.* Sed corruptum locum existimo, ac legendum forte, Εὐριπίδης Σκυρίαις, *Euripides in Scyriis.* Apud Stobæum *Serm.* XLIV. ad oram notatur, *Euripides in Syleo.* Iterum XCIII. *In Scyreo.* Censeo eandem fabulam esse, sed corruptis plane nominibus.

D

ΛΑΜΙΑ.

Lactantius, ubi de Sibyllis agit, *lib.* I. *cap.* VI. *Secundam Libyssam; cujus meminit Euripides in Lamiæ prologo.*

E

ΛΙΚΥΜΝΙΟΣ.

Etymologici Auctor *in* Φαῦλος. Φαῦλον, σημαίνει δίκα. τὸ ἁπλοῦν, Εὐριπίδης Λικυμνίῳ.

Φαῦλον ἄκομψον τὰ μέγιστα ἀγαθά. ——

Vile, notat decem; simplex, Euripides in Licymnio;

Vile inornatum maxima bona. ——

Scholiastes Aristophanis *Avibus*. Ἐν Λικυμνίῳ δὲ, δράματι Εὐριπίδου, εἰσήχθη τις κεραυνοβολούμενος. *In Licymnio vero fabula Euripidis, introductus est quidam fulmine ictus.* Diog. Laertius in *Platone*, lib. III. Ὁ γοῦν φαῦλος λέγεται παρ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ ἁπλοῦ, ὡς καὶ παρὰ Εὐριπίδῃ ἐν Λικυμνίῳ. *Itaque vilis dicitur apud illum etiam de simplici, sicut & apud Euripidem in Licymnio.* Hesychius. Θειάζειν, φυλλολογεῖν, ἐνθουσιάζειν. Εὐριπίδης Λικυμνίῳ. *Furere, folia legere, furore corripi. Euripides in Licymnio.* Stephanus *in* Τευθράντιος. Εὐριπίδης Λικυμνίῳ·

F

Τευθράντιον δὲ σχῆμα Μυσίας χθονός.

Euripides in Licymnio;

Teuthrantia autem forma Mysiæ terræ.

Non recte editur, Λυκυμνίῳ, *Lycymnia.* Stobæus Serm. XXIX. Macrobius *Sat.* lib. I. cap. XVIII. & Suidas *in* Ζίδεα.

ΜΕΛΑΝΙΠΠΗ.

Plato in *Convivio*. Ἡ μὲν μοι ἀρχὴ τοῦ λόγου ἐστὶ κατὰ τὴν Εὐριπίδου Μελανίππην. *Initium mihi quidem sermonis est juxta Euripidis Melanippen.* Diodorus Siculus *Biblioth.* lib. I. Ἔοικε δὲ περὶ τῆς τῶν ὅλων φύσεως οὐδ' Εὐριπίδης διαφωνεῖν τοῖς προειρημένοις, μαθητὴς ὢν Ἀναξαγόρου τοῦ φυσικοῦ. ἐν γὰρ τῇ Μελανίππῃ τίθησιν οὕτως·

Ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία.
Ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
Τίκτουσι πάντα, κ' ἀνέδωκαν εἰς φάος,
Δένδρη, πετεινά, θῆρας, οὕς δ' ἅλμη τρέφει,
Γένος τε θνητῶν.

Videtur autem de universorum generatione nec Euripides discrepare ab dictis, quum sit discipulus Anaxagoræ Physici. In Melanippe enim ponit ita;

Sicut cælum & terra erat forma una.
Postquam vero discesserunt a se invicem,
Gignunt omnia, & reddiderunt in lucem,
Arbores, volucres, feras, quos vero salsugo nutrit,
Mortaliumque genus. ——

Hyginus, in *Poetico Astronomico*, ubi de Equo agit: *Euripides autem, in Melanippa, Hippén, Centauri Chironis filiam, Thean antea appellatam dicit.* Plena autem inscriptio erat,

ΜΕΛΑΝΙΠΠΗ ΣΟΦΗ.

Dionysius Halicarnarn. in *Arte*. Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ἐν ὅλῳ δράματι λόγον ἐσχηματισμένον παρήνει, ἐν τῇ Μελανίππῃ τῇ Σοφῇ. *Sed etiam Euripides poeta in tota fabula sermone utitur figurato, in Melanippe Sapiente.* Ac postea alio quodam loco hujus inscriptionis rationem reddit. Ἡ Μελανίππη Σοφὴ, τὸ δρᾶμα Εὐριπίδου, ἐπιγέγραπται μὲν Σοφὴ, ὅτι φιλοσοφεῖ, καὶ διὰ τοῦτο τοιαύτης μητρός ἐστιν, ἵνα μὴ ἀπίθανος ᾖ ἡ φιλοσοφία. *Melanippe sapiens, fabula Euripidis, inscripta quidem est Sapiens, quia philosophatur, & propterea illius matris est, ut persuadendi vim habeat philosophia.* Commemoratur non raro apud Stobæum. Erat quoque,

ΜΕΛΑΝΙΠΠΗ ΔΕΣΜΩΤΙΣ.

Porphyrius, in *Fragmento libri primi*, Περὶ τῆς φιλολογίας ἀκροάσεως, apud Eusebium, *de Præpar. Euang.* lib. X. Εὐριπίδης δὲ ἐν τῇ Μελανίππῃ Δεσμώτιδι·

Τῆς μὲν κακῆς κάκιον οὐδὲν γίνεται
Γυναικός· ἐσθλῆς δ' οὐδὲν εἰς ὑπερβολὴν
Πέφυκ' ἄμεινον. διαφέρουσι δ' αἱ φύσεις.

Euripides vero in Melanippe Vincta;

Mala quidem pejus nihil exstat
Muliere; bona autem nihil ad summam præstantiam
Natum est melius. Sed excellunt naturæ.

ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ.

Hesychius. Ἀντήλιοι θεοὶ, οἱ πρὸ τῶν πυλῶν ἱδρυμένοι. Εὐριπίδης Μελεάγρῳ. *Soli oppositi dii, qui pro portis collocati sunt. Euripides in Meleagro.* Iterum alibi. Καθωσίωσε, κατέλυσε, κατέθυσεν. Εὐριπίδης Μελεάγρῳ. *Consecravit, dissolvit, sacrificavit. Euripides*

in Meleagro. Schol. Pindari *Nem.* od. x. Ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ Μελεάγρῳ φησίν. *Sicut Euripides quoque in Meleagro ait*. Etymologici Auctor. Φῶ, ἀντὶ τοῦ φωτὶ σὺν τῷ ἰ. Εὐριπίδης Μελεάγρῳ.

Τὸ μὲν ἐν φῶ, τόδε κατὰ σκότος κακόν. ——

Φῶ, luce, pro φωτὶ cum i. Euripides in Meleagro;

Hoc quidem in luce, hoc autem in tenebris malum. ——

Macrobius *Saturn.* lib. v. cap. xviii. *Morem Ætolis fuisse, uno tantummodo pede calceato in bellum ire, ostendit clarissimus scriptor Euripides tragicus: in cujus tragœdia, quæ Meleager inscribitur, nuncius inducitur describens, quo quisque habitu fuerit ex ducibus, qui ad aprum capiendum convenerant.* Habes ibi fragmentum insigne. Laudatur etiam Stobæo non semel, item Scholiastæ Aristophanis, *ad Ranas*, & Suidæ *in* Νῶ.

ΜΕΝΗΣΙΑ.

Laudatur a Stobæo, *Serm.* xiii. Sed corruptam inscriptionem puto.

ΜΕΤΟΥΣΙΑΙ.

Laudatur itidem a Stobæo *Serm.* iii. Verum & illic mendum arbitror.

ΜΗΔΕΙΑ.

Exstat. Hanc nonnulli Neophronis Sicyonii esse dicunt. Diogenes Laertius in *Menedemo*, lib. ii. Ὥστε πταίουσιν, οἱ λέγοντες μηδὲν αὐτὸν ἀνεγνωκέναι, πλὴν τῆς Μηδείας τῆς Εὐριπίδου, ἣν ἐν τοῖς Νεόφρονος εἶναι τοῦ Σικυωνίου φασί. *Ut fallant, qui nihil illum legisse dicunt, præter Medeam Euripidis, quam inter Neophronis Sicyonii poemata esse dicunt.* Suidas Νεοφρῶν, ἢ Νεοφῶν, Σικυώνιος· οὗ φασὶν εἶναι τὴν Εὐριπίδου Μήδειαν. *Neophron, vel Neophon, Sicyonius; cujus dicunt esse Euripidis Medeam.* Idem tamen alibi Euripidi secundo tribuit.

ΝΙΟΒΗ.

Aristoteles libello *de Poetica*, cap. xvii. Ἐν δὲ τοῖς δράμασι, πολὺ παρὰ τὴν ὑπόληψιν ἀποβαίνει. σημεῖον δὲ ὅσοι πέρσιν Ἰλίου ὅλην ἐποίησαν, καὶ μὴ κατὰ μέρος, ὥσπερ Εὐριπίδης Νιόβην, ἢ Μήδειαν. *In fabulis autem, multum præter opinionem evenit. Exemplum vero quotquot excidium Ilii totum fecerunt, & non per partem; quemadmodum Euripides Nioben, aut Medeam.*

ΞΑΝΤΡΙΑΙ.

Scholiastes Aristophanis *Ranis*. Νύμφαι ὀρεσίγονοι. ἐκ τῶν Ξαντριῶν Εὐριπίδου, φησὶν Ἀσκληπιάδης. *Nymphæ in montibus natæ: ex Xantriis Euripidis, ait Asclepiades.*

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Hesychius. Ἀηδόνα, γλωσσίδα, μεταφορικῶς. Εὐριπίδης Οἰδίποδι. *Lusciniam, ligulam tibiæ, metaphorice. Euripides in Oedipode.* Iterum alio quodam loco. Ἄναρθρος, ἄτονος, ἀσθενής. Εὐριπίδης Οἰδίποδι. *Articulis defectus, languidus, infirmus. Euripides in Oedipode.* Meminit non semel Stobæus.

ΟΙΝΕΥΣ.

Clemens *Strom.* vi. Εὐριπίδης ἐν τῷ Οἰνεῖ φησίν·

Ἀλλ' ἄλλος ἄλλοις μᾶλλον ἥδεται τρόποις.

Euripides in Oeneo dicit,

Sed alius aliis potius delectatur modis.

Hesychius. Ἀθραύστον, ἄστρωτον. Εὐριπίδης Οἰνεῖ. *Ἀθραύστον, non stratum. Euripides in Oeneo.* Iterum. Ἀκρίζων, ἄκροις ποσὶν ἐπιπορευόμενος. Εὐριπίδης Οἰνεῖ. *Ἀκρίζων, summis pedibus inambulans. Euripides in Oeneo.* Corrigendus est Erotianus. Τιμωρέουσα, βοηθοῦσα. ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Οἰνεῖ φησίν·

Ἐγὼ δὲ πατρὸς αἷμ' ἐτιμωρησάμην,
Σὺν τοῖς ἐφηβήσασι καὶ τῶν ὀλωλότων.

Auxilians, opem ferens. Sicut etiam Euripides in Oeneo dicit;

Ego autem patris sanguini opitulatus sum,
Cum posteris etiam illorum qui perierunt.

Perperam editur, Εὐριπίδης ἐν Οἴνῃ. *Euripides in Oene.* Neque aliam fabulam designare putandus est Lucianus in *Convivio*, sive *Lapithis*. Ταῦτα ἐγὼ τοῖς παροῦσιν ἀπολελόγημαι· εἰ δὲ δείπνου ἕνεκα ὀργίζεσθαί σοι δοκῶ, τὸ κατὰ τὸν Οἰνέα ἐννόησον. ὄψει γὰρ καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀγανακτοῦσαν, ὅτι μόνην αὐτὴν οὐ παρέλαβεν ἐκεῖνος ἐπὶ τὴν θυσίαν, τοὺς ἄλλους θεοὺς ἑστιῶν. φησὶ δὲ περὶ αὐτῶν Ὅμηρος, ὧδέ πως.

Ἢ λάθετ', ἢ οὐκ ἐνόησεν, ἀάσατο δὲ μέγα θυμῷ.

Καὶ Εὐριπίδης,

Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπίας χθονὸς,
Ἐν ἀντιπόρθμοις πεδί' ἔχουσ' εὐδαίμονα.

Hæc ego præsentibus excusavi; si vero cœnæ gratia irasci tibi videor, quid Oeneo acciderit cogita. Videbis enim & Dianam ægre ferentem, quod solam illam non adbibuisset ipse ad sacrificium, alios deos excipiens. Dicit enim de illis Homerus ita fere;

Aut latuit, aut non cogitavit, succensuit autem valde animo.

Et Euripides;

Calydon quidem hæc terra Pelopii soli,
E regione freti campos habens felices.

Citat etiam bis terque Stobæus. Argumentum accipe ex Aristophanis Scholiaste *ad Acharnenses*. Γέγραπται δὲ τῷ Εὐριπίδῃ δρᾶμα, Οἰνεύς. μετὰ δὲ τὸν θάνατον Τυδέως, καὶ ἐπιστράτευσιν Διομήδους κατὰ Θηβαίων, ἀφῃρέθη τὴν βασιλείαν Οἰνεὺς ὑπὸ τῶν Ἀγρίου παίδων. καὶ περιῄει ταπεινὸς, ἄχρις οὗ ἐπανελθὼν Διομήδης, Ἄγριον μὲν ἀνεῖλε, τὴν βασιλείαν δὲ Οἰνεῖ παρέδωκε. *Scripta est Euripidi fabula, Oeneus. Post mortem vero Tydei, & militiam Diomedis contra Thebanos, ablatum fuit regnum Oeneo ab Agrii filiis. Et circumibat humilis, donec reversus Diomedes, Agrium quidem occidit, regnum autem Oeneo tradidit.* Citat etiam Suidas, *in* Ἡρακλείαν λίθον.

ΟΙΝΟΜΑΟΣ.

Theodoretus *Therapeut.* vi. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτό με ποιεῖν οὐκ ἐᾷ τῶν εἰρημένων τὸ πλῆθος, ἀξιῶ ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, καὶ ταῖς προφητείαις πιστεῦσαι, καὶ τῶν πραγμάτων ἐπακοῦσαι βοώντων, καὶ πεισθῆναί γε Εὐριπίδῃ τῷ τραγῳδοποιῷ, ἐν Οἰνομάῳ λέγοντι.

Τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανές.

Quoniam vero hoc me facere non sinit dictorum multitudo, peto vos, viri, & vaticiniis credere, & facta audire clamantia, & auscultare Euripidi tragico, in Oenomao dicenti;

Conjiciamus ex præsentibus obscurum.

Eundem versum laudat Clemens *Strom.* vi. Εὐριπίδου δὲ, ἐν μὲν τῷ Οἰνομάῳ γράφοντος·

Τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανῆ.

Euripide autem, in Oenomao quidem scribente;

Conjiciamus ex præsentibus obscura.

Laudat item non semel Stobæus.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Exſtat. Suidas Euripidi ſecundo tribuit.

ΠΑΛΑΜΗΔΗΣ.

Strabo *lib.* x. Poſtquam citavit Euripidem *Bacchis*, Καὶ ἐν Παλαμήδει φησὶν ὁ χορός·

Οὐ σὺν Διονύσῳ κωμῶν,
Ὃς ἀν' Ἴδαν τέρπεται σὺν ματρὶ φίλᾳ
Τυμπάνων ἰάκχοις.

Et in Palamede dicit chorus;

Non cum Baccho comeſſabundus,
Qui per Idam lætatur cum matre chara
Tympanorum feſtis ſtrepitibus.

Diogenes Laertius in *Socrate*, lib. II. Εὐριπίδης δὲ καὶ ὀνειδίζει αὐτοῖς ἐν Παλαμήδει, λέγων·

—— ἐκάνετ' ἐκάνετε μοῦσαν πάνσοφον
Τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀηδόνα. ——

Euripides vero etiam exprobrat illis in Palamede, dicens;

—— *occidiſtis, occidiſtis muſam omniſciam*
Quæ nihil nocuit luſciniam.

Heſychius. Ἔμβολα. Εὐριπίδης Παλαμήδει. *Roſtra. Euripides in Palamede.* Pollux *lib.* x. *cap.* XXXI. Καὶ Εὐριπίδης μὲν ἐν Παλαμήδει λέγει κώπην χρυσόκολλον. *Et Euripides quidem in Palamede dicit manubrium ex chryſocolla factum.* Anonymus in *Olymp. Deſcript.* Olymp. XCI. anno I. Τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Παλαμήδει. *Poſt hunc ſecundus erat Euripides Alexandro, & Palamede.* Meminit quoque Ælianus *Var. Hiſt.* lib. II. cap. VIII. Stobæus *Serm.* LII. LXXIX. LXXXIX.

ΠΕΙΡΙΘΟΟΥΣ.

Clemens *Strom.* v. Εὐριπίδης δὲ, ἐπὶ τῆς αὐτῆς σκηνῆς τραγῳδῶν·

Ὁρᾷς, φησὶ, τὸνδ' ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις,
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

Ἐν δὲ τῷ Πειρίθῳ δράματι ὁ αὐτὸς καὶ τάδε τραγῳδεῖ.

Euripides autem, in ſua ſcena tragœdiam agens;

Vides, inquit, hunc in alto eumque infinitum æthera,
Et terram circum continentem humidis in ulnis,
Hunc puta Jovem, huncque exiſtima Deum.

In Peirithoo autem fabula ipſe & hæc canit. Heſychius. Ἐφέξεις χάριν, ἕνεκα ἐπέχειν πρόφασιν. Εὐριπίδης Πειρίθῳ. *Inhibebis gratiam, ad inhibendum prætextum. Euripides in Peirithoo.* Schol. Ariſtophanis *Avibus*. Πόλον γὰρ οἱ παλαιοὶ οὐχ ὡς οἱ νεώτεροι σημεῖόν τι καὶ πέρας ἄξονος, ἀλλὰ τὸ περιέχον ἅπαν. Εὐριπίδης Πειρίθῳ·

—— καὶ τὸν Ἀτλάντιον φρουρῶν πόλον.

Polum enim veteres non ut recentiores ſignum quoddam & terminum axis, ſed circumtenens omne. Euripides in Peirithoo;

—— *& Atlantium cuſtodiens polum.*

Schol. Apollonii *lib.* IV. Καὶ *Εὐριπίδης* ἐν Πειρίθῳ. *Et Euripides in Peirithoo.* Sed dubitatum, ut video, fuit; aliique Critiæ adſcripſerunt. Athenæus *lib.* XI. Μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ ὁ τὸν Πειρίθουν γράψας, εἴτε Κριτίας ἐστὶν ὁ τύραννος, ἢ Εὐριπίδης. *Meminit vero illorum etiam qui Peirithoum ſcripſit, ſive Critias eſt tyrannus, ſive Euripides.*

ΠΕΛΙΑΔΕΣ.

Heſychius. Καταβολὴ, τὸ ἐπιβάλλον. Εὐριπίδης Τημένῳ, καὶ Πελιάσιν. *Dejectio, injectum. Euripides in Temeno & Peliadibus.* Citat Stobæus *Serm.* III. XLVII. LXXII. Ælianus *Hiſt. Animal.* lib. VII. cap. XLVII. Τάς γε μὴν δορκάδας, καὶ ζόρκας, καὶ πρόκας εἰώθασιν ὀνομάζειν. τῶν δὲ ὑστρίχων, καὶ τῶν τοιούτων ἀγρίων τὰ ἔκγονα, ὄβρια καλεῖται. καὶ μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Πελιάσι τοῦ ὀνόματος. *Attamen damas, & capreas, & hinnulos ſolent nominare. Hyſtricum vero, & talium agreſtium fœtus, vocantur obria: & nominis meminit Euripides in Peliadibus.* Corruptus alibi Heſychii locus. Ἀντεμμάσασθαι, ἀνταποδοῦναι, ἐπιπλῆξαι. Εὐριπίδης Πολιάσιν. Ἀντεμμάσασθαι *viciſſim reddere, objurgare. Euripides in Urbanis.* Item alter. Ἀρταμεῖν, κατακόπτειν. Εὐριπίδης Πολιάσιν. *Concidere, amputare. Euripides in Urbanis.* Reſcribo utrobique, Εὐριπίδης Πελιάσιν. *Euripides in Peliadibus.*

ΠΕΝΘΕΥΣ.

Commemoratur a Stobæo *Serm.* XXXIX. LXXI.

ΠΗΛΕΥΣ.

Scholiaſtes Ariſtophanis *Nubibus*. Παρὰ τὰ ἐκ Πηλέως Εὐριπίδου·

—— ἐπιφέρει γὰρ ἰὼ
Πύλαισιν ἥ τις ἐν δόμοις. ——

Propter illa ex Peleo Euripidis;

—— *inducit enim io*
Portis quædam in domibus. ——

Heſychius. Ἀρκεῖ, προσαρκεῖ, βοηθεῖ. Εὐριπίδης Πηλεῖ. *Auxiliatur, auxilio venit, opitulatus eſt. Euripides in Peleo.* Meminit quoque Stobæus *Serm.* LXXXVI. XCI. CXIV.

ΠΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

Athenæus *lib.* xv. Καὶ Εὐριπίδης ἐν Πλεισθένει.

Πολὺς δὲ κοσσάβων ἀραγμὸς Κύπριδος
Μέλος πρόσῳδον ἐν δόμοισιν ἤχει.

Et Euripides in Pliſthene;

Multus autem cottaborum ſtrepitus Veneris
Carmen cantatum in domibus perſonabat.

Heſychius. Κότταβος, λάταξ. Εὐριπίδης Πλεισθένει. *Cottabus, latax. Euripides in Pliſthene.* Stephanus *in* Ἄργος. Καὶ Εὐριπίδης ἐν Πλεισθένει.

Ἐγὼ δὲ Σαρδιανὸς, οὐκέτ' Ἀργόλας.

Et Euripides in Pliſthene;

Ego vero Sardianus, non amplius Argolas.

Ammonius *de Diff. Voc.* in Βωμός. Παρὰ δὲ Εὐριπίδῃ ἐσχάρα ἀντὶ τοῦ βωμοῦ κεῖται ἐν Πλεισθένει·

Μῆλος φάγεται δαιμόνων ἐπ' ἐσχάρας.

Apud Euripidem autem focus pro ara ponitur in Pliſthene;

Ovis editur deorum in focis.

Sed corruptum verſum illum ita reſtituo,

Μηλοσφαγεῖτε δαιμόνων ἐπ' ἐ.
Oves immolate deorum in f.

Mentio exſtat etiam apud Stobæum *Serm.* XLVI. XCI.

ΠΟΛΥΔΩΡΟΣ.

Anonymus in *Excerptis e Corintho de Dialectis.* Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ Πολυδώρου δράματι, οἶσθ' οὖν ὃ δράσον, ἀντὶ τοῦ δράσεις, ἐξήνεγκε. *Sed etiam Euripides in Polydori fabula, noſti igitur quod facito, pro facies, extulit.*

ΠΟΛΥΕΙΔΟΣ.

Hermogenes Περὶ ἰδεῶν, *l.* II. *c.* Περὶ δειμύτητος. Ὅμοιον τούτῳ καὶ τὸ Εὐριπίδου ἐν Πολυείδῳ·

Εἰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς εἰς θάλασσαν ἵπτατο
Ὁ κύματ' οἰκῶν ὄρνις, ἠρμηνεύσεν ἂν
Τὸν παῖδ' ἐν ὑγροῖς κύμασι τεθνηκέναι.

Simile huic etiam istud Euripidis in Polyido;

Siquidem enim ex terra in mare volet
Undas habitans avis, nunciaverit
Puerum in humidis fluctibus mortuum esse.

Scholiastes hujus nostri *Hippolyto*. Ἐκ τοῦ ἐδυσηροῦ βίου στοχάζεται βελτίονα εἶναι τὰ ἐν ᾅδου τῶν ἐν γῇ. ὡς καὶ αὐτὸς ἐν Πολυείδῳ·

Τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν·
Τὸ κατθανεῖν δὲ, ζῆν. ——

Ex misera vita conjicit meliora esse, quæ in inferno, illis quæ in terra sunt; sicut idem quoque in Polyido;

Quis autem scit, si vivere quidem est mori;
Mori autem, vivere. ——

Laudatur quoque apud Stobæum *Serm.* LIX. LXXXIX. XCIII.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Mentio ejus apud Stobæum *Serm.* XXXIX.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

Euripidi secundo tribuitur a Suida. Εὐριπίδης, τραγικὸς, τοῦ προτέρου ἀδελφιδοῦς, ὡς Διονύσιος ἐν Χρονικοῖς. ἔγραψε δὲ Ὁμηρικὴν ἔκδοσιν, εἰ μὴ ἄρα ἑτέρου ἐστί. δράματα αὐτοῦ ταῦτα, Ὀρέστης, Μήδεια, Πολυξένη. *Euripides, tragicus, prioris sororis filius, sicut Dionysius in Chronicis. Scripsit autem Homericam editionem, nisi alterius sit. Fabulæ ejus hæ, Orestes, Medea, Polyxena.*

ΠΡΩΤΕΣΙΛΑΟΣ.

Clemens *Strom.* VI. Πλάτωνός τε ἐν Πολιτείᾳ εἰπόντος, κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας, Εὐριπίδης ἐν Πρωτεσιλάῳ γράφει·

Κοινὸν γὰρ εἶν' ἄρα γυναικεῖον λέχος.

Platoneque in Administratione civitatis dicente, communes esse mulieres, Euripides in Protesilao scribit;

Communem enim esse muliebrem lectum.

Meminit quoque Stobæus *Serm.* XIX. LXVII. XCVI. CX. CXXIII.

ΡΑΔΑΜΑΝΘΟΣ.

Commemoratur apud Stobæum *Serm.* LXII. & Strabonem, *lib.* VIII.

ΡΗΣΟΣ.

Exstat.

ΣΘΕΝΟΒΟΙΑ.

Athenæus *lib.* X. Ἐν Σθενοβοίᾳ δ' ὁ Εὐριπίδης περὶ εὐτελείας λέγων·

—— βίος δὲ πορφυροῦς θαλάσσιος,
Οὐκ εὐτράπεζος, ἀλλ' ἐπάκτιοι φάτναι.
Ὑγρὰ δὲ μήτηρ, οὐ ποδοστιβὴς τροφὸς
Θάλασσα, τὴν δ' ἀροῦμεν. ἐκ ταύτης βίος
Βρόχοισι καὶ πέδαισιν οἴκαδ' ἔρχεται.

In Sthenobœa vero Euripides de frugalitate dicit;

—— *vita autem cœrulea maritima,*
Non mensis commoda, sed littorea præsepia.
Madida vero mater, non pedibus calcata nutrix
Mare, hanc vero aramus. Ex tali vita
Laqueis & pedicis domum venit.

Et mox Καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς Σθενοβοίας φησὶν, ἐπειδὴ ἐνόμιζε τὸν Βελλεροφόντην τεθνάναι.

Πεσὸν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερὸς,
Ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ.

Et Euripides de Sthenobœa ait, postquam putabat Bellerophontem mortuum esse;

Lapsum vero illam fefellit nihil ex manu,
Sed statim indicabat Corinthio hospiti.

Scholiastes Aristophanis *Vespis*. Νουθετούμενος, παρὰ τὰ Εὐριπίδου ἐκ Σθενοβοίας·

Τοιαῦτ' ἀλύει νουθετούμενος ἔρως.

Commonefactus, propter illa Euripidis ex Sthenobœa;

Talia errat commonefactus amor.

Iterum alibi ad eandem fabulam. Ῥᾳδίως ἐγὼ διδάξω. ὁ στίχος ἐκ Σθενοβοίας Εὐριπίδου. *Facile ego docebo. Versus ex Sthenobœa Euripidis*. Meminit quoque Stobæus *Serm.* XXIX. LXVI. LXXXIII.

ΣΙΣΥΦΟΣ.

Hesychius. Ἑλίσσων, πλέκων, ψευδόμενος, οὐκ ἐπ' εὐθείας λέγων, ἢ κινῶν. Εὐριπίδης Σισύφῳ. *Volvens, nectens, mentiens, non ex recto dicens, aut movens. Euripides Sisypho*. Etymologici Auctor. Χαίρω σε ἐληλυθότα, Ὠρωπικοὶ οὕτω λέγουσι. Εὐριπίδης Σισύφῳ. *Gaudeo te venisse, Oropici ita loquuntur. Euripides Sisypho*. Erat autem inter dramata Satyrica, & plenior inscriptio erat,

ΣΙΣΥΦΟΣ ΣΑΤΙΡΙΚΟΣ.

Apud Anonymum in *Olymp. Descript.* Olymp. XCI. anno I. Τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ, ἐν Παλαμήδῃ, καὶ Τρωσὶ, καὶ Σισύφῳ Σατυρικῷ. *Post hunc secundus Euripides erat Alexandro, & Palamede, & Trojanus, & Sisypho Satyrico*. Meminit quoque Ælianus *Var. Hist.* lib. II. cap. VIII.

ΣΚΙΡΩΝ.

Athenæus *lib.* III. Τῶν δὲ ἐρινῶν σύκων (μνημονεύει) Εὐριπίδης ἐν Σκίρωνι. *Agrestium autem ficorum (meminit) Euripides in Scirone*. Iterum *lib.* IX.. Εὐριπίδης Σκίρωνι·

—— οὐδὲ κωλῆνες νεκρῶν.

Euripides Scirone;

—— *nec pernæ mortuorum.*

Hesychius. Ἁμαρτῆν, ὁμοῦ προσήκοντα δόρατα. Εὐ[ρι]πίδης Σκίρωνι. *Simul adaptantem, simul emittentem hastas. Euripides Scirone*. Corruptus ejus locus alibi. Ἔμβολα. Εὐριπίδης Παλαμήδῃ, καὶ Σκίρτ. *Rostra. Euripides Palamede, & Scirt.* Rescribe, Καὶ Σκίρωνι. *Et Scirone*. Pollux *l.* IX. *c.* VI. Ὡς Εὐριπίδης ὠνόμασε παρθένον ἐν Σκίρωνι, λέγων περὶ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἑταιρίδων. *Quemadmodum vocavit Euripides virginem in Scirone, dicens de meretricibus quæ Corinthi sunt.* Sed hæc quoque fabula inter Satyricas fuit, & inscriptio plena erat,

ΣΚΙΡΩΝ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Observo apud eundem Pollucem *lib.* X. *c.* VIII. Ἐν γοῦν τῷ Σατυρικῷ Σκίρωνι Εὐριπίδης φησί·

Σχεδὸν χαμεύνη σύμμετρος Κορινθίας
Παιδὸς, κνεφάλου οὐχ ὑπερτείνεις πόδα.

Itaque in Satyrico Scirone Euripides ait;

Fere lectus humilis congruens Corinthiæ
Puellæ, pulvinum ultra non extendis pedem.

Laudatur etiam Stobæo *Serm.* XLIV. CVIII.

ΣΚΥΡΙΑΙ.

Vide ſupra in ΚΥΡΙΑΙ.

ΣΕΝΝΗΣ.

Laudatur apud Stobæum *Serm.* II.

ΤΗΛΕΦΟΣ.

Clemens *Strom.* VI. Καὶ μὲν ἐν Τηλέφῳ εἰπόντος Εὐριπίδου·

Ελληνες ὄντες βαρβάροις δουλεύσομεν;

Θρασύμαχος ἐν τῷ ὑπὲρ Λαρισαίων λέγει, Αρχελάῳ δουλεύσομεν, Ελληνες ὄντες, βαρβάρῳ; *Et quidem in Telepho dicente Euripide;*

Græci barbaris ſerviemus?

Thraſymachus in oratione pro Lariſſæis ait, Archelao ſerviemus, Græci, barbaro? Schol. Ariſtophanis *Pluto*. Ω πόλις Αργους. ταῦτά φασιν ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου τραγικεύεται. *O urbs Argi. Hæc dicunt ex Telepho Euripidis tragico efferuntur.* Iterum alibi *ad Ranas*. Ἀρίσαρχός φησιν ἀδεσπότως τοῦτο προφέρεσθαι, ὡς Εὐριπίδου πεποιηκότος κυβεύοντας ἐν τῷ Τηλέφῳ, οὓς καὶ περιεῖλε. *Ariſtarchus ait ſine auctore hoc proferri, tanquam Euripides qui fecit alea ludentes in Telepho, quos etiam abſtulit.* Et *ad Acharnenſes*. Τοῦτο πεπαρῴδηται ἀσήμως ἐξ Οἰνέως Εὐριπίδου. ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ ἐκ Τηλέφου φησὶν αὐτό. *Hoc per parodiam tranſlatum eſt obſcure ex Oeneo Euripidis. Symmachus vero, etiam ex Telepho dicit illud.* Ammonius *De diff Voc.* Οὐκ ὀρθῶς οὖν Εὐριπίδης ἐν Τηλέφῳ πρόξενον εἴρηκε τὸν ἰδιόξενον·

Κακος τίς ἐστι προξένῳ σοι χρώμενος.

Non recte igitur Euripides in Telepho eum qui hoſpitio præeſt omnium, dixit hoſpitem privatum;

Malus quidam eſt publico hoſpite te utens.

Occurrit pluries apud Stobæum.

ΤΗΜΕΝΙΔΑΙ.

Ælianus Hiſt. Anim. lib. VII. cap. XXXIX. Ο δὲ Εὐριπίδης ἐν τῇ Ιφιγενείᾳ·

Ελαφον δὲ Αχαιῶν χερσὶν ἐνθήσω φίλαις
Κεροῦσαν, ἣν σφάζοντες αὐχήσουσι σὴν
Σφάζειν θυγατέρα. ——

Ἐν δὲ τοῖς Τημενίδαις, τὸ Ηράκλειον ἆθλον ἔλαφον κέρατα ἔχειν ὁ αὐτὸς Εὐριπίδης φησί. *Euripides vero in Iphigenia;*

Cervam autem Æchoærum manibus inſeram amicis
Cornutam, quam mactantes jactabunt tuam
Mactare filiam. ——

In Temenidis autem, Herculeum certamen cervam cornua habere ipſe Euripides ait. Pollux *lib.* IX. *c.* IV. Ως παρ᾽ Εὐριπίδῃ ἐν Ιξίωνι·

Εὔβοι᾽ Αθήναις ἐστί τις γείτων πόλις.

Καὶ πάλιν ἐν Τημενίδαις·

Απασα Πελοπόννησος εὐτυχεῖ πόλις.

Sicut apud Euripidem in Ixione;

Eubœa Athenis eſt quædam vicina urbs.

Et rurſus in Temenidis;

Tota Peloponneſus felix eſt urbs.

Meminit quoque Stobæus *Serm.* XLIX. LII. LXXXVI.

ΤΗΜΕΝΟΣ.

Heſychius. Αἰσίως, καλῶς, δεξιῶς. Εὐριπίδης Τημένῳ. *Fauſte, bene, dextre. Euripides in Temeno.* Iterum. Ανανομὴν, ἀναδασμὸν, ἀνανέμειν γὰρ, τὸ μερίζειν. Εὐριπίδης Τημένῳ. *Iteratam partitionem, iteratam diviſionem, iterum dividere enim, eſt diſtribuere. Euripides in Temeno.* Rurſum. Απυργος, ἀτείχιστος. Εὐριπίδης Τημένῳ. *Turres non habens, murorum expers, Euripides Temeno.* Denique Καταβολὴ, τὸ Επιβάλλον. Εὐριπίδης Τημένῳ. *Dejectio, injectum. Euripides Temeno.* Laudatur quoque apud Stobæum *Serm.* LII. Ac corruptum puto, quod apud eundem *Serm.* XXXI. Ad oram annotatur, *Euripides in Timæo.* Reſcribo, *Euripides in Temeno.*

ΤΗΡΕΥΣ.

Commemoratur apud Stobæum *Serm.* XIII. Ac puto corruptum hoc nomen eſſe apud Clementem *Strom.* VI. Εὐριπίδης ἐν ἑξαμέτρῳ Τηρήσει φησί·

—— ὅσοι δ᾽ ἰατρεύειν καλῶς
Πρὸς τὰς διαίτας τῶν ἐνοικούντων πόλιν,
Τὴν γῆν ἰδόντας, τὰς νόσους σκοπεῖν χρεών.

Euripides in hexametro Servabit ait;

—— *quotquot autem mederi bene*
Ad diſciplinas incolarum urbi,
Terram videntes, morbos inſpicere decet.

Nam quid, quæſo, eſt? Ἐν ἑξαμέτρῳ τηρήσει, *in hexametro ſervabit.* Reſcripſerim equidem, Ἐν ἑξαμέτρῳ Τηρεῖ, *in hexametro.* Sed quid illud? Ἐν ἑξαμέτρῳ, *in hexametro.* Plane non capio; ampliuſque quærendum cenſeo.

ΤΡΩΑΔΕΣ.

Exſtant.

ΤΡΩΕΣ.

Etymologici Auctor *in* Πέλανοι. Πόπανα δὲ ἀπὸ τοῦ πέψεως, πέττειν γὰρ ποιοῦσιν. οὕτως Εὐριπίδης Τρωσί. *Placentulæ autem, a coctione. Coquere enim faciunt. Ita Euripides Trojanis.* Anonymus in *Olymp. Deſcript.* Olymp. XCI. anno I. Τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν Αλεξάνδρῳ, καὶ Παλαμήδει, καὶ Τρωσί. *Poſt hunc ſecundus Euripides erat Alexandro, & Palamede, & Trojanis.* Laudat quoque Stobæus *Serm.* CXX. & Ælianus *Var. Hiſt.* lib. II. cap. VIII.

ΥΨΙΠΥΛΗ.

Scholiaſtes Ariſtophanis *ad Ranas*. Κυρήνη, ἑταίρα τις ἐπίσημος, δωδεκαμήχανος ἐπικαλουμένη, διὰ τὸ τοσαῦτα σχήματα ἐν τῇ συνουσίᾳ ποιεῖν. ἔστι δὲ παρὰ τὰ ἐξ Υψιπύλης Εὐριπίδου. *Cyrene, meretrix quædam inſignis, duodecim machinarum cognominata, quia totidem formas in concubitu faceret. Eſt autem juxta illud ex Hypſipyle Euripidis.* Heſychius. Αναδρομαὶ, αὐξήσεις, βλαστήσεις. Εὐριπίδης Ικετίσιν, Υψιπύλῃ. *Recurſus, augmenta, germinationes. Euripides Supplicibus, Hypſipyle.* Harpocration *in* ἀρκτεῦσαι. Αἱ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται. Ευριπίδης Υψιπύλῃ. *Virgines conſecratæ vocantur urſæ. Euripides Hypſipyle.* Didymus in *libris* Τραγῳδουμένης λέξεως, apud Macrobium *Sat.* lib. V. cap. XVIII. Αχελῶον πᾶν ὕδωρ Εὐριπίδης φησὶν ἐν Υψιπύλῃ. λέγων γὰρ περὶ ὕδατος ὄντος σφόδρα πόρρω τῆς Ακαρνανίας, ἐν ᾗ ἐστι ποταμὸς Αχελῶος, φησί·

Δείξω μὲν ἀργεννοῖσιν Αχελώου ῥόον.

Acheloum Euripides ait omnem aquam in Hypſipyle. Dicens enim de aqua remota plurimum ab Acarnania, in qua eſt fluvius Achelous, ait;

Oſtendam quidem candidis Acheloi fluentum.

Laudatur quoque apud Stobæum *Serm.* X. XX. CVI. CIX. & Suidam, *in* Δωδεκαμήχανον.

ΦΑΕΘΩΝ.

Athenæus *lib.* XI. Εὐριπίδης Φαέθοντι·

—— ψυκτήρια
Δένδρεα φίλαισιν ὠλέναισι δέξεται.

Euripides Phaethonte;

—— *refrigerantes*
Arbores amicis ulnis excipiet.

A Theton. *ad Aratum*. Θαλῆς μὲν οὖν δύο αὐτὰς εἶπεν εἶναι, τὴν μὲν βόρειον, τὴν δὲ νότιον. Εὐριπίδης δὲ ἐν τῷ Φαέθοντι τρεῖς. *Thales quidem igitur duas illas dicit esse, hanc quidem borealem, illam autem australem. Euripides autem in Phaethonte tres*. Strabo *l.* I. Οὔτ' Εὐριπίδης ἐπὶ τῷ Φαέθοντι, τὴν Κλυμένην φησὶ

—— δοθῆναι Μέροπι τῷ δ' ἄνακτι γῆς.
Ην ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτην χθόνα
Ηλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί.
Καλοῦσι δ' αὐτὴν γείτονες μελάμβροτοι,
Εω φαεννὰν, Ηλίου θ' ἱπποστάσεις.

Et Euripides in Phaethonte, Clymenem ait

—— traditam Meropi domino terræ.
B *Quam ex quadrigis curribus primam terram*
Sol oriens aurea jacit flamma.
Vocant autem illam vicini nigri mortales,
Auroram splendidam, Solisque equorum stationes.

Diog. Laertius in *Anaxagora*, lib. II. Οθεν καὶ Εὐριπίδην, μαθητὴν ὄντα αὐτοῦ, χρυσέαν βῶλον εἰπεῖν τὸν ἥλιον ἐν τῷ Φαέθοντι. *Unde & Euripidem, ipsius discipulum, auream glebam dicere solem in Phaethonte*. Vitruvius, *l.* IX. *c.* IV. *Id autem etiam Euripides, Græcorum poeta, animadvertisse videtur; ait enim, quæ longius a sole essent, hæc vehementius ardere; propiora vero, contemperata habere.* C *Itaque scribit in fabula Phaethonte sic;*

Καίει τὰ πόρρω, τὰ δ' ἐγγὺς εὔκρατ' ἔχει.
Ardent longinqua, propinqua vero sunt temperata.

Macrobius *Sat.* lib. I. cap. XVII. *Exanimat enim & perimit animantes, cum pestem intemperie caloris immittit, ut Euripides in Phaethonte;*

Ω χρυσοφεγγὲς ἥλι, ὥς μ' ἀπώλεσας;
Οθεν σ' Απόλλων' ἐμφανῶς κλῄζει βροτός.
O aureo splendore lucens sol, ut me perdidisti?
Unde te Apollinem manifeste appellat mortalis.

Commemoratur etiam apud Stobeum *Serm.* XXXVIII. XLI. XCI. D

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Justinus Martyr *de Monarchia Dei*. Εν Φιλοκτήτῃ (ὁ Εὐριπίδης)

Ορᾶτε δ' ὡς κἂν θεοῖσι κερδαίνειν καλὸν,
Θαυμάζεται δ' ὁ πλεῖστον ἐν ναοῖς ἔχων
Χρυσόν. τί δῆτα καί σε κωλύει λαβεῖν
Κέρδος παρόν γε, κ' ἐξομοιοῦσθαι θεοῖς;

In Philoctete (Euripides)

Videtis autem quomodo etiam diis lucrari bonum,
Miratur vero plurimum in ædibus habens
E *Aurum. Quid igitur & te prohibet accipere*
Lucrum quum liceat, & similem fieri diis?

Hesychius. Αἴρειν νοεῖς, δοξάζειν ἡγῇ. Εὐριπίδης Φιλοκτήτῃ. *Tollere cogitas, celebrare existimas. Euripides Philoctete*. Iterum alibi. Εὐριπίδης δὲ ἐν Φιλοκτήτῃ, αἰῶνα τὴν ψυχὴν λέγει·

Απέπνευσεν αἰῶνα. ——

Euripides autem in Philoctete æternitatem dicit animam;

Exspiravit animam. ——

Rursum. Ακριβὲς, ἄκρον. Εὐριπίδης Φιλοκτήτῃ. *Accuratum, summum. Euripides Philoctete*. Denique. Γαῦρος, αὐθάδης, σεμνὸς, μεγαλοπρεπὴς. ἢ μετέωρος. Εὐριπίδης Φιλοκτήτῃ. *Arrogans, superbus, venerabilis, magnificus, aut sublimis. Euripides Philoctete*. Occurrit item apud Stobæum non semel. F

ΦΟΙΝΙΞ.

Clemens *l.* VI. Εὐριπίδου δὲ, ἐν μὲν τῷ Οἰνομάῳ. γράφοντος.

Τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανῆ.

Εν δὲ τῷ Φοίνικι·

—— τἀφανῆ
A Τεκμηρίοισιν εἰκότως ἁλίσκεται.

Υπερίδης λέγει, Α δ' ἐστὶν ἀφανῆ, ἀνάγκη τοὺς διδάσκοντας τεκμηρίοις καὶ τοῖς εἰκόσι ζητεῖν. *Euripide autem in Oenomao quidem scribente;*

Conjicimus ex præsentibus illa quæ obscura sunt.

In Phœnice autem;

—— illa quæ obscura sunt
Conjecturis probabiliter comprehenduntur.

Hyperides ait, Quæ vero sunt non conspicua, necesse est docentes conjecturis & probabilibus quærere. Æschines *Orat. in Timarchum*. Πάλιν τοίνυν ὁ αὐτὸς ποιητὴς (Εὐριπίδης) ἐν τῷ Φοίνικι ἀποφαίνεται B ὑπὲρ τῆς γεγενημένης αὐτῷ πρὸς τὸν πατέρα διαβολῆς ἀπολογούμενος. *Atqui iterum ipse poeta (Euripides) in Phœnice pronunciat de facta sibi apud patrem criminatione se defendens.* Hesychius. Αμνήστευτος γυνὴ, ἡ παλλακή. Εὐριπίδης Φοίνικι. *Non in uxorem petita mulier, pallaca. Euripides Phœnice.* Corruptus est Erotianus. Διιπετὴς ὁ γόνος. ἀντὶ τοῦ, διαυγὴς, καὶ καθαρός. ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοινίκῃ. *Cælo lapsa generatio, pro splendida, & pura. Sicut & Euripides in Phœnice*. Rescribe, Εν Φοίνικι, *in Phœnice*. Mentio ejus non raro in *Eclogis Stobæi*.

C

ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ.

Exstant.

ΦΡΙΞΟΣ.

Athenæus *lib.* VI. Καὶ Εὐριπίδης δὲ ἐν Φρίξῳ λάτρεις αὐτοὺς ὀνομάζει διὰ τούτων·

Λάτρις πενέστης ἀμὸς ἀρχαίων δόμων.

Sed Euripides quoque in Phrixo servos illos nominat in his;

Servus famulus meus antiquarum domuum.

Justinus Martyr *de Monarchia Dei*. Εν Φρίξῳ (Εὐριπίδης) ὁ τραγικός.

Εἰ δ' εὐσεβὴς ὢν τοῖσι δυσσεβεστάτοις
D Ες ταὔτ' ἔπραττον, πῶς τάδ' ἂν καλῶς ἔχοι;
Εἰ Ζεὺς, ὁ λῷστος, μηδὲν ἔνδικον φρονεῖ.

In Phrixo (Euripides) tragicus;

Si autem pius existens impiissimis
Ad hæc faciebat, quomodo hæc bene se habent?
Si Jupiter, ille optimus, nihil justum cogitat.

Hesychius. Ιλάδας, γονὰς, ἀγελαίας, καὶ τὰς συστροφάς. Εὐριπίδης Φρίξῳ. Ιλάδας, *generationes, greges, & conversiones. Euripides Phrixo*. Vide Etymologici Auctorem *in* ζεῦθι, & σιροί. Meminit quoque Stobæus locis pluribus. Videtur autem gemina fuisse fabula eo nomine: &

E

ΦΡΙΞΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Memoratur Scholiastæ Aristophanis, *ad Ranas*. Εστι δὲ τοῦ δευτέρου Φρίξου Εὐριπίδου ἡ ἀρχή. *Est autem secundi Phrixi Euripidis initium.*

ΦΡΥΓΕΣ.

Diogenes Laertius in *Socrate*. Εδόκει δὲ συμποιεῖν Εὐριπίδῃ. ὅθεν Μνησίλοχος οὕτω φησί.

Φρύγες ἐστὶ καινὸν δρᾶμα τοῦτ' Εὐριπίδου.
Ω καὶ τὰ φρύγαν' ὑποτίθησι Σωκράτης.

F *Videbatur autem adjuvare Euripidem: unde Mnesilochus ita ait;*

Phryges adhuc nova fabula hæc Euripidis.
Cui & sarmenta subjicit Socrates.

ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ.

Hesychius. Εἰάζων, εἷα ἐπικελεύων. Εὐριπίδης Χρυσίππῳ. Εἰάζων, *eia acclamans. Euripides Chrysippo*. Clemens *Strom.* VI. Εὐριπίδης ἐν Χρυσίππῳ μεταγράφει·

Θνήσκει δ' οὐδὲν
Τῶν γινομένων.
Διακρινόμενον
Δ' ἄλλο πρὸς ἄλλο
Μορφὴν ἑτέραν
Επέδειξεν.

Euripides in Chrysippo transcribit;

Moritur autem nihil
Illorum quæ sunt.
Distinctum
Vero aliud ad aliud
Formam aliam
Ostendit.

B Laudatur quoque apud Stobæum *Serm.* LXIV. XCIII.

Alibi porro celebrantur Poetæ vel hujus, vel alterius cognominis.

ΥΜΝΟΙ.

Philostratus in *Hippodromo*, *Sophist.* lib. II. Ἀλλὰ καὶ κρεῖττον ὄλβου κτῆμα ἐκάλει αὐτὴν ἐκ τῶν Εὐριπίδου τε Ὕμνων, καὶ Ἀμφίονος. *Sed etiam meliorem divitiis possessionem vocabat illam ex Euripidis Hymnis, & Amphione.* Hos designat sine dubio Plutarchus in *Demosthene.* Ὁ μὲν γράψας τὸ ἐπὶ τῇ νίκῃ τῆς Ὀλυμ-

A πιάσιν ἱπποδρομίας εἰς Ἀλκιβιάδην ἐγκώμιον, εἴτ' Εὐριπίδης, ὡς ὁ πολὺς κρατεῖ λόγος, εἴτ' ἕτερός τις ἦν Σόσσιε, φησὶ χρῆναι τῷ εὐδαίμονι πρῶτον ὑπάρξαι τὴν πόλιν εὐδόκιμον. *Qui quidem scripsit de victoria Olympiæ equorum certaminis in Alcibiadem encomium, sive is Euripides, ut multus firmat sermo, sive alius quis erat Sossi; ait oportere felici primo existere urbem nobilem.* Vides *Hymnum in Alcibiadem.* Ac puto ex *Hymno in Apollinem* esse, quæ profert Macrobius *Sat.* lib. I. cap. XVII. Ubi de variis ejus Dei cognominibus:

Πυριγενὴς δὲ δράκων ὅλον ἡγεῖται τετραμόρφοις
Ὥραις, ζεύγνυς ἁρμονίᾳ πολύκαρπον ὄχημα.
Igneus autem draco totum ducit quadriformibus
Tempestatibus, jungens concordia frugiferum vehiculum.

Atque hæc hactenus de Tragœdiis. Commemorantur quoque Epistolæ Euripidis; sed quæ tamen Sabirii Pollonis esse ferebantur. Anonymus in *Vita Arati.* Ἀπολλωνίδης ὁ Κηφεὺς ἐν τῷ ὀγδόῳ περὶ κατεψευσμένης ἱστορίας οὐκ εἶναι αὐτὰς Ἀράτου φησὶν, ἀλλὰ Σαβιρίου Πόλλωνος, τοῦ δὲ αὐτοῦ τούτου φησὶν εἶναι ἐπιγεγραμμένας Εὐριπίδου Ἐπιστολάς. *Apollonides Cepheus in octavo de falsa historia non esse illas Arati ait, sed Sabirii Pollonis. Hujus vero ipsius ait esse inscriptas Euripidis Epistolas.*

FINIS.



JOANNIS MEURSII

THESEUS,

SIVE

DE EJUS VITA REBUSQUE PRÆCLARISSIME GESTIS

LIBER SINGULARIS.

ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO VIRO,

CAROLO SANCTA-MAURO
DUCI
MONTAUSERIO,

PARI FRANCIÆ, ORDINUM REGIORUM EQUITI TORQUATO, NORMANNIÆ, ENGOLISMORUM, SANTONIÆ, ALSATIÆ, SUPERIORIS ET INFERIORIS PROREGI, GALLIARUM DELPHINI NUPER GUBERNATORI.

S. P. D.

JOANNES GEORGIUS GRÆVIUS.



ETIAMSI nulla Tua in me merita essent, quæ tamen tanta sunt, ut nullo studio, nulla pietate, nulla vi verborum, si vel maxime fortuna ingeniumve meæ voluntati responderent, possint declarari, quanta sunt: splendor tamen tuæ dignitatis, divina virtute, singularique pacis & belli artium prudentia partæ, me devinxisset ad Te colendum. Nam cum in tanto virorum excellentium proventu, quo vestræ florent Galliæ, Te præcipue Rex Maximus delegerit, cujus fidei & curæ spem suam & tot gentium crederet, nemo non intelligit, & quantum Sibi præsidii in Tua sapientia sanctitateque constituerit: & quam Tu sis delibatus flos totius populi. Jam dudum, antequam hæc Tibi mandabatur provincia, omnium animos in se converterat fama Tuarum virtutum, quas ingenia clarissima præconiis immortalibus celebrarant, judicii autem Regii prærogativa non modo supra laudem omnem, sed supra invidiam Te collocavit. Tu vero in hoc munere procurando mirificam & omnibus sæculis prædicandam rationem iniisti, quam non solum Serenissimus Delphinus ad omne decus regium informaretur, sed eadem opera omnis Nobilitas inflammaretur ad excolendas illas artes, quibus qui sunt imbuti non possunt non ad magnæ cujusvis fortunæ cultum esse parati, si eos natura non neglexit. Nam cum Tibi esset exploratissimum, nullam aliam ad veram doctrinam & sapientiam viam patere, quam eam, quam Theodosius Imperator filio Honorio monstravit apud Claudianum:

—— Musis, animus dum mollior, insta,
Et quæ mox imitere legas, nec desinat unquam
Tecum Graja loqui, tecum Romana vetustas;

Cumque illa hoc tempore, nescio quo fatali rerum optimarum fastidio, tereretur a paucis, Tu eam quasi reparasti, & de integro muniisti, & ad eam calcandam Juventutem omnem excitasti. Cum enim optimos quosque vetustiores scriptores in usum Principis Juventutis jussisti edi & illustrari, viderunt omnes, quodnam studiorum iter sibi sequendum sit, si ad sapientiam, &, quam illa promittit, gloriam velint emergere, & tam prætexta quam paludamento inclarescere, Tuo Tuique alumni exemplo. Quo consilio non solum de Gallia Tua, sed de genere humano meritus es præclarissime, quod, extincta litterarum luce, in sacris profanisque perpetuo hallucinans ubique offendet, & fœdis monstris vexabitur, quod sæculorum superiorum tristitia,

cum omnia barbarie ſqualerent, neminem ignorare ſinit. Sicut autem alii populi ſe fere ad gentis veſtræ cultiſſimæ mores ſolent componere, ſic ad veram ſtudiorum rationem, quam Tu Sereniſſimo Delphino præſcripſiſti, æmulandum incendentur. Omnes vero, quibus doctrinarum ſalus & dignitas cordi eſt, ſempiterno Tibi obſtrinxi beneficio. Ego ſane, qui inter illos nomen profiteor, qui pulcherrimarum artium amore flagrant, exiſtimavi hanc vitam Herois Attici, ab inſigni illo Græcarum antiquitatum doctore, Joanne Meurſio, quem Tu ſemper plurimi feciſti, concinnatam, non alii inſcribendam eſſe quam Tibi, qui Theſeum virtutibus aut æquas, aut ſuperas, & tam auſpicato Galliam imminentis barbariei peſte, quam ille ſuam Græciam multis monſtris purgavit. Tuum nomen in peplo Gallicorum Heroum non minus ad omnem poſteritatis memoriam proditum fulgebit, quam Theſei ſplendebat in peplo Minervæ. Publico politiorum doctrinarum, quæ tantum Tibi debent, nomine hoc gratæ voluntatis & perpetuæ meæ in Te obſervantiæ monumentum Tibi pono. Privatas ſi vellem attexere cauſſas, quibus Tibi ſum a plurimis annis obligatus mirum in modum, cum ab illo tempore, quo primum Heſiodus meus in Tuam gratiam me poſuit, nullum liberalitatis genus, quod quidem a ſumma proficiſcatur humanitate, poſſit optari, quod mihi non tribueris; cum in maximo ſtrepitu armorum meis Muſis otium feciſti, meque paterno, ſi mihi ſic loqui permittis, quodam amore ſemper foviſti, finem non inveniret hæc epiſtola. Erit ſpero tempus, cum ex mea potero arca promere, quod Tibi probet devotiſſimum meum animum, cui dies noctesque Tuorum beneficiorum obverſatur imago. Nunc, qua es incredibili bonitate, non indignaberis, me ab alio ſolvere interea, Theſeumque ad Te allegari interpretem & obſidem meæ fidei, ſtudii, & religionis, quam in Te colendo mihi præſtandam decrevi. Vale Dux Illuſtriſſime. Trajecti ad Rhenum Prid. Kal. April. cIↄ Iↄ c xxciv.

LECTORI S.



OANNIS MEURSII doctrina ſingularis, & inexhauſtum ſtudium, quod in Græcis præcipue rebus publicis, hiſtoriis, & antiquis ritibus illuſtrandis poſuit, cum omnibus ſint teſtata, quos divinior mens, & interioris doctrinæ cultus evexit ſupra vulgus, non magis commendationis egent, quam Falerianum hederæ. Ingenii ejus egregia monumenta doctis ab hominibus expetuntur cupide. Plurima quidem cum in vivis eſſet edidit, ſed non pauca reliquit edenda, quæ in Potentiſſimi Suecorum Regis bibliotheca ſervantur: ex qua non ita pridem Cretam, Cyprum & Rhodum produximus in publicum, propediem vero plura producentur ſpero. Hunc libellum de Vita Theſei, *quæ diatribæ* de Pagis Atticis (*ſic enim* δῆμοι *vertendum eſſe, non populi, ut Meurſius aliique vertunt, dudum viri eruditi docuerunt*) *adnectenda poſt obſervavit, debes, æque ut* Ceramicum geminum, & Miſcellanea Laconica *liberalitati viri virtute & doctrina præcellentis Samuelis Puffendorfii, Regis Suecorum Hiſtoriographi celeberrimi, cujus* Suecicarum rerum Commentarios *avide deſideramus.*

INDEX CAPITUM.

INDEX CAPITUM.

JOANNIS MEURSII
THESEUS,
SIVE
DE EJUS VITA REBUSQUE PRÆCLARISSIME GESTIS
LIBER SINGULARIS.

CAP. I.

Theseus patre natus Ægeo, vel Neptuno: alius etiam ab eo Thessalus, qui Smyrnam condidit: item Hippasi filius & Alcestidis. Quidam etiam Historicus, isto nomine. Noster hic a patre tria vota accepit. Ea quæ fuerint. Pittheus id in vulgus sparsit: atque illud qua de caussa. Neptunus a Trœzeniis maximopere cultus; eorumque urbis Deus tutelaris: tum antiquus etiam nummus, tridentis nota insignitus.



THESEI pater, in incerto; mater, Æthra: cum qua Ægeus, & Neptunus, una eademque nocte, pariter concubuisse memorantur. Apollodorus, lib. III. Τὸν χρησμὸν (ὁ Πιτθεὺς) συνεὶς, μεθύσας αὐτὸν (τὸν Αἰγέα) τῇ θυγατρὶ συγκατέκλινεν Αἴθρᾳ. τῇ δ' αὐτῇ νυκτὶ καὶ Ποσειδῶν ἐπλησίαζεν αὐτῇ. *Oraculo (Pittheus) intellecto, ipsum (Ægea) inebriatum filiæ suæ Æthræ collocat; & eadem illa nocte rem cum ea etiam Neptunus habuit.* Hyginius, *Fab.* XXXVII. *Neptunus & Ægeus, Pandionis filius, in fano Minervæ, cum Æthra, Pitthei filia, una nocte concubuerunt.* Itaque Neptunum illi patrem tribuunt, non Poetæ tantum, verum etiam Oratores, & Historici. Diodorus Siculus, *lib.* IV. Θησεὺς πίνων, γεγονὼς Αἴθρας τῆς Πιτθέως, καὶ Ποσειδῶνος. *Theseus igitur, natus ex Pitthei filia Æthra, & Neptuno.* Isocrates, in *Encomio Helenæ*: Καὶ πρῶτον μὲν Θησεὺς, ὁ λεγόμενος μὲν Αἰγέως, γενόμενος δὲ ἐκ Ποσειδῶνος. *Ac primum Theseus, Ægei quidem filius dictus, verum ex Neptuno natus.* Et mox, de eo atque Hercule: Ἐξ ἀδελφῶν δὲ γεγονότες, ὁ μὲν, ἐκ Διός. ὁ δὲ, ἐκ Ποσειδῶνος, ἀδελφὰς καὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχον. *Ex fratribus nati, alter Jove, alter Neptuno, fraternas etiam cupiditates habuerunt.* Cicero, *de Nat. Deorum*, lib. III. *Quid? Aristæus, qui olivæ dicitur inventor, Apollinis filius: Theseus, qui Neptuni.* Aristides, *Orat. in Asclepiadas*: Μίνως δὲ, καὶ Ῥαδάμανθος, Διός παῖδες· καὶ Θησεὺς, Ποσειδῶνος. *Minos vero, & Rhadamanthus, Jovis filii; ac Theseus, Neptuni.* Alius est, ne confundas, Theseus Thessalus, Smyrnæ conditor: de quo Herodotus, in *Vita Homeri*: Κτιζομένοισι δὲ τὴν πόλιν Σμύρνην ἔθετο τὸ ὄνομα Θησεύς. ὁ δὲ ἦν τῶν τὴν Κύμην κτισάντων ἐν τοῖς πρώτοις Θεσσαλῶν. *Civitati, quam condebant, nomen Smyrnam imposuit Theseus: qui erat e primariis Thessalorum, Cumæ conditorum.* Tacitus, *Annal* IV. *Smyrnæi, repetita vetustate, seu Tantalus, Jove ortus, sive Theseus, divina & ipse stirpe, sive una Amazonum condidisset, transcendere ad ea, queis maxime fidebant.* Meminitque Aristides, in *Monodia*, *Palinodia*, *Gratulatione*, & *Oratione de Smyrna*. Alius quoque, filius Hippasi & Alcestidis: cujus meminit Scholiastes Aristophanis, *Vespis*: Φυγὰς ἐκ Φερῶν Ἄδμητος: ἦλθε πρὸς Θησέα, τὸν Ἀλκήστιδος καὶ Ἱππάσου νεώτατον παῖδα· καὶ κατῳκίσθη παρ' αὐτοῦ, ἐν τῇ αὐτοῦ χώρᾳ. *Exulans Pheris Admetus, venit ad Theseum, juniorem Alcestidis & Hippasi filium; habitavitque apud ipsum, in ipsius regione.* Fuit & Historicus quidam, eo nomine: de quo Suidas: Θησεὺς, ἱστορικός· (ἔγραψε) Βίους ἐνδόξων ἐν βιβλίοις ε'. Κορινθιακῶν, ἐν βιβλίοις γ'. ἐν ᾧ δηλοῖ τὴν κατάστασιν τοῦ Ἰσθμιακοῦ ἀγῶνος. *Theseus, Historicus: (Scripsit) Vitas virorum illustrium, libris quinque. Corinthiacorum, libris tribus: in quibus ostendit Isthmicorum ludorum institutionem.* In opere *de Viris illustribus*, sine dubio etiam Thesei hujus nostri Vitam scripserit: fuerintque hinc petita, quæ Isaacius Tzetzes profert, *Commentario ad Lycophronem*: Θησεὺς φησὶ, τὸν Αἰγέα Φημίου εἶναι παῖδα. Αἰγέως δὲ, Θησέα. *Theseus ait, Ægeum esse Phemii filium: Ægæi vero, Theseum.* *Corinthiacorum* vero librum tertium citat Etymologici Auctor, in Ἀρνη. Οὕτω Θησεὺς, ἐν Κορινθιακῶν τρίτῳ. *Ita Theseus, libro tertio Corinthiacorum.* Duo ejus fragmenta exhibet Stobæus, *Serm.* VII. Ad nostrum hunc pertinet, quod tria vota accepisse a Neptuno, velut patre, referatur. Cicero, *loco citato*: *Cum Theseus Hippolytum perdidit, cum ter optandi a Neptuno patre habuisse potestatem?* Et *de Offic.* lib. I. *Si, ut in fabulis est, Ne-*

ptunus, quod Theseo promiserat, non fecisset, Thefeus filio Hippolyto non esset orbatus. Ex tribus enim optatis, ut scribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit. Euripides, *Hippolyto*:

Ἄναξ Ποσειδῶν ὤπασεν Θησεῖ γέρας,
Μηδὲν μάταιον ἐς τρὶς εὔξασθαι θεῷ.
Rex Neptunus dedit Theseo munus,
Ut nihil frustra ter optaret a Deo.

Et mox ipse Theseus:

Ἀλλ' ὦ πάτερ Πόσειδον, ἃς ἐμοί ποτε
Ἀρὰς ὑπέσχου τρεῖς, μιᾷ κατέργασαι
Τούτων ἐμὸν παῖδ'. ——
Sed o pater Neptune, quas mihi aliquando
Tres imprecationes promisisti, una confice
Harum meum filium. ——

Ac deinde Diana ad ipsum, *extrema fabula*:

Ἆρ' οἶσθα πατρὸς τρεῖς ἀρὰς σαφεῖς ἔχων;
Ὧν τὴν μίαν παρεῖλες, ὦ κάκιστε σύ,
Εἰς παῖδα τὸν σόν, ἐξὸν εἰς ἐχθρόν τινα.
Scisne tres te imprecationes ratas a patre habuisse?
Quarum unam, tu pessime transtulisti
In filium tuum, cum in inimicum aliquem posset.

Et apud Senecam, in *Hyppolyto*, ipse etiam ita loquitur.

—— *Genitor æquoreus dedit,*
Ut vota prono trina concipiam Deo:
Et invocata munus hoc sanxit Styge.

Et hæc tria ejus vota memorantur: redire ex inferis, expediri e labyrintho, ac filium suum interire. Scholiast. Euripidis, *ad citatum* statim *Hyppolytum*: Εἰσὶ δὲ αἱ εὐχαὶ Θησέως πρὸς Ποσειδῶνα τρεῖς. πρῶτον, ἀνελθεῖν ἐξ ᾅδου. δεύτερον, ἐκ λαβυρίνθου· τρίτον, Ἱππολύτου θάνατον. *Sunt vero tria, quæ a Neptuno optavit Theseus; primum quidem, ut ex inferis rediret: alterum, ut e labyrintho: tertium, ut filius Hippolitus moreretur.* Quanquam sane de reditu ab inferis ipse negat, apud Senecam, *loco citato*:

Inter profunda Tartara, & Ditem horridum,
Et imminentes regis inferni minas,
Voto peperci. Redde nunc pactam fidem,
Genitor. ——

Ai Plutarchus in *Theseo*, famam hanc a Pittheo sparsam; quod Trœzenii Neptunum colerent majorem in modum: adeo ut urbis Deum tutelarem esse crederent, ac primitias illi frugum consecrarent, & tridentem nummo imprimerent. Ἦν δὲ λόγος ὑπὸ τοῦ Πιτθέως διαδοθείς, ὡς ἐκ Ποσειδῶνος (ὁ Θησεὺς) τεκνωθείη. Ποσειδῶνα γὰρ Τροιζήνιοι σέβουσι διαφερόντως, καὶ θεός οὗτός ἐστιν αὐτοῖς πολιοῦχος· ᾧ καὶ καρπῶν ἀπάρχονται, καὶ τρίαιναν ἐπίσημον ἔχουσι τοῦ νομίσματος. *Rumor autem fuit per Pitthea vulgatus, quod ex Neptuno (Theseus) prognatus esset. Etenim Trœzenii eximie Neptunum colunt: estque illis Deus urbis tutelaris, cui & primitias frugum libant, & tridentem nummi sui notam habent.* Atque de tridente quidem, nummi nota, refert etiam Pausan. in *Corinthiacis*: ubi illud quoque habet, cultum, ibi & Neptunum, cognomento Βασιλέα. Καὶ Ποσειδῶνα, (σέβουσιν οἱ Τροιζήνιοι) Βασιλέα ἐπίκλησιν. καὶ δὴ καὶ νόμισμα αὐτοῖς τὸ ἀρχαῖον, ἐπίσημα ἔχει τρίαιναν. *Et Neptunum, (colunt Trœzenii) Regem cognomento. Ac sane antiquus eorum nummus tridenti insignitus.*

CAP. II.

Ubi natus. Loco nomen Γενέθλιον *datum. Quare Theseus dictus fuerit. Ubi item educatus. Ac præceptor datus Connidas: cui arietem, in profesto Thesei, immolare Athenienses consuevere. Ab hoc cæteras artes didicit, uti etiam lyra canere: quæ in ejus honorem, inter signa cœlestia relata a nonnullis memoratur. A Phorbante palæstricen docetur: qui auriga quoque ejus perhibetur. Etiam Chironis discipulus. Vix septennis, animum intrepidum ostendit, cœnante apud Pittheum Hercule. Comam, Apollini dedicatam, Delphos mittit: aut, ut alii, in Delum. Locus,* Θησεία*: tonsura,* Θησηΐς. *Quare dedicatio facta.*

NATUS autem Theseus fertur juxta vicum Celenderin dictum, in via situm, qua ad portum Trœzenis ibatur: e[?] in loco, quem Γενέθλιον postea ex hac re dixerunt. Pausanias, in *Corinthiacis*: Καταβαίνουσι δὲ ἐπὶ τὸν πρὸς τῇ Κελενδέρει καλουμένην λιμένα, χωρίον ἐστίν, ὃ Γενέθλιον ὀνομάζουσι, τεχθῆναι Θησέα ἐνταῦθα λέγοντες. *Qua ad portum descenditur, qui est ad Celenderin situs, locus exstat, qui Genethlium appellatur, quod heic Thesea natum d cant.* Nomenque Thesei accepit, ex depositis sub saxo indiciis; idque simul natus esset: vel, ut alii, postea demum, cum ab Ægeo adoptatus. Plutarchus: Τεκούσης δὲ τῆς Αἴθρας υἱὸν, οἱ μὲν, εὐθὺς ὀνομασθῆναι Θησέα λέγουσι, διὰ τὴν γνωρισμάτων θέσιν· οἱ δὲ, ὕστερον Ἀθήνησι, παῖδα θεμένου τοῦ Αἰγέως αὐτόν. *Postquam Æthra filium enixa esset, alii statim Thesea nominatum ferunt, ex depositis indiciis: alii autem, postea Athenis, cum ipsum Ægeus adoptasset.* Quæ transcripsit Etymologici Auctor, in Θησεύς. Educatus autem fuit Marathone, ut nonnulli tradiderunt. Lutatius, *ad Theb.* v. *Marathon, civitas: in qua Theseus nutritus est.* Datusque illi a Pittheo, avo materno, rector pueritiæ Connidas: cui etiam Athenienses, in memoriam ejus rei, die Thesei profesto, usque ad Plutarchi ætatem, arietem immolabant. Ecce hæc ipsius verba: Τρεφόμενον δὲ ὑπὸ τοῦ Πιτθέως, ἐπιστάτην ἔχειν καὶ παιδαγωγὸν ὄνομα Κοννίδαν· ᾧ μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι μιᾷ πρότερον ἡμέρᾳ τῶν Θησείων κριὸν ἐναγίζουσι, μεμνημένοι, καὶ τιμῶντες. *Educatum vero a Pittheo, præfectum habuisse ac pueritiæ rectorem nomine Connidam: cui nunc quoque Athenienses pridie Theseorum arietem immolant, in memoriam, & honorem.* Ab hoc cum cæteris artibus fere universis est imbutus, tum & lyra canere didicit: quæ relata inter signa cœlestia in honorem ejus fertur. Hyginus, in *Poetico Astronomico*: *Nonnulli lyram, quæ proxima ei signo est collocata, Thesei esse dixerunt: quod, ut eruditus omni genere artium, lyra quoque didicisse videbatur.* Huc pertinet, quod Olympiæ, in ara quadam, a Cypselidis dedicata, expressus etiam Theseus fuerit, lyram tenens. Pausanias, in ejus aræ descriptione, *Eliac.* lib. I. Θησεὺς δὲ, ἔχων λύραν. καὶ παρ' αὐτὸν, Ἀριάδνη κατέχουσά ἐστι στέφανον. *Theseus vero, lyram tenens: & Ariadna, cum corona.* Item hoc Anacreontis:

Ἀγχι δαὶ τεῦ Θησέος ἐστὶ λύρη.
In propinquo est Thesei lyra.

Quidam tradunt, eum palæstricen edoctum a Phorbante: quem nonnulli aurigam ejus fuisse volunt, & Amazonem cum hoc ipso rapuisse. Scholiastes Pindari, *Nemeis*, ode v. Ἐν Ἀθήναις φασὶν εὑρῆσθαι τὴν παλαιστρικὴν ὑπὸ Φόρβαντος, τοῦ παιδοτρίβου Θησέως. Φερεκύδης δὲ ἡνίοχον τὸν Φόρβαντα φησὶ Θησέως· σὺν ᾧ καὶ τὴν Ἀμαζόνα ἁρπάζει. *Athenis ajunt palæstricem inventam a Phorbante, præceptore Thesei. Pherecides vero aurigam Thesei refert Phorbantem; cum quo & Amazonem rapuerit.* Xenophon Chironem etiam illi præceptorem tribuit, lib. *de Venat.* Anno septimo ætatis, magnum animi intrepidi indicium dedit; quod Pausan. commemorat in *Atticis*: Τῶν δὲ ἐν Τροιζῆνι λόγων, οὓς ἐς Θησέα λέγουσιν, ἐστίν. ὡς Ἡρακλῆς ἐς Τροιζῆνα ἐλθὼν παρὰ Πιτθέα, καταθεῖτο ἐπὶ τῷ δείπνῳ τοῦ λέοντος τὸ δέρμα. ἐσέλθοιεν δὲ παρ' αὐτὸν ἄλλοι τε Τροιζηνίων παῖδες, καὶ Θησεὺς ἕβδομον μάλιστα γεγονὼς ἔτος. Τοὺς μὲν δὴ λοιποὺς παῖδας, ὡς τὸ δέρμα εἶδον, φεύγοντας φασὶν οἴχεσθαι· Θησέα δὲ ὑπεξελθόντα οὐκ ἄγαν σὺν φόβῳ, παρὰ τῶν διακόνων ἁρπάσαι πέλεκυν, καὶ αὐτίκα ἐπιέναι σπουδῇ, λέοντα εἶναι

τὸ δέρμα ἡγούμενον. *Inter ea, quæ Trœzene de Theseo referunt, est istud: Herculem venisse Trœzenem ad Pittheum; cumque accumbere vellet, leonis pellem deposuisse: accessisse & alios Trœzeniorum pueros, & Theseum, annos maxime septem natum. Cæteros, conspecta pelle, aufugisse: Theseum, nihil magnopere metuentem, paulisper egressum esse: abreptaque de servorum manibus securi, quod leonem esse pellem existimaret, confestim invasisse.* Cum e pueris excederet, recepto per id tempus more, Delphos abiit, atque comam illic suam Apollini dedicavit, tonsa parte capitis anteriore. Qua ex re locus Θησεία, tonsura Θησηὶς nuncupata. Plutarch. Ἔθους δὲ ὄντος ἔτι τότε, τοὺς μεταβαίνοντας ἐκ παίδων, ἐλθόντας ἐς Δελφοὺς, ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ τῆς κόμης, ἦλθε μὲν εἰς Δελφοὺς ὁ Θησεὺς. καὶ τόπον ἀπ᾽ αὐτοῦ τὴν Θησείαν ἔτι νῦν ὀνομάζεσθαι λέγουσιν. ἐκείρατο δὲ τῆς κεφαλῆς τὰ πρόσθεν μόνον, ὥσπερ Ὅμηρος ἔφη τοὺς Ἄβαντας· καὶ τοῦτο τῆς κουρᾶς τὸ γένος Θησηὶς ὠνομάσθη δι᾽ ἐκεῖνον. *Cumque etiam tunc usitatum esset, ut, ex pueris qui excedebant, Delphos euntes comæ primitias Deo sacrarent, Theseus Delphos est profectus; atque locum etiamnum Theseam ab ipso appellatum esse dicunt; ac detonsa illi quidem tantum coma anterior fuit, ut Homerus de Abantibus refert. Estque hoc tonsuræ genus propter ipsum Theseis appellatum.* Eustathius tradit, primum Theseum comam suam dedicasse; non ab aliis morem eum accepisse: tum & illam in Delum insulam, non Delphos, Apollini misisse. Ecce verba, *in Iliad. β´.* Λέγεται δὲ τῆς τομῆς τοῦ θρεπτηρίου πλοκάμου κατάρξαι Θησεὺς. κειράμενος γὰρ, φασὶ, τὴν ἐμπροσθίαν κόμην, εἰς Δῆλον ἀνέθετο τῷ Ἀπόλλωνι. *Fertur autem primus Theseus comæ, quam aluerat, sectionem incepisse: detonsam enim, uti ajunt, partem ejus anteriorem, in Delum missam, Apollini consecravit.* De tonsura, quæ *Theseis* appellata, etiam Polyænus: sed in præliis ineundis usurpatam illi scribit, *lib.* I. Θησεὺς ἐν ταῖς μάχαις τὰ πρῶτα τῆς κεφαλῆς ἀπεκείρατο, τὴν τῶν τριχῶν ἀντίληψιν ἀφαιρούμενος. μετὰ Θησέα, ὅσοι Ἕλληνες οὕτως ἐκείροντο. ἡ κουρὰ Θησηὶς ἐκλήζετο. *Theseus in præliis anteriorem capitis partem tondebat, ut hac ratione caveret, ne quis crines apprehenderet. Post Theseum, quotquot Græci eo modo tondebantur. Hac tonsura Theseis vocabatur.* Dedicabant autem comam, pro felici cæteri corporis valetudine. Censorinus, *de Die Nat.* cap. I. *Quidam etiam, pro cætera bona corporis valetudine, crinem Deo pascebant.*

CAP. III.

Cum adolevisset, a matre ad saxum adductus, tollit ensem, calceosque, a patre relictos. Quot annorum id temporis fuerit. Ejus fortitudo, & forma: tum statura item magna. Saxum, Thesei appellatum: antea, Ara Jovis Sthenii. Κολουραῖον. *Callimachi locus, contra mentem Isacii Tzetzæ explicatus.*

POSTQUAM vero adolevisset, jamque matri justum robur, cum prudentia conjunctum, consecutus videretur, adduxit eum illa ad saxum, sub quo pater monumenta, ensem, & calceos occultaverat: atque ille, hoc amoto, ista abduxit. Plutarch. Ἐπεὶ δὲ, μειράκιον ὢν, ἅμα τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ, διέφαινεν ἀλκὴν, καὶ φρόνημα μετὰ νοῦ καὶ συνέσεως βέβαιον, οὕτως αὐτὸν ἡ Αἴθρα πρὸς τὴν πέτραν προσαγαγοῦσα, καὶ φράσασα περὶ τῆς γενέσεως τἀληθὲς, ἐκέλευσεν ὑφελεῖν τὰ πατρῷα σύμβολα, καὶ πλεῖν εἰς Ἀθήνας· ὁ δὲ τὴν μὲν πέτραν ὑπέδυ, καὶ ῥᾳδίως ἀνέωσε. *Postquam vero adolevit, &, præter corporis robur, eluxit in eo fortitudo, animusque solidus, cum prudentia & sapientia conjunctus, Æthra ad saxum abductum, ac de ortu suo vera edoctum, paterna insignia inde tollere, & Athenas ire jussit. Atque ille saxum subiit, & facile removit.* Apollodorus, *lib.* III. Θησεὺς δὲ, γεννηθεὶς ἐξ Αἴθρας Αἰγεῖ παῖς, ὡς ἐγενήθη τέλειος, ἀπωσάμενος τὴν πέτραν, τὰ πέδιλα καὶ τὴν μάχαιραν ἀναιρεῖται. *Theseus vero, Ægeo ex Æthra natus, jam grandis factus, saxo amoto, calceos & ensem aufert.* Erat tum annorum sedecim, ut Pausan. nobis auctor, in *Atticis*: Κρηπῖδας Αἰγέα (λόγος ἐστὶν) ὑπὸ πέτρᾳ καὶ ξίφος θεῖναι, γνωρίσματα εἶναι τῷ παιδί. Καὶ τὸν μὲν ἐς Ἀθήνας ἀποπλεῖν. Θησέα δὲ, ὡς ἕκτον καὶ δέκατον ἔτος ἐγεγόνει, τὴν πέτραν ἀνώσαντα οἴχεσθαι, καὶ τὴν παρακαταθήκην τὴν Αἰγέως φέροντα. *Crepidas Ægeum (fama est) & ensem sub saxa deposuisse, quo ea sibi signa forent ad agnoscendum filium. Atque illum quidem Athenas abnavigasse: Theseum vero, cum jam annum ætatis decimum sextum attigisset, amoto saxo, depositum Ægei sustulisse.* Erat autem ut insigni fortitudine, ita forma. Servius, *ad Æneid. lib.* VI. *Tertio anni Ægei Theseus missus est, potens tam virtute, quam forma.* Quæ totidem verbis transcripsit Lutatius, *ad Statii Achill. extremum lib.* I. Eustath. *in Dionysium*: Ἐκ Τροιζῆνος (ὁ Θησεὺς) χρόνιος ἐλθὼν, μετὰ τοῦ ξίφους καὶ τῶν πεδίλων τῶν πατρικῶν, ἀνεφωνίσθη μὲν ἀγνοοῦντι τῷ πατρὶ Αἰγεῖ, παῖς καλὸς, καὶ πρέπων εἰς βασιλείαν. *Trœzene (Theseus) tempestivus adveniens, cum gladio & calceis paternis, apparuit patri Ægeo, ipsum non noscenti, formosus puer, ac regno decorus.* Phædra, apud Senecam, in *Hippolyto*:

——Thesei vultus amo
Illos priores, quos tulit quondam puer;
Cum prima puras barba signaret genas,
Monstrique cæcam Gnossii vidit domum,
Et longa curva fila colligit via,
Et ora flavus tenera pingebat rubor.
Inerant lacertis mollibus fortes tori;
Tuæve Phœbes vultus, aut Phœbi mei;
Tuusque potius: talis, en, talis fuit,
Cum placuit hosti. Sic tulit celsum caput.

Statura quoque excelsa fuit; idque ex Plutarcho liquet: qui cum ossa ejus in Scyro a Cimone reperta tradit, ita scribit: Εὑρέθη δὲ θήκη τε τοῦ μεγάλου σώματος. *Repertus est loculus magni corporis.* Certe, quod ad formam attinet, etiam inter formosissimos memoratur ab Hygino, *Mythol.* cap. CCLXX. Postquam vero, uti dixi, adultam ætatem attigisset, monumenta patris sustulit, saxo amoto: quod deinde *Thesei* dictum, cum ad istud usque tempus nomen illi *Jovis Sthenii ara* fuisset. Pausan. in *Corinthiacis*: Καὶ πέτρα, Θησέως ὀνομαζομένη· μεταβαλοῦσα καὶ αὕτη τὸ ὄνομα, ἀνελομένου Θησέως ὑπ᾽ αὐτῇ κρηπῖδας τὰς Αἰγέως καὶ ξίφος· πρότερον δὲ, βωμὸς ἐκαλεῖτο Σθενίου Διός. *Et saxum, Thesei appellatum; quod ipsum nomen etiam suum mutavit, postquam Theseus Ægei repositas sub eo crepidas gladiumque substulit: antea vero, ara Jovis Sthenii appellabatur.* Ac mox rursum: Ἔστι δὲ ὁδὸς ἐς Ἑρμιόνην ἐκ Τροιζῆνος κατὰ τὴν πέτραν, ἣ πρότερον μὲν ἐκαλεῖτο Σθενίου Διὸς βωμὸς, μετὰ δὲ Θησέα ἀνελόμενον τὰ γνωρίσματα, ὀνομάζουσιν οἱ νῦν Θησέως αὐτήν. *Trœzene vero Hermionem itur juxta saxum, quod antea quidem ara Sthenii Jovis dictum, postquam vero monumenta Theseus sustulit, Thesei impræsens vocant.* Dictum etiam *Coluræum* tradit Isaacius Tzetzes, ex Callimacho: Τὴν περὶ Θησέως τοῦ ξίφους, καὶ τῶν ὑποδημάτων, τῶν ὑπὸ τὴν Κολουραίαν πέτραν, πάλιν ἀναλαμβάνει· Κολουραίαν γὰρ αὐτὴν ὁ Καλλίμαχος καλεῖ:

Ἔργα δὲ μ᾽ ἐν Τροιζῆνι Κολουραίῃ ὑπὸ πέτρῃ
Θῆκε σὺν ἀσπίδεσσιν.

Historiam de Thesei gladio, calceisque, sub Coluræo saxo absconditis, rursum comprehendit. Nam Coluræum id Callimachus appellat:

Opera vero mihi Trœzene Coluræo sub saxo
Posuit cum calceis. ——

Quan.

Quanquam sane malim Κολωραίαν πέτραν explicare appellative, ut Grammatici loquuntur, *cavum saxum* aut *incurvum*, ut interpretatur Suidas; qui Callimachi istum locum sine dubio respexit, cum inquit: Κολωραία πέτρα, κοίλη, κεκαμμένη, ἢ στρογγύλη, παρὰ Καλλιμάχῳ. *Coluræum saxum, cavum, incurvum, rotundum, apud Callimachum.*

CAP. IV.

Herculis fama incensus, ejus quoque virtutes æmulabatur. Ideo, Athenas iturus, cum paternis monumentis, mari iter facere noluit; quanquam avo atque matre dissuadentibus. Terra autem totam viam, qua Trœzene Athenas ibant, latrociniis perpurgavit. Qua de causa navem etiam theoridem, cum Athenienses eam Delphos mitterent, quidam, qui secures gererent, anteibant, tanquam viam purgaturi.

AD virtutem animo pronus, cum tunc valde magna esset Herculis fama, ac gestarum rerum gloria, illum sibi imitandum ob oculos posuit. Plutarchus: Τὸν δὲ πάλαι μὲν, ὡς ἔοικε, λεληθότως διέκαιεν ἡ δόξα τῆς Ἡρακλέους ἀρετῆς, καὶ πλεῖστον ἐκείνου λόγον εἶχε, καὶ προθυμότατος ἀκροατὴς ἐγένετο τῶν διηγουμένων ἐκεῖνον, οἷος εἴη, μάλιστα δὲ τῶν αὐτὸν ἑωρακότων, καὶ πράττοντι, καὶ λέγοντι, προσετυχηκότων. *At hunc jampridem gloria virtutis Herculis clam incenderat, eumque faciebat plurimi, & promtissime memorantibus, qualis esset, aurem dabat: maxime autem, qui eum viderant, quique sive dictis, sive factis, interfuerant.* Isocrates, in *Enc. Hel.* Κάλλιστον μὲν οὖν περὶ Θησέως τοῦτ' εἰπεῖν ἔχω, ὅτι, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἡρακλεῖ γενόμενος, ἐφάμιλλον τὴν ἑαυτοῦ δόξαν πρὸς τὴν ἐκείνου κατέστησεν. οὐ γὰρ μόνον τοῖς ὅπλοις ἐκοσμήσαντο παραπλησίως, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐχρήσαντο τοῖς αὐτοῖς, πρέποντα τῇ συγγενείᾳ ποιοῦντες. *Ac pulcherrimum de Theseo dicere illud habeo, quod, Herculis temporibus natus, ita se gessit, ut parem cum illo gloriam consequeretur. Neque enim simili armorum genere se duntaxat exornabant, verum studia quoque eadem coluerunt, ut cognationi ipsorum conveniebat.* Diodorus Siculus, *l.* IV. Ἐπεὶ δὲ περὶ Ἡρακλέους, καὶ τῶν ἀπογόνων αὐτοῦ, ἐμνήσθημεν, οἰκεῖον ἂν εἴη περὶ Θησέως εἰπεῖν, διὰ τὸ τοῦτον ζηλωτὴν γενέσθαι τῶν Ἡρακλέους ἄθλων. *Postquam de Hercule, ejusque item posteritate, memoravimus, consequens fuerit, ut de Theseo dicam, siquidem ille Herculis, certamina est æmulatus.* Et paulo post: Διεξιὼν δὲ, ὥς φασι, τὴν παραθαλάσσιον, καὶ ζηλωτὴς ὢν τῆς Ἡρακλέους ἀρετῆς, ἐπεβάλετο τελεῖν ἄθλους περιέχοντας ἀποδοχήν τε καὶ δόξαν. *Dum vero per maritimam oram iter facit, uti ferunt, Herculisque virtutem æmulatur, animum induxit perficere certamina, quæ favorem gloriamque continerent.* Clemens, *Strom.* I. Θησεὺς δὲ, ὁ Ἡρακλέους ζηλωτὴς ὢν, πρεσβύτερός ἐστι τῶν Τρωικῶν μιᾷ γενεᾷ. *Theseus, qui Herculis æmulator erat, Trojanis rebus una generatione est antiquior.* Itaque exemplo Herculis, gloriam ingentem affectans, cum paterna monumenta accepisset, Athenas contendit via terrestri, atque hac periculosa, & latronibus infessa: quanquam admodum dissuadente matre Æthra, & avo Pittheo. Plutarchus: Ὁ δὲ τὴν μὲν πέτραν ὑπέδυ, καὶ ῥᾳδίως ἀνέωσε, πλεῖν δὲ ἀπέγνω, καίπερ οὔσης ἀσφαλείας, καὶ δεομένων τοῦ τε πάππου, καὶ τῆς μητρός. *Ille vero saxum quidem subiit, ac facile removit: verum navigio iter facere recusavit, quamvis tutum istud esset, ac præterea avus quoque, ut & mater, id rogarent.* Itaque, sublatis Græciæ cunctis hostibus, & amplificata patria, nomen immortale peperit. Xenophon, lib. *De Venat.* Θησεὺς δὲ, τοὺς μὲν τῆς Ἑλλάδος ἐχθροὺς πάσης μόνος ἀπώλεσε, τὴν δὲ αὐτοῦ πατρίδα πολλῷ μείζω ποιήσας, ἔτι καὶ νῦν θαυμάζεται. *Theseus autem, Græciæ totius hostes solus delevit, patriaque multo ampliore reddita, etiam nunc in admiratione existit.* Primo igitur, viam eam, qua Trœzene Athenas ibant, latrociniis liberandam sibi duxit. Pausanias, in *Corinthiacis*, Ἐκάθηρε Θησεὺς τῶν κακούργων τὴν ὁδὸν τὴν ἐς Ἀθήνας ἐκ Τροιζῆνος. *Purgabat Theseus a maleficis viam, quæ Trœzene Athenas ducebat.* Lucianus, in *Jove Tragœdo*: Εἰ γοῦν μὴ ὁ Θησεὺς, ἐκ Τροιζῆνος εἰς Ἀθήνας ἰὼν, ὁδοῦ πάρεργον ἐξέκοψε τοὺς κακούργους, ὅσον ἐπὶ σοὶ, καὶ τῇ σῇ προνοίᾳ, οὐδὲν ἂν ἐκώλυε ζῆν ἐντρυφῶντας ταῖς τῶν ὁδῷ βαδιζόντων σφαγαῖς, τὸν Σκείρωνα, καὶ τὸν Πιτυοκάμπτην, καὶ Κερκύονα, καὶ τοὺς ἄλλους. *Itaque nisi Theseus, Trœzene Athenas profectus, in itinere excidisset maleficos; sane, quantum ad te, & tuam providentiam attinet, nihil obstaret, quo minus viverent & Sciron, & Pityocamptes, & Cercyon, aliique.* Hac de causa, cum solennem theororum pompam Delphos mitterent Athenienses, quidam, qui secures gererent, tanquam viam purgaturi, præcedebant. Scholiastes Æschyli, *ad Eumenides*: Θησεὺς τὴν ὁδὸν ἐκάθηρε τῶν λῃστῶν· καὶ ὅταν πέμπωσιν εἰς Δελφοὺς θεωρίδα, προέρχονται ἔχοντες πελέκεις, ὡς διημερώσοντες τὴν γῆν. *Theseus viam purgavit a latronibus; cumque navem, qua theori vehebantur, mittebant, quidam cum securibus præibant, tanquam viam purgaturi.* Et respexit istuc Æschylus, illis versibus:

Πέμπουσι δ' αὐτὸν, καὶ σεβίζουσι μέγα,
Κελευθοποιοὶ παῖδες Ἡφαίστου, χθόνα
Ἀνήμερον τιθέντες ἡμερωμένην.
Deducunt vero ipsum, & colunt valde,
Viam facientes filii Vulcani, terram
Ferocem reddentes mansuetam.

CAP. V.

Interficit Peripheten, cognomento Coryneten, Vulcani & Anticliæ filium: etiam Sinin, Pityocampten appellatum, Polypemonis, sive Pemonis, & Syleæ. Error Scholiastæ Euripidis, Pindarique, indicatus.

ATQUE ut Herculis certamina, ita ejus varia commemorantur: incepitque a Periphete; quem a clava, quam gestabat, quæ Κορύνη Græcis dicitur, Κορυνήτην cognomento appellabant. Plutarchus: Καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῇ Ἐπιδαυρίᾳ Περιφήτην, ὅπλῳ χρώμενον κορύνῃ, καὶ διὰ τοῦτο Κορυνήτην ἐπικαλούμενον, ἁπτόμενον αὐτοῦ, καὶ κωλύοντα προάγειν, συμβαλὼν ἀπέκτανεν. ἡσθεὶς δὲ τῇ κορύνῃ, λαβὼν, ὅπλον ἐποιήσατο· καὶ διετέλει χρώμενος, ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς τῷ δέρματι τοῦ λέοντος. *Ac primum in agro Epidaurio Peripheten, clava vice armorum utentem, ideoque Coryneten cognominatum, cum aggrederetur ipsum, progredique probiberet, manum conferens cum eo, interfecit: oblectatus autem clava, eam acceptam inter arma sua habuit; ac perpetuo deinceps illa usus fuit, ut leonis pelle Hercules.* Diodorus Siculus, *l.* IV. Πρῶτον μὲν οὖν ἀνεῖλε τὸν ὀνομαζόμενον Κορυνήτην, χρώμενον τῇ προσαγορευομένῃ κορύνῃ, ἥτις ἦν αὐτῷ ὅπλον ἀμυντήριον, καὶ τοὺς παριόντας ἀποκτείναντα. *Primum igitur Coryneten appellatum, clava, quam vocabant, loco armorum utentem, ac prætereuntes occidentem, e medio sustulit.* Erat autem hic Vulcani filius ex Anticlia. Apollodorus, *l.* III. Πρῶτον μὲν Περιφήτην, τὸν Ἡφαίστου καὶ Ἀντικλείας, ὃς ἀπὸ τῆς κορύνης, ἣν ἐφόρει, Κορυνήτης ἐπεκαλεῖτο, ἔκτεινεν ἐν Ἐπιδαύρῳ. πόδας δὲ ἀσθενεῖς ἔχων οὗτος, ἐφόρει κορύνην σιδηρᾶν, δι' ἧς τοὺς παριόντας ἔκτεινε· ταύτην ἀφελόμενος Θησεὺς, ἐφόρει. *Primum quidem Peripheten, Vulcani & Anticliæ filium, qui a clava, quam gestabat, Corynetes dicebatur, occidit in agro Epidaurio. Hic, cum pedes infirmos haberet, ferream gestabat clavam, qua prætereuntes interficiebat: eamque arreptam Theseus deinceps gestabat.* Breviter Ovidius, Athenienses ejus laudes celebrantes inducens, postquam Athenas ad patrem Ægeum pervenisset, *Metamorph.* lib. VII.

—— *Tellus Epidauria per te*
Clavigeram vidit Vulcani occumbere prolem.

Hyginus, Thesei labores narrans, *Fab.* XXXVIII. *Corynetem, Neptuni filium, armis occidit.* Inde Sinin, sive Sinnin, vel, ut alii scribunt, Scinin, *Pityocampten* nuncupatum, interfecit. Plutarchus: Ἐν δ᾽ Ἰσθμῷ, Σίννιν τὸν Πιτυοκάμπτην, ᾧ τρόπῳ πολλοὺς ἀνῄρει, τούτῳ διέφθειρεν αὐτός. *In Isthmo vero, Sinnin Pityocampten, quo modo multos ille peremerat, eodem ipsum quoque sustulit.* Quo autem Sinis ille modo, quem Plutarchus innuit tantum, non exponit, homines e medio tollere solitus fuerit, tum cognomen Pityocamptæ unde acceperit, explicat Apollodorus: & adjungit, filium fuisse Polypemonis & Syleæ: Δεύτερον δὲ κτείνει Σίνιν, τὸν Πολυπήμονος καὶ Συλέας τῆς Κορίνθου· οὗτος Πιτυοκάμπτης ἐκαλεῖτο· οἰκῶν γὰρ τὸν Κορινθίων Ἰσθμὸν, ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας πίτυς κάμπτοντας ἀνέχεσθαι· οἱ δὲ, διὰ τὴν ἀσθένειαν οὐκ ἠδύναντο κάμπτειν· καὶ ὑπὸ τῶν δένδρων ἀναῤῥιπτούμενοι, πανωλέθρως ἀπώλοντο· τούτῳ τῷ τρόπῳ Θησεὺς Σίνιν ἀπέκτεινεν. *Secundum vero occidit Sinin, filium Polypemonis & Syleæ Corinthi filiæ. Hic Pityocamptes dicebatur; quippe, in Isthmo habitans Corinthiorum, pinus flectere prætereuntes compellebat: illi vero, postquam illud, virium imbecillitate, minime possent, ab arboribus in sublime ejecti, penitus interibant. Et hoc ipso modo Theseus Sinin occidit.* Scholiastes Euripidis, *ad Hippolytum*, Pemonem, non Polypemonem, patrem dicit: Ἦν δὲ οὗτος ὁ Σίνις υἱὸς Πήμονος, περὶ τὸν Ἰσθμὸν ξενοκτονῶν· ὁ καὶ Πιτυοκάμπτης. *Erat vero Sinis hic filius Pemonis, qui in Isthmo hospites occidebat; etiam Pityocamptes dictus.* Diodorus clarius dicit, alligasse eum homines ramis primum: Δεύτερον δὲ, τὸν ἐν Ἰσθμῷ κατοικοῦντα Σίννιν (ἀνεῖλεν) οὗτος γὰρ, δύο πίτυς κάμπτων, καὶ πρὸς ἑκατέραν τὸν ἕνα βραχίονα προσδεσμεύων, ἄφνω τὰς πίτυς ἠφίει. διόπερ τῶν σωμάτων διὰ τὴν βίαν ἀποσπωμένων, συνέβαινε τοὺς ἀτυχοῦντας μετὰ μεγάλης τιμωρίας τελευτᾶν. *Secundum (occidit) Sinnin, in Isthmo degentem. Is, duabus inflexis pinibus, utrique brachium unum alligans, has subito dimittebat; eapropter corporibus per vim distractis, fiebat, ut miseri cum magno cruciatu interirent.* Alligatos pinubus homines, tradit etiam Pausanias: nec prætereuntes quosvis, uti alii, sed pugnando quos vicisset. Ecce verba, in *Corinthiacis*: Ἐστὶ δὲ ἐπὶ τοῦ Ἰσθμοῦ τῆς ἀρχῆς ἔνθα ὁ λῃστὴς Σίνις λαμβανόμενος πιτύων, ἦγεν ἐς τὸ κάτω σφᾶς· ὁπόσων δὲ μάχῃ κρατήσειεν, ἀπ᾽ αὐτῶν δήσας, ἀφῆκεν ἂν τὰ δένδρα ἄνω φέρεσθαι· ἐνταῦθα ἑκατέρα τῶν πιτύων τὸν δεθέντα ἐπ᾽ αὐτῇ εἷλκε, καὶ τοῦ δεσμοῦ μηδ᾽ ἑτέρωσε εἴκοντος, ἀλλ᾽ ἀμφοτέρωθεν ἐπίσης βιαζομένου, διεσπᾶτο ὁ δεδεμένος. τοιούτῳ διεφθάρη τρόπῳ καὶ αὐτὸς ὑπὸ Θησέως ὁ Σίνις. *In principio Isthmi locus est, ubi Sinis latro, diversarum pinuum ramis ad terram curvatis, ad eos, quos pugnando vicisset, arctis utrinque vinculis alligabat, ut, dimissis sursum arboribus, neutra parte quicquam omnino concedente, sed utrinque vi æquali illata, is, qui alligatus erat, distraheretur. Eodemque modo ipse Sinis a Theseo est interfectus.* Adeoque sua ætate, imperante Adriano, visam adhuc pinum refert: Τῆς δὲ Κορινθίας ἐστὶ γῆς καὶ ὁ καλούμενος Κρομμυὼν, ἀπὸ τοῦ Κρόμμου τοῦ Ποσειδῶνος. Ἐνταῦθα τραφῆναι λέγουσι καὶ τὴν λεγομένην Θησέως Πιτυοκάμπτην, καὶ κατ᾽ αὐτὸν τὸν τόπον ἐστὶν ἔργον· προϊοῦσι γὰρ ἡ πίτυς ἄχρι τε ἐμοῦ ἐπεφύκει παρὰ τὸν αἰγιαλόν. *Est in agro Corinthiaco etiam Cromyon dictus, a Neptuni filio Cromo. Isthic educatum ferunt Pityocampten Thesei: estque juxta ipsum locum monumentum pinus, quæ in littore etiam ætate mea se progredientibus ostendit.* Breviter Ovidius, loco antea *citato*:

Occidit ille Scinis, magnis male viribus usus:
Qui poterat curvare trabes, & agebat ab alto
Ad terram late sparsuras corpora pinus.

Et Seneca, *Hippolyto*:

—— *Membra quis sævus Scinis,*
Aut qui Procrustes sparsit? ——

Videndi quoque, Schol. Pindari, in *Argumento Isthmionic.* & Hyginus, *Fab.* XXXVIII. Sævitiam ejus, etsi non a Theseo pœnam, commemorat etiam Seneca, *De Clem.* lib. II. *Quidam non exigunt pœnas, crudeles tamen sunt; tanquam qui ignotos homines, & obvios, non in compendium, sed occidendi causa occidunt. Nec interficere contenti, sæviunt; ut Sinis ille.* Meminerunt item, Statius, *Theb.* XII. Strabo, *l.* IX. Euripides, *Hippolyto*, Eustathius, *ad Iliad.* α. & λ. aliique. Quidam Sinin cum Procruste, de quo statim sum dicturus, eundem faciunt, sed non recte. Scholiastes Euripidis, *ad Hippolytum*: Ἰσθμοῖ Σίνις ἐγένετο, ὅστις εἶχε κράββατον ἀνὰ μέσον τῆς ὁδοῦ, καὶ κρατῶν τοὺς παριόντας, προσεμέτρει τῷ κραββάτῳ· καὶ εἰ μὲν ἦν μακρὸς, ἀπέκοπτεν ἐκ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ἵνα ἐξισωθῇ κραββάτῳ. τοῦτον ἐφόνευσεν ὁ Θησεὺς μόνος. *In Isthmo Sinis erat, qui in media via lectum habebat, & redactos in potestatem prætereuntes, ad mensuram ejus aptabat; ac, si quispiam longior esset, illum, pedibus amputatis, lecto adæquabat. Hunc occidit Theseus solus.* Nam, de lecto quæ commemorat, & truncatis viatoribus, ea omnes alii Procrustæ tribuunt, cui & Damastæ nomen, ut mox dicam. Etiam Pindari Scholiastes hos confundit, in *Argumento Isthmionicarum*: Τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα, οἱ μὲν ἐπὶ Σίνιδι τῷ Προκρούστῃ διαθεῖναι φασὶ τὸν Θησέα, ἀνελόντα αὐτόν. *Isthmiorum certamen in memoriam Sinidis, qui & Procrustes, instituisse fertur Theseus, postquam ipsum occidisset.*

CAP. VI.

Sus Crommyonia, vel, ut alii, Cremmyonia, Phæa dicta, interfecta. Etiam Sciron: quanquam id Scriptores veteres Megarenses negaverint; tum id factum contendentes, cum caperet Eleusinem, principe Diocle expulso. Ob hanc cædem, ut & Sinidis, postea in jus vocatus, in Delphinio tribunali causam dixit.

TERTIO suem Crommyoniam e medio sustulit. Diodorus Siculus: Τρίτην δὲ τὴν ἐν Κρομμυῶνι ὑπάρχουσαν ὗν ἀγρίαν, διαφέρουσαν ἀλκῇ τε καὶ μεγέθει, καὶ πολλοὺς ἀνθρώπους ἀναιροῦσαν, ἀπέκτεινεν. *Tertiam vero suem Crommyone agrestem, ferocia ac magnitudine præcellentem, & multos homines occidentem, interfecit.* Et hæc Phæa dicebatur. Plutarchus: Ἡ δὲ Κρομμυωνία σῦς, ἣν Φαιὰν προσωνόμαζον, οὐ φαῦλον ἦν θηρίον, ἀλλὰ μάχιμον, καὶ χαλεπὸν κρατηθῆναι. ταύτην, ὁδοῦ πάρεργον, ὡς μὴ δοκοίη πάντα πρὸς ἀνάγκην ποιεῖν, ὑποστὰς ἀνεῖλε. *Crommyonia autem sus, quam cognominabant Phæam, fera erat non contemnenda, verum pugnax, ac difficilis superatu. Hanc obiter, & ne omnia ex necessitate facere videretur, exceptam sustulit.* Stephanus: Κρεμμυὼν, κώμη Κορίνθου· ἐν ᾗ μυθεύουσι τὰ περὶ τὴν Κρεμμυωνίαν ὗν, καὶ τῶν Θησέως ἄθλων. τὸ κύριον ὄνομα αὐτῆς ἐκαλεῖτο Φαῖα. *Cremmyon, vicus Corinthi; in quo fabulantur evenisse, quæ de sue Cremmyonia memorantur, Theseique certaminibus: proprium vero illi nomen Phæa erat.* Ubi observa per ε scribi, *Cremmyon*, & *Cremmyonia*. Sic apud Ovidium *Metamorph.* lib. VII.

—— *Te, maxime Theseu,*
Mirata est Marathon, Cretæi sanguine tauri:
Quodque suam securus arat Cremyona colonus,
Munus, opusque, tuum est. ——

Nam sic esse in manu scriptis exemplaribus, testantur viri docti. Et apud Hyginum, *Fab.* XXXVIII. *Aprum, qui fuit Cremyone, interfecit.* Nec aliter est apud Plinium, *lib.* IV. *cap.* VII. Sed priorem lectionem tuentur Pausanias, in *Corinthiacis*, Thucydides, *lib.* IV. & Strabo, *lib.* VIII. ubi suis quoque hujus, & a Theseo cæsæ, meminit. Sunt

A qui Phæam hanc fuisse fœminam dicant, atque suem propter mores appellatam. Plutarchus: Ἔνιοι δέ φασι, τὴν Φαῖαν λῃστρίδα γενέσθαι γυναῖκα, φονικὴν, καὶ ἀκόλαστον, αὐτόθι κατοικοῦσαν ἐν Κρομμυῶνι. Σῦν δὲ ἐπονομασθεῖσαν, διὰ τὸ ἦθος, καὶ τὸν βίον. *Sunt qui dicant, Phæam fuisse mulierem latronem, homicidia exercentem, ac lascivam, ibi loci Crommyone habitantem: Suem vero cognomento nuncupatam, propter mores, & vivendi rationem.* Quarta illi cum Scirone pugna fuit: de crudelitate cujus, & exitio, ita narrat Diodorus: Ἐκόλασε δὲ καὶ Σκίρωνα, τὸν οἰκοῦντα τῆς Μεγαρίδος τὰς καλουμένας Σκιρωνίδας πέτρας. οὗτος δ' εἰώθει τοὺς παριόντας ἀναγκάζειν ἀπονίπτειν ἑαυτὸν ἐπί τινος ἀποκρήμνου τόπου· λακτίσματι δὲ ἄφνω τύπτων, περιεκύλιε κατὰ τῶν κρημνῶν εἰς θάλασσαν, κατὰ τὴν ὀνομαζομένην Χελώνην. *Supplicio quoque*
B *affecit Scironem, Megaridis rupes, quæ Scironides dicebantur, incolentem. Hic solebat cogere prætereuntes ad lavandum ipsi pedes in prærupto quodam loco: posteaque improviso impulsos calcibus, in mare præcipitare, ad Chelonem quam vocabant.* Plutarchus: Σκίρωνα δὲ πρὸ τῆς Μεγαρικῆς ἀνεῖλε, ῥίψας κατὰ τῶν πετρῶν, ὡς μὲν ὁ πολὺς λόγος, λῃστεύοντα τοὺς παριόντας· ὡς δ' ἔνιοι λέγουσιν, ὕβρει, καὶ τρυφῇ, προτείνοντα τὼ πόδε τοῖς ξένοις, καὶ κελεύοντα νίπτειν, εἶτα λακτί-
C ζοντα καὶ ἀπωθοῦντα νίπτοντας εἰς τὴν θάλασσαν. *Scironem vero ante Megarici agri fines interfecit, de rupe dejectum, uti quidem vulgo fertur, latrociniis viatores infestantem: aut, ut alii sunt auctores, e protervia, atque luxu, pedes dantem peregrinis abluendos: inde calcibus in subjectum illic mare deturbantem.* Ovidius:

Tutus ad Alcathoen Lelegia mœnia limes,
*Composito Scirone, patet; sparsisque latronis *.*
Terra negat sedem, sedem negat ossibus unda:
Quæ jactata diu fertur durasse vetustas
In scopulos: scopulis nomen Scironis inhæret.

Videndus quoque Strabo, initio *lib.* IX. Pausanias,
D extremis *Atticis*, Euripides, *Hippolyto*, & ibi Scholiastes, Hyginus, *Fab.* XXXVIII. Ac Poetæ meminerunt, locis pluribus. Eratque hujus Thesei facti simulacrum e terra cocta Athenis, in tecto porticus regiæ. Pausanias, de ea agens, in *Atticis*: Ταύτης ἔπεστι τῷ κεράμῳ τῆς στοᾶς ἀγάλματα ὀπτῆς γῆς· ἀφιεὶς Θησεὺς εἰς θάλασσαν Σκίρωνα, καὶ φέρουσα Ἡμέρα Κέφαλον. *In hujus porticus tecto simulacra sunt e terra cocta; Theseus Scironem in mare dejiciens, & Aurora Cephalum ferens.* Alii tamen Scriptores Megarenses Scironem negabant latronem fuisse, aut a Theseo interfectum, cum Athenas primum tenderent: sed, cum Eleusinem caperet, quæ a Megaren-
E sibus tunc tenebatur. Plutarchus: Οἱ δὲ Μεγαρόθεν συγγραφεῖς, ὁμόσε τῇ φήμῃ βαδίζοντες, καὶ τῷ πολλῷ χρόνῳ, κατὰ Σιμωνίδην, πολεμοῦντες, οὔτε λῃστὴν, οὔτε ὑβριστὴν, γεγονέναι τὸν Σκίρωνα φασίν, ἀλλὰ λῃστῶν μὲν κολαστὴν, ἀγαθῶν δὲ καὶ δικαίων οἰκεῖον ἀνδρῶν καὶ φίλον, &c. Ἀλλὰ Θησέα, οὐχ ὅτε τὸ πρῶτον ἐβάδιζεν εἰς Ἀθήνας, ἀλλ' ὕστερον Ἐλευσῖνά τε λαβεῖν, Μεγαρέων ἐχόντων, παρακρουσάμενον Διοκλέα τὸν ἄρχοντα, καὶ Σκίρωνα ἀποκτεῖναι. *Scriptores vero Megarenses, cum fama pedem conferentes, ac cum diuturnitate, ut Simonidis dictum habet, pugnantes, nec latronem fuisse Scironem, nec flagitiosum ajunt, verum vindicem latro-*
F *num, tum & viris item justis atque bonis familiarem & amicum, &c. Sed Theseum, illum, non tunc cum Athenas primum iter caperet, occidisse, sed cum urbem Eleusinem, quam tenebant per id tempus Megarenses, principe Diocle expulso, expugnasset.* Certe postea, ob Scironem, item Sinin, in jus vocatus, causam dicere in Delphinio tribunali est coactus. Ac de Sini, & Scirone, Auctor Etymologici refert: Ἐπὶ Δελφινίῳ. Δικαστήριον Ἀθήνησιν, ἐπὶ τῶν ὁμολογούντων φόνους δεδρακέναι. οἱ δὲ φασὶν, ὅτι, Κρητῶν χειμαζομένων, εἰκασθεὶς Δελφῖνι ὁ Ἀπόλλων ἔσωσεν αὐτοὺς, εἰς τὴν

A Ἀττικὴν κομίσας. ἀνθ' ὧν Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ ἱδρύθη ἱερόν· ὕστερον δὲ, δικαστήριον γενέσθαι τῶν φονικῶν· ἐν ᾧ καὶ Θησέα κεκρίσθαι, ὑπὲρ τῶν φόνων τῶν περὶ Σκίρωνα, καὶ Σίνιν. *Ad Delphinium. Tribunal Athenis, ubi judicati ii, qui cædem commisisse sese faterentur. Quidam ajunt, cum Cretenses tempestate laborarent, mutatum in Delphinem Apollinem hos servasse, & in Atticam eduxisse: qua de causa Apollini Delphinio structum fanum; quod tribunal postea factum, in quo cædes judicarentur; Theseumque illic etiam judicatum; quia Sinin, & Scironem, occidisset.* Pollux, simpliciter illic, ob latrones interfectos, judicatum esse
B dicit, *l.* VIII. *c.* X. Τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ, ἱδρύθη μὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως, λέγεται δὲ Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ, καὶ Ἀρτέμιδι Δελφινίᾳ. Ἐκρίθη δὲ ἐν αὐτῷ πρῶτος Θησεὺς, ἀφοσιούμενος τὸ ἄγος τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀνῃρημένων λῃστῶν· οὓς ὡμολόγει μὲν ἀποκτεῖναι, δικαίως δὲ ἔφη τοῦτο δεδρακέναι. *Forum ad Delphinium, ab Ægeo quidem constitutum est, sed dicatum Apollini Delphinio, & Dianæ Delphiniæ. Primusque ibi judicatus Theseus, postquam expiasset scelus interfectorum latronum: quos quidem se occidisse fatebatur, sed id jure abs se factum contendebat.*

CAP. VII.

Cercyonem, Vulcani filium, e medio tollit. Ejus in
C *lucta inventum,* Ἰγνύων ἀφαίρεσις. *Locus, etiam Pausaniæ tempore,* Κερκυόνος παλαίστρα *dictus. Veterum lucta qualis fuerit? Theseus primus artem scivit, a Minerva illam edoctus: & ab ejus inde ævo ludi quoque instituti; ubi deinceps cæteri discerent. Inde, Procrusten occidit, Hermionæ habitantem, vel Corydalli; sive, ad Cephissum flumen. Qua sævitia usus fuerit? Nomen ejus, Polypemon, aut Damastes. Theseus post hæc a Phytalidis lustratur: quos deinde sacris Ægei patris præficit.*

QUINTA illi pugna fuit cum Cercyone, Vulcani filio. Hyginus: *Cercyonem, Vulcani filium,*
D *armis occidit.* Is degebat Eleusine, atque lucta superatos viatores occidebat. Diodorus: Ἀνεῖλε δὲ καὶ περὶ τὴν Ἐλευσῖνα Κερκυόνα, τὸν διαπαλαίοντα τοῖς παριοῦσι, καὶ τὸν ἡττηθέντα διαφθείροντα. *Ad Eleusinem vero etiam Cercyonem occidit, qui lucta cum prætereuntibus certans, victos interficiebat.* Plutarchus: Ἐν δὲ Ἐλευσῖνι Κερκυόνα τὸν ἐξ Ἀρκαδίας καταπαλαίσας ἀνεῖλε. *Eleusine autem Cercyonem Arcadem lucta victum sustulit.* Ovidius:

Cercyonis letum vidit Cerealis Eleusis.

Statius tangit:

Non trucibus monstris Sinin, infandumque dedisti
E *Cercyona.* ——

Invenerat vero arte Cercyon, ut poplitem subrueret: quod dicebatur, Ἰγνύων ἀφαίρεσις, *Poplitum ablatio.* Eustathius, *ad Iliad.* ψ'. Πρῶτος δὲ, φασὶ, Κερκύων εὗρε τὴν τοιαύτην παλαιστικὴν μηχανὴν ἣ καλεῖται, Ἰγνύων ἀφαίρεσις. *Primus vero, ut ajunt, Cercyon talem luctandi artem invenit; eaque vocatur, Poplitum ablatio.* Et hanc ejus artem respexit Plato, *De Leg.* l. VII. Καὶ δὴ τά γε κατὰ πάλην, ἃ μὲν Ἀνταῖος, ἢ Κερκύων, ἐν τέχναις ἑαυτῶν κατεστήσαντο, φιλονεικίας ἀχρήστου χάριν, οὐδὲν χρήσιμα ἐπὶ πολέμου κοινωνίαν ὄντα, οὐκ ἄξια λόγῳ κοσμεῖν. *Lucta autem illius, quam An-*
F *tæus, & Cercyon, in artificium quoddam deduxerunt, inutilis contentionis gratia, cum nihil ad prælium conferant, minime digna sunt, quorum fiat mentio.* Pausaniæ ævo, etiam locus, in quo res hæc gesta fuit, Κερκυόνος παλαίστρα, *Cercyonis palæstra*, vocabatur. Verba ejus ecce ista, in *Atticis*: Εἶναι δὲ ὁ Κερκύων λέγεται καὶ τὰ ἄλλα ἄδικος εἰς τοὺς ξένους, καὶ παλαίειν οὐ βουλομένους. καὶ ὁ τόπος οὗτος παλαίστρα καὶ εἰς ἐμὲ ἐκαλεῖτο Κερκυόνος, ὀλίγον τοῦ τάφου τῆς Ἀλόπης ἀπέχων. λέγεται δὲ ὁ Κερκύων τοὺς καταστάντας ἐς πάλην διαφθεῖραι, πλὴν Θησέως. Θησεὺς δὲ κατεπάλαισεν

αὐτὸν σοφίᾳ τὸ πλέον. Cercyonem ipsum traditum est in omnes hospites immanem fuisse, & luctari recusantes. Ac ætate quidem mea locus quidam, qui non longe Alopes tumulo abest, Cercyonis palæstra dicitur. Ferturque Cercyon omnes, qui lucta secum certassent, occidisse, præter Theseum: a quo luctandi imprimis arte est superatus. Ac palæstricen primus Theseus invenisse memoratur, cum antiquitus tantum robore, corporisque magnitudine, concertarent. Pausanias, *ibidem*: Παλαιστικὴν δὲ εὗρε τέχνην Θησεὺς πρῶτος, καὶ πάλης κατέστη ὕστερον ἀπ' ἐκείνου διδασκαλεῖα· πρότερον δὲ ἐχρῶντο μεγέθει μόνον, καὶ ῥώμῃ, πρὸς τὰς πάλας. *Artem enim palæstricam primus invenit Theseus; ab eoque ludi deinceps instituti, in quibus luctam docerentur: siquidem antea sola corporis magnitudine, atque robore, in luctando decertarent.* Didicerat autem a Minerva: ut ex Istro tradit Scholiastes Pindari, *Nemeonicis*, ode v. Ὅτι δὲ Θησεὺς παρ' Ἀθηνᾶς ἔμαθε τὴν πάλην, Ἴστρος ἱστορεῖ. *Theseum a Minerva luctam edoctum, auctor est Ister.* Post Cercyonem, mox occisus est Procrustes, Neptuni filius; qui mensuram hospitum ad lectum aptabat; amputatis, si qui longiores essent; & extusis brevioribus. Hyginus: *Procrusten, Neptuni filium, ad hunc hospes cum venisset, si longior erat, minori lecto proposito, reliquam corporis partem præcidebat: sin autem brevior statura erat, lecto longiori dato, incudibus suppositis, extundebat eum, usque dum lecti longitudinem æquaret: hunc interfecit (Theseus.)* Atque ex hac re Προκρούστης dicebatur: & in Atticæ quodam populo, Corydallo, habitabat. Diodorus id testatur: Μετὰ δὲ ταῦτα, τὸν ὀνομαζόμενον Προκρούστην ἀπέκτεινε, τὸν οἰκοῦντα ἐν τῷ λεγομένῳ Κορυδαλλῷ τῆς Ἀττικῆς· οὗτος δὲ τοὺς παριόντας ὁδοιπόρους ἠνάγκαζεν ἐπί τινος κλίνης ἀναπίπτειν, καὶ τῶν μὲν μακροτέρων τὰ προέχοντα μέρη τοῦ σώματος ἀπέκοπτε, τῶν δ' ἐλαττόνων τοὺς πόδας προσέκρουεν· ἀφ' οὗπερ Προκρούστης ὠνομάσθη. *Post hæc alium, Procrusten nomine, e medio sustulit, Corydallo Attica, ut vocabant, commorantem. Hic iter illac facientes in lecto quodam decumbere jubebat; ac, si longiores essent, prominentes corporis partes amputabat: brevioribus ita pedes extundebat. Unde & Procrustes dictus;* tanquam *qui tuendo longiores faceret.* Plutarchus locum habitationis non commemorat Corydallum, sed Hermionem: & Damasten vero nomine appellatum: Καὶ, μικρὸν προελθὼν, Δαμάστην ἐν Ἑρμιόνῃ, τὸν Προκρούστην, (ἀνεῖλεν.) ἀναγκάσας αὐτὸν ἀπισοῦν τοῖς κλιντῆρσιν, ὥσπερ τοὺς ξένους ἐκεῖνος. *Et, paulum progressus, Hermoniæ Damasten, Procrusten dictum, (interfecit:) compellens eum, ut se lectis exæquaret, sicut ille hospitibus fecerat.* Pausanias dicit, ad Cephissum habitasse; & vocatum Polypemona, non Damasten. Habe ejus verba, in *Atticis*: Πρὸς τούτῳ τῷ Κηφισῷ λῃστὴν, Πολυπήμονα ὄνομα, Προκρούστην δὲ ἐπίκλησιν, Θησεὺς ἀπέκτεινεν. *Ad hunc Cephissum occidit Theseus latronem, Polypemonem appellatum, Procrusten vero cognomento.* Ac de Cephisso consentit Ovidius, *Met.* lib. VII.

Vidit & immitem Cephissias ora Procrusten.

Ad Procrustæ cædem respexit Aristophanes, *Concionantibus*:

Οἴμοι, Προκρούστης τήμερον γενήσομαι.
Hei mihi! Procrustes hodie futurus sum.

Sævitiam tangit Seneca Philosophus, *De Clem.* lib. II. *Nec interficere contenti, sæviunt: ut Sinis ille, & Procrustes.* Item Tragicus, in *Hippolyto*:

—— Membra quis sævus Scinis,
Aut quis Procrustes sparsit? ——

Post hæc, cum Cephissum flumen transiisset, a Phytalidis exceptus, cupiensque a tot cædibus expiari, id ab illis consecutus memoratur. Lustratusque in ara Jovis, quem Μειλίχιον Græci dicunt, id est, *Placidum*. Pausanias, in *Atticis*: Διαβᾶσι δὲ τὸν Κη-

A φισσὸν, βωμός ἐστιν ἀρχαῖος Μειλιχίου Διός· ἐπὶ τούτῳ Θησεὺς ὑπὸ τῶν ἀπογόνων τοῦ Φυτάλου καθαρσίων ἔτυχε, λῃστὰς καὶ ἄλλους ἀποκτείνας, καὶ Σίνιν, τὰ πρὸς Πιτθέως συγγενῆ. *Trans Cephissum, Placidi Jovis vetus ara est: ad quam Theseus a Phytali posteris de cæde purgatus dicitur, cum & alios latrones, & propinquum a Pittheo Sinin, occidisset.* Plutarchus: Προϊόντι δ' αὐτῷ, καὶ γενομένῳ κατὰ τὸν Κηφισσὸν, ἄνδρες ἐκ τοῦ Φυταλιδῶν γένους ἀπαντήσαντες ἠσπάσαντο πρῶτοι· καὶ, δεομένου καθαρθῆναι, τοῖς νενομισμένοις ἁγνίσαντες, καὶ μειλίχια θύσαντες, εἱστίασαν οἴκοι, μηδενὸς πρότερον αὐτῷ φιλανθρώπου ἐντυχόντος. *Quum progressus Cephissum attigisset, quidam e familia Phytalidarum occurren-* B *tes, primi eum salutarunt; ac, volentem expiari, ritu solenni lustrarunt: sacrificiisque peractis, ad placandos Deos solitis, domi suæ exceperunt, cum benignum tota via neminem expertus esset.* Et idcirco ille postea, institutis in honorem patris sacris, hos præfecit. Idem Plutarchus alibi, in *ejusdem Vita*: Ἐξῃρέθη δὲ καὶ τέμενος αὐτῷ, (τῷ Αἰγεῖ,) καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν παρασχόντων τὸν δασμὸν οἴκων ἔταξεν εἰς θυσίαν αὐτῷ τελεῖν ἀποφοράς· καὶ τῆς θυσίας ἐπεμελοῦντο Φυταλίδαι, Θησέως ἀποδόντος αὐτοῖς ἀμοιβὴν τῆς φιλοξενίας. *Delubrum etiam ei (Ægeo) est erectum; & illis familiis, quæ tributum pependerant, imposuit, ut ad sacra facienda* C *sumtus darent: sacrificio vero præerant Phytalidæ, hoc reddente ipsis Theseo propter hospitalitatem.*

CAP. VIII.

Hinc Athenas Theseus venit, die octavo mensis Hecatombæonis: qui tunc Cronius dicebatur. Venit autem habitu dissimulato, tanquam virgo: roborisque specimen præbet, apud eos, qui Apollinis Delphinii templum exstruebant. Offendit autem res privatas, publicasque, perturbatas; ac, Medea dolum struente, & venenum præparante, tandem ab Ægeo patre agnoscitur: qui majorem in modum lætus, cives convocat, filiumque illis indicat: sacra quoque Diis facit, epuloque instituto, festum D *celebrat.*

HIs in modum istum gestis, tandem Athenas Theseus venit. Diodorus: Κατορθώσας δὲ τὰ προειρημένα, κατήντησεν εἰς Ἀθήνας, καὶ τῷ Αἰγεῖ, διὰ τῶν συμβόλων, ἀνεγνωρίσθη. *His, quæ dixi, præclare gestis, Athenas intravit: Ægeoque, per indicia, se noscendum præbuit.* Idque factum die octavo mensis Hecatombæonis, quem tunc Cronium vocabant. Plutarchus: Ἡμέρᾳ μὲν οὖν ὀγδόῃ λέγεται Κρονίου μηνὸς, ὃν νῦν Ἑκατομβαιῶνα καλοῦσι, κατελθεῖν. *Itaque octavo die mensis Cronii, quem nunc Hecatombæonem appellamus, venisse dicitur.* Venit autem plane ignotus, veste talari, plexa coma, veluti si virgo esset, E cumque ad Apollinis Delphinii templum, quod tunc primum struebatur, accessisset, ab his, qui fastigium templi erigebant, per ludibrium rogatus, cur sic sola virgo nubilis oberraret, nil respondit: sed, disjunctis plaustri bubus, quod tunc illo in loco erat, arreptam laquearis trabem altius, quam culmen erat, quod statuerant, projecit. Pausanias in *Atticis*: Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἐπίκλησιν Δελφινίου. λέγουσι δὲ, ὡς, ἐξειργασμένου τοῦ ναοῦ, πλὴν τῆς ὀροφῆς, ἀγνὼς ἔτι τοῖς πᾶσιν ἀφίκοιτο Θησεὺς ἐς τὴν πόλιν. οἷα δὲ χιτῶνα ἔχοντος αὐτοῦ ποδήρη, καὶ πεπλεγμένης εὐπρεπῶς οἱ τῆς κόμης, ὡς ἐγένετο κατὰ τὸν τοῦ Δελφι- F νίου ναὸν, οἱ τὴν στέγην οἰκοδομοῦντες ἤροντο σὺν χλευασίᾳ, ὅτι δὴ παρθένος ἐν ὥρᾳ γάμου πλανᾶται μόνη; Θησεὺς δὲ, ἄλλο μὲν αὐτοῖς ἐδήλωσεν οὐδὲν, ἀπολύσας δὲ, ὡς λέγεται, τῆς ἁμάξης τοὺς βοῦς, ἣ σφίσι παρῆν, τὸν ὄροφον ἀνέρριψεν ὑψηλότερον, ἢ τῷ ναῷ τὴν στέγην ἐποιοῦντο. *Est etiam aliud templum Apollinis, cognomento Delphinii. Ajunt vero, cum exstructum illud esset, præter tectum, ignotum adhuc omnibus Theseum urbem intrasse. Cum autem, veste talari indutus, & decenter plexa coma, ad Delphinii usque templum pervenisset, qui ædificabant tectum, percunctatos per illusionem,*

A

quid ætate nubili virgo ita sola oberraret? ipsum vero nihil aliud respondisse: sed, solutis plaustri bubus, quod tunc aderat, trabem arreptam laquearis multo altius projecisse, quam illi templi tectum facerent. Eo tempore, urbs in factiones scissa, & domesticæ res turbatæ: cum Medea, Corintho profuga, orbo Ægeo sua arte liberos pollicita, in domum ejus, atque lectum, recepta esset. Plutarchus: Κατελθὼν δὲ εἰς τὴν πόλιν, εὗρε τά τε κοινὰ ταραχῆς μεστὰ καὶ διχοφροσύνης· καὶ τὰ περὶ τὸν Αἰγέα, καὶ τὸν οἶκον, ἰδίᾳ νοσοῦντα. Μήδεια γὰρ, ἐκ Κορίνθου φυγοῦσα, φαρμάκοις ὑποσχομένη τῆς ἀτεκνίας ἀπαλλάξειν Αἰγέα, συνῆν αὐτῷ. *Urbem ingressus, rempublicam offendit tumultu & dissidiis plenam; ac privatim domi Ægei rem non*

B

bene constitutam. Nam Medea, Corintho profuga, pollicita se medicamentis Ægeum orbitate sua liberaturam, in contubernio ejus degebat. Ac Medea, Theseum advenisse gnara, cum nil plane Ægeus sciret, homini confecto ætate, omniaque ob tumultum metuenti, facile suadet, uti advenam, ad convivium invitatum, veneno tolleret. Theseus autem, cum ad prandium accessisset, neque patri aperire sese vellet, tandem agnitus, summa ab eo cum lætitia excipitur. Plutarchus: Προαισθομένη δὲ περὶ τοῦ Θησέως αὕτη, (ἡ Μήδεια) τοῦ δ' Αἰγέως ἀγνοοῦντος, ὄντος δὲ πρεσβυτέρου, καὶ φοβουμένου πάντα διὰ τὴν στάσιν,

C

ἔπεισεν αὐτὸν, ὡς ξένον ἑστιῶντα, φαρμάκοις ἀνελεῖν. ἐλθὼν οὖν ὁ Θησεὺς ἐπὶ τὸ ἄριστον, οὐκ ἐδοκίμαζε φράζειν αὐτὸν, ὅστις εἴη, πρότερος· ἐκείνῳ δὲ βουλόμενος ἀρχὴν ἀνευρέσεως παρασχεῖν, κρεῶν παρακειμένων, σπασάμενος τὴν μάχαιραν, ὡς ταῦτα τέμνων, ἐδείκνυεν ἐκείνῳ· ταχὺ δὲ καταμαθὼν ὁ Αἰγεὺς, τὴν μὲν κύλικα τοῦ φαρμάκου κατέβαλε, τὸν δὲ υἱὸν ἀνακρίνας, ἠσπάζετο· καὶ, συναγαγὼν τοὺς πολίτας, ἐγνώριζεν, ἡδέως αὐτὸν δεχομένους, διὰ τὴν ἀνδραγαθίαν. *Hæc vero (Medea) cum de Theseo præsensisset, ignarum Ægeum, ætate gravem, omniaque propter seditionem timentem, perpulit, ut illum, velut hospitem, convivio exciperet, & veneno interficeret. Itaque Theseus, cum ad pran-*

D

dium accessisset, non putavit faciendum, ut, qui esset, prior sese declararet; verum, cupiens illi initium sui cognoscendi dare, cum appositæ carnes essent, stricto cultro, velut illas dissecturus, ei ostendit. Ocyus vero animadverso isthoc Ægeus, veneni calicem projecit; filiumque sciscitatus, benigne excepit. Civibusque convocatis, notum fecit: hique eum, ob fortitudinem, perlibentes receperunt. Ovidius, *Metamorph.* lib. VII.

> *Jamque aderat Theseus, proles ignota parenti,*
> *Qui virtute sua bimarum pacaverat Isthmum:*
> *Hujus in exitium miscet Medea, quod olim*
> *Attulerat secum Scythicis aconiton ab oris.*
> *Ipse parens Ægeus nato porrexit, ut hosti.*
> *Sumpserat ignara Theseus data pocula dextra:*
> *Cum pater in capulo gladii cognovit eburno*
> *Signa sui generis, facinusque excussit ab ore.*

E

Veneni, Theseo a Medea præparati, meminit etiam Dionysius Alexandrinus, in *Descript. Orbis*, ubi de Media illi sermo: quam nonnulli a Medea, Athenis profuga, quod veneno tollere Theseum voluisset, nomen accepisse tradunt:

> Πρὸς δὲ νότον ναίουσιν ἀγαυῶν ἔθνεα Μήδων,
> Κείνης τοι γενεῆς ἐρικυδέος ἐκγεγαῶτες
> Αἰήταο θυγατρὸς, ἀμύμονος ἡρωΐνης.

F

> Εὖτε γὰρ Ἀκταίοιο παρὰ ῥόον Ἰλισσοῖο
> Φάρμακ' ἐμήσατο λυγρὰ γόνῳ Πανδιονίδαο,
> Αἰδοῖ μὲν χῶρον κεῖνον λίπεν, ἐς δὲ βαθεῖαν,
> Πλαζομένη κατὰ φῶτας, ὁμώνυμον ἵκετο γαῖαν.
> *Ad austrum autem habitant illustrium gentes Medorum,*
> *Ex illa scilicet stirpe illustri prognati*
> *Æetæ filiæ, inculpatæ heroinæ.*
> *Cum enim Attici juxta fluentum Ilissi*
> *Venena molita esset exitiosa filio Pandionidæ,* (Ægei)
> *Pudore quidem locum illum reliquit, & in vastam,*
> *Oberrans per homines, cognominem venit terram.*

Ad quem locum vide Eustathium. Ægeus vero, postquam filium agnovisset, cives convocat, hisque Theseum ostendit, qui benigne eum omnes accepere: tum, peractis rite sacris gratiisque Diis actis, epulum insigne instituit, atque festos dies agit. Breviter Plutarchus, in *citatis* statim *verbis*: Καὶ συναγαγὼν (ὁ Αἰγεὺς) τοὺς πολίτας (τὸν Θησέα) ἐγνώριζεν, ἡδέως αὐτὸν δεχομένους, διὰ τὴν ἀνδραγαθίαν. *Civibusque (Ægeus) convocatis, notum illis (Theseum) fecit: hique eum, ob fortitudinem, perlibentes receperunt.* Fusius Ovidius, *Metamorph.* lib. VII.

> *At genitor, quanquam lætatur sospite nato,*
> *Attonitus tamen est, leti discrimine parvo*
> *Committi potuisse nefas. Fovet ignibus aras,*
> *Muneribusque Deos implet; feriuntque secures*
> *Colla torosa boum, vinctorum cornua vittis.*
> *Nullus Erechthidis fertur celebratior illo*
> *Illuxisse dies. Agitant convivia patres,*
> *Et medium vulgus: nec non & carmina, vino*
> *Ingenium faciente, canunt.* ——

CAP. IX.

Pallantidæ, res novas molientes, cæsi: insidias prodente Leo. Theseus, cædem purgaturus, Trœzenem abit: & Athenis, reus actus, in Delphinio causam dicit. Ob proditionem Lei, nulla deinde matrimonia cum Agnusiis Pallenenses contraxere; insuperque constitutum, ne, Agnusius concionem indicens præco, verbis solitis uteretur; neve, Ἀκούετε λεῴ, *diceret.*

LÆTA urbe, propter Thesei adventum, soli Pallantidæ patrueles ægro animo publicum istud gaudium ferre: cum dolerent, se, ab Ægeo regno pridem deturbatos, nunc & spe recuperandi excidisse. Itaque cum inter sese conspirassent, bellum ei intulere. Sed, detectis per præconem Leum insidiis, profligati periere. Fuse rem Plutarchus narrat, in hunc modum: Οἱ δὲ Παλλαντίδαι, πρότερον μὲν ἤλπιζον αὐτοὶ τὴν βασιλείαν καθέξειν, Αἰγέως ἀτέκνου τελευτήσαντος· ἐπεὶ δὲ Θησεὺς ἀπεδείχθη διάδοχος, χαλεπῶς φέροντες, εἰ βασιλεύει μὲν Αἰγεὺς, θετὸς γενόμενος Πανδίονι, καὶ μηδὲν Ἐρεχθείδαις προσήκων, βασιλεύσει δ' ὁ Θησεὺς πάλιν, ἔπηλυς ὢν, καὶ ξένος, εἰς πόλεμον καθίσταντο. καὶ, διελόντες ἑαυτοὺς, οἱ μὲν, ἐμφανῶς Σφηττόθεν ἐχώρουν ἐπὶ τὸ ἄστυ μετὰ τοῦ πατρός. οἱ δὲ, Γαργηττοῖ κρύψαντες ἑαυτοὺς, ἐνήδρευον, ὡς διχόθεν ἐπιθησόμενοι τοῖς ἐναντίοις. ἦν δὲ κῆρυξ μετ' αὐτῶν, ἀνὴρ Ἀγνούσιος, ὄνομα Λεώς· οὗτος ἐξήγγειλε τῷ Θησεῖ τὰ βεβουλευμένα τοῖς Παλλαντίδαις. ὁ δὲ, ἐξαίφνης ἐπιπεσὼν τοῖς ἐνεδρεύουσι, πάντας διέφθειρεν. οἱ δὲ μετὰ τοῦ Πάλλαντος, πυθόμενοι, διεσπάρησαν. *Pallantidæ vero, prius quidem spem conceperant, se in regno, mortuo sine liberis Ægeo, successuros: verum, Theseo successore declarato, iniquo animo ferentes, regnare Ægeum, a Pandione adoptatum, neque genere Erechthidas contingentem, ac mox regnaturum Thesea, hominem advenam, & externum, bellum moverunt: atque, sese dispertiti, pars aperte Sphetto in urbem cum Pallante patre suo contendebant; pars Gargetti occultati, in insidiis considebant: uti e duobus impetum in hostem facerent. Sed insidias illas Theseo præco ipsorum, vir Agnusius, nomine Leus, indicavit: isque, improviso aggressus, eas opprimit, dissipatque.* Et Philochori fragmentum est insigne, apud Euripidis Scholiasten, *in Hippolytum*, historiam eandem continens: Πάλλαντος ἐπιθεῖναι ταῖς Ἀθήναις διανοουμένου, καὶ τὴν Σφηττικὴν ὁδὸν προφανῶς διαπορευομένου ἐπὶ τὸ ἄστυ, μετὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, οἱ τούτου παῖδες, κατὰ βου-

λυσιν τοῦ πατρὸς, Γαργηττοῖ ἐγκαθίζουσι, μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν ἵν', ὅταν ἐπεξέλθωσι τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ὁ Πάλλας συμβάλῃ, ἐξ ἐφόδου προσπεσόντες, λάβωσι τὴν πόλιν. ἀνὴρ δέ τις. ὃς ἐκηρύκευσε τῷ Πάλλαντι, ἀπαγγέλλει τῷ Θησεῖ τὸ γινόμενον· ὁ δὲ, προσπεσὼν μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν, αὐτοὺς ἀναιρεῖ. *Cum Pallas adoriri Athenas animum induxisset, & via Sphettia aperte in urbem copias duceret; filii ejus, ita cupiente patre, se Gargetti cum æqualibus in insidiis collocant: ut, cum in Athenienses Pallas tenderet, atque acie decertaret, impetu facto irruentes, urbem caperent. Sed vir quidam, qui Pallantis præco erat, Theseo rem omnem nuntiat: isque, invadens cum æqualibus, eos cædit.* Meminit stri-ctim & Eustathius, *ad Iliad.* β'. Ac, Pallantidis hunc in modum profligatis, petiit Trœzenem Theseus, ubi cædem expiaret. Pausanias, in *Atticis*: Χρόνῳ δὲ ὕστερον Πάλλας, καὶ οἱ τούτου παῖδες, ἐπανέστησαν Θησεῖ. τούτους κτείνας, εἰς Τροιζῆνα ἔρχεται, καθαρσίων ἕνεκα. *Post id vero tempus, Pallas ejusque filii, novas res adversus Theseum sunt moliti. Quos cum ille occidisset, mox Trœzenem proficiscitur, ut de cæde purgaretur.* De re eadem sunt Euripidis isti versus, in *Hippolyto*:

—— Θησεὺς Κεκροπίαν λίπε χθόνα,
Μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν,
Καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυσολεῖ χθόνα,
Ἐνιαυσίαν ἔκδημον αἰνέσας φυγήν.
—— *Theseus Cecropiam liquit terram,*
Piaculum fugiens cædis Pallantidarum,
Et in hanc terram cum uxore navigio venit,
Annum peregri transigendum exilium subiens.

Nec hoc tantum, sed & cædis in Delphinio causam dixit. Pollux, ubi de Delphinio foro agit, *lib.* VIII. *c.* X. Ἐκρίθη δὲ ἐν αὐτῷ πρῶτος Θησεὺς, ἀφοσιούμενος τὸ ἄγος ἐπὶ τῷ ὑπ' αὐτοῦ ἀνῃρημένων Παλλαντιδῶν: ὃς ὡμολόγει μὲν ἀποκτεῖναι, δικαίως δὲ ἔφη τοῦτο δεδρακέναι. *Primus autem in eo judicatus est Theseus, de Pallantidarum cæde purgans sese: quos interfecisse quidem fatebatur, sed id jure abs se factum contendebat.* Pausanias, in citatis *Atticis*: Ἐπεὶ Δελφινίῳ δὲ κρίσεις καθέστηκεν, ἐργασάσθαι φόνον σὺν τῷ δικαίῳ φαμένοις. ὁποῖόν τι καὶ Θησεὺς παρεχόμενος, ἀπέφυγεν, ὅτε Πάλλαντα ἐπαναστάντα, καὶ τοὺς παῖδας, ἔκτεινε. *In Delphinio causam dicunt, qui se jure occidisse contendunt: quo judicio & Theseus, cum Pallantem, ejusque filios, res novas molientes, interemisset, absolutus est.* Porro etiam, quod Pallantem Leus præco prodidisset, constitutum, ut deinceps nulla Agnusiis cum Palleniis matrimonia intercederent; neque, in populo convocando, apud Agnusios præco verbis usitatis uteretur, Ἀκούετε Λεώς: quæ vox, appellative sumpta, ut Grammatici loquuntur, *populum* significat. Plutarchus: Ἐκ τούτου φασὶ, τῷ Παλληναίων δήμῳ πρὸς τὸν Ἀγνουσίων ἐπιγαμίαν μὴ εἶναι· μηδὲ κηρύττεσθαι τὸ ἐπιχώριον παρ' αὐτοῖς, Ἀκούετε Λεώς. μισοῦσι γὰρ τοὔνομα διὰ τὴν προδοσίαν τοῦ ἀνδρός. *Inde dicunt, Pallenæorum cum Agnusiis nulla matrimonia esse; neque item hoc solemne per præconem apud ipsos pronuntiari, Audite Leus,* id est, *populo. Nam hoc nomen odio habent, ob proditionem viri.*

CAP. X.

Taurum Marathonium superat, & Apollini Delphinio immolat: vel, ut alii, Minervæ. Tempus ab Ovidio confusum esse indicatur. Minotaurum quoque cædit, & tributo urbem liberat. Ab Hercule convivio excipitur; ubi Sonchum edit, & Tlepolemo piscem eripit. Ipse Hecalæ sacrum instituit, Ἑκαλήσιον appellatum: idque Jovi, qui Ἑκάλειος dicebatur, dedicat. Plutarchi locus restitutus, Hecalem, vocat Hecalenen. Etymologici Auctor correctus. Callimachi in hanc Poema, Ἑκάλη inscriptum: ac de eo Olympiodorus, Pindarique Scholiastes, & Ethymologici Auctor, emendati.

INDE, taurum Marathonium aggressus, eum cepit, & in urbem vivum adductum, populoque ostentatum, Apollini Delphinio immolavit. Plutarch. Ὁ δὲ Θησεὺς, ἐνεργὸς εἶναι βουλόμενος, ἅμα καὶ δημαγωγῶν, ἐξῆλθεν ἐπὶ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον, οὐκ ὀλίγα πράγματα τοῖς οἰκοῦσι τὴν Τετράπολιν παρέχοντα, καὶ χειρωσάμενος ἐπεδείξατο ζῶντα, διὰ τοῦ ἄστεος ἐλάσας, εἶτα τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δελφινίῳ κατέθυσεν. *Theseus vero, opere aliquo occupare sese cupiens, simul gratiam populi captans, egressus est adversus taurum Marathonium, qui negotii non parum habitantibus Tetrapolin exhibebat; eumque victum vivum ostendit, ac per urbem circumegit: inde Apollini Delphinio immolavit.* Pausan. in *Atticis*, in arcem adductum, Minervæ immolasse refert: Τὸν δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι ταῦρον, ὕστερον Θησεὺς ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἐλάσαι, καὶ θῦσαι λέγεται τῇ θεῷ. *Taurum vero Marathonium, post Theseus fertur in arcem egisse, ac Minervæ sacrificasse.* Diodorus de Apolline Delphinio consentit: sed ab Ægeo, & non Theseo, immolatum taurum dicit: Μετὰ δὲ ταῦτα τὸν ἐν Μαραθῶνι ταῦρον, ὃν Ἡρακλῆς, τελῶν ἆθλον, ἐκ Κρήτης ἀπήγαγεν εἰς Πελοπόννησον, συμπλακεὶς, καὶ κρατήσας τοῦ ζώου, κατήγαγεν εἰς τὰς Ἀθήνας. τοῦτον δ' Αἰγεὺς παραλαβὼν, ἔθυσεν Ἀπόλλωνι. *Post hæc autem, taurum Marathonium, quem Hercules, certamine peracto, ex Creta in Peloponnesum traduxerat, aggressus, redactam in potestatem feram, Athenas perduxit: Ægæusque, cum accepisset, Apollini immolavit.* Isocrates de eodem in *Helenæ Encomio*: Καὶ τόν τε ταῦρον, τὸν ἀνεθέντα μὲν ὑπὸ Ποσειδῶνος, τὴν δὲ χώραν λυμαινόμενον, ὃν πάντες ἐκπλήττοντες ὑπομένειν, μόνος χειρωσάμενος, μεγάλου φόβου, καὶ μεγάλης ἀπορίας, ἅπαντας τοὺς οἰκοῦντας τὴν πόλιν ἀπήλλαξε. *Et taurum, a Neptuno immissum, ac vastantem regionem, cum quo congredi universi non audebant, postquam solus domuisset, magno metu, atque trepidatione, omnes urbem habitantes liberavit.* Ovidius confundit tempus; &, ceu ante id factum esset, quam in urbem advenisset, decantatum a populo tradit, in eo carmine, quod tunc advenæ accinebant, in convivio illo publico, quod in gratiam ipsius pater Ægeus instituerat. Ita enim inter cætera accinentes illis cives gratabundos introducit:

—— *Te, maxime Theseu,*
Mirata est Marathon Cretæi sanguine tauri.

Respexit Statius, *Theb.* V.

Heic & ab afferto nuper Marathone superbum
Thesea. ——

Ubi vide & Lutatium. Crinagoras, in Epigrammate, *Anthol.* lib. I. cap. LXVII.

Καὶ Θησεῖ Μαραθὼν τοὺς ἐπέθηκε πόνους.
Et Theseo Marathon quos imposuit labores.

Videndus quoque Hyginus, *Mythol.* cap. XXXVIII. Meminit hujus etiam tauri Lucretius, *lib.* V. aliique item Auctores. Antequam ad pugnam iret, ab Hecale, anu pauperrima, convivio exceptus est; quæ & sacra se facturam Jovi vovit, si incolumis rediret: unde & ille ante reditum suum mortuæ, ut ostenderet gratitudinem, sacrum instituit, Ἑκαλήσιον appellatum, ejus nomine Jovi, Ἑκαλείῳ dicto, faciendum: atque ipsa Hecalenem, diminuto perblandiendo appellaverat, nominandam deinceps statuit. Plutarch. Ἡ δὲ Ἑκάλη, καὶ τὸ περὶ αὐτὴν μυθολόγημα τοῦ ξενισμοῦ, καὶ τῆς ὑποδοχῆς, ἔοικε μὴ πάσης ἀμοιρεῖν ἀληθείας. ἔθυον γὰρ Ἑκαλήσιον οἱ πέριξ δῆμοι συνιόντες Ἑκαλείῳ Διῒ, καὶ τὴν Ἑκάλην ἐτίμων, Ἑκαληνὴν ὑποκοριζόμενοι, διὰ τὸ κἀκείνην νέον ὄντα κομιδῇ τὸν Θησέα ξενίζουσαν, ἀσπάσασθαι πρεσβυτικῶς, καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοιούτοις ὑποκορισμοῖς. Ἐπεὶ δὲ ηὔξατο μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ Διῒ, βαδίζοντος ἐπὶ τὴν μάχην, εἰ σῶς παραγένοιτο, θύσειν, ἀπέθανε δὲ πρὶν ἐκεῖνον ἐπανελθεῖν, ἔσχε τὰς εἰρημένας ἀμοιβὰς τῆς φιλοξενίας, τοῦ Θησέως κελεύσαντος. *Hecale vero, & quæ de hospitio ejus, ac convivio, fabulose memorantur, non omnino verita-*

tis esse expertia videntur. Sacrum enim Hecalesion populi circumjacentes concilio indicto faciebant Jovi Hecalo; ac colebant etiam Hecalen, Hecalenen diminutive per blanditiam appellantes, quod & ipsa Theseum, adhuc valde juvenem, hospitio a se exceptum, ita, uti vetulæ solent, compellasset, & ejusmodi diminutionibus blandita esset. Quia vero ejus causa, si incolumis rediret a certamine, Jovi se facturam sacra voverat, atque diem suum obierat ante reditum illius, hospitalitatis suæ gratiam, quam dixi, habuit jussu Thesei. Ubi quod Jovem Ἑκάλον ab ea dictum esse tradit, puto verbum leviter corruptum, scribendumque, Ἑκαλείῳ Διΐ. Nam ab Ἑκάλη analogia dici jubet Ἑκάλειος. Et sic est apud Hesychium: Ἑκάλειος Ζεὺς, ὃν Ἑκάλη ἱδρύσατο. *Hecaleus Jupiter, quem Hecale dedicavit.* Appellatam Ἑκαληνίω, atque sacra ei facta, quia Theseum excepisset, Auctor Etymologici item nobis tradit: Ἑκάλη, ἡρωΐς· εἰς ἣν καὶ ποίημα ἔγραψε Καλλίμαχος· ἡ πρὸς ἑαυτὴν πάντας καλοῦσα. ταύτην Ἑκαλήνην ἔλεγον οἱ παλαιοὶ ὑποκοριζόμενοι. ἔθυον δ' αὐτῇ, διὰ τὸ ξενίσαι Θησέα. *Hecale, herois; in quam poema scripsit Callimachus: ea quæ ad se omnes vocet. Hanc Hecalenem Veteres diminutive nominabant; ac sacra ei faciebant, quia Theseum hospitio excepisset.* Ita enim ibi emendo, ex Plutarcho: cum corrupte nunc edatur: ταύτην Ἑκάλην ἔλεγον οἱ παλαιοὶ ὑποκοριζόμενοι. *Hanc Hecalen Veteres diminutive nominabant.* Quod ad sacrum, ei proprium, Ἑκαλήσιον appellatum, innuit Petronius quoque illud ipsum, istis verbis:

Qualis in Actæa quonam fuit hospita terra
Digna sacris Hecale. ——

Fuit autem ea anus admodum pauper: unde Ovidius, *De Remed. Amor.* lib. II.

Cur nemo est, Hecalen; nulla est, quæ repperit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Et huc pertinet, quod lena apud Plautum, Gymnasio meretrici promittens, prospecturam ne unquam ad inopiam redigatur, ita inquit, *Cistell.* Act. I. Sc. I.

Nam, si ita eris, ut volo, nunquam Hecale fies.

Thesei apud eam hospitium refert quoque Julianus, in quadam epistola *ad Jamblicum*: Πάντως οὐδὲ τῆς Ἑκάλης ὁ Θησεὺς τὸ δεῖπνον τὸ λιτὸν ἀπηξίωσεν. ἀλλ' ᾔδει καὶ μικροῖς εἰς τὸ ἀναγκαῖον ἀρκεῖσθαι. *Theseus quidem certe mensam Hecales non est dedignatus: sed, necessitati obsequens, exiguo contentus esse scivit.* Et Apulejus, *Mil.* I. *Majorem domum dignatione tua feceris; & tibi specimen gloriosum arrogaris, si contentus lare parvulo, Thesei illius, cognominis patris tui, virtutes æmulaveris, qui non est aspernatus Hecales anus hospitium tenue.* Uxor Capanei ita Theseum alloqui introducitur a Statio, *Theb.* lib. XII.

Si patriam Marathona metu, si tecta levasti
Cressia, nec fudit vanos anus hospita fletus.

In hoc convivio sonchum ei præbuisse memoratur. Plinius, *lib.* XXII. cap. XXII. *Estur & sonchus: ut quem Theseo apud Callimachum apponat Hecale.* Et fortassis etiam isthic piscem galeum eripuit Tlepolemo Theseus: quod ex Lyncei Samii *Epistola ad Diagora* refert Athenæus, lib. VII. sed corruptis admodum verbis; Καὶ γὰρ τὸν Θησέα φησὶ γεγονότα καλὸν ὑπολαμβάνω τοῦ Τληπολέμου ἰχθὺν τοῦτον (de galeo loquitur) αὐτῷ παραχόντος παρεχηκέναι. Ubi vide, quæ conetur vir eximius, Isaacus Casaubonus. Descripsit autem rem hanc omnem proprio poemate Callimachus, quod in eam composuit. Etymologici auctor, in *citatis* statim *verbis*: Ἑκάλη, ἡρωΐς, εἰς ἣν ἐ ποίημα ἔγραψε Καλλίμαχος. *Hecale, herois: in quam poema scripsit Callimachus.* Et ab ejus item nomine inscripsit, Ἑκάλη. Athenæus, *lib* XV. Καλλίμαχος δὲ, ἐν τῇ Ἑκάλῃ, γένη ἐλαιῶν καταλέγει, γεργερίμην, πίτυρίν τε. *Callimachus vero, in Hecale, duo olivarum genera recenset, gergerimum, & pityrim.* Meminere etiam, Stephanus, in Αἰθηλός, Ἰαπίς, Λύρκειον, Τελνμεῖς, Scholiastes Apollonii, *lib.* I. & Aristophanis, *ad Acharnenses*, Suidas, in Κωμῆται, Μύωψ, Στάδιον. Emendandus Olympiodorus, *in Meteora*, cap. VI. Ὅτι γὰρ αὐτός ἐστι καὶ ἑῷος καὶ ἑσπέριος, δηλοῖ καὶ Καλλίμαχος, λέγων ἐν Ἑκάλῃ. *Quod autem idem sit matutinus & vespertinus, ostendit etiam Callimachus, dicens in Hecale.* Ita emendo; nam perperam editur, ἐν Αἰκάλλῃ, *in Æcalle.* Idem mendum est apud Scholiasten Pindari, *Nemeonic.* ode I. Male quoque apud Auctorem Etymologici, in Ἀλῶα. Ὥσπερ Καλλίμαχος, ἐν τῇ Ἑκάβῃ. *Ut Callimachus, in Hecuba.* Rescribe, Ἐν τῇ Ἑκάλῃ, *in Hecale.* In eo opere egerat de excepto hospitio ab illa Theseo. Crinagoras, in *Epigrammate de Callimacho, Antologiæ*, lib. I. cap. LXVII.

Ἄειδει δ' Ἑκάλης τε φιλοξείνοιο καλιήν.
Canit Hecales hospitalis tugurium.

Petronius:

Qualis in Actæa quondam fuit hospita terra
Digna sacris Hecale, quam Musa loquentibus annis
Battiadæ veteris mirando tradidit ævo.

Et ex eo sine dubio sunt, quæ Plinius commemorat, in *citatis* ante *verbis*: *Estur & sonchus; ut quem Theseo apud Callimachum apponat Hecale.*

CAP. XI.

Minotaurum quoque cædit, & tributo urbem liberat: ejusque pugnæ simulacrum in arce repræsentatum.

POST devictum taurum illum Marathonium, res cum Minotauro fuit: pueri Athenienses, utriusque sexus septem, devorandi mittebantur. Rem & causam explicavi in rebus Ægei, lib. II. *De Regibus Atticæ*, cap. XVI. Ea res cum admodum doleret Theseo, ut calumnia, & invidia, patrem Ægeum, urbem malo liberaret, ultro sese in societatem pœnæ civibus obtulit, debellare monstrum certus. Plutarchus: Ἐπεὶ δ' ἧν καθῆκεν ὁ χρόνος τοῦ τρίτου δασμοῦ, καὶ παρέχειν ἔδει τοὺς πατέρας ἐπὶ τὸν κλῆρον, οἷς ἦσαν ἤϊθεοι παῖδες, αὖθις ἀνεφύοντο τῷ Αἰγεῖ διαβολαὶ πρὸς τοὺς πολίτας, ὀδυρομένους, καὶ ἀγανακτοῦντας, ὅτι, πάντων αἴτιος ὢν ἐκεῖνος, οὐδὲν μέρος μετέχει τῆς κολάσεως μόνος· ἀλλ' ἐπὶ νόθῳ καὶ ξένῳ παιδὶ τὴν ἀρχὴν πεποιημένος, αὐτοὺς περιορᾷ γνησίων ἐρήμους, καὶ ἄπαιδας ἀπολειπομένους. ταῦτ' ἤνια τὸν Θησέα, καὶ δικαιῶν μὴ ἀμελεῖν, ἀλλὰ κοινωνεῖν τῆς τύχης τοῖς πολίταις, ἐπέδωκε ἑαυτὸν ἄνευ κλήρου προσελθών. *Ut ergo tempus tertii tributi adfuit, & exhibere in sortem oportebat patres, quibus liberi essent impuberes, rursum calumniæ in Ægeum sunt exortæ inter cives, quiritantes pariter & indignantes, quod, qui omnium causa esset, pœnæ tamen solus expers haberetur; atque regnum in filium nothum & peregrinum transtulisset: neque pensi quicquam faceret, liberis legitimis ipsos spoliari, atque orbos plane fieri. Quibus cum angeretur Theseus, eximi se injustum putans, ipse etiam fortunæ civium participare animum induxit, & in sortem ultro accessit.* Catullus in *Epithalamio Pelei & Thetidis*:

Illa tempestate ferox & tempore Theseus,
Egressus curvis e littoribus Piræi,
Attigit injusti regis Gortynia tecta.
Nam perhibent olim, crudeli peste coactam
Androgeoneæ pœnas exsolvere cædis,
Electos juvenes, simul & decus innuptarum,
Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.
Queis angusta malis cum mœnia vexarentur,
Ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis
Projicere optavit potius, quam talia Cretam
Funera Cecropiæ nec funera portarentur.

Insignis etiam in hanc rem Isocratis locus quidam exstat, in *Encomio Helenæ*: Περὶ γὰρ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, τὸ τέρας, τραφὲν μὲν ἐν Κρήτῃ, γενόμενον δ' ἐκ Πασιφάης, τῆς Ἡλίου θυγατρός· ᾧ κατὰ μαντείαν δασμὸν, τῆς πόλεως δὶς ἑπτὰ παῖδας ἀποστελλούσης· ἰδὼν αὐτοὺς ἀγομένους, καὶ πανδημεὶ προπεμπομένους ἐπὶ θάνατον ἄνομον καὶ προῦπτον, καὶ πενθουμένους ἔτι ζῶντας, οὕτως ἠγανάκτησεν, ὥσθ' ἡγήσατο κρεῖττον εἶναι τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν αἰσχρῶς, ἄρχων τῆς πόλεως, τῆς οὕτως οἰκτρὸν τοῖς ἐχθροῖς φόρον ὑποτελεῖν ἠναγκασμένης. σύμπλους δὲ γενόμενος, καὶ κρατήσας φύσεως, ἐξ ἀνδρὸς μὲν καὶ ταύρου μεμιγμένης, τὴν δ' ἰσχὺν ἐχούσης, οἵαν προσήκει, τὴν ἐκ σωμάτων τοιούτων συγκειμένην, τοὺς μὲν παῖδας διασώσας, τοῖς γονεῦσιν ἀπέδωκε, τὴν δὲ πόλιν οὕτως ἀνόμου καὶ δυσαπαλλάκτου προστάγματος ἠλευθέρωσεν. *Circa eadem tempora, cum monstrum illud, educatum quidem in Creta, verum natum ex Pasiphae Solis filia, exstitisset; cui urbs tributi nomine ex oraculi præcepto pueros bis septem mitteret: quum videret eos duci, toto populo comitante, ad necem indignam atque certam, & lugeri adhuc vivos, adeo est indignatus, ut existimaret potius mortem oppetere, quam cum probro superesse, & imperare civitati, quæ tam miserabile tributum hosti exhibere cogeretur. Itaque navigio cum bis conscenso, & redacta in potestatem ea natura, quæ e viro atque tauro mixta esset, tum & robur id haberet, quod constanti ex corporibus istiusmodi conveniret, pueros quidem servavit, ac parentibus restituit; urbem vero tam injusto atque gravi & vix evitabili mandato liberavit.* Videndus quoque Diodorus, *lib.* IV. Servius, *ad Æneid.* III. ac VI. Hyginus, *Fabb.* XL. XLI. XLII. Gotfridus Viterbiensis, *Chronic.* Parte VI. Marianus Scotus, *lib.* I. Rem hanc totam, quæ de Minotauro fertur, Palæphatus, ceu fictam, explodit: aliterque plane refert, in hunc modum: Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν τῆς θεραπείας καιρὸν, ἠκολούθει τῷ Μίνωι νεανίας εὐειδὴς, ὀνόματι Ταῦρος. οὗ Πασιφάη ἔρωτι ἁλοῦσα, μίγνυται αὐτῷ, καὶ γεννᾷ παῖδα. Μίνως δ' ἐπιλογισάμενος τὸν χρόνον τῆς ἀλγηδόνος τῶν αἰδοίων, καὶ γνοὺς, ὡς οὐκ ἔστιν ἐξ αὐτοῦ ὁ παῖς, διὰ τὸ μὴ συγκοιμᾶσθαι αὐτὸν τῇ Πασιφάῃ, ἔγνω, ὡς ἐκ τοῦ Ταύρου ἐστὶ τὸ κυηθέν. ἀποκτεῖναι μὲν οὐκ ἤθελε τὸν παῖδα, διὰ τὸ δοκεῖν ἀδελφὸν εἶναι τῶν ἑαυτοῦ παίδων· ἀποπέμπει δ' αὐτὸν εἰς ὄρος, ὡς ἐν θεράποντος μοίρᾳ ὑπάρχειν τοῖς ποιμέσιν. ὁ δὲ οὐχ ὑπετάσσετο τοῖς βουκόλοις. πυθόμενος δ' ὁ Μίνως τὰ κατ' αὐτὸν, ἐκέλευσεν αὐτὸν παρὰ πολιτῶν κρατηθῆναι. καὶ, εἰ μὲν ἕποιτο, λελυμένον ἐλθεῖν. εἰ δὲ μὴ, δέσμιον. αἰσθόμενος δὲ ὁ νεανίας, ἀφίσταται εἰς τὰ ὄρη, καὶ ἁρπάζων βοσκήματα, οὕτως διέζη. πέμψαντος δὲ Μίνωος καὶ ἕτερον ὄχλον πλείονα, διὰ τὸ συλλαβεῖν αὐτὸν, ὁ νεανίας, ὄρυγμα ποιήσας βαθὺ, καθεῖρξεν ἑαυτὸν εἰς ἐκεῖνο. εἶθ' ὅσοι πρὸς τὸν Ταῦρον, εἴ ποτε παρὰ τοῦ Μίνωος ἐκρατήθη τις αἰτιῶν, παρὰ τὸν Ταῦρον ἐπέμπετο, ὡς ὁ Ταῦρος αὐτὸν τιμωρήσαιτο. καὶ λαβὼν οὖν ποτὲ Μίνως τὸν Θησέα πολέμιον, ἐπὶ τὸν Ταῦρον ἀπέστειλεν, ὡς ἀποθανούμενον. *Per illud autem curationis tempus, juvenis formosus quidam, Taurus nomine, Minoem sequebatur. Cujus cum Pasiphae amore capta esset, habita cum eo consuetudine, filium ex eo parit. Minos vero, tempus computans, quo dolore pudendorum laborasset, agnoscensque, quod hic puer natus ex se esse haud posset, quia cum Pasiphae rem plane nullam habuisset, Tauri eum filium esse intellexit. Neque tamen ob id eum interficere cupiebat, tanqua fratrem cæterorum liberorum; sed in montem relegabat, ut pastoribus inserviret. Illo vero detrectante, cum intellexisset Minos, quonam sese modo gereret, civibus mandatum dedit, uti ipsum comprehenderent; &, si sponte sequeretur, solutum ad se accedere sinerent: si id nollet, vinctum adducerent. Quod cum ille accepisset, in montes discessit, ubi pecora deripiens, ita vitam transigebat. Verum cum Minos aliam quoque, ac majorem, multitudinem ablegasset, juvenis ille fossam sibi altam faciens, intra eam se inclusit. Ubi dum sic agit Taurus, si injuste agens quisquam a Minoe prehensus esset, is ad Taurum mittebatur, ut nimirum pœnas daret. Itaque cum Thesеum quandoque Minos prehendisset, ipsum ad Taurum, interficiendum ab illo, ablegavit.* Videndus quoque Joannes Tzetzes, *Chil.* I. c. XIX. Et hæc ipsa Thesei cum Minotauro pugna in arce spectabatur. Pausanias, in *Atticis*, in descriptione ejus: Τούτων πέραν, ὧν εἴρηται, ἐστὶν ἡ λεγομένη Θησέως μάχη πρὸς τὸν ταῦρον, τὸν Μίνω καλούμενον. *Præter ista, quæ recensui, Thesei, quæ fertur, pugna est contra Minotaurum dictum.* Illud vero minime hic prætereundum. Hanc de Minotauro historiam longe aliter a Cedreno, quam veteribus Auctoribus, memorari. Ecce enim ita habet: Μετὰ Μίνωα, Μινώταυρος, ὁ Πασιφάης καὶ Ταύρου, βασιλεύει. ὕβριν δὲ οἱ συγκλητικοὶ τὸ ὑπὸ μοιχογεννήτου βασιλεύεσθαι ἡγούμενοι, Θησέα προτρέπονται, τὸν υἱὸν Αἰγέως, βασιλέως Θεσσαλίας, εἰς πόλεμον κατ' αὐτοῦ διαπερᾶν. ὑπισχνοῦνται δὲ αὐτῷ, αὐτοί τε προδοῦναι Μινώταυρον, καὶ Ἀριάδνην, τὴν Μίνωος καὶ Πασιφάης, καὶ πᾶσαν Κρήτην. Διαπερᾷ γοῦν εἰς τὴν Κρήτην ἐξαίφνης ὁ Θησεύς. ὁ γοῦν στρατηγὸς, καὶ πάντες, τὸν Μινώταυρον ἐν Γορτύνῃ ἀφέντες, σχῆμα φυγῆς ἐποιήσαντο. γνοὺς δὲ αὐτὸς τὴν προδοσίαν, φεύγει εἰς τὴν Λαβυρίνθου χώραν, καὶ ἐν σπηλαίῳ λανθάνει κρυβεὶς, ἕως ὑπό τινος τῷ Θησεῖ μηνυθεὶς ἐσφάγη. ὁ δὲ Θησεὺς, εἰς Γορτύνην εἰσελθὼν, ἐθριάμβευσεν. *Post Minoem, Minotaurus, Pasiphaes & Tauri filius, regnum adiit. At Senatores, probro sibi ducentes, si ex adulterio natum regem haberent, Theseum, Ægei regis Thessaliæ filium, adhortantur, ad bellum ei inferendum: promittens se & Minotaurum ipsi prodituros, Minois quoque filiam Ariadnam, adeoque Cretam omnem, tradituros. Itaque Theseus sine mora in Cretam trajicit: duxque exercitus, item reliqui, fuga omnes simulata, Minotaurum Gortynæ deserentes relinquit. Qui, proditionem sentiens, in locum quendam, quem vocabant Labyrinthum, fugam capit; ibique in spelunca abditus delituit, donec indicio cujusdam Theseus eum ibi inventum occidit, ac Gortynen ingressus, triumphavit.*

CAP. XII.

De eventu consulenti Apollinem Delphicum, quid responsum. Sacra in littore facienti, capra transmutata in hircum: unde Venus Ἐπιτραγία *cognomento appellata. Ejus Deæ, hirco insidentis, signum, apud Eleos. Vota nuncupat Apollini Delphinio, pro salute puerorum; inde mox conscendit navem, die Munychionis sexto: unde postea puellæ eodem die ad ejusdem Dei ædem, ut propitium illum redderent, mitti solitæ. Nomina quæ puerorum horum fuerint. Servii locus emendatus. Unde Theseus navem solverit: tum, quis ejus gubernator Nausithei, & Phæacis, heroa, in Phalero, ad Scironis ædem, condit: & instituit festum quoddam,* Κυβερνήσια *nuncupatum. In itinere, tempestate in Delum actus, votum nuncupat Apollini.*

ANTEQUAM conscenderet navem, consulto de eventu Oraculo, responsum accepisse fertur, uti Venerem ducem caperet, sociamque itineris sui advocaret: ac sacrificanti in littore, capram subito hircum factam, & ex hac re Deam *Epitragiam* dictam. Plutarch. Λέγεται δὲ αὐτῷ τὸν μὲν ἐν Δελφοῖς ἀνελεῖν θεὸν, Ἀφροδίτην καθηγεμόνα ποιεῖσθαι, καὶ παρακαλεῖν συνέμπορον. θύοντι δὲ πρὸς θαλάσσῃ, τὴν αἶγα θήλειαν οὖσαν, αὐτομάτως τράγον γενέσθαι. διὸ καὶ καλεῖσθαι τὴν θεὸν Ἐπιτραγίαν. *Ajunt vero Delphis ipsi respondisse Deum, ut adsisceret ducem Venerem, & profectionis comitem advocaret. Sacra vero facienti juxta mare, capram sponte hircum factam; ideoque etiam Deam Epitragiam nuncupari.* Ac fortassis huc Elei respexerunt; qui finxere Veneris, quam *Popularem* cognomento appellabant, si-

gnum hirco insidentis. Meminit Pausanias, *Eliac.* lib. II. Ἄγαλμα Ἀφροδίτης χαλκοῦν ἐπὶ τράγῳ κάθηται χαλκῷ· Σκόπα τοῦτο ἔργον, Ἀφροδίτην δὲ Πάνδημον ὀνομάζουσι. *Signum Veneris æneum hirco insidet æneo: Scopæ opus est, Veneremque Popularem nominant.* Vota quoque Apollini Delphinio pro pueris istis sorte ductis nuncupavit, posito in æde ejus ramo sacræ oleæ, lana alba coronato, navem conscendit, sexto die Munychionis; quo deinceps etiam Plutarchi ætate virgines in ædem eandem ad placandum Deum mitti consuevere: ita enim ille refert: Γενομένου δὲ τοῦ κλήρου, παραλαβὼν τοὺς λαχόντας ὁ Θησεὺς ἐκ τοῦ Πρυτανείου, καὶ παρελθὼν εἰς Δελφίνιον, ἔθηκεν ὑπὲρ αὐτῶν τῷ Ἀπόλλωνι τὴν ἱκετηρίαν· ἦν δὲ κλάδος ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας, ἐρίῳ λευκῷ κατεστεμμένος. εὐξάμενος δὲ κατέβαινεν ἐπὶ θάλασσαν, ἕκτῃ μηνὸς ἱσταμένου Μουνυχιῶνος. ᾗ καὶ νῦν ἔτι τὰς κόρας πέμπουσιν ἱλασομένας εἰς Δελφίνιον. *Sorte ducta, acceptis iis ex Prytaneo, quos sors tetigerat, abiens in Apollinis Delphinii templum, supplicationem heic pro ipsis posuit Apollini; ramum nempe sacræ oleæ, lana alba coronatum. Nuncupato autem voto ad mare descendit, mensis Munychionis die sexto: quo etiamnum virgines mittunt in Apollinis Delphinii templum, ut propitium Deum faciant.* Nomina eorum autem, apud Servium, quanquam admodum corrupte, memorantur, *ad Æneid.* lib. VI. *Quidam septem pueros, & septem puellas, accipi volunt, quos liberavit secum Theseus; quorum hæc nomina feruntur: Hippoforbas & Libi, id est, Arcadis, Antimachus Euandri, Mnestheus Sumiani, Fidocus Ramnutis, Demolion Cydani, Pyriesion Celei: puellæ, Hæcperibæa Alcatini, Medippe Pyrii, Iesione Celei, Andromache Eurymedontis, seu Pymedusa Polyxeni, Europe Laodicis, Milita Triaconi.* Ex his Mnestheus, qui occurrit inter pueros, a Plutarcho Sciri ex filia nepos dicitur: Καὶ γὰρ εἶναι τῶν ἠϊθέων ἕνα Μενεσθῆν, Σκίρου θυγατριδοῦν. *Etenim ex impuberibus esse unum Menesthen, Sciri ex filia nepotem.* Inter puellas, primæ nomen depravatum, ut & patris, sic restituo: *Puellæ, hæ: Peribœa Alcathoi.* Neque enim *Hæcperibæa* illa dicta, sed *Peribœa*; neque pater *Alcatinus*, sed *Alcathous*: uti constat ex Pausania, cujus verba mox producam. Solvit autem e Phalero. Pausanias, in *Atticis*: Φαληρὸν δὲ, ταύτῃ γὰρ ἐλάχιστα τῆς πόλεως ἀπέχει θάλασσα, τοῦτο σφίσιν ἐπίνειον ἦν· καὶ Μενεσθέα φασὶν αὐτόθεν ταῖς ναυσὶν εἰς Τροίαν ἀναχθῆναι· καὶ τούτου πρότερον Θησέα, δώσοντα Μίνῳ δίκας τῆς Ἀνδρόγεω τελευτῆς. *Phalerum vero, nam heic minimum ab urbe mare abest, navale erat. Ac Mnestheum ajunt hinc cum classe in Trojam solvisse: atque ante illum Theseum, Minoi pœnas daturum, ob Androgei mortem.* Gubernator navis erat Phereclus; verum alii sunt auctores, gubernatorem e Salamine sibi Theseum adscivisse, Nausitheum nomine, & Phæacem, qui curaret, quæ ad proram: ejusque rei testimonium perhibere monumenta utriusque, quæ exstruxerit ipsis Theseus ad Scironis fanum: tum & festum, quod vocabant Κυβερνήσια, in honorem eorundem celebratum. Plutarchus: Ἐκυβέρνα δὲ τὴν ναῦν Ἀμαρσυάδας Φέρεκλος, ὥς φησι Σιμωνίδης· Φιλόχορος δὲ παρὰ Σκίρου φησὶν ἐκ Σαλαμῖνος τὸν Θησέα λαβεῖν κυβερνήτην μὲν Ναυσίθεον, πρωρέα δὲ Φαίακα, μηδέπω τότε τῶν Ἀθηναίων προσεχόντων τῇ θαλάσσῃ· καὶ γὰρ εἶναι τῶν ἠϊθέων ἕνα Μενεσθῆν, Σκίρου θυγατριδοῦν. μαρτυρεῖ δὲ τούτοις ἡρῷα Ναυσιθέου, καὶ Φαίακος, εἱσαμένου Θησέως Φαληροῖ, πρὸς τῷ τοῦ Σκίρωνος ἱερῷ· καὶ ἑορτὴν τὰ Κυβερνήσια φησὶν ἐκείνοις τελεῖσθαι. *Navem autem gubernabat Amarsyadas Phereclus, uti testis est Simonides; Philochorus vero refert, a Sciro ex Salamine Theseum accepisse gubernatorem quidem, Nausitheum, proretam autem, Phæacem, cum nondum tunc Athenienses rem maritimam curarent. Etenim ex impuberibus esse unum Menesthen, Sciri ex filia nepotem. Ac testari id heroa, cum Nausithei, tum Phæacis, quæ in Phalero, proxime Scironis fanum, Theseus struxit: quin & festum* Κυβερνήσια, ceu *Gubernatoria* dicas, *celebrari illis tradit.* In itinere, in Delum tempestate actus, votum nuncupat Apollini, si occideret Minotaurum, se coronaturum ipsi oleæ ramos, & sacra facturum. Scholiastes Aristophanis, *Equitibus*: Τινὲς δὲ τὸν Θησέα φασὶ, καθ᾽ ὃν καιρὸν εἰς Κρήτην ἔπλει, προσχόντα Δήλῳ διὰ χειμῶνα, εὔξασθαι τῷ Ἀπόλλωνι, καταστέψεσθαι κλάδους ἐλαίας, ὅταν σωθῇ, τὸν Μινώταυρον ἀποκτείνας, καὶ θυσιάσειν. *Quidam vero ajunt Theseum, quo tempore in Cretam navigabat, in Delum tempestate appulsum, vovisse Apollini, si, occiso Minotauro, domum incolumis rediret, ramos illi oleæ coronaturum, & sacra facturum esse.* Quæ totidem verbis Eustathius, *ad Iliad.* χ΄. Plato dicit, votum id fuisse isthoc: ut, religionis ergo, & testandæ suæ in ipsum pietatis, annis singulis ablegarent, qui publico Athenarum nomine ad ipsius templum viserent: quod & postea præstitum fuit; & legatio, ex re ista, Θεωρία appellata. Est egregius ejus locus, in *Phædone*, infra nobis proferendus, extremo *capite* XV. illic vide.

CAP. XIII.

Postquam in Cretam pervenisset, Minoi, vim inferre Peribœæ cupienti, se opponit, probibetque: &, in mare se projiciens, annulum ejus inde refert, & coronam, dono ab Amphitrite datam. Hygini locus emendatus. Post hæc Minotaurum occidit; quem Asterionem etiam appellabant: &, accepti ab Ariadne, cui Dædalus id dederat, fili ductu, sospes Labyrintho exivit. Hygini in hac re dissidium.

CUM in Cretam appulisset, & amore Peribœæ captus Minos, vim inferre illi vellet, se opposuit: ac, Minoe exasperato, & negante, filium Neptuni esse, nisi annulum signatorium, quem in mare projecisset, inde ocyus referret: ipsum vero, & eum statim retulisse, & coronam item auream, quam donaverat Amphitrite. Pausanias, in *Atticis*: Μίνως, ἡνίκα Θησέα, καὶ τὸν ἄλλον στόλον τῶν παίδων, ἦγεν ἐς Κρήτην, ἐρασθεὶς Περιβοίας, ὥς οἱ Θησεὺς μάλιστα ἠναντιοῦτο, καὶ ἄλλα ὑπὸ ὀργῆς ἀπέρριψεν ἐς αὐτὸν, καὶ παῖδα οὐκ ἔφη Ποσειδῶνος εἶναι· ἐπεὶ οὐ δύνασθαι τὴν σφραγῖδα, ἣν αὐτὸς φέρων ἔτυχεν, ἀφέντι ἐς θάλασσαν ἀνασῶσαί οἱ. Μίνως μὲν λέγεται, ταῦτα εἰπὼν, ἀφεῖναι τὴν σφραγῖδα· Θησέα δὲ σφραγῖδά τε ἐκείνην ἔχοντα, καὶ στέφανον χρυσοῦν, Ἀμφιτρίτης δῶρον, ἀνελθεῖν λέγουσιν ἐκ τῆς θαλάσσης. *Minos, cum Theseum, cæterosque pueros, qui missi erant, in Cretam abduxisset, amore Peribœæ captus est: cui cum Theseus potissimum adversaretur, & alia in illum ira incensus maledicta jecit, & Neptuni quoque filium esse negavit; siquidem annulum signatorium, quem gestabat, in mare abjectum, reducere haud posset. Ac Minos quidem, post hæc dicta, abjecisse annulum fertur: Theseus vero, & cum illo, & corona quoque aurea, quam donaverat Amphitrite, mox e mari rediisse.* Hyginus, *Poetici Astronomici* lib. II. *Dicitur, cum Theseus Cretam ad Minoa, cum septem virginibus, & sex pueris, venisset, Minoa de virginibus Peribœam* (male *Eribœam* editur) *quandam nomine, candore corporis inductum, comprimere voluisse: quod cum Theseus se passurum negaret, ut qui Neptuni filius esset, & valeret contra tyrannum pro virginis incolumitate decertare. Itaque cum jam non de puella, sed de genere Thesei, controversia esset facta, utrum is Neptuni filius esset, nec ne; dicitur Minos aureum annulum de digito sibi detraxisse, & in mare projecisse: quem referre jubet Theseum, si vellet se credi Neptuni filium esse: se enim ex Jove procreatum, facile posse declarare. Itaque comprecatus patrem, petiit aliquid signi, ut satisfaceret*

se eo natum: statimque tonitru & fulgure cœli, indicium significationis fecisse. Simili de causa Theseus, sine ulla precatione, aut religione parentis, se in mare projecit; quem confestim delphinum magna multitudo, mari provoluta, lenissimis fluctibus ad Nereidas perduxit: a quibus annulum Minois, & a Thetide coronam, quam nuptiis a Venere muneri acceperat, retulit, compluribus lucentem gemmis. Alii autem a Neptuni uxore accepisse dicunt. Postquam vero eum Minos, inclusum in Labyrintho, ac cum ipso reliquos pueros, Minotauro objecisset, hunc occidit, & tributo Athenienses liberavit: ut Plutarchus fuse refert, varieque; nempe ex Auctoribus priscis, qui heic variant. Atque Minotaurum quidem superavit, ope filiæ Ariadnæ: quæ, amore ejus capta, cum inermem ipsum pater inclusisset, gladium suppeditarat: &, ut exitum inveniret, qui difficilis admodum e Labyrintho, filum dedit, quo vestigia repeteret. Ac de gladio, auctor nobis est Palæphatus: Καί λαβὼν οὖν ποτὲ Μίνως τὸν Θησέα πολέμιον, ἐπὶ τὸν Ταῦρον ἀπέστειλεν, ὡς ἀποθανούμενον· γνοῦσα δὲ τοῦτο ἡ Ἀριάδνη, προεισπέμπει ξίφος εἰς τὴν εἱρκτὴν, δι᾽ οὗ ὁ Θησεὺς ἀναιρεῖ τὸν Μινώταυρον. *Cum itaque aliquando Minos hostem Theseum cepisset, eum ad Taurum misit, tanquam occidendum. Sed re cognita Ariadne, gladium in carcerem præmisit, quo Minotaurum interfecit.* De filo, sunt Plutarchi verba: Ἐπεὶ δὲ κατέπλευσεν εἰς Κρήτην, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ γράφουσι, καὶ ᾄδουσι, παρὰ τῆς Ἀριάδνης, ἐρασθείσης, τὸ λίνον λαβὼν, καὶ διδαχθεὶς, ὡς ἔστι τοῦ Λαβυρίνθου τοὺς ἑλιγμοὺς διεξελθεῖν, ἀπέκτεινε τὸν Μινώταυρον. *Postquam in Cretam appulit, ut multi tradunt, canuntque, ab Ariadna, ejus amore capta, filo accepto, & edoctus, quomodo exire posset ex ambagibus Labyrinthi, Minotaurum interfecit.* Lutatius dicit, eam a Dædalo accepisse, *ad Thebaidos* lib. XII. *Ariadnen dicit Cretensem; quæ cum Theseum amaret, & vereretur, ne, quamvis Minotauro occiso, multiplex & perplexum Labyrinthi iter explicare non posset, quæ domus erat Minotauri, Dædalum, fabricatorem operis, exoravit, a quo globum fili accepit: cujus summitatem tenens ipsa Theseo intranti dedit, post se solvendum: quem ille, occiso Minotauro, relegens, victor regressus est.* Idem tradit Eustathius, *ad Odyss.* λ'. Catullus, in *Epithalamio Pelei:*

Inde pedem victor multa cum laude reflexit,
Errabunda regens tenui vestigia filo:
Ne Labyrintheis a flexibus egredientem
Tecti frustaretur inobservabilis error.

Ovidius, *Metamorph.* lib. VIII.

Utque ope virginea nullis iterata priorum
Janua difficilis filo est inventa relicto.

Ariadna ipsa, in querela sua de Theseo desertore, apud Nonnum *Dionys.* lib. XLVII.

Αὐτὰ δέ μοι κατέλεξεν ἐμὸν μίτον εἰσέτι πάλλων,
Αὐτὰ δέ μοι κατέλεξε παρ᾽ ἡμετέρῳ Λαβυρίνθῳ.
Ipsa mihi memoravit meum filum adhuc vibrans,
Ipsa memoravit apud nostrum Labyrinthum.

Huc respexit Theophylactus Simocatta, in *Dialogo*, quem præfixit Historiæ Mauritianæ: Οἷα μίτῳ τινὶ τῇ σαφηνείᾳ οὐ μυθικὸν περαιουμένη Λαβύρινθον. *Tanquam filo quodam dilucida explanatione per Labyrinthum non fabulosum me dirigens.* Ac meminit Statius, *Theb.* XII. Lucianus, in *Hermotimo*, sicut item plures alii. Hyginus refert, non per fili Ariadnæ beneficium, sed coronæ, Labyrinthum evasisse Ecce verba, *Poet. Astron.* lib. II. ubi de corona agit: *Dicitur etiam a Vulcano facta, auro, & Indicis gemmis; per quas Theseus existimatur de tenebris Labyrinthi ad lucem venisse: quod aurum, & gemmæ, in obscuro fulgorem luminis efficiebant.* Quanquam de filo quoque tradat, *Mythologici* cap. XLII. Et Germanici Interpres, de eadem corona: *Talis fulgoris fuit, ut Thesea ex Labyrintho liberaret.* Sciendum vero, Minotauro etiam *Asterioni* nomen inditum fuisse. Apollodorus, *lib.* III. Ἡ δὲ (Πασιφάη) Ἀστερίωνα ἐγέννησε, τὸν κληθέντα Μινώταυρον. οὗτος εἶχε ταύρου πρόσωπον, τὰ δὲ λοιπὰ ἀνδρός. Μίνως δὲ, ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ κατά τινας χρησμοὺς κατακλείσας, αὐτὸν ἐφύλαττεν. *Hæc vero (Pasiphae) Asterionem peperit, quem dixere Minotaurum. Is habebat tauri faciem, cætera viri: Minosque eum, oraculis quibusdam monitus, conclusum in Labyrintho, custodiebat.* Et Pausaniæ isto nomine memoratur, in *Corinthiacis:* Θησέα δὲ λέγεται ἱδρύσασθαι, καὶ ὀνομάσαι Σώτειραν, ἡνίκα Ἀστερίωνα τὸν Μίνω καταγωνισάμενος, ἀνέστρεψεν ἐκ τῆς Κρήτης. *Dedicasse autem ferunt Theseum, Sospitamque nominasse, cum devicto Minois Asterione, ex Creta reversus esset.*

CAP. XIV.

Cæso autem Minotauro, abducit pueros; atque una Ariadnen, quam in Naxo mox relinquit: ubi illa laqueo sibi vitam finit; vel, ut alii, Bacchum amatorem accipit: eaque res in æde Bacchi Athenis picta. Is coronam ejus refert inter sidera; quæ Theseo ex flore plexa, psalacantha circumposita. Nymphæ obiter Psalacanthæ transformatio indicata: ejusque opera, Baccho navata, ut potiretur Ariadna. Glaucus, Ariadnæ amator. Thesei ex ea filii, Staphylus, & Oenopion: quos nonnulli Baccho tribuunt, ut & alios. De relicta Ariadna, dissidium Auctorum: aliis eam Theseo ereptam a Baccho referentibus Ariadnæ sepulcrum, apud Amathusios, & Argivos: item festum.

INTERFECTO, uti dixi, Minotauro, Ariadnen, puerosque, secum abducit. Plutarchus: Ἀπέκτεινε τὸν Μινώταυρον, καὶ ἀπέπλευσε τὴν Ἀριάδνην ἀναλαβὼν, καὶ τοὺς ἠϊθέους. *Interfecit Minotaurum, ac mox navem inde solvit; Ariadnen secum abducens, puerosque.* Addit deinde, carinas navium excidisse, ne, si vellet, persequi eum Minos posset: Φερεκύδης δὲ καὶ τὰ ἐδάφη τῶν Κρητικῶν νεῶν φησὶν ἐκκόψαι τὸν Θησέα, τὴν δίωξιν ἀφαιρούμενον. *Ait vero Pherecydes etiam carinas navium Creticarum excidisse Theseum, atque sic prohibuisse, ne persequeretur quisquam.* Tum & alia quædam refert, ex Clidemo: quæ, qui volet, illic obvia inspiciat. Sed Ariadnen, admodum in eam ingratus, mox deseruit, novo amore Ægles captus: unde illa, nimio dolore animi, se suspendit; vel, ut alii commemorant, in Naxum insulam deportata, Bacchi sacerdoti Onaro nupta fuit. Plutarchus: Πολλοὶ δὲ λόγοι καὶ περὶ τούτων ἔτι λέγονται καὶ περὶ τῆς Ἀριάδνης, οὐδὲν ὁμολογούμενον ἔχοντες. οἱ μὲν γὰρ, ἀπάγξασθαι φασὶν αὐτὴν, ὑπολειφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Θησέως· οἱ δὲ, εἰς Νάξον ὑπὸ ναυτῶν κομισθεῖσαν, Ὠνάρῳ, τῷ ἱερεῖ τοῦ Διονύσου, συνοικεῖν. ἀπολειφθῆναι δὲ τοῦ Θησέως ἐρῶντος ἑτέρας·

Δεινὸς γάρ μιν ἔτειρεν ἔρως Πανοπηΐδος Αἴγλης.

Jam vero multa præterea de his & de Ariadna narrantur, quæ nihil certi habent. Alii enim, a Theseo desertam, laqueo perisse dicunt; alii, in Naxum a nautis deportatam, Onaro, Bacchi sacerdoti, nuptam fuisse. Relictam autem a Theseo aliam amante:

Gravis enim eum vexabat amor Panopeidos Ægles.

In Naxo insula, quæ & Dia, relictam esse, & illic Bacchum amatorem accepisse, tradunt Apollonius, *Argonaut.* lib. IV. Lactantius, *lib.* I. *cap.* X. Alciphron, in *Epistola Glyceræ ad Menandrum*, Nonnus, *Dionys.* lib. XLVII. XLVIII. Catullus, in *Epithalamio Pelei*, Hyginus, *Mythol.* cap. XLIII. Ovidius, *Metamorph.* VIII. alluditque Aristænetus, *lib.* II. *epist.* XIII. Et Athenis, in Bacchi fano, ea res depicta erat. Pausanias, in *Atticis*, de illo agens: Γραφαὶ δὲ αὐτόθι, Ἀριάδνη τε καθεύδουσα, καὶ Θησεὺς ἀναγόμενος, καὶ Διόνυσος ἥκων ἐς τὴν

Ἀριάδνης ἁρπαγήν. *Picturæ autem illic, Ariadna dormiens, Theseus discedens, & Bacchus ad Ariadnæ raptum accedens.* Ac is etiam coronam, ejus capiti demptam, inter astra retulisse memorat. Ovidius lib. VIII. *Metamorph.*

Protinus Ægides, rapta Minoide, Diam
Vela dedit; comitemque suam crudelis in illo
Littore destituit. Desertæ, & multa querenti,
Amplexusque, & opem Liber tulit, utque perenni
Sidere clara foret, sumptam de fronte coronam
Immisit cœlo. Tenues volat illa per auras:
Dumque volat, gemmæ nitidos vertuntur in ignes:
Consistuntque loco, specie remanente coronæ,
Qui medius nixique genu est, anguemque tenentis.

Hyginus, *Poet. Astron.* lib. II. *Coronam Ariadnæ Theseus dono dicitur dedisse, cum ei propter virtutem, & animi magnitudinem, uxor esset concessa: hanc autem, post Ariadnes mortem, Liberum inter sidera collocasse.* Ovidius, *Fast.* III.

Protinus adspicies venienti nocte Coronam
Gnossida: Theseo crimine facta Dea est.

Manilius, *lib.* I.

At parte ex alia claro volat orbe Corona,
Luce micans varia. Nam stella vincitur una
Circulus, in media radians quæ proxima fronte
Candidaque ardenti distinguit lumina flamma:
Gnossia desertæ fulgent monimenta puellæ.

Et mox iterum, *lib.* V.

—— Tollentur ab undis
Clara Ariadneæ quondam monumenta Coronæ.

Aratus:

Αὐτοῦ κἀκεῖνος στέφανος, τὸν ἀγαυὸν ἔθηκε
Σῆμ' ἔμεναι Διόνυσος ἀποιχομένης Ἀριάδνης,
Νώτῳ ὑποστρέφεται κεκμηκότος εἰδώλοιο.

Illic & illa corona, quam lucidum posuit
Signum ut esset Bacchus morientis Ariadnæ,
Humero subvolvitur fatigati idoli.

Ubi videas Theonem. Apollonius, *Argonaut.*

—— Μέσσῳ δέ οἱ αἰθέρι τέκμαρ
Ἀστερόεις στέφανος, τόν τε κλείουσ' Ἀριάδνης,
Πάννυχος οὐρανίοισιν ἑλίσσεται εἰδώλοισιν.

—— Medio enim ei cœlo signum
Stellata corona, quam vocant Ariadnes,
Pernox cœlestibus vertitur simulacris.

Videndus etiam Nonnus Monachus, *Collect. Hist.* lib. II. cap. Justinus Martyr, *Apologia pro Christ.* II. Avienus, Germanicus, in *Arateis*, Prudentius, *contra Symm.* lib. I. Quidam fuisse coronam eam sunt auctores ex flore, quem Theseum Veteres appellabant. Athenæus, *l.* XV. Τιμαχίδας δ', ἐν τετάρτῳ Δείπνου, καὶ Θήσειόν τι ἀναγράφει καλούμενον ἄνθος.

Θήσειον δ' ἁπαλὸν μήλῳ ἐναλίγκιον ἄνθος,
Λευκοθέας ἱερὸν, περικαλλὲς, ὅπερ ῥα μάλιστα
Φίλατο. ——

Ἀπὸ τούτου δέ φασι τοῦ ἄνθους καὶ τὸν τῆς Ἀριάδνης καλούμενον στέφανον πεπλέχθαι. *Timachidas, libro quarto Cœnæ, etiam Theseum quendam florem describit:*

Theseum mollem florem, malo similem,
Leucotheæ sacrum, pulchrum, quo maxime
Gaudebat. ——

Et coronam, quam appellant Ariadnæ, ex hoc flore textam ferunt. Alii tamen, Theseum non florem dicunt, verum plantam. Hesychius: Θησεῖον, νεὼς Θησέως, ἐφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκοντες κατέφευγον. δηλοῖ δὲ καὶ φυτόν τι ποιόν. *Theseum, fanum Thesei, in quod aufugientes confugiebant. Significat vero etiam plantam aliquam.* Ac videndus est de eo Theophrastus, *Hist. Plant.* lib. VII. cap. XI. Pliniusque, *l.* XXI. *c.* XVII. & *l.* XXII. *c.* XXII. Ac fuisse circumplexam psalacantham, in quam Nympha ejus nominis a Baccho commutata esset, refert Photius, in *Bibliotheca*, in *Excerptis Ptolemæi Hephæ-*

A *stionis*: Ἡ δὲ ψαλάκανθα, βοτάνη ἐστὶν Αἰγυπτία, ἥτις, ἵπποις περιαπτομένη, νίκην παρέχει, καὶ εὐδαιμονίαν, φασὶ δὲ, ὡς ἡ Ψαλάκανθα Νύμφη ἐγένετο ἐν Ἰκαρίᾳ τῇ νήσῳ, ἥτις, ἐρασθεῖσα Διονύσου, συνέπραξεν αὐτῷ τὴν πρὸς Ἀριάδνην ὁμιλίαν. ἐφ' ᾧ καὶ αὐτῇ συγγένοιτο· καὶ, ὡς Διόνυσος μὲν οὐκ ἐβουλήθη, Ψαλάκανθα μὲν ἐπεβούλευσεν Ἀριάδνῃ· ὁ δ' ὀργισθεὶς, μετεμόρφωσεν αὐτὴν εἰς τὴν πόαν· μεταγνοὺς δὲ, ἐπὶ τῇ τιμῇ τοῦ φυτοῦ, τῷ Ἀριάδνης αὐτὸ περιέθηκε στεφάνῳ, τῷ κατηστερισμένῳ ἐν οὐρανῷ. *Psalacantha autem, herba est Ægyptia, quæ, equis circumligata, victoriam præbet, & felicitatem. Ajunt vero, Psalacantham fuisse Nympham in insula Icaria; quæ, amore Bacchi capta, operam ei navaverat, ut Ariadna potiretur: illa lege, ut cum*
B *ipsa postea quoque rem haberet. Atque Baccho id deinde recusante, cum insidiata esset Ariadnæ; ille eam mox in herbam commutavit. Verum ductus pœnitentia, in honorem plantæ, hanc coronæ Ariadnæ, quæ in cœlum inter sidera relata, circumposuit.* Alii tradunt, ex auro factam, ac, gemmis Indicis interstinctam. Tertullianus, *De Cor. Mil. Ariadnæ sertum ex auro, & Indicis gemmis.* Hyginus, *Poet. Astron.* lib. II. ubi de hac ipsa agit: *Dicitur etiam a Vulcano facta ex auro, & Indicis gemmis.* Tradunt etiam nonnulli, Glaucum, Deum marinum,
C cum ea rem habuisse, postquam a Theseo relicta esset. Athenæus, *l.* VII. Εὐάνθης δ' ὁ ἐποποιὸς, ἐν τῷ εἰς τὸν Γλαῦκον ὕμνῳ, Ποσειδῶνος αὐτὸν (φησὶν) υἱὸν εἶναι καὶ Ναΐδος Νύμφης. μιγῆναί τε Ἀριάδνῃ ἐν Δίᾳ τῇ νήσῳ, ἐρασθέντα, ὅτε ὑπὸ Θησέως κατελείφθη. *Euanthes vero poeta epicus, in suo in Glaucum hymno, Neptuni filium & Naidis Nymphæ fuisse ille tradit: & amantem Ariadnen, a Theseo in Dia insula derelictam, rem cum ea habuisse.* Quod desertam porro in Dia a Theseo Ariadnen attinet, huc respexit & Propertius, *lib.* I. *eleg.* III.

Qualis Thesea jacuit cedente carina,
Languida desertis Gnossia littoribus.

D Et Tibullus, *lib.* III. *eleg.* VII.

Gnossia, Theseæ quondam perjuria linguæ
Flevisti, ignoto sola relicta mari.

Alii volunt, non tam cito derelictam; sed cohabitasse ei aliquamdiu, filiosque peperisse, Staphylum, & Oenopionem. Plutarchus: Ἔνιοι δὲ, καὶ τεκεῖν (λέγουσιν) ἐκ Θησέως Ἀριάδνην Οἰνοπίωνα, καὶ Στάφυλον· ὧν καὶ ὁ Χῖος Ἴων ἐστὶ, περὶ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος λέγων·

Τήν ποτε Θησείδης ἔκτισεν Οἰνοπίων.

Quidam vero, etiam peperisse (dicunt) Ariadnen ex Theseo Oenopionem, & Staphylum; interque eos Ion Chius, de patria sua verba faciens:

Quam olim Thesides condidit Oenopion.

E Quanquam alios invenio, qui hos Bacchi ex Ariadna filios faciant: uti etiam Thoantem, Latramyn, Euanthem, & Tauropolin. Scholiastes Apollonii, *Argonaut.* III. Καταλέλειπται γὰρ (ἡ Ἀριάδνη) ὑπὸ Θησέως ἐν Νάξῳ· πεπαρθένευται δὲ ὑπὸ Διονύσου κατά τινας, ἐξ ἧς παιδοποιεῖ Οἰνοπίωνα, Θόαντα, Στάφυλον, Λάτραμυν, Εὐάνθη, Ταυρόπολιν. *Deserta enim (Ariadne) est a Theseo in Naxo; virginitasque ei imminuta est a Baccho: qui ex illa sustulit Oenopionem, Thoantem, Staphylum, Latramyn, Euanthen, Tauropolin.* Et Oenopionem Bacchi quoque, non Thesei filium, refert Theon, *Commentario in Aratum*: Οἰνοπίων, ὁ Διονύσου καὶ Ἀριάδνης παῖς, ἐν Χίῳ τῇ νήσῳ ᾤκει, ταύτης
F βασιλεύων. *Oenopion, Bacch. & Ariadnæ filius, in Chio insula habitabat, in ea regnum tenens.* Idem tradit & Eustathius, *ad Odyss.* I. quemadmodum de Staphylo quoque Auctor Etymologici, in Σταφυλῇ, & Theophilus, *ad Autolycum*, lib. II. Diodorus, non desertam esse a Theseo Ariadnen, sed a Baccho ereptam tradit, *lib.* IV. Καταπλευσάντων δὲ αὐτῶν (τῶν Ἀθηναίων) εἰς Κρήτην, Ἀριάδνη μὲν, ἡ θυγάτηρ τοῦ Μίνωος, ἠράσθη τοῦ Θησέως, διὰ τὴν εὐπρέπειαν διαφέροντος· Θησεὺς δ', εἰς λόγους ἐλθὼν αὐτῇ, καὶ ταύτην συνεργὸν λαβὼν, τόν τε Μινώταυρον ἀπέκτεινε, καὶ τὴν ἔξοδον

τὴν τοῦ Λαβυρίνθου παρ' αὐτῆς μαθὼν, διεσώθη. ἀνακομιζόμενος δ' εἰς τὴν πατρίδα, καὶ κλέψας τὴν Ἀριάδνην, ἔλαθεν ἐκπλεύσας νυκτὸς· καὶ κατῆρεν εἰς νῆσον τὴν ποτὲ μὲν Δίαν, νῦν δὲ Νάξον προσαγορευομένην. καθ' ὃν δὴ χρόνον μυθολογοῦσι Διόνυσον ἐπιφανέντα, καὶ διὰ τὸ κάλλος τῆς Ἀριάδνης, ἀφελόμενον τοῦ Θησέως τὴν παρθένον, ἔχειν αὐτὴν ὡς γυναῖκα γαμετὴν, ἀγαπωμένην διαφερόντως. *Cum in Cretam (Athenienses) trajecissent, Ariadnen, Minois filiam, eximia Thesei pulchritudo in amorem ejus pellexit: cum qua habito colloquio Theseus, consilio & ope virginis adjutus, & Minotaurum interemit, &, de Labyrinthi egressu edoctus, incolumis inde se explicuit. Et, clam reditu in patriam adornato, Ariadnen furtim abducens, noctu ex insula discessit; & in Diam tunc vocatam, quam nunc Naxum dicunt, appulit. Quo tempore fabulantur, conspectum tunc Bacchum, Ariadnes forma captum, eam Theseo eripuisse, ac, dilectam vehementer, loco uxoris habuisse.* Quin in somnis visum ipsi Bacchum refert, graviterque comminatum, nisi desereret Ariadnen, *l.* v. Ἐπὶ δὲ τούτοις, Θησεὺς, ἐκ Κρήτης ἀποπλέων μετὰ τῆς Ἀριάδνης, ἐπεξενώθη τοῖς ἐν τῇ νήσῳ (τῇ Νάξῳ·) καὶ, κατὰ τὸν ὕπνον ἰδὼν τὸν Διόνυσον, ἀπειλοῦντα αὐτῷ, εἰ μὴ ἀπολείψει τὴν Ἀριάδνην αὐτοῦ, φοβηθεὶς, κατέλιπε, καὶ ἐξέπλευσε. *Hujus tempore, Theseus, cum Ariadna digressus e Creta, in insulam (Naxum) divertit; &, conspecto in somnis Baccho, interminante, nisi relinqueret Ariadnen suam, timore perculsus, deseruit, ac discessit.* Ereptam a Baccho, refert etiam Pausanias, in *Bœoticis*, & *Phocicis*. Aliam rursum causam narrat Suidas, in Αἰγαῖοι πέλαγος, qui videndus eo loco. Pæon Amathusius tradit gravidam, & ex jactatione ægram, in Cypro expositam, nondum edito partu mortuam, & divino honore affectam: & alia quæ Plutarchus narrat copiose, istis verbis: Ἴδιον δέ τινα περὶ τούτων λόγον ἐκδέδωκε Παίων ὁ Ἀμαθούσιος, τὸν γὰρ Θησέα φησὶν, ὑπὸ χειμῶνος εἰς Κύπρον ἐξενεχθέντα, καὶ τὴν Ἀριάδνην ἔγκυον ἔχοντα, φαύλως δὲ διακειμένην ὑπὸ τοῦ σάλου, καὶ δυσφοροῦσαν, ἐκβιβάσαι μόνην· αὐτὸν δὲ, τῷ πλοίῳ βοηθοῦντα, πάλιν εἰς τὸ πέλαγος ἀπὸ τῆς γῆς φέρεσθαι· τὰς οὖν ἐγχωρίους γυναῖκας τὴν Ἀριάδνην ἀναλαβεῖν, καὶ περιέπειν ἀθυμοῦσαν ἐπὶ τῇ μονώσει, καὶ γράμματα πλαστὰ προσφέρειν, ὡς τοῦ Θησέως γράφοντος αὐτῇ, καὶ περὶ τὴν ὠδῖνα συμπονεῖν, καὶ βοηθεῖν· ἀποθανοῦσαν δὲ θάψαι, μὴ τεκοῦσαν. ἐπελθόντα δὲ τὸν Θησέα, καὶ περίλυπον γενόμενον, τοῖς μὲν ἐγχωρίοις ἀπολιπεῖν χρήματα, συντάξαντα θύειν τῇ Ἀριάδνῃ· δύο δὲ μικροὺς ἀνδριαντίσκους ἱδρύσασθαι, τὸν μὲν ἀργυροῦν, τὸν δὲ χαλκοῦν. ἐν δὲ τῇ θυσίᾳ τοῦ Γορπιαίου μηνὸς ἱσταμένου δευτέρᾳ, κατακλινόμενόν τινα τῶν νεανίσκων φθέγγεσθαι, καὶ ποιεῖν ἅπερ ὠδίνουσαι γυναῖκες· καλεῖν δὲ τὸ ἄλσος Ἀμαθουσίους, ἐν ᾧ τὸν τάφον δεικνύουσιν, Ἀριάδνης Ἀφροδίτης. καὶ Ναξίων δέ τινες, ἰδίως ἱστοροῦσι δύο Μίνωας γενέσθαι, καὶ δύο Ἀριάδνας· ὧν τὴν μὲν Διονύσῳ γαμηθῆναι φασὶν ἐν Νάξῳ, καὶ τοὺς περὶ Στάφυλον τεκεῖν· τὴν δὲ νεωτέραν, ἁρπασθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Θησέως, καὶ ἀπολειφθεῖσαν, εἰς Νάξον ἐλθεῖν· καὶ τροφὸν μετ' αὐτῆς, ὄνομα Κορκύνην, ἧς δείκνυσθαι τάφον. ἀποθανεῖν δὲ καὶ τὴν Ἀριάδνην αὐτόθι, καὶ τιμὰς ἔχειν οὐχ ὁμοίας τῇ προτέρᾳ. τῇ μὲν γὰρ, ἡδομένους, καὶ παίζοντας, ἑορτάζειν. τὰς δὲ ταύτῃ δρωμένας θυσίας, εἶναι πένθει τινὶ, καὶ σκυθρωπότητι, μεμιγμένας. *Edidit vero proprium quendam de his librum Pæon Amathusius. Ait autem, Theseum tempestate in Cyprum ejectum, cum gravidam secum haberet Ariadnen, ac male ex jactatione affectam, & languentem, solam exposuisset; ut navigio subveniret, rursus e terra in mare ablatum; fœminas autem indigenas excepisse Ariadnen, mœstamque, quod sola relicta esset, fovisse, confictas ad eam litteras, veluti a Theseo scriptas, protulisse: & in partu, operam illi suam navantes, adjuvisse: mortuamque ante partum, funerasse. Ac supervenientem Theseum, & magnopere dolentem, dedisse indigenis pecunias, &, ut sacra Ariadnæ facerent, instituisse: tum & duas parvas statuas, unam argenteam, alteram æneam, dedicasse. In sacris vero, secundo die mensis Gorpiæi, quendam ex adolescentibus, decumbentem ejulari, & facere quæcunque parturientes solent; lucum vero Amathusios, in quo tumulum ostendunt, Veneris Ariadnes dicere. Quidam vero Naxiorum, aliter atque alii, tradunt duos fuisse Minoas, item duas Ariadnas; & earum unam quidem Baccho in Naxo nuptam esse, Staphylumque peperisse: juniorem, a Theseo raptam, ac desertam, in Naxum venisse; ac nutricem cum ea, Corcynen dictam, cujus quoque monumentum ostendatur. Mortuam item ibi loci Ariadnen, & honores obtinere, non eosdem cum priore. Quippe illi, hilares, & ludibundos, festum diem celebrari: at quæ huic sacrafiant, ea luctu, & mœstitia, mixta esse.* Sed quod ad sepulchrum Ariadnes attinet, quod in Cypro exstitisse apud Amathusios refert, id apud Argivos a Pausania commemoratur, in Bacchi Cretensis fano. Verba ejus ecce ista, in *Corinthiacis*: Ἄλλα δέ ἐστιν Ἀργείοις θέας ἄξια· κατάγαιον οἰκοδόμημα, ἐπ' αὐτὸ δὲ ἦν ὁ χαλκοῦς θάλαμος, ὃν Ἀκρίσιος ποτὲ φρουρὰν τῆς θυγατρὸς ἐποίησε· Περίλαος δὲ καθεῖλεν αὐτὸν τυραννήσας. τοῦτό τε οὖν τὸ οἰκοδόμημά ἐστι, καὶ Κροτώπου μνῆμα, καὶ Διονύσου ναὸς Κρησίου. Περσεῖ γὰρ πολεμήσαντα αὐτὸν, καὶ αὖθις ἐλθόντα ἐς λύσιν τοῦ ἔχθους, τά τε ἄλλα τιμηθῆναι μεγάλως λέγουσιν ὑπὸ Ἀργείων, καὶ τέμενός οἱ δοθῆναι τοῦτο ἐξαίρετον. Κρησίου δὲ ὕστερον ὠνομάσθη, διότι Ἀριάδνην ἀποθανοῦσαν ἔθαψεν ἐνταῦθα. Λυκέας δὲ λέγει, κατασκευαζομένου δεύτερον τοῦ ναοῦ, κεραμέαν εὑρεθῆναι σορὸν, εἶναι δὲ Ἀριάδνης αὐτήν. καὶ αὐτός τε, καὶ ἄλλους Ἀργείων, ἰδεῖν ἔφη τὴν σορόν. *Habent Argivi alia multa spectatu digna; inter ea, subterraneum ædificium, in quo fuit thalamus æneus, quem ad filiæ custodiam Acrisius fecisse dicitur. Verum eum evertit Perilaus, cum urbem tyrannide oppressam teneret. Nunc Crotopi est in eo monumentum, & Bacchi Cretensis fanum. Baccho enim, cum exstincto bello quod cum Perseo gerebat, inimicitias posuisset, cum alios magnos honores apud Argivos obtinuisse ferunt, tum inprimis hoc delubrum ei datum. Cretensem vero nuncupatum, quod defunctam Ariadnen sepulturæ heic mandasset. Tradit Lyceas, cum templum restitueretur, fictilem inventam urnam, in qua Ariadne condita fuisset: eamque se, & Argivorum item multos, spectasse.* Festi in honorem ejus instituti meminit etiam Auctor certaminis Homeri & Hesiodi: Τοῦ δὲ νεκροῦ τριταίου πρὸς τὴν γῆν ὑπὸ δελφίνων προσενεχθέντος, ἑορτῆς τινὸς ἐπιχωρίου παρ' αὐτοῖς οὔσης Ἀριαδνείας, πάντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν ἔδραμον. *Ac cadavere post tertium diem a delphinibus in terram ejecto, cum indigenæ festum diem Ariadnæ celebrarent, cuncti ad littus accurrerunt.*

CAP. XV.

In Italiam delatus, Brundusium venit: quod secuti eum Cretenses inhabitarunt. Etiam in Delum insulam; ubi sacra Delio Apollini facit: Venerisque simulacrum illi dedicat: tum saltationem instituit, cui nomen datum Γέρανος. *Simulacrum id quale fuerit: qualia item omnia vetera. Dædalus ea primus facere cum pedibus distinctis cœpit, unde vivere, & ambulare, illa dicta. Venus lignea, infuso argento vivo, sese movens: Ariadnæ donata a Dædalo, qui hanc fecerat. Callimachi Scholiastæ error. Certamen etiam instituit: in quo victor, palmæ ramum præmium accipiebat.*

DUM e Creta Athenas petit, in Italiam delatus, tempestate impellente, ut videtur, Brundusium venit: quod Cretenses, qui cum eo, insederunt. Accipio ex Strabone, *l.* VI. Βρεντέσιον δ' ἐποικῆσαι μὲν λέγονται Κρῆτες, οἱ μετὰ Θησέως ἐπελθόντες Κνωσσοῦ. *Brundusium inhabitasse quidem feruntur Cretenses, qui cum Theseo e Gnosso huc venerunt.* Lucanus *l.* II.

—— *Profugusque per Appula rura,*
Brundusii tutas concedit Magnus in arces.
Urbs est, Dictæis olim possessa colonis,
Quos Creta profugos vexere per æquora puppes
Cecropiæ, victum mentitis Thesea velis.

Ex eadem quoque causa, *Minoia tecta Brundusi.* dicit, *lib. v.*

—— *Curvique tenens Minoia tecta*
Rrundusii, clausas ventis brumalibus undas
Invenit. ——

Id Delum quoque venit; atque ibi factis Apollini Delio sacris, Veneris illi simulacrum, quod ab Ariadna acceperat, dedicavit: & saltationem instituit, quæ a Deliis Γέρανος appellabatur, Plutarch. Ἐκ δὲ τῆς Κρήτης ἀποπλέων, εἰς Δῆλον κατέσχε· καὶ, τῷ θεῷ θύσας, καὶ ἀναθεὶς τὸ Ἀφροδίσιον, ὃ παρὰ τῆς Ἀριάδνης ἔλαβεν, ἐχόρευσε μετὰ τῶν ἠϊθέων χορείαν, ἣν ἔτι νῦν ἐπιτελεῖν Δηλίους λέγουσι, μίμημα τῶν ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ περιόδων καὶ διεξόδων, ἔν τινι ῥυθμῷ παραλλάξεις καὶ ἀνελίξεις ἔχοντι γιγνομένην· καλεῖται δὲ τὸ γένος τοῦτο τῆς χορείας ὑπὸ Δηλίων Γέρανος, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος. *Solvens autem ex Creta, in Delum appulit; ac, peractis Deo sacris, atque Veneris simulacro, quod ab Ariadna acceperat, dedicato, saltationem instituit cum impuberibus, quam nunc quoque Delios celebrare ferunt, babentem modo quodam commutationes & revolutiones, ad imitationem anfractuum & egressuum Labyrintbi. Vocaturque id saltationis genus apud Delios Grus, ut narrat Dicæarcbus.* Ac quod simulacri dedicationem attinet; refert idem & Pausan. in *Bœoticis*; Καὶ Δηλίοις Ἀφροδίτης ἐστὶν οὐ μέγα ξόανον, λελυμασμένον τὴν δεξιὰν χεῖρα ὑπὸ τοῦ χρόνου. κάτεισι δὲ ἀντὶ ποδῶν εἰς τετράγωνον σχῆμα. Πείθομαι τοῦτο Ἀριάδνην λαβεῖν παρὰ Δαιδάλου· καὶ, ἡνίκα ἠκολούθησε τῷ Θησεῖ, τὸ ἄγαλμα ἐπεκομίζετο οἴκοθεν. ἀφαιρεθέντα δὲ αὐτῆς τὸν Θησέα, οὕτω φασὶν οἱ Δήλιοι τὸ ξόανον τοῦ θεοῦ ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δηλίῳ· ἵνα μὴ, οἴκαδε ἐπαγόμενος, ἐς ἀνάμνησίν τε Ἀριάδνης ἐφέλκηται, καὶ ἀεὶ νέας ἐπὶ τῷ ἔρωτι εὑρίσκηται τὰς συμφοράς. *Est & apud Delios Veneris non magnum signum, exesa vetustate manu dextera: pedum autem loco, in quadrangulam figuram desinit. Crediderim a Dædalo illud Ariadnen accepisse; ac, cum Tbeseum sequeretur, domo secum asportasse: atque Theseum, cum erepta ipsi illa esset, Delio Apollini id dedicasse memorant; ne, cum domum reversus foret, in Ariadnæ recordationem eo traberetur, & calamitates novas usquequaque ex amore inveniret.* Ubi obiter observa, in quadratam inferius formam desiisse, neque pedes habuisse; nam ad illud usque tempus ita omnia simulacra formabantur: primus vero iis pedes Dædalus tunc dare cœpit. Suid. in Δαιδάλου ποιήματα. Οἱ παλαιοὶ δημιουργοὶ συμμεμυκότας τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐποίουν· ὁ δὲ Δαίδαλος ἀνεπέτασεν αὐτοὺς, καὶ τοὺς πόδας διέστησε. *Antiqui opifices faciebant clausos oculos: Dædalus vero eos aperuit, & pedes disjunxit:* Unde etiam viva facere, & ambulantia dicebatur. Palæphatus: Λέγουσι περὶ Δαιδάλου, ὡς ἀγάλματα κατεσκεύαζε πορευόμενα. τὸ δὲ ἀνδριάντα δι' αὑτοῦ βαδίζειν, ἀδύνατον εἶναι δοκεῖ ἔμοιγε. τὸ δὲ ἀληθὲς τοιοῦτον· οἱ τότε ἀνδριαντοποιοὶ, καὶ ἀγαλματοποιοὶ, κατεσκεύαζον ἀνδριάντας, συμπεφυκότας ἔχοντας τοὺς πόδας. ὁ δὲ Δαίδαλος ἐποίει διαβεβηκότας τὸν ἕνα πόδα. οἱ δὲ ἄνθρωποι ἔλεγον, ὁδοιπορεῖν τοῦτο τὸ ἄγαλμα, ὃ εἰργάσατο Δαίδαλος. *De Dædalo tradunt, quod statuas ac simulacra ambulantia faceret. Incedere vero per se statuam, mibi quidem impossibile videtur. Veritas autem ita babet. Qui tunc temporis statuas, aut simulacra faciebant, junctis illa pedibus repræsentabant: Dædalus autem eo modo effingebat, ut procedere altero pede viderentur: itaque dicebant bomines, factum a Dædalo simulacrum ambulare.* Themistius: *Orat.* XV. Πρὸ μὲν Δαιδάλου, τετράγωνος ἦν οὐ μόνον ἡ τῶν Ἑρμῶν ἐργασία, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν λοιπῶν ἀνδριάντων. Δαίδαλος δὲ, ἐπειδὴ πρῶτος διήγαγε τὼ πόδε τῶν ἀγαλμάτων, ἔμπνοα δημιουργεῖν ἐνομίσθη. *Ante Dædalum, non Mercurii tantum signa, verum aliæ quoque statuæ, quadratæ effingebantur: Dædalus vero, postquam pedem simulacrorum distinxit, viva ea fabricare est putatus.* Meminitque Plato, in *Menone*, & *Hippia majore*, item Aristoteles, *Politic.* lib. I. c. III. Immo ligneam Venerem fecisse dicitur, quæ, quod vivum illi argentum infudisset, moveretur. Ille ipse Aristoteles, *De Anima*, lib. I. cap. III. Φησὶ Δαίδαλον κινουμένην ποιῆσαι τὴν ξυλίνην Ἀφροδίτην, ἐγχέαντα ἄργυρον χυτόν. *Ait Dædalum Venerem fecisse ligneam, quæ moveretur, vivo argento infuso.* Ad quem locum Joannes Philoponus: Ἔλεγε, τὸν Δαίδαλον ποιῆσαι ξυλίνην Ἀφροδίτην κινουμένην. κοιλώματα γάρ τινα ποιήσας ἐν τῷ ξοάνῳ ὁ Δαίδαλος, ἐνέχεεν ὑδράργυρον. ἵνα κινούμενος ὁ ὑδράργυρος, (εὐκίνητος γὰρ, καὶ συνεχῶς μετακυλιόμενος.) καὶ τῇ ἑαυτοῦ ὤσει κινῶν τὸ ξόανον, φαίνεσθαι ποιῇ ἐξ αὑτοῦ κινούμενον τὸ τῆς Ἀφροδίτης ξόανον. *Dicebat, Dædalum fecisse ligneam Venerem, quæ moveretur. Etenim Dædalus, postquam cavitates quasdam in simulacro fecisset, argentum vivum infudit; ut id sese movens, (sicut facile movetur, ac semper volvitur) & impulsione sui etiam simulacrum movens, videri faceret illud Veneris simulacrum sponte sua commoveri.* Et videtur, ipsum illud simulacrum hoc fuisse, Dædalumque Ariadnæ, per quam Theseus est adeptus, donavisse: quod Pausan. in *citatis* statim *verbis*, etiam se existimare non injuria pronuntiat. Porro simulacri hujus dedicati, ac saltationis item institutæ, meminit Callimachus quoque, *Hymno in Delum extremo:*

Δὴ τότε καὶ στεφάνοισι βαρύνεται ἱρὸν ἄγαλμα
Κύπριδος ἀρχαίης, ἀριήκοον· ἥν ποτε Θησεὺς
Εἵσατο, σὺν παίδεσσιν ὅτε Κρήτηθεν ἀνέπλει·
Οἳ χαλεπὸν μύκημα καὶ ἄγριον υἷα φυγόντες
Πασιφάης, καὶ γναμπτὸν ἕδος σκολιοῦ Λαβυρίνθου,
Πότνια, σὸν περὶ βωμὸν ἐγειρομένου κιθαρισμοῦ,
Κύκλιον ὠρχήσαντο· χοροῦ δ' ἡγήσατο Θησεύς.

Equidem tunc & sertis oneratur sacrum simulacrum
Veneris antiquæ, attente audiens. Quam olim Tbeseus
Dedicavit, cum pueris postquam e Creta solvisset:
Qui ubi horrendum mugitum, & ferocem filium effugissent
Pasiphaes, & inflexam viam tortuosi Labyrinthi,
Diva, tuam circa aram excitato citharæ sonitu,
In orbem tripudiarunt; chorum vero duxit Tbeseus.

Non recte Scholiastes dicit, Theseum ædificasse Veneri fanum, quod tam facile Ariadnen in amorem ipse sui pertraxisset, vicissetque Minotaurum: Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐν Δήλῳ· ὅπερ Θησεὺς ἔκτισε, διὰ τὸ εὐχερῶς τὴν Ἀριάδνην ὀλισθῆσαι εἰς πόθον τοῦ Θησέως, καὶ χειρώσασθαι τὸν Μινώταυρον. *Veneris fanum in Delo; quod Theseus struxit, quia facile Ariadnes amore potitus esset, ac Minotaurum profligasset.* Saltationis, quam Plutarch. *Gruem* appellatam tradit, atque ducis ejus Thesei, Pollux quoque mentionem facit, *lib.* IV. *c.* XIV. Τὴν δὲ Γέρανον, κατὰ πλῆθος ὠρχοῦντο, ἕκαστος ἐφ' ἑκάστῳ κατὰ στίχον, τὰ ἄκρα ἑκατέρωθεν τῶν ἡγεμόνων ἐχόντων· τοῦ περὶ Θησέα πρῶτον περὶ τὸν Δήλιον βωμὸν ἀπομιμησαμένων τὴν ἀπὸ τοῦ Λαβυρίνθου ἔξοδον. *Quam vero Gruem vocant, plures saltabant, singuli singulos ordine consequentes, extrema utrinque babentibus iis, qui ducunt: Tbeseo primum circum Apollinis Delii aram exitum e Labyrintbo exprimente.* Videndus quoque est Eustathius, *ad finem Iliad.* σ'. Et in hac saltatione, aram circumcursitantes, sese mutuos verberabant. Observare est apud Hesychium: Δηλίου κακὸς βωμός. τὸ περιτρέχειν κύκλῳ τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν, καὶ τύπτεσθαι. ἤρξατο τούτου Θησεὺς, εὐχαριστήρια τῆς ἀπὸ Λαβυρίνθου φυγῆς. *Deli mala ara. Circa*

aram in Delo currere, ac verberari. Primus id incepit Theseus, gratias agens, quod Labyrinthum evasisset. Videtur autem saltasse armatus. Meminit Dion Chrysost *Orat.* XXXVII. Certamen quoque hic instituit, quo victorem ramo palmæ munerabat. Plutarchus: Ποιῆσαι δὲ καὶ ἀγῶνα φασὶν αὐτὸν ἐν Δήλῳ, καὶ τοῖς νικῶσι τότε πρῶτον ὑπ' ἐκείνου φοίνικα δοθῆναι. *Ajunt & certamen ipsum Delo instituisse, ac victores tum primum palmæ ramum accepisse.* Pausan. in *Arcadicis*: Θησέα, ἀνακομιζόμενον ἐκ Κρήτης, φασὶν ἐν Δήλῳ ἀγῶνα ποιήσασθαι τῷ Ἀπόλλωνι, στεφανοῦν δὲ αὐτὸν τοὺς νικῶντας φοίνικι. *Theseum, e Creta redeuntem, ajunt in Delo certamen instituisse Apollini, ac victores palma coronasse.*

CAP. XVI.

Cum Athenis rediens appropinquaret, patris præceptorum oblitus, mortis ejus causa fuit; post quam regnum vacuum adit: præter quod & Cretam tenuit, & Thessaliam. Urbem ingressus, in auspiciis ipsis regni, funus Ægei patris curat, & Apollini votum solvit, quo se antea, cum in Cretam navigaret, Deo obstrinxerat. Quando id factum, & origo festi Pyanepsiorum. Fanum etiam illi condit; & familiis, quarum liberos liberasset, sumptum ad sacra illi facienda imperat: ac Phytalidas his præponit. Trœzene quoque Sospitæ Dianæ templum condit, & instituit Ὠσχοφόρια. *Bacchus ei & Minerva in Dia apparuerunt. Plutarchi locus emendatus. Navis, qua in Cretam ipse vectus fuerat, post quotannis missa in Delum, ad Apollinem, cum legatis, qui religionis ergo Deum viserent: quæ legatio ex re illa* Θεωρία, *uti &* Θεωρὶς *navis, appellata. Ejus vero puppis coronata erat: nec licebat, antequam hæc rediisset, supplicio damnatum afficere. Asservata, & quo modo, usque ad Demetrii Phalerei tempora.*

E DELO solvens, cum jam prope Athenas esset, oblitus velum album expandere, patri Ægeo, qui sic jusserat, sua illa negligentia mortem accivit. Plutarch. Τῇ δὲ Ἀττικῇ προσφερομένων, (ἱστορεῖ Δικαίαρχος) ἐκλαθέσθαι μὲν αὐτόν, ἐκλαθέσθαι δὲ τὸν κυβερνήτην, ὑπὸ χαρᾶς, ἐπάρασθαι τὸ ἱστίον, ᾧ τῆς σωτηρίας αὐτῶν ἔδει γνώριμον τῷ Αἰγεῖ γενέσθαι. τὸν δὲ, ἀπογνόντα, ῥίψαι κατὰ τῆς πέτρας ἑαυτόν, καὶ διαφθαρῆναι. *Cum Athenis appropinquarent, (refert Dicæarchus) oblitum & ipsum, & gubernatorem, præ gaudio, expandere velum, quo salutem suam Ægeo indicare oportebat: ipsum vero, animum despondentem, se de saxo præcipitem dedisse, ac periisse.* Pluribus hoc pertractavi, in rebus Ægei, *De Regibus Atticæ*, lib. II. c. XVIII. Itaque non heic nunc repetam: illic, si est tanti, vide. Postquam autem in Phalerum, urbis per id tempus portum, appulisset, factis, quæ vovisset, sacris, nuntium in urbem mittit, qui adventum indicaret; isque offendit lamentantes, propter Ægei interitum: aliosque rursum lætos, quod incolumem tandem Theseum rediisse intelligerent. Plutarch. Καταπλεύσας δὲ ὁ Θησεύς, ἔθυε μὲν αὐτός, ἃς ἐκπλέων θυσίας ηὔξατο τοῖς θεοῖς Φαληροῖ· κήρυκα δὲ ἀπέστειλε τῆς σωτηρίας ἄγγελον εἰς ἄστυ. οὗτος ἐνέτυχεν ὀδυρομένοις τε πολλοῖς τὴν τοῦ βασιλέως τελευτήν, καὶ χαίρουσιν, ὡς εἰκός, ἑτέροις, καὶ φιλοφρονεῖσθαι, καὶ στεφανοῦν αὐτὸν, ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ προθύμοις οὖσι. *Cum adnavigasset autem Theseus, sacra Diis in Phalero fecit, quæ, cum solveret, nuncuparat; ac præconem in urbem misit, incolumitatis nuntium. Hic in multos incidit, regis morti illacrymantes; aliosque, ut probabile, rursum lætos & excipere eum promptos, atque etiam coronare, incolumitate ejus exultantes.* Urbem ingressus, vacuum parentis morte regnum Athenarum adiit. Alii plura regna tribuunt. Guntherus, *Ligurini* lib. V.

Sic quondam, duri post multa pericula belli,
Thermodontiaco referentem signa triumpho,
Adjecisse suis gaudentem plurima regnis,
Thesea Cecropiæ reducem vidistis Athenæ.

Et ante eum Dion Chrysostomus, *Orat.* XI. Οὐ γὰρ ἐπὶ Θησέα μὲν ἦλθον εὐθὺς, ἄνδρα Ἕλληνα, καὶ τῶν ἄλλων ἄριστον, αὐτόν τε πολλῶν ἄρχοντα, καὶ Ἡρακλέους ἑταῖρον, καὶ Πειρίθου, καὶ Θετταλοὺς καὶ Βοιωτοὺς ἔχοντα συμμάχους; *Nonne statim Theseum aggressi sunt, virum Græcum, aliis præstantem, atque multorum principem, tum sodalem Herculis, ac Pirithoi, Thessalosque habentem socios & Bœotos?* Certe, præter Athenas, Cretam quoque tenuisse, auctor est Suidas: Θησεύς· ὁ Αἰγέως υἱός, ὁ βασιλεὺς Κρητῶν. *Theseus, Ægei filius, rex Cretensium.* Nempe postquam Minotaurum profligasset. Ita refert alibi, in Αἰγαῖον πέλαγος, istis verbis: Θησεύς, ὁ Αἰγέως υἱός, βασιλέως τῆς Ἀττικῆς, ἐβασίλευσε Κρητῶν, καὶ ἐδίωξε τὸν Μινώταυρον ἐκ τῆς Λαβυρίνθου χώρας, καὶ κρυπτόμενον αὐτὸν ἐν σπηλαίῳ ἀνεῖλε. καὶ λαμβάνει τὴν Ἀριάδνην γυναῖκα, τὴν ἀπὸ τοῦ Μίνωος τεχθεῖσαν τῇ Πασιφάῃ, καὶ οὕτω κρατεῖ τῆς Κρήτης. *Theseus, filius Ægei, regis Atticæ, Cretensium regno est potitus; & ejecit Minotaurum regione Labyrinthi, eumque in spelunca latentem interfecit: tum uxorem item duxit Ariadnen, ex Pasiphae filiam, atque ita Cretæ regnum est adeptus.* Cedrenus etiam Thessaliam tribuit: Ὁ δὲ Θησεύς, τὴν Κρήτην ἐάσας, καταφρονήσας τῆς Ἀριάδνης, τῆς Θετταλίας βασιλεύσας, ἠγάγετο γυναῖκα Φαίδραν. *Cæterum Theseus, relicta Creta, ac contempta Ariadna, Thessaliæ regnum adeptus, Phædram uxorem duxit.* Dion, in *citatis verbis*, multorum quidem principem dicit, verum Thessalos nominat socios, non subjectos; scilicet propter Pirithoum, eorum regem, adeo amicum ipsi. Alius erat, ille Thessalorum princeps, a quo Smyrnam conditam ferunt: de quo supra mihi dictum, *cap.* I. Itaque errorem puto, ex confusione nominis: quanquam sane, ut ibidem indicavi, illum quoque Theseum hunc nostrum esse quidam putent. Simul vero Athenas ingressus esset, nihil sibi prius duxit patris funere; itaque, elato eo, votum Apollini persolvit, mensis Pyanepsionis die septimo: quo in urbem sospes venit. Plutarchus: Θάψας δὲ τὸν πατέρα, τῷ Ἀπόλλωνι τὴν εὐχὴν ἀπεδίδου τῇ ἑβδόμῃ τοῦ Πυανεψιῶνος μηνὸς ἱσταμένου. ταύτῃ γὰρ ἀνέβησαν εἰς ἄστυ σωθέντες. *Elato patre, Apollini votum solvit die septimo mensis Pyanepsionis: eo enim incolumes urbem sunt ingressi.* Etymologici Auctor, in Εἰρεσιώνη: Προετίθετο δὲ ἱκετηρία ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ οἱ περὶ Θησέα σωθῆναι δοκοῦσι. *Proponebatur hæc supplicatio eo die, quo Theseus incolumis rediisse credebatur.* Intelligit autem illud votum, quod, priusquam in Cretam pervenire posset, tempestate in Delum appulsus, nuncupaverat: de quo supra a me dictum, extremo *capite* XI. Atque hinc origo festi Pyanepsiorum: ut ostendo *Græciæ Feriatæ meæ* lib. V. in Πυανέψια. Fanum quoque ei struxit, & familiis, quarum liberos, sorte Minotauro datos, secum abductos liberasset, sumptum ad sacra ibi facienda imposuit; & Phytalidas, quod ab his hospitio exceptus esset, sacrificiis præfecit. Plutarchus: Ἐξῃρέθη δὲ καὶ τέμενος αὐτῷ, (τῷ Αἰγεῖ) καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν παρασχόντων τὸν δασμὸν οἴκων ἔταξε θυσίαν αὐτῷ τελεῖν ἀποφοράς. καὶ τῆς θυσίας ἐπεμελοῦντο Φυταλίδαι, Θησέως ἀποδόντος ἀμοιβὴν τῆς φιλοξενίας. *Fanum etiam ei (Ægeo) erectum est; & illis familiis, quæ tributum pependerant, imposuit, ut ad sacra facienda sumptus darent: sacrificio vero præerant Phytalidæ, hoc reddente ipsis Theseo propter hospitalitatem.* Trœzene quoque, quam natalem urbem habebat, Sospitæ Dianæ templum ædificavit, idque in foro. Pausanias, in *Corinthiacis*: Ἐν τῇ ἀγορᾷ Τροιζηνίων ναὸς καὶ ἀγάλματα Ἀρτέμιδός ἐστι Σωτείρας. Θησέα δὲ ἐλέγετο ἱδρύσασθαι, καὶ ὀνομάσαι Σώτειραν, ἡνίκα Ἀστερίωνα

τῷ Μίνω καταγωνισάμενος, ἀνέστρεψεν ἐκ τῆς Κρήτης. *In Trœzeniorum foro templum est, & signa Dianæ Sospitæ. Ajunt vero Theseum dedicasse, Sospitæque appellasse, cum e Creta, superato Minois Asterione, reverteretur*. Instituit & festum alterum, Ὠσχοφόρια appellatum. Rem, & causam, sic Plutarchus nobis refert: Ἄγουσι δὲ καὶ τὴν τῶν Ὠσχοφορίων ἑορτὴν, Θησέως καταστήσαντος. οὐ γὰρ ἁπάσας αὐτὸν ἐξαγαγεῖν τὰς λαχούσας τότε παρθένους, ἀλλὰ τῶν συνήθων νεανίσκων δύο, θηλυφανεῖς μὲν ὀφθῆναι, καὶ νεαρούς, ἀνδρώδεις δὲ ταῖς ψυχαῖς, καὶ προθύμους, λουτροῖς τε θερμοῖς καὶ σκιατροφίαις, καὶ ταῖς περὶ τὴν κόμην, καὶ λειότητα, καὶ χροιὰν, ἀλοιφαῖς, καὶ κοσμήσεσιν, ὡς ἔστιν ἐξαλλάξαντα κομιδῇ, καὶ διδάξαντα φωνὴν, καὶ σχῆμα, καὶ βάδισιν, ὡς ἔνι μάλιστα παρθένοις ὁμοιοῦσθαι, καὶ μηδὲν φαίνεσθαι προφέροντας, ἐμβαλεῖν εἰς τὸν τῶν παρθένων ἀριθμὸν, καὶ διαλαθεῖν ἅπαντας. ἐπεὶ δὲ ἐπανῆλθον, αὐτόν τε πομπεῦσαι καὶ τοὺς νεανίσκους, οὕτως ἀμπεχομένους, ὡς νῦν ἀμπέχονται τοὺς ὄσχους φέροντες. φέρουσι δὲ, Διονύσῳ καὶ Ἀριάδνῃ χαριζόμενοι, διὰ τὸν μῦθον. *Celebrant vero etiam festum Oschophoriorum, cum id Theseus primus sic instituisset. Neque enim omnes eum sorte lectas virgines eduxisse ferunt, verum adolescentes duos familiares, qui aspectu quidem fœminæ viderentur, juvenculos, & animo fortes, atque promptos, balneisque, & educatione umbratili, coma, lævore, ac colore, unctione, atque comptu, quantum posset, immutasse: tum & vocem, habitum, incessum instruxisse, ut virginibus quam simillimi, nec differre ab iis quicquam, viderentur, in earum numerum inseruisse, idque omnes latuisse. Postquam vero rediissent, ipsum, & hos adolescentes, pompam duxisse, eo habitu, quo nunc palmites ferentes conspiciuntur. Ferunt autem, in Bacchi & Ariadnæ gratiam, propter fabulam.* In quibus verbis, habitus, quo incedebant, quem intelligit, ille muliebris erat. Fabulam de Baccho & Ariadna innuit, quæ in Dia Theseo apparuisse ferebatur. Proclus, in *Excerptis Chrestomathiæ Grammaticæ*: Ὠσχοφορικὰ δὲ μέλη παρὰ Ἀθηναίοις ᾔδετο. τοῦ χοροῦ δὲ δύο νεανίαι, κατὰ γυναῖκας ἐστολισμένοι, κλῆμα ἀμπέλου κομίζοντες, μεστὸν εὐθαλῶν βοτρύων, (ἐκάλουν δὲ αὐτὸ Ὤσχην, ἀφ' οὗ καὶ τοῖς μέλεσιν ἡ ἐπωνυμία) τῆς ἑορτῆς καθηγοῦντο. ἄρξαι δὲ Θησέα φασὶ πρῶτον τοῦ ἔργου. ἐπεὶ γὰρ, ἑκούσιος, ὑποστὰς τὸν εἰς Κρήτην πλοῦν, ἀπήλλαξε τὴν πατρίδα τῆς κατὰ τὸν δασμὸν συμφορᾶς, χαριστήρια ἀποδιδοὺς Ἀθηνᾷ καὶ Διονύσῳ, οἳ αὐτῷ κατὰ τὴν νῆσον τὴν Δίαν ἐπεφάνησαν, ἔπραττε τοῦτο, δυσὶ νεανίαις ἐσκιατραφημένοις χρησάμενος πρὸς τὴν ἱερουργίαν ὑπηρέταις. *Oschophorica vero carmina ab Atheniensibus canebantur. Chorum vero ducebant duo juvenes, veste muliebri induti, vitis palmitem gestantes, uvis maturis refertum: quem cum ipsi* Ὤσχην *vocent; inde nomen datum est carminibus istis: primum vero incepisse ferunt Theseum. Postquam vero, ultronea in Cretam navigatione instituta, patriam tributi calamitate liberavit, gratiam Minervæ referens & Baccho qui ipsi in Dia insula apparuerant, faciebat hoc, duobus adolescentibus, in umbra educatis, ad sacra peragenda ministris utens.* Unde apparet, in Plutarcho legendum esse, Διονύσῳ καὶ Ἀθηνᾷ χαριζόμενοι, διὰ τὸν μῦθον. *In Bacchi & Minervæ gratiam, propter fabulam*. Nam Ariadna, quam *in insulam Diam ipse adduxisset, non apparuisse illi dici potest: tum & apparitiones istiusmodi, Veteres Diis, non hominibus, tribuebant*. Ac de festo hoc si quis scire plura volet, videat *Græciam Feriatam nostram*, in Ὠσχοφόρια, lib. v. Porro neque istud mihi hoc in loco omittendum; navem illam, qua tunc Theseus, & juventus illa cætera, vehebatur, postea in Delum missam, singulis annis, ex voto Thesei, cum legatis, qui publico urbis nomine, ceu religionis ergo, ac testandæ pietatis, in Delum, ad Apollinis illic templum invisendum, proficiscerentur: unde & legatio ista Θεωρία, velut *Dei visitatio*, ac Θεωρὶς quoque navis, ceu quæ *Deum visitaret*, dicebatur: interimque, dum hoc fieret, & lustrare urbem solebant, & a pœnis capitalibus exigendis abstinere: ipsa navis, postquam solutura esset, puppim coronata erat, ab Apollinis sacerdote. Est in hanc rem elegans Platonis locus, in *Phædone*: Τοῦτό ἐστι τὸ πλοῖον, ὥς φασιν Ἀθηναῖοι, ἐν ᾧ Θησεύς ποτε εἰς Κρήτην τοὺς δὶς ἑπτὰ ἐκείνους ᾤχετο ἄγων, καὶ ἔσωσέ τε, καὶ αὐτὸς ἐσώθη. τῷ οὖν Ἀπόλλωνι εὔξαντο, ὡς λέγεται, τότε, εἰ σωθεῖεν, ἑκάστου ἔτους θεωρίαν ἀπάξειν εἰς Δῆλον. ἣν δὴ καὶ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἐξ ἐκείνου κατ' ἐνιαυτὸν τῷ θεῷ πέμπουσιν. ἐπειδὰν οὖν ἄρξωνται τῆς θεωρίας, νόμος ἐστὶν αὐτοῖς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ καθαρεύειν τὴν πόλιν, καὶ δημοσίᾳ μηδένα ἀποκτιννύναι, πρὶν ἂν εἰς Δῆλόν τε ἀφίκηται τὸ πλοῖον, καὶ πάλιν δεῦρο. ἀρχὴ δ' ἐστὶ τῆς θεωρίας, ἐπειδὰν ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀπόλλωνος στέψῃ τὴν πρύμναν τοῦ πλοίου. *Hæc est illa navis, ut Athenienses ajunt, qua Theseus olim Cretam illos bis septem deduxit, servavitque, ac se quoque. Itaque Apollini, ut fama est, fecere votum, si incolumes redirent, ut quotannis mitterent in Delum insulam, qui religionis ergo Deum inviserent. Qua de causa etiam deinceps semper usque in hodiernum diem ad Deum quotannis mittunt. Quod dum faciunt, urbem lustrant; nec supplicium publice de quoquam sumunt, antequam in Delum navis iter suum instituerit, ac redierit. Initium vero missionis intelligitur, postquam Apollinis sacerdos puppim navis coronaverit*. Breviter Suidas: Θεωρὶς, πλοῖον Ἀθήνησιν, ὃ κατ' ἔτος εἰς Δῆλον ἐπέμπετο. ἣν, δεξαμένου Θησέως, ὅτε εἰς Κρήτην ἀπῄει, καθ' ἕκαστον ἔτος Ἀθηναῖοι ἔπεμπον· καὶ οὐκ ἐξῆν ἀχθείσης, πρὶν ἐπανελθεῖν, ἀναιρεῖσθαί τινα καταδίκον. *Theoris, navis Athenis, quæ in Delum mittebatur; idque quotannis, propter votum a Theseo factum, cum in Cretam proficisceretur. Ac, postquam ea solvisset, non licebat quenquam judicio damnatum capitis supplicio afficere, antequam reverteretur.* Coronatam autem navis puppim fuisse, discimus quoque ex Libanio, *Declam.* XXIX Τὸ δὲ καὶ τὴν πρύμναν ἐστέφθαι τοῦ πλοίου, τοῦ τὸν χορὸν εἰς τὴν Δῆλον ἄγοντος, οὐ φαίνεται δηλοῦν, ὡς ἐμποδὼν ὁ θεὸς ἵσταται τῇ τελευτῇ, καὶ τὴν σώζουσαν φέρει; *Quod vero coronata sit puppis navis, quæ chorum in Delum ducebat, an non videtur declarare, Deum impedire mortem, ac sententiam servantem ferre?* Et supplicium capitale sumi interea non solitum, etiam ostendit Xenophon, *Memorab.* lib. IV. Ἀνάγκη μὲν γὰρ ἐγένετο αὐτῷ, μετὰ τὴν κρίσιν τριάκοντα ἡμέρας βιῶσαι, διὰ τὸ Δήλια μὲν ἐκείνου τοῦ μηνὸς εἶναι, τὸν δὲ νόμον μηδένα ἐᾶν δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν, ἕως ἂν ἡ θεωρία ἐκ Δήλου ἐπανέλθῃ. *Nam necesse ipsi erat, triginta dies post condemnationem vivere; quia Delia eo mense celebrarentur: neque lex permitteret quenquam publica sententia damnatum occidi, antequam, qui ad visendum Deum missi in Delum essent, rediissent*. Mittendæ vero navis morem etiam Callimachus tangit, *Hymno in Delum*:

—— Ἀειζώοντα θεωρίδος, ἱερὰ Φοίβῳ,
Κεκροπίδαι πέμπουσι τοπήϊα νηὸς ἐκείνης.

—— *Sempiterna theoridis, sacra Phœbo,*
Cecropidæ mittunt armamenta navis istius.

Et Athenienses quoque, reparatione assidua, navem illam studiose asservarunt, usque ad Demetrii Phalerei tempora, id est, annis plus nongentis. Plutarch. Τὸ δὲ πλοῖον, ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἠϊθέων ἔπλευσε, καὶ πάλιν ἐσώθη, ἄχρι τῶν Δημητρίου τοῦ Φαληρέως χρόνων διεφύλαττον οἱ Ἀθηναῖοι, τὰ μὲν παλαιὰ τῶν ξύλων ὑφαιροῦντες, ἄλλα δὲ ἐμβάλλοντες ἰσχυρὰ, καὶ συμπηγνύντες. *Navem vero, qua cum impuberibus vectus fuit, ac domum sospes reversus, usque ad Demetrii Phalerei tempora asservarunt Athenienses, ligna vetera eximentes, aliaque integra sufficientes, ac compingentes*. Atque ex hac etiam causa Callimachus, in *citatis versibus*, dicit ἀειζώοντα τοπήϊα νηός. *Sempiterna armamenta navis*.

CAP. XVII.

Universum Atticæ populum Athenas transfert; & duodecim urbes in unam compingit, quam Ἄστυ *vocat: tum instituit quoque festa,* Παναθήναια, *&* Μετοίκια, *sive* Συνοίκια, *aut* Ξυνοίκια. *Stephani locus restitutus. Veneris Vulgaris etiam, item Suadæ, signa dedicat.*

INDE, animo ad remp. capessendam applicato, populum Atticæ universum unam in urbem coegit. Plutarch. Μετὰ δὲ τὴν Αἰγέως τελευτὴν, μέγα καὶ θαυμαστὸν ἔργον εἰς νοῦν βαλλόμενος, συνῴκισε τοὺς τὴν Ἀττικὴν συνοικοῦντας εἰς ἓν ἄστυ, καὶ μιᾶς πόλεως ἕνα δῆμον ἀπέφηνε, τέως σποράδας ὄντας, δυσανακλήτους πρὸς τὸ κοινὸν πάντων συμφέρον. *Post Ægei excessum, grande & admirandum opus animo agitans, Atticæ inhabitatores in unam urbem coegit, ad id tempus sparsos, neque faciles convocari ad consilium de rep. conferendum.* Diodorus Siculus, *lib.* IV. Μετὰ δὲ τὴν Αἰγέως τελευτὴν Θησεὺς, μεταδεξάμενος τὴν βασιλείαν, ἦρξε τοῦ πλήθους νομίμως, καὶ πολλὰ πρὸς αὔξησιν τῆς πατρίδος ἔπραξεν. ἐπιφανέστατον δὲ συνετελέσθη τὸ, τοὺς δήμους, ὄντας μικροὺς μὲν τοῖς μεγέθεσι, πολλοὺς δὲ τὸν ἀριθμὸν, μεταγαγεῖν εἰς τὰς Ἀθήνας. *Post Ægei mortem Theseus, in regno succedens, juxta legum normam civibus præfuit, multaque ad incrementa patriæ fecit. Maxime vero illustre est, quod populos, antea in magnitudine sua parvos, numero multos, Athenas traduxerit.* Isocrates, in *Helenæ Encomio*: Τὴν πόλιν, (ὁ Θησεὺς) σποράδην, καὶ κατὰ κώμας, οἰκοῦσαν, εἰς ταὐτὸν συναγαγὼν, τηλικαύτην ἐποίησεν, ὥστ' ἔτι καὶ νῦν ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου μεγίστην τῶν Ἑλληνίδων εἶναι. *Urbem, (Theseus) sparsim prius, & vicatim, habitantem, unum in locum congregatam, tantam effecit, ut etiamnum ex eo tempore Græcarum urbium sit amplissima.* Maxime vero in hanc rem insignis locus est Thucydidis, *lib.* II. Ἐπὶ Κέκροπος, καὶ τῶν πρώτων βασιλέων, ἡ Ἀττικὴ ἐς Θησέα ἀεὶ κατὰ πόλεις ᾠκεῖτο, πρυτανεῖά τε ἔχουσα, καὶ ἄρχοντας. καὶ ὁπότε μή τι δείσειαν, οὐ ξυνῄεσαν βουλευσόμενοι, ὡς τὸν βασιλέα, ἀλλ' αὐτοὶ ἕκαστοι ἐπολιτεύοντο, καὶ ἐβουλεύοντο. καί τινες καὶ ἐπολέμησάν ποτε αὐτῶν, ὥσπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ' Εὐμόλπου πρὸς Ἐρεχθέα. ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς ἐβασίλευσε, γενόμενος μετὰ τοῦ ξυνετοῦ καὶ δυνατὸς, τά τε ἄλλα διεκόσμησε τὴν χώραν, καὶ, καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια, καὶ τὰς ἀρχὰς, ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν, ἓν βουλευτήριον ἀποδείξας, καὶ πρυτανεῖον, ξυνῴκισε πάντας· καὶ νεμομένους τὰ αὐτῶν ἑκάστους, ἅπερ καὶ πρὸ τοῦ, ἠνάγκασε μιᾷ πόλει ταύτῃ χρῆσθαι. ἣ, ἁπάντων ἤδη ξυντελούντων ἐς αὐτὴν, μεγάλη γενομένη, παρεδόθη ὑπὸ Θησέως τοῖς ἔπειτα. καὶ ξυνοίκια ἐξ ἐκείνου Ἀθηναῖοι ἔτι καὶ νῦν τῇ θεῷ ἑορτὴν δημοτελῆ ποιοῦσι. *Sub Cecrope, ac primis regibus, Attica ad Theseum usque oppidatim habitabatur, prytanea habens, & magistratus: neque homines, siquidem timerent nihil, consilia cum rege communicaturi conveniebant, sed remp. ipsi suam singuli administrabant, & consilia capiebant. Quin & aliqui eorum bellum quandoque gerebant, sicuti & Eleusinii cum Eumolpo adversum Erechtheum. Theseus vero, regnum nactus, vir ut sollers ita potens, cum in aliis regionem hanc excoluit, tum, abolitis cæterorum oppidorum curiis, & magistratibus, constituta in ea, quæ nunc est, urbe una curia, ac prytaneo, cohabitare omnes jussit; coegitque universos, sua quenque, sicut pridem, possidentes, una ista urbe uti: eamque, ingentem jam effectam, cunctis illic ordinatis successoribus suis tradidit. Et ex illo Athenienses festum publicum, quod Xynœcia* (ceu *Contubernalia* dicas) *appellabant, celebrarunt.* Meminere præterea, Demosthenes, *Orat. in Neæram*, Cicero, *de Leg.* lib. II. Dion Chrysost. *Orat.* XLVI. Valerius Maximus, *lib.* V. *c.* III. Pausan. in *Atticis*. Coegit vero in unas Athenas urbes duodecim, Strabo, *lib.* IX. Φησὶ Φιλόχορος Κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος· ὧν ὀνόματα, Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκέλεια, Ἐλευσὶς, Ἄφιδνα, Θορικὸς, Βραύρων, Κύθηρος, Σφηττὸς, Κηφισία, Φάληρος. πάλιν δ' ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα Θησεύς. *Cecropem ait Philochorus primum multitudinem in urbes duodecim coegisse; quarum nomina, Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelea, Eleusis, Aphidna, Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephisia, Phalerus. Ac duodecim quidem illas rursum deinde in hanc unam, quæ nunc exstat, coegisse Theseus dicitur.* Ac Συνοίκια ideo festum, ceu *Contubernalia* dicas, etiam instituit. Stephanus in Ἀθῆναι· Ὁ Θησεὺς τὰς ἕνδεκα πόλεις, τὰς ἐν τῇ Ἀττικῇ, συνοικίσας εἰς Ἀθήνας, Συνοίκια ἑορτὴν κατεστήσατο. *Theseus, undecim Atticæ urbibus in Athenas coactis, Contubernalia festum instituit.* Sed scribendum eo loco, τὰς δώδεκα *duodecim*: nam non undecim, sed duodecim, Atticæ fuisse urbes, etiam fidem Auctor Etymologici facit, in Ἐπακρία χώρα. Quod Συνοίκια festum attinet, id commemorat & Thucydides, Attice. Ξυνοίκια dicens, in *citatis* ante *verbis*, *lib.* II. Καὶ ξυνοίκια ἐξ ἐκείνου Ἀθηναῖοι ἔτι καὶ νῦν τῇ θεῷ ἑορτὴν δημοτελῆ ποιοῦσι. *Et ex illo Athenienses festum publicum, quod Contubernalia dicunt, celebrarunt.* Plutarch. Μετοίκια vocat: tum & Παναθήναια, commune Atheniensibus sacrum, instituisse; & Athenas, a se hunc in modum auctas, Ἄστυ appellasse, scribit: Τό ἄστυ τήν τε πόλιν Ἀθήνας προσηγόρευσε, καὶ Παναθήναια θυσίαν ἐποίησε κοινήν. ἔθυσε δὲ καὶ Μετοίκια τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Ἑκατομβαιῶνος, ἣν ἔτι νῦν θύουσιν. *Et urbem Athenas Astu appellavit, & Panathenæa commune sacrum fecit. Et sacra quoque fecit, Metœcia dicta,* (seu tu *Migratoria* dicas) *mensis Hecatombæonis die decimo sexto: quo nunc quoque etiam sacra faciunt.* Quod Panathenæa attinet, vide *librum de his nostrum*, cap. III. De Astu, exstant verba item Ciceronis, *De Leg.* lib. II. *Ut vestri Attici, priusquam Theseus eosdem migrare ex agris, & in Astu, quod appellatur, omnes se conferre jussit.* Atque ita est apud Terentium, *Eunucho*, Act. V. Sc. V.

Hem, quid? amat? an scit jam ille, quid meretrix siet?
An in Astu venit? ——

Ubi Donatus: *In Astu. In urbem, de Piræeo: Sic Athenienses vocabant urbem suam.* Stephanus in Ἀλεξάνδρεια. Ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν πόλις, καὶ πολῖται, ἐξ αὐτῆς· ὡς Ἄστυ, αἱ Ἀθῆναι, καὶ ἀστοὶ, καὶ ἀστικοὶ, οἱ Ἀθηναῖοι· ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται Οὖρβς. Postquam vero hoc fecisset, Veneris Vulgaris, & Suadæ, simulacra dedicavit. Pausan. in *Atticis*: Ἀφροδίτην δὲ τὴν Πάνδημον, ἐπειδὴ Ἀθηναίους Θησεὺς ἐς μίαν ἤγαγεν ἀπὸ τῶν δήμων πόλιν, αὐτήν τε σέβεσθαι, καὶ τὴν Πειθὼ, κατέστησε. τὰ μὲν δὴ παλαιὰ ἀγάλματα οὐκ ἦν ἐπ' ἐμοῦ. τὰ δ' ἐπ' ἐμοῦ, τεχνιτῶν ἦν οὐ τῶν ἀφανεστάτων. *Venerem Vulgarem, item Suadam, Theseus coli instituit; cum Athenienses quosque a populis suis unam in urbem adduxisset. Et vetera signa mea ætate non exstabant: quæ vero exstabant, artificum erant non ex obscurissimis.*

CAP. XVIII.

Regnum ordinat, remp. instituit, cives in tres ordines distinguit: qui Εὐπατρίδαι, Γεωμόροι, *&* Δημιουργοὶ *dicebantur. Ejus pictura, in porticu quadam pone regiam, hujus rei monumentum.*

INDE, abdicato regno, ad remp. ordinandam se convertit, initio a Diis facto. Plutarch. Καὶ τὴν βασιλείαν ἀφεὶς, διεκόσμει τὴν πολιτείαν, ἀπὸ θεῶν ἀρχόμενος. *Ac deposito regno, remp. ordinavit, a Diis incipiens.* Et quod Deos quidem attinet, est sciendum;

dum; præcepisse eum colore, Deos quidem, Jovem, Neptunum, Apollinem, Vulcanum, Mercurium: Deas vero, Junonem, Cererem, Palladem, Dianam. Athanasius, *Orat. contra Gentes*: Καὶ γὰρ οἱ πάλαι παρ' Ἕλλησι διαβεβοημένοι, Ζεὺς, καὶ Ποσειδῶν, καὶ Ἀπόλλων, καὶ Ἥφαιστος, καὶ Ἑρμῆς· καὶ ἐν θηλείαις, Ἥρα, καὶ Δήμητρα, καὶ Ἀθηνᾶ, καὶ Ἄρτεμις, τῆς Θησέως τοῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἱστορουμένου διαταγαῖς ἐκρίθησαν λέγεσθαι θεοί. *Nam & prisci in Græcia celeberrimique Dii, Jupiter, & Neptunus, & Apollo, & Vulcanus, & Mercurius; atque inter fœminas, Juno, Ceres, Minerva, & Diana, Thesei, quem Græcorum Historiæ prædicant, constitutione Deorum appellationem accepere*. Ac mox iterum, de Deabus: Καὶ εἴθε μέχρις ἀῤῥένων εἱστήκει τούτων ἡ εἰδωλολατρεία, καὶ μὴ εἰς θηλείας κατέφερον τὴν θείαν προσηγορίαν. καὶ γὰρ καὶ γυναῖκας, ἃς οὐδὲ εἰς κοινὴν περὶ πραγμάτων συμβουλίαν λαμβάνειν ἀσφαλές, ταύτας τῇ τοῦ Θεοῦ τιμῇ θρησκεύουσι, καὶ σέβουσιν· ὡς αἱ μὲν παρὰ Θησέως διαταγεῖσαι, ἃς προειρήκαμεν. *Atque utinam intra mares studium istud vecors idololatriæ constitisset, neque fœminis detulissent divinum nomen. Nam & fœminas, quas neque ad commune de rep. consilium tutum est admittere, Dei honore venerantur, atque colunt: quales illæ, quæ a Theseo inter numina sunt relatæ, sicut jam ante dixi*. Omnes autem æquo esse jure voluit; divisitque in tres ordines, Patriciorum, Agricolarum, & Opificum. Plutarch. Ἔτι δὲ μᾶλλον αὐξῆσαι τὴν πόλιν βουλόμενος, ἐκάλει πάντας ἐπὶ τοῖς ἴσοις· καὶ τὸ, Δεῦρ' ἴτε πάντες λεῴ, κήρυγμα Θησέως γενέσθαι φασὶ, πανδημίαν τινὰ καθιστάντος. οὐ μὴν ἄτακτον, οὐδὲ μεμιγμένην, περιεῖδεν ὑπὸ πλήθους ἐπιχυθέντος ἀκρίτου γενομένην τὴν δημοκρατίαν, ἀλλὰ πρῶτος ἀποκρίνας χωρὶς Εὐπατρίδας, καὶ Γεωμόρους, καὶ Δημιουργούς. Εὐπατρίδαις μὲν, γινώσκειν τὰ θεῖα, καὶ παρέχειν ἄρχοντας ἀποδοὺς, καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς. τοῖς ἄλλοις δὲ πολίταις, ὥσπερ εἰς ἴσον κατέστησε· δόξῃ μὲν Εὐπατριδῶν, χρείᾳ δὲ Γεωμόρων, πλήθει δὲ τῶν Δημιουργῶν ὑπερέχειν δοκούντων. *Magis vero etiam amplificare civitatem cupiens, omnibus jus æquale proposuit; & quod præco dicere solet*, Huc ite omnes populi, *a Theseo esse memoratur, concilium quoddam totius populi constituente. Noluit tamen, ut status popularis ab affluente & indiscreta multitudine confusus ac turbatus esset; sed Patricios, & Agricolas, atque Opifices, discrevit: ac Patriciis quidem, dedit curam sacrorum, & magistratuum; tum legum quoque disciplinam, & interpretationem, quid jus fasve esset. De cætero autem, cives omnes æquo esse jure voluit; quod Patricii dignitate, Agricolæ utilitate, Opifices autem multitudine antestare viderentur*. De æqualitate, quam constituit, est Demosthenis iste locus, in *Orat. Fun.* Οὐκ ἠγνόουν Αἰγεῖδαι, Θησέα τὸν Αἰγέως πρῶτον ἰσηγορίαν καταστησάμενον τῇ πόλει. *Non ignorabant Ægidæ, Theseum Ægei filium æquum jus in civitate instituisse*. Libanius *Declam.* XXIX. Σὺ δ', ἐν δημοκρατίᾳ, ποιεῖς τυραννίδος χαλεπώτερα· καὶ ταῦτα ἐπαινῶν τὸν Θησέα, τοῦ τῆς ἀρχῆς, ἧς εἶχεν, ἀποστῆναι. ὃς οὐ διὰ τοῦτο τὴν ἐλευθερίαν τοῦ δήμου πρὸ τῆς ἐξουσίας ἐποιήσατο τῆς αὑτοῦ, ἵνα Ἄνυτος καὶ Μέλιτος κωλύωσι διαλέγεσθαι τὸν βουλόμενον Ἀθήνησιν. *At tu, in statu populari, acerbiora tyrannide facis: idque Theseum laudans, quod se principatu, quem tenebat, abdicasset. Qui non propterea populi libertatem potentiæ suæ præposuit, ut Anytus & Melitus prohiberent eum, qui vellet Athenis sermones instituere*. Prædicat factum oratorie Isocrates de eo verba faciens, in *Helenæ Encomio*: Μετὰ δὲ ταῦτα, κοινὴν τὴν πατρίδα καταστήσας, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πολιτευομένων ἐλευθερώσας, ἐξ ἴσου τὴν ἅμιλλαν αὐτοῖς περὶ τῆς ἀρετῆς ἐποίησε, πιστεύων μὲν ὁμοίως αὐτῶν προέξειν ἀσκούντων, ὥσπερ ἀμελούντων, εἰδὼς δὲ τὰς τιμὰς ἡδίους οὔσας τὰς παρὰ τῶν μέγα φρονούντων, ἢ τὰς παρὰ τῶν δουλευόντων, τοσοῦτον, ἐδέησεν ἀκόντων τι ποιεῖν τῶν πολιτῶν, ὥσθ' ὁ μὲν τὸν δῆμον καθιστῆ κύριον τῆς πολιτείας, οἱ δὲ μόνον αὐτὸν ἄρχειν ἠξίουν, ἡγούμενοι πιστοτέραν καὶ κοινοτέραν εἶναι τὴν ἐκείνου μοναρχίαν τῆς αὑτῶν δημοκρατίας. οὐ γὰρ, ὥσπερ ἕτεροι, τοὺς μὲν πόνους προσέταττε, τῶν δ' ἡδονῶν αὐτὸς μόνος ἀπέλαυεν, ἀλλὰ τοὺς μὲν κινδύνους ἰδίους ἐποιεῖτο, τὰς δ' ὠφελείας, ἅπασιν εἰς τὸ κοινὸν ἀπεδίδου. καὶ γάρ τοι διετέλεσε τὸν βίον οὐκ ἐπιβουλευόμενος, ἀλλ' ἀγαπώμενος· οὐδ' ἐπεισάκτῳ δυνάμει τὴν ἀρχὴν διαφυλάττων, ἀλλὰ τῇ τῶν πολιτῶν εὐνοίᾳ δορυφορούμενος. τῇ μὲν ἐξουσίᾳ τυραννῶν, ταῖς δ' εὐεργεσίαις δημαγωγῶν. οὕτω γὰρ νομίμως καὶ καλῶς διῴκει τὴν πόλιν, ὥστ' ἔτι καὶ νῦν ἴχνος τῆς ἐκείνου πρᾳότητος ἐν τοῖς ἤθεσιν ἡμῶν καταλελεῖφθαι. *Deinde patriam communem omnibus constituit, &, liberatis civium animis, in contentione honorum parem aditum ad magistratus omnibus esse voluit. Confidebat enim, se non minus fore principem, si sese exercerent, quam si ignavia torperent. Quum autem scirent, eos honores longe suaviores esse, qui a viris magnanimis deferrentur, quam eos, qui a servitute oppressis haberentur; tantum abfuit, ut quicquam civibus invitis ageret, ut & ipse summam rerum administrare populum juberet, & illi solum eum regnare vellent: existimantes, ejus monarchiam fideliorem & æquiorem esse sua democratia. Non enim, quod alii solent, labores civibus mandabat, voluptates solus ipse capiebat: sed pericula sibi privatim vendicabat, utilitates in commune conferebat. Itaque vitam, & sine ullis insidiis, & summa omnium charitate peregit; non peregrino milite imperium muniendo, sed benevolentia civium se tuendo: potestate rex, beneficiis popularis. Tanta enim æquitate tam præclare urbem administravit, ut etiam hodie quoddam ejus mansuetudinis vestigium in nostris institutis reliquum animadvertatur*. Et profecto hanc democratiæ institutionem, a Theseo Athenis factam, videtur etiam innuere Homerus, qui *Iliad.* lib. II. in catalogo navium auxiliarium, solos Athenienses populum vocat:

Οἳ δ' ἄρ' Ἀθήνας εἶχον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
Δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὅν ποτ' Ἀθήνη
Θρέψε Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος Ἄρουρα,
Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς.

Qui autem Athenas habitabant bene ædificatam urbem,
Populum Erechthei magnanimi, quem aliquando Minerva
Nutrivit Jovis filia, peperit autem alma Tellus,
His præerat filius Petei Menestheus.

Hoc Plutarchus quoque censuit, cujus ista in rem illam verba exstant: Ὅτι δὲ πρῶτος ἀπέκλινε πρὸς τὸν ὄχλον, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ, καὶ ἀφῆκε τὸ μοναρχεῖν, ἔοικε μαρτυρεῖν καὶ Ὅμηρος, ἐν νεῶν καταλόγῳ, μόνους Ἀθηναίους δῆμον προσαγορεύσας. *Quod vero primus in plebem inclinaverit, ut ait Aristoteles, & principatum deposuerit, videtur testari etiam Homerus, in navium catalogo, solos Athenienses populum vocans*. Et in hujus rei memoriam, in porticu illa, quæ a tergo regiæ erat, pictus spectabatur Theseus, ac cum eo status quoque popularis, item populus. Pausan. in *Atticis*: Στοὰ δὲ ὄπισθεν (τῆς βασιλείου) ᾠκοδόμηται, γραφὰς ἔχουσα θεοὺς δώδεκα καλουμένους. Ἐπὶ δὲ τῷ τοίχῳ τῷ πέραν, Θησεύς ἐστι γεγραμμένος, καὶ Δημοκρατία τε, καὶ Δῆμος. δηλοῖ δὲ ἡ γραφὴ Θησέα εἶναι τὸν καταστήσαντα Ἀθηναίοις ἐξ ἴσου πολιτεύεσθαι. *Porticus vero a tergo (regiæ) ædificata est, pictos habens Deos qui duodecim appellantur: & in extremo pariete, Theseum, cumque eo una statum popularem, & populum. Argumento vero est ea pictura, Theseum æquabilem reip. administrationem Atheniensibus constituisse*. Ac perhibuere etiam Veterum quidam, permansisse Atheniensibus eum statum usque ad Pisistrati tempora. Pausan. *ibid.* Κεχώρηκε δὲ ἐς φήμη καὶ ἄλλως ἐς τοὺς πολλοὺς, ὡς Θησεὺς παραδοίη τὰ πράγματα τῷ δήμῳ, καὶ ὡς ἐξ ἐκείνου δημοκρατούμενοι διαμείναιεν, πρὶν ἢ Πεισίστρατος ἐτυράννησεν ἐπαναστάς. *Inolevit & alias in vulgus fama, Theseum summam rerum populo tradidisse: & ex eo popularem administrationem permansisse ad id usque tempus, quo reip. oppressa tyrannidem Pisistratus invaserit*.

CAP. XIX.

Nummum cudit, bove signatum: eaque de re variæ opiniones indicatæ. Mulcta erat nimis liberè loquutorum; ac valebat drachmas duas. In legatione Delia quid consueverit præco facere. Deliorum, non Atheniensium, nummus a quibusdam est putatus. Hesychii locus restitutus. Proverbium celebre, Βοῦς ἐπὶ γλώττης. *Megarica potitus, columnam collocat in Isthmo, ad Ioniam a Peloponneso distinguendam: eaque ab Heraclidis, rege Codro, post eversa. Invenit quoque currus bellicos:tum & Isthmia instituit, in suum honorem; vel, ut alii, Scironis sive Sinnidis;& Atheniensibus priorem in consessu illic locum tribuit, idque quanto, ante alios, intervallo.*

NUMMUM quoque bove signavit, in devicti a se tauri Marathonii, sive etiam Minotauri, monumentum: vel, ut aliis videtur, ad excitandum in civium animis studium agriculturæ. Plutarchus: Ἔκοψε δὲ καὶ νόμισμα, βοῦν ἐγχαράξας, ἢ διὰ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον, ἢ διὰ τὸν Μίνω στρατηγὸν, ἢ πρὸς γεωργίαν τοὺς πολίτας παρακαλῶν. *Cudit & nummum, inciso bove, sive ob taurum Marathonium, sive ob Minois copiarum ducem, sive etiam ad agriculturæ studium cives vocans.* Aliam causam, nempe permutationem antiquorum, tradit Homeri Scholiastes, *ad Iliad.* φ'. Οἱ παλαιοὶ, πρὶν ἐπινοηθῆ νομίσματα, τὰς συναλλαγὰς ἐποιοῦντο, διὰ τῶν τετραπόδων. ὅθεν ὕστερον, εὑρεθέντων τῶν νομισμάτων, βοῦν ἐπ' αὐτῶν ἐξετύπουν, ἐνδεικνύμενοι τὸ ἀρχαῖον ἔθος. *Veteres, ante excogitatos nummos, merces pecoribus permutabant: unde postea, inventis nummis, bovem in ipsis exprimebant, morem priscum ostendentes.* Idem, atque iisdem etiam fere verbis, dicit Etymologici Auctor, in Ἑκατόμβη. Eustathius dicit, factum illud in honorem animalis, *ad Iliad.* β'. Ἀπὸ δὲ τοῦ τοιούτου ζώου, ἐλέχθησαν ποτὲ βόες καὶ τὰ νομίσματα, διότι καὶ βοῦν ἐξετύπουν ἐν αὐτοῖς, καὶ μάλιστα οἱ Ἀθηναῖοι, τιμῶντες τὸ ζῶον. *Ab hoc vero animali, boves etiam sunt appellati nummi, ideoque & bovem in ipsis exprimebant, maxime vero Athenienses, in honorem animalis.* Hunc nummum mulctæ nomine postea solvere sunt coacti, qui liberius decoro locuti essent. Zenobius, *Cent.* II. *Proverb* LXX. Διὰ τὸ τῶν Ἀθηναίων νόμισμα ἔχειν βοῦν ἐγκεχαραγμένον. ὅπερ ἐκτίνειν ἔδει τοὺς παρὰ τὸ δέοντος παρρησιαζομένους. *Propter Atheniensium nummum, cui bos insculptus: quem liberius æquo loquentes pendere oportebat* Quæ totidem verbis, Hesych. Suidas, & Tarrhæus. Valebat autem drachmas duas. Pollux, *lib.* IX. *cap.* VI. Δίδραχμον. τὸ δὲ παλαιὸν τοῦτο ἦν Ἀθηναίοις νόμισμα, καὶ ἐκαλεῖτο βοῦς, ὅτι βοῦν εἶχεν ἐντετυπωμένον. *Didrachmum. Antiquitus vero erat hic Atheniensium nummus, dicebaturque bos, quia insculptum haberet bovem.* Scholiastes Aristophanis, *Avibus*: Τῶν προτέρων διδράχμων ὄντων, ἐπίσημον τὸ βοῦν ἐχόντων. *Cum priores nummi didrachmi essent, ac bovis nota signati.* Et in sacra Delia legatione, cum donaret quidpiam præco, proclamabat, dandos esse tot boves, ac pro singulis duas drachmas Atticas dari: unde etiam a nonnullis est putatum, Deliorum eum nummum, non Atheniensium, esse. Pollux, *loco* jam *citato*: Καὶ ἐν τῇ παρὰ Δηλίοις θεωρίᾳ, τὸν κήρυκα κηρύττειν φασὶν, ὁπότε δωρεάν τινι ἐδίδοτο, ὅτι δοθήσονται αὐτῷ τοσοῦτοι βόες. καὶ δίδοσθαι καθ' ἕκαστον βοῦν δύο δραχμὰς Ἀττικάς. ὅθεν ἔνιοι Δηλίων, ἀλλ' οὐκ Ἀθηναίων, ἴδιον εἶναι νόμισμα τὸν βοῦν νομίζουσιν. *Et in sacra legatione Deliaca, præconem ajunt proclamare, si cui donaverit quicquam, huic tot boves dandos esse; atque duas drachmas Atticas in singulos boves exhiberi. Unde & nonnulli existimant, Deliorum, non Atheniensium, illum nummum proprium esse.* Quod nonnulli existimarint, eum nummum Deliorum proprium esse, id Hesychius quoque tradit, in

A Δεκαβοίων, verum verbis corruptissimis, atque ita corrigendis: Ἔνιοι δὲ, Δηλίων τὸν βοῦν νόμισμα εἶναι φασί. *Nonnulli vero, bovem ajunt Deliorum nummum esse.* Perperam vulgatur hodie: Ἔνιοι δὲ δειλιόντων βοῦν ν. ε. φ. Huc pertinet proverbium, admodum celebratum, Βοῦς ἐπὶ γλώττης, *Bos in lingua*: quod non uno modo exponunt Parœmiographi, qui videndi. Præter hæc, Megaride potitus, ac possessione ejus confirmata, columnam illam celebrem in Isthmo posuit: quæ ad orientem, Ioniam, ad occidentem, Peloponnesum indicabat, gemina inscriptione. Plutarch. Προσκτησάμενος δὲ τῇ Ἀττικῇ τὴν Μεγαρικὴν βεβαίως, τὴν θρυλλουμένην ἐν Ἰσθμῷ στήλην ἔστησεν. ἐπιγράψας τὸ διορίζον ἐπίγραμμα τὴν χώραν δυσὶ τριμέτροις. ὧν ἔφραζε, τὰ μὲν πρὸς ἕω.

B

Τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία·

Τὰ δὲ πρὸς ἑσπέραν.

Τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία.

Cum agro Attico Megaricum adjecisset, ac possessionem ejus confirmasset, illam adeo celebratam columnam in Isthmo collocavit; inscripsitque epigramma quod disterminaret agrum duobus trimetris: quorum illud, quod ad orientem erat, huc in modum se habebat;

Hæc non est Peloponnesus, sed Ionia.

Quod ad occidentem vero, tale erat;

Hæc Peloponnesus est, non Ionia.

C Meminit columnæ hujus etiam Strabo, *lib.* IX. Καὶ δὴ περὶ τῶν ὁρίων ἀμφισβητοῦντες πολλάκις οἵ τε Πελοποννήσιοι, οἱ Ἴωνες, ἐν οἷς ἦν καὶ ἡ Κρομμυωνία, συνέβησαν· καὶ στήλην ἔστησαν ἐπὶ τοῦ συνομολογηθέντος τόπου περὶ αὐτὸν τὸν Ἰσθμὸν, ἐπιγραφὴν ἔχουσαν, ἐπὶ μὲν τοῦ πρὸς τὴν Πελοπόννησον μέρους·

Τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία.

Ἐπὶ δὲ τοῦ πρὸς τὰ Μέγαρα·

Τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία.

Ac sane cum Peloponnesii, & Iones, de finibus, in quibus etiam Crommyonia, diu multumque inter sese disceptassent, convenerunt; & in loco, de quo ipsis controversia nulla esset, columnam circa ipsum Isthmum D *posuerunt, quæ inscriptionem haberet, in parte quidem Peloponneso obversa;*

Hæc est Peloponnesus, non Ionia.

In parte autem, quæ Megaridem spectabat;

Hæc non est Peloponnesus, sed Ionia.

Ac permansit usque ad Codri regis tempora, annis centum, & quod excurrit: cum Heraclidæ, agro Megarico occupato, Megarisque illic conditis, everterunt. Idem Strabo, paullo post hæc: Εὐανδρούσης δὲ τῆς Ἀττικῆς διὰ τοὺς φυγάδας, φοβηθέντες οἱ Ἡρακλεῖδαι, παροξυνόντων αὐτοὺς μάλιστα τῶν ἐν Κορίνθῳ, καὶ τῶν ἐκ Μεσσήνης, τῶν μὲν διὰ τὴν γειτνίασιν, τῶν ἐν Κορίνθῳ, καὶ τῶν ἐν Μεσσήνῃ, τῶν μὲν διὰ τὴν γειτνίασιν, τῶν δὲ ὅτι Κόδρος E ἐβασίλευε τῆς Ἀττικῆς τότε, ὁ τοῦ Μελάνθου παῖς, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὴν Ἀττικήν. ἡττηθέντες δὲ μάχῃ, τῆς μὲν ἄλλης ἐξέστησαν γῆς, τὴν Μεγαρικὴν δὲ κατέσχον, καὶ τήν τε πόλιν ἔκτισαν τὰ Μέγαρα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους Δωριέας ἀντὶ Ἰώνων ἐποίησαν. ἠφάνισαν δὲ καὶ τὴν στήλην, τὴν ὁρίζουσαν τούς τε Ἴωνας καὶ τοὺς Πελοποννησίους. *Frequente autem viris Attica propter exules, timentes sibi Heraclidæ, instigantibus ipsos potissimum Corinthiis, ac Messeniis, illis ob vicinitatem, his quod Codrus, Melanthi filius, regnum Atticæ teneret, bellum Atticæ intulerunt. Atque prælio superati, cætera qui-* F *dem terra ejecti, Megaricam tamen tenuerunt, Megaraque condiderunt, hominesque pro Ionibus Dorienses fecerunt. Everterunt & columnam, quæ Ionas ac Peloponnesios distinguebat.* Instituit quoque currus bellicos: e quibus miles armatus cum auriga depugnaret. Scholiastes Aristophanis, *ad Nebulas*: Τὰ πολεμικὰ ἅρματα. ἐφ' ὧν ὁπλίτην ἐπιβεβήκειν ἅμα τῷ παραβάτῃ· ταῦτα δὲ ἐξεῦρεν ὁ Θησεύς. *Bellici currus; in quibus vehebatur miles armatus cum auriga. Eos vero invenit Theseus.* Deinde, Herculis exemplo, cui ludi Olympii sacri, sibi Isthmia constituit;

vel, ut alii tradidere, ob Scironem, sive Sinin: statuit, ut Athenienses illis primo loco considerent, tanto ante alios spatio, quantum navis sacræ velum, humi expansum, occuparet. Plutarch. Καὶ τὸν ἀγῶνα πρῶτος ἔθηκε, κατὰ ζῆλον Ἡρακλέους· ὡς δι' ἐκεῖνον Ὀλύμπια τῷ Διῒ, καὶ δι' αὐτὸν Ἴσθμια τῷ Ποσειδῶνι φιλοτιμηθεὶς ἄγειν τοὺς Ἕλληνας. ὁ γὰρ ἐπὶ Μελικέρτῃ τεθεὶς αὐτόθι, νυκτὸς ἐδρᾶτο, τελετῆς ἔχων μᾶλλον, ἢ θέας, καὶ πανηγυρισμοῦ, τάξιν. ἔνιοι δέ φασιν, ἐπὶ Σκίρωνι τὰ Ἴσθμια τεθῆναι, τοῦ Θησέως ἀφοσιουμένου τὸν φόνον, διὰ τὴν συγγένειαν. Σκίρωνα γὰρ υἱὸν εἶναι Κανήθου καὶ Ἡνιόχης, τῆς Πιτθέως. οἱ δὲ Σίννιν, οὐχὶ Σκίρωνα. καὶ τὸν ἀγῶνα τεθῆναι διὰ τοῦτον ὑπὸ Θησέως, οὐ δι' ἐκεῖνον. ἔταξεν οὖν, καὶ διωρίσατο πρὸς τοὺς Κορινθίους, Ἀθηναίων τοῖς ἀφικνουμένοις ἐπὶ τὰ Ἴσθμια παρέχειν προεδρίαν, ὅσον ἂν τόπον ἐπίσχῃ καταπετασθὲν τὸ τῆς θεωρίδος νεὼς ἱστίον. *Ac certamen, Herculis imitatione, primus instituit; ambiens, ut, sicut in illius honorem Olympia Jovi dedicata, ita Isthmia Neptuno Græci in suum celebrarent. Nam, quod Melicertæ illic constitutum, cum perageretur noctu, initium potius, quam spectaculum, aut celebritas quædam festa, censebatur. Sunt tamen, qui dicant, Scironi Isthmia dedicata, ad expiandam ejus cædem, ob cognationem generis: etenim Scironem Canethi filium fuisse & Heniochæ, Pittbei filiæ. Alii Sinnin, non Scironem; atque hujus causa certamen a Theseo institutum, non illius. Constituit itaque, ac convenit cum Corinthiis, ut Atheniensibus, ad Isthmia venientibus, priorem locum considendi exhiberent, tanto sane intervallo, quantum navis sacræ velum, humi expansum, contineret.* In Sinnidis gratiam instituta, memorat nobis & Pindari Scholiastes, in *Argumento Isthmionicarum* ejus: Τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα, οἱ μὲν, ἐπὶ Σίννιδι τῷ Προκρούστῃ ὑποθεῖναί φασι τὸν Θησέα, ἀνελόντα αὐτόν. *Isthmiorum quidem certamen, hi quidem, in Sinnidis gratiam Thesea instituisse sunt auctores, qui ipsum occidit.* Isthmiorum, quæ a Theseo instituta, meminit Hyginus quoque, *Mytolog.* cap. CCLXXIII. *Isthmia Melicertæ, Athamantis filio & Inus, fecisse dicitur Eratocles. Alii potius dicunt Theseum.* Ac Theseum his saltasse armatum, innuit Dion Chrysost. *Orat.* XXXVII.

CAP. XX.

Cum Hercule adversus Amazonas proficiscitur, & Antiopen inde abducit: eaque mox belli Amazonici causa. Quod deinde mense quarto est compositum, icto fœdere per Hippolytam. Hanc nonnulli in pugna tamen cecidisse sunt auctores, sagitta ictam a Molpadia: & columna in memoriam ejus posita. Auctorum veterum heic dissidium indicatum. Locus, ubi fœdus ictum, Ὁρκωμόσιον *appellatus: & sacra Amazonibus facta, pridie Theseorum. Alii non fœdere finitum illud bellum tradunt, sed occidione Amazonum: & heic quoque inter se dissidere Auctores, indicatum. Locus pugnæ,* Ἀμαζόνειον *nuncupatus. Ea ipsa picta Athenis, in porticu Varia, a Micone; in templo Thesei, in Minervæ item clypeo, & Olympii Jovis basi: ac descripta accurate, proprio Opere, a Cimone.*

PORRO cum Hercule in Pontum Euxinum navigavit, adversus Amazonas: virtutisque suæ ergo Antiopia ab eo est donatus: Εἰς δὲ τὸν Πόντον ἐπλευσε τὸν Εὔξεινον, ὡς μὲν Φιλόχορος καί τινες ἄλλοι λέγουσι, μεθ' Ἡρακλέους ἐπὶ τὰς Ἀμαζόνας συστρατεύσας, καὶ γέρας ἀριστεῖον Ἀντιόπην ἔλαβεν. *In Pontum Euxinum navigavit, ut Philochorus aliique sunt auctores, Herculem ad bellum adversus Amazonas secutus, præmiumque fortitudinis Antiopen accepit.* Cum Hercule contra Amazonas profectum, ad petendum Hippolytes cingulum, quæ Herculi belli causa erat, tradit etiam Etymologici Aauctor: in

A Ἔφεσος. Θησεὺς, συστρατεύσας Ἡρακλεῖ, ἐπὶ τὸν Ἱππολύτης ζωστῆρα, ἐδίωξε τὰς Ἀμαζόνας ἄχρι Λυδίας. *Theseus, cum Hercule ad bellum profectus, ad petendum Hippolytes cingulum, Amazonas in Lydiam usque persequutus est.* Vide Historiam omnem apud Apollodorum, *lib.* II. ubi fuse expeditionem illam Herculis narrat, ut & causam; nullam tamen Thesei mentionem facit. Indicat vero item Lycophron; qui & cingulum abstulisse eum dicit, atque bello Amazonio causam dedisse:

Πάλιν δ' ὁ πέτρας ἀσκέρας ἀνειρύσας,
Καὶ φασγάνου ζωστῆρα, καὶ ξίφος πατρὸς,
Ὁ Φημίου παῖς, Σκῦρος ᾧ λυγροὺς τάφους
B Κρημνῶν ἔνερθεν αἰγίλιψ ῥοιζουμένων
Πάλαι δοκεύει τὰς ἀταρχύτους ῥιφὰς,
Σὺν θηρὶ βλώξας, τῷ σπάσαντι θηλὰς
Μύστῃ Τροπαίας μαστὸν εὔθηλον θεᾶς,
Ζωστηροκλέπτης, νεῖκος ὤρινεν διπλοῦν,
Στόρνην τ' ἀμέρσας, & Θεμισκύρας ἄπο
Τὴν τοξόδαμνον νοσφίσας Ὀρθωσίαν·
Ἧς αἱ ξιφώαιμοι, παρθένοι Νεπτουνίδες,
Ἔριν λιποῦσαι, Λάγμον, ἠδὲ Τήλαμον,
Καὶ χεῦμα Θερμώδοντος, Ἀκταῖον τ' ὄρος,
Ποινὰς ἀθέλκτους ἁρπαγῆς διζήμεναι,
Ὑπὲρ κελαινὸν Ἴστρον ἤλασαν Σκύθας
C Ἵππους, ὁμοκλήτειραν ἱεῖσαι βοὴν
Γραικοῖσιν, ἀμνάμοις τε τοῖς Ἐρεχθέως·
Καὶ πᾶσαν Ἀκτὴν ἐξεπόρθησαν δορὶ,
Τὰς Μοψοπείους αἰθαλώσασαι γύας.
Rursum qui e saxo calceos extraxerat,
Ensisque cingulum, & gladium patris,
Phemii nepos, cui Scyrus sepulcrum triste
Sub præcipitiis ardua deturbatis
Jampridem servat, insepultos jactus,
Cum leone veniens initiato, qui bellicæ
Suxerat urbem Trophææ mammam Deæ,
Fur balthei, rixam excitavit duplicem,
Tum zonam auferens, tum ex Themiscyra
D *Sagittariam rapiens Orthosiam;*
Cujus sorores, puellæ Neptunides,
Erin relinquentes, Lagmum, & Telamum,
Et fluentum Thermodontis, Actæumque montem,
Pœnas rapinæ implacabiles quærentes,
Ultra nigrum Isthmum Scythicos egerunt
Equos, bellicam emittentes vocem
Græcis, & Erechthei nepotibus;
Ac totam bello perdiderunt Atticam,
Mopsopias incenderunt regiones.

Ubi vide Scholiasten, Isaacium Tzetzen, singillatim ea omnia explicantem: & Euripidis Scholiasten, *ad Hippolytum.* Innuit etiam Dion Chrysostomus, qui eum, Ἡρακλέους ἑταῖρον, *Herculis socium*, appellat, *Orat.* XI. & Aulus Sabinus, in *Epistola Demophoontis ad Phyllidem*:

E *Qui modo pelliferas fundit Mæotidas armis,*
Alcidæ magni non minor esse comes.

De Theseo, patre suo, loquitur illic Demophoon. Alii rursum, & ivisse solum Theseum, ac cum propria classe, tradunt: & captivam inde Antiopen abduxisse. Plutarch. Οἱ δὲ πλείονες, ὧν ἐστι καὶ Φερεκύδης, & Ἑλλάνικος, καὶ Ἡρόδωρος, ὕστερόν φασιν Ἡρακλέους ἰδιόστολον πλεῦσαι τὸν Θησέα, καὶ τὴν Ἀμαζόνα λαβεῖν αἰχμάλωτον, πιθανώτερα λέγοντες. οὐδεὶς γὰρ ἄλλος, ἱστόρηται τῶν μετ' αὐτοῦ στρατευσάντων Ἀμαζόνα λαβεῖν αἰχμάλωτον.
F Βίων δὲ, & ταύτην παρακρουσάμενον οἴχεσθαι λαβόντα. Φύσει γὰρ οὔσας τὰς Ἀμαζόνας φιλάνδρους, οὔτε φυγεῖν τὸν Θησέα, προσβαλόντα τῇ χώρᾳ, ἀλλὰ καὶ ξένια πέμπειν· τὸν δὲ, τὴν κομίζουσαν ἐμβῆναι παρακαλεῖν εἰς τὸ πλοῖον. ἐμβάσης δὲ, ἀναχθῆναι. *At major pars, in quibus Pherecydes, Hellanicus, & Herodorus, post Herculem aiunt cum propria classe navigasse Theseum, & captivam hanc Amazonem abduxisse: quod quidem est probabilius. Nemo enim alius proditur eorum, qui cum illo militarunt, Amazonem captivam duxisse.*

Bion vero, etiam hac dolo capta recessisse. Quippe Amazonas, natura virorum amantes, nec delatum in regionem suam Theseum refugisse, sed & munera misisse. Illum autem, eam, quæ afferret, ut in navem ingrederetur, invitasse: ac ingressam, avexisse. Isocrates, *Panathenaico*: Σκύθαι δὲ μετ᾽ Ἀμαζόνων, τῶν ἐξ Ἄρεως γενέσθαι λεγομένων (ἐνέβαλον εἰς τὴν χώραν ἡμῶν) αἳ τὴν στρατείαν ἐπ᾽ Ἀντιόπην τὴν Ἱππολύτης ἐποιήσαντο· τὴν τούς τε νόμους παραβᾶσαν τοὺς παρ᾽ αὐταῖς κειμένους, ἐρασθεῖσάν τε Θησέως, καὶ συνακολουθήσασαν ἐκεῖθεν, καὶ συνοικήσασαν αὐτῷ. *Scythæ cum Amazonibus, quæ Martis filiæ dicebantur; (in agros nostros irruperunt) & propter Antiopen, sororem Hippolytes, bellum intulerunt; quæ, patriis legibus violatis, Thesei amore capta, & inde eum secuta, ac nupta illi fuerat.* Pausan. in *Atticis*: Ὅτε Ἀμαζόνες, ἐπ᾽ Ἀθηναίους στρατεύσασαι δι᾽ Ἀντιόπην, ἐκρατήθησαν ὑπὸ Θησέως. *Quo tempore Amazones, bello adversus Athenienses propter Antiopen suscepto, a Theseo sunt devictæ.* Videndus etiam Justinus Historicus, *lib.* II. & Orosius, *lib.* I. *c.* XV. Diodorus Siculus, *lib.* IV. Alia quoque quædam, ad hanc rem pertinentia, item aliam belli causam, refert ex Menecrate Plutarchus, qui videndus. Arduum sane hoc bellum fuit, ac describit fuse Plutarchus: referuntque alii plures; compositum autem fuit quarto mense, opera Hippolytæ: quanquam illam alii tradant, cum Theseo pugnantem, cecidisse, a Molpadia jaculo trajectam: ac columnam in memoriam ejus positam, prope Telluris Olympiæ ædem. Plutarch. Τετάρτῳ δὲ μηνὶ συνθήκας γενέσθαι διὰ τῆς Ἱππολύτης. (γράφει Κλείδημος) ἔνιοι δὲ φασί, μετὰ τοῦ Θησέως μαχομένην πεσεῖν τὴν ἄνθρωπον, ὑπὸ Μολπαδίας ἀκοντισθεῖσαν. καὶ τὴν στήλην, τὴν παρὰ τὸ τῆς Γῆς τῆς Ὀλυμπίας, ἐπὶ ταύτῃ κεῖσθαι. *Quarto mense ictum per Hippolytam fœdus; (tradit Clidemus) quidam vero ajunt, eam, a Thesei parte præliantem, cecidisse, a Molpadia jaculo ictam: & columnam, quæ propter Telluris Olympiæ ædem est, ipsi collocatam esse.* Quatuor menses durasse hoc bellum, refert etiam ex Hellanico Isaacius Tzetzes, *ad Lycophronem*: Ἑλλάνικος δὲ ὁ Λέσβιος φησὶν, ὅτι, παγέντος τοῦ Κιμμερικοῦ Βοσπόρου, διέβησαν (αἱ Ἀμαζόνες) τοῦτον, καὶ ἦλθον εἰς τὴν Ἀττικήν. καὶ τέσσαρσι μησὶ πολεμήσασαι, ὑπεστράφησαν. οὐ λέγει δὲ τὴν αἰτίαν. *Hellanicus vero auctor est, quod, frigore constricto Bosporo Cimmerico, ipsum (Amazones) sint transgressæ, & in Atticam invaserint: ac, gesto per menses quatuor bello, redierint. Non commemorat autem causam* Quod Hippolytam vero attinet, eam Antiopen idem nominat, ex Herodoto Pontico: Ἡρόδωρος δὲ ὁ Ποντικὸς τότε φησὶ Θησέα λαβεῖν τὴν Ἀντιόπην, ἢ μαχομένην μετ᾽ αὐτοῦ καὶ ὑπὸ Μολπαδίας τῆς Ἀμαζόνος ἀκοντισθεῖσαν καὶ πεσοῦσαν, ἢ πρέσβιν εἰρήνης τῆς εἰς Ἀθήνας μετὰ ξενίων ἐλθοῦσαν. *Herodotus vero Ponticus narrat tunc captam a Theseo Antiopen, vel cum ipso præliantem ab Amazone Molpadia jaculo confossam & occisam, vel legatam super pace Athenas cum muneribus hospitalibus contendentem.* Pausanias dicit, eam, contra Theseum pugnantem, ac devictam, multis cæsis, Megara se recepisse, ibique ex mœrore mortuam: atque ei monumentum structum esse, ad formam scuti Amazonici. Ecce ejus verba, in *Atticis*: Ὅτε Ἀμαζόνες, ἐπ᾽ Ἀθηναίους στρατεύσασαι δι᾽ Ἀντιόπην, ἐκρατήθησαν ὑπὸ Θησέως· τὰς μὲν πολλὰς συνέβη μαχομένας αὐτῶν ἀποθανεῖν. Ἱππολύτην δὲ, ἀδελφὴν οὖσαν Ἀντιόπης, καὶ τότε ἡγουμένην τῶν γυναικῶν, ἀποφυγεῖν σὺν ὀλίγαις ἐς Μέγαρα. ἅτε δὲ κακῶς οὕτω πράξασαν τῷ στρατῷ τοῖς τε παροῦσι ἀθύμως ἔχουσαν, ἐς τὰ περὶ τὴν οἴκαδε ἐς τὴν Θεμίσκυραν σωτηρίας μᾶλλον ἔτι ἀπορήσασαν, ὑπὸ λύπης τελευτῆσαι· καὶ θάψαι αὐτὴν ἀποθανοῦσαν ἐνταῦθα. καὶ οἱ τοῦ μνήματος σχῆμά ἐστιν Ἀμαζονικῇ ἀσπίδι ἐμφερές. *Quo tempore Amazones, bello adversus Athenienses propter Antiopen suscepto, a Theseo sunt devictæ; accidit, ut multæ earum in prælio caderent: Hippolyta vero, Antiopæ soror, quæ mulieres ducebat, cum paucis Megara fugam cepit. Ubi animi mœrore, ob exercitus sui stragem, reditusque Themiscyram in patriam desperatione, vita excessit, atque illic est sepulta. Quin & monumentum ejus clypei Amazonici formam repræsentat.* In memoriam fœderis, cum Amazonibus initi, locum ipsum Ὁρκωμόσιον appellabant: & sacra Amazonibus facta, in profesto Theseorum. Plutarch. Ἀλλὰ τοῦ γε τὸν πόλεμον εἰς σπονδὰς τελευτῆσαι, μαρτύριόν ἐστιν ἥ τε τοῦ τόπου κλῆσις, τοῦ παρὰ τὸ Θησεῖον, ὅνπερ Ὁρκωμόσιον καλοῦσιν, ἥ τε γενομένη πάλαι θυσία ταῖς Ἀμαζόσι, πρὸ τῶν Θησείων. *Sed & bellum hoc fœdere terminatum fuisse, testatur cum denominatio ipsi juxta Thesei ædem, Horcomosium appellati, tum & supra Amazonibus olim facta, pridie Theseorum.* Alii fœdere bellum hoc finitum negant, sed ad internecionem cæsas esse Amazonas tradunt. Lysias, in *Orat. Fun.* Ἀμαζόνες μὲν γὰρ Ἄρεως τὸ παλαιὸν ἦσαν θυγατέρες, οἰκοῦσαι δὲ παρὰ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν, μόναι δὲ ὡπλισμέναι σιδήρῳ τῶν περὶ αὐτὰς, πρῶται δὲ τῶν πάντων ἐφ᾽ ἵππους ἀναβᾶσαι, ἐστράτευσαν ἐπὶ τήνδε τὴν πόλιν. μόναις δ᾽ αὐταῖς οὐκ ἐξεγένετο ἐκ τῶν ἡμαρτημένων μαθούσαις περὶ τῶν λοιπῶν ἄμεινον βουλεύσασθαι, οὐδ᾽ οἴκαδε ἀπελθούσαις ἀπαγγεῖλαι τήν τε σφετέραν αὐτῶν δυστυχίαν, καὶ τὴν τῶν ἡμετέρων προγόνων ἀρετήν. αὐτοῦ γὰρ ἀποθανοῦσαι, καὶ δοῦσαι δίκην τῆς ἀνοίας, τῆσδε μὲν τῆς πόλεως, διὰ τὴν ἀρετὴν, ἀθάνατον μνήμην ἐποίησαν. τὴν δὲ ἑαυτῶν πατρίδα, διὰ τὴν ἐνθάδε συμφορὰν, ἀνώνυμον κατέστησαν. ἐκεῖναι μὲν οὖν, τῆς ἀλλοτρίας ἀδίκως ἐπιθυμήσασαι, τὴν αὑτῶν δικαίως ἀπώλεσαν. *Nam Amazones quidem olim Martis erant filiæ, juxta fluvium Thermodontem habitantes, & ex finitimis solæ ferro armatæ, primæ quoque omnium equos inscendentes, urbi nostræ bellum intulerunt. Solis autem non datum fuit, ut, post mala prudentiores, sibi melius deinceps consulerent; neque, ut, domum reversæ, narrarent aut calamitatem suam, aut majorum nostrorum virtutem: sed ibidem mortuæ, ac stultitiæ suæ pœnas dantes, hujus quidem urbis, ob virtutem, memoriam fecere immortalem; suam vero patriam, propter heic acceptam cladem, ignobilem reddiderunt. Itaque quæ terram injuste alienam appetebant, suam juste amiserunt.* Aristides, *in Panathenaica*: Ἀμαζόσι μὲν γὰρ, αἳ παρῆλθον τοῖς ἔργοις τὴν φύσιν, ἱππομαχίαν συνάψαντες, πανωλεθρίᾳ διέφθειραν. *Nam cum Amazonibus, quarum facta naturam superarant, commisso prælio equestri, eas ad internecionem deleverunt.* Demosthenes ait, ultra Phasidem exterminatas, in *Orat. Fun.* Καὶ γὰρ τὸν Ἀμαζόνων στρατὸν ἐλθόντα ἐκράτησαν οὕτως, ὥστ᾽ ἔξω Φάσιδος ἐκβαλεῖν. *Etenim Amazonum exercitum, huc progressum, ita vicerunt, ut eum ultra Phasidem exterminarent.* Hoc est, quod Isocrates dicit, eas, quæ in Atticam venerant, plane deletas fuisse; &, quæ domi remansissent, inde mox expulsas esse. Verba ejus ita habent, in *Panegyrico*: Λέγεται μὲν οὖν περὶ τῶν Ἀμαζόνων, ὡς τῶν μὲν ἐλθουσῶν οὐδεμία πάλιν ἀπῆλθεν· αἱ δ᾽ ὑπολειφθεῖσαι, διὰ τὴν ἐνθάδε συμφορὰν, ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐξεβλήθησαν. *Nam Amazonum quidem, quæ huc venerant, nullam domum rediisse: & cæteras, quæ domi manserant, regno pulsas esse ferunt.* Innuitque idem Lysias, in *citatis* statim *verbis*: Ἐκεῖναι μὲν οὖν, τῆς ἀλλοτρίας ἀδίκως ἐπιθυμήσασαι, τὴν αὑτῶν δικαίως ἀπώλεσαν. *Itaque, quæ terram injuste alienam appetierant, suam juste amiserunt.* Videndus quoque Diodorus, *lib.* IV. Locus autem, ubi pugna gesta fuit, Ἀμαζόνειον nuncupatus. Stephanus: Ἀμαζόνειον, τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἔνθα Θησεὺς τῶν Ἀμαζόνων, ἐκράτησε. *Amazoneum, locus Atticæ, ubi Theseus Amazones devicit.* Meminit ejus Plutarchus: Ἱστορεῖ δὲ Κλείδημος, ἐξακριβοῦν τὰ καθ᾽ ἕκαστα βουλόμενος, τὸ μὲν εὐώνυμον τῶν Ἀμαζόνων κέρας ἐπιστρέφειν πρὸς τὸ νῦν καλούμενον Ἀμαζόνειον. *Narrat vero Clidemus, singulatim omnia exacte persequi cupiens, sinistrum Amazonum cornu ad*

Amazoneum nunc vocatum declinasse. Occurrit item apud Diodorum Siculum, *l.* IV. Alii templum fuisse dicunt, quod Amazones condidissent. Videndi, Harpocration, & Suidas, in Ἀμαζόνειον. Ac depicta hæc pugna erat Athenis, in porticu Varia. Pausanias, in *Atticis*, ubi de ea porticu agit: Ἐν δὲ τῷ μέσῳ τῶν τοίχων, Ἀθηναῖοι, καὶ Θησεὺς, Ἀμαζόσι μάχονται. *In medio pariete, Athenienses, ac Theseus, cum Amazonibus pugnant*. Pinxeratque Micon. Aristophanes, in *Lysistrata*:

—— Τὰς δ' Ἀμαζόνας σκόπει,
Ἃς Μίκων ἔγραψεν ἐφ' ἵππων μαχομένας τοῖς ἀνδράσι·

—— *Amazonas vero specta,*
Quas Micon pinxit in equis pugnantes cum viris.

Spectabatur quoque in templo Thesei, item in Minervæ clypeo, & Olympii Jovis basi. Idem Pausanias, *eodem libro*, ubi de Thesei templo agit: Γραφαὶ δέ εἰσι, πρὸς Ἀμαζόνας Ἀθηναῖοι μαχόμενοι. Πεποίηται δὲ σφίσιν ὁ πόλεμος οὗτος καὶ τῇ Ἀθηνᾶς ἐπὶ τῇ ἀσπίδι, καὶ τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς ἐπὶ τῷ βάθρῳ. *Picturæ sunt, cum Amazonibus pugnantes Athenienses: quod quidem bellum expressum est ab ipsis in Minervæ quoque clypeo, & Olympii Jovis basi*. Descripsit vero proprio eam opere Cimon. Arrianus, *De Exped. Alex.* lib. VII. Καὶ οἱ ξὺν Θησεῖ Ἀθηναῖοι ἐπιοῦσας τὰς γυναῖκας ταύτας (τὰς Ἀμαζόνας) τὴν Εὐρώπην, πρώτῃ μάχῃ νικήσαντες, ἀπέστειλαν. καὶ γέγραπται ἡ Ἀθηναίων καὶ Ἀμαζόνων μάχη πρὸς Κίμωνος, οὐ μεῖον ἤπερ ἡ Ἀθηναίων καὶ Περσῶν. *Et Athenienses, duce Theseo, has mulieres (Amazonas) Europam invadentes, primo prælio superatas, repulerunt. Et scripta est a Cimone Atheniensium cum Amazonibus pugna, non minus accurate, quam Atheniensium & Persarum*.

CAP. XXI.

Post Antiopen, Phædram ducit. Antiope quomodo mortua fuerit. Hippolyti mater: seu Antiope, sive Hippolyte. Is Trœzenen ad Pittheum mittitur; & a Phædra adamatur. Domus illius Trœzene, studiumque: & Veneris Κατασκοπίας *templum, structum a Phædra. Quæ & alterum Athenis condidit, juxta arcem, Veneri Hippolytiæ dicatum. Quando amare eum cœperit: tum &, qua occasione. Ejus, repulsam passæ, calumnia misere perit. Hinc relatus inter sidera, Auriga est habitus. Lucus quoque ei dicatus; uti etiam simulacrum, a Diomede: qui primus item sacra facit. Apud Trœzenios, sacra ei constituta, & sacerdos: virginesque, matrimonium ituræ, comam ipsi dedicabant. Vitæ quoque redditus ab Æsculapio; quem idcirco Jupiter percussit fulmine. Æsculapio equos dicat, & Ariciam, in Italiam, sese recipit: atque ibi regnum tenet, Virbiusque appellatur. Cedrenum a Veteribus cunctis dissentire, indicatum.*

DEFUNCTA Antiopa, e qua filium suscepit Hippolytum, vel, ut alii, Demophontem, Phædram duxit. Plutarchus: Τῆς δὲ Ἀντιόπης ἀποθανούσης, ἔγημε Φαίδραν, ἔχων υἱὸν Ἱππόλυτον ἐξ Ἀντιόπης· ὡς δὲ Πίνδαρός φησι, Δημοφῶντα. *Defuncta Antiopa, Phædram duxit, suscepto filio Hippolyto ex Antiopa: uti vero auctor Pindarus, Demophonte*. Quomodo vero mortua Antiope fuerit, Plutarchus præterit: verum alii sunt auctores, eam a Theseo interfectam. Innuit Seneca, in *Hippolyto*: ubi sic de Theseo nutrix:

Immitis etiam conjugi castæ fuit:
Experta sævam est barbara Antiope manum.

Immo clare gladio suo confodisse dicit Phædra, in *Epistola ad Hippolytum*, ejus filium, apud Ovidium:

Prima securigeras inter virtute puellas
Te peperit, nati digna favore parens.

A *Si quæras, ubi sit? Theseus latus ense peregit:*
Nec mater tanto pignore tuta fuit.

Huc pertinet, quod quidam Veterum, & in his *Theseidis* Auctor, Antiopen tradunt, cum uxorem Phædram duceret, concitatis Amazonibus, ipsum invaserit: itaque id in conflictum evenisse, non injuria videatur. De Antiopes eo facto, sic Plutarchus narrat, quanquam fidem nullam habens: Ἣν γὰρ ὁ Θησηΐδος ποιητὴς Ἀμαζόνων ἐπανάστασιν γέγραφε, Θησεῖ, γαμοῦντι Φαίδραν, τῆς Ἀντιόπης ἐπιτιθεμένης, καὶ τῶν μετ' αὐτῆς Ἀμαζόνων ἀμυνομένων καὶ κτείνοντος αὐτὰς Ἡρακλέους, περιφανῶς ἔοικε μύθῳ καὶ πλάσματι. *Nam quem Theseidis auctor motum Amazonum de-*
B *scribit, quod, cum Phædram matrimonio sibi jungeret, Theseum Antiope invaserit, & Amazones, quæ cum ipsa, opem tulerint, Herculesque eas straverit, plane fabulæ & commenti speciem habet*. Sed Hippolytus, quod Plutarchus nobis refert, in *citatis* antea *verbis*, anne Theseo ex Antiopa natus fuit? Video rem controverti: & Hippolytæ, ejus sororis, alios dicere; alios incertum facere. Certe Hippolytæ filium esse, etiam Plutarchus idem, in *Minoribus Parallelis*, nobis tradit: Θησεὺς, τῇ ἀληθείαις παῖς Ποσειδῶνος, ἔχων δὲ ἐξ Ἱππολύτης Ἀμαζόνος Ἱππόλυτον, ἐπέγημε μητρυιὰν Φαίδραν. *Theseus, vere filius Neptuni, cum ex Hippolyta Amazone susce-*
C *pisset Hippolytum, novercam ei induxit Phædram*. Scholiastes Euripidis, in *Argumento Hippolyti*: Γήμας δὲ (ὁ Θησεὺς) μίαν τῶν Ἀμαζόνων Ἱππολύτην, Ἱππόλυτον ἐγέννησε. *Ducta (Theseus) una Amazonum Hippolyta, Hippolytum genuit*. Jornandes, *De Reb. Get.* cap. VIII. *Theseus vero Hippolyten in prædam tulit: de qua genuit & Hippolytum*. Orosius, in matrimonio habuisse quidem eum Hippolyten dicit, verum de Hippolyto filio nihil tradit. Vide ipsum *l.* I. *c.* XV. & Freculphum, *Tom.* I. *l.* II. *c.* XVI. item Abbatem Urspergensem, c. *De Amazonibus*. Euripides in incerto relinquit, in *Hippolyto*:

D —— Θησέως παῖς, Ἀμαζόνος τόκος,
Ἱππόλυτος. ——

—— *Thesei filius, Amazone natus,*
Hippolytus. ——

Et alibi, in *eadem Tragœdia*:

Ὁ τῆς φιλίππου παῖς Ἀμαζόνος βοᾷ,
Ἱππόλυτος.

Filius amantis equos Amazonis clamat,
Hippolytus. ——

Quemadmodum & Seneca, in *Hyppolyto*: ubi nutrix ita loquitur de eo:

Immitis annos cælibi vitæ dicat:
Connubia vitat. Genus Amazonium scias.

E Sed Antiopæ eum adscribit etiam Euripidis Scholiastes, ad postrema illa verba: Ὁ τῆς Ἀμαζόνος Ἱππόλυτος Ἀντιόπης παῖς, φιλούσης τοὺς ἵππους. *Antiopæ Amazonis, equos amantis, filius Hippolytus*. Sic Isaacius Tzetzes, *ad Lycophronem*: Καὶ Ἀντιόπην τὴν Ἀμαζόνα, ἐξ ἧς Θησεὺς ἔσχεν Ἱππόλυτον. *Et Antiopen Amazonem, ex qua Theseus Hippolytum suscepit*. Iterum, paullo post: Θησεὺς ἐξ Ἀντιόπης τὸν Ἱππόλυτον ἔσχεν, οὐχὶ ἐξ Ἱππολύτης. *Theseus ex Antiopa Hippolytum sustulit, non ex Hippolyta*. Servius quoque, *ad Æneid.* XI. *Hujus filia Antiopa, quam Theseus rapuit: unde Hippolytus*. Vides hic confusionem! Itaque merito usurpare inpræsens licet, quod
F Plutarchus in hac ipsa Thesei nostri *Vita* dicit: Θαυμαστὸν οὐκ ἔστιν, ἐπὶ πράγμασιν οὕτω παλαιοῖς, πλανᾶσθαι τὴν ἱστορίαν. *Mirandum non est, in rebus tam antiquis, errare Historiam*. Hippolytus vero, sive Antiopes ille filius, sive Hippolytes, a patre, quando Phædram duceret, ad Pittheum Trœzenen mittitur, illic educandus, & rex futurus. Pausanias, in *Atticis*: Θησεὺς, ὡς ἔμελλεν ἄξεσθαι Φαίδραν, οὐκ ἐθέλων, εἰ οἱ γένοιντο παῖδες, οὔτε ἄρχεσθαι τὸν Ἱππόλυτον, οὔτε βασιλεύειν ἀντ' αὐτοῦ, πέμπει

παρὰ Πιτθέα, τραφησόμενον αὐτὸν, καὶ βασιλεύσοντα Τροιζῆνος. *Theseus, cum Phædram ducturus esset, nolens, si liberi ipsi nascerentur, ut aut ipsis subesset Hippolytus, aut Hippolyto illi rursum imperarent, eum ad Pittheum amandat, tum ut ibi educaretur, tum ut illi in regno succederet.* Itaque & domus ejus, studiumque, in quo sese exerceret, illic exstitisse dicitur, a Pausania eodem, in *Corinthiacis*. Et deinde, a noverca Phædra amatus, cum repudiaret scelus, ejus calumnia apud patrem circumventus, miserum in modum periit. Ac de Phædræ quidem amore, passim obvium est apud Auctores. Cœpit autem amare conspectum, cum venisset Trœzene Athenas ad mysteria: ac digresso, ædem Veneri in arce dedicavit. Diodorus, *l.* IV. Μικρὸν δ' ὕστερον Ἱππολύτου ἐπανελθόντος εἰς τὰς Ἀθήνας πρὸς τὰ μυστήρια, Φαίδρα διὰ τὸ κάλλος ἐρασθεῖσα αὐτοῦ, τότε μὲν ἀπελθόντος ἱδρύσατο ἱερὸν Ἀφροδίτης παρὰ ἀκρόπολιν. *Reversum aliquanto post Athenas ad mysteria Hippolytum, Phædra, forma ejus capta, amare cœpit. Sed tum digresso, dedicavit fanum Veneris in arce.* De amore, concepto in sacris Eleusiniis, sive mysteriis, ipsa quoque Phædra indicat, in *Epistola ad Hippolytum*, apud Ovidium:

Tempore, quo nobis inita est Cerealis Eleusis,
Gnossia me vellem detinuisset humus.
Tunc mihi præcipue, nec non tamen ante, placebas:
Acer in extremis ossibus hæsit amor.

Et Veuus, apud Euripidem, in *Hippolyto*:

Ἐλθόντα γάρ νιν Πιτθέως ποτ' ἐκ δόμων,
Σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων,
Πανδίονος γῆν, πατρὸς εὐγενὴς δάμαρ
Ἰδοῦσα Φαίδρα, καρδίαν κατέσχετο
Ἔρωτι δεινῷ, τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασι.
Nam quondam profectum cum ex domo Pitthei,
Venerandorum ad spectaculum & ceremonias mysteriorum,
Pandionis in terram, patris nobilis conjux
Conspicata Phædra, corde occupata fuit
Amore gravi, meis consiliis.

De exstructo Veneri templo, De eadem *ibidem*:

Καὶ πρὶν μὲν ἐλθεῖν τήνδε γῆν Τροιζηνίαν,
Πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος, κατόψιον
Γῆς τῆσδε, ναὸν Κύπριδος ἐγκαθίσατο,
Ἐρῶσ' ἔρωτ' ἔκδημον· Ἱππολύτῳ δ' ἔπι
Τὸ λοιπὸν ὠνόμαζεν ἱδρῦσθαι θεάν.
Ac prius quam venerit in terram hanc Trœzeniam,
Ad rupem ipsam Palladis, in conspectu
Terræ hujus, ædem Veneris constituit,
Ardens amore absentis: & propter Hippolytum
Deinceps dici voluit templum dicatum Deæ esse.

Ejus Scholiastes: Ἐν τῇ ἀκροπόλει ἱδρύσατο (ἡ Φαίδρα) Ἀφροδίτης ἱερὸν, ἐπὶ κακῶν Ἱππολύτου. *In arce (Phædra) dedicavit templum Veneris, ob Hippolyti mala.* Isaacius Tzetzes: Μετὰ δὲ τὸν θάνατον αὐτῆς, ἔλαβε Φαίδραν, ἥτις ἤρα τὸν Ἱππόλυτον· καὶ μὴ ἰσχύουσα σχεῖν τοῦτον, ᾠκοδόμησε ναὸν τῇ Ἀφροδίτῃ, ἐρωτικὸν αὐτὸν καλέσασα. *Post mortem ipsius, duxit Phædram, quæ Hippolytum adamavit: &, potiri eo cum non posset, Veneri exstruxit templum, atque istud Amatorium appellavit.* Et *Hippolytium* etiam nuncupatum fuit. Scholiastes Homeri, *ad Odyss.* λ. Φαίδρα δὲ, ἐρωτικῶς διατεθεῖσα τοῦ Ἱππολύτου, σφοδρῶς ἐπ' αὐτῷ τηκομένη, τὸ μὲν πρῶτον ἱερὸν Ἀφροδίτης ἐν Ἀθήναις ἱδρύσατο, τὸ νῦν Ἱππολύτιον καλούμενον. *Phædra vero, amore capta Hippolyti, eoque graviter contabescens, primo quidem Veneri Athenis templum struxit, quod nunc Hippolytium dicitur.* Et Venus quoque *Hippolytia* vocabatur. Scholiastes Euripidis: Ἀφροδίτης ναὸν ἱδρύσασθαι τὴν Φαίδραν φασί. Ἐκάλεσε δὲ Ἀφροδίτην ἐφ' Ἱππολύτῳ· οὗ καὶ Ἱππολυτίαν καλοῦσι. *Veneris templum exstruxisse Phædra fertur. Vocavit autem Venerem Hippolyti causa dedicatam: eamque etiam Hippolytiam dicunt.* Alterum templum etiam Trœzene struxit, super stadium Hippolyti, Veneris Κατασκοπίας, *Speculatricis*, appellatum: quod Hippolytum, cum in stadio sese exerceret, inde spectaret. Pausanias, in *Corinthiacis*: ubi de Trœzene agit: Κατὰ δὲ τὸ ἔργον τοῦ περιβόλου, μέρος σταδίου ἐστὶν, Ἱππολύτου καλούμενον· καὶ ναὸς ὑπὲρ αὐτοῦ, Ἀφροδίτης Κατασκοπίας. αὐτόθεν γὰρ, ὁπότε γυμνάζοιτο ὁ Ἱππόλυτος, ἀπέβλεπεν ἐς αὐτὸν ἐρῶσα ἡ Φαίδρα. *Juxta septum, pars est stadii, quod Hippolyti appellant: & templum supra istud, Veneris Speculatricis. Inde enim, si quando exerceretur Hippolytus, Phædra eum conjectis oculis adspectabat.* Calumniis deinde ejus periit, distractus a turbatis equis, ob conspectum prodeuntem e mari phocam, quam Neptunus, Thesei patris imprecatione motus, immittebat: ut videre est apud Senecam, & Euripidem, utrumque in Tragœdia *Hippolyto*, ejus nomine inscripta: quibus fidem adhibendam etiam Plutarchus censet, istis verbis: Τὰς δὲ περὶ ταύτην, (τὴν Φαίδραν) καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, (τὸν Ἱππόλυτον) δυστυχίας, ἐπεὶ μηδὲν ἀντιπίπτει παρὰ τῶν Ἱστορικῶν τοῖς Τραγικοῖς, οὕτως ἔχειν θετέον, ὡς ἐκεῖνοι πεποιήκασιν ἅπαντες. *Calamitates vero, quæ Theseo ex hac, (Phædra) & filio suo, (Hippolyto) evenerunt, quia nihil heic Historici Tragicis contrarii inveniuntur, ita plane se habere statuendum est, ut omnes illi finxere.* Ausonius, *epigr.* XIX.

Qui primus, Meroe, nomen tibi condidit, ille
Thesidæ nomen condidit Hippolyto.
Nam divinare est, nomen componere, quod sit
Fortunæ, morum, vel necis indicium.

Prudentius *contra Symmachum*, lib. II.

Cur etiam templo Triviæ, lucisque sacratis,
Cornipedes arcentur equi? cum Phædra pudicum
Raptarit juvenem volucri per littora curru.

Vide plene rem narrantem universam Plutarchum, in *Minoribus Parallelis*, Philostratum, *Iconum* lib. II. Ovidium, *Fast.* VI. & *Metamorph.* l. XV. Scholiasten Euripidis, in *Hippolyto*, & Hyginum, *Mytholog.* cap. XLVII. Meminere strictim Oppianus, *Cyneg.* lib. III.

Κεῖνος καὶ προπάροιθεν ἑοῖσιν ἐφώπλισε τέκνοις
Αὐτοὺς ἡμιθέους, καὶ αἰνυμένας ἡμιθέαινας,
Αἰγείδην Θησῆα, καὶ Αἰολίδην Ἀθάμαντα.
Ille etiam quondam in suos armavit liberos
Ipsos semideos, & laudatas semideas,
Ægiden Theseum, & Æoliden Athamantem

Cicero *De Nat. Deorum*, lib. III. & *De Offic.* lib. I. Plato, *De Leg.* lib. III. & XI. Dio Chrysostomus, *Orat.* LXXV. Agathias, *epigr.* XXXIX. Cedrenus, aliique. Trœzenii negabant distractum ab equis Hippolytum: sed relatum inter sidera, & Aurigam appellatum. Pausanias, in *Corinthiacis*, ubi de Trœzeniis, & Hippolyto: Ἀποθανεῖν δὲ αὐτὸν οὐκ ἐθέλουσι συρέντα ὑπὸ τῶν ἵππων, οὐδὲ τὸν τάφον ἀποφαίνουσιν εἰδότες. τὸν δὲ ἐν οὐρανῷ καλούμενον ἡνίοχον, τοῦτον εἶναι νομίζουσιν ἐκεῖνοι Ἱππόλυτον, τιμὴν παρὰ θεῶν ταύτην ἔχοντα. *Neque vero iis assentiuntur, qui distractum ab equis periisse memoriæ prodiderunt, nec omnino, quo loco sepultus fuerit, monstrant: verum eum illi esse a Diis habitum honorem affirmant, ut, in siderum numerum relatus, idem ipse sit, qui Auriga in cœlo dicitur.* Quin & ipsi alios honores multos habuerunt: quos Pausanias in hunc modum nobis refert, in *citatis Corinthiacis*: Ἱππολύτῳ δὲ τῷ Θησέως τέμενός τε ἐπιφανέστατον ἀνεῖται, καὶ ναὸς ἐν αὐτῷ, καὶ ἄγαλμά ἐστιν ἀρχαῖον· καὶ ταῦτα Διομήδην λέγουσι ποιῆσαι, καὶ προσέτι θῦσαι τῷ Ἱππολύτῳ πρῶτον. Τροιζηνίοις δὲ ἱερεὺς μέν ἐστιν Ἱππολύτου, τὸν χρόνον τοῦ βίου πάντα ἱερώμενος, καὶ θυσίαι καθεστήκασιν ἐπέτειοι. δρῶσι δὲ καὶ ἄλλο τοιόνδε. ἑκάστη παρθένος πλόκαμον ἀποκείρεταί οἱ πρὸ γάμου, κειραμένη δὲ ἀνέθηκεν ἐς τὸν ναὸν φέρουσα. *Hippolyto etiam Thesei filio lucus eximia pulchritudine dedicatus est, cum templo, & prisci operis simulacro: quæ omnia tradunt Diomedem facienda cu-*

rasse, eundemque Hippolyto primum omnium rem divinam fecisse. Hippolyto apud Trœzenios sacerdos eo honore, quam diu vivit, fungitur. Sacra ipsi anniversaria sunt. Præter cæteros sacrorum ritus, virgines ante nuptias succisum sibi capillum in Hippolyti templum deferentes consecrant. Ac, quod virginum factum attinet. Quæ defectam illi comam ante nuptias dedicabant, Dianam Euripides introducit, hunc Hippolyto honorem promittentem, in cognomine Tragœdia: A

Σοὶ δ', ὦ ταλαίπωρ', ἀντὶ τῶνδε κακῶν,
Τιμὰς μεγίστας ἐν πόλει Τροιζηνίᾳ
Δώσω. κόραι γὰρ ἄζυγες γάμων πάρος
Κόμας κεροῦνταί σοι, δι' αἰῶνος μακροῦ B
Πένθη μέγιστα δακρύων καρπουμέναι.
Tibi vero, o miser, pro his malis,
Maximos honores in urbe Trœzenia
Dabo. Nam puellæ innuptæ ante nuptias,
Tibi tondebunt crines, longo tempore
Luctum maximum lacrymis præstantes.

Ad quem locum. Scholiastes; Ἐν Τροιζῆνι ἱερόν ἐστιν Ἱππολύτου, ᾧ ἀποκείρονται αἱ μελλόνυμφοι. *Trœzene templum est Hippolyti, cui crinem tondent quæ nuptias sunt celebraturæ*. Diodorus Siculus simpliciter divinos honores consecutum esse narrat, *lib.* IV. Ἱππόλυτος μὲν οὖν, διὰ σωφροσύνην τὸν βίον καταστρέψας, παρὰ τοῖς Τροιζηνίοις ἰσοθέων τιμῶν ἔτυχεν. *Hippolytus itaque, vita ob castitatem amissa, a Trœzeniis divinis honoribus est affectus*. Sunt, qui etiam revocatum in vitam tradant ab Æsculapio. Virgilius, *Æneid.* lib. VII, vers. 765. & seqq. C

Namque ferunt fama Hippolytum, postquam arte novercæ
Occiderit, patriasque explerit sanguine pœnas,
Turbatis distractus equis, ad sidera rursus
Æthereа, & superas cœli venisse sub auras,
Pæoniis revocatum herbis, & amore Dianæ.

Ubi vide Interpretem Servium. Vide etiam Ovid. *Metamorph.* XV. & *Fast.* VI. Hyginum, *Mytholog.* cap. CCLI. Lactantium, *lib.* I. *cap.* XVII. Sextum Empiricum, *adversus Mathematicos*, lib. I. c. XII. Et hic ipse ideo a Jove irato fulmine ictus. Virgil. *loco citato*, vers. 771. & seqq. D

Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,
Ipse repertorem medicinæ talis, & artis,
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad undas.

Vide iterum *ibidem* Servium, & Lutatium, *ad Theb. lib.* V. Æschyli Scholiasten, *Agamemnone*, Ovidium, *Fast.* VI. Tradunt præterea, Hippolytum, recepta vita, gratitudinis ostendendæ causa, Æsculapio equos viginti dedicasse; inde autem, spreta patris amicitia, atque deprecatione, in Italiam concessisse; & Ariciæ, dedicato Dianæ templo, postea tenuisse. Pausan. in *Corinthiacis*: Χωρὶς δὲ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐστὶν ἀρχαία στήλη· ἵππους δὲ Ἱππόλυτον ἀναθεῖναι τῷ θεῷ φασὶν εἴκοσι. ταύτης τῆς στήλης τῷ ἐπιγράμματι ὁμολογοῦντα λέγουσιν Ἀρικιεῖς, ὡς τεθνεῶτα Ἱππόλυτον ἐκ τῶν Θησέως ἀρῶν, ἀνέστησεν Ἀσκληπιός. ὁ δὲ, ὡς αὖθις ἐβίω, οὐκ ἠξίου νέμειν τῷ πατρὶ συγγνώμην, ἀλλὰ, ὑπεριδὼν τὰς δεήσεις, εἰς Ἰταλίαν ἔρχεται πρὸς τοὺς Ἀρικιεῖς, καὶ ἐβασίλευσέ τε αὐτόθι, καὶ ἀνῆκε τῇ Ἀρτέμιδι τέμενος. *Seorsum ab aliis est antiqua pila; in ea incisum, dicasse Æsculapio Hippolytum equos viginti. Hujus pilæ inscriptioni consentanea dicunt Aricienses, discerptum ob Thesei imprecationem Hyppolytum, in vitam ab Æsculapio revocatum: neque patri unquam postea ignoscere voluisse; verum, omni ejus deprecatione spreta, in Italiam abiisse, ibique regnasse, & Dianæ templum dicasse*. Ac quod in Italiam iverit, & Ariciæ porro egerit, Virbiusque a Latinis dictus fuerit, refert etiam Virgilius, *loco citato*, vers. 774. & seqq. E F

At Trivia Hippolytum secretis alma recondit
Sedibus, & Nymphæ Egeriæ, nemorique relegat:
Solus ubi in silvis Italis ignobilis ævum
Exigeret, versoque ubi nomine Virbius esset.

Servius; *Diana Hippolytum, revocatum ab inferis, in Aricia Nymphæ commendavit Egeriæ: & eum Virbium, quasi Bisvirum, jussit vocari*. Ovidius, *Fast.* lib. VI.

Lucus eum nemorisque sui Dictynna recessu
Celat: Aricino est Virbius ille lacu.

Et *Metamorph.* XV. ipse de se ita loquitur:

Nec nisi Apollineæ valido medicamine prolis,
Reddita vita foret, quam postquam fortibus herbis,
Atque ope Pæonia, Dite indignante, recepi;
Tum mihi, ne præsens augerent muneris hujus
Invidiam, densas objecit Cynthia nubes.
Utque forem tutus, possemque impune videri,
Addidit ætatem: nec cognoscenda reliquit
Ora mihi; Cretamque diu dubitavit habendam
Traderet, an Delum. Delo, Cretaque, relictis,
Heic posuit, Nomenque simul, quod possit equorum
Admonuisse, jubet deponere: quique fuisti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto.

De Virbii nomine, etiam Hyginus refert, *loco ante citato*: & Interpres item Persii, *Sat.* VI. Phædra autem, post repulsam, Hippolytum apud patrem Theseum criminata, laqueo vitam finivit. Ita tradunt veteres Auctores omnes, sed seorsim solus heic Cedrenus abit: ac delatam ipsam dicit, non Hippolytum detulisse: Theseoque, post interitum Hippolyti, adulterium exprobrante, nimio dolore animi, obiisse. Ecce verba: Ὁ δὲ Θησεὺς ἠγάγετο γυναῖκα Φαίδραν· ἣ καὶ ἐσυκοφαντήθη, ὡς Ἱππολύτῳ, υἱῷ μὲν Θησέως ἐκ παλλακῆς, αὐτῆς δὲ προγόνῳ, πορνικῶς μιγεῖσα. Ὁ μὲν Ἱππόλυτος ἔφιππος σύαγρον διώκων, τοῦ ἵππου ἐξετινάχθη. τοῦ δὲ λώρου τοῦ χαλινοῦ περιελιχθέντος τοῖς δακτύλοις αὐτοῦ, ἐσύρη ὑπὸ τοῦ ἵππου, καὶ τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τελευτᾷ. ἐφ' ᾧ ὁ Θησεὺς σφόδρα ἀνιαθεὶς, ἀλλὰ καὶ τὴν Φαίδραν, καίτοι πολλὰ ἐξομνυμένην, λοιδορήσας, ἀπὸ ὄψεως ἐποίησεν. αὐτὴ δὲ, τῇ ὑπερβολῇ τῆς θλίψεως, ἐτεθνήκει. *Theseus vero uxorem duxit Phædram. Hæc apud ipsum falso delata fuit, cum Hippolito, privigno, qui Theseo ex pellice natus fuit, per adulterium consuevisse. Ac Hippolytus quidem, cum eques aprum insequeretur, equo excussus, loco habenæ implicatis manus digitis, ab equo raptatus, sexto post die vitam clausit. Quæ res cum maximum dolorem Theseo attulisset, Phædram, quanquam multa dejerantem, convitiis exagitans, e conspectu abire jubet. Ipsa vero, nimis gravem afflictionem animo iniquo ferens, diem obiit.*

CAP. XXII.

Uxore ejus plurimæ commemorantur. Athenæus emendatus.

VARIAS itaque uxores habuit; ac initio quidem Amazonem, seu Antiopen, seu Hippolyten; nam in ea, ut ostendi, non conveniunt Auctores; hinc Minois duas filias, Ariadnen, atque Phædram; de quibus commemoravi. De iisdem, hunc in modum Lucianus verba facit, *Variæ Hist.* lib. II. Καὶ γὰρ αὐτῷ Θησεῖ καὶ ἄλλας γυναῖκας εἶναι, τήν τε Ἀμαζόνα, καὶ τὰς τοῦ Μίνωος θυγατέρας. *Nam & alias Theseo uxores esse; cum Amazonem, tum Minois item filias*. Aliæ quoque referuntur, sive uxores, post virginitatem imminutam mox dimissæ. In his Anaxo, filiæque Sinidis, & Cercyonis; tum Ajacis quoque mater Peribœa, & Pherebœa, & Iope Iphiclis filia, etiam Ægle, cujus gratia Ariadnen reliquisse perhibetur. Præ-

ter istas, item Helena: de qua postea sum dicturus. De his omnibus sic Plutarchus: Εἰσὶ μὲν τοι λόγοι περὶ γάμων Θησέως καὶ ἕτεροι, τὴν σκηνὴν διαπεφευγότες, οὔτε ἀρχὰς εὐγνώμονας, οὔτε εὐτυχεῖς τελευτὰς ἔχοντες. καὶ γὰρ Ἀναξὼ τινα Τροιζηνίαν ἁρπάσαι λέγεται. καὶ Σίννιν ἀποκτείνας καὶ Κερκύονα, συγγενέσθαι βίᾳ ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν. γῆμαι δὲ καὶ Περίβοιαν, τὴν Αἴαντος μητέρα, καὶ Φερέβοιαν αὖθις, καὶ Ἰόπην τὴν Ἰφικλέους. καὶ διὰ τὸν Αἴγλης ἔρωτα τῆς Πανοπέως, ὥσπερ εἴρηται, τὴν Ἀριάδνης ἀπόλειψιν αἰτιῶνται μὴ καλὴν γενέσθαι, μηδὲ πρέπουσαν· ἐπὶ πᾶσι δὲ, τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν πολέμου μὲν ἐμπλῆσαι τὴν Ἀττικήν, αὐτῷ δὲ εἰς φυγὴν καὶ ὄλεθρον τελευτῆσαι. *Et alia quoque de nuptiis Thesei memorantur, quæ in scenam non venerunt. Etenim Anaxo* B *quandam Trœzeniam rapuisse fertur; Sinnideque & Cercyone interfectis, vi stuprasse eorum filias: duxisse etiam Peribœam, Ajacis matrem: inde Pherebœam rursus, Iopamque, Iphiclis filiam. Præterea ob Ægles amorem, Panopei filiæ, Ariadnen neque recte, nec honeste, derelictam criminantur. Ad hæc omnia, raptum Helenæ bello Atticam implevisse: ipsi vero cum exilium, tum exitium attulisse.* Athenæus, *l.* XIII. Θησεὺς δὲ, Ἑλένην ἁρπάσας, ἑξῆς καὶ Ἀριάδνην ἥρπασε. Ἴστρος γοῦν, ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῶν Ἀττικῶν, καταλέγων τὰς τοῦ Θησέως γενομένας γυναῖκας, φησὶ, τὰς μὲν αὐτῶν, ἐξ ἔρωτος γεγενῆσθαι. τὰς δ' ἐξ ἁρπαγῆς C ἄλλας, δ' ἐκ νομίμων γάμων. ἐξ ἁρπαγῆς μὲν, Ἑλένην, Ἀριάδνην, Ἱππολύτην, καὶ τὰς Κερκύονος καὶ Σίνιδος θυγατέρας. νομίμως δ' αὐτὸν γῆμαι Μελίβοιαν, τὴν Αἴαντος μητέρα. Ἡσίοδος δέ φησι, καὶ Ἵππην, καὶ Αἴγλην. δι' ἣν καὶ τοὺς πρὸς Ἀριάδνην ὅρκους παρέβη, ὥς φησι Κέρκωψ. πρὸ δὲ τῆς Ἑλένης, καὶ ἐκ Τροίας ἥρπασεν Ἀναξώ. μετὰ δὲ τὴν Ἱππολύτην, Φαίδραν ἔσχεν. *Theseus vero, Helenam cum rapuisset, inde Ariadnen rapuit. Ister vero, libro decimo quarto Rerum Atticarum, recensens Thesei uxores, refert, quasdam earum, ex amore factas esse; quasdam, raptu; alias, legitimis nuptiis. Ac ex raptu quidem, Helenam, Ariadnam, & Hippolytam, insuper Cercyonis & Sinidis filias. Legitimo vero matrimonio* D *habuisse Melibœam, Ajacis matrem. Auctor vero est Hesiodus, etiam Hippen, atque Æglen: cujus causa jusjurandum, quo se Ariadnæ obstrinxerat, violavit, ut ait Cercops:* (Pherecydes autem addit quoque Pherebœam) *ante Helenam, rapuit & Anaxo e Troja: ac post Hippolyten, Phædram habuit.* Ubi Hippe nominatur, quæ Iope est Plutarcho: quæque illi Peribœa, Ajacis mater, Melibœa Athenæo nominatur. Sed in fine, mendum plane esse puto, in istis verbis: καὶ ἐκ Τροίας ἥρπασεν Ἀναξώ, *rapuit & Anaxo e Troja*: scribendumque, uti in Plutarcho legimus, καὶ ἐκ Τροιζηνίας ἥρπασεν Ἀναξώ, *& ex agro Trœzenio rapuit Anaxo*. Pauciores Eu- E stathius numerat, *ad Iliad. ά.* Καὶ Θησεὺς δὲ πολλὰς (γυναῖκας ἔσχε·) τὰς μὲν, ἐξ ἔρωτος· ἃς δ', ἐξ ἁρπαγῆς, φασί, καὶ νομίμων γάμων. ὡς Ἑλένην, Ἀριάδνην, Ἱππολύτην τὴν Ἀμαζόνα, Φαίδραν τὴν ἐκ Κρήτης. *Ac vero etiam Theseus multas (uxores habuit;) has quidem, ex amore; illas autem, uti ajunt, ex raptu, ac legitimis nuptiis: sicut Helenam, Ariadnan, Hippolytam Amazonem, & Phædram e Creta.*

CAP. XXIII.

Socium multorum se certaminum præbet; Lapithis, contra Centauros: Jasoni, & Argonautis, ad petendum aureum vellus: Meleagro, contra aprum F *Calydonium. Unde proverbia duo nata; Οὐκ ἄνευ Θησέως; &, Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς: quod postremum, titulus Varronis Satyræ Menippeæ.*

INTERFUIT quoque Centaurorum atque Lapitharum pugnæ; item cum Jasone & Argonautis ad petendum aureum vellus est profectus: ac cum Meleagro aprum Calydonium expugnavit. Unde & proverbium natum: Οὐκ ἄνευ Θησέως, *Non* A *sine Theseo*. Ipse vero, quod nullius ope egeret, alteri proverbio dedisse originem: Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς, *Alter hic Hercules*. Plutarchus: Πολλῶν δὲ τότε τοῖς ἀρίστοις ἄθλων γενομένων, Ἡρόδωρος μὲν οὐδενός οἴεται τὸν Θησέα μετασχεῖν, ἀλλὰ μόνοις Λαπίθαις τῆς Κενταυρομαχίας. ἕτεροι δὲ, καὶ μετ' Ἰάσονος ἐν Κόλχοις γενέσθαι, καὶ Μελεάγρῳ συνεξελεῖν τὸν κάπρον· καὶ διὰ τοῦτο παροιμίαν εἶναι τήν, Οὐκ ἄνευ Θησέως. αὐτὸν μέντοι, μηδενὸς συμμάχου δεηθέντα, πολλοὺς καὶ καλοὺς ἄθλους κατεργάσασθαι, καὶ τὸ, Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς, λόγον ἐπ' ἐκείνου κρατῆσαι. *Quum multa clarissimi quique viri eo tempore certamina obirent, arbitratur Herodorus, nullius participem fuisse Theseum, nisi pugnæ Lapi-* B *tharum cum Centauris. Alii volunt, etiam cum expeditione fuisse in Colchis, & cum Meleagro aprum expugnasse: atque hinc proverbio dictum, Non sine Theseo. Ipsum vero, nullius ope implorata, multa ac pulchra certamina decertasse; atque hinc obtinuisse, ut de eo diceretur, Alter hic Hercules*. Ac quod Lapithas quidem attinet, præliumque cum Centauris, sic de eo & Isocrates, in *Helenæ Encomio*: Καὶ μετὰ ταῦτα Λαπίθαις σύμμαχος γενόμενος, καὶ στρατευσάμενος ἐπὶ Κενταύρους τοὺς διφυεῖς, οἳ καὶ τάχει, καὶ ῥώμῃ, καὶ τόλμῃ διενεγκόντες, τὰς μὲν ἐπόρθουν, τὰς δ' ἔμελλον, ταῖς δ' ἠπείλουν τῶν πόλεων, τούτους μάχῃ νικήσας, εὐθὺς C μὲν αὐτῶν τὴν ὕβριν ἔπαυσεν, οὐ πολλῷ δ' ὕστερον τὸ γένος ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνισε. *Ac deinde inita cum Lapithis societate, & suscepta expeditione contra Centauros bimembres, & celeritate, & viribus, & audacia præstantes, qui urbes alias vastabant, aliis iminebant, aliis minitabantur, prælio cum superasset, mox & eorum ferociam retudit, neque multo post genus omne prorsus delevit*. Vide describentem Ovidium, *Metamorph.* XII. Quod Jasonis expeditioni sese comitem in Colchos dederit, non id quidem Orpheus dicit, aut Apollonius, aut Valerius Flaccus, qui Argonautica tradiderunt: sed Apollodorus eum inter Argonautas refert, *l.* I. De Melea- D gro, & apro item Calydonio, sunt Ovidii isti versus, *Metamorph.* lib. VIII.

Sparserat Argolicas nomen vaga fama per urbes
Theseos: & populi, quos dives Achaia cepit,
Hujus opem magnis imploravere periclis.
Hujus opem Calydon, quamvis Meleagron haberet,
Sollicita supplex petiit prece. Causa petendi
Sus erat, infestæ famulus vindexque Dianæ.

De eodem, & proverbio, Οὐκ ἄνευ Θησέως, *Non sine Theseo*, sic Zenobius, *Cent.* V. *Proverb.* XXXIII. E Θησεὺς πολλοῖς ἀριστεῦσι συνηγωνίσατο. τῷ γὰρ Μελεάγρῳ συνηρύγησε πρὸς τὴν τοῦ Καλυδωνίου κάπρου θήραν. τῷ Πειρίθῳ συνεμάχησε κατὰ τῶν Κενταύρων· καὶ Ἡρακλεῖ πρὸς τὰς Ἀμαζόνας. ὅταν οὖν θαυμαστόν τι πραχθῇ οὐχ ὑπὸ μόνου τινὸς, εἰώθαμεν λέγειν περὶ αὐτοῦ, Οὐκ ἄνευ γε Θησέως. *Theseus multis fortibus viris opem tulit. Meleagro enim cum Calydonio apro certanti adfuit: item Pirithoo cum Centauris pugnanti: etiam Herculi adversus Amazonas. Itaque si admirandum quidpiam efficeretur, idque alterius auxilio, de his dictum, Non sine Theseo*. Quæ totidem verbis apud Suidam, & Tarrhæum. De sodalitate Herculis, est insignis iste A- F ristidis locus, ad Thebanos *De societate*, Orat. I. Τί γὰρ ἐνδοξότερον τῆς Ἡρακλέους καὶ Θησέως ἑταιρίας; ἢ τί μᾶλλον τοῖς Ἕλλησιν ἐν καιρῷ; οἳ σχεδὸν τε τὴν αὐτὴν ἐφόρησαν, καὶ ταυτὰ γνόντες, ἡμέρουν τὴν γῆν. καὶ ὅτε τοίνυν Ἡρακλεῖ φίλου ἐδέησε, Θησεὺς αὐτὸν Ἀθήναζε ἀγαγὼν ἀνακτᾶται. *Quid enim Herculis ac Thesei sodalitate celebrius? quid Græcis magis fuit opportunum? qui eodem habitu, iisdemque studiis, terram pacatam reddebant. Atque, cum Hercules amicum requireret, Theseus eum Athenas ductum refocillat*. Theon, in *Progymn.* Τί γὰρ ἐνδοξότερον τῆς

Θησέως καὶ τῆς τε Ηρακλέους φιλίας; ἢ τί τῶν κατορθωμάτων αὐτοῖς; οὐ γὰρ ταὐτὸ προελέσθαι, καὶ φρονῆσαι παραπλήσιον, καὶ συμπνεῦσαι πρὸς τοὺς ἄθλους; ὅτε δὲ ἀποστροφῆς ἐδέησεν αὖθις τῷ Ηρακλεῖ, τίς ἀγαγὼν αὐτὸν Αθήναζε πρὸς τὴν χρείαν ἤρκεσεν, οὐ Θησεύς; *Quid enim illustrius Herculis ac Thesei amicitia? aut quid præclarius illorum facinoribus? An non idem velle, atque sentire, & conspirare ad certamina obeunda? cum autem secedere aliquo opus haberet Hercules, quis ei Athenas abducto necessaria suppeditavit, an non Theseus?* Alterius proverbii, Αλλος οὗτος Ηρακλῆς, *Alter hic Hercules*, meminit etiam Aristoteles, *Ethic. Eudem.* lib. VII. cap. XII. Ὁ γὰρ φίλος βούλεται εἶναι, ὥσπερ ἡ παροιμία φησὶν, ἄλλος Ηρακλῆς, ἄλλος οὗτος. *Amicus enim esse cupit, ut est in proverbio, alter Hercules, alter hic.* Ejus originem hunc in modum refert Photius, in *Excerptis Ptolemæi Hephæstionis*, Καινῆς ἱστορίας l. v. Μενέδημος Ηλεῖος, Βουνέα υἱὸς, ὑπέδειξεν Ηρακλεῖ περὶ τῆς καθάρσεως τοῦ Αὐγαίου κόπρου, ὥστε ἀποστρέψαι τὸν ποταμόν. ὃν καὶ συμμαχῆσαι Ηρακλεῖ ἐν τῷ πρὸς Αὐγαίαν πολέμῳ φασί· καὶ ἀναιρεθέντα, ταφῆναι ἐν Λεπρέῳ, παρὰ πεύκῃ δένδρῳ· ἀγῶνα δὲ θεὶς ἐπ' αὐτῷ Ηρακλῆς, ἐπάλαισε Θησεῖ. ἰσοπαλοῦς δὲ τοῦ ἀγῶνος γενομένου, ἐρρήθη παρὰ τῶν θεατῶν περὶ τοῦ Θησέως· ἄλλος οὗτος Ηρακλῆς. *Menedemum Eleensem, Buneæ filium, ferunt Herculi ostendisse rationem expurgandi Augeæ stabuli; & eundem Augeam quoque una cum Hercule oppugnasse: ac occisum, conditum esse in Lepreo, ad piceam arborem: Herculesque, instituto in honorem ejus certamine, in illo cum Theseo est luctatus. Et cum æquis ab utroque viribus decertaretur, dictum est de Theseo a spectatoribus: Alter hic est Hercules.* Aliter Eustathius, *ad Iliad. lib.* v. Παυσανίας δὲ ἱστορεῖ, ὅτι τὸ, Αλλος οὗτος Ηρακλῆς, παροιμία ἐστὶν ἐπὶ Θησεῖ, ἢ ἑνὶ τῶν Ιδαίων Δακτύλων· οἱ δὲ, ἐπὶ τῷ Αἰγυπτίῳ Ηρακλεῖ. *Pausanias refert, illud, Alter hic est Hercules, proverbio dici de Theseo, aut aliquo Idæorum Dactylorum: vel, ut quidam, de Hercule Ægyptio.* Variat item Suidas: Αλλος οὗτος Ηρακλῆς. ἐπὶ τῶν βίᾳ τι πραττόντων παροιμιῶδες· Ἐπὶ Θησεῖ λεχθὲν τὸ πρῶτον, τῷ Ιδαίων Δακτύλων Ηρακλεῖ, ἢ τῷ τῆς Αλκμήνης. *Alter hic Hercules. Proverbiale, de iis, qui vi aliquid agunt. Primum de Theseo dictum, Idæorum Dactylorum Hercule, seu de Alcmenæ filio.* Alii rursum ad Titormum referebant, vide Ælianum, *Var. Hist.* lib. XII. cap XXII. Ad Herculem Tyrium, ex Clearcho, Zenobius, *Cent.* v. *Proverb.* XLVIII. Ac Varronis quædam Satyra *Menippea* isto modo inscripta fuit. Macrobius, *Saturnal.* lib. III. cap. XII. *Et sane ita Menippea Varronis affirmat, quæ inscribitur,* Αλλος οὗτος Ηρακλῆς. *In qua, cum de Hercule multa loqueretur, eundem esse ac Martem probavit.*

CAP. XXIV.

Adrasto suppetias fert contra Thebanos; Euripides contra Plutarchum defensus: ac sententiæ conciliatæ. Thebani, legatis spretis, bello victi; in quo Creon, rex eorum, interfectus. Argivorum cadavera, Thebanis erepta; pars Eleutheris, pars sepulta Eleusine: Theseo id in Adrasti gratiam præcipiente. Herculis etiam libros tuetur; quanquam alii filio ejus Demophonti illud tribuant: tum & ipsum quoque Herculem, misso cum exercitu Thriunte. De Thebarum, & Agrorum, eversione, geminus Honorii error indicatus.

ADRASTO quoque opem tulit, in recuperandis a Thebanis mortuorum cadaveribus, qui in acie ceciderant; sive induciis constitutis, ut nonnulli sunt auctores: sive bello, & armorum vi, coactis. Plutarchus: Συνέπραξε δὲ καὶ Αδράστῳ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ πεσόντων· οὐχ, ὡς Εὐριπίδης ἐποίησεν ἐν Τραγῳδίᾳ, μάχῃ τῶν Θηβαίων κρατήσας, ἀλλὰ πείσας, καὶ σπεισάμενος· οὕτω γὰρ οἱ πλεῖστοι λέγουσι. *Adjuvit etiam Adrastum ad recuperanda illorum corpora, qui sub Cadmea interfecti; non, ut statuit in Tragœdia Euripides, victis prælio Thebanis, sed persuasis, & induciis constitutis: ita enim plurimi ferunt.* At Euripides sententiam, quam Plutarchus falsi arguit, Auctores alii, iique gravissimi, tuentur. Pausanias, in *Atticis*; Κρέων γὰρ, ὃς ἐδυνάστευσε τότε ἐν Θήβαις, Λαοδάμαντα ἐπιτροπεύων τὸν Ετεοκλέους, οὐ παρῆκε τοῖς προσήκουσιν ἀνελομένοις θάψαι· ἱκετεύσαντος δὲ Αδράστου Θησέα, καὶ μάχης Αθηναίων γενομένης πρὸς Βοιωτοὺς, Θησεὺς, ὡς ἐκράτησε τῇ μάχῃ, κομίσας ἐς τὴν Ελευσινίαν τοὺς νεκροὺς, ἐνταῦθα ἔθαψε. *Creon enim, qui tunc Thebis imperabat, ceu Laodamantis tutor Eteoclis filii, non sinebat corpora interfectorum, ut sepelirentur, tolli. Cumque Adrastus Theseum supplex opem posceret, & Athenienses pugnam cum Bœotis iniissent, victor Theseus, deportata in terram Eleusiniam corpora, illic sepeliri jussit.* Isocrates, in *Panegyrico*: Οὐδὲ ψευσθέντας φαίνεται τῶν ἐλπίδων, δι' ἃς κατέφυγον ἐπὶ τοὺς προγόνους ἡμῶν. ἀνελόμενοι γὰρ τὸν πόλεμον, ὑπὲρ μὲν τῶν τελευτησάντων, πρὸς Θηβαίους, ὑπὲρ δὲ τῶν παίδων τῶν Ηρακλέους πρὸς Εὐρυσθέως δύναμιν τοὺς μὲν ἐπιστρατεύσαντες, ἠνάγκασαν ἀποδοῦναι θάψαι τοὺς νεκροὺς τοῖς προσήκουσι· Πελοποννησίους δὲ, τοὺς μετ' Εὐρυσθέως εἰς τὴν χώραν ἡμῶν εἰσβαλόντας, ἐπεξελθόντες ἐνίκησαν μαχόμενοι, κἀκεῖνον τῆς ὕβρεως ἔπαυσαν. *Neque spe sua, qua freti ad majores nostros confugerant, frustratos esse constat. Suscepto enim bello, defunctorum causa, contra Thebanos; tum illos, admoto ad urbem exercitu, cadavera cognatis reddere ad sepulturam coegerunt; tum instructa acie Peloponnenses, qui cum Eurystheo in nostrum agrum impetum fecerant, obviam progressi, prælio vicerunt, ejusque ferociam compescuerunt.* Et in *Helenæ Encomio*: τῷ δὲ (Αδράστῳ ὁ Θησεὺς) τοὺς ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ τελευτήσαντας, βίᾳ Θηβαίων, θάψαι παρέδωκε. *Adrasto vero Theseus eos, qui sub Cadmea ceciderant, Thebanis per vim coactis, sepeliendos tradidit.* Bellum gestum hac de causa, & quo modo, tum Creontem, regem Thebanorum, cæsum, narrat Statius, *Theb.* l. XII. Et occisum heic Creontem, meminit etiam Sidonius, *Carm.* v.

Nec sic, heroum tardantem busta, Creontem
Atticus Ægides rupit Marathonide quercu.

Per legatos impetrasse, dicit Isocrates, in *Panathenaico* suo: contra quam, in *Helenæ Encomio*, & *Panegyrico*: Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ἢ τίς οὐκ ἤκουε τῶν Τραγῳδιδασκάλων ἐν Διονυσίοις τὰς Αδράστῳ γενομένας ἐν Θηβαίοις συμφοράς; ὅτι, κατάγειν βουληθεὶς τὸν Οἰδίπου μὲν υἱὸν, αὐτοῦ δὲ κηδεστὴν, παμπληθεῖς μὲν Αργείων ἀπώλεσεν ἅπαντας, καὶ τοὺς λοχαγοὺς ἐπεῖδε διαφθαρέντας· αὐτὸς δ' ἐπονειδίστως σωθεὶς, ἐπειδὴ σπονδῶν οὐχ οἷός τ' ἦν τυχεῖν, οὐδ' ἀνελέσθαι τοὺς τετελευτηκότας, ἱκέτης γενόμενος τῆς πόλεως, ἔτι Θησέως αὐτὴν διοικοῦντος, ἐδεῖτο μὴ περιιδεῖν τοιούτους ἄνδρας ἀτάφους γενομένους, μηδὲ παλαιὸν ἔθος, καὶ πάτριον νόμον καταλυόμενον, ᾧ πάντες ἄνθρωποι χρώμενοι διατελοῦσιν, οὐχ ὡς ὑπ' ἀνθρωπίνης κειμένῳ φύσεως, ἀλλ' ὡς ὑπὸ δαιμονίας προστεταγμένῳ δυνάμεως. ὧν ἀκούσας, οὐδένα χρόνον ἐπισχὼν, ἔπεμψε πρεσβείαν εἰς Θήβας, περί τε τῆς ἀναιρέσεως συμβουλεύσοντας αὐτοῖς, ὁσιώτερον βουλεύσασθαι, καὶ τὴν ἀπόκρισιν νομιμωτέραν ποιήσασθαι τῆς πρότερον γεγενημένης. κἀκεῖνο ὑποδείξοντας, ὡς ἡ πόλις αὐτοῖς οὐκ ἐπιτρέψει παραβαίνουσι τὸν νόμον τὸν κοινὸν ἁπάντων Ελλήνων. *Quis enim ignorat, aut Bacchanalibus e Tragicis actoribus non audivit, quas Adrastus clades ad Thebas acceperit? Qui Oedipi filium, suum generum in regnum restituere conatus, maximas Argivorum copias amisit, & omnes centuriones vidit interemptos; ipse per dedecus servatus. Et, quia nec fœdus impetrare, nec cæsos afficere sepultura poterat, supplex urbi nostræ factus, Theseo adhuc eam gubernante, oravit, ne tales viros insepultos jacere, aut vetus institutum, & patriam legem, apud universos homines receptam, abrogari sineret, quæ non mortali prædita ingenio, sed e divina potentia*

imperata videretur. Quibus ille auditis, nulla mora interposita, legatos Thebas misit, qui suaderent, ut & de reddendis cadaveribus sanctius consilium inirent, & æquius responsum, quam ante, darent: atque illud subindicarent, nostram urbem eis minime permissuram, ut communem omnium Græcorum legem violarent. Sed dissidium sic compono. Initio Theseus per legatos rem conatus, verum frustra, mox ad arma se convertit, ac Thebanos victos compulit, ut cadavera occisorum sepulturæ suæ traderent. Atque ita clare Lysias, in *Oratione Funebri*: Ἀδράστου δὲ καὶ Πολυνείκους ἐπὶ Θήβας στρατευσάντων, καὶ ἡττηθέντων μάχῃ, οὐκ ἐώντων τῶν Καδμείων θάπτειν τοὺς νεκροὺς, Ἀθηναῖοι, ἡγησάμενοι ἐκείνους μὲν, εἴ τι ἠδίκουν, ἀποθανόντας δίκην ἔχειν τὴν μεγίστην· τοὺς δὲ κάτω τὰ αὐτῶν οὐ κομίζεσθαι, ἱερῶν δὲ μιαινομένων τοὺς ἄνω θεοὺς ἀσεβεῖσθαι· τὸ μὲν πρῶτον πέμψαντες κήρυκας, ἐδέοντο αὐτῶν, δοῦναι τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν· νομίζοντες, ἀνδρῶν μὲν ἀγαθῶν εἶναι, ζῶντας τοὺς ἐχθροὺς τιμωρήσασθαι· ἀπιστούντων δὲ σφίσιν αὐτοῖς, ἐν τοῖς τῶν τεθνεώτων σώμασι τὴν εὐψυχίαν ἐπιδείκνυσθαι· οὐ δυνάμενοι δὲ τούτων τυχεῖν, ἐστράτευσαν ἐπ᾽ αὐτοὺς, οὐδεμιᾶς διαφορᾶς πρότερον πρὸς Καδμείους ὑπαρχούσης, οὐδὲ τοῖς ζῶσιν Ἀργείων χαριζόμενοι, ἀλλὰ τοὺς τεθνεῶτας ἐν τῷ πολέμῳ ἀξιοῦντες τῶν νομιζομένων τυγχάνειν πρὸς τοὺς ἑτέρους, ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἐκινδύνευσαν. *Adrasto autem & Polynice Thebas oppugnantibus, ac prælio victis, Cadmeisque nolentibus, ut mortui sepelirentur, Athenienses, rati illos quidem, si quid deliquissent, jam mortuos summam delicti pœnam persolvisse; inferos vero jura sibi debita non consequi, & neglectis sacris Deos superos violari: primum quidem, misso præcone, rogabant eos, ut mortui ad sepulturam tollerentur. Ac judicabant, strenuorum quidem virorum esse, viventes inimicos ulcisci; sibi vero diffidentium, in mortuorum corporibus suam velle magnanimitatem ostendere. Quod cum impetrare haud possent, bellum in eos susceperunt, cum nec alia cum Cadmeis controversia intercederet, nec Argivorum vivis gratificari vellent: sed, æquum judicantes, ut in bello mortui legitima apud alios consequerentur, pro utrisque belli aleam tentaverunt.* Atque post victoriam istam, reportata corpora interfectorum sepeliri Theseus jussit; militum gregariorum, ad Eleutheras: ducum, apud Eleusina. Plut. historiam istam prosequens: Ταφαὶ δὲ, τῶν μὲν πολλῶν, ἐν Ἐλευθεραῖς δείκνυνται· τῶν δὲ ἡγεμόνων, περὶ Ἐλευσῖνα· καὶ τοῦτο Θησέως Ἀδράστῳ χαρισαμένου. *Ac sepulchra, gregariorum quidem militum, Eleutheris; ducum, juxta Eleusinem ostenduntur: cum hoc quoque Adrasti gratiæ Theseus daret.* Et de ducum sepultura, ad Eleusinem, ista quoque Lysiæ verba capienda, in eadem *Oratione*: Αὐτοὶ δὲ, λαβόντες τὰ ἆθλα, ὧνπερ ἕνεκα ἀφίκοντο, τοὺς Ἀργείων νεκροὺς ἔθαψαν ἐν τῇ αὐτῶν Ἐλευσῖνι. *Atque illi, acceptis præmiis, quorum gratia venissent, Argivorum cadavera apud Eleusinem suam tumularunt.* Pausanias, in *citatis verbis*: Ἱκετεύσαντος δὲ Ἀδράστου Θησέα, καὶ μάχης Ἀθηναίων γενομένης πρὸς Βοιωτοὺς, Θησεὺς, ὡς ἐκράτησε τῇ μάχῃ, κομίσας ἐς τὴν Ἐλευσινίαν τοὺς νεκροὺς, ἐνταῦθα ἔθαψε. *Cum Adrastus Theseum supplex opem poposcerat, & Athenienses pugnam cum Bœotis iniissent, victor Theseus, deportata in terram Eleusiniam corpora, illic sepiliri jussit.* Huc respexit, puto, Honorius, in *Chronico* suo: ubi eum Thebas evertisse dicit, quanquam falso: *Illis (successit) Creon: post hunc Theseus Thebas destruxit.* Eodem modo Herculis quoque liberos defendendos suscepit. Vide Isocratem, in *Helenæ Encomio*, & Diodorum, *l.* IV aliosque rem eandem memorantes. Alii tamen ejus filio Demophonti illud tribuunt: ut in ejus rebus doceo, *De Reg. Athen.* l. III. c. IV. Quin & ipsi quoque Herculi Thriuntem misit, cum exercitu, suppetias laturum. Stephanus: Θριοῦς, πόλις πάλαι τῆς Ἀχαΐας, νῦν δὲ τῆς Ἠλείας, ὅμορος Πάτραις· ἀπὸ Θριοῦντος Ἀθηναίου, ὃν Θησεὺς ἔπεμψε μετὰ στρατιᾶς, συμμαχήσειν Ἡρακλεῖ. *Thrius, urbs olim Achajæ, nunc Eleæ, contermina Patris; a Thriunte Atheniensi, quem Theseus misit cum exercitu, Herculi opitulaturum.* Sine ullo Antiquorum testimonio est, quod in *Chronico* suo Honorius memoriæ prodit, eum Argos destruxisse: *Theseus Argos destruxit, & sic regnum Argivorum defecit.*

CAP. XXV.

Amicitiam cum Pirithoo contrahit; idque quomodo, atque qua occasione: tum quo loco. Et ab eo ad nuptias vocatus, Centauris se proterve gerentibus, Lapithis Pirithooque contra ipsos fert suppetias.

AMICITIAM cum Pirithoo summam habuit: & hæc quomodo contracta, quaque item occasione, sic refertur a Plutarcho: Τὴν δὲ πρὸς Πειρίθουν φιλίαν τοῦτον τὸν τρόπον αὐτῷ γενέσθαι λέγουσι· δόξαν εἶχεν ἐπὶ ῥώμῃ καὶ ἀνδρείᾳ μεγίστην. βουλόμενος οὖν ὁ Πειρίθους ἐξελέγξαι, καὶ λαβεῖν διάπειραν, ἠλάσατο βοῦς ἐκ Μαραθῶνος αὐτοῦ· καὶ πυθόμενος, διώκειν μετὰ τῶν ὅπλων ἐκεῖνον, οὐκ ἔφυγεν, ἀλλ᾽ ἀναστρέψας, ἀπήντησε. ὡς δὲ εἶδεν ἅτερος τὸν ἕτερον, καὶ τὸ κάλλος ἐθαύμασε, καὶ τὴν τόλμαν ἠγάσθη, μάχης μὲν ἔσχοντο. Πειρίθους δὲ, πρότερος τὴν δεξιὰν προτείνας, ἐκέλευσεν αὐτὸν γενέσθαι δικαστὴν τῆς Θησεὺς τῆς βοηλατίας· ἑκὼν γὰρ ὑφέξειν, ἣν ἂν ὁρίσῃ δίκην ἐκεῖνος. Θησεὺς δὲ, καὶ τὴν δίκην ἀφῆκεν αὐτῷ, καὶ προσεκαλεῖτο φίλον εἶναι, καὶ σύμμαχον. ἐποιήσαντο δὲ τὴν φιλίαν ἔνορκον. *Amicitiam autem cum Pirithoo hoc modo ipsi contractam ferunt: Fama virium fortitudinisque erat sane maxima. Pirithous itaque cum periculum facere vellet, boves ejus ex Marathone abegit; ac cum certior factus esset, illum insequi cum armis, nullo modo fugam cepit: sed conversus, obviam ivit: alterumque postquam alter conspexisset, speciem est admiratus, & obstupuit audaciam, pugna quidem abstinuere: sed porrecta prior dextera Pirithous, abigeatus sui arbitrum ipsum esse Theseum jussit; ultro enim se, quas ille definisset, subiturum pœnas. Theseus vero, & mulctam ei condonavit, & ad amicitiam, ac societatem, invitavit. Sanxere autem amicitiam juramento.* Ictum autem istud mutuæ amicitiæ inter hunc utrunque fœdus non longe a Serapidis fano. Pausanias, in *Atticis*: Τοῦ δὲ ἱεροῦ τοῦ Σαράπιδος οὐ πόρρω, χωρίον ἐστὶν, ἔνθα Πειρίθουν καὶ Θησέα συνθεμένους ἐς Λακεδαίμονα, καὶ ὕστερον ἐς Θεσπρωτοὺς, σταλῆναι λέγουσι. *Non procul a Serapidis fano, locus est, ubi fœdere inter se inito Pirithous ac Theseus in Lacedæmonem, ac deinde in Thesprotos, profecti esse memorantur.* Meminit ejusdem loci, quanquam nulla templi Serapidis mentione, Sophocles, *Oed. Col.*

Ἔστη κελεύθων ἐν πολυσχίστων μιᾷ,
Κοίλου πέλας κρατῆρος, οὗ τὰ Θησέως
Περίθου τε κεῖται πίστ᾽ ἀεὶ ξυνθήματα.
Stetit in via multifida quadam,
Juxta cavum craterem: ubi Thesei
Pirithoique condita fida semper fœdera.

Itaque admodum celebrata apud Veteres ea amicitia fuit. Dion Chrysostomus, *Orat.* LXXIV. Τί οὖν; φησίν· οὐκ ἤδη τινὲς ἐγένοντο φίλοι τὸ πρότερον; οἷον πῶς ἂν λέγοιμι τοὺς ἡμιθέους θρυλλουμένους τούτους, Ὀρέστην καὶ Πυλάδην, καὶ Θησέα καὶ Πειρίθουν, καὶ Ἀχιλλέα καὶ Πάτροκλον; *Quid igitur? inquit: num amici jam nonnulli ex antiquis exstiterunt? nempe illi semidei omnibus celebrati, Orestes & Pylades, Theseus & Pirithous, Achilles & Patroclus?* Bion, in Fragmento, quod exstat apud Stobæum, *Serm.* LXI.

Ὄλβιοι οἱ φιλέοντες, ἐπὴν ἴσον ἀντεράωνται·
Ὄλβιος ἦν Θησεὺς τῷ Πειριθόῳ παρέοντος,
Εἰ καὶ ἀμειλίκτοιο κατήλυθεν εἰς Ἀΐδαο.
Felices amantes, siquidem se mutuo æqualiter amant:
Felix erat Theseus Pirithoo præsente,
Quamvis ad implacabilem descenderet Orcum.

Ac respexit Ovidius, *Trist.* lib. I. eleg. III,

Quosque ego dilexi fraterno more sodales:
O mihi Thesea pectora juncta fide.

Meminere passim alii. Inde, cum Deidamiam uxorem duceret Pirithous, Theseum ad nuptias suas invitavit: in quibus oborta pugna inter Lapithas & Centauros, ipse pro Pirithoo & Lapithis contra Centauros pugnavit. Plutarch. Ἐκ δὲ τούτου γαμῶν ὁ Πειρίθους Δηϊδάμειαν, ἐδεήθη τοῦ Θησέως ἐλθεῖν, καὶ τὴν χώραν ἱστορῆσαι, καὶ συγγενέσθαι τοῖς Λαπίθαις, ἐτύγχανε δὲ καὶ τοὺς Κενταύρους κεκληκὼς πρὸς τὸ δεῖπνον, ὡς δὲ ἠσέλγαιον ὕβρει, καὶ μεθύοντες οὐκ ἀπείχοντο τῶν γυναικῶν, ἐξάπτοντο πρὸς ἄμυναν οἱ Λαπίθαι, καὶ τοὺς μὲν ἔκτειναν αὐτῶν, τοὺς δέ, πολέμῳ κρατήσαντες, ὕστερον ἐξέβαλον ἐκ τῆς χώρας, τοῦ Θησέως αὐτοῖς συμμαχομένου, καὶ συμπολεμοῦντος. *Inde Pirithous, uxorem ducens Deidamiam, Theseum rogavit, ut veniret, lustraretque regionem, & cum Lapithis versaretur. Vocaverat autem etiam Centauros ad cœnam. Qui ut postea, in proterviam provoluti, etiam ebrii mulieribus nullo modo abstinebant, versi ad ultionem Lapithæ, alios horum obtruncarunt, alios vero, bello victor, regione exegerunt, socio Theseo, & suppetias ferente.* Diodorus Siculus, *lib.* IV. Καλέσαντος (τοῦ Πειρίθου) εἰς τοὺς γάμους τόν τε Θησέα, καὶ τοὺς Κενταύρους, φασί, μεθυσθέντας ἐπιβαλέσθαι ταῖς κεκλημέναις γυναιξί, καὶ βίᾳ μίσγεσθαι· διὰ δὲ τὴν παρανομίαν τόν τε Θησέα καὶ τοὺς Λαπίθας παροξυνθέντας, οὐκ ὀλίγους μὲν ἀνελεῖν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐκβαλεῖν τῆς πόλεως. *Cum autem vocasset (Pirithous) ad nuptias Theseum, & Centauros, ajunt, eos ebrios fœminas, quæ una invitatæ erant, invasisse, atque per vim constuprasse; Theseum vero Lapithasque contumelia irritatos, multos ex his occidisse, cæterosque e civitate expulisse.* Vide, quæ jam ante dixi, *cap.* XXIII.

CAP. XXVI.

Helenam, a Pirithoo persuadente impulsus, rapit. Ea de re variæ Veterum sententiæ. Raptam, Aphidnis deponit. Qua ætate Helena, cum raperetur, fuerit: ac, de ea Veteres quoque variasse, indicatum. Quidam dicunt, non deposuisse eam Aphidnis, sed retinuisse secum; ac duxisse in uxorem, & sacellum Veneri Sponsæ dedicasse, filiamque Iphigeniam ex eadem suscepisse.

PIRITHOUS, Deidamia, sive, ut alii eam vocant, Hippodamia, uxore mortua, ad Theseum se Athenas confert, viduum tunc, morte Phædræ; & ad Helenam rapiendam eum impellit: ac, cum eam rapuisset, indignatis graviter Atheniensibus, eam Aphidnis deponit: & custodem Æthram addit matrem suam, optimosque amicorum cæterorum. Diodorus, *lib.* IV. Ἰξίονος, ἀποθανούσης αὐτοῦ τῆς γυναικὸς Ἱπποδαμίας, παρῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας πρὸς Θησέα. καταλαβὼν δὲ τετελευτηκυῖαν τὴν γυναῖκα τοῦ Θησέως Φαίδραν, ἔπεισεν αὐτὸν ἁρπάσαι τὴν Λήδας καὶ Διὸς Ἑλένην, δεκαετῆ μὲν τὴν ἡλικίαν ἔχουσαν, εὐπρεπείᾳ δὲ πασῶν διαφέρουσαν. παραγενόμενοι δ' εἰς Λακεδαίμονα μετὰ πλειόνων, καὶ καιρὸν εὔθετον λαβόντες, ἥρπασαν τὴν Ἑλένην κοινῇ, καὶ ἀπήγαγον εἰς τὰς Ἀθήνας, ἔπειτα πρὸς ἀλλήλους ὁμολογίας ἔθεντο διακληρώσασθαι, καὶ τὸν μὲν λαχόντα γῆμαι τὴν Ἑλένην, τὸν δ' ἕτερον συμπρᾶξαι περὶ ἑτέρας γυναικός, ὑπομένοντα πάντα κίνδυνον. περὶ δὲ τούτων δόντες ἀλλήλοις ὅρκους, ἔλαχον, καὶ συνέβη τῷ κλήρῳ λαχεῖν Θησέα. αὐτὸς μὲν οὖν κύριος κατέστη τῆς παρθένου τὸν τρόπον τοῦτον. τῶν δ' οὖν Ἀθηναίων ἀγανακτούντων ἐπὶ τῷ γεγονότι, φοβηθεὶς ὁ Θησεὺς, ὑπεξέθετο τὴν Ἑλένην εἰς Ἀφίδναν, μίαν τῶν Ἀττικῶν πόλεων. παρακατέστησε δ' αὐτῇ τὴν μητέρα Αἴθραν, καὶ τῶν ἄλλων φίλων τοὺς ἀρίστους, φύλακας τῆς παρθένου. *Pirithous Ixionis filius, post Hippodamiæ uxoris obitum, Athenas se contulit ad Theseum. Quem, Phædra nuper exstincta, viduum offendens, hortatu suo impulit, ut Helenam, Jove ac Leda natam, quæ tum forte decimum ætatis annum agebat, & omnes ubique fœminas venustate superabat, raperet. Lacedæmonem itaque cum aliqua comitum manu profecti, tempusque opportunum nacti, Helenam communem sibi prædam rapiunt, & Athenas abducunt. Tum inter se convenere, ut sortem mitterent; ac, cui illa obtigisset, is & duceret, & in nova alteri item acquirenda operam daret, nec periculum qualecunque sustinere recusaret. Hisque jurejurando confirmatis, sortem jecerunt, Theseus vero sorte Helenam consequitur, virginemque hunc in modum in potestatem suam accipit. Quod iniquo animo Athenienses postquam ferrent, veritus Theseus eorum offensam, Aphidnæ, quæ erat una ex urbibus Atticæ, Helenam deposuit: ac custodem adjunxit Æthram matrem suam, aliosque amicorum præstantissimos.* Verum in historia ista variatum ab Antiquis. Ecce tibi in hanc rem Plutarchi verba: Ἤδη δὲ πεντήκοντα ἔτη γεγονὼς, ὥς φησιν Ἑλλάνικος, ἔπραξε τὰ περὶ τὴν Ἑλένην, οὐ καθ' ὥραν. ὅθεν, ὡς δὴ μέγιστον ἐπανορθούμενοι τοῦτο τῶν ἐγκλημάτων, ἔνιοι λέγουσιν, οὐκ αὐτὸν ἁρπάσαι τὴν Ἑλένην, ἀλλὰ Ἴδα καὶ Λυγγέως ἁρπασάντων, παρακαταθήκην λαβόντα τηρεῖν, καὶ μὴ προΐεσθαι τοῖς Διοσκούροις ἀπαιτοῦσιν. ἢ νὴ Δία Τυνδάρεω παραδόντος αὐτῷ, φοβηθέντος Ἐνάσφορον τὸν Ἱπποκόωντος, ἔτι νηπίαν οὖσαν βιαζόμενον τὴν Ἑλένην λαβεῖν. τὰ δὲ εἰκότα, καὶ πλείστους ἔχοντα μάρτυρας, τοιαῦτά ἐστιν. ἦλθον μὲν εἰς Σπάρτην ἀμφότεροι, καὶ τὴν κόρην ἐν ἱερῷ Ἀρτέμιδος Ὀρθίας χορεύουσαν ἁρπάσαντες, ἔφυγον. τῶν δὲ πεμφθέντων ἐπὶ τὴν δίωξιν, οὐ πορρωτέρω Τεγέας ἐπακολουθησάντων, ἐν ἀδείᾳ γενόμενοι, καὶ διελθόντες τὴν Πελοπόννησον, ἐποιήσαντο συνθήκας, τὸν μὲν λαχόντα κλήρῳ τὴν Ἑλένην ἔχειν γυναῖκα, συμπράττειν δὲ θατέρῳ γάμον ἄλλον. ἐπὶ ταύταις δὲ κληρουμένων ταῖς ὁμολογίαις, ἔλαχε Θησεὺς, καὶ παραλαβὼν τὴν παρθένον, οὔπω γάμων ὥραν ἔχουσαν, εἰς Ἀφίδνας ἐκόμισε· καὶ τὴν μητέρα καταστήσας μετ' αὐτῆς, Ἀφίδνῳ παρέδωκεν ὄντι φίλῳ, διακελευσάμενον φυλάττειν, καὶ λανθάνειν τοὺς ἄλλους. *Annos jam natus, ut Hellanicus refert, quinquaginta Helenam rapuit, nondum maturam. Unde etiam nonnulli, tanquam criminum illud maximum correcturi, dicunt; ipsum Helenam non rapuisse, sed depositam ab Ida Lynceoque, qui rapuerant, asservasse, nec Dioscuris repetentibus reddidisse. Immo vero ipsum ei illam Tyndarum tradidisse, cum Enasphorum metueret filium Hippocoontis, qui per vim eripere parvulam cupiebat. At, quæ vero propiora, pluribusque nixa testibus, hunc in modum sese habent. Ambo Spartam petierunt, ac saltantem in Dianæ Orthiæ fano puellam abripuerunt, atque inde aufugerunt. Ac cum, qui ab persequendos missi erant, ultra Tegeam non procederent, ac in tutum pervenissent, & Peloponnesum transgressi, pacti sunt, ut, cui sors obtigisset, is uxorem Helenam haberet, alterique ad alias nuptias acquirendas præsto esset. Istis legibus missa sorte, illa Theseo obvenit, isque virginem, necdum nubilem, assumptam Aphidnas deportavit: ac, adjuncta illi matre, Aphidno tradidit viro amico, eam adservare jubens, & clam alios habere.* De ejus raptu, narrat in hunc modum Isocrates, in *Encomio* ejusdem: Καὶ πρῶτον μὲν Θησεὺς, ὁ λεγόμενος μὲν Αἰγέως, γενόμενος δὲ ἐκ Ποσειδῶνος, ἰδὼν αὐτὴν, οὔπω μὲν ἀκμάζουσαν, ἤδη δὲ τῶν ἄλλων διαφέρουσαν, τοσοῦτον ἡττήθη τοῦ κάλλους, κρατεῖν τῶν ἄλλων εἰθισμένος, ὥσθ' ὑπαρχούσης αὐτῷ καὶ πατρίδος μεγίστης, καὶ βασιλείας ἀσφαλεστάτης, ἡγησάμενος, οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς, ἄνευ τῆς πρὸς ἐκείνην οἰκειότητος, ἐπειδὴ παρὰ τῶν κυρίων οὐχ οἷός τ' ἦν λαβεῖν αὐτὴν, ἀλλ' ἀνέμενον τήν τε τῆς παιδὸς ἡλικίαν, καὶ τὸν χρησμὸν τὸν παρὰ Πυθίας, ὑπεριδὼν τὴν ἀρχὴν τὴν Τυνδάρεω, καὶ καταφρονήσας τῆς ῥώμης τῆς Κάστορος καὶ Πολυδεύκους, καὶ πάντων τῶν ἐν Λακεδαίμονι δεινῶν ὀλιγωρήσας, βίᾳ λαβὼν αὐτὴν εἰς Ἀφίδναν τῆς Ἀττικῆς ἐκόμισε. *Ac primum Theseus, qui Ægei quidem dicebatur, sed Neptuni erat filius, visa ea cum matura necdum esset, forma vero emineret, usque adeo pulcritudine ejus est devictus,*

is qui alios superare consuevisset, ut, cum patriam haberet amplissimam, & regnum tutissimum, in illis ipsis bonis, absque hujus consuetudine, vita se indignum esse existimaret. Sed, quia eorum voluntate, quorum in potestate erat, eam consequi non poterat, cum illi & ætatem puellæ, & Pythiæ oraculum exspectarent, despecto Tyndari regno, & Castoris Pollucisque viribus, & periculis omnibus, quæ a Lacedæmoniis impendebant, neglectis, vi raptam, Aphidnam Atticæ deportavit. Theon, in *Progymn.* Ἔδει μὲν τῷ Θησεῖ τὴν Ἑλένην γενέσθαι δι' ἁρπαγῆς, ἐπεί γε πείθων οὐκ εἶχε λαβεῖν. ἦν δὲ ὁ κίνδυνος οὐ μικρός. τοῦτο μὲν ἐκ τοῦ πατρός, τοῦτο δὲ ἐκ τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν Λακεδαίμονι. ἀλλ' ὅμως ἐτόλμα Θησεύς· οὐκ ἀπελείπετο δὲ Πειρίθους, τὴν χάριν πρὸ τῶν φόβων τιθέμενος. *Rapienda erat Helena Theseo, quia persuadendo obtinere non poterat. Erat vero periculum haud exiguum, partim a patre, partim a fratribus, aliisque Lacedæmoniis. Sed nihilominus facinus illud ausus Theseus; nec deseruit ipsum Pirithous, gratiam ante metum ponens.* Raptam autem Aphidnis deposuit. Vides in Plutarchi verbis Diodori, & Isocratis, quæ citavi: meminitque Lucianus item, in *Somnio*: Θησεὺς (τὴν Ἑλένην) πρῶτον ἁρπάσας, ἐν Ἀφίδναις εἶχε. *Theseus cum (Helenam) primum rapuisset, Aphidnis eam habuit.* Vide rursum, in *Charidemo*. Meminerunt etiam, Herodotus, *lib.* IX. Pausan. in *Atticis*, *Corinthiacis*, & *Laconicis*, Strabo, *lib.* IX. Erat vero Helena, cum raperetur, septem annorum, ut quidam volunt. Isaacius Tzetzes, *ad Lycophronem*: Ἑπταετῆ ταύτην (τὴν Ἑλένην) Θησεὺς πρῶτον ἁρπάσας, μετὰ τὸ τεκεῖν ἐξ αὐτῆς Ἰφιγένειαν, ἀφῃρέθη αὐτήν. *Theseus, cum primum illam (Helenam) septennem rapuisset, suscepta ex ea Iphigenia, eam amisit.* Decennem fuisse, tradit Diodorus Siculus, in *citatis* ante *verbis*: Ἔπεισεν αὐτὸν ἁρπάσαι τὴν Λήδας καὶ Διὸς Ἑλένην, δεκαετῆ μὲν τὴν ἡλικίαν ἔχουσαν, εὐπρεπείᾳ δὲ πασῶν διαφέρουσαν. *Persuasit, ut Helenam, Ledæ ac Jovis filiam, raperet, tunc quidem annos decem natam, verum forma alias omnes excellentem.* Simpliciter nuptiis immaturam dicit Isocrates, & Plutarchus; quorum verba jam citavi: & eodem quoque modo Lucianus, in *Judicio Deorum*, de ea loquens: Οὕτω δή τι περισπούδαστος, ὥστε καὶ πόλεμον ἀμφ' αὐτῇ γενέσθαι, τοῦ Θησέως ἄωρον ἔτι ἁρπάσαντος. *Adeo ab omnibus summo studio expetita, ut & bellum ipsius causa susceptum fuerit, cum Theseus adhuc immaturam rapuisset.* Libanius, *Declam.* II. Θησέως μὲν αὐτὴν τολμήσαντος λαβεῖν, νέαν οὖσαν κομιδῆ, καὶ βουλομένου γυναῖκα ποιήσασθαι. *Auso eam rapere Theseo, admodum adhuc adolescentulam, & uxorem sibi facere cupiente.* Quidam tradunt, non deposuisse Aphidnis, sed duxisse eam uxorem, & Iphigeniam filiam ex eadem suscepisse. Quod uxorem eam duxerit, testis nobis est Pausanias: qui & refert, Veneris tunc Sponsæ sacellum dedicasse, juxta petram, sub qua pater Ægeus ensem calceosque occultaverat. Ecce verba, in *Corinthiacis*: Καὶ πέτρα, Θησέως ὀνομαζομένη, μεταβαλοῦσα καὶ αὐτὴ τὸ ὄνομα, ἀνελομένου Θησέως ὑπ' αὐτῇ κρηπῖδας τὰς Αἰγέως, καὶ ξίφος. πρότερον δέ, βωμὸς ἐκαλεῖτο Σθενίου Διός. Τῆς δὲ πέτρας πλησίον, Ἀφροδίτης ἐστὶν ἱερὸν Νύμφης, ποιήσαντος Θησέως, ἡνίκα ἔσχε γυναῖκα Ἑλένην. *Saxum vero, Thesei nominatum, quod ipsum etiam nomen mutavit, quia crepidas Ægei, & ensem, sub ipso abditum, sustulerit Theseus: antea autem, ara Jovis Sthenii appellabatur. Prope saxum, Veneris Sponsæ sacellum est, a Theseo structum, cum Helenam uxorem duxisset.* Quin ex ea filiam quoque Iphigeniam suscepisse memoratur. Vide in *citatis* statim Isaacii Tzetzæ *verbis*. Et Pausan. in iisdem *Corinthiacis*: Καὶ ἐπὶ τῷδε Εὐφορίων Χαλκιδεύς, καὶ Πλευρώνιος Ἀλέξανδρος, ἔπη ποιήσαντες, πρότερον δὲ ἔτι Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος, κατὰ ταυτά φασιν Ἀργείοις Θησέως εἶναι (ἐκ τῆς Ἑλένης) θυγατέρα Ἰφιγένειαν. *Quare & Euphorion Chalcidensis, & Alexander Pleuronias, & ante eos Stesichorus Himeræus, idem, quod Argivi celebrant, versibus suis prodiderunt, Iphigeniam Theseo (ex Helena) genitam.* Etymologici Auctor Thesei & Helenæ filiam Iphin facit. Vide eum, in Ἶφις.

CAP. XXVII.

Cum Pirithoo ad inferos descendit, ad Proserpinam rapiendam. Ea historia fabulosa, & origo, indicata. Ad inferos profecti quinam apud Veteres dicti. Hesiodi Poema, de descensu isto Thesei. De supplicio utriusque, variæ Veterum sententiæ. Thesei, e saxo surgere cupientis, nates illi adhæsere: unde & detritas deinde habere nates Athenienses vulgo dicti. Quam diu Theseus apud inferos fuerit. Ejusque rursum e terra prodeuntis pictura, in porticu Varia. Chrysippi, Pelopis filii, raptus.

UT in Helena consequenda socium se Theseo Pirithous dederat, sic Pirithoo Theseus quoque operam suam, jurejurando obstrictus, sed eventu perquam infausto, navavit. Audi narrantem Plutarch. Αὐτὸς δὲ (ὁ Θησεὺς) Πειρίθῳ τὴν ὑπουργίαν ἀποδιδοὺς, εἰς Ἤπειρον συναπεδήμησεν, ἐπὶ τὴν Αἰδωνέως θυγατέρα τοῦ Μολοσσῶν βασιλέως· ὃς τῇ γυναικὶ Φερσεφόνην ὄνομα θέμενος, Κόρην δὲ τῇ θυγατρί, τῷ δὲ κυνὶ Κέρβερον, ἐκέλευε τούτῳ διαμάχεσθαι τοὺς μνωμένους τὴν παῖδα, καὶ λαβεῖν τὸν κρατήσαντα. τοὺς μέντοι περὶ τὸν Πειρίθουν, οὐ μνηστῆρας ἥκειν, ἀλλ' ἁρπασομένους πυνθανόμενος, συνέλαβε, καὶ τὸν μὲν Πειρίθουν εὐθὺς ἠφάνισε διὰ τοῦ κυνός, τὸν δὲ Θησέα καθείρξας ἐφύλαττεν. *Ipse vero (Theseus) ad præstandum Pirithoo officium suum, cum eo profectus est in Epirum, ad Plutonis Molossorum regis filiam rapiendam: qui uxori quidem Proserpinæ nomen dederat, filiæ Coræ, cani Cerberi: ac cum hoc pugnare jussit puellæ procos, eam victori pollicitus. Verum quum Pirithoum non procatum venisse, sed raptum intellexisset, corripuit eos, & Pirithoum quidem illico per canem occidit, Theseum vero vinctum asservavit.* Dissuadebat quidem Theseus id Pirithoo vehementer, sed, invalido consilio, maluit se in periculum præsentissimum comitem dare, quam obstrictam juramento fidem fallere. Diodorus, *lib.* IV. Πειρίθου δὲ κρίναντος μνηστεῦσαι Περσεφόνην, καὶ παρακαλοῦντος συναποδημῆσαι, τὸ μὲν πρῶτον ὁ Θησεὺς μετέπειθεν αὐτόν, ἀποτρέπων τῆς πράξεως, διὰ τὴν ἀσέβειαν. τοῦ δὲ Πειρίθου βιαζομένου, συνηναγκάσθη διὰ τοὺς ὅρκους ὁ Θησεὺς μετασχεῖν τῆς πράξεως. καὶ πέρας καταβάντων αὐτῶν εἰς τοὺς καθ' ᾅδου τόπους, συνέβη διὰ τὴν ἀσέβειαν ἀμφοτέρους δεθῆναι. καὶ Θησέα μὲν ὕστερον, διὰ τὴν Ἡρακλέους χάριν, ἀπολυθῆναι· Πειρίθουν δέ, διὰ τὴν ἀσέβειαν, ἐν ᾅδου διατελεῖν τιμωρίας αἰωνίου τυγχάνοντα. ἔνιοι δὲ τῶν μυθογράφων φασί, μὴ τυχεῖν ἀμφοτέρους τοῦ νόστου. *Pirithous vero, cum deinde decrevisset Proserpinam ambire, & ad hanc profectionem Theseum comitem deposceret, dissuadebat is initio, hominemque ab incœpto, quod nefarium ac impium esset, avertebat. Sed instante vehementius Pirithoo, religione juramenti coactus, in societatem hanc consensit. Plutonis ergo regiam ingressi, ob impietatem ambo in vincula conjiciuntur; sed Theseus postea, in Herculis gratiam, est solutus: Pirithous vero, apud inferos detentus, sempiternas impietatis pœnas luit. Quanquam neutrum hinc reversum, hi, qui fabulas scripsere, sint auctores.* Isocrates, *Encomio Helenæ*: Καὶ τοσαύτην χάριν ἔσχε Πειρίθῳ, τῷ μετασχόντι τῆς ἁρπαγῆς, ὥστε, βουληθέντος αὐτοῦ μνηστεῦσαι Κόρην, τὴν Διὸς καὶ Δήμητρος, καὶ παρακαλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ τὴν ᾅδου κατάβασιν, ἐπειδὴ συμβουλεύων οὐχ οἷός τ' ἦν ἀποτρέπειν, προδήλου τῆς συμφορᾶς οὔσης, ὅμως αὐτῷ συνηκολούθησε, νομίζων, ὀφείλειν τοῦτον τὸν ἔρανον, μηδενὸς προστῆναι τῶν ὑπὸ Πειρίθου προσταττομένων, ἀνθ' ὧν ἐκεῖνος αὐτῷ συνεκινδύνευσεν. *Ac tantam Pirithoo, qui se ipsi raptus socium præbuerat, gra-*

tiam habuit, ut, cum is Proserpinam ambire vellet, Jovis Cererisque filiam, eumque rogaret, uti secum ad inferos descenderet, cum haudquaquam consulendo avertere posset, etsi manifesta calamitate, tamen comitem se dederit: arbitratus, hanc mercedem ejus se debere meritis, neque quicquam, quod Pirithous præcepisset, detrectandum, ob periculi, in quod secum ipse sese conjecisset, societatem. Et Theon, in *Progymn.* Βουληθεὶς γὰρ (ὁ Πειρίθους) μνηστεῦσαι τὴν Κόρην, τὴν Διὸς καὶ Δήμητρος, ἐκέλευσε τῷ μὲν Θησεῖ συνακολουθήσειν. ὁ δὲ, τὰ μὲν πρῶτα κατέχειν ἐπειρᾶτο, πρόδηλον εἶναι λέγων τὴν συμφοράν. ἐπεὶ δὲ πείθειν λέγων οὐκ ἴσχυε, ἐκοινώνει τῶν κινδύνων· εἰδὼς μὲν, ἃ πείσεται· παθεῖν δὲ μᾶλλον αἱρούμενος, ἢ λυπῆσαι τὸν φίλον. *Cum enim (Pirithous) nuptias Proserpinæ, Jovis & Cereris filiæ, ambire vellet, jussit Theseum se sequi, Ille vero, initio reprimere cum conabatur, evidentem esse calamitatem dicens: sed dicendo cum non posset persuadere, periculi se socium dedit; haud ignarus, quæ passurus ipse esset: verum pati potius voluit, quam amicum contristare.* Vide etiam Joannem Tzetzen, *Chil.* II. cap. LI. & Scholiasten Apollonii, *lib.* I. De Thesei hoc ad inferos descensu, est Propertii iste locus, *lib.* II. *eleg.* I.

Theseus infernis, superis testatur Achilles;
Hic Ixioniden, ille Menœtiaden.

Item iste Ovidii, *Trist.* lib. I eleg. IV.

Thesea Pirithous non tam sensisset amicum,
Si non infernas vivus adisset aquas.

Et mox, *eleg.* VII.

Quod pius ad manes Theseus comes iret amico,
Tartareum dicunt indoluisse Deum.

Meminit quoque Origines, *contra Celsum*, lib. II. & Freculphus, *Tom.* I. *lib.* II. *cap.*. XII. Plato, & merito, fabulosam hanc historiæ partem censet, *De Rep.* lib. III. Μὴ τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, μηδὲ τάδε πειθώμεθα, μηδ' ἐῶμεν λέγειν, ὡς Θησεὺς, Ποσειδῶνος υἱὸς, Πειρίθους τε Διὸς, ὥρμησαν οὕτως ἐπὶ δεινὰς ἁρπαγὰς, μηδέ τιν' ἄλλον θεοῦ παῖδά τε καὶ ἥρω τολμῆσαι ἂν δεινὰ καὶ ἀσεβῆ ἐργάσασθαι, οἷα νῦν καταψεύδονται αὐτῶν. *Ne igitur, inquam ego, aut persuadeamur, aut dicere quenquam permittamus, filium Neptuni Theseum, ac Pirithoum item Jovis, ad rapinas adeo turpes proruisse; neque aliquem filium alterius Dei, aut heroem, fœda adeo atque impia facere ausum, qualia nunc falso de his memorantur.* Valerius Maximus, *l.* IV. *c.* VII. *Loquatur nunc Græcia Theseum, nefandis Pirithoi amoribus subscribentem, Ditis se patris regnis commisisse. Vani est, istud narrare: stulti, credere.* Causam, cur commentum existimet, ponit Strabo, *l.* I. Καὶ Θησέα δὲ, καὶ Πειρίθουν, μακρὰς εἰκός ἐστι στρατείας ὑπομείναντας, καταλιπεῖν δόξαν περὶ ἑαυτῶν, ὡς εἰς ᾅδου καταβάντας. *Theseum quoque, & Pirithoum, probabile est, propterea quod longinquas expeditiones susceperint, hanc de se opinionem in animis hominum reliquisse, quod ad inferos descenderint.* Et huc pertinet, quod Veteres, eos, qui peregrinationem longam instituissent, ad inferos descendisse dicerent. Artemidorus, *Onirocritic.* l. II. c. LX. Οἱ παλαιοὶ τοὺς μακρὰν ἀποδημίαν ἀποδημήσαντας, εἰς ᾅδου πορεύεσθαι ἔλεγον. *Veteres eos, qui longinquam peregrinationem suscepissent, ad inferos proficisci dicebant.* Ac sane, expeditionem esse institutam ab utroque in Thesprotidem, & pugnasse infeliciter, tradit etiam Pausanias, in *Atticis*: Ἐς δὲ τελευτὴν τὴν Θησέως, πολλὰ ἤδη, καὶ οὐχ ὁμολογοῦντα, εἴρηται· δεδέσθαι γὰρ αὐτὸν λέγουσιν ἐς τόδε, ἕως ὑφ' Ἡρακλέους ἀναχθείη. πιθανώτατα δὲ, ὧν ἤκουσα, Θησεὺς ἐς Θεσπρωτοὺς ἐμβαλὼν, τοῦ βασιλέως τῶν Θεσπρωτῶν γυναῖκα ἁρπάσων, τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς οὕτως ἀπόλλυσι, καὶ αὐτός τε καὶ Πειρίθους, (Πειρίθους γὰρ καὶ τὸν γάμον σπεύδων ἐστράτευεν) ἥλωσαν· καὶ σφᾶς ὁ Θεσπρωτὸς δήσας, εἶχεν ἐν Κιχύρῳ. *De Thesei autem morte, multa, eaque discrepantia, memorantur. Ajunt enim eum vinctum tam diu fuisse, dum ab Hercule liberaretur. Sed similiora vero, quæ audivi, Theseum in Thesprotidem, ut uxorem regis raperet, cum Pirithoo venisse, & exercitus magnam partem amisisse, ipsumque & Pirithoum (qui cupiditate nuptiarum impulsus arma ceperat) captos esse; atque vinctos a Thesproto, in Cichyro custoditos.* In hanc rem, Poema quoddam antiquum erat, quod Hesiodo attributum, a Pausania memoratur, in *Bœoticis*: Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα κεχωρισμένη τῆς προτέρας, ὡς πολλήν τινα ἐπῶν ὁ Ἡσίοδος ἀριθμὸν ποιήσειεν· ἔς γυναῖκάς τε ᾀδόμενα, καὶ ἃς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας, καὶ Θεογονίαν τε, καὶ ἐς τὸν μάντιν Μελάμποδα, καὶ ὡς Θησεὺς εἰς τὸν ᾅδην ὁμοῦ Πειρίθῳ καταβαίη. *Diversa est ab hac eorum sententia, qui multa alia versuum volumina Hesiodo adscribunt; ea videlicet, quæ in mulieres decantata sunt, & quas magnas Eœas nominant, Deorumque gentilitatem, ac in Melampodem vatem carmen, & Thesei cum Pirithoo ad inferos descensum.* Sed in pœna, utrique inflicta, etiam Auctores variant; & Pirithoum interfectum, devorante eum Cerbero, Theseum in vinclis habitum, quidam tradunt: alii postquam in saxo quodam consedissent, ambos affixos hæsisse, neque surgere potuisse: donec Theseum tandem Hercules liberaret. De Pirithoo interfecto, vincto Theseo, sunt Plutarchi ista verba, quæ citavi. Joannes Tzetzes, *Chil.* II. cap. LI.

Καταχεθέντων δ' αὐτῶν, Πειρίθους μὲν ἐβρώθη
Τῷ τρικερβέρῳ τῷ κυνὶ, Θησεὺς δ' εἱρκτῇ κρατεῖται.
Comprehensis autem ipsis, Pirithous quidem devoratus est
A Cerbero cane tricipiti, Theseus vero in carcere detinetur.

Utrumque vinctum, tam Pirithoum, quem occisum alii dicunt, quam Theseum, refert Diodorus Siculus, in *citatis* ante *verbis*: Καὶ πέρας καταβάντων αὐτῶν εἰς τοὺς καθ' ᾅδου τόπους, συνέβη διὰ τὴν ἀσέβειαν ἀμφοτέρους δεθῆναι. *Plutonis ergo regiam ingressi, ob impietatem ambo in vincula conjiciuntur.* Ac de Pirithoo, clare etiam Horatius, lib. III. *Carminum* ode IV,

—— *amatorem trecentæ*
Pirithoum cohibent catenæ.

Ubi Interpres ejus vetus: *Pirithous, conatus Proserpinam rapere, catenis dicitur innodatus.* Et *l.* IV. ode VII.

Nec Lethæa valet Theseus abrumpere charo
Vincula Pirithoo.

Theseum vinctum, etiam Apollonius dicit *Argonaut.* lib. I.

Θησέα δ', ὃς πέρι πάντας Ἐρεχθεΐδας ἐκέκαστο,
Ταιναρίην ἀίδηλος ὑπὸ χθόνα δεσμὸς ἔρυκε,
Πειρίθῳ ἑσπόμενον. ——
Theseum vero, qui supra omnes Erechthidas clarus erat,
Tænariam latens sub terram vinculum cohibuit,
Pirithoum comitantem. ——

Alii dicunt, in saxo eos consedisse, neque surgere deinde unquam potuisse. Scholiastes Apollonii, *l.* I. Ὁ μὲν Θησεὺς, τῆς Ἑλένης ἐρασθεὶς, ἔσχε συμπράττοντα αὐτῷ τὸν Πειρίθουν· ὁ δὲ Πειρίθους, τὴν Περσεφόνην ἁρπάσαι βουληθεὶς, ἀναγκαίως εἶχε τὸν Θησέα ἑπόμενον· καὶ δὴ, διὰ Ταινάρου εἰς ᾅδου κατελθόντες, καὶ ἐπί τινος πέτρας καθεσθέντες, αὖθις ἀναστῆναι οὐ δεδύνηνται. *Theseus quidem, Helenæ amore captus, Pirithoum adjutorem habuit: Pirithous vero, cum Proserpinam rapere vellet, necessario Theseum quoque comitem habuit. Ac sane, cum per Tænarum ad inferos descendissent, & in saxo illic quodam consedissent, surgere non potuerunt.* Et huc pertinet illa utriusque pictura, quam Pausan. in Apollinis Delphici templo exstitisse nobis auctor est, in *Phocicis*: Κατωτέρω δὲ τοῦ Ὀδυσσέως, ἐπὶ θρόνων καθεζόμενοι, Θησεὺς μὲν, τὰ ξίφη, τό τε Πειρίθου, καὶ τὸ ἑαυτοῦ, ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἔχει, ὁ δὲ ἐς τὰ ξίφη βλέπων, ἐστὶν ὁ Πειρίθους. εἰκάσαις ἂν ἄχθεσθαι τοῖς ξίφεσιν αὐτὸν, ὡς ἀχρείοις, καὶ ὄφελος σφίσιν οὐ γεγενημένοις ἐς τὰ πολ-

μνήματα. Infra Ulyssem, in soliis sedent, Theseus, Pirithoi ensem, & suum ipsius, manibus ambabus stringens, ac Pirithous, gladios respiciens. Animadvertas eum indignari, quod ad facinus capessendum gladii illi nulli sibi usui essent. Quidam vero tradidere, non fuisse illos in hoc saxo vinctos, verum saxum, quasi corpori agnatum, ei instar vinculorum adhæsisse. Pausanias, *libro citato*: Πανύασις δὲ ἐποίησεν, ὡς Θησεὺς, καὶ Πειρίθους, ἐπὶ τῶν θρόνων παράσχοιντο σχῆμα, οὐ κατὰ δεσμώτας, προσφυὲς δὲ ἀπὸ τῆς χρωτὸς ἀντὶ δεσμῶν σφίσιν ἔφη τὴν πέτραν. *Panyasis vero auctor est, Theseum, ac Pirithoum, in his soliis eam formam prætulisse, non quasi vincti illic essent, verum quasi corpori agnatum saxum pro vinculis ei adhæsisse.* Atque huc est referendum, quod deinde, postquam Theseus, Hercule eum liberante, surgere vellet, partem natium, saxo illi adhærentem, amisisse memoratur: qua ex re Athenienses quoque deinceps Απόγλουτοι, quasi, *Detritas nates habentes*, appellati. Lucilius Tarrhæus, in *Collect. Proverb.* Απόγλουτος ὑπάρχεις. ἀντὶ τοῦ, ναυτικός. ἀπόγλουτοι δὲ κυρίως ἐκαλοῦντο οἱ Αθηναῖοι, ἕνεκα τοῦ ἐν τῷ κωπηλατεῖν συνεχοῦς καθέδρας. οἱ δὲ, διὰ τὸ, Θησέα μετὰ Πειρίθου καταβάντα εἰς ᾅδου, καὶ πρός τινα πέτραν ὑπὸ Περσεφόνης ἐπικαθισθέντα, σὺν τῷ Πειρίθῳ, Ηρακλέους ἐπὶ τὸν Κέρβερον κατελθόντος, παρὰ τῆς θεοῦ τε αὐτὸν ἐξαιτουμένου, καὶ τῆς πέτρας ἀποσπῶντος, ἐγκαταλειφθῆναι τὸ προσηρμόσμενον αὐτῇ τῶν γλουτῶν μέρος. διὸ καὶ, εἰς τιμὴν ἐκείνου, καὶ τοὺς λοιποὺς Αθηναίους οὕτως ἐπονομάζεσθαι. *Detritas habes nates: pro, Nauticus es. Nam tales proprie dicebantur Athenienses, ob continuam in remigando sessionem. Alii hinc dictum volunt; quod cum Theseus cum Pirithoo ad inferos descendisset, & a Proserpina in saxo quodam collocatus ad sedendum cum Pirithoo fuisset, Hercule ad Cerberum descendente, ipsumque a Dea expetente, atque a saxo abstrahente, partem natium, quæ ei adhæsisset, reliquisset. Qua de causa item, in illius honorem, cæteri quoque Athenienses eo nomine appellati.* Quæ totidem verbis transscripsit Apostolius, *Cent.* III. *Proverb.* LXXXI. Et inde ludens Aristophanes, in *Equitibus*, Athenienses Υπόλισπα πυγίδια. *Detritos cluniculos*, appellat:

Πολλοῖς γ' ὑπολίσποις πυγιδίοισιν ἐχαρίσω.
Multis detritis cluniculis gratum feceris.

Scholiastes. Υπολίσποις. οἱ γὰρ Αθηναῖοι πάντες λεπτοὶ ἐτύγχανον τὰ ὀπίσθια, ἀπὸ Θησέως. κοινῶς γοῦν τοὺς Αθηναίους λισπόπυγάς φασι· καὶ πλάττουσι τὸν περὶ Θησέως μῦθον. ὅτι, ἑλκόμενος ὑπὸ Ηρακλέους, κατέλιπεν ἐπὶ τὴν πέτραν τὴν πυγήν. *Detritis. Quia Athenienses omnes partes posteriores exiles haberant, usque a Theseo. Ac fingunt fabulam de Theseo: quod is, cum ab Hercule abstraheretur, nates in saxo reliquerit.* De relicta natium parte, sunt & ista Servii verba, *Æneid.* VI. *Fertur (Theseus) ab Hercule liberatus esse: quo tempore eum ita abstraxit, ut illic corporis ejus relinqueret partem.* Sed quam diu apud inferos Theseus fuit? quidam, in perpetuum detentum illic retulerunt. In his Virgilius, *Æneid.* VI.

—— sedet, æternumque sedebit
Infelix Theseus. ——

Quem locum respexit Tertullianus, in *Carmine ad Senatorem*:

Denique, si sedeas, requies est magna laboris;
Si multum sedeas, labor est; Maro namque poeta
Pro pœna posuit; sedet, æternumque sedebit
Infelix Theseus. ——

Diodorus, *l.* IV. Καὶ Θησέα μὲν ὕστερον (συνέβη) διὰ τὴν Ηρακλέους χάριν, ἀπολυθῆναι. Πειρίθουν δὲ, διὰ τὴν ἀσέβειαν, ἐν ᾅδου διατελεῖν, τιμωρίας αἰωνίου τυγχάνοντα. ἔνιοι δὲ τῶν μυθογράφων φασὶ, μὴ τυχεῖν ἀμφοτέρους τοῦ νόστου. *Ac Theseum quidem (contigit) postea, in Herculis gratiam, dimitti: Pirithous vero, ob impietatem suam, apud inferos detentus, sempiternas pœnas luit. Quanquam quidem fabularum scriptores tradant, neutrum inde rediisse.* Verum Theseum rediisse, ab Hercule liberatum, est certissimum. Mansisse vero apud inferos quadriennium, docet unus Senecæ locus, in *Hippolyto*: ubi Poeta ipsum Theseum sic loquentem introducit:

Tandem profugi noctis æternæ plagam,
Vastoque manes carcere umbrantem polum.
Ut vix cupitum sufferunt oculi diem!
Jam quarta Eleusis dona Triptolemi secat,
Paremque toties Libra composuit diem;
Ambiguus ut me sortis ignotæ labor
Detinuit inter mortis & vitæ mala.

Ejusque redeuntis e terra exscensus, Athenis, in porticu Varia, pictus spectabatur. Pausanias, in *Atticis*, ubi de ea porticu agit: Ενταῦθα καὶ Μαραθὼν γεγραμμένος ἐστὶν ἥρως, ἀφ' οὗ τὸ πεδίον ὠνόμασται· καὶ Θησεὺς, ἀνιόντι ἐκ γῆς εἰκασμένος. *Hic & Marathon heros pictus, a quo campus nominatus: item Theseus, ascendenti e terra similis.* Porro, uti Helenam rapuit, ac Proserpinam rapere voluit; sic Chrysippum, Pelopis filium, itidem rapuisse fertur. Hyginus, *Mythol.* cap. CCLXXI. *Chrysippus, Pelopis filius, quem Theseus ludis rapuit.* Atque hujus quidem rapti, quanquam sine mentione ulla Thesei, plures quoque meminerunt: Arnobius, lib. IV. *contra Gent.* Clemens, in *Protreptico*, Firmicus, *De Err. Prof. Relig.*

CAP. XXVIII.

Dum tenetur apud inferos, Menestheus res novas molitur: &, Tyndaridis, sive ipsius hortatu, sive sponte, Helenam sororem suam repetentibus, opera navata iis, Helenaque restituta, rex creatur. Capitur quoque mater Æthra, & abducitur Lacedæmonem: unde mox cum Helena eam abducit Paris. Scholiastæ Homeri error. Cum Helena autem, usque ad captam Urbem Trojam, commorata, nepotibus suis obviam facta, Demophonti, & Acamanti, agnitaque, ab iisdem Athenas reducitur. Ejus, atque Demophontis, Delphis, in Apollinis templo, pictura. Acamantis ex Laodice filium ibidem educat: eaque in re dissidium Plutarchi ostensum.

INTERIM autem dum apud inferos detinetur, absentiæ occasione Menestheus usus, res moliri novas cœpit. Plutarchus: Εν δὲ χρόνῳ τούτῳ Μενεσθεὺς ὁ Πετέως, τοῦ Ορνέως, τοῦ Ερεχθέως, πρῶτος, ὥς φασιν, ἀνθρώπων ἐπιθέμενος τῷ δημαγωγεῖν, καὶ πρὸς χάριν ὄχλῳ διαλέγεσθαι. τούς τε δυνατοὺς συνίστη, καὶ παρώξυνε, πάλαι βαρυνομένους τὸν Θησέα. καὶ νομίζοντας, ἀρχὴν καὶ βασιλείαν ἀφῃρημένον ἑκάστου τῶν κατὰ δῆμον εὐπατριδῶν, εἰς ἓν ἄστυ συνείρξαντα πάντας, ὑπηκόοις χρῆσθαι, καὶ δούλοις. τούς τε πολλοὺς διετάραττε, καὶ διέβαλλεν, ὡς ὄναρ ἐλευθερίας ὁρῶντας, ἔργῳ δὲ ἀπεστερημένους πατρίδων καὶ ἱερῶν, ὅπως ἀντὶ πολλῶν καὶ ἀγαθῶν καὶ γνησίων βασιλέων πρὸς ἕνα δεσπότην, καὶ ἔπηλυν, καὶ ξένον, ἀποβλέπωσι. *Interea Menestheus, Petei filius, Ornei nepos, Erechthei pronepos, primus, ut ajunt, inter homines auram popularem captare aggressus, ac blandiri multitudini, potentiores concitavit, & exasperavit, jam pridem pertæsos Thesei, & existimantes ipsum principatu, atque regno, singulis per populos nobilitate eminentibus, erepto, & conclusis unam in urbem universis, pro subjectis uti, ac servis. Vulgus vero incitavit, & suggillavit, tanquam somnium tantum libertatis cerneret, at re ipsa patria sacrisque exutum, pro legitimis atque bonis regibus multis, unum dominum respicere, advenam, & peregrinum.* Accedebat, quod Tyndaridæ Helenam sororem repeterent: & nonnulli, hos ab ipso concitatos, sunt auctores. Plutarchus: Ταῦτα δὲ αὐτοῦ πραγματευομένου, μεγάλην ῥοπὴν ὁ πόλεμος τῷ νεωτερισμῷ προσέθηκε τῶν Τυνδαριδῶν ἐπελθόντων. οἱ δὲ καὶ ὅλως φα-

σὶν ὑπὸ τούτου πεισθέντας ἐπελθεῖν. *Hæc illo moliente, magnum ad novandas res momentum attulit bellum exortum, quod Tyndaridæ, regionem invadentes, inferebant. Neque desunt, qui affirmant, hos ab ipso concitatos bellum movisse.* Eo bello Aphidnis captis, ubi occultatam esse Helenam acceperant, indicante Arademo, ut Plutarchus nobis refert, sive Decelo, ac prodente eas Titaco, ut Herodotus *l.* IX. suasit populo Menestheus, ut Tyndaridas reciperent, soli Theseo infensos, injuriæ auctori. Plutarchus: Ἐχομένων δ' οὖν τῶν Ἀφιδνῶν, καὶ τῶν ἐν ἄστει δεδιότων, ἔπεισε τὸν δῆμον ὁ Μενεσθεὺς δέχεσθαι τῇ πόλει, καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοὺς Τυνδαρίδας, ὡς μόνῳ Θησεῖ βίας ὑπάρξαντι πολεμοῦντας, τῶν δὲ ἄλλων εὐεργέτας ὄντας ἀνθρώπων καὶ σωτῆρας. *Occupatis Aphidnis, & Atheniensibus sibi metuentibus, suasit populo Menestheus, ut benigne in urbem suam Tyndaridas reciperent, ut qui soli injuriæ auctori Theseo arma inferrent, aliis autem bene facerent, atque item conservarent.* Atque id cum persuasisset, hi recepti intra urbem, eum regem, loco Thesei, statuerunt. Pausanias, in *Atticis*: Τότε δὲ ἐχομένου Θησέως, στρατεύουσιν ἐς Ἀφίδναν οἱ Τυνδάρεω παῖδες, καὶ τήν τε Ἀφίδναν αἱροῦσι, καὶ Μενεσθέα ἐπὶ βασιλείᾳ κατήγαγον. *Cum tunc Theseus detineretur, Tyndari filii arma in Aphidnam capiunt, eamque expugnant, & Menestheum in regno collocant.* Hinc, recuperata in hunc modum Helena, captam Æthram, Thesei matrem, secum abducentes, abeunt. Diodorus, *lib.* IV. Καθ' ὃν δὴ χρόνον λέγουσι τοὺς ἀδελφοὺς τῆς Ἑλένης, στρατεύσαντας ἐπὶ τὴν Ἀφίδναν, καὶ τὴν πόλιν ἑλόντας, ταύτην μὲν κατασκάψαι, τὴν δ' Ἑλένην ἀπαγαγεῖν εἰς Λακεδαίμονα, παρθένον οὖσαν, καὶ μετὰ ταύτης δούλην τὴν μητέρα Θησέως Αἴθραν. *Inter id tempus ajunt fratres Helenæ, bello Aphidnam aggressos, captam urbem diruisse, Helenamque, adhuc virginem, abduxisse, & cum ea servam Æthram Thesei matrem.* Apollodorus, *lib.* III. Πολυδεύκης δὲ καὶ Κάστωρ, εἰς Ἀθήνας ἐπιστρατεύσαντες, ἐν ᾅδου Θησέως ὄντος, αἱροῦσι τὴν πόλιν, καὶ τὴν Ἑλένην λαμβάνουσι, καὶ τὴν Θησέως μητέρα Αἴθραν ἄγουσιν αἰχμάλωτον. *Pollux vero & Castor, comparato in Athenas exercitu, cum apud inferos esset Theseus, urbem capiunt, & Helenam recipiunt, Theseique matrem Æthram captivam abducunt.* Scholiastes Apollonii, *l.* I. Ἐπεστράτευσαν δὲ κατὰ τῆς Τροιζῆνος οἱ Διόσκουροι διὰ τὴν ἀδελφήν, Θησέως ὄντος ἐν ᾅδου, καὶ πορθήσαντες, ἔλαβον αἰχμάλωτον Αἴθραν, τὴν Θησέως μητέρα. *Exercitum duxerunt in Trœzenem Dioscuri ob sororem, Theseo apud inferos degente, atque ea direpta, captivam abduxere Æthram, Thesei matrem.* Videndus quoque Isaacius Tzetzes *in Lycophronem*. Posteaque Paris eam Helenam rapiens, Trojam itidem abduxit. Hyginus, *Mytholog.* cap. XCII. *Alexander, Veneris impulsu, Helenam a Lacedæmone ab hospite Menelao Trojam abduxit, eamque in conjugio habuit, cum ancillis duabus, Æthra, & Thisadie; quas Castor & Pollux captivitas ei assignarant.* Plutarchus: Αἴθραν δὲ, τὴν Θησέως μητέρα, γενομένην αἰχμάλωτον, ἀπαχθῆναι λέγουσιν εἰς Λακεδαίμονα, κἀκεῖθεν εἰς Τροίαν μετὰ Ἑλένης. καὶ μαρτυρεῖν Ὅμηρον, ἕπεσθαι τῇ Ἑλένῃ φάμενον Αἴθρην, Πιτθέως θύγατρα, Κλυμένην τε βοῶπιν. *Æthram vero, Thesei matrem, captivam factam, Lacedæmonem abductam ferunt, atque hinc cum Helena Trojam. Ac testari id Homerum, inquientem, Helenam secutam esse Æthram, Pitthei filiam, & venustis oculis præditam Clymenen.* Et Homeri quidem locus, quem designat, exstat iste *Iliad.* γ'. ubi sic de Helena scribit:

Οὐκ οἴη· ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο,
Αἴθρη, Πιτθέως θυγάτηρ, Κλυμένη τε βοῶπις.
Non sola; nam duæ eam ancillæ sequebantur,
Æthra, Pitthei filia, & venustis oculis Clymena.

Ubi errat Scholiastes, qui non recte aliam, hanc a Thesei matre, Æthram putat: Ἑτέρα τῆς Θησέως μητρός ἐστιν αὕτη ἡ Αἴθρα. αἰσχρὸν γὰρ ὑπάρχει, θεραπαίνης τρόπῳ ἀκολουθεῖν τῇ Ἑλένῃ τὴν Αἴθραν, ἑκυρὰν νομισθεῖσαν. *Alia a Thesei matre est hæc Æthra. Siquidem turpe est, Æthram veluti ancillam sequi Helenam, ejus socrum existimatam.* Itaque postea capta Troja, filiis Thesei, nepotibus suis, Demophoonti, & Acamanti, obviam facta, tandem agnita ab iisdem, & in patriam reducta est. Narrat id Quintus Smyrnæus *lib.* XIII. ubi de occursu ejus ita canit:

Καὶ τότε Δημοφόωντι, μενεπτολέμῳ τ' Ἀκάμαντι,
Θησῆος μεγάλοιο δι' ἄστεος ἤντετο μήτηρ.
Et tunc Demophoonti, bellacique Acamanti,
Magni Thesei mater in urbe occurrebat.

Et mox de captivitate, ita refert:

Ὣς φάτο· οἱ δ' ἀΐοντες ἑοῦ μνήσαντο τοκῆος,
Ἀμφ' Ἑλένης ὅσ' ἔρεξε, καὶ ὡς διέπερσαν Ἀφίδνας
Κοῦροι ἐριγδούποιο Διὸς πάρος· ὁππότ' ἄρ' αὐτοὺς
Ὑσμίνης ἀπάνευθεν ἀπεκρύψαντο τιθῆναι
Νηπιάχους ἔτ' ἐόντας· ἀναμνήσαντο δ' ἀγαυῆς
Αἴθρης, ὅσ' ἐμόγησε δορυκτήτῳ ὑπ' ἀνάγκῃ.
Ἀμφω ὁμῶς ἑκυρή τε καὶ ἀμφίπολος γεγονυῖα
Ἀντιθέης Ἑλένης. —
Sic ait; illi autem audientes recordati sunt parentis sui,
Quæ fecisset propter Helenam, & ut Aphidnas populati essent
Olim Jovis Tonantis filii; cum ipsos
Procul a pugna addidissent nutrices
Adhuc parvulos; meminerunt & illustris
Æthræ, quanta perpessa esset sub captivitatis jugo;
Utraque facta socrus simul & ancilla
Divinæ Helenæ. —

Huc pertinet, quod Delphis, in templo Apollinis, pictura quædam fuerit, in qua expressa erat Æthra, ad cutem usque tonsa, & Demophoon, meditabundus, quonam modo eam liberare posset. Pausanias, in *Phocicis*: Ἐφεξῆς δὲ τῇ Ἑλένῃ, μήτηρ γε ἡ Θησέως, ἐν χρῷ κεκαρμένη· καὶ παίδων τῶν Θησέως Δημοφῶν ἐστί, φροντίζων, ὅσα γε ἀπὸ τοῦ σχήματος, εἰ ἀνασώσασθαί οἱ τὴν Αἴθραν ἐνέσται. *Post Helenam, est mater Thesei, ad cutem tonsa; & e Thesei filiis Demophon, meditans, ut quidem est ex figura colligere, an liberare Æthram possit.* Munitum quoque pronepotem, Acamantis autem filium ex Laodice, Priami filia, clam nutrivit: ac deinde, capta Troja, secum in Græciam adduxit, Lycophron breviter innuit:

Ἡ ζῶσ' ἐς ᾅδην ἵξεται καταιβάτις,
Θρήνοισιν ἐντακεῖσα, Μουνίτου τοκάς.
Veniet, ad inferos viva descendens,
Lamentis tabefacta, Muniti mater.

Ubi Isaacius Tzetzes: Ἐρασθεῖσα δὲ Λαοδίκη, ἡ τοῦ Πριάμου θυγάτηρ, Ἀκάμαντος, ἐμίγη αὐτῷ, καὶ ἔτεκεν υἱόν, Μούνιτον κληθέντα, φοβουμένη δέ, δέδωκε βρέφος Αἴθρᾳ, τῇ τοῦ Θησέως μητρί, ἤτοι τῇ μάμμῃ τοῦ Ἀκάμαντος, ἀνατρέφειν αὐτό. συνῆν γὰρ τῇ Ἑλένῃ ἐν τῇ Τροίᾳ ἐξ Ἀθηνῶν, ἁρπαγεῖσα παρὰ τῶν Διοσκούρων. *Laodice vero, Priami filia, Acamantis amore capta, cum eo rem habuit, filiumque, Munitum dictum, est enixa. Metuens vero educandum puerum dedit Æthræ, matri Thesei, aviæque Acamantis: siquidem tunc Trojæ Æthra una cum Helena morabatur, Athenis abrepta a Dioscuris.* Parthenius, amorem Laodices erga Acamantem narrans, *Erotic.* cap. XVI. Χρόνου δὲ προϊόντος, γίνεται τῷ Ἀκάμαντι υἱὸς Μούνιτος· ὃν ὑπ' Αἴθρας τραφέντα, μετὰ Τροίας ἅλωσιν διεκόμισεν ἐπ' οἶκον. *Progressu autem temporis, nascitur Acamanti filius Munitus; quem ab Æthra educatum, post excidium Trojæ, domum transtulit.* Plutarchus ait, hanc historiam a quibusdam velut fabulosam argui; Munychumque item appellat, qui ab aliis Munitus dicitur: tum Demophoontis item filium.

non Acamantis, eum facit: Οἱ δὲ διαβάλλουσι καὶ τὴν περὶ Μουνύχου μυθολογίαν, ὃν ἐκ Δημοφῶντος Λαοδίκης κρύφα τεκούσης ἐν Ἰλίῳ συνεκθρέψαι τὴν Αἴθραν λέγουσιν. *Nonnulli autem etiam ut fabulosum traducunt, quod de Munycho memoratur: quem ajunt, Ilii ex coitu clandestino natum Laodicæ ex Demophoonte, ab Æthra educatum esse.*

CAP. XXIX.

Tandem, exacto quadriennio, Athenas redit, ab Hercule liberatus: cui gratitudinis ergo templa sua, præter quatuor, cuncta dedicat. Sed remp. cum capessere iterum vellet, per seditionem probibitus, Menestheo populum concitante, devotis prius Atheniensibus in loco, qui Ἀρατήσιον *dictus, urbe excedit. Etymologici Auctor correctus. Filios ad Elephenorem mittit: sive illi jam se antea subduxerant. A quibusdam ostracismo ejectus dicitur, cujus ipse primus auctor. Causæ plures indicatæ. Regnum quam diu tenuerit.*

ITAQUE sic quadriennium, ut ostendi, apud inferos commoratus, tandem, Herculis beneficio liberatus, Athenas redit. Plutarchus: Ἀϊδωνέως δὲ τοῦ Μολοσσοῦ ξενίζοντος Ἡρακλέα, καὶ τὸν περὶ τὸν Θησέα καὶ Πειρίθουν κατὰ τύχην μνησθέντος, ἅ τε πράξοντες ἦλθον, καὶ ἃ φωραθέντες ἔπαθον, βαρέως ἤνεγκεν ὁ Ἡρακλῆς, τὸν μὲν ἀπολωλότος ἀδόξως, τὸν δὲ ἀπολλυμένου. καὶ περὶ Πειρίθου μὲν, οὐδὲν ᾤετο ποιήσειν πλέον, ἐγκαλῶν, τὸν δὲ Θησέα παρῃτεῖτο, καὶ χάριν ἠξίου ταύτην αὐτῷ δοθῆναι. *Quum vero Aidoneus Molossus Herculem hospitio excepisset, ac Pirithoi Theseique mentionem forte fecisset, narrans quæ facturi venerint, ac quam deprehensi pœnam passi essent. Hercules inique tulit, alterum periisse inglorie, alterum etiam perire. Ac de Pirithoo, eum accusans, nihil amplius sibi faciendum statuit: verum Theseum concedi postulavit, atque hanc sibi gratiam fieri.* Diodorus, *l.* IV. Καὶ Θησέα μὲν, ὕστερον (συνέβη) διὰ τὸν Ἡρακλέους χάριν ἀπολυθῆναι. *Ac Theseum quidem, postea (contigit) in Herculis gratiam liberari.* Et Theseus ipse, eum alloquens apud Euripidem, in *Hercule Furente*, salutis suæ auctorem fatetur, istis verbis:

Κἀγὼ χάριν σοι τῆς ἐμῆς σωτηρίας
Τήνδ᾽ ἀντιδώσω. ——
Et ego tibi gratiam pro mea salute
Hanc referam. ——

Et Athenas sic reversus, Herculi gratitudinis ergo, templa omnia, ante sibi dedicata, solis quatuor exceptis, consecravit. Plutarchus: Συγχωρήσαντος δὲ Ἀϊδωνέως, λυθεὶς ὁ Θησεὺς, ἐπανῆλθε μὲν εἰς τὰς Ἀθήνας, οὐδέπω παντάπασι τῶν φίλων αὐτοῦ κεκρατημένων. καὶ ὅσα ὑπῆρχεν τεμένη πρότερον αὐτῷ τῆς πόλεως ἐξελούσης, ἅπαντα καθιέρωσεν Ἡρακλεῖ, καὶ προσηγόρευσεν ἀντὶ Θησείων Ἡράκλεια, πλὴν τεσσάρων. *Concedente vero Aidoneo, liberatus Theseus, Athenas quidem est reversus, amicis omnibus necdum omnino oppressis. Ac quæcunque antea sibi a civitate templa assignata erant, omnia Herculi, præter quatuor, consecravit, pro Theseis illa Heraclea vocans.* Et hoc est, quod Aristides dicit, *Orat. in Herculem*: Καὶ οὕτω σφόδρα τῆς κρείττονος μοίρας ἐκρίθη τὸ ἐκείνου πρᾶγμα, ὥστε καὶ ὅσα Θησεῖα ἦν κατὰ τοὺς δήμους, ἅπαντα μετεσκεύασαν, καὶ κατέστησαν Ἡράκλεια ἀντὶ Θησείων. *Quin tantopere hic prælatus est, ut Thesea, quæ per populos haberentur, mutato nomine, pro Theseis Heraclea appellarent.* Et Theseum, ei hæc promittentem, introducit Euripides, in *citata* statim *fabula*:

—— Πανταχοῦ δέ μοι χθονὸς
Τεμένη δέδασται ταῦτ᾽ ἐπωνομασμένα
Σέθεν τὸ λοιπὸν ἐκ βροτῶν κεκλήσεται.
—— *Ubique vero terrarum mihi*
Delubra sunt attributa: hæc denominata
A te deinceps ab hominibus vocabuntur.

Sed reversus, cum rempublicam iterum capessere vellet, cives reluctantes habuit, & seditionibus turbatus fuit. Plutarchus Εὐθὺς δὲ βουλόμενος, ὡς πρότερον, ἄρχειν, καὶ καθηγεῖσθαι τοῦ πολιτεύματος, εἰς στάσεις ἐνέπεσε καὶ ταραχάς. οὓς μὲν ἀπέλιπε μισοῦντας αὐτὸν, εὑρίσκων τὸ μὴ φοβεῖσθαι τῷ μισεῖν προσειληφότας· ἐν δὲ τῷ δήμῳ πολὺ τὸ διεφθαρμένον ὁρῶν, καὶ θεραπεύεσθαι βουλόμενον, ἀντὶ τοῦ ποιεῖν σιωπῇ τὸ προσταττόμενον. ἐπιχειρῶν οὖν βιάζεσθαι, κατεδημαγωγεῖτο καὶ κατεστασιάζετο. *Sed cum mox pristino more cuperet imperare, ac præesse reipublicæ, in seditiones & motus incurrit: nam, quos sibi infensos reliquerat, deprehendens odio contemptum quoque adsumpsisse; populumque magna ex parte corruptum videns, nec jam ultra tacite jussa facientem; verum blande secum agi postulantem, vim conatus adhibere, factione ac tumultu prohibitus fuit.* Etenim Menestheus populum concitaverat, & in suas partes traxerat magno studio. Pausanias, in *Atticis:* Μενεσθεὺς δὲ τῶν μὲν παίδων τῶν Θησέως, παρ᾽ Ἐλεφήνορα ὑπεξελθόντων ἐς Εὔβοιαν, εἶχεν οὐδένα λόγον· Θησέα δὲ, εἴ ποτε παρὰ Θεσπρωτῶν ἀνακομισθήσεται, δυσανταγώνιστον ἡγούμενος, διὰ θεραπείας τὰ τοῦ δήμου καθίστατο, ὡς Θησέα ἀνασωθέντα ὕστερον ἀπωσθῆναι. *Menestheus vero Thesei quidem liberorum, qui ad Elephenorem in Eubœam se subduxerant, rationem nullam habebat; verum Theseo, si is unquam e Thesprotide rediret, cum se parem vix futurum intelligeret, conciliatis populi studiis, blande ipsum demulcendo, effecit, ut reversus mox expelleretur.* Itaque, cum de recuperando pristino principatu desperaret, missis liberis ad Elephenorem in Eubœam, ipse quoque urbe excedens, ac devotis Atheniensibus Gargetti, in eo loco, qui deinde ex re illa Ἀρατήριον appellatus, Scyrum petiit. Plutarchus: Καὶ τέλος ἀπογνοὺς τὰ πράγματα, τοὺς μὲν παῖδας εἰς Εὔβοιαν ὑπεξέπεμψε πρὸς Ἐλεφήνορα τὸν Χαλκώδοντος· αὐτὸς δὲ Γαργηττοῖ κατὰ τῶν Ἀθηναίων ἀρὰς θέμενος, οὗ νῦν ἐστὶ τὸ καλούμενον Ἀρατήριον, εἰς Σκῦρον ἐξέπλευσεν, οὔσης αὐτῷ πρὸς τοὺς ἐκεῖ φιλίας, ὡς ᾤετο, καὶ χωρίων ἐν τῇ νήσῳ πατρῴων. *Denique rebus deploratis, liberos clam in Eubœam ad Elephenorem Chalcodontis filium misit; ipse vero cum Gargetti loco, qui nunc etiam Araterium dicitur, Athenienses devovisset, in Scyrum enavigavit: quia amicos, ut putabat, sibi haberet insulanos & paterna ibidem prædia.* Ubi quæ de liberis ad Elephenorem amandatis mox confirmat; dicens eos una cum ipso ad Trojam militatum ivisse: Ἀλλὰ τῶν μὲν Ἀθηναίων ἐβασίλευσε Μενεσθεὺς, οἱ δὲ παῖδες (τοῦ Θησέως) ἰδιωτεύοντες συνεστράτευσαν εἰς Ἴλιον. *Sed apud Athenienses regnum tenebat Menestheus: filii vero (Thesei) vitam privatam agentes, cum Elephenore ad Ilium militarunt.* Pausanias tradit, eos, etiam apud Thesprotos commorante patre Theseo, clam se ex urbe subduxisse, & ad Elephenorem confugisse. Vides clare, in *citatis* statim *verbis*. Idem dicit, in Cretam ad Deucalionem contendisse, verum, tempestate actum, in Scyrum insulam appulisse: Στέλλεται δὲ Θησεὺς παρὰ Δευκαλίωνα ἐς Κρήτην, ἐξενεχθέντα δὲ αὐτὸν ὑπὸ πνευμάτων ἐς Σκῦρον τὴν νῆσον, λαμπρῶς περιεῖπον οἱ Σκύριοι. *Contendens itaque Theseus ad Deucalionem in Cretam, cum vi ventorum in insulam Scyrum delatus esset, benigne a Scyriis est exceptus.* Devotos vero a Theseo Athenienses, locumque Ἀρατήσιον dictum, Auctor Etymologici quoque fidem facit, istis verbis: Ἀρατήσιον, τόπος Ἀθήνησιν, οὕτω καλούμενος· ὅτι Θησεὺς, μετὰ τὸ ὑποστρέψαι ἐκ τοῦ ᾅδου, ἐκπεσὼν Ἀθηνῶν, ἐκεῖσε τὰς κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀρὰς ἐποιήσατο. *Aratesium, locus Athenis, ita dictus; quia Theseus, postquam ab inferis rediisset, ejectus Athenis, diris illic inimicos devovisset.* Quanquam rectius ex Plutarcho Ἀρατήριον heic legendum esse censeam. Ejus ex urbe excessum, & exilium voluntarium, refert quoque Diodorus, *libro* IV. Θησεὺς δὲ μετὰ ταῦτα καταστασιασθεὶς, καὶ φυγὰς ἐκ τῆς

πατρί-

A
πατρίδος, ἐπὶ τῆς ξένης ἐτελεύτησεν. *Postea Theseus, per seditionem actus, patriaque sua excedens, peregre vitam finivit*. Et Plutarchus, *De Exsilio*: Καὶ μὴν ἔφυγε Θησεὺς ἐξ Ἀθηνῶν, δι᾽ ὃν οἰκοῦσι νῦν εἰς Ἀθήνας ἄνθρωποι· καὶ πόλιν ἀπέβαλεν, ἣν οὐκ εἶχεν, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἐποίησε. *Athenis excessit exulatum Theseus, cui hoc debent homines, quod Athenas inhabitent: & urbem amisit, quam non inquilinus tenuit, sed ipse condidit*. Alii dicunt, non simpliciter excessisse sponte sua, sed ejectum ostracismo. Tarrhæus, in *Collect. Proverb.* in Ἀρχὴ Σκυρία. Ὀστρακισθῆναι δὲ πρῶτον Ἀθήνησι Θησέα, ἱστορεῖ Θεόφραστος, ἐν τοῖς Πρώτοις Καιροῖς. *Ostracismo vero primum ejectum esse Theseum, refert Theophrastus, in eo Opere, quod inscripsit*, Πρῶτοι Καιροὶ *Prima Tempora*. Quæ totidem verbis etiam Suidas, in Ἀρχὴ Σκυρία. Eustathius, *ad Iliad.* ι΄. Λέγει δὲ ὁ (ὁ Παυσανίας) ὅτι ὀστρακισθῆναι πρῶτον Ἀθήνησι Θησέα ἱστορεῖ Θεόφραστος. *Ait vero etiam (Pausanias) quod primum Athenis ostraco ejectum Theseum memoret Theophrastus*. Et ipse eum primus lege instituisse memoratur. Eusebius, *Chron.* l. 1. Θησεὺς Ἀθηναίους, κατὰ χώραν ἐσπαρμένους, εἰς ἓν συναγαγὼν, ἤτοι εἰς μίαν πόλιν, πρῶτος ἐξωστρακίσθη, αὐτὸς πρῶτος θεὶς τὸν νόμον. Quæ sic vertit Hieronymus: *Theseus, cum Athenienses, prius per regionem dispersos, primus in unam civitatem congregasset, ignominiose ejectus per signa testarum, eandem legem primus ipse constituens*. Quæ transscripsit totidem verbis Marianus Scotus, *lib.* 1. Idque Lyco maxime impulsore factum, ait Scholiastes Aristophanis, *ad Plutum*: Μετὰ τὸ χαρίσασθαι τὴν δημοκρατίαν τοῖς Ἀθηναίοις τὸν Θησέα, Λύκος τὶς συκοφαντήσας ἐποίησεν ἐξοστρακισθῆναι τὸν ἥρωα. *Postquam Theseus eam Atheniensibus gratiam fecisset, ut remp. ipsis redderet, Lycus quidam calumnia circumventum heroem ostracismo ejici fecit*. Causas varias memorat Isaacius Tzetzes, *ad Lycophronem*: Θησεὺς, φοβηθεὶς διὰ τὴν ἁρπαγὴν τῆς Ἑλένης, καὶ τὴν κατ᾽ αὐτοῦ ἐκστρατείαν τῶν Διοσκούρων, ἦλθε πρὸς Λυκομήδην, καὶ διέτριβε περὶ τὴν νῆσον· ἢ κατά τινας, ὅτι ὑπόνοιαν παρέσχον, ὅτι μέλλει τυραννεῖν ἐν Ἀθήναις. ἢ καθ᾽ ἑτέρους, ὅτι ὑπὸ Λύκου τοῦ Αἰγέως ἀδελφοῦ, ἢ διὰ τὸν φόβον τῶν Παλλαντιδῶν, ἢ διὰ τὴν Ἱππολύτου ἀναίρεσιν, ἐξώσθη τῶν Ἀθηνῶν. *Theseus, metuens ob raptum Helenæ, ac Dioscurorum adversus ipsum expeditionem, abiit ad Lycomedem, & in insula versabatur. Vel, ut nonnulli tradunt, quod suspicionem præbuisset, fore, ut tyrannidem Athenis affectaret. Vel, ut alii, quod a Lyco, Ægei fratre, aut Pallantidarum metu, sive ob sublatum Hippolytum, Athenis ejectus fuerit*. Ubi quod de Lyco ait, vidimus quoque in *citatis* statim *verbis* Scholiastæ Aristophanis: Τὸν Θησέα Λύκος τὶς συκοφαντήσας ἐποίησεν ἐξοστρακισθῆναι. *Theseum Lycus quidam per calumniam circumventum ostracismo ejici fecit*. Ob sublatum imprecatione sua filium Hippolytum, etiam Philostratus dicit, in *Heroicis*: Φησὶ γὰρ Θησέα, ἐξ Ἀθηνῶν φεύγοντα, ἐπὶ τῇ ἀρᾷ τῇ ἐς τὸν υἱὸν, ἀποθανεῖν ὑπὸ Λυκομήδους ἐν Σκύρῳ. *Ait enim Theseum, Athenis exulantem, propter imprecationem in filium, a Lycomede in Scyro interfectum fuisse*. Itaque regno hunc in modum excidit Theseus, cum obtinuisset illud annos triginta. Eusebius, *Chron.* l. 1. Ἀθηναίων ἐβασίλευσε δέκατος Θησεὺς Αἰγέως ἔτη λ΄. Hieronymus: *Atheniensibus regnavit decimus Theseus annis triginta*. Ac consentiunt Marianus Scotus, *Chron.* l. 1. & Vincentius Bellovacensis, *Spec. Hist.* l. II. c. LIV.

CAP. XXX.

In Scyrum delatus, ad Lycomedem, ab eodem præcipitatus, sive, ut alii tradidere, sponte lapsus, interimitur. Causæ plures indicatæ. Ejus filii; Demophon, & Acamas, ex Phædra: Hippolytus, ex Amazone Antiopa, aut Hippolyta: Melanippus, *e Periguna. Filia quoque Iphigenia, ex Helena nata.*

CUM in Scyrum appulisset, Lycomedes, insulæ rex, agros suos postulantem, metuens sibi, in rupem eductum, tanquam inde eos illi ostensurus, dat præcipitem: sive ipse, ut alii volunt, inter ambulandum cespitans, sponte sua est prolapsus. Plutarchus: Ἐβασίλευε δὲ τότε Λυκομήδης τῶν Σκυρίων· πρὸς τοῦτον οὖν ἀφικόμενος, ἐξῄτει τοὺς ἀγροὺς ἀπολαβεῖν, ὡς αὐτόθι κατοικήσων. ἔνιοι δέ φασι, παρακαλεῖν αὐτὸν βοηθεῖν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους. ὁ δὲ Λυκομήδης, εἴτε δείσας τὴν δόξαν τοῦ ἀνδρὸς, εἴτε τῷ Μενεσθεῖ χαριζόμενος, ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς χώρας ἀναγαγὼν αὐτὸν, ὡς ἐκεῖθεν ἐπιδείξων τοὺς ἀγροὺς, ὦσε κατὰ τῶν πετρῶν, καὶ διέφθειρεν· ἔνιοι δ᾽ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ πεσεῖν φασὶν, σφαλέντα, μετὰ δεῖπνον, ὥσπερ εἰώθει, περιπατοῦντα. *Rex tunc erat Scyriorum Lycomedes; ad eumque accedens, agros sibi reddi petiit, velut illuc habitaturus. Ajunt quidam, eum opem postulasse adversus Athenienses. At Lycomedes, sive gloriam viri metuens, sive in gratiam Menesthei, cum in locum regionis eminentem eduxisset, tanquam inde agros ei monstraturus, præcipitem eum de saxo egit, & occidit. Quidam vero sponte decidisse dicunt, a cœna inambulantem, ut solebat, male posito vestigio*. Regno ejus imminuisse, tradit Isaacius Tzetzes, *in Lycophronem*: Φυγὰς (ὁ Θησεὺς) ἦλθεν εἰς Σκῦρον· κἀκεῖ δὲ νεωτερίζόμενον ὁ Λυκομήδης αὐτὸν ἰδὼν, καὶ δειλιάσας περὶ τῆς ἀρχῆς, ἀναγαγὼν ἐπί τινα λόφον, καὶ δῆθεν τινὰ ὑποδεικνὺς κατεκρήμνισε, καὶ ἀνεῖλεν αὐτόν. *Profugus (Theseus) venit in Scyrum. Ubi cum res novas molientem videret Lycomedes, ideoque sibi de principatu metueret, deductum in collem quendam, unde quædam ei ostenderet, præcipitatum interfecit*. Heraclides, *de Rebuspub.* Ἐλθὼν (ὁ Θησεὺς) εἰς Σκῦρον, ἐτελεύτησεν, ὠσθεὶς κατὰ πετρῶν ὑπὸ Λυκομήδους, φοβηθέντος μὴ σφετερίζηται τὴν νῆσον. *Cum venisset (Theseus) in Scyrum, diem obiit, de ruppe præcipitatus a Lycomede, metuente ne insulam in potestatem suam redigeret*. Addunt quidam, etiam uxori ejus stuprum obtulisse. Eustathius, extremo Commentario *ad Iliad.* ι΄. Ἐπιθέμενος (ὁ Θησεὺς) τῇ Λυκομήδους ἀρχῇ, καὶ πειρῶν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, κατεκρημνίσθη. *Imminens (Theseus) principatui Lycomedis, pudicitiamque uxoris ejus tentans, præcipitatus est*. Lucilius Tarrhæus, in Ἀρχὴ Σκυρία, ut & Suidas, idem dicunt, iisdem verbis. Pausanias dicit, suspectum Lycomedi fuisse nimium suorum subditorum in ipsum studium. Ecce ejus verba, in *Atticis*: Ἐξενεχθέντα δὲ αὐτὸν (τὸν Θησέα) ὑπὸ πνευμάτων εἰς Σκῦρον τὴν νῆσον, λαμπρῶς περιεῖπον οἱ Σκύριοι, κατὰ γένους δόξαν, καὶ ἀξίωμα, ὧν ἦν αὐτὸς εἰργασμένος. Καὶ οἱ θάνατον Λυκομήδης διὰ ταῦτα ἐβούλευσεν. *Delatum vero ipsum (Theseum) tempestate in Scyrum insulam, a Scyriis, tum ob generis claritatem, tum ob rerum præclare gestarum magnitudinem, splendide tractatus est. Quæ res effecit, ut ei mortem Lycomedes machinaretur*. De Thesei in Scyro morte, ita Lycophron:

Πάλιν δ᾽ ὁ πέτρας ἀσκέρας ἀνειρύσας,
Καὶ φασγάνου ζωστῆρα, καὶ ξίφος πατρὸς,
Ὁ Φημίου παῖς, Σκῦρος ᾧ λυγροὺς τάφους
Κρημνῶν ἔνερθεν αἰγίλιψ ῥοιζουμένων
Πάλαι δοκεύει τὰς ἀταρχύτους ῥιφάς.
Rursum qui e saxo calceos extraxerat,
Ensisque cingulum, & gladium patris,
Phemii nepos, cui Scyrus sepulchrum triste
Sub præcipitiis ardua deturbatis
Jampridem servat insepultos jactus.

Et Valerius Maximus, de Theseo verba faciens, *l.* v. *c.* III. *Hujus tamen, summoti ab Atheniensibus Scyrus, exule minor insula, ossa mortui cepit*. Aristides, *Orat. Plat.* II. Καίτοι ὁ Θησεὺς, φυγών τε, καὶ διαφθαρεὶς, ἐν τῇ Σκύρῳ τελευτῶν, οὐκ ἄτιμος ἔμεινε. *Quanquam nec Theseus, & exul, & per-*

ditus, & in Scyro moriens, inhonoratus mansit. Ac Thesei quidem, hunc in modum interempti, nullam omnino Athenienses rationem habuere: atque regno a Menestheo occupato, filii ejus, ad privatam fortunam redacti, cum Elephenore adversus Trojam sunt profecti. Plutarchus: Καὶ παραυτίκα μὲν οὐδεὶς ἔσχεν αὐτοῦ λόγον οὐδένα τεθνηκότος. ἀλλὰ τῶν μὲν Ἀθηναίων ἐβασίλευσε Μενεσθεύς, οἱ δὲ παῖδες ἰδιωτεύοντες Ἐλεφήνορι συνεστράτευσαν εἰς Ἴλιον. *Atque in præsens nullus mortui ullam rationem habuit: sed Menestheus rex Atheniensium fuit, filii vero privatam vitam agentes cum Elephenore ad Ilium militarunt.* Illi autem fuere, Demophoon, & Acamas. Tryphiodorus, in *Ilii Excidio*:

Δημοφόων τ' Ἀκάμας τε δύω Θησήϊα τέκνα.
Demophoonque & Acamas duo Thesei filii.

Euripides, *Hecuba*:

Τὼ Θησείδα δὲ, ὄζω Ἀθηνῶν,
Δισσῶν μύθων ῥήτορες ἦσαν.
Thesidæ vero duo, rami Athenarum,
Duorum sermonum auctores erant.

Ubi Scholiastes: Οἱ τοῦ Θησέως παῖδες, Ἀκάμας, καὶ Δημοφῶν, οἳ ἦσαν Ἀθηναῖοι, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὸ Ἴλιον, οὐχ ἡγούμενοι τινῶν. *Thesei filii, Acamas, & Demophon, qui Athenienses erant, ad Ilium militabant, nullos ducentes.* Erantque hi e Phædra nati. Diodorus Siculus, *l.* IV. Ἐκ δὲ Φαίδρας (ὁ Θησεὺς) Ἀκάμαντα, καὶ Δημοφῶντα, ἐγέννησε. *Ex Phædra autem (Theseus) Acamantem, & Demophontem, suscepit.* Hippolytus, ex Amazone natus, sive Antiopa, sive Hippolyta, jam obierat diem suum, uti supra enarravi. De matre Phædra, & fratre consanguineo Hippolyto, ipse Demophon ita scribit in *Epistola ad Phyllidem*, apud Aulum Sabinum:

Non laqueos audis caræ me flere parentis?
Flebilior laqueis hei mihi causa subest!
Non fratrem Hippolytum? cecidit miserabilis ille,
Præceps attonitis per freta raptus equis.

Erat etiam Melanippus, e Periguna, Sinnidis filia. Plutarchus: Ἦν δὲ τῷ Σίννιδι καλλίστη καὶ μεγίστη θυγάτηρ, ὄνομα Περιγούνη ..... καὶ τῷ μὲν Θησεῖ συγγενομένη, Μελάνιππον ἔτεκε. *Erat vero Sinnidi filia forma & statura excellens, Periguna nomine; .... eaque e complexu Thesei Melanippum peperit.* Pausanias, in *Phocicis*: Ἀργεῖοι δὲ ἐκ τῆς Σίννιδος θυγατρὸς γενέσθαι Θησεῖ Μελάνιππον λέγουσι. *Argivi vero ex Sinnidis filia natum esse Theseo Melanippum dicunt.* Meminere ejus etiam Harpocration, & Suidas, in Μελανίππειον. Habuit quoque filiam Iphigeniam; quam ex Helena ipsi natam quidam Auctores tradiderunt, uti supra indicavi. Ex his Demophon, mortuo Menestheo, regnum paternum recepit Vide *de Reg. Athen.* l. III. c. II.

CAP. XXXI.

Ossa ejus longo post tempore a Cimone & inventa, & relata. Plutarchi locus restitutus. Scholiastæ Aristophanis error. Occasio reportandorum, pestis: & in ea oraculum urbi datum. Scholiastes Aristophanis emendatus. Heroum ejus in Colono Equestri structum. Templum etiam, quod asylum: idque geminum. Unum in urbe, in quo magistratus quidam a Sexviris lecti & jus dictum, tum & carcer: alterum ad murum longum, versus mare. Festum item; & in eo epulum pauperibus datum: ac certamen celebratum. Octavus cujusque mensis dies dedicatus: idque quare. Maximum ejus sacrum quando, qua de causa. Phocensium quoque sacrificium. Inter signa cœlestia, ut & Lyra, relatus, & Engonasin putatus. Silanionis, propter eum, & Parrhasii, honores.

AC in præsens quidem, ut dixi, nullam Thesei rationem habuere Athenienses; sed post longum deinde tempus, jussu oraculi, ossa ejus reportarunt, duce & inventore Cimone, & insigni demum honore affecerunt. Plutarchus: Παραυτίκα μὲν οὐδεὶς ἔσχεν αὐτοῦ λόγον οὐδένα τεθνηκότος ..... χρόνοις δ' ὕστερον Ἀθηναίους ἄλλα τε παρέστησεν ὡς ἥρωα τιμᾶν Θησέα. καὶ τῶν ἐν Μαραθῶνι πρὸς Μήδους μαχομένων, ἔδοξαν οὐκ ὀλίγοι φάσμα Θησέως ἐν ὅπλοις καθορᾶν πρὸ αὐτῶν, ἐπὶ τοὺς βαρβάρους φερόμενον. μετὰ δὲ τὰ Μηδικὰ, Φαίδωνος ἄρχοντος, μαντευομένοις τοῖς Ἀθηναίοις ἀνεῖλεν ἡ Πυθία, τὰ Θησέως ἀναλαβεῖν ὀστᾶ, καὶ θεμένους ἐντίμως παρ' αὐτοῖς φυλάττειν. ἦν δὲ καὶ λαβεῖν ἀπορία, καὶ γνῶναι τὸν τάφον, ἀμιξίᾳ καὶ χαλεπότητι τῶν ἐνοικούντων βαρβάρων. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Κίμων, ἑλὼν τὴν νῆσον, (ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται) καὶ φιλοτιμούμενος ἐξανευρεῖν, ἀετοῦ τινὰ τόπον βουνοειδῆ κόπτοντος (ὥς φασι) τῷ στόματι, καὶ διαστέλλοντος τοῖς ὄνυξι, θείᾳ τινὶ τύχῃ συμφρονήσας, ἀνέσκαψεν· εὑρέθη δὲ θήκη τε μεγάλου σώματος, αἰχμή τε παρακειμένη χαλκῆ, καὶ ξίφος. κομισθέντων δὲ τούτων ὑπὸ Κίμωνος ἐπὶ τῆς τριήρους, ἡσθέντες οἱ Ἀθηναῖοι, πομπαῖς τε λαμπραῖς ἐδέξαντο, καὶ θυσίαις, ὥσπερ αὐτὸν ἐπανερχόμενον εἰς τὸ ἄστυ. *Atque in præsens quidem nemo ullam mortui rationem habuit; ... posterioribus vero temporibus visum est Atheniensibus, cum aliis ex causis, honorem Theseo ceu heroi tribuere: tum qui in pugna Marathonia pugnaverant, non pauci visi sunt speciem armati Thesei ante signa conspicari, impetum in Barbaros facientem. Post bellum Medicum, Phædone archonte, consulentibus Apollinem Atheniensibus, respondit vates, ut ossa Thesei recuperarent, eaque honorifice apud se reposita servarent. Erat vero & auferre illa, & nosse sepulchrum, admodum difficile, ob inhospitalitatem & feritatem incolentium Barbarorum. Verum Cimon, ea insula expugnata, (ut in ejus Vita dixi) eorum inveniendorum gloriam captans, aquila locum quendam clivosum (sicut ferunt) tundente, unguibusque fodiente, animum divina quadam sorte advertens, locum effodit. Ac repertus ibi loculus magni corporis, tum apposita cuspis ænea, item ensis. Quibus a Cimone in triremi sua adductis, lætabundi Athenienses, summa cum pompa, & sacrificiis, velut reducem in urbem excepere.* Ac rursum, in *Vita Cimonis*: Πυνθανόμενος δὲ τὸν παλαιὸν Θησέα τὸν Αἰγέως φυγόντα μὲν ἐξ Ἀθηνῶν εἰς Σκῦρον, αὐτοῦ δ' ἀποθανόντα δόλῳ διὰ φόβον, ὑπὸ Λυκομήδους τοῦ βασιλέως, ἐσπούδασε τὸν τάφον ἀνευρεῖν· καὶ γὰρ ἦν χρησμὸς Ἀθηναίοις, τὰ Θησέως λείψανα κελεύων ἀνακομίζειν εἰς ἄστυ, καὶ τιμᾶν ὡς ἥρωα πρεπόντως. ἀλλ' ἠγνόουν ὅπου κεῖται, Σκυρίων οὐχ ὁμολογούντων, οὐδ' ἐώντων ἀναζητεῖν. τότε δὴ πολλῇ φιλοτιμίᾳ τοῦ σηκοῦ μόγις ἐξευρεθέντος, ἐνθέμενος ὁ Κίμων εἰς τὴν αὐτοῦ τριήρη τὰ ὀστᾶ, καὶ τἄλλα κοσμήσας μεγαλοπρεπῶς, κατήγαγεν εἰς τὴν αὐτοῦ δι' ἐτῶν σχεδὸν τετρακοσίων. *Quum autem accepisset, veterem Theseum Ægei filium profugum Athenis, se in Scyrum contulisse; atque ibi a rege Lycomede, sibi metuente, dolo occisum, summo studio operam dedit, ut sepulchrum inveniret. Nam Atheniensibus oraculum per illud tempus datum erat, quod jubebat, reliquias Thesei in urbem referri; atque eum, ut decebat, veluti heroem colere. Cæterum, ubi conditus esset, ignorabant, non consentientibus Scyriis, nec inquirere permittentibus. Mox vero vix magno studio conditorio reperto, ossa Cimon in triremem suam imposuit: &, magnifice cæteroquin exornata, in patriam suam reportavit, post quadringentorum fere annorum tempus.* Verum in postremis verbis mendum exstat haud vulgare; siquidem a morte Thesei, usque ad hæc Cimonis tempora, anni plures septingentis numerantur: ac Plutarchus sane octingentos scripserit, itaque restituendum, δι' ἐτῶν σχεδὸν ώ. *post octingentorum fere annorum tempus.* Et proclivis adeo lapsus in numeris ύ & ώ. Hoc & pridem indicavi, *De Arch. Athen.* lib. II. cap. VII. Confundit tempora Scholiastes Aristophanis, *ad Plutum*: & sub ipso Lycomede factum tradit, graviter errans: Ὁ γὰρ (Θησεὺς) παρα-

γενόμενος εἰς Σκῦρον, διῆγε παρὰ Λυκομήδει, τῷ δυνάστῃ τῆς νήσου· ὃς ζηλοτυπήσας, ἀναιρεῖ αὐτὸν δόλῳ. Ἀθηναῖοι δὲ, λιμώξαντες, καὶ κελευσθέντες ἐκδικῆσαι τῷ Θησεῖ, τὸν μὲν Λυκομήδη ἀνεῖλον, τὰ δὲ ὀστᾶ μεταστειλάμενοι, καὶ Θησεῖον οἰκοδομήσαντες, ἰσοθέους αὐτῷ τιμὰς νέμουσι. *Theseus, cum in Scyrum appulisset, agebat apud Lycomedem, insulæ principem: qui, zelotypia actus, ipsum dolo interemit. Athenienses vero, fame pressi, jussique ejusdem cædem ulcisci, Lycomedem quidem occidunt, missis autem, qui referrent ossa ejus, & Theseo ædificato, divinos ipsi honores decernunt.* De inventis a Cimone ejus ossibus, & Athenas reportatis, sunt Pausaniæ quoque verba ista, in *Atticis*: Ὁ μὲν δὴ Θησέως σηκὸς Ἀθηναίοις ἐγένετο ὕστερον, ἢ Μῆδοι Μαραθῶνα ἔσχον, Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου Σκυρίους ποιήσαντος ἀναστάτους, δίκην δὲ τοῦ Θησέως θανάτου, καὶ τὰ ὀστᾶ κομίσαντος ἐς Ἀθήνας. *Theseo vero Athenis templum dedicatum est, non multo post Marathonem a Persis occupatum, quo tempore Cimon Miltiadis filius, Thesei mortem ultus, Scyrios delevit, & ossa Athenas reportavit.* Iterum, in *Laconicis*: Τῷ χρησμῷ δὲ, τῷ γενομένῳ τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἐς τοῦ Ὀρέστου τὰ ὀστᾶ, καὶ Ἀθηναίοις ὕστερον ἐοικότα ἐχρήσθη, κατάγουσιν Ἀθήναζε ἐκ Σκύρου Θησέα· ἄλλως δὲ οὐκ εἶναί σφισιν ἑλεῖν Σκῦρον. ἀνεῦρε δὲ τὰ ὀστᾶ τοῦ Θησέως Κίμων ὁ Μιλτιάδου, σοφίᾳ χρησάμενος καὶ ἔτος, καὶ μετ' οὐ πολὺ εἷλε τὴν Σκῦρον. *Huic autem responso, quod Lacedæmonii acceperunt, de ossibus Orestis, simile fuit, quod Atheniensibus postea reddebatur, ut ossa Thesei e Scyro Athenas deportarent; non posse enim, nisi illud factum esset, Scyrum ab ipsis expugnari. Cimon vero Miltiadis filius ossa Thesei invenit, solertia etiam iste usus, nec multo post Scyro est potitus.* Meminit etiam Diodorus, *l.* IV. & Heraclides, *de Rebusp.* Oraculo autem illud jussos facere Athenienses dicit quoque Aristides, in *Platonica* II. Καί τοι ὁ Θησεὺς φυγών τε, καὶ διαφθαρείς, ἐν τῇ Σκύρῳ τελευτῶν, οὐκ ἄτιμος ἔμεινε παρὰ τῷ θεῷ. ἀλλ' ἐπέταξεν Ἀθηναίοις μετενεγκεῖν αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ, πολλοῖς ὕστερον χρόνοις, ὥς φασιν. *Quanquam nec Theseus exsul, & in Scyro peremtus, a Deo inhonoratus mansit: sed multo post tempore, uti ferunt, ossa ejus referre Athenienses jussit.* Occasionem oraculi hujus pestem tradunt, qua tunc Attica vexabatur. Æneas Gazæus, in *Theophrasto*: Λέγεται δὲ Ἀθηναίοις, ἐπειδὴ ἐνόσουν, τὸν Ἀπόλλω χρῆσαι, Θησέα τὸν Αἰγέως ἐπὶ τὰς Ἀθήνας μεταβιβάζειν. ἐν Σκύρῳ δὲ κατωρώρυκτο· κεῖ γὰρ δολοφονηθεὶς ἐτελεύτησεν. ὑπειπόντα, οὐκ εἶναι τῶν παθημάτων λύσιν, πρὶν ἂν τοῖς Ἀθηναίοις κατατεθνηκὼς ὁ Θησεὺς συνοικισθείη. ἅμα τε τῆς Ἀττικῆς τοῦ Θησέως τὸ λειπόμενον ἐπέβη, καὶ ὁ λοιμὸς οὐκέτι ἦν. *Fertur vero Atheniensibus, cum peste premerentur, Apollinem consultum respondisse, uti Theseum Ægei filium Athenas referrent: (in Scyro autem sepultus erat; in qua, dolo interfectus, diem obierat.) Ac submonuisse item, non morborum finem fore, antequam Athenis Theseus jam defunctus conderetur. Quin & simul Thesei reliquiæ in Atticam fuere illatæ, pestis etiam cessavit.* Ergo corrigendus erat Scholiastes Aristophanis, in *citatis* statim *verbis*: Ἀθηναῖοι δὲ, λοιμώξαντες, καὶ κελευσθέντες ἐκδικῆσαι τῷ Θησεῖ. *Athenienses vero, peste laborantes, jussique Theseum vindicare.* Non recte editur, λιμώξαντες, *fame laborantes*. Et heroum illi structum in Colono Equestri fuit. Pausanias, in *Atticis*, ubi de Colono illo verba facit: Ἡρῷον δὲ (ἐν τῷ Ἱππίῳ Κολωνῷ,) Περίθου, καὶ Θησέως, Οἰδίποδός τε, καὶ Ἀδράστου. *Heroum vero est (in Equestri Colono,) Pirithoi, Thesei, Oedipi, & Adrasti.* Tum & templum condiderunt, quod asylum cunctis foret. Diodorus, *l.* IV. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι μεταμεληθέντες, τά τε ὀστᾶ μετήνεγκαν, καὶ τιμαῖς ἰσοθέοις ἐτίμησαν αὐτὸν, καὶ τέμενος ἄσυλον ἐποίησαν ἐν ταῖς Ἀθήναις, τὸ προσαγορευόμενον ἀπ' αὐτοῦ Θησεῖον. *Athenienses vero, pœnitentia ducti, cum ossa ejus transtulerunt, tum divinis eum honoribus affecerunt, ac delubrum quoque Athenis asylum constituerunt, quod Theseum ab ejus nomine appellarunt.* Et id quidem in media urbe, prope gymnasium. Plutarchus: Καὶ κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον. ἔστι δὲ φύξιον οἰκέταις, καὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις, καὶ δεδιόσι κρείττονας· ὡς καὶ τοῦ Θησέως προστατικοῦ τινὸς καὶ βοηθητικοῦ γενομένου, καὶ προσδεχομένου φιλανθρώπως τὰς τῶν ταπεινοτέρων δεήσεις. *Ac conditus est in media urbe, prope gymnasium. Est vero perfugium servis, & omnibus inferioribus, & potentiores metuentibus: quod libenter & patrocinium præstaret Theseus, & auxilium quoque ferret, ac benigne admitteret preces inferiorum.* Pausanias, in *Atticis*: Πρὸς δὲ τῷ γυμνασίῳ, Θησέως ἐστὶν ἱερόν. *Juxta gymnasium vero, Thesei fanum est.* Hoc intelligit Demosthenes, in Orat. *de Corona*: Ἐδούλευε παρ' Ἐλπίᾳ, τῷ πρὸς τῷ Θησείῳ διδάσκοντι γράμματα. *Servitutem agebat apud Elpiam, qui literas docet juxta Theseum.* Et Apollonius Grammaticus, *in Æschinem*: Καὶ παῖδας ἔχοντα, διδάσκειν γράμματα πρὸς τῷ Θησείῳ. *Et filios habentem, docere literas juxta Theseum.* Neque aliud est putandum, cujus meminit Thucydides, *l.* VI. Καί τινα μίαν νύκτα καὶ κατέδαρθον ἐν Θησείῳ τῷ ἐν πόλει ἐν ὅπλοις. *Et unam quandam noctem in Theseo, quod in urbe est, in armis pernoctarunt.* In eodem magistratus item quosdam Sexviri sorte legebant. Æschines, Orat. *in Ctesiphontem*: Ἀρχὰς δὲ φήσουσιν ἐκείνας εἶναι, ἃς οἱ θεσμοθέται ἀποκληροῦσιν ἐν τῷ Θησείῳ. *Magistratus vero dicent illos esse, quos Sexviri sorte legebant in Theseo.* Porro asylum exstitisse, etiam Hesych. dicit: Θησεῖον, νεὼς Θησέως, ἐφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκοντες κατέφυγον. *Theseum, Thesei fanum, in quod fugitivi confugiebant.* Etym. Auctor: Θησεῖον, τέμενός ἐστι τῷ Θησεῖ, ὃ τοῖς οἰκέταις ἄσυλον ἦν. *Theseum, delubrum Thesei, quod perfugium servis erat.* Jus quoque illic dicebatur. Auctor Etym. de eodem: Ἐλέγοντο δὲ καὶ δίκαι ἐνταῦθα. *Heic vero etiam causæ dicebantur.* Et carcer erat: nam mox subjungit: Δηλοῖ δὲ καὶ δεσμωτήριον παρὰ Ἀθηναίοις. *Significat vero etiam carcerem apud Athenienses.* Idem quoque Hesych. dicit, totidem verbis. Atque inde Θησειότριψ facete ab Aristophane dicitur, qui diu heic versatus esset, captivus: qui pari elegantia *Colonus carceris* a Plauto dicitur. Etymologici Auctor: Θησειότριψ, ὁ ἐν τῷ Θησείῳ διατρίψας. Ἀριστοφάνης Πολυΐδῳ. *Theseotriba, qui in Theseo est versatus. Aristophanes Polyido* Verum etiam alterum erat, extra urbem, ad murum longum. Observare est apud Andotidem, in Orat. *de Myst.* Ἀνακαλέσαντες δὲ τοὺς στρατηγοὺς, ἀνειπεῖν ἐκέλευσαν Ἀθηναίων τοὺς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας, ἰέναι εἰς τὴν ἀγορὰν, τὰ ὅπλα λαβόντας· τοὺς δ' ἐν μακρῷ τείχει, εἰς γε Θησεῖον. *Advocatis copiarum ductoribus, edicere jusserunt, qui in urbe habitarent, uti, sumptis armis, in forum irent: qui in longo autem muro, in Theseum.* Unde via illic *Thesea* appellata. Accipere licet ex Propertio, *l.* III. *eleg.* XX.

Inde, ubi Piræi capient me littora portus,
Scandam ego Theseæ brachia longa viæ.

Et quidem versus mare. Colligo ex isto Aristophanis loco, in *Equitibus*:

Εἰ δ' ἀρέσκει ταῦτ' Ἀθηναίοισι, καθῆσθαί μοι δοκῶ
Εἰς τὸ Θησεῖον πλεύσαις. ——
Quod si placent hæc Atheniensibus, considere mihi videor
Ad Theseum navigantibus.

Præterea festum quoque ejus celebratum. Hesych. Θήσεια, ἑορτὴ Ἀθήνησι. *Thesea, festum Athenis.* Et epulum tunc pauperibus dabatur. Hinc est istud Aristophanis, in *Pluto*:

Ὦ πλεῖστα Θησείοις μεμιστυλημένοι,
Γέροντες ἄνδρες, ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις.
O plurima in Theseis minutim concisa accepistis,
Viri senes, cum paucissimis farinis.

Meminitque ejus festi rursum, in *Thesmoph.*

Προεδρίαν τ' αὐτῇ δίδοσθαι Θησείοισι, καὶ Σκίροις.
Priorem ipsi sessionem dari in Theseis, & Sciris.

[A] Et certamen etiam tum peragebatur. Aulus Gellius, *l. xv. c. xx. Eleusinio & Theseo certamine pugnavit, & coronatus est.* Celebrata autem die mensis cujusque octavo. Scholiastes Aristophanis, *in Plutum*: Ταῖς δὲ ὀγδόαις τὰ Θησεῖα ἤγετο. *Octavo quoque mensis die Thesea celebrabant.* Et mox iterum: Ογδόῃ δὲ τὰ Θησεῖα ἦγον· καὶ πᾶσαν τὴν ἡμέραν ἐπανηγύριζον, εἰς τιμὴν τοῦ ἥρωος. *Octavo die Thesea agitabant: ac totum diem festum habebant, in honorem herois.* Suidas: Ημέραι τινὲς ἐνομίζοντο Αθήνησι θεοῖς τισίν· οἷον νουμηνία, καὶ ἑβδόμη, Απόλλωνι· τετάρτη, Ερμῇ· ὀγδόη, Θησεῖ. *Quidam dies Athenis quibusdam Diis dicabantur; ut novilunium, & septimus, Apollini; quartus, Mercurio; octavus, Theseo.* [B] Plutarchus vero causam tradit, cur octavum quemque diem illi festum nuncupaverint: quia nempe octavo Hecatombæonis Trœzene Athenas pervenerit: Καὶ ταῖς ἄλλαις ὀγδόαις τιμῶσιν αὐτὸν, διὰ τὸ πρῶτον ἐκ Τροιζῆνος ἀφικέσθαι τῇ ὀγδόῃ τοῦ Εκατομβαιῶνος. *Aliorum etiam mensium octavo quoque die eum colunt: quod Trœzene octavo mensis Hecatombæonis venerit.* Et, quod sacrum illi factum, Ογδόδιον dictum. Hesychius: Ογδόδιον, θυσία παρὰ Αθηναίοις, τελουμένη Θησεῖ. *Ogdodium, sacrificium Athenis, celebratum Theseo.* Maximum autem sacrificium peragebant die octavo mensis Pyanepsionis, quod ex Creta tunc cum pueris rediisset. [C] Plutarchus: Θυσίαν δὲ ποιοῦσιν αὐτῷ τὴν μεγίστην ὀγδόῃ Πυανεψιῶνος, ἐν ᾗ μετὰ τῶν ἠϊθέων ἐκ Κρήτης ἐπανῆλθεν. *Sacrum vero illi maximum faciunt octavo Pyanepsionis, quo cum pueris a Creta reversus est.* Quin Phocenses quoque, ex Atheniensium instituto, de navalibus præliis sacrificabant ipsi. Pausanias auctor est, in *Phocicis*: Ωκοδόμησαν δὲ καὶ Αθηναῖοι στοὰν ἀπὸ χρημάτων, ἃ ἐν τῷ πολέμῳ σφίσιν ἐγένετο ἀπό τε Πελοποννησίων, καὶ ὅσοι Πελοποννησίοις ἦσαν τοῦ Ελληνικοῦ σύμμαχοι. ἀνάκειται δὲ καὶ πλοίων τὰ ἄκρα κοσμήματα καὶ ἀσπίδες χαλκαῖ. τὸ δὲ ἐπίγραμμα, τὸ ἐπ᾽ αὐτοῖς, ἀριθμεῖ τὰς πόλεις, ἀφ᾽ ὧν Αθηναῖοι τὰ ἀκροθίνια ἀπέστειλαν..... γενέσθαι δὲ ἀπὸ τῶν ναυμαχιῶν τούτων καὶ θυσίαν Θησεῖ. *Porticum etiam Athenienses de manubiis, quas tum Peloponnesiis, tum vero eorum sociis Græci nominis eripuerant, dedicarunt. Affixa etiam sunt extremarum navium ornamenta & scuta ænea. Inscriptio, quæ addita enumerat civitates, de quibus manubiarum primitias misere Athenienses ..... Ac de navalibus hisce præliis Theseo sacra instituta.* Denique & inter signa cælestia ipsum, Engonasin dictum, item Lyram quoque ejus, retulerunt. Hyginus, *Poet. Astron.* lib. II. *Engonasin Hegesianax Thesea dixit esse, qui Trœzene saxum extollere videtur: quod existimatur Ægeus sub eo saxo Ellopium ensem posuisse, & Æthræ Thesei matri prædixisse; ne ante eum Athenas mitteret, quam sua virtute lapide sublato potuisset patri gladium referre. Itaque niti videtur, ut, quam altissime possit, lapidem extollat. Hac etiam de causa nonnulli Lyram, quæ proxima ei signo est collocata, Thesei esse dixerunt: quod, ut eruditus omni genere artium, lyra quoque didicisse videbatur.* Quin Silanioni item, & Parrhasio, qui imaginem ejus pinxissent, finxissentque, summos honores decrevere. Plutarchus: Σιλανίωνα τιμῶσι, καὶ Παρράσιον, εἰκόνων Θησέως γραφεῖς, καὶ πλάσας, γενομένους. *Silanionem honorant, & Parrhasium, qui Thesei imagines pinxerant, finxerantque.*

F I N I S.

RAPHAELIS TRICHETI DU FRESNE

EPISTOLA

DE CHARONDAE EFFIGIE

IN CATANENSI NUMMO EXPRESSA.



APUD PETRUM SEGUINUM, IN NUMMO ARGENTEO.


CLARISSIMO ET ERUDITISSIMO VIRO

PETRO SEGVINO,

D. GERMANI IN URBE ANTISTITI,

RAPHAEL TRICHETUS DU FRESNE

S. D.





QUEM mihi altera die ex tua locupletissima antiquitatum congerie nummum ostendebas, VIR CLARISSIME, ad Catanenses pertinere inscriptio satis declarat, ΚΑΤΑΝΑΙΩΝ. Sed mihi, fateor, negotii multum facessivit barbari senis in antica nummi parte expressa imago: omnino enim volebam quis ille esset cognoscere. Et certe primo aspectu ex naso, qui simus; ex fronte, quæ depilis; ex oris facie, quæ invenusta; Socratem Sileno similem (ut illum in *Symposio* describit Xenophon) vidisse putaveram. Sed quid Socrati cum Catanensibus? Ad hæc mihi nummum attentius inspicienti cornigera senis illius facies apparuit. Quis autem Socrati cornua unquam assignaret? Similem fere nummum dedit Paruta, inter Catanenses suos numero secundum, nisi quod viri effigies querna, ut videtur, corona redimita est. Si conjecturæ locus datur, expressam a Catanensibus in hisce nummis Charondæ effigiem crediderim. Hic Catanensis fuit, & sua ætate (floruit autem, ut notat Diodorus Siculus *lib.* XII. circa Olympiadem LXXXIII.) sapientia clarus, Pythagoræ olim sectator, Philosophiam in vicinis magnæ Græciæ urbibus docentis. Charondas autem non solum civitati suæ leges scripsit, sed & aliis Chalcidicis per Italiam civitatibus, ut legimus apud Aristotelem *Politic.* lib. II. cap. ult. Et certe apud Ælianum lib. III. *Variæ Histor.* cap. XVII. præter Catanensem, Rheginensium etiam rempublicam ab eo constitutam fuisse legimus, cum patria aliquando pulsus apud illos exularet. Rhegium autem, ut Catanam, a Chalcidensibus conditum scribunt Strabo & Heraclides in lib. *de Politiis*. Thurinis etiam, qui Rheginensibus finitimi erant, jura dedit, ut notat Diodorus Siculus, unde Thurii nomen illi attributum apud Valerium Maxim. *lib.* VI. *cap.* V. quem locum male legit Aldus Manutius, qui in *Commentariis ad librum Ciceronis de Legibus*, Charondam Tyrium, & pessime Alexander ab Alexandro, qui Carthaginensem fecit. Probabile igitur est, & verisimile, Catanenses, ut civis sui de republica optime meriti memoriam conservarent, nummos suos illius imagine obsignasse. Divinis enim propemodum honoribus legislatores suos decorabat Antiquitas, illosque vel deos, vel deis genitos reputabat. Sic Zaleucus Charondæ condiscipulus, post Locrensium urbem legibus munitam, sub nomine Minervæ apud ipsos

Locrenses prudentissimus habitus est, ut scribit Valerius Maximus *lib.* I. *cap.* II. Divinum autem aliquid in Charonda denotant appicta capiti illi-lius cornua, qualia & Jovem Hammonem, & alios, quos potentia deos fecit, gestare videmus. Cornu enim potentiæ symbolum fuisse norunt omnes. Quid vero legibus potentius? In altera nummi parte sceptrum alatum promptam & velocem eloquentiæ vim significat, qua olim usus Mercurius, qui

---- feros cultus hominum recentum
Voce formavit.

Verba autem alata appellavit Homerus in 1. *Odyss.* vers. 122. unde & alatam Mercurio virgam dedit Antiquitas, quæ & priscos legislatores Mercurio assimilavit, ut Moysem, quem Artabanus, apud Euseb. lib. IX. *de Præparatione Euangelica*, Mercurium ab Ægyptiis vocatum fuisse dicit. Quem Moysem cornutum quoque fuisse notant & designant Paginæ sacræ, si bene S. Hieronymus, quæ Hebraice in *Exodo* legerat, Latina fecit: aliter enim loquuntur septuaginta Interpretes. Pateras ex utraque Caducei parte effictas ad religionem pertinere (quæ Politices fere semper pars fuit) tritius est quam demonstratione indigeat. De Charonda hoc unum addam, quod illius sepulchrum ex marmore Catanæ inventum fuit juxta ædem D. Agathæ, circa principium sæculi præteriti, ut notat Fazellus lib. III. *Historiæ Siculæ* cap. 1. cum arca stannea, in qua ossa ejus recondita erant: nec monumento deerat inscriptio. Sed hoc tandem nostra ætate ante annos circiter triginta per summam incuriam, vel potius injuriam demolitum fuisse tradunt ultimi rerum Sicularum scriptores. Et hæc sunt, ORNATISSIME SEGUINE, mea criteria. Tu judex esto & arbiter, pro munere quo fungeris in summo rei antiquariæ tribunali. Ex Bibliotheca nostra. Anno M. DC. LVIII.

F I N I S.

JOANNIS MEURSII

DIONYSIUS.

SIVE

DE AUCTORIBUS ISTIUS NOMINIS, EORUMQUE SCRIPTIS,

LIBER SINGULARIS,

Et nunc primum ex Chirographo Auctoris editus.

SYLLABUS AUCTORUM HUJUS NOMINIS.

Dionysius Ægiensis.
Dionysius Albianus.
Dionysius Alexandrinus, Glauci F.
Dionysius Alexandrinus, Teri F.
Dionysius Alexandrinus, Christianus.
Dionysius Alexandrinus, Episcopus.
Dionysius Arei F.
Dionysius Areopagita.
Dionysius Argivus.
Dionysius Ascalaphus.
Dionysius Atheniensis.
Dionysius Bithynus, Dialecticus.
Dionysius Byzantius.
Dionysius Carthaginiensis.
Dionysius Chalcidensis.
Dionysius Chalcus.
Dionysius Charmidæ F.
Dionysius Colophonius.
Dionysius Corinthius, Major.
Dionysius Corinthius, Minor.
Dionysius Cyrtus.
Dionysius Cyzicenus.
Dionysius Diogenis F.
Dionysius Exiguus.
Dionysius Halicarnasseus, Major.
Dionysius Halicarnasseus, Minor.
Dionysius Heliopolites.
Dionysius Heracleotes.
Dionysius Hydragogus.
Dionysius Jambus.
Dionysius Leptus.
Dionysius Leuctricus.
Dionysius Longinus.
Dionysius Metathemenus.
Dionysius Milesius, Major.
Dionysius Milesius, Minor.
Dionysius Mitylenæus.
Dionysius Musonii F.
Dionysius Nestor.
Dionysius Olynthius.
Dionysius Oxymachi F.
Dionysius Phaselita.
Dionysius Philadelphensis.
Dionysius Rhodius.
Dionysius Salustius.
Dionysius Samius.
Dionysius Scymnæus.
Dionysius Scytobrachion, sive Scyteus.
Dionysius Siculus, Major.
Dionysius Siculus, Minor.
Dionysius Sidius.
Dionysius Sidonius.
Dionysius Sinopensis.
Dionysius Stoicus.
Dionysius Thrax.
Dionysius Tryphonis F.
Dionysius Uticensis.
Dionysius Zopyrus.

JOANNIS MEURSII DIONYSIUS.

SIVE

DE AUCTORIBUS ISTIUS NOMINIS, EORUMQUE SCRIPTIS,

LIBER SINGULARIS.



DIONYSII nomine Scriptores plures citari ab Antiquis invenio; placuit autem singillatim hic proponere, quæ de illis, eorumque item Operibus, apud Auctores passim mihi observata. Tu, benigne Lector, opera hac mea utere, ac fruere. Primus autem esto, F

DIONYSIUS ÆGIENSIS.

Qui scripsit,

Δικτυακὰ

Capitibus centum. Photius in *Bibliotheca*: Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον Διονυσίου Αἰγιέως, Δικτυακῶν ἐπιγραφὴν ἔχον, ἐν ᾧ κεφάλαια περιείληπτο τὸν ἀριθμὸν ἑκατόν. *Lectus est libellus Dionysii Ægiensis, habens* Δικτυακῶν, vel Reticulatorum, *inscriptionem, in quo capita numero centum comprehendebantur.*

DIONYSIUS ALBIANUS.

Ejus, non expresso Opere, meminit Scholiastes Apollonii, *l.* II. Διονύσιος ὁ Ἀλβιανὸς ἱστορεῖ τὰς ἀ-ρειὰς ἠϊόνας λέγεσθαι Ἀχιλλέως δρόμον. *Dionysius Albianus memoriæ tradit Achillis cursum dici lata littora.*

DION. ALEXANDRINUS.

Hujus hodie exstat Poema,

Οἰκουμένης Περιήγησις.

Sed mentiri Auctorem suum inscriptionem hanc ostendemus. Primo, nemo aliorum Scriptorum ita laudat; deinde propius inspiciamus. Dionysii Alexandrini duo fuerunt: unus,

GLAUCI F.

Grammaticus, qui a Nerone ad Trajanum ætatem produxit: de quo Suidas: Διονύσιος Ἀλεξανδρεὺς, ὁ Γλαύκου υἱός. Γραμματικός· ὅστις ἀπὸ Νέρωνος συνῆν, καὶ τοῖς μέχρι Τραϊανοῦ· καὶ τῶν βιβλιοθηκῶν προὔστη. καὶ τῶν ἐπιστολῶν καὶ πρεσβειῶν ἐγένετο, καὶ ἀποκριμάτων· ἦν δὲ καὶ διδάσκαλος Παρθενίου τοῦ Γραμματικοῦ, μαθητὴς δὲ Χαιρήμονος τοῦ Φιλοσόφου· ὃν καὶ διεδέξατο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. *Dionysius Alexandrensis, Glauci fil. Grammaticus; qui a Nerone interfuit, etiam illis usque ad Trajanum; & Bibliothecis præfuit. Et ab epistolis & legationibus, & responsis. Erat autem & Parthenii Grammatici magister, discipulus vero Chæremonis Philosophi; cui etiam Alexandriæ successit.* Alter,

TERI F.

A quo etiam Terus cognomento dictus. Ecce de eo idem Suidas: Διονύσιος Ἀλεξανδρεὺς· Θρᾶξ δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς Τήρου, Τῆρος τοὔνομα κληθείς· Ἀριστάρχου μαθητής· Γραμματικός. ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ, ἐπὶ Πομπηΐου τοῦ Μεγάλου· καὶ ἐξηγήσατο Τυραννίωνι τῷ προτέρῳ· συνέταξε δὲ πλεῖστα γραμματικά τε καὶ συνταγματικά, καὶ ὑπομνήματα. *Dionysius Alexandrensis; Thrax vero a patre Tero, Terus cognomento dictus; Aristarchi discipulus; Grammaticus; qui Romæ docuit, Pompeji Magni tempore; & Tyrannionem primum instruxit; composuit autem plurima grammatica & syntagmatica, tum commentaria.* Vides in neutro mentionem hujus Operis. Ipse Suidas Dionysii Byzantii putat. Sic enim ait in Dionysio Musonii F. Ὑπολαμβάνω ὅτι Διονύσιος ὁ Περιηγητὴς Βυζάντιος ἦν, διὰ τὸν ποταμὸν Ῥήβαν. *Existimo Dionysium Periegeten Byzantium esse, propter fluvium Rhebam.* Verum & illum sua conjectura fallit; nam Byzantius iste scripsit Περιήγησιν non τῆς οἰκουμένης, sed tantum τοῦ ἐν τῷ Βοσπόρῳ ἀνάπλου; ut ipse in eo testatur, & nos statim locum producemus. Verisimile magis, Corinthii esse, aut Milesii; de quo utroque infra videre est. Ut autem ad Dionysium hunc Teri F. sermonem inceptum reducamus, observandum de eo in *citatis* Suidæ *verbis*, paterno genere Thracem fuisse. Itaque apud Auctores passim DIONYSIUS THRAX indigetatur. Etymologici Auctor: Διονύσιος ὁ Θρᾷξ. ἰστέον ὅτι Θρᾷξ ἐλέγετο, ἢ διὰ τὸ τραχὺ τῆς φωνῆς, ἢ ὅτι τῇ ἀληθείᾳ Θρᾷξ ἦν· οὗτος δὲ ὁ Διονύσιος μαθητὴς ἦν τοῦ Ἀριστάρχου· καὶ τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον ζωγραφήσας, ἐν τῷ στήθει αὐτοῦ τὴν τραγῳδίαν ἐζωγράφει· διὰ τὸ ἀποστηθίζειν αὐτὸν πᾶσαν τὴν τραγῳδίαν. *Dionysius Thrax. Sciendum est Thracem dici, vel propter vocis asperitatem, vel quod vere Thrax sit; hic autem Dionysius discipulus erat Aristarchi; & quum suum depinxisset magistrum, in pectore ejus tragœdiam depingit; quia ille expectorabat omnem tragœdiam.* Laudatur ab eodem in ἐανὸς, ἐπισχόμενος, & παρφασίας. Apud Suidam quoque, *in* Πέλανοι, legendum existimo, Διονύσιος Θρᾷξ, *Dionysius Thrax*, pro Δ. Θραξὶ, *D. Thracibus*. Inter Opera ejus,

Μελέται.

Scholiastes Homeri *ad Odyss.* X. Διονύσιος ὁ Θρᾷξ ἐν ταῖς Μελέταις, ἵνα φησὶ τὸ πολλὰ μεταξὺ πέτει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. *Dionysius Thrax in Meditationibus, ubi ait illud,* multa inter volant calicem & labium supremum. Item,

Περὶ τῆς ἐμφάσεως τῶν περὶ τῶν τροχίσκων συμβόλου.

Atque ex eo Opere insigne fragmentum conservavit nobis Clemens, *Strom.* v. Ἀλλὰ καὶ Διονύσιος ὁ Θρᾷξ, ὁ Γραμματικὸς, ἐν τῷ Περὶ τῆς ἐμφάσεως τῶν περὶ τῶν τροχίσκων συμβόλου, φησὶ κατὰ λέξιν. Ἐσήμαινον γ' οὖν οὐ διὰ λέξεως μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ συμβόλων ἔνιοι τὰς πράξεις· διὰ λέξεως μὲν, ὡς ἔχει τὰ λεγόμενα Δελφικὰ πα-

A ραγγέλματα, τὸ Μηδὲν ἄγαν, καὶ τὸ Γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· διὰ δὲ συμβόλων, ὡς ὅ τε τροχὸς, ὁ στρεφόμενος ἐν τοῖς τῶν θεῶν τεμένεσιν, εἱλκυσμένος παρὰ Αἰγυπτίων· καὶ τὸ τῶν θαλλῶν τῶν διδομένων τοῖς προσκυνοῦσι. φησὶ γὰρ Ὀρφεὺς ὁ Θρᾴκιος·

Θαλλῶν δ' ὅσσα βροτοῖσιν ἐπὶ χθονὸς ἔργα μέμηλεν,
Οὐδὲν ἔχει μίαν αἶσαν ἐπὶ φρεσὶν, ἀλλὰ κυκλεῖται
Πάντα πέριξ. στῆναι δὲ καθ' ἓν μέρος οὐ θέμις ἐστίν·
Ἀλλ' ἔχει, ὡς ἤρξαντο, δρόμου μέρος ἴσον ἕκαστος.

οἱ θαλλοὶ ἤτοι τῆς πρώτης τροφῆς σύμβολον ὑπάρχουσιν, ἢ ὅπως ἐπιστῶνται οἱ πολλοὶ, τοὺς μὲν καρποὺς δι' ὅλου θάλλειν καὶ αὔξεσθαι διαμένοντας ἐπιπλεῖστον· σφᾶς δὲ αὐτοὺς ὀλίγον εἰληχέναι τὸν τῆς ζωῆς χρόνον· τούτου χάριν δίδοσθαι τοὺς θαλλοὺς βούλονται· ἴσως δὲ καὶ ἵνα ἐπιστῶνται ὅτι ὡς οὗτοι αὖ καίονται, οὕτως καὶ τοὺς εἰς τοῦτον τὸν βίον ταχέως ἐκλιπεῖν, καὶ πυρὸς ἔργον γενήσεσθαι. *Sed & Dionysius Thrax, Grammaticus, in libro de declaratione symboli in rotulis, inquit ad verbum. Significabant igitur non per dictionem solum, sed & per symbola nonnulli actiones; per dictionem quidem, ut sunt, quæ dicuntur Delphica præcepta, Nihil nimis, & Nosce te ipsum, & his similia; per symbola autem, sic ut & rota, quæ vertitur in Deorum templis, tracta ab Ægyptiis; & istud ramorum, qui dantur iis qui adorant. Inquit enim Orpheus Thracius,*

Sed ramorum quæcunque hominibus in terræ curæ sunt opera,
Nil habet fatum unum in mente, sed volvuntur
Omnia circum; stare autem in una parte non fas est;
Sed habet, uti inceperunt, æqualem cursus partem unusquisque.

Rami sive primi alimenti symbolum sunt, sive ut sciat vulgus, fructus quidem omnino germinare & augeri manentes utplurimum; se autem ipsos parvum accepisse vitæ tempus; bujus causa dare volunt ramos; forsan autem etiam ut sciant; sicut ii post uruntur, sic & illos in hanc vitam ingressos celeriter deficere, & ignis opus futuros esse. Porro scripsit,

Περὶ ἐνυπνίων.

Tertullianus innuit, lib. *de Anima*, c. XLVI. *Neoptolemus Tragædus, apud Rhœteum Trojæ sepulcrum Ajacis, monitus in somnis, & cum lapidum senia deponit, dives inde auro redit. Quanti autem commentatores & adfirmatores in hanc rem, Artemon, Antiphon, Strato, Philochorus, Epicharmus, Serapion, Cratippus, Dionysius Rhodius, & Hermippus, tota sæculi literatura.* Atqui, inquies, Rhodium mihi Dionysium tu hic nominas, & non Thracium. Eximam scrupulum. Ita nuncupabatur hic noster, etsi Alexandrinus esset. Strabo docet *l.* XIV. Διονύσιος δὲ ὁ Θρᾷξ, καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοὺς Ἀργοναύτας ποιήσας, Ἀλεξανδρεῖς μὲν, ἐκαλοῦντο δὲ Ῥόδιοι. *Dionysius autem Thrax, & Apollonius qui Argonautas condidit, Alexandrini quidem, Rhodii vero dicebantur.* Nisi contendas accipiendum de Dionysio Musonii F. quem Rhodium alii, nonnulli Samium tradiderunt; ut mox suo loco dicemus. Scripsit etiam,

Περὶ Ῥόδου.

Stephanus *in* Ταρσός· Διονύσιος δὲ ὁ Θρᾷξ ἐν τῷ περὶ Ῥόδου, ἀπὸ τῆς τοῦ Βελλεροφόντου πτώσεως· μέρος γάρ τι τοῦ ποδὸς ταρσὸν καλεῖσθαι. *Dionysius autem Thrax in libro de Rhodo ab Bellerophontis casu; partem enim quandam pedis calcem vocari.* Alius vero item ab his fuit,

DION. ALEXANDRINUS,
Christianus.

Qui scripsit,

Ὑπόμνημα εἰς τὸν Ἐκκλησιαστὴν Σολομῶντα.

Suidas de eo: Διονύσιος, ἐξ Ἀλεξανδρείας, οὗ εὗρον

ὑπόμνημα εἰς τὸν Ἐκκλησιαστὴν Σολομῶντα, λίαν εὐφραδές. *Dionysius ex Alexandria, cujus inveni commentarium in Ecclesiasten Solomonem, valde disertum.* Hujus quoque esse puto *Enarrationem in Epistolam Pauli ad Romanos*, quæ exstat in Bibliotheca Augustana. Alius ab hoc,

DION. ALEXANDRINUS, *Episcopus*.

De eo, Scriptisque, vide Eusebium, *l.* VI. *c.* XLIV. XLV. XLVI. & *librum* totum VII. item Nicephorum *l.* VII. *c.* VI.

DION. AREI F.

Suetonius in *Augusto*, cap. LXXXIX. *Deinde etiam varia eruditione repletus Sphæri, Arei philosophi, filiorumque ejus Dionysii & Nicanoris contubernium iniit.* De Scriptis ejus nihil liquet.

DION. AREOPAGITA.

Hic itidem Christianus. Ejusque Scripta hodie exstant.

DION. ARGIVUS.

Videtur *Historias* scripsisse. Clemens *Strom.* I. Κατὰ δὲ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος τῆς Ἀγαμέμνονος βασιλείας, Ἴλιον ἑάλω, Δημοφῶντος τοῦ Θησέως βασιλεύοντος Ἀθήνησι τῷ πρώτῳ ἔτει, Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα, ὥς φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος. *Octavo autem & decimo anno regni Agamemnonis, Ilium captum est, regnante Athenis Demophoonte Thesei filio anno primo, duodecimo mensis Thargelionis, ut inquit Dionysius Argivus.* Schol. Pindari *Nem.* ode II. Κατὰ μέρη πρότερον τῆς (Ὁμήρου) ποιήσεως διαδιδομένης, τῶν ἀγωνιστῶν ἕκαστος, ὅ, τι βούλοιτο μέρος ᾖδε. τοῖς δὲ ἆθλον τοῖς νικῶσιν ἀρνὸς ἀποδεδειγμένου προσαγορευθῆναι τότε μὲν ἀρνῳδούς· αὖθις δὲ ἑκατέρας τῆς ποιήσεως εἰσενεχθείσης, τοὺς ἀγωνιστὰς οἷον ἀκουομένους πρὸς ἄλληλα τὰ μέρη, καὶ τὴν σύμπασαν ποίησιν ἐπιόντας, ῥαψῳδοὺς προσαγορευθῆναι. ταῦτά φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος. *Quum per partes (Homeri) primo poema traderetur, certantium quisque, quam volebat, partem canebat. Præmio autem victoribus agno exhibito tum quidem cognominatos fuisse arnodos; rursus vero utraque poesi illata, certantes, utpote auditos ad mutuas partes & universum carmen exsequentes, rhapsodos vocatos fuisse. Hæc scribit Dionysius Argivus.*

DION. ASCALAPHUS.

Ita dictus fuit, vel quod semper in ore haberet istum Homeri versum:

> Οἳ δ' ἀμφ' Ἀσκάλαφον καὶ Ἰάλμενον, ἠδ' Ὀρέστην.
> *Qui autem circa Ascalaphum & Ialmenum, vel Orestem.*

Vel quod corpore procero ac gracili esset, instar avis ascalaphi. Etymologici Auctor. Διονύσιος ὁ Ἀσκάλαφος· ἐλέγετο δὲ ὅτι συνεχῶς ἐμέμνητο τοῦ Ὁμηρικοῦ στίχου·

> Οἳ δ' ἀμφ' Ἀσκάλαφον καὶ Ἰάλμενον, ἠδ' Ὀρέστην.

ἢ ἐπειδὴ μακρὸς καὶ λεπτὸς ἦν, καὶ ὠχρός. τοιοῦτον δέ ἐστιν ὁ ἀσκάλαφος τὸ ὄρνεον. *Dionysius Ascalaphus; dicebatur autem quod continuo memorabat versum Homericum;*

> *Qui autem circa Ascalaphum & Ialmenum, vel Orestem.*

vel quoniam longus & gracilis erat, & pallidus. Talis autem volucris est ascalaphus. Atque hunc esse arbitror, qui etiam ὁ Λεπτὸς dicebatur; cujusque *Commentarium in Theodoridæ Carmen de Amore* laudat Athen. *l.* XI. Διονύσιος δ' ὁ Λεπτὸς, ἐξηγούμενος Θεοδωρίδα τὸ εἰς τὸν Ἔρωτα μέλος, τὴν κελέβην φησὶ τίθεσθαι ἐπὶ ὀρθοῦ ποτηρίου, οἷον Προυσιάδος καὶ Θηρικλείου. *Dionysius autem Gracilis, exponens Theodoridæ carmen in Amorem, celeben inquit poni in recto poculo, quale Prusiadis & Thericlei.*

DION. ATHENIENSIS.

De eo dixi *Bibl. Att.* lib. II.

DION. BITHYNUS, *Dialecticus*.

Strabo *l.* XII. Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι κατὰ παιδείαν γεγόνασιν ἐν τῇ Βιθυνίᾳ, Ξενοκράτης τε ὁ Φιλόσοφος, καὶ Διονύσιος ὁ διαλεκτικός. *Viri autem memorabiles propter doctrinam in Bithynia fuerunt, & Xenocrates Philosophus, & Dionysius dialecticus.* Meminit ejus quoque Diogen. Laert. in *Aristippo*, l. II. Ἤκουσε δὲ καὶ Ἀννικέριδος ὁ Θεόδωρος, καὶ Διονυσίου τοῦ διαλεκτικοῦ, καθά φησιν Ἀντισθένης ἐν Φιλοσόφων διαδοχαῖς. *Audivit autem & Anniceridem Theodorus, & Dionysium dialecticum, ut dicit Antisthenes in Philosophorum successionibus.* Scripta ejus incerta.

DION. BYZANTIUS.

Scripsit,

Περιήγησιν τοῦ ἐν τῷ Βοσπόρῳ ἀνάπλου.

ET

Περὶ Θρήνων.

Suidas commemorat: Διονύσιος Βυζάντιος, ἐποποιός. Περιήγησιν τοῦ ἐν τῷ Βοσπόρῳ ἀνάπλου. Περὶ Θρήνων. ἔστι δὲ ποίημα μεστὸν ἐπικηδείων. *Dionysius Bizantius, versificator. Descriptionem navigationis in Bospori. De luctibus: est vero poema plenum cantibus sepulcralibus.* Ejus Περιήγησις nominatur etiam a Stephano in Χρυσόπολις, ubi fragmentum quoddam ejus profert. Διονύσιος δ' ὁ Βυζάντιος τὸν ἀνάπλουν τοῦ Βοσπόρου γράφων, περὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τάδε φησί. Κέκληται δὲ Χρυσόπολις, ὡς μὲν ἔνιοι φασὶν, ἐπὶ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας. ἐνταῦθα ποιουμένων τῶν προσιόντων ἀπὸ τῶν πόλεων χρυσοῦ τὸν ἀθροισμόν. Οἱ δὲ πλείους, ἀπὸ Χρύσου παιδὸς Χρυσηΐδος καὶ Ἀγαμέμνονος. *Dionysius autem Byzantius navigationem Bospori scribens, de nomine ejus hæc inquit. Vocata autem est Chrysopolis, ut quidem nonnulli dicunt, sub Persarum imperio illuc congerentium aurum, quod ab urbibus colligebatur. Plures vero ab Chryso Chryseidis & Agamemnonis filio.*

DION. CARTHAGINIENSIS.

Diogenes Laertius in *Euclide* l. II. Καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ Μεγαρικοὶ προσηγορεύοντο, εἶτ' ἐριστικοὶ, ὕστερον δὲ διαλεκτικοὶ· οὓς οὕτως ὠνόμασε πρῶτος Διονύσιος ὁ Καρχηδόνιος, διὰ τὸ πρὸς ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν τοὺς λόγους διατίθεσθαι. *Et qui ab eo dicti sunt Megarici, deinde litigiosi, postea autem dialectici; quos sic primus nominavit Dionysius Carthaginiensis, quod eorum sermones ad interrogationem & responsionem dispositi sint.* Meminit ejus etiam Clemens *Strom.* I. De Scriptis nihil constat.

DION. CHALCIDENSIS.

Laudat incerto Opere Zenobius *Cent.* V. *Prov.* LXXIV. Μέμνηται τοῦ χρησμοῦ καὶ Μνασέας, καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεύς. *Meminit oraculi & Mnaseas, & Dionysius Chalcidensis.* Item Schol. Apollonii *l.* I. Δαΐμαχος καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς οὐ τὴν περὶ Ἀχιλλέως διεσπαρμένην ἀφῆκαν ἡμῖν χώρας δόξαν. *Daimachus & Dionysius Chalcidensis non reliquerunt nobis de Achille disseminatam de regione gloriam.* Iterum: Διονύσιος δὲ ὁ Χαλκιδεὺς εἰρῆσθαί φησιν αὐτοὺς Μάκρωνας. *Dionysius vero Chalcidensis inquit illos Macrones fuisse dictos.* Et Dionysius Halicarn. *Antiquit. Rom.* lib. I. Διονύσιος δὲ ὁ Χαλκιδεὺς οἰκιστὴν μὲν ἀποφαίνει τῆς πόλεως Ῥῶμον. *Dionysius autem Chalcidensis*

Remum urbis quidem conditorem profert. Respexit sine dubio Opus

Περὶ Κτίσεων.

Id varie commemoratur. Schol. Apollonii *lib.* IV. Καὶ Ἀρίστων ὁ Χῖος ἐν ταῖς Θέσεσι, καὶ Διονύσιος, ὁ Χαλκιδεὺς ἐν πρώτῳ Κτίσεων τὰ αὐτά φασι. *Et Ariston Chius in Positionibus, & Dionysius Chalcidensis in libro primo Originum eadem inquiunt*. Ac totidem verbis Schol. Aristophanis *ad Nubes*. Suidas *in* Πραξιδίκη· Διονύσιος δὲ ἐν Κτίσεσιν, Ὠγύγου (φησὶ) θυγατέρας. *Dionysius autem in Originibus, Ogygi (inquit) filias*. Et *in* Τελμισεῖς. Η ἐμίγη εἰς σκύλακα μεταβαλών· διὸ καὶ τερατοσκόπον αὐτὴν ἐποίησεν, ὡς Διονύσιος ἐν Κτίσεσι. *Cum qua coiit mutatus in catulum; quare & prodigiorum eam fecit observatricem, ut Dionysius in Originibus*. Plutarchus *de Herodoti Malign.* Αὐτοὶ δὲ ἀναλαβόντες τοὺς παῖδας εἰς Κέρκυραν διεκόμισαν, ὡς Ἀντήνωρ τε ὁ Κρητικὸς ἱστόρηκε, καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς ἐν ταῖς Κτίσεσι. *Illi vero recipientes pueros in Corcyram transvexerunt, quemadmodum Antenor Creticus prodidit, & Dionysius Chalcidensis in Originibus*. Harpocration tertium ejus Operis librum citat, *in* Ηφαιστία. Δηλοῖ δὲ καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς ἐν τρίτῃ Κτίσεων. *Indicat autem & Dionysius Chalcidensis in libro tertio de Originibus*. Etiam quintum, *in* Ηραῖον τεῖχος. Ὥς φησι Διονύσιος ἐν πέμπτῃ Κτίσεων. *Ut inquit Dionysius in libro quinto de Originibus*. Ac tot numero universim libri fuerunt: Marcianus in sua *Periegesi*:

Ἐφόρῳ τε, καὶ τῷ τὰς Κτίσεις εἰρηκότι
Ἐν πέντε βίβλοις Χαλκιδεῖ Διονυσίῳ.
Et Ephoro, & qui narravit Origines urbium
In quinque libris Chalcidensi Dionysio.

DION. CHALCUS.

Hujus

Ποιήματα

laudat Plutarchus in *Nicia*: Προσποιούμενος δὲ υἱὸς εἶναι Διονυσίου τοῦ Χαλκοῦ προσαγορευθέντος, οὗ καὶ Ποιήματα σώζεται, καὶ τῆς εἰς Ἰταλίαν ἀποικίας ἡγεμὼν γενόμενος, ἔκτισε Θουρίους. *Simulans autem esse filium Dionysii Æneі cognominati, cujus & Poemata servantur, & coloniæ in Italiam præfectus factus, condidit Thurios*. Et particulatim

Ἐλεγεῖα

nominat Aristot. *Rhetor.* l. III. c. II. Οἷον Διονύσιος προσαγορεύει ὁ Χαλκοῦς ἐν τοῖς Ἐλεγείοις κραυγὴν Καλλιόπης τὴν ποίησιν. *Qualiter Dionysius Æneus in Elegiis clangorem Calliopes appellat poesin*. Item Athen. *lib.* X. Οὐ κακῶς οὖν ὁ Χαλκοῦς ἐπικαλούμενος Διονύσιος ἐν τοῖς Ἐλεγείοις κυλίκων ἐρέτας ἔφη·

Καί τινες οἶνον ἄγοντες ἐν εἰρεσίᾳ Διονύσου
Συμποσίου ναῦται, καὶ κυλίκων ἐρέται.

Non male igitur Dionysius Æneus cognominatus in Elegiis poculorum remiges dixit;

Et quidam vinum ducentes in remigio Bacchi
Convivii nautæ, & poculorum remiges.

Iterum *lib.* XV. Μνημονεύει τῶν λαταγῶν καὶ τῶν κοττάβων καὶ ὁ Χαλκοῦς καλούμενος Διονύσιος ἐν τοῖς Ἐλεγείοις διὰ τούτων·

Κότταβον ἐνθάδε σοι τρίτον ἱστάναι οἱ δυσέρωτες
Ἡμεῖς προστίθεμεν γυμνασίῳ Βρομίου
Κώρυκον· οἱ δὲ παρόντες ἐνείρετε χεῖρας ἅπαντες
Ἐς σφαίρας κυλίκων, καὶ πρὶν ἐκεῖνον ἰδεῖν,
Ὄμματι βηματίσασθε τὸν αἰθέρα τὸν κατακλινῆ,
Εἰς ὅσον αἱ λάταγες χωρίον ἐκτέταται.

Meminit in Elegiis Dionysius Æneus dictus strepituum & cottaborum;

Cottabum illic tibi tertium stare infelices in amoribus
Nos apponimus in schola Bacchi
Follem; præsentes vero immittite manus cuncti
In pilas poculorum, & priusquam ille videat,
Aspectu metimini æthera vergentem,
In quantum strepitus spatium extensi sint.

Nec poeta tantum fuit, sed & orator; & Χαλκοῦς dictus fuit, quod Atheniensibus suaserit, nummo æneo uti. Docet idem Athen. *loco cit.* ubi & aliud ex Elegiis ejus fragmentum profert: Καὶ ὁ Δημόκριτος, ἀλλ' ἵνα κἀγώ, φησι, μνημονεύσω τοῦ Χαλκοῦ ποιητοῦ καὶ ῥήτορος Διονυσίου (Χαλκοῦς δὲ προσηγορεύθη, διὰ τὸ συμβουλεῦσαι Ἀθηναίοις χαλκῷ νομίσματι χρήσασθαι· καὶ τὸν λόγον τοῦτον ἀνέγραψε Καλλίμαχος ἐν τῇ τῶν ῥητορικῶν ἀναγραφῇ) λέξω τι καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν Ἐλεγείων. σὺ δὲ, ὦ Θεόδωρε, τοῦτο γὰρ σὸν τὸ κύριον ὄνομα, δέχου·

Τήνδε προπινομένην τὴν ἀπ' ἐμοῦ πρόποσιν
*** ἐγὼ δ' ἐπιδέξια πέμπω
Σοὶ πρώτῳ Χαρίτων ἐγκεράσας χάριτας.
Καὶ σὺ λαβὼν τότε δῶρον ἀοιδὰς ἀντιπρόπιθι,
Συμπόσιον κοσμῶν, καὶ τὸ σὸν εὖ θέμενος.

Et Democritus, sed ut & ego, inquit, meminero Ænei poetæ & rhetoris Dionysii (Æneus autem cognominatus est, eo quod suaserit Atheniensibus æneo uti nummo; & hanc rationem descripsit Callimachus in rhetoricorum catalogo) dicam etiam aliquid ipse ex Elegiis. Tu vero, o Theodore, hoc enim tuum proprium nomen, accipe;

Hanc autem propinatam a me propinationem
**** ego vero ingeniosa mitto*
Tibi primo Gratiarum infundens lepores.
Et tu accipiens hoc munus cantilenas propina,
Convivium exornans, & tuum bene ponens.

DION. CHARMIDÆ F.

Laudatur alibi a Scholiaste Pindari.

DION. COLOPHONIUS.

Huic nonnulli tribuunt Menippi Opera. Diog. Laert. in *Menippo*, lib. II. Ἔνιοι δὲ τὰ βιβλία αὐτοῦ, οὐκ αὐτοῦ εἶναι, ἀλλὰ Διονυσίου καὶ Ζωπύρου τῶν Κολοφωνίων· οἳ τοῦ παίζειν ἕνεκα συγγράφοντες, ἐδίδοσαν αὐτῷ ὡς εὖ δυναμένῳ διαθέσθαι. *Nonnulli autem libros ejus, non esse ejus, sed Dionysii & Zopyri Colophoniorum; qui jocandi caussa conscribentes, dederunt ei tanquam bene ad disponendum idoneo.*

DION. CORINTHIUS, *Major.*

De eo, Scriptisque, ita Suidas. Διονύσιος Κορίνθιος, ἐποποιός· ὑποθήκας· αἴτια ἐν βιβλίῳ α'· μετεωρολογούμενα· καὶ καταλογάδην ὑπόμνημα εἰς Ἡσίοδον· οἰκουμένης διήγησιν δι' ἐπῶν. *Dionysius Corinthius, versificator*; scripsit *præcepta vitæ; & caussas in libro singulari; meteorologica; & oratione soluta commentarium in Hesiodum; orbis terrarum descriptionem versibus*. Alius fuit,

DION. CORINTHIUS, *Minor.*

Hic Christianus fuit, & nescio an illic natus; certe Episcopum ibi egit. Vide quæ de eo, Scriptisque ipsius, Eusebius *Hist. Eccles.* lib. IV. cap. XXIII. & Nicephorus *lib.* IV. *cap.* VIII.

DION. CYRTUS.

Medicus erat. Stephanus: Κύρτος, πόλις Αἰγύπτου, ἐν τῷ μεσογείῳ· ἐκ ταύτης Διονύσιος ἦν διάσημος ἰατρός, ἀπὸ τῆς πατρίδος, οὐκ ἀπὸ τοῦ σώματος Κυρτὸς ὀνομαζόμενος, οὗ μέμνηται Ἑρρένιος Φίλων ἐν τῷ περὶ Ἰατρικῶν. *Cyrtus, urbs Ægypti in mediterraneo; ex illa Dionysius erat illustris medicus, ab patria, non ab corpore Cyrtus nominatus, cujus meminit Errhenius Philon in libro de rebus Medicis*. Neque alius

putandus est, quem nominat Cæl. Aurelianus *Chron.* lib. II. cap. XIII. *Xenophon, & Dionysius, & Erophilus primo libro Curationum, & Erasistratus probant articulorum faciendam constrictionem.* Scripta ignorantur.

DION. CYZICENUS.

Ejus Epigramma repræsentat Auctor *Anthologiæ* lib. III. cap. XXXIII. epigr. XVII. Διονυσίου Κυζικηνοῦ εἰς Ἐρατοσθένην·

Πρηΰτερον γῆράς σε καὶ οὐ κατὰ νοῦσος ἀμαυρὴ
Ἔσβεσεν· εὐνήθης δ' ὕπνον ὀφειλόμενον,
Ἄκρα μεριμνήσας Ἐρατόσθενες· οὐδὲ Κυρήνη
Μαῖα σ' ἐπ' ἀξύπων ἐκτὸς ἔδεκτο τάφων,
Ἀγλαοῦ υἱὲ· φίλος δὲ καὶ ἐν ξείνῃ κεκάλυψαι
Πὰρ τόδε Πρωτῆος κράσπεδον αἰγιαλοῦ.

Dionysii Cyziceni in Eratosthenem;

Placidior senectus te & non morbus languidus
Extinxit. Sed dormivisti somnum debitum,
Qui summa curavisti Eratosthenes; neque Cyrene
Mænas in indefessis extra accepit sepulcris
Aglai fili: sed & amicus in peregrina tectus es
Juxta hunc Protei litoris marginem.

DION. DIACENUS.

Vide de eo infra in *Dionysio Philadelphensi.*

DION. DIOGENIS F.

Geographus fuit. Colligo ex Marciano in *Periplo:* Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Κυρηναῖος τὴν μεγίστην περιφέρειαν τῆς ἐγνωσμένης ἁπάσης γῆς εἶναι λέγει σταδίους μκέ. καὶ θσ'. οὕτω δὲ καὶ ὁ Διονύσιος ὁ τοῦ Διογένους ἀναμεμέτρηκεν. *Eratosthenes quidem Cyrenæus inquit universi cogniti orbis terrarum circulum maximum esse 40205. & 9200. stadiorum. Sic autem & Dionysius Diogenis filius iterum mensuravit.*

DION. EXIGUUS.

De eo, Scriptisque, adeundus Trithemius.

DION. HALICARNASSEUS,
Major.

Hujus, quæ exstant, non commemorabo, quippe nota. Quæ non exstant,

Περὶ Μιμήσεως.

Scholiastes Hermogenis, *περὶ ἰδεῶν, l. 1.* Ἄμεινον δὲ τῷ Ἁλικαρνασσεῖ Διονυσίῳ ἑπομένους ποιητικὸν μὲν λόγον φάναι τὸν τροπικῇ καὶ μεταφορικῇ καὶ διθυραμβώδει συνθήκῃ συντεθειμένον. ὁποία ἡ Γοργίου τοῦ ῥήτορος φράσις. πρῶτον ἐκεῖνος, ὥς φησιν ὁ Διονύσιος ἐν τῷ Περὶ Μιμήσεως, Χαρακτήρων, καὶ Συνθέσεως Ὀνομάτων, τὴν ποιητικὴν καὶ διθυραμβώδη λέξιν εἰς τοὺς πολιτικοὺς εἰσήνεγκε λόγους. *Melius autem, si Dionysium Halicarnasseum sequamur poeticum sermonem dixisse per tropos & translationes & per compositionem dithyrambicam compositum. Qualis Gorgiæ rhetoris locutio. Primum ille, ut inquit Dionysius in libro De Imitatione, de Characteribus, & Constructione Nominum, poeticam & dithyrambicam dictionem ad politicos intulit sermones.* Imo, si recte attendas, vides illic triplex Opus, unum, Περὶ Μιμήσεως, *De Imitatione:* alterum, Περὶ Χαρακτήρων, *De Characteribus;* tertium, Περὶ Ὀνομάτων Συνθέσεως, *De Compositione Nominum.* Quæ duo posteriora exstant. Sed quod ad prius attinet,

Περὶ Μιμήσεως.

Iterum laudat idem postea: Ἔτι γε μὴν ἐν τῷ Περὶ Μιμήσεως ὁ αὐτός φησιν. Ὁ Γοργίας μὲν τὴν ποιητικὴν ἑρμηνείαν μετήνεγκεν εἰς λόγους πολιτικούς, οὐκ ἀξιῶν ὅμοιον τὸν ῥήτορα τοῖς ἰδιώταις εἶναι. Λυσίας δὲ τοὐναντίον ἐποίησε· τὴν γὰρ φανερὰν ἅπασι καὶ τετριμμένην λέξιν ἐζήλωσεν, ἔγγιστα νομίζων εἶναι τὴν πεῖσαι τὸν ἰδιώτην τὸ κοινὸν τῆς ὀνομασίας καὶ ἀφελές. Ἥκιστα γὰρ ἄν τις εὕροι τὸν Λυσίαν τροπικῇ καὶ μεταφορικῇ λέξει κεχρημένον· σεμνὰ δὲ καὶ περιττὰ καὶ μεγάλα φαίνεσθαι τὰ πράγματα ποιεῖ, τοῖς κοινοτάτοις ὀνόμασι χρώμενος, καὶ ποιητικῆς οὐχ ἁπτόμενος κατασκευῆς. *Præterea quidem ille ipse inquit in libro De Imitatione. Gorgias quidem poeticam elocutionem ad politicos transtulit sermones, non dignans rhetorem similem esse idiotis. Lysias autem contrarium fecit; manifestam enim omnibus & tritam ambivit dictionem, proxime judicans esse ad persuadendum imperito commune appellationis & simplex. Minime enim quis invenerit Lysiam figurata & translata locutione utentem; sed graves & præstantes & magnas apparere res facit, usurpans nomina proxime communia, neque tangens apparatum poeticum.*

Deinde: Ἔτι γε μὴν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ, τὸ δοκοῦν ἀνεπιτήδευτον εἶναι, ἀποίητον ὀνομάζει· καὶ πολὺ κάλλιον ἦν οὕτως ὀνομάσαι τὸ ἀνεπιτήδευτον· ἐπεὶ περ τοῦτο ἐβούλετο δηλῶσαι, ἢ ὡς οὐ ποιητικόν. ἐπάγει γὰρ καὶ τάδε περὶ Λυσίου. Δοκεῖ γὰρ ἀποίητός τις, οἶμαι, καὶ ἀτεχνίτευτος ὁ τῆς ἑρμηνείας αὐτοῦ χαρακτήρ. καὶ πολλοῖς αὖ τῶν φιλολόγων παράσχοι δόξαν, ὅτι ἀνεπιτηδεύτως, καὶ οὐ κατὰ τέχνην, αὐτομάτως δέ πως καὶ ὡς ἔτυχε σύγκειται. ἔστι δὲ παντὸς ἔργου μᾶλλον τεχνικοῦ κατεσκευασμένος. πεποίηται γὰρ αὐτοῦ τὸ ἀποίητον, καὶ δέδεται τὸ λυόμενον· καὶ ἐν αὐτῷ τῷ μὴ δοκεῖν δεινῶς κατασκευάσθαι, τὸ δεινὸν ἔχει. *Præterea sane is ipse in eodem libro, id quod videtur non accuratum esse, nominat non factum; & multo melius erat ita vocasse non accuratum; quandoquidem illud volebat declarare, vel ut non poeticum. Adducit autem etiam hæc de Lysia. Videtur enim non factus quis, puto, & inartificiosus character elocutionis illius; & multis Philologorum præbuerit opinionem, non accurate, & non secundum artem, sed sua sponte quodammodo & naturaliter compositum esse. Est vero omni artificioso opere melius instructus. Illud enim simplex & non factum sane ejus factum est, & ligatum est istud solutum; & in illo ipso quod non apparet accurate instructum fuisse, habet grave & accuratum.* Invenio item,

Περὶ Ἑρμηνείας.

Scholiastes Aristoph. *ad Nubes:* Χάρις ἐστὶν ἐκ στίχου τῆς ἀλλοτρίου, ὡς ἔφη Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τῷ Περὶ Ἑρμηνείας. *Gratia est ex versu alieno, ut dixit Dionysius Halicarnassensis in libro De Elocutione.* Quæ plura ejus desiderantur, ex Scriptis ipsius observata proposuit nobis in limine Tomi II. Sylburgius; quo Lectorem studiosum remitto.

DION. HALICARNASSEUS,
Minor.

Hic sub Adriano vixit, uti alter sub Augusto. Suidas de majore: Διονύσιος Ἀλεξάνδρου, Ἁλικαρνασσεύς, ῥήτωρ, καὶ παντοῖος λόγιος. γέγονεν ἐπὶ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, πρόγονος τοῦ ἐπὶ Ἀδριανοῦ γεγονότος. *Dionysius Alexandri, Halicarnasseus, rhetor, & in omni genere eloquens. Fuit sub Cæsare Augusto, progenitor ejus qui sub Adriano fuit.* De minore vero hoc, ejusque Scriptis, ita ait: Διονύσιος Ἁλικαρνασσεύς, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος, σοφιστὴς καὶ μουσικὸς κληθείς, διὰ τὸ πλεῖστον ἀσκηθῆναι τὰ τῆς μουσικῆς. ἔγραψε δὲ ῥυθμικῶν ὑπομνημάτων βιβλία κδ'. Μουσικῆς Ἱστορίας βιβλία λς'. ἐν δὲ τούτοις αὐλητῶν, καὶ κιθαρῳδῶν, καὶ ποιητικῶν παντοίων μέμνηται. Μουσικῆς παιδείας, ἢ διατριβῶν, βιβλία κβ'. τίνα μουσικῶς εἴρηται ἐν τῇ Πλάτωνος Πολιτείᾳ, βιβλία ε'. *Dionysius Halicarnasseus, vivens sub Adriano Cæsare, Sophista & Musicus dictus, quia plurimum Musica exercitabat. Scripsit autem rhythmicorum commentariorum libros viginti quatuor, Historiæ Musicæ libros triginta sex; in his vero tibicinum, & citharœdorum, & poeticorum omnigenarum meminit. Musicæ disciplinæ, vel dispu-*

A tationum, *libros viginti duos, quæ in Platonis Republica musice dicta sint, libros insuper*. Ubi in fine mendum censeo; ac forte legendum, βιβλία ἑπτὰ, *libros septem*. Opus Μουσικῆς Ἱστορίας laudat iterum *in* Παμφίλῃ, Σωτηρίδας; item Stephanus, *in* Ὑδρέα.

DION. HELIOPOLITES.

Ejus sunt,

Ὀνειροκριτικά.

Colligo ex Artemidoro *lib.* II. *cap.* LXXI. Φησὶ γὰρ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος, δεῖν ταῖς ἱστορίαις πείθεσθαι, καὶ Διονύσιος ὁ Ἡλιουπολίτης. *Inquit enim & Alexander Myndius historiis credendum esse, & Dionysius*
B *Heliopolites*.

DION. HERACLEOTES,

Metathemenus.

Unde cognomen illud acceperit, docet nos Athen. *lib.* VII. Περὶ δὲ Διονυσίου τοῦ Ἡρακλεώτου τί δεῖ καὶ λέγειν; ὃς ἄντικρυς ἀποδὺς τὸν τῆς ἀρετῆς χιτῶνα, ἀνθινὰ μετημφιάσατο, καὶ Μεταθέμενος καλούμενος ἔχαιρε, καίτοι γεραιὸς, ἀποστὰς τῶν τῆς Στοᾶς λόγων, καὶ ἐπὶ τὸν Ἐπίκουρον μεταπηδήσας. *De Dionysio autem Heracleota quid dicere etiam oportet? qui aperte exuens virtutis tunicam, florida resumpsit, & Mutator dictus gaudebat, quamvis natu grandis, quum a Stoæ dictis defecisset, ac ad Epicurum transiluisset*. Meminit ejus Diogen. Laert. in *Erillo*, *lib.* VII. Διονύσιος δὲ ὁ Μεταθέμενος τέλος εἶπε τὴν ἡδονὴν, διὰ περίστασιν ὀφθαλμίας. *Dionysius autem Mutator dixit voluptatem finem esse, propter lippitudinis cladem*. Inter Opera ipsius,

Παρθενοπαῖος.

Alii tamen Spintharo adscribunt. Idem Diogenes in *Heraclide* lib. V. Ἔτι καὶ Διονύσιος ὁ Μεταθέμενος, ἢ Σπίνθαρος, ὥς ἔνιοι, γράψας τὸν Παρθενοπαῖον, ἐπέγραψε Σοφοκλέους. *Præterea & Dionysius Mutator, vel Spintharus, ut nonnulli, quum scripsisset Parthenopæum, inscripsit Sophoclis esse*.

DION. HYDRAGOGUS.

Plutarchus in *Quæst. Natural.* Τοῦτο γάρ φασι, καὶ Διονύσιον ἱστορεῖν τὸν Ὑδραγωγὸν ὅτι παντελῶς μὲν ἔρημος οὐκ ἔστι γλυκύτητος, οὐδὲ ἄμοιρος ἡ πικρότης, ἅτε δὴ ποταμοὺς τοσούτους ὑποδεχομένης τῆς θαλάττης. *Illud enim dicunt, & Dionysium Aquæductorem mandare memoriæ, omnino quidem desertam non esse ab dulcedine, neque ea carentem amaritudinem, utpote sane tot fluvios excipiente mari*. De Scriptis ejus nihil constat.

DION. JAMBUS.

Meminit ejus Plutarch. *de Musica*: Ἄλλοι δὲ Τόρηβον πρῶτον τῇ ἁρμονίᾳ χρήσασθαι, καθάπερ Διονύσιος ὁ Ἴαμβος ἱστορεῖ. *Alii vero Torebum primum harmonia usum fuisse, sicut Dionysius Jambus refert*. Suid. *in* Ἀριστοφάνης Βυζάντιος. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ Διονυσίου τοῦ Ἰάμβου. *Ad illa vero etiam Dionysii Jambi*. Scripsit,

Περὶ Διαλέκτων.

Athen. *lib.* VII. Διονύσιος δὲ ὁ ἐπικαλούμενος Ἴαμβος, ἐν τῷ Περὶ Διαλέκτων, γράφει οὕτως. Ἀκηκόαμεν γοῦν, ἁλιέως Ἐρετρικοῦ καὶ ἄλλων ἁλιέων καλούντων τὸν πομπίλον ἱερὸν ἰχθῦν. *Dionysius autem Jambus cognominatus, in lib. De Dialectis, ita scribit. Audivimus igitur, piscatorem Eretrium & alios multos piscatores vocantes pompilum sacrum piscem*. Laudat quoq; Carmen ejus Clemens *Strom.* V. Διονύσιός τε Ἴαμβος ὁμοίως·

Πόντου μαινομένοιο περιστένει ἁλυκὴ ζάψ.

Et Dionysius Jambus similiter;

Ponti furentis mare salsum ingemiscit.

DION. LEPTUS.

Vide in *Dionysio Ascalapho*.

DION. LEUCTRICUS.

Athen. *lib.* XIII. Θεόφραστος δὲ ἀγῶνα κάλλους φησὶ γενέσθαι παρὰ Ἡρακλείοις, καὶ τὴν κρίσιν ἐπιτελεῖσθαι μετὰ σπουδῆς, λαμβάνειν τε τοὺς νικήσαντας ἆθλα ὅπλα, ἅπερ ἀνατίθεσθαί φησι Διονύσιος ὁ Λευκτρικὸς τῇ Ἀθηνᾷ. *Theophrastus inquit certamen pulchritudinis fieri in Heracleis, & cum diligentia judicium peragi, & accipere victores præmia arma, quæ inquit Dionysius Leuctricus Minervæ dedicari*. De Operibus ejus certi nihil est proferre.

DION. LONGINUS.

Ejus liber,

Περὶ Ὕψους.

Exstat Scripsit item,

Περὶ Ἀρχῶν.

Laudat Porphyrius in *Vita Plotini*: Ἀναγνωσθέντος δὲ αὐτῷ τοῦ τε Περὶ Ἀρχῶν Λογγίνου, καὶ τοῦ Φιλαρχαίου, φιλολόγος μὲν, ἔφη, ὁ Λογγῖνος, φιλόσοφος δὲ οὐδαμῶς.
B *Quum vero lectus ei fuisset De Principiis liber Longini, & Philarchæi, doctrinæ studiosus quidem, dixit, Longinus, sapientiæ autem studiosus nequaquam*. Item,

Περὶ Τέλους.

Ejusque Operis Prooemium nobis conservavit Porphyrius in *illa ipsa Plotini Vita*; ibidemque commemoratur etiam,

Ἐπιστολὴ πρὸς Ἀμέλιον.

Audiamus autem Porphyrium: Ἐπιγράφεται δὲ τὸ βιβλίον, Λογγίνου πρὸς Πλωτῖνον καὶ Γεντιλιανὸν Ἀμέλιον, Περὶ Τέλους· ἔχει δὲ τοιόνδε προοίμιον. Πολλῶν
C καθ' ἡμᾶς, ὦ Μάρκελλε, γεγενημένων φιλοσόφων, οὐχ ἥκιστα παρὰ τοὺς πρώτους τῆς ἡλικίας ἡμῶν χρόνους. ὁ μὲν γὰρ νῦν καιρὸς οὐδ' εἰπεῖν ἐστιν, ὅσην σπάνιν ἔσχηκε τοῦ πράγματος. ἔτι δὲ μειρακίων ὄντων ἡμῶν, οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων προέστησαν. οὓς ἅπαντας μὲν ὑπῆρξεν ἰδεῖν ἡμῖν, διὰ τὴν ἐκ παίδων ἐπὶ πολλοὺς τόπους ἅμα τοῖς γονεῦσιν ἐπιδημίαν. συγγενέσθαι δὲ αὐτῶν τοῖς ἐπιβιώσασι κατὰ ταυτὸ συχνοῖς ἔθνεσι καὶ πόλεσιν ἐπιμίξαντας, οἱ μὲν καὶ διὰ γραφῆς ἐπεχείρησαν τὰ δοκοῦντα σφίσι πραγματεύεσθαι, καταλιπόντες τοῖς ἐπιγιγνομένοις, τῆς παρ' αὐτῶν ὠφελείας μετασχεῖν. οἱ δ' ἀποχρῆναι σφίσιν ἡγήσαντο, τοὺς συνόντας προβιβάζειν εἰς τὴν τῶν ἀρεσκόντων ἑαυτοῖς κατάληψιν. ὧν τοῦ μὲν προτέρου
D γεγόνασι τρόπου, Πλατωνικοὶ μὲν, Εὐκλείδης, καὶ Δημόκριτος, καὶ Προκλῖνος, ὁ περὶ τὴν Τρωάδα διατρίψας, οἵ τε μέχρι νῦν ἐν τῇ Ῥώμῃ δημοσιεύοντες, Πλωτῖνος, καὶ Γεντιλιανὸς Ἀμέλιος, ὁ τούτου γνώριμος. Στωϊκῶν δὲ, Θεμιστοκλῆς, καὶ Φοιβίων, οἵ τε μέχρι πρώην ἀκμάσαντες, Ἄννιός τε καὶ Μήδιος. Περιπατητικῶν δὲ, ὁ Ἀλεξανδρεὺς Ἡλιόδωρος. τοῦ δὲ δευτέρου, Πλατωνικοὶ μὲν, Ἀμμώνιος καὶ Ὠριγένης, οἷς ἡμεῖς τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου προσεφοιτήσαμεν, ἀνδράσιν οὐκ ὀλίγῳ τῶν καθ' ἑαυτοὺς εἰς σύνεσιν διενεγκοῦσιν. οἵ τε Ἀθήνησι διάδοχοι, Θεόδοτος καὶ Εὔβουλος. καὶ γὰρ εἴ τι τούτων γέγραπταί τισιν, ὥσπερ Ὠριγένει μὲν, τὸ Περὶ Δαιμόνων· Εὐβούλῳ δὲ, τὸ Περὶ Φιλήβου καὶ τοῦ Γοργίου, καὶ τῶν Ἀριστοτέλει πρὸς τὴν Πλάτωνος
E Πολιτείαν ἀντειρημένων, οὐκ ἐχέγγυα πρὸς πάροδος τὸ μετὰ τῶν ἐξειργασμένων τὸν λόγον αὐτοὺς ἀριθμεῖν ἂν γένοιτο, πάρεργον τῇ τοιαύτῃ χρησαμένων σπουδῇ, καὶ μὴ προηγουμένην περὶ τὸ γράφειν ὁρμὴν λαβόντων. τῶν δὲ Στωϊκῶν, Ἑρμῖνος, καὶ Λυσίμαχος, οἵ τε ἐν ἄστει καταβιώσαντες, Ἀθηναῖος καὶ Μουσώνιος· καὶ Περιπατητικῶν, Ἀμμώνιος καὶ Πτολεμαῖος, φιλολογώτατοι μὲν τῶν καθ' ἑαυτοὺς ἄμφω γενόμενοι, καὶ μάλιστα ὁ Ἀμμώνιος. οὐ γάρ ἐστιν ὅστις ἐκείνῳ γέγονεν εἰς πολυμάθειαν παραπλήσιος, οὐ μὴν καὶ γράψαντές γε τεχνικὸν οὐδὲν, ἀλλὰ ποιήματα καὶ λόγους ἐπιδεικτικοὺς, ἅπερ οὖν καὶ σωθῆναι τῶν ἀνδρῶν τούτων οὐχ ἑκόντων οἶμαι. μὴ γὰρ ἂν αὐτοὺς δέξασθαι, διὰ τοιούτων
F βιβλίων ὕστερον γενέσθαι γνωρίμους, ἀφέντας σπουδαιοτέροις συγγράμμασι τὴν ἑαυτῶν ἀποθησαυρίσαι διάνοιαν. τῶν δ' οὖν γραψάντων, οἱ μὲν οὐδὲν πλέον ἢ συναγωγὴν καὶ μεταγραφὴν τοῖς πρεσβυτέροις συντεθέντων ἐποιήσαντο, καθάπερ Εὐκλείδης, καὶ Δημόκριτος, καὶ Προκλῖνος. οἱ δὲ μικρὰ κομιδῇ πράγματα τῆς τῶν παλαιῶν ἱστορίας ἀπομνημονεύσαντες, εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ἐκείνοις ἐπεχείρησαν συντιθέναι βιβλία. καθάπερ Ἄννιός τε, καὶ Μήδιος, καὶ Φοιβίων. οὗτος μὲν, ἀπὸ τῆς ἐν τῇ λέξει κατασκευῆς γνωρίζεσθαι μᾶλλον, ἢ τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ συνθέσεως ἀξιῶν· οἷς καὶ τὸν Ἡλιόδωρον συγκαταλέγειε

τις αὖ, οὐδ' ἐκεῖνον παρὰ τοῖς πρεσβυτέροις ἐν ταῖς ἀκροάσεσιν εἰρημένα, πλέον τι συμβαλλόμενον εἰς τὴν τοῦ λόγου διάρθρωσιν. οἱ δὲ καὶ πλήθει προβλημάτων, ἃ μετεχειρήσαντο, τὴν σπουδὴν τοῦ γράφειν ἀποδεξάμενοι, καὶ τρόπῳ θεωρίας ἰδίῳ χρησάμενοι, Πλωτῖνός εἰσι καὶ Γεντιλιανὸς Ἀμέλιος· ὃς μὲν, τὰς Πυθαγορείους ἀρχὰς καὶ Πλατωνικὰς, ὡς ἐδόκει, πρὸς σαφεστέραν τῶν πρὸ αὐτοῦ καταστησάμενος ἐξήγησιν. οὐδὲ γὰρ ἐγγύς τι τὰ Νουμηνίου, καὶ Κρονίου, καὶ Μοδεράτου, καὶ Θρασύλλου, τοῖς Πλωτίνου περὶ τῶν αὐτῶν συγγράμμασιν εἰς ἀκρίβειαν· ὁ δὲ Ἀμέλιος, κατ' ἴχνη μὲν τούτου βαδίζειν προαιρούμενος, καὶ τὰ πολλὰ μὲν τῶν αὐτῶν δογμάτων ἐχόμενος, τῇ δὲ ἐξεργασίᾳ πολὺς ὢν, καὶ τῇ τῆς ἑρμηνείας περιβολῇ πρὸς τὸν ἐκείνου ζῆλον ὑπαγόμενος, ὧν καὶ μόνων ἡμεῖς ἄξιον εἶναι νομίζομεν ἐπισκοπεῖσθαι τὰ συγγράμματα. τοὺς γὰρ λοιποὺς τί τις αὖ κινεῖν οἴοιτο δεῖν, ἀφεὶς ἐξετάζειν ἐκείνους, παρ' ὧν ταῦτα λαβόντες οὗτοι γεγράφασιν, οὐδὲν αὐτοὶ παρ' αὐτῶν προσθέντες; οὐχ ὅτι τῶν κεφαλαίων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐπιχειρημάτων, οὐδ' οὖν ἢ συναγωγῆς τῶν παρὰ τοῖς πλείοσιν, ἢ κρίσεως τῶν βελτιόνων ἐπιμεληθέντες· ἤδη μὲν οὖν καὶ δι' ἄλλων τοῦτο πεποιήκαμεν, ὥσπερ καὶ τῷ μὲν Γεντιλιανῷ Περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα δικαιοσύνης ἀντειπόντες. τὸ δὲ Πλωτίνου τὸ περὶ τῶν Ἰδεῶν ἐπισκεψάμενοι, τὸν μὲν γὰρ κοινὸν ἡμῶν τε κἀκείνων ἑταῖρον· εἶτα βασιλέα τὸν Τύριον, οὐδ' αὐτὸν ὀλίγα πεπραγματευμένον κατὰ τὴν τοῦ Πλωτίνου μίμησιν, ὃν ἀποδεξάμενος μᾶλλον τῆς παρ' ἡμῖν ἀγωγῆς, ἐπεχείρησε διὰ συγγράμματος ἀποδεῖξαι βελτίω δόξαν περὶ τῶν ἰδεῶν τῆς ἡμῖν ἀρεσκούσης ἔχοντα, μετρίως ἀντιγραφῇ διελέγξαι δοκοῦμεν οὐκ εὖ παλινῳδήσαντα. κἀν τούτοις οὐκ ὀλίγας τῶν ἀνδρῶν τούτων κεκινηκότες δόξας, ὥσπερ κἀν τῇ πρὸς τὸν Ἀμέλιον Ἐπιστολῇ, μέγεθος μὲν ἐχούσῃ συγγράμματος, ἀποκρινομένῃ δὲ πρός ἄττα τῶν ὑπ' αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀπεσταλμένων. ἣν αὐτὸς μὲν Ἐπιστολὴν, Περὶ τοῦ τρόπου τῆς Πλωτίνου φιλοσοφίας ἐπέγραψεν. ἡμεῖς δὲ αὐτὸ μόνον προσηρκέσθημεν τῇ κοινῇ τοῦ συγγράμματος ἐπιγραφῇ, πρὸς τὴν Ἀμελίου Ἐπιστολὴν αὐτὸ προσαγορεύσαντες. *Inscribitur autem liber, Longini contra Plotinum & Gentilianum Amelium, De Fine: istiusmodi autem habet praefationem. Quum multi nostra aetate, o Marcelle, exstiterint philosophi non minime circa prima nostrae adolescentiae tempora, tempus enim quod nunc est, dici nequit, quanta hujus rei penuria laboret: adhuc vero nobis adolescentibus, non pauci doctrinis philosophiae praefuerunt: quos quidem omnes videre nobis contigit, propter illam a pueris ad multos locos una cum parentibus peregrinationem; colloqui autem cum illis, qui ex his supervixerunt, eodem circiter tempore multis gentibus & urbibus occurrentes. Alii quidem etiam per scripturam conati sunt, quae ipsis videbantur, tractare, relinquentes posteris, ut utilitatis ex ipsis participes. Alii vero sibi sufficere existimabant, praesentes inducere ad illorum quae illis placebant apprehensionem: quorum quidem primo exstiterunt modo, Platonici quidem, Euclides, & Democritus, & Proclinus, qui circa Troadem degit: & qui huc usque Romae publice noti sunt, Plotinus & Gentilianus Amelius, illius familiaris: Stoicorum vero, Themistocles, & Phoebion, & qui nuper usque florebant, Annius & Medius: Peripateticorum vero, Alexandrensis Heliodorus. Secundo autem Platonici quidem Ammonius & Origenes; ad quos plurimo tempore nos accessimus, viros non parum excellentes inter aequales intelligentia; & Athenis successores, Theodotus & Eubulus. Etenim si quid horum ab aliquibus scriptum sit, quemadmodum ab Origene quidem De Daemonibus; ab Eubulo autem de Philebo & Gorgia, & his quae opposita sunt ab Aristotele adversus Platonis Rempublicam, non conveniens per patrem foret illos numerare cum his qui sapientiam penitus elaboraverunt, qui obiter tali studio fuerint usi, neque primarium in scribendo impetum sumpserunt. Stoicorum vero, Herminus & Lysimachus, & qui in urbe Athenis vixerunt, Athenaeus & Musonius; & Peripateticorum, Ammonius & Ptolomaeus, in philologia quidem omnium sui temporis ambo praestantissimi, maximeque Ammonius; non enim est qui ei in multarum rerum scientia propinquus fuit. Non quidem illi aliquid artificiosum scripserunt, sed poemata & orationes demonstrativas, quae opinor idcirco, illis viris invitis, tamen servari: non enim illos probasse, per ejusmodi libros illustrari apud posteros, qui remitterent ipsorum ingenium accuratioribus scriptis recondere. Igitur ex his qui scripserunt, hi quidem nihil amplius nisi collectionem & descriptionem earum rerum, quae ab antiquioribus compositae sunt, effecerunt, quemadmodum Euclides, & Democritus, & Proclinus. Alii vero exiguas admodum rei antiquohistoriae in memoriam conferentes, conati sunt libros componere ad eadem illis loca: quemadmodum & Annius, & Medius, & Phoebion; hic quidem ab apparatu ac praestantia in dicendo potius innotescere, quam ab concinna in excogitando connexione exoptans: quibus etiam Heliodorum quis attribuerit, nec illum sane praeter ista quae ab antiquioribus in dissertationibus dicta sunt, plus aliquid adjuvantem ad orationis articulatam explanationem. Qui vero & multitudine propositionum, de quibus tractaverunt, scribendi studium probaverunt, & usi fuerunt proprio contemplationis modo, Plotinus & Gentilianus Amelius; ille quidem Pythagorica principia & Platonica, sicuti probabat, ad manifestiorem enarrationem, quam ante ipsum fuerant, redegit: non enim scripta Numenii, & Cronii, & Moderati, & Thrasylli, scriptis Plotini ullo genere appropinquant quantum ad accuratam diligentiam. Amelius vero praeoptans incedere per hujus vestigia, & ut plurimum quidem adhaerens sententiis ejus, sed in elaborando multiplex & curiosus, & elocutionis exsuperantia ad aemulationem illius commotus, quorum etiam solorum scripta censemus digna esse quae considerentur. Nam caeteros quare quis putaverit movere oportere, derelinquens illos explorare, a quibus isti percipientes ista scripserunt, ipsi nihil ex sese addentes & adeo non capita, sed nec argumenta, neque igitur vel congerim eorum apud plures, vel electionem melioris curantes. Jam quidem igitur etiam per alios id fecimus, quemadmodum & contradicentes Gentiliano de justitia secundum Platonem: Plotini verae scriptum De Ideis inspicientes, nam communem quidem & nostrum & illorum sodalem Tyrium Regem, qui & ipse non pauca investigavit secundum Plotini imitationem, quem ille potius admittens, quam nostram disciplinam, conatus est per scriptum ostendere meliorem opinionem de ideis habere, quam quae nobis placebat moderate scriptione contraria redarguisse videmur, quia non bene recantaverat; & in his non parvis horum priorum commoventes sententias, quemadmodum & in Epistola ad Amelium, magnitudinem quidem operis continente, respondente autem ad quaedam quae ab illo ad nos Roma missa fuerant. Quam ille quidem Epistolam scripserat de Plotini Philosophiae modo: nos autem illud solum contenti fuimus communi operis inscriptione, Epistolam Amelii illud appellantes.* Quae verba in fine luxata paullum, & corrupta. Restituo, προσηρκέσθημεν τῇ κοινῇ τοῦ συγγράμματος ἐπιγραφῇ, τὴν πρὸς Ἀμέλιον Ἐπιστολὴν αὐτὸ προσαγορεύσαντες. *Contenti fuimus communi operis inscriptione, Epistolam ad Amelium illud appellantes.* Mox aliud fragmentum, in quo ipsius meminit, ponit Porphyrius: Ὅμως μνησθεὶς ἐμοῦ Πορφυρίου ἔτι ἀρχὰς ἔχοντος τῆς πρὸς τὸν Πλωτῖνον συνουσίας, φησίν. Ὅτι δὲ ὁ κοινὸς ἡμῶν τε κἀκείνων ἑταῖρος, βασιλεὺς

λοῦς ὁ Τύριος, οὐδ᾽ αὐτὸς ὀλίγα πεπραγματευμένος, κατὰ τὴν Πλωτίνου μίμησιν συνέθηκε. *Verumtamen recordans mei Porphyrii adbuc obtinentis primitias familiaritatis cum Plotino, inquit; Quod autem nostri & illorum communis sodalis, rex Tyrius, qui & ipse non pauca tractavit, juxta Plotini imitationem composuit.* Deinde ingens quoque fragmentum exhibet Epistolæ cujusdam ad se scriptæ: Ἣν δὲ ἔσχε καὶ Λογγῖνος περὶ τοῦ Πλωτίνου δόξαν, ἐξ ὧν μάλιστα πρὸς αὐτὸν ἐγὼ γράφων ἐσήμαινον, δηλώσει μέρος ἐπιστολῆς, γραφείσης πρός με, ἐπέχον τοῦτον τὸν τρόπον. ἀξιῶν γάρ με ἀπὸ τῆς Σικελίας κατιέναι πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν Φοινίκην, καὶ κομίζειν τὰ βιβλία τοῦ Πλωτίνου, φησί. Καὶ σὺ μὲν ταῦτά τε πέμπειν ὅταν σοι δοκῇ, μᾶλλον δὲ κομίζειν (οὐ γὰρ ἂν ἀποστήν τὸ πολλάκις δεῖσθαί σου) τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁδὸν τῆς ἑτέρωσε προκρῖναι, κἂν εἰ μηδὲν δι᾽ ἄλλο, (τί γὰρ ἂν καὶ σοφὸν παρ᾽ ἡμῶν προσδοκῶν ἀφίκοιο;) τήν τε παλαιὰν συνήθειαν, καὶ τὸν ἀέρα, μετριώτατον ὄντα, πρὸς ἣν λέγεις τοῦ σώματος ἀσθένειαν· ἀλλ᾽ ὅτι τύχης οἰηθείς, παρ᾽ ἐμοῦ δὲ μηδὲν προσδοκᾶν καινότερον, μηδ᾽ οὖν τῶν παλαιῶν, ὅσα φῂς ἀπολωλεκέναι· τοσαύτη γὰρ γραφέων ἐστὶν ἀπορία ἐνταῦθα καθέστηκεν, ὥστε, νὴ τοὺς θεούς, πάντα τὸν χρόνον τοῦτον τὰ λειπόμενα τοῦ Πλωτίνου κατασκευάζων, μόλις αὐτῶν ἐπεκράτησα τὸν ὑπογραφέα, τῶν μὲν εἰωθότων ἀπάγων ἔργων, πρὸς ἑνὶ δὲ τούτῳ τάξας γενέσθαι. καὶ κέκτημαι μέν, ὅσα δοκεῖν πάντα, καὶ τὰ νῦν ἀπὸ σοῦ πεμφθέντα, κέκτημαι δὲ ἡμιτελῶς. οὐ γὰρ μετρίως ἦν διημαρτημένα. καί σοι τὸν ἑταῖρον Ἀμέλιον ᾤμην ἀναλείψασθαι τὰ τῶν γραφέων πταίσματα· τῷ δ᾽ ἦν ἄλλα προυργιαίτερα τῆς τοιαύτης προσεδρείας, οὔκουν ἔχω τίνα χρὴ τρόπον αὐτοῖς ὁμιλῆσαι, καίπερ ὑπὲρ ἐπιθυμῶν τά τε περὶ ψυχῆς καὶ τὰ περὶ τοῦ ὄντος ἐπισκέψασθαι· ταῦτα γὰρ οὖν καὶ μάλιστα διαμάρτηται, καὶ πάνυ βουλοίμην ἄν, ἐλθεῖν μοι παρά σου τὰ μετ᾽ ἀκριβείας γεγραμμένα τοῦ παραγνῶναι μόνον, εἶτα ἀποπέμψαι πάλιν. αὖθις δὲ τὸν αὐτὸν ἐρῶ λόγον, ὅτι μὴ πέμπειν, ἀλλ᾽ αὐτὸν ἥκειν ἔχοντα μᾶλλον ἀξιῶ, ταῦτά τε καὶ λοιπὸν εἴ τι διαπέφευγε τὸν Ἀμέλιον. ἃ μὲν γὰρ ἤγαγεν, ἅπαντα διὰ σπουδῆς ἐκτησάμην. πῶς δ᾽ οὐκ ἔμελλον ἀνδρὸς ὑπομνήματα πάσης αἰδοῦς ἄξια καὶ τιμῆς κτήσασθαι; τοῦτο γὰρ οὖν καὶ παρόντι σοί, καὶ μακρὰν ἀπόντι, καὶ περὶ τὴν Τύρον διατρίβοντι, τυγχάνω δήπουθεν ἐπεσταλκώς, ὅτι τῶν μὲν ὑποθέσεων, οὐ πάνυ με τὰς πολλὰς προσίεσθαι συμβέβηκε. τὸν δὲ τύπον τῆς γραφῆς, καὶ τῶν ἐννοιῶν τοῦ ἀνδρὸς τὴν πυκνότητα, καὶ τὸ φιλόσοφον τῆς τῶν ζητημάτων διαθέσεως, ὑπερβαλλόντως ἄγαμαι καὶ φιλῶ καὶ μετὰ τῶν ἐλλογιμωτάτων ἄγειν τὰ τούτου βιβλία φαίην ἂν δεῖν τοὺς ζητητικούς. *Quam vero & Longinus de Plotino babuit opinionem, ex illis quæ maxime ego ad ipsum scribens significavi, indicabit pars epistolæ ad me scriptæ, continens illam sententiam. Rogans enim, ut ex Sicilia ad eum descenderem in Phœnicen, & Plotini libros ferrem, inquit. Et tu quidem ista mitte, quum visum tibi fuerit, potius autem ferto, (nam non desidero sæpe te rogare) ut viam ad nos præponas omni aliorsum ferenti, si propter nibil aliud, (quid enim sane etiam sapiens a nobis exspectans accederes?) at propter antiquam familiaritatem, & aerem, qui valde est moderatus, ad corporis quam dicis infirmitatem. Sed quod forsan putasti, a me autem nibil novum exspectare, nibilque igitur antiquorum, quæcunque dicis periisse. Scribarum enim tanta bic penuria est, ut, per Deos, omnia boc tempore residua Plotini comparans, vix eorum obtinuerim descriptorem, ab solitis quidem operis abducens, in uno autem boc esse mandans. Et comparavi mibi quidem quæ videntur omnia, & quæ nunc a te missa sunt: sed possideo imperfecte: non enim modice sunt mendosa. Etsi putabam sodalem Amelium detersisse scribarum errores. Huic autem alia antiquiora fuerunt præ tali attentione: non igitur babeo qui oporteat versari cum illis, quamvis immense desiderem & quæ scripsit de anima & de eo quod exsistit contemplari. Verum illa vel maxime sunt depravata, & venire mibi a te illa diligentissime scripta, tantum ut perlegam imprimis velim, postea iterum remittere. Rursus autem eodem sermone utar, quo te non mittere, sed ipsum babentem venire potius precor, tum bæc, tum & si quid reliquum fugerit Amelium. Nam quæ quidem adduxit, omnia magno studio acquisivi. Quomodo enim non acquirerem viri commentaria omni veneratione & bonore digna? Illud equidem & tibi præsenti, & procul absenti, & circa Tyrum degenti, videlicet mandans accidisse, ut bypotheses quidem seu materias non omnino complures admitterem: sed formam scriptionis & meditationum viri densitatem, & istum pbilosopbicum modum disponendarum quæstionum, supra quam dici potest admiror ac diligo: & cum eruditissimis existimare ejus libros dixerim decere explorationi deditos.*

DION. METATHEMENUS.

Vide supra in *Dionysio Heracleote*.

DION. MILESIUS,
Major.

Hic Historicus fuit, ac scripsit varia. De eo, Scriptisque, ita Suidas: Διονύσιος Μιλήσιος, ἱστορικός· Τὰ μετὰ Δαρεῖον, ἐν βιβλίοις ε'. Περιήγησιν Οἰκουμένης. Περσικά, Ἰάδι διαλέκτῳ, Τρωϊκῶν βιβλία γ' Μυθικά. Κύκλον ἱστορικόν, ἐν βιβλίοις ζ'. *Dionysius Milesius, bistoricus; Res post Darium gestas, in quinque libris: Orbis terræ Descriptionem: Persica, Ionica dialecto: Rerum Trojanarum libros tres: Fabulosa: Circuli Historici libros sex.* Laudat τὰ Μυθικὰ & Τρωϊκὰ Diodorus Siculus *l.* III. Διόπερ, ἵνα μηδὲν παραλείπωμεν τῶν ἱστορημένων περὶ Διονύσου, διέξιμεν ἐν κεφαλαίοις τὰ παρὰ τοῖς Λίβυσι λεγόμενα, καὶ τῶν Ἑλληνικῶν συγγραφέων ὅσοι τούτοις σύμφωνα γεγράφασι, καὶ Διονυσίῳ τῷ συνταξαμένῳ τὰς παλαιὰς μυθοποιΐας. οὗτος γὰρ τά τε περὶ τὸν Διόνυσον καὶ τὰς Ἀμαζόνας, ἔτι δὲ τοὺς Ἀργοναύτας, καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον πραχθέντα, καὶ πολλ᾽ ἕτερα συνέταξε, παρατιθεὶς τὰ ποιήματα τῶν ἀρχαίων τῶν τε μυθολόγων καὶ τῶν ποιητῶν. *Propterea, ne quid relinquamus de bistoriis Bacchi, colligimus in capita quæ memorantur ab Afris, & quicunque Græcorum scriptorum his consona scripserunt, & a Dionysio, qui priscas fabulationes composuit. Hic enim quæ a Baccbo & Amazonibus, & Argonautis, & quæ in Iliaco bello gesta sunt, & multa alia conscripsit, appositis veterum & mythologorum & poetarum carminibus.* Claruit autem circa Olympiadem LXV. Anonymus in *Olymp. d. script.* istius Olympiadis anno I. Τότε καὶ Διονύσιος ἦν ὁ Μιλήσιος. *Tunc etiam erat Dionysius Milesius.* Suidas, *in* Ἑκαταῖος. Γέγονε κατὰ τοὺς Δαρείου χρόνους, τοῦ μετὰ Καμβύσην βασιλεύσαντος, ὅτε καὶ Διονύσιος ἦν ὁ Μιλήσιος, ἐπὶ τῆς ξε'. Ὀλυμπιάδος. *Fuit Darii temporibus, qui post Cambysen regnavit, quando etiam erat Dionysius Milesius, sexagesima quinta Olympiade.* Præter Scripta, Suidæ laudata, invenio etiam,

Ἀργοναυτικά.

Ejusque Operis *l.* I. citat Scholiastes Apollonii *l.* III. Ταύτην Διονύσιος ὁ Μιλήσιος ἐν πρώτῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν θυγατέρα Αἰήτου καὶ Ἑκάτης τῆς Περσέως, ἀδελφὴν δὲ Μηδείας λέγει. *Hanc inquit Dionysius Milesius in libro primo Argonauticorum fuisse filiam Æetæ & Hecates Persei filiæ, sororem autem Medeæ.* Iterum II. nominat *l.* IV. Ἰστέον, ὅτι Τιμαίου λέγοντος ἐν Κερκύρᾳ τοὺς γάμους ἀχθῆναι, Διονύσιος ὁ Μιλήσιος ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν ἐν Βυζαντίῳ φησίν. *Sciendum est, quum Timæus dicat nuptias in Cercyra fuisse celebratas, Dionysium Milesium in secundo Argonauticorum dicere Byzantii.* Deinde varie laudat in illis suis Scholiis. Non alium Scriptorem, neque aliud sine dubio Opus, designat Apollodorus *Biblioth.* l. I. Δημαρέτης δὲ αὐτὸν εἰς Κόλχους πεπλευκότα παρέδωκε· Διονύσιος μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ ἡγεμόνα φησὶ τῶν Ἀργοναυτῶν γενέσθαι. *Demaretes autem eum ad*

Colchos navigasse tradidit; nam Dionysius quidem eum etiam ducem inquit inter Argonautas fuisse. Nisi malimus dicere ex Dionysii Mitylenæi Opere esse, quod inscriptum fuit,

Ἀργοναῦται.

Neque id abnuo. Vide infra, ubi de eo agimus. Innuit hoc scriptum etiam Diodorus Siculus, in *verbis* jam *citatis*.

DION. MILESIUS II.
Medicus.

Cujus meminit Galenus, locis pluribus.

DION. MILESIUS,
Minor.

Hic sub Adriano vixit, Isæi Assyrii Sophistæ discipulus, & ipse Sophista. Describit vitam ejus Philostratus *Sophist.* lib. I. Inter Opera ejus,

Περὶ Χαιρώνειαν Θρῆνος.

Philostratus *loco citato*: Μάλιστα δ' ἐν τῷ περὶ Χαιρώνειαν θρήνῳ. διεξιὼν γὰρ τὸν Δημοσθένην, τὸν μετὰ Χαιρώνειαν θρῆνον προσαγαγόντα τῇ βουλῇ ἑαυτόν, εἰς τὴν δὲ τὴν μονῳδίαν τοῦ λόγου ἐπελεύτησεν·

Ὦ Χαιρώνεια, πονηρὸν χωρίον.

Καὶ πάλιν·

Αὐτομολήσασα πρὸς βαρβάρους Βοιωτία· στενάξατε οἱ κατὰ γῆς ἥρωες· ἐγγὺς Πλαταιῶν νενικήμεθα.

Καὶ πάλιν·

Τοῖς κρινομένοις ἐπὶ τῷ μισθοφορεῖν Ἀρκάσιν ἀγορὰ πολέμου πρόκειται· καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων κακὰ τὴν Ἀρκάδων τρέφει, καὶ περιέρχεται πόλεμος αἰτίαν οὐκ ἔχων. *Maxime autem in Carmine lugubri de Chæronea. Exsequens enim Demosthenem, qui se senatui obtulit post Chæroneæ lamentationem, finivit ad hanc sermonis monodiam;*

O Chæronea, malus vicus.

Et rursus;

Bœotia ad Barbaros transfugiens; ingemiscite heroes sub terra; prope Platæas victi sumus.

Et rursus;

Condemnatis propterea quod stipendia mererent Arcadibus commeatus belli patet; & Græcorum ærumnæ Arcadiam sustentant, & circumvagatur bellum non habens causam. A quibusdam adscribebatur etiam illi,

Ἀράσπας ὁ Πανθίας ἐρῶν.

Sed ejus Operis verus auctor Celer, qui etiam *de Arte Rhetorica* scripserat. Idem Philostratus: Οἱ δὲ ἀνατιθέντες τῷ Διονυσίῳ τὸν Ἀράσπαν, τὸν τῆς Πανθίας ἐρῶντα, ἀνήκοοι μὲν τῶν τοῦ Διονυσίου ῥυθμῶν, ἀνήκοοι δὲ τῆς ἄλλης ἑρμηνείας, ἄπειροι δὲ τῆς τῶν ἐνθυμημάτων τέχνης· οὐ γὰρ Διονυσίου τὸ φρόντισμα τοῦτο, ἀλλὰ Κέλερος τοῦ τεχνογράφου. *Qui autem attribuerunt Dionysio Araspan, Panthiæ amatorem, qui non quidem audierant Dionysii rhythmos, etiam non audierant aliam interpretationem, ignorabant autem artem excogitandi; non enim illud opus Dionysii, sed Celeris qui Grammaticam artem scripsit.* Hujus putamus quoque Epistolas, quæ in Opere *Epistolarum Græcarum* leguntur; & Epigrammata, quæ in *Anthologia* exstant.

DION. MITYLENÆUS.
Scytobrachion, sive Scyteus.

Ejus Opera, Διονύσου καὶ Ἀθηνᾶς στρατιά. Ἀργοναῦται. Μυθικά. Suidas. Διονύσιος, Μιτυληναῖος, ἐποποιός· ὅστις ἐπεκλήθη Σκυτοβραχίων, καὶ Σκυτεύς. Τὴν Διονύσου καὶ Ἀθηνᾶς στρατιάν. Ἀργοναῦται ἐν βιβλίοις ἕξ. ταῦτα δέ ἐστι πεζά, Μυθικά, πρὸς Παρμένοντα. *Dionysius, Mitylenæus, versificator; hic vocatus est Scytobrachion & Coriarius. Bacchi & Minervæ expeditionem. Argonautæ libris sex. Hæc autem sunt in sermone soluto, Fabulosa, ad Parmenontem scripta.* Laudat eum incerto Opere Schol. Apollonii *l.* I. Διονύσιος δὲ ὁ Μιτυληναῖος συμπεπλευκέναι φησὶ τὸν ἥρωα τοῖς ἀριστεῦσιν ἕως Κόλχων, καὶ τοῖς περὶ Μήδειαν συμπεπραχέναι τῷ Ἰάσονι. *Dionysius autem Mitylenæus inquit navigasse heroem cum fortissimis usque ad Colchos, & illis quæ de Medea narrantur, opitulatam fuisse Jasoni.* Iterum *l.* IV. Διονύσιος δὲ ὁ Μιτυληναῖος ἄνθρωπόν φησι γεγενῆσθαι παιδαγωγὸν τοῦ Φρίξου ὀνόματι Κριόν. *Dionysius vero Mitylenæus refert exstitisse hominem pædagogum Phryxi, nomine Crion.* Ac priorem quidem locum ex *Argonautis* ejus arbitror, alterum ex *Mythicis*. Diserte vero *Argonautas* laudat idem Scholiastes *l.* II. Διονύσιος δὲ ἐν τοῖς Ἀργοναύταις φησὶν, ἀναιρεθῆναι τὸν Φινέα ὑπὸ Ἡρακλέους, ἰδόντος τοὺς παῖδας ἐν ἐρημίᾳ, καὶ μαθόντος ὅτι ὑπὸ Φινέως ἦσαν ἐκβεβλημένοι, κατὰ διαβολὴν Σκυθικῆς γυναικὸς, ἣν γεγαμήκει ὁ Φινεὺς, παραιτησάμενος Κλεοπάτραν. *Dionysius vero in Argonautis narrat, Phineum interfectum fuisse ab Hercule, vidente pueros in solitudine, & edocto esse ab Phineo ejectos, propter calumniam Scythicæ feminæ, quam Phineus duxerat, repudiata Cleopatra.* Nominat eum Scytobrachionis cognomento Athen. *l.* XI. aitque ipsius fuisse Historias, quæ Xanthi Lydi nomine circumferebantur: Λυδοὶ δὲ εἰς τοσοῦτον ἦλθον τρυφῆς, ὡς καὶ πρῶτοι γυναῖκας εὐνουχίσαι, ὡς ἱστορεῖ Ξάνθος ὁ Λυδὸς, ἢ ὁ εἰς αὐτὸν τὰς ἀναφερομένας ἱστορίας συγγεγραφὼς Διονύσιος ὁ Σκυτοβραχίων, ὡς Ἀρτέμων φησὶν ὁ Κασανδρεὺς ἐν τῷ περὶ συναγωγῆς βιβλίων. *Lydi autem eo venerunt luxuriæ, ut & primi feminas castraverint, quemadmodum narrat Xanthus Lydus, vel Dionysius Scytobrachion, qui conscripsit historias illi attributas, ut inquit Artemon Casandrensis in opere de librorum collectione.* Et tanquam Historicum citat Eustathius *ad Iliad.* γ'. Ἱστέον δὲ καὶ ὅτι λέγεται Διονύσιον τὸν Σκυτοβραχίονα ἱστορεῖν Δάρδανον παῖδα Ἑλένης καὶ Πάριδος· ὅς φασι καὶ προφέρει μετὰ τὸ, ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι, στίχον τοῦτον·

Μηδέτι γούνασιν οἷσιν ἐφέσσασθαι φίλον υἱὸν
Δάρδανον· ——

ὡς εἶναι ἴσως οὕτως εὔλογον νοηθῆναι τὸ, ἄγονός τ' εἶναι, ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι, κατὰ σχῆμα ὑστερολογίας, ἤτοι πρωθύστερον, ἀντὶ τοῦ, μήτε εἰς γάμον ἐλθεῖν, μήτε παῖδα ἐκεῖθεν σχεῖν τὸν, ὡς ἐρρέθη, Δάρδανον. *Sciendum autem etiam Dionysium Scytobrachionem dici narrare Dardanum Helenæ & Paridis filium; qui dicit etiam profert post hoc, cœlebsque perire, hunc versum;*

Neque amplius genibus suis imponere dilectum filium
Dardanum. ——

ut sit forsan probabile intelligi illud, improlesque esse, cœlebsque perire, secundum figuram præposteræ dictionis, sive præposterum, pro hoc, neque ad nuptias venire, neque puerum illinc habere istum, ut dictus fuit, Dardanum. Meminit hujus Dionysii Suetonius, *de Illustr. Grammat.* in *M. Antonio Gniphone*: *A nutritore suo manumissus, institutusque Alexandriæ quidem, ut aliqui tradunt, in contubernio Dionysii Scytobrachionis.*

DION. MUSONII F.

Hic Rhodius a quibusdam, ab aliis Samius nuncupatur. Ejus opera, Ἱστορίαι Τοπικαί, libris VI. Ἱστορία παιδευτική, libris X. Οἰκουμένης Περιήγησις. Suidas. Διονύσιος Μουσωνίου, Ῥόδιος, ἢ Σάμιος, ἱστορικός· ἦν δὲ καὶ ἱερεὺς τοῦ ἐκεῖσε ἱεροῦ τοῦ Ἡλίου. Ἱστορίας Τοπικὰς, βιβλία ἕξ. Οἰκουμένης Περιήγησιν. Ἱστορίας παιδευτικῆς βιβλία δέκα. *Dionysius Musonii filius, Rhodius,*

vel Samius, *Historicus*; *erat autem & sacerdos templi quod illic erat solis*. *Scripsit Locales Historias*, *libros sex*; *Orbis Descriptionem*; *Historiæ institutoriæ libros decem*. Samius Dionysius ab Athenæo laudatur: ejusque Opus,

Περὶ Κύκλου.

Ecce *l.* XI. Διονύσιος δὲ ὁ Σάμιος ἐν τοῖς Περὶ τοῦ Κύκλου τὸ Ὁμηρικὸν κισσύβιον κυμβίον ἔφη, γράφων οὕτως· Καὶ αὐτὸν Ὀδυσσεὺς ὁρῶν ταῦτα ποιοῦντα, πληρώσας τοῦ οἴνου κυμβίον, δίδωσι πιεῖν. *Dionysius autem Samius in scriptis De Cyclo cissybium Homericum dixit cymbium*, *ita scribens*; *Et Ulysses videns eum hæc agentem*, *quum implevisset vino cybium*, *dat bibere*.

Exstitit is locus *libro* istius Operis VI. Clare ostendit Athenæus postea: Διονύσιος δ᾽ ὁ Σάμιος ἐν ἕκτῳ Περὶ τοῦ Κύκλου τὸ αὐτὸ οἴεται εἶναι κισσύβιον καὶ κυμβίον. φησὶ γὰρ ὡς Ὀδυσσεὺς πληρώσας κυμβίον ἀκράτου ὤρεξε τῷ Κύκλωπι. *Dionysius vero Samius in libro sexto De Cyclo idem putat esse cissybium & cymbium. Dicit enim quemadmodum Ulysses impletum mero vino poculum Cyclopi porrexerit*. Liber primus citatur a Scholiaste Pindari, *Isthm.* ode III. Καὶ περὶ τοῦ ἀριθμοῦ δὲ διαλλάττουσι. Διονύσιος μὲν ἐν πρώτῳ Κύκλων, Θηρίμαχον, καὶ Δηικόωντα· Εὐριπίδης δὲ, προστίθησιν αὐτοῖς καὶ Ἀριστόδημον. *Sed de numero discrepant*. *Dionysius quidem in primo Cyclorum, Therimachum*, *& Deicoonta*; *Euripides vero apponit quoque Aristodemum*. Librum V. nominat Clemens in *Protreptico*: Καὶ δὴ τὸν ἱστοροῦντα Διονύσιον ἐν τῷ πέμπτῳ μέρει τοῦ Κύκλου παρίστημι. *Et sane ostendo Dionysium narrantem in quinta Cycli parte*. Euripidis Scholiastes *ad Phœnissas*, librum XI. Διονύσιος δὲ ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ τοῦ Κύκλου, βύρσαν αὐτὸν ἠμφιέσθαι φησὶ, καὶ κύκλῳ τὸ ὅλον σῶμα ὀμματῶσθαι. *Dionysius autem in libro undecimo Cycli*, *pellem inquit eum indutum fuisse*, *& in circuitu totum corpus oculatum fuisse*. Atque hinc ὁ Κυκλογράφος nuncupatus fuit. Idem Scholiastes Euripidis *ad Orestem*: Ἀκολουθεῖν δοκεῖ τῷ τὴν Ἀλκμαιωνίδα πεποιηκότι, εἰς τὰ περὶ τῆς ἄρνα, ὡς καὶ Διονύσιος ὁ Κυκλογράφος φησί. *Sequi videtur eum qui fecit Alcmæonidas, ad ea quæ de agno, ut & Dionysius Cyclographus inquit*. Joannes Tzetzes in *Prolegomenis ad Hesiodum*: Τὸν παλαιὸν δὲ Ὅμηρον Διονύσιος ὁ Κυκλογράφος φησὶν ἐπ᾽ ἀμφοτέρων ὑπάρχειν, τῆς Θηβαϊκῶν στρατειῶν, καὶ τῆς Ἰλίου ἁλώσεως. *Priscum autem Homerum Dionysius Cyclographus inquit utrisque adfuisse, Thebanis expeditionibus*, *& Ilii expugnationi*. Porro huic quoque attributa τὰ Βασσαρικὰ, quæ alii Alexandrino asscribebant. Eustathius in *Comment.* Τὰ δὲ Βασσαρικὰ, διὰ τὴν τραχύτητα οὐκ ἄξια τούτου κριθέντα, εἰς τὸν Σάμιον ἀνηνέχθησαν Διονύσιον. *Sed Bassarica*, *propter asperitatem non digna eo existimata*, *ad Dionysium Samium relata sunt*. Nominat ea etiam Stephanus *in* βώλιγγα, γαζος, δαρσανία, κάσπειρα, ὤδωνις.

DION. NESTOR.

Scripsit Λεξικὸν, ut commemorat Gesnerus.

DION. OLYNTHIUS.

Tatianus in *Orat. ad Græcos*: Περὶ γὰρ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, γένους τε αὐτοῦ, καὶ χρόνου, καθ᾽ ὃν ἤκμασεν, προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι, Θεαγένης τε ὁ Ῥήγιος, κατὰ Καμβύσην γεγονὼς, Στησίμβροτός τε ὁ Θάσιος, καὶ Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος, Ἡρόδοτός τε ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, καὶ Διονύσιος ὁ Ὀλύνθιος, καὶ μετ᾽ ἐκείνους Ἔφορος ὁ Κυμαῖος. *De Homeri enim poesi*, *ejusque genere*, *& tempore, circa quod floruit, antiqui ante perscrutati sunt*, *& Theagenes Rhegius*, *qui circa Cambysen fuit*, *& Stesimbrotus Thasius*, *& Antimachus Colophonius*, *& Herodotus Halicarnassensis*, *& Dionysius Olynthius*, *& post illos Ephorus Cumanus*. Videtur ille ipse esse, cujus Χρονικὰ citat Suidas, *in* Εὐριπίδης.

DION. OXYMACHI F.

Hic Medicus fuit, nominaturque a Rufo, *l.* Περὶ ἀνθρωπ. μορ. Ἐπανθισμοὺς δὲ πρῶτον μὲν, ὧν οἶδα, ὠνόμασε Διονύσιος ὁ τοῦ Ὀξυμάχου, καὶ φησὶν ὁ Εὔδημος λέγεσθαι τὴν φλέβα ἐπανθισμόν. *Efflorescentias autem primum quidem horum*, *quos scio*, *nominavit Dionysius Oxymachi filius*, *& inquit Eudemus venam dici efflorescentiam*. De Scriptis ejus nihil constat.

DION. PHASELITA.

Pindari Scholiastes *Pyth.* ode II. Αὐτίκα γοῦν Διονύσιος ὁ Φασηλίτης οὐκ οἴεται δεῖν γράφεσθαι, τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν, ἀλλὰ τᾶν λιπαρᾶν ἀπ᾽ Ἀθηνᾶν, διὰ τὸ Παναθηναϊκὸν εἶναι τὸ ἐπινίκιον. *Statim igitur Dionysius Phaselita non putat scribendum esse*, *pinguibus ab Thebis*, *sed pinguibus ab Athenis*, *quia epinicium est Panathenaicum*. Scripsit,

Περὶ τῆς Ἀντιμάχου ποιήσεως·

Et,

Περὶ τῶν Ποιητῶν.

Scholiastes Nicandri, ubi de Poetæ illius genere agit: Νίκανδρον τὸν ποιητὴν Διονύσιος ὁ Φασηλίτης, ἐν τῷ Περὶ τῆς Ἀντιμάχου Ποιήσεως, Αἰτωλὸν εἶναί φησι τὸ γένος· ἐν δὲ τῷ Περὶ Ποιητῶν ἱερέα φησὶν αὐτὸν τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐκ προγόνων τὴν ἱερωσύνην δεξάμενον. *Nicandrum poetam Dionysius Phaselita*, *in scripto De Poesi Antimachi*, *genere Ætolum inquit fuisse*; *sed in scripto De Poetis inquit eum fuisse sacerdotem Clarii Apollinis*, *sacerdotium accepisse a majoribus*.

DION. PHILADELPHENSIS,
Diacenus.

Meminit ejus Plinius *l.* VI. *c.* XVII *Verum & aliis auctoribus Græcis*, *qui cum regibus Indicis morati*, *sicut Megasthenes & Dionysius a Philadelpho missus ex ea caussa*, *vires quoque gentium prodidere*. Sunt qui Τὰ Ὀρνιθιακὰ illi asscribant, Alexandrino ab aliis tributa. Eustathius in *Comment.* Τὰ δὲ Ὀρνιθιακὰ (ἀνηνέχθησαν) εἰς ἄλλον τινὰ Φιλαδελφέα Διονύσιον, ὃν, διὰ λέξεως ἀκυρολογίαν, ἐπεκάλουν Διάκενον. *Sed* Τὰ Ὀρνιθιακὰ (*relata fuerunt*) *ad alium quendam Philadelphensem Dionysium*, *quem propter impropriam rationem dictionis cognominaverunt Inanem*.

DION. RHODIUS.

De eo vide in *Dionysio Alexandrino Thrace Teri F.*

DION. SALLUSTIUS.

Medicus hic fuit. Laudaturque a Plinio *l.* XXXII. *c.* VII. *Si fastidium obstaret*, *suspendebat pedibus posterioribus eas Sallustius Dionysius*, *ut ex ore virus deflueret in acetum fervens*, *idque e pluribus ranis*. *Fortioribus stomachis ex jure edendus dabat*. Scripta ejus ignorantur.

DION. SAMIUS,
Medicus Galeno.

De eo vide in *Dionysio Musonii F.*

DION. SCYMNÆUS.

Isaacius Tzetzes *ad Lycophronem*: Καὶ Διονύσιός φησιν ὁ Σκυμναῖος·

Μὰ τὰς Θεοίνου καὶ Κορωνίδος κόρας.

Et Dionysius Scymnæus inquit;

Per Bacchi & Coronidis puellas.

DION. SCYTOBRACHION, sive SCYTEUS.

Vide de eo in *Dionysio Mitylenæo*.

DION. SICULUS, *Major*.

Scripsit Tragœdias, Comœdias, & Historias. Suidas. Διονύσιος, Σικελίας τύραννος, ἔγραψε Τραγῳδίας, καὶ Κωμῳδίας, καὶ Ἱστορικά. *Dionysius, Siciliæ tyrannus, scripsit Tragœdias, & Comœdias, & Historica*. Tragœdias ejus commemorat etiam Plutarchus in *Antiphonte Rhetore*, ubi de cædis ejus caussa agit: Τοῦτο δὲ ἀκούσαντα τὸν Διονύσιον, καὶ ὑπονοήσαντα προτροπὴν εἰς ἐπίθεσιν εἶναι τὸ ῥηθὲν, προστάξαι ἀναιρεθῆναι αὐτόν· οἱ δὲ, ὅτι τὰς τραγῳδίας αὐτοῦ διέσυρε χαλεπήναντα. *Id quum audivisset Dionysius, & pro exhortatione ad se insidiis petendum excepisset, eum jussisse interfici; alii vero, quod ejus tragœdias illusisset indignatum*. Photius in *Bibliotheca*: Ἀκούσαντα δὲ τὸν Διονύσιον, καὶ εἰς αὐτὸν ὑπονοήσαντα τὸν λόγον ἀπερρίφθαι, καὶ προτροπὴν εἶναι τῆς αὐτοῦ καταλύσεως, τὸν ἐπὶ θανάτῳ τὸν ῥήτορα καταδικάσαι· οἱ δὲ, διότι φασὶ τὰς τραγῳδίας αὐτοῦ διασύρων ἐπαρρησιάζετο. *Dionysium vero, quum audivisset, ac sermonem hunc in se dici suspicatus esset, & incitamentum esse suæ expulsionis, morti sententia oratorem damnasse; alii vero, quod dicunt illius tragœdias traducens nimia libertate usus esset*. Anonymus in *Olymp. Descript.* Olymp. CIII. anno I. Διονύσιος εἰς ἀῤῥωστίαν ἐμπεσὼν ἐτελεύτησε, τυραννήσας ἔτη λη΄. ὀλίγον πρὸ τοῦ Ἀθήνησι διδάξας τραγῳδίαν, καὶ νικήσας. *Dionysius in morbum lapsus obiit, quum tyrannidem exercuisset annos triginta octo, quum brevi ante Athenis tragœdiam docuisset, ac vicisset*. Philostratus in *Thrasymacho, Sophist.* l. I. Ἀπέθανε μὲν οὖν περὶ Σικελίαν ὑπὸ Διονυσίου τοῦ τυράννου· τὰς δὲ αἰτίας, ἐφ᾽ αἷς ἀπέθανεν, Ἀντιφῶντι μᾶλλον, ἢ Διονυσίῳ, προσγράφομεν. διεφαύλιζε γὰρ τὰς τοῦ Διονυσίου τραγῳδίας, ἐφ᾽ αἷς ἐκεῖνος ἐφρόνει μεῖζον, ἢ ἐπὶ τῷ τυραννεῖν. *Occisus quidem igitur est in Sicilia ab Dionysio tyranno; caussas vero, ob quas interfectus est, Antiphonti potius, quam Dionysio adscribimus. Vituperaverat enim Dionysii tragœdias, quibus ille magis gloriabatur, quam tyrannide*. Athen. *l.* III. Ὑπερδραμόντες τὸν Σικελιώτην Διονύσιον· ὃς τὴν μὲν παρθένον ἐκάλει μένανδρον, ὅτι μένει τὸν ἄνδρα· καὶ τὸν στῦλον μενεκράτην, ὅτι μένει καὶ κρατεῖ. *Prætereuntes Dionysium Siculum; qui virginem quidem vocabat μένανδρον, quia exspectat virum; & columnam μενεκράτην, quia manet ac retinet*. Ac speciatim nominatur ejus

Ἄδωνις

ab Athen. *l.* IX. Διονύσιος δὲ ὁ τύραννος ἐν τῷ Ἀδώνιδι·

Νυμφῶν ὑπὸ σπήλυγγα τὸν αὐτόστεγον
Σύαγρον ἐκβέλειον οὐ θηρὸν κλύειν,
Ὦ πλεῖστ᾽ ἀπαρχὰς ἀκροθινιάζομαι.

Dionysius autem tyrannus in Adonide;

Nympharum sub antro nativo tecto
Aprum sine sagittis captu facilem audire,
Cui plurimum primitias consecro.

Ac mox ibidem:

Θεσμοφόρος.

Ista ejus verba sunt. Καὶ ὁ παρὰ Διονυσίῳ δὲ ἐν Θεσμοφόρῳ μάγειρος, ἄνδρες δαιταλεῖς, (οὐ χεῖρον γὰρ καὶ τούτου μνησθῆναι) τί φησί;

Σφόδρα μοι καὶ χάρις ἀεὶ μία νὴ τοὺς θεοὺς
Ταυτὶ προείπας τὸν μάγειρον εἰδέναι.
Πολὺ γὰρ δεῖ ἀεὶ πρότερον οἷς μέλλει ποιεῖν
Τὸ δεῖπνον ἐγχειρεῖν ποιεῖν.
Ἐὰν μὲν γὰρ εἷς τις οὖν ἐπιβλέψῃ μόνον
Τοὖψον ποιῆσαι, καὶ τρόπον πῶς δεῖ, τίνα
Τρόπον παραθεῖναι δέ ποτ᾽ ἢ πῶς σκευάσαι,
Μὴ προΐδῃ τε τοῦτο, μηδὲ φροντίσῃ,
Οὐκ ἐστὶ μάγειρος, ὀψοποιὸς δ᾽ ἐστ᾽ ἴσως.
Οὐ ταυτό ἐστι τοῦτο· πολὺ διήλλαχεν.
Καὶ γὰρ στρατηγὸς πᾶς καλεῖθ᾽ ὃς ἂν λάβῃ
Δύναμιν, ὁ μέν τοι δυνάμενος κἂν πράγμασιν
Ἀναστραφῆναι, καὶ διαβλέψαι τί που,
Στρατηγός ἐστιν, ἡγεμὼν δὲ θἄτερον.
Οὕτως ἐφ᾽ ἡμῖν, σκευάσαι μὲν ἢ τεμεῖν
Ἡδύσμαθ᾽ ἑψῆσαί τε καὶ φυσᾶν τὸ πῦρ
Ὁ τυχὼν δύναιθ᾽ ἄν. ὀψοποιὸς οὖν μόνον
Ἐστὶν ὁ τοιοῦτος. ὁ δὲ μάγειρος ἄλλο τι.
Συνιδεῖν τόπον, ὥραν, τὸν καλοῦντα, τὸν πάλιν
Δειπνοῦντα, πότε δεῖ καὶ τίν᾽ ἰχθὺν ἀγοράσαι.

Et vero apud Dionysium in Thesmophoro coquus, viri convivatores, (non enim pejus est meminisse etiam illius) quid ait?

Valde mihi & venustas semper una per Deos
Hoc prædixisti coquum scire.
Multo enim decet semper prius quibus paraturus est
Cœnam, facere ut administret.
Nam si quidem unum quis non adspexerit solum
Obsonium parari, admodum prout decet, quo
Modo apponere autem alicubi, aut quemadmodum parare,
Non providerit & illud, neque curaverit,
Non est coquus, sed parator obsonii est forsitan.
Non hoc est idem; multum distat.
Nam & imperator vocatur omnis, qui, si acceperit
Copias, ille equidem potest etiam in negotiis
Versari, & adspicere aliquid alicubi,
Imperator est, dux autem aliud.
Sic in nobis, parare quidem aut scindere
Dulciaria & coquere & ignem sufflare
Quilibet sane possit: obsonii parator igitur solum
Est talis. Sed coquus aliud quid.
Considerare locum, horam, vocantem, rursus
Cœnantem, quando oportet & quem piscem emere.

Ἕκτορος λύτρα,

Item altera,

Κατὰ Πλάτωνος.

Joannes Tzetzes *Chil.* V. *cap.* XXIII.

Οὗτος ὁ Διονύσιος πολλὰς μὲν τραγῳδίας
Ἐν τοῖς Ἀθήναις ἀναγνοὺς, δεύτερος, τρίτος ἦλθεν.
Εἰς ΛΥΤΡΑ δὲ ΤΟΥ ΕΚΤΟΡΟΣ καλούμενον τὸ δρᾶμα
Ἀναγνωσθὲν ἐνίκησε πάντας ἐν ταῖς Ἀθήναις.
Ἐν δὲ τῷ ΚΑΤΑ ΠΛΑΤΩΝΟΣ δράματι γεγραμμένῳ,
Πλέον κωμικωτέρῳ μὲν ἢ τραγῳδίας ὄντι,
Δοκῶ τὸν στίχον ἔλεξεν.

Ille Dionysius multas quidem tragœdias,
Athenis recitans, secundus, tertius venit.
In pretia vero redemptionis Hectoris vocata fabula
Recitata vicit omnes Athenis.
Sed in illa contra Platonem fabula scripta,
Plus comica quidem quam tragœdiæ
Opinor versum dixit.

DION. SICULUS, *Minor*.

Hujus filius. De quo Suidas. Διονύσιος, υἱὸς τοῦ Σικελίας τυράννου, καὶ αὐτὸς τύραννος, καὶ φιλόσοφος. Ἐπιστολὰς, καὶ Περὶ τῶν ποιημάτων Ἐπιχάρμου. *Dionysius, filius Siciliæ tyranni, & ipse tyrannus, & philosophus.* Scripsit *Epistolas & De poematibus Epicharmi*.

DION. SIDIUS.

Etymolog. Auctor *in* Ὑποπτέρῳ. Διονύσιος ὁ Σίδιος πρῶτον ταύτῃ τῇ ἐπιβολῇ ἐχρήσατο, ᾗπερ χρῶνται οἱ γραμματικοί· ὡς τύμβος, τυμβίδιος, ταῦρος, ταυ-

ρίδιος. *Dionysius Sidius primum usus fuit hoc instituto, quo utuntur grammatici; ut sepulcrum, sepulcrulum, paucus, pauculus.*

DION. SIDONIUS.

Varro *de L.L.* lib. IX. *Nam alii de omnibus universis discriminibus posuerunt numerum; ut Dionysius Sidonius, qui scripsit eas esse septuaginta unam.*

DION. SINOPENSIS.

Hic Comicus fuit; laudaturque ejus

Σώζουσα.

Athen. *lib.* XI. Διονύσιος ὁ Σινωπεὺς ἐν Σωζούσῃ καταλέγων ὀνόματα ποτηρίων, μνημονεύει καὶ τούτου, λέγων οὕτως·

Ὅσα δ' ἐστὶν εἴδη Θηρικλείων τῶν καλῶν
Γυάλαι, δικότυλοι, τρικότυλοι, δεῖνος μέγας,
Χωρῶν μετρητὴν, κυμβίον, σκύφος, ῥυτά.
Ποτήρι' ἡ γραῦς, ἄλλο δ' οὐδὲ ἓν βλέπει.

Dionysius Sinopensis in Servatrice recensens nomina poculorum, meminit etiam hujus, sic dicens;

Quotquot autem sunt genera Thericleorum horum pulchrorum
Mulier, dicotyla, tricotyla, dinus ingens,
Capiens metretam, cymbium, scyphus, rhyta.
Pocula hæc anus, aliud autem nihil videt.

Iterum postea: Διονύσιος δ' ὁ Σινωπεὺς ἐν Σωζούσῃ καταλέγων τινὰ ποτήρια, καὶ τοῦ ῥυτοῦ ἐμνήσθη, ὡς προεῖπον. *Dionysius Sinopensis in Servatrice recensens quædam pocula, etiam rhyti meminit, ut antea dixit.* Ac hujusdem, ut puto, est Comœdia,

Ὁμώνυμοι.

Apud eundem Athenæum, *lib.* IX. Τὴν δ' ἐξαίρεσιν ὦ καλέ μου Οὐλπιανὲ Διονύσιος ὁ Κωμῳδοποιὸς ἐν τοῖς Ὁμωνύμοις τῷ δράματι οὕτως εἴρηκε, ποιήσας τινὰ μάγειρον πρὸς τοὺς μαθητὰς διαλεγόμενον·

Ἄγε δὲ Δρίμων νῦν, εἴ τι κομψὸν ἢ σοφὸν,
Ἢ γλαφυρὸν οἶσθα τῶν σεαυτοῦ πραγμάτων,
Φανερὸν ποίησον τοῦτο τῷ διδασκάλῳ.
Νῦν τὴν ἀπόδειξιν τῆς τέχνης αἰτῶ σ' ἐγώ.
Εἰς πολεμίαν ἄγω σε. θαρρῶν κατάτρεχε,
Ἀριθμῷ διδόασι τὰ κρέα, καὶ τηροῦσί σε
Ἁπαλὰ ποιήσας ταῦτα, καὶ ζέσας σφόδρα,
Τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, ὡς λέγω σοι, σύγχεον.
Ἰχθὺς ἁδρὸς πάρεστι· αὐτὸς, ἔστι σός.
Κἂν τέμαχος ἐκκλίνῃς τι, καὶ τοῦτ' ἔστι σὸν,
Ἕως ἂν ἔνδον ὦμεν· ὅταν δ' ἔξω, γ' ἐμὸν
Ἐξαιρέσεις, καὶ τ' ἄλλα τ' ἀκόλουθ', ὅσα
Οὐδ' ἀριθμὸν, οὔτ' ἔλεγχον ἐφ' ἑαυτῶν ἔχει,
Περικόμματος δὲ τάξιν ἢ θέσιν φέρει,
Εἰς αὔριόν σε κἀμὲ ταῦτά γ' εὐφρανεῖ,
Τῷ λαφυροπώλῃ παντάπασι μεταδίδου,
Τὴν πάροδον ἵν' ἔχῃς τῶν θυρῶν εὐνουστέραν.
Τί δεῖ λέγειν με πολλὰ πρὸς συνειδότα;
Ἐμὸς εἶ μαθητὴς, σὸς δ' ἐγὼ διδάσκαλος.
Μέμνησο τῶνδε, καὶ βάδιζε δεῦρ' ἅμα.

Ἐξαίρεσιν *autem, vel* exemptionem, *o mi probe Ulpiane Dionysius Comicus in fabula Cognominibus sic dixit, statuens quendam coquum cum discipulis colloquentem;*

Hem vero Drimo nunc, si quid venustum & sapiens,
Aut splendidum noveris rerum tuarum,
Manifesta illud magistro.
Nunc demonstrationem artis posco te ego.
In hosticum duco te. Bono animo decurre,
Numero dant carnes, & servant te
Molles cum feceris eas, & elixaveris vehementer,
Numerum earum, ut tibi dixi, confunde.
Piscis pinguis adest is ipse, tuus est.
Et si frustum abscissum everteris aliquod, & hoc tuum est,
Usque dum intus simus; quum vero foris, meum
Exemptiones, & alia quæ sequuntur, quotcunque
Nec numerum, nec reprehensionem in sese continent.

A *Sed resegminis ordinem & positionem ferunt,*
In crastinum te & me hæc oblectabunt,
Prædæ venditorem omnino participem facito,
Accessum ut habeas januarum magis benevolum.
Quid oportet dicere me multa tibi conscio?
Meus es discipulus, tuus autem ego magister,
Memento autem horum, & ambula huc simul.

Immo clare huic tribuit, *lib.* XIV. Διονύσιος μὲν ὁ Σινωπεὺς, ὁ τῆς Κωμῳδίας ποιητὴς, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὁμωνύμῳ μνημονεύει Κηφισοδώρου τοῦ Πλάνου διὰ τούτων.

—— Κηφισόδωρόν φησιν ἐπικαλούμενον
B Πλάνον τιν' ἐν Ἀθήναις γενέσθαι, τῇ σχολῇ
Εἰς τοῦτο τὸ γένος τοῦ βίου καταχρώμενον.
Τοῦτον ἐντυχόντα πρὸς τὸ σιμὸν ἀνατρέχειν,
Ἢ συγκαθεῖναι τῇ ἐπὶ τῇ βακτηρίᾳ.

Dionysius quidem Sinopensis, Comœdiæ poeta, in fabula inscripta Cognomine meminit Cephisodori Plani in his;

—— Cephisodorum inquit vocatum
Planum quendam Athenis fuisse, otio
Ad istud vitæ genus abutentem,
Hunc occurrentem ad clivum currendo scandere,
Aut considere illic in baculo.

DION. STOICUS.

C Diogenes Laert. in *Diogene Cynico*, lib. VI. Φησὶ δὲ Διονύσιος ὁ Στωϊκὸς, ὡς μετὰ Χαιρώνειαν συλληφθεὶς ἀπήχθη πρὸς Φίλιππον· καὶ ἐρωτηθεὶς, τίς εἴη, κατάσκοπος, ἔφη, τῆς σῆς ἀπληστίας. *Inquit autem Dionysius Stoicus, illum post Chæroneam comprehensum abductum fuisse ad Philippum; & interrogatus, quis esset, speculatorem, inquit, tuæ insatiabilitatis.*

DION. THRAX.

Vide in *Dionysio Alexandrino*.

DION. TRYPHONIS F.

Scripsit,

Περὶ Ὀνομάτων.

Athen. *lib.* VI. Καὶ τὸν τόπον τοῦτον Φιλαῖον ἐκάλεσαν,
D ἀπὸ τῆς Δημητρίου μητρὸς Φίλας, ὥς φησι Διονύσιος ὁ τοῦ Τρύφωνος ἐν τῷ δεκάτῳ Περὶ Ὀνομάτων. *Et locum Philæum vocaverunt a Phila Demetrii matre, ut refert Dionysius Tryphonis filius in decimo De Nominibus.* Iterum *lib.* XI. Διονύσιος δὲ ὁ τοῦ Τρύφωνος ἐν τῷ Περὶ Ὀνομάτων, τὴν ψυγέα, φησὶν, ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι δῖνον. *Dionysius autem Tryphonis in scripto De Nominibus,* ψυγέα, *inquit, vocarunt veteres dinon.* Harpocration *in* κυπτάνιον. Διονύσιος μὲν οὖν ὁ τοῦ Τρύφωνος ἐν δευτέρῳ Ὀνομάτων, κυπτανεῖν ἐστί, φησι, τὸ κυπτοῦσθαι. οἷον τὰ ἁπαλὰ ξυλίφια ὅταν κάμψαντες ἀφῶμεν. *Dionysius quidem igitur Tryphonis filius in secundo De Nominibus,* κυπτανεῖν *est, inquit, accur-*
E *vari, quemadmodum tenera ligna quum flectentes remittimus.* Iterum *in* Ἑρμος. Διονύσιος δὲ ὁ τοῦ Τρύφωνος ἐν τῷ Περὶ Ὀνομάτων φησὶν, ὡς ἔοικεν οὐδέτερον εἶναι τὸ δήμου ὄνομα τὸ Ἑρμος, ὡς τὸ Ἑρκος. *Dionysius autem Tryphonis filius in scripto De Nominibus inquit, neutrum videri esse nomen populi hoc* Ἑρμος, *ut hoc* Ἑρκος. Stephanus *in* Μυῤῥινοῦς laudat sine ullo Operis titulo: Διονύσιος δὲ ὁ Τρύφωνος Μυῤῥινοῦντά φησιν. *Dionysius autem Tryphonis filius Myrinunta inquit.* Iterum *in* Οα. Διονύσιος δὲ ὁ τοῦ Τρύφωνός φησι, τὸ πληθυντικὸν Οεις λέγεσθαι αὐτὰς, ὡς καὶ ἄλλα πολλά. *Dionysius autem Tryphonis filius inquit, plura-*
F *le* Οεις *dici illas, ut & alia multa.*

DION. UTICENSIS.

Scripsit,

Ῥιζοτομικά.

Stephanus: Ἰτύκη, πόλις Λιβύης, Τυρίων ἄποικος. τὸ ἐθνικὸν, Ἰτυκαῖος. ἀφ' οὗ Διονύσιος Ἰτυκαῖος Ῥιζοτομικῶν πρώτῳ. *Ityca, urbs Libyæ, Tyriorum colonia. Gentile Itycæus, a quo Dionysius Itycæus in primo de secandis radicibus.* Sed corruptum eum locum in fine arbitror, nec emendandum sine ope meliorum codicum. Nisi forte legendum quis putet, Ῥιζοτο-

μικῶν πρῶτος, primus secandarum radicum; ut dicat, eum inter omnes, qui Ῥιζοτομικὰ tractarunt, primas tenuisse. Certe laudat quoque Ῥιζοτομικὰ ejus Scholiastes Nicandri *ad Theriaca*: Τὸ τριόφυλλον, Διονύσιος μὲν ἐν Ῥιζοτομικοῖς, μινυανθὲς καλεῖ, Καλλίμαχος δὲ, τριπέτηλον. *Trifolium, Dionysius quidem in scripto de radicibus secandis, minyanthes vocat, Callimachus autem. τριπέτηλον.* Ac, puto, illud ipsum respexit Servius *ad Georg. lib.* I. *Ad ipsam herbam apostropham facit. Hæc autem a Medicis translata est in Græciam, quo tempore eam Xerxes invaserat. Hujus plena Venetia est: &, ut dicit Dionysius, trium foliorum est, semperque vires.* Scripsit etiam,

Γεωργικά.

Ejus Operis librum VII. nominat Athen. *lib.* XIV. Τὸ μὲν θαλάσσιον πράσον κόπτην φησὶ καλεῖσθαι Διονύσιος ὁ Ἰτυκαῖος ἐν ἑβδόμῳ Γεωργικῶν. *Marinum quidem porrum copten inquit vocari Dionysius Uticensis in septimo Georgicorum.* Prænomen illi fuit *Cassius*: transtulitque XXVIII. libros Magonis Pœni in linguam Græcam libris XX. eos vero in compendium redegit sex librorum Diophanes Bithynus. Varro *de Re Rust.* lib. I. cap. I. *Hos nobilitate Mago Carthaginiensis præterit Pœnica lingua, quod res dispersas comprehendit libris* XXVIII. *Quos Cassius Dionysius Uticensis vertit libris* XX. *ac Græca lingua Sextilio prætori misit: in quæ volumina de Græcis libris eorum, quos dixi, adjecit non pauca, & de Magonis dempsit instar librorum* VIII. *Hosce ipsos utiliter ad* VI. *libros redegit Diophanes in Bithynia, & misit Deiotaro regi.* Et Columella itidem *de Re Rust.* lib. I. cap. I. *Diophanes Bithynius Uticensem totum Dionysium, Phœni Magonis interpretem, per multa diffusum volumina, sex epitomis circumscripsit.* Plin. *lib.* I. ubi Auctores libri sui decimi recenset: *Ex Dionysio, qui Magonem transtulit; Diophane, qui ex Dionysio Epitomen fecit.*

DION. ZOPYRUS.

Schol. Aristophanis *ad Aves*: Διονύσιος δὲ ὁ Ζώπυρος γράφει, ὑπ' ὀρτυγοκόμπου· καὶ ἐξηγεῖτο, ὅτι ἔγκειται τὸ μ. θέλει γὰρ εἰπεῖν τῶν ὀρτυγοκόμπων. *Dionysius autem Zopyrus scribit, ab ortygocompo; & exponebat, quod interponitur litera m. Uult enim dicere ortygocomporum.* De Scriptis nihil adhuc usquam legi.

Atque hæc quidem nobis de hisce istius nominis Auctoribus observata. Invenio vero etiam quædam Opera, sed solo Dionysii nomine citata; ut in incerto plane simus, cui asscribere debeamus. Ecce tibi,

Τὰ Λιθιακά.

Suidas: Ταῦτα δὲ εὗρον καὶ ἐν Διονυσίῳ τῷ τὰ Λιθιακὰ γράψαντι. *Hæc autem inveni etiam in Dionysio qui Lapidaria scripsit.* Nonnulli hæc ejus esse putarunt, cujus Περιήγησις hodie exstat; quemque male Alexandrinum hactenus putatum supra ostendi. Eustathius in *Comment.* Διονύσιος δὲ, Λίβυς μὲν ἱστορεῖται τὸ γένος. συγγράψαι δὲ καὶ ἄλλα βιβλία λέγεται, Λιθιακά τε, καὶ Ὀρνιθιακά, καὶ Βασσαρικά. ὧν τὰ μὲν Λιθιακὰ ἐκρίθησαν ἴδια Διονυσίου καὶ αὐτὰ, διὰ τὴν τοῦ χαρακτῆρος ὁμοιότητα. *Dionysius autem, Libys quidem genere naratur; conscripsisse autem & Bassarica: quorum illa quidem de Lapidibus judicata sunt propria Dionysii & ipsa, propter similitudinem dicendi generis.* Maximus Monachus in *Commentario ad Dionysium Areopagitam* Περὶ τῆς μυστικῆς θεολογίας, *cap.* II. Ὡς Διονύσιος ὁ ποιητὴς ἐν δευτέρῳ Λιθιακῶν.

Τῆς βαθυχλοάοντος ἰάσπιδος, ἢ ἀμεθύσου
Πορφυρόεντος ἄγαλμα, μελαγκρατέτης ὑάκινθος.

Quemadmodum Dionysius poeta in secundo de Lapidibus;

Profunde-herbascentis jaspidis, vel amethysti
Purpurantis ornamentum, nigrescens hyacinthus.

De Articulationibus Græcis.

Fulgentius lib. *de Virg. Contin. Nam ideo & ramus dictus est* ἀπὸ τῆς ῥαψῳδίας. *id est, a scriptura, sicut Dionysius in Græcis Articulationibus memorat.*

Γιγαντιάς.

Stephanus: Κελαδώνη, πόλις Λοκρίδος, ὡς Διονύσιος Γιγαντιάδος πρώτῳ. *Celadone, urbs Locridis, quemadmodum Dionysius primo Gigantiadis.* Iterum alio loco: Νέσσων, πόλις Θεσσαλίας. Διονύσιος τρίτῳ Γιγαντιάδος. *Nesson, urbs Thessaliæ, Dionysius tertio Gigantiadis.*

Περὶ τοῦ Χαίρειν.

Scholiastes Aristophanis *Pluto*: Περὶ δὲ τοῦ ἐν τῇ συνηθείᾳ Χαίρειν, τούτου ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς γέγραπται Διονυσίῳ μονόβιβλον· καὶ λέγει μὲν περὶ αὐτοῦ, ὑπὸ Κλέωνος αὐτὸ πρῶτον τετάχθαι. *De voce autem Vale in communi usu, & ea quæ in epistolis adhibetur liber unus scriptus est a Dionysio; & dicit quidem de ea, ab Cleone illam primam positam fuisse.*

Ἐπιτομή.

Stephanus: Κοριόλλα, πόλις Λατίνων. Διονύσιος καὶ τῆς Ἐπιτομῆς. *Coriolla, urbs Latinorum, Dionysius & Epitomæ.* Locus corruptus. Restituo, Διονύσιος κά. τῆς Ἐ'. *Dionysius vicesimo primo Epit.*

Περὶ τ Νυμφῶν.

Suidas *in* Περὶ δὲ τῶν θεῶν (τῶν Νυμφῶν) Διονυσίῳ πᾶσα ἡ ἱστορία συνῆκται ἐν τριάκοντα καὶ τρισὶ βιβλίοις. *De deabus vero (Nymphis) omnis historia a Dionysio in tribus & triginta libris collecta est.* Laudantur quoque

Historiæ.

Sed eum sub Imperatoribus posterioribus vixisse constat. Jornandes *de Rebus Geticis*, cap. XIX. *Defuncto tunc Decio, Gallus & Volusianus regno potiti sunt Romanorum, quando & pestilens morbus, pæne istius necessitatis consimilis, ut nos ante hos novem annos experti sumus, faciem totius orbis fœdavit, supra modum tamen Alexandriam totiusque Ægypti loca devastans, Dionysio historico super hanc cladem lacrimabiliter exponente.*

Ὀψαρτυτικός.

Athen. *lib.* VII. Καὶ Διονύσιος ἐν Ὀψαρτυτικῷ τῆς ὑαίνης μνημονεύει. *Et Dionysius in Opsartytico hyænæ meminit.*

F I N I S.

JOANNIS MEURSII
DE
HERACLIDE,
ALIISQUE EJUS NOMINIS, & EORUM OPERIBUS,
DISSERTATIO,

Nunc primum ex Chirographo Auctoris edita.

SYLLABUS AUCTORUM HUJUS NOMINIS.

Heraclides Ponticus, Major.
Heraclides Ponticus, Minor.
Heraclides Cumanus I.
Heraclides Cumanus II.
Heraclides Callatianus, sive **Alexandrinus, Lembus.**
Heraclides **Alexandrinus.**
Heraclides Bargylensis, **Dialecticus.**
Heraclides Medicus.
Heraclides **Tarentinus.**
Heraclides, **Poeticus.**
Heraclides Phocensis.
Heraclides Ligur.
Heraclides Magnesius.
Heraclides Mathematicus.
Heraclides **Clazomenius.**
Heraclides Bays.
Heraclides Comicus.
Heraclides Cretensis.
Heraclides Herophileus.
Heraclides Lycius.
Heraclides Macedo.
Heraclides Mopseates.
Heraclides Odessites.
Heraclides Sinopensis.
Heraclides Soranus.
Heraclides Syracusanus.
Heraclides Tarsensis.
Heraclides Terinæus.
Heraclides Thyatirenus.

JOANNIS MEURSII DE HERACLIDE, ALIISQUE EJUS NOMINIS, & EORUM OPERIBUS.

DISSERTATIO,

HERACLIDES PONTICUS, *Major.*



ERACLIDIS Pontici nostri Opera varia a Diogene in *ejus Vita*, quæ initio hujus libri exhibetur commemorantur. Sed in iis Operis istius, quod nunc damus, nulla mentio. Est tamen, verum titulo plane alio. Nam aut ego longe fallor, aut est illud, quod in libros duos distinctum, inscriptumque fuisse dicit, Λύσεων Ὁμηρικῶν, *Solutionum Homericarum*. Ac profecto omnino censeo librarium aliquem, cum in Opus istud forte *ἀνεπίγραφον carens inscriptione* incidisset, e re titulum, non quidem illum nimis inconvenientem, verum tamen alienum, apposuisse. Distinctum autem in duos libros id fuisse, e Diogene nobis constat; atque in primo nempe *Iliada*, in secundo *Odysseam* explicaverat. Quam divisionem etiam hujus nostri Operis esse, nemo certe negare poterit: & secundi libri initium, ut a me est constitutum, istud fuerit: *Ἆρ' οὖν ἀπόχρη δι' ὅλης τῆς Ἰλιάδος συνᾴδουσα καὶ διηνεκὴς ἡ Ὁμήρου φιλοσοφία. ἐν ᾗ τὰ περὶ θεῶν ἠλληγόρησε. ζητοῦμεν δὲ τούτων τί περιττότερον, καὶ μετὰ τοσαύτας ἀποδείξεις ἐνδεῖν ἔτι τὰ περὶ τὴν Ὀδύσσειαν ἡγούμεθα. Sane igitur sufficit per totam Iliada concinens & continua Homeri philosophia, in qua de diis omnia allegorice scripsit. Quærimus autem his aliquid præstantius, & post tantas demonstrationes opus esse adhuc putamus illa, quæ ad Odysseam pertinent.* Et secundus quidem liber, maxima sui parte mutilus, in *Odysseas κ'.* deficit. Itaque tria a me tibi hic indicata, genuinus Operis titulus, & distinctio, ac mutilatio. Ac de titulo, & distinctione idem video etiam in mentem venisse insigni viro, Conrado Gesnero; & non parum gratulatus mihi fui, cum firmari ejus suffragio judicium meum animadverti. Nunc Catalogum ejus Operum apud Diogenem inspiciamus. Est in illo,

Περὶ δικαιοσύνης, γ'.

Quod laudatum & Athenæo, *lib.* XII. Ἡρακλείδης δ' ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ δικαιοσύνης φησί. *Heraclides autem Ponticus in scripto de justitia dicit.* Et mox: Ἡρακλείδης δ' ὁ Ποντικὸς ἐν δευτέρῳ περὶ δικαιοσύνης φησίν. *Heraclides autem Ponticus in secundo de justitia dicit.*

Περὶ ἀρχῆς, α'.

Meminit ejus *libro* quoque primo, in *Periandri Vita*. Ὡς φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ ἀρχῆς. *Ut dicit Heraclides Ponticus in scripto de principio.*

Ακούσιος ἐρωτικός.

Puto esse idem Opus, quod περὶ ἐρωτικῶν, *de amatoribus*, nominat Athen. *lib.* XIII. Μελάνιππος δ' ἦν τὰ παιδικά, ὥς φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ ἐρωτικῶν. *Melanippus autem erat deliciæ, ut dicit Heraclides Ponticus in scripto de amatoriis.*

Νόμοι

Νόμων α΄. καὶ τῶν συγγενῶν τύποις.

Citat ipse Diogenes etiam alibi in *Protagora*, *lib.* IX. Καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς, ἐν τοῖς Περὶ νόμων. *Sicut dicit Heraclides Ponticus, in scriptis De legibus*. De his videtur Cicero loqui *ad Quinctum fratrem*, lib. III. epist. v. *Admonitus sum ab illo, multo majore auctoritate de illis rebus dici posse, si ipse loquerer* de rep. *præsertim cum essem non Heraclides Ponticus, sed consularis, & is, qui maximis versatus* in rep. *rebus essem*,

Περὶ ψυχῆς.

Meminit Plutarchus in *Camillo*: Ἡρακλείδης γὰρ ὁ Ποντικὸς, οὐ πολὺ τῶν χρόνων ἐκείνων ἀπολειπόμενος, ἐν τῷ Περὶ ψυχῆς συγγράμματι, φησὶν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας λόγον κατασχεῖν. *Heraclides enim Ponticus, qui non multum post tempora illa vixit, in scripto De anima, dicit a vespera rumorem obtinuisse*. Et ex eo est indubie, quod Tertullianus profert lib. *de Anima*, cap. IX. *Quem igitur alium animæ æstimabis colorem, quam aureum, ac lucidum? non ut aer sit ipsa substantia ejus, etsi hoc Ænesidemo visum est, & Anaximeni, puto secundum quosdam & Heraclito: nec ut lumen, etsi hoc placuit Pontico Heraclidi.*

Περὶ βίων.

Plena inscriptio fuit, Τῶν τοῦ Σατύρου βίων ἐπιτομὴ, *Satyri vitarum epitome*. Ecce apud eundem in *Pythagora*, *l.* VIII. Ἡρακλείδης δέ φησιν ἐν τῇ τῆς Σατύρου βίων Ἐπιτομῇ, μετὰ τὸ θάψαι Φερεκύδην ἐν Δήλῳ, ἐπανελθεῖν εἰς Ἰταλίαν. *Heraclides autem dicit in Satyri vitarum Epitome, post sepultum Pherecyden in Delo, rediisse in Italiam*. Et mox, in *Empedocle*: Σάτυρος δ᾽ ἐν τοῖς Βίοις φησὶν, ὅτι Ἐμπεδοκλῆς υἱὸς μὲν ἦν Ἐξαινέτου, κατέλιπε δὲ καὶ αὐτὸς υἱὸν Ἐξαίνετον. ἐπί τε τῆς αὐτῆς Ὀλυμπιάδος τὸν μὲν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι· τὸν δ᾽ υἱὸν αὐτοῦ, πάλῃ, ἢ (ὡς Ἡρακλείδης ἐν τῇ Ἐπιτομῇ) δρόμῳ. *Satyrus autem in Vitis dicit, Empedoclem filium quidem esse Exæneti, & ipsum autem reliquisse filium Exænetum: & in hac ipsa Olympiade illum quidem equo singulari vicisse; filium autem ejus, lucta, sive (ut Heraclides in Epitome) cursu*. Deinde in Zenone *Eleate*, *l.* IX. Καθά φησιν Ἡρακλείδης ἐν τῇ Σατύρου Ἐπιτομῇ. *Sicut dicit Heraclides in Satyri Epitome*. Ex hoc Βίος Ἀρχιμήδους, *Vita Archimedis*, fuerit, qui Eutocio memoratur, Commentario Εἰς τὴν τοῦ κύκλου μέτρησιν. Ἀλλ᾽ ἔστι μὲν τοῦτο τὸ βιβλίον, ὥς φησιν Ἡρακλείδης ἐν τῷ Ἀρχιμήδους Βίῳ, πρὸς τὰς τοῦ βίου χρείας ἀναγκαῖον. *In circi dimensionem: Sed est quidem hic liber, ut ait Heraclides in Archimedis Vita, ad vitæ commoditates necessarius*. Itaque corrigendus idem in *Commentario ad Apollonii Pergæi Conic.* lib. I. *Apollo* (ut habet Commandini versio) *Geometra, Anthemi sodalis charissime, natus est Pergæ, quæ Pamphyliæ civitas est, tempore Ptolemæi Euergetæ, ut tradit Heraclides in* ARCHIMEDIS VITA. Hodie editur, *ut tradit Heraclius*. Nempe in Græco exemplari Ἡράκλειος exaratum fuerit, cum deberet Ἡρακλείδης.

Περὶ νόσων.

Ita laudatur iterum ab eodem Diogene in *Empedocle*, *lib.* VIII. Ὁμοίως καὶ Ἡρακλείδης ἐν τῷ Περὶ νόσων. *Similiter & Heraclides in scripto De morbis*. Et mox *ibidem*: Ἡρακλείδης δ᾽ ἐν τῷ Περὶ νόσων φησὶ καὶ Παυσανίᾳ ὑφηγήσασθαι αὐτὸν τὰ περὶ τὴν ἄπνουν. *Heraclides autem in scripto De morbis ait etiam Pausaniæ narravisse ipsum illa de non spirante*. Sed corruptum omnibus locis libri nomen; quippe verus titulus fuit,

Περὶ νήσων.

Stephanus *de Urbibus*: Ὠλίαρος, νῆσος τῶν Κυκλάδων μία· Περὶ ἧς Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ Περὶ νήσων οὕτω φησί. *Oliarus, insula Cycladum una, de qua Heraclides Ponticus in libro De insulis ita dicit.* Harpocration *in* Στρύμη: Ἡρακλείδης, ἢ Φιλοστέφανος, ἐν τῷ Περὶ νήσων, φησί. *Heraclides, aut Philostephanus, in scripto De insulis, dicit*. Estque ex hoc ipso Opere, quod Plinius citat *l.* IV. *c.* XII. ubi de variis insulis agit: *Melos cum oppido, quam Aristides Byblida appellat, Aristoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides Siphnum, & Acyton.*

Περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας α΄. β΄.
Περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου α΄. β΄.
De Homeri & Hesiodi ætate primum, secundum.
De Archilocho & Homero primum, secundum.

An ex horum alterutro est, quod Eustratius profert *ad Ethic. lib.* III. Λέγει δὲ καὶ περὶ Αἰσχύλου καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς, ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Ὁμήρου. *Dicit autem etiam de Æschylo & Heraclides Ponticus, in primo De Homero.*

Περὶ μουσικῆς α΄. β΄.

Plutarchus lib. *de Musica*: Ἡρακλείδης δ᾽ ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ, τὴν κιθαρῳδίαν, καὶ τὴν κιθαρῳδικὴν ποίησιν, πρῶτόν φησιν Ἀμφίονα ἐπινοῆσαι. *Heraclides vero in collectione eorum quæ ad musicam pertinent, citharæ cantum, & citharœdicam poesin, primum inquit Amphionem excogitavisse*. Sed de numero librorum vereor uti mendum existat in Diogene, & scribendum sit, α΄. β΄. γ΄. Nam ecce tertium nobis laudat Athenæus *l.* x. Καὶ ὁ εἰς τὴν Δήμητρα δὲ τὴν ἐν Ἑρμιόνῃ ποιηθεὶς τῷ Λάσῳ ὕμνος ἄσιγμός ἐστιν, ὥς φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τρίτῳ Περὶ μουσικῆς. *Et qui in Cererem vero eam, quæ est Hermione, factus ab Laso hymnus caret sigma, ut dicit Heraclides Ponticus in tertio De musica*. Iterum, *l.* XIV. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Ποντικὸς ἐν τρίτῳ Περὶ μουσικῆς, οὐδ᾽ ἁρμονίαν φησὶ δεῖν καλεῖσθαι τὴν Φρύγιον, καθάπερ οὐδὲ τὴν Λύδιον. *Heraclides autem Ponticus in tertio De musica, nec harmoniam dicit oportere vocari Phrygiam, sicuti nec Lydiam.*

Ἡρακλείτου ἐξηγήσεις δ΄.

Iterum commemorantur ab eodem Diogene in *Vita Heracliti*, *lib.* IX. Πλεῖστοι τέ εἰσιν, ὅσοι ἐξήγηνται αὐτοῦ (τοῦ Ἡρακλείτου) τὸ σύγγραμμα. καὶ γὰρ Ἀντισθένης, καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς, Κλεάνθης τε ὁ Ποντικός. *Plurimique sunt, qui enarraverunt illius (Heracliti) scriptum. Et enim Antisthenes, & Heraclides Ponticus, & Cleanthes Ponticus.*

Περὶ ἡδονῆς.

Athenæus *l.* XII. Καινῶς Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ Περὶ ἡδονῆς ἱστορεῖ περὶ αὐτοῦ. *Nove Heraclides Ponticus in scripto De voluptate narrat de illo.* Iterum: Ἡρακλείδης δ᾽ ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ Περὶ ἡδονῆς Δεινίαν φησὶ τὸν μυροπώλην, διὰ τρυφὴν εἰς ἔρωτα ἐκπεσόντα, καὶ πολλὰ χρήματα ἀναλώσαντα, ὡς ἔξω τῶν ἐπιθυμιῶν ἐγένετο, ὑπὸ λύπης ἐκταραχθέντα ἐκτέμνειν αὐτοῦ τὰ αἰδοῖα. *Verum Heraclides Ponticus in scripto De voluptate Dinian dicit unguentarium, quum per luxum in amorem delatus esset, & multas pecunias prodegisset, ab cupiditatibus liberatus fuit, ob tristitiam perturbatum exsecare sua pudenda*. Et mox rursum,

in fine *libri*, Μανία δὲ τρυφὴν ἡδίστην γενομένην οὐκ ἀηδῶς ὁ Ποντικὸς Ηρακλείδης διηγεῖται ἐν τῷ Περὶ ἡδονῆς. *Insania vero luxum dulcissimum, non injucunde Ponticus Heraclides narrat in scripto De voluptate.*

Συνθῆκαι, ά.

Istud Opus Heraclidi Oxyrynchitæ, Lembo dicto, tribuit Suidas: Ηρακλείδης Ὀξυρυγχίτης, Φιλόσοφος, ὁ τοῦ Σαραπίωνος, ὃς ἐπεκλήθη Λέμβος· γεγονὼς ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ ἕκτου, ὃς τὰς πρὸς Ἀντίοχον ἔγραψε ΣΥΝΘΗΚΑΣ. *Heraclides Oxyrynchita, Philosophus, Sarapionis filius, qui cognominatus est Lembus; qui vixit tempore Ptolemæi sexti, qui cum Antiocho inita scripsit PACTA.* Nisi forte & Heraclides Ponticus etiam illas scripserit, quod incertum; & potest error esse Diogenis, qui, cum Heraclidis Συνθήκας simpliciter citatas legeret, Pontici sui esse putaverit. Extra catalogum etiam ejus

Τραγῳδίαι

commemorantur, Tespidis nomine divulgatæ: Φησὶ δ' Ἀριστόξενος καὶ Τραγῳδίας αὐτὸν ποιεῖν, καὶ Θεσπίδος αὐτὰς ἐπιγράφειν. *Dicit autem Aristoxenus & Tragœdias illum facere, & Tespidis illas inscribere.* Item

Περὶ τῆς ἄπνου.

Ecce tibi in *Procemio*, *libro* I. Φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας, καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον, ἐν Σικυῶνι διαλεγόμενος Λέοντι τῷ Σικυωνίων τυράννῳ, ἢ Φλιασίων, καθά φησιν Ηρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῇ Περὶ τῆς ἄπνου. *Philosophiam autem primus nominavit Pythagoras, & se Philosophum, Sicyone colloquens cum Leonte Sicyoniorum tyranno, aut Phliasiorum, sicut dicit Heraclides Ponticus in libro De eo quem defecit spiritus.* Jam ab aliis commemorari quoque video,

Περὶ χρηστηρίων.

Clemens *Stromaton* I. Μέμνηται τούτων Ηρακλείδης ὁ Ποντικὸς, ἐν τῷ Περὶ χρηστηρίων. *Meminit horum Heraclides Ponticus in scripto De oraculis.* Joannes Tzetzes, *ad Hesiodi Scutum:* Ηρακλείδης δὲ ὁ Ποντικὸς, ἐν τῷ Περὶ χρηστηρίων, τὸν ἐν Παγασαῖς Ἀπόλλωνα ὑπὸ Τροφωνίου ἱδρῦσθαι φησί. *Heraclides autem Ponticus in scripto De oraculis, Pagasis Apollinem a Trophonio collocatum esse dicit.* Sed & plures Heraclidæ a Diogene recensentur. In his secundus,

HERACLIDES

Ponticus, Minor.

Γεγόνασι δὲ, inquit, Ηρακλεῖδαι τεσσαρεσκαίδεκα. πρῶτος, αὐτὸς οὗτος· δεύτερος, πολίτης αὐτοῦ, ΠΥΡΡΙΧΑΣ καὶ ΦΛΥΑΡΙΑΣ συντεταγμένος. *Fuerunt autem Heraclidæ quatuordecim. Primus hic ipse; secundus ejus civis, PYRRHICAS & GARRULITATES composuit.* Ubi vides, Opus quoddam ejus fuisse, inscriptum

Πυρρίχαι.

Item aliud,

Φλυαρίαι.

Erat nimirum hic Grammaticus; cujus

Λέσχαι, & Ἐπικά,

a Suida nobis commemorantur: Ηρακλείδης Ποντικὸς, ἀπὸ Ηρακλείας Πόντου. Γραμματικός· ὅστις Διδύμῳ τῷ πάνυ κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων ἐφοίτησεν. οὗτος, ἐπειδὴ ἤκουσεν Ἄπερος, τοῦ Ἀριστάρχου μαθητοῦ, διδοκιμοῦντος κατὰ τὴν Ῥώμην, πολλά τε τὸν Δίδυμον διασύροντος, ἔγραψε μέτρῳ Σαπφικῷ, ἤτοι Φαλαικίῳ, βιβλία γ'. δυσερμήνευτα, καὶ πολλὴν τὴν ἀπορίαν ἔχοντα προβαλλομένων ζητήσεων· ἅτινα ΛΕΣΧΑΣ ἐκάλεσεν. εἰς Ῥώμην δὲ κομίσας, καὶ τοῦ Ἄπερος καταφανεὶς, κατέμεινε σχολάζων ἐν αὐτῇ ἐπὶ Κλαυδίου, καὶ Νέρωνος. ἔγραψε δὲ καὶ ποιήματα ΕΠΙΚΑ πολλά. *Heraclides Ponticus, ab Heraclea Ponti. Grammaticus; qui ad Didymum plane excellentem in Alexandria venit. Hic, postquam audivit Aperum, Aristarchi discipulum, celebratum circa Romam, & in multis traducentem Didymum, scripsit carmine Sapphico, seu Phalæcio, libros tres explicatu difficiles, & multam dubitationem habentes propositarum quæstionum, quos SERMOCINATIONES vocavit. Romam vero deportans, & Apero visus, permansit studens in illa tempore Claudii, & Neronis. Scripsit autem & poemata Epica multa.* Quod Λέσχας attinet, eæ seorsim ab eodem Suida commemorantur alibi: Λέσχαι καὶ ποιήματα Ηρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ μέτρῳ Φαλαικείῳ, ἤτοι Σαπφικῷ, γραφέντα. *Sermocinationes & poemata Heraclidis Pontici carmine Phalæcio, seu Sapphico, scripta.* Etiam ab Artemidoro citantur, *Onirocrit.* lib. IV. *cap.* LXIX. Εἰσὶ γὰρ καὶ παρὰ Λυκόφρονι ἐν τῇ Ἀλεξάνδρᾳ, καὶ παρὰ Ηρακλείδῃ τῷ Ποντικῷ ἐν ταῖς Λέσχαις, καὶ παρὰ Παρθενίῳ ἐν ταῖς Ἐλεγείαις, καὶ παρ' ἄλλοις πολλοῖς, ἱστορίαι ξέναι καὶ ἄτριπτοι. *Nam sunt & apud Lycophronem in Alexandra, & apud Heraclidem Ponticum in Sermocinationibus, & apud Parthenium in Elegiis, & apud multos alios, historiæ peregrinæ & non tritæ.* Et has puto illas esse, quæ Φλυαρίαι a Diogene indigetantur. Tertius est,

HERACLIDES

Cumanus I.

Qui

Περσικὰ

libris quinque pertractavit. Diogenes: Τρίτος, Κυμαῖος, γεγραφὼς ΠΕΡΣΙΚΑ ἐν βιβλίοις πέντε. *Tertius Cumanus, qui scripsit PERSICA in libris quinque.* Citatque ejus Operis librum secundum Etymologici Auctor *in* Δανάκης: Ηρακλείδης ἐν τῷ δευτέρῳ ΠΕΡΣΙΚΩΝ. *Heraclides in libro secundo PERSICORUM.* Et Athenæus *l.* IV. Ηρακλείδης δ' ὁ Κυμαῖος, ὁ τὰ Περσικὰ συγγράψας, ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιγραφομένων Παρασκευαστικῶν. *Heraclides autem Cumanus, qui Persica conscripsit, in secundo inscriptorum Præparatoriorum.* Item *l.* XII. Ὥς ἱστορεῖ ὁ Κυμαῖος Ηρακλείδης, ὁ τὰ ΠΕΡΣΙΚΑ συγγράψας, ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Παρασκευαστικοῖς. *Ut narrat Cumanus Heraclides, qui PERSICA conscripsit, in inscriptis Præparatoriis.* Et observa, scripta quoque illi fuisse

Παρασκευαστικὰ,

quæ Diogenes non commemorat. Sed cur, fodes, Athenæus, cum de hoc Cumano loquitur, quasi discriminis causa addit? ὁ τὰ Περσικὰ συγγράψας, *qui Persica conscripsit.* Quia nimirum quartus erat, Rhetor,

HERACLIDES
Cumanus II.

Cujus

Τέχναι

a Diogene nominantur: Τέταρτος, ait, Κυμαῖος, ῥήτωρ, ΤΕΧΝΑΣ γεγραφώς. *Quartus Cumanus, rhetor, qui ARTES scripsit*. Quintus,

HERACLIDES
Callatianus,

sive

Alexandrinus, Lembus.

Hujus erat,

Διαδοχή,

sex librorum Opus. Et,

Λεμβευτικὸς λόγος,

unde *Lembus* ipse cognominatus, Diogenes: Πέμπτος, Καλλατιανός, ἢ Ἀλεξανδρεύς, γεγραφὼς τὴν ΔΙΑΔΟΧΗΝ ἐν ἓξ βιβλίοις· καὶ ΛΕΜΒΕΥΤΙΚΟΝ ΛΟΓΟΝ, ὅθεν καὶ Λέμβος ἐκαλεῖτο. *Quintus Callatianus, aut Alexandrinus, qui scripsit SUCCESSIONEM in sex libris; & LEMBEUTICUM SERMONEM, unde & Lembus vocabatur*. Hunc Oxyrynchiten fuisse, Sarapionis filium, & ad Antiochum

Συνθήκας,

aliaque multa Philosophica scripsisse, auctor est Suidas: Ἡρακλείδης, Ὀξυρυγχίτης, φιλόσοφος, ὁ τοῦ Σαραπίωνος, ὃς ἐπεκλήθη Λέμβος, γεγονὼς ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ ἕκτου· ὃς τὰς πρὸς Ἀντίοχον ἔγραψε ΣΥΝΘΗΚΑΣ. ἔγραψε φιλοσοφικά, καὶ ἄλλα. *Heraclides Oxyrynchita, philosophus, Sarapionis filius, qui cognominatus est Lembus, florens tempore Ptolemæi sexti; qui cum Antiocho icta scripsit PACTA. Scripsit Philosophica, & alia*. Quod ad Διαδοχὴν attinet, quæ Diogeni commemoratur, ejus Operis plena inscriptio ista erat,

Ἐπιτομὴ τῶν Σωτίωνος Διαδοχῶν.

Habes apud eundem Diogenem in *Demetrio*, *lib*. V. Ἡρακλείδης ἐν τῇ ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ ΣΩΤΙΩΝΟΣ ΔΙΑΔΟΧΩΝ. *Heraclides in EPITOME SOTIONIS SUCCESSIONUM*. Iterum in *Pythagora*, *l*. VIII. Ἡρακλείδης, ὁ τοῦ Σαραπίωνος, ἐν τῇ ΣΩΤΙΩΝΟΣ ΕΠΙΤΟΜΗ. *Heraclides, Sarapionis filius, in SOTIONIS EPITOME*. Ab Athenæo ejus

Ἱστορίαι

laudantur, *lib*. III. Ἱστορεῖ δὲ περὶ αὐτοῦ Ἡρακλείδης ὁ Λέμβος, ἐν τῇ τριακοστῇ ἑβδόμῃ τῶν ΙΣΤΟΡΙΩΝ. *Narrat autem de illo Heraclides Lembus, in trigesimo septimo libro HISTORIARUM*. Et *lib*. VIII. Ἡρακλείδης γοῦν ὁ Λέμβος, ἐν τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ τῶν ΙΣΤΟΡΙΩΝ, περὶ τὴν Παιονίαν καὶ Δαρδανίαν βατράχοις, φησίν, ὗσεν ὁ Θεός. *Heraclides igitur Lembus, in vigesimo primo HISTORIARUM, circa Pæoniam & Dardaniam ranas, dicit, pluit Deus*. Nominat eundem rursum incerto Opere, *l*. XIII. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Λέμβος ἱστορεῖ, ὅτι κατὰ τὴν Σπάρτην θαυμάζεται μᾶλλον ὁ κάλλιστος, ἢ γυνὴ ἡ καλλίστη. *Heraclides autem Lembus narrat, in urbe Sparta esse magis admirationi pulcherrimum, quam fœminam pulcherrimam*. Est nimirum ex HISTORIIS; ut & ista apud Festum Pompejum: *Lembus, qui appellatur Heraclides, existimat, revertentibus ab Ilio Achivis, quosdam tempestate dejectos in Italiæ regiones, secutos Tiberis decursum, pervenisse, ubi nunc sit Roma*. Epitomen ejus Operis fecit Heron Atheniensis. Suidas: Ἥρων, Κότυος, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ· τὰς ἐν Ἀθήναις δίκας γεγραφώς, εἶτα Ἐξήγησιν Δεινάρχου· Ὑπομνήματα εἰς Ἡρόδοτον, Ξενοφῶντα, Θουκυδίδην· Κεκριμένων ὀνομάτων βιβλία γ'. Ἐπιτομὴν τῶν Ἡρακλείδου Ἱστοριῶν. *Heron, Cotyis filius, Atheniensis, rhetor; qui quæ sunt Athenis judicia scripsit, deinde Enarrationem Dinarchi; Commentarios in Herodotum, Xenophontem, Thucydidem; Approbatorum nominum libros tres; Epitomen Heraclidis Historiarum*. Sextus,

HERACLIDES
Alexandrinus.

Qui scripsit,

Περσικὰ ἰδιώματα.

Ita de eo Diogenes: Ἕκτος, Ἀλεξανδρεύς, γεγραφὼς τὰ ΠΕΡΣΙΚΑ ΙΔΙΩΜΑΤΑ. *Sextus, Alexandrinus, qui scripsit PERSICAS PROPRIETATES*. Meminit ejus Eustathius, *ad Iliad*. ι'. Κατὰ γὰρ τὸν Ἀλεξανδρέα Ἡρακλείδην, ὡς πατῶ, πάτος· στείβω, στίβος· οὕτω ἐλεύθω, ἔλευθος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ κ κέλευθος. *Nam juxta Alexandrinum Heraclidem, sicut a calco, via calcata; ita incedo, via pressa; sic eo, itio, quæ Græce* ἔλευθος, *& per pleonasmum literæ* κ κέλευθος. Septimus,

HERACLIDES
Bargylensis, Dialecticus.

Scripsit,

Κατ' Ἐπικούρου.

Diogenes: Ἕβδομος, διαλεκτικός, Βαργυλιήτης, ΚΑΤ' ΕΠΙΚΟΥΡΟΥ γεγραφώς. *Septimus, dialecticus, Bargylensis, qui CONTRA EPICURUM scripsit*. Octavus, ex Hicesii Schola,

HERACLIDES
Medicus,

Diogenes: Ὄγδοος, ἰατρὸς τῶν ἀπὸ Ἱκεσίου. *Octavus, medicus ex discipulis Hicesiæ*. Nonus, etiam Medicus,

HERACLIDES
Tarentinus.

Diogenes: Ἔνατος, ἰατρὸς Ταραντῖνος, ἐμπειρικός. *Nonus, medicus Tarentinus, empiricus*. Meminit ejus Erotianus in *Lexico Hippocratis*: Ξενόκριτος γὰρ ὁ Κῷος, γραμματικὸς ὤν, ὥς φησιν ὁ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης, πρῶτος ἐξελάβετο τὰς τοιαύτας ἐξαπλοῦν φωνάς. *Xenocritus enim Cous, grammaticus, ut dicit Tarentinus Heraclides, primus interpretatus fuit tales explicare voces*. Iterum: Θράσσει. Βακχεῖος φησί, κινεῖ, νύττει. Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος, ἐρεθίζω. Θράσσει; (*perturbat*) *Bacchius dicit, movet, pungit. Heraclides Tarentinus, irritat*. Scripserat nempe,

Ἐξηγητικὸν τ῀ Ἐπιδημίας.

Apparet ex eodem Erotiano alibi: Στλεγγίδα. Ἡρακλείδης μὲν ὁ Ταραντῖνος διὰ τοῦ ρ γράψας στρεγγίδα, ἐν δευτέρῳ ΕΞΗΓΗΤΙΚΩ ΤΗΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΕΠΙΔΗΜΙΑΣ, χρυσᾶ φησὶ τενίδια εἶναι, οἷς χρῶνταί τινες τ῀ θεωρῶν. *Heraclides Tarentinus quidem per literam r scribens* στρεγγίδα *(strigilem) in secundo NARRATORIO QUARTÆ PEREGRINATIONIS, aureos dicit tendunculos esse, quibus utuntur quidam legatorum ad sacra.* Meminit *ibidem* semel, iterumque, sed sine ullo Operis titulo; quemadmodum etiam Dioscorides, in *Proœmio lib.* I. & ex eo Epiphanius, *Adversus Hæreses* lib. I. Galenus initio lib. IX. *Epidem.* Καθάπερ ὁ Ἡρακλείδης ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ἐποιήσατο. *Sicut Heraclides in secundo PEREGRINATIONUM fecit.* Laudat quoque sæpissime, in libris *de Comp. Medic.* Ejusdem

Περὶ τ῀ τῶν φαρμάκων σκευασίας τε καὶ δυνάμεως, καὶ δοκιμασίας.

Dioscorides in *Præf. l.* I. Πολλῶν, οὐ μόνον ἀρχαίων, ἀλλὰ καὶ νέων, συνταξαμένων ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΣΚΕΥΑΣΙΑΣ ΤΕ ΚΑΙ ΔΥΝΑΜΕΩΣ, ΚΑΙ ΔΟΚΙΜΑΣΙΑΣ, φίλτατε Ἄρειε, πειράσομαί σοι παραστῆσαι, μὴ κενὴν, μηδὲ ἄλογον ὁρμὴν ἐσχηκέναι πρὸς τήνδε τ῀ πραγματείαν· διὰ τὸ τοὺς μὲν αὐτῶν μὴ τετελειωκέναι· τοὺς δὲ ἐξ ἱστορίας τὰ πλεῖστα ἀναγράψαι. Ἰόλας μὲν γὰρ ὁ Βιθυνὸς, καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος, ἐπ' ὀλίγον ἥψαντο τ῀ αὐτῆς πραγματείας, τ῀ βοτανικὴν παντελῶς ἐάσαντες παράδοσιν. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν μεταλλικῶν, ἢ ἀρωμάτων πάντων ἐμνήσθησαν. *Quum multi, non tantum veteres, sed & recentes, scripserint DE MEDICAMENTORUM ET CONFECTIONE ET POTENTIA, ET EXPLORATIONE, amicissime Arie, conabor tibi probare, nec inanem, nec ratione carentem impetum habuisse ad hoc studium; propterea quod hi quidem illorum non perfecerint; illi vero ex auditione plurima descripserint. Iolas enim quidem Bithynus, & Heraclides Tarentinus, parum attigerunt hoc studium, herbariam omnino prætermittentes traditionem: sed neque metallicorum, aut aromatum omnium meminerunt. Erant quoque*

Interiorum Curationum

libri, quos citat Cælius Aurelianus, *Chron.* lib. I. cap. IV. *Item Heraclides Tarentinus, secundo libro* INTERIORUM CURATIONUM, *eadem medicamina conscripsit.* Et lib. III. cap. VIII. *Heraclides Tarentinus, secundo libro* INTERNARUM PASSIONUM, *totius corporis inflationem sive humoris infusi perforationem, catasarcam vocat.* Deinde

Συμπόσιον

ejus citatur ab Athenæo, *l.* II. Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος ἐν τῷ ΣΥΜΠΟΣΙΩ περιγράφων τοὺς βολβοὺς, φησί. *Heraclides Tarentinus in CONVIVIO circumscribens bulbos, dicit.* Iterum: Ὁ δὲ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης ἐν τῷ ΣΥΜΠΟΣΙΩ φησί. *Tarentinus autem Heraclides in CONVIVIO dicit.* Et occurrit pluries apud eundem, *l.* III. Decimus,

HERACLIDES
Poeticus.

Cujus fuerunt,

Παραινέσεις.

Diogenes: Δέκατος, ποιητικὸς, ΠΑΡΑΙΝΕΣΕΙΣ γεγραφώς. *Decimus, poeticus, qui PRÆCEPTA scripsit.* Undecimus, statuarius,

HERACLIDES
Phocensis.

Diogenes: Ἑνδέκατος, ἀνδριαντοποιὸς, Φωκαεύς. *Undecimus, statuarius, Phocensis.* Duodecimus,

HERACLIDES
Ligur,

Scripsit

Ἐπιγράμματα.

Diogenes: Δωδέκατος, ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ποιητὴς Λίγυρος. *Duodecimus, EPIGRAMMATUM poeta, Liguris filius.* Et istius esse arbitror Epigrammata, quæ leguntur *Anthologiæ* lib. III. Titulis II. & III. Decimus tertius,

HERACLIDES
Magnesius.

Scripsit,

Μιθριδατικά.

Diogenes: Τρισκαιδέκατος, Μάγνης, ΜΙΘΡΙΔΑΤΙΚΑ γεγραφώς. *Decimus tertius, Magnesius, qui MITHRIDATICA scripsit.* Decimus quartus,

HERACLIDES
Mathematicus.

Cujus Opus fuit,

Ἀστρολογούμενα.

Diogenes: Τεσσαρεσκαιδέκατος, ΑΣΤΡΟΛΟΓΟΥΜΕΝΑ συγγεγραφώς. *Quartus decimus, ASTROLOGICA conscripsit.* Et hi sunt, de quibus Diogenes. Verum mihi multo plures observati, quos hic referam. Decimus quintus,

HERACLIDES
Clazomenius.

Hujus Plato, tanquam Rhapsodi, extremo *Ione* mentionem facit: Καὶ Φανοσθένη τ῀ Ἄνδριον, καὶ Ἡρακλείδην τ῀ Κλαζομένιον, οὓς ἤδη ἡ πόλις ξένους ὄντας, ἐνδειξαμένους ὅτι ἄξιοι λόγου εἰσὶν, καὶ εἰς στρατηγίας, καὶ εἰς τὰς ἄλλας ἀρχὰς ἄγει. *Et Phanosthenem Andrium, & Heraclidem Clazomenium, quos jam urbs quum sint peregrini, demonstrantes se esse alicujus pretii, & ad præturas, & alios magistratus ducit.* Et Hesychius: Ἡρακλείδης ὁ Κλαζομένιός τε, καὶ ὁ Βαὺς καλούμενος. *Heraclides & Clazomenius, & qui Bays vocatur.* Ubi occurrit quoque decimus sextus,

HERACLIDES
Bays.

Decimus septimus,

HERACLIDES
Comicus.

Ejus meminit Athenæus *lib.* XIII. Περὶ οὗ καὶ ὁ Ἡρακλείδης, ὁ τῶν ΚΩΜΩΔΙΩΝ ποιητὴς, μέμνηται.

Cujus etiam Heraclides, COMOEDIARUM poeta meminit. Decimus octavus,

HERACLIDES
Cretensis.

Qui ſcripſit,

Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων.

Apollonius Ἱστοριῶν Θαυμασίων cap. XIX. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Κρητικὸς, ἐν τῷ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΗ ΕΛΛΑΔΙ ΠΟΛΕΩΝ, κατὰ τὸ Πήλιον ὄρος φύεσθαί φησιν ἄκανθαν καρποφόρον. *Heraclides autem Creticus, in ſcripto DE URBIBUS IN HELLADE, circa Pelium montem naſci dicit ſpinam fructiferam*. Decimus nonus,

HERACLIDES.
Herophileus.

Ejus apud Strabonem mentio eſt, *lib.* XIV. Καὶ καθ' ἡμᾶς Ἡρακλείδης Ἡροφίλειος ἰατρὸς, συσχολαστὴς Ἀπολλωνίου τοῦ Μυός. *Et noſtro tempore Heraclides Herophileus medicus, condiſcipulus Apolloni, Muris filii*. Viceſimus,

HERACLIDES
Lycius.

Is ſophiſta fuit; ejuſque vitam deſcripſit Philoſtratus *Sophiſt. lib.* II. ubi Opus ejus unum,

Πόνου ἐγκώμιον,

nobis commemorat: Καὶ ἔστιν αὐτῷ φρόντισμα οὐκ ἀηδὲς, βιβλίον ξύμμετρον, ὃ ἐπιγέγραπται, ΠΟΝΟΥ ΕΓΚΩΜΙΟΝ. *Et eſt illi meditatio non injucunda, liber modicus, qui inſcriptus eſt LABORIS LAUS*. De eo ita Suidas: Ἡρακλείδης, ὁ Λύκιος, σοφιστὴς, ἔφη. Νικήτης ὁ κεκαθαρμένος. ἀγνοήσας, ἀγνοήσας, ἀκροθίνια Πυγμαίων Κολοσσῷ ἐφαρμόζειν. *Heraclides, Lycius, ſophiſta, dixit. Nicetes ille purgatus: neſciens, primitias ſpoliorum Pygmæorum Coloſſos accommodare*. Habetque eadem *in* ἀκροθίνια. Sunt autem petita e Philoſtrati iſtis verbis in *Niceta, Sophiſtarum* lib. I. Τὸν δὲ ἄνδρα τοῦτον χρόνοις ὕστερον Ἡρακλείδης ὁ Λύκιος σοφιστὴς διορθούμενος, ἐπέγραψε Νικήτην τὸν κεκαθαρμένον. ἠγνόησε δὲ, ἀκροθίνια Πυγμαῖα Κολοσσῷ ἐφαρμόζων. *Hunc autem virum temporibus poſterioribus, Heraclides Lycius ſophiſta emendatus, inſcripſit Nicetam purgatum. Neſciebat autem primitias ſpoliorum Pygmæas Coloſſo accommodare*. Viceſimus primus, Pictor,

HERACLIDES
Macedo.

Plinius *lib.* XXXV. *cap.* XI. *Eſt nomen & Heraclidi Macedoni. Initio naves pinxit: captoque rege Perſeo, Athenas commigravit*. Moxque ejus iterum meminit. Viceſimus ſecundus, Grammaticus,

HERACLIDES
Mopſeates.

Stephanus *in* Μόψου ἑστία: Ἀφ' οὗ ὁ γραμματικὸς Ἡρακλείδης, ὁ Μοψεάτης. *A quo grammaticus Heraclides, Mopſeates*. Athenæus *lib.* VI. Ὡς ὁ Μοψεάτης Ἡρακλείδης λέγει, καταριθμούμενος αὐτὸν καὶ ἀπ' ἄλλων πόλεων. *Sicut Mopſeates Heraclides dicit, enumerans illum quoque ab aliis urbibus*. Viceſimus tertius,

HERACLIDES.
Odeſſites.

Hiſtoricus. Stephanus *in* Ὀδησσός: Ἐχρημάτιζον δὲ Ἡρακλείδης, ἱστοριογράφος, καὶ Δημήτριος, ὁ Περὶ τῆς πατρίδος γράψας. *Appellabantur autem Heraclides, hiſtoriæ ſcriptor, & Demetrius, qui De patria ſcripſit*. Viceſimus quartus,

HERACLIDES
Sinopenſis.

Epigrammatum poeta. Legitur ejus Epigramma unum *Anthologiæ* lib. III. Tit. XXII. Viceſimus quintus, Grammaticus, ut videtur,

HERACLIDES
Soranus.

Etymologici Auctor *in* Λημῶ: Ἡρακλείδης δὲ ὁ Σωρανὸς λέγει, λημᾶν λέγεσθαι τὸ ἀπολαυστικῶς βλέπειν παρὰ τὸ λάειν, ὅ ἐστιν ἀπολαύειν. *Heraclides autem Soranus ait, lippire dici voluptarie videre, ab verbo* λάειν, *quod eſt frui*. Viceſimus ſextus,

HERACLIDES
Syracuſanus.

Hujus

Ὀψαρτυτικὸν

commemoratur ab Athenæo, *lib.* II. Καὶ Ἡρακλείδης ὁ Συρακούσιος ἐν ΟΨΑΡΤΥΤΙΚΩ τῶν ᾠῶν φησὶ πρωτεύειν τὰ τῶν ταῶν. *Et Heraclides Syracuſanus in CULINARIO ovorum dicit præſtantiſſima eſſe pavonum*. Iterum *lib.* III. Ὡς μὲν Νίκανδρος φησὶ, τὸ θαλάσσιον αἰδοῖον· ὡς δ' ὁ Ἡρακλείδης ἐν ΟΨΑΡΤΥΤΙΚΩ, τὴν καρίδα. *Sicut quidem Nicandrus dicit, marinum pudendum; ut vero Heraclides in CULINARIO, ſquillam*. Deinde: Ἄρτοι εἰσὶ τετράγωνοι ἡδυσμένοι ἀνήθῳ, καὶ τυρῷ, καὶ ἐλαίῳ, ὥς, φησὶν Ἡρακλείδης ἐν ΟΨΑΡΤΥΤΙΚΩ. *Panes ſunt quadranguli dulces facti anetho, & caſeo, & oleo, ut dicit Heraclides in CULINARIO*. Meminitque rurſum *libris* VII. & XIV. Sed duos fuiſſe, ait idem, & utrumque Ὀψαρτυτικὰ ſcripſiſſe, *lib.* XII. Περὶ ἧς τῆς σκευασίας οἱ τὰ Ὀψαρτυτικὰ συνθέντες εἰρήκασι, Γλαῦκός τε ὁ Λοκρὸς, καὶ Μίθαικος, καὶ Διονύσιος, Ἡρακλεῖδαι τε δύο, γένος Συρακούσιοι. *De qua confectione, qui Culinaria compoſuerunt, dixerunt, Glaucus Locrenſis, & Mithæcus, & Dionyſius, & Heraclidæ duo, genere Syracuſani*. Pollux *lib.* VI. *cap.* X. Συναθροῖτο δ' αὖ τούτοις, Ἡρακλείδης ὁ Συρακούσιος, καὶ Τυνδάριχος ὁ Σικυώνιος, καὶ Σιμωνακτίδης ὁ Χῖος, καὶ Γλαῦκος ὁ Λοκρὸς, ΟΨΟΠΟΙΗΤΙΚΗΣ πραγματείας σοφισταί. *Connumeretur autem his, Heraclides Syracuſanus, & Tyndarichus Sicyonius, & Simonactides Chius, & Glaucus Locrenſis, OBSONARII ſtudii ſophiſtæ*. Laudatur quoque ab Athenæo ejuſdem Opus,

Περὶ θεσμῶν.

Ecce *lib.* XIV. Ἡρακλείδης ὁ Συρακούσιος ἐν τῷ ΠΕΡΙ ΘΕΣΜΩΝ, ἐν Συρακούσαις φησὶ τοῖς παντελείοις τῶν θεσμοφορίων ἐκ σησάμου καὶ μέλιτος κατασκευάζεσθαι ἐφήβαια γυναικεῖα. *Heraclides Syracuſanus in ſcripto DE INSTITUTIS in Syracuſis dicit conſummationibus Theſmophoriorum ex ſeſamo & melle conficere ſimilitudines imi muliebris ventris*. Viceſimus ſeptimus,

HERACLIDES
Tarsensis.

Suidas *in* ἀμπλάκημα: Οἱ δέ φασιν, ὧν καὶ ὁ Ἡρακλείδης ὁ Ταρσεὺς, ἄνισα εἶναι τὰ ἁμαρτήματα. *Hi vero dicunt, inter quos etiam Heraclides Tarsensis, imparia esse peccata.* Quæ desumpta sunt e Diogene Laertio, cujus ista verba in *Zenone Cittiensi, lib.* VII. Ἡρακλείδης μέντοι ὁ Ταρσεὺς, Ἀντιπάτρου τοῦ Ταρσέως γνώριμος, καὶ Ἀθηνόδωρος, ἄνισα φασὶ τὰ ἁμαρτήματα. *Heraclides tamen Tarsensis, Antipatri Tarsensis familiaris, & Athenodorus, imparia dicunt peccata.* Vicesimus octavus,

HERACLIDES
Terinæus.

Cujus meminit in Τέρεινα Auctor Etymologici: Ἔστι δὲ καὶ πόλις, ὅθεν Ἡρακλείδης ὁ Τερειναῖος. *Est autem & urbs, unde Heraclides Terinæus.* Vicesimus nonus,

HERACLIDES
Thyatirenus.

Ejus mentio est apud Artemidorum, *Onirocrit.* lib. IV. cap. XXXV. Ἡρακλείδης ὁ Θυατειρηνὸς ὁ τραγῳδὸς, μέλλων ἀγωνίζεσθαι ἐν Ῥώμῃ τὸν τῶν τραγῳδῶν ἀγῶνα, ἔδοξε τοὺς θεατὰς ἀποσφάττειν. *Heraclides Thyatirenus tragœdus, certaturus Romæ tragœdorum certamen, visus est spectatores interficere.* Atque hi Heraclidæ omnes, quos quidem ego observavi; & eorum etiam Opera, quæ Auctoribus certo adscripta. Sed & alia quædam restant, quæ ignores, cui Heraclidæ attribuas. In his istud,

Περὶ καθολικῆς προσῳδίας,

laudatum Apollonio Alexandrino Περὶ Συντάξεως *lib.* IV. Ἡρακλείδης γοῦν, ἐπιμερίζων τὰς οὐ δυναμένας λέξεις ὀξεῖαν ἐπιδέξασθαι, ἐν τῇ ΠΕΡΙ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΠΡΟΣΩΔΙΑΣ φησὶν, ὡς ἀσύστατον ἐστι τὸ εἰς ο ἐπίρρημα, ἐν ὀξείᾳ τάσει καταγίνεσθαι. *Itaque Heraclides dividens voces, quæ nequeunt recipere acutam, in scripto DE COMMUNI PROSODIA dicit, consistere non posse ut adverbium in o in acuta tentione versetur.* Ammonius *de Diff. Voc.* Νῦν, καὶ νυνὶ, διαφέρει. φησὶ κατά τινας Ἡρακλείδης, ἐν πρώτῃ Περὶ καθολικῆς προσῳδίας. *Nun & nuni* (quæ notant *nunc*) *differt: dicit secundum quosdam Heraclides, in primo De communi prosodia.* Est item,

Περὶ τοῦ Χρὴ καὶ Δεῖ.

Etymologici Auctor *in* Δεῦλος: Ἡρακλείδης δὲ ἐν τῷ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΧΡΗ ΚΑΙ ΔΕΙ, σχηματίζει παρὰ τὸ δέω, τὸ ἐλλείπω. *Heraclides autem in scripto DE VERBO DECET ET OPORTET, format ab verbo* δέω, *quod notat deficio.* Etiam,

Κτίσεις ἱερῶν.

Clemens in *Protreptico*: Ἡρακλείδης δ' ἐν ΚΤΙΣΕΣΙΝ ΙΕΡΩΝ, περὶ Ἀκαρνανίαν, φησὶν, ἔνθα τὸ Ἀκτιόν ἐστιν ἀκρωτήριον, καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἀκτίου τὸ ἱερὸν, ταῖς μυίαις προθύεσθαι βοῦν. *Heraclides autem in ORIGINIBUS TEMPLORUM, circa Acarnaniam, dicit, ubi Actium est promontorium & Apollinis Actii templum, muscis priorem sacrificari bovem.* Est &

Ἄβαρις.

Plutarchus πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν; Καὶ τὸν ΑΒΑΡΙΝ τὸν Ἡρακλείδου, καὶ τὸν Λύκωνα τὸν Ἀρίστωνος διερχόμενοι. *Quomodo oportet juvenem carmina audire? Et Abarin Heraclidæ, & Lyconem Aristonis perlegentes.*

FINIS.



JOANNIS MEURSII
THEOPHRASTUS
SIVE
DE ILLIUS LIBRIS, QUI INJURIA TEMPORIS INTERCIDERUNT,
LIBER SINGULARIS.

VIRO VIRTUTE,
ET DOCTRINA,
PRÆCELLENTI,

ADOLPHO VORSTIO,

MEDICINÆ, ET BOTANICES
IN ACADEMIA
LUGDUNO-BATAVA
PROFESSORI,
AMICITIÆ VETERIS,
ET ILLIBATÆ,
MONUMENTUM
QUALECUNQUE
D. D. C.

JOANNES MEURSIUS,

SORÆ DANORUM
AD DIEM
SEPTEMBRIS XXVIII.
ANNI CIↃ IↃC XXXVIII.

JOANNIS MEURSII THEOPHRASTUS.

SIVE,

DE ILLIUS LIBRIS, QUI INJURIA TEMPORIS INTERCIDERUNT.

LIBER SINGULARIS.



THEOPHRASTI, præstantissimi philosophi, Opera fuerunt plurima: sed quæ, paucis conservatis, pleraque interciderunt. Digessit ea in tractatus Andronicus peripateticus. Testis mihi est Porphyrius, in *Vita Plotini*: Μιμησάμενος δ' Απολλόδωρον τὸν Αθηναῖον, καὶ Ανδρόνικον τὸν περιπατητικόν. ὧν ὁ μὲν, Επίχαρμον τὸν κωμῳδιογράφον εἰς δέκα τόμους φέρων συνήγαγεν· ὁ δὲ, τὰ Αριστοτέλους, καὶ Θεοφράστου, εἰς πραγματείας διεῖλε. *Imitatus Apollodorum Atheniensem, & Andronicum peripateticum: quorum ille quidem, Epicharmi comici fabulas in decem tomos coegit; hic vero, Aristotelis, & Theophrasti, opera in tractatus distribuit.* Tituli nobis recensentur a Diogene Laertio: qui *illius Vitam* scripsit, & in ea istos quoque repræsentat;

I. Αναλυτικῶν προτέρων, γ'.
II. Αναλυτικῶν ὑστέρων, ζ'.
III. Περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν, α'.
IV. Αναλυτικῶν ἐπιτομὴ, α'.
V. Ανηγμένων τόπων, β'.
VI. Αγωνιστικῶν τῆς περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους θεωρίας.
VII. Περὶ αἰσθήσεων, α'.
VIII. Πρὸς Αναξαγόραν, α'.
IX. Περὶ τῶν Αναξαγόρου, α'.
X. Περὶ τῶν Αναξιμένους, α'.
XI. Περὶ τῶν Αρχελάου, α'.
XII. Περὶ ἁλῶν νίτρου, στυπτηρίας, α'.
XIII. Περὶ τῶν λιθουμένων, β'.
XIV. Περὶ τῶν ἀτόμων γραμμῶν, α'.
XV. Ακροάσεως, β'.
XVI. Περὶ ἀνέμων, α'.
XVII. Αρετῶν διαφοραὶ, α'.
XVIII. Περὶ βασιλείας, α'.
XIX. Περὶ παιδείας βασιλέως, α'.
XX. Περὶ βίων, γ'.
XXI. Περὶ γήρως, α'.
XXII. Περὶ τῆς Δημοκρίτου ἀστρολογίας, α'.
XXIII. Τῆς μεταρσιολεσχίας, α'.
XXIV. Περὶ τῶν εἰδώλων, α'.
XXV. Περὶ χυμῶν, χροῶν, σαρκῶν, α'.
XXVI. Περὶ τοῦ διακόσμου, α'.
XXVII. Περὶ τῶν ἀνθρώπων, α'.
XXVIII. Τῶν Διογένους συναγωγὴ, α'.
XXIX. Διορισμῶν, γ'.
XXX. Ερωτικὸς, α'.
XXXI. Περὶ ἔρωτος, α'.
XXXII. Περὶ εὐδαιμονίας, α'.

A XXXIII. Περὶ εἰδῶν, β'.
XXXIV. Περὶ ἐπιλήψεως, α'.
XXXV. Περὶ ἐνθουσιασμοῦ, α'.
XXXVI. Περὶ Εμπεδοκλέους, α'.
XXXVII. Επιχειρημάτων, ιη'.
XXXVIII. Ενστάσεων, γ'.
XXXIX. Περὶ ἑκουσίου, α'.
XL. Επιτομὴ τῆς Πλάτωνος πολιτείας. β'.
XLI. Περὶ ἑτεροφωνίας ζώων τῶν ὁμογενῶν, α'.
XLII. Περὶ τῶν ἀθρόον φαινομένων, α'.
XLIII. Περὶ τῶν δακετῶν, καὶ βλητικῶν, α'.
XLIV. Περὶ τῶν ζώων, ὅσα λέγεται φρονεῖν, α'.
XLV. Περὶ τῶν ἐν ξηρῷ διαμενόντων, α'.
B XLVI. Περὶ τῶν τὰς χρόας μεταβαλλόντων, α'.
XLVII. Περὶ τῶν φωλευόντων, α'.
XLVIII. Περὶ ζώων, ζ'.
XLIX. Περὶ ἡδονῆς, ὡς Αριστοτέλης, α'.
L. Περὶ ἡδονῆς, ἄλλο, α'.
LI. Θέσεις, κδ'.
LII. Περὶ θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, α'.
LIII. Περὶ ἰλίγγων, καὶ σκοτώσεων, α'.
LIV. Περὶ ἱδρῶτος, α'.
LV. Περὶ καταφάσεως, καὶ ἀποφάσεως, α'.
LVI. Καλλισθένης, ἢ Περὶ πένθους, α'.
LVII. Περὶ κόπων, α'.
C LVIII. Περὶ κινήσεως, γ'.
LIX. Περὶ λίθων, α'.
LX. Περὶ λοιμῶν, α'.
LXI. Περὶ λειποψυχίας, α'.
LXII. Μεγαρικὸς, α'.
LXIII. Περὶ μελαγχολίας, α'.
LXIV. Περὶ μετάλλων, β'.
LXV. Περὶ μέλιτος, α'.
LXVI. Περὶ τῶν Μητροδώρου συναγωγῶν, α'.
LXVII. Μεταρσιολογικῶν, β'.
LXVIII. Περὶ μέθης, α'.
LXIX. Νόμων κατὰ στοιχεῖον, κδ'.
LXX. Νόμων ἐπιτομῆς, ι'.
D LXXI. Πρὸς τοὺς ὁρισμοὺς, α'.
LXXII. Περὶ ὀδμῶν, α'.
LXXIII. Περὶ οἴνου, καὶ ἐλαίου.
LXXIV. Πρώτων προτάσεων, ιη'.
LXXV. Νομοθετῶν, γ',
LXXVI. Πολιτικῶν, ς'.
LXXVII. Πολιτικῶν πρὸς τοὺς καιροὺς, δ'.
LXXVIII. Πολιτικῶν ἐθῶν, δ'.
LXXIX. Περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας, α'.
LXXX. Προβλημάτων συναγωγῆς, ε'.
LXXXI. Περὶ παροιμιῶν, α'.
LXXXII. Περὶ πήξεων, καὶ τήξεων, α'.
LXXXIII. Περὶ πυρὸς, β'.
LXXXIV. Περὶ πνευμάτων, α'.
LXXXV. Περὶ παραλύσεως, α'.
LXXXVI. Περὶ πνιγμοῦ, α'.

LXXXVII. Περὶ παραφροσύνης, ά.
LXXXVIII. Περὶ παθῶν, ά.
LXXXIX. Περὶ σημείων, ά.
XC. Σοφισμάτων, β'.
XCI. Περὶ συλλογισμῶν λύσεως, ά.
XCII. Τοπικῶν, β'.
XCIII. Περὶ τιμωρίας, β'.
XCIV. Περὶ τειχῶν, ά.
XCV. Περὶ τυραννίδος, ά.
XCVI. Περὶ ὕδατος, γ'.
XCVII. Περὶ ὕπνου, καὶ ἐνυπνίων, ά.
XCVIII. Περὶ φιλίας, γ'.
XCIX. Περὶ φιλοτιμίας, β'.
C. Περὶ φύσεως, γ'.
CI. Περὶ φυσικῶν, ιή.
CII. Περὶ φυσικῶν ἐπιτομῆς, β'.
CIII. Φυσικῶν, ή.
CIV. Πρὸς τοὺς φυσικούς, ά.
CV. Περὶ φυσικῶν ἱστοριῶν, ί.
CVI. Φυσικῶν αἰτίων, ή.
CVII. Περὶ χυλῶν, έ.
CVIII. Περὶ ψευδοῦς ἡδονῆς, ά.
CIX. Περὶ ψυχῆς, θέσεις, ά.
CX. Περὶ τῶν ἀτέχνων πίστεων, ά.
CXI. Περὶ τῶν ἁπλῶν διαπορημάτων, ά.
CXII. Αρμονικῶν, ά.
CXIII. Περὶ ἀρετῆς, ά.
CXIV. Αφορμαὶ, ἢ Εναντιώσεις, ά.
CXV. Περὶ ἀποφάσεως, ά.
CXVI. Περὶ γνώμης, ά.
CXVII. Περὶ γελοίου, ά.
CXVIII. Δειλινῶν, β'.
CXIX. Διαιρέσεις, β'.
CXX. Περὶ τῶν διαφορῶν, ά.
CXXI. Περὶ τῶν ἀδικημάτων, ά.
CXXII. Περὶ διαβολῆς, ά.
CXXIII. Περὶ ἐπαίνου, ά.
CXXIV. Περὶ ἐμπειρίας, ά.
CXXV. Επιστολῶν, γ'.
CXXVI. Περὶ τῶν αὐτομάτων ζώων, ά.
CXXVII. Περὶ ἐκκρίσεων, ά.
CXXVIII. Εγκώμια θεῶν, ά.
CXXIX. Περὶ ἑορτῶν, ά.
CXXX. Περὶ ἀτυχίας, ά.
CXXXI. Περὶ ἐνθυμημάτων, ά.
CXXXII. Περὶ εἰρημάτων, ά.
CXXXIII. Ηθικῶν σχολῶν, ά.
CXXXIV. Ηθικοὶ χαρακτῆρες, ά.
CXXXV. Περὶ θορύβου, ά.
CXXXVI. Περὶ ἱστορίας, ά.
CXXXVII. Περὶ κτίσεως συλλογισμῶν, ά.
CXXXVIII. Περὶ κολακείας, ά.
CXXIX. Περὶ θαλάττης, ά.
CXL. Περὶ Κάσανδρον, περὶ βασιλείας, ά.
CXLI. Περὶ κωμῳδίας, ά.
CXLII. Περὶ μετεώρων, ά.
CXLIII. Περὶ λέξεως, ά.
CXLIV. Λόγων συναγωγὴ, ά.
CXLV. Λύσεις, ά.
CXLVI. Περὶ μουσικῆς, γ'.
CXLVII. Περὶ μέτρων, ά.
CXLVIII. Μεγακλῆς, ά.
CXLIX. Περὶ νόμων, ά.
CL. Περὶ παρανόμων, ά.
CLI. Τῶν Ξενοκράτους συναγωγῆς, ά.
CLII. Ομιλητικὸς, ά.
CLIII. Περὶ ὅρκου, ά.
CLIV. Παραγγέλματα ῥητορικῆς, ά.
CLV. Περὶ πλούτου, ά.
CLVI. Περὶ ποιητικῆς, ά.
CLVII. Προβλήματα πολιτικὰ, ἠθικὰ, φυσικὰ ἐρωτικὰ, ά.
CLVIII. Προοιμίων, ά.
CLIX. Προβλημάτων συναγωγῆς, ά.
CLX. Περὶ τῶν προβλημάτων φυσικῶν, ά.
CLXI. Περὶ παραδείγματος, ά.
CLXII. Περὶ προθέσεως, καὶ διηγήματος, ά.
CLXIII. Περὶ ποιητικῆς ἄλλο, ά.
CLXIV. Περὶ τῶν σοφῶν, ά.
CLXV. Περὶ συμβουλῆς, ά.
CLXVI. Περὶ σολοικισμῶν, ά.
CLXVII. Περὶ τέχνης ῥητορικῆς, ά.
CLXVIII. Περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν, εἴδη ιζ'.
CLXIX. Περὶ ὑποκρίσεως, ά.
CLXX. Υπομνημάτων ῥητορικῶν, ϛ'.
CLXXI. Φυσικῶν δοξῶν, ιϛ'.
CLXXII. Φυσικῶν ἐπιτομῆς, ά.
CLXXIII. Περὶ χάριτος, ά.
CLXXIV. Περὶ ψευδοῦς, καὶ ἀληθοῦς, ά.
CLXXV. Τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱστορίας, ϛ'.
CLXXVI. Περὶ θεῶν, γ'.
CLXXVII. Ιστορικῶν γεωμετρικῶν, δ'.
CLXXVIII. Επιτομῶν Αριστοτέλους περὶ ζώων, ϛ'.
CLXXIX. Επιχειρημάτων, β'.
CLXXX. Θέσεις, γ'.
CLXXXI. Περὶ βασιλείας, β'.
CLXXXII. Περὶ αἰτίων, ά.
CLXXXIII. Περὶ Δημοκρίτου, ά.
CLXXXIV. Περὶ γενέσεως, ά.
CLXXXV. Περὶ ζώων φρονήσεως, καὶ ἤθους, ά.
CLXXXVI. Περὶ κινήσεως, β'.
CLXXXVII. Περὶ ὄψεως, δ'.
CLXXXVIII. Πρὸς ὅρους, β'.
CLXXXIX. Περὶ τοῦ δίδοσθαι, ά.
CXC. Περὶ μείζονος, καὶ ἐλάττονος, ά.
CXCI. Περὶ τῶν μουσικῶν, ά.
CXCII. Περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας, ά.
CXCIII. Περὶ τοὺς ἐξ Ακαδημίας, ά.
CXCIV. Προτρεπτικὸς, ά.
CXCV. Πῶς ἄριστ' ἂν πόλις οἰκοῖτο, ά.
CXCVI. Τὰ ὑπομνήματα, ά.
CXCVII. Περὶ ῥύακος τοῦ ἐν Σικελίᾳ, ά.
CXCVIII. Περὶ τῶν ὁμολογουμένων, ά.
CXCIX. Περὶ προβλημάτων φυσικῶν, ά.
CC. Τίνες οἱ τρόποι τοῦ ἐπίστασθαι, ά.
CCI. Περὶ τοῦ ψευδομένου, γ'.
CCII. Τὰ πρὸ τῶν τόπων, ά.
CCIII Πρὸς Αἰσχύλον, ά.
CCIV. Αστρολογικῆς ἱστορίας, ϛ'.
CCV. Αριθμητικῶν ἱστοριῶν, ά.
CCVI. Περὶ αὐξήσεως, ά.
CCVII. Ακίχαρος, ά.
CCVIII. Περὶ δικανικῶν λόγων, ά.
CCIX. Επιστολαὶ, ἐπὶ τῷ Αστυκρέοντι, Φανίᾳ, Νικάνορι,
CCX. Περὶ ἀσεβείας, ά.
CCXI. Ευιάδος, ά.
CCXII. Περὶ καιρῶν, β'.
CCXIII.. Περὶ οἰκείων λόγων, ά.
CCXIV. Περὶ παίδων ἀγωγῆς, ά. καὶ ἄλλο διάφορον, ά.
CCXV. Περὶ παιδείας, ἢ Περὶ ἀρετῶν, ἢ Περὶ σωφροσύνης, ά.
CCXVI. Περὶ ἀριθμῶν, ά.
CCXVII. Ορισικὰ περὶ λέξεως συλλογισμῶν, ά.
CCXVIII. Περὶ οὐρανοῦ, ά.
CCXIX. Πολιτικῶν, β'.
CCXX. Περὶ καρπῶν.

Et hæc quidem, quæ Diogeni recenſentur. Verum age, ſingillatim univerſa videamus, quæque apud alios Auctores item memorantur, referamus.

1. Αναλυτικῶν προτέρων, γ'.

Analyticorum priorum, libri tres.

Alexander Aphrodiſeus, in *priora Analytica* Ariſtotelis: Ο γοῦν Θεόφραστος, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν προτέρων Αναλυτικῶν, λέγων περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ ἀναγκαίου σημαινομένων, οὕτω γράφει. *Theophraſtus itaque, in*

primo priorum Analyticorum libro, loquens de necessaris significatis, ita scribit. Ac sæpius citat, in eodem Commentario. Et Simplicius *De cælo*, lib. III. Καὶ ὁ Θεόφραστος δὲ, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν προτέρων Ἀναλυτικῶν, τὸ αἴτιον τῆς τοιαύτης χρήσεως ὑπέφηνεν. *Et vero Theophrastus, priorum Analyticorum libro primo, causam hujus usus ostendit*. Meminit etiam Suidas, *in* Θεόφραστος.

II. Ἀναλυτικῶν ὑστέρων, ζʹ.

Analyticorum posteriorum, septem.

Galenus dicit, Ἀναλυτικὰ δεύτερα, *Analytica secunda*, De Hippocr. & Plat. dogm. *l.* II. Γεγράφθαι δὲ λέγω ὑπὲρ αὐτῆς ἄριστα τοῖς παλαιοῖς φιλοσόφοις, τοῖς περὶ Θεόφραστόν τε καὶ Ἀριστοτέλην, κατὰ τῶν Ἀναλυτικῶν δευτέρων βιβλίων. *De hac vero optime scriptum esse dico a veteribus philosophis, Theophrasto, & Aristotele, in secundorum Analyticorum libris*. Suidas cum Diogene inscribitur Ὑστέρων, *Posteriorum*. Et ex istis esse censeo, quæ Eustratius nobis, ad Aristotelis *poster. Analyt.* l. II. Ἐπιστήμας ταύτας τὰς δύο τίθεται, ὁριστικήν τε, καὶ ἀποδεικτικὴν, ὡς Θεόφραστος μαρτυρεῖ. *Duas has scientias ponit, definitivam, & demonstrativam, ut testatur Theophrastus.*

III. Περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν, αʹ.

De resolutione syllogismorum, unus.

Excidit in Suida numerus; quem restituo, ad Diogenis exemplar. Alexander Aphrodiseus, *in Anal. priorum* l. I. Γράφει δὲ τὴν αὐτὴν ταύτην μέθοδον καὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ, Περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν. *Tradit vero hanc ipsam methodum etiam Theophrastus, in libro inscripto, De resolutione syllogismorum.*

IV. Ἀναλυτικῶν ἐπιτομὴ, αʹ.

Analyticorum compendium, unus.

Meminit Suidas, *in* Θεόφραστος: verum locus ille mutilus; exciditque ibi numerus, ex Diogene reponendus.

V. Ἀνηγμένων τόπων, βʹ.

Reductorum locorum, duo.

Etiam hic numerus excidit apud Suidam, *loco citato*; itidem restituendus, ex Diogenis indiculo.

VII. Περὶ αἰσθήσεων, αʹ.

De sensibus, unus.

Scribendum censeo, numero singulari, Περὶ αἰσθήσεως, *De sensu*. Exstat hodie: ediditque, qui præclara multa alia, Henricus Stephanus, anno CIƆ IƆ LVII. Estque in eum Prisciani Lydi metaphrasis, a Joachimo Camerario, viro summo, una cum Operibus Theophrasti edita, anno CIƆ IƆ XLI. ac Latine a Marsilio Ficino versa, & excusa ab Aldo Manutio, cum quibusdam Auctoribus aliis, anno CIƆ CCCC XCVII.

IX. Περὶ τῶν Ἀναξαγόρου, αʹ.

De Anaxagoræ placitis, unus.

Puto idem Opus esse, quod Simplicius citat, Περὶ Ἀναξαγόρου, *De Anaxagora*: & quidem secundum ejus librum nominat, cum Diogenes unicum duntaxat referat. Verba ejus ita habent, ad Phys. *Comment.* I. Ὡς καὶ αὐτὴ ἡ λέξις τοῦ Ἀναξαγόρου δηλοῖ, καὶ μέντοι καὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ Ἀναξαγόρου δευτέρῳ, τάδε γράφων. *Ut etiam ipsa Anaxagoræ dictio ostendit, & Theophrastus, libro de Anaxagora secundo, hæc scribens*. Sed respexerit Simplicius etiam præcedens Opus, Πρὸς Ἀναξαγόραν, quod legitur numero VIII. quod similiter librum tantum unicum complectebatur. Itaque Simplicius recte per secundum, hunc Περὶ τῶν Ἀναξαγόρου, intellexerit.

XIV. Περὶ τῶν ἀτόμων γραμμῶν, αʹ.

De lineis insecabilibus, unus.

Hodie exstat inter Opera Aristotelis. Diogenes Theophrasto adscribit, sicut & nonnulli alii ex antiquis. Simplicius, *De cælo*, Comment. III. Καὶ ὡς εἰπὼν (ὁ Ἀριστοτέλης) ἐν τῷ Περὶ ἀτόμων γραμμῶν· ὅπερ τινὲς εἰς Θεόφραστον ἀναφέρουσι. *Et ut qui dixit (Aristoteles) in libro De lineis insecabilibus: quem nonnulli Theophrasto adscribunt*. Et Philoponus, *De gen. & corrupt.* l. I. Εἴρηκε δὲ (ὁ Ἀριστοτέλης) κἀν τῷ ἑβδόμῳ τῆς Φυσικῆς Ἀκροάσεως· ἀλλὰ μὴν κἀν τῷ ἐπιγραφομένῳ Περὶ ἀτόμων γραμμῶν, ὅ τινες εἰς Θεόφραστον ἀναφέρουσι. *Dixit vero (Aristoteles) & libro septimo De Naturali Auscultatione: immo etiam in eo, qui inscribitur, De lineis insecabilibus; quem nonnulli referunt ad Theophrastum*. Et indidem est, quod memoratur a Simplicio iterum postea, *lib. citato*: Καὶ γὰρ, ὃ καὶ πρότερον ἔφην, τὸν Δημόκριτον διηγεῖται ὁ Θεόφραστος, ὡς ἰδιωτικῶς ἀποδιδόντων τῶν κατὰ τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὰ τοιαῦτα, αἰτιωμένων, ἐπὶ τὰς ἀτόμους ἀναδραμεῖν. *Etenim quod prius dixi, Democritum narrat Theophrastus, ceu imperite attribuerent, qui secundum calidum, & frigidum, atque alia istiusmodi, causas statuunt, ad lineas insecabiles recurrisse.*

XV. Ἀκροάσεως, βʹ.

Auscultationis, duo.

Respexit Galenus, *De subst. nat. fac.* Ὥσπερ οὐδ' Ἀριστοτέλους, ἢ Θεοφράστου. τὰ μὲν, τοῖς πολλοῖς γεγραφότων· τὰς δ' Ἀκροάσεις, τοῖς ἑταίροις. *Ut neque Aristotelis, vel Theophrasti: qui aliqua, plurimis scripserunt; at Auscultationes, sodalibus.*

XVI. Περὶ ἀνέμων, αʹ.

De ventis, unus.

Exstat: ac citatur ab Alexandro Aphrodiseo, *in Met.* lib. II.

XVIII. Περὶ βασιλείας, αʹ.

De regno, unus.

Plutarchus, in *Themistocle*: Θεόφραστος γὰρ, ἐν τοῖς Περὶ βασιλείας, ἱστορεῖ, Θεμιστοκλέα, πέμψαντος εἰς Ὀλυμπίαν Ἱέρωνος ἵππους ἀγωνιστὰς, καὶ σκηνήν τινα κατεσκευασμένην πολυτελῶς, &c. *Theophrastus enim, in libris De regno, memoriæ prodit, Themistoclem, cum Olympiam Hiero rex misisset equos certatores, & tentorium multo sumptu apparatum*, &c. Dionysius Halicarnasseus, *Antiquit. Rom.* lib. V. Οἱ γὰρ αἰσυμνῆται καλούμενοι παρ' Ἕλλησι τὸ ἀρχαῖον, ὡς ἐν τοῖς Περὶ βασιλείας ἱστορεῖ Θεόφραστος, αἱρετοί τινες ἦσαν τύραννοι. *Nam qui olim æsymnetæ apud Græcos vocabantur, ut in libris De regno refert Theophrastus, electi quidam tyranni erant*. Infra vero, in eodem hoc Catalogo, numero CLXXXI. a Diogene iterum commemoratur idem Opus, sed in duos illud libros distributum. Censeo vero, negligentia librarii, male repetitum esse; & hic numerum excidisse, ex eo loco reponendum. Nam, in duos illud Opus libros distinctum fuisse ut existimem, Auctores habeo,

quos citavi, Dionysium, & Plutarchum: illi enim numerum pluralem referunt, ἐν τοῖς Περὶ βασιλείας, *in libris De regno*. Scripsit autem ad Cassandrum: nam & hoc est unum Opus, iterumque male denuo inculcatur, numero CXL. Dubitatum vero fuit, an id Theophrasti esset: ac Sosibio aliqui attribuerunt. Athenæus, *lib.* IV. Θεόφραστος, ἐν τῷ πρὸς Κάσσανδρον Περὶ βασιλείας, εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα· πολλοὶ γὰρ αὐτό φασιν εἶναι Σωσιβίου, εἰς ὃν Καλλίμαχος ὁ ποιητὴς ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν ἐποίησεν. *Theophrastus, in Opere ad Cassandrum, De regno, si id legitimum est; multi enim hoc Sosibii esse dicunt, in quem Callimachus poeta epinicium elegiacum fecit.* Inscripsit vero Cassandro, qui benigne eum susceperat: uti narratur a Diogene, in principio *ejus Vitæ*. Diversum autem esse puto, Περὶ βασιλείας Κυπρίων, *De regno Cypriorum*: cujus meminit Suidas, *in* Τιάρα, istis verbis: Θεόφραστος δ', ἐν τῷ Περὶ βασιλείας Κυπρίων, τὴν κίδαριν ὡς διάφορον. *Theophrastus vero, in libro De regno Cypriorum, cidarin ut diversam memorat.*

XX. Περὶ βίων, γ'.

De vitis, tres.

Ex hoc Opere esse censeo, quæ citantur a Plutarcho, in *Vita* Lycurgi, Solonis, Periclis, Alcibiadis, Aristidis, Lysandri, Niciæ, Agesilai, & Demosthenis.

XXI. Περὶ γήρως, α'.

De senectute, unus.

Hujus libri fragmentum censeo, quod profertur a Stobæo, *Serm.* XII. Ἀνὴρ εἰς Λακεδαίμονα ἀφίκετο Χῖος, γέρων ἤδη ὤν, τὰ μὲν ἄλλα ἀλαζών, ᾐδεῖτο δὲ ἐπὶ τῷ γήρᾳ· καὶ τὴν τρίχα, πολιὰν οὖσαν, ἐπειρᾶτο βαφῇ ἀφανίζειν. *Vir quidam Chius, jam senex, Lacedæmonem venit; cætera quidem arrogans, sed senectutis eum suæ pudebat; & capillum, qui canus erat, tinctura abolere conabatur.* Nisi forte aliquis desumptum malit ex libro Περὶ ψευδοῦς, καὶ ἀληθοῦς, *De falso, & vero*. De quo vide infra, numero CLXXIV. Hinc petitum & vocabulum Τυμβογέρων esse arbitror: de quo Suidas, & Etymolog. Auctor, *in* Τυμβογέροντες.

XXIII. Τῆς μεταρσιολεσχίας, α'.

De rebus sublimibus disputationis, unus.

Censeo esse idem Opus, quod Περὶ μεταρσίων, *De rebus sublimibus*, inscribitur apud Plutarchum, in *Quæst. Græc.* Τίνες αἱ πλωϊάδες νεφέλαι; τὰς ὑπομβρους μάλιστα, καὶ περιφερομένας, ἐκάλουν πλωϊάδας· ὡς Θεόφραστος, ἐν τετάρτῳ Περὶ μεταρσίων, εἴρηκεν. *Quænam sunt ploiades nebulæ? quæ maxime imbrem conceptum haberent, & circumagitarentur, eas vocabant ploiadas; ut auctor est Theophrastus, De rebus sublimibus libro quarto.* Et fragmentum ejus Operis mox subjungit. Observa autem, librum quartum hic citari, cum Diogenes unum tantum nobis tradat. Ergo numerus corruptus.

XX. Ερωτικὸς, α'.

Amatorius, unus.

Athenæus, *l.* III. Θεόφραστος δ', ἐν τῷ Ερωτικῷ, Χαιρήμονα φησὶ τὸν τραγικὸν λέγειν. *Theophrastus vero, in Amatorio, Chæremonem tragicum ait dicere.* Et mox: Ερωτοδιδάσκαλε, οὐδὲν ἄρα διαφέρεις Ἀμάσιος τοῦ Ηλείου. ὃν Θεόφραστος, ἐν τῷ Ερωτικῷ, περὶ τὰς ἐρωτας δεινὸν γεγονέναι λέγει. *Amoris doctor, nihil differs ab Amasi Eleo; quem Theophrastus, in Amatorio, peritum amorum fuisse dicit.* Rursum, extremo fere *lib.* Τὸν δὲ παῖδα τοῦτον Θεόφραστος, ἐν τῷ Ερωτικῷ, Ἀμφίλοχον καλεῖσθαι φησί. *Puerum vero hunc Theophrastus, in Amatorio. Amphilochum vocari dicit.* Diversum vero ab eo Opus a Diogene statuitur.

XXXI. Περὶ ἔρωτος, α'.

De amore, unus.

Ac meminit Strabo, *l.* X. Ἐκ δὲ Λεβήνος ἦν Λευκοκόμας τε, καὶ ὁ ἐραστὴς αὐτοῦ Εὐξύνθετος, ὥς ἱστορεῖ Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ ἔρωτος λόγῳ, &c. *Lebenæus erat Leucocomas, & amator ejus Euxynthetus, quos Theophrastus tradit, libro De amore,* &c. Incertum est, ex utro fuerit, quod refertur ab A. Gellio, *l.* VII, *c.* VIII. *Aliquot seculis ante apud Naupactum, ut Theophrastus tradidit, amatores flagrantissimi quidam delphinorum cogniti compertique sunt.* Idem Plin. refertur, ex eodem Theophrasto, *l.* IX. *c.* VIII.

XXXII. Περὶ εὐδαιμονίας, α'.

De vita beata, unus.

Athenæus, *l.* XII. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ κατὰ τὴν τέχνην ἀηδῶς ἐποιεῖτο, ἀλλὰ ῥᾳδίως, ὡς καὶ ᾄδειν γράφοντα· ὡς ἱστορεῖ Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ εὐδαιμονίας. *Sed nec in Operibus artis morosus erat, verum facilis, uti pingens etiam caneret; sicut refert Theophrastus, libro de vita beata.* Iterum, *l.* XIII. Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ εὐδαιμονίας, περιιόντα ἐπαγγέλλεσθαι διδάσκειν εὐτυχίαν. *Quem ait Theophrastus, libro De vita beata, circumeuntem se felicitatem docturum promisisse.* Cicero, *de Fin.* l. V. *Quod maxime efficit Theophrasti De beata vita liber.* Iterum postea: *Theophrasti igitur*, inquit, *tibi liber ille placet, De beata vita?* Et *Tuscul. Quæst.* l. V. *Vexatur autem Theophrastus ab omnibus, primum in eo libro, quem scripsit De beata vita.* Censeo idem Opus esse, atque male repetitum, quod inferius memoratur, numero CXII. Περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας, *De divina beatitudine.*

XXXIII. Περὶ εἰδῶν, β'.

De speciebus, duo.

An verus titulus? an scribendum?

Περὶ ἠθῶν,

De moribus.

Memorat Aspasius, *ad Ethic.* l. IV. cap. I. Φιλαργυρίας γὰρ τῆς αὐτοῦ μέμνηνται ἄλλοι τε καὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ ἠθῶν. *Avaritiæ enim ejus meminerunt cum alii, tum Theophrastus, in Opere De moribus.* Ac priorem ex eo librum citat Michael Ephesius, *ad Ethic.* l. V. cap. I. Η δὲ παροιμία, Θεόγνιδός ἐστιν· ὡς Θεόφραστος φησίν, ἐν πρώτῳ Περὶ ἠθῶν. *Proverbium vero, est Theognidis; sicut ait Theophrastus, libro primo De moribus.* De quæsitis autem in hoc Opere, quod historiam attinet, aut dictionem, quinque libros scripsit Andrantus: uti testis Athenæus, *lib.* XV. Εκδόντος γὰρ τούτου (τοῦ Ανδράντος) πέντε μὲν βιβλία, Περὶ τῶν παρὰ Θεοφράστῳ, ἐν τοῖς Περὶ ἠθῶν, καθ' ἱστορίαν, καὶ λέξιν, ζητουμένων, &c. *Nam cum hic (Andrantus) quinque libros, De quæsitis apud Theophrastum, in Opere De moribus, juxta historiam, & dictionem, edidisset,* &c. Eosque libros vendicavit sibi quidam Hephæstion: ut videre est apud eundem Athenæum, eodem loco.

XXXIV. Περὶ ἐπιλήψεως, α΄.

De morbo caduco, unus.

Apulejus, in *Apologia*: *Longum est, si velim Theophrasti quoque sententiam de eodem morbo recensere. Est enim etiam ejus egregius liber* DE CADUCIS.

XXXV. Περὶ ἐνθουσιασμοῦ, α΄.

De afflatu divino, unus.

Athenæus, *lib.* XIV. Ὅτι καὶ νόσους ἰᾶται μουσική, Θεόφραστος ἱστόρησεν, ἐν τῷ Περὶ ἐνθουσιασμοῦ. *Quod etiam morbis medeatur Musica, refert Theophrastus, libro De afflatu divino.* Apollonius Alexandrinus, citat numero plurali, Περὶ ἐνθουσιασμῶν, *Hist. Comment.* cap. XLIX. Profert autem verba inde Theophrasti: Ἰᾶται ἡ καταύλησις καὶ ἰσχιάδα, καὶ ἐπιληψίαν. *Sanat tibiæ cantus etiam ischiadem, & comitialem morbum.* Quæ respexit Athenæus, *loco citato*; & Plinius, *lib.* XXVIII. *c.* II. *Dixit Homerus, profluvium sanguinis, vulnerato femine, Ulyssem inhibuisse carmine: Theophrastus, ischiadicos sanari.*

XLI. Περὶ ἑτεροφωνίας ζώων τῶν ὁμογενῶν, α΄.

De diversitate vocis animalium ejusdem generis, unus.

Athenæus, *lib.* IX. Θεόφραστος γοῦν, ἐν τῷ Περὶ ἑτεροφωνίας τῶν ὁμογενῶν, οἱ Ἀθήνησι, φησὶ, πέρδικες ἐπὶ τάδε τοῦ Κορυδαλοῦ, πρὸς τὸ ἄστυ, κακκαβίζουσιν. οἱ δ᾽ ἐπέκεινα, τιττυβίζουσιν. *Theophrastus itaque, libro De diversitate vocis animalium ejusdem generis, perdices Athenis, ait, citra Corydalum, versus urbem, caccabizant: ultra vero tittybizant.*

XLII. Περὶ τῶν ἀθρόον φαινομένων, α΄.

De subito apparentibus, unus.

Ejus fragmentum, quod exstabat apud Photium, in *Bibliotheca*, edidit Henricus Stephanus, cui Respublica Literaria plurimum debet, anno CIↃ IↃ LVII.

XLIII. Περὶ τῶν δακετῶν, καὶ βλητικῶν, α΄.

De morsu, aut ictu, lædentibus, unus.

Athenæus, *lib.* VII. Θεόφραστος δ᾽, ἐν τῷ Περὶ τῶν δακετῶν, καὶ βλητικῶν, διαπέμπεσθαι φησὶ τὴν νάρκην τὴν ἀπ᾽ αὐτῆς δύναμιν. *Theophrastus vero, in libro De morsu, aut ictu, lædentibus, ait torpedinem vim suam transmittere.* Apulejus, in *Apologia*: *Gratulor nescire istos, legisse me Theophrasti quoque* Περὶ δακετῶν, καὶ βλητικῶν. Ita recte eum locum primus restituit Isaacus Casaubonus.

XLIV. Περὶ τῶν ζώων ὅσα λέγεται φρονεῖν, α΄.

De animalibus, quæ dicuntur sapere, unus.

Legendum puto, ὅσα λέγεται φθονεῖν, *quæ dicuntur invidere.* Ita enim est apud Photium, in *Bibliotheca*: unde edidit Henricus Stephanus, anno CIↃ IↃ LVII. Apulejus, in citata proxime *Apologia*: *Quibus tamen (Theophrastus) in alio libro, quem* De invidentibus animalibus *conscripsit, remedio esse ait exuvias stellionum.* Ita recte eum quoque locum primus emendavit Casaubonus. Ac fragmen-

A tum ejus exstat: estque ex hoc ipso libro, quod commemorat Plinius, *lib.* VIII. *capp.* XXIX. XXXI. & LVII. Item Ælianus, *Hist. Anim.* lib. III. cap. XVII.

XLV. Περὶ τῶν ἐν ξηρῷ διαμενόντων, α΄.

De iis quæ in sicco permanent, unus.

Sine dubio mutilus numerus: quippe librum quintum citat Athenæus, *lib.* VII. Θεόφραστος, ἐν πέμπτῳ Περὶ τῶν ἐν τῷ ξηρῷ διαιτωμένων, ἔγχελυν φησὶ, καὶ μύραιναν, πολὺν χρόνον δύνασθαι ἔξω τοῦ ὑγροῦ ζῆν. *Theophrastus, libro quinto De iis quæ in sicco*
B *degunt, anguillam dicit, & murænam, diu extra aquam vivere posse.* Moxque iterum citat, sed omisso libri numero: Ἐν δὲ τῷ Περὶ ἐν τῷ ξηρῷ διατριβόντων ζώων, οὐ δέχεσθαί φησιν (ὁ Θεόφραστος) τοὺς πολύποδας τὴν θάλασσαν. *In libro vero De animalibus, quæ in sicco degunt, ait (Theophrastus) polypos mare non admittere.*

XLVI. Περὶ τῶν τὰς χρόας μεταβαλλόντων, α΄.

De iis quæ colores mutant, unus.

C Ejus fragmentum exstat in *Bibliotheca* Photii: ediditque, inter alia, Henricus Stephanus anno CIↃ IↃ LVII. Ac citat Athenæus, *lib.* VII. Et inde est, quod tradit Plinius, Theophrastum auctorem nominans, *lib.* X. *cap.* XXIX.

XLVII. Περὶ τῶν φωλευόντων, α΄.

De iis quæ in specubus degunt, unus.

Athenæus, *lib.* II. Θεόφραστος δὲ, ἐν τῷ Περὶ φωλευόντων, οἱ κοχλίαι, φησὶ, φωλεύουσι μὲν καὶ τοῦ χειμῶνος, μᾶλλον δὲ τοῦ θέρους. *Theophrastus vero, in libro*
D *De iis quæ in specubus degunt, cochleæ, inquit, hieme quidem in specubus degunt, magis vero æstate.* Meminitque iterum, *libro* tertio, & septimo.

XLVIII. Περὶ ζώων, ζ΄.

De animalibus, septem.

Athenæus, *lib.* IX. Θεόφραστος δὲ ὁ Ἐρέσιος, Ἀριστοτέλους μαθητὴς, ἐν τρίτῃ Περὶ ζώων, μνημονεύων αὐτῶν, οὕτωσί πως λέγει. *Theophrastus vero Eresius, Aristotelis discipulus, libro tertio De animalibus, mentionem ejus faciens, ita inquit.* Ac citat sæpe Ælianus,
E in libris *de Hist. Anim.* Nec petita aliunde, sine dubio, quæ traduntur de perdicibus Paphlagoniæ ab A. Gellio, *lib.* XVI. *cap.* XV. & Æliano, quem jam dixi, *lib.* X. *cap.* XXXV. item XI. *cap.* XL.

L. Περὶ ἡδονῆς, α΄.

De voluptate, unus.

Athenæus, *lib.* XII. Οὐδεὶς δὲ λέγει τὸν Ἀριστείδου βίον ἡδὺν, ἀλλὰ τὸν Σμινδυρίδου τοῦ Συβαρίτου, καὶ τὸν Σαρδαναπάλου. καίτοι, κατά γε τὴν δόξαν, φησὶν ἐν τῷ Περὶ τῆς ἡδονῆς Θεόφραστος, οὐχ ὁμοίως λαμπρός ἐστιν.
F *Nemo vitam Aristidis suavem dicit, sed Smindyridis Sybaritæ, & Sardanapali; & quidem, ut videtur, inquit Theophrastus, in libro De voluptate, non æque splendida est.*

LI. Θέσεις, κδ΄.

Positiones, viginti quatuor.

Theon, in *Progymnasm.* Παραδείγματα δὲ τῆς τῶν θέσεων γυμνασίας λαβεῖν παρὰ τοῦ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου. πολλὰ γάρ ἐστιν αὐτῶν βιβλία, θέσεων ἐπι-

γραφόμενα. *Exempla vero exercitii positionum accipere licet ab Aristotele & Theophrasto, nam multi sunt ipsorum libri, qui Positionum nomine inscribuntur.* Athenæus, *lib.* IV. Σὺ δὲ, μόνον ἐν Ἀθήναις μένων, εὐδαιμονίζεις, τὰς Θεοφράστου Θέσεις ἀκούων. *Tu vero, tantum Athenis manens, felix es, Theophrasti Positiones audiens.* Male infra iterum commemorantur, numero CLXXX. Θέσεις, γ'. *Positiones, tres.* Et Positiones illas respexisse puto Anonymum, in Altercatione synagogæ, & ecclesiæ; quanquam nomen Theophrasti istic excidit, quod restituendum censeo: quippe Socratem tale aliquid scripsisse, nemo Veterum usquam tradit. Verba autem ecce ista: *Ethicæ inventor Socrates fuit: de qua Theophrastus viginti quatuor libros secundum* POSITIVAM *justitiam scripsit.* Sic paullo ante dicit: *Arithmeticam Samius Pythagoras invenit, Nicomachus scripsit.* Certe numerus librorum convenit cum eo, quem Diogenes tradit. Opus vero istud, Crantor Philosophus ostro scriptum dictitabat. Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. IV. Καὶ τὰς Θεοφράστου Θέσεις (εἶπεν) ὀστρέῳ γεγράφθαι. *Et Theophrasti Positiones (inquiebat) ostro scriptas.*

LII. Περὶ θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, α'.

De calido, & frigido, unus.

Galenus, in Hippocratis Aphorismos, *Comment.* I. Καὶ ἔστιν ἡ χρῆσις ἤδε πολλὴ κατὰ τὸν βίον ἅπαντα, καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς. ὡς καὶ Θεόφραστος ἐδήλωσεν, ἐν τῷ Περὶ θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, γράμματι. *Estque usus hic frequens in vita universa, etiam apud antiquos: ut ostendit Theophrastus, in Opere, quod scripsit, De calido, & frigido.*

LIII. Περὶ ἰλίγγων, καὶ σκοτώσεων, α'.

De vertiginibus, & oculorum obscurationibus, unus.

Fragmentum ejus exstat apud Photium in *Bibliotheca*: ediditque Henricus Stephanus, anno CIƆ IƆ LVII.

LIV. Περὶ ἱδρῶτος, α'.

De sudore, unus.

Hujus quoque est fragmentum apud Photium, itidem vulgatum ab eodem Henrico Stephano, anno CIƆ IƆ LVII. Sed plurali ibi numero scribitur, Περὶ ἱδρώτων, *De sudoribus.*

LV. Περὶ καταφάσεως, καὶ ἀποφάσεως, α'.

De affirmatione, & negatione, unus.

Alexander Aphrodiseus simpliciter inscribit, Περὶ καταφάσεως, *De affirmatione*, in *Topic.* lib. III. Περὶ τούτων καὶ Θεόφραστος, ἐπὶ τέλει τοῦ Περὶ καταφάσεως, δοκεῖ πεποιῆσθαι. *De his etiam Theophrastus, in fine libri De affirmatione, videtur verba fecisse.* Et in *priora Analytica*, lib. I. cap. I. Ὡς δὲ πολλαχῶς λεγομένης τῆς προτάσεως, ἔοικε καὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ καταφάσεως, φρονεῖν. *Propositionem vero multis modis dici, videtur etiam sentire Theophrastus, libro De affirmatione.* Iterum, cap. V. Ἐμνημόνευσε δὲ τοῦ οὕτως ἀδιορίστου καὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ καταφάσεως. *Meminit hujusmodi indefiniti etiam Theophrastus, libro De affirmatione.* Rursum, *in Metaphysica*, lib. IV. *Ut Theophrastus, in libro De affirmatione, auctor est, hujus sententiæ demonstratio violenta est, & præter naturam.* Plene Boethius, in librum Aristotelis *De Interpretatione*, Edit. II. *Sicut se in* AFFIRMATIONIBUS *habet, ita quoque in* NEGATIONE, *ut Theophrastus acutissimi perspexit.* Estque inde desumptum, quod ait Magentinus, in librum eundem Aristotelis; ubi de affirmatione, & negatione, agit: Καὶ ταύτας μὲν τὰς ἐκ μεταθέσεως, αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης ἀορίστους ἐκάλεσεν· οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτοῦ, οἱ περὶ Θεόφραστον, ἐκ μεταθέσεως· ἢ διὰ τὸ μετατεθεῖσθαι τοὺς ὅρους τῆς προτάσεως, ἢ διὰ τὸ τὴν οὐ δίφθογγον μὴ μένειν ἐν τοῖς ἰδίοις ὅροις, ἢ διὰ τὸ πᾶσαν τὴν πρότασιν μετατεθεῖσθαι. *Et has quidem, quæ e transpositione sunt, Aristoteles ipse infinitas vocat; ejus vero discipulus, Theophrastus, ex transpositione: sive quod termini propositionis transponantur, sive quod diphthongus* οὐ *in propriis terminis non maneat: vel: quod tota propositio commutetur.* Galenus in hoc Opus scripsit *Commentariorum* libros sex: ut testatur ipse, in Opere *De libris propriis*, illis verbis: Ἐς τὸ Περὶ καταφάσεως, καὶ ἀποφάσεως, Θεοφράστου, Ὑπομνήματα ἕξ. *In librum Theophrasti De affirmatione, & negatione, Commentariorum libri sex.*

LVI. Καλλισθένης, ἢ Περὶ πένθους, α'.

Callisthenes, sive De luctu, unus.

Respexit Cicero, *Tuscul* III. *Theophrastus, interitum deplorans Callisthenis, sodalis sui, rebus Alexandri prosperis angitur: itaque dicit, Callisthenem incidisse in hominem summa potentia, summaque fortuna, sed ignarum quemadmodum rebus secundis uti conveniret.* Ac diserte nominat *Tuscul.* V. *Vexatur idem Theophrastus & libris, & scholis, omnium philosophorum, quod in* CALLISTHENE *suo laudarit illam sententiam,*

Vitam regit fortuna, non sapientia.

Alexander Aphrodiseus, *De anima*, extremo lib. II. Φανερώτατα δὲ Θεόφραστος δείκνυσι, ταὐτὸν ὂν τὸ καθ' εἱμαρμένην τῷ κατὰ φύσιν, ἐν τῷ Καλλισθένει. *Apertissime vero ostendit Theophrastus, idem esse, quod secundum fatum est, cum eo, quod secundum naturam, in Callisthene.*

LVII. Περὶ κόπων, α'.

De lassitudinibus, unus.

Meminit Galenus, Ὑγιεινῶν *lib.* III. Εἰκὸς τοίνυν ἐστὶ πρῶτόν τε καὶ μάλιστα, καὶ συνεχέστατα, περιπίπτειν ἁμαρτήματι νεανίσκον γυμναστικόν, ὁ κόπος ἐστίν. ὑπὲρ οὗ πολλάκις μὲν ἤδη πολλοῖς, οὐκ ἰατροῖς μόνον, καὶ γυμνασταῖς, ἀλλὰ καὶ φιλοσόφοις, εἴρηται. ὥσπερ καὶ Θεοφράστῳ, βιβλίον ὅλον ὑπὲρ αὐτοῦ γράψαντι. *Consentaneum itaque est primum & maxime, & frequentissime, juvenem, exercitationibus deditum, incidere in peccatum, quod est lassitudo; de qua sæpe jam multi, non tantum medici, aut gymnastæ, sed quoque philosophi, dixerunt: velut etiam Theophrastus, qui integrum de ea librum scripsit.* Exstat fragmentum apud Photium, in *Bibliotheca*: ediditque cum quibusdam aliis Henricus Stephanus, anno CIƆ IƆ LVII.

LVIII. Περὶ κινήσεως γ'.

De motu, tres.

Excidere, sine dubio, isthic numeri: nam Simplicius decimum illius Operis nobis memorat, *Phys.* lib. I. Καὶ ὁ Θεόφραστος δὲ, ἐν τῷ δεκάτῳ Περὶ κινήσεως, τὰ αὐτὰ ταῦτα περὶ τούτων δοξάζων φαίνεται. *Et vero Theophrastus, libro decimo De motu, manifesto eadem de istis sentit.* Male etiam infra repetitur, & duntaxat duo libri memorantur, numero CLXXXV.

LIX. Περὶ λίθων, α'.

De lapidibus unus.

Exstat. Scripsit vero, archonte Athenis Praxibulo: cujus magistratus incidit in Olympiadis centesimæ, & decimæsextæ, annum secundum. Colligere id ex illo Plinii loco licet, ubi de minii inventore Callia agit, *lib.* XXXIII. *c.* VII. *Theophrastus nonaginta annis ante Praxibulum, Atheniensium magistratum, tradit inventum minium, a Callia Atheniensi.* Locus autem Theophrasti, quem respexit, isthic exstat: Οὐ παλαιὸν δ' ἐστὶν, ἀλλὰ περὶ ἔτη μάλιστ' ἐνενήκοντα εἰς ἄρχοντα Πραξίβουλον Ἀθήνησι. *Neque vero adeo antiquum est, sed annis circiter nonaginta ante archontem Athenis Praxibulum.*

LXI. Περὶ λειποψυχίας, α'.

De deliquio animi, unus.

Exstat fragmentum apud Photium: editumque est ab Henrico Stephano, anno CIϽ IϽ LVII.

LXII. Μεγαρικὸς, α'.

Megaricus, unus.

Meminit Diogenes ipse alibi, in cognomine Cynico, *lib.* VI. Καθά φησι Θεόφραστος, ἐν τῷ Μεγαρικῷ. *Ut dicit Theophrastus, in Megarico.*

LXIV. Περὶ μετάλλων, β'.

De metallis, duo.

Refert Suidas etiam, *in* Θεόφραστος. Olympiodorus, *in Met.* lib. III. Ὁ μέντοι τούτου μαθητὴς, Θεόφραστος, ἔγραψεν ἰδίᾳ περὶ ἑκάστου μετάλλου. *Ejus vero discipulus, Theophrastus, scripsit singillatim de unoquoque metallo.* Censeo idem Opus fuisse, quod ab aliis τὸ Μεταλλικὸν nominatur. Pollux, *lib.* X. *cap.* XXXI. Περίοδον δὲ, καὶ σάλακα, Θεόφραστος, ἐν Μεταλλικῷ. *Periodum vero, & salacem, Theophrastus in Metallico.* Nec aliter Hesychius, *in* Προσφανῆ, Σκαρφῶν, & Σύζωσμα. Alexander Aphrodiseus inscribit, Περὶ τῶν μεταλλευομένων, *De metallicis*, in Meteor. *lib.* III. Περὶ ὧν Θεόφραστος πεπραγμάτευται, ἐν τῷ Περὶ τῶν μεταλλευομένων, καὶ ἐν ἄλλοις τισίν. *De quibus tractavit Theophrastus, in Opere De metallicis, & in aliis quibusdam.*

LXV. Περὶ μέλιτος, α'.

De melle, unus.

Exstat fragmentum apud Photium: ediditque Henricus Stephanus, anno CIϽ IϽ LVII.

LXVII. Μεταρσιολογικῶν, β'.

Disputationum de rebus sublimibus, duo.

Idem est, quod Περὶ μεταρσίων, *De rebus sublimibus*, vocat Plutarchus, in *Quæst. Græc.* Τὰς ὑπόμβρους μάλιστα, καὶ περιφερομένας, (νεφέλας) ἐκάλουν πλωιάδας. ὡς Θεόφραστος, ἐν τετάρτῃ Περὶ μεταρσίων, εἴρηκεν. *Quæ (nebulæ) maxime imbrem conceptum haberent, & circumagitarentur, has ploiadas vocabant: ut refert Theophrastus, libro quarto De rebus sublimibus.* Unde observa, mutilatum ejus Operis librorum numerum esse in Diogene, cum Plutarchus quartum citet.

LXVIII. Περὶ μέθης, α'.

De ebrietate, unus.

Athenæus *l.* X. Θεόφραστος δ' ἐν τῷ Περὶ μέθης, ζωρότερον φησὶν εἶναι τὸ κεκραμμένον. *Theophrastus vero, in libro De ebrietate, ζωρότερον dicit esse quod dilutum.* Iterum, *lib.* XI. Θεόφραστος δ', ἐν τῷ Περὶ μέθης, φησὶν, ὅτι τοῦ Διονύσου τροφοὶ αἱ Νύμφαι κατ' ἀλήθειαν. *Ait vero Theophrastus, in libro De ebrietate, vere Bacchi nutrices fuisse Nymphas.* Et occurrit iterum postea: Θεόφραστος δ', ἐν τῷ Περὶ μέθης, τὸ ῥυτὸν φησὶν ὀνομαζόμενον, τοῖς ἥρωσι μόνοις ἀποδίδοσθαι. *Theophrastus vero, in libro De ebrietate, quod rhytum appellatum, solis ait heroibus tribui.*

LXIX. Νόμων κατὰ στοιχεῖον, κδ'.

Legum secundum elementa, viginti quatuor.

Et

LXX. Νόμων ἐπιτομῆς, ι'.

Legum compendii, decem.

Variæ citantur Νόμων, *Legum*, libri: sed, ex utro Opere, incertum. Harpocration citat tertium, *in* Ἐφορία; ut quartum, *in* Καταχειροτονία; decimum Pollux, *lib.* X. *cap.* II. Ex priore certe, citant decimum quintum, Harpocration, & Suidas, *in* Φαρμακός: decimum sextum, Etymologici Auctor, *in* Φρεατοῖ; vicesimum denique, Harpocration, *in* Ἀποβάτης. Tractaverat hic omnium Græciæ pariter ac Barbariæ urbium leges. Cicero, *De Finibus*, lib. V. *Omnium fere civitatum non Græciæ tantum, sed etiam Barbariæ, ab Aristotele Mores, Instituta, Disciplinas; a Theophrasto,* LEGES *etiam cognovimus.* Infra vero, numero CXLIX. aliud commemoratur, Περὶ νόμων, α'. *De legibus, unus.* Fueritque id diversum: atque libri, ut videtur, singularis. Estque ille, cujus meminit Pollux, *lib.* VIII. *cap.* VI. Ἐγίγνοντο δὲ καὶ εἰσαγγελίαι κατὰ τῶν καταλυόντων τὸν δῆμον ῥητόρων, ἢ μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ λεγόντων. ἢ πρὸς τοὺς πολεμίους ἄνευ τοῦ πεμφθῆναι ἀπελθόντων, ἢ προδόντων φρούριον, ἢ στρατιὰν, ἢ ναῦς· ὡς Θεόφραστος, ἐν τῷ περὶ νόμων. *Dabantur vero accusationes in eos oratores, qui populum everterent, aut non optima populo consulerent, aut ad bellum non missi irent, vel præsidium, seu exercitum, sive naves, prodidissent; uti auctor Theophrastus, in libro De legibus.*

LXXII. Περὶ ὀδμῶν, α'.

De odoribus, unus.

Exstat inter Opera, quæ nunc habemus.

LXXV. Νομοθετῶν, γ'.

De legumlatoribus, tres.

Hinc desumptum esse censeo, quod Plutarchus, in *Solonis* fine, citat: Ὡς δὲ Θεόφραστος ἱστόρηκε, καὶ τὸν τῆς ἀργίας νόμον οὐ Σόλων ἔθηκεν, ἀλλὰ Πεισίστρατος. *Ut vero Theophrastus refert, legem de ignavia non Solon tulit, sed Pisistratus.* Et Cicero, *De Leg.* lib. II. QU. *Quid quod Zaleucum istum* (loquitur de legumlatoribus) *negat ullum fuisse Timæus?* M. *Ait Theophrastus: auctor haud deterior, mea quidem sententia.* Ita enim emendandum locum illum esse judico: quod jam olim frustra est conatus Lipsius, vir in hisce studiis magnus, Var. Lect. *lib.* II. *cap.* XI. Hactenus editur, *At Theophrastus.* Evidens est emendatio, ac perspicuus loci sensus: *Negat Timæus, ait Theophrastus.*

LXXVI. Πολιτικῶν, ϛ΄.

Politicorum, ſex.

Meminit Harpocration libri quarti, *in* Ἀσπασία: Ὡς ἔςι μαθεῖν παρά τε Δέριδος τȣ̃ Σαμίȣ, ἢ Θεοφράςȣ, ἐκ τȣ̃ τετάρτȣ τῶ Πολιτικῶν. *Ut diſcere licet cum a Duride Samio, tum Theophraſto, libro quarto Politicorum.* Puto idem eſſe Opus cum eo, quod iterum infra memoratur, nemo CCXIX. ac librorum illic numerum depravatum: ſicut etiam hoc in loco nimis certum: nam octo ſane libri erant, quot ſunt item Ariſtotelis. Teſtis mihi ipſe quoque eſt Diogenes: apud quem, in Indice librorum Ariſtotelis, exſtant ea verba, Πολιτικῆς ἀκροάσεως, ὡς ἡ Θεοφράςȣ, ή. *Politicæ auſcultationis, ſicut Theophraſti, octo.* Aliud vero fuerit iſtud,

LXXVII. Πολιτικῶν πρὸς τȣ̀ς καιρȣ̀ς, δ΄.

Politicorum ad tempora, quatuor.

Memoratque idem illud Harpocration diſtincte, *in* Επισκοπος: Θεόφραςος γȣ̃ν, ἐν τῷ πρώτῳ τῶ Πολιτικῶν πρὸς τȣ̀ς καιρȣ̀ς, φησὶν ὅτω. *Theophraſtus itaque, Politicorum ad tempora libro primo, ita inquit.* Parthenius, *Erotic.* cap. IX. in inſcriptione: Γράφει περὶ αὐτῆς ἢ Θεόφραςος, ἐν τῷ ιά. Πρὸς τȣ̀ς καιρȣ́ς. *Scribit de ea etiam Theophraſtus, libro undecimo Ad tempora.* Sed Diogenes cum duntaxat quatuor eſſe Operis ejus libros dicat, corruptum iſtic numerum Mauſſacus cenſet, vir inſignis; corrigitque, ἐν τῷ ά. *in primo.* Joannes Cornarius, vir egregia doctrina, qui Parthenium in Latinam linguam tranſtulit, videtur ſuo in exemplari habuiſſe, ἐν τῷ δ΄. ſiquidem vertit, *in quarto.* Ac Parthenius ille ipſe librum Operis primum citat, in inſcriptione capitis XVIII. Ιςορεῖ Θεόφραςος, ἐν πρώτῳ τῶ Πρὸς τȣ̀ς καιρȣ́ς. *Memorat Theophraſtus, libro primo ejus Operis, quod inſcripſit, Ad tempora.* Suidas, *in* Αρχη Σκυρία: Οςρακιϑῆναι ἢ πρῶτον Αϑήνησι Θησέα, ἱςορεῖ Θεόφραςος, ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς. *Primum vero Athenis oſtraciſmo ejectum eſſe Theſeum, refert Theophraſtus, in primis temporibus.* Recte Mauſſacus, quem jam dixi, emendandum arbitratur, ἐν τοῖς Πρὸς τȣ̀ς καιρȣ̀ς, *in libris, quod Ad tempora inſcripſit.* Niſi forte, quod non abnuo, ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς, vertendum ſit, *libro primo De temporibus*: ut intelligat librum primum ejus Operis, quod inſcripſit, Περὶ καιρῶν, *De temporibus*, & in libros duos tribuit. Memoratque id Diogenes etiam infra, numero CCXII. Certe eodem modo legitur apud Apoſtolium, *Cent.* IV. *Proverb.* XXXI. Quod vero attinet ad Πολιτικὰ πρὸς τȣ̀ς καιρȣ̀ς, iis libris id tractabat Theophraſtus, quod ad rerum, ac temporum, inclinationes, & momenta, viro prudenti reſpublica adminiſtranda eſſet. Obſervo ex verbis Ciceronis, quibus Opus id reſpexit, ſine dubio, *De Fin.* lib. V. *Theophraſtus* (*ſcripſit*) *quæ eſſent in republica* INCLINATIONES RERUM, *&* MOMENTA TEMPORUM; *quibus eſſet moderandum, utcunque res poſtularet.* De hoc vero librum Plutarchus ſingularem ſcripſit, qui intercidit, pariter ac Theophraſti iſtud Opus. Diſcimus illud ex Lampria, in Catalogo Operum Plutarcheorum, numero LII.

LXXIX. Περὶ τῆς ἀρίςης πολιτείας, ά.

De optima republica, unus.

Reſpexit Cicero, *De divinat.* lib. II. *His libris annumerandi ſunt ſex* DE REPUBLICA; *quos tunc ſcripſimus, cum reip. gubernacula tenebamus. Magnus locus, philoſophiæque proprius: a Platone, Ariſtotele,* THEOPHRASTO, *totaque Peripateticorum familia, tractatus uberrime.* Iterum, *De Leg.* lib. III. *Pleraque ſunt dicta in illis libris, cum* DE OPTIMA REPUBLICA *quæreretur. Sed hujus loci de magiſtratibus ſunt propria quædam a* THEOPHRASTO *quæſita ſubtilius.*

LXXX. Προβλημάτων συναγωγῆς, έ.

Collectionis quæſtionum, quinque.

Anonymus, *in poſteriora Analytica*, lib. II. Θεόφραςος δὲ, ἢ ἐπραγματεύσατο Περὶ τῆ συναγωγῆς τῶ ὁμοίων προβλημάτων. *Theophraſtus vero, etiam ſcripſit De collectione ſimilium quæſtionum.*

LXXXI. Περὶ παροιμιῶν, ά.

De proverbiis, unus.

Harpocration, *in* Ἀρχὴ ἄνδρα δεικνύει: Σοφοκλῆς μὲν ȣ̃ν, ἐν τῇ Ἐλεγείαις, Σόλωνος αὐτὸ φησὶν εἶναι ἀπόφϑεγμα. Θεόφραςος δ΄, ἐν τῷ Παροιμιῶν, & Αριςοτέλης, Βίαντος. *Sophocles quidem, in Elegiis, Solonis illud apophthegma eſſe dicit: Theophraſtus vero, libro De proverbiis, & Ariſtoteles, Biantis.* Meminit quoque Apoſtolius, *Cent.* IV. *Proverb.* LI. & *Cent.* VI. *Proverb.* XXXVI.

LXXXIII. Περὶ πυρὸς, β΄.

De igne, duo.

Exſtat hodie, ſed duntaxat unus liber.

LXXXIV. Περὶ πνευμάτων, ά.

De ſpiritibus, unus.

An ſcribendum numero ſingulari? Περὶ πνεύματος, *De ſpiritu.* Arbitror ſane: ac fortaſſe eſt id ipſum, quod comparet inter Opera Ariſtotelis, ſubjunctum libris *De generatione animalium.* Certe Ariſtotelis non eſſe iſtud, viri docti antehac pronuntiarunt.

LXXXV. Περὶ παραλύσεως, ά.

De paralyſi, unus.

Ejus fragmentum eſt apud Photium, in *Bibliotheca*: ediditque primus id Henricus Stephanus, anno CIↃ IↃ LVII.

LXXXVI. Περὶ πνιγμȣ̃, ά.

De ſuffocatione, unus.

Athenæus, *lib.* II. Ἐν δὲ τῷ Περὶ πνιγμȣ̃, γράφει, (ὁ Θεόφραςος) Ἡ δὲ τȣ́των ἀνάκτησις, ὄξȣς ἐγχύσει, ἢ πεπέρεως. *In libro vero De ſuffocatione, ſcribit, (Theophraſtus) Horum vero refocillatio, fit infuſione aceti, piperiſque.*

LXXXVIII. Περὶ παθῶν, ά.

De paſſionibus, unus.

Simplici, *in Categorias*: Ἅπερ φησὶν ὁ Θεόφραςος, ἐν τῷ Περὶ παθῶν, κατὰ τὸ μᾶλλον, ἢ ἧττον, ἔχει τὴν διαφοράν. *Quæ Theophraſtus, libro De paſſionibus, ait differre ſecundum magis, & minus.*

LXXXIX. Περὶ σημείων, α΄.

De signis, unus.

Proclus, *in Timæum*, Comment. IV. Πάντα δ᾽ οὖν αὐτὸς καὶ τὰ ἴδια, καὶ τὰ κοινὰ, προγιγνώσκειν ἀπὸ τῶν οὐρανίων, ἐν τῇ Περὶ σημείων βίβλῳ (ὁ Θεόφραστος) φησίν. *Omnia itaque, propria, communiaque, prænoscere ipsos ex cælestibus, ait, (Theophrastus) in libro De signis.* Exstat autem inter Opera, edita a viro eximio, Joachimo Camerario. Librarii in quatuor frusta temere dissecuerunt: quorum primum locum tenet, Περὶ σημείων ὑδάτων, *De signis aquarum*: alterum, Περὶ σημείων ἀνέμων, *De signis ventorum*: tertium, Περὶ σημείων χειμῶνος, *De signis tempestatis*: quartum vero, Περὶ σημείων εὐδίας, *De signis serenitatis*. Certe, quin unum librum, eumque continuum, fecerit Theophrastus, nullo modo dubitandum est: & Diogenes nobis testis, satis certus. Qui Lugduno-Batavam editionem adornarunt, pejus etiam librum eum habuerunt: &, ceu frusta unaquæque libri singulares essent, qui *De igne* est, nil omnino istuc pertinens, medium inter secundum, tertiumque, inseruerunt. Nimis sane negligenter.

XCII. Τοπικῶν, β΄.

Topicorum, duo.

Alexander Aphrodiseus. *in Topic.* lib. I. Καὶ Θεόφραστος δὲ, ἐν τοῖς αὐτοῦ Τοπικοῖς, καθὸ μίαν μέθοδον παραδιδόναι σπουδάσας, ἐχώρισε μὲν τῶν ἄλλων τὸ συμβεβηκός. *Et Theophrastus, in suis Topicis, cum unam methodum tradere studeret, accidens quidem a cæteris separavit.* Et occurrit ibi sæpius. Iterum autem, *in Metaphys.* lib. V. *Bonum, & malum, contraria genera sunt: ut testatur Theophrastus, in primo Topicorum.* Ac rursum postea, eodem libro: *Ad ea vero dici, in quibus habentur, declarant Theophrasti verba, qui sic in secundo Topicorum ait.* Simplicius, *in Categorias*: Θεόφραστος δὲ, ἐν τοῖς αὐτοῦ Τοπικοῖς, τάδε γέγραφε. *Theophrastus vero, in suis Topicis, ista scripsit,*

XCVI. Περὶ ὕδατος, γ΄.

De aqua, tres.

Alexander, in l. *De sensu, & sens.* Ἱστόρηται δὲ τὰ τοιαῦτα Θεοφράστῳ, ἐν τοῖς Περὶ ὕδατος. *Talia vero referuntur a Theophrasto, in libris De aqua.* Athenæus, numero plurali nominat, Περὶ ὑδάτων, *De aquis*. Ecce verba, *l.* II. Θεόφραστος δέ φησιν, ἐν τῷ Περὶ ὑδάτων, τὸ Νείλου ὕδωρ πολυγονώτατον, καὶ γλυκύτατον· διὸ καὶ λύειν τὰς κοιλίας τῶν πινόντων. *Theophrastus vero, in libris De aquis, Nili aquam ait esse fæcundissimam, ac dulcissimam; ideoque & bibentium alvum solvere.* Ex eo Opere esse censeo, quod Olympiodorus refert· *in Meteor.* l. I. Θεόφραστος δὲ, οὐ μόνον τὴν ψύξιν λέγει αἰτίαν τῆς τοῦ ὕδατος γενέσεως, ἀλλὰ καὶ τὴν πίλησιν. *Theophrastus vero, non tantum refrigerationem generationis aquæ causam esse dicit, verum & densationem.* Ea quoque, quæ traduntur ab Æliano, *Histor. Anim.* l. IX. c. LXIV. & Antigono Carystio, *Hist. Mirab.* cap. CLXXIV.

XCVII. Περὶ ὕπνου, καὶ ἐνυπνίων, α΄.

De somno, & insomniis, unus.

Hinc petita, quæ a Plinio proferuntur, *l.* XXVIII. c. IV. *Aristoteles, & Fabianus, plurimum somniari circa vernum, & auctumnum, tradunt: magisque supino cubitu, & prono nihil. Theophrastus, celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius a supinis.*

XCVIII. Περὶ φιλίας, γ΄.

De amicitia, tres.

A. Gellius, *l.* I. *c.* III. *Super hac quæstione cum ab aliis, sicuti dixi, multis, tum vel diligentissime a Theophrasto disputatur, viro in philosophia Peripatetica modestissimo, doctissimoque. Eaque disputatio scripta est, si recte meminimus, in libro* DE AMICITIA *primo.* Ac petita sine dubio inde fuerint, quæ produxerat idem Gellius, *l.* VIII. *c.* VI. sicut in elencho capitum, siquidem liber ipse periit, est videre. Etiam ea, quæ Plutarchus refert, in *Catone minore*: Κινδυνεύει τὸ λίαν φιλεῖν, ὥς φησι Θεόφραστος, αἴτιον τοῦ μισεῖν γίνεσθαι πολλάκις. *Periculum enim est, ne nimius amor, sicut Theophrastus dicit, sæpe odii causa fiat.* Item istud Hieronymi in Osee, in *proœmio* libri III. *Quanquam & amor recipiat errorem, pulchrumque sit illud Theophrasti,* Τυφλὸν τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον.

XCIX. Περὶ φιλοτιμίας, β΄.

De cupiditate honoris, duo.

Cicero, *ad Atticum*, l. II. *epist.* III. Θεοφράστου Περὶ φιλοτιμίας *affer mihi de libris Quinti fratris.*

C. Περὶ φύσεως, γ΄.

De natura, tres.

Joannes Philosophus, *De nat. auscult.* l. I. Θεόφραστος δὲ, καὶ ὅλον τὸν συλλογισμὸν ἔθηκεν, ἐν τῇ ἰδίᾳ Περὶ φύσεως πραγματείᾳ. *Theophrastus vero, totum etiam syllogismum posuit, in suo De natura opere.*

CI. Περὶ Φυσικῶν, ιη΄.

De Naturalibus, octodecim.

Simplicius, *in Phys.* l. I. c. I. Ὁ μέντοι Θεόφραστος, ἐν ἀρχῇ τῶν αὐτοῦ Φυσικῶν, καὶ ταύτην ἀπέδειξεν. *Theophrastus sane, in principio Naturalium suorum, etiam hanc demonstravit.* Et sæpissime meminit, in toto illo Commentario. Ac *De anima*, l. III. Ἣν καὶ ὁ Θεόφραστος, ἐν τοῖς ἰδίοις Φυσικοῖς, ἀπορεῖ, πότερον λογικὴν, ἢ ἄλογον, θετέον. *De qua etiam Theophrastus, in suis Naturalibus, disputat, utrum ea rationalis, an irrationalis, statui debeat.* Alexander Aphrodiseus, primum eorum librum nominat, *Comment. in Metaphys.* l. I. *De Parmenide, & ejus opinione, meminit Theophrastus, in primo libro Naturalium.* Ac Themistius, quintum citat, in librum tertium *De anima*: Ἄμεινον δὲ, τὰ Θεοφράστου παραθέσθαι. *Præstat vero, verba Theophrasti apponere.* Mox vero, postquam fragmentum ejus egregium recitavit, ista addit: Ἐστὶ δὲ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Φυσικῶν. *Est vero libro quinto Naturalium.* Decimumquartum, memorat Simplicius, *in Categorias*: Ἐθέλω καὶ τὸν ἄριστον τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, τὸν Θεόφραστον, ἐπιδεῖξαι ταῖς ἐμαῖς ἐπινοίαις συμψηφιζόμενον· λέγει γὰρ, ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ τῶν Φυσικῶν, οὕτως. *Cupio etiam optimum discipulorum ejus, Theophrastum, meis commentationibus suffragantem ostendere: ait enim, libro decimoquarto Naturalium, hunc in modum.*

CII. Περὶ Φυσικῶν ἐπιτομῆς, β΄.
De Naturalium compendio, duo.

Simplicius, *in librum De anima* II. Καὶ σαφέστερόν μοι ταῦτα ἐν τῇ Ἐπιτομῇ τῶν Θεοφράστου Φυσικῶν

διώρισαι. *Et hæc a me clarius sunt explicata in Compendio Naturalium Theophrasti*. Unde est discere, etiam in illud Opus commentatum esse Simplicium: cujus tamen Commentarius in doctorum hominum manus necdum venit. Aliud vero est, ne confundas, Φυσικῶν δοξῶν ἐπιτομῆς, ά. *Naturalium opinionum compendii, unus*. De quo postea sum dicturus, ad numerum CLXXII. Nam & alii plane erant libri, Περὶ Φυσικῶν, ab iis, quos inscripsit, Φυσικῶν δοξῶν: nam hi, sedecim numero erant; illi, octodecim. Alii quoque itidem erant, qui in Indice sequuntur,

CIII. Φυσικῶν, ή.

Naturalium, octo.

Idque ex librorum numero satis clarum.

CV, Περὶ φυσικῶν ἱστοριῶν, ί.

De naturalibus historiis, decem

Et

CVI. Φυσικῶν αἰτίων, ή.

Naturalium causarum, octo.

Utroque loco rescribendum est, Φυτικῶν. Intelligit enim libros Περὶ φυτῶν ἱστορίας, *De plantarum historia*: & Περὶ φυτῶν αἰτίων, *De plantarum causis*: sicut ii hodie quidem inscribuntur: nam vera inscriptio, & a Theophrasto posita, est hæc ipsa, quam Diogenes, etsi verbis leviter corruptis, profert. Retinetque Scholiastes Aristophanis, *ad Equites*: Τὰς δὲ θαλαττίας καὶ Ἀριστοτέλης ἀκαλήφας, ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ ζώων· καὶ Θεόφραστος, ἐν ἑβδόμῳ Φυτικῶν. *Marinas vero etiam Aristoteles urticas, libro septimo De animalibus; & Theophrastus, septimo De plantis*. Et Clemens, *Strom*. III. Θεόφραστος γοῦν, ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Φυτικῶν Αἰτίων, τὰ κελύφη τῶν κυάμων, περὶ τὰς ῥίζας τῶν νεοφύτων δένδρων περιτιθέμενα, ξηραίνειν τὰ φυόμενα ἱστορεῖ. *Theophrastus quidem, libro quinto De causis plantarum, fabarum siliquas, si ponantur ad radices arborum, quæ pridem plantatæ, exsiccare enata refert*. Varro, *De re Rustica*. lib. I. cap. V. Operis posterioris retinet inscriptionem, quam Diogenes repræsentat: at prioris, hactenus vulgatam habet: *Lego libros Theophrasti complures, qui inscribuntur*, Φυτῶν ἱστορίας; *& alteri*, Φυτικῶν Αἰτίων. Apollonius Alexandrinus, *Hist. Mirab*. cap. XLVI. Θεόφραστος, ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Φυτικῶν Αἰτίων. *Theophrastus, libro quinto De causis plantarum*. Respicit ibi eundem locum, quem & Clemens, cujus verba jam citavi. Suidas tamen, citat titulo Περὶ φυτῶν, in Θεόφραστος. Eodem modo & Galenus, in *Lexico Hippocrateo*, in Ἀκόνιον, & Γόγγρωνα, Scholiastes Apollonii, *lib*. I. Apollonius Alexandrinus, cujus memini, *capp*. XLI. XLIII. XLVII. XLVIII. item Stephanus, sive ille est Hermolaus Byzantinus, libro *De Urbibus*, in Ἄψιθος. Athenæus, varie citat: & interdum, Περὶ φυτῶν; interdum, Φυτικὰ inscribit. Exstant vero isti libri etiam hodie, verum mutili: decimi enim Φυτικῶν ἱστοριῶν, sive, ut alii, Περὶ φυτῶν ἱστορίας, vix exiguum fragmentum nobis restat: Φυτικῶν vero Αἰτίων, sive Περὶ φυτῶν αἰτίων, sex duntaxat sunt superstites: nisi forte aliter olim distributum Opus fuerit, quam nos illud nunc habemus. Utrunque Opus uno τῶν Φυτικῶν nomine designasse Veteres quidam videntur, & citasse indistincte: itaque apud Scholiasten Nicandri, *ad Alexipharmaca*, citatur liber decimusquartus: Θεόφραστος μὲν οὖν, ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ τῶν Φυτικῶν, κάρυον αὐτὸ προσηγόρευσε. Isque erit De causis plantarum liber quartus. Scripsit vero Theophrastus eos libros, summum Athenis magistratum obtinente Nicodoro; id est, Olympiadis centesimæ, & decimæsextæ, anno tertio: ut ex Diodoro Siculo satis manifesto constat. Accipio autem id ex Plinio; cujus verba ita habent, *lib*. III. *cap*. V. *Circeii, quondam insula, immenso quidem mari circundata, ut creditur Homero, at nunc planitie. Mirum est, quod hac de re tradere hominum notitiæ possumus. Theophrastus, Circeiorum insulæ mensuram posuit stadia octoginta, in eo volumine, quod scripsit Nicodoro, Atheniensium magistratui, qui fuit urbis nostræ* CCCCLX. *anno*. Sed, ut obiter illud moneam, rescribendum eo loco, *urbis nostræ* CCCCXL. *anno*. Nam Olympiadis, quam dixi, annus tertius incidit in Urbis conditæ quadringentesimum & quadragesimum. Ortum mendum ex confusione numerorum XL. & LX. Male sunt transpositæ literæ: qua in re peccatum sæpe a librariis, negligenter, uti solent, describentibus. Quin & ipse emendationem meam Plinius firmat, *l*. XIII. *c*. XVI. *Theophrastus, qui primus ab Alexandri Magni ætate scribit, quæ circa Urbis quadringentesimum quadragesimum gesta sunt annum, magnum jam huic arbori honorem tribuit*. Iterum, *lib*. XV. *cap*. I. *Oleam Theophrastus, e celeberrimis Græcorum auctoribus, urbis Romæ anno circiter quadringentesimo quadragesimo, negavit nisi intra quadraginta millia passuum a mari nasci*. Theophrasti vero locus, ad quem Plinius respexit, est *Hist. Plant*. lib. V. cap. IX. Καὶ πρότερον μὲν οὖν, νῆσον εἶναι τὸ Κιρκαῖον· νῦν δὲ ὑπὸ ποταμῶν τινῶν προσκεχῶσθαι, καὶ εἶναι ἠϊόνα. τῆς δὲ νήσου τὸ μέγεθος, περὶ ὀγδοήκοντα σταδίους. *Ac prius quidem, insulam fuisse Circæum; nunc vero, a fluminibus quibusdam aggeratum, & littus esse: insulæ autem magnitudinem, stadia circiter octoginta*. Illud vero etiam hic observandum; Nicodoro, tum supremo apud Athenienses magistratui, libros hos a Theophrasto dedicatos. Clare satis indicant id verba Plinii citata: *In eo volumine, quod scripsit Nicodoro, Atheniensium magistratui*.

CVII. Περὶ χυλῶν, έ.

De succis, quinque.

Galenus numero singulari citat, Περὶ χυλοῦ, *De succo*. Verba ejus ita habent, libro *adversus Lycum*: Οἴεται μηδεμίαν εἶναι ἐν αὐτοῖς διαφοράν, ἀλλὰ μάτην μὲν Ἱπποκράτην διαφορὰν εἰρηκέναι, μάτην δὲ Θεόφραστον ὅλην πραγματείαν γεγραφέναι Περὶ χυλοῦ. *Existimat nullam in illis esse differentiam; sed frustra Hippocratem differentiam dixisse, frustra vero Theophrastum integrum tractatum scripsisse De succo*. Sed pluralem numerum tuetur ipse Theophrastus, *Hist. Plant*. lib. I. cap. XIX. Ὑπὲρ ὧν ἁπάντων ἀκριβέστερον ἐν τοῖς περὶ χυλῶν ῥητέον. *De quibus omnibus accuratius dicendum in libris De succis*.

CIX. Περὶ ψυχῆς, θέσις μία.

De anima, positio una.

Meminit pluribus locis Themistius, in Aristotelem *De anima*. Ac secundum ejus librum, quem Physicorum quintum dicit, citat alibi, *De anima*, lib. III. Ἄμεινον δὲ καὶ τὰ Θεοφράστου παραθέσθαι. *Sed præstat etiam verba Theophrasti apponere*. Mox vero postquam egregium fragmentum ejus recitavit, addit: Ἔστι δὲ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Φυσικῶν,

δευτέρῳ δὲ τῷ Περὶ ψυχῆς. *Est vero libro Physicorum quinto; qui secundus est eorum, quos De anima conscripsit.* Et observa, plures uno libros hic commemorari, cum Diogenes unicam positionem tantum dicat. Sed omnino mendum illic esse censeo, ac, pro θέσις μία, *positio una*, rescribendum, θέσεις μα. *positiones quadraginta & una*.

CXIII. Περὶ ἀρετῆς, ά.

De virtute, unus.

Ex hoc libro videtur esse istud Ciceronis, *Acad. Quæst.* lib. I. *Theophrastus spoliavit virtutem suo decore, imbecillamque reddidit; quod negavit, in ea sola positum esse, beate vivere.* Iterum, *De fin.* lib. V. *Theophrastum tamen adhibeamus ad pleraque, dummodo plus in virtute teneamus, quam ille tenuit firmitatis, & roboris.* Nisi forte aliquis hæc petita malit ex libro Περὶ εὐδαιμονίας, *De vita beata*.

CXVII. Περὶ γελοίου, ά.

De ridiculo, unus.

Athenæus, *l.* VIII. Θεόφραστος δ', ἐν τῷ Περὶ γελοίου, λεχθῆναι μέν φησι τὴν παροιμίαν ὑπὸ τοῦ Στρατονίκου. *Theophrastus vero, libro De ridiculo, ait, hoc proverbium a Stratonico dictum esse.*

CXX. Περὶ τῶν διαφορῶν, ά.

De differentiis, unus.

Plenius Athenæus, Περὶ τῶν κατὰ τόπους διαφορῶν, *De differentiis secundum loca.* Et sic rescribendum puto. Ejus verba, ita habent, *l.* VII. Ἐν δὲ τῷ Περὶ τῶν κατὰ τόπους διαφορῶν, ὁ Θεόφραστος πολύποδας οὐ γίγνεσθαι περὶ Ἑλλήσποντον. *Theophrastus vero, in libro De differentiis secundum loca, ait, polypos non nasci circa Hellespontum.*

CXXII. Περὶ διαβολῆς, ά.

De calumnia, unus.

Male infra iterum bis repetebatur, ideoque expungendum illic esse existimavi.

CXXIII. Περὶ ἐπαίνου, ά.

De laude, unus.

Hinc videri sumptum potest, quod Plutarcho memoratur, in *Vita Agidis, & Cleomenis*: Φυόμεναι γὰρ ἐν τοῖς τηλικούτοις αἱ ἀρεταὶ, καὶ βλαστάνουσαι, ὥς φησι Θεόφραστος, ἐπιβεβαιοῦνται τοῖς ἐπαίνοις. *Nascentes enim in talibus virtutes, & germinantes, ut ait Theophrastus, laudibus firmantur.*

CXXV. Ἐπιστολῶν, γ'.

Epistolarum, tres.

Anne tres Epistolarum libros scripsit Theophrastus; sic videtur, ex hoc Indice: aliæque ab iis fuerint, quæ seorsim postea commemorantur, veluti seorsim editæ; ad Astycreontem, Phaniam, & Nicanorem. Vide infra, numero CCIX. Hoc vero Epistolarum Opus censeo, cujus mentionem facit Ptolemæus Hephæstionis, in *Excerptis* apud Photium, *Nov. Hist.* l. III. Οὗ καὶ Θεόφραστος ἐν Ἐπιστολαῖς μνημονεύει. *Cujus etiam meminit Theophrastus in Epistolis.*

CXXXI. Περὶ ἐνθυμημάτων, ά.

De enthymematis, unus.

Scholiastes Hermogenis, in *Prolegomenis*: Θεοφράστῳ δὲ γέγραπται Τέχνη Ῥητορικὴ, Περὶ ἐνθυμημάτων. *Scripta autem est a Theophrasto Ars Rhetorica, De enthymematis.*

CXXXII. Περὶ εὑρημάτων, ά.

De inventis, unus.

Clemens, *Strom.* I. Σκάμων μὲν οὖν ὁ Μιτυληναῖος, καὶ Θεόφραστος ὁ Ἐρέσιος, ἐν τοῖς Περὶ εὑρημάτων, ταῦτα ἱστόρησαν. *Scamon igitur Mitylenæus, & Theophrastus Eressius, in libris De inventis, hæc memoriæ prodiderunt.* Quæ ex eo profert etiam Eusebius, *De Præp. Evang.* lib. X. cap. VII. Scholiastes Homeri, *ad Iliad.* ά. Ὡς γάρ φησι Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ εὑρημάτων, πρὶν ἢ μαθεῖν οἱ ἄνθρωποι ἀλεῖν τὸν Δημητριακὸν καρπὸν, οὕτω σώας αὐτὰς ἤσθιον. *Ut enim ait Theophrastus, in libro De inventis, antequam homines molere fructum Cerealem didicissent, ita integras eas edebant.* Item Pindari, *Olymp.* XIII. Θεόφραστος δὲ ἐν τῷ Περὶ εὑρημάτων, Ὑπέρβιον τὸν Κορίνθιον φησὶν εὑρηκέναι τὴν τοῦ κεραμικοῦ τροχοῦ μηχανήν. *Theophrastus vero, libro De inventis, auctor est, Hyperbium Corinthium rotæ figulinæ machinam invenisse.* Atque ex eodem Opere censeo petita esse, quæ de igne, a Prometheo cum hominibus communicato, tradit nobis Scholiastes Apollonii, *lib.* II. Θεόφραστος δὲ τὸν Προμηθέα φησὶ, σοφὸν γενόμενον, μεταδοῦναι πρῶτον τοῖς ἀνθρώποις φιλοσοφίας· ὅθεν καὶ διαδοθῆναι τὸν μῦθον, ὡς ἄρα πυρὸς μεταδοίη. *Theophrastus vero, Prometheum ait, cum sapiens esset, primum hominibus philosophiam impertiisse; unde traditam quoque fabulam, tanquam ignem communicasset.* Inde etiam, sine dubio, quæ de rerum inventoribus varie commemorat Plinius, Theophrastum aliquoties auctorem nominans, *lib.* XII. *c.* LVI.

CXXXIII. Ἠθικῶν σχολῶν, ά.

Ethicarum scholarum, unus.

Hæc sunt, puto, quæ simpliciter Ἠθικὰ appellant alii. Plutarchus, in extremo *Pericle*: Ὁ γοῦν Θεόφραστος, ἐν τοῖς Ἠθικοῖς, διαπορήσας, εἰ πρὸς τὰς τύχας τρέπεται τὰ ἤθη, καὶ κινούμενα τοῖς τῶν σωμάτων πάθεσιν, ἐξίσταται τῆς ἀρετῆς, ἱστόρηκεν. *Theophrastus itaque, in Ethicis, ubi disputat, an cum fortuna mutentur mores, & , corporis agitati affectibus, desciscant a virtute, scriptum reliquit.* Michael Ephesius, *ad Ethic.* lib. V. cap. I. Ἡ δὲ παροιμία, Θεόγνιδός ἐστιν, ὥς Θεόφραστός φησιν, ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ ἠθῶν. ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν Ἠθικῶν, ὡς Φωκυλίδης αὐτῆς μέμνηται. *Proverbium vero, est Theognidis, ut Theophrastus dicit, libro primo De moribus: in primo vero Ethicorum, meminit ejus, tanquam si Phocylidis esset.* Licet vero ex hoc loco observare, *Ethicorum* horum libros plures uno scriptos fuisse, cum diserte primus illic nominetur. Itaque exciderunt numeri in Diogene.

CXXXIV. Ἠθικοὶ χαρακτῆρες, ά.

Ethici characteres, unus.

Male postea repetitur, post Περὶ χάριτος, ά. *De gratia, unus*, numero CLXXIII. Itaque expunxi. Exstat vero elegantissimus iste liber etiam hodie: & insigni Isaacus Casaubonus Commentario illustravit.

CXXXVI. Περὶ ἱστορίας, ά.

De historia, unus.

Alia fuerint, quæ a Scholiaste Apollonii commemorantur, Ἱστορικὰ Ὑπομνήματα, *Historici Commentarii*: de quibus infra sum dicturus numero CCXX.

CXXXVIII. Περὶ κολακείας, ά.

De adulatione, unus.

Athenæus, *l.* VI. Θεόφραστος δ' ἐν τῷ Περὶ κολακείας, φησὶν, ὡς Μύρτις ὁ Ἀργεῖος, μύστης, Κλεώνυμον, χορευτὴν ἅμα καὶ κόλακα, προσκαθίζοντα πολλάκις αὐτῷ, &c. *Theophrastus vero, in libro De adulatione, ait, quomodo Myrtis Argivus, mysta, Cleonymum, saltatorem pariter & adulatorem, sæpe sibi assidentem,* &c.

CXXXIX. Περὶ θαλάττης, ά.

De mari, unus.

Hinc est, quod citat Alexander Aphrodiseus, de mari agens, *in Met.* lib. I. Ταύτης τῆς δόξης ἐγένοντο, ὡς ἱστορεῖ ὁ Θεόφραστος, Ἀναξίμανδρός τε καὶ Διογένης. *Hujus opinionis fuerunt, ut refert Theophrastus, Anaximander, & Diogenes.* Fortasse etiam istud Antigoni Carystii, *Hist. Mirab.* cap. CXLV. Θεόφραστος δὲ, τὴν περὶ τὰς Αἰόλου νήσους (θάλατταν) ἀναζεῖν οὕτως, ἐπὶ δύο πλέθρων τὸ μῆκος, ὥστε μὴ δυνατὸν εἶναι, διὰ τὴν θερμασίαν, ἐμβαίνειν εἰς ταύτην. *Theophrastus vero, circa Æoli insulas (mare) ita fervere tradit, ad duorum jugerum spatium, ut, ob æstum, nemo id intrare possit.* Etiam hæc Olympiodori, ubi disserit de mari, *in Meteor. l.* II. Οὐκ ἄκρα ἡ ὑποκειμένη γῆ αἰτία τῆς ἁλμυρότητος γίνεται. καὶ τίς ἄκρα; λέγομεν, ὅτι τὶς ἄπεπτος οὐσία παρεμπίπτουσα ἐργάζεται τὴν ἁλμυρότητα, τουτέστιν ἡ καπνώδης ἀναθυμίασις, οὐκ ἐκ τῆς ὑποκειμένης γῆς ἀνιοῦσα, ὡς Θεόφραστος ἔλεγεν, ἀλλ' ἐκ τῆς πέριξ γῆς. *Non igitur subjacens terra salsuginis causa fit: & quæ igitur? dicimus, incoctam quandam substantiam intercidentem efficere salsuginem, non ex terra subjacente ascendentem, ut ajebat Theophrastus, verum ex circumjacente.*

CXL. Πρὸς Κάσανδρον, περὶ βασιλείας, ά.

Ad Cassandrum, de regno, unus.

Idem est, quod supra habuimus, numero XVIII. Illic vide, quæ notavi.

CXLI. Περὶ κωμῳδίας, ά.

De comœdia, unus.

Athenæus, *l.* VI. Τιρυνθίους δέ φησι Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ κωμῳδίας, φιλογέλως ὄντας, ἀχρείους δὲ πρὸς τὰ σπουδαιότερα τῶν πραγμάτων, καταφυγεῖν ἐπὶ τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον, ἀπαλλαγῆναι βουλομένους τοῦ πάθους. *Tirynthios vero ait Theophrastus, in libro De comœdia, cum propensi admodum in risum essent, & inutiles ad negotia magis seria, liberari isto malo cupientes, ad oraculum Delphicum se contulisse.*

CXLII. Περὶ μετεώρων, ά.

De meteoris, unus.

Olympiodorus, *in Meteor.* lib. I. Τῆς δὲ λοξῆς κινήσεως τῶν ἀνέμων, ἄλλην μὲν αἰτίαν ὁ Θεόφραστος, ἐν τοῖς οἰκείοις Μετεώροις, ἀποδίδωσιν. *Obliqui vero ventorum motus, aliam quidem causam tradit Theophrastus, in suis Meteoris.*

CXLIII. Περὶ λέξεως, ά.

De dictione, unus.

Dionysius Halicarnasseus, *De Comp. Nom.* Εἴρηται δέ τινα περὶ τούτων καὶ Θεοφράστῳ τῷ φιλοσόφῳ κοινότερον, ἐν τοῖς Περὶ λέξεως. *Quædam vero de his etiam dicta sunt communius a Theophrasto philosopho, in libro De dictione.* Et in *Lysia*: Ἐν γοῦν τοῖς Περὶ λέξεως γραφεῖσι, τῶν ἄλλων (ὁ Θεόφραστος) καταμέμφεται. *In iis itaque, quæ De dictione scripta sunt, alios (Theophrastus) reprehendit.*

CXLVI. Περὶ μουσικῆς, γ'.

De Musica, tres.

Plutarchus, *Sympos.* lib. I. quæst. V. Ὁ μέντοι Σόσσιος, ἐπαινέσας ἐκείνους, εἶπεν, ὡς εἰς χεῖρον ἄν τις ἐπιχειρήσειεν ὁρμηθεὶς ἀφ' ὧν Θεόφραστος εἴρηκε Περὶ μουσικῆς. καὶ γὰρ ἔναγχος, ἔφη, τὸ βιβλίον ἀνέγνων. *Sossius quidem, his collaudatis; Non minus commode, inquit, argumenta aliquis duxerit ex his, quæ Theophrastus dixit, in libris De Musica: siquidem, ait, adeo nuper illos legi.* Et indicat Censorinus, lib. *De die natali*, cap. XII. *Nec vero incredibile est, ad nostros natales Musicam pertinere. Hæc enim, sive in voce tantummodo est, ut Socrates ait; sive, ut Aristoxenus, in voce, & corporis motu; sive in his, & præterea animi motu, ut putat Theophrastus; certe multum obtinet divinitatis, & animis permovendis plurimum valet.* Inde etiam esse puto, quod producit Syrianus, *in Metaphys.* lib. XIII. *Nec est unamquanque ipsarum reducere ad singulas consonantias, ut ζ ad diatessaron, aut ξ ad diapente, aut ψ ad diapason; sed potius, quia tres sunt modi probationis, per singulum una perficitur. Hac quippe assignatione etiam Archinus usus est, ut narrat Theophrastus.* Idem Opus, uno alteroque loco, respicit etiam Martianus Capella, libro *De Musica*.

CXLVII. Περὶ μέτρων, ά.

De metris, unus.

Huc respexit Victorinus, ubi de vario carminum genere agit, *Artis Gramm.* l. IV. *His accedentem, & consentaneam, Theophrasti opinionem eruditioribus literis haud prætermiserim, asserentis, incentivum, & non parvos impetus, his, quibus cordi est carmen, per metrorum numeros suggeri.*

CXLIX. Περὶ νόμων, ά.

De legibus, unus.

Vide quæ notavi supra, ad numeros LXIX. & LXX.

CLV. Περὶ πλούτου, ά.

De divitiis, unus.

Cicero, *De Off.* l. II. *Miror, quid in mentem venerit Theophrasto, in eo libro, quem De divitiis scripsit.* Eustratius, sive Aspasius est, *in Ethic.* l. IV c. I. Ὡς γὰρ φιλαργυρίας τῆς αὐτοῦ μέμνηνται ἄλλοι τε καὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ ἠθῶν, καὶ ἐν τῷ Περὶ πλούτου. *Avaritiæ enim ejus meminere cum alii, tum Theophrastus, in libris De moribus, & De divitiis.* Ac respexit Porphyrius, *De Abstin. Anim.* l. IV. Μεῖζον δὲ τούτου τὸ, τὸν πλοῦτον ἄζηλον, ὥς φησι Θεόφραστος, καὶ ἄπλουτον ἀπεργάζεσθαι, τῇ κοινότητι

τῷ δείπνων, καὶ τῇ περὶ τὴν δίαιταν δ'ἐυτελείᾳ. *Majus vero istud, divitias, ut ait Theophrastus, non invidendas, & inopes efficere, cœnarum vulgaritate, atque victus vilitate.* Quem locum repræsentat etiam Plutarchus, in *Lycurgo*. Nisi forte id in *Vitarum* libris dixerit: de quibus supra a me actum, numero XX.

CLV. Περὶ ποιητικῆς, α΄.

De poetica, unus.

Hinc censeo esse, quod a Diomede traditur de tragœdia, *lib.* II. *A Theophrasto ita definita (tragœdia) est: Tragœdia est* ἡρωϊκῆς τύχης περίστασις.

CLIX. Προβλημάτων συναγωγῆς, α΄.

Collectionis quæstionum, unus,

Inde censeo petitum, quod a Plinio memoratur, *lib.* XXVIII. *cap.* VI. *Theophrastus, senes laboriosius sternuere dicit.* Ac confirmat conjecturam, quod inter Problemata Aristotelis, *sectione* XXXIII. id occurrat duodecimum: Διατί οἱ πρεσβῦται χαλεπῶς πτάρνυνται; *Quare senes difficulter sternunt?*

CLX. Περὶ προβλημάτων φυσικῶν, α΄.

Quæstionum naturalium, unus.

Occurrit iterum infra, numero CXCIX. itaque delendum illic, velut male repetitum. Atque inde esse censeo, quæ a Seneca proferuntur, *Naturalium Quæst.* libb. III. IV. VI.

CLXVII. Περὶ τέχνης ῥητορικῆς, α΄.

De arte rhetorica, unus.

Scholiastes Hermogenis, in *Prolegomenis*: Θεοφράστῳ δὲ γέγραπται Τέχνη ῥητορική. *A Theophrasto vero scripta est Ars rhetorica.* Quintilianus, *Institut. Orat.* lib. III. cap. I. *Theophrastus quoque, Aristotelis discipulus,* DE RHETORICIS *diligenter scripsit.* Ac respexit Cicero, *De Divin.* lib. II. *Aristoteles, itemque Theophrastus, cum philosophia* DICENDI *etiam* PRÆCEPTA *conjunxerunt.* Et in *Oratore*: *Unum aderit, quod quartum numerat Theophrastus in* ORATIONIS *laudibus.* Et sæpe ejus meminit, isto libro. Neque aliunde petita esse puto, quæ Demetrius Phalereus, uti quidem vulgo inscribitur, tradit, libro *De elocutione*; Διόπερ Θεόφραστος παράδειγμα ἐκτέθειται μεγαλοπρεπείας τὸ τοιοῦτον κῶλον. *Quam ob causam Theophrastus exemplum exposuit magnificentiæ ejusmodi membrum.*

CLXXI. Φυσικῶν δοξῶν, ις΄.

Naturalium opinionum, sedecim.

Taurus, Commentario *in Timæum* Platonis; cujus fragmentum exstat apud Philoponum, adversus Proclum, *De æternitate mundi*, lib. VI. cap. VIII. Καὶ Θεόφραστος μέντοι, ἐν τῷ Περὶ φυσικῶν δοξῶν, κατὰ Πλάτωνα φησὶ, γεννητὸν τὸν κόσμον. *Et Theophrastus quidem, in Opere De naturalibus opinionibus, mundum esse genitum dicit, secundum Platonem.* Quæ totidem verbis etiam postea repetuntur, eodem *libro, cap.* XXVII.

A CLXXII. Φυσικῶν ἐπιτομῆς, α΄.

Naturalium compendii, unus.

Scribendum, Φυσικῶν δοξῶν ἐπιτομῆς, *Naturalium opinionum compendii.* Nam Theophrastus Opus suum Φυσικῶν δοξῶν, *Naturalium opinionum*, quod præcedit, in libros sedecim tributum, ipse in compendium redegit. Id Galenus sat disertis verbis tradit, in Hippocratem *De Nat. hom. Comment.* I. Καὶ Θεόφραστος δ' αὖ, ἐν ταῖς τῶν φυσικῶν Δοξῶν Ἐπιτομαῖς, τὴν Ξενοφάνους δόξαν, εἴπερ οὕτως εἶχεν, ἐγεγράφει. καὶ σοὶ πάρεστιν, εἰ χαίροις τῇ περὶ τούτων B ἱστορίᾳ, τὰς τοῦ Θεοφράστου βίβλους ἀναγνῶναι, καθ' ἃς τὴν Ἐπιτομὴν ἐποιήσατο τῶν φυσικῶν Δοξῶν. *Theophrastus vero, in Naturalium Opinionum Compendio, Xenophanis opinionem, si se ea hunc in modum habuisset, tradidisset: ac licet tibi, si vis scire, quæ de his commemorantur, libros Theophrasti legere, secundum quos Naturalium Opinionum Compendium fecit.*

CLXXIV. Περὶ ψεύδους καὶ ἀληθοῦς, α΄.

De falso, & vero, unus.

C Hujus libri fragmentum esse videri possit, quod profertur a Stobæo, *Serm.* XII. qui est Περὶ ψεύδους, *De mendacio*: Ἀνὴρ εἰς Λακεδαίμονα ἀφίκετο Χῖος, γέρων ἤδη ὢν, τὰ μὲν ἄλλα ἀλαζὼν, ᾐδεῖτο δὲ ἐπὶ τῷ γήρᾳ. καὶ τὴν τρίχα, πολιὰν οὖσαν, ἐπειρᾶτο βαφῇ ἀφανίζειν. Παρελθὼν οὖν, εἶπεν ἐκεῖνα, ὑπὲρ ὧν καὶ ἀφίκετο. ἀναστὰς οὖν ὁ Ἀρχίδαμος, τί αὖ, ἔφη, οὗτος ὑγιὲς εἴποι, ὃς οὐ μόνον ἐπὶ τῇ ψυχῇ τὸ ψεῦδος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ περιφέρει. *Vir quidam Chius, jam senex, Lacedæmonem venit, cætera quidem arrogans, sed quem senectutis puderet: unde & comam, quæ cana erat, tinctura abolere conabatur. Accedens igitur, exposuit ea, quorum causa advenisset. Sur*D*gens vero Archidamus, quid hic veri, inquit, diceret, qui mendacium non in animo duntaxat, sed in capite etiam circumfert?* Nisi forte qui petitum esse velit e lib. Περὶ γήρως, *De senectute* de quo supra, num. XXI.

CLXXV. Τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱστορίας, ς΄.

Rerum divinarum commentarii, sex.

Ex hoc Opere petiit Porphyrius, quæ permultis locis præfert, in libris *De abst. Anim.* & ex eo etiam Theodoretus, *Therap.* VII. & X.

E CLXXVI. Περὶ θεῶν, γ΄.

De diis tres.

Hoc Opus respexit Cicero, *De Nat. deorum*, lib. I. *Nec vero Theophrasti inconstantia ferenda est; modo enim menti divinum tribuit principatum, modo cælo; tum autem signis, sideribusque cælestibus.* Minutius Felix, in *Octavio*: *Heraclides quoque Ponticus deo divinam mentem, quamvis varie, adscribit. Theophrastus, & Zenon, & Chrysippus, & Cleanthes, sunt & ipsi multiformes, sed ad unitatem pro*F*videntiæ omnes revolventur.* Etiam Simplicius, *in Epictetum*: Πάντες γὰρ ἄνθρωποι, καὶ βάρβαροι, καὶ Ἕλληνες, καὶ κατὰ τὸν πρότερον ἄπειρον χρόνον, καὶ νῦν, κἂν ἄλλοι κατ' ἄλλας ἐννοίας, νομίζουσιν εἶναι θεὸν, πλὴν Ακροθωϊτῶν. οὓς ἱστορεῖ Θεόφραστος, ἀθέους γενομένους, ὑπὸ τῆς γῆς ἀθρόως καταποθῆναι. *Omnes etiam homines, cum barbari, tum Græci, & olim infinito tempore, & nunc etiam, quanquam aliis sententiis alii, deum esse statuunt, exceptis Acrothoitis, quos refert Theophrastus, cum negarent esse deum, a terra simul omnes absorptos esse.*

CLXXX. Θέσεις, γ'.

Positiones, tres.

Vide quæ notata supra, ad numerum LI.

CLXXXI. Περὶ βασιλείας, β'.

De regno, duo.

Vide quæ notavi supra, ad numerum XVIII.

CLXXXIV. Περὶ γενέσεως, ά.

De generatione, unus.

An scribendum? Περὶ ζώων γενέσεως, *De animalium generatione?* uti quod sequitur, Περὶ ζώων φρονήσεως, *De animalium solertia*. Certe, sicut Aristoteles *De animalium historia* scripsit, ac seorsim etiam *De generatione animalium*; sic discipulus quoque ejus Theophrastus, post libros septem *De animalibus*, supra memoratos, numero XLVIII. itidem seorsum scripsit hunc *De generatione animalium*. Clare indicat Apulejus, in *Apologia*: *Legat veterum philosophorum monumenta, tantum ut intelligat, non me primum hæc requisivisse, sed jam pridem majores meos, Aristotelem dico, & Theophrastum, qui plurimos libros* DE GENITU ANIMALIUM *reliquerunt*. Ac petita hinc videntur, quæ commemorat Censorinus, *De die Nat.* cap. IV. *Theophrastus, multique præterea non ignobiles Peripatetici, idem scripserunt: ejusque rei exempla dicunt, quod negent omnino posse reperiri, avesne ante, an ova, generata sint: cum & ovum sine ave, & avis sine ovo, gigni non possit.*

CLXXXV. Περὶ ζώων φρονήσεως, καὶ ἤθους, ά.

De animalium solertia, & more, unus.

Hinc fortasse sunt petita, quæ a Plinio memorantur, *lib.* XI. *c.* LIII. *Magna differentia est victus: ut in tractu pisce viventium Theophrastus prodidit, boves quoque pisce vesci, sed non nisi vivente.*

CLXXXVI. Περὶ κινήσεως, β'.

De motu, duo.

Vide quæ notavi supra, ad numerum LVIII.

CXCII. Περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας, ά.

De divina felicitate, unus.

Vide quæ notavi supra, numero XXXII.

CXCIV. Προτρεπτικός, ά.

Exhortatorius, unus.

Male paulo post iterum ponitur: itaque expunxi.

CCIV. Ἀστρολογικῆς ἱστορίας, ς'.

Astrologicæ commentationis, sex.

Hinc existimo esse ea, quæ citantur a Simplicio, *De cælo*, lib. II. Λέγει τοίνυν, ὅτι ἡ σφαῖρα, ἡ τὸ ἄστρον ἔχουσα, τὸ πλανᾶσθαι λεγόμενον, ἐν πολλαῖς σφαίραις, ἀνελιττούσαις, ἢ, ὡς ὁ Θεόφραστος αὐτὰς καλεῖ, δηλονότι ἠστρωμένας, ἐνδεδεμένη φέρεται. *Dicit igitur, quod sphæra, quæ astrum habet, quod errare dicitur, in multis sphæris, quæ vocantur revolventes, vel sideratæ, ut eas Theophrastus appellat, illigata fertur.* Iterum postea: Διὰ τοῦτ' οὖν ἐν τρισὶν αὐτὸν ἔλεγον φέρεσθαι σφαίραις· ἃς ὁ Θεόφραστος ἀνάστρους ἐκάλει, ὡς μηδὲν ἐχούσας ἄστρον. *Propterea itaque in tribus ipsum sphæris ferri dicebant: quas insideras, ut quæ sidus nullum habeant, Theophrastus appellabat.*

CCIX. Ἐπιστολαὶ, αἱ ἐπὶ τῷ Ἀστυκρέοντι, Φανίᾳ, Νικάνορι.

Epistolæ ad Astycreontem, Phaniam, Nicanorem.

Epistolæ ad Phaniam, meminit ipse etiam Diogenes, in ejusdem *Theophrasti* nostri *Vita*: Οὗτος τά τε ἄλλα, καὶ περὶ δικαστηρίου, τοιαῦτα διείλεκται, ἐν τῇ πρὸς Φανίαν τὸν Περιπατητικὸν Ἐπιστολῇ. *Hic cum alia, tum de judicio, talia disseruit, in Epistola ad Phaniam Peripateticum.* Et Scholiastes Apollonii, *lib.* I. Θεόφραστος δὲ, ἐν τῇ πρὸς Φανίαν Ἐπιστολῇ, καὶ ὄνον αὐτὸν φησὶ καλεῖσθαι. *Theophrastus vero in Epistola ad Phaniam, etiam asinum appellari ipsum ait.*

CCXII. Περὶ καιρῶν, β'.

De temporibus, duo.

Vide quæ notavi supra, ad numerum LXXVII.

CCXVI. Περὶ ἀριθμῶν, ά.

De numeris, unus.

Puto scribendum, Περὶ ῥυθμῶν. Ut ita censeam, facit Cicero, in *Oratore*: *In oratione judiciali, & forensi, numerus Latine, Græce* ῥυθμὸς, *inesse dicitur. Versum (Isocrates) in oratione vetat esse, numerum jubet. Theophrastus iisdem de rebus accuratius.*

CCXVIII. Περὶ οὐρανοῦ, ά.

De cælo, unus.

Simplicius, *De cælo*, lib. I. Καὶ τὸν Θεόφραστον δὲ εἰς μαρτυρίαν λαμβάνει, ἐν τῷ Περὶ οὐρανοῦ. *Et Theophrastum in testimonium capit, libro De cælo.*

Et hæc quidem Theophrasti in Diogenis Indice commemorantur: verum etiam alia inveniuntur, quorum nulla istic mentio: sive illum hæc effugerint, sive loco suo exciderint. Inter ista sunt,

CCXXI. Ἱστορικὰ Ὑπομνήματα.

Historici Commentarii.

Scholiastes Apollonii, *lib.* IV. Καὶ Θεόφραστος, ἐν Ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασι, φησὶ, τὸν βρόμον τοῦ πυρὸς, τὸν ἀπὸ τῶν Αἰόλου νήσων, ἀκούεσθαι ἕως χίλια στάδια. *Et Theophrastus, in Historicis Commentariis, ait, strepitum ignis ab insulis Æoli audiri ad mille usque stadia.*

CCXXII. Περὶ Τυρσηνῶν.

De Tyrrhenis.

Scholiastes Pindari, *Pythionic.* ode II. Τὸ γοῦν ἀνθρωποθυτεῖν φησὶν ὁ Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ Τυρσηνῶν, παύσασθαι αὐτοὺς, Γέλωνος προστάξαντος. *Et homines quidem immolare, ait Theophrastus, in libro De Tyrrhenis, desiisse ipsos, ex mandato Gelonis.*

CCXXIII. Γεωργίας παραγγέλματα.

Agriculturæ præcepta.

Julianus, in *Epistola ad Sarapionem*: Θεόφραστος δὲ ὁ καλὸς, ἐν Γεωργίας Παραγγέλμασι, τὰς τῶν ἑτεροφύτων δένδρων γενέσεις ἐκτιθεὶς, καὶ ὅσαι ἀλλήλοις ἐγκεντρίσεσιν εἴκουσι, πάντων, οἶμαι, τῶν φυτῶν μᾶλλον ἐπαινεῖ τὸ τῆς συκῆς τὸ δένδρον. *Theophrastus vero, ille egregius, in Agriculturæ Præceptis, cum de arborum, quæ in aliis inseri possunt, mutua insitione verba facit, omnium plantarum maxime, ut opinor, ficum arborem commendat.* Varro, de Scriptoribus antiquis Rei Rusticæ agens, ejus Operis *lib. I. cap. I. Qui Græce scripserunt dispersim, alius alia de re, sunt plus quinquaginta. Hi sunt, quos tu habere in consilio poteris, cum quid consulere voles: Hieron. Siculus, & Attalus Philometor; de philosophis, Democritus physicus, Xenophon Socraticus, Aristoteles, & Theophrastus, peripatetici.* Columella, *lib. I. cap. I. Magna porro & Græcorum turba est,* DE REBUS RUSTICIS *præcipiens: cujus princeps celeberrimus vates non minimum professioni nostræ contulit, Hesiodus Bœotius. Magis deinde etiam juvere, fontibus orti sapientiæ, Democritus Abderites, Socraticus Xenophon, Tarentinus Archita: peripatetici, magister ac discipulus, Aristoteles cum Theophrasto.* Suntque inde, quæ citat Varro, Operis nominati *lib. I. cap. XL. Primum semen, quod est principium genendi, id duplex: unum quod latet nostrum sensum; alterum, quod apertum. Latet, si sunt semina in aere, ut ait Physicus Anaxagoras; & , si aqua, quæ influit in agrum, inferre solet, ut scribit Theophrastus.* Ac mox iterum: *Secunda semina videre oportet, ne, unde tollas, nimium cito, aut tarde, tollas. Tempus enim idoneum, quod scribit Theophrastus, vere & auctumno, & caniculæ exortu: neque omnibus locis, ac generibus idem.* Etiam ista, apud Auctorem Geoponicorum, *lib. III. cap. III.* Θεόφραστος δὲ, οὖρον ταῖς ῥίζαις ἐπιχέειν φησί. *Theophrastus vero, urinam radicibus affundendam dicit.* Et mox iterum, *cap. IV.* Θεόφραστος δέ φησι, τούτῳ τῷ μηνὶ ἐλαίας, καὶ ῥοιὰς, καὶ μυρσίνας, εἰς πασσάλους κόψαντες, δύνασθαι φυτεύειν ἐν τοῖς ὑγροῖς τόποις ἀρδευομένοις. *Theophrastus vero ait, hoc mense oleas, & arbores punicas, & myrtos, in taleas sectas, posse plantari in locis humidis, irrigatis.*

CCXXIV. Περὶ τοῦ λόγου στοιχείων.

De orationis elementis.

Simplicius, *De Cælo*, lib. IV. Καθὸ μὲν γὰρ λέξεις, ἄλλας ἔχουσι πραγματείας· ἃς ἐν τῷ Περὶ τοῦ λόγου στοιχείων ὅ τε Θεόφραστος ἀνακινεῖ, καὶ οἱ περὶ αὐτῶν γεγραφότες. *Nam quatenus sunt dictiones, alias habent difficultates; quas movet Theophrastus, in libro De Orationis elementis, & qui de ipsis scripserunt.*

CCXXV. Περὶ γενέσεως στοιχείων.

De generatione elementorum.

Simplicius, *De Cælo*, lib. IV. Αὐτὸς δὲ Ἀριστοτέλης, ἐν ἄλλοις φησί. καὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ γενέσεως στοιχείων. *Ipse vero Aristoteles dicit, in aliis libris: & Theophrastus, in libro De generatione elementorum.* Forte hinc petitum fuerit, quod profertur a Philone, in eo libro, quem inscripsit, De mundi incorruptibilitate. Θεόφραστος μέντοι φησὶ, τοὺς γένεσιν καὶ φθορὰν τοῦ κόσμου κατηγοροῦντας, ὑπὸ τεττάρων ἀπατηθῆναι τῶν μεγίστων, γῆς ἀνωμαλίας, θαλάττης ἀναχωρήσεως, ἑκάστου τῶν τοῦ ὅλου μερῶν διαλύσεως, χερσαίων φθορᾶς κατὰ γένη ζώων. *Theophrastus ait, eos, qui generationem mundi, & corruptionem, reprehendunt, quatuor maximis rebus falli, terræ inæqualitate, maris recessu, singularum universi partium dissolutione, & interitu terrestrium animalium secundum genera.*

CCXXVI. Ἀνηγμένων λόγων εἰς τὰ σχήματα, β´.

Reductarum orationum in figuras, duo.

Alexander Aphrodiseus, *in priora Analytica*: Οὐ ταυτὸν δέ ἐστιν ἀνάγειν τοὺς λόγους εἰς τὰ σχήματα, ὡς ἔχει τὰ Θεοφράστου δύο, τὰ ἐπιγραφόμενα, Ἀνηγμένων λόγων εἰς τὰ σχήματα, καὶ μέθοδον ὑπογράψαι, δι᾽ ἧς πάντα τὰ προβλήματα ἀναλύειν, καὶ ἀνάγειν, δυνησόμεθα. *Neque vero idem est, reducere orationes in figuras, ut duo Theophrasti libri habent, qui inscribuntur, Reductarum orationum in figuras; & methodum tradere, qua quæstiones qualescunque resolvere, & reducere, possimus.*

CCXXVII. Περὶ γάμου, α´.

De nuptiis, unus.

Hieronymus, *adversus Jovinianum*, lib. I. *Fertur aureolus Theophrasti liber* DE NUPTIIS: *in quo quærit, an vir sapiens ducat uxorem.*

CCXXVIII. Τὰ μετὰ τὰ φυσικά.

Metaphysica.

Exstant, juncta Aristotelis Operibus, quamvis quidam a veteribus Theophrasti esse negarint.

CCXXIX. Περὶ ἰχθύων.

De piscis.

Exstat.

CCXXX. Περὶ ἀνθῶν.

De floribus.

Plinius, *lib. XXI. cap. III.* DE FLORIBUS, *extra supra dictos, scripsit Theophrastus, apud Græcos.*

CCXXXI. Σύγκρισις ἁμαρτημάτων.

Comparatio peccatorum.

Antoninus Imp. τῶν εἰς αὑτὸν, *lib. II.* Φιλοσόφως ὁ Θεόφραστος, ἐν τῇ Συγκρίσει τῶν ἁμαρτημάτων, ὡς ἄν τις κοινότερον τὰ τοιαῦτα συγκρίνειε, φησί· βαρύτερα εἶναι τὰ κατ᾽ ἐπιθυμίαν πλημμελούμενα τῶν κατὰ θυμόν. ὁ γὰρ θυμούμενος, μετά τινος λύπης, καὶ λεληθυίας συστολῆς, φαίνεται τὸν λόγον ἀποστρεφόμενον· ὁ δὲ καθ᾽ ἐπιθυμίαν ἁμαρτάνων, ὑφ᾽ ἡδονῆς ἡττώμενος, ἀκολαστότερός πως φαίνεται, καὶ θηλύτερος, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις. *Philosophice Theophrastus, in Comparatione peccatorum, ubi ostendit communiorem ea inter se conferendi rationem, inquit: ea peccata, quæ per cupiditatem committuntur, graviora esse iis, quæ per iram: etenim iratus, videtur cum dolore quodam, & occulta animi contractione, a ratione averti: qui vero per cupiditatem peccat, victus a voluptate, altero intemperantior, & effæminatior, videtur.*

CCXXXII. Περὶ βασιλείας Κυπρίων.

De regno Cypriorum.

Vide, quæ notavi supra, numero XVIII.

CCXXXIII. Et hi quidem Theophrasti libri sunt, qui referuntur ab Auctoribus: at nonnulla etiam vocabula commemorantur, sine ullo certo Opere. Hesychius: Αφρόδιτος. Θεόφραστον μὲν, τὸ ἑρμαφρόδιτον φησίν. *Aphroditus. Theophrastus quidem, hermaphroditum dicit.* Idem, *in* Σαλακωνίσαι. Ὁ δὲ Θεόφραστος, σαλακῶνα φησὶν εἶναι, τὸν δαπανῶντα, ὅπου μὴ δεῖ. *Theophrastus vero, salaconem esse dicit, qui sumptus facit, ubi non oporteat.* Et *in* Σκυρθαλιάς: Θεόφραστος τοὺς ἐφήβους οὕτω φησὶ καλεῖσθαι. *Theophrastus adolescentes ita appellari dicit.* Etymologici Auctor: Τυμβογέροντες, πέμπτη ἡλικία γερόντων, ὡς καὶ Θεόφραστος. *Tumulisenes, quinta ætas senum: sicut etiam Theophrastus.* Quæ & apud Suidam habes, totidem verbis, in eadem dictione. Ac vocabulum quoque quoddam, Κεφαλοτομεῖν, quo is usus, reprehenditur a Phrynicho, in *Ecloga Dict. Attic.* Κεφαλοτομεῖν. ἀπόρριπτε τοὔνομα, καὶ Θεόφραστος, κεχρημένον αὐτῷ. Κεφαλοτομεῖν. *Rejicito vocabulum istud, & Theophrastum, eo usum.*

CCXXXIV. Denique & illud nobis per occasionem istam referendum, quod initio Dialogos scripserit: ac destiterit, cum Platoni imparem se animadverteret. Basilius Magnus, *epist.* CLXVII. Ἐκεῖνο γὰρ πάντως συνοῖδέ σου ἡ ἀγχίνοια, ὅτι καὶ τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων οἱ τοὺς διαλόγους συγγράψαντες, Ἀριστοτέλης μὲν, καὶ Θεόφραστος, εὐθὺς αὐτῶν ἥψαντο τῶν πραγμάτων, διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτοῖς τῶν Πλατωνικῶν χαρίτων τὴν ἔνδειαν. *Illud enim omnino prudentiæ tuæ notum est, quod & inter externos philosophos, qui dialogos conscripsere, Aristoteles quidem, & Theophrastus, ad tractationem rerum ipsarum mox se contulerunt: qui conscii sibi essent, Platonica suavitate se destitui.*

F I N I S.



JOANNIS MEURSII
LECTIONES
THEOPHRASTEÆ.

IN QUIBUS

EORUM LIBRORUM, QUI SUPERSUNT, LOCA ALIQUOT EMENDANTUR.

ACCEDIT

ADOLFI VORSTII

EPISTOLA

DE OBITU

V. CL.

JOANNIS MEURSII

AD

FILIUM EJUS JOANNEM, JUVENEM PRÆSTANTISSIMUM.

INDEX CAPITUM.

CAP. I. Κολυτέα, *apud Liparam:* Κολοιτία, *sive ea est* Κολυτέα, *apud Idam montem nascens. Salix, cur* Ωλεσίκαρπος *& Homero. Clidemus; & ejusdem scripta indicata: tum Hesychii quoque locus de eodem emendatus. Restituta in Theophrasto loca quædam, ex Historia Plantarum,* lib. I. cap. XVIII. lib. III. capp. II. IV. X. XI.

II. Χαιρώνεια, *non* Χερώνεια, *scribendum esse. Pugna ad Chæroneam.* Αράχνιον, *morbus olearum. Theophrasti loca quædam emendata,* lib. III. capp. XIII. XV. & lib. IV. capp. II. XII. XVII.

III. Είλήθυια, *quid. Simulacrorum sudores, habiti inter prodigia. Ex quibus autem lignis maxime sudaverint, ac qua de causa. Sacra tum propitiatoria fieri solita, ad circulos, Hecaticos dictos: ac qui illi, item quales: tum & quare eo nomine appellati. Theophrastus illustratus pariter & emendatus,* lib. V. cap. X.

IV. *Radiculæ genera: inter quæ Amorea, & Liothalassia, sive Liothasia: quæ & Thracia. Plinii locus restitutus. Radiculæ fluviales; quæ marinæ a nonnullis appellantur. De Hesychii loco quodam conjectura. Cepa Sardia. Chersonesus Arabiæ. Theophrasti loca aliquot emendata,* lib. VII. cap. IV. & lib. IX. capp. IV. & XII. *Scholiastes Nicandri correctus.*

V. *Aconæ, oppidulum Heracleæ Ponticæ, in Mariandynis: unde nomen aconito. Pumicis vis, ad refrigerandum: cujus vinum viros ad insaniam adigit, fœminas fæcundas facit. Theophrastus emendatus,* lib. IX. capp. XVI. XVIII. XX. XXII.

VI. *Althæa, urbs Olcadum.* Σπελίς; *Euboicum vocabulum. Hesychii locus restitutus. Theophrastus aliquot locis emendatus, De causis plantarum,* lib. I. cap. XXIV. lib. II. cap. XXIII. & lib. IV. cap. II.

VII. *Rex Alexander; & sigillum ei missum ex gemma quadam Lampsacena. Idyrus, sive Idyris, urbs, & fluvius, Pamphyliæ: a quo ventus dictus Idyris.* Κερκίας, *sive* Κιρκίας, *Latinorum* Circius. *Aristoteles emendatus: varieque Theophrastus, in libris* De igne, ventis, piscibus.

VIII. *Scholiastes Theocriti, Hesychius, Plinius, Athenæus, ex Theophrasto emendati.*

JOANNIS MEURSII LECTIONES THEOPHRASTEÆ.

CAP. I.

Κολυτέα, apud Liparam: Κολοιτία, sive ea est Κολυτέα, apud Idam montem nascens. Salix, cur Ὠλεσίκαρπος & Homero. Clidemus; & ejusdem scripta indicata: tum Hesychii quoque locus de eodem emendatus. Restituta in Theophrasto loca quædam, ex Historia Plantarum, lib. I. cap. XVIII. lib. III. capp. II. IV. X. XI.



SIQUIDEM in libros omnes Theophrasti, qui non exstant, inquisivi, non abs re futurum esse existimavi, si in illis, qui supersunt, loca quædam emendarem. Occurrit itaque *Hist. Plant.* l. I. c. XVIII. Καὶ ἡ κολοιτία περὶ Λιπάραν. *Et colœtia circa Liparam.* Rescribo, καὶ ἡ κολυτέα, *& colutea*. Firmat ipse, *l.* III. *c.* XVII. Ἴδιον δὲ καὶ ἡ κολυτέα περὶ Λιπάραν. *Proprium vero etiam colutea circa Liparam.* Alia erat, ne confundas, Κολοιτέα, uti quidem in Hesychii *Glossis* scribitur: sive, ut apud hunc eundem Theophrastum, Κολυτέα: qui & circa Idam nasci hanc testatur; eodem *libro*, atque *capite*.

Lib. III. *c.* II. Ἀλλὰ τὴν ἰτέαν ταχὺ προκαταβάλλειν, πρὸ τοῦ τελείως ἁδρυνθῆναι, καὶ πέψαι, τὸν καρπόν. διὸ καὶ τὸν ποιητὴν οὐ κακῶς αὐτὴν προσαγορεύειν ὠλεσίκαρπον. *Cæterum salicem celeriter fructum dejicere asseverant, antequam plene crassitur, ac coquatur: quapropter etiam poetam non male appellare ipsam fructiperdam.* Per poetam, intelligit Homerum: cujus locus, quem respexit, exstat *Odyss.* κ'.

Μακραί τ' αἴγειροι, καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι.

Longæque alni, & salices fructiperdæ.

Sed hunc Theophrasti locum mutilum esse, ex Eustathii *ad Homeri ista* verbis, facile est deprehendere: Ὠλεσίκαρποι δὲ ἰτέαι. ἢ ὅτι ἀποβάλλουσι, φασὶ, τὸ ἄνθος, πρὶν ἢ πεπανθῆναι. ἢ διότι οἱ πιόντες τοῦ κατ' αὐτὰς ἄνθους ὀλλῦσι τὸν καρπὸν, ἤτοι ἄγονοι γίνονται. ὡς καὶ Θεόφραστος ἱστορεῖ. *Fructiperdæ vero salices; vel quia abjiciunt, ut ajunt, florem, antequam maturescat; vel quia, qui ex flore earum biberint, fructum perdunt, sive steriles redduntur: ut etiam Theophrastus tradit.* Excidit in Theophrasto posterior epitheti Homerici ratio.

Paulo post, eodem *capite*, scribitur; Κλεόδημος δὲ, *Cleodemus vero*. Sed scribendum est omnino, Κλείδημος, *Clidemus*. Atque ita recte est, *De causis plant.* l. I. c. X. l. III. c. VIII. & l. V. c. XII. Citatur varie a Plutarcho, Athenæo, Harpocratione, Constantino Porphyrogeneta. Corruptum quoque ejus nomen apud Hesych. *in* Ἀγαμεμνόνια Φρέατα: & καὶ Δῆμος illic editur vitiose, pro Κλείδημος. Scripta ejus memorantur, Ἐξηγητικὸν, Ἀτθὶς, Νόστοι, Πρωτογονία. De quibus singillatim dico, in *Bibliotheca* mea Græca.

Eodem porro *l.* III. *c.* IV. pro τέρμινθος, ἐρινεὸς, φιλύκη, *terebinthus, caprificus, philyca*, scribe, τέρμινθος, πρῖνος, φιλύρα, *terebinthus, ilex, philyra*. Auctor mihi est Macrobius, qui respexit ad hunc locum, *Sat.* l. II. c. XIV. Sicut Theophrastus ait, Ἴδια δὲ τῶν ὀρεινῶν, ἃ ἐν τοῖς πεδίοις οὐ φύεται. τερέβινθος, πρῖνος, φιλύρη, ἀφάρκη, καρύα, Διὸς βάλανος. Quæ sunt ipsa Theophrasti nostri verba. Vide *capitis* principium: in cujus fine, iterum corrupta verba, aut mutilata: Καθάπερ ἐλέχθη περὶ τῆς ἐν Κρήτῃ πλατάνου, καὶ δρυός. *Sicut dictum est de Cretæ platano, & quercu.* In Creta, platanus tantum erat; at quercus, Sybari. Ecce locum, quem respexit, *Hist. Plant.* l. I. c. XV. Ἐν Κρήτῃ δὲ, λέγεται πλάτανόν τινα εἶναι, ἐν τῇ Γορτυναίᾳ, πρὸς πηγῇ τινὶ, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ, ἐν δὲ Συβάρει, δρῦς ἐστὶν, εὐσυνόπτος ἐκ τῆς πόλεως, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ. *In Creta vero, fertur platanum quandam esse, in Gortyniensi agro, prope fontem quendam, folia non amittentem: Sybari vero, quercus est, quæ ex urbe conspici facillime potest, nunquam folia abjiciens.* Itaque sic defectum suppleo: Καθάπερ ἐλέχθη περὶ τῆς ἐν Κρήτῃ πλατάνου, καὶ δρυὸς ἐν Συβάρει. *Sicut dictum est de platano quæ est in Creta, & de quercu, quæ est Sybari.*

Mox ejusdem quoque *libri c.* X. ubi de taxo arbore agit: Φασὶ δὲ, τὰ μὲν λόφουρα, ἐὰν φάγῃ τῶν φύλλων, ἀποθνήσκειν. *Ajunt vero, jumenta, si folia edant, mori.* Scripserat: τὰ μὲν κολόφουρα, ἐὰν φ. τ. φ. Indicat Scholiastes Nicandri, *ad Alexipharmaca*: Ὁ δὲ Θεόφραστος, περὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲν εἴρηκεν. αὐτὸ δὲ μόνον, ὅτι τὰ κολόφουρα τῶν ζώων γευσάμενα, ἀποθνήσκει. κολόφουρα δέ εἰσι, βόες, ἡμίονοι. Sine dubio hunc ipsum locum ob oculos habuit.

Eodem *libro*, *c.* XI. circa finem, iterum lacuna quædam est: Ἔνιοι δὲ, καλοῦσι τὴν μὲν, μελίαν, ὥσπερ οἱ περὶ τὴν Μακεδονίαν. *Quidam vero, hanc quidem appellant fraxinum, ut Macedones.* Restituo, ut Basileensis editio habet; Ἔνιοι δὲ, καλοῦσι τὴν μὲν, μελίαν· τὴν δὲ, βουμελίαν ὥσπερ οἱ περὶ τὴν Μακεδονίαν. *Quidam vero, hanc quidem, appellant fraxinum; illam vero, magnam fraxinum; ut Macedones.* Et agnoscit lectionem illam Gaza, cum sic vertit: *Quidam, alteram fraxinum; alteram, bubulam fraxinum vocant, videlicet Macedones.*

CAP. II.

Χαιρώνεια, non Χερώνεια, scribendum esse. Pugna ad Chæroneam. Ἀράχνιον, morbus olearum. Theophrasti loca quædam emendata, lib. III. capp. XIII. XV. & lib. IV. capp. II. XII. XVII.

IN eadem *Histor. Plantarum*, libro tertio eodem, c. XIII. hoc principium est: Ἴδιον δὲ τῇ φύσει δένδρον ὁ κέρασός ἐστι. μεγέθει μὲν μέγα. καὶ γὰρ εἰς τέσσαρας καὶ εἴκοσι πήχεις. ἔστι δ' ὀρθοφυὲς σφόδρα. πάχος δὲ, ὥστε καὶ δίπηχυν τὴν περίμετρον ἀπὸ τῆς ῥίζης ἔχειν. φύλλον δὲ, ὅμοιον τῷ μεσπίλης, σκληρὸν δὲ σφόδρα, καὶ πλατύτερον. *Arbor natura peculiaris est cerasus, magnitudine quidem excellens: quippe ad viginti quatuor cubitos crescit. Est autem recta valde: ea vero crassitudine, ut in ambitu a radice duos cubitos complectatur. Folium vero, simile mespili folio, sed durum admodum, latiusque.* Eundem locum paulo aliter, pleniusque, citat etiam Athen. *l.* II. Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ φυτῶν. Ἴδιον δὲ τῇ φύσει δένδρον ὁ κέρασός ἐστι, καὶ μεγέθει μέγα. καὶ γὰρ εἰς εἴκοσι καὶ τέσσαρας πήχεις αὔξεται. φύλλον δὲ, ὅμοιον ἔχει τῷ τῆς μεσπίλης. *Peculiarem vero naturam habet arbor cerasus, proceritate magna: etenim ad viginti quatuor cubitos crescit: folium vero habet simile folio mespili: durum autem, sed crassius.* Ac malim certe equidem cum Athenæo una voce amplius legere: καὶ γὰρ εἰς εἴκοσι καὶ τέσσαρας πήχεις αὔξεται. Quod agnoscit quoque Gaza, qui sic vertit, *quippe quæ ad viginti quatuor cubita crescit.* Moxque item malim plenius, sicut est in Athenæo. Φύλλον δὲ ὅμοιον ἔχει τῷ τῆς μεσπίλης, *folium vero simile habet folio mespili.*

Postea rursum, in fine capitis decimiquinti, ubi A de cratægo arbore, sive cratægone, agit: Ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον μεσπίλῃ, πεπανόν. Apud Athen. *loco citato*, est πεπαμένον, pro πεπανόν. Et mox: καρπὸν δὲ ἔχει στρογγύλον, ἡλίκον ἡ κόθιμος. In Athenæo est, ἡλίκον ὁ κότινος: quod omnino rectum puto: nam vox κόθιμος, apud nullum sane Auctorem reperitur: ideoque Gaza etiam, veluti non intellectam, in versione prætermisit. Deinde: Πεπαινόμενος δὲ, ξηρὸς γίνεται, καὶ ἐπιμελαίνεται. Athenæus habet, Π. δὲ, ξανθός τέ ἐστι. &c. Denique: Διόπερ οἷον ἀγρία δόξειεν ἂν εἶναι. Omnino scribe, una voce amplius, ubi Athenæus habet, ἀγρία μεσπίλη δόξειεν ἂν εἶναι, *quapropter veluti silvestris mespilus videri possit*. B

Lib. IV. *c.* II. ubi de ficu Cypria in Creta agit: Πεπαίνει δὲ τέτταρας καρποὺς, ὅσαι ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ αἱ βλαστήσεις. Rescribo, Π. δ. τ. καρποὺς, ὅσαιπερ αὐτοῦ καὶ αἱ β. *Perficit vero quatuor fructus, quot sunt ejus etiam germinationes*. Neque aliter apud Athenæum scribitur, ubi locum istum citat, *l.* III. admonetque illic item Casaubonus.

Eodem *libro, cap.* XII. Τούτου δὲ μάλιστα μνημονεύουσι γεγονότος τὸν ὕστερον χρόνον, ὅτε συνέβη τὰ περὶ Χαρώνειαν. *Hujus vero maxime meminere facti posterioribus temporibus, cum illa ad Cheroneam acciderunt.* Scribendum est, περὶ Χαιρώνειαν, *ad Chæroneam*. C Innuit pugnam ad Chæroneam, quæ est nota ex Historicis: acciditque Olympiadis centesimæ decimæ anno tertio: uti tradit Diodorus, *l.* XVI. Leve est, nec admonerem, nisi in Basileensi editione itidem hoc mendum esse animadverterem.

Postea, *c.* XVII Γίνεται δὲ καὶ ἄλλο νόσημα περὶ τὰς ἐλαίας, ἀραχίνιον καλούμενον. *Oritur vero etiam aliud morbus olearum, quem appellant arachinium*. Scribo, ἀράχνιον καλούμενον, *quem araneum appellant*. Ita rectius est *De caus. plant.* l. v. c. XIII. Τῇ δ' οὖν ἐλαίᾳ καὶ τὸ ἀράχνιον ἐμφύεται. *Itaque vero etiam oleæ araneus innascitur*. Plinius, *l* XVII. *c.* XXIV. *Est etiamnum peculiare olivis, & vitibus: araneum vocant.* D

CAP. III.

Εἰλήθυια, quid. Simulacrorum sudores, habiti inter prodigia. Ex quibus autem lignis maxime sudaverint, ac qua de causa. Sacra tum propitiatoria fieri solita, ad circulos, Hecaticos dictos: ac qui illi, item quales: tum & quare eo nomine appellati. Theophrastus illustratus pariter & emendatus, lib. v. cap. x.

LIB. v. *c.* x. corrupta verba, & obscura: ideoque emendanda, & illustranda: Ὃ δὲ καλοῦσιν εἰλήθυιαν τῆς εἰληθυίας ἔνυδρον, ὑπὲρ οὗ καὶ ἐκθύονται πρὸς τὰς ἑκατίνας, γίνεται συνισταμένης τῆς ὑγρότητος, τῷ σχήματι μὲν στρογγύλη, μέγεθος δὲ ἡλίκον ἄπιον, ἢ μικρῷ μεῖζον, E ἢ ἔλαττον, ἐκβλαστάνει δὲ μάλιστα τὰ ἐλάινα. Corrupta dico ea verba, & obscura: quæ nec Gaza intellexit, qui tenuiter sic vertit: *Quod autem Lucinam appellant, & sacrificiis observandum aruspices jubent, concreto quodam humore extuberat, magnitudine pyri, aut paulo majus, minusve. Germen potissimum producit materies oleagina*. Mihi quoque, ingenue fateor, aqua hæret: tamen explicabo, ut potero, & in partem emendabo. Ac primo quidem, Εἰλήθυια, in isto loco non est dea illa Veterum, quam Lucinam appellabant, verum arboris germen quoddam, idque maxime abietis. Ejus rei ipsum tibi testem dabo Theophrastum, cujus illa occurrunt verba, F *De caus. plant.* l. v. c. IV. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἐκ τῶν ξύλων ἐκφυόμενα, καὶ μάλιστα ἐκ τῶν ἐλατίνων, ἃ καλοῦσιν οἱ μάντεις εἰληθυίας. *Eodem modo etiam illa, quæ ex lignis enascuntur, ac præcipue abietinis, quas lucinas augeres vocant*. Itaque postrema verba loci initio citati ita sunt restituenda, Ἐκβλαστάνει δὲ μάλιστα τὰ ἐλάτινα. *Germinant vero maxime abietina*: non, ut editur, *oleagina*. Inde, quod sequitur, ὑπὲρ οὗ καὶ ἐκθύονται πρὸς τὰς Ἑκατίνας, *pro quo etiam sacra faciunt propitiatoria ad Hecatinos*, illustrandum, & corrigendum est. Ut rem autem recte omnem teneamus; agit ibi Theophrastus de arboribus, quæ sudorem emittere soleant: inter quas, præcipue cedri: atque inde evenire etiam dicit, ut deorum simulacra sudorem aliquando emittant: quippe quæ e cedro facere usitatum. Ecce verba, quæ præcedunt statim illa, quæ citavimus: Ἀφίει δὲ τῶν ξύλων τὰ κέδρινα, καὶ ἁπλῶς, ὧν ἐλαιώδης ἡ ὑγρότης. διὸ καὶ ἀγάλματα φασὶν ἰδίειν ἐνίοτε, ποιοῦσι γὰρ ἐκ τούτων. *Emittunt vero (sudorem) e lignis cedrina, & simpliciter, quorum est oleosus humor: unde & sudare deorum simulacra interdum dicunt, quia ex istis ea faciunt*. Quamvis autem naturaliter istud fieret, ut ostendit Theophrastus, tamen vulgo in portentis censebatur. Illud cum ex aliis Auctoribus notum, tum ex ipso Theophrasto, *De caus. plant.* l. v. c. IV. quod citavi paulo ante: Ὁμοίως δὲ ὅσα ἱδροῖ τῶν ξύλων. καὶ γὰρ ταῦτα, νοτίου καὶ ὑγροῦ τοῦ ἀέρος ὄντος, τοῦτο πάσχει. οὐ πάντα, ἀλλ' οἷς ἔστι λεπτὴ ὑγρότης· οἷον, κέδρου, κυπαρίττου, ἐλαίας. ἃ δὴ καὶ σημεῖα, καὶ τέρατα, νομίζουσιν. *Similiter vero etiam quæcunque lignorum sudant. Etenim hæc patiuntur, austrino, & humecto, aere: neque omnia, verum illa, quibus inest tenuis humor; ut cedri, cupressi, oleæque: quæ sane prodigia esse, & ostenta, arbitrantur*. Itaque in istis casibus sacra expiandi causa faciebant. Hoc est, quod vult indicatum Theophrastus, istis verbis, jam citatis, ὑπὲρ οὗ καὶ ἐκθύονται πρὸς τὰς Ἑκατίνας, *pro quo etiam sacra faciunt propitiatoria ad Hecatinos*. Sed scribendum rectius puto, πρὸς τοὺς Ἑκατικοὺς, *ad Hecaticos*. Dicebatur vero Ἑκατικὸς, *Hecaticus*, circulus aureus; qui in medio sapphirum habebat; in cætera vero superficie, characteres, & figuras, varii generis: eum autem circumagentes, invocationes suas, quas Ἴυγγας nominabant, faciebant. Inter Oracula Chaldaica legitur, Ἐνέργει περὶ τὸν Ἑκατικὸν στρόφαλον *Operare circa Hecaticum circulum*. Citat hæc Nicephorus Gregoras, *in Synesium De insomniis*: Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ. Ἐνέργει, φησὶ, περὶ τὸν Ἑκατικὸν στρόφαλον. ἔστι δὲ ὁ Ἑκατικὸς στρόφαλος, σφαῖρα χρυσῆ, μέσον μὲν ἔχουσα σάπφειρον λίθον· δι' ὅλης δὲ ἐπιφανείας, χαρακτῆρας, καὶ σχήματα διάφορα. ταύτην δὲ στρέφοντες, ἐποιοῦντο τὰς ἐπικλήσεις, ἃς δὴ καὶ Ἴυγγας ἔλεγον. *Itemque alibi: Operare, inquit, circa Hecaticum circulum. Est autem Hecaticus circulus, sphæra aurea, quæ in medio habebat sapphirum lapidem; per totam vero superficiem, characteres, & figuras varias. Hanc vero vertentes, faciebant invocationes, quas etiam Iyngas vocitabant*. Dicebatur vero circulus ille Hecaticus, quia Hecatæ sacer erat. Psellus, *in Scholiis ad Oracula Chaldaica*: Ἑκατικὸς στρόφαλος, σφαῖρά ἐστι χρυσῆ, μέσον σάπφειρον περικλείουσα, διὰ ταυρείου στρεφομένη ἱμάντος, δι' ὅλης αὐτῆς ἔχουσα χαρακτῆρας. ὃν δὲ στρέφοντες, ἐποιοῦντο τὰς ἐπικλήσεις. καὶ τὰ τοιαῦτα καλεῖν εἰώθασιν Ἴυγγας, εἴτε σφαιρικὸν εἶχον, εἴτε τρίγωνον, εἴτε καὶ ὅτι σχῆμα. ἃ δὴ δονοῦντες, τοὺς ἀσήμους, ἢ κτηνώδεις, ἐξεφώνουν ἤχους, γελῶντες, καὶ τὸν ἀέρα μαστίζοντες. διδάσκει οὖν τὴν τελετὴν ἐνεργεῖν, ἤτοι τὴν κίνησιν τοῦ τοιούτου στροφάλου, ὡς δύναμιν ἀπόρρητον ἔχουσαν. Ἑκατικὸς δὲ καλεῖται, ὡς τῇ Ἑκάτῃ ἀνακείμενος. *Hecaticus circulus, est sphæra aurea, in medio sapphirum inclusum complectens, loro circumagitata taurino, undequaque characteres habens, quam circumagentes, faciebant invocationes, atque talia, quæ Iyngas dicere solent; sive orbicularem, sive triangularem, sive aliam quamcunq; figuram haberent: quas sane cum circumagerent, sonos edebant inconditos, vel belluinos, ridentes, & aerem flagellantes. Docet itaque ritus operationem, sive circuli ejusmodi agitationem, tanquam vim arcanam habentem. Hecaticus vero appellatur, tanquam Hecatæ dedicatus*.

CAP. IV.

Radiculæ genera: inter quæ Amorea, & Liothalassia, sive Liothasia: quæ & Thracia. Plinii locus restitutus. Radiculæ fluviales; quæ marinæ a nonnullis appellantur. De Hesychii loco quædam conjectura

Cepa Sardia. Chersonesus Arabiæ. Theophrasti loca aliquot emendata, lib. VII. cap. IV. & lib. IX. capp. IV. & XII. *Scholiastes Nicandri correctus*.

LIB. VII. c. IV. ubi de radiculæ generibus agit: Οἷον τῆς ῥαφανίδος γένη, Κορινθίαν, Κλεωναίαν, Λειοθαλασσίαν. *Uti radiculæ genera, Corinthiam, Cleonæam, Liothalassiam, Bœotiam.* Adde illic, Ἀμωρέαν, *Amoream*. Auctor mihi Athenæus; qui & pro *Liothalassia* dicit *Liothasiam*, locum hunc eundem citans, *lib.* II. Θεόφραστος δ᾽, ἐν τοῖς Περὶ φυτῶν, γένη ῥαφανίδων φησὶν εἶναι πέντε, Κορινθίαν, Λειοθασίαν, Κλεωναίαν, Ἀμωρέαν, Βοιωτίαν. *Theophrastus vero in libris De plantis, radicularum quinque esse genera dicit, Corinthiam, Liothasiam, Cleonæam, Amoream, Bœotiam.* Plin. ῥαφανίδα *napum* vertit; &, de Liothasio confirmans, pro Amoreo nomen aliud substituit, *lib.* XIX. *c.* V. *Naporum quinque genera fecere; Corinthium, Cleonæum, Liothasium, Bœotium, & quod per se viride dixerunt.* Ac, quod illic *per se viride* dictum ait, postea, in repetitione generum, *silvestre* dicit, Λειοθασίαν vero, iterum mox apud Athenæum scribitur, uti quoque *Liothasium* apud Plinium. Estque porro *Liothalassia* radicula, sive *Liothasia* dicenda erit, etiam *Bœotia* dicta: ut testatur Theophrastus, in subjunctis statim verbis: Τὴν δὲ Λειοθαλασσίαν, ἣν ἔνιοι καλοῦσι Βοιωτίαν, ἰσχυροτάτην πρὸς τοὺς χειμῶνας, *Liothalassiam vero, quam Bœotiam vocant quidam, validissimam adversus frigora.* Sed rescribe, ἣν ἔνιοι καλοῦσι Θρακίαν, *quam quidam vocant Thraciam.* Nam *Bœotia*, ipsa inter genera erat. Ac confirmat emendationem meam Athen. *loco cit.* Καλεῖσθαι δὲ (φησὶν ὁ Θεόφραστος) τὴν Λειοθασίαν Θρακίαν. *Appellari vero Liothasiam (ait Theophrastus) Thraciam.* Item Plin. *Liothasium, quidam Thracium appellant.* Quin diserte in Basileensi quoque editione Θρακίαν legitur: tum & Gazæ ita codicem habuisse, satis certum ex illius versione. Sed quod *Liothalassium* attinet, ita in suis Athenæi exemplaribus Dalechampius etiam fuisse tradit: qua de causa & hoc præfero, & in Plinio ad eundem modum scribo. Sane firmat vehementer, quod radiculæ nonnullæ a Veteribus fluviatiles, aut marinæ, dicerentur: quod Hesychius non docet: Ἄπλυτοι ῥαφανίδες, οὕτως ἔνιοι, καὶ οὐ ποτάμιαι, ἃς δὴ καὶ θαλασσίας τινὲς ἔλεγον. *Illotæ radiculæ, & non fluviatiles, quas sane etiam marinas nonnulli dixerunt.*

Sequitur in Theophrasto, *eodem capite*: Πλείω δὲ τοῦ κρομμύου τὰ γένη, οἷον τὰ κατὰ χώρας ἐπικαλούμενα, Γάρδια, Κνίδια, Σαμοθρᾴκια. *Sed ceparum genera plura, ut quæ a locis cognominantur, Gardiæ, Cnidiæ, Samothraciæ.* Sed quis Gardiæ cepæ meminit? aut quis locus eo nomine, a quo dictæ? Omnino est rescribendum, Σάρδια, *Sardia*. Plin. docet, *l.* XIX. *c.* VI. *Cepæ genera apud Græcos, Sardia, Samothracia.*

Lib. VIII. *c.* IV. Γίνεται μὲν οὖν ὁ λίβανος, καὶ ἡ σμύρνα, καὶ ἡ κασία, καὶ ἔτι τὸ κιννάμωμον, ἐν τῇ τῶν Ἀράβων χώρᾳ, νήσῳ. *Nascitur itaque thus, & myrrha, & casia, atque etiam cinnamomum, in Arabum regione, insula.* Videtur Gaza legisse, ἐν τῇ τῶν Ἀράβων χώρᾳ μέσῃ: ut ex versione apparet, quæ sic habet, *in regione Arabum media*. Ego censeam legendum, ἐν τῇ τῶν Ἀράβων χερρονήσῳ, *in Arabum cherroneso.* Gemina autem in Arabia Felici cherronesus memoratur Ptolemæo, *Geograph.* lib. VI.

Et mox, *c.* XII. Ἔχει δὲ τὸ μὲν Χειρώνειον φύλλον μὲν, ὅμοιον λαπάθῳ. μεῖζον δὲ, καὶ δασύτερον· ἄνθος, δὲ χρυσοειδές, ῥίζαν δὲ, μικράν. φιλεῖ δὲ τὰ χωρία τὰ πίονα. *Chironium vero, habet folium simile rumici: majus vero, & hirsutius; florem autem, auri speciem præ se ferentem; radicem autem parvam: amat vero loca pinguia.* Video in lectione ejus loci variatum apud Veteres: nam pro λαπάθῳ, Scholiast. Nicandri, *ad Theriaca*, habet ἀμαράκῳ. Ecce verba, ubi de Chironio agit: Πολύστροφον δὲ αὐτὸ φησὶν ὁ Θεόφραστος, λέγων οὕτω. Τὸ δὲ Χειρώνειον, ὅμοιον ἀμαράκῳ· μεῖζον δὲ, καὶ δασύτερον· ἄνθος δὲ, χρυσοειδές· ῥίζαν, μακράν. φιλεῖ δὲ μάλιστα χωρία ταπεινά. Et amaraco simile illi folium esse, dicit etiam Nicander, in *Theriacis*.

Τῆς μὲν ἀμαρακόεσσα χυτὴ περιδέδρομε χαίτη.

Dioscor. *l.* III. *c.* LVII. Χειρώνειον φύεται μάλιστα ἐν τῷ ὄρει Πηλίῳ. φύλλα δὲ ἔχει, ἀμαράκῳ ἐμφερῆ. Neque aliter Oribasius, *Collect. Med.* lib. XII. Contra tamen, de lapatho confirmat Plin. *lib.* XXV. *c.* IV. ubi totum hunc Theophrasti locum transtulit, quanquam non indicato auctore. *Panaces Chironium cognominatur ab inventore: Folium ejus, lapatho simile; majus tamen, & hirsutius: flos, aureus; radix, parva. Nascitur pinguibus locis.* Ecce tibi, ipsa verba Theophrasti, Latine prolata: Sequitur porro: ῥίζαν δὲ, μικρὰν, *radicem vero, parvam.* Atque id confirmat Plin. in citatis statim *verbis*. Et Dioscorides, *loco citato*, subdit, ῥίζαν, λεπτὴν, καὶ οὐ βαθεῖαν, *radicem tenuem, neque altam.* Item Nicander,

—— ἠδ᾽ ὑπὲρ αἴης

Ῥίζα, καὶ οὐ βυθόωσα. ——

Oribasius: *Radice tenui, non profunda.* Tamen aliqua exemplaria, etiam vetusta, habuerunt, ῥίζαν δὲ, μακρὰν, *radicem vero, longam.* Et Nicandri Scholiastes ita habet, in *citatis* ante *verbis*. Nec in Gazæ exemplari aliter fuerit, qui vertit, *radicem longam.* Eodem modo editio Basiliensis Camerarii. In fine vero emendandus est Nicandri Scholiastes, qui male habet, φιλεῖ δὲ μάλιστα χωρία ταπεινὰ, *amat vero maxime loca depressa.* Est enim recte in Theophrasto, Χωρία τὰ πίονα, Loca pinguia. Ita & Plinius, *Nascitur pinguibus locis.*

CAP. V.

Aconæ, oppidulum Heracleæ Ponticæ, in Mariandynis: unde nomen aconito. Pumicis vis, ad refrigerandum: cujus vinum viros ad insaniam adigit, fœminas fæcundas facit. Theophrastus emendatus, lib. IX. capp. XVI. XVIII. XX. XXII.

LIB. IX. *cap.* XVI. ubi de aconito agit: Φύεται δὲ πανταχοῦ, καὶ οὐκ ἐν ταῖς Ἀκόναις μόνον, ἀφ᾽ ὧν ἔχει τὴν προσηγορίαν. αὕτη δέ ἐστι κώμη τις τῶν Περιανδυνῶν. *Nascitur vero ubique, & non tantum Aconis, unde nomen illi datum. Est autem vicus quidam Periandynorum.* Periandynos nemo veterum Auctorum usquam memorat. Stephanus, Aconas dicit oppidulum, juxta Heracleam: Ἀκόναι, πολίχνιον, πλησίον Ἡρακλείας. *Acconæ, oppidum, prope Heracleam.* Et nominis originem mox inde tradit aconito, pariter ac Theophrastus: Κληθῆναι δὲ (τὸ ἀκόνιτον) φασὶ, διὰ τὸ προσφύεσθαι ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ, ὄντι περὶ Ἡράκλειαν. *Appellatum vero (aconitum) dicunt, quod nascatur in loco, quem Aconas dicunt, juxta Heracleam sito.* Intelligit vero Heracleam Ponticam: ut testatur clare Strabo, in descriptione Ponti, *lib.* XII. Ἐν δὲ τῇ Ἡρακλεώτιδι γίνεται ἀκόνιτον. *In Heracleotico vero tractu nascitur aconitum.* Erat vero Heraclea illa in Mariandynis, a Milesiis condita. Idem Strabo, eodem *libro*, paulo ante: Τὴν γὰρ δὴ Ἡράκλειαν ἐν τοῖς Μαριανδυνοῖς ἱδρῦσθαι φασὶ, Μιλησίων κτίσμα. *Heracleam enim in Mariandynis sitam ajunt, a Milesiis conditam.* Itaque in Theophrasti isto loco est legendum: αὕτη δέ ἐστι κώμη τις τῶν Μαριανδυνῶν. *Est vero is vicus quidam Mariandynorum.*

Eodem *libro*, *c.* XVIII. ubi miram pumicis vim ad refrigerandum tradit: Τὴν δὲ τῆς κισσήριδος οὕτως ἰσχυρὰν εἶναι δύναμιν, ὥστε, ἄν τις εἰς πίθον ζέοντα ἐμβάλλῃ, παύειν τὴν ζέσιν, οὐ παραχρῆμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅλως. *Pumicis autem vim adeo magnam esse, ut, si quis in dolium immittat, fervere desinat, non quidem in præsens tantum, verum etiam universim.* Excidit vox, quam restituo: nec enim, simpliciter de quovis dolio dicere id Theophrastum voluisse, est putandum, itaque scribo, ἐάν τις εἰς οἴνου πίθον ζέοντα ἐμβάλλῃ, *si quis in dolium ferventis musti immittat.* Auctor mihi

Dioſcorides, *l.* v. *c.* CXXV. Θεόφραστος δὲ ἱστορεῖ, ἐὰν εἰς ζέοντά τις οἴνου πίθον καθῇ κίσσηριν, παύεσθαι παραχρῆμα τὴν ζέσιν τοῦ οἴνου. *Theophraſtus vero refert, ſi quis in ferventis muſti dolium immittat pumicem, confeſtim deſinere fervorem vini.* Ac confirmat item Plinius qui huc itidem reſpexit ſine dubio, *lib.* XXVI. *c.* XXI. *Theophraſtus auctor eſt, potores in certamine præſumere farinam ejus; ſed, niſi immenſo potu impleantur, periclitari: tantamque refrigerandi naturam eſſe, ut muſta fervere deſinant, pumice addito.*

Poſtea, eodem *libro, c.* XX. Ἐν Ἡρακλείᾳ δὲ, ὥς φασι, τῆς Ἀρκαδίας οἶνός ἐστιν, ὃς τοὺς μὲν ἄνδρας πινόμενος ἐξίστησι. τὰς δὲ γυναῖκας ἀτεκνούσας ποιεῖ. *Apud Heracleam vero Arcadiæ, ut ajunt, vinum eſt, quod viri ſi bibant, inſani fiunt; ſi mulieres, ſteriles efficiuntur.* Primo, nulla in Arcadia Heraclea eſt; tum id vinum fæminas fæcundas reddere, & non ſteriles memoratum: itaque reſcribendum cenſeo, Ἐν Ἡραίᾳ δὲ, ὥς φασι, τῆς Ἀρκαδίας οἶνός ἐστιν, ὃς τοὺς μὲν ἄνδρας πινόμενος ἐξίστησι· τὰς δὲ γυναῖκας τεκνούσας ποιεῖ. *Apud Heræam vero Arcadiæ, ſicut ajunt, vinum eſt, quod viri ſi bibant, inſani fiunt; ſi mulieres, fæcundæ efficiuntur.* Ecce vero, fundum emendationis Athenæum tibi exhibeo, *lib.* I. Θεόφραστος δὲ, ἐν τῇ Περὶ φυτῶν ἱστορίᾳ, φησὶ, ἐν Ἡραίᾳ τῆς Ἀρκαδίας γίνεσθαι οἶνον, ὃς τοὺς μὲν ἄνδρας πινόμενος ἐξίστησι, τὰς δὲ γυναῖκας τεκνούσας ποιεῖ. *Theophraſtus vero, in libris De hiſtoria plantarum, ait, in Heræa Arcadiæ vinum naſci, quod potatum inſaniam viris, fæminis fæcunditatem operetur.* Ac de fæminis, etiam confirmat Plinius: qui hunc Theophraſti locum procul dubio reſpexit, *lib.* XV. *c.* XVIII. *Sunt & in vino prodigia. Dicitur in Arcadia fieri, quod fæcunditatem fæminis importet, viris rabiem.*

Eodem *libro, c.* XXII. Τὸ δὲ πέπερι, καρπὸς μέν ἐστι, διττὸν δὲ αὐτοῦ τὸ γένος. τὸ μὲν γὰρ, στρογγύλον, ὥσπερ ὄροβος, κέλυφος ἔχον, καὶ σάρκα, καθάπερ αἱ δαφνίδες, ὑπέρυθρον. τὸ δὲ ἀπόμηκες, μέλαν, σπερμάτια μηκωνικὰ ἔχον. ἰσχυρὸν δὲ τοῦτο μᾶλλον θατέρου, σπερματικὰ δὲ ἄμφω. *Piper autem, fructus quidem eſt; duplex vero ejus genus: unum enim, rotundum, inſtar ervi, tegmen habens, atque carnem, veluti ſunt baccæ lauri, colore rubeo: alterum autem, oblongum, nigrum, ſemina habens ceu papaveris: & utraque quidem, ſeminalia.* Initio pro ἀπόμηκες, ſcribe πρόμηκες, ut eſt in Baſileenſi editione, & Athenæo: qui hunc locum univerſum repræſentat verbo tenus, *lib.* II. In fine vero, pro σπερματικὰ, *ſeminalia,* reſcribe θερμαντικὰ, *calefactoria*. Ita multo rectius in Athenæo eſt: & Baſileenſis item editionis margo habet. Ac videtur etiam in Gazæ codice ſic fuiſſe, qui ſic vertit, *ambo autem vim calefactoriam obtinent.*

CAP. VI.

Althæa, urbs Olcadum. Στελίς; *Euboicum vocabulum. Heſychii locus reſtitutus. Theophraſtus aliquot locis emendatus, De cauſis plantarum* lib. I. c. XXIII. & lib. IV. cap. II.

DE cauſis plantarum, *lib.* I. *c.* XXIV. Μέγα δὲ καὶ αἱ χῶραι διαφέρουσιν. ἐν γοῦν τῇ Ἀληθείᾳ φασὶν ὡς ἀεί τι καρποφορεῖ. *Magna vero etiam inter regiones eſt differentia: itaque Aletheæ fructificare aſſidue ferunt.* Aletheæ, ſive urbis, ſive loci, nemo Veterum mentionem ullam facit: itaque ſcribendum puto, ἐν γοῦν τῇ Ἀλθαίᾳ, *itaque Althea.* Eſt Althea Olcadum urbs, in Iberia. Stephanus: Ἀλθαία, πόλις Ὀλκάδων. οἱ δὲ Ὀλκάδες, ἔθνος Ἰβηρίας. *Althæa, urbs Olcadum. Olcades vero, gens Iberiæ.* Meminit ejus Polybius, *Hiſt.* lib. III. Ἀννίβας δὲ παραλαβόμενος τὴν ἀρχὴν, εὐθέως ὥρμησεν ὡς καταστρεψόμενος τὸ τῶν Ὀλκάδων ἔθνος. ἀφικόμενος δὲ πρὸς Ἀλθαίαν, τὴν βαρυτάτην αὐτῶν πόλιν, κατεστρατοπέδευσε. *Hannibal autem, ſimul imperator factus, ad evertendam Olcadum gentem, impetu fertur: ac Althæam cum veniſſet, urbem illorum, maxime gravem, caſtra ante eam poſuit.* Livius *Cartejam* dicit, *lib.* XXI. Sed Carolus Sigonius, vir inſignis, recte *Althæam* reſtituit, Polybium ſequendum ſtatuens.

Lib. II. *c.* XXII. Καθάπερ ἡ ἰξία, καὶ ἡ στελὶς, καὶ τὸ ὑφέαρ. ὧν τὴν μὲν καλοῦσιν Εὐβοεῖς, τὸ δὲ ὑφέαρ Ἀρκάδες. *Ut viſcum, ſtelis, atque hyphear: quorum quidem vocant Euboenſes, hyphear vero Arcades.* Locus mutilus: voxque excidit, quam reſtituo, ὧν τὴν μὲν στελὶν, καλοῦσιν Εὐβοεῖς· τὸ δὲ ὑφέαρ, Ἀρκάδες. *Ex quibus ſtelin quidem, Euboenſes vocant; at hyphear, Arcades.* Viſcum enim, ut ὑφέαρ ab Arcadibus, ita στελὶς ab Euboenſibus dicebatur. Plin. *lib.* XVI. *c.* XLIV. *Viſci tria genera: namque in abiete, ac larice, ſtelin dicit Eubœa naſci, hyphear Arcadia.* Mutilus quoque in explicatione hujus dictionis eſt Heſychius: Στελὶς, περὶ φυτῶν, τὴν ἰξίαν ὑπὸ Εὐβοέων. *Stelin, de plantis, viſcum ab Euboenſibus.* Excidit nomen Theophraſti, quod reſtituo, Στελίς. Θεόφραστος Περὶ φυτῶν, τὴν ἰξίαν ὑπὸ Εὐβοέων. *Stelis. Theophraſtus, in libris De plantis, viſcum ab Euboeenſibus.* Conciſe admodum ſicut alia complura in doctiſſimis iſtis *Gloſſis*. Reſpexit ad hunc ipſum locum.

Lib. IV. *cap.* II. Ἢ τῷ λίπος ἔχειν, ὥσπερ τὸ σήσαμον. ἢ τῷ δριμύτητά τινα καὶ πικρότητα χυλοῦ, καθάπερ ὁ θέρμος, καὶ ὁ ἐρέβινθος. *Aut quod pinguedinem habeant, ut ſeſamum: aut quod aliquam acritudinem & amaritudinem ſucci, ut lupinum, atque cicer.* Mutilus hic etiam locus, & ſcribendum, καθάπερ ὁ θέρμος, καὶ ὁ ὄροβος, καὶ ὁ ἐρέβινθος, *ut lupinum, ervum, atque cicer.* Auctor mihi reſtitutionis ejus Athen. *lib.* II. Θεόφραστος δ' ἱστορεῖ, ἐν Αἰτίοις Φυτικοῖς, ὅτι θέρμος, καὶ ὄροβος, καὶ ἐρέβινθος, μόνα οὐ ζωοῦται τῶν χεδροπῶν, διὰ τὴν δριμύτητα, καὶ πικρότητα. *Theophraſtus vero, in libris De cauſis plantarum, tradit, lupinum, ervum, cicer, ſola ex leguminibus animal non parere, ob acritudinem, & amaritudinem.* Eſt hic ipſe certe locus, quem reſpexit.

Et hæc quidem in *Hiſtoria plantarum*, ac *De cauſis* earundem, obiter mihi, aliaque quædam agenti, obſervata: quare ad minora nunc Opuſcula tranſgrediamur.

CAP. VII.

Rex Alexander; & ſigillum ei miſſum ex gemma quadam Lampſacena. Idyrus, ſive Idyris, urbs, & fluvius, Pamphyliæ: a quo ventus dictus Idyris. Κερκίας, *ſive* Κιρκίας, *Latinorum* Circius. *Ariſtoteles emendatus: varieque Theophraſtus, in libris* De igne, ventis, piſcibus.

LIBRO *De lapidibus:* Ἐν Λαμψάκῳ δέ ποτ', ἐν τοῖς χρυσίοις, εὑρέθη θαυμαστὴ λίθος, ἐξ ἧς ἀνενεχθείσης πρὸς σφῦραν, σφραγίδιον γλαφυρὸν ἀνεπέμφθη βασιλεῖ, διὰ τὸ περιττόν. *Ac Lampſaci, in aurifodinis, inventa eſt aliquando gemma admiranda, ex qua, cum ad malleum relata eſſet, ſigillum ſculptile miſſum eſt regi, propter præſtantiam* Et cuinam, quæſo, regum? Mutila verba, ac reſcripſerim, ἀνεπέμφθη βασιλεῖ τῷ Ἀλεξάνδρῳ, διὰ τὸ περιττόν. *Miſſum eſt regi Alexandro propter præſtantiam.* Firmat Plin. qui reſpexit ſine dubio iſtum locum, *l.* XXXVII. *c.* XII. *Gemmæ naſcuntur & repente novæ, ac ſine nominibus: ut Lampſaci, in metallis aurariis, una inventa; quæ, propter pulcritudinem, Alexandro regi miſſa fuit, ut auctor eſt Theophraſtus.* Aut eſt certe arbitrandum, regem eum per excellentiam appellaſſe Alexandrum: cujus recens tunc memoria, pridem admodum defuncti. Atque ſic obſcurus locus, ac debebat illuſtrari.

Poſtea: Ἐλάχιστον δὲ γίνεται κριθὴ, εἶτα κόλλυβον, εἶτα τεταρτημόριον, ἢ ἡμιωβόλιον. ἐξ ὧν γνωρίζουσι τὸ καθῆκον. *Minimum autem eſt hordei granum, inde collybum, inde quarta oboli pars, aut dimidia: ex quibus agnoſcunt, quod rectum eſt.* Mutilus hic item locus, itaque reſtitue, ἢ ἡμιώβολος, ἢ ὀβολός. ἐξ ὧν γ. τ. κ. *aut dimidius obolus, aut obolus: ex quibus a. q. r. e.* Sic fuiſſe in Gazæ codice, ſat ex ejus verſione manifeſtum.

Lib. *De ventis*: Ἕωθεν μὲν γὰρ Δύεις, καλούμενος ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἰδύρου, πνεῖ μέγας, καὶ πολύς. *Mane etiam Dyris, ab Idyro flumine appellatus, flat magnus, & multus.* Malim scribere, ἕωθεν γὰρ Ἰδυεις, καλούμενος ἀπὸ ποταμοῦ Ἰδύρου. *Mane enim Idyris, ab Idyro flumine appellatus.* Nam oportet ventum dictum eodem nomine, quo vocatus erat fluvius, a quo nomen nactus fuit. Idyris vero, sive Idyrus, nam utrobique modo scribitur, urbs, & fluvius, Pamphyliæ erat. Stephanus: Ἴδυρος, πόλις, καὶ ποταμός, Παμφυλίας· ἢ καὶ Ἰδυεις, ὀξυτόνως. *Idyrus, urbs, & fluvius, Pamphyliæ: sive etiam Idyris, cum accentu acuto.*

Eodem *libro*: Αἱ δ' ἐπ' Ὠρίωνος ἀνατολῇ, καὶ δύσει, τῶν πνευμάτων ἀκρασίαι συμβαίνουσιν, ὅτι μεταβολαῖς ἀεὶ πάντα μάλιστα πέφυκεν ἀοριστεῖν. Primo, lege, τῶν πνευμάτων ἀκρισίαι; ac deinde, ὅτι ἐν τῇ μεταβολαῖς ἀεὶ π.μ.π.ἀ. Ita recte sane habet Alexander Aphrodiseus, ubi eum locum citat verbo tenus, *ad Meteor. lib.* II. Certe ἀκρισίαι legi debere, pro ἀκρασίαι, manifestum etiam est ex Aristotele, *Meteor. libro citato*: Ἄκριτος δὲ, καὶ χαλεπὸς, ὁ Ὠρίων εἶναι, καὶ δύνων, καὶ ἐπιτέλλων· διὰ τὸ ἐν μεταβολῇ ὥρας συμβαίνειν τὴν δύσιν, καὶ τὴν ἀνατολήν.

In fine *libri*: Ἐν Σικελίᾳ Καικίαν δὲ καλοῦσιν, ἀλλ' Ἀπηλιώτην. Necessario inferenda negativa, Καικίαν δ' οὐ καλοῦσιν, ἀ. Ἀ. Et sic recte editio Basileensis repræsentat.

Paulo post: Οἱ περὶ Σικελίαν, Δερκίαν. Scribe Κερκίαν, sive Κιρκίαν qui est *Circius* Latinorum. Aristoteles, in Fragmento libri Περὶ σημείων: Ἐν δὲ Ἰταλίᾳ, καὶ Σικελίᾳ, Κιρκίας· διὰ τὸ πνεῖν ἀπὸ τοῦ Κιρκαίου. Ubi vides etiam rationem nominis. Sed nec recte eo loco Κίρκας scribitur, pro Κιρκίας.

Denique, in ipso fine: Βερεκυντίαν † δὲ ἐν τῷ Πόντῳ. Verba sunt omnino plena, nec in illis quicquam deest: itaque tollenda est defectus nota. Ac confirmat Alexander Aphrodiseus, locum hunc citans, *in Meteor. lib.* II. Ἀπηλιώτην, ὃν Θεόφραστος λέγει, παρὰ μὲν Σικελιώταις, Ἑλλησποντίαν καλεῖσθαι· παρὰ δὲ Φρυξὶ, Κάρβαν. Βερεκυντίαν δὲ, ἐν Πόντῳ.

Lib. *De piscibus*: Τούτους δ' ἐξιόντας νέμεσθαι, καὶ βαδίζειν ἐπὶ τῶν πτερυγίων, καὶ ἅμα κινεῖν τὴν οὐράν. Loquitur ibi de piscibus, qui circa Babylonem. Censeo vero scripsisse Theophrast. καὶ θαμὰ κινεῖν τὴν οὐράν, *& crebro movere caudam*. Firmat Plin. ubi de his ipsis *lib.* IX. *cap.* LVII. *Piscium genera etiamnum a Theophrasto mira produntur: circa Babylonis rigua, decedentibus fluviis, in cavernis aquas habentibus: quosdam inde exire ad pabula, pinnulis gradientes, crebro caudæ motu.*

CAP. VIII.

Scholiastes Theocriti, Hesychius, Plinius, Athenæus, ex Theophrasto emendati.

POSTQUAM Theophrasti loca quædam aliis ex Auctoribus emendavi, nunc vicissim aliorum aliqua ex Theophrasto emendabo. Ait ille, *Hist. Plant.* lib. I. c. XV. Τῶν δὲ ἀγρίων, ἐλάτη, πεύκη, ἄρκευθος, σμίλαξ, θύα, καὶ ἣν Ἀρκάδες καλοῦσι φελλόδρυν. Hunc locum respexit Scholiast. Theocr. *Idyll.* V. Ἄρκευθος, ὄνομα δένδρου ἀκάρπου. φησὶ γὰρ ὁ Θεόφραστος, ὅτι τῶν ἀγρίων ἐστὶν, ἐλάτη, πεύκη, ἄρκευθος, μελία, οἴα, καὶ ἀνάρκα, ἣν καλοῦσι φελλόδρυν. Itaque rescribe, ἄρκευθος, σμίλαξ, θύα, καὶ ἣν Ἀρκάδες καλοῦσι φελλόδρυν.

Ejusdem Operis *l.* II. *c.* VIII. Ἀμυγδαλῇ δὲ καὶ πάτταλον ἐγκόψαντες σιδηροῦν, ὅταν τετράνωσιν, ἄλλον ἀντεμβάλλουσι δρύϊνον, καὶ τῇ γῇ κρύπτουσιν. ὃ καλοῦσί τινες κολάζειν, ὡς ὑβρίζον τὸ δένδρον. Huc Hesych. respexit, cum Κολάζειν explicaret Τιτραίνειν. Ita enim est legendum, non, ut hodie vulgatur, Περαίνειν.

Lib. III. *c.* XIII. Ἴδιον δὲ τῇ φύσει δένδρον ὁ κέρασός ἐστι. μεγέθει μὲν μέγα. καὶ γὰρ εἰς τέτταρας καὶ εἴκοσι πήχεις αὔξεται. ἔστι δὲ ὀρθοφυὲς σφόδρα. πάχος δὲ, ὡς δίπηχυν τὴν περίμετρον ἀπὸ τῆς ῥίζης ἔχειν. Ea verba transcripsit Plinius, etiamsi Theophrasti nomine dissimulato, *lib.* XVI. *cap.* XXX. *Cerasus etiam in quadraginta cubitorum trabes, æquali per totum duum cubitorum crassitudine, reperitur.* Sed scribendum, ad exemplar Theophrasti, *in quatuor & viginti cubitorum trabes.*

Denique, *l.* IX. *c.* XX. Κἂν οἱ κύνες φάγωσι τῶν βοτρύων, ἐξαμβλοῦσι καὶ αὗται. Restituendus Athenæus, qui nunc mutilus, ubi locum istum citat, *lib.* I. Κἂν τῶν βοτρύων δὲ, φησὶ, (de Theophrasto nostro loquitur) φάγωσιν, ἐξαμβλοῦσιν. Omnino restituendæ voces, quæ exciderunt, Κἂν τῶν βοτρύων δὲ, φησὶ, αἱ κύνες, φάγωσιν, ἐξαμβλοῦσιν.

FINIS.

JOANNI MEURSIO

JOAN. τοῦ μακαρίτου F.

ADOLFUS VORSTIUS

S. D.

AFFLIXIT *me, superiore anno, non leviter, Juvenum præstantissime, inexspectatus optimi doctissimique parentis tui decessus; quem sexagenario jam majorem, & lenta confectum tabe per diram calculi carnificinam,* XX. *Septembris dies cælo suo reposuit. Virum, ita me Deus amet, non vita modo dignum productiore, sed faciliore insuper exitu; atque ea inprimis* εὐθανασίᾳ, *quam sibi suisque Cæsar Augustus precabatur, quoties audisset, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam. Ea enim illius virtus erat ac probitas, ea eruditio, ut vitioso hoc sæculo, quo ad occasum, fatali quadam ruina, vergunt litteræ, diutius superesse debuisset; cum in exemplum vitæ emendatioris, tum vero uti remp. literariam, quam hactenus editis tot Scriptis suis, tot illustratis autoribus auxit ornavitque, porro juvaret ac labantem fulciret cum paucis,* quos æquus amavit Jupiter, atque ardens evexit ad æthera virtus. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ τοιαῦτα οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστι, ἐν Θεοῦ δ' ἐν γούνασι κεῖται· ᾧ τινι πείθεσθαι ἡμᾶς χρὴ, ὥσπερ διοικοῦντι τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως. *Quid probibet autem, quominus in vestibulo hujusce Opusculi, cujus dedicationem veteris & illibatæ nostræ sacrum apud posteros parens tuus esse voluit monumentum, digrediar paulisper in veras laudes tam doctæ candidæque animæ?* Pascitur in vivis livor, post fata quiescit. *Quod si quisquam tam Stoica rigidaque est mente, ut ne defunctorum quidem justa præconia, a superstitibus profecta amicis, ferre queat, suo iste relinquatur ingenio. Saltem nulla hic, vel in speciem, adulationis fuerit suspicio; utpote cui rei apud mortuos locus est nullus. Equidem dum reputo mecum Meursii nostri vitam, per omnes ætatis gradus honeste laudabiliterque decursam, ita censeo; non esse cur Bataviam nostram illius pigeat, imo cur glorietur potius tali cive: qui non tantum domi & in in patria Academia, quandiu temporum id patiebatur ratio, gratus fuit, verum & foris plurimas apud gentes, quibus litteræ in pretio sunt, æstimari meruit, eruditionis nomine ac virtutis. Qua ex re evenisse certum est, quod Serenissimus Danorum Rex, & gelidæ metuendus oræ, fama tanti viri excitus, in nobilem Soranam Academiam, historiæque scribendæ ad munus eundem & vocandum judicaverit, &, quæ vere regia est munificentia, jam sui factum juris amplissimis tum honoribus, tum præmiis constanter cumulaverit. Qui, exstincto quoque eodem ac morte ejus nuntiata, non secus fertur indoluisse, ac si damnum illud quod remp. literariam attingebat universam, ad se unum modo pertineret. Nec dedignatus est palam, aud ente non uno, profiteri, & Daniæ regno utilissimum hunc, dum viveret, extitisse virum, & si per fati vim majorem licuisset, id in votis sibi fuisse, uti vitæ finem quam tardissime potuisset implere. Ita semper, quoties*

egregia aliqua virtus e medio sublata est, acrius eam impensiusque solemus quærere ac desiderare. Et profecto, quis non admiretur variam illam ac diffusam eruditionem in Latinis, Græcis, historia & antiquitate Romana, inprimis vero Græca, ac posterioris etiam ævi, barbariæ jam sua involuti? Multa utique in hanc rem dicenda nobis forent, & singula suis ornanda encomiis, nisi publica monumenta, quæ, ut erat φιλοπονώτατος, *labore maximo, nec sine valetudinis dispendio, perfecit vulgavitque quamplurima, testes horum omnium essent satis luculenti, orbique erudito jamdudum per illa innotuisset, celebritate maxima. Aliud est, quod silentio minime transmittendum duco, quodque ad ejus commendationem facit vel maxime. Etenim tenet literatorum plerosque æternitatis perpetuæque famæ cupido, sed inconsulta, & plena inanitatis. Quinimo amabilis hæc insania ita nonnunquam misellos dementat, eo redigit loci, ut, dum noti nimis esse student omnibus, ignoti moriantur sibimet ipsis. Ex hoc* κενοδοξίας *fonte, cujus* τροφὴ τιμαὶ καὶ ἔπαινοι, *juxta Chrysostomum, duella ista literaria sunt, quibus Docti inter sese sæpenumero colliduntur; hinc scaturiunt implacabilia illa & plusquam Vatiniana, quæ gerunt, odia: dum quilibet gloriæ tantummodo studet suæ, dum* ὑπείροχος ἔμμεναι ἄλλων *viis omnibus affectat, majorique famæ urgetur siti, quam virtutis. Nam ubi harum rerum invaluit cupiditas, ibi sanctam servare concordiam difficile est, ne dicam impossibile. Æternitatem etiamnum cogitabat ac spirabat Meursius* ὁ πάνυ, *& placidissimi vir ingenii, sed genuinam illam ac veram, quæ in cælis obtinetur, quæ bono cuique ac probo athletæ Christiano a Deo confertur, quæque solidiori longe innixa est fundamento, quam perituræ aliquando chartæ, aut nomini inter homines obliterando. Audiat posteritas quæ olim perscripsit in hanc sententiam ad ampliss. Theodorum Canterum:* Mortalem me esse novi, & deberi spiritum hunc creatori & redemptori meo Deo; quem evocantem me lubens sequar, ita me ille amet. O dies quæ me cælo locabis apud magnum illum Monarcham, quando illucebis? Exorere, exorere. Quid enim in immundo hoc corporis folliculo (cum Arnobio sic dicam) ex hac lachrymarum valle ad vitam longam optandam hominem Christianum, quæ tamen nihil minus quam longa, si paullum modo attendas & ad æviternitatem componas, invitet? *Aureæ revera voces, ac votum præclarum, omnibusque aliis merito anteferendum, in quo sicuti veræ felicitatis continetur summa, ita viri pietas singularis elucescit egregie. Quam virtutum omnium ducem ac reginam ita universa vita ac moribus inculpatis expressit, ut ab hac ipsa laudem mereatur peculiarem. Non enim, quod vulgus facere solet hominum, ex rerum duntaxat multiplici scientia literatos spectandos arbitror, verum ex vitæ insuper probitate. Imo amplissime laudari existimo eruditum, ita qui laudatur. Quanquam enim ipsa per se* εὐσέβεια, *possessorem suum apud Deum hominesque gratiosum satis reddat ac commendabilem, si tamen ad hanc rerum ac disciplinarum utilium cognitio, litteræque accesserint humaniores, longe eum faciunt plerunque illustriorem. Vide, juvenum decus, quo me provexerit amplissimi parentis tui studium atque amor, & conjunctio vetus? Oblitus propemodum eram epistolam me scribere, non autem panegyricum pertexere, quod integræ laudationis opus est, nec hujus loci. Desinam itaque si dixero, viri ab eruditione, probitate, candore, ac fide spectatissimi, mihique amicissimi memoriam in perpetua apud me futuram veneratione: cujus vestigiis quemadmodum insistere jam cœpisti, ita ut eadem magis magisque premas in posterum, te sedulo & moneo & hortor. Vale ac salve, juvenis præstantissime, cum matre tua, nobili matrona, & sorore lectissima; quibus ego juxta ac tibi, in hac tristissima orbitate, vera solatia omnia ex animo opto.* Lugd. Bat. Anno CIƆ IƆC XL.

IN OBITUM.

Clarissimi doctissimique Viri, de litteris apud posteritatem optime meriti,

JOANNIS MEURSII, &c.

EPITAPHIUM.

MEURSIUS Arctoa Batavus requiescit in urna,
Græcia quem civem dicere jure potest.
Qui tot scriptores perituros reddidit orbi;
Ingens cui pectus Bibliotheca fuit.
Ille quidem patria jacet a tellure remotus;
Patria sed forti creditur omne solum.
Spiritus æthereum meritis transcendit Olympum,
Famaque per populos non moritura volat.

A. BUCHELLIUS J. C.

Mem. & amicitiæ ergo
75. annis major P.

AD V. C.

ADOLFUM VORSTIUM,

Medicinæ in Alma Leidensi Acad. Professorem, de Viri summi, JOANNIS MEURSII, Collegæ quondam sui, obitu.

CUM fera rupissent sceleratæ stamina Parcæ,
Et Meursi æternum mergeret umbra caput,
Par superos omnes tetigit dolor; una refertur
Risum Barbaries non tenisse suum.
Flebant Cecropiæ, jam vanum nomen, Athenæ,
Quæque orbata suo vindice Pallas erat:
Flebant Aoniæ, flebant Permessides undæ,
Cultaque Pimplæis turba novena jugis.
Græcia funestos, ut erat, laniata capillos,
Quod potuit, lacrymas & pia justa dedit:
Tum quoque, quantumvis senio lassata malisque,
Meursiadæ acceptum retulit esse suo.
Quis tamen hoc credat? vix, doctos inter amicos,
Qui daret inferias manibus, ullus erat.
Attonitos mœror, sed mutus, distinet omnes;
Et taciturnus habet pectora cuncta dolor.
Ipse stupor vicit pietatem: nullus adempto
Pene parentator, præfica nulla fuit.
Non doctæ lacrymæ, non sunt in funere quæstus;
Eloquio luctus major & ipse suo est.
Nil medicæ potuere manus; mihi, Vorstius inquit,
Frustratæ pietas artis adinstar erit.
Nunc quoque, nunc aliquam fas sit sperare salutem:
Experienda alio nostra medela modo est.
Defecit Medicina suos, & Meursius orbem:
Ille tamen nostro munere salvus erit.
Dixit; & officium totius suscipit orbis,
Justaque dat tanto non aliena viro.
Clara Machaoniæ cedant medicamina dextræ,
Virbius & certam quo duce sensit opem.
Hactenus affectos, Medici, sanastis & ægros:
Nunc Medico vitam dante peremptus habet.

NICOLAUS HEINSIUS.

F I N I S.

MANUS ÆNEÆ
CECROPII VOTUM
REFERENTIS DILUCIDATIO,

AUCTORE

JACOBO PHILIPPO TOMASINO

ÆMONIÆ PRÆSULE.

AD EMINENTISS. PRINCIPEM

FEDERICUM CORNELIUM

S. R. E. CARDINALEM.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FEDERICO CORNELIO,

S. R. E. CARDINALI,

DOMINO ET PATRONO.



OBscuris in hunc diem tenebris involutum, majori fortassis conatu, quam successu, probatæ vetustatis anathema ad gloriosis nominis tui aram posteritatis memoriæ recte nuncupo, Princeps Eminentissime, studiorum meorum, quorum tua benignitate jam diu partem exegi, meique erga te obsequii, tenue argumentum. Musarum enim cultoribus tua providentia Apollinis more dignitates ac fortunas animo plane regio auges. Nec dubia mihi spes est, quin eodem vultu, quo lucubrationes meas non raro admisisti, hoc etiam qualecumque ingenii monumentum sub tuæ humanitatis tutela prodire patiaris. Tuo namque suffultus patrocinio; tuique favoris aura provectus, mitioris cæli solique clementiæ tantum me semper debere fatebor, quantum me cohonestando benevolentiæ liberali in bonas literas genio contuleris. Tale, Sacræ Purpuræ decus, & longum vive ad literarum & Ecclesiæ splendorem. Patavii Nonis Augusti olim Saluti & spei dicatis. An. Christ. cIↃ. IↃc. xxxxix.

Deditissimus Cliens

JAC. PHILIPPUS TOMASINUS

Episcopus Æmoniensis.

SENECA

NATURAL. QUÆST.

LIB. VI. CAP. V.

Plurimum ad inveniendum contulit, qui speravit posse reperiri.

INDEX CAPITUM.




CALLIMACHVS
Poeta & Hiſtoricus.





EMPEDOCLES
Philoſophus & Poeta Siculus.


V C VOTVMS
CECROPIVS

MANUS ÆNEÆ CECROPII VOTUM REFERENTIS DILUCIDATIO,

AUCTORE

JACOBO PHILIPPO TOMASINO ÆMONIÆ PRÆSULE.

AD EMINENTISS. PRINCIPEM

FEDERICUM CORNELIUM S.R.E. CARDINALEM.

CAP. I.

Operis Occasio.



FAVENTE Minerva, atque annuente benigna Eminentissimi Principis FRANCISCI BARBERINI tutela, tutela, quum noster *de Priscorum Donariis Votisque* conatus propitio eruditorum conspectu exciperetur, pro sua quisque humanitate in dies plurimi non pauca in istius argumenti incrementum sparsim B contulere; in primis Cassianus a Puteo illustris Eques, ob vetustatis notitiam, vitæque innocentiam, & morum comitatem, Romanæ Urbis splendor: cujus mira diligentia quodcumque seu casu seu labore melior lux detexit, ad posteritatis memoriam extendit. Ejus generis jure censenda fa berrimi vetustissimique operis effossa inter Divi Gregorii rudera manus ænea, atque in Eminentissimi illius Principis refertissimam preciosioribus pinacothecam non ita pridem veluti in Apollineum sacrarium seposita: cujus iconem Vir nostri studiosissimus nobiscum solita benignitate communicavit. Eam Divorum omnino tholos quondam exornasse, non levi prorsus conjectura tum denique planum erit, ubi omnem ipsius rationem pro ingenii modulo inter severiores sacri muneris curas carptim declaravero.

CAP. II.

Cuinam instituto hæc manus excogitata.

MAnus ænea, ejus quam imago refert magnitudinis, & hieroglyphicis veluti signis Tropicis, diversarum rerum ac præsertim animalium figura delineatis, & deorum hominumve ingenium, mores, cæterasque affectiones exprimentibus, quæ Lucano poetæ gravissimo *linguæ magicæ*, hoc est, sapientes, utrinque variata votum procul dubio repræsentat. Evidentissima namque in hanc rem ejus Iscriptio:

CECROPIUS V. C. VOTUM S

Illud nempe instituit Cecropius Vir clarissimus. Quem neutiquam consularem existimo, quum nec inter Consules, nec a Grutero inter tot Inscriptiones Romanas insigni volumine congestas, aliquis hujus nominis reperiatur. Quo honore viros primi nominis affectos, nuper *de Tesseris Hospitalitatis* palam fecimus. Vera tituli hæc sententia videtur. CECROPIUS VOTI COMPOS VO

A TUM SOLVIT. Quisnam ille fuerit, & unde nomen duxerit, paucis dispiciendum. Voventis ingenium & opes, sive animi magnitudinem, ex insigni opere conjectare licet; qui originem haut dubie ducebat a Cecropio, antiquo Atheniensium Rege; quem primum oppida urbesque condidisse, ac Jovem Summi titulo cohonestasse perhibent, ejus apud Athenienses auctoritatis, ut cæteri Reges Cecropii nomen adsumerent. Nisi fortassis oriundus Athenis appellationem traxerit a Tribu Cecropide, quam primo Regi suo debet, a quo & Reges cæteri Cecropides nominati. Natus huic filius tempore saluti parum propitio, a diuturna valetudine nactus Æsculapium sibi faventem, in spem felicioris vitæ unicum familiæ columen Deæ sospitatricis tutelæ, eximio plane monumento, summa religione dicato, commendatur. Nobis autem figuris ac mysteriis opus hoc adeo involutum & obscurum videtur, ut nisi Phœbus radios præstet, ingenii caliginem discuti perquam fuerit difficile in ea rerum varietate, quam diuturni temporis intervallum interioris doctrinæ penetralibus clausit. E quibus etsi non licuerit singula fortassis eruere, ad verum antiquitatis genium quædam tamen exegisse, a priori laboris gloria non prorsus alienum censebitur.

Vota porro in tabellis ac fictilibs insculpta non usque novum est: at in manu nullum in hunc diem occurrit. Manum tamen in signorum numero C fuisse, notum est. Eone factum id putemus, ut voventis potentiam, seu malis liberalitatem donantis indicet? Vel quia Isis in pompa sacra manum ostentaverit? Quod porro dextram præcipue ostendat, causa videtur potissima, quoniam eadem sacra existimaretur. Quid vero numinis heic præter morem nulla mentio? An quia Deæ Isidi huic dicatum erat donarium, cujus occulta quum essent sacra, silendo quoque fortassis erat veneratio? Tale quidpiam innuit Apulejus *Metam.* lib. XI. ubi ait: *Proxima nocte vidi quendam de sacratis, qui tacenda quædam gerens ad meos lares collocaret.* Valetudinis curam ei adscriptam planissimum est ex fragmento basis marmoreæ, cujus inscriptionem D illustris Vir Joan. Vincentius Pinellus ex ædibus Patavinis Contareni Procuratoris ad Gruterum misit. Qui lapis a Paulo Rhamusio viro antiquitatis perquam studioso conquisitus, ut ipse ad Scardeonii *Antiquitates*, quæ in meo sunt Museo, notavit, non ita dudum cum cæteris marmoribus Rhamusianis ad sapientissimum Senatorem Venetum Georgium Contarenum rediit. Et talis est:

ISI. SACR.
L. MAIUS
PHILEAS. VI. VIR
AQUIL. OB
SALUT. GRATTIANI
FILII. ET. GRATTIAE

Non alii porro quam Deæ Cybelæ in primis destinata fuisse, quæcunque heic symbola plane ipsius cultum referunt, in progressu Dissertationis omnino constabit.

CAP. III.

A quo, & cui Donarium hoc dicatum.

MIRUM quidem nonnullis videri posset Romanæ conditionis hominem Votum Ægyptiis simulacris undique exornasse, quandoquidem Romanis ea gentem ridiculam fuisse non obscurum ex Juvenale *sat.* XV.

Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat?

Quo etiam modo Cyprianus *de Idolorum vanitate*: *Ægyptia portenta non numina sensit*. Nec omnem ejusmodi sacrorum rationem sannis fuisse objectam negare potuit Plutarchus scriptor gravissimus, etiamsi fuerit conatus polito certo *libello* conclamatam ejusmodi superstitionem revocare. Bestiolas nempe colebant fere omnes, quas Ægyptus portentorum mater producebat. Eo Josephus non injuria censuit, orbem terrarum, si Ægyptiorum sacra suscepisset, brevi bestiarum plenum, hominum inanem futurum. Hinc vera Trismegisti vox: *O Ægypte religionum tuarum solæ supererant fabricæ eæ incredibiles posteris*. Longe tamen alia, forsitam & æquiori sententia, Tullius *De Natura Deorum* lib. I. tradidit firmiores apud Ægyptios opiniones esse de bestiis quibusdam, quam apud Romanos de sanctissimis templis & simulacris *Deorum*. Eo namque illa tandem religio processit, ut a Quiritibus rerum in orbe arbitris fuerit recepta. Ecquid enim hisce Minucii Felicis verbis apertius? *Ægyptia quondam, nunc & sacra Romana sunt*. Nec mirum. Quemadmodum enim Apuleii sententia inter cæteras nationes Judæi reputantur superstitiosiores, Nabathæi mercatores, frugum pauperes Scythæ, molles Asiatici; sic Ægyptii doctiores & sapientiores sunt habiti. Ea namque super alias gentes Ægypti vulgata est sapientiæ fama, ut non solum Africæ, sed Asiæ atque totius Græciæ, universæque Italiæ quondam excitarit ingenia, & quodammodo ad se attraxerit. Eo enim concessit Moses, qui omni Ægyptiorum sapientia emicuit: eo Samius Pythagoras, Plato, Linus, Orpheus, Solon, Lycurgus, Hesiodus, Homerus, Aristoteles, cæterique sapientiæ lumina confluxere, qui Græciam Italiamque ingenii monumentis ornarunt: ut Ægyptum totius orbis museum vere pronunciaverint non infimæ fortis eruditi. Proinde imperii incremento id a Quiritibus factum non minus vere quam eleganter innuit idem: *Sic dum universarum gentium sacra suscipiunt, etiam regnare meruerunt*. Superstitionem tamen non dissimulavit sibi aversam, quam acribus satis verbis ita perstringit: *Nonne & Apim bovem cum Ægyptiis adoratis, & pascitis? nec eorum sacra damnatis instituta serpentibus, crocodilis, & belluis cæteris, & avibus, & piscibus, quorum aliquem Deum si quis occiderit, etiam capite punitur*. Nec sane novum erit, Cecropium hanc religionem etiam Romæ professum. Athenienses enim Ægyptiorum colonos, e civitate Sacensi Cecrope duce deductos perhibet in *Monodia* Basilii Nazianzenus.

Cuinam vero Donarium hoc fuerit sacratum, in A ambiguo est. Jovi Ammoni & Æsculapio factum, indicare videntur Arietis Caput, ac Serpens qui manum ambit. Forsan & Cybele, quæ θεός γυναικεία Plutarcho in *Cæsare*, & apud Macrobium, quandoquidem solis mulieribus licita erat adire sacra ejus, quæ in operto fiebant. Qua de re suo loco uberius. Numquid & Lucinæ anathema hoc erectum? Rectius forsan Isidi, rerum naturæ parenti, ut paulo antea indicavimus. Cuique tamen suum heic esto judicium: meliori cedere parati sumus.

CAP. IV.

B *Ejus Materia, Forma sive Fabrica, & Situs.*

ÆNEA hæc manus perpetuitatem fortassis indicat, etiamsi priscis æs quoque in sacris fuerit usitatissimum.

Eaque inanis sine brachio fabrefacta, ut sceptro vel hastili a sacerdote quopiam, quum pompæ magnæ paulatim procederent anteludia, votivis cujusque studii exornata pulcherrime minori labore posset præferri, ad celebritatem obsequii, quod Magnæ Deæ, seu Jovi Ammoni, alterive Numini erat dicatum. Talem in pompa sospitatricis Deæ sacer- C dotem tulisse memorat Apulejus lib XI. *Metam*. *Quartus æquitatis ostendebat judicium deformata manus sinistra porrecta palmula*. Qui manum etiam in pompa præferri solitam Deum Matri Isidi memorat, Nam ipsa manum sacram in pompa ostentavit. Nec immerito. Manus enim auctoritatem ac potestatem significat: manus altaribus infert sacra, & pietatis munus peragit. Anaxagoras proinde, Aristotelis & Plutarchi indicio, hominem pronunciavit sapientem, quod manu esset præditus. Manus dextra profecto masculæ virtutis argumentum videtur. Nec alia de causa credendum a veteribus Lusitanis in præliis captivorum amputatas manus dextras Diis fuisse consecratas, ut *lib.* III. D narrat Strabo. Qui plura de manu velit curiosius, illustris Viri Renati Moræi Consiliarii Regii, atque in Academia Lutetiana Professoris Medici MANUM REGIAM politissimi ingenii documentum perlustret suadeo. Huc plane facit manus ænea, quam Petri Avogadri Comitis Brixiensis munere V. C. Octavius Rubeus obtinuit ex idolo Tyllini ferreo, quem Deum fortissimum ac triumphatorem antiquissimum intelligit, cujus ille statuam Beati Ramperti Episcopi jussu anno 840. dirutam & confractam tradit in *Monumentis Brixiensibus*. Illa vero cuspidis loco hastæ fuit imposita; cujus polli- E cem & volam serpens ambit, qui & ovum lambit pollici atque indici intersertum. Hastæ vero tanquam sacræ, & Deorum more colebantur, ut Justinus ex Trogo auctor: adeoque veluti regia diademata Diis apposita. Itaque Claudianus:

Tunc veteres hastæ regia dona micant.

Hastas certe Merionis & Ulyssis titulo cælatas refert in *Marcello* Plutarchus in quodam Siciliæ templo repertas.

Manus vero in hunc modum est conformata, ut supina pollicem, indicem, & medium sive impudicum passos referat, elevet atque extendat, annularem atque minimum contrahat, eo ferme sche- F mate, quo religionis nostræ Antistites olim populo bene optare solebant: vel quo pictores ab omni ævo Servatoris nostri dextram sacræ crucis tessaram effigiant. Quod sane Laurentius Pignorius piæ memoriæ, magnum patriæ nostræ ornamentum, non præter rem factum opinatur, quia diabolus jam tunc omnem operam mira calliditate impendit, ut elevaret eum gestum, quem sacerdotes Christiani essent adhibituri, quum sacrum crucis signum exprimerent.

CAP. V.

Partis in manu interioris explicatio.

DOnarium hoc diligenter considerantibus inscriptionis nota primum sese offert intima pars manus, atque in ejus carpo puellus in amplexu matris suaviter in lectulo specie sigmatis effigiato decumbentis, talari veste, palla nempe seu stola obtectæ. Stola vero matronæ pudicitiam denotat, cujus Tertullianus *de Pallio* meminit. Votum Magnæ Deum Matri sive naturæ genitrici pro sobolis a conjuge matrona lectissima susceptæ salute reddita solutum indicatur. Peculiarem vero sospitatricis Deæ pompam plene ac prolixe *loco* aliquoties memorato Apulejus prosequitur. Quænam illi vis, & quanti eam censuerit Antiquitas, testis Lucret. *l.* II.

Puellus. Matrona stolata in lectulo.

—— magna Deum mater, materque ferarum
Et nostri genetrix hæc dicta est corporis una.

Neque eorum mihi displicet conjectura, qui huic numini dicatum putant: cujus haud exigua erat apud Ægyptios auctoritas; quandoquidem Deorum ea mater, plurimumque pueris in ipsius tutela præsidii esset; a qua & accepta fuisse responsa notum est ex veteri monumento Patavii, quod olim apud Rhamusios, nunc Ateste in hortis Contareni est:

ISIDI
SACRVM
EX. MONIT
EIVS. D.D
L. VALERIVS
MEMOR
VI. VIR. AVG
L. D. P.

Romanis etiam in summa veneratione habitam ostendit in Hadriani numo Isidis effigies. Huic etiam Deæ pinea nux propria fuit. Hinc Martialis non minus vere quam argute:

Nux Pinea.

Roma sumus Cybeles, procul hinc discede Viator,
Ne cadat in miserum nostra ruina caput.

Causam tetigit Ovidius lib. VI. *Metam.*

Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus
Grata Deum matri: siquidem Cybelejus Atys
Exuit hac hominem, truncoque induruit illo.

Nimirum Phrygius Atys pastor Calai filius, quum Magnæ Matris ceremonias in Lydia monstrasset, ibique cultus esset invito Jove; hic aprum immisit in Lydiam, a quo Atys filius fuit interemtus, postea que in pinum mutatus. Inter plures hujus rei testis unus mihi sufficit Phædrus lib. III. *Fabularum*:

—— quercus Jovi,
Et myrtus Veneri placuit, Phœbo laurea,
Pinus Cybele, populus celsa Herculi.

Quapropter & in pollice jungere libuit ejusdem arboris ramum. Cujus tamen speciem cælator minus expressit. Myrto is propior, quem inter pocula primitus alter alteri cantando porrigebat, ut auctor in *Symposiacis* Plutarchus. At vero folium, ut fatear, magis refert ficulneum, quod ob humoris copiam genitalis perhibetur simulacrum. Quid si palmæ censueris? Nam & Apulejus illatam narrat palmam auro subtiliter foliatam Deæ sospitatricis sacris. Verum rem diligentius consideranti magis ad rutam accedit, quæ vi sua generandi potentiam hebetans castimoniam promittit, imo serpentibus adversa nequitiam frangit voluptuariam.

Ramus

Nec fortassis a vero multum abeunt qui existimant Votum hoc solutum fuisse masculina prole suscepta mense septimo, postea quam fœtus in vere conceptus esset, in hanc sententiam potissimum adducti, ex tribus digitis erectis, & arboris ramo, cujus in morem tenellus succresceret, etiam quod nux pinea Lucinæ pro secundo partu esset consecrata.

Jovi Ammoni & Æsculapio id dicatum porro suadere videtur Arietis caput, & Serpens manum ambiens. Aries enim Ammonem indicat, qui, ut numus Antonini refert, omnium saluti prospicit. Hunc vero Jovem Naturæ conservatorem ac Deorum Principum agnoscunt veteris sapientiæ Antistites: cujus oraculum patrio Ægyptiorum more adiisse Alexandrum narrat *l.* IV. Curtius. In hanc ferme sententiam Galieni Imperatoris Numismati Aries insculptus cum hac inscriptione: JOVI CONSERVATORI. Pariter in altero Salonino numo Aries hoc titulo: AMMONI CONSERVATORI. Nec diversum significat impositum tripodi arietis caput. Nam & Tripos Apollini dicatus sapientiam connotat. Quicquid sit, Priscorum victimis accessit caput illud. Ammon vero Jupiter est ex Ariete cælesti ortus, quem laboranti & sitienti exercitui fonte amœnissimo robur & salutem attulisse accepimus. Eumque non secus ac Latini Jovem, Ægyptii sospitatorem, salutisque Deum habuere, quem & Arietis specie coluerunt. Quo procul dubio respexit Minucius Felix, quando plurimorum superstitionem sic taxat: *capita vervecum & immolatis & colitis.* Occasionem tradidit Herodotus *lib.* II. Jovem nempe ab Hercule, cui se occultaverat, exoratum amputato arietis capite comparuisse. Religionis hujus plura in Veterum monumentis vestigia sunt. Hinc Nasoni de *Arte amandi Corniger Ammon.* Meminit ejus quoque Lucanus *lib.* IX.

Aries caput, Serpens


Inculti Garamantes habent, stat corniger illic
Jupiter, ut perhibent, sed non aut fulmine vibrans,
Aut nostro similis, sed tortis cornibus Ammon.

Et Sil. Italicus lib. IX. *Punicorum*:

At patrius flexis per tempora cornibus Ammon.

Unde Æmilius Probus de Lysandro: *Repulsus dixit se vota suscepisse, quæ Jovi Ammoni solveret, existimans se Afros facilius corrupturum.* De statua Jovis cornigera Q. Curtius *l.* IV. *Id quod pro Deo colitur, non eandem effigiem habet, quam vulgo Diis artifices accommodarunt. Umbilico tenus arieti similis est, habitus smaragdo & gemmis coagmentatus.* Tripodem vero sapientiæ, qua vitam moderamur, imo veritatis, quæ sapientiæ anima est, notam fatentur veterum mysteriorum consulti, quem Apollini deberi credidit Socrates. * Tripus certe

Tripus.



* Hos vel istiusmodi tripodes, cum aureo æreove serpente, si Val. Maximo & Pausaniæ fides, Apollini dicavit tot numinum inventrix Græcia: ac jam Luciani testimonio constat Apollinem ex istiusmodi tripode, sub quo anguis, responsa quærentibus dedisse. Et de angue quidem ita *Oudanus*: Anguem quod attinet, ut plurimum illum apud Apollinis vel sanitatis imaginem invenias, idque tam propter hariolationes & vaticinia, quam respectu medicamentorum & rei herbariæ, cujus Præses habitus est Apollo. Utriusq; ideam nummi appositi exhibent, quorum ille (1) *Lepidi* est, & tripodem cum angue inscriptum habet: hic (2) *Posthumo* debetur, & Æsculapii imaginem referre vulgo creditur.

aureus in adyto templi Apollinis Delphici fuit, sub quo serpens observabatur. Et sane Latinorum Poetarum princeps, sub Æneæ persona veram herois indolem formans, inter prima ipsius dona Tripodis commeminit. Verum & pari jure, quo Ammoni, votum hoc Æsculapio Apollinis, hoc est, salubritatis filio, solutum non infidis plane momentis arbitrantur, qui numen istud infirmitatibus humanis præesse norunt. Anguem scilicet Æsculapii vicarium Romam missum accepimus. Sunt qui Æsculapium anguis specie Romani Legati, qui Epidaurum adnavigarat, opem adversus pestem imploraturus, navem sponte ingressum referunt. Acron non temnendæ autoritatis Grammaticus tradit, Romanos Epidauri incertos ob multitudinem simulacrorum, quod potissimum deligerent, anguem recepisse: Romæ in Insula Tiberina, quibus honoribus cultus fuerit, etiam hodie loquuntur monumenta Græcarum tabularum, in quas relatæ fuerunt curationes illius monitu peractæ. Quam in rem Votum Æsculapio Romæ ostendit rari artificii ara quatuor lateribus insignita vasis sacrorum & aliis ornamentis:

Anguis.

AESCVLAPIO
DEO
IVL. ONESIMVS
AVG. LIB
A. CVRA. AMICORVM
VOTO. SVSCEPTO
D. D. L. M.

Et alterum, quod in tabella marmorea Romæ apud Aurelium Rufinum vidit Smetius:

AESCVLAPIO SANCTO
L. IVLIVS. AGATHORVS. ET TERENTIA. RVFINA. GRATIAS. AGENTES.
NOMINI TVO DD.

Rem evidentius indicat in D. Bartholomæi hortis Romæ Æsculapio insignita navis marmorea, visu certe dignissima. Æsculapii vero ædem in insula fabricatam scribit Festus, quod ægroti præsertim aqua sustentantur.

Æsculapio Aries porro apponitur quemadmodum & in signo Æsculapii marmoreo apud Octavium Tronsarellum, cujus indicium debemus Jo. Baptistæ Casalio eruditissimo *de profanis Romanorum ritibus* cap. VII. ubi ad pedes ejus aquila in dextera parte, arietis caput in sinistra, ægrotantibus salutem demonstrant. Eo quidem Aries innitens tripodi sacrificia voventium tanquam Diis accepta videtur designare.

Sed ut ad reliqua gradum faciam. Ex his minime obscurum est, Isidi munus hoc præcipue oblatum, etiamsi Æsculapio salutis auctori suus quoque heic sit justus honor, ceterisque Numinibus, quorum tutelam puelli parens faventem poscebat.

Morbi vero tempus, qualitas, vehementia, gravitas, diuturnitas, & curatio ex ipsis emblematibus elucescent.

Arietis caput in tripode.

Tempus nimirum ex capite Arietis, quod in vola manus supra tripodem positum Vere incepisse morbum innuit. Caput enim istoc anni principium sive uniformem diei noctisque divisionem denotat. Tres digiti erecti infirmitatis initium, statum, finemque indicant.

Qualitas præterea morbi initio fuit occulta. Languescebat quidem puer, sed parentes morbi naturam ignorabant. Arcanum enim & veluti vaticinium in apice pollicis repræsentatur nuce pinea: qua usos fuisse Isiacos narrat in *Commodo* Lampridius. Apulejus etiam *Metam.* lib. XI. de nave Isidi nuncupata: *Iam malus insurgit: pinus rotunda splendore sublimis insigni carchesio conspicua, & puppis intorta chenisco bracteis aureis vesti-*

Nux pinea.

A *ta fulgurabat*. Pinus enim tutelam gerebat Cybele. Qua ratione Poeta *Æneid.* IX.

Pinea silva mihi multos dilecta per annos.

Imo pinus mortis indicium est. Fama namque est eam semel amputatam nunquam repullulascere. Addit Joan. Goropius *Hieroglyphic.* lib. VII. pinu repræsentari terram suo in gremio semina custodientem, & molestiam, qua ad conjugii dulcedinem pervenitur, amore fervido mitigantem. Hujus namque fructus semina depromuntur ignis calore, quo durissima septa facillime dehiscunt. Quam sibi felicitatem in primis obtigisse inter cetera profiteri voluit Cecropius. Talis etiam spectatur in manu

B ænea Tornaci eruta, quam apud Dionysium Villanum Canonicum asservatam Laur. Pignorius erudite explicuit ad Magnæ Deæ dilucidationem.

Nec ab hujus Deæ sacris aliena esse vascula facile negaverit, qui Apuleji *Transformationes* diligenter inspexit. Nam & ipse urnulam pompæ illatam memorat, cujus orificium non altiuscule levatum, qualenam & heic spectatur. Urna vero Osiridi sacrata aquam notat, siquidem ipsa non vini modo, sed cujusvis humoris domina censetur. Nostrum quidem cissybio non est absimile, cujus speciem dedit Pierius Valerianus. Quod in Bacchi supellectili habitum fuit. Vicinum vero huic vasculum,

Urnula.

C consimile est ei, quod ibidem quartus antistes sacrorum gerebat *aureum, in modum papillæ rotundatum, de quo lacte libabat*. Quodnam vero in hac manu tertium? Numquidne simpulum? Tale sæpius in pinacothecis conspeximus, licet hac forma Rosinus thuribulum exhibeat.

Vasculum papillæ forma.

Simpulum.

CAP. VI.

Partis extimæ declaratio.

D MAjoris operæ conspicitur altera manus facies: cui pinus in pollicis apice, ejusdemque radice folium pariter convenit. Reliqua signa ei propria pro ingenii modulo expendentes, liberaliorem conjecturæ indulgentiam exspectamus a severis literarum censoribus.

Temporis utpote progressu natura morbi dignoscitur ex angue, seu ceraste in digito indice. Oculis videtur is orbatus. Et certe vermes sæpius vexant infantes. Rotundos nempe lumbricos, dum adhuc in utero sunt pueri, nasci tradit Medicorum parens Hippocrates lib. IV. *de Morbis*, e sanguine computrescente ac redundante: iique, ut vere monet Celsus *lib.* IV. *cap.* XVII. pueros magis exercent.

Serpens.

E Eum si quis forte curiosior anguillam putet, morbi medium significabit fuisse lethale, ut e manibus parentum infans ad lacum Stygium elaberetur ferme in anguillæ modum. Quo etiam symbolo hominem fugientem rem aliquam nulla consequendi spe indicavere Ægyptii. Quid si puello vitam precatur parens tranquillam & a seditione remotam? Discordias enim anguilla non inepte denotat, quandoquidem non nisi turbata aqua capitur. Unde Aristophanes:

Et tu fecisti quæ venatores anguillarum faciunt,
Quieta cum sunt stagna, venantur nihil.

F Sed & anguis non raro laborantem demum habitiorem ac de morbo squalorem deposuisse connotat. Quemadmodum enim positis ille exuviis rejuvenescit, pariter & convalescentes amissis spoliis ad sese redeunt. Puero fortassis dominium auguratur Heroibus sacer serpens, animal spiritus vitæque tenacissimum, visus acutissimi, adeoque Palladi sacrum.

Crocodilus vero inter pollicem & indicem repens, ut multæ rapinæ animal, parentum perniciem refert. Quidni etiam puero sapientiæ accessionem, & silentium sapientibus probatum, Deæque Isidi

Crocodilus.

acceptum ominetur? In hanc rem Patavii apud Bassianos monumentum est in saxo rubro:

I S I D I
SIG. HARPOCRATIS
C. DIDIVS
A C V T I A N V S
DON. DED

Quinimo animal hoc nonnullis silentii symbolum habetur, qua lenam in elegantissimi cœnobii D. Justinæ apud nos porticu supra ostium. Rationem vix divinare licet aliam, quam ex Plinio *l.* VIII. *c.* XXV. cujus hæc verba: *Unum hoc animal terrestre linguæ usu caret.* At bona Mythologorum venia scriptor politissimus crocodilo non denegat linguam, sed ejus usum innuit obscurum. Ea namque exilior non protenditur, ut chamæleonti, qui lingua muscas venatur in escam, sed animal illud grande vorat potius, quam linguam volvendo manducat.

Flagrum. Jam Flagrum manubriatum ejusdem sacris usurpatum ex Apulejo perspicuum est; qui & accuratam ejus hanc rationem dedit: *Arrepto denique flagro: quod semiviris illis proprium gestamen est, contortis tæniis lanosi velleris prolixe fimbriatum, & multijugis talis ovium tessellatum, indidem sese multimodis commulcat ictibus: mira contra plagarum dolores præsumtione munitus.* Lora fuisse innuit Ovidius *Fast.* IV.

Et feriunt molles taurea terga manus.

Quod ne frustra factum putemus, illud præsertim in memoriam revocandum, sapientissimos Lacones hoc ipso mortalium animis ærumnam & adversam fortunam quinimo tolerantiam insinuasse. Quid si puelli mater initio conjugii, ut sterilitatem averteret, in æde Junonis, quemadmodum moris erat, sacerdotis etiam Lupercalis flagrum e tergo arietino exploraverit?


Rana. Medii porro digiti Rana morbi declinationem ostendit. Ea namque hominem, qui diu vi morbi sese movere non potuit, denuo progredi significat. Postquam enim orta pedum usu destituitur, ætatis progressu posticis primum pedibus utitur. Nec aliter intelligendum credo Horum Apollinem *Hieroglyph.* lib. II. ubi tradit animalculum hoc primum sine pedibus nasci, dum augetur pedes assumere posteriores. Qui & *Hieroglyph.* XXIV. hominem nudum in utero efformatum rana intelligi præcipit. Forsan & puellus Cecropii ortus sui initia satis dubia habuit. Cæterum & Mœcenatis erat ea sigillum, quæ Silentii testis arctam fidem unice observandam significabat. Eamque fortassis terrestrem putaverim, quæ in vepribus tantum degit rubetæ appellatione, estque plane muta, & vocis expers. In quem etiam modum puer amissa voce, & desperata salute, terræ tradendus videbatur.

Serpens cristatus. Verum & Serpentem omnium consensu Æsculapio dicatum narrat Pausanias & Val. Maximus, qui frequenti Numismatum testimonio salutis symbolum est. Siquidem auctor ille medicinæ valetudinem homini reddit: ne dicam, quod plurima in humanum genus remedia ex hoc animalium genere depromuntur, unde & ipsum salutem promittit. Serpente igitur, cui caput cristatum, assurgente inter quartum quintumque digitum, parentibus pro salute pueri sacrificantibus, mox pueri salus emergit. Plura etiam numismata draconem SALUTIS titulo referunt. Et sane animal hoc vigilantissimum Æsculapii typus est. Vigilantia nempe Medico necessaria est: quamquam nec ignorem visum per quietem imperium polliceri, quod forsan filio pater augurabatur. Nam & *Astrolabii Plani* auctor Joannes Angelus hominem præsagire narrat in senectute potentem futurum. Serpentem præterea Veteres divinæ cujusdam naturæ putarunt, quoniam vivacissimus deprehenditur; cui incumbere videtur Accipiter, Soli apud Ægyptios comparatus, quia prolificus & vivacissimus est, Apollinis apud Homerum & Adamantium internuncius. Imo Serpentes cum capite accipitris Ægyptiæ genti veritatem notare bonumque dæmonem, cujus munere quævis aluntur & vigent, auctor est Petrus Crinitus *de Hon. discipl.* lib. XVI. c. II. Draco sane cristatus inter præcipua Solis symbola sacris additur, quæ ab Isiacis nihil esse diversa indicat Strabo *l.* X. Talem in Beleo monte ab Æsculapio educatum memoriæ tradiderunt Veteres duplici dentium ordine, cui subviridis venter, fronte ac supercilio præpingui, cuique toruli sub mento barbam fingebant, ictu innocuo, sed cui cum aquila dissidium fuit. Minervæ autem Draco appingebatur. Draco nempe Theagenis filius arcu potens Minervæ anguem sacravit. Forsan & hic puello ingenium ominatur rebus agendis pernecessarium.

Voto jam soluto, puer quidem convaluit, sed paulatim, testudinis exemplo in minori digito repentis, diutiusque domi mansit. Hoc nempe animal mutum est, puta elingue, tarde incedens, nunquam domo egreditur, sed illam ubique secum circumfert: quæ omnia puero debili convalescenti vere conveniunt. Nec dissimulare possumus Cybeles etiam sacris, quæ propalare nefas erat, hoc silentii ac solitudinis argumento nullum fuisse convenientius. In numo argenteo Græco testudinem vidi apud Alex. Estium, appictis utrinque A. I. literis, parte aversa in quatuor partes divisa Delphinum & Z. trabem transversam & I. quid velit, ariolentur ingeniosi. In moneta insulæ Naxi non exposuit Volfg. Lazius. Testudo

Hoc vero sub Autumnum contigisse verisimile est ex Libra mensis Septembris; quo dies noctesque pari lance procedunt, cum Sol eo tempore ipsi in Zodiaco jungitur. Septimo nempe mense valetudinem recuperavit. Tres quippe digiti manus extensi dies bis centenos indicant, qui sex menses diesque vicenos conficiunt. Quid si tam pertinacis mali causam dixerim præmaturum puelli ortum? Nam & numerus dierum iste septimum indicat mensem, quo nati raro sunt superstites, etiamsi plus alii, alii minus afficiuntur, Hippocratis decreto: adeoque superstites vitam ex debilitate insigni trahunt dubiam. Forsan & puellus diuturno morbo afflictus, septimo, quem antea indicavi, mense convaluit. Quod & salutaris disciplinæ conditor sæpius fieri monuit *Sect.* III. *Aphor.* XXVIII. Sed altioris rem indaginis Medicis naturæque consultis relinquens nolo falcem in alienam segetem mittere. Illud minime silendum, quod Libra Haly judicio conformitatem & moderationem adfert corporibus: imo quibusdam victoriam denotat. Libra.

Puero in hunc modum valetudini restituto inter maritum & uxorem conjugii societas amorque crevit. Inde opum lætitiæque incrementa, Mercu-



rio negotiis favente: cui caduceus est peculiaris binis anguibus indicans prudentiam & calliditatem, forsitan & genesin, si qua Macrobio fides. Orationis etiam promptitudinem parentes forte Caduceus Mercurii.

filio precabantur, quam Astrologi Mercurio in Ariete tribuunt. Sic Apulejus *Met.* l. XI. *Ibat tertius* (antistes sacrorum) *attollens Mercurialem etiam caduceum*. Qui mutuo serpentum amplexu concordiam & pacem præ se fert.

Cornu copiæ. Appictum huic Cornu copiæ felicitatis, abundantiæ, bonique eventus ex pace indicium est, quo etiam fœdera conciliabantur. Horatius *Epist.* lib. I.

—— aurea fruges
Italiæ pleno diffudit copia cornu.

Hunc in modum Trajani * nummo cum cornu copiæ & caduceo inscriptum:

FELICITAS. AVG.

Thyrsus. Quid autem vicino huic clava? Thyrsum arbitror. Caulis enim est in columnæ modum rectus, seu cum Pierio Valeriano malis, telum ligneum circumfusa coopertum hedera. Hedera vero corymbos ferens nigros sacra fuit Dionysio, qui Ægyptiis est Osiris, quæ Baccho quidem dicata mucrone conum pineum vitæ universa semina intus alentis argumentum videtur referre. Apulejus tamen in pompa Deæ thyrsos & hederas distincta nominat: ubi dubio procul hederæ fuit usus, quod ejus folia mentes in furorem agitant. Hilaritatis certe titulo Numus Faustinæ inclaruit. Caduceo autem sociata virtutis pacisque est symbolum.

Tibia. Instrumenta præterea musica, lætitiæ sacrisque peragendis dicata, quid velint, nisi parentum supplicationes & vota? Ea namque ex Livii *lib.* XXIX. didicimus sacrificiis Saluti dicatis fuisse adhibita.

A Sed & Galli sacerdotes atque Curetes Cybelen tympanis colebant e buxo tibiam comitantibus. Virgilianum est:

Tympana vos buxusque vocat Berecynthia matris
Ideæ.

Buxeam porro tibiam, ut in ludis argenteam, Matris Deum sacris adhibitam, tradit Ovidius *Metamorph.* XIV.

Sancta Deum genetrix tinnitibus æthera pulsi
Æris & inflati complevit murmure buxi,
Perque leves domitis invexa leonibus auras.

B Apulejus *Metam.* VIII. *Mutante tibiæ cantu lymphaticum tripudium*. Ejus usum, forsan & figuram, reliquit idem *lib.* XI. *Ibant & dicati magno Serapi tibicines; qui per obliquum calamum ad aurem porrectum dexteram, familiarem templi Deique modulum frequentabant*. De Tibia Lucretius *Rerum Naturalium* lib. II.

—— Phrygio stimulat numero cava tibia mentes
Telaque præportant violenti signa furoris.

Qua etiam in sacris jam Deum adesse, indicatum fuit, imo velut hodie campanis rei sacræ faciendæ C tempus. Phrygiam heic tibiam tandem suadere videtur Servius *ad* IX. *Æneidos*. Geminata heic ea exhibetur, quarum altera acutum tinnitum, altera bombum edidit, & inæquales habuisse ait ille cavernas; cujus heic generis omnino effigiatur.

Sed jam de re minima, nec admodum perspicua, plus satis divinavimus.

* Idem Cornu copiæ, idemque caduceus & inscriptio eadem videre est in nummo Hadriani tertium Consulis; nec multum abludit Juliæ Mam- D mææ nummus, nisi quod pro vocibus FEL. AUG. inscriptionem hanc habet, FELICITAS PUBLICA. utriusque imaginem paulo ante dedimus.

F I N I S.

OCTAVII FALCONERII
DE
NUMMO APAMENSI,
DEUCALIONEI DILUVII
TYPUM EXHIBENTE,
DISSERTATIO.
AD
PETRUM SEGUINUM
S. GERMANI ANTISSIODORENSIS PARIS. DECANUM.

AD LECTOREM.



UOD ad hanc noſtram Diſſertationem DE NUMMO APAMENSI, id unum te ſcire volo, erudite Lector, me in adſtruenda ſcriptura nominis NOE ex literis, quæ in celebri illo Nummo extant, ejus ſolum partes ſuſcepiſſe, qui rem, quæ facto inprimis nititur, ratione & conjecturis illuſtrare aggreſſus, de re ipſa minime laboret. Illud non reticebo, conjecturæ meæ non parum præſidii attuliſſe V. Cl. Petrum Seguinum, S. Germani Antiſſiodorenſis Decanum, poſtremis literis ſuis, quibus nunciat, ſe, Parienſi illo nummo Severi curioſius inſpecto, nequaquam dubitare, quin in eo etiam ΝΩΕ ſcriptum ſit, cum ejus nominis duæ priores literæ manifeſto appareant, tertiæ veſtigia non obſcura deprehendantur.

OCTAVII FALCONERII DE NUMMO APAMENSI, DEUCALIONEI DILUVII TYPUM EXHIBENTE, DISSERTATIO.

AD PETRUM SEGUINUM S. GERMANI ANTISSIODORENSIS PARIS. DECANUM.



XPECTATE venis Doctissime SEGUINE (te enim veterum Nummorum, ut ita dicam, sermonis consultissimum, verbis alloquar ex ipso rei Nummariæ penu*, te promente, desumptis) expectate, inquam, omnibus, quotquot in Urbe Æterna studio antiquitatis tenemur; mihi vero etiam exoptate, cui ad desiderium fruendi eruditione tua atque doctrina accedit quoque recordatio singularis tuæ erga me humanitatis; cum ante novennium ferme Lutetiam peregrinandi cupiditate ductus, a te in celebri illo Museo tuo comiter exceptus, selectissimorum Nummorum conspectu dignatus, donatus etiam eleganti D illa tua *de Nummo Brittanico Epistola*, quam paulo ante edideras; mirifice vero erga te, virtutemque tuam affectus in Urbem me recepi. Ubi quam alte mihi semper animo hæserit memoria tuorum in me meritorum, neminem alium testem appellabo, quam charissimum tibi caput, quem ego ob morum suavitatem atque insignem rerum antiquarum scientiam plurimum colo atque observo, Franciscum Gottifredum: a quo discere etiam poteris, me cum insperatum ab eo de proximo tuo Romam adventu nuncium accepissem, præ gaudio propemodum exiluisse. Opportune vero accidit, ut quo fere tempore hæc ad nos de te allata sunt, invisenti mihi, quod non raro facere soleo, Gottifredum ipsum, obtulerit ille typum pridie a te acceptum E Nummi Severo ab Apamensibus cusi, in cujus aversa parte eadem cernebantur, quæ in Nummo hoc Philippi, de cujus explicatione sum acturus. Quo de Nummo, quod tu tanquam Antiquariis vestris ignoto, hominem, tuo, omniumque judicio, Nummorum peritissimum consulere videbaris, in mentem statim venit, occasionem optatissimam offerri mihi observantiam erga te meam tibi Romam advenienti publico aliquo monimento declarandi, si meam de præclarissimo *Philippi Numismate* conjecturam tuis auspiciis vulgarem, quam anno superiore, F *Epistola ad Gottifredum*, leviter attigeram; cujus quidem ille exemplum ad te statim misit, me licet nonnihil repugnante, quod censuram tuam, ac tui similium, quos acerrimi judicii viros Lutetiæ complures esse scio, in re, quæ non ita probabilis videretur, ac suis etiam præsidiis, quod in tumultuaria scriptione aliter fieri non potuerat, destituta, haud immerito reformidarem.

C Quod igitur antiqui moris erat, ut Cæsaribus Provinciam aliquam adeuntibus Nummi de eorum adventu cuderentur, tanquam publicæ gratulationis indices, faciam nunc ipse jure privato; teque inter Antiquarios nostræ ætatis nemini secundum, tertio jam ad Urbem venientem, editione insignis hujus Nummi gratulabundus excipiam. Erit quoque hoc munusculum, levidensæ licet, & crasso etiam filo, Xeniorum loco, quibus te Romæ hospitem de more prosequar: quæ si minus raritate aut pretio, eo saltem tibi placitura non vanus fortasse augur sim, quod & ad ingenium tuum facta, & novitate ipsa nonnihil oblectamenti eo in genere, quo maxime delectaris, allatura sint. Accipe ergo, V. Cl. quem tibi amoris obsequiique erga te mei monumentum lubens do ac dedico, Apamensem hunc Nummum insignem sane, ac nulli, meo quidem judicio, raritate aut eruditæ Antiquitatis commendatione posthabendum.



Is, ut vides, Philippi Senioris caput præfert, laureatum de more, atque inscript. consueta, nisi quod Marci prænomen omissum, errore haud in Nummis infrequenti, ΑΥΤ. Κ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟΣ ΑΥΓ. *Imp. Cæs. Jul. Philippus Aug.* In aversa vero navigii genus quodpiam cernitur (quo enim alio nomine id rei appellem ignoro) tetragoni, atque aquis innatantis, in quo simulacra duo pectore tenus extant, virile alterum, alterum muliebre, cui velum e capite dependet. Ex ea autem, quam, si placet, deinceps Arcam nominabimus, prominent duo veluti tigilli erecti, quibus transversus alter innititur. Huic Columba insidet, alteri si-

* In *Epist. ad Trichetium*, ex *Nummo Carausii*.

milis, quæ ramufculum unguibus tenens, alifque A expanfis non longe ab Arca volantis fpeciem præbet. Ante Arcam duæ itidem figuræ, quarum virilis muliebrem pone fequitur; utraque vero ejufdem plane vultus, atque illæ, quæ in Arca funt, ut mecum viri harum rerum periti fentiunt. Ornamenta capitis in muliebri, eadem. Verum in hoc differunt duæ iftæ, quæ Arcam præeunt, quod utraque dextrum lacertum in cubitum erectum habet, quod in iis, quæ in Arca funt, nequaquam apparet. Infcriptionem ita lego, ΕΠ. Μ. ΑΥΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ Β. ΑΡΧΙ. ΑΠΑΜΕΩΝ. *Sub M. Aur. Alexandro II. Pontif. Apamenfium.* In fronte vero Arcæ hæ tres literæ non obfcure apparent, N, Ω, E. B Hujus fane typi tres mihi nummos, eofque æreos maximos (*Medaglioni* vulgo) vidiffe contigit. Unum fcilicet, eumque omnium integerrimum, cujus hic ectypum exhibuimus ex celeberrimo Mufeo Magni Etruriæ Ducis, cujufque mihi vifendi copiam fecit pro fua fingulari humanitate LEOPOLDUS Etruriæ Princeps, quem literis bonifque artibus alendis fovendifque natum, non modo Italia, fed Gallia etiam veftra, ac quicquid eft in Europa univerfa hominum literatorum admiratur & prædicat. Alterum poffidet PETRUS OTTOBONUS Cardinalis, egregiis animi dotibus, infignique do- C ctrina, atque ufu rerum præclariffimus; cui e veterum Nummorum afpectu graviffimis a laboribus folatium quærere non tam oblectamento eft, quam decori iis, qui hac eruditionis parte delectantur, Ampliffimi Ordinis ornamentum ingens fibi laudis focium habere. Tertium penes fe habet AUGUSTINUS CHISIUS Farnefii Princeps, ALEXANDRI VII. PONT. MAX. fratris filius, in cujus Mufeo alia etiam ejufdem raritatis ac pretii Numifmata extant. Ita fato quodam accidiffe videtur, ut quotquot, quantum ego fcio, illuftris hujus Antiquitatis monumenti exempla lucem viderunt, iis in ampliffimum locum perveniffe forte D obtigerit.

Cæterum egregiam huic Philippi Nummo lucem præbet ac viciffim mutuatur, Severi quem diximus, cujus typus a te ad Gottifredum miffus: in quo ego quoque me tibi non leviter obligatum fentio, quod conjecturæ meæ afferendæ tantum præfidii attuleris. Et vero non committam, ut ejus afpectum eruditorum oculis invidendo avarus nimium atque adeo iniquus videar in iis abfcondendis, quorum ipfe non nifi beneficio tuo particeps factus fum. Illum ergo ex tuo ectypo defcriptum hic profero, quem cum noftro Philippi conferre haud erit ftudiofis, opinor, injucundum. E



F

Ejus anterior pars, ut videre eft, Severi caput laureatum habet cum infcriptione vulgari, ΑΥΤ. Κ. Λ. ΣΕΠΤ. ΣΕΟΥΗΡΟΣ ΠΕΡΤΙ. *Imp. Cæf. L. Sept. Severus Pertinax.* Averfa, eadem, quæ in Philippi Nummo, fi pauca excipias, quorum diverfitas nefcio cælatori ne, an ei, qui Nummum excudit, tribuenda fit. Vereor enim, ne is ad diverfam, qua imbutus effet circa explicationem hujus Nummi, opinionem cælum accommodaverit. Ac primum vehementer fufpicor, Arcæ quidem fchema non aliud effe hic, atque in noftro; fed præjudicio fcalptoris factum effe, ut quæ re vera in utroque erecta Arca fingitur, cujus vertex fit pars ea, cui Columba infidet; in hoc ita repræfentetur, ac fi quicquid fpatii intercedit a loco, ubi pofita eft Columba, ad eum, in quo figuræ definunt, Arcæ ipfius longitudinem metiatur: quod verum minime effe ex noftro manifefto patet. Qualis enim effet Arcæ hujus forma, quæ quinque lateribus conftaret, verum haud æqualibus, anterioribus vero ita in obtufum angulum coeuntibus, ut quafi in cuneum definant? Quod autem ille unicum tantum in fronte latus expresserit, illudque ad normam directum inde fortaffe fieri potuit, quod Nummo in hac parte vetuftate attrito, angulum ex concurfu duorum laterum, qui in noftro perfpicuus fatis eft, minime deprehenderit. Eo etiam refero quod volucris, quæ ramum unguibus tenet, ad Aquilæ fpeciem aut alicujus ex Accipitrum genere, efficta fit: ex tribus enim aliis Philippi illam non aliam effe, quam Columbam, procul dubio conftat. Variat quoque hic nonnihil fchema figurarum, quæ funt in Arca. Harum namque quæ dextrum latus obtinet, brachiis feminudis atque ad pectus adductis apparet, altera lævum itidem brachium feminudum oftendit, neque ei velum e capite dependet, ut in noftro. Sed de his ii viderint, quibus Nummi ipfius Archetypum oculis ufurpare contigit. Infignis vero atque eruditorum obfervatione digna infcriptio, ΕΠΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ ΑΡΤΕ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΑΠΑΜΕΝΩΝ. *Sub Agonotheta Arte. Magnetum Apamenfium.* Agonothetæ quippe hic nomen infcriptum effe videtur, tanquam ejus, a quo in Apamenfium Faftis diftingueretur is annus, quo Nummus ifte cufus eft. Cujus vero generis fit, quidve denotet hoc loco Agonothetæ Magiftratus, haud eft propofiti noftri inveftigare: deque re ifta opportunius egimus in *Notis ad Infcriptiones Athleticas*, quas vulgabimus aliquando.

Jam vero, ut ad Nummum noftrum revertamur, quo clarius pateat, ad quam potiffimum ex diverfis urbibus, quæ Apameæ feu Apamiæ nomen tulerunt, referendus ille fit, ante omnia neceffarium arbitror de earum numero atque origine paulo curiofius inquirere. Sex itaque numero hujus nominis urbes agnofcunt Ortelius, atque ejus auctoritatem fecutus, ni fallor, Triftanus in *Gordian.* n. 19. Ego vero nonnifi quinque eas fuiffe libentius crediderim, quot itidem a Stephano diverfis in regionibus numerantur. Primo loco fit, quæ omnium celeberrima fuiffe videtur, Apamea Syriæ, olim Pella Macedonibus, de cujus origine, fitu, atque agri fertilitate multa apud Strabonem *lib.* XII. Secundum obtineat Apamea Phrygiæ Cibotus dicta, inter Afiaticas urbes poft Ephefum dignitate proxima, ad confluentes fluviorum Marfyæ & Mæandri pofita, ad quam pertinet infignis ille Gordiani Nummus apud Triftanum *Tom.* II. aliufque rariffimus Tiberii ex Thefauro CHRISTINÆ Reginæ cum Infcriptione, ΑΠΑΜΕΙΑϹ ΠΡΟϹ ΜΑΙΑΝΔΡΟΝ. Atque hæ quidem duæ notiffimæ apud Scriptores, præter quas unam in Bithynia, alteram in Media habet Strabo, quæ illi, ut opinor, eadem cum ea, quæ in Parthia, *apud Ragas*.

Ac quantum fane ad tres priores attinet, Straboni omnino confentit Stephanus. Diverfæ vero funt illi, ἡ ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ τῷ Τίγρητι περιερχομένη, *quæ in Mefene, Tigride circunfunditur*, quæque ab eodem in Perfide ponitur, Εὐδίσης πρὸς ἄρκτους.

A Aliæ quoque Plinio, atque aliis, urbes Apameæ nomine, quæ ab iis, quas adhuc nominavimus, diversæ videri possint. Non ideo tamen earum numerus temere augendus; existimandumque potius, Scriptores, ut alias sæpe populorum atque regionum, hic urbium harum nomina confudisse. Ac ne longius a re nostra abeamus, Stephanus idem, seu potius ejus Epitomator Hermolaus, illam ipsam Mesenes regionem, in qua Apameam collocat, quam recte quidem divisum alveo Tigrim complecti vult, ἐν ᾗ σχίζεται ὁ Τίγρις ποταμός, alibi pro Mesopotamia accipit, quod ea sit, ὑπὸ τῶν δύο ποταμῶν Εὐφράτου καὶ Τίγριδος μεσαζομένη, *a duobus fluviis* B *Euphrate ac Tigri intercepta;* ut jam observavit Salmas. in *Exercit. Plin.* pag. 698. Quo verisimilius fit, Apameam, quæ ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ Stephano dicitur, eandem esse cum illa, quæ aliis in Mesopotamia ponitur. Neque vero dissimulabo Plinium, præter istam in Mesene Apameam, de qua *lib.* VI. *c.* XXVII. aliam quoque ad Euphratem, *in Zeugmate* dictam, agnoscere *lib.* V. *cap.* XXIV. Sed & ipse falli ob regionum vicinitatem potuit, aut hæc eadem fortasse esse cum ea, quam Strabo in Media ponit, ut & illa, quam Plinius Mediæ oppidum facit *Raphane* cognominata eadem videtur fuisse, quæ Straboni C *lib.* XI. in Parthia est, ut Ortelio etiam placuit; atque ex eo probabilius redditur, quod narrat Strabo, Parthiam olim haud ita amplam fuisse provinciam, sua vero ætate amplificatam additis Camisena & Chorena regionibus, & quicquid est usque ad Portas Caspias, & Aragos, seu *Ragas*, ac Tapyros, quæ olim Mediæ fuerant; cujus quidem rei ignoratione verisimillimum est erroris occasionem præbitam iis, qui post Strabonem scripserunt, eandem urbem pro duabus usurpandi, quas crederent in diversis regionibus positas.

Atque in re simili allucinatus videtur diligens alioqui Antiquitatum Hispanicarum scriptor Genesius Sepulveda, qui Pacem Juliam a Pace Augu- D sta, seu Colonia Augusta Pacensi distinguit, quas quidem unam eamdemque urbem esse multis adversus ipsum adstruit Andreas Resendius, opusculo singulari *de Colonia Pacensi*. Quin & Strabo ipse, attento minus lectori Apameam unam in Parthia, alteram in Media posuisse videri possit; cum tamen unam eandemque fuisse, quæ *apud Ragas*, vix dubitari possit, ut locum utrumque ex *lib.* XI. conferenti manifestum erit. Quod si quispiam Apameas a Scriptoribus aliquando confusas minime largiatur, ego contra, non sex tantum Apameas, sed vel septem, aut octo, ex diversis Autorum locis E evincam. Nam præter celebrem illam Phrygiæ, aliam quoque cognomento Ciboton, ex Ptolemæo *lib.*V. *cap.*II. post *Geograph. Sac.* Caroli a S. Paulo, & Græca Episcopatuum Notitia, in Pisidia ostendam, quæ tamen in ea Provincia nulla fuit, solaque Ptolemæo imposuit regionum vicinitas; Phrygia enim, quæ Straboni παρόρειος, seu *pedemontana*, Pisidiæ erat contermina. Ac quod probabile minus sit, duas in sola Provincia Bithynia Apameas afferam, alteram a Prusia conditam, quam Strabo, Ptolemæus, Zosimus, & alii norunt; alteram, quam Nicomedem Epiphanem condidisse autor est Stephanus, atque ex eo Eustathius in F *Schol.ad Dionysium Periegetem* pag. 118. quod tamen me nemini persuasurum probe scio. Illa quoque ad adstruendum Apamearum numerum non levis conjectura, quam mihi suppeditat insignis Appiani locus in *Syriacis* pag. 124. ubi hæc de urbibus a Seleuco Nicatore conditis: Πόλεις δὲ ᾤκισεν ἐπὶ τὸ μῆκος τῆς ἀρχῆς ὅλης, ἑκκαίδεκα μὲν Ἀντιοχείας ἐπὶ τῷ πατρί, καὶ πέντ' ἐπὶ τῇ μητρὶ Λαοδικείας, ἐννέα δ' ἐπωνύμους ἑαυτῷ, τέσσαρας δ' ἐπὶ ταῖς γυναιξί, τρεῖς Ἀπαμείας, καὶ Στρατονίκειαν μίαν. *Urbes autem condidit per longitudinem imperii sui, sedecim quidem Antiochias a patre denominatas, quinque a matre Laodiceas, novem sibi cognomines Seleucias, quatuor ab uxoribus, tres Apameas, unam Stratoniceam.* Nam si tribus his Apameis, quas Seleucum ab uxore denominasse Appianus memorat, unam in Phrygia addas ab Antiocho ejus filio extructam, alteram in Bithynia a Prusia, quinque jam habebis, quot re vera extitisse arbitror hujus nominis urbes, quarum sane quatuor ab Apame Seleuci uxore, Antiochi Soteris matre, appellatæ, una ab altera itidem Apame Prusiæ uxore, cui fortasse id nominis fuit, quod ad Apamen illam Seleuci, genus suum aliquo modo referret: nam propagatum Apamæ nomen in Apame Antiochi sorore, quæ Magæ in matrimonium collocata est, observo ex Pausania in *Atticis*.

Proximum est jam, ut, quoniam de Apamearum numero egimus, de earundem appellatione atque etymo nonnihil dicamus. Mirifice enim hic quoque variasse video tum veteres Scriptores, tum etiam nonnullos ex recentioribus, ut infra ostendam. Apamearum porro originationem ex Hebraica ling. duxit Salmas. in *Exerc. Plin.* p. 826. cui etiam adstipulari video virum nostra ætate eruditione celebrem. In ea enim id vocabulum, *urbem cinctam, vel circundatam*, sonare narrat; idque ad illud referendum, quod *omnes urbes, quæ Apameæ vocatæ sunt, inter amnes sitæ fuerint:* quemadmodum & Gades insulam, & Gaddir Hispaniæ urbem inter duo Bætis ostia & mare undique aquis circundatam, a Phœnicio vocabulo nomen derivasse, quod *septem*, & περίφραγμα, & *locum circunseptum significat*. Sed vereor, ne ille hoc loco, ut alias sæpe, nova potius, quam probabilia dicere voluisse videatur. Quicquid enim sit de origine ipsa, an scilicet satis hic quadret, quando ea manifesto tot Autorum consensu ad Apamen refertur; vix credo omnes urbes, quæ Apameæ nomen tulerunt, inter amnes sitas fuisse, quod neque ex veteribus Geographis colligitur, & ipse saltem probare debuisset. Neque enim Apameam Bithyniæ, aut illam, quæ in Parthia erat, interamnas fuisse produnt Scriptores: deque earum etymo alioquin adeo inter eos convenit, ut aliam ejus originem investigare, lucem plane sit in meridie quærere.

Constat igitur Apameas omnes ab Apamis duabus illustribus ac regiis fœminis vocitatas: ac si res subtilius examinanda sit, ab antiquiore illa, uxore Seleuci, a qua alteri nomen derivatum verisimile est. Verum & circa Apamen ipsam varie errasse Scriptores comperio. Livius *lib.* XXXVIII. illam Seleuci sororem facit: *Migratum inde* (inquit ille) *veteribus Celænis, novæque urbi nomen inditum ab Apame sorore Regis Seleuci.* Ubi Salmasius libertate sane plus quam Decembri legit *uxore, quod editiones male habeant: ab Apame sorore Seleuci.* Id audacter sane factum MSS. Cod. reclamantibus; meo autem judicio etiam frivole. Sicuti enim in magnorum Autorum erroribus notandis diligentiæ laudem affectare φιλολόγου est, ejusque, in quo reverentiam Antiquitatis desideres; ita in omnibus eorum apicibus tuendis anxie laborare, aquam plane cribro haurire est. Nam, ut Quintiliani verbis utar *Instit. Orat.* lib. X. cap. I. & labuntur aliquando, & oneri cedunt: nec semper intendunt animum, & nonnunquam fatigantur. Familiaria vero illis hujusmodi μνημονικὰ ἁμαρτήματα, qualia non modo Galenum, Maximum Tyrium, atque alios, sed disertissimum etiam Romuli nepotum admisisse advertit H. Stephanus in *Notis ad Æschylum*, ac Critici passim. In Livio autem fatalis quodammodo videri possit

hujusmodi in cognationis appellationibus incogitantia: cujus quidem illustre exemplum a nemine adhuc, quod sciam, observatum, suggessit mihi Vir longe doctissimus atque eruditissimus Alexander Pollinus. Qui enim apud Livium *lib.* XXVII. ait Massiva, se orbum a patre relictum cum *avunculo* Masanissa in Hispaniam trajecisse; *fratris filius* a Masanissa ipso appellatur apud eundem *l.* XXVIII. ubi hæc de Masanissa: *Prope attonitus ipso congressu Numida, gratias de fratris filio remisso* (Massiva) *agit*. Opportune magis atque ingenue Glareanus ad eum locum, de quo superius (miror autem inter tot viros doctos, qui in Livio emendando aut illustrando operam collocarunt, illum unum hic vidisse) Romanæ Historiæ Principem, quantum licet, excusat; quasi is circa hujusmodi barbarorum nomina haud multum fuerit sollicitus. Neque est cur quispiam Livium tuendi anxius ipsum cum Auctoribus cæteris conciliare laboret, quod nempe Apame eadem Seleuci soror atque uxor esse potuerit, solenni Ptolemæorum atque aliorum etiam Asiaticorum Regum more: veniendum enim illi in controversiam erit cum Strabone *libr.* XII. qui Apamen Seleuci uxorem, Artabazi filiam fuisse prodit. Apamen quoque Livii vestigia secutus, Seleuci non uxorem, sed sororem fecit Tristanus in *Gordian.* n. 39. Sed quod mirari satis nequeo, Strabonem *lib.* XII. tanquam Livio concordem in sententiam suam citat; qui tamen diserte ibidem Apamen Seleuci uxorem nominat. Strabonis verba ipsa, ne Tristanum indicta causa damnasse videar, huc afferam. Sic igitur ille *loco si prædicto*: Ἐντεῦθεν δ' ἀναστήσας τοὺς ἀνθρώπους ὁ Σωτὴρ Ἀντίοχος εἰς τὴν νῦν Ἀπάμειαν, τῆς μητρὸς ἐπώνυμον τὴν πόλιν ἀπέδειξεν Ἀπάμας, ἣ θυγάτηρ μὲν ἦν Ἀρταβάζου, δεδομένη δ' ἐτύγχανε πρὸς γάμον Σελεύκῳ τῷ Νικάτορι. *Atque inde* (e veteribus nempe Celænis, loquitur enim de Apamea Phrygiæ) *cum cives transtulisset Antiochus Soter in eam, quæ nunc dicitur, Apameam, ei a matre Apama nomen fecit, filia Artabazi, quæ nuptum data fuerat Seleuco Nicatori*. Quod vero Plinium sibi eadem de re testem advocat *cap.* XXIX. *lib.* V. perperam etiam facit: nam neque apud Plinium *loco cit.* verbum ullum de Apame; neque alibi illum Apamen Seleuci sororem dixisse puto. Quomodo enim sibi constaret, qui *lib.* VI. *cap.* XXVII. hæc habet? *Item Apamiæ, cui nomen Antiochus matris suæ imposuit, Tigris circumfunditur*. Ubi notandum, Apameam ab Antiocho conditam illam dici a Plinio, quæ in Mesene, quod & Solinus credidit, si id verum est, quod supra innuimus, Apameam apud Tigrim non aliam re vera esse, quam quæ aliis Autoribus in Mesopotamia ponitur. Sed uterque fallitur, si verus est Strabo, cujus autoritatem ego sequi malim. Ea enim est Apamea Phrygiæ, ut vidimus: nisi forte plures Antiochus Apameas, matris nomine denominatas, condidit; qua tamen de re nihil, quod sciam, apud Scriptores. Diverso tramite a vero aberravit Stephanus, cui, Ἀπάμεια Συρίας πόλις ἀπὸ Ἀπάμης τῆς Σελεύκου μητρός. *Apamea urbs Syriæ ab Apame Seleuci matre*: quod quam verum sit ex Appiano & Strabone supra citatis patet. Atque hinc obiter animadvertere licet, quam caute hujusmodi Autores legendi sint, qui magno literarum detrimento non ipsi αὐτοπρόσωποι nobiscum loquuntur; sed ineruditis posterioris ævi Grammaticis larvam commodant qui illos non modo in Epitomen redigendo decurtarunt, sed inficetis etiam suis glossematis corruperunt; quod, cum Stephano, tum Suidæ, atque aliis accidisse notarunt Viri docti.

Cæterum inter tot diversas Apameæ nomine urbes appellatas una Romanorum colonia fuit, Plinio *lib.* III. *cap.* XXXII. ac Strab. *lib.* XII. autoribus, Bithyniensis Apamea, ut ex Ulpiano etiam ostendit Panvin. lib. III. *de Rep. Rom.* Cujus quoniam hic mentio incidit, haud sane silentio præteribimus, quantum circa ejus appellationem pugnare inter se videantur Strabo ac Plin. Strabo. verba sunt *lib.* XII. Ἀναλαβὼν δ' ἐκεῖνος ἐκ τῶν ἐρειπίων αὐτὰς, ἐπωνόμασεν ἀφ' ἑαυτοῦ μὲν Προυσιάδα πόλιν τὴν Κῖον, τὴν δὲ Μυρλείαν Ἀπάμειαν ἀπὸ τῆς γυναικός. *Is* (Prusias scilicet) *has urbes a ruderibus excitatas Cium, Prusiadem a se, Myrleam ab uxore, Apameam denominavit*. Apamea igitur Strabonis ætate, quæ olim Myrlea, ut alibi disertius etiam ille eodem *libro*. Contra Plin. *loco* paulo ante *citato*: *Deinde flumen Gebes, & intus Helgas oppidum, quæ Germanicopolis alio nomine Booscete, sicut Apamia, quæ nunc Myrlea Colophoniorum*. Anne vero eandem Bithyniæ urbem, quæ Strabonis tempore Apamea dicta est, Plinii sæculo suum illud antiquum nomen repetiisse credibile est? Augeri suspicio possit, quod Cium quoque urbem, quam Prusiadem a Prusia vocatam ex Strabone audivimus, veteri item nomine appellat Plin eodem *capite*, ubi descriptionem Bithyniæ prosequitur: *Postea sinus, in quo flumen Ascanium, oppidum Brylion, amnes Hylas, & Cios cum oppido ejusdem nominis*. Sed quomodo rursus quæ Plinio Myrlea, posterioribus temporibus Apamea appellari potuit a Zosimo, Stephano, Eustathio, in *Notitia Græca Episcopatuum*, in subscriptionibus Conciliorum; idque nominis tandiu constanter retinere, quod ad sua usque tempora durasse Sophianus testatur? Credideram aliquando Plinium cum Strabone autoritate Critica reconciliari posse, mutata, quod ibi mendum suspicarer, veteri lectione, ut uno tantum verbo transposito legeretur: *sicut, quæ nunc Apamia, Myrlea Colophoniorum*. Sed quorsum id, si rursus committendus ille mihi foret cum Mela, quem non semel citat ac laudat Plin. & non pauca etiam ab ipso mutuatur? Mela siquidem *lib.* I. *c.* XIX. ait in descriptione Bithyniæ, in qua nullam Apameæ mentionem facit: *Trans Rhyndacum est Dascylos, & , quam Colophonii collocavere, Myrlea*: quod admiratione dignius est in eo Scriptore, qui Straboni fuit prope æqualis. Hæc profecto obscura sunt, atque ἀσύστατα; sed de iis illustrandis aut componendis viderint eruditi. Ego vero, ut tandem de Apameis loquendi finem faciam, addam corollarii loco, quod inobservatum minime videtur prætermittendum, ter a Strabone, tres diversas hujus nominis urbes, cum tribus itidem *Laodiceis* componi, (plures enim fuerunt *Laodiceæ* nomine urbes, non una tantum Syriæ, ut existimasse videtur Joannes Quintinus in *Præfatione ad Zonaram in Canones*) quod quidem haud temere fecisse accuratissimum Scriptorem verisimile est, eoque potius respexisse credendum, ut eas conjunctim nominando, ὁμόνοιαν illam, seu societatem mutuam significaret, quæ inter urbes hujus nominis intercederet, quod scilicet disertius tradit *lib.* XVI. de Apamea & Laodicea Syriæ, quæ, ἐλέγοντο ἀδελφαὶ διὰ τὴν ὁμόνοιαν, *propter concordiam sorores dicebantur*: quemadmodum etiam appellatas esse Laodiceam & Seleuciam ex Eustathio disco in *Schol. ad Dion. Perieg.* Hujus vero appellationis originem ad id referendam censeo, quod cum urbes istæ ab eodem essent conditæ Seleuco Nicatore, ac veluti ejusdem patris filiæ, cognomentum illud affectionis ad declarandam inter se mutuam ex cognatione benevolentiam usurparent. Neque alias insolitum in antiquitate Civitates, sorores appellari. Sic Uticam Carthaginis sororem vocat Tertullianus in lib. *de Pallio*; ideo fortasse, quod, ut habet Mela *lib.* I. *cap.* VII. essent Utica & Carthago *ambæ inclytæ, ambæ a Phœnicibus*

conditæ. Sic Sodoma & Samaria sorores Hierusalem appellantur a Hieronymo ex *Ezechielis* XVI. ut jam notavit Ludovicus d'Orleans in *Comm. ad Tacit.* XI. *Annal.* Quod vero ad ΟΜΟΝΟΙΑC vocabulum illustrandum facit, solenne illud quidem in Nummis ad designandam inter duas aut plures etiam urbes fœderis societatem, non dubito te olim observasse in locupletissimo Gottifredi nostri *Thesauro* præclaros æreos nummos maximos, in quibus illustrium præcipue Civitatum ΟΜΟΝΟΙΑΝ legere est; ΕΦΕCΙΩΝ ΚΑΙ CΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ in M. Aurelio. ΕΦΕCΙΩΝ ΚΑΙ ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΚΑΙ ΕΦΕCΙΩΝ. CΑΡΔΙΑΝΩΝ CΙΔΙΝΕΝΤΟC in Commodo. ΕΦΕCΙΩΝ Κ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ Κ. CΜΥΡΝΑΙΩΝ in Gordian. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΕΦΕCΙΩΝ in Otacilla Severa. Nihil autem eo verisimilius, quod ipse animadvertisti ex egregio illo tuo ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ, ad designandam ΟΜΟΝΟΙΑΝ, seu fœderis communionem apponi solitas in hujusmodi Nummis Icones Numinum, quæ in unaquaque urbe potissimum colerentur. Cui sane opinioni tuæ non parum favent, quos & abs te apud eundem Gottifredum observatos puto, selecti Nummi, in quorum aversis partibus totidem Numinum Icones, quot in iis urbium mentio fit, non sine consilio apposita credere consentaneum est. Nam sicuti e duobus M. Aurelii & Commodi, in quorum altero ΕΦΕCΙΩΝ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ; in altero vero CΤΡΑ. Μ. CΕΛΛΙΟΥ. ΟΜΟ. ΝΕΙΚΟΜ. CΜΥΡ. illud Dianæ Ephesiæ & Jovis, hoc Cereris & Cybelis Icones exhibet; ita in egregio Nummo Antonini Pii, qui CΜΥΡ. ΠΕΡΓ. ΕΦΕCΙΩΝ ΟΜΟΝ. habet, Dianam Ephesiam, Fortunam, & Æsculapium cernere est.

Ac de Apamearum historia, quod a re nostra alienum minime videbatur, prolixius quidem tecum egi, VIR DOCTISSIME, non quod novi quicquam, quodve eruditionem tuam fugeret, me dicturum esse confiderem; sed ut quæ sparsim apud veteres Scriptores de iis habentur, veluti unico conspectu ob oculos repræsentarem: quod & tibi haud ingratum fore spero; mihi vero etiam opportunum, ut tibi rem propius inspicienti, meam de insigni hoc Nummo Apameæ Syriæ tribuendo opinionem facilius probem, cui, ob ea, quæ infra dicturus sum, non invitus, ut puto, accedes.

Venio nunc ad Nummi ipsius explicationem; cujus quidem summam, ut paucis aperiam, ajo in ejus aversa, quantum conjectura assequi licet, decantati illius Deucalionei Cataclysmi memoriam ab Apamenli Monetario fuisse expressam; illud, quod navigii genus quodpiam diximus Arcam repræsentare, cujus ope servatum Deucalionem narrant fabulæ, in Arca Deucalionis ipsius & Pyrrhæ simulacra extare. Deucalionis sane Cataclysmus notissima res est, si quæ ulla, apud Mythologos atque earum celeberrima, quas e Sacris Bibliis depromptas, ac veluti per manus traditas ab hominum memoria, constanter retinuit Antiquitas. Verum ita fabularum involucris larvata veritas, ut in Noemico potius Diluvio Deucalionei originem, quam in Deucalioneo Noemici historiam liceat agnoscere. Mirifice quippe, ut est fabularum inconstantia, Diluvii hujus caussas, tempus, modum, confuderunt Veteres; ut etiam non semel, quod re vera accidit, sed ter aquis demersum Orbem terrarum crederent; ut omittam quæ de Deucalione ipso, quem non unicum tantum, sed triplicem esse voluerunt, deque ratione & loco, quo ille primum ex aquis emerserit, perperam commenti sunt: quæ hic referre longum ac supervacaneum esset. Non adeo tamen illi, in tenebris licet positi, cæcutierunt, ut vestigia nulla veritatis, quam ex ipsis Sacris Literis, aut ex antiquissimorum Scriptorum monimentis sunt mutuati, in eorum fabulis sit deprehendere; liceatque de iis illud usurpare, quod de Poetarum filiis Lactantius *de orig. Error.* lib. II. illos non omnino mentiri solitos, sed figuris involvere & obscurare quæ dicerent. Sic ut Noe Arcam Moses, ipsi Deucalioni κιβωτὸν, aut λάρνακα tribuerunt; unde Larnassus, Stephano teste, vetustis illis temporibus, dictus, διὰ τὸ τὴν Δευκαλίωνος λάρνακα αὐτόθι προσενεχθῆναι, qui postea unius literæ mutatione Parnassus Thessaliæ mons; quo, ut ad Armeniæ montes delatam aquis Noe Arcam habetur in Veteri Testamento, ipsi quoque appulsam Deucalionis Arcam crediderunt. Sic columbæ missionem, ut de Noe legimus, Deucalioni aquarum e facie terræ dilabentium indicio fuisse ab iis traditum. Porro Deucalionei Cataclysmi, atque Arcæ etiam, in qua illum servatum fama fuit, innumeros plane Autores meminisse nemo, vel leviter eruditus, ignorat, Mythologos præsertim ac Poetas; quos inter, Christianum hominem, Christianæ etiam Poeseos sacris initiatum, Nonnum, non puduit explosam jam fabulam recoquere his grandiloquis versibus *Dionys.* lib. III. quibus post descriptum Ogygium Diluvium, hæc de Deucalioneo:

Δεύτερος ὄμβρος ἔην, ὅτε κυκλάδος ἄντυγα γαίης.
Χεύματι λυσσήεντι κατέκρυφε δύσνιφον ὕδωρ,
Δευκαλίων ὅτε μοῦνος ὁμόστολος ἥλικι Πύρρῃ
Ὀλλυμένων μερόπων ἐνὶ λάρνακι κοιλάδι τέμνων,
Χεῦμα παλινδίνητον ἀτεκμάρτου νιφετοῖο
Ἠέρος ὑδατόεντος ἕλιξ πορθμεύετο ναύτης.

Altera pluvia erat, cum circularis ambitum terræ
Fluctu insano abscondebat infeliciter ningens aqua,
Deucalion cum solus comes cum coæva Pyrrha
Pereuntium hominum in cava arca secans,
Fluctum revolutum immensæ pluviæ
Aeris aquosi in gyrum trajiciebatur nauta.

Ubi sane cur λάρνακα *navim* Lubinus verterit nescio; cum λάρναξ *arca* sit passim Græcis Scriptoribus. Omnium vero maxime fabulosum hunc Cataclysmum, ad Noemici exemplum expressit Lucianus in *Syntagmate de Dea Syria*. Locum integrum, quando id res ipsa postulare videtur, huc afferre non verebor. Post Diluvii igitur compendiosam narrationem, hæc ille de Deucalione: Δευκαλίων δὲ, μοῦνος ἀνθρώπων ἐλίπετο ἐς γενεὴν δευτέρην, εὐβουλίης τε, καὶ τοῦ εὐσεβέος εἵνεκα. ἡ δέ οἱ σωτηρίη, ἥδε ἐγένετο. λάρνακα μεγάλην, τὴν αὐτὸς εἶχε, ἐς ταύτην ἐσβιβάσας παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἑωυτοῦ, ἐσέβη. ἐσβαίνοντι δέ οἱ ἀπίκοντο σύες, καὶ ἵπποι, καὶ λεόντων γένεα, καὶ ὄφιες, καὶ ἄλλα, ὁκόσα ἐν γῇ νέμονται πάντα ἐς ζεύγεα, ὁ δὲ, πάντα ἐδέκετο. καί μιν οὐκ ἐσίνοντο, ἀλλά σφισι μεγάλη διόθεν φιλίη ἐγένετο. καὶ ἐν μιῇ λάρνακι πάντες ἔπλευσαν, ἔστε τὸ ὕδωρ ἐπεκράτεε. *Deucalion autem solus hominum relictus est in secundam generationem, prudentiæ & pietatis gratia. Servatus autem fuit hoc pacto. Magnam quandam arcam, quam ipse habebat, liberis & uxore in eam impositis, conscendit. Ingredientem sequuti sunt apri, equi, leones, serpentes, & alia quæcunque in terra pascuntur, bina cuncta. Quæ omnia excepit: nec ipsum lædebant; sed magna inter eos divinitus erat concordia: unaque in arca omnes navigarunt quandiu aqua superavit.* Constat itaque (nam hæc de Deucalione a Græcis accepisse fatetur Lucianus) ad Noemicæ illius Arcæ imitationem, Deucalionis κιβωτὸν, seu λάρνακα effinxisse veteres fabulatores. Quod idcirco dixisse volui, ne quispiam contra quam in Nummo nostro apparet, non arca, sed cymba potius, aut quovis alio navigii genere servatum opinione Veterum Deucalionem

opponat, fretus Ovidii autoritate, apud quem hæc de Deucalionis ad Parnassum appulsu legere est:

Hic, ubi Deucalion (nam cætera texerat æquor)
Cum consorte tori parva rate vectus adhæsit,
Corycidas nymphas, & numina montis adorat.

Aut Juvenalis, cujus sunt hi versus *sat.* I.

Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor
Navigio montem ascendit, sortesque poposcit,
Paulatimque anima caluerunt mollia saxa.

A quibus sane ob eam, qua Poetarum jure utuntur quidlibet audendi potestate, non exacta admodum expectanda est in rerum antiquarum narratione diligentia, aut fides. In nostro vero Nummo, quantum in re tali fieri potuit, Arca non dubie expressa. Nam vix aliud Veteres etiam esse potuit; κιβωτȣ͂, seu Arcæ schema, quam quadrilaterum, quale hujus fuisse ex duobus, quæ apparent, lateribus videtur: potissimum enim ejus usum fuisse recondendis vestimentis docet nos Aristophanis Scholiastes in *Equit.* quo autore, κίστη, *cista*, ac κιβωτὸς, *arca*, in eo præcipue differunt, ὅτι ἡ μὲν εἰς ὑποδοχὴν ἐστιν ἐδεσμάτων· ἡ δὲ ἱματίων, καὶ χρυσοῦ ἡ κιβωτός. *Quod cista eduliis condendis; arca vestimentis, atque auro servando est.* In eo autem ista a vulgaribus differt forma, quod altius assurgit, ac veluti camerata est. Ac tres illi, ut apparent, tigilli, erecti duo, transversus alter, Arcæ ipsius, meo judicio, orthographiam designant, quod necesse erat ad exhibendam interiorem ejus partem, ubi Deucalionis & Pyrrhæ collocanda simulacra erant: ut non ab re prorsus Arcam nostram, θυριδωτὴν, *fenestratam*, ut eam, cujus mentio apud Pollucem *lib.* X. *cap.* XXXI. appellare liceat. Jam vero exhibita inferius aquarum species, quibus innatantem Arcam cernere est, annon conjecturæ nostræ ita suffragatur, ut vel ex hoc uno eam æquis lectoribus me probasse jure possim contendere? Verum nulla repræsentati hic Deucalionei Cataclysmi illustrior nota, quam binæ illæ Columbæ, quarum altera Arcæ vertici insidet, altera oleæ ramum, ut tua etiam atque aliorum fert opinio, unguibus tenens, Arcam versus volatu ferri videtur. Quo nihil apposite magis fieri poterat ad exprimendam, seu verius ob oculos ponendam, duplicem Columbæ missionem a Deucalione factam, quam in hunc modum refert Plutarchus *de Solert. Animal.* Οἱ μὲν οὖν μυθολόγοι τῷ Δευκαλίωνί φασι περιστερὰν ἐκ τῆς λάρνακος ἀφιεμένην, δήλωμα γενέσθαι, χειμῶνος μὲν, εἴσω πάλιν ἐνδυομένην, εὐδίας δὲ, ἀποπτᾶσαν. *Sane qui fabulas narrant, ii columbam ajunt ex arca emissam, Deucalioni certum indicium detulisse, tempestatis, cum rursus ingrederetur, serenitatis, cum avolasset.* Illud namque a columba supra Arcam quiescente significatur; hoc a referente ramum, qui dilabentium aquarum indicio fuit. Cæterum simulacra, quæ in Arca sunt, Deucalionis & Pyrrhæ esse, adeo post ea, quæ diximus, res ipsa clamare videtur; ut vix monitore, ne dum interprete, opus sit. Illud potius animadversione dignum, quorsum pertineant utriusque extra Arcam Icones. Quando autem etiam hariolari in re obscura licet, conjecturam, seu verius suspicionem, de ipsis meam proponere minus verebor, Deucalionem scilicet ac Pyrrham nihil aliud fortasse hoc loco agere, quam ex Themidis oraculo magnæ parentis post tergum ossa jactare, ut cum Ovidio loquar. Certe figurarum gestus is est, ut non male ei tribui possit, qui aliquid post tergum projecturus sit, in Nummo præsertim, qui non ita peritum ac diligentem artificem sortitus fuerit. Adde, quod prætermittendum minime est, velatum Pyrrhæ caput, at in iis Themidis præcipitur apud Ovidium *Metamorph.* I.

Et velate caput, cinctasque resolvite vestes,
Ossaque post tergum magnæ jactate parentis.

Quod tamen in Deucalione minime observatum, ac contrarium etiam in Pyrrha, quantum ad vestem discinctam attinet, ultro fateor. Sed meminerint ii, quibus hæc minus arriserint, me Davum hic, non Oedipum agere.

Jam vero hoc loco, si unquam alibi, patrocinio tuo mihi opus est, VIR DOCTISSIME, quando rem plane incredibilem, atque ab Antiquariis vix sine risu audiendam cogor proponere; inscriptum nempe in Arcæ fronte ΝΩΕ nomen. Ac primum ego te hic testem appelio, qui in re Nummaria

—— *tam cernis acutum,*
Quam, aut aquila, aut serpens Epidaurius.

quamvis ubi res ipsa loquitur, vix ullum testibus locum relictum esse videatur. Vidisti ipse non sine admiratione in ejus, quem hic excusum exhibemus, Archetypo literas tres, Ν, Ω, Ε, in illo vero, qui est Ottoboni Cardinalis, non obscure primam Ν. nam in Chilio literæ ævo prorsus deletæ. Vidit eos ipsos Nummos Antiquariorum solertissimus, cujusque judicio nemo non acquiescat, Franciscus Gottifredus. Viderunt alii etiam Viri cordati atque eruditi, quorum nomina, ne hic judicium instruere videar, consulto reticeo. Neque est cur vereatur aliquis, quod aliter sit in Nummo Severi, (in quo Parisiensis ectypi fidem sequi cogor) ne hæ tres literæ integri vocabuli pars sint, cujus reliqua in altero Arcæ latere, vetustate fortasse attrita minime deprehenderim; illudque fortasse sit, quod βουστροφηδὸν seu sinistrorsum legi debeat, ΝΩΕΜΑΠΑ, pro ΑΠΑΜΕΩΝ. Nam, præterquam quod literæ Ε, & Ν, ut nunc sunt, perverse ad eam scripturam essent collocatæ; viderint quibus hæc suspicio occurrat, num id, quod in fronte Arcæ superest spatii, quatuor, ut opus esset, integras literas ΑΠΑΜ capiat: discantque interim a me, testimonio tuo, atque aliorum qui Nummum a me super hac re consulti inspexerunt, in altera Arcæ parte nihil minus, quam literæ alicujus vestigia apparere.

Hæc de re ipsa præfati, illos, qui in *Dissertatione* nostra hunc Nummum inspecturi sunt, tantisper judicium sustineant rogamus, dum, quod spero consequemur, nos hic non omnino frustra fuisse ostendamus. Neque vero ipsi, pro sua eruditione atque doctrina, negabunt, opinor, quod ex Christianis Autoribus, qui adversus Gentes scripserunt, manifestum est, Barbaros, atque ipsos etiam Græcos, plurima ex Judaicis Antiquitatibus, eque ipsis Sacris Bibliis transtulisse ad superstitiones suas ac sacra, colore veluti aliquo religionis, aut consensu saltem antiquitatis, commendanda. Mitto, existimasse Clementem Alexandrinum lib. V. *Strom.* Numam Romanorum Regem, illum Mosis e scriptis fructum cepisse, ut Romanos a Dei simulacro, vel in hominis, vel in cujusquam animantis speciem fingendo averteret. Mitto etiam, quod, ex eodem Clemente, Aristobulum Peripateticum sensisse video, Platonem Hebræorum leges atque instituta curiose diligenterque investigasse, ac plane excussisse: Numenium Philosophum itidem apud Clementem, nihil aliud Platonem esse contendere, quam Mosem Attica lingua loquentem. Atque, ut propius in rem nostram descendam, quæ de Gigantibus commenti sunt veteres Mythologi, non aliunde originem duxisse, quam ex iis, qui ex Angelorum Dei cum filiabus hominum concubitu nati sunt filii, haud obscure innuit Josephus lib. I. *Antiquit.* cap. IV. De Turris autem Babylonicæ ædificatione non solum disertum Sibyllæ testimonium profert Josephus idem *ibid.* V. sed Abydeni etiam, atque Eupolemi antiquo-

tiquorum Scriptorum, ex Alexandro Polyhistore Eusebius *Præpar. Evangel.* lib. IX. cap. XIV. Verum hæc trita quidem, ac vulgo passim obvia. Illa non item, quæ de rebus e Sacra Historia ad Gentium Mythologiam traductis animadverterunt Viri docti. Nam in uno Baccho, mirum quot quantaque ad Mosaicorum gestorum similitudinem conficta in Veterum monimentis deprehenderunt. Ipsum nempe in Ægypto natum, statimque arcæ inclusum, atque in aquas projectum. Ad hæc, aquam ab ipso, percussa thyrso petra, eductam, flumina itidem thyrsi ope exsiccata ac trajecta; quodque animadversione dignius, ab Autore *Hymnorum*, qui Orphei nomine circunferuntur, Bacchum, & Μίσην, pro *Mose*, & θεσμοφόρον, *legiferum*, fuisse appellatum, & bifidas etiam in vertice comas habuisse; quemadmodum & Moses, vulgo corniger: ne quid dicam de baculo hederaceo a Baccha in serpentem verso, deque offusis apud Indos tenebris, dum Bacchæ interim luce fruerentur; quæ sane non nisi ex antiquioribus Mythologis Nonnus in *Dionysiaca* transtulit. Insignia quoque sunt ad hunc locum quæ habet Pausanias, Eurypylum, cum arcam Libero sacram reclusisset, in qua ejus simulacrum asservabatur, eo viso statim mente excidisse: quod ex illo I. *Samuelis* est VI. 19. ubi Betsemitas a Deo percussos legitur, quod in Arcam introspicere ausi essent. Omnino vero ad plagam a Philistinis in Hæmorrhoidibus acceptam ob Arcam neglectam illa expressa sunt, quæ de Phallos Baccho dedicandi origine e fabulis deprompta venditat Aristophanis Scholiastes in *Acharnen.* Athenienses ob spreta Bacchi mysteria in pudendis morbo correptos, non antea ab eo convaluisse, quam Phallos, hoc est, illarum partium icones, in quibus Numinis iram experti fuerant, ipsi sacrassent. Sed & illustria Veteris Testamenti nomina profanis diversarum gentium Scriptoribus innotuisse nemo sane ignorare potest, qui præter vulgata illa de Mose apud Diodorum, Tacitum, Justinum, aliosque, nonum Eusebii librum *de Præparatione Evangelica* legerit, in quo ille, cum de Abrahami rebus gestis Hecatæum justum volumen scripsisse tradit; tum vero, Jacobi, Josephi, Jobi, Davidis, Salomonis, Jeremiæ Prophetæ mentionem fieri apud antiquos Scriptores, Berosum, Demetrium, Aristæam, Artapanum, Theodotum, Eupolemum, Alexandrum Polyhistorem, Nicolaum Damascenum, Melonem, Philonem, Abydenum, Megasthenem, ex eorundem monimentis ostendit. Generatim vero Antiquitatum Hebraicarum vestigia extare in Syrorum, Chaldæorum, Phœnicum Historiis, refert Josephus l. I. *adv. Appion.* quarum Historiarum autores nominat, Theophilum, Theodotum, Mnaseam, Aristophanem, Hermogenem, Euhemerum, Cononem, ac Zopyrionem. Jam vero Noemici Diluvii, Noeque ipsius, Arcæ ligneæ beneficio servati, meminisse præter Berosum, Hieronymum quoq; Ægyptium, ac Nicolaum Damascenum testatur Josephus idem *Antiquit.* l. I. c. IV. Quin ut Diluvium Noe Medis & Assyriis Scriptoribus haud ignotum fuisse probet, profert Eusebius luculentum Abydeni testimonium, quod, quandoquidem lepidam ob aniles assutas fabulas Diluvii narrationem continet, huc adscribere non abs re futurum existimo: in *Præpar. Evang.* l. XI. c. XII. Μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἦρξαν, καὶ Σείσιθρος, ᾧ δὴ Κρόνος προσημαίνει μὲν ἔσεσθαι πλῆθος ὄμβρων Δεσίου πέμπτῃ ἐπὶ δέκα, κελεύει δὲ πᾶν ὅτι γραμμάτων ἦν ἐχόμενον, ἐν Ἡλίου πόλει τῇ ἐν Σιππάροισιν ἀποκρύψαι. Σείσιθρος δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ποιήσας, εὐθέως ἐπ' Ἀρμενίης ἀνάπλεε, καὶ παραυτίκα μιν κατελάμβανε τὰ ἐκ Θεοῦ· τρίτῃ δὲ ἡμέρῃ ἔπειτα ὧν ἐκόπασε, μετίει τῶν ὀρνίθων πεῖραν ποιούμενος, εἴκου γῆν ἴδοιεν τοῦ ὕδατος ἐκδῦσαν· αἱ δὲ ἐκδεχομένου σφέας πελάγεος ἀχανέος, ἀπορέουσαι ὅκη κατορμήσονται, παρὰ τὸν Σείσιθρον ὀπίσω κομίζονται, καὶ ἐπ' αὐτῇσιν ἕτεραι, ὡς δὲ ταῖσι τρίτῃσιν εὐτύχεεν, ἀπίκοντο γὰρ δὴ πηλοῦ καταπλεοι τοὺς ταρσοὺς, θεοί μιν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζουσι· τὸ δὲ πλοῖον ἐν Ἀρμενίῃ περίαπτα ξύλων ἀλεξιφάρμακα τοῖσιν ἐπιχωρίοισι παρείχετο. *Huic tum alii plerique, cum etiam Sisithrus in Imperio successit, cui cum Saturnus imbrium vix maximam decimo quinto mensis Desii fore prædixisset, & quicquid literis comprehensum erat, id totum apud Heliopolim Sipparorum occultari seponique jussisset, & is Dei mandatis obsequutus continuo navigationem Armenios versus instituit, in qua repentino divinæ prædictionis eventu occupatur; tertio autem die, quam tempestas remitti cœperat, aves emittit explorandi gratia, sicubi terram undis emersam atque existentem viderent. Quæ cum immensum in pelagus incidissent, nec quo succederent omnino quicquam occurreret, ad Sisithrum denuo revolarunt, aliæque postea similiter emissæ. At cum tertio idem fecisset, votique compos evasisset, (quippe volucres alis limo plenis redierant) illico Deorum numine, hominum societati, oculisque subducitur; navigium autem ad Armeniam appulsum, amuleta suis e lignis confecta, quæ de collo suspensa gestarent, indigenis suppeditavit.* Nonne vides hic, VIR ERUDITISSIME, Mosaicæ veritatis manifesta vestigia in iis, quæ noster de avium missione, ac reditu, deque Arcæ, cujus ille loco, ut Berosus quoque, navigium finxit, ad Armeniæ montes appulsu? ut merito Sisithrum hunc eundem cum Noe fuisse ita fortasse Assyrio vocabulo appellatum crediderit qui hunc ipsum Abydeni locum profert in libris *adversus Julianum* Cyrillus Alexandrinus. Nonne egregia inserta commenta de prænunciato a Saturno Diluvii die, datisq; Sisithro mandatis de recondendis in urbe Heliopoli literarum monimentis? Observatu etiam digna mihi videntur, quæ de amuletis e ligno Arcæ ab Armeniis sibi comparatis refert, quod etiam de bitumine ab ea abraso narrat Berosus apud Josephum l. I. *Antiquit.* c. IV. Diluvii item historiam, licet haud adeo prolixam legere est apud Eusebium *Præpar. Evangel.* l. IX. c. XIX. ex Melone in *Opere adversus Judæos*: Κατὰ τὸν κατακλυσμὸν (inquit ille) ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ἀπελθεῖν τὸν περιλειφθέντα ἄνθρωπον μετὰ τῶν υἱῶν ἐκ τῶν ἰδίων ἐξελαυνόμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, διανύσαντα δὲ τὴν μεταξὺ χώραν, ἐλθεῖν εἰς τὴν ὀρεινὴν τῆς Συρίας οὖσαν ἔρημον. *Virum quendam, qui cum filiis diluvium effugerat ab indigenis Armenia pulsum, ædibusque ac possessionibus ejectum suis, intermediam regionem transgressum, in desertos Syriæ montes secessisse.* Ubi animadvertas velim quæ de homine illo ignoto ex Armenia profugo, atque in Syriam montanam, eamque incultam ac inhabitabilem se recipiente hic narrantur. Illa enim non contemnendæ suspicioni aditum patefaciunt, ex hac recepta apud Syros opinione invaluisse postmodum, fabulis subinde irrepentibus, tam magnam Diluvii memoriam, quantam ex Luciano inferius videbimus; idque aut ob rei ipsius magnitudinem, aut quod eam fortasse Syriæ partem, quæ deserta hic dicitur, ab eo primum excultam, aut insigni aliquo hujusmodi beneficio affectam crederent ejus regionis incolæ. Illum vero non alium fuisse, quam Noe, Syrus Scriptor credidit Nicolaus Damascenus. Ejus de hac re verba ex *lib.* XCVI. extant hæc apud Josephum l. I. *Antiquit.* c. IV. Ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μινυάδα μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμενίαν Βάρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι, καί τινα ἐπὶ λάρνακος ὀχούμενον ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν ὀκεῖλαι, καὶ τὰ λείψανα τῶν ξύλων ἐπὶ πολὺ σωθῆναι. γένοιτο δ' ἂν οὗτος ὅντινα καὶ Μωϋσῆς ἀνέγραψεν ὁ τῶν Ἰουδαίων νομοθέτης. *Est super regionem Minyarum magnus mons in Armenia, nomine Baris, in quo multos profugos Diluvii tempore servatos ferunt, & quendam arca vectum in hujus vertice hæsisse, ac reliquias lignorum ejus longo tempore duravisse; qui fortasse is fuit,*

de quo etiam Moses scribit Judæorum legislator. Quod vero hic Nicolaus Damascenus tradit, reliquias lignorum Arcæ diu perdurasse, mirifice facit ad illa Chrysostomi, *Oratione de Perfecta Charitate*, Tom. VI. Edit. Savil. p. 748. Οὐχὶ (ait ille) καὶ τὰ ὄρη μαρτυρεῖ τῆς Ἀρμενίας, ἔνθα ἡ κιβωτὸς ἱδρύθη; οὐχὶ καὶ τὰ λείψανα αὐτῆς ἕως νῦν ἐκεῖ σώζεται πρὸς ἡμετέραν ὑπόμνησιν; *Nonne etiamnum* (Diluvium) *Armeniæ montes testantur, ubi constitit Arca? nonne hodieque ibi servantur ejus reliquiæ ad nostram commonefactionem?* Eadem ante Chrysostomum de Arcæ reliquiis testatus est his verbis Theophilus Antiochenus lib. III. *ad Autolycum*, si modo is ejus operis autor est: Ἧς κιβωτοῦ τὰ λείψανα μέχρι τοῦ δεῦρο δείκνυται εἶναι ἐν τοῖς Ἀραβικοῖς ὄρεσιν: *Arcæ hujus reliquiæ adhuc durare perhibentur in montibus Arabicis*, seu verius, *Armeniis*, ut apud Theophilum reponendum censuit Bochartus in *Geograph. Sacra*.

Hæc sane ad ostendendam non absurdam in Nummo hoc nostro inscriptionem Noemici nominis apud æquos lectores sufficere videantur. Ex iis namque verisimile fit obscuram confusamque fabulis Noe ipsius notitiam, aut certe famam in Syria obtinere potuisse, seu ob Armeniæ provinciæ vicinitatem, in quam vel Syrorum Scriptorum testimonio delatum Arca Noe Syri haud ignorarunt; sive quod Noe, tanquam alicujus magni nominis viri apud eos memoria invaluisset: quemadmodum (ut in re haud dissimili non alieno exemplo utar) *inter optimos, electos, & animas sanctiores* CHRISTUM atque Abrahamum censuit Alexander Severus, atque utriusque effigiem in Lario habuit, teste Lampridio in *ejus Vita*. Quæ quidem Noe fama eo facilius apud Syros disseminari potuit; quod Syria universa (ut est apud Josephum *Antiquit.* l. I. c. IV.) a Davide, victo Damascenorum Rege Adado, in ditionem suam redacta vectigalique reddita, consentaneum, immo plane necessarium fuit, in devictam gentem una cum imperio, Hebraicarum quoque rerum notitiam propagatam. Cujus etiam rei argumento esse possit insita, ut vidimus, animo Syri Imperatoris, Abrahami sacra quædam, ut cum Quintiliano loquar, memoria, quam ille, ut par est credere, a majoribus acceptam coluit. Nam & Abrahamum Damasci regnasse tradit Nicolaus Damascenus, ejusque nomen sua etiam ætate celebre fuisse apud Damascenos, apud quos & vicum ostendi, quem vocarent Abrahami Domicilium. Ac, quod obiter observo, Alexandrum Severum erga ritus Judaicos proclivem fuisse, ex eo haud perperam fortasse quispiam conjiciat, quod is, ut est apud Lampridium, ab Antiochensibus atque Alexandrinis, convicii loco, *Archisynagogus* fuerit appellatus. Archisynagogi quippe Sacerdotium proprium ac peculiare Judæorum habitum fuisse, haud dubie colligitur ex *Epistola Hadriani ad Phlegontem* apud Vopiscum in *Saturnino*, in qua hæc ille: *Nemo illic* (de Ægypto loquitur) *Archisynagogus Judæorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter, non mathematicus, non haruspex, non aliptes.* Hæc, inquam, omnia ad conjecturam nostram fulciendam suffectura videantur apud eos, qui faciliori ingenio sunt.

Verum ut severioribus etiam atque emunctioris naris satis, ut possumus, faciamus, addemus quæ circa Noe ac Deucalionis nominum analogiam, atque, ut ita dicam, synonymiam gravissimos Scriptores tradidisse comperimus. Primus conjecturæ nostræ autoritatem faciat, qui Christianam Religionem non tam eloquentia atque doctrina, quam sanguine tutatus est Justinus: Ὅθεν (inquit ille *ad Gentes Apolog.* I.) καὶ ἐπιμένει ὁ Θεὸς τὴν σύγχυσιν καὶ κατάλυσιν τοῦ παντὸς κόσμου μὴ ποιῆσαι, ἵνα καὶ οἱ φαῦλοι ἄγγελοι, καὶ δαίμονες, καὶ ἄνθρωποι μηκέτι ὦσι, διὰ τὸ σπέρμα τῶν Χριστιανῶν, ὃ γινώσκει ἐν τῇ φύσει ὅτι αἴτιόν ἐστιν. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν οὐδὲ ὑμῖν ταῦτα ἔτι ποιεῖν, καὶ ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ τῶν φαύλων δαιμόνων δυνατὸν ἦν· ἀλλὰ τὸ πῦρ τὸ τῆς κρίσεως κατελθὸν, ἀνέδην πάντα διέκρινεν, ὡς καὶ πρότερον ὁ κατακλυσμὸς μηδένα λιπὼν, ἀλλ' ἢ τὸν μόνον σὺν τοῖς ἰδίοις παρ' ἡμῖν καλούμενον Νῶε, παρ' ὑμῖν δὲ Δευκαλίωνα: *Quocirca Deus confusionem & interitum totius mundi, per quem mali angeli, & dæmones, & homines non amplius extent, fieri nondum permittit, propter semen Christianorum, quod naturæ rerum caussam esse novit. Absque eo enim si esset, fieri haudquaquam posset, ut vos adhuc ista faceretis, & a pravis dæmoniis ita agitaremini; verum descendens judicii ignis omnia propalam dijudicaret: sicut antea quoque diluvium neminem reliquum faciens, præter unum cum suis, apud nos cognominatum Noe, apud vos autem Deucalionem.* Justinum excipiat Hebraicarum rerum peritissimus Philo, quem ita disserentem audire operæ pretium est in lib. *de Præm. & Pœn.* Ἠξίωσε γὰρ ὁ ποιητὴς τὸν αὐτὸν καὶ τέλος γενέσθαι τῆς κατακριτῆς γενεᾶς, καὶ ἀρχὴν τῆς ἀνυπαιτίου, διδάσκων τοὺς ἀπρονόητον εἶναι τὸν κόσμον λέγοντας ἔργοις, οὐ ῥήμασιν, ὅτι καθ' ὃν εἰσηγήσατο νόμον ἐν τῇ φύσει τῶν ὅλων, αἱ σύμπασαι μυριάδες ἀνθρώπων μετ' ἀδικίας, ἑνὸς ἀνδρὸς οὐκ ἄξιαι, δικαιοσύνῃ συμβιοῦντος. Τοῦτον Ἕλληνες μὲν Δευκαλίωνα, Χαλδαῖοι δὲ Νῶε ἐπονομάζουσιν, ἐφ' οὗ τὸν μέγαν κατακλυσμὸν συνέβη γενέσθαι. *Voluit enim conditor rerum omnium, ut idem homo, & damnati generis esset finis, & initium innoxii, eos qui negant providentiam docens rebus magis, quam verbis, quod juxta legem naturæ, se autore, proditam, innumerabiles mortales injusti, indigni sunt qui cum uno homine cum justitia vivente, conferantur. Hunc Græci Deucalionem, Chaldæi Noe nominant, cujus ætate ingens diluvium accidit.* Noe nomen Chaldaicæ linguæ vocabulum diserte tradit hic Philo, quod sane notandum; nam & hoc facit ad id astruendum, quod paulo ante dicebamus, de verisimili apud Syros hujus nominis notitia. Sed omnium apertissime mihi suffragatur, quem jam citavimus, Theophilus Antiochenus, cujus in l. III. *ad Autolycum* disertum est de hac re testimonium: Νῶε καταγγέλλων τοῖς ἀνθρώποις μέλλειν κατακλυσμὸν ἔσεσθαι, προεφήτευσεν αὐτοῖς, λέγων, δεῦτε, καλεῖ ὑμᾶς ὁ Θεὸς εἰς μετάνοιαν. διὸ οἰκείως Δευκαλίων ἐκλήθη. *Noe mortalibus diluvium prædixit hortans, Venite, Deus ad pœnitentiam vos vocat. Inde proprie Deucalion* ἀπὸ τοῦ καλεῖν, id est, *a vocando, dictus est.* Ubi Græcorum morem non obscure agnoscere licet, peregrina nomina in notiora, ac Græcis auribus accommodatiora commutandi, quem quidem, tanquam ipsorum proprium Josephus olim animadvertit l. I. *Antiquit.* c. VI. post narratam enim posterorum Noe per universum terrarum Orbem dispersionem, hæc subdit: Καὶ τῶν ἐθνῶν ἔνια μὲν διασώζει τὰς ὑπὸ τῶν κτισάντων κειμένας προσηγορίας. ἔνια δὲ καὶ μετέβαλον· ἃ δὲ καὶ πρὸς τὸ σαφέστερον εἶναι δοκοῦν τοῖς παροικοῦσι τροπὴν ἔλαβον, Ἕλληνες δ' εἰσὶν οἱ τούτου καταστάντες αἴτιοι. ἰσχύσαντες γὰρ ἐν τοῖς ὕστερον ἰδίαν ἐποιήσαντο, καὶ τὴν πάλαι δόξαν, καλλωπίσαντες τὰ ἔθνη τοῖς ὀνόμασι πρὸς τὸ συνετὸν αὐτοῖς, καὶ κόσμον θέμενοι πολιτείας ὡς ἂν ἀφ' αὐτῶν γεγονόσιν. *Porro gentium quædam adhuc servant derivatam a suis conditoribus appellationem: quædam etiam mutaverunt; nonnullæ in familiarem accolis & notiorem vocem sunt versæ, Græcis potissimum talis nomenclaturæ autoribus. Hi enim posterioribus sæculis veterem locorum gloriam sibi usurpaverunt, dum gentes nominibus sibi notis insigniunt, dumque tanquam ad suum jus attinerent, mores quoque proprios in illas invehunt.* Quod vero in gentium ac populorum appellationibus fieri solitum a Græcis narrat Josephus, id quoque in nominibus propriis personarum, illustrium præsertim, ab iisdem factitatum probabile est. Atque hæc quidem de inscripto in Nummo hoc nostro Apamensi Noe nomine, quo de ma-

luimus minus fortasse cuipiam probabiliter, quam nihil omnino dicere: quod sane fieri sine nota, in re adeo singulari, atque in Nummis hactenus inaudita vix potuisset.

Cæterum de eo statuere cur illud in fronte Arcæ positum, atque utrumne, quod aliquis fortasse ex hoc ipso contendat, Noe etiam Diluvium hic repræsentetur, integrum cuique relinquimus. Mihi certe arridet magis ob ea, quæ inferius dicentur, ad Deucalionis & Pyrrhæ Cataclysmum in Nummo nostro allusum fuisse; aut saltem (quod in idem recidit) confusa apud Syros inanibus figmentis antiqua veritatis traditione, Noe Diluvium ad Deucalioneæ fabulæ speciem ab Apamensibus expressum.

Superest nunc, ut, quid hæc Deucalionei Cataclysmi repræsentatio ad Apameam Syriæ attineat, paucis ostendam. Lucianus itaque (nam rei hujus origo paulo altius repetenda) in eo, quod superius citavimus, *Syntagmate de Dea Syria*, quo Hierapolitani Templi non minus antiquitate, quam religione celeberrimi historiam fuse persequitur, inter alias, quæ de ejus conditoribus apud Hierapolitanos opiniones ferebantur, illam quoque extitisse narrat, Deucalionem, cujus temporibus aquarum diluvium fuerat, Templum illud dedicasse; idque ut faceret ei occasionem præbuisse, quod ipsi etiam incolæ Sacræ Civitatis memorabant, eo loco, ubi extructum deinde Templum ingentem olim voraginem factam, quæ universam Diluvii aquam absorbuerit: hanc supra extruxisse Deucalionem ædem Junoni sacram, quo etiam nomine ab ipsis Dea illa Syria colebatur. Similis apud Pausaniam in *Atticis* fabula de hujusmodi voragine in Templo Jovis Olympici Athenis, ut vulgo credebatur, a Deucalione extructo, in quam etiam universam Diluvii aquam defluxisse fama erat, ac nescio cujus religionis ritu, quotannis placenta e melle & farina projiciebatur. Ut vero ad Lucianum redeamus, quid in ejus, quam diximus, rei memoriam ab Hierapolitanis fieri solitum esset, narrat idem his verbis: *Δὶς ἑκάστου ἔτεος ἐκ θαλάσσης ὕδωρ ἐς τὸν νηὸν ἀπικνέεται. Φέρουσι δὲ οὐκ ἱρέες μοῦνον. ἀλλὰ πᾶσα Συρίη, καὶ Ἀραβίη, καὶ πέρηθεν τοῦ Εὐφρήτεω, πολλοὶ ἄνθρωποι ἐς θάλασσαν ἔρχονται, καὶ πάντες ὕδωρ φέρουσι, τὸ, πρῶτα μὲν ἐν τῷ νηῷ ἐκχέουσι. μετὰ δὲ, ἐς τὸ χάσμα κατέρχεται, καὶ δέκεται τὸ χάσμα μικρὸν ἐὸν, ὕδατος χρῆμα πολλόν. Τὰ δὲ ποιέοντες, Δευκαλίωνα ἐν τῷ ἱρῷ τόνδε νόμον θέσθαι λέγουσι, συμφορῆς τε καὶ εὐεργεσίης μνῆμα ἔμμεναι. Bis quotannis ex mari aqua in ædem defertur: quam non sacerdotes modo ferunt, sed tota Syria, & Arabia, & qui trans Euphratem habitant, multi homines ad mare veniunt, indeque omnes aquam afferunt, quam in ædem primum effundunt: deinde ea in hiatum delabitur; ab eo, quanvis parvo, ingens copia recipitur. Qui hæc faciunt, Deucalionem eo in Templo legem hanc tulisse dicunt, in calamitatis & beneficii monumentum.* Verum tum ejus Cataclysmi, tum ipsius etiam Deucalionis, alia quoque in Hierapolitano Templo monumenta extabant. Namque & ii, qui colosseos illos trecentarum ulnarum Priapos, quos Bacchus in vestibulo Templi dedicasse dicebatur, quotannis certis temporibus ascendebant, ac dies septem, ita religione suadente, in eorum apicibus commorabantur, id Deucalionis gratia facere a nonnullis existimatum refert Lucianus idem, in memoriam calamitatis: *Ὁκότε οἱ ἄνθρωποι ἐς τὰ οὔρεα, καὶ ἐς τὰ περιμήκεα τῶν δενδρέων ἤεισαν, τὸ πολλὸν ὕδωρ ὀῤῥωδέοντες, quando homines in montes, & in altissimas arbores ascenderunt, aquarum inundationem metuentes.* His illa etiam addenda, de aureo signo, quod in interiore Templi parte, medium inter simulacra Jovis & Junonis positum erat; quodque alii quidem ad Bacchum, alii ad Semiramidem, alii vero ad Deucalionem certiori, ni fallor, conjectura referebant. Vetustiorem quippe originem, quam Semiramidis temporibus conveniat, illamque Deucalionei plane ævi, quod propter obscuritatem ἄδηλον a veteribus Chronologis appellatur, ea redolere videntur, quibus signum illud describitur Lucianus, digna sane, quæ silentio minime prætereantur: *Ἐν μέσῳ δὲ ἀμφοτέρων* (inquit ille) *ἕστηκε ξόανον ἄλλο χρύσεον, οὐδαμὰ τοῖσι ἄλλοισι ξοάνοισι εἴκελον. τὸ δὲ, μορφὴν ἰδίην οὐκ ἔχει, φορέει δὲ τῶν ἄλλων Θεῶν εἴδεα. καλέεται δὲ σημήϊον καὶ ὑπ' αὐτῶν Ἀσσυρίων. οὐδέ τι οὔνομα ἴδιον αὐτῷ ἔθεντο, ἀλλ' οὐδὲ γενέσιος αὐτοῦ πέρι, καὶ εἴδεος λέγουσι. Porro in utriusque medio* (Jovis nempe ac Junonis) *stat simulacrum aliud aureum, simulacris aliis nequaquam simile, quod formam propriam non habet, sed aliorum Deorum formam gerit: & ab ipsis etiam Assyriis vocatur Signum: nec dum ipsi proprium nomen imposuere: sed neque de generatione ipsius, neque de specie quicquam dicunt.* Quod vero columbam signi illius vertici insidentem ii opponerent, qui id simulacrum ad Semiramidem pertinere existimabant; non certum adeo ejus rei indicium erat, ut ad Deucalionem etiam referri non posset. Scio equidem Semiramidem Columbæ specie ab Assyriis coli solitam, quod etiam nominis Græce, περιστερὰ ὄρειος, *columbam montanam*, significare tradit Hesychius, reclamante tamen Scaligero in *Eusebianis* pag. 37. verum ex hoc ipso contrarium potius colligi, meo quidem judicio, potuisse videtur. Nam si Columbæ specie Semiramis ab Assyriis colebatur, haud rite satis ac recte signum illud Semiramidem repræsentare videri poterat, in quo scilicet columba non primas partes obtineret, sed tanquam rei alterius signum esset. Neque enim arbitror, si aut Noctuæ specie Minervam, aut Pavonis Junonem Veteres coluissent, recte ad eorum Theologiam is fecisset, qui harum Dearum simulacris, Noctuam, aut Pavonem in vertice apposuisset, quas Numinibus iis designandis adhibere consuetum esset. Simulacri etiam virilis species, quæ Baccho aut Deucalioni quadraret, Semiramidem vix apte referre poterat. Contra vero Deucalionem a columba vertici insidente designari probabile est, ob insignem operam ab ea Deucalioni navatam, in deferendo dilabentium aquarum indicio; eoque etiam fortasse spectabat, quod Galli, qui Deæ sacra administrabant, Columbam, χρῆμα ἱρώτατον, *rem sanctissimam*, ut Luciani verbis utar, haberent, quam neque tangere æquum existimarent, ac si inviti tetigissent, eo die, ἐναγέες, *execrabiles*, haberentur. Sed hæc ambigua forsitan, quæque in utranvis partem accipi possint: illud ad Deucalionem id simulacrum pertinere non obscurum indicium, quod in ea ipsa pompa, qua bis quotannis aqua e mari ad Templum deferebatur, signum istud portaretur. Quid enim Baccho aut Semiramidi commune cum Diluvio, in cujus ἀνάμνησιν id fieri solitum ex Luciano didicimus?

Ex his ergo omnibus manifestum est, ingentem in celeberrimo illo Deæ Syriæ Templo, Deucalionis ac Diluvii, quod sub ipso fuit, memoriam viguisse. Quam vero magna fuerit ejus Templi religio, quamque late propagata apud finitimas nationes hinc conjicere licet, quod & inde Hierapoli nomen, hoc est, sacræ Urbi factum sit ei, quæ alias Plinii testimonio *lib.* V. *cap.* XXIII. Bambyce, Strabonis vero *lib.* XVI. etiam Edessa appellata; tum etiam ex iis, quæ de ejus donariis, atque opibus, deque incredibili gentium ad illud concursu, occasione annuarum celebritatum, Lucianus memorat. Quamobrem vix dubium esse possit, quin ejusdem Templi religiones ac sacra in diversas regiones fuerint translata; ne dum Apameam, quæ in eadem Provincia erat, atque ab Hierapoli non longe distans. Quin & a vero haud ita prorsus aber-

rarit, qui alias quoque hujus nominis urbes (harum namque tres aliæ a Stephano recensentur) a celeberrima illa Syriæ, sacra simul ac nomen mutuasse arbitretur. Quicquid enim sit de illis duabus, quarum unam in Creta, alteram in Caria ponit Stephanus, illam certe, quæ inter Phrygiam & Lydiam dicitur, quæque, utpote fontium copia ac lanarum tinctura nobilis a Strabone *lib.* XIII. laudatur, ejus, quæ in Syria erat, veluti coloniam fuisse non contemnendum indicium est, quod in ejus descriptione Gallos, tanquam templi nescio cujus ministros Strabo idem memoret, quales in Hierapolitano illo Deæ Syriæ fuisse ex Luciano audivimus. Hujus profecto Sacrorum inter diversas urbes communionis non rara in antiquitate exempla reperire est. Cereris Mysteria eodem ritu, quo Eleusine, peragi solita apud Pheneatas testis Pausanias in *Arcad.* Eleusina vero eadem cum Samothraciis fuisse, aut altera ex alteris deducta, liquet ex Diodoro *lib.* III. & V. Samothracia in Lemnum & Imbrum propagata Strabonis atque Eustathii autoritate ostendit Hieronymus Aleander in *Explic. Tab. Heliacæ*. Dianæ Tauricæ sacra non solum Ariciam translata, quod notissimum est, sed Spartam quoque, in vicum Limnæum, & alibi in Cappadocia & Ponto, qua de re insignis extat Pausaniæ locus in *Laconicis*. De Persica vero erudite, more tuo, ipse observasti, illam non modo Hierocæsareæ coli solitam, quod ex rarissimo Nummo Musei tui ostendis; sed etiam Castabalis Ciliciæ oppido, Hypæpis, & alibi in Lydia. Quid Jupiter ille Cretensis, seu Critagenes, aut Marnus, qui cum in Creta & Gazæ præcipuis honoribus, tum vero a Corinthiis, Atheniensibus, Bœotiis, nomine ὑέτιϐ ac ὀμβρίϐ colebatur; ut diserte in *Plautilla* num. VI. probat Tristanus? Quid Casius, qui & Seleuciæ Pieriæ, ut ex Nummis satis constat, & apud Pelusium, atque alibi multis in locis, quod Tristanum virum eruditissimum in *Trajano* n. VII. non fugit? Quod si a Nummis exempla petenda sint, quod ad rem nostram magis facit, proferam e CHRISTINÆ Reginæ Thesauro unum Domitiani, in quo ΠΥΘΙΟϹ ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ, *Pythius Trallensium*; idem sane, qui disertius, ΑΠΟΛΛΩΝ ΠΥΘΙΟϹ in alio Neronis e Museo Magni Etruriæ Ducis, qui sane ad aliquam aliam Græcarum urbium pertinet. Proferam itidem rarissimos ΝΙΚΑΙΕΩΝ in Antonino Pio, ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ in M. Aurelio, aliumque ejusdem Augusti insignem, cujus inscriptio, ΕΠΙ Μ. ΤΟΥΛΛΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ, in quibus omnibus eadem Deæ Syriæ effigies, quæ in Nummis ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ Philippi, & aliorum etiam Cæsarum. Dianæ vero *Venatricis* Iconem, quo cognomine non uno in loco illam coli solitam autor Pausanias, non solum exhibebo in Nummo Pergæorum Agrippinæ, in quo ΑΡΤΕΜ. ΠΕΡΓΑΙΑ, *Diana, Pergæa*, & Gazæ, qui ad Faustinam pertinet; sed in alio etiam Faustinæ ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ, & Elagabali ΕΦΕϹΙΩΝ, atque in rarissimo Agrippinæ ΑΚΜΟΝΕΩΝ, quem nuper edidit Carolus Patinus vester. Ac demum, ut semel omnia dicam, utar exemplo, quo nullum illustrius sit apud eos, qui in Nummis versantur, a Dianæ Ephesiæ cultu petito, cujus effigiem eadem plane forma, qua in celebri illo Ephesino Templo colebatur, cernere est insigni Nummo Apameæ Phrygiæ, apud Tristanum in *Gordiano* n. XIX. & in selectis ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ in Trajano, ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ in L. Vero, ϹΑΜΙΩΝ in Geta, & rarissimis Augustarum, ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ nempe in Domitia, ΑΓΚΥΡΑΣ in Plotina, & ΦΑΝΕΑϹ ΠΟΛΕΟϹ ϹΥΡΙΑϹ in Faustina.

Neque reticebo, quando id & locus ipse suadet, & opinioni nostræ etiam suffragatur suspicionem, quam habeo, ΟΜΟΝΟΙΑΝ illam in Nummis, cujus supra mentionem fecimus, aliquando ad Sacrorum communionem istam inter diversas urbes significandam adhibitam fuisse. Moveor enim exemplo duorum singularium Nummorum, in quorum altero, qui ad Gordianum pertinet, ΕΦΕΣΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ, ΟΜΟΝΟΙΑ legitur; in altero, qui ad Domitianum ΟΜΟΝΟΙΑ ϹΜΥΡ. ΕΦΕϹΙΩΝ. In hoc enim unica Dianæ Ephesiæ cernitur effigies; in illo vero ejusdem simulacrum in Navi positum, cui prope adstat altera figura alata, quod ad delata Epheso Alexandriam Deæ hujus sacra non inepte referri posse arbitror: ut contra de Isiacis Alexandria Ephesum translatis accipi commode possit alter Gordiani, in quo ΕΦΕϹΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ, & figura Isidis velificantis, qualem etiam habet alius *Col. Iul. Cor.* in Antonino Pio, qui sane Corinthi quoque peculiaribus honoribus cultam fuisse Isidem argumento est; quemadmodum apud Elaitas etiam, quod colligere licet ex singulari atq; eximiæ raritatis Græco Nummo, qui altera quidem parte caput Romæ ostendit, ut prodit inscript. ΘΕΑ ΡΩΜΗ, altera vero figuram Isidis pectore tenus expressam, cum inscript. ΕΠΙ ϹΤΡ. Π. ϹΑΛΩΝΙΟΥ ΕΛΑΙΤ. Nihil autem magis conjecturæ nostræ favet, quam præclarus alter Græcus itidem Nummus, cujus in anteriori parte circa Alexandri Macedonis caput, ΑΛΕΞΑΝΔΟϹ (sic habent constanter duo, quos adhuc vidi, ex Museis Reg. & Chisio) ΚΤΙϹΤ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑϹ, in aversa vero figuræ duæ muliebres, quæ simul dextra Templum sustinent, in quo duo pariter simulacra cernere est; ut nihil illustrius fieri potuerit ad significandam communionem sacrorum inter duas urbes, quarum nomina habet inscriptio, ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Quos quidem Nummos ex insigni ac plane regio CHRISTINÆ Reginæ Museo, aliosque etiam, quorum superius mentionem feci, non tam publici juris facere placuit, ut conjecturæ meæ lucem afferrem, quam ut rei Nummariæ studiosis præclarissimos Nummos ac nunquam antea editos veluti indigitando, intactum iis campum patefacerem ad uberiorem eruditionis fructum percipiendum.

Verisimile itaque fit illustribus, quos adduximus, exemplis, ab Hierapolitano Templo una cum Deæ Syriæ sacris ac religionibus communicari etiam cum Apamensibus potuisse Deucalionei Cataclysmi memoriam, eodem fortasse ritu quotannis celebrandam, quo, Deucalionis ipsius præcepto, apud Hierapolitanos fieri consueverat. Hæc si cuipiam minime arriserint, ille saltem haud negabit, opinor, rei hujus tanquam in Syria, ob ea, quæ de Hierapolitano Templo ex Luciano attulimus, sane celeberrimæ repræsentationem, in Apamensium Nummis excudi facile potuisse. Sed in eo fortasse controversiam movebunt nonnulli, quod cum in Nummo illo Severi, in quo eadem exhibentur, Magnetum pariter atque Apamensium nomina legantur, Cataclysmi historiam in Numismatibus suis repræsentare, non tam Apamenses Syriæ, quam qui in Phrygia erant, fuisse solitos. Nam ΜΑΓΝΗΤΩΝ Phrygiæ a Strabone mentio fit *lib.* XII. & Μαγνησίας πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ, in fœdere Smyrnæorum ac Magnetum, ex illustri marmore Arundelliano apud Seldenum *pag.* 30. quocirca, cum harum duarum urbium in eo Nummo conjunctio, fœderis alicujus inter ipsas, aut, quod Vir eruditissimus censuit, coloniæ ex altera in alteram deductæ indicio sit; utravis tandem de caussa id acciderit, Apamea, ad quam Nummus ille pertinet, rectius ob Magnetum vicinitatem, Phrygiæ, quam Syriæ esse dicatur. Neque ego in hoc illis vehementer repugnem; addamque potius, quibus conjecturam suam confirment si libeat, nonnulla circa Apameam Phry-

giæ observatione sane digna, quæ deliberanti mihi, Apameæ ne Syriæ, an ei, quæ in Phrygia fuit, Nummum hunc Philippi adjudicarem, animo sese obtulerunt. Fuit enim cum me ancipitem teneret cognomentum illud *κιβωτȣ̃*, *arcæ*, quod a non paucis Scriptoribus Apameæ Phrygiæ, tanquam proprium ac peculiare tribui videbam; cum interim de ejus origine apud illos altum esset silentium. Neque satis omnino mihi, ut tum fuit, Salmasius faciebat, cujus opinio fuit Apameam illam *κιβωτὸν* fuisse vocatam, quod, ut est apud Strabonem, emporium esset, & receptaculum, ac velut Arca mercium communis totius Asiæ. Namque occurrebant alioquin animo illa autoris Sibyllinorum Oraculorum carmina *lib.* I.

Εςι δέ τις Φρυγίης ἐπὶ ἠπείροιο μελαίνης,
Ηλίβατον τανύμηκες ὄρος, Αραρὰτ ᾗ καλεῖται,
Οττ᾽ ἄρα σωθήσεσθαι ἐπ᾽ αὐτῷ πάντες ἔμελλον.
Εν τȣ́τῳ μεγάλη δὲ ποθὴ καταθύμιος ἦεν,
Ενθα φλέβες μεγάλȣ ποταμȣ̃ Μαρσύȣ πέφυκαν.

Sive, ut versus ratio constet, quemadmodum legit Bochartus *Geograph. Sac.* lib. I. cap. III.

(Μαρσύȣ ἔνθα φλέβες μεγάλȣ ποταμοῖο πέφυκαν.)
Τȣ̃ δὲ κιβωτὸς ἔμεινεν ἐν ὑψηλοῖο καρήνῳ
Ληξάντων ὑδάτων.

Assurgit Phrygiæ mons quidam in finibus atræ
Arduus, alta petens, Ararat quem nomine dicunt,
Quod fatale fuit illic evadere cunctis,
Optataque frui tandem, charaque salute;
Fluminis unde alti Marsyæ manat origo.
Hujus in excelso postquam cessantibus undis
Constitit Arca jugo.

In quibus, quod Arcæ mentio fiebat delatæ ad montem Phrygiæ Ararat prope Mæandri fontes, adeoque non longe ab Apamea, nonnihil suspicionis inciderat, ne quod urbi illi cognominis erat, *κιβωτὸς*, ob veterem fortasse aliquam fabulam de commentitio Græcorum Cataclysmo, supposititius Scriptor avide in rem suam arripuisset, ad ineruditum commentum de Arcæ Noemicæ eo loci appulsu pro Sibyllino Oraculo venditandum. Ego vero conjecturam meam vix proponere ausus essem, nisi eam Viri eruditissimi autoritate niti postea cognovissem, cui in præclaro opere *de Geographia Sacra* lib. I. cap. III. eadem fere placuissent.

Cæterum, ut idem docte monet, atque observat etiam Tristanus, mirifice hoc loco nugatus est noster, si id credidit. Aliæ enim subesse potuerunt caussæ, cur Apamea illa, *κιβωτὸς* fuerit appellata, quam quod in proximo Arca constitisset; unamque haud minus certe ista probabilem effert Tristanus idem in *Gordian.* num. XIX. quod Apamea tribus fluviis illam ambientibus, Marsya, Obrima, Orga in Arcæ modum clauderetur; quemadmodum & unus ex Alexandriæ portubus, teste Strabone *lib.* XVII. *κιβωτὸς* dictus, eo quod, ut ex ejus descriptione conjicere licet, undique conclusus esset. Tunc vero demum de origine hujus Apameæ cognominis placere magis cœpit Salmasii opinio, cum hæc ipsa animo versanti mihi recordatio subiit insignis Nummi ad Hadrianum pertinentis, ex Thes. Reg. in quo figura fluvii sedentis inter præruptæ rupis scopulos, a quo sine dubio Marsyam repræsentari, cum ea argumento sunt, quæ de ejus origine ex arce summa Celænarum tradunt Scriptores, tum vero aperte prodit Nummi ipsius inscriptio, ΑΠΑΜΕΩΝ ΜΑΡϹΥΑϹ ΚΙΒΩΤΟϹ. *Apamensium Marsyas Arca*; qua inscriptione ad provenientem ab eo flumine Apamensi agro fertilitatem, meo quidem judicio, alluditur; quemadmodum haud abs re diceret, qui, aut Sequanam Lutetiæ vestræ penu, aut Tyberim urbis Romæ divitias appellaret. Quod si minus navigatione Apamensibus Marsyas profuit, quod eum *σφοδρῷ καὶ καταφερεῖ τῷ ῥεύματι*, *vehementi atque præcipiti fluxu*, Apameam præfluxisse liquet ex Strabone, unde fortasse *καταῤῥάκτης* Herodoto dictus; irrigandis agris certe utilis esse potuit, atque ex eo abunde ubertatis Apamensium urbi illatæ laudem promereri. Eodem itaque sensu Apameam ipsam *Ciboton* appellatam libenter crediderim, quæ, quod ipsi Marsyas erat, Arca esset Asiæ, ut Strabonis etiam verbis utar, *τῆς ἰδίως λεγομένης*, hoc est, ejus quæ vulgo *minor* dicitur, cujus, eodem Strabone teste *lib.* XII. *ἐμπορεῖον μέγα*, *magnum, ac celebre emporium* erat. Cui ergo Severi Nummum, quem diximus, Apameæ Phrygiæ adscribere libeat, ad Hierapolim itidem Phrygiæ, me non invito, eorum, quæ in ejus aversa habentur, originem haud incommode referat, quo, sicuti ab Hierapoli Syriæ una cum nomine, sacrorum quoque communionem, simulque vetustas Deucalionei Diluvii religiones propagatas, haud est a vero omnino alienum; ita ex ea, in ejusdem provinciæ urbem Apameam easdem transferri potuisse nihil repugnat; nisi (quod alicui fortasse placuerit magis) religiosæ hujus Cataclysmi memoriæ originem, ex Apamea Syriæ in hanc Phrygiæ deducere satius videatur. Horum enim utrunque ne cuipiam inverisimile videri possit, illustribus jam allatis exemplis sacrorum ac rituum ex una in plures, ac diversas urbes deductorum, ut arbitror, effecimus. Ac de Nummo quidem Severi liberum cuique judicium esto. Mihi vero liceat interim conjecturæ meæ indulgere in nostro Philippi, Apameæ Syriæ, quod initio monui, tribuendo. Nam Arabi Imperatori a Syriæ potius urbe, quam Phrygiæ, Nummum hunc percussum vehementer mihi persuadet, cum prona, ut nulla magis in adulationem Syrorum natio, si quid Polybio fidei *lib.* V. tum vero maxime peculiaris, quæ Syris cum Arabibus erat conjunctio ac veluti necessitudo, sive *διὰ τὴν ἐκ τȣ̃ ὁμορεῖν ἐπιμιξίαν*, ob quam Arabas etiam Syros a nonnullis appellatos Eustathius docet in *Scholiis ad Dionys. Perieg.* pag 119. sive, quod recte monet Seldenus *De Diis Syr.* Syntagm. II. cap. IV. ob peculiarem utrique genti sacrorum ac religionis communionem. Notabile ea de re est Strabonis testimonium *lib.* I. *Τὸ τῶν Αρμενίων ἔθνος, καὶ τὸ τῶν Σύρων, καὶ τῶν Αράβων πολλὴν ὁμοφυλίαν ἐμφαίνει κατά τε τὴν διάλεκτον, καὶ τοὺς τῶν σωμάτων χαρακτῆρας. Armeniorum, Syrorum, & Arabum gentes multum præseferunt cognationis, sermone, vita, & corporum forma.* Quamobrem evecto ad rerum humanarum fastigium homine Arabe, probabile est Syros, si quos alios, in populari veluti suo ornando colendoque honoribus certasse. Quod sane in hac obsequii parte, quæ Numismatum percussione constat, abunde eos præstitisse, arguunt frequentes in Philippo Syriacarum urbium Nummi, quarum in iis (si late adeo accipienda est Syria, quam doctorum virorum opinione patuit olim) nomina occurrunt, ΖΕΥΓΜΑΤΕΩΝ nempe, ΙΕΡΑΠΟΛΙΤΩΝ, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, Φ Λ. ϹΑΜΟϹΑΤΕΩΝ, ϹΕΛΕΥΚΕΩΝ, ac Nisibitarum etiam, quorum in Thesauro Magni Ducis Nummus rarissimus extat cum inscriptione, ΙΟΥ. ϹΕΠ. ΚΟΛΩ. ΝΕϹΙΒΙΜΗΤ. Id etiam illustrius patet ex insigni Nummo æreo maximo ejusdem Philippi, qui inter rariores Musei Chisii numerandus est. In ejus aversa, quam hic formis excusam damus, Leo gradiens affabre expressus ante quem Thyrsus erectus ac lemniscis concinne vinctus. Supra Leonem nescio quid cernitur, quod nonnullis ædicula, aliis vero genus quodpiam Galeri Sacerdotalis videtur, ob eas, quas ex eo dependentes vittas credunt. Extat in Museo Barberino Apamensis alter ad Commodum

A pertinens hujus plane geminus, si inscriptionem excipias, quæ est hujusmodi, ΑΠΑΜΕΩΝ ΠΑΡΑ-ϹΤΡΑΤ. ΝΙΚΙΑΝΟΥ. Ego vero de explicatione hujus Apamensis nummi amplius deliberandum censeo, neque de ea serio differendi hic locus.

Unum tantum, quod in mentem venit, obiter proponam, num, quando ob thyrsum appositum aliquid hic latere, quod ad Bacchum pertineat, licet conjicere, ea fortasse Bacchi Cista, seu potius Arca sit, non illa quidem Mysteriorum, quam passim videre est in Nummis ΚΡΗΤΑΙΩΝ, ΚΩΡΥ-ΚΙΩΝ, ΚΥΔΑΙΩΝ apud Goltzium, reclusam nempe, ac serpente ex ea prodeunte; sed ea, cujus jam supra meminimus, ab Eurypylo Trojani B excidii temporibus pro virili prædæ parte acceptam, quam ab Eurypylo ipso Patras delatam autumabant ejus urbis incolæ; apud quos in ea asservabatur Bacchi simulacrum, Æsymnetæ cognomine, præcipuis honoribus colebatur; qua de re multa Pausanias in *Achaicis*. Sed jam ex Nummi ipsius conspectu de hoc decernere unicuique liceat. Ipsum namque quam diligentissime fieri potuit excudendum curavimus.

C 

Quod autem ad rem nostram facit, notanda ejus inscript. ΕΠΙ. Μ. ΑΥΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Β. ΒΕΑ. ΑΡΧΙ. ΑΠΑΜΕΩΝ. Ex ea enim constat percussum D fuisse hunc Nummum ab Apamensibus eodem anno, quo alter a me explicatus, in quo, ut hic, *M. Aurelii Alexandri, II. Pontificis Apamensium* nomen legitur. Nam ἀρχιερέως nomine, tanquam ἐπωνύμου τοῦ ἐνιαυτοῦ, seu *annum designantis*, Fastos consignari solitos in Græcis urbibus, ex Nummis, atque lapidibus manifestum est; ut & nos monuimus in *Notis ad Inscriptiones Athleticas*, & multis adstruit Seldenus ad insigne illud marmor fœderis Smyrnæorum & Magnetum, quod, ΕΠΙ ΙΕ-ΡΕΩϹ ΗΓΗΣΙΟΥ, ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΔΕ ΠΥΘΟ-ΔΩΡΟΥ, *Sub Pontifice* (Smyrnæorum) *Egesia*, E *Pythodoro autem* (Magnetum) *Stephanephoro* sancitum legitur in *Marm. Arundel.* pag. 135. In hoc vero M. Aurelio Alexandro, si cuipiam, quæ de deductis e Templo Hierapolitano Apameam ritibus ac religionibus diximus, probabuntur, facile sacerdotalis illius dignitatis vestigia mecum agnoscet, cujus fortasse usus, ut alia multa, ab Hierapolitanis ad Apamenses transferri potuit. De Hierapolitani illius prærogativis hæc Lucianus *Syntagmate* jam sæpius *citato de Dea Syria*: Ἀρχιρεὺς δὲ ἄλλος ἑκάστου ἔτεος ἐπιγίγνεται. πορφυρέην δὲ μοῦνος οὗτος φορέει, καὶ τιάρῃ χρυσέῃ ἀναδέεται: *Summus autem sacerdos alius quotannis surrogatur: qui* F *solus purpuream vestem gerit, & aurea tiara redimitur*. Illud vero ΒΕΑ quod in hac ipsa inscriptione legitur, annon torquendis eruditorum ingeniis factum videtur? cujus enim id vocabuli initium esse dicendum sit, quod huic loco quadret? Porro in eo a me dissensurum neminem existimo, quin (quicquid tandem vocabuli id sit) ad sequens Ἀρχιερέως referri debere censeat. Quo enim alio pertinere vox ea possit, quæ inter illud Ἀρχιερέως, Sacerdotii dignitatem, ac Β. dignitatis ipsius obitæ numeralem notam posita sit? Quod si hic quoque divinandum est, dicam, quod Nummum consideranti mihi unice occurrit, eoque libentius dicam, quod conjecturalem hanc interpretationem meam, ut ut ab aliis accipienda sit, tibi certe non omnino displicuisse cognovi. Nihil igitur aliud, quantum suspicari licet, illo ΒΕΑ. denotatur, quam ΒΕΛ-ΤΙϹΤΟΥ, ut inde M. Aurelio Alexandro, ad *Pontificis* dignitatem, *optimi* quoque, seu potius *præstantissimi* titulus accedat. Scio equidem, rem novam in re Nummaria, atque exemplis minime fultam a me proponi. Sed quamvis hujusmodi Sacerdotiorum epitheta reperire in Nummis minime sit; iis non semel insignita Magistratuum nomina habent veteres lapides, in quibus appellationes leguntur, ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΥ ΕΠΑΡΧΟΥ, aut ΑΝ-ΘΥΠΑΤΟΥ, *illustrissimi*, seu *clarissimi Prætoris*, aut *Proconsulis*, ϹΕΜΝΟΤΑΤΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟϹ. *præclarissimi Archontis*, ΙΞΟΧΟΤΑΤΟΥ ΠΡΟ-ΦΗΤΟΥ, *præstantissimi Prophetæ*, quod etiam Sacerdotii genus est, ut nosti. Atque in Nummis ipsis, licet, ut diximus, haud peculiariter adhibita hujusmodi epitheta ad appellationes Sacerdotiorum, non ignotus omnino eorum usus, cujus exemplum, (ex Thes. Reginæ) præferunt Nummus rarissimus Valeriani, in quo tria vasa cum palmis, & inscr. ΜΕΓΙϹΤΩΝ ΑΡΙϹΤΩΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ, & alter itidem rarissimus Gallieni, cujus in corona e lauro inscript. ϹΙΔΗΤΩΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗϹ ΕΝΔΟΞΟΥ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ubi Sidam, illam, ut existimo, Pamphyliæ urbem, Cumæorum coloniam, *clarissimæ* ac *nobilis* epithetis insignitam vides. Sed ut Philippi Nummos fœcundos usquequaque ostendam rerum insolitarum, duobus iis, quorum antea mentionem feci, tertium addam æreum itidem maximum ex Museo Joannis Pauli Ginnetti utriusque Sign. Ref. Haber is in anteriori parte, utriusque Philippi atque Otacillæ etiam capita, cum inscriptione, CONCORDIA AVGUSTORUM. In aversa vero Templum rotundæ structuræ, ac columnis etiam fultum, in cujus fastigio Aquila, in ejus vero medio, quo per gradus accessus patet, simulacrum cernitur, quod Apollinis esse ostendit insignis inscriptio, EX ORACULO APOLLINIS. Qui sane Nummus, cum indubitatæ antiquitatis sit, ut nosti, documento iis esse poterit, qui, quos ipsi oculis non usurparunt novitate quoquo modo singulares, continuo falsitatis damnant; mihi vero etiam præsidio, ut ducto e re simili exemplo nisus, facilius penes eos, qui hæc legerint, fidem inveniam, quam tu mihi, VIR DOCTISSIME, pro ea, qua apud eruditos autoritate polles, patrocinio tuo etiam conciliabis. Illud vereor potius, ne audaciæ in eo notam subierim, quod, ut vulgo ajunt, coram Roscio gestum facere voluisse videar.

Sed, utcunque tandem res cesserit, præclare mecum actum putabo, si vel uni tibi conjecturam meam probaverim: quod ut me consecuturum sperem, tua facit singularis humanitas: cæteris vero persuadeam, me non ad aucupandam ingenii aut eruditionis laudem, a qua plurimum me abesse facile intelligo; sed, quod initio professus sum, desiderio testatam publice faciendi observantiam erga te meam, hæc *de Apamensi Nummo* pro mea tenuitate differuisse.

FINIS.

GEORGII SCHUBARTI
ENARRATIO PARERGICA
METAMORPHOSEOS OVIDIANÆ
DE
DILUVIO DEUCALIONIS.

INDEX CAPITUM.

GEORGII SCHUBARTI
ENARRATIO PARERGICA
METAMORPHOSEOS OVIDIANÆ,
DE
DILUVIO DEUCALIONIS.
I. N. I. C.



QUÆ temporum vetustate involvuntur, & hominum animos, quasi densa nocte, implent caligine, difficilem habent sensum, ac nisi lux inferatur aliunde, liquido vix dignoscuntur. Primordia rerum admiserunt Gentiles, nec mundi originem ignoravere: quando tamen de intervallis primorum sæculorum, de satore ac parente universi, de cœtibus hominum, ac moribus illorum agendum, periodos excogitarunt atque ætates, quibus inania commenta ac fabulas absolverent. Varronis indicantur a Censorino *de Die Nat.* cap. XXI. temporum spatia, quorum primum a mortalium ortu ad Diluvium, propter defectum revelationis, & meras tenebras in monumentis suorum, appellavit obscurum, incertum, quod nulla rerum gestarum memoria constaret. Quamvis autem hoc ipsi demus, in multis tamen, Græcorum juxta Romanorumque scriptis, non obscura deprehendimus vestigia divinioris notitiæ, quam vel e Sacris hauserunt Oraculis, vel gentium traditione acceperunt.

Ne longius repetamus singula, Ovidii solius libros *Transformationum*, sive *Metamorphoses*, inspiciamus, in quarum prima chaos Hesiodeum, rudis indigestaque moles illa, & mundi cunabula sub involucro fabulæ describuntur: ætates mox connectuntur, ubi pari fingendi licentia felicissima conditio laudatur protoplastorum, qua

—— vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem rectumque colebant.

Jam vero mandato cœlesti neglecto, multitudine hominum aucta, ac sedibus habitantium divisis, regimine paterno conculcato, justitia & religione, pudorisque naturalis vinculo sublato, in varia quotidie scelera mortales ruebant: quibus coercendis justo DEI judicio fatale imminebat Diluvium, cum excidio universorum conjunctum. Societatis humanæ velut seminarium quis dixerit servatos, quos Ovidius errore solenni Deucalionem cum uxore Pyrrha fuisse commemorat. Argumentum hoc publica exercitatione non indignum habebatur, quod vatis Peligni ductu, cum historia compositum, lectori benigno luculentius explicaretur.

CAP. I.

Ovidio quænam occasio Diluvii celebrandi? Doctrina periodica secundum opiniones variorum tradita.

BEatissimum sæculi ortum, ac restitutum temporis ordinem, poetæ sub Octavio Cæsare Augusto decantabant, quasi ferrea desierit ætas, jamque toto surgeret gens aurea mundo, ac regna Saturni prisca redirent. Virgilii hæc sunt in Pollione magnifica verba, quibus novi principis imperium extollit, postquam discordiis civilibus patriam fessam, tot millium nece ac sanguine fœdatam, ad pristinam tranquillitatem reduxerat. Apertis verbis, & carmine ad Imperatorem peculiari scripto, id peragere minus decorum, quando adsentantis hoc modo speciem, non ex animo sen-
B tientis personam sustinuisset. Quod igitur in honorem alterius effingebat pastorale opus, ad futurum potius orbis Romani moderatorem referebat, per vetusta sanctissimorum hominum vaticinia demonstraturus, nunc tandem intervallum cœleste sequi, quod nemo non ardentioribus votis diu expetiisset. Neque falsus est, cum DEO ita volente mox populi consensu & læta cunctorum acclamatione, pater patriæ, conservator & vindex, sub principis titulo rempublicam solus administraret, vit. Suet. in *Octavio* cap. LVIII.

Ovidius perinde inventionis gloria permotus, Augusto destinavit ingenium, operamque carminis, quo a mundi primordiis ad sua usque tempora
C serie perpetua narrat, quidquid ibi ex reliquiis venerandæ Antiquitatis compertum erat. Postquam enim varia delicta percensuerat, quibus ultimis ætatibus inquinabatur omne mortalium genus, & Jovis iras simulque consilia exposuerat, per quæ vel emendandum foret, vel dignis pœnis afficiendum, ad ævum suum convertitur, & facta comparatione, in Julii parentis occasu, depravatos sæculi mores ac facinora atrocissima recitat.

—— sic cum manus impia sævit
Sanguine Cæsareo Romanum extinguere nomen,
D *Attonitum tanto subitæ terrore ruinæ*
Humanum genus est, totusque perhorruit orbis.
Nec TIBI grata minus pietas, AUGUSTE, tuorum,
Quam fuit illa Jovi ————

Maduerat diu cruore civium urbs æterna, infesta passim arma circumferebantur, nulla prope Romanis terra subjecta, ubi non interno bello perierant, qui fortiter obsistebant, cæsorum millia. Ante mundum aquis immersum pares exortæ calamitates, sceleribus indies crescentibus, per quæ vitam nemo tutam satis & quietam tolerabat, ne-
E mo jussis meliorum amplius obsequi volebat. Perditis autem nefariis ac penitus deletis, nova emersit progenies, quæ rectiorem insistebat viam, tanquam ad patris familiæ nutum comparata.

Augustus Imperator factus, quæ vulnera civitati erant inflicta, summa felicitate obligavit, quæ immedicabilia noscebantur, ense recidit, ut sic, persanato corpore, exultans ubique plebs in vota solveretur, ac sæculum immutatum, regno Saturnio beatius crederet. Occasionem similiter hinc Ovidius aucupaturus, felicissimæ tempestatis suæ

celebrat auctorem, cui tantum beneficium in primis tribuendum, quod caſtigatis parricidis, ac rebellantium ferocia repreſſa, cædibus finitis atque rapinis, in exoptatiſſimam tranquillitatem reſtituti eſſent omnes. Quo tamen carminis amœnitas foret eo major, ætates a Priſcis excogitatas artificio ſingulari perſequitur, ac ſub integumento fabulæ Cæſaris Auguſti permulcet animum: qui poſt civilia bella, & orbem Romanum, vitiis ſuis non aliter ac Diluvio quondam peſſundatum, inſtar Deucalionis aut Saturni mundo præeſſet, ac paterna benevolentia complecteretur ſibi ſubjectos.

Antiquiſſima hæc eſt inter gentes doctrina, memoriam ſæculorum, & omnis ævi ſeriem, in certas ætates diſtinguere, e quibus mores hominum, fata rerumpublicarum, ac providentiæ divinæ momenta cognoſcantur. Nihil apud Gentiles reperitur, unde vetuſtatis major pateat ratio, quam iſta de certis publici ſtatus articulis opinio: qua credebant, a principiis rerum, illos perpetua ſucceſſione invicem ſe conſequi, & poſt ætatum ſingularum innovationem, auream denique reverti: quam converſionem Græci ἀνακύκλωσιν, μετακόσμησιν, μεταβολὴν ἑτέρυ, ἀποκατάστασιν, διαδοχὴν αἰώνιον, vocant, & inter λόγυς ἱερὺς, ſive dogmata ſanctiora habent, quæ non promiſcue cuivis ſunt patefacienda. Heſiodus forte primus eſt, qui, teſte Herodoto in *Euterpe* cap. LIII. excellentiſſimus theologorum cæteris facem præfert, ac deſcriptione eleganti, per quinque intervalla, omnium rerum viciſſitudines declarat. Ultimum, cui ipſe interfuerit, peſſimum ſtatuit, ob rixas mortalium acerbas, fraudes, neglectum religionis, & numinis ignorantiam, magiſtratus atque juſtitiæ contemtum, impietatem erga parentes, & quæ ſunt his affinia. Per quos profecerit adeo in ſecretiori diſciplina, & ex illo Ovidius, ut ſacris interdum ſimillima traderent, præter eccleſiæ Patres erudite oſtendit Petrus Dan. Huetius, in *Demonſtratione Evangelica* propoſ. v. cap. x. n. 8. libro tanto ſcriptore digniſſimo.

Moyſes nimirum fons eſt, ex quo corrivarunt in fundos ſuos, non tamen ſine limo ſententias, quicunque in Ægyptum olim proficiſcebantur, ſtudii rarioris & antiquitatis cultores. Siquidem hic παιδευθεὶς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, δυνατὸς ἦν λόγοις καὶ ἔργοις, *Act.* VII. 22. memoriamque reliquerat, per miracula in aula Pharaonis edita, ac populum Iſraelis divinis auſpiciis eductum, ſatis teſtatam ac celebrem: ut non Ægypto ſola contineretur, ſed quaquaverſum per terras remotiores percrebeſceret, ingenti nominis gloria, niſi quod, pro gentium ac linguarum diverſitate, in formas innumeras detorqueretur. Ex quo enim Ægyptii monumenta ab illo condita inſpexerant, &, quæ ante ſe geſta erant, manifeſtius didicerant, ſicut poſt Juſtinum Martyrem oſtendit Clemens Alexandrinus in libris *Stromatum*, cæteris populis venerabiliores eſſe incipiebant. Neque vel in Græcia, vel in aliis terrarum partibus degebant, quin, ſi facultas offerretur, illuc permearent, ad majorem ingenii cultum adquirendum. Id contra difficultatem non magis augebat, quam ſcientiam, tanto ſumtu ac periculo comparandam, fabulis implicabat, quando ſacerdotes, a quibus temporum notitia juxta cum omni liberali inſtructu petenda, variis ænigmatibus ac ſymbolis in hac tradenda uterentur. Ebræorum inſtitutum per hoc ſecuti haud dubie, qui nihil facile cum peregrinis communicabant, ſive præcepto ſeniorum adducti, ſive etiam odio, quo religionem vicinorum proſequebantur.

Herodotus *ibid.* cap. XXXVI. de ſcriptura Ægyptiorum fatetur, duplici eam litteratura conſtare, altera ſacra, populari atque civili altera, qua in curiis & negotiis pleriſque humanis res ſuas conſignabant: Διφασίοισι δὲ γράμμασι χρέωνται· τὰ μὲν αὐτῶν ἱρὰ, τὰ δὲ δημοτικὰ καλέεται, *duplicibus utuntur litteris, quarum illas appellant ſacras, has vulgares.* Illæ autem in templis uſurpabantur, & ſacris præcipuæ argumentis, ad poſteros tranſmittendis, ſive etiam heroum ac principum rebus geſtis annotandis, quod ex obeliſco Rameſſis, ejuſque Interprete Hermapione liquido noſcitur. Ante mundi prioris interitum hoc ſcribendi genus obtinuiſſe, multi exiſtimant. Herodot. II. IV & XLVI. Ammianus præſertim Marcellinus *lib.* XXII. *Hiſtor.* cap. XXXIX. qui receſſus flexuoſos, ſive ſyringes prope Thebas Ægyptias deſcribens, parietibus volucrum ferarumque imagines varias inſculptas fuiſſe perhibet ab iis, qui rituum vetuſtorum periti Diluvium adventurum præſciebant, eoſdemque inter ſuos obſervari cupiebant, ne forte memoria hominum abirent, aut plane aliquando intermitterentur. Georgius Syncellus, * ex Manethonis libro *Sotheos*, ſacram iſtam Ægyptiorum ſcripturam ἱερὰν διάλεκτον, alii ἱερογραμματικὴν, ἱερογραφικὰ γράμματα, adpellant: cujus præterea magnus videtur uſus fuiſſe in libris apocryphis, qui alias ἀνακεχωρηκότες dicti, reconditi, ſacri: ad quos templorum cuſtodibus fere patebat aditus, qui & hinc vocati ſunt ἱερογραμματεῖς.

Quemadmodum vero hæc exteris, in Ægyptum diſcendi gratia commigrantibus, ob plurimas figuras, & ſignificationes ambiguas, impedimento erat, ut circa res, alioquin obvias, veluti ad ſcopulos hærerent diutius: ita mater quoque fecunda erat abſtruſarum cogitationum, ſuperſtitionis ineptæ, & cultus animalium, herbarum olerumque irreligioſi. Neque adeo mirum, per tam obſcuram docendi rationem ſanctioris doctrinæ ſtudioſos in graves errores perductos eſſe, nec niſi per nebulas vidiſſe lucem veritatis. Patriarcharum nomina pro captu efficta cujuslibet, & cum DIIS patriis atque heroibus comparata, rerum ordo perverſus, temporum intervalla ubique turbido ſenſu expoſita.

Ætatum numerus, quem Ovidius ad Diluvium uſque demonſtrat, e ſacris voluminibus dignoſcendus eſt, ſicut manifeſtum redditur e ſerie carminis, & jam doctiſſimi ſæculo noſtro viri, Grotius, Voſſius pater, Boeclerus, Huetius id abunde ſatis confirmarunt. In eo tamen multi diſcrepant inter ſe, quod nonnulli cum ipſo mundo ætatum principia ſtatuant, alii poſt inundationem communem illas demum inchoaſſe exiſtiment, rurſum alii non quattuor, non quinque aut pauciores connumerent, ſed ex poetis & vaticiniis Sibyllarum plures longe ætates ab orbe condito ad ſua tempora deducant. Atqui certa ſingulis eſt meta, quam in oculis habent, certa hypotheſis, quam ex propoſito argumento tuentur: ipſa quoque antiquitatis caligo magis ab hoc diſcutitur, quam altero, tot vel naturæ vel doctorum ſubſidiis haut inſtructo. Videas inde varias adplicationes in determinandis periodis, quando deſierint, ut præ hac nulla prope ſit materia opinionum feracior.

Plerique in revolutione ætatum, ſive magna ἀποκαταστάσει conveniunt, niſi quod in ſpatii magnitudine, & numero annorum a ſe invicem digrediantur. Qui ſideribus vim contribuunt in humanis, & huc integras civitates revocant, ingentem illam ſolis, lunæ, atque cæterarum ſtellarum errantium converſionem, mille quadringentorum ſexaginta unius annorum circuitu emetiuntur, atque hinc populis etiam quendam morum fatorumque orbem affingunt. Hetruſci, origine

* *Chronogr. p.* 40. Tho. Gale, *not. in Jamblich. p.* 183. Valeſ. *not. in* III. *Hiſtor. Euſebii cap.* VIII.

ſua advenæ ſtirpis Aſiaticæ, apud Romanos clari, quod prodigiorum admodum periti exiſtimarentur, antequam ingens hæc mutatio fieret, ſigna cœleſtia admittebant. Plutarchus in *Sylla* p. 456. Edit. Francof. Ἔστι δὲ ὀκτὼ τὰ σύμπαντα γένη, διαφέροντα τοῖς βίοις καὶ τοῖς ἤθεσι δι' ἀλλήλων· ἑκάστῳ δὲ ἀφωρίσθαι χρόνων ἀριθμὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, συμπεραινόμενον ἐνιαυτοῦ μεγάλου περιόδῳ· καὶ ὅταν αὕτη σχῇ τέλος, ἑτέρας ἐνισταμένης κινεῖσθαί τι σημεῖον ἐκ γῆς ἢ οὐρανοῦ θαυμάσιον: quæ ſic interpretor: *Sunt octo genera mortalium in univerſum, ſive ætates, vita & moribus a ſe invicem diſtinctæ: quarum unicuique certum temporis ſpatium tribuitur a* DEO, *anni magni circuitu terminandum, quando ſic ille finit, alio inſtante, oſtentum vel terreſtre, vel cœleſte exiſtere*. Contra qui decem ætates a prima Creatione ad Salvatoris adventum numerant, ſub iis decem annos magnos, non ſecundum Aſtronomos, ſed Ebræos intelligunt: quorum ſinguli annorum ſexcentorum ſpatio deſcribuntur. Phœnicis reditum & vitam commentitiam inde quoque dijudicant, & quingentos annos ab Æliano ipſi tributos varie interpretantur. Pythagorici, & cum illis Plato, in ſeptenario numero myſterium μεταβολῆς μεγάλης ponunt, ut illo per ſpatia ſua confecto, amplius nihil addi poſſit, ſed mutato priſtino rerum ſtatu, novus incipiat. Jam vero patet ſatis, cur in tot ſententias eruditi propendeant.

Ovidius quin tempora, quæ Diluvium anteceſſerunt, periodo quattuor ætatum concludere voluerit, & cum Deucalione novum cœpiſſe regnum, novam gentem, luculente tradiderit, nemo ſane dubitaverit. Poſt Diluvium igitur, qui aureum cum Bocharto IV. *Geogr. Sacræ*, XII. ſæculum auſpicantur, ex doctrina periodica ſecundam ætatem Saturniam ſtatuunt, qua reſtitutus fuit orbis, eamque dicunt a Noæ temporibus uſque ad nativitatem Phalegi duraſſe, ſub quo diviſio terrarum facta. Noa certe, exemplo Adami, primis annis, poſt convolutum ambitum prioris mundi, ſolus inter ſuos judex & arbiter ſumma pace, otio & tranquillitate fruebatur, nulla adhuc pertinaci exorta contentione de bonorum poſſeſſione, ac diviſis imperiis. Lætiſſima frugis ſponte naſcentis ubertas, pecorum greges paſſim obvii, nulla in alienis fertilior ſeges, quando nondum

—— fixus in agris,
Qui regeret certis finibus arva, lapis.

Tibull. *lib.* I. *eleg.* III. Platonis* ævum divinum, ſive cœleſte oſtendit, ἐν ᾧ θεὸς τὸ πᾶν ξυμποδηγεῖ καὶ συγκυκλεῖ. Neque ſunt ab his diverſa, quæ in *Carminibus* leguntur *Sibyllinis*, de nova poſt cataclyſmum progenie, deque cœleſti adminiſtratione:

Ἔνθ' αὖθις βιότοιο νέη ἀνέτειλε γενέθλη,
Χρυσείη πρώτη, ἥτις πέληθ' ἕκτη, ἀρίστη,
Ἐξ οὗ πρωτόπλαστος ἀνὴρ γένετ', οὔνομα δ' αὐτῇ
Οὐρανίη, ὅτι πάντα θεῷ μεμελημένα ἔσται.

Mox autem formula diſtinctæ hereditatis inter filios promulgata, legibus etiam variis ac præceptis editis, civiles emerſere ſocietates, & poſteri in varias mundi partes diſperſi, amplis rebuſpublicis originem præbuerunt. Qui cum philoſopho recens hoc inſtitutum ex temporis ſucceſſu, & moribus hominum æſtimant, ἡγεμονικὸν illud cognominant: quod ductu præſtantiſſimorum, ad colendam terram, a ſe invicem diſceſſerint. Poetæ vocant ætatem iſtam argenteam, qua mortales, obſecuti primoribus, agris parandis ſubigendiſque intenti fuerunt, ac domos proprias ad beatius degendum extruxere. De reliquis intervallis, ubi a priſtina ſinceritate nimiopere degeneratum eſt, quæque per θυμικὸν & ἐπιθυμητικὸν, per æs & ferrum, a quibuſdam ceu proprios characteres diſcernuntur, non videtur operæ pretium ſollicitius inquirere, quando non adeo faciant ad rem præſentem. Id prætermitti vix poteſt, eos, qui plures ætates comminiſcuntur, numerum obſervare metallorum, cumque per eadem ceteræ ſint internoſcendæ, octavam & nonam nullo ſignatas metallo exiſtimare, quod omnium teterrimæ haut mereantur. Ultimam autem exoptatiſſimam fore, quod tunc lapſus ceſſet infauſti temporis, & ſæculum, divinitus revolutum, ſalutem æternam mortalibus adferat. Notabile cumprimis, primordium iſtius ab eruditis viris conferri in ſalutare Chriſtianis momentum, quo demiſſus eſt in terram Salvator omnium ac Liberator: quippe de venturi hujus myſterio tanta inter gentes quondam conſenſio, ut perſuaſi omnino crederent, poſthac regem extiturum, qui ſanctitate inclytus & majeſtate res humanas in ſtatum meliorem reponeret. Quæ Cic. III. *de Divin.* pag. in 295. contra ſententiam vulgarem poſt Julii Dictatoris excidium diſſeruit, notiora forte ſunt, quam ut vel tribus recitentur. Sicut autem dolenter ferebat, ex forma publici ſtatus, poteſtatem ſummam, eamque perpetuam, eſſe penes unum ſolum: ita minime regis nomen admittebat, quod tunc Romæ neque DII, neque homines paterentur. In deſignando certe, quiſnam rex ille futurus eſſet, ſinguli nimium quantum fallebantur, dum alii opinionis errore, alii ad benevolentiam aucupandam, ſibi eligerent, quos modo vellent. Interpretem Verſuum Sibyllinorum, male ad Julium Cæſarem in Senatu accommodaſſe, Cicero graviter pronuntiat. Julii Marathi, hominis libertini, annotationem de prodigio Romæ ſtupendo, paucis ante nativitatem Auguſti Cæſaris menſibus, quod REGEM NATURA P.R. PARTURIRET, publica fide nobis conſervavit Sueton. in *Vita Aug.* cap. XCIV. neque obſcure oſtendit, quem per eum quondam intellexerint. Ad Neronem ſpectaſſe vates, idem auctor eſt in *Ner.* c. XL. quod illi deſtituto ſpoponderint Orientis dominationem, nonnulli regnum Hieroſolym. nominatim, quæ non aliunde ſunt dignoſcenda, quam ex oraculis tum vulgo jactatis, de magni regis adventu.

Joſephus ſcriptor nobilis, inque hiſtoria Veteris Teſtamenti verſatiſſimus, Veſpaſiano Judæorum victori, præter ceteros adplauſurus, cauſſamque ſeditioſæ gentis ſuæ expoſiturus, vaticinium profert ambiguum, in Sacris repertum, quo ſperabatur ex illa, qui toti orbi imperaret. Hoc, inquit, nonnullos ad ſe retuliſſe ex cupidine intempeſtiva regnandi, ſapientes etiam in explicatione illius crebro hallucinatos eſſe, ipſum vero per hoc indicari, ac recipi a Judæa univerſa Imperatorem. Joſephi verba ſunt lib. VII. *Belli Jud.* cap. XIII. Τὸ δ' ἐπᾶραν αὐτοὺς μάλιστα πρὸς τὸν πόλεμον, ἦν χρησμὸς ἀμφίβολος ὁμοίως ἐν τοῖς ἱεροῖς εὑρημένος γράμμασιν, ὡς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς χώρας τις αὐτῶν ἄρξει τῆς οἰκουμένης· τοῦτο οἱ μὲν ὡς οἰκεῖον ἐξέλαβον, καὶ πολλοὶ τῶν σοφῶν ἐπλανήθησαν περὶ τὴν κρίσιν. ἐδήλου δ' ἄρα τὴν περὶ Οὐεσπασιανοῦ τὸ λόγιον ἡγεμονίαν ἀποδειχθέντος ἐπὶ Ἰουδαίας αὐτοκράτορος. Sed neque poſt captam Judæam totius orbis dominus factus eſt Veſpaſianus, ex quo perverſa oraculi interpretatio potiſſimum intelligitur. Euſebius III. *Hiſt. Ec.* VIII. poſtquam recenſuit iſta, declarat malitiam ſcriptoris atque blanditias, quibus Titum potius, quam verum orbis regem ac dominum ſibi placare voluerit. Plura congerit Huetius ſub finem primæ partis in *Demonſtratione Evang.* Equidem Salvatorem noſtrum in terris adparuiſſe humana ſpecie, ac ſalutem annuntiaſſe in ſe confiſuris, regio exemplo inimitabili, illorum ſæculorum teſtes habemus divinos & incorruptos. Verum quod Noa diu ante excidium univerſale hominibus

* In *Politico* p. m. 101. conf. Dan. Heinſii *Introd. ad Heſiod.* cap. IX. pag. 235.

A prædixerat, credidere pauciores, & quem servaverant morem improbum, petulantium deinceps quoque retinuerunt. Livius Ebræorum *ibidem* addit: *ὐ δυνατὸν ἀνθρώποις, τὸ χρεὼν διαφυγεῖν, ὐδὲ προορωμένοις*, quasi ex fatali stupore, licet mala præviderint, ea tamen vitare haud potuerint. Nec aliter se gerent in supremo Regis cœlestis adventu, quemadmodum ipse, velut alter Noa, comparatione instituta vaticinatur, *Matth.* XXIV. 37. *Luc.* XVII. 26. *Ὥσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε, ὕτως ἔσαι καὶ ἡ παρυσία τῦ υἱῦ τοῦ ἀνθρώπυ.* Beati contra, qui temporum rerumque publicarum vices pie meditantur, cumprimis vero omnis ævi consummationem. Sic B enim futurum est, ut non tam imparati, tam inconsulti ad vitam & novi sæculi felicitatem noscantur. Quæ ex Ovidii carmine interpretari cœpimus, sine ambage exequamur, ne digressuri longius nauseam lectori moveamus ac fastidium.

CAP. II.

Caussæ Diluvii variæ. Deucalionis de illo sermo apud suos. Gentilium sententia de mundi exustione, unde? Festa ὑδροφόρα apud Græcos. Morum perversitas ante Diluvium: quinam dicantur Gigantes? C

SI vero poetæ nostri vestigiis porro insistimus, & caussas adtendimus, propter quas eluvione plenaria DEUS humanum genus oppresserit, eas reperiemus duplices. Aliæ sunt ex diversitate ætatum petendæ, & corruptis moribus, quibus homines non amplius in homines, sed in cœleste quoque Numen maligno consilio sæviebant: quippe his æther movebatur ac terra, ut finem imponerent perverso sæculo, novumque reducerent, studio & vitæ cultu præstabilius. Aliæ secundum naturæ ordinem, a vi aquarum ventorumve profe- D runtur, tanquam hisce penitus immissis aliter fieri nequaquam potuerit, nisi ut cuncta undis submersa perirent. Singulas explicare, operæpretium ducimus, unde propius cognoscantur Veterum dogmata, sive moris honestatem, sive naturæ cursum respiciamus.

Et quidem, ut a fine primordia capiamus, quare nimirum omnium fere gentium scriptores Diluvii meminerint, & alii excogitaverint alia, locis temporibusque diversa, ratio in promtu est. Antiquissimis temporibus, quando scribendi amor & industria nondum eo processerat, ut duraturis litterarum monumentis consignarentur, quæ majorum ævo contigerant, aut gesta ab iis fuerant, ple- E raque traditione, & incerta sæpius commemoratione, ad posteros transmittebantur. Jam vero in hoc non intervalla magis cordi erant, quibus inundatione communi occubuerant mortales, quam religio Numinis, per justam adeo scelerum vindictam, ac feriam illius descriptionem, animis incutienda. Deucalionem igitur ajunt, regem in Græciam aliunde delatum, ut metum DEORUM ac venerationem efficeret majorem, crebro inculcasse subjectis, quomodo terreant *etiamnum nubila mentem*. Iram Numinis indicabat, quam vehemens esset in omnes, qui sectarentur iniqua, & vim in- F ferre aliis, non autem suis frui mallent. Viam contra monstrabat, quam insisterent, qui ultionem divinam effugere & vivere tranquille cuperent.

Reges enim ob solam justitiam, & legis cultum, a populis quondam adsumtos fuisse, Deiocis exemplo novimus, qui primus apud Medos imperavit, Herod. I. 96. 97. 98. conf. Cicero II. *de Officiis*. Sicut autem leges de illis ferendæ erant, quæ faciebant ad salutem universorum: ita maxime sacrorum cura non nisi ad reges pertinebat. Philo eleganter de magistratus creatione *regiam artem* adpellat *πραγμάτων ἰδιωτικῶν, καὶ δημοσίων καὶ ἱερῶν ἐπιμέλειαν, procurationem rerum civilium, publicarum & præcipue sacrarum*. Hoc præsertim vituperatur in gentibus, quod religionem non magis in cultu DEI posuere, quam quod eam, ceu instrumentum pravæ libidinis ac dominationis civilis, impie usurpaverint. Quæ non supplicia recitabantur, a superis impendentia, quæ fulmina Jovi fabricabantur, ut esset terrori? nonne sanctissima nomina, DEUS, pietas, fides, quondam æque prætexebantur, si quæ civitas vel evertenda bello, vel constituenda, si quod opus publicum, humanis viribus, aut collatione tributi absolvendum? Adeo præter verum haud esse dictum existimamus a quibusdam, Deucalionem frequentes instituisse sermones apud suos, de pœna omnium gravissima, nisi colerent justitiam, ac regi præstarent obsequium. Inde forsitan est, quod a Deucalione historia Diluvii Attici scripta circumferretur olim, si vera putanda *ἐκλογὴ* Cedreni in *Temporibus Josuæ*. Cicero secundo *de Legibus* formulam prisci temporis, usu confirmatam, ostendit, *qui secus faxit, ipse DEUS vindex esto*. Nullum vero gravius pœnæ genus repetere memoria poterat, quam commune Diluvii excidium, quo nemo servatus, quin justus & bonus esset inventus.

Quando tamen *οἱ ἔξωθεν σοφοὶ* compertiora, sive ex conversatione cum Ebræis, sive ex Litteris Sacris accepissent, de pacto illo cœlesti cum posteris Noachi inito, mundum videlicet aquis non amplius periturum esse, ignis periculum deinceps objecerunt. Novum exinde dogma in orbem rediit *ἐκπυρώσεως*, quam non uno fine tradiderunt, & gentes variæ, & gentium philosophi. Aperte Seneca in *Quæstion. Natur.* III. 13. *ignis mundi exitus est, humor primordium*. Sententia ista nude considerata, non profani hominis esse videtur, sed illius, qui nostra monumenta propius inspexit. Aqua certe spiritu fœcundata jam erat, cum nondum terra emerserat, unde mox varia benignitatis potentiæque divinæ argumenta existebant. Novi quidem dissidia Antiquorum, circa mundi principia: sed illa ex Historia Sacra maximam partem fluunt. Scilicet confusam habebant notitiam Creationis, operis ineffabilis, quam suo more ad humanæ rationis normam exigebant, & sic mirificas plane sententias atque discordes ferebant. Thales ante ceteros *ἀρχὴν τῶν ὅλων* posuit *ὕδωρ*, Anaximenes contra *τῶν ὅλων ἀρχὴν* dixit *ἀέρα*, Democritus denique, cum Animaxandro fere, *τὸ ἄπειρον πᾶσαν αἰτίαν ἔχειν τῆς τοῦ παντὸς γενέσεώς τε καὶ φθορᾶς* statuit: Eusebius *Præp. Evang.* cap. VIII. & X. in celebrato Sanchuniathonis framento diserte magis, e Phœnicum theologia, initium procreationis rerum adpellatur *Μὼτ*: *Τῦτο τινές φασιν ἰλὺν, οἱ δὲ ὑδατώδυς μίξεως σῆψιν· καὶ ἐκ ταύτης ἐγένετο πᾶσα σπορὰ κτίσεως καὶ γένεσις ὅλων*, *quod alii limum, alii aquosæ mixtionis putredinem esse volunt; & hinc factum est seminium omnis creaturæ, & omnium rerum generatio*. Ignis est, cujus vi exurentur aliquando omnia; quæcunque hodie excelsa, invicta, perpetua habentur, & cum sæculorum fluxu in certamen eunt. Ovidius pro natura rei insignite:

Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Verum si heic etiam diversas opiniones Veterum, diversas insuper sectas excutimus, de principiis aquæ & ignis, mira de conflagratione universi post Diluvium cognoscemus. Ita pariter, de futuri sæculi mundique renovatione, per eadem hæc elementa, multa fabulantur, qui ista sacra humano sensu exposuere.

Nobile Stoæ ornamentum, quod ante laudavimus, libro tertio, ſub finem *Quæſtionum Naturalium*, ſequentia profert *: *Per centena millia æſtus excurrit innoxius, & ordinem ſervat. Ad menſuram enim creſcit, iterumque decreſcit. At illo tempore ſolutus legibus, ſine modo fertur. Qua ratione, inquis? eadem, qua conflagratio futura eſt. Utrumque fit, cum DEO viſum, ordiri meliora, vetera finire. Aqua & ignis terrenis dominantur. Ex his ortus, & ex his interitus eſt. Ergo quandocunque placuere res novæ mundo, ſic in nos mare emittitur, deſuper ut fervor ignis, cum aliud genus exitii placuit.* Sed neque hæc omnino rejecerit quis cum Juſto Lipſio, cui præ noſtris interdum placent externa. Nolim tamen, ex primo adſpectu judicium fiat de corpore ipſo, quod variis laciniis, male cohærentibus, obtegitur. Quodnam illud tempus, quo ignis ſolvetur legibus? lege mundi conſtitutum ait poſtea, quando hiemem, ſive magnam inundationem, ſequetur æſtas, id eſt, mundi incendium, quo interire partes ejus debent, abolerique funditus totæ, ut de integro totæ, rudes, innoxiæque generentur. Addit quidem, ſi DEO viſum fuerit. Paullo vero ante notaverat ex Beroſi interpretationibus in Belum, iſta ſiderum curſu fieri, & terrena arſura, cum aſtra, quæ nunc diverſos agunt curſus, in Cancrum convenerint; inundationem futuram, cum eadem ſtellarum turba in Capricornum convenerit. Cicero IV. *Academicarum: propter eluviones exuſtioneſque terrarum, quas accidere neceſſe eſt*, non modo non æternam, ſed ne diurnam quidem gloriam adſequi poſſumus †. Nugæ! quas tanto conatu, tanta ſpecie egerunt philoſophi Gentilium, ut non paucos e Chriſtianis in eoſdem prope ac ſimiles errores ſecum adduxerint. Animus non eſt, illorum numerum inire, aut de his uberiora promere, quod viri doctrina & meritis in ſtudia elegantiora præcellentes, Ger. Joannes Voſſius, atque Jac. Thomaſius, id abunde fecerint: alter in *Theſibus Theologicis & Hiſtoricis*, alter peculiari ſcripto, *de Stoica mundi exuſtione*.

Dubio procul ignis cultus apud plures quondam, quod in illum reverſura ſint omnia, ceu reſurrectionis medium: ut nimirum hoc a malis purgati majori ſplendore deinceps oriantur. Clementis Alexandrini ſuper iſta re notabilis legitur annotatio, quinto *Stromatum* p. 549. Edit. Pariſ. Ἐφέσιος γὰρ οἶδεν, ἐκ τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας μαθὼν, τὴν διὰ πυρὸς κάθαρσιν τῶν κακῶς βεβιωκότων, ἣν ὕστερον ἐκπύρωσιν ἐκάλεσαν οἱ Στωϊκοί. καθ' ἣν καὶ τὸν ἰδίως ποιὸν ἀναστήσεσθαι δογματίζουσι. τοῦτ' ἐκεῖνοι τὴν ἀνάστασιν περιέποντες. *Epheſius quoque novit, ex philoſophia barbara edoctus, expiationem per ignem eorum, qui male vixerunt, quam Stoici deinceps* ἐκπύρωσιν *dixere: ſecundum hanc eadem præditum ſubſtantia quenquam reſurrecturum ſtatuunt: & ſic illi reſurrectionem deſignant.* Idem ex Porphyrio demonſtrat Euſebius lib. III. *Præpar.* c. IV. quare divinus honor apud Ægyptios igni ſervaretur: ὕδωρ δὲ καὶ πῦρ σέβοντες, τὰ κάλλιστα τῶν στοιχείων, ὡς ταῦτα αἰτιώτατα τῆς σωτηρίας ἡμῶν: *aquam & ignem colunt, præſtantiſſima elementa; tanquam cauſſas præcipuas noſtræ ſalutis.* Quæ de expiatione ibidem ſequuntur, jam ex aliis luculenta ſunt. Unde diſcimus omnino, quem in religione propaganda, & ad rempublicam adplicanda, modum reges priſci ac ſapientes juxta retinuerint.

Ex Ægypto manaſſe ritum paſſim ſcriptores produnt, quod Herodotus II. 62. feſtum λυχνοκαΐης univerſale apud illos fuiſſe teſtetur: alii contra, ut

A Iſid. l. XIV. *Orig.* c. III. non ita multo poſt eluvionem magnam, cum Nimrodo in Perſide, incerta tamen fide, cœpiſſe volunt. Quidquid tandem horum ſit, eodem fine ſunt inſtitutæ feriæ, quibus ex igne metus ac veneratio conciperetur, ſicut ex Diluvii recordatione aucta fuit religio. Sed neque aliter cultum eſt hoc ipſum diu inter mortales ceremonia ſumma, quam ignis apud gentes varias. Præterquam enim quod editiora & montana loca ab inſtaurato orbe incolerent, in ſitu contra vim aquarum habituræ præſidium, certa pariter feſta, ex Deucalionis præcepto, in Græcia celebrabant, ὑδροφόρια dicta, in memoriam eorum, qui Diluvio perierant. Suidas in

B *Lexico*, ex Apollonio Grammatico: ὑδροφορία, ἑορτὴ πένθιμος Ἀθήνησιν, ἐπὶ τοῖς ἐν τῷ κατακλυσμῷ ἀπολομένοις. Plutarchus in *Vita Syllæ* p. 461. Edit. Francof. tempus vernum ponit, quo ſolennia hæc peracta. Ἡμέρα, inquit, συμπίπτει μάλιστα τῇ νουμηνίᾳ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς, ἐν ᾧ κατὰ τύχην ὑπομνήματα πολλῶν τῆς διὰ τὴν ἐπομβρίαν ὀλέθρου καὶ τῆς φθορᾶς ἐκείνης δρῶσιν· ὡς τότε περὶ τὸν χρόνον ἐκεῖνον μάλιστα τοῦ κατακλυσμοῦ συμπεσόντος. *Dies incidit in Kal. Martii menſis, quo forte memoriam celebrant ſtragis & internecionis plurium ex vi imbrium; ſicut eodem quoque tempore diluvium accidit.* Ægyptii hominem

C in aquis extinctum, feliciori mortis genere obiiſſe cenſebant, ut, ſi talis repertus eſſet, nemo profanus eum attingere, nedum ſepelire poſſet. Nili ſacerdotes curabant funus, atque pretioſiſſima data pollinctura ἐν ἱρῇσι θήκῃσι, in ſacris conditoriis reponebant, Herod. II. 90.

Jam tandem ſeries poſcit, ut iræ divinæ magnitudinem, juſtitiam ultricem, & peccantium ſcelera partito conſignemus. Per ætates, velut per gradus, adſueverant miſeri delictis, cumque antea ſubverecundarentur, turpia patrare, mox laudi ducebant, neminem in malis habere ſecundum. Proles ænea, ſæva fingitur armis & ingeniis, quod promta eſſet

D ad bella inferenda, & focum patrium adverſus externam vim animoſe tuendum. Non enim injuſte hoſtem profligari, didicerant rectæ rationis uſu, quam adeo ſequebantur, ut præter ſui defenſionem non facile moleſti forent ulli. Verum de ferro ultima protinus irrumpit in omne nefas:

—— fugere pudor, verumque, fideſque,
In quorum ſubiere locum fraudeſque, dolique,
Inſidiæque, & vis, & amor ſceleratus habendi.

Inſignis poetæ σύγκρισις, quæ declarat moris humani viciſſitudinem, & ruentis in pejus ævi malitiam. In conſpectu parentum ac ſeniorum, quos

E vitæ rectores & publicarum rerum adminiſtratores debebant agnoſcere, diu retenti ab initio, ne petulantius, ne ferocius, ac nimis proterve in vitia conſentirent. Tutus erat ab hoſte, qui modo rectam inire viam, & ab injuria vicinorum ſibi temperare vellet. Non aberrabat facile in vita, qui contuebatur ad primum terræ incolam, ortu & ætate venerabilem. Qui poſt illum in cœtu fidelium eminebant, pari moris honeſtate innoxii, exempla præbebant cultus erga Numen cœleſte, & obſequii in ſuperiores.

Pia ſententia eſt, quam in Eccleſia ſemper obtinuiſſe conſtat, duas poſt ferale diſſidium fratrum, &

F inſecutum necis crimen, exortas eſſe ſocietates, quarum altera DEUM ſequebatur, altera per vim & licentiam graſſari malebat. In Theodori ἐπιτομαῖς ἀνατολικῆς διδασκαλίας, ex antiqua traditione, occurrunt ſequentia: Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀδὰμ τρεῖς φύσεις γεννῶνται. πρώτη μὲν ἡ ἄλογος, ἧς ἦν Κάϊν. δευτέρα δὲ ἡ λογικὴ καὶ ἡ δικαία, ἧς ἦν Ἄβελ. τρίτη δὲ ἡ πνευματικὴ, ἧς ἦν Σήθ. Quamdiu itaque non congrederentur invicem, & ad iniqua ſemetipſos provocarent, pax erat ac tranquillitas. At poſtquam civitas DEI pravis hominum

* Vid. Plutarchus περὶ κοινῶν ἐννοιῶν p. 1075. Edit. Francof. Euſeb. XV. *de Præpar.* cap. XVII. & XVIII. Clem. Alex. V. *Strom.* pag. 549. 599. Edit. Pariſ. Turneb. *in Varron.* pag. 45.

† Cenſor. cap. XVIII. *de Die Natali* videndus.

institutis corrumpebatur, pudor cessabat, qui huc usque vinculum emendati moris, qui nexus civilis beatitudinis fuerat. August. xv. *de C. D.* cap. I. Philosophus II. *Rhetor.* cap. VI. illum adpellat λύπην καὶ ταραχὴν περὶ τὰ εἰς ἀδοξίαν φαινόμενα φέρειν τῶν κακῶν. Quod fere commoveamur existimationis propriæ respectu, si forte quid committatur quod non fieri melius fuisset, aut si quid omittatur, quod ad nostrum decus & honorem referri potuisset. Ex utraque parte sibi cavebant primi mortalium ne macula adspergeretur sua culpa bonorum societati, qua & cumprimis gloriabantur, & malis anteponi volebant. Verum nihil adeo perpetuum ac secundum naturam suam diuturnum in humanis, quin mutetur sæpius, & in alias formas transeat. Id potissimum in genere morum licet observare, quando per sæcula & gentes, diversitatem indolis, & multiplices de discrimine honestorum ac turpium opiniones expendimus. Sicut autem nefas erat antea, ex impiorum cœtu filiam in matrimonio habere: ita jam pudore contrario, ducebatur opprobrio, suas tantum amare, nec aliorsum digredi, ubi pulcritudo majori specie in se converteret oculos. Pestilens error, quo rectæ rationi libido frænum injicit, & quorsum vult, cæcam impellit. Fuere pauci, quin ab hoc igne correpti deteriora expeterent omnibus votis, atque strenue confectarentur.

Ipsi factionis adversæ consortes adhuc difficulter admittebant, ne in delictis censores audire & monitores cogerentur. Aptiora his describendis vix obvenient, quam quæ Corinthii quondam de Corcyrensibus in concione Atheniensium pronunciarunt. Thucydid. *lib.* I. pag. 27. Edit. Steph. Ξυμμαχίαν γὰρ διὰ τὸ σῶφρον οὐδενός πω δέξασθαι. τὸ δ' ἐπὶ κακουργίᾳ καὶ οὐκ ἀρετῇ ἐπετήδευσαν, ξύμμαχόν τε οὐδένα βουλόμενοι πρὸς τἀδικήματα οὐδὲ μάρτυρα ἔχειν, οὔτε παρακαλοῦντες αἰσχύνεσθαι. Adeo nempe animus obdurue-rat, ut ad pessima quæque haut erubescerent, nisi ex familia bonorum adesset quasi sceleris testis. DEO sanctissimo nihil tam execrabile, nihil pœna severiore castigandum, quam pravæ libidinis malum: quod invaluerat eo successu, ut *de tot modo millibus unum* reperire, qui foret sine nævo, arduum videretur. Placuerat contra, piorum cœtum tamdiu mansisse intaminatum, nec pari delictorum labe inquinatum fuisse, cum voluptuosis atque infidelibus. Jam vero communis mortalium hostis, quod nocentius illecebrarum genus propinare, quod ad perdendos omnes efficacius remedium excogitare poterat? Impurus leno conciliabat, qui per omnem vitam divisi erant, solius virtutis intuitu. Noverat, amore nefario semel captos, futuros esse impudentissimos, quos nullius pœniteret noxæ, quin posituros in laude, si juxta se alios fecerint sontes. Noverat, pristina vivendi ratione semel turbata, ex infausto amore secutura esse innumera, pericula, flagitia, homicidia, bella mutua & perpetua.

In Apocryphis Enochi, qui societati bonorum adscribuntur, ἐγρήγοροι, *sacrorum custodes*, in Divinis Monumentis, υἱοὶ Θεοῦ, *filii* DEI, a Symmacho Interprete δυναστεύοντες, optimates, *præpotentes*, *viri principes*, dignis elogiis cognominantur. Sethi posteritas, quæ verum retinuerat cultum, per hæc maxime indicatur; consensu quodam doctorum, quidquid alias de locutione בני האלהים adversarii tradant. De voce ἐγρηγόρων dubitant nonnulli, an ea hominibus recte tribuatur, cum a Scriptoribus Ecclesiasticis plerumque hac angeli denotentur. Verum in *Pædagogo* Clemens Alexandrinus rem apte conficit II. 9. pag. 187. Ψυχῆς ὄλεθρος τὸ ἀργεμῆσαι αὐτῇ. διόπερ ἀεὶ τὸν Θεὸν ἐννοουμένη διὰ τῆς συνεχοῦς προσομιλήσεως, ἐγκαταλέγουσα τῷ σώματι τῶν ἐγρηγόρσιν, ἀγγελικῇ τὸν ἄνθρωπον ἐξισάζει χάριτι, τῆς ζωῆς τὸ ἀΐδιον ἐκ τοῦ ἐγρηγορέναι μελέτης προσλαμβάνουσα. *Animæ exitium in quiete est: quapropter* DEUM *continua sermocinatione secum volutans, corpori vigilantiam indicit, & hominem angelicæ adsimilat gratiæ, vitam æternam ex cura vigili adsumtura.* Nemo videlicet propius accedit ad gloriam angeli, quam qui noctu interdiuve servit Creatori, ejusque beneficia celebrat. Somnus autem ubi non secus ac publicanus vitæ dimidium nobiscum dividit, plurimum temporis aufert, quod Numinis venerationi impendendum.

Quando igitur in ecclesia antediluviana homines pii vocantur ἐγρήγοροι, duplici potissimum sensu id accipiendum, & quod DEUM coluerint vigilantissima cura, & quod excubias diligenter egerint, ne falsæ religionis contagium apud suos vulgaretur. Qui ab externo corporis habitu, ac splendore vultus petunt similitudinem, extra oleas vagantur. Mirum cui sic videri posset, quare vir Græce doctissimus, Guilielmus Xylander, *Annotationibus in Compendium Cedreni*, liquido adseveret, *se non adsequi, quid vocabuli sit* ἐγρήγορες. Ita enim inibi adpellantur. Georgius Syncellus, apud quem fragmenta apocryphorum supersunt, de corrupto sensu, ac profana voluptate Sethitarum pag. XI. Καὶ ἐγένετο, ὅτε ἐπληθύνθησαν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐγεννήθησαν αὐτοῖς θυγατέρες ὡραῖαι, καὶ ἐπεθύμησαν αὐτὰς οἱ ἐγρήγοροι, καὶ ἀπεπλανήθησαν ὀπίσω αὐτῶν, καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους, ἐκλεξώμεθα ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων τῆς γῆς. *Hominum numero in immensum crescente, & natis speciosissimis puellis, cupidine illarum exarsere egregori, & nimiopere seducti ab illis, invicem se cohortabantur, eligamus nobis uxores ex filiabus hominum terræ.* ubi semper υἱοὶ ἀνθρώπων, υἱοὶ ἀνθρώπων τῆς γῆς, γενεὰ τοῦ Κάϊν opponuntur υἱοῖς Θεοῦ, ἐγρηγόροις, γενεᾷ τοῦ Σήθ, tanquam fideles infidelibus. Locus habitationis ex Ephraimi *Sermonibus de Paradiso* describitur ab eodem p. XV. Οἱ δὲ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἄνθρωποι ἀναμέσον τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τοῦ παραδείσου ᾤκησαν· ἡ δὲ γενεὰ τοῦ Κάϊν εἰς γῆν κατῴκησε Ὠδ, ἥτις μεθερμηνεύεται σεισμός· οἱ δὲ τοῦ Σὴθ εἰς τὰ ὑψηλότερα ἐντεταλμένοι ὑπὸ τοῦ Ἀδὰμ μὴ συμμίγνυσθαι εἰς τὴν γενεὰν τοῦ Κάϊν τοῦ ἀδελφοκτόνου. *Homines ante diluvium habitabant inter oceanum & paradisum; Kaini soboles terram incolebat Od, quæ tremula exponitur: Sethi filii contra, ne facile miscerentur cum fratricidæ progenie, editiora jussu Adami occupaverant.* Conf. p. IX. ἐκ τῆς λεπτῶν γενέσεως.

Vero proximum est, ex præcepto Adami commisceri non debuisse matrimonio utramque gentem, recordatione facinoris atrocissimi in peragenda re divina commissi, ac ne plura hinc incommoda existerent. Neque hoc inusitatum apud mortales etiam post Diluvium, sive publica, sive privata inspiciamus fœdera, abstinuisse nimirum moratiores a barbaris: quin in eadem civitate jure connubii non quilibet jungi poterat. Attica lex fuit, qua plebejam ducere prohibebatur nobilis, unde in tabulis suis Romani habuere, ac summo studio propugnarunt contra Tribunos. C. Cannulejus tamen intercessit, & opinionem, quasi matrimonio, sine discrimine concesso, tollerentur quoque sacra, obnitente Senatu evulsit. Hæc autem præcipua erant argumenta conscriptorum apud Livium IV. I. 2. *Colluvionem gentium, perturbationem auspiciorum, publicorum privatorumque adferri, ne quid sinceri, ne quid incontaminati sit: isthoc discrimine sublato, nec se quenquam, nec suos nosse: quam enim aliam vim connubia promiscua haberent, nisi ut ferarum prope ritu vulgarentur concubitus plebis patrumque, ut qui natus sit, ignoret cujus sanguinis, quorum sacrorum sit, dimidius patrum, dimidius plebis, nec secum quidem ipse concors.* Christianorum conjugia cum Paganis

improbata esse semper a piis, demonstrat Apostoli commonefactio *ad Corinthios* II. *Epist.* VI. 14 ut ne ἑτεροζυγοῦντες fiant: quamvis Grotius *de J. B. & P.* XV. II. aliorsum potius verbi sensum e sequentibus trahat, nec pravitatem tali vinculo internam putet inesse, nisi ex certis circumstantiis. Judæi certi abhorrebant ab homine non circumciso, quique non eundem DEUM, non eadem sacra cum illis colebat. Quod ad sedes distinctas attinet, quibus primi mortalium discernebantur, ne facile convenirent, aut sanguine miscerentur, exemplo Israelitarum in Ægypto simile quid noscimus.

Ex quo tamen πρωτόπλαστοι diem obierunt, magna haud dubie rerum omnium secuta est mutatio, quando præter oblivionem illorum, reverentia majorum, & præceptorum auctoritas vilesceret. Nascebantur ex utriusque familiæ conjunctione, qui neutri parti subesse volebant omnino, multo minus legibus præstare obsequium. Qui coalescunt alias in civitatem ex diversis nationibus, iisdem gaudent institutis, ne inæqualitate rectus concutiatur ordo, ac tandem etiam periclitetur salus publica. Heic vero nulla communio, nulla populorum consociatio, sed nova quædam hominum ferocium turba, cui nihil magis in optatis, quam cæteris imperare. Æquato jure fruebantur ante hæc, suisque finibus continebantur: jam ex insidiis & dolo agunt, certamina serunt continua, obvios quosque aut sibi adplicant, aut invadunt peremturi. Lucianus *de DEA Syria* p.694. Edit. Bas. Ὑβρισταὶ κάρτα ἐόντες, ἀθέμιστα ἔργα ἔπρασσον. οὔτε γὰρ ὅρκια ἐφύλασσον, οὔτε ξείνους ἐδέκοντο, οὔτε ἱκετέων ἠνείχοντο, ἀντ' ὧν σφίσιν ἡ μεγάλη συμφορὰ ἀπίκετο. *Cum essent admodum contumeliosi, nefaria quæque patrabant: neque enim jusjurandum servabant, neque excipiebant hospites, neque curabant supplices, ob quas res maxima calamitate puniebantur*, scilicet Diluvio.

Gigantes hos dicunt, robore corporis, audacia malorum, contemtu numinis, & regnandi cupiditate inclytos. In cœtu imbelli, & armis nondum adsueto, vel adspectu terrebant hastati, crudeles, ad excidia innocentium promti ac faciles. Sed neque satis erat, ita subegisse intentos sibi, cœlestis doctrinæ studium opprimebatur, qui bonus ac pius audiebat, in majori periculo versabatur. Ovidius pro inventionis gloria & Antiquorum traditione, perspicue subjungit;

Neve foret terris securior arduus æther,
Affectasse ferunt regnum cœleste gigantes,
Altaque congestos struxisse ad sidera montes.

Equidem, qui impotenti dominationis furore concitantur, justitiam, religionem, ipsum DEUM ejurant, atque bellum inferunt ejus cultoribus. Ut enim reddant sibi addictiores, ad parem impietatem scelerato exemplo præeunt illis, utque vitia sua pro virtutibus amplectantur, serio volunt. Quid? annon hoc modo cœlum oppugnatur, & quæ sunt divina, nefario ausu temerantur? Macrobius lib. I. *Satur.* c. XX. *Gigantes quid aliud fuisse credendum est, quam hominum quandam impiam gentem*, DEOS *pellere de cœlesti sede voluisse.* Poeta noster similiter;

——— sed illa propago
Contemtrix superum, sævæq; avidissima cædis,
Et violenta fuit.

In sacris oraculis נפלים a potentia, immoderata licentia, & impuro cordis affectu describuntur, quorum peccatis singulis juste coercendis non sufFectura videbantur supplicia, nisi horum veluti compendium immissum fuisset Diluvium. Memoria tantæ rei a posteris Noachi propagata est ad gentes, ac diligenter custodita, ut monumenta ferme omnium in ejus historia desinant, etiam illarum, quas diu incognitas majorum nostrorum industria notitiæ humanæ tradidit in Brasilia, Hispania nova, ac Florida: Vid. Mornæus *de Verit. Chr. Rel.* cap. XXVI. p.453. Grot. *lib.* I. p. m. 33. Id solum dolendum, quod innumeris fabulis ac putidis commentis obscuraverint. Gigantum natura, non aliter ac discreta longe a mortalium cæterorum, huc præcipue spectat. Quæ non excogitavere Gentiles, quæ Christiani pariter, meliora edocti? angelos fecere patres, salaces feminas autem genitrices. Adspectui giganteo effectum tribuunt, qui homini tribui minime potest. Gigantum defunctorum animas in dæmonas transformari, qui huc illuc oberrent, constans erat sententia. Enarrare hæc & similia præstat, quam argumentis oppositis confutare.

Poetarum licentia Gigantibus monstrosa quædam adfingebantur membra, quæ tamen ex recondita Veterum sapientia debent explicari. Sic quando *anguipedes* a nostro dicuntur inferius, ad mores illorum respicit, de quibus agit. Macrobius *loco* modo *indicato*. Georgius Sabinus, cui res literaria, cumprimis Ovidiana *Metamorphosis*, plurima referat in acceptis necesse est, ex Joachimi Camerarii mente, per anguinos pedes intelligit consiliarios, quorum improba turpique sententia tyranni nitantur, ac fulcri instar sustententur. Cedrenus *p.* 10. in compendio sententias aliorum profert; Δρακοντόποδάς τινες προσηγόρευσαν, ἢ ὡς τεθηριωμένους ταῖς γνώμαις, καὶ μηδὲν ἀγαθὸν λογιζομένους· ἢ ὥς τινες ἱστοροῦσιν, ὅτι πόλεμον ἔχοντες μετά τινων οἰκούντων ἐν ὑψηλοῖς, εἶτα χερσὶ, καὶ ποσὶ, καὶ κοιλίαις ὡς δράκοντες ἀνέρποντες κατ' αὐτῶν, ὑφ' ὧν καὶ πολλοὶ πολλάκις ἄνωθεν ἀνῃροῦντο βαλλόμενοι. *Quidam hos anguipedes cognominarunt, sive quod venenatæ bestiæ in morem efferatus eorum animus, nullaque bona erat cogitatio: sive quod, ut nonnulli memoriæ prodiderunt; bellum cum quibusdam in excelso habitantibus gerentes, manibus, pedibus, ac in ventrem proni anguium in modum sursum reptassent, a quibus etiam sæpe multi desuper telis conjectis interfecti sunt.* Si a rapinis ita denominentur ac vi, quam piis intulerunt, non illepide figurantur. Veteres enim symbolum victoris pingebant serpentem, draconem, immani sæpe corporis habitu, quo rei præstantia juxta & gloria major esset. Reges ac Principes invasores eorundem circa caput exuvias, aut imagines quoque diu post gestabant, non alio fine, quam ut putarentur vivaciores, pugnæ & bellis aptiores. Divinitatis opinio hinc illis conciliata, quæ altaribus culta & sacrificiis, quasi dæmones essent, bonorum malorumque auctores. Ægyptiis potissimum tribuitur, quorum in religione tanta vesania, ut præter animantia varia & herbas, portentum quodvis adorarent.

Sed nihil tyrannis potest adsimilari, & populi oppressoribus, quod in feris non deprehendatur esse mitius. Nihil tam horribile ac tetrum in natura, quin superent flagitiis suis, tanquam hostes universi. Victa jacet pietas, quæque sancta modo habebantur & inviolabilia, criminibus istorum fiunt obnoxia. Non fœdera servantur amplius, nulla societatis jura suadent moderatiora, ubi ex ambitu & nimia affectatione imperii semel ferocire cœperunt. Lycaonis efferata mens, ac numinis irreverentia, commune schema censendum, sub quo vitia publica latitant, Ovid. I. *Metam.* v. 220. seqq. DEUS, quasi non curaret humana, obsidis nece provocatur ad iram, si vindicare coram velit ac possit. Mactati caro proponitur edenda, ex voluntate tyranni, qua licita sunt omnia, quæ modo libita. Quis negaret, sic denique homines transformari in bestias? quippe naturam exuit, qui rationi obluctatur, & quod ad conservandum seipsum aliosque facit, improbo facto subvertit. Quales infamabantur per innocentiam

Christiani sub Ecclesiam nascentem *, cum malorum in civitate traducerentur caussæ, omnium videlicet scelerum rei, Deorum, Imperatorum, legum, morum, naturæ totius inimici: tales potius longeque pejores dixeris antediluvianos Gigantes, *penes quos nulla veritatis plenitudo, nec doctor veritatis DEUS, qui malum bonumve pro arbitrio & libidine interpretabantur*. Lycaonis inhospitalitas igne punita e cœlo. Ovidius de Jove mortales invisente:

—— ego vindice flamma
En domino dignos everti tecta penates.

De tyrannis, sive Gigantibus, homicidio intentis, paria Cedrenus *ibidem*: Τούτων οὐκ ὀλίγους μὲν σφαίρας πυρὸς, ἤτοι κεραυνοῖς οὐρανόθεν ὁ ὕψιστος ἐξηνάλωσε βαλών. *Horum multos DEUS e cœlo globis igneis, sive fulminibus jactis sustulit.*

CAP. III.

Diluvium, ex naturæ solius cursu minime æstimandum. Quis prædixerit? an cometa præsignificaverit? Ventorum, fluminum, & maris in illo conjunctio.

Forte instat, qui aurem pervellit, &, ut progrediar tandem ad reliquas caussas, a me serio expostulat. Libens id faciam, promissi memor, ea tamen brevitate, qua poeta quoque utitur. Non heri demum fuere, qui universalem hanc inundationem naturæ cursui solum adscripsere, sicut ex periodica philosophorum doctrina novimus: qua mundus jam Diluvio, mox conflagratione restitui dicebatur. Verum quo sunt recentiores inter nostros, eo sunt impudentiores. Reperiuntur enim tam alieni a veritate, & sacris Christianorum, qui cataclysmum non magis ex justitia ultrice, quam siderum ac terræ antediluvianæ constitutione sibi imaginantur. Ovidius certe sanctiora istos docere poterat, qui delictis enarratis, divinum judicium exponit, in perdendis aqua peccatoribus. Prædictionum studiosi omni tempore fuere mortales, pruritu quodam futura cognoscendi. Quamvis autem illusiones maligni spiritus plerique circa hæc annotaverint, ad alias tamen caussas delabuntur, unde certi quid statuant.

Est genus hominum, quod de cœlo servat, & credulis persuadet, quæ nunquam eventura sunt, tanta superstitione, ut sententiam animis impressam semel ægerrime dimittant. In aulis magnum præcipue floret, ubi promissa inania, ariolorum mysteria, ac ridicula somniorum commenta, otiosis inter delectamenta sunt. Julii Firmici prudentia laudari meretur, qua curiosis futurorum conjectoribus suadet, ne rogati de republica temere respondeant, I. *Mathes.* cap. ult. neque enim oportere, neque licere de civitate aliquid nefaria cogitatione dicere: quin scire illos debere, quod aruspices de fato interrogati, & quærentibus responsuri extra semper, ad hoc destinata, venarumque ordines, involuta confusione turbaverint. Tam insigni circumspectione usi sunt Gentiles, in momentis rerumpublicarum ex arte vana definiendis: qua utinam præditi fuissent, qui sæculo antecedenti lucem Scripturæ ex naturalibus principiis affundere voluerunt. Justissimum illud aquarum supplicium, licet divinitus non decretum esset, ex connexione tamen caussarum futurum fuisse opinantur. Quo vero temeritati sentiendi fidem apud imperitos concilient, positum stellarum fingunt, qualem animo concipere nemo potest.

Mirabile dictu, istos vaticinandi peritos, ut omnibus de vanitate constaret, anno vicesimo quarto, supra millesimum quingentesimum, similem adsignasse horoscopum cum eo, quo ferale Diluvium contigit. Impia & profana mens, cui ad meras ejusmodi nugas tempus abundat! J. Lud. Vives I. *de verit. C.R.* p. m. 100. testatur, insana prædictione hac orbem fere totum in terrorem conjectum esse, spe metuque suspensum, quæ illa ætate consecutura forent: cum vero exacto intervallo ver adolevisset, quo undis cuncta obnoxia minitabantur, soles fulsisse lucidissimos, annumque successisse, quo memoria omnium, qui viverent, mitior nullus, aut suis partibus tempestivior. Sic terriculum inane desiit in risum, artis vero levissimæ jactatores mundo ludibrium debebant. Quando tamen eo progrediuntur, ut mysteria salutis ex astrorum influxu metiantur, ferendi plane non sunt, prodigiorum auctores, quovis pœnæ genere coercendi. Neque enim facinus quorundam est incompertum, qui CHRISTI Salvatoris genituram, horam nativitatis, & ex ea mortem, secundum vim siderum exposuere. Capitale fuit quondam, de salute principis respondere: quo majore cruciatu digni sunt existimandi, qui arcana cœlestia tam proterve rimantur?

Ab iis, qui Diluvium ex naturæ cursu interpretantur, propius absunt, qui Adamum faciunt primum astrologum, ipsumque hoc ex constellatione trigoni aquatici prævidisse, ac suis posteris demonstrasse scribunt. Noachum alii pari scientia imbutum fuisse tradunt *, ideoque concitatum hinc, ut navim exstrueret, qua se ac domum suam conservaret a submersione communi omnium. Verum perspicaces quis dixerit istos, qui norunt ventura, & quæ DEUS liberrimæ potestati suæ relinqui semper voluit: Stoicorum necessitatem somniant ac fatum, cui subjiciuntur cuncta, sine exceptione illius, in cujus arbitrio sunt.

Modestiores longe censeamus oportet, qui Patriarchis revelatum divinitus ajunt, quamvis non eadem prodant. Abydenus †: Μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἦρξαν καὶ Σείσιθρος. Κρόνος προσημαίνει μὲν ἔσεσθαι πλῆθος ὄμβρων, Δεσίου πέμπτῃ ἐπὶ δέκα, κελεύει δὲ πᾶν ὅ, τι γραμμάτων ἦν ἐχόμενον ἐν Ἡλίου πόλει, τῇ ἐν Σιππάροισιν ἀποκρύψαι. Σείσιθρος δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ποιήσας, εὐθέως ἐπὶ Ἀρμενίας ἀνέπλεε καὶ παραυτίκα μὲν κατελάμβανε τὰ ἐκ Θεοῦ. *Huic inter alios successit in imperio Sisithrus, cui Saturnus maximam imbrium vim decimo quinto mensis Desii fore prædixit, & quidquid litteris comprehensum erat, id jussit totum apud Heliopolin Sipparorum occultari seponique. Is DEI mandatis obsecutus, continuo navigationem Armenios versus instituit, in qua repentino divinæ prædictionis eventu occupatur.* Apollodorus, mutatis nominibus, easdem personas describit sub initium *Bibliothecæ* p. 25. Edit. Salm. Ἐπεὶ δὲ ἀφανίσαι Ζεὺς τὸ χαλκοῦν γένος ἠθέλησεν, ὑποθεμένου Προμηθέως, Δευκαλίων τεκτηνάμενος λάρνακα καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐνθέμενος, εἰς ταύτην μετὰ Πύρρας ἀνέβη. *Ubi prolem æneam tollendam Jupiter censuit, Deucalion Promethei consilio fabrefacta e lignis arca, in eam, rebus necessariis impositis, cum Pyrrha ingressus est.* Sipparorum urbs diversa scriptura constat, quam Ptolomæus Σιπφάρα, alii Σιππάρας, alii Σισπάρας adpellant: neque est incongrua sententia, qua Ebræis denominationem adscribunt, quorum קרית-ספר, *urbs librorum*, e Sacris etiam abunde innotuit.

Saturnus atque Sisithrus in præsenti conjunguntur, quasi hic ab illo tempus inundationis certum didicerit: ubi in nominum adplicatione mire dissentiunt eruditi. Grotius, Bochartus, Vossius, & cum illis plerique, Saturnum pro Noacho habent adductis rationibus, quibus id valide evincant: nec diffitendum omnino, multa subesse perquam affi-

* Tertullian. *Apol.* cap. II. item XXI. *de Spect.*

* Philo *de immutab.* DEI, p. 241. Edit. Lugd.

† Euseb. IX. *Præpar.* c. XII. Syncellus ex Alex. ... Polyh. p. 38.

A affinia, quæ Noachum, tanquam Saturnum a Gentilibus descriptum arguant. Verum scriptor noster rerum Chaldaicarum satis celebratus recte Saturnum distinguit ab eo, qui vaticinium implevit, quique est Noa, Ξίσυθρος παρὰ Χαλδαίοις, *Xisuthrus a Chaldæis*, dictus, narrante Cedreno in principio *Compendii Historici*, ubi Diluvium recenset. Id non prætereundum, Antiquos cognominasse heroes ac numina promiscue, rerumque sacrarum velut per nebulas facti participes, in Patriarcharum vocabulis discernendis minus accuratos fuisse. Neque sic infitiandum, & Adami & Noachi vitas, adpellationes, ac res ipsas confundi sæpius. Abydenum autem heic, & cum eo
B Alexandrum Polyhistorem, cujus verba Cyrillus exhibet lib. I. *contra Julianum*, distinguere utrumque, luculente patet: quare pronum est arbitrari, illum respexisse ad vetustam traditionem, qua egregororum, sive piorum in familia Sethi statum, Adamo patefactum a DEO ferunt, ac de quo posteros deinceps præmonuerit. Syncellus p. 10. *Chron.* ex parva genesi forte, aut alio scripto apocrypho: Τῷ χ΄. ἔτει μετανοήσας ὁ Ἀδὰμ ἔγνω δι' ἀποκαλύψεως τὰ περὶ τῶν ἐγρηγόρων, καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ. *Anno sexcentesimo Adamus, peccati sui pœnitens, futura circa egregoros ac diluvium, ex revelatione sibi facta cognovit.* Josephus *Antiquit.* c. III.
C p. 8. Edit. Genev. Προειρηκὼς ὁ Ἀδὰμ ἀφανισμὸν τῶν ὅλων ἔσεσθαι· τὸν μὲν κατ' ἰσχὺν πυρὸς, τὸν ἕτερον δὲ κατὰ βίαν καὶ πλῆθος ὕδατος. *Adamus universalem rerum interitum prædixit; unum incendio, alterum per vim & multitudinem aquarum.*

At vero Saturnum in plurimis convenire cum Adamo certum est. Si nomen spectemus, originem debet primigeniæ linguæ, & latentem, in occulto versantem designat. Quod spreta & violata divina lege fecisse Adamum novimus, cum latebras quæreret, ubi tutus ab ira Numinis consisteret. Fuga hæc in horto Eden, non ignota Gentilibus, qui Saturnum post varia discrimina in Italiam venisse, ibidemque diu latitasse volunt. Tertullianus decimo *Apologetici* histo-
D ricorum antiquitates per compendium refert, ac Deorum omnium primum, hominem fuisse demonstrat, quod aliorsum delatus hospitii jure usus sit. Quis autem hospes adeo in Veterum scriptis, quin facile largiatur, vel scelere pulsos, vel alia caussa extorres ab solo patrio, ad potentiores confugisse. Planius in rem nostram Herodianus lib. I. *Histor.* c. XVI. Σέβουσί τε τὴν ἑορτὴν Ῥωμαῖοι, εἰς θεὸν ἀρχαιότατον τῆς Ἰταλίας ἐπιχώριον ἀναφέροντες. Φασὶ γὰρ αὐτοῦ καὶ Κρόνον, ὑπὸ Διὸς ἐκβληθέντα τῆς ἀρχῆς, κατελθόντα εἰς τὴν γενέσθαι ξένον· δεδιότα δὲ τὴν τοῦ παιδὸς δυναστείαν, παρ' αὐτῷ κρυπτόμενον λαθεῖν. *Romani diem festum agunt, ad*
E *vetustissimum Italiæ DEUM, eumque patrium referentes. Dicunt enim Saturnum, a Jove regno expulsum, hospitatum venisse in hanc terram; veritus autem filii potentiam ibidem latuit.* Virgilius *Æneid.* VIII. v. 318. 322.

Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo,
Arma Jovis fugiens, & regnis exul ademtis.
—— Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

Ubi turpis fuga simul & proscriptio habitationis amœnissimæ copulantur. Adamus ingratus, quod Conditoris sui mandatum negligeret, & cum vivere
F posset, mortem subiret: non alius fingitur a poetis Saturnus, quod insecutus sit illum hostiliter, a quo lucis hujus usuram acceperit. Idem ob delicta sua conjectus in vincula, ac detrusus in Tartara, loca tenebrarum caligine ac magnitudine pœnarum tristia. Adamus post fructus prohibiti gustum die media versabatur in tenebris, terramque incolebat, quæ nisi opere subacta molestissimo victum præstabat minime. Discordia inter Saturnum & Jovem, filiosque ac nepotes, a Gigantibus eversos, quorsum pertineret, nisi ad πρωτοπλάστων familias, diversa generatione & mutua inimicitia propagatas? ne pluribus conve-

A nientia similitudove inter utrumque ostendatur. Ambiguum sine dubio fuerit adhuc, quod Saturnus dicatur Sisuthro tempus indicasse Diluvii, quem tamen alterius nativitatem non attigisse constet. Verum demus hoc inscitiæ profani hominis, qui numina quoque sua credit immortalia, Herod. II. 53. Apud Græcos mirum haud est, in cognomentis DEORUM atque heroum eos aberrasse crebro, cum sero demum certa imposuerint nomina, postquam scilicet θεογονία ab Hesiodo & aliis tradita fuit. In *Apocrypho Enochi* DEUS per Urielem angelum universalis excidii pœnam nunciasse fertur apud Sync. p. 25. Τότε ὁ ὕψιστος εἶπεν, καὶ ὁ ἅγιος ὁ μέγας ἐλάλησε· καὶ ἔπεμψε τὸν ἄγγελον
B Οὐριὴλ πρὸς τὸν υἱὸν τοῦ Λάμεχ, λέγων· πορεύου πρὸς τὸν Νῶε, καὶ εἰπὸν αὐτῷ· τῷ ἐμῷ ὀνόματι κρύψον σεαυτὸν, καὶ δήλωσον αὐτῷ τέλος ἐπερχόμενον, ὅτι ἡ γῆ ἀπόλλυται πᾶσα. καὶ εἰπὸν αὐτῷ, ὅτι κατακλυσμὸς μέλλει γίνεσθαι πάσης τῆς γῆς, ἀπολέσαι πάντα ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. *Tunc autem altissimus, sanctus & excelsus locutus est; ac misit Uriel ad filium Lamech, dicens; vade ad Noam, & dic ei; circumvela te nominis mei virtute, & eventurum illi finem denuncia, terra peribit funditus universa. Et dic ei, totius terræ futurum est diluvium, ut e superficie terræ cuncta dispereant ac deleantur.* Non per omnia hæc sunt aliena a Sacris Oraculis,
C ubi DEUS ad Noachum: *Decrevi omnium carnem delere propter iniquitatem hominum: disperdam eos cum terra, & inducam aquas, quibus mergantur, quæ modo vivunt; te autem per pactum ab interitu cum tuis servabo.*

In modo revelandi apparet discrimen, quod vel solum *Enochici libri* partum suspectum reddit. DEUM locutum esse Patribus sine figura & translatione pie credimus: quod in *Fragmento* nostro per angelum, pœnitentibus adstantem, factum esse diserte scribitur. Contra liber itidem apocryphus, a magistris Ebræorum בראשית קטנה, *Parva Genesis*, adpellata, cujus usus olim, apud Græcos inprimis, frequens, ange-
D lorum fieri mentionem ante tempora Abrahami negat, ἐπὶ Ἀβραὰμ πρῶτος ὠνόμασθαι ἄγγελος ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. Isaacus Vossius VII. *de Orac. Sibyll.* ætatem horum librorum sub finem hebdomadum Danieliticarum statuit, ut ex iis gentes Christi adventum cognoscerent. Valentiniani haud dubie multa addiderunt illis, quo sic etiam ordines angelotum, εἰκόνας αἰώνων, & numerum sæculorum efficerent absolutiorem, quo de videantur ἐπιτομαὶ ἐκ τῶν Οὐαλεντίνου γραφῶν, apud Clementem Alexandrinum.

Vanitatem quorundam satis detestari vix potui, qui stellam crinitam fulsisse in cœlo commemorant, futuri Diluvii nuncium. Scilicet nulla fit in orbe mu-
E tatio de sententia horum, nullum geritur bellum, non oritur civitas aut interit, nisi cometa præsignificaverit. Nemo quidem adeo remotus fuerit ab omni sensu, qui negaret sidus esse conspectu illætabile; sed quod eventus necessario trahat secum tristiores, exercituum stragem, inundationes terrarum, populorum & urbium excidia, ægre persuadebitur sapienti. Equidem ad commovendos animos, ferocissimorum quoque hominum, ingens momentum est prodigium sive in cœlis, sive in terris præter opinionem existens. At huic memorabilis rei tum forte obviæ tribuere caussam & prænotionem duntaxat, incongruum utique est. Sic justitiæ præco, in terrendis, ante occasum
F suum, mortalium securissimis, ingessit forsitan centum viginti annorum spatio quidquid noscebatur insolitum, atque in perditione omnium formidabile, ut emolliret præfractos. Quis tamen inde concluderet firmiter, ergo postquam infausta contigerunt, ea portendebantur omnino signis antecedentibus? Oraculum Sibyllæ antedil. unde & a quibus excogitatum sit, hinc dictu facillimum est: quippe fabulatur ea, se cum Noacho in arca, cum marito, cum socero & socru undis jactatam fuisse, l. I. p. 183. Edit. Obsop.

—— ἔκφυγον αἰπὺν ὄλεθρον,

Πολλὰ κλυδωνισθεῖσ' ἅμ' ἐμῷ πόσει, ἠδ' αἰρέεσιν,
Ἠδ' ἑκυρῷ θ' ἑκυρῇ, ὁμονύμφοισίν τε παθοῦσα.
—— discrimina mortis
Effugi, jactata meo cum conjuge multum,
Nec non cum leviris pariter soceroque socruque.

Ovidius vim aquarum, fragores & tempestates undique incumbentes descripturus, ordine procedit ac recte. Aquilonem, inquit, numen iratum, Æoliis clausisse in antris, notum contra emisisse, ventum procellosum ac torrentibus violentissimum. Ille certe exsiccat nimiopere, nubes spissas & aquosas perscindit, omnemq; prope madorem absumit: hic pluvias ciet, grandine ac tonitribus cœlum implet, sævoq; impetu sternit, quæ modo objiciuntur. Ille dissipat imbres & intervalla turbida serenæ luci ac tranquillitati restituit: hic nimbos fundit, & fœditate sua nocet passim efflorescentibus. Repagula imbrium sunt venti, quorum alii sunt plane *ἄνυδροι*, alii dum pluviis intermiscentur efficaciores, cumprimis auster. Aristoteles de hoc ipso quoque comparate loquitur II. *Meteor.* sub fin. *Ὁ ἀὴρ ἐνεργῶς ἔχει πρὸς γένεσιν ὕδατος. ὁ δὲ νότιος τοῦ βορείου μᾶλλον, ὅτι μᾶλλον ὁ νότιος ἀὴρ εἰς ὕδωρ μεταβάλλει τοῦ πρὸς ἄρκτον. Aer magnam habet vim ad generandas aquas; australis vero efficacior est aquilone, & citius in aquas commutatur.* Si velut in speculo hujus imaginem velles intueri, eam repræsentat poeta suis coloribus:

—— madidis notus evolat alis,
Terribilem picea tectus caligine vultum:
Barba gravis nimbis: canis fluit unda capillis:
Fronte sedent nebulæ: rorant pennæq; sinusque.

Etenim hoc dari sibi postulat noster, ut libere proponat sensa, quæque instituto servire videntur, cumulatius exprimat.

In manu DEI sunt inferiora omnia, quibus utitur sive dotandis hominibus atque exornandis per naturam benigniorem, sive etiam puniendis. Ventis igitur perinde imperat, ac reliquis a se conditis rebus, ut mox vehementiam ponant, mox concitent æquora, flatu suo deturbent altissima quæque, ac tristia inducant nubila terris. Ne quid vero deesset inventioni, austri depingit effigiem, quam & antiqua marmora servant, unde Vincentius Cartari exhibet. Alæ velocitatem, ac subitam rerum conversionem, piceus color truculentum impetum, barba nimbosa procellas, caput fluidum cum fronte nebulosa undarum varietatem ac multitudinem, roscidæ pennæ quaslibet tempestates ingeniose præsignant. Iris huic jungitur, *nuntia Junonis varios induta colores*: quæ gravidas in aere nubes contrahat, & quidquid uspiam sit pluviarum. Fit ingens horror, continuata ventorum & imbrium effusione, camporum planities fluctibus patet, quæ ridebant modo prata, funestam præbent speciem maris. Hæc per loca humiliora, ubi spes anni, ac lætissima seges, hominibus juxta & animantibus reliquis pollicebatur copiam sustentationis necessariæ.

Maxima imminebant mala, postquam interiora fontium relaxarentur, flumina largissima & magnus in partes veniret oceanus. Tridentis percussu hoc factum esse, a fluviorum patre Neptuno, cum gentibus noster indicat. Lucianus *de DEA Syria* p. 694. Edit. Basil. *Αὐτίκα ἡ γῆ πολλὸν ὕδωρ ἐκδιδοῖ, καὶ ὄμβροι μεγάλοι ἐγένοντο, καὶ οἱ ποταμοὶ κατέβησαν μείζονες, καὶ ἡ θάλασσα ἐπὶ πολλὸν ἀνέβη, ἐς ὃ πάντα ὕδωρ ἐγένοντο, καὶ πάντες ὤλοντο. Statim tellus multam aquam effudit, & imbres magni fuerunt, & flumina solito majora decurrerunt, & mare quoq; in multum ascendit eo usq; dum omnia aquis inundarentur, atq; omnes perirent.* Nobile fragmentum istud est Antiquitatis ultimæ, quod vel ideo magis habendum in oculis, quia cum sacris comparatum multum haut abscedit. Ipse scriptor, sub Marco Antonino & filio Commodo, non ignarus Historiæ Sacræ videtur, nisi quod sua numina misceat, & pleraque ad religionem fabulosam accommodet.

De mari, universali aquarum collectione, dubium est, num & hoc tempore inundationis communis terris infusum sit, ut cum aquis pluviis cacumina montium superaret. Neque opus erat ista quæstione, quam tamen pro captu suo explicant, quibus volupe est, opera DEI facere solius naturæ mirabilia. Sunt quibus mare adeo depressum est, ut nulla ratione admittant ejus cum amne tumenti concursum, atque terrarum ex eluvie vastationem. Alii contra nimis extollunt, quasi admiranda cœli potentia tanta moles teneatur in alto, ne irruat in decliviora, quorsum naturaliter propendeat, & universum operiat. Non pauci ex Patrum choro, & sapientibus (Merula c. I. *de maribus*, Schottus in *Anat. font.* IV. 2. 3.) nuper quoq; fuerunt, quibus hæc sententia maxime placuit. Largimur & ipsi faciles, a summo naturæ Opifice limites ita constitutos, ne præter hos forte eveniat, quod cum alterius interitu conjunctum sit. Verum in tanta opinionum diversitate, ac temeraria nonnumquam adplicatione, nihil determinamus, quando ex perenni naturæ cursu, & fixa illa caussarum serie, Diluvium haut metiri liceat. Neque tamen ita excludimus, ut non hinc etiam divina voluntate impendiss superiora humano intellectu existimemus.

Gentium cultiores, sicut jam vidimus, maris inundationem, ex DEI præcepto, in cataclysmo illo ferali statuunt, argumento indubitato, eos loqui de Noachico, quia nunquam alias tanta vis aquarum perruptis limitibus effusa est. Seneca in quæstionis istius momentis percensendis affert sequentia lib. III. *Quæst. Nat.* c. XXVII. utrum in fatali Diluvii die excidium fiat oceani viribus, & externum in nos pelagus exsurgat, responso addito: *Ita est*: Maria excita sedibus suis ubique percurrent, ac reliqua uno agmine ad perniciem humani generis incumbent. Nisi hæc sapiens e Stoica periodo traderet, in plerisque consentire, sine jactura veritatis, quis posset. Si quis cum Mersenno *Cogit. Phys. Mech.* p. 221. aquas marinas, inque cavernis terræ stagnantes, fontium & amnium fluenta, cum terræ magnitudine, atque isthac undis perdenda, ex æquo libraret, Diluvium sine omnium cumulo fieri non potuisse sentiret. At nimia est hujus industria, quam nemo adhibet, quin ambigat plane de iis, quæ præter naturam atque divinitus accidunt. Qui vocem תהום explicant de recessibus, nescio quibus, ac fontes magnæ voraginis in centro terræ quærunt, iis pariter suas relinquimus tricas, nec invidemus, ubi plausu ducant mire credulos, eosque juxta se decipiant.

CAP. IV.

Deucalionis ad Parnassum adpulsus. Hujus montis notitia ex Antiquis: quo sensu biceps dicatur? Illius parentes, uxor, filii, regnum, patria. Nomina DEORUM *quando primum illata sint in Græciam? Reparatio generis humani per Deucalionem.*

DUM autem *jamq; mare & tellus nullum discrimen habebant, & omnia pontus erant*, Deucalion præscius futuri mali, a nostro fingitur petiisse verticem Parnassi montis, DEUM adorasse pro salute, ibidemq; solum cum uxore mortalibus ceteris mansisse superstitem. Narrationes Gentilium prius trademus, quam ad veram sententiam convertamur exponendam. Parnassi nomen tam celebre atque gloriosum, in scriptis Græcorum præcipue, ut nemo Musas colat, quin ejus juxta recordetur. Veteres, Eustathio teste, *ad Homer. Odyss.* τ. p. 1872. Edit. Rom. in appellatione & scriptura variabant: *Ὁ δὲ Παρνησός, ὃν κοινὴ χρῆσις διὰ τοῦ α λέγει Παρνασόν, πολὺς ἐν ταῖς ἱστορίαις φυλάσσων μέχρι καὶ νῦν παρὰ Βοιωτοῖς ὑποβάρβαρον τὸ ἀρχαῖον ὄνομα. Τέρνεσον γὰρ αὐτὸν παρακαλοῦντες φασὶν οἱ ἐγχώριοι. ἡ δὲ διὰ τοῦ δυοῖν σσ γραφὴ τοῦ Παρνασσοῦ κατήργηται παρὰ τοῖς ὕστερον. Parnesi, quem vulgo Parnasum dicunt, multa in historiis mentio, servaturque a Bœotiis antiquum nomen, fere barbaricum. In sermone enim communi Terneson vocant incolæ. Scriptura vero per sigma duplex Parnassi a posteris sublata est.*

Neque rem aliter se habere, discimus ex marmore Arundeliano, quod epocha secunda regnum Deucalionis exhibet, *παρὰ τ̃ Παρνασσὸν ἐν Λυκωρείᾳ*, & sigma gemellum usurpat, ex quo vetustissima orthographia adparet; ut sic etiam præstantiores codices Ovidiani, quos in manibus habuit omnis elegantiæ ac doctrinæ melioris flos, Nicol. Hensius *ad* I. *Metam.* v.468. quiq; Parnasum per simplex *s* constanter retinent, facile internosci queant. Bochartus lib. I. *Geogr. Sacræ* c. XVI. originem vocis, more suo, derivat ex Oriente, quasi a Syrorum ܦܪܢܣ *pascere*, instar amœnissimi pascui, dictus sit mons a primis cultoribus. Et sane Pausan. *l.* I. p. 60. Edit. Sylb. in Attica montem statuit *Parnes*, non longe ab Hymetto, ubi *θήρα συῶν ἀγρίων καὶ ἄρκτων*. Sed hi nihil cum Apolline aut Musis habent commercii, eorumq; sede Parnassia. Idem ab heroe Parnasso nomen ducit. Alii contra, & inter hos Stephanus *de Urbibus* Παρνασσὸν vocatum esse volunt ab initio *Λαρνασσὸν*, ἀπὸ τ̃ *λάρνακος*, *ab arca*, qua Deucalion illuc perfugit. Sunt rursum, qui ingenio abundant, & ad sacra Parnassi denominationem referunt, quasi ab הר & נחש descendat, quod in hoc monte nihil auguriis vulgatius, nihil magis quotidianum. Benjamin Tudelensis, sub finem prope sæculi duodecimi, hac iter faciens, tribulium circiter ducentorum sedes enumerat p. 19. sui *Itiner.* L'Emper. qui בהר פרנש, in monte Parnasso fundos proprios habuerint. A vero non adeo videtur alienum, eos post ultimam in Babylonia persecutionem, & scholas eversas, cum tot millibus suorum, qui per mare internum, ac provincias Europæ, novas terras quærebant, ibi consedisse, ac certo vectigali censos, pacem cum cæteris habuisse. Non procul inde sinus Crissæus, sive Corinthiacus, quem Itali patria lingua dicunt *golfo de Lepanto*, florens commerciis, quibus hæc gens in primis dedita.

Est autem Parnassus in Phocide mons, qui Ovidio designante:

—— *verticibus petit arduus astra duobus,*
—— *superatque cacumine nubes:*

nec per eminentiora hæc juga solum divisus, sed ibi plura inter se velut serie cohærentia, perpetuum habent dorsum, ex quo cadentes lymphæ, fontesq; perennes, campos subjectos & valles irrigant, præclaro naturæ spectaculo, cujus admiranda specie capti mortales, locum Apollini, bonarum artium præsidi, dedicarunt. Propius istum erat celebrata toto orbe quondam Delphorum urbs, a Deucalionis filio nomen indepta, & oraculum tot populorum ac regum veneratione frequentatissimum, Græcis *ἀψευδέστατον πάντων, πρότερον πολυχρήματον, νυνὶ δὲ πενέστατον ἱερόν*. Ubi porrigitur mons versus septentrionem, inter Thessaliam & Epirum, Pindus incipit: ubi vergit circa Thespiam in Bœotia, Helicon præcellit, sororibus Musis sacer. In tractu hoc montano, ut altitudine superat omnes biceps Parnassus, ita cultu Veterum, & numinis religione erat sanctissimus, ob templum præsertim Apollinis, fontem Castalium, & antrum Corycium.

De utroque vertice quædam addere visum, quod non æque horum notitia tradatur ab omnibus. Et cumprimis notandum, Parnassum non ita *δικόρυφον* celebrari, quasi ex eadem valle consurgant & promineant juga, sed quod hæc a se invicem distantia, ob sacrorum magnificentiam potissimum colerentur. Antiquissimis ea fuisse incognita, aut non aperte saltim prodita, nonnulli solent ita adseverare, ut certiora plane excludant. Vulgarem sententiam amplectimur, quod ea tutissima habeatur, nec destituatur omni testificatione Veterum. Herodotus in *Urania* VIII. 39. regionis istius duos indicat semideos, tanquam genios tutelares, Phylacum alterum, alterum Autonoum, quorum fana circa Parnassum, illius supra ædem Pronœiæ, hujus juxta Castaliam, *ὑπὸ τῇ Ὑαμπείῃ κορυφῇ*, *sub Hyampeo jugo*. Ut sic non aliter, quam excubitores vigilantissimi haberentur a Phocensibus, qui in summis Parnassi culminibus hostium insidias vel observarent, vel averterent. Alterum jugum paulo ante *c.* XXXII. *κορυφὴ Τίθορα* adpellatur, inque eo sita est Neon, urbs munita probe, ac frequens habitatoribus: quæ forte mutato nomine deinceps ab ipso vertice Tithoreo, Τίθορα cognominata, cujus in *Sylla* p. 461. Edit. Francof. meminit Plutarchus, quod ætate sua florentissima, & arce præterea instructa fuerit, quam condiderint olim accolæ, qui Xerxis impressionem effugiebant. Verba philosophi Chæronensis hæc sunt: *Οὔπω τοσαύτη πόλις οὖσα τότε, ὅση νῦν ἐστιν, ἀλλὰ φρούριον ἀπορρῶγι κρημνῷ περικοπτόμενον, εἰς ὃ πάλαι καὶ ποτὲ Φωκέων οἱ Ξέρξην ἐπιόντα φεύγοντες ἀνεσκευάσαντο καὶ διεσώθησαν.* Si conjicere quis mallet, de Neonis vocabulo, & unde vertici conveniret, respondendum haud dubie, a Deucalionis nave, quæ stationem habuisse in Parnasso fingitur, appellationem cepisse. Præter id enim, quod urbem denotat, etiam pro loco sistendis ac subducendis navibus apto sumitur. Gloss. veteres: *νεών, νεώριον, λιμήν, ὁ τόπος ὁ περιέχων τὰ πλοῖα.* Pindari Schol. *ad Olymp.* ode IX. *Διὸς τ̃ γῆν κατακλύσαντος, Δευκαλίων καὶ Πύρρα ἔν τινι κιβωτίῳ εἰσελθόντες μετεωρίσθησαν ὑπὸ τ̃ ὕδατος ὑπεράνω τ̃ Παρνασσοῦ.* *Jove terram inundante, Deucal. & Pyrrha arculam ingredientes ab aqua sursum elati sunt super Parnassum.*

Egressus inde post imbres fugatos Jovi Phyxio sacra fecit, notante Apollod. in primo *Bibl.* p. 12. Edit. Antuerp. Ita autem vocatur Jupiter per Scholion, sicut ratio ibidem redditur, quia confugientibus ad se opem fert, sive ut Tzetz. *ad Lycophronem* explicat, quod sit *ὁ δυνάμενος ποιῆσαι φυγεῖν τ̃ κίνδυνον*. Sunt qui eundem esse volunt cum Jove *ἀποτροπαίῳ*, *malorum depulsore*, *ἀλεξικάκῳ, λυσίῳ, ἀφεσίῳ*, *liberatore*, quod in medio relinquimus. Inaudiverant forte, Noachicam in Gordyæis diu post superfuisse, in memoriam servati generis humani, & locum illum a vicinis gentibus religiose frequentatum esse: pari credulitate ut suos deciperent Græci, similia Deucalionis fata comminiscebantur.

Antequam vero comparatio fiat inter Deucalionem & Noachum, de illius vita & rebus gestis pauca differemus. Operæ prætium foret, quo interiora hujus ætatis paterent, in manibus habere monumenta illorum, qui de industria Deucalionea scripserunt. Hellanicus Lesbius, inter veterrimos Græciæ historicos ab Athenæo laudatur aliquoties, *ἐν Δευκαλιωνείοις*, nisi forte pars est præstantissimi Operis, quod de gentium & urbium originibus condidit, sub titulo *κτίσεις ἐθνῶν καὶ πόλεων*. Eubulus in *Deucalione*, Epicharmus in *Pyrrha*, atq; tot alii doctissimorum frustra desiderantur. De parentibus & ortu præclare Apollodorus in *Bibl.* p. 25. Edit. Salmur. *Προμηθέως δὲ παῖς Δευκαλίων ἐγένετο.* *Deucalion Promethei filius fuit.* Mater putatur Asia, a qua cultior orbis pars ab initio dicta, teste Herodoto IV. 45. Prometheus, obvium in poematibus Græcorum nomen, primus fertur mortales ad meliorem vitam traduxisse, adeo quidem, ut hinc opinio inter gentes extiterit, illum homines condidisse, propter excellentiam videlicet ingenii, qua ex ferocibus efficiebat moratiores. Anaxagorei, ut est apud Cedrenum p. 82. *in Compend. Hist.* *Τὸν Προμηθέα νοῦν ἔλεγον. Προμήθεια γάρ ἐστιν ἀνθρώποις ὁ νοῦς· διὸ καὶ μυθεύονται τοὺς ἀνθρώπους μεταπεπλάσθαι, δηλονότι ἀπὸ ἰδιωτείας εἰς γνῶσιν.* *Prometheum interpretantur mentem. Est enim hominibus a mente prudentia, quam Prometheiam dicunt: idcirco etiam fabulantur, ab eo homines fuisse transfiguratos, nimirum quod rudes ad scientiam adduxerit.* Idem monstravit usum ignis, ac quomodo per eum ferra molliri, inq; commoda singulorum adhiberi possent: quare festa in memoriam illius Προμήθια sunt instituta, & certamina lampadiferorum. Si non

omnia primitus exculta, saltim pleraque ipsi transcribit Antiquitas: quæ ratio quoque, cur hoc nomen pariter ac Mercurii, inter artium vel inventores, vel amplificatores maxime celebretur, & pluribus communi appellatione tribuatur.

Deucalionis uxor Pyrrha, secundum eundem Apollodorum, filia Epimethei & Pandoræ, ἣν ἔπλασαν θεοὶ πρώτην γυναῖκα: unde generati tres filii, Hellen, Amphictyon, Orestheus, non obscura significatione, quorsum Græcia fabulosa intendat oculos. Inter hos inclytus præcipue medius, qui Concilium, tota Græcia amplissimum, auctoritate sua & consilio persuasit civibus & vicinis populis. Deucalion autem βασιλεύων τῶν περὶ τὴν Φθίαν τόπων, Str. IX. *Geogr.* p. 432. Circa Phthiotida regnavit in Thessalia, quam primogenito deinceps reliquit, a quo Phthiotæ mox Hellenes cognominati: hinc παρὰ τὸν Παρνασσὸν ἐν Λυκωρείᾳ, *ad Parnassum in Lycoria* cum Pyrrha, tanta felicitate, tanto virtutum splendore, ut suorum amor essent ac delicium. Ovidius concinne:

Non illo melior quisquam, nec amantior æqui
Vir fuit, aut illa metuentior ulla deorum.

Insignis regum habitus, ac diademate ornatior, exemplo statuere prius in se, quam lege suis quid præcipiatur. Ac certe probos fuisse decet illos, quos numero deorum quondam adscripsere simpliciores.

Deucalion inter perditos vivens, atq; profligatissimos, meruit laudem, quod æquus esset, neque ceterorum vitiis inquinaretur. Omnem ipsius familiam prædicant scriptores, bene compositam, sibi constantem, & undiq; simillimam. Plutarc. *adversus Colotem* p. 1125. Δευκαλίων Ἕλληνας ὁμοῦ τοι πάντας καθωσίωσε, εὐχαῖς, ὅρκοις, ἢ μαντεύμασι, ἢ φήμαις, ἐμπαθεῖς πρὸς τὰ θεῖα δι' ἐλπίδων ἅμα ἢ φόβων καταστήσας. *Deucalion Græcos fere omnes consecravit, precibus, juramentis, vaticiniis, opinionibus, & ita proniores ad divina per spem ac metum reddens.* Qui autem rectus & per actum quotidianum honestus, qui pius est ac sincerus DEI cultor, per medios incedit ignes, per medias undas & immanissimos fluctus evadit salvus. Imminente igitur magno aquarum diluvio, aut, si hoc non accideret, a nostro minimum ob reverentiam numinis, ac vitæ melioris institutum, ejus memoria sæpius repetita, populi in propinquo collocati ad eum convertebantur. Id sine dubio habendum, Deucalionem ab adventu suo latius regnasse semper, ad fretum usque Euboicum, ut Cyni apud Opuntios regiam statuisse dicant, & monumentum apud Athenienses. Strabo IX. *Geogr.* p. 425. Edit. Paris. ἐν δὲ τῷ Κύνῳ Δευκαλίωνα φασὶν οἰκῆσαι, ἢ τῆς Πύρρας δείκνυται σῆμα, τοῦ δὲ Δευκαλίωνος Ἀθήνησι.

Ex qua vero terrarum parte advenerit, non adeo pronum est indicare. Scytham esse pronuntiat Lucianus, in memorabili libello *de* DEA *Syra* p. 692. Edit. Basil. quando ait, Δευκαλίωνα τὸν Σκύθην τὸ ἱερὸν εἵσασθαι ἐν ἱρῇ πόλει. Neq; alia mens Apollodori, qui prope Caucasum, Scythiæ montem, diu hæsisse Prometheum, nostri parentem, scribit. Alii contra ex transmarinis in Græciam fuisse delatum existimant: quorum argumentum præcipuum est, quod primus duodecim deorum sacra inchoaverit, non aliunde magis æstimanda, quam ex famosa peregrini cultus matre Ægypto. Pelasgi antiquissimi Græciæ populi, in religione simplices potius ab initio, quam magnifici, nullum DIIS nomen adsignabant proprium, sed ita vocabant, ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα, πάσας νομὰς εἶχον, *quod res omnes, omnesque provincias in ordine conservarent*, Herod. in *Euterpe* c. LII. Et quidem unum DEUM, eumq; ἀνώνυμον, ceu rerum omnium parentem, mortales coluisse primum, ex tot poetarum, tot aliorum in sacra disciplina exercitatorum sententiis discimus. Ipse Conditor orbis, per multiplices atq; ambiguas nominum significationes, neq; minus per imagines, statuas, varia forma effictas, se profanari magis, non adorari, piis cultoribus olim declaravit abunde. Locutiones inde passim obviæ, apud Græcos maxime, θεῶν κῶ τις, Ἑλλήνων θεὸς, ἱρέες τῶν θεῶν, ἄγνωστος θεὸς, quæ de uno, perfecto, simplici Numine testantur: idque verum, æternum, naturale alibi quoque dicitur. Non heic Ecclesiæ Patres, qui contra gentium impietatem libros apologeticos ediderunt, in subsidium vocabo, quod plurium in argumento hoc industria plane singularis cognoscatur.

Illud satis manifestum est, πολυθεότητα increvisse nimiopere, postquam ingeniosi homines excogitarunt propria nomina, & cum nominibus certas ac perpetuas figuras, ut sic pæne tot crederentur numina, quot nomina publice privatimque innotescerent. Herodotus ex Ægypto in terras Græcorum ea manasse scribit II. *Hist.* c. L. σχεδὸν ἢ πάντα τὰ οὐνόματα τῶν θεῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐλήλυθε ἐς τὴν Ἑλλάδα. Retinentiores autem pristini moris Pelasgi Dodonam misere, qui oraculi peterent responsum, an barbara nomina DEORUM usurpare liceret, quo jubebantur omnino illa recipere, & sub illis sacra peragere. Magna diaboli perversitas est, qua incultos ac facile credulos decipit, magna vis atque crudelitas, qua ex vanissima superstitione sibi addictos in pejora semper impellit. Deucalion igitur sacris Hierapolitanorum innutritus, & ab his valida manu instructus, *ibid.* c. IV. δυώδεκά τε θεῶν ἐπωνυμίας, βωμούς τε, ἢ ἀγάλματα, ἢ νηὸς, *duodecim deorum nomina, itemq; aras, simulacra, ac delubra*, ad instar Ægyptiorum, post ejectos superatosve Pelasgos, in Thessalia primus ordinavit, disposuit, auxit, ac servanda posteris edixit. Hæc unica caussa, quare præcipuus auctor pietatis, ac templorum vel instaurator, vel reparator maximus celebratur, & quare mersis ceteris manserit cum uxore superstes.

A Diluvio, nimbis & aquilone remotis, quod secundum poetam nostrum solus cum sola omne genus humanum repræsentaret, summa votorum erat, ut divina ope existerent alii, qui DEUM juxta se venerarentur, qui civitates auspicarentur in terris, undique vacuis a fessoribus, qui justitiam ac virtutes reliquas impensius amarent. Ovidius Deucalionis verba ad Pyrrham ita profert:

Nunc genus in nobis restat mortale duobus:
Sic visum Superis: hominumq; exempla manemus:
Dixerat, & flebant

Solitudo ingens horrorem incutiebat destitutis ab omnibus, redibat sæpius memoria eorum, quibus cum antea vixerant, utut non ad legem vellent adstringi, tamen utcunque tolerari poterant, redibat propinquorum occasus, ac facies miseriæ communis, loca squalida, & vasta omnia, terminum sibi quoque constituisse videbantur. Verum erectior indoles cœlum intuetur, ac simul auxilium sperat ab eo, qui providentia sua totum orbem complectitur. Preces itaque ad aram, a se modo excitatam, fundunt anxie conjuges,

Dic, Themi, qua generis damnum reparabile nostri
Arte sit, & mersis fer opem, mitissima, rebus.
Mota DEA est, sortemq; dedit: discedite templo,
Et velate caput, cinctasque resolvite vestes,
Ossaque post tergum magnæ jactate parentis.

Sunt heic quædam probe internoscenda, sive doctorum opiniones, de hominum ortu ex lapidibus, sive veterum de jactu Deucalionis ac Pyrrhæ expendamus argumenta, & quæ deorum consilio perfecerint. Apollodorus rem ita enarrat I. *Bibl.* p. 25. Edit. Salmur. Quod Jupiter, commotus & ipse mortalium statu solitario, miserit ad Deucalionem, qui animum illius exploraret, & quid forte rogaret ad futuram ævi sui felicitatem. Hic vero deposcit reparationem generis humani: ἢ Διὸς εἰπόντος, ὑπὲρ κεφαλῆς αἴρων ἔβαλλε τοὺς λίθους. ἢ οὓς μὲν ἔβαλλεν ὁ Δευκαλίων, ἄνδρες ἐγένοντο· οὓς δὲ Πύρρα, γυναῖκες. ὅθεν ἢ λαοὶ μεταφορικῶς ὠνομάσθησαν ἀπὸ τοῦ λᾶας, λίθος. *Et Jove respondente,*

tollens manu lapides jactavit supra caput: quos misit Deucalion, viri erant: quos vero Pyrrha, feminæ: unde translatione quadam populi a lapidibus dicti. Pelignus vates noster utriusque mentem dubiam, de mandato divino sollicitudinem, tristitiam & anceps propositum describit, antequam intelligerent, quid factu opus. Matris enim Pandoræ ossa, dudum placide composita, post inundationem aquarum nec reperienda cito, nefas ducebant effossa per aera volitare. Dum autem porro cogitant, quæ parentum olim & avorum dicta fuerint de posterorum conditione, ac novis terræ incolis, pia sentiunt oracula, nec amplius parere recusant. Pindari Scholiastes, qui Apollodorum prope compilat ubique, sequentia narrat *Olymp.* ode IX. Πεπαυμένου δὲ τοῦ ὕδατος, ἐξελθόντες τῆς κιβωτοῦ, προσετάχθησαν ὑπὸ τοῦ Διὸς τὰ τῆς μητρὸς αὐτῶν ὀστᾶ ὄπισθεν ῥίπτειν· οὐκ ἄλλην δὲ ἢ τὴν γῆν μητέρα ὑποτοπάσαντες, λίθους λαβόντες ὄπισθεν αὐτῶν ἔρριπτον. *Non aliam vero matrem, quam ipsam terram existimantes, ac lapides accipientes pone jecerunt.*

Jam quomodo contigerit, ut ex projectis lapidibus homines prodirent, alii naturaliter, alii civiliter interpretantur. Qui summam in fabulis rite capiendis laudem consecutus est, Franciscus Baconus, magnæ Britanniæ Cancellarius, de sapientia Veterum, restitutionem orbis in Deucalione, vices rerum in Nemesi, acri judicio & adposite tradit. Sic autem ille *n.* XXI. *n.* XXII. p.m. 74. Edit. Londin. *Fabula arcanum naturæ aperit, & errorem animo humano familiarem corrigit. Multi enim ex imperitia judicant rerum instaurationes, sive renovationes ex earundem putredine & reliquiis, ut Phœnicem ex cinere suscitari posse: quod nullo modo convenit, cum hujusmodi materiæ spatia sua confecerint, & ad initia rerum prorsus ineptæ sint. Itaque retrocedendum ad principia magis firma.* Hæc vero sunt, unde vis certa ad propaginem superest, unde vita & incrementum habetur. Terra, quæ in sinu fovet hæc, large suppeditat omnia, per quæ nutriantur, augescant, & ad frugem perveniant. Indigna cujusdam ratio, quæ pluribus adferatur, homines nimirum a poetis lapidibus ortos putari, ad corporis animique duritiem indicandam: quales adhuc sunt multæ adplicationes, non tam ingeniosæ, quam putidæ. Est, qui ad prima mortalium instituta, & historiam refert, ex hac enim constare ait, post Diluvium plerosque habitasse sparsim, in montibus ac saxeis speluncis, Deucalionem autem in civitates coegisse, atque ita reparasse homines, lapidibus retrojectis sive cavernis relictis & asperis petrarum specubus. Addit suasu Themidis id factum, quam per naturale jus, & rectam rationem explicat. Quousque tamen & huic sententiæ fidendum sit, non disquiram ulterius. Id sane tenendum, in fabulis non rigide cuncta posse revocari ad examen, multo minus ut hinc aliqua paretur scientia. Satis est, nosse fontes, ex quibus derivantur, sive naturam consideremus, sive mores formandos, quorsum pars maxima illarum pertinet.

CAP. V.

Comparatio Deucalionis & Noæ. Prometheus quis, itemque Pandora? quænam uxor Noachi fuerit? Epiphanius illustratus. Lucianus adsertus. Columba emissa profanis non ignota. Mons in quo Arca resedit.

POstquam igitur vitam Deucalionis brevi narratione exposuimus, illius & Noachi faciamus contentionem, necesse est, quia de hoc nihil dicitur, quod non illi pariter a suis adscribatur. Si originem & nascendi conditionem inspicimus, Prometheus inter primos mortalium occurrit, a quo Deucalion ortus & ad omnem pietatis humanitatisq; cultum adsuefactus est, adeo ut adpropinquante interitu omnium per eluviem aquarum, ab illo præmonitus sit. Promethei uxor fuit Pandora, quæ sola inter feminas DEORUM manibus formata esse dicitur: ceu vidimus jam antea. Noæ majores ab Adamo sunt repetendi atque Eva, πρωτοπλάστοις, sive iis, qui potentia Numinis benignissimi in principio rerum conditi sunt, ut ad ipsius gloriam referrent omnia. Promethei adpellatio homini congruit integro viribus mentis & corporis, nec male accommodatur ad statum felicitatis incorruptæ, sicut Epimethei ad hujus amissæ perpetua mala, & nunquam recuperandæ memoriam luctuosam. Qui hæc nomina alias tanquam propria adplicant certis hominibus, & iis tantum competere volunt, minus recte sentiunt: cum generalia sint, ac pro sapientiæ habitu defectuve aptius convenire videantur. Ipsum quoque Noachum cum Prometheo comparant, sed non alia ratione, quam indicavimus modo, id fieri potest.

Pandora quin Evæ personam exhibeat, nemo dubitabit, quin poetarum ac theologorum vetustissimorum evolvit monumenta. Ea quippe est.

Ἐξ ἧς γὰρ γένος ἐστὶ γυναικῶν θηλυτεράων,
Ex qua genus est mulierum tenerarum.

ut canit Hesiodus Θεογ. vers. 590. Pausanias similiter: Πανδώρα γυνὴ πρώτη. πρὶν δὲ ἢ γενέσθαι Πανδώραν, οὐκ ἦν πω γυναικῶν γένος. *Pandora prima femina: neque sexus muliebris extitit, antequam illa gigneretur.* Quis autem de matre generis humani, de creata illa & virtute divina producta, de propagatis ab illa mortalibus ceteris non paria affirmaret? Ovidii verbis superius expressimus innocentiam in Paradiso viventium, quam ex Ascræi *Operibus & Diebus* forte transcripsit, ubi sine malis, sine labore difficili, sine morbis, qui senectam afferunt, invicem conjunctos egisse, rectumque secutos esse legimus: Pandoram contra & pulchritudine formæ, & acerrima ingenii vi præditam, blando sermone ac dolo mores immutasse. Sunt quædam in his, quæ serpentis naturæ omnino respondent, cujus insidiis primi mortalium falsi sunt. Lapsus itaque patet exitialis, & miseria communis, qua de *ibidem* vers. 95.

—— ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά.

Plutarchus instar scholiastæ *Consol. ad Apollon.* p. 105. ἐσκέδασε τὸ πλῆθος κακῶν πᾶσαν γῆν καὶ θάλατταν, *disseminavit omne malorum genus in terras & maria*: quia mox additur versu sequenti:

Πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα.

Pixis hujus, curiosa Epimethei libido inspiciendi contenta, itemque fructus prohibiti gustatio, unde damnum irreparabile manavit in omnes, quod ad rem attinet, facile conciliantur. Neque Dissertationis nostræ patitur tractatio, ut singula copiose persequamur, inprimis quæ de *malis Hesperidum*. μήλοις Ἑσπερίδων, a serpente custoditis, Promethei vero jussu ab Hercule neglectis tradit Apollodor. II. *Bibl.* p. 105. Edit. Comel. A poeta recensentur, quæ vasculo Pandoreo inclusa potiora, πόνος, νόσος, γῆρας, præter μυρία λυγρά. Promethei astus in surripiendo igne, sive, ut τὸ πρακτικὸν in poetis demonstrat Heinsius parens *Introd. in Hesiod.* cap. XV. studium laboris, industriæ, artis cujuslibet, ac quotidianæ operæ egestatem humanam anxia cura & sudore levandam designat. Sententia capitalis, quam DEUS peccantibus dixit, Eva maxime Adamum trahente secum, adhuc aures circumsonat: *Maledicta terra propter te: in labore comedes ex illa cunctis diebus vitæ tuæ: spinas ac tribulos proferet tibi, & herbas agri comedes: in sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, ex qua sumtus es.*

Deucalionis uxor Pyrrha, jam satis celebrata, & per Veterum scripta nominatissima: Noæ conjux in Sacris, quomodo vocata sit, nusquam adparet. Epiphanius quidem in *Hæresi Gnosticorum* XXVII. p. 82. Edit. Lips. ostendit, eos librum habuisse, qui *Noria* inscriberetur, eodemque nomine uxorem Noachi vocatam esse. Rationem duplicem addit nomen-

elationis: ut barbara voce imperitis facilius illuderent, atque hinc Pyrrham Gentilium cum Noria commodius efferrent. Neque vero negari debet, utrinque magnam deprehendi convenientiam, & sive vera sit adpellatio, sive ficta, ingeniosam admodum esse: quin enim illa ἀπὸ τῆ πυρὸς dicitur, minime ambigendum, & hæc rursum, si ultimas perscrutemur origines, ab Ebræorum אש, *igne*, אשה, *vira, virissa*. Similiter Noria, juxta Cyprium episcopum nostrum, Συελαχῇ διαλέκτῳ, ab נור sive eodem descendit elemento. At ponit inter fabulas hujusmodi notationes, ac genuinum uxoris Noachicæ nomen Βαρθενῶς profitetur. In margine doctissimus Jesuita editor putat scribendum παρθένος, levi mutatione facta: sed hoc quoq; nomen ex Græcia non censendum, multo minus restituendum: quid si ex בת כהנה, ex *filia sacerdotali*, sive ex stirpe fidelium, aut Sethitarum domo, illam ductam, & a magistris Ebræorum ita adpellatam fuisse existimemus? nomina sane, quæ ex una lingua transeunt in aliam, sæpissime convertuntur, & dum peregrina se veste induunt, difficulter agnoscuntur. Objici posset, secundum traditionem Rabbinorum, Noemam fuisse uxorem Noachi: quæ ex posteris Caini, utpote soror Tubalcaini, trinepos Lamechi, qui duas uno matrimonio secum junxit. Verum hæc etiam dubia sunt & incerta. Saidus Batricides, Alexandrinus Patriarcha, apud Selden. v. *de jure N. & G. cap.* IX. ex apocryphis Orientalium Hacalam, Namusæ filiam, describit conjugem, ex familia Enochi, quæ cum marito in arca fuerit: ne jam plurium conjecturas & opiniones inanissimas cumulemus.

Deucalion in vita honestus, in cultu divino pius ac religiosus, in caussis suorum dirimendis justus, quare & benignitate cœli servatus est, cum reliqui mortales undis obruerentur. Lucianus *de Dea Syria*: Δευκαλίων ἐλίπετο ἐς γενεὴν δευτέρην, εὐβουλίης τε καὶ τῆ εὐσεβέος εἵνεκα. Noa in Sacris vir justus & perfectus in generationibus suis dicitur, quique cum DEO ambulavit, nullis hominum corruptelis gravioribus in transversum actus, conscientia illæsus, probus, inculpatus. Philo τέλειον ἐν τῇ γενεᾷ ita explicat p. 242. *de immutab. DEI* Edit. Lugd. λέοντες λέοντας, καὶ βόες ταύρους, ὁμοίως δὲ καὶ ἄνθρωποι ἐξ ἀνάγκης γεννῶσιν ἀνθρώπους, διανοίας δὲ ἀγαθῆς, οὐ τὰ τοιαῦτα οἰκεῖα ἔγγονα. *Leones gignere leones, boves tauros, ac similiter hominem ex homine nasci, naturale est: at bonæ mentis non est talis progenies*. Ut adeo constantia laudetur ac vitæ honestas. Idem tres habuit filios, totius mundi heredes, Japhetum, Semum & Chamum, quorum posteri dederunt orbi cives suos atque incolas. Græcorum sententia, de ordine horum, & distinctis ætatibus ex testamento Noachi commentitio, & insolita quadam fabella profluxit. Veritas ex Oraculis Divinis patet, ubi pater quingentorum annorum fertur genuisse liberos, inter quos tunc forte superstes fuit major, sive ut eruditi solent interpretari, primogenitus Japhetus, quem Semus deinceps atque Chamus sequuntur. Deucalion itidem tres suscepit, quos paullo ante signavimus, vita & rebus gestis per Græciam inclytos. Memoria dignum est, in genealogia mythica plerisque tres prope filios tribui, ut Saturno Jovem, Plutonem, Neptunum: Japeto Prometheum, Mœnetium, Atlantem: Neptuno Belum, Agenorem, Tritonem, & sic porro. Non obscura videtur hujus rei origo, quando de tribus Adami pariter ac Noæ filiis, in Scriptura Sacra magis obviis, illam repetimus. Quemadmodum autem in theologia sua nunquam penetrabant ad liquidiora, cœlesti luce destituti: ita subinde confundunt parentes cum liberis, inque ordine generationis velut alta nocte præpediti passim impingunt. Sic multa comminiscuntur de Japheto, & filio Jano, qui cum Noacho personam eandem habere ubique scribitur. Sic de Saturno commemo-

A rant, (Apollod. I. *Bibl.* ab init. Bochartus I. *Geograph.* c. I.) eum devorasse liberos, præter modo significatos, qui superstites terras inter se habitabiles postmodum diviserint. Nec animus est in mythologiam istam diligentius inquirere, cum docti eam prolixis Commentariis jam tum exposuerint.

Convenientia summa in arcæ constructione, in eam ingressu, divina custodia, & adpulsu ad suprema montium cacumina notatur. Luciano, teste primario, de Deucalione ideo libentius utor, quod sua fateatur se hausisse ἐξ ἱρῶν λόγων, e sacris litteris ac sermonibus. Ita vero ille *de DEA Syr.* p. 694. Edit.
B Basil. Ἡ δὲ σωτηρίη Δευκαλίωνι ἥδε ἐγένετο. λάρνακα μεγάλην, τὴν αὐτὸς εἶχεν, ἐς ταύτην ἐσβιβάσας παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἑωυτῦ, ἐσβαίνοντι δέ οἱ ἀπίκοντο σύες, καὶ ἵπποι, καὶ λεόντων γενεά, καὶ ὄφιες, καὶ ἄλλα, ὁκόσα ἐν γῇ νέμονται, πάντα ἐς ζεύγεα ὁ δὲ πάντα ἐδέκετο, καὶ μιν οὐκ ἐσίνοντο, ἀλλά σφισι μεγάλη Διόθεν φιλίη ἐγένετο, ἐν μιῇ λάρνακι πάντες ἔπλωσαν, ἐς τε τὸ ὕδωρ ἐπεκράτεε. *Deucalion hoc modo salvus extitit: arcam quandam magnam conscendit, quam habebat, imponens in eam liberos & uxorem suam. Post ingressum vero illius venerunt apri, equi, leonum genera, serpentes, & alia quæcunq; tellure pascuntur, bina ex unoquoque genere cuncta. Ille autem recepit, ad se omnia,*
C *atque ea hautquaquam lædebant ipsum, sed magna invicem, Jove ita disponente, concordia erat, unaque in arca navigabant, quamdiu aqua superabat.* Quæ vero apertiora possent ab homine profano consignari, ex quibus major vis ad similitudinem utriusq; Diluvii probandam duceretur? quæ secundum homines & animantia luculentior inveniretur consensio inter Sacræ Historiæ atque externæ momenta? Novi sollicitasse quosdam hunc locum, ac non una ratione suspectum reddidisse, quod ejus auctor ἐμπαίκτης, qui diviniora ad suos traduxerit, quod inter illos, qui Paganorum scripta nostris crediderunt antiquiora, ac velut Moyses horum scrinia
D compilaverit. Ipse religionis Christianæ adsertor insignis, quando hæc verba recitat, omissione plurium demonstrat, quam cum reliquis amplectatur sententiam. Verum quare dubitemus, ubi testem audimus ex adversariis, eadem pene nobiscum affirmantem? Fuerit ad sacra nostra derisor, simplicitatem nobis, sive λίθου παράταξιν objecerit, ut illo ævo loquebantur, seria verterit in jocos, ac vera in fabulas, in præsenti tamen negotio veritatem vel invitus agnoscere debuit. Quæ de antiquitate petuntur argumenta, maximorum in Ecclesia virorum curis evigilatis olim sunt explosa, præcipue ab his, qui Divina Oracula verum salutis auctorem CHR. J. retule-
E runt, & gentibus omnem viam, nos lacessendi posthac, & interpellandi, invictis rationibus occlusere.

Ne in comparandis partibus longior sim, ad reliqua procul ambage digrediar: ubi quidem in mediis undis, candida avis, innocens, casta, inque sacris Veterum nobilissima, columba, melioris augurii pignus occurrit. Primum emissa rediit, quod non inveniret, quem sine vitæ periculo occuparet locum, nuncia mersi adhuc orbis, & aquarum undique prævalentium. Iterum in spem emergentis terræ per arcam dimissa, virentis olivæ ramusculum attulit, exoptatissimum signum recuperatæ felicitatis humanæ, &
F instantis exitus e navigio, ope nunc tandem solius DEI, supremi gubernatoris, in portu collocando. Plutar. animalium solertiam ostensurus columbam Deucalionis a natura sagaci dilaudat, quasi hæc idonea fatis fuisset ad calamitosæ tempestatis formidinem solvendam, p. 968. Edit. Franc. Οἱ μὲν οὖν μυθολόγοι τῷ Δευκαλίωνί φασι περιστερὰν ἐκ τῆ λάρνακος ἀφιεμένην, δήλωμα γενέσθαι, χειμῶνος μὲν, εἴσω πάλιν ἐνδυομένην, εὐδίας δὲ, ἀποπτᾶσαν. *Sane qui fabulas narrant, ii columbam ajunt ex arca missam Deucalioni certum indicium detulisse fluctuum, cum rursus ingrederetur, ser enitatis cum avolasset,*

Novum hoc testimonium est, quod tam simile scripturæ Mosaicæ, ut plura in homine profano desiderare vix possimus. Utriusq; intervalli, turbidi juxta & amœnioris, mentionem facit: adhæc utriusq; columbæ, quæ semel iterumque ad liberiorem auram perducta, aeris, terræ, maris inundantis, ac bonorum præsaga erat futurorum. Alexand. polyhistor apud Syncell. p. 30. de Sisuthro, quem superius eundem cum Noacho fecimus: *Γενομένου τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ λήξαντος, τῶν ὀρνέων τινὰ τὸν Ξίσουθρον ἀφιέναι· τὰ δὲ οὐ τροφὴν εὑρόντα, οὔτε τόπον ὅπου καθίσαι, πάλιν ἐλθεῖν εἰς τὸ πλοῖον. τὸν δὲ Ξίσουθρον πάλιν μετὰ τινὰς ἡμέρας ἀφιέναι τὰ ὄρνεα. ταῦτα δὲ πάλιν εἰς τὴν ναῦν ἐλθεῖν τοὺς πόδας πεπηλωμένους ἔχοντα. τὸ δὲ τρίτον ἀφεθέντα, οὐκ ἔτι ἐλθεῖν εἰς τὸ πλοῖον.* Tribus vicibus abiisse volucres Xisuthri, iste perhibet, mox cum neq; cibum reperirent, neq; locum, ubi tuto consisterent; deinde notatas in pedibus revertentium terræ particulas; ac tandem omnino nullas arcam repitiisse, quod indicio fuerit, aquam subsidere, & siccam adparere. Posset in numero quis ambiguus esse, ac differentiam quandam statuere. Sed monstravimus jam, in Gentilium narrationibus non licere semper *ἀκριβολογεῖσθαι*. Simillima ex Abydeno profert Euseb. l. IX. *Præp. Ev.* c. XII. quæ ibidem legantur, ne singula cum pulvisculo congerere censeamur: sicut neque columbam per Symplegadas transvolantem, atque sacratam illam apud Syros, amplius descripsimus.

Arca Deucalionea consedit in vertice Parnassi montis. Ovidius:

Heic ubi Deucalion, nam cætera texerat æquor,
Cum consorte tori parva rate vectus adhæsit.

Arnobius, quinto *adversus Gentes* [1], Agdum Phrygiæ petram, sic vocatam ab indigenis, locum exscensionis facit. Pausanias *Ἄγδιστιν* in principio *Atticorum* [2] dicit, montem inusitatæ vastitatis. Sibyllina Carmina [3] in hac etiam regione quievisse arcam definiunt:

Ἔνθα φλέβες μεγάλου ποταμοῦ Μαρσύου πεφύκασιν·

sive legendum, restitutore Bocharto [4], ut versus sibi constet;

Μαρσύου ἔνθα φλέβες μεγάλου ποταμοῖο πεφύκασι
Τῆ δὲ κιβωτὸς ἔμεινεν ἐν ὑψηλοῖο καρήνῳ.

Marsyas amnis urbem Celænas in Phrygia medius interfluit, Curtio teste non procul ab initio *l.* III. De voce *φλέβες* Eustathius *ad Iliad.* β. p. 309. Ed. Rom. *φλέβες ὑδάτων, σύνεγγυς γῆς, ἐξ ὧν ἀναπιδύουσιν ὕδατα.* Idem Pausanias Megarum, Jovis filium, Deucalionis Diluvium effugisse in summo Geraniæ cacumine scribit, ita adpellato, quod gruum ductu, imbrium immensa vi effusa, illuc perfugerit: *Μέγαρόν τε παῖδα ὄντα Διὸς, καὶ ταύτης δὴ τῆς νύμφης, ἐκφυγεῖν τὴν ἐπὶ Δευκαλίωνός ποτε ἐπομβρίαν, ἐλθεῖν δὲ πρὸς τὰ ἄκρα τῆς Γερανίας.* Arrian. II. *Bithynicarum*, Deucalionem ad jugum, in Argo eminentius, hæsisse ait, cum cæteri eluvione perirent. Ut compendio rem enuntiemus, sciendum, non fuisse montem in terris Græcorum, ac fere alibi quoq; in quo non servatos quosdam ex inundatione illa magna existimaverint, quin pro regula habendum, eos ad patriam suam & heroes, licentia fingendi, sub aliis nominibus adplicasse, quidquid apud gentes insolitum, quidquid supra captum hominis, ac nota providentiæ cœlestis admirabile. Noachi arcam in montibus Ararat substitisse novimus, de quorum situ disceptant inter se eruditi. Afric. apud Syncell. *Ἡ κιβωτὸς τοῦ Νῶε ἱδρύθη ἐπὶ τὰ ὄρη Ἀραρὰτ, ἅτινα ἴσμεν ἐν Παρθίᾳ. τινὲς δὲ ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας εἶναι φασίν. Arca Noæ constitit in montibus Ararat, quos esse Parthiæ novimus: quidam in Celænis vel nigra Phrygia esse contendunt.* Armeniæ partem esse, memoriæ prodit Antonius Presbyter vulgo Haytho, qui hinc oriundus, in historia orientali [5]: *In Armenia mons est altior, quam sit in toto orbe terrarum, qui Arath nuncupatur, & in fastigio illius arca Noæ post Diluvium primo sedit. Ac licet propter abundantiam nivium, quæ semper in illo monte reperiuntur, tam hieme quam æstate, nemo valeat ascendere montem illum, semper tamen adparet in ejus cacumine quoddam nigrum, quod ab hominibus dicitur esse arca.* Qui ad Besoldi *Synopsin* analecta frugis optimæ reliquit, vir longiore ætate dignissimus, præter meritum sic incusat Haythonem, quasi in patria hospes fuerit: quæque Schikardo ibidem adscribit, non obscure noster innuat. Benjaminis narrationem potius inter commenta reputemus solennia, quæ si cui placeant, per nos credat: ex reliquiis nimirum arcæ, ultimis temporibus, Omarem quendam Calipham ædis Mahumeticæ tabulata fecisse. Si ornatum inde aut vetustæ pietatis documentum quæsivisset, nonnullas in templo particulas ex superstitione forsitan exstare voluisset. At neq; magni hujus Impostoris secta, sub ævum Heraclii, quando cœpit, tam fuit ampla statim & copiosa, ut in Armenia cultum religiosum instauraret, & speciosis ædificiis propagaret. Magna præterea lignorum abundantia circa montana Gordiæa: quare nec opus erat, ingenti vitæ periculo, sudore ac multis incommodis, residua arcæ fragmenta, situ & squalore consumta, ad novum delubrum convertere. Si ad præcedentia sæcula vellemus respicere, & inde colligere huc pertinentia, suppeteret cumulus longe maximus: quem tamen ordine digestum, ac varia doctrina exornatum deprehendimus apud eos præsertim, qui antiquitates istas nuper judicio singulari percoluere. Horum autem spicilegia dare atq; breviaria, a nostro proposito plane abhorret

Superato aquarum discrimine, & vita quasi de integro reddita,

—— placuit cœleste precari
Numen, & auxilium per sacras quærere sortes.

Qui inter vetustæ memoriæ Interpretes quondam excelluere, ut refluxum undarum ex vi immani declararent, hiatum terræ fingebant, quo absorptæ fuerint. Lucian. p. 695. *Δευκαλίων ἐπεὶ τάδε ἐγένετο, βωμούς τε ἔθετο, καὶ νηὸν ἐπὶ τῷ χάσματι Ἥρης ἁγίου ἐνήσατο. Deucalion, postquam hæc evenerunt, altaria posuit, ac fanum super voragine illa Junoni dedicavit.* Pietas ita celebratur Deucalionis, qui gratus erga numen construxit aras, ut rem sacram faceret. Nec aliter de Xisuthro Alex. Polyhistor p. 30. qui, licet disparuerit, suis tamen commendavit cultum DEI, & amorem religionis: *Κελεύσας ὡς δέον, αὐτοὺς εἶναι θεοσεβεῖς, καὶ παρ' αὐτῶν διὰ τὴν εὐσέβειαν πορεύεσθαι μετὰ τῶν θεῶν οἰκήσοντα.* Paullo post additur, *eos sacrificasse diis, αὐτοὺς θῦσαί τε τοῖς θεοῖς.* Hæc etiam debentur Historiæ Sac. per quam liquet Noachum, a Diluvio nihil prius habuisse, nihil potius, quam offerre DEO conservatori omnium *ὁλόκαυστα*. Quando igitur similitudo inter Deucalionem ac Noachum adpareat exacta, nolumus inferre plura, nisi sententiam doctissimorum, qui nomina hæc, uti supra jam innuimus de Sisuthro, pro iisdem habent, diversis linguis eandem personam significantibus. Philo *de præmiis ac pœnis* p. 707. Ed. Lugd. ubi hominem unum justum docet meliorem, *κατ' ἀξίαν*, innumeris mortalibus injustis, ejus convictu indignissimis: *Τοῦτον Ἕλληνες μὲν Δευκαλίωνα, Χαλδαῖοι δὲ Νῶε ἐπονομάζουσιν, ἐφ' οὗ τὸν μέγαν κατακλυσμὸν συνέβη γενέσθαι. Hunc Deucalionem Græci, Noam vero Chaldæi adpellant, cujus ætate ingens illud diluvium accidit.* Scilicet princeps iste, qualem Græci passim celebrant, ob justitiæ ac sanctitatis cultum Patriarchæ simillimus credebatur, sive vitam ac mores, sive eventus alios intueamur. Idem quoq; de Ogygio sentiamus Diluvio, quod non aliud est, ac priscum, omnium primum. Sic enim alibi idem Philo *de Sacrif. Abelis* p. 111. *Ὠφελεῖ μὲν οὖν εἰ καὶ μὴ πρὸς ἀρετῆς κτῆσιν τελείας, ἀλλά τοι πρὸς πολιτείαν καὶ τὸ παλαιαῖς καὶ*

1 Pag. 178. Edit. Wechel. Hanov. 2 Pag. 8. item pag. 74. Ed. Sylburg. 3 *Lib.* I. p. 180. Ed. Obsop. 4 Lib. I. *Geogr. Sacræ* cap. III. 5 Cap. IX. conf. Marc. Paulus lib. I. *de Region. Orient.* cap. XIII.

Ὠγυγίαις ἐντρέφεσθαι δόξαις. *Prodest si non ad parandam virtutem perfectam, certe ad curam reipublicæ, nosse opiniones vetustas & Ogygias*, audire Antiquitatis pulcerrima facinora, & quæ ad posteritatis memoriam prodita sunt. Ex quibus discimus, Ogygium dici, quidquid a primordio mundi extitit. Eustath. post glossographos alios *ad Odyss. α.* p. 1393. Ὠγύγια ἁπλῶς ἀρχαῖα: quin Verparum nugæ de Ogo, rege Basanis, Diluvium in montanis effugiente, ansam vel præbuerint isti rei, vel inde habuerint ipsæ, parum interest nosse. Occasione hac de aris & templis, de montium sacratis fastigiis, auspiciis ac similibus, non protrita derivare ab origine possemus, sed ea commodiori loco servantur ac tempori, ne toties aliorsum digressi veniam petere cogamur.

CAP. VI.

Pœnæ divinæ gravitas in Diluvio, clementia temperata: an hoc fuerit universale, & unde tot gentium scriptores ejus notitiam hauserint?

Ipsam Diluvii magnitudinem, ex Ovidii commemoratione, aliquoties attigimus, quod nempe

Obruerit tumulos immensa licentia ponti,
Pulsarintque novi montana cacumina fluctus:

nec terræ fuerit angulus, quorsum non penetraverit: & sicut nemo erat, quin pravitate sua & malitia DEUM provocaverit ad se ulciscendum: ita non superesse debebat, qui se inultum effugisse pœnam communem gloriaretur. Solus justitiæ præco, qui vindicem scelerum metuebat semper, atque opem ejus implorabat cum suis, in arca retentus, exemplum præbet voluntatis divinæ benignissimæ, in flagrante ira, & media supplicii executione. At simul docemur hoc ipso, quam DEO placeant, quam sint ei curæ homines pii, quique amore illum ac timore ex corde puro venerantur. Quanta contra fuerit patientia, quanta tot sæculorum decursu indulgentia, ad emendationem impiorum, verbis exprimere difficillimum est. Neque vero displicet eorum sententia, qui imminente aquarum vi, & fluctibus undique coeuntibus, multos, e familia Sethitarum præcipue, conversos opinantur, & anima servatos, quamvis corpore interirent.

Hæc vera noscuntur, quod Sacris Litteris, ac bonitati cœlesti conveniant: a quibus longe recedunt, qui supra naturam in universali cataclysmo nihil admittunt. Pluviam isti cum procellis ac vi imbrium quotidiana tantum spectant, & facta dierum quadraginta aquarumq; dimensione amplum spatium adhuc requirunt, ad terras montesque simul inundandos. Est quo tendat horum secta, unde mox pedem referre nescit, particularia censens, quæ sunt universalia, atq; contra. Rident cuncta, quæ virtute diviniore in natura contingunt, indignantur, si hæc inter miranda DEI numerentur opera, ac pie nugari dicunt omnes, qui hæc enarrant. Verum, contemtor numinis, de sententia Veterum, incipit a contemtu operum, quæ non nisi potentia Excelsi perficiuntur. Ut autem eo magis imminuant illa, παράδοξα quædam & caussas naturales obtendunt, quæ sive rem exhauriant, sive majoribus involvant difficultatibus, ipsis abunde est. Si plane convincantur, nunc ad consensum aliorum, & mirificas verborum suorum interpretationes, tandem ad convicia delabuntur, ultimum perversæ indolis præsidium. Quando itaque, ad evitandam istorum tempestatem, fontes magnæ voraginis, sive abyssus & cataractæ cœlorum signantur, quæ non ibi contumeliose declamitant, quæ non ex ingenio credibilia fingunt? nonne vacuum, horribile naturæ secretum opponunt? nonne oceanos exsiccatos omnes, & aquas terræ concitatas omnes, haut suffecturas argutantur? nonne aquas recens creatas cum supracœlestibus inferunt & petulanter exagitant? quo tamen id studio fiat, quo eventu, per erudita certam ina huc usque novimus. Cum porro speciosa Historiæ Sacræ verba, & interior significatio, demonstrantur, figuras & improprias locutiones prætexunt, quæ rationi humanæ oppido blandiuntur. Sed mittamus eos, qui DEUM & judicia ejus tremenda adspernantur, &, quo facilius trahant secum incautos, nefanda quæque expromunt.

Non inferiori loco ponendi sunt, qui, ad puniendos mundi prioris incolas, universale quidem Diluvium solent explicare, verum quod pro tali minime agnoscas, ubi cum delictis mortalium, iræ divinæ magnitudine, & contextu Historiæ S. mittas in contentionem. In longævitate illa antediluviana naturæ accusant segnitiem atque tarditatem in producendis hominibus, indeque concludunt, extra Asiam, in tanta solitudine, & paucitate viventium degisse neminem. Porro itaq; dicunt: Diluvii universaliter considerati ratio petitur ex universali pœna, qua sontes debebant affici: jam vero deletis his omnibus, præter familiam justorum & innocentium, effectus patet universalis, etsi reliquæ orbis nondum habitati partes in sicco restiterint: ut sic ex plenaria vivorum clade œcumenicum Diluvium recte æstimari queat. Magnorum opinio hæc est virorum, quam hausisse videntur ex apocryphis, ceu verba, ex Ephraimi *Sermonibus* adducta superius, id fere probant: neque enim hic aliunde primorum sedes distinctas post occlusum paradisum noverat. Sed veteris ecclesiæ judicium de istis libris fuit semper, περιττά τινα καὶ ἀνειβῆ, *superflua & sincera minus*, continere eos, quod per hæreticos hinc inde quædam receperint, ideoque nec lectionem eorundem omnibus promiscue concedendam esse. Unde autem certi sunt, qui talia propugnant, admissis licet habitationibus familiæ utriusq; disjunctis ante Diluvium, quod in proximas Asiæ terras nullus mortalium digressus sit? Qui fines Mesopotamiæ ac Syriæ non excessisse quenquam putant, naturæ fœcundæ sub primordia rerum terminos adsignant nimis angustos, & quæ de tarditate illius produnt, sibi non constantes, alibi refellunt. Et ponamus, feram tunc fuisse pubertatem, eam longe superavit grandævus vigor, & in tot sæcula prorogata vivacitas. Numerum inire nolo, quot millia hominum provenerint, quot millia vel junctas domos, vel integras civitates incoluerint, cum adversarii fateantur ultro, non posse ex eorum serie, qui in Sacris nominantur exserte, rationem subduci. Immo facile permittent, post exortam confusionem Sethitarum atq; Cainitarum, quando veluti nova progenies emergeret, utrisq; infesta, non aliter ac inter posteros Noachi, migrationes ad secura magis ac tutiora loca factas esse crebro.

Majore sui fiducia philosophatur solertissimus telluris contemplator, qui universale Diluvium e Moysis narratione, de interitu omnis carnis, prolixe adstruit, ea tamen intermiscet, quæ se mutuo conficiunt. Propositiones constituit, alteram e Scriptura, qua docet orbem antediluvianum prorsus fuisse diversum ab hodierno, alteram e suo captu, qua monstrat, formam terræ habitabilis ab initio fuisse æquabilem, uniformem, continuam, sine montibus, ac sine hiatu maris. Illam ex Petri *Epistola posteriore*, capite tertio, sumtam esse ait, hanc ex caussis & effectis deductam censet. Equidem non inficiamur, κόσμον ab illo ἀρχαῖον vocari, qui ante eluviem communem extitit, κόσμον τότε ὕδατι κατακλυσθέντα, quasi distingueretur secundum naturam suam ab eo, quem hodienum calcamus. Ex his autem inferre, *ergo manifestum adparet discrimen inter formam naturalem veteris & novi mundi, cujus respectu tellus antiqua diluvio aquarum fuerit obnoxia, hodierna conflagrationi, idque ob diversum situm & constitutionem*, plura implicat, quam quæ rite evolvantur. Nonne hoc idem est, ac mundum antediluvianum

na-

num necessario, quippe juxta constitutionem suam, ac naturalem formam, undis perire debuisse, sicut hodiernus non aliter, nisi igne consumi possit? adeo pronum est ac facile DEO semper, sive igne, sive aqua pessundare orbem, quam erat facile illum ex nihilo condere: & quare promissione signoque cœlesti Noachidis receperit, se non amplius inundatione peccatores deleturum? Sed tanta quis inter sapientes priscos audacia vix reperitur, qui similia tradiderit: quin porticus de novo sibi gratularetur alumno, si hæc tempora attigisset. Potentiæ divinæ potius reliquerunt, atque benignitati infinitæ, quando & quomodocunque velit calamitates immittere terris universales, & has perdere cum suis cultoribus. Megasthenes de Indis præclare apud Strab. xv. *Geogr.* p. 713. Edit. Lugd. Περὶ πολλῶν δὲ τοῖς Ἕλλησιν ὁμοδοξεῖν· ὅτι γὰρ γεννητὸς ὁ κόσμος καὶ φθαρτὸς, καὶ ὅτι σφαιροειδής· ὅ, τε διοικῶν αὐτὸν καὶ ποιῶν θεὸς δι᾽ ὅλου διαπεφοίτηκεν αὐτοῦ. ἀρχὰς δὲ τῶν συμπάντων ἑτέρας, τῆς δὲ κοσμοποιΐας τὸ ὕδωρ. Quibus non modo satorem universi ex consensu gentium profitetur, sed & gubernatorem conservatoremque, qui ubique per immensæ virtutis suæ argumenta celebretur. Addit mundi hujus ortum ex aqua, sicut Apostolus quoque, γῆ ἐξ ὕδατος, καὶ δι᾽ ὕδατος συνεστῶσα, τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ, itemque fragilitatem: minime vero ex diversa natura & constitutione necessitatem inducit, qua perierit olim, qua perire adhuc illum oporteat. At neque ex mente sacri Scriptoris id potest ostendi, cum pæne nihil aliud sit κόσμος, qui dicitur per Diluvium perditus, quam terræ cultoris externum decus, & omnis anima vivens in illa: ut sic in his, in terræ substantia contra nulla facta sit immutatio, nulla conversio. Quando autem comparat eos, qui *custodem justitiæ*, κήρυκα δικαιοσύνης Νῶε, ludibrio habuerant ante occasum fatalem suum, cum his, qui vivunt hodie, & sæculi consummationem rident, ad fortius constringendos istos declarat mundi prioris ac terræ vastationem, quæ mox velut de novo emersisse videtur, torpida, inculta, horrida ac deserta, rursum tamen interitura per ignem, si DEO placuerit. Ipse tandem agnoscit noster, e Petri verbis certo & distincte monstrari non posse, quod demonstrandum erat.

De forma telluris altera propositio est, cui firmandæ naturam & rationem in consilium vocat. Nollem huc descendisset vir ingenio fertili ac prompto, maxime ubi concretioni sponte factæ ac separationi tribuit, quæ operi creationis multum derogant. Has enim caussas a priori, cum habili materia, tantum respicere, & planam hinc terram, sine montibus, sine fontium ac majorum amnium scatebris, sine insulis ac scopulis credere, periculosum est, atque veritati perquam inimicum. Hexaemeri Interpretes, & qui de prima ætate mundi egerunt, longe diffident a se invicem, quod ad montana attinet: multi a DEO ad cultum & ornatum orbis producta existimant ab initio statim, multi cum Diluvio cœpisse volunt, terrestri mole per illud confracta & lacerata, alii ad sæculorum cursum & caussas referunt communiores. Neque parum istorum paradoxis delectari contemplatorem nostrum, passim adparet. Quare autem luci cœlesti caliginem offundamus? cur nubem amplectamur, sole splendente clarissimo? Monte per Diluvii aquas inundatos, ultra quindecim cubitos, ex revelatione cœlesti novimus. Amnes circa paradisum definiuntur ibidem, ut fluxus eorum, nisi ad maria, detur nullus: quæ terris non infusa statuere ante eluviem, probandum superest: ut sic ab se corruat propositio tertia, de mundi veteris dissolutione & lapsu exterioris terræ in abyssum. Exinde enim dicit, non Diluvium universale solum necessario consecutum, sed montes etiam insulasque ortas esse. Sub initium theoriæ institutæ removet a se vanas & ambiguas conjecturas, imaginationis vagæ & humani affectus

A vitia, ac pollicetur, se retenturum generales Scripturæ conclusiones, rerum summas, & receptissima capita. Verum in tractatione scripti & successu immemor promissi, repetere cogitur formulam solennem, *nisi me fallit mea ratiocinatio*.

Si quis tamen urgeret nos, & rationem universalis Diluvii manifestam desideraret, eam cum divino ac primario orbis Historico reddimus: operti sunt omnes montes, qui sub universo cœlo sunt: delevit omnem substantiam, sive omne corpus vivens, quod fecit, e superficie terræ: exspiravit omnis caro, quæ movebatur super terra, volucrium pecudumque, & bestiarum, & omnium reptilium, quæ reptabant

B super terram, universi homines, & cuncta, in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt. In quibus particula כל generalis, toties usurpata, cum quibusdam haut accipienda per tropum, ut res fere integra aut tota per eam significetur, puta inundatio per integram Mesopotamiam, non totum orbem. Serviunt caussæ suæ, quicunque in narratione simplici ac historica ita minutiis adhærent, opinionemque semel vulgatam tuentur pertinaciter, ne quid per incogitantiam ipsis excidisse noscatur. Fallor, an meliori sententia his ducuntur Gentiles, qui omnes Diluvio quondam interiisse scribunt? Lucia-

C nus in *Timone* pag. 88. Edit. Basil. Ἐν ἀκαρεῖ χρόνου ναυαγία ἐπὶ τοῦ Δευκαλίωνος ἐγένετο, ὡς ὑποβρυχίων ἁπάντων καταδεδυκότων, μόγις ἕν τι κιβώτιον περισωθῆναι προσοκεῖλαν τῷ Λυκωρεῖ, ζώπυρόν τι τοῦ ἀνθρωπίνου σπέρματος διαφυλάττον ἐς ἐπιγονὴν κακίας μείζονος. *Deucalionis ætate subito naufragium exortum, ut omnibus sub aqua demersis vix unica scapha eluctaretur, quæ in montem Lycorim adpulit, humani generis scintillulas conservans, unde ad malitiam propagaretur majorem*. Quæ peculiari libello *de DEA Syria* profert eodem sensu, jam alibi data occasione annotavimus. Ægypti montes ostentant conchylia, Diluvii veteris reliquias commemoran-

D te Herodoto, in *Euterpe* sive *lib.* II. XII. κογχύλιά τε φαινόμενα ἐπὶ τοῖσι ὄρεσιν ἰδὼν καὶ Αἴγυπτον προκειμένην τῆς ἐχομένης γῆς: ut sic nimis otiosa quæstio sit, num circa Diluvii tempora in Ægypto ceciderint imbres cœlo? Plato rerum orientis interiorem scientiam adeptus, per studia linguarum ac peregrinationes, Diluvio periisse existimat omnes, præter montanos aliquot pastores, qui communem vastitatem illam effugerint *: τότε περιφυγόντες τὴν φθορὰν ὄρειοί τινες ἂν εἶεν νομεῖς, σμικρὰ ζώπυρα τοῦ τῶν ἀνθρώπων διασεσωσμένα γένους: cui plenior adjungi numerus posset eorum, qui ex eodem cœtu sunt, nisi hanc doctrinæ partem occupassent eruditi homines du-

E dum, quorum obvia monumenta habentur. Objicitur fortassis, eluviem Deucalioneam a plerisque enarrari tanquam particularem ad solas Atticæ terras, nec aliorsum adplicandam. Sed nihil facilius rerum nostrarum ignaris, quam ad patriam suam trahere, quod ad orbis totius stragem pertinet. Præterea ex ætate diversa, quam sollicite admodum scrutantur in temporibus ordinandis exercitatissimi, nonnulli discrimen ac simul particularitatem opponunt. At neque hæc tanti facienda, cum quidquid ex intervallo μυθικῷ secundum Varronem censetur, anceps, perplexum ac dubium sit.

F Unde vero notitiam sibi tantam comparaverint Gentiles, ut originem generis humani, paradisi delicias, lapsum nocentissimum, vitia prioris mundi, ac Diluvium fabulis suis non obscure comprehenderent, ultimo loco explicabimus. Quæstio hæc facti est, ceu loquuntur, quæ certo dijudicari non potest, nisi documenta præsto sint, ex quibus miranda DEI opera ab initio rerum patefcant. Sed neque sunt præstantiora inter illa, nec duratura magis, quam scriptura & fida apud posteros commemoratio, quam

* In *Timæo* p. m. 136. Euseb. XII. *Præp.* cap. XV.

vulgo traditionem adpellant. Iſta multis deliquiis obnoxia cernitur, propter diverſam hominis indolem, ac memoriæ fugam proceſſu ſæculorum, unde multa ſæpe negliguntur, multa præter decorum adduntur: Scriptura contra tenaciſſime exhibet quidquid ſemel cum legentium plauſu recepit. Vivaciores mortalium primi, integra fide, ſuis tradebant, quæ ætate ſua geſta fuerant, ſine incruſtatione ulla, ſine fuco narrantes, ut ſic monumentis litterarum non adeo foret opus. Sethitarum tamen columnis inſcriptas diſciplinas & ſcientias laudat Joſephus lib. I. *Antiqu.* cap. III. Στήλας δύο ποιησάμενοι, τὴν μὲν ἐκ πλίνθου, τὴν δὲ ἑτέραν ἐκ λίθων, ἀμφοτέραις ἐνέγραψαν τὰ εὑρημένα. ἵνα καὶ τῆς πλινθίνης ἀφανισθείσης ὑπὸ τῆς ἐπομβρίας ἡ λιθίνη μείνασα παράσχῃ μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγγεγραμμένα δηλοῦσα· καὶ πλινθίνην δ᾽ ὑπ᾽ αὐτῶν ἀνατεθεῖναι. μένει δ᾽ ἄχρι τοῦ δεῦρο κατὰ τὴν Συριάδα. *Columnas duas fecerunt, alteram lateritiam, alteram lapideam, & utrique inventa ſua inſcripſerunt: ut, ſi illa per diluvium abſorpta, hæc maneret, ex qua poſteri diſcerent, quæ ſcripta contineret; lapidea igitur ab iis dedicata ſupereſt hodienum in terra Syria.* Quin columnæ antiquiſſimum ſint genus memoriæ ſervandæ, extra dubium eſt, ac præcipue monſtratur hoc ex pyramidibus, ſtelis & obeliſcis Ægyptiorum, quos conſecrabant Soli, ut luce cum eo fruerentur perpetua, omnique ævo teſtarentur de actionibus principum æque ac doctorum inventionibus. Negare quidem voluit prius celebris hieroglyphicorum Interpres, Athanaſius Kircherus, in *Obel. Pamph.* p. 151. & oſtendere, quod obeliſci tantum complexi ſint artes recens excultas, obſervationes cœleſtes, ac quæ ad perficiendum intellectum pertinent. At nulli harum rerum perito mediocriter perſuadere potuit. Quæ enim columnæ in honorem regum excitabantur, ut gloria eorum interiret nunquam, illæ ſimul bella & incrementa reipublicæ oſtentabant. Et quid quæſo heroi cum idea, & ſubtiliore contemplatione?

Chaldæi & Aſſyrii proximi ſunt Ægyptiis, neque minus dati ſapientiæ ſtudiis, quibus cognitiſſima fuere, quæ ante ſe geſta, & in Sacris annotata erant. Beroſi ἀρχαιολογίαν Χαλδαϊκὴν, ſive *antiquitates Chaldaicas*, Syncellus *pag.* 14. ideo præfert ſtudiis multorum, quod monumenta ille plurima habuerit, quæ diligentiſſime adſervabantur Babylone ad notitiam naturæ ſenſum explicandum, indeque tranſmiſerit eleganti ſcriptura ad poſteros, quæ alias ſempiternæ tradita fuiſſent oblivioni. Agathias ei pares facit Athenoclem & Simacum, II. *Hiſt. Goth.* pag. 208. Βηρωσῷ τε τῷ Βαβυλωνίῳ καὶ Ἀθηνοκλεῖ καὶ Σιμάκῳ, τοῖς τὰ ἀρχαιότατα τῶν Ἀσσυρίων καὶ Μήδων ἀναγεγραμμένοις, *antiquiſſima Aſſyriæ & Medicæ gentis facinora prodentibus fidem habere decet.* Sed neque his minores, Alexander Polyhiſtor, & Abydenus, quorum ille ſic adpellatur, πολυΐστωρ & πολυμαθὴς, quod omnium pæne gentium hiſtorias, omnium artium non exiguam animo complecteretur ſcientiam. Moyſis vero mentionem apud ipſum fieri teſtatur Suidas, niſi quod ex viro ſtatuat feminam: ἐν τούτοις λέγει ὡς γυνὴ γέγονεν Ἑβραία Μωσώ, ἧς ἐστι σύγγραμμα ὁ παρ᾽ Ἑβραίοις νόμος. Hic ab Euſebio nominatur aliquoties, nec pauca ſubinde proferuntur, de Diluvio, Turri Babylonica, Moyſe, Nabuchodonoſore, ac ſimilibus: quæ utique commonſtrant, eum Divinæ Scripturæ non prorſus ignarum fuiſſe. Præcipuus nævus in utroque notatur, quod ad gentis ſuæ vetuſtatem probandam, qua veſania tunc plerique ducebantur, mirifica regum ac deorum nomina, vaſta temporum ſpatia litteris commiſerint: quæ non niſi per additas fabulas, eaſque crebriores ſuppleri poterant.

Ægyptiorum ſapientia, & ſæculorum ab ortu ſuo enumeratio, cui poteſt amplius incognita eſſe, poſtquam doctiſſimi homines huc omnem operam contulerunt? Manetho Sebennites inter hos præcellit, ævo Ptolomæi Philadelphi profanorum in Ægypto templorum ſacerdos, ἀρχιερεὺς εἰδωλείων, καὶ γραμματεὺς τῶν κατ᾽ Αἴγυπτον ἱερῶν ἀδύτων, ſacrorum penetralium ſcriba, qui hiſtoriam patriam ἐκ τῶν ἱερέων, docente ex illo Ioſepho *contra App.* p. 1039. ſive etiam ἐκ τῶν ἐν τῇ Σηριαδικῇ γῇ κειμένων στηλῶν, ſecundum Syncellum *Chronogr.* p. XL. indole præclara & accuratione ſingulari contexuit. In ea vero non magis theologiam explicat, quam quæ olim in Aſia & Africa evenerant, ut ſic Diluvii memoriam neceſſario celebraverit: neque ſignificat obſcure hoc ipſum Georgius monachus, Taraſii Patriarchæ CP. Syncellus, II. *Præp. Evang.* in *proœm.* p. 44. Et ſane antiquæ veræque eccleſiæ, ac religionis Judaicæ peritiam coram adquiſivere Ægyptii, quando populus DEI verſaretur adhuc in terra inferioris Ægypti Ghoſen: quam a diſceſſu Iſraelitarum auxere commerciis, federibus, bellis, aliiſve modis plurimis. Inprimis lumen gentibus præbuit Sacri Codicis translatio in ſermonem Græcum, qui tunc velut communis in Oriente Mercurius & interpres erat. Profectiones, atque frequentes in has terras Græcorum & vicinorum immigrationes, alibi luculentius proponemus, cum ſcribendi origines, diſcendi docendique primos auctores enarrabimus: unde patebit, quo ſucceſſu conſtet eruditionis humanæ, omniſque diſciplinæ liberalis propagatio. Per vaticinia quoque & oracula Sibyllina exteris multa patefacta fuiſſe diviniora, nemo diffitebitur, qui judicio ſuo in his percenſendis rite utitur.

S. G. D.

FINIS.

TANAQUILLI FABRI
VITÆ
POETARUM GRÆCORUM:
UBI
DE EORUMDEM PATRIA, MORIBUS, SCRIPTIS, &c.
PERSPICUE AC COMPENDIOSE DISSERITUR:

Ex Gallico idiomate in Latinum translatæ.

SPECTATISSIMO VIRO

D. VALENTINO CONRARTO

REGIS GALLIÆ A SECRETIS ET CONSILIARIO.



ON hic dissimulabo: quod mihi forsitan vitio verteretur; e contrario autem Te probe noscens, uti novi, persuasus sum hosce conatus mihi non successuros. Ingenue itaque Tibi fateor me non detrectare publicationem Operis, cujus exigua quædam Tibi oblata fuere fragmenta; atqui id uti una a parte haud detrecto, ita ab altera non efflagito. Non est quod non absque ostentatione dicere possim meis in literis, seu capitibus illis, voca utcunque placet, nonnulla quæ forsitan haud inutilia erunt, reperiri. Verum nec id, Clariss. Vir, sufficit. Oporteret easdem gratas simul esse suavesque, ut cum jucunditate & delectatione legerentur; quam quo minus mihi pollicear felicitatem, inscitia mea Gallice loquendi impedit; præterea exolevit jam dudum mos linguas afflatu quodam discendi, & præter tres quatuorve e nostratibus accurate nunquam evolvi auctores. Judices igitur Tu ipse, quorsum hæc vergent. Quantum enim ad conversationem, qua resarciri posset id quod studiis incumbendo non acquisieram, facile cernis hic loci rem ejusmodi raram minime haberi posse. Verum, supponamus opusculum hoc, cujus editionem dum urges, me honore haud exiguo decorare dignaris, non penitus lectoribus modestis & facilibus displiciturum; putasne tamen nunquam periclitaturum illud ne male, me ejusdem auctore agnito, excipietur? Novisti enim Eruditorum mores, nec te fugiunt, Clariss. Vir, eorundem ratiocinia. Quomodo possibile nostram comte loqui linguam, tanto temporis spatio Ciceronis, Virgilii, Terentii & similium linguæ addiscendæ impenso. Me non latet quod hac quoque in re alias accepi, nec admonitionis, mihi a quodam meo informatore olim datæ, de subtilitate & fastidio quarundam arrogantium aurium, immemor. Interim aliam, ab Eruditorum horum longe diversam, foves sententiam; cupis enim me demum Historicum agere Gallicum, qui olim Grammaticum egi Latinum. Quæ etiam causa fuit, quod adeo elegantes suavesque Celeberr. Bigot scripseris, quarum dum recordor, nescio quid de me ipso sentiam. Ante aliquod temporis spatium admodum mihi difficile ex animo eam de me delere opinionem, quod non plane deformis essem, & jam Tu mihi narrare videris meam pulcritudinem, gratiamque conciliare adniteris Musis agrestibus, ut numina nostrorum Poetarum eandem nescio quibus conciliarunt heroibus. An tamen possibile, quod venustior sim, quam ipsemet hucusque putavi, & nimis anxie in meos inquirendo errores, nihil inveniam præter occultas virtutes, quas Tu e longinquo detexisti? Quicquid vero sit, cum occasio mihi alia desit indicia meæ in Te observantiæ venerationisque edendi, crastino incipiam die dictorum capitum conquirere chartulas; illarum autem descriptionem non adgrediar nisi Celeberrimi Bigot & Boireau polliceantur illas Te præsente lecturos, & curiose collecturos cuncta, quæ illis solita Tua benevolentia de antea Tibi perlectis dices. Denique memor sis me nequaquam eruditionis illius gloriolam ambire, ita enim mei sum conscius, ut ne quidquam ea in re audeam desiderare. Nihilominus fidem dare queo, neminem Tibi magis obstrictum fore, neminemque vel majori discendi cupiditate, vel majori sententiæ Tuæ reverentia teneri, quam qui est, semperque erit,

VIR SPECTATISSIME,

Servus Tuus humillimus & officiosissimus
LE FEVRE.

LECTORI TYPOGRAPHUS.



Auctor libri, quem Tibi hic offerro, decreverat quidem luci publicæ integro systemate dare Vitas Poetarum Græcorum, *& demum iis Poetarum Latinorum consignandis se accingere. Verum consilium, quod jam sequitur, aliquantulum ab eo, quod hactenus ceperat, differt. Consultius judicat paulisper ea, quæ de prima hac Parte dicentur, respicere; valde enim sibi timet ab illis, qui vulgo Eruditi vocantur. Ambigit ipse num Parisiis pro Gallo agnoscatur, & numne judicium Illustris Conrarti, quod ipsi adeo favebat, aliquid pro eo efficere valeat. Obstant adhuc plura; nam de tempore conqueritur, dicendo nihil hoc nostro sæculo ineptius quam libros edere. Addit & illud quod dolore afficiatur oculorum, ita ut somnum vix capere queat, quodque mœrore & tristitia præter modum vexetur. Denique Deum provocat testem hæc cuncta illi ipsi cordi non esse. Quamobrem persuasus firmiter miseros nihil mutatione consilii perdere, experiri statuit numne labore & sollicitudine, quibus se continuo angit, conducibilior ipsi sit quies. Præter hæc ut Tibi communicem oportet carmina, quæ ipse ante quoddam temporis intervallum cecinit occasione cujusdam scripti, ubi vitæ commendabatur tranquillitas. Cachinnos illi hæc moverunt, quem Politiss. Sarrasinus olim* arthriticum sine exemplo *nominavit, & exceptis saltem duobus, quæ revera aliquid genii sapiunt Græci, (quamvis alias cæteris sint longe præstantiora) promeruerunt omnia ejus applausum. Quale præterea propositum Auctoris, haud valde necessarium commemorare, nec mea curiositas eo audaciæ processit, ut illum de eodem interrogarem. Ait tantummodo vitam Anacreontis dicatam ferme nullis aliis rebus, quam quas legis in his Carminibus,*

Quand un large fauteuil de tenoit arresté,
N'ayant d'aucun chagrin son esprit agité,
Sur l'yvoire de ses tablettes
Il traçoit, en rêvant, petites odelettes,
Jolis madrigalets, aimables chansonnettes,
En l'honneur du Sommeil & de l'Oisiveté.
Tantost a Dorimene il contoit des fleurettes,
Ou baisoit les beaux yeux d'Hylas,
Ou peignoit les cheveux du blondin Dorylas,
En debitant toûjours d'agreables sornettes,
Puis tout d'un coup prenant son grand Psalterion
Il chantoit & jouoit, mais bien mieux qu'Arion,
Quand l'amoureux Daufin sortit pour l'aller rendre
Au pied des murs sacrez où regnoit Periandre,
Enfin par cent doux passe-temps,
Qu'on trouve à gambader, folastrer, rire & boire,
Il rendoit ses desirs contens,
A ce que dit la vieille histoire.
Aussi c'est pour cela que la Posterité
L'a toûjours justement d'âge en âge chanté
Comme un franc goguernard, amy de goinfrerie,
Amy de billets doux & de badinerie.
Si donc ce qu'il faisoit, je le fais aujourdhuy
Je feray, ce me semble, aussi sage que luy,
Et peut-estre encor davantage.
Faisons en pourtant moins, car on peut estre sage,
Sans dire tout ce qu'il disoit.
Sans faire tout ce qu'il faisoit.

Quidquid tamen ille prætexet, nullus dubito quin videam colophonem huic Operi ab ipso impositum; quamvis enim nonnulla jam patiatur incommoda, illa tamen brevi remissura sperandum, ni falsa sint omnia exoptanda indicia. In Aula præterea novi hominem, qui facile ab ipso impetrabit, Partem ut secundam quoque componat. Ait nihilo secius se nihil promisisse, ita ut nemo id quod nunquam pollicitus est, jure ab ipso exigere queat. Cæterum recordare, si placet, Comitem Lemovicensem, filium Illustriss. Chandenierii duodecimum præter propter egisse annum, nostro Auctore

hoc adornante opus. Quod Tibi ut indicem duæ ſubſunt cauſæ: Si enim vel loquendi formulæ vel verba hoc in libro reperientur obſervantiæ perſonis ſublimioris conditionis debitæ minus conſona, abs re haud erit meminiſſe Doctiſſ. le FEVRE *hic rem habere cum infante. E contrario uti in eodem nonnulla inveniantur, quæ cenſeri poſſent captum ſuperare ætatis adeo teneræ; & quod unus alterve occaſionem inde arripere poſſet illum ſeveriori perſequi judicio, mittendo* al padre Galateo, *mea credas, humillime rogo, fide, puerum hunc, cum quo anno 1659. egit Doctiſſ.* le FEVRE, *tum inſtructioni ſublimiori percipiendæ habilem fuiſſe.*

ILLUSTRISSIMO

COMITI D. L.



FATERI cogor quod imperioſus ſis, quamvis exiguus, Dominus; prolatis ſane iis ante aliquod temporis ſpatium in inſula Alcina, quæ dixi præſentibus tribus Nymphis, merito ne credere poteram Te me ulterius alloquuturum, vel de Poetis, vel Oratoribus? Interim me haud bene meum poſuiſſe calculum nunc animadverto, cum nec excuſationibus, nec humillimis precibus quidquam commovearis. Mei idcirco muneris eſſe video etiam hac in re, ut in aliis omnibus, dictis Tuis obſequi. Tamen reminiſcaris ſaltem rogo, quod ſi mea opera minori Tibi ſit uſui, id mea non evenire culpa: & hac in re adeas, ſi placet, hominem exiguum, qui adeo amabilis, & cuncta quæ deſiderat, adeo fortiter cupit. Verum quidem eſt, quantum materiam concernit, certus quod ſim, nihil in opere tantopere deſiderato repertum iri quod arguas: Si vero in literis Tibi ſingulis ſeptimanis mittendis nonnulla forte occurrant loca, ubi regulæ inſignis noſtri utriuſque amici exacte non ſint obſervatæ, alia res eſt. Mature quæſo hoc perpendas, *Eruditiſque viris dicas, quod ſi ejuſmodi ſcribendi in genere non excellam, nec illud me unquam cogitaſſe*, vel ut verſus Gallici ſonant:

Et dites aux aeaux Eſprits, | *Si je ne ſuis pas grand maiſtre,*
Qu'en cette ſorte d'eſcrits | *Auſſi ne crois-je pas l'etre.*

Datum Salmurii VIII. Septembris An. MDCLVIII.

INDEX POETARUM.

V I T Æ
POETARUM GRÆCORUM:
UBI
DE EORUMDEM PATRIA, MORIBUS, SCIPTIS, &c.
PERSPICUE AC COMPENDIOSE DISSERITUR:
Ex Gallico idiomate in Latinum tranſlatæ.

HOMERUS.



OETARUM Græcorum adhuc ſuperſtitum *Homero* antiquior nullus; *Hymni* enim *Orphei*, & quædam alia exigua ſcripta, ejus præferentia nomen, ſuppoſititia tantum ſunt, quæ qui compoſuit, vocabatur *Onomacritus*, & tempore vivebat *Piſiſtrati*. Quod *Muſæum* attinet, niſi deroganda ſit fides omni Antiquitati, non dubitandum quin ſimul & Poeta clarus & Theologus fuerit inſignis. Conſtat nihilominus Poema *de Amoribus Leandri & Herus* hujus Muſæi non eſſe opus, ſed cujuſdam Grammatici Alexandrini, qui procul dubio ſub Imperii occaſu vixit. C

Carmina Sibyllina, de quibus primi Chriſtiani tam multa tamque præclara loquuti, & quæ ad commoda ſua aliquando trahebant, itidem pro ſuppoſititiis habenda; id quod evincere non admodum difficile eſt, cum ibi legantur veſtigia Chriſtianiſmi, nullis adhuc extantibus Chriſtianis, cumque præterea dictio eorundem Græciæ antiquioris genium haud redoleat. Sed Cl. *Blondellus*, qui ex profeſſo hac de re tractatum edidit, & *Opſopæus*, qui dictorum *Carminum* epitomen Pariſiis imprimi curavit, atque poſt illum denique Doct. *Voſſius*, omne, quod hac in re dicendum, enodarunt. D

Cæterum impoſſibile ferme eſt aliquid certi de tempore, quo vixerat *Homerus*, ſtatuere: cum parum abſit quin tot ſint de eo ſententiæ, quot auctores, qui in eundem commentati ſunt. En autem id quod omnium illorum communiter quæ traduntur, certiſſimum mihi videtur ac vero ſimillimum. Liquet ex teſtimonio Veterum, interque alios *Porphyrii*, (qui meo judicio nomen ſuum inter verſatiſſimos in fabulis atque hiſtoriis profeſſus eſt) liquet, inquam, *Pythagoram* aliquando profectum fuiſſe viſitatum *Creophylum* hoſpitem & amicum Homeri; *Pythagoram* autem vixiſſe uſque in tempora *Servii Tullii* Regis Romanorum ſexti ſatis certum eſt; & ita probabiliter hinc concludi poteſt quod vixerit *Homerus* tempore fere *Numæ*, *Tullii Hoſtilii* & *Anci*. Verum ſi tibi ſex ſeptemve occurrant ab hac mea alienæ opiniones, ne mireris, rogo. E

De loco ejus natali quæſtio longe difficilior eſt, cujus ſolutio haud exſpectanda. Dicunt alii illum fuiſſe *Ægyptium*, alii *Lydium*, & nonnulli *Ionium*. Videtur hæc poſtrema dialecto, qua uſus, quæque tota ferme Ionica, ſuffulciri poſſe. Haud bene tamen lingua evincit id quod hic probandum, nec rem extra omnem dubitandi aleam ponit. Eadem etenim ratione quis dicere poſſet *Hippocratem*, quod Ionice ſcripſerit, etiam oriundum ex hac illave *Ioniæ* civitate, quamvis fuerit ex inſula Coo, cui dialectus Dorica familiaris. *Herodotus* pariter Ionice ſcripſerat, ut omnibus notum, qui tamen ex *Halicarnaſſo* fuit, ubi incolæ, æque ac in inſula Coo, Dorica loquebantur lingua. Et *Dionyſius* hiſtoricus, Auguſto coævus, etiamſi eadem ex civitate natus ac *Herodotus*, Græco vulgari tamen idiomate ſua exaravit. Verum ut ad *Homerum* revertar, firmiter mihi perſuaſum habeo illum in *Æolia* e regione *Lesbi* habitaſſe, cum alicubi dicat ipſe favonium venire ex *Thracia*; cui & alia plura adjici poſſunt. Hinc id, quod Commentatores in illum ſæpius obſervarunt, nempe quod ſacrificium aliquod deſcripturus, morem *Æoliorum* ſervaverit, & non alius alicujus Græciæ populi. Sed forſitan me rogabit quiſpiam, quare potius dialecto Ionica, quam alia, uſus ſit? Reſponſum eſt facile, nec id facilius quam verius: Dialectus nempe hæc omnium eſt amœniſſima & præſtantiſſima, quæ præterea maxime nota erat, maximique habebatur.

Præter Poemata, *Iliada* & *Odyſſeam*, quæ duo cuncti pro veris & genuinis Homeri ſcriptis agnoſcunt, reperitur adhuc numerus ingens *Hymnorum Apollini*, *Dianæ*, *Mercurio*, & quibuſdam aliis Diis conſecratorum, qui etiam vulgo huic illuſtri ſcriptori tribuuntur: harum vero rerum peritiores eoſdem ſentiunt illi non adſcribendos; ſatis magna revera ſunt indicia, eos ſolummodo imitationes eſſe *Homeri*, non autem ipſius *Homeri* ſcripta.

Herodotus vitam tam celebris Poetæ nobis reliquit; an vero eadem in Gallicum tranſlata eſt ſermonem, ignoro. *Herodotus* autem hujus vitæ auctorem dum nomino, ex opinione loquor vulgari, hac in re aliquid definire nolens; (& vir ille egregius, qui aliquando Vitas Hiſtoricorum Græcorum elaborabit, te hac in re quid ſentiendum melius erudiet) in præſenti tantum adjiciam, me valde perſuaſum eſſe, quod hoc non ſit *Herodoti* opuſculum.

Cæterum tanta ſemper fuit auctoritas *Homeri*, tantaque reverentia, tantuſque honos ejus habitus ſcriptis, ut Veteres exiſtimaverint ſe rem aliquam bene confirmaſſe, vel minimo hoc ex auctore producto loco, quo eorum niteretur opinio, aut quo dubia ſua explicarent. Non hic ſolos Geographos, Poetas Oratoreſque intueor; loquor inſuper Theologos, ſtudio naturali atque morali addictos, & ipſos etiam exercituum Duces. F

Stylus ejus eſt æqualis, purus & comptus; elocutiones terſæ ac prægnantes; claritas & facilitas ubivis admiranda, & merito quis effari poteſt illum eſſe comptiſſimum ac Poetarum Græcorum facillimum. Verum quidem eſt quod *Odyſſea* tanta non polleat vi ac *Ilias*; idcirco nonnulli putarunt eum

adhuc juvenem eandem composuisse, cujus etiam sententiæ est (loquor hic de *Longino*) Oratorum omnium excellentissimus.

Antiquos inter extiterunt varii utriusque sexus, qui Commentaria in *Homerum* ediderunt, quorum tamen autographa jam dudum periere. Eorum præcipuus & notissimus fuit *Aristarchus*, qui textum emendavit, & vitia, quæ vel negligentia exscriptorum, vel primorum Grammaticorum inscitia, irrepserant, sustulit; unde factum quod nomen *Aristarchi* sæpius significet correctorem, censorem & criticum. Scholiastes hic egregius sub imperio *Ptolomei Philometoris*, Regis sexti *Alexandriæ*, anno circiter CLXXV. ante nativitatem Christi vixit, non vero, uti nonnulli Recentiores una cum quibusdam e Veteribus volunt, tempore *Pisistrati*. Versantur jam manibus nostris duo saltem Scholiastæ Græci in *Homerum*, quorum alter *Eustathius*, qui ante CD. vixerat annos, fueratque Archiep. Thessalonicensis; alter vero est *Didymus*, qui tamen suppositius, ut facili evincitur negotio. Cæterum, quamvis stylus *Homeri* admirandus sit & elegans, ejus tamen versionem nostra in lingua, quæ placeat, dari posse vix sperandum; quæ quoque causa, quare multi, qui tantum infelices has translationes viderunt, sibi persuaserunt ipsum archetypon minime ejusmodi elegantiis, ac credidit Antiquitas, abundare.

Unum, antequam finiamus, observandum, quod maxime comprobat, quo in honore quaque in æstimatione fuerat inter Veteres *Homerus*: Nempe quod templa & oratoria æque bene ipsi exstructa fuerint ac Diis & Heroibus, qui a Græcis adorabantur; inter alia unum fuerat *Smyrnæ*, unum *Alexandriæ*, & scimus quoque alia alibi fuisse. Ejus variæ Icones habentur in his *Antiq. Græcis*, vol. II. p. 18, & seq.

HESIODUS.

Habitabat pater *Hesiodi Cumis*, *Æoliæ* civitate in Asia, ubi rebus suis male actis, coactus locum natalem relinquere, in *Græciam* occidentalem demigravit, ibique secessit in oppidulum Bœotiæ, *Ascram*, unde quoque vocatus *Poeta Ascræus*. Inscribitur liber ejus *Opera & Dies*, quod exhortetur homines ad laborem, & ferme idem, ac hodierni Calendariorum scriptores dies alios fastos, alios infaustos notantes, inculcet. Opus ipsum, de quo tam multa commemorantur, nonnulla agriculturæ & morum continet præcepta: magni tamen reapse non est momenti. Stylus ejus admodum simplex, omni caret acumine. Præter *Opera & Dies* plura adhuc confecit opuscula, quæ nobis hodie desunt, interque alia unum quod sæculi præsentis genio maxime accomodatum foret: continebat enim elogia Fœminarum illustrium; quarum in fabulis historiisque sæpius mentio fit. Satis magni Poematis nomen adhuc legitur, dicti *Scutum*, quod consutum traditur ab *Hesiodo*; opus illius tamen non est, quod aliis probare non contendo argumentis, quam quod peritissimi Antiquitatis illud nunquam agnoverint. De tempore, quo vixerit, maxime disceptatum, nonnullis putantibus illum *Homero* majorem, aliis contrarium plane probantibus. Et videtur posterior hæc sententia, rationibus duabus satis fortibus innixa, probabilior. Reperi sane in eo multa vestigia imitationum *Homeri*; *Porphyrius* insuper expresse ait illum centum ferme annos vixisse post *Homerum*. Interim quid eo de loco dicendum, qui etiamnum ejus in libro habetur, & certe illum *Homero* æqualem ostendit? dicit enim se carmina composuisse funebria *Astydamanti*, in quibus palmam retulit ille, etiamsi præsens fuerit ipse *Homerus*. Huic difficultati uno tantum verbo respondendum; scilicet versus hos suppositios esse; cujus asserti veritas clara & perspicua. Nam si Antiqui hos versus in *Hesiodi* scriptis invenissent, quare, *Hesiodus* ne *Homero*, an *Homerus Hesiodo* antiquior, ita acriter disputarunt? Hocce quidem jam finirem caput, sed dicam oportet rem memoria & singulari observatione dignam, videlicet quod *Hesiodus* curam gerendo ovium Poeta evaserit: ipsique si vis fidem adhibebis, ipsemet enim illud confessus est, ac cæteri qui deinceps id narrarunt, ejus auctoritate tantummodo nituntur, aut traditione pastorum Bœotiæ, quibus hoc factum adeo insolitum, mirum fortunatumque obvenerat, ut ejus in memoriam cantilenam composuerint, quæ hodie desideratur. Ipsius Icon *ibid.* habetur pag. 22.

ALCMAN.

Antiquissimos inter *Græciæ* scriptores Lyricus poeta *Alcman* fuit; posteriorum enim *Lydiæ* Regum tempore ferme vixit, nempe centum annos circiter ante *Cyrum Magnum*, qui hanc gentem, devicto *Crœso*, funditus everterat & diruerat. Præter exigua quædam fragmenta, a Veteribus passim citata, nihil de eo nunc reliquum habemus. Lingua ipsi Dorica fuit, ut & nomen; est enim *Alcman* idem quod in dialecto communi *Alcmæon*.

ARCHILOCHUS.

Unus adhuc ex vetustis melioris Græciæ scriptoribus commemorandus; nempe *Archilochus*, notissimus quod *Lycamben* ad desperationem redegerit. En historiam breviter: *Archilocho Lycambes* promissa filia in uxorem, sententiam paulo post mutavit; hanc ob causam Jambis acerbis, quibus mire commovebatur *Lycambes*, *Archilochus* eum ad laqu um compulit. Dicet quispiam id nimium esse afflici & inconveniens injurias tali modo ulcisci: interim tamen a Veteribus ita memoriæ proditum. Vixit hic auctor Olympiade circiter XXVIII. hoc est, annos ante natum J. Christum DCLXVI. Ejus ex scriptis nullum nostris reservatum est temporibus.

LESCHES.

Procul dubio *Lesches* tibi ignotus; nec quidquam forte de eo unquam audivisti. Scias itaque illum ex *Lesbo*, insula maris *Æg i*, fuisse, qui vixit paulo post formidabilem illum *Archiloch um*. *Parvæ Iliadis* auctor censetur, quorum carmina ab Interpretibus Græcis subinde allegantur: qui & dicunt *Pindarum* hinc inde nonnulla ab eo mutuatum, illumque sua scripta non sine fructu legisse. Id quod te certum reddere potest, hunc nostrum valde antiquum esse, cum *Pindarus* tempore *Xerxis*, hoc est, CDLXXX. annos ante Christum, vixerit. Supersunt nobis, ut dixi, solummodo exigua quædam fragmenta.

TERPANDER.

Nihil ne unquam audivisti de cantilenis quibusdam *Siculis*, & *Apulis* & *Calabricis*, quarum ope ex tarentula demorsi sanantur? Est quidem res admodum lepida; quam tamen haud ita admirari debemus, ac vulgo contingit, cum sanatio non tribuenda cantilenis, de quibus loquimur, sed commotioni potius & agitationi corporis, qua venenum animalis, vulneri inspersum, dissipatur & expellitur. *Terpander* autem, de quo tecum jam mihi agendum, Musicus erat Siculis illis & Calabricis longe excellentior & præstantior. Homines ad saltandum non coegit, nec certam membrorum formam situmve, nec hunc illumve vul-

vultum gerere ipsis imperavit, nec magna eos cor- A poris agitatione exercuit. Quid faciebat igitur? O rem pulchram! Sedabat urbium & oppidorum turbas atque tumultus; reconciliabat maximo se mutuo prosequentes odio; denique erant cuncti probi honestique, vel saltem tales apparebant, dum *Terpandrum* audiebant; & asseverare quis potest, non orationes facundissimas, non carmina absolutissima unquam ejusmodi morum excitasse emendationem, ac nostri Poetæ Musica. Quæ autem jam profero, nullam sapiunt alicujus declamatoris exaggerationem, sed ipsa proponitur historia purissima, nihil hic oratorium, nihil hic adulteratum. B

Lacedæmonii, qui olim Oratores miserunt illum exoraturi ad sese venire tumultus civitatis pacandi gratia, mihi occasionem præbuerunt eo modo hocce inchoandi caput; & *Pythagoras*, qui *Terpandro* paulo junior, haud dissimilia insolita & mira fecit, adhibendo quos *Doricos* appellant *Modos*. (Ne mireris autem vocabulum quod artis est; nam ita delicatum vel timidum se præbere non decet, ut quis ejusmodi terminos, scientiis vel artibus proprios, abhorreat) Est autem *Modus* ille *Doricus* adeo gravis, adeo concinnus, & adeo plenus, ut illius ad sonum commotiones animi, summe etiam turbulentæ, sedentur & quiescant. C *Pythagoram* vero huncque *Modum* omittamus, & ea, quæ nobis proposita, persequamur.

Inclaruit maxime hic Poeta anno circiter xx. post *Leschem*. Secundum quorundam opinionem natus erat in *Lesbo*, ex aliorum vero mente *Cumis* urbe *Æoliæ*, tertia aut quarta post *Homerum* generatione; (generatio una ab Historicis & Chronologis habetur pro xxx. annis) unde confirmari potest id, quod in initio hujus colloquii atque discursus de ætate Poetarum antiquissimi Tibi narravi.

Ex Operibus *Terpandri* nihil ferme nobis superest; D interim celebritate nominis & claritate famæ plurimos antecellit auctores, quorum hodie legimus orationes, historias, tragœdias. Ut autem ea, qua hoc caput incepimus, etiam finiamus, Musica, adhuc hic aliquid adnectere oportet, & Tibi dicere, lyras seu testudines Græcorum olim instructas tantum quatuor chordis, quibus adjecit adhuc *Terpander* tres. Fateor quod *Magas* vel *Magadion* Asiaticorum habuerit viginti, quod propterea nostris assimilari posset citharis: interim nullibi legimus hoc instrumentum mirandos ejusmodi unquam produxisse effectus, ac lyra.

TYRTÆUS.

E

Qualis vir fuerat *Tyrtæus* ut scias, non opus est Græciam petere; *Justinum* Tibi adeo familiarem audivisti sine dubio narrantem, cujus quoque quia memor sis, nullus dubito, *Lacedæmonios* scil. oraculo *Apollinis Pythii* admonitos fuisse, ut *Athenas* Legatos mitterent ad ducem ex hac urbe sibi rogandum, qui obsidioni *Messenæ* urbis *Peloponnesi* finem imponeret, quam jam per aliquot annos obsessam tenebant: *Athenienses*, qui ceteroquin in *Lacedæmonios* haud admodum propensi erant, sentiebant se nihilominus devinctos Oraculo obedire, F quod ipsorum urbi tantum habuerit honorem, & ipsis miserunt Tyrtæum, virum peculiaribus dotibus, quas Tibi recensebo, satis conspicuum. Erat hic egregius *Tyrtæus* cocles & claudus, exiguæ staturæ & deformis, nec ullo unquam antea functus officio quam ludimagistri, qui, uti fertur, ab omnibus suis vicinis pro sannione habebatur.

Lacedæmonii tamen his non obstantibus illum receperunt, oculis curiosis munus, quod ipsis offerebant *Athenienses*, non respicientes. Ante *Messenam* itaque illum duxerunt, rati quod solo hujus hominis accessu victoria illis cederet, ubique clamantes illum eumdem esse qui deberet obsidionem tam longo temporis spatio irrito conatu protractam finire. *Messenii* omnium eorum quæ agebantur probe gnari, qui nec admodum responso Oraculi, quod tulere *Lacedæmonii*, commovebantur, non neglexerunt, statim ac fama de adventu novi hujus Ducis ad illos pervenerat, eruptionem tentare, & quidem adeo felicem, ut magnam exercitus *Lacedæmoniorum* partem prostraverint & interfecerint. Experti inde homines per Oracula electi æque bene superabiles esse ac alii, quos Oracula silentio præteribant, interjectis paucis diebus, aliam in *Lacedæmonios* irruptionem adgressi sunt, eosque denuo æque fortiter ac antea fuderunt. Duplex ejusmodi eventus, nonne ansam suppeditare poterat dubitandi de veritate Oraculi, vel ad minimum de vera ejusdem interpretatione? Verum *Tyrtæus* animo constans, & firmiter sibi persuadens Deorum ductu se venisse ante *Messenam*, in patriam reverti noluit, nisi nuntius ipse foret rerum, quæ haud minorem *Atheniensibus* admirationem, quam *Lacedæmoniis* moverent gaudium. Animo sane non cecidit; Religioni & Spei commisit omne quod hæc illave exigere poterant. Et aliquo temporis intervallo elapso milites suos exhortatus est, animumque illis, carminibus quibusdam egregiis, quorum magna pars adhuc habetur, addidit, ut victoria ipsis delata, & obsidio, quæ jam ferme patientiam & fortitudinem Lacedæmoniorum exhaurierat, ad finem perducta fuerit. In præmium facti adeo splendidi atque officii summi, titulo *civis Spartani* insignitus ac cohonestatus fuit, ut notavit *Plato*. Quantum ad carmina ipsa, illa nil nisi sanguinem & cædes anhelabant, nil præter patriæ amorem mortisque contemptum inculcabant, ac summum bonum splendidissimamque hominis gloriam in exercitio fortitudinis veræ unice constituebant. Cæterum inficias ire nemo potest, quin Auctor hic vetustus sit, cum bellum *Messenium*, de quo loquutus sum, cœperit xxv. Olympiade, DCLXXIIX. annis ante natum J. Christum; & inde intelligis *Tyrtæum Homero* paulo juniorem fuisse: nam, ut confirmem id quod primo in capite a me dictum, *Theopompus* tradidit. *Homerum* vixisse Olympiade xx. id est, *Numæ Pompilii* secundi Regis *Romanorum* tempore.

STESICHORUS.

Coram Te hic sese sistit unus procul dubio inter excellentissimos Antiquitatis auctores. (quis enim commemorari *Stesichorum* non audivit?) Ast spiritus quidam iniquus semper fuit, amicus barbariei & devastationi, qui semper adnisus elegantissima supprimere carmina, & optimas historias orationesque facundissimas delere. Hujus tyrannidem ac malignitatem quoque expertus est *Stesichorus*, & quidem ita, ut nobis jam vix supersint triginta vel quadraginta lineæ e tot eximiis quæ composuerat. Et nisi *Horatius*, *Dionysius Halicarnasseus* & *Quintilianus* nos, stylum ipsi fuisse sublimem gravem & majestatis plenum, certiores fecissent, qua ratione scripserit vix hodie sciremus. Natus erat *Himeræ* (quæ urbs *Siciliæ*) Olympiade XLII. hoc est, ante J. Christum annis DCX. Refertur de eo fabula quædam haud injucunda; scilicet quod carmina nescio quæ in vituperium formosæ *Helenæ* exaraverit; quam injuriam fratres hujus semideæ, vel si mavis Deæ (cum templa æque ipsius in honorem ac in *Palladis* & *Latonæ* extructa fuerint) *Castor* & *Pollux* iniquo adeo

animo tulerunt, ut remunerati sint hanc Poetæ insolentiam, vel potius impietatem, cœcitate, qua mox corripiebatur. Verum ipse, intellecta sui infortunii causa, tædenteque ipsum quod & solis & amicæ aspectu privaretur, palinodiam cecinit, scriptoque referto tot jam laudibus fœminarum pulcherrimæ ac prius vituperiis, expiare voluit hanc temeritatem. Novisti ne quæ in hac fabula ulterius narrantur? Asserit illum visum suum vel recuperasse, vel non. Ne rideas vero, quæso, hujus capitis finem; reminiscaris potius vatem Græciæ antiquissimum sæpius hoc loquutum modo: *Quodcunque dicam, fiet aut non fiet*. Ita nullus Poeta repertus est maledicus, nullus Historicus credulus, nec Theodorus, nec Lucianus, qui dixerint *Tiresiam* fuisse mendacem. Ipsius Effigiem videre licet his in *Antiq. Græcis* Vol. II. pag. 38.

S A P P H O.

Qui olim nominarunt *Sapphonem Musam decimam*, illam quidem nomine magnifico & splendido exornarunt, jure merito illi tamen competente. Summi enim excellentissimique auctores antiqui illam agnoverunt Poetices peritissimam; non dico mulieres inter Græcas, (hoc enim *Sapphoni* nimis exiguum foret) sed ea habita est, cujus scientia illam excellentiss. Poetarum superabat. Quod magni momenti est, autores, quos hic intelligo, Tibi suspecti esse nequeunt; cum nec utilitatem ullam, nec amorem ullum, nedum ullam sapiat adulationem eorum fides, quorum scopus unicus ipsa est veritas. A me non dissenties, nominibus moribusque cognitis eorum, qui hanc tantopere decantarunt. Et nonne sufficeret *Socrates*, etiamsi solus esset? Sed ille *Aristotelem* & *Strabonem* sibi consentientes habet. Præterea, an *Dionysius Halicarnasseus*, *Plutarchus*, *Longinus* & *Imperator Julianus* sunt infimi subsellii auctores?

Nihil itaque amœnius carminibus Sapphicis, quam rem nemo audebit in dubium vocare ob testimonia benigniore Apolline collustratorum virorum. Omnis autem gratia, omnis ejus suavitas, ars illa occulta penetrandi in intimiora cordium, loquendi & vincendi simul, intimosque movendi animi affectus, (hoc enim modo illa sibi ingentem acquisivit famam) hæc, inquam, dona sunt, quæ ad nos non pervenerunt; ipso in itinere abrepta sunt; barbaries & ignorantia sæculorum præcedentium nos illis privarunt. Et si non intervenissent *Dionysius Halicarnasseus*, & insignis ille Rhetor, cujus jam feci mentionem, nihil hujus incomparabilis Poetriæ haberemus residuum, præter exigua quædam fragmenta passim a veteribus Scholiastis commemorata. Fatum vero liberalium artium benignissimum tulit, quod hi duo inclyti auctores nobis reservaverint Hymnum Veneri dicatum, cum Ode sexdecim versuum ad puellam quandam, cujus amore flagrabat. Cæterum æqualis erat *Stesichoro* atque *Alcæo*, hoc est, vivebat ante natum J. Christum annis DCX. Patria ipsi fuit *Lesbus*, ejusque carmina tanti faciebant *Mitylenenses*, ut imaginem ejus suis cælaverint in monetis, eoque post obitum titulo ac jure supremæ Principis illam condecorarunt. Videbitur Tibi forte hæc historia parum obscura dubiæque fidei. De manu vero meliori ad nos pervenit, quam ut de illa quis ambigere possit, & qui illam nobis reliquerunt, sunt fide digniores, quam ut falsum quid nobis persuadere voluisse censeantur. Dicet tamen quispiam, eandem omni veritatis carere specie, virosque præstantiores parum fidei illi habituros. Egomet e contrario assevero Græcos ingenio & acumine plurimum viguisse; illos autem, qui detrahere semper conantur aliquid inconsuetis ejusmodi factis, eorundem parum gnaros esse, vel ad minimum quo pretio quave laude dignæ sunt artes liberales, nescire.

Verum ne impotenti quodam animi motu efferamur, deseramus, si placet, magnos illos viros: explicemus potius illud quod mihi excidit verbum, *Ode sexdecim versuum*. Erat Sappho amoris stimulis valde agitata, quæ non contenta, instar aliarum fœminarum, conversari cum viris ipsi haud ingratis, voluit æque habere amasias ac amatores. En itaque aliam, quam hanc de moneta Mitylenensium, historiam, quæ non minus verosimilis: Et *Leonem Africanum*, qui vivebat ante annos circiter CXL. asserere suo etiam tempore fœminas in patria sua adhuc genii fuisse Sapphici, meam interpono fidem.

Hæc, ni fallor, ea de re sufficerent; nihilosecius aliquid adhuc, cujus oblitus fueram, observatione haud indignum, dicendum. Nempe nonnullos ejus esse sententiæ, quod Elegia in *Sapphonem* ab *Ovidio* confecta plurimis aliis ejusdem scriptis elegantior & amœnior sit, cum ea quæ suavissima ac jucundissima hac in Elegia occurrunt ex operibus hujus præstantissimæ Poetriæ desumserit. Et iidem addunt, hunc Poetam Romanum ne quidquam scripsisse, quod ipsi hæc decima non suppeditaverit Musa. Hoc forsitan fidem haud inveniet; exoptarem tamen illud verum esse. Ejusdem Effigies *ibidem* exhibetur pag. 34.

A L C Æ U S.

Audivisti procul dubio, quomodo mulieres *Thraciæ*, dissecato varia in frusta miserrimi *Orphei* corpore, caput ejus projecerunt in fluvium *Hebrum*, *Marizam* recentioribus dictum Græcis; audivisti pariter caput hoc doctissimum aquæ innatans a Tritonibus ac Nereidibus usque ad Lesbum deportatum fuisse. Qua in re confiteor tales historias aliquantum suspectas mihi videri, easque parum abludere a fabulis. Verum Antiquitati satis benignus eris, ut non censeas illam hasce res secundum literam intelligendas voluisse. Quare non patiaris Te hanc adduci in opinionem? cum tot & tanti ex antiquis doctoribus putaverint sub hujusmodi fabulis arcanum quid latere, & omnia ibi esse sensus mystici, subque illis veritates multas recondi, quamvis occulta alienaque sub specie, si quis easdem animo indaget docili & lectione experientiaque firmato. Certe cum *Phanocles* (quo tempore hic vivebat, ne roges quæso) scripsit rem hanc fere incredibilem, noluit ut instar legislatoris ejus verba explicarentur. Ægre profecto tulisset, si quis hisce verbis tantum inhæsisset. Et si ipsum quis curiosus interrogasset, quid hic significatum voluerit, atque cogitatorum suorum ampliorem ut paraphrasin & dilucidiorem explicationem daret, credo hunc tulisse responsum, quod *Phanocles* indicare voluerit præ omnibus insulis maris Ægæi solam Lesbum nactam fuisse scientiam & perfectam artium liberalium cognitionem, & nec Musica nec Poesi cessuram vel Græciæ Europeæ, vel Asiaticæ.

Genuit sane hæc insula numerum inclytorum magnum, quæ Antiquorum admirationem in se converterunt. Novisti jam unde Terpander & Sappho provenere, & brevi audies Erinnam, cujus nonnulla nobis adhuc supersunt fragmenta, Lesbiam fuisse æque ac noster Alcæus, de quo nunc nobis agendum. Incipiemus autem, si placet, a tempore quo insignis hic vixit Poeta: quod ad determinandum non opus est perlegere Eusebium, Scaligerum vel Calvisium, cum Chronica impudica afferat Alcæum aliquando studio rogasse Sapphonem, nescio quam rem; Sapphonem autem, quæ eo die præter morem ingenii minus affabilis erat, ipsi eandem denegasse, quam fortasse postridie ipsi obtulit.

A Stylus hujus auctoris erat plenus & magnificus, dona ipsius & animi & virtutis satis designans: Quod non absque præmeditato consilio reique ipsius sedula pensitatione Tibi assevero; calluit enim Alcæus alias artes quam carmina condere:

Non semper umbra recubabat vallis
Meditans toto animo Apollinis secreta;
Cruciatibus ac laboribus sui communicatis amoris
Cum Satyris, Sylvis, rupibus undisque susurris,
Pectus ejus sæpe Martis flagrabat amore:
Subinde victus, quandoque victor discessit.
Il n'estoit pas toûjours à l'ombre d'un vallon
Meditant tout pensif les secrets d'Apollon:
B *Après avoir conté ses amoureuses peines*
Aux Satyres, aux bois, aux rochers, aux fontaines,
Souvent l'ardeur de Mars embrasoit son grand cœur:
Souvent il fut vaincu, souvent il fut vainqueur.

Cæterum summus inimicus Tyrannis erat, & præsertim Pittaco, qui etiam tyrannus fuit, æque bene ac Periander, quamvis utriusque nomen in numerum Sapientum, quos tantopere antiqua decantavit Græcia, relatum sit. Judicium, quod de hujus Poetæ stylo tuli, (hactenus enim dictis verbum ut adnectam par est)niti potest nonnullis locis,quæ
C in vetustioribus leguntur scriptoribus; & ignoro num, Horatio excepto, ullus Latinos inter Poetas sit, qui huic comparari possit. Nihilominus fateor, quod Quintilianus hinc inde stylum Alcæi cum Homeri conferat. Nullus dubito quin ingenio judicioque valentes, viso hoc, quod Tibi offero, compendio suam huic meæ sententiæ oppositúri sint auctoritatem. His omnibus itaque positis non acquiescam majori docilitate hoc in judicio, quam in eo, quod tulit, comparando Herodotum cum Tito Livio, qui tamen inter se minime conveniunt, nisi in eo quod Herodotus historiam quandam Græce, & T. Livius Latine scripserit. Ejus Effigiem,
D si tanti est, vide in *Antiq. Græcis* Vol. II. pag. 33.

EPIMENIDES, THESPIS ET MIMNERMUS.

Dum ante octiduum ea, quæ tum Tibi miseram, legisti, sine dubio brevi videre ea, quæ de Sapientibus Græciæ scriberem, sperasti: interim mihi propositum de illis heic loci nequidquam dicere. Verum est, ingenue fateor, quod ne unus quidem eorum in numero sit, quem non Poetam fuisse ipsi persuadere conati sint. Hoc autem nomine ut quis
E exornetur, oportet longe plura scire, quam illi sciverunt; tam etenim levi pretio nemo evadit Poeta; pluris constat ut quis in eorum illustrem adsciscatur societatem. Inscriptio una, seu ornata seu incondita, quam quis ostio alicujus templi, vel portæ Curiæ affixit, vel levis quædam elegia orationis solutæ, aliæque res frivolæ ejusdem commatis, æquales Apollini homines minime reddunt. Reminiscere, rogo, quæ paucis abhinc mensibus dicta fuere in prædio *la Motte*:

Mille ont écrit quatrains moraux,
Epigrammes & Madrigaux,
F *Et mille amans encor dans l'excés de leur peine,*
Perdant leur belle Iris, ou perdant leur Climene,
Ont fait par quelques vers pleurer un monument;
Mais lit-on pour cela, quæ jamais Melpomene
Les ait favorisez d'un regard seulement?

Hanc itaque ob causam nihil de septem illis Sapientibus loquar, sed dicam tantum quod Epimenides, qui eorum tempore ingentem sibi in Græcia comparaverat famam, natus erat Pheste, urbe Candiæ. Composuit hic plurimas res fabulosas, quarum notitia tantum necessaria Grammaticis, quales Tiberius desiderabat, ad curas atque sollicitudines solitæ suæ crudelitatis levandas quæstiones proponebat ipsis intricatas & tetricas, quibus hos vexabat miseros, & Tu forsitan audisti quæ *Suetonius* ea de re refert.

Epimenidem insignem fuisse rerum divinarum doctorem, illumque amplam notitiam habuisse futurarum insuper asseri potest. Verum nec hoc omne est: plures una callebat artes; dirigere noverat conscientias, & animos purificare sciverat atque amœnitatum deliciis, nescio quibus, improbissimorum quorumque crimina ac flagitia delere. O admirabile arcanum: quod maximo illis usui est, qui eo, prout decet, utuntur!

Platoni, qui post illum annis circiter CLXXX. vixit, hoc admodum placuit; nec neglexerunt, vel spreverunt successores Platonis ea quæ ipsis hac in re tradiderat magister. Verum iter, quod sequutus est Philosophus, multum distabat ab eo quod inierat *Epimenides*, post *Orpheum* & *Musæum*, qui etiam nonnulla de piaculis, de purificationibus & similibus rebus reliquerant. *Orpheum* vero & *Musæum*, obiter tantum dicam, potuisse addiscere hanc artem mimicam ex Phœnicibus, quorum coloniæ extendebantur usque in Thraciam, solum utriusque hujus Poetæ natale. Tempus, quo vivebat hic scriptor, ignorare non potes, cum Plutarchus indicet *Epimenidem* Athenas venisse *Solone* ibi regnante, quod incidit in annum DCVI. ante natum J. Christum.

Coævus *Soloni Thespis*, primus secundum opinionem vulgarem, qui Tragœdias composuit;fuisse autem tum temporis institutas Tragœdias solummodo in delectationes pagorum, fatendum, quarum lusus instituebantur super plaustrum quoddam a nonnullis ineptis histrionibus, qui faciem sibi inquinabant fæce vini: quam ob causam quoque hosce actores τρυγοδαίμονες appellat *Aristophanes*, quod idem ac *dæmones fæce inquinatos* significat. Postquam ab uno pago in alterum diu obambulasset hic magister, laboris sui in remunerationem hircum accipiebat, qui Baccho immolabatur. En carmina dono hoc, ni fallor, digna:

D'un si noble animal le chef estoit couvert
De bouquets de fenoüil, de tym & de lavande,
D'où pendoient mille bouts de ruban jaune & vert,
Dont à la belle Alis on alloit faire offrande;
Après cela, Monsieur, si l'histoire ne ment,
La pitaude aux yeux pers s'avançoit humblement;
Et dans le doux transport d'une gloire si grande,
Au son des chalumeaux embrassoit son amant.

Vides itaque Tragœdiæ initium, cujus conditio tamen postea mutata; ex rustica enim facta fuit aulica quasi Reginarum matrona: cujus amore Duces Imperatoresque (ut exempli gratia magnus ille *Sophocles*) incendebantur, quod omnibus innotescere voluerunt.

Hoc tempore vixit etiam Poeta quidam Ionicus *Mimnermus*,quem nonnulla concinnasse poemata, regnante adhuc *Cyro* Magno, manifesta sunt indicia.Refert enim quodam in loco apud *Plutarchum*, *Lydos* arte equitandi admodum expeditos fuisse, currusque in prælium disponendi: quo posito asseverari potest, hunc Poetam suorum poematum partem publicasse ante *Crœsi* ruinam. Testimonio enim omnis Antiquitatis constat, *Cyrum* destructa monarchia Lydorum, & in captivitatem abducto ipso Principe, prohibuisse huic nationi usum equorum curruumque, & in genere exercitiorum omnium ad prælia obsidionesque pertinentium.

Confirmant etiamnum fragmenta hujus auctoris residua ipsum indolis fuisse egregiæ, magnumque

antiquitatis delicium, præsertim rebus in amatoriis atque voluptatum descriptionibus: *Horatius*, qui haud male in iisdem versatus erat, de eo saltem hanc sententiam tulit. Stylus ejus admodum gratus & antiquitatibus Græcis refertissimus; venamque *Mimnermo* facilem fuisse, dubitari nequit. Hinc quoque cum *Ovidio* quodammodo conferri posset, excepto tamen stylo, qui Poetæ Latino haud ait strictus, arctus & plenus, ac Græco.

IBYCUS.

Ibycum Veteres satis commemorarunt, laudesque amplas ipsius admensi sunt compositionibus; mores vero ejus pari non celebrarunt laude, asseruerunt e contrario illum inter alia rebus Venereis admodum delectatum. Dialecto Dorica carmina sua condidit, & fragmenta, quæ adhuc supersunt, evincunt satis stylum ipsi fuisse plenum & subinde valde tumidum. Natus erat *Rhegii* urbis *Italiæ*, quæ Siciliæ septentrionali adjacet. Existimationis fuit magnæ inter Græcos tempore *Crœsi*, hoc est, DC. circiter annis ante Christum. Hoc totum foret quod de eo dicendum haberem, nisi me oporteret quoque hic de *Gruibus ultricibus* sermonem instituere, quæ jam Græcis in proverbium cesserunt; haud enim abs re fore puto rationem reddere quare eas ita nominaverint; Quæ est, quod homicidas, qui infelicem hunc *Ibycum* crudeliter trucidarant, detexerint. En historiam: Nebulones hi *Corinthi* aliquando magno quodam in conventu ad has illasve voluptates capessendas convenerant; mox unus illorum Grues animadvertens, subridendo alteri dixit: *En Ibyci ultrices*. Hæc verba adstantes perceperunt, & eorum probe in posterum memores fuerunt; *Ibyco* enim occiso quadam in sylva, quam fere nemo transiverat, corporeque ejus nondum reperto, etiamsi in illud omnem, quam potuere, navaverint operam, sufficientes nondum subfuere rationes ut elucesceret veritas. Illi vero, qui hæcce de Gruibus ultricibus, ut jam dixi, audivere verba, eadem ad Magistratum detulerunt; mox Poetæ occisores comprehensi & custodiæ traditi sunt; per tormenta demum quæsiti, confessi *Ibycum* plurimis ensium ictibus confossum, visa prætervolantium Gruum multitudine, ipsas ita allocutum fuisse:

Morior hanc meam non deflens sortem,
Aves, vos meam ulciscemini mortem.
Je meurs sans me plaindre du sort,
Oiseaux, vous vengerez ma mort.

Quid jam de Ibyco hac de causa diceres? Ego sane dicerem illum morientem vatem fuisse, uti vivus fuerat poeta.

SIMONIDES.

Insula maris *Ægæi* est *Ceos*; sed ut vocis evitetur æquivocatio, non intelligenda est Coos, quæ omnium Medicorum illustrissimum genuit, pro *Ceo* insula *Simonidis* patria. Hic magno in pretio habebatur a maximis *Græciæ Siciliæque* Principibus, quibuscum honos ipsi contigit sæpius prandere. Rex Lacedæmoniorum *Pausanias*, qui memorabilis illius prælii ad *Platæas* victoriam reportavit, copiis *Persarum*, quibus præfuit *Mardonius*, *Xerxis* gener, summusque ipsius Dux, profligatis, alter est dictorum Principum: alter vero *Hieron*, prudentissimus & omnium veterum Tyrannorum moderatissimus. Hinc concludere potes quo tempore hic vixit Poeta; pugna enim ad *Salamina*, quæ hanc ad *Platæas* excepit, incidit in annum ante natum Christum circiter CDLXXVIII. seu si mavis, secundum computum *Diodori Siculi*, in Olympiadem LXXV. Non tamen inficias eundum, quin nonnulli *Simonidem* majorem ponant; arduum vero non erit hos omnes inter se conciliare, secum reputando diu vixisse *Simonidem*, id quod evinci pariter potest ex ipsius scriptis & testimonio *Luciani*. Asserunt non pauci *Simonidem* alphabetum Græcorum antea 20. literis compositum, quatuor aliis auxisse. Verum, ne quid sileam, literæ hæ solummodo habendæ pro abbreviationibus & conjunctionibus quarundam pristinarum, non autem pro recentibus. Quin imo possem ostendere Græcos contentos olim fuisse 16. literis, hasque adhuc ipsis sufficere, quarum numerum ut augeret *Palamedes*, nihil necesse fuit. Hoc vero omne vereor ne Tibi foret & tædio & nimis exiguæ utilitatis. Quanti *Simonidem* fecerit Antiquitas, ut declarem, adducam tantum id quod ipse jam dudum observavi; nempe quod *Plato*, cui non ignotum quis Poesi habendus honos, allegatis nonnullis *Simonidis* locis, ipsum cohonestaverit eodem, quo ille a posteritate ornatus est, nomine; & titulo huic, *Divinus*, quid nos habemus quod adjiciamus? Ipsius stylum scire si desideras, liquet ex illis elegantiis, quæ adhuc restant, Tibi posse responderi illum puritate summa cuncta scripsisse. Dictio quidem simplex videtur; simplicitas vero hæc, de qua agitur, est selecta, acuta & exquisita, qualem absque dubio reperimus in vetustissimis excellentissimisque scriptoribus. Et quam amœna ac erudita sunt hæc Veterum scripta? Quam facilia quidem videntur eadem legenti; verum dum illa imitari quis studet, brevi priorem suam retractat sententiam, & centies atque centies iisdem lectis atque relectis, liquet demum eadem æque inimitabilia esse ac pulcra & elegantia, Ad assequendam hanc admirabilem, felicissimam & divinam facilitatem, tyronem (ignoscas quæso verbo) oportet agere per 30. annos, hacque in arte senescere. Pessimum meo judicio est, quod nec *Hermogenes*, nec *Longinus*, nec *Quintilianus*, nedum *Dionysius* hoc conficient negotium; necessum est ut cœlitus hæcce proveniant dona, & ut natura ipsa incipiat quod ars forte demum perficit.

Ceterum facile non est percensere quænam hic Auctor composuerat scripta, quamvis sciam illum auctorem fuisse elegiarum, odarum, diversorumque aliorum operum. Descripserat insuper pugnam *Marathoniam*, nec non *Salaminiam*. Commemoratur sæpius a Veteribus liber dictus *Threni*, & quantum quis ex segmentis, hodie adhuc quæ reperiuntur, judicare potest, arbitror *Lamentationes* has seu querelas fuisse tantum commentationes in casus nonnullos Tragicos, quos suis auxit cogitatis. Extat adhuc elegans quoddam ejusdem fragmentum apud *Dionysium Halicarnasseum*, ubi *Danae* ab *Acrisio* navi inclusa & ventorum violentiis furorique maris exposita, sua deplorat fata, cumque parvo colloquitur *Perseo*, Quædam alia epigrammata nomen in fronte gerentia *Simonidis* adhuc reperiuntur; quibus tamen ille haud competit titulus, cum condita sint ab aliquo alio *Simonide*, ab hoc, de quo agimus, diverso. *Simonides* enim plures fuisse, scis, quorum tamen aliqui progenies hujus nostri fuere.

THEOGNIS.

Inter præcipuos *Græciæ* Poetas hic non numerandus; ejus in compositionibus nullum acumen, nullus vigor; omne ibi simplex & absque ornatu. Nihilominus ob moralia lectura ejus utilis est. Quare etiam unus ex illis auctoribus fuit, qui junioribus in *Græcia* tradebatur, ut memoriter eum addiscerent.

Harpocration, Vinetus & *Scaliger* opinantur *Platonem* errasse dicendo *Theognidem* esse *Megaren-*

sem ex *Sicilia*: (est enim urbs alia hujus nominis in confinio *Atticæ*, cujus mentio sæpe facta in *Vita Periclis*, & unde *Nisum* parentem infelicis *Scyllæ* esse notum) nihilosecius aliquando ostendam *Platonem* hujus erroris reum non esse, opinionem vero horum illustrium virorum erroneam esse. Ne autem alii tempori reservem hoc negotium, videamus jam de eo quid dicendum, *Platonem*que tutum eorum ab exprobrationibus reddamus. Dicamus igitur *Theognidem* Megara-Siculum fuisse, uti *Tyrtæus Atheniensis* dictus est civis *Spartanus*, quod Spartanorum civium in numerum receptus jure eorum donatus erat. Quin etiam memoriam hic refricare juvat, tempore *Platonis* alium adhuc extitisse *Theognidem Megarensem*, poesi itidem addictum, cum quo noluit ut hic noster, de quo jam loquimur, confunderetur. Reliqua autem alia expedientur vice, nec locus hic est totam crisim Græcam edisserendi. Præter moralia illius scripta, quæ etiam hodie a nobis leguntur, composuit hic poeta Elegias & quosdam Hymnos, quæ cuncta periere. Quod tempus, quo vivebat, attinet, determinari facile potest ex loco quodam ejus in scriptis occurrente, unde illum *Dario* vel *Xerxi* coætaneum fuisse dilucide constat. *Simonide* itaque haud multum vetustior hic noster fuit; interim nonnulli scriptores ea non animadverterunt, quæ nunc trado: ita ut existimandum Veteres hos non accurate adeo cuncta sibi perspecta habuisse ac alii.

PHOCYLIDES.

Ibyco coævus erat *Phocylides*, *Mileti Ioniæ* natus. Moribus ejus compositis respondebat styli puritas atque nitor, ita ut duplex, quod & rarum & summe laudandum, ex ejus lectione in quemvis redundet usus, bene scilicet vivere & bene dicere. Alius adhuc existit poeta dignus qui legatur, itidem *Phocylides* dictus; qui tamen adulterinus. Credidere nonnulli hunc *Judæum Alexandrinum*, eum aliis reputantibus Christianum, primis Ecclesiæ sæculis florentem. Quantum ad me, opinor, ut paucis dicam, ad posteriorem hanc accedendum esse opinionem; fateor interim vestigia quorundam *Moysis* locorum apud illum reperiri; qui vero illum *Judæum* asserunt, cogentur vicissim agnoscere haud pauca hujus poematis dogmata doctrinam sapere Evangelii, quam in scriptis legislatorum Hebræorum frustra quis quæsiverit. Expressis præterea verbis tradit resurrectionem corporum, veritatem novam miramque, quam *Moyses* nullibi clare exposuit, quamque Pagani nunquam probe agnoverunt. Quod enim *Democriti* sententiam concernit, illa pessime intellecta est, & hac in materia *Plinio* affingitur id quod ipsi ne unquam quidem in mentem venit. Possem quidem varia alia adducere argumenta hujus scripti vetustatem impugnantia; nec illa inter oblivisci istius quod ex stylo desumitur, qui revera genium & rationem dicendi recentiorum præfert Græcorum. Sed forsan hac in re verbis meis fidem habiturus es, & me de eadem ulterius non rogabis.

Unum tamen adhuc adjiciamus verbum, & sic finiamus. Ah! quam difficile est formam induere alienam, & non agnosci! quam caute ipsi procedendum, qui bene & serio decipere conatur! Fuerat absque dubio hic auctor Christianus, uti jam dixi, sed voluit forte ut hoc scriptum pro alicujus Pagani opere haberetur, quod egregio illum fecisse consilio mihi persuasum habeo, ratus scil. sui temporis idololatras longe facilius inde ad veritatis adduci posse cognitionem. Rem tamen suam minus prudenter egit; minime enim debuisset verba proferre dissona & religioni Christianæ minus congrua; interim prolatis, corpora aliquando resurrectura, addit homines in Deos transmutatum iri. Novi equidem quænam per Ioca, quosque per gradus Theologia Gentilis solita erat, dum apotheosin meditabatur, animas transmittere: si solummodo ea, quæ *Plutarchus* in *Vita Romuli* tradit, legissem, scirem quantum satis ad hæc deliramenta sacra probe cognoscenda. Sed hæc jam non agitur res: dicamus saltem animum *Phocylidi Christiano* fuisse, Ethnicis sui ævi persuadere alterum vetustissimum *Phocylidem*, qui maximi tum habebatur, corporum agnovisse resurrectionem; & hanc ob caussam illum voluisse imitari Theologiæ Gentilis loquendi modum, nomenque *Deorum* usurpare, quod tamen Christiani eo modo nequaquam adhibent. Solus *Nonnus* cum quibusdam superioris sæculi Italis hanc sibi vendicavit libertatem. Verum scis ne quid Christianis hoc vocabulo offensis respondere potuisset? Allegasset Novi Testamenti locum, nos post resurrectionem Angelis similes evasuros asserentem; quin etiam dixisset, Angelos in Veteri Testamento nuncupatos fuisse *Deos*; quod omne egregium satis apparet: magni tamen non est momenti, cum Christiani eandem ac Hebræi non servent loquendi methodum: hi enim nominassent Judicem exigui vici Deum æque bene ac Cancellarium: & quamvis Scriptura dixerit nos Angelis similes futuros, nullibi tamen ait nos reapse Angelos evasuros. Foret, ni fallor, hæc conclusio & consequentia admodum periculosa, atque ejusmodi loquendi modis omnia forent turbata, confusa, inversa.

HIPPONAX.

Satis certum, inquit *Plinius*, *Hipponactem* Olympiade LX. vixisse. (annos ante natum J. Christum DXXXVIII.) Ingenio præditus hic auctor erat admodum Satyrico, & subinde carminibus conficiendis delectabatur, quæ homines desperatos reddebant, illisque voluntatem & animum semetipsos suspendendi subministrabant. Staturæ erat admodum brevis facieique deformis; bini tum temporis pictores, quibus cum eo rixæ fuere, coloribus vivis ejus expresserunt formam, eamque aspectui quorumvis prætereuntium exposuerunt; nec contenti fuerunt *Hipponactis* figura & forma naturali depicta, sed amplius progressi sunt, imagini ejus affingendo omne id quod faciem quandam exprimit ridiculam & deformem. Vix opus erit quærere numne *Hipponax* illorum laboris se memorem præbuit; præsentia ipsis numeravit carmina egregia, uti solitus erat hujusmodi pretio pensare omnes male de se meritos. Hinc non desunt inter Antiquos qui fidem dant binos hosce pictores præ pudore & indignatione laqueis colla immisisse; observant alii illos haud ita præcipitanter hoc sequutos consilium, sed quod maluerint *Ephesum* relinquere, ubi habitabat *Hipponax*. Te vero certiorem facere quibusnam horum potius fidendum, meum non est; nomina tamen dictorum si desideras pictorum, dicebatur alter *Anthermus*, & alter *Bupalus*.

ANACREON.

Anacreontem tanti fecerat *Hipparchus Pisistrati* filius, ut Tejum, urbem Ioniæ, locum hujus poetæ natalem, navem quinquaginta remorum cum literis valde humanis & officiosis miserit, exoratum poetam transire mare Ægæum Athenasque venire, fide interposita ejus virtutem etiam illic ipsi non paucos conciliaturam admiratores, qui scientiam artemque nitidæ poeseos virorumque clarorum

A merita in pretio habere noverant. Hujus historiæ auctor *Plato* tibi clare ostendit *Anacreonta* vulgaris non fuisse conditionis; illumque præter literarum amatoriarum compositionem, & in formam *Phyllidis* odarum, vel incitatoria quædam carmina ad pocula, etiam alia scivisse. Fuit enim *Hipparchus* unus inter sui ævi principes honestissimus maximæque virtutis. Fuit præterea hic noster maxima in æstimatione apud plurimos Principes: *Sami* tyrannus *Polycrates* illum semper apud se habuit eum in finem, ut omnium suarum conscius esset actionum, suarumque particeps deliciarum. Id quod tibi memoria excidere non potuit, cum duo nondum præteriverint anni, a quo Herodotus inter B prandendum coram parente tuo legebatur. Sufficiant itaque hæc quibus adducatur quis ad bene de scriptoris nostri virtute & meritis censendum.

Nihilominus nonnulli nobis persuadere conati sunt illum nimis genio indulsisse, & amoribus pulcrarum virginum admodum captum fuisse, cui quoque forsitan quid veri subesse potest. Nullibi tamen legitur ejus oblectamenta scandalo ulli ansam dedisse, nec quemquam de moribus ejus naturæve suavitate conquestum. Oportet ne jam hisce præmissis indicare quo vixit tempore? Res hæc est facilis. Fuit enim *Hippias Hipparchi* frater, qui *Darium Hystaspis* filium commovit ad iter suscipiendum, C fortunamque belli contra *Athenienses* experiendam. Quo posito incidit exacte in ann. CDLXXXIX. ante natum J. Christum, & Olympiadem LXXII. Quod ipsius attinet scripta, numerus adhuc satis magnus egregiarum reperitur Odarum, quibus a se amatas, otia animi, & alias quasdam, quibus interfuit, occasiones cecinit. Sunt autem plures hisce ex Odis Anacreontis præferentes nomen, quæ tamen eo revera indignæ censendæ: id quod cum demonstraverim meis in *Animadversionibus Latinis*, ante aliquod temporis spatium hunc in lepidum auctorem editis, supervacaneum judico eadem hic repetere, iisque Te detinere. Præter Odas exiguas, Hy- D mnos adhuc & Elegias composuit: ex Elegiis vero nequidquam vidi, nec ex Hymnis præter unum alterumve fragmentum. Hactenus proposita fidem procul dubio facile merebuntur; num vero æque facile id quod jam adgredior, ipse valde ambigo. Scripsere nonnulli ex Antiquis *Anacreontem* ex *Polycrate* v. receptis talentis, duas noctes continuas insomnes duxisse, absque sollicitudine nesciens dono sibi a principe oblato frui. Interim v. talenta viro honesto vix tantam crearent molestiam; supra enim 3000. nummorum aureorum ascendere nequeunt; & noti mihi sunt plurimi, li- E cet in *Ionia*, uti *Anacreon*, non nati, & licet non vixerint annos ante natum J. Christum CDLXXIX. quibus animus satis magnus ejusmodi sarcinæ ferendæ; nec egomet ipse tanto succumberem oneri. Ne autem quid dissimulem, hæc mihi obvenit historia plane falsa, æque ac id quod scripsit alicubi *Diphilus* de amoribus *Anacreontis* & *Sapphus*. Facile quidem cernis intervallum temporis obstare, quo minus vera, quæ dixerit *Diphilus* hac de re, appareant. Ceterum hæc est pars ludicrarum fictarumque narrationum: nihil solidum ei inest, nullam meretur fidem historicam. Decet hæc libertas Comicos poetas, quæ nec etiam ingeniis deneganda acutis. Et dubitas ne doctissimam Galliæ virginem, F quæ eadem ac *Diphilus* prodidit, ignorasse *Sapphum* & *Anacreontem* minime æquales fuisse? Probe noverat *Virgilius Didonem* ævo non vixisse *Æneæ*; omnes tamen sciunt illum amores Principis Trojani ac Phœnissæ matronæ cecinisse. Anacreontis Effigiem habes in *Antiq. Græcis* Vol. II. fol. 41.

ONOMACRITUS.

Recordor me Tibi in initio horum colloquiorum dixisse, certos Hymnos, qui adhuc quidem supersunt, & nomen gerunt *Orphei*, illum tamen non agnoscere auctorem, sed *Onomacritum*; quare unicum hic de isto auctore subnectam verbum, quod tamen forsitan nunc haud necessarium adjicere, cum jamjam significaverim illum vixisse tempore filiorum *Pisistrati* & *Darii* filii *Hystaspis*, annos CDLXXXIX. ante natum J. Christum.

LASUS.

Incognitus Tibi forte est *Lasus*, tamen tua non indignus notitia, qui eo a *Græcis* affectus est honore, ut loco *Periandri* in numerum septem Sapientum relatus sit. Haud diffiteor quidem mihi difficile fore, quænam hujus Poetæ fuere moralia, indicare: certum interim est *Periandrum* fuisse Sapientem mirifici ingenii; recensetque *Herodotus* nonnulla de ejus vita quæ haud bene cum titulo ipsi ab Antiquitate attributo concordant. Ortus est hic auctor urbe *Peloponnesi Hermione*, primusque ex Græcis de Musica scripsit. Excelluit in quodam genere carminis licentia audaciaque refertissimi & furibundi, quod nominabatur *Dithyrambicum*, quia hæc poeseos species *Baccho* speciatim dicata erat, qui olim cognominatus est *Dithyrambus*.

ÆSCHYLUS.

Si mihi propositum foret de cunctis Poetis, quorum nomina in antiquis occurrunt auctoribus, loqui, nunquam finirem, & forsitan Tibi tædium tot parum cognitis recensendis nominibus crearem, ne hoc operæ pretium duco. Itaque tecum sermones non habebo de *Phrynicho Tragico*, qui artem hanc a *Thespide*, cujus jam fecimus mentionem, didicit; & novisti ex Historia illum ob sublimitatem & acumen suarum Tragœdiarum evectum fuisse ad munus Ducis copiarum. Nec dicam tum temporis floruisse *Cleobulam Lindiam* (erat autem *Lindos* urbs *Rhodi*) vel quendam *Pratinam Phliasium* a loco natali *Phlio*, oppido *Peloponnesi* tractus *Sicyonis*, denominationem trahentem: præstat *Æschylum* hic celebrare, quod jam quoque adgredior.

Poetam hunc prælio interfuisse *Marathonio* nullum est dubium, (annis ante natum J. Christum CDLXXXIX.) & hac in memorabili pugna fortitudinis ac virtutis suæ specimina edidit clarissima, dilucideque ostendit quempiam & literatum & bellicosum simul esse posse: erat etenim genere splendidus, ex illustrissimis Atticos inter parentibus oriundus. Audivisti dubio procul de quodam *Cynægiro*, cui ambæ amputatæ fuere manus, una post alteram, dum conabatur navem *Phœnissam* retinere, quæ anchoris solutis se in altum recipere voluit ad evitandum *Atheniensium* insultum, qui copias Darii in Campis *Marathoniis* fuderant. Hic, qui ambabus privatus manibus, consilii tamen inops non erat, barbaros ut impugnaret, fuit *Æschyli* frater, ut & Aminias, qui postmodum una cum hoc poeta nostro in pugna navali *Salaminæ* adfuit, quique interjecto aliquo temporis spatio certamini interfuit, ad quod Græci *Mardonium* provocarunt prope *Platæas* urbem *Bœotiæ*.

Stylus præterea hujus poetæ manifeste indicat hanc ejus fortitudinem animique præsentiam, quam tota sua vita non perdidit. Fateor tamen e contrario difficilimum esse, & nisi vis nostro in-

feratur sermoni, plane impossibile ullo exemplo Gallico audaciam illius epithetorum exprimere. Imaginatione fruebatur magna & profunda, sed inconcinna atque furibunda; & ut quod res ipsa est dicam, quodve egomet cogito, erat eadem prodigiis ferax, atque omnem verisimilitudinem, utpote rem nimis vulgarem, ut plurimum fastidivit.

Qualis quoque erat Tuo judicio theatralis ejus ornatus?

Aigles, Vautours, Serpens, Grifons,
Hippocentaures & Typhons,
Des Taureaux furieux, dont la gueule béante
Eust transi de frayeur le grand cheval d'Atlante:
Un char, que des Dragons estincelans d'éclairs
Promenoient en sifflant par le vuide des airs;
Demogorgon encor à la triste figure,
Et l'Horreur & la Mort s'y voyoient en peinture.

Expeteret ne quis potius alia cernere theatra, ubi Gratiæ myrtum colligunt atque jasminum, ut inde Veneri coronas floreas parent?

Où les Nereïdes
Chantoient en nageant
Sur les flots d'argent
Des plaines liquides;

Où les doux Zephirs
Poussoient leur baleine,
Et de leurs soûpirs
Parfumoient la plaine;

Où de mille Amours
La troupe volage
Sur un mont sauvage
Enchaisnoit des ours;

Pendant que leur mere,
Les voyant espars,
Leur faisoit un frere
En caressant Mars.

Persuasum sane mihi habeo hoc cuivis magis placiturum; ad minimum certus sum historiolas has non adeo formidabiles fore ut inde perterreantur homines.

Relinquamus vero apparatus hosce theatrales, sermonemque nostrum ad stylum hujus potius convertamus. Satis elegantibus absque dubio utitur metaphoris, satisque luminosis: dolendum autem quod easdem non consectetur, & quod earum initio non respondeat finis; pejus adhuc est, quod una in periodo duas tresve simul confundat, id quod non solum arti contrariatur, verum & ipsi naturæ, quæ ejusmodi irregulares & inconcinnas nunquam sufferre potest miscelas.

Ordinem dispositionemque theatri non intellexit, aut certe eadem neglexit. Personæ præterea admodum ab usu communi alienæ: & si quis videret MAGNANIMITATEM atque VIOLENTIAM, qui spectatores exhilararent; si quis audiret patrem OCEANUM sibi dicentem se venisse ab ultimis terræ ad consolandum *Prometheum Caucaso* annexum; seu si manes *Darii Hystaspis* cuidam derepente sese sistentes, putarem illum hoc omne non absque terrore spectaturum. Hisce omnibus tamen non obstantibus ab *Atheniensibus* magno habebatur in honore *Æschylus*; sed fatendum peritiores doctioresque ipsum considerasse potius pro veteri poeta, quam pro auctore exacto & jucundo. Inter alios satis facetus est *Aristophanes*, qui cui animali hunc comparavit scriptorem haud prætereundum. Ait

A igitur *Æschylum* componentem aspectum habuisse instar tauri ferocem. Atque hoc argumentum videtur mihi satis elegans, & fortitan duorum vocabulorum ipso in textu occurrentium (ἔβλεψεν ταυρηδὸν) paraphrasis non displicebit parenti tuo:

Ainsi qu'aux monts de Cyrene
Un jeune Taureau paissant,
Lorsqu'il entend sur l'arene
Son ennemy rugissant:
Des forests quittant l'ombrage,
Va contre luy, furieux,
Et le feu de son courage
Estincelle dans ses yeux.

B Sed credis ne hanc vehementiam repentinam impetumque subitum, quæ ejus in scriptis gliscunt, causam fuisse, quare nescio quis ex Antiquis dixerit, *Æschylum* dum carminibus concinnandis se accingeret, minus *Apollinem* quam *Bacchum* invocasse?

Nonnullo in loco tradidit *Cicero* hunc poetam fuisse *Pythagoricum*; cui haud invitus adstipulor; nam occurrit adhuc ejus in *Prometheo* locus id dilucide confirmans. Vivebat autem *Pythagoras*, ut probe notum, tempore *Servii Tullii Romanorum* Regis sexti, id quod jam dictum, propterea *Æschylus* filium hujus Philosophi *Telaugem* potuit vidisse.

C Condiderat hic auctor ingentem Tragœdiarum numerum; Veteribus nominantibus & numerantibus XC. quæ tamen nunc ad septem redactæ sunt, inter quas præterea nonnullæ mancæ & mutilæ habentur.

Quod scenæ spectacula nostri Poetæ concernit, adeo terribilia illa fuere, si fides hac in re Græcis Scholiastis habenda, ut prima vice dum agebantur ejus *Eumenides*, plurimi infantes, illuc una adducti, ex terrore conciderint & mortui sint. Et quod adhuc gravius, mulieres quædam videndis ejusmodi furiis & rebus diris inassuetæ (sunt enim Eume-
D nides diabolicæ quædam femellæ sævæ trucesque, metum quæ incutiant mortalibus pectoribus, licet nomen earundem sit satis pulcrum & suave, vel ut Gallica sonant;

Quoyque leur nom pourtant soit si doux & si beau) tanto terrore tantoque metu perculsæ fuerunt, ut ipsas oportuerit ipso in theatro parere, & tanta festinatione, ut ne quidem ipsis vacaverit nec Ilithyiæ nec Junonis Lucinæ implorare opem: quod certe animis teneris & delicatis nonnihil offendit.

Sub finem suæ vitæ adiit tyrannum *Syracusarum Hieronem*, quod sufferre nequiverit *Sophoclem*, cujus nominis fama nunc accrescere incipiebat, si-
E bi præferri. Volunt alii hoc iter illum suscepisse præ pudore, quo, videns sibi palmam eripi Elegiæ cujusdam in honorem fortium illorum *Atheniensium*, qui in campis *Marathoniis* sanguinem suum profuderunt, afficiebatur: & addunt iidem *Simonidem* hunc de eo reportasse triumphum. Quicquid sit, haud facile crederem *Æschylum* valde elegantem genere carminum præcipue elucescere debet artificium excitandi affectus delicatos & teneros. Et hoc non obtinetur nisi modis parum rumoris producentibus, quos etiam regere debet artifex & acutus & tranquillus. Revera Elegia in eo præcipue
F consistit, ut se suavitate & affectuum moderamine commendet, & animos sensim quidem ad se trahat, non autem vi abripiat. Stylus igitur modestus, æqualis, concinnus & suavis, qui ipsi forte contigit, & naturaliter competit, non admodum bene convenit cum tumore & ferocia Tragicorum. Memor esto, si placet, characteris *Simonidis*, & si hæc jam de *Æschylo* tradita falsa non sint, percipies confestim Elegiam ingenio prioris consonam, non vero posterioris opus fuisse.

Commemorant Veteres illum *Siciliæ* tertio post suum discessum anno diem obiisse supremum; & incolas *Gelæ*, hodie a *Siculis* dictæ *Chizzæ*, plurimi fecisse huncce auctorem, denique exhibitis ipsi adhuc viventi plurimis benevolentiæ signis, haud pauciora illi jam mortuo exhibuisse, volentes pompam ejus funebrem impensis fieri publicis.

Narrationi adeo amplæ nescio num subnectam ipsius vitæ finem; & dubito num iis credas, quæ memoriæ hac in re prodiderunt auctores. Fertur enim, quod aquila in altum subrepta testudine, cujus carnem, latentem sub crasso tegumine, cum discerpere nequiverit, eandem demiserit in calvum Poetæ caput, in eo elusa, quod putaverit illud esse montis cacumen. Et ita *Æschylus* comprobavit oraculum, quod ipsi *Delphis* aliquando datum, quo venerat sciscitandi gratia qua morte moreretur: cui respondit Diva Græce:

Οὐράνιόν σε βέλος κατακτενεῖ.

Telum e cœlo missum tibi maturabit mortem.

Un trait lancé du ciel avancera ta mort.

Hac de re, si placet, te interrogabo; Si ejusmodi oraculum explicandum tibi propositum fuisset, nonne quovis pignore etiam manno tuo Neapolitano contendisses, quod *Æschylus* debuisset fulminis ictu occumbere? Victus tamen fuisses, uti cernis. Constat enim telum illud cœli aliud non significasse quam testudinis dictæ prolapsionem, quæ caput Poetæ diffregit. Dic in posterum oracula Græcorum acuminibus destituta fuisse!

SOPHRON.

Sophron Syracusis urbe Siciliæ natus, tempore Xerxis & Euripidis (ut expresse loquitur *Suidas*) *vixit*. Virum excellentem & doctum, cujus nomen alia vice haud reticebo, errorem non observasse, quem hoc in loco commisit compilator Græcus, sæpius sane miratus sum. Quomodo enim *Sophron* coævus esse potuerat *Euripidi*, qui eodem, quo in Græciam profectus est *Xerxes*, natus est anno, ut ex unanimi omnis Antiquitatis patet consensu: Addit ulterius eruditus hic, quem nondum Tibi nominavi, hæc verba: (*Athenæ revera a Xerxe combustæ fuere Olympiade* LXXV. *& cœpit Euripides sequenti Olympiade sua publicare scripta*) Interim paulo ante observaverat *Euripidem* natum fuisse Olympiade LXXV. Qua itaque ratione asserere potest illum sequenti Olympiade suis inclaruisse scriptis? Novum profecto esset & inauditum videre Poetam *Euripidi* similem v. vel vi. annos natum.

Ad *Sophrona* autem revertamur, & absque ulteriori aliorum errorum examine caveamus, si possibile, ne & nos committamus. Hic auctor scripserat Mimos, quorum finis in imitando & exprimendo mores consistit. Collineant quidem Comœdiæ eandem in metam, verum longe liberiores & audaciores erant Mimi; quin & subinde severiores, rigore quodam, Comœdiæ insolito & incognito, reprehendebant vitia. Regnabant ibi præcipue allusiones, adagia, æquivocationes; & figuræ omnes leviores styli faceti & comici ibi non omittebantur. Nihilominus omnium Antiquorum animos ita ad se traxit hic Poeta, ut nobis persuadere conentur, Platonem nulla ferme præter ejus legisse scripta.

Affirmat *Suidas* dialectum ipsi fuisse Doricam, de quo nec dubitare queo: præterquam enim quod fragmenta exigua adhuc exstent comprobantia quod dicit *Suidas*, certum est Doricam familiarem fuisse *Siculis*, nec non plagæ orientalis *Italiæ* incolis: insuper in *Italia* confundebatur sæpius cum Dorica Æolica: *Æoli* enim quasdam Colonias miserant in regnum *Neapolitanum*, quod partem Magnæ Græciæ constituit.

PINDARUS.

Xerxe ex *Asia* in *Europam* transeunte, annum agebat *Pindarus* XL. Regis autem Persarum transitus in Olympiadem LXXV. incidit. (annum CDLXXVIII. ante natum J. Christum) Erat *Bœotia Thebanus*, unde alicubi ait: non nobis ulterius proverbium tribuetur antiquum, *Sus Bœoticus*; his indigitans verbis *Thebanos* crassos pinguesque amplius non esse, ac fuerant antea. Et alibi *Thebas* suam nominat matrem; qua de causa quoque nonnulli ipsum vocarunt *cygnum Thebanum*.

Artis metricæ rudimenta hausit a *Laso Hermionensi*, de quo jam nuper loquutus sum. Fertur præterea multa didicisse ex muliere quadam Græca *Myrtide*, poesios admodum gnara, quæ etiam *Corinnæ*, cujus vitam jamjam explanaturus sum, magistra fuit.

Noster hic, quem Veteres agnoverunt principem Lyricorum, Opera concinnavit plurima, e quibus nobis superstites tantum sunt elegantes quædam Odæ, quibus victoriam suo tempore in quatuor solemnibus Græciæ ludis (Olympicis, Isthmicis, Pythiis, & Nemeis) obtinentes celebravit. Dialectus ipsi Dorica familiarior, cui subinde Æolicam adspergit, & vocat ipse alicubi suam lyram Æolicam.

Figuræ, quas adhibet, magnificæ sunt & absque omni dubio sublimes, sapiunt tamen aliquando modum Dithyrambicum; audaciam, inquam, produnt temeritate quadam conspersam, quæ stylum purum castumque amantibus displicet. Ceteroquin gravis est: sed mihi videtur ultra modum usurpasse *Sententias* quas vocant: & ad hæc nonnunquam digressiones facit adeo amplas, ut propositum sibi aliquando perdat iter; & libere ita postquam aberraverit, præpropere & inexspectatus in viam redit; atque denuo, veniam non curans, in proposito suo pergit. Hoc est, magnæ ipsi non fuit curæ interruptas suas priores, nexu convenienti, connectere cogitationes.

Ceterum Odæ, de quibus loquor, emendatæ admodum existunt; ad minimum paucissima Veterum scripta sunt, quæ minus præteritorum sæculorum incuria corrupta fuere. Accidit hoc procul dubio, quod nemo ibi poterat errores committere, quin iidem mox deprehenderentur; mensura enim ipsis adeo concinna, ut impossibile vel minimam mutare syllabam, quin quis statim non animadverteret. Rationem nunc silentio prætereibo, quandoquidem mihi id eveniret incommodum, quod Tibi rem dixerim, quam minus forsan intelligeres, nisi diligentius didicisses antea exiguum illud quantitatis Græcarum vocum secretum.

Si verum quod tradiderunt nonnulli, mortuus est hic Poeta sub finem imperii *Xerxis*; secundum enim auctores Græcos hinc demigravit natus annos LV. quorum XL. transegerat hoc Principe bellum *Atheniensibus* indicente.

Tanto a *Græcis* cumulatus est honore, ut ejus de causa semper in pretio habiti sint posteri ipsius; uti *Thebarum* in expugnatione apparuit, dum *Alexander*, qui annos vixit post hunc Poetam CXXX. ferro ac flamma omnia delens, Pindaricis pepercit ædibus, ita ut memoria illustris hujus Defuncti iram bilemque mitigaverit victoris, vitamque toti ejus posteritati servaverit. Effigies ipsius extat in his *Antiq. Græcis* Vol. II. pag. 60.

CORINNA.

En jam præcellentem, de qua nonnulla capite Tibi ante octiduum misso loquutus sum, personam; hanc eximiam illam *Corinnam* esse facile judicare potes. Retulerunt nonnulli eam quater vel quinquies ipsi Pindaro palmam præripuisse, quod quidem fidem mereri potest; licet verum quoque sit id quod narrarunt alii. Voluerunt nobis persuadere (ubique enim & semper præsto sunt homines invidi) illius fuisse pulcritudinem solam, quæ ipsi tantum conciliavit favorem, & in hac comprobari, id quod postmodum illustris quidam inter Latinos protulit poeta:

Gratior est pulcro veniens e corpore virtus.

Vel,

La vertu produit bien des effets plus puissans,
Quand les Graces & la Jeunesse
Viennent à son secours pour captiver nos sens.

Quicquid sit, extra controversiam est, quod Græcia antiqua eam magni æstimaverit, nominando *Musam Lyricam*. Putarunt nonnulli eam ex *Thespiis* urbe *Bœotiæ* natam; alii dixerunt illam oriundam *Tanagris*, alia ejusdem regionis civitate. Nec defuere asserentes eam nec *Thespiensem*, nec *Tanagræam* fuisse, sed patriam habuisse *Corinthum*.

Quo autem vixit tempore, facile percipitur, puto, ex illis quæ nuperrime ad te scripsi, nec non ex iis quæ de ea in limine hujus capitis dicta sunt. Verbo saltem admonebo, quod multi opinentur plurimas doctrina conspicuas Græciæ fœminas hujus fuisse nominis. Quapropter inconveniens forsitan non foret aliquid de *Corinna*, quam adeo decantavit *Ovidius*, dicere: re ipsa, si fides ipsi hac in re non detrahenda, erat ingenii acuti, formæ elegantis, nec non scientiæ magnæ: nondum autem pervenimus ad ævum Augustæum; transibunt interim plures Olympiades, pluresque antequam illud attingamus transigendi anni; a *Pindaro* enim hunc ad Principem numerantur circiter CDXL. Ast hic non prætermittendum id quod nobis narrantibus de *Musa Lyrica* excidit; scilicet *Pindarum* illa ætate provectiorem esse, evincente id historia, quam aliquando Tibi referam, quæque nullum ea de re dubitandi locum amplius relinquet.

EMPEDOCLES.

Vivebat quoque *Empedocles* tempore *Xerxis*; referunt enim illum Veteres ad Olympiadem LXXVII. hoc est, annum CDLXX. ante natum J. Christum. Alii quidem juniorem eundem constituunt, inde quod ad extremam vixerit senectam. Cæterum discipulus fuit *Telaugis* filii *Pythagoræ*; unde haud arduum colligere *Pythagoram* non fuisse *Numæ Pompilii* secundi *Romanorum* regis coætaneum, ut putavit *Ovidius*, sed potius *Servii Tullii*, ut optime observavit *Titus Livius*. Poeta, de quo jam facienda sunt verba, sortis non fuit infimæ, sive attendatur ejus familia, sive merita doctrinaque ejus respiciantur. Ex familia enim illustri civitatis, ad plagam *Siciliæ* meridionalem sitæ, *Agrigenti*, hodie *Grigenti* dictæ, originem traxit. Observant ideo Antiqui illum semper pretiosis indutum fuisse vestibus, eoque significasse sapientem etiam magnos impendere posse sumtus, & nihilominus sapiens manere. In publicum nunquam prodibat, nisi tunica longa purpurea ornatus; (scies autem, per parenthesin, purpuram tantopere a Veteribus decantatam nostrum non esse *escarlate*, coccinum) nec totus hac in toga, quamvis purpurea, splendor consistebat; capite semper gestavit auream coronam; unde facile quis judicare poterit qualis reliquus ejus fuerit ornatus, facileque concludere *Empedoclem* poetam non fuisse *cœnosum* vel vulgarem.

Quantum ad me, Musas existimo nullum unquam habuisse sectatorem, qui melius Parnassum exornarit atque celebrarit quam hic noster. Ne vero quis sibi persuadeat, rogo, illum sola hac ratione inclaruisse, & venerationem atque honorem, quo omnes sua in civitate eum prosequebantur, aliunde non profluxisse quam ex sumptuosa magnificentia habitus. Asserit historia illum divina ferme veneratione a suis exceptum; quod omne ipsi contigit ob notitiam insignem, qua in physicis mathematicisque enituit. Neminem præter suum *Epicurum* æstimat *Lucretius*, & præ illo universam Antiquitatem nihili pendit: interim elegantiam & excellentiam carminum *Empedoclis* talem retur, *ut vix videretur eum e mortalibus progenitum fuisse parentibus*,

Qu'à peine sembloit-t-il qu'il fust fils d un mortel.

Et paulo ante ait *Siciliam*, quamvis tot magnas mirasque genuerit res, nihil tamen magis mirum præstantiusve hoc nostro Poeta peperisse.

Profluxerant ejus e calamo Hymni in physica principia inque diversa effecta ex Elementorum miscelis producta: præter quos vastum adhuc composuerat eodem de argumento Poema; quod sine dubio ante oculos habebat *Lucretius*, dum illum magnificis ejusmodi extulit laudibus. Putarunt quoque nonnulli eum auctorem quarundam Tragœdiarum, quæ antiquitus nomen circumferebant *Empedoclis*; verum arbitrati sunt alii illum *Empedoclem* hujus illustris Physici fuisse ex sorore filium. Aliud adhuc commemoratur ejusdem Poema de *transitu Xerxis in Græciam*, cui tamen ultimam nunquam imposuit manum.

Obitum ejus quod attinet, supervacaneum foret de eo quidquam narrare, nisi ea tantum referre vellem, quæ ex pluribus antiquis scriptoribus ipse accepi. Ajunt illum se conjecisse in hiatum, per quem mons Ætna suas eructabat flammas, idque eum in finem fecisse fingunt, ut quod subito sic evanuisset, aliis imponeret se in cœlum ascendisse. Ajunt insuper hanc ejus vanitatem adeo infaustam fuisse, ut omnes statim eandem animadverterint, repertis ejus crepidis fasciis æreis constrictis (quod adhuc singulare in *Empedocle*) circa præcipitii marginem, in quod sese projecerat. Hæc sunt quæ ea de re senserint & dixerint cavillatores. Longe alio autem modo hanc narrat historiam *Neanthes*, ut videri potest apud *Diogenem Laertium*. Lepidam hanc narratiunculam qui proposuerunt, non probe meminerunt procul dubio *Empedoclem* Pythagoricum fuisse, cui sectæ addicti tenent, hominis vitam ejus non esse in potestate, & se hoc e mundo discedere non posse sine Dei voluntate, haud secus ac miles (ita enim ipse loquebatur *Pythagoras*) nequit absque infamia suam, in qua collocatus est, deserere stationem. Id quod memorant de ipsius calceamentis in imo montis Ætnæ forte repertis, satis superque evincit narratiunculam hanc ejus de morte ridiculam & fabulosam esse. Opinor, si quis vellet se præcipitem dare, non admodum necessarium fore ut ocreas exueret, nisi forsitan ipsi constitutum concinniorem edere saltum. Verum non prima jam vice Erud'ti illi Græciæ Philosophos ludi-

ficarunt; ipsi enim ne quidem pepercerunt *Socrati*; id quod sufficit.

EPICHARMUS.

Empedocli coævus erat *Epicharmus*; de quo dubitare non finit ejus de exilio historia quæ narratur: nam Veteres annotarunt illum, rem quandam nimis libere præsente *Hieronis* uxore dicendo, hanc lucratum offensam; ast *Hieron* temporibus *Themistoclis* & *Xerxis* vivebat. Erat & natione *Siculus*, & secta *Pythagoricus*, uti *Empedocles*; ad res autem animum adjecit valde diversas ab iis, quibus operam navavit *Empedocles*, cum præter Comœdias nihil ferme composuit *Epicharmus*, quæ magno semper inter Antiquos habitæ fuere in pretio. Nihil ferme præter Comœdias, inquam; cum naufragæ illæ tres vel quatuor paginæ, quæ subinde apud auctores Græcos occurrunt, satis indicent ipsum etiam aliis rebus, quam Comœdiis, incubuisse. Interque alia, hujus scripta *Platoni* admodum familiaria; certum enim est *Platonem* multa ex hoc nostro surripuisse. Ejus de obitu cum nihil mihi notum, nec quidquam de eodem narrabo. Observarunt tantum Antiqui illum annos vixisse XCVII. quibus elapsis eum ajunt mortuum.

PANYASIS.

Indicat alicubi *Herodotus* se militem vidisse qui prælio interfuerat Marathonio; quo dato, inficiari nemo potest, quin illud, quod nonnulli de *Panyasi* scripsere, verum. Fuisse profecto potuerat hic poeta *Herodoti* patruelis, rationesque, quæ desumi possunt ex Chronologia, huic minime refragantur opinioni; Auctores enim, de quibus mihi sermo, *Panyasin* ad Olympiada LXXII. referunt, quo tempore exacte commissa est pugna illa Marathonia. Unus ex primariis Græciæ antiquioris poetis fuit, &, excepto *Homero*, illorum facile princeps; quod judicium haud pauci de eo ferunt Veteres. Uti enim paucissima de eo restant, omne quod hac in re quis jam afferere posset, est quod Veteres hoc illove judicaverint modo.

Patriam *Halicarnassum* habuit civitatem *Cariæ*, ex qua postmodum prodiere duo æstumatissimi Historici, qui Libitinam evasere; *Herodotum* hic loquor & *Dionysium*.

Opus consignaverat vastum carminis Epici Ἡράκλεια dictum, aut *Vita Herculis*, & ex allegationibus frequentissimis Scholiastum, Historicorum atque veterum Geographorum liquet illum plurima alia composuisse.

Audivisti sæpe mentionem fieri *coloniæ* seu *migrationis Ionicæ*, qua nihil tota in historia Græca occurrit memorabilius. Satis vero constat illam accidisse L. circiter annis ante *Saulis* primi *Judæorum* regis Imperium, singula autem facti adeo magni & celebris momenta nos latent; quæ tamen *Panyasis* accuratione incomparabili collegerat.

Hac occasione tuto dicere possum, *Ionios*, quorum mentionem nunc facio, venisse ex *Attica*, illosque tempore *Melanthi*, regis *Atheniensium* mare transiisse *Ægæum*: ast hisce jam adjiciamus, illos ortum suum non duxisse ex *Attica*, cum venerint ex *Achaia*. Quod ulterius adhuc forsitan deduci posset, & asseverari eo ex regione ostio sinus Veneti proxima versus orientem emigrasse, unde quoque nomen *Maris Ionii* hucusque remansit; hanc tamen dirimere litem hujus non est loci. Memor saltem quæso sis, hujus observationis partem posteriorem non esse rem adeo vulgarem atque tritam.

ION.

Nihil mihi dicendum est de Tragico poeta *Ione*, nisi quod patria *Chius* fuerit, quod doctrina inclytus, & quod *Aristophanes* atque *Plato* ejus nominis hinc inde suis in scriptis memores sint. Illum tempore *Periclis* vixisse *Aristophaneque* paulo vetustiorem esse extra omne dubium; idque necessario sequitur, dum *Diogenes* fidem faciat illum plurima inivisse cum physico *Archelao* itinera: ast *Archelaus Socratis* erat informator; & *Aristophanes* atque *Socrates* ferme ejusdem fuere ætatis. Si autem id verum quod nonnulli scriptum nobis reliquerunt, debuisset necessario hic noster ævo extento vixisse; ferunt enim illum lusisse primam suam Tragœdiam LXXII. Olympiade; & plurima sunt quæ mihi persuadent *Periclem* nondum natum fuisse. Quid itaque rei sit videamus; hunc enim eximere scrupulum oportet. In textu ipso *Suidæ* ΠΒ. ὀλυμπιάδι, hoc est, LXXXII. *Olympiade*. *Portus*, *Suidæ* translator, se hic decepit, & ejus hallucinatio in causa fuit quod eundem erraverit errorem Cl. *Vossius senior*, qui textum non consuluit Græcum, se lectione versionis contentum reddens.

TIMOCREON.

Fragmenta *Timocreontis*, quæ adhuc supersunt, dilucide satis demonstrant carmina ejus non profluxisse e calamo Poetæ cujusdam vulgaris; *Rhodius* erat, *Themistocli* que inimicissimus; quod satis evincunt carmina, quæ apud *Plutarchum* leguntur. Ambitu & auctoritate hujus Atheniensium ducis in exilium missus est, qui quoque Rhodios impulit ut illum sua ex insula expellerent. Inde quo vivebat tempore *Timocreon* dilucide cernitur, tot enim hactenus de pugna *Salaminia* dicta sunt, ut de eadem in posterum, ni necessitate coactus, plane sileam.

CHOERILUS.

Chœrilus Samius, vel, secundum alios, *Halicarnasseus*, Atheniensium victoriam a *Xerxe* reportatam carmine prosequutus fuerat; sed jam dudum & ipsum autographum & descriptiones hujus floridi Poematis periere. Fertur præter alia honoris indicia, quibus ab Atheniensibus afficiebatur, tot *stateris* (*statera* quæque valet duplionem, vulgo *pistole*) aureis ex Ærario donatum fuisse, quot versibus ejus constabat Poema; & si omnes ejus fuissent elegantiæ atque nitoris, ac illi qui a Veteribus passim allegantur, hac splendida Reipubl. remuneratione digni censendi. Quænam itaque in illum conferebantur beneficia patet, & patebit quoque quisnam ipsis habitus est honos carminibus. Mos inter *Athenienses* obtinebat, ut carmina *Homeri* quotannis per designatos viros, qui *Rhapsodi* dicebantur, recitarentur; quare autem eos ita nominaverint, alias ostendam. Ut Chœrilo itaque suam ejus in carmina declararent existimationem, mandarunt ut versus ejus una cum *Homericis* publice quotannis prælegerentur.

Obiisse traditur in Aula *Archelai* Regis *Macedonum*; unde cujus fuerit ætatis facile dijudicatur. Credidi egomet propterea eos maxime a vero aberrasse, qui illum adnumerarunt Olympiadi LXXV. Imperium enim suscepit *Archelaus* LXXXVII. Aliud præterea est, quod meæ patrocinatur sententiæ; nempe quod scripserint Veteres *Chœrilum*

valde *Herodoto* adamatum: interim *Herodotus Euripidis* ac *Sophoclis* coætaneus erat. Unum igitur est, quo excusentur qui referunt Chœrilum ad LXXV. Olympiada, scilicet quod voluerunt potius ipsius nativitatis indigitare tempus, quam id quo suis innotuit scriptis; quod etiam ipso in Suidæ textu reperitur. Qui autem Epitomas consuunt, & qui in eo toti sunt ut describant, plerumque interpretationi adhærent Latinæ, & propterea quoque varios dilabuntur in errores. Novisti enim volumina vasta longe facilius exarari quam exigua; dies totus aliquando insumitur uni colligendæ corollæ, & interim hoc eodem spatio temporis facile quis collegisset flores cunctos areolæ, corbes iisdem replevisset, cumulosque inde insignes struxisset: sed totum in eo non consistit ut colligas; oportet ut singula convenientem decentemque disponantur in ordinem, & ad eorumdem congruentiam attente animadvertatur.

Præter jam commemoratum *Chœrilum*, alius adhuc ejusdem nominis imperante *Alexandro* magno exstitit, qui tamen artis Poeticæ ita rudis erat, ut hic noster ejus peritus ac conspicuus.

ASPASIA, HERMIPPUS, THEOGNIS, EVENUS, AGATHO.

Putaret ne quis mihi propositum esse de omnibus iis Poetis agere, qui Græciam, tempore Illustrium, quorum mentionem ante octiduum feci, exornarunt? Quam magnum! quam inutile & ridiculum hoc foret susceptum! An necessarium novisse,

Amipsias & Morychus,
Theodecte & Nicomachus,
Teleclide & Cephisodore,
Philonides, Apollodore,
Archippus avec Philoclés,
Aristomene & Dioclés.

Amipsiam, Morychum, Theodectem, Nicomachum, Teleclidem, Chephisodorum, Philonidem, Apollodorum, Archippum, Philoclem, Aristomenem, & Dioclem? Finis vix ea ratione huic foret operi, si peculiare consignandum caput unoquovis qui solummodo nonnullis innotuit Comœdiis, seu illæ bonæ, seu malæ, (quod disceptatur) quarum fragmenta *Suidas*, & Græci Commentatores, qui in *Aristophanem* scripserunt, hinc inde adducunt. Sermonem itaque tecum solummodo conferam de iis, *quorum celebria nomina aureis characteribus lacunaribus templi Memoriæ inscripta æternitatique consecrata sunt*: vel,

Dont le noms tout brillants de gloire,
En beaux characteres dorez
Sont gravez au lambris du temple de Memoire.

Inter hos splendidissimos, quosque ex turba nominum obscurorum erui, elucet ASPASIA, quæ nec eo honore indigna censenda; cum fuerit hæc amica viri imperantis Atticæ & maris *Ægæi* insulis; cum fuerit hæc *Juno* Olympici *Periclis*; cum condiderit & carmina & orationes; & denique cum fuerit artis oratoriæ haud minus perita ac *Prodicus* & *Gorgias* magnus ille Græciæ *(Cymbalistes)* rhetor. Aliarum præterea rerum notitia instructa fuit, quas Tibi non exponerem, nisi mihi constitutum de HERMIPPO Poeta Comico simul verba facere, qui ejus coætaneus fuit. Hic auctor censetur scripti, quod *S. Augustinum* procul dubio latuit; eximius enim hic Doctor, qui non adeo in Græcis versatus erat, & qui majori cura incubuit argumento *de Gratia*, quam historiæ Græcæ & Poetis Comicis, quodam in loco *libri de Civit. Dei* afferit, licentiam Poetarum nunquam eo processisse impudentiæ ut offenderet *Periclem*; at *Terentio* religio non fuit ipsum

A offendere Jovem. (ut ille ait in *Eunucho*) Fallitur igitur: *Hermippus* enim carminibus *Periclem* vellicavit, *Aspasiamque* artis cujusdam ream pronunciavit, quæ *Pericli* non displicebat. Hæc est ars, quæ me magis distinet: videamus nihilosecius numne honeste talem obscœnam rem explicare possimus; & dicamus, *Aspasiam* eadem in gratiam *Periclis* egisse, quibus *Augusti* gratiam promerebatur *Livia*, dum ille tædio correptus noctes longiores ducere cogebatur, &c.

Quantum ad *Theognidem*, libenter quidem illum silentio præterirem, nisi vererer ut quibusdam in auctoribus nomen ejus Tibi occurreret, quem

B propterea forsitan confunderes cum alio *Theognide*, de quo paucis abhinc septimanis sermonem tecum habui. Hic, quem decreveram quidem plane supprimere, erat revera *Poeta niveus*: hoc autem quomodo intelligendum procul dubio manifestum; hujus ætatis scriptores illum appellarunt *Theognidem Nivem*. Rationem vero hujus nominis vix operæ pretium puto indicare; facilius hoc conjectura assequitur, quam *Apocalypsis* S. Johannis explanatur, vel *Prophetia* Danielis. Si hujus *nivei Poetæ Balzac* meminisset, quis putaret illum hunc sicco præterivisse pede in suis *Colloquiis*, dum ibi cuncta

C quæ apud auctores *de Nive* reperérat, in unum collegerat? Nullus sane dubito, quin potius firmissime mihi persuasum habeo, illum mentionem ejus fecisse, nonnihilque lepidum & festivum dixisse.

Quid autem de EVENO sentiendum? Quid de AGATHONE habendum? quorum prior sane elegantissimarum Elegiarum auctor fuit; nec minori felicitate Epigrammata varia condidit; hoc *Socrates* familiariter utebatur & valde delectabatur, eo de arte Poetica verba faciente. *Socratem* enim hujus informatione usum fuisse creditur. De moribus ejus nihil mihi constat, nec quidquam certi statuere queo, elegantis ne an deformis fuerit corporis:

D *Verum Agathonem novi fuisse hominem perurbanum, beneficum, liberalem, agilem & semper eleganter vestitum*; vel,

Mais je sçai qu' Agathon étoit un galant homme,
Bien-faisant, liberal, leste & toûjours bien mis.

Recordari autem juvabit ad evitandam commemoratione hujus Poetæ æquivocationem, duos fuisse *Agathones*, quorum alter Tragœdias, alter Comœdias composuit. Quidquid sit, si duo ejus fuerint nominis, uterque tempore vixit *Aristophanis*. Et si unus tantum fuit, is itidem *Aristophani* æqualis

E habendus, ut Philistio, Dionysius Siciliæ Tyrannus, Euphorion atque Antimachus, qui Tibi forsitan primum innotescent proximo die Tabellarii Juliodunensis.

SOPHOCLES ET EURIPIDES.

Licet aluerit Græcia plurimos Tragicos, tres tamen inter eos præcipui fuere, qui *Tragici* κατ' ἐξοχὴν dicti. Vetustissimus omnium fuit *Æschylus*, de quo ea, quæ dicere constitueram, modo dixi. De reliquis duobus nonnulla jam proponenda,

F qui ætate *Aristophanis* & *Socratis* vivebant, quod adeo certum, ut omnis de eo dubitandi ansa sublata sit.

Et ne ad omnium Historicorum tam Græcorum quam Latinorum confugiam auctoritatem, ipsemet *Aristophanes* nos hac de re dubitare non init. Quamobrem reputatur *Sophocles* natus Olympiade LXXI. quatuordecim vel XV. annos ante *Xerxis* in *Græciam* descensum; & consequenter *Socrate* senior, ut aliquando id visurus es in Tractatu *de vitis & ætatibus Philosophorum*, qui

jussu parentis tui brevi in lucem prodibit. Censebantur & *Euripides* & hic mortui XCII. & voluerunt nonnulli *Sophoclem* e vivis discessisse sex annis post *Euripidem*. Quid vero hac in re tenendum haud probe novi. Satis nihilominus constat *Aristophanem* Comœdiam, *Ranæ*, hac egisse Olympiade, ubi de Euripide, tanquam jam mortuo, verba facit.

Dictio *Sophoclis* magnifica & sublimis, quæ tamen perspicua & pura, redolens animum bellicosum, qualis revera erat *Sophoclis*; nam procul dubio adhuc Tibi recenti in memoria hæret, quod una cum *Pericle* exercitui præfuerit *Atheniensium*. Stylus *Euripidis* itidem clarus, qui tamen majori cura & industria in verbis sententiisque disponendis, quam sublimitate & acumine cogitationum rerumque nitet. Redolet *Sophoclis* dictio hominem liberum ac honestum, *Euripidis* vero compositiones magis Scholam sapiunt. *Sophocli* adhuc aliquid addi posset, ejusque cogitata paulum amplificari; sed Antiquorum nonnulli (emunctissimæ naris judiciique subacti puta) *Euripidem* non satis strictum continentemque reputarunt, ejusque Tragœdias similes esse Dialogis & Colloquiis Socraticis. Et dum *Cicero* alicubi ait unum quemvis *Euripidis* versum integram conficere sententiam, videtur voluisse nos docere se eundum considerasse & ut Philosophum & ut Poetam.

Cæterum Tgragœdiam in longe perfectiorem statum redegit *Sophocles*,& *Æschylo* suis in compositionibus multo exactior fuit: nam figmenta *Æschyli* sæpe monstrosa occurrunt & incredibilia; *Sophocles* autem se semper intra ordinis admodum concinni cancellos tenet. Fertur quoque chorum Tragœdiæ duodecim tantum personas admisisse ante *Sophoclem*, quem ille adhuc tribus auxit.

Annotarunt Veteres illum annos vixisse XCV. quod optime congruit calculo quorundam veterum Grammaticorum, historiarumque Compilatorum. Aiunt illi *Lysandrum*,obsidione clausis *Athenis*,a Baccho per somnium fuisse admonitum,ut curaret corpus illius, quem ex animo amaverat, terræ mandari. Si quis laborem jam in se velit suscipere annos ab Olympiade LXXI. elapsos supputandi,(ea enim natus est *Sophocles*) & inquirendi quo tempore *Athenas* expugnavit *Lysander*, reperiet calculum hunc verum congruumque.Decrepita hujus ætas alicui ex liberis ejus illum in jus vocandi ansam dedit, rogandique ut imposterum ipsi curator constitueretur, quasi homini per ætatem delirare incipienti, domusque suæ curam gerere inhabili Verum coram *Areopagitis* sese sistens, nonnulla ex *Oedipo suo* legit, quem paulo ante composuerat; & absque ulla animi commotione illos interrogavit, num ejusmodi opus speciem debilitatis ingenii præ se ferret. Unde accusator tantum abfuit ut id,quod intenderat, obtineret, ut potius cum ignominia remitteretur,præmium, quod sane merebatur ejusmodi indecora accusatio, referens. Obiter indicare oportet,*Sophoclem* duos conscripsisse *Oedipos*, quorum alter *Oedipus Tyrannus*, alter *Oedipus* ἐπὶ Κολωνῷ seu Επικολωνεῖος, *Coloneus*,nuncupatur. Idcirco nil necesse erat, ut *Gyraldus* locum quendam Luciani emendaret, quem in *Vita hujus Poetæ* adposuit: nec debuit alium ex *Philostrato* exponere, uti fecit. Locus vero commodus hic non est vel de emendationibus, vel de crisi quidquam dicere.

Præstat jam absolvere Colloquium, indicato eo, quod *Sophocles* auctor fuerit CXX. Tragœdiarum, (præter nonnullas Elegias ac Hymnos *in Apollinem*) quarum septem ex tanto numero nunc solummodo nobis supersunt. Nec obliviscamur hinc nostrum Antiquis sæpius dictum fuisse *Apem*, ob suavitatem carminum, eamdemque ob causam subinde *Sirenem*. Memoriæ prodiderunt nonnulli, quod diem obierit supremum intelligens palmam cuidam suarum Tragœdiarum adjudicatam, quo honore jam XXIII. vice exornabatur. Alii autem fidem faciunt illum edendo uvas decubuisse. Similia mihi videntur quoque de *Anacreonte* retulisse, & forsitan eadem proferentes, parum certitudinis habuerunt. Utriusque Icones conspici poterunt in his *Antiq. Græcis*, Vol. II. p. 62. 63.

CRATINUS ET PLATO.

Ait quodam in loco *Aristophanes*,quod *Cratinus* mortuus sit *Lacedæmoniis* primum in *Atticam* facientibus descensum. Intellectu facile est *Aristophanem* illis verbis indigitare voluisse initium crudelis atque funesti belli *Peloponnesiaci*, quod maxima sanguinis facta effusione, terminari nequivit, nisi Athenis plane dirutis & desolatis, *Lysandro* Lacedæmoniorum duce curante muros urbis ad sonum tibiarum dejici & everti, ita ut adeo miseram jam præberet faciem, ac antea illustrem & splendidam. Initium autem hujus belli, Atheniensibus adeo fatalis, incidit in Olympiada LXXXVII.annum circiter CDXXIX. ante natum J. Christum. Atqui tenendum, *Cratinum* admodum longo temporis spatio vixisse, ita ut annum ætatis 100. repleverit moriens. Unde nullus dubito quin *Æschylum* & *Pindarum* viderit,amicitiamque cum illis coluerit. Erat hic *Atheniensis*, in componendo promptus & audax, ita ut stylo ejus mordaci vellicarentur etiam Optimates. Nec magnus ille & *Olympicus Pericles*,

Ne pût se garantir des foudres de sa langue,
(pardonnez moy, Monsieur, c'est un vers tout entier)

non potuit se tueri ab ipsius linguæ fulmine. E *Plutarcho* satis patet factum hujus magni & illustris viri, quod facit ut abstineam de eodem ulterius dicere. Supervacaneum revera puto quidquam de numero ejus Comœdiarum afferre, & ex antiquis scriptoribus probare, *Cratinum* insignem tum temporis fuisse potatorem: nec me devinctum existimo rationem horum hominum reddere vitiorum; sufficit sine dubio adnotasse ea quæ laude digna sunt, & quæ eorundem memoriam posteritati celebrem ac claram fecere. Insuper dicam *Quintilianum*, maximum illum,a tempore *Tisiæ* usque ad *Balzac*, artisque oratoriæ peritissimum, existimasse Oratori, qualem ille depingit, necessarium diligenter & industrie hasce legere Comœdias.

Libenter nunc manum de tabula traherem: de *Platone* autem adhuc nonnulla dicenda, impedimentaque, quæ me jam detinent, tam diu seponenda. Confido cuncta ex voto successura, dummodo Tibi satisfacere, studiorumque Tuorum progressum aliquantulum adjuvare possim. *Plato*, de quo nunc mihi sermo, non est illustris ille ac divinus *Plato*,*Socratem* qui adamavit: est Poeta Comicus, cujus scripta sæpissime allegantur & commemorantur in Scholiis seu Interpretum Græcorum Commentariis.

Stylus ejus admodum egregius censebatur, purus ac nitidus, & asseritur quod Gratiæ Atticæ curam habuerint, ut ipsum purificarent nescio de qua duritie, quæ in Operibus aliorum, ante illum exaratis, adhuc percipiebatur. Certe nonnulla exigua fragmenta, quæ adhuc reperiuntur, satis ea, quæ hac in re retulere Antiqui, stabilire videntur. Divini Platonis Effigies exstat in his *Antiq. Græcis*, Vol. II. p. 83.

BACCHYLIDES, ARISTARCHUS, CRATES, PRAXILLA, TELESILLA.

Bacchylides Simonidis, de quo paulo ante. nepos erat, cui patria *Iulis* urbs inſulæ maris *Archipelagi*, ſeu *Ægæi* perinde eſt, *Ceæ*. Inter illuſtres Græciæ ſcriptores nomen ſuum profeſſus eſt Olympiade LXXXII. hoc eſt (ut tu optime noſti) CDL. annis ante natum J. Chriſtum. Scripta ejus fuere Odæ, Hymni & Epigrammata; atqui tot ex Operibus reſtant ſola quædam fragmenta, eaque oppido pauca. Imperator *Julianus*, qui inter antiquiorum temporum Principes doctiſſimus, hunc Poetam plurimi faciebat, & ab eo hauſerat multa ac egregia præcepta, quibus ſuam vitam compoſuit, honeſte caſteque vivendi. Inter alia quæ ipſi arriſerunt, hoc ſingulare, *quod caſtitas vitæ ſplendidæ ornamentum ſit maximum*. Si cuipiam mea circa hæc ſuſpecta ſit fides, illum ea de re certiorem faciet Imperatoris hujus coætaneus *Ammianus Marcellinus*.

Floruit quoque hoc tempore *Ariſtarchus Tragicus Arcadia Tegeates*; memoria autem hic refricanda, hunc *Ariſtarchum* plane diverſum fuiſſe a nobiliſſimo illo, Poematum Homeri cenſore ac correctore, *Ariſtarcho* itidem dicto. Obiter animadvertam, ſi alibi id forte omiſſum, hunc noſtrum non vixiſſe tempore *Piſiſtrati*, ſed ſub imperio *Ptolomæi Philometoris*; *Piſiſtratum* autem a *Philometore* CD. ferme diſtinguunt anni.

An valde neceſſarium te hic detinere Poeta Comico Athenienſi *Cratete*, ipſe dubito; verum quidem eſt, quod ejus mentionem ſæpiſſime fecerunt Veteres: omnia tamen ejus ſcripta alta jam dudum fere ſepelivit oblivio. Eodem, quo duo præcedentes, floruit tempore; & animadverterunt docti, quod *Ariſtoteles* de eo loquutus ſit, oſtendam egomet inſuper illum etiam *Ariſtophani*, *Ariſtotele* multo vetuſtiori, innotuiſſe. Locum hic libenter adponerem, cum auctorem hunc cura ſtudioque perlegerim; ſed ſi fidem mihi habere digneris, non ſollicite inquires qualia ipſius fuere Opera, qualis ipſi ſtylus, num edendo parcus, bibendove largus. Præſtabit abſque dubio duas illuſtres commemorare mulieres, quæ hoc quoque ævo inclytæ; altera earum erat *Praxilla*, urbe *Peloponneſi* nata *Sicyone*, quam hodierni Græci *Baſilicam* nominant. Præter id quod Dithyrambis, Odis, Hymnis aliiſque hujus generis ſcriptis inclaruerit, nihil de ea dicendum habeo. Altera, de qua mihi conſtitutum agere, eſt *Teleſilla*, *Argienſis*, & non *Thebana*, ut nonnulli ſcriptis mandarunt. Inſtar Amazonis ſtrenua hæc fuit; & *Pauſanias*, qui imperante *Marco Aurelio Antonino* vixit, ait ſtatuam hujus doctæ fœminæ adhuc ſuo tempore viſam, cujus ad pedes ingens librorum cumulus ſtratus, ipſa manu caſſidem tenente: res *Teleſillæ* geſtas optime hæc expreſſit ſtatua; nempe quod hæc adeo alacriter Argienſes exhortata eſt fœminas ad urbis ſuæ contra Lacedæmonios propugnationem, (viri enim tum in bello erant) ut Leones hi Græciæ, videntes animum fortem propoſitumque mulierum tenere & ſuum honorem tuendi & avitam conſervandi gloriam, diſceſſerint. Et ſane ita oportet ſapere; quis enim artium liberalium uſus, ſi non hic, ut animum reddant magnum, nobilem, fortem? Cæterum *Plutarchus* Tibi narraturus eſt, ſi forſitan id nondum dictum, facta *Teleſillæ*, & puriores ſemper ipſo ex fonte haurientur aquæ.

EURIPIDES.

Plutarchus deſcribens cladem Athenienſium in Sicilia, eos vincente & fundente Gylippo Lacedæmoniorum duce, ait plures milites, qui manus evaſere hoſtium, ſe ſuſtentaſſe recitando *Sicilienſibus* verſus quoſdam *Euripidis*, quos in theatro Athenienſium didicerant. Putaretque quis Euripidem gloria grata commotum fuiſſe, cum animadverteret quotidie nonnullos his ex miſeris ad ſe accedere, gratias ſibi agendi cauſa, utpote ipſorum liberatori & conſervatori, qui quoque addebant, ejus carmina non ſolum illorum infortunium ſublevaſſe, ſed majori ipſis fuiſſe uſui, quam tutelare Diploma, etiamſi huic manum adſcripſiſſent quinque Ephori vel duo Reges Spartanorum. Erat itaque *Euripides* poeta inſignis & glorioſus; ſed de his *Sicilienſibus* quid dicamus? Erant ne illi homines honore laudeque ſumma digni? Dolendum exemplum adeo illuſtre nullos habuiſſe imitatores: & ævo præſenti tales hiſtoriæ apud Gallos Hiſpanoſve haberentur pro fabulis veteris Græciæ, quæ ſemper mendax audiit.

Euripides eodem anno, quo *Perſæ* ad *Salaminam* devicti ſunt, natus; cujus locus natalis vocabatur *Phlya*, oppidum Atticæ. *Prodicus*, de quo in *Memorabilibus Socratis Xenophon*, ipſum docuit Rhetoricam; deinde comitem itineris ſeſe addidit *Platoni* in *Ægyptum*, ut cum ſacerdotibus hujus regionis converſaretur, qui tum temporis doctrina artiumque liberalium notitia ſacerdotibus Hiſpaniæ ac Italiæ illuſtriores & clariores erant. Crediderunt quidam *Socratem* ipſi in componendis ſuis Tragœdiis auxiliatrices præbuiſſe manus; id quod haud abſonum, nec minus verum eſt quod dictus fuerit *Philoſophus Tragicus*.

His ſepoſitis, *Ariſtophanes* omneſque alii hujus ſæculi Comici ludibrio populi adeo ſæpe illum expoſuerunt, ut ille conſilium demum ceperit *Athenis* diſcedendi, & *Archelaum* regem *Macedoniæ* adeundi, qui illum quoque excepit uti hominem, quem fama ſcriptaque egregia ipſi notum fecerant. Domicilium ipſi ipſa in Aula datum fuit: tum temporis enim Principes virtutis amantes erant, & literas illiſque incumbentes honore dignabantur. Ita hac in Aula æſtimatus ac dilectus fuit, ut cum Aulicus quidam halitus ejus (ut fertur) graveolentis cauſa, ipſum jocis ac cavillis excepiſſet, Rex auditis his, quæ *Euripidem* inter & *Decamnicum* peracta erant, ad illatæ ipſi injuriæ culpam expiandam, *Decamnicum* ipſi miſerit his verbis, ut ipſum pro lubitu flagris cæderet, eoque quo vellet tractaret modo. Verum hinc ita permotus fuit *Decamnicus*, ut hujus contumeliæ immemor nunquam factus fuerit. Apparuit id cum *Crateuæ* conſilium agitaſſet vindicare ſe de *Archelao*, qui opera ejus uſus fuerat quadam in re peragenda, quam non opus eſt hic exprimere. Rem enim eo perduxit, ut Rex vitam perdiderit, *Euripide* antea a canibus diſcerpto, quos in illum emiſerat *Decamnicus*. Quanquam alii narrent fortuito hoc infortunium eveniſſe, dum ſcilicet, Poeta in ſaltu quodam, ubi venabatur Rex, meditationibus ſuis incumbebat, longe ante hanc *Crateuæ* molitionem. Alii perſuadere conati ſunt illum a mulieribus diſcerptum ac dilaceratum, ut ulciſcerentur ſexui ſuo ab eo illatas injurias, de quo nunquam niſi male loquutus erat. Verum multa ſuadent hanc hiſtoriam ex *Orphei* fabula deſumtam.

Euripidis Tragœdiarum numerus apud Antiquos ad XCII. excrevit, quorum tantum XIX.

hodie restant. De stylo ejus nihil hic loci addam; comparatio enim superius in *Vita Sophoclis* facta satis illum ostendit. Quod mortis tempus concernit, res est explicatu facilis; transactis namque LXXV. annis, certo concludi potest illum uno alterove anno ante *Athenarum a Lysandro* expugnationem obiisse; quod secundum nostrum calculum incidit in annum CDIV. ante natum J. Christum. Ipsius Effigiem habes in his *Antiq. Græcis*, Vol. II. pag. 63.

ANTIMACHUS.

Antimachus, patria *Ionius* e civitate *Claro*, *Socratis* & *Lysandri* tempore inclaruit; quam veritatem in dubium vocare vix quispiam potest, historia satis superque jam dudum perhibente hunc *Lacedæmoniorum* ducem *Antimacho* poetam *Nicæratum* prætulisse. Hic Auctor multa composuerat, & inter alia vastum Poema de bello *Thebano*, quod *Trojanum* præcessit (quantum intelligere queo) XL. annis, aut circiter. Stylum quod concernit, perhibet *Quintilianus* fuisse gravem & plenum: e contra quidam afferunt ipsius versus inflatos fuisse (concilies hæc, quæso!) Idem Quintilianus refert in Epico Carmine proximas ab *Homero* laudes ipsi adnensos fuisse Grammaticos antiquos: res sane mira, si verum sit quod ille addit. Nam ait quod *Antimachus* artis plane rudis, vel saltem ejus parum peritus esset, quod nesciverit rationem affectus commovendi, & quod nullus ordo nullaque concinna dispositio ejus observaretur in scriptis. Quid hic statuendum ignoro, cum nihil ferme eorundem nobis jam supersit: hoc unicum scio, *Antimachum* valde fuisse loquacem; cui vitio si & id accedat, quod nullum servare sciverit methodum, ut fidem nobis facit *Quintilianus*, qualis tum censendus strenuus hic Antimachus? Interim *Homero* hunc substituere visum *Hadriano* Imperatori; conatus fuit hic Princeps antiquissimo Poetarum Græcorum summoque semper in honore habito laudem & gloriam, qua semper nemine reclamante exornatus fuerat per tot sæcula, detrahere famamque ejus delere. Quam tamen rem non est quod mireris: formidabilis hic potensque Imperator, Princeps hic, qui simul pictor, architectus sculptor, manubalistarius, poeta & genethliacus erat, qui L. legionibus militum stipabatur, classibusque suis totum occupabat mare Mediterraneum, animum subinde prodibat satis sinistrum, & sæpissime eam ob causam censuram Poetarum atque Philosophorum æque bene ac aliorum subibat, nam ut probe novisti, *millies atque millies reges principesque subditorum suorum cachinnis excipiuntur, ludibrioque habentur:*

Mille & mille fois
Et Princes & Rois
Aprestent a rire
A tout leur Empire.

AD ILLUSTRISSIMUM

COMITEM D. L.

ILLUSTRISSIME COMES,

SI quis capita hæc quatuor de Philistione, Dionysio, Philoxeno atque Aristophane, quæ Tibi nunc hoc Tabellario transmittuntur, videret, sine dubio jurejurando asseveraret, animum mihi gaudio immoderataque forsitan lætitia perfusum esse; & neminem ita contento degere animo. Interim affirmare possum nihil minus esse, illumque qui tale præstaret jusjurandum, maxime periclitaturum ne pejeraret. Cum vero sciam Te non amare submissionem quandam querelis plenam, mei muneris esse puto nec lamentationibus, nec lacrymis Tuam demereri gratiam. Et ut rem apte aggrediar, novisti ne qui me geram? Animo in prædium tuum de la Motte *me transporto, ibi Tuos intueor hortos, Tuos contemplor lucos, Tuisque me delecto ambulacris; Meus mea Tecum ibi ambulando seseque delectando perpendit magnificentiam quandam commodam facilemque, magnificentiam considerat urbanam & beneficam, quæ consolatur, quæ blanditur, quæ applaudit. Atque faustas has inter recreationes, Illustrissime Comes, ingeniosus evado ac subtilis. Nam oculis meis obversantibus tantum objectis jucundis, qui possibile foret, ut chartulæ, quas Tibi ex intervallo mitto, proderent mœroris cujusdam indicia, vel quidquam quod morosam ac tetricum, quod me tamen quandoque vexat? Atqui dolendum hasce effascinationes non esse constantes, suavitates illas demum finiri, & tandem ex ejusmodi amœnis jucundisque expergisci somniis. Verum enim vero ejusmodi literas hodie ne expectavisti? Fidem facio me præter expectationem eo jam venisse quo perveni. Quidquid autem efficere potuerim, oportuit calamum meum comitem secum habere ipsum cor, hocque illius non deserere consortium: omnino Tibi verba dare meamque indicare ægritudinem volebam, a qua tamen memoriam Tuam recolendo liber sum. Rogo itaque humillime fidem habeas, nec dubites, quin ipsemet sim qui nunc loquor, dum assero me, &c.*

PHILISTION.

Notus sine dubio Tibi quidam est continuo ridens, aliusque perpetuo plorans, de quorum utroque Græci tot jucunda facetaque tradiderunt. Verum hisce ne rebus fidem habes, quæ speciem veritatis adeo obscuram præbent? An Tibi persuadebis *Democritum* risum nunquam intermisisse? An facile putabis *Heraclitum* lacrymas usque ad tumulum fudisse, illumque post mortem in vastos illos mundi alterius transiisse campos, quos nominat *Virgilius miseriarum lacrymarumque campos?* Et existimabis ne denique *Heraclitum* nullam unquam admisisse consolationem? Illa ut ita intelligantur Tibi non auctor ero: diffidendum semper ejusmodi Græciæ mendacis hyperbolis, quibus adhuc magis diffidere oportet, historia auctoritate tantum sua speciem veri iisdem addente. Profecto cum docti illi scriptores afferunt *Democritum* semper risisse, quod revera senserint minime produnt, plus fidei ipsis tribueres, quam ipsimet ausi fuissent primum sperare. Procul dubio ipsis satis erit, si arbitreris, *Democritum* perfecte vanitatem desideriorum nostrorum miseriasque nostræ conditionis novisse, illum cuncta hæc mundana flocci fecisse, & denique illa reputasse saltem lusus pueriles, Sapientibus cachinnos moventes. *Heraclitus* autem e contrario iisdem magis afficiebatur, existimans ea, quæ frequentissime eveniunt, indigere consolationibus elaboratis, summoque leniri tantum posse conatu, quem adhibere rationalis potest philosophus. Jam itaque percipis, credo, quomodo brevis dilucidatio historiæ utrique valde incredibili fidem conciliat, & mox animadvertes quo tendere constitui, & quisnam hujus præfationis, quam legisti, scopus sit; nempe quod iidem Græci, qui *Democritum* absque intermissione ridentem delinearunt, miserum quoque *Philistionem* ridendo e vivis discessisse depingant, affirmentque quod dum adiret illum mundum *tranquillum, ubi regnat silentium*, recensuisse fabulas nugasque omnes, quarum Commentationes *Bernia*, *Caporali* & *Scaron* postmodum recuperarunt, iisque magnam gloriam reportarunt. Sed quidquid illi dicant, habere potes, si ita placeat, omnes illas historias pro apocryphis, vel easdem saltem eo, quo egomet hancce explicui *Democriti*, explicare modo. Omne sane, quod de *Philistione* scire debes, est, quod fuerit scriptor admodum jucundus, quique omnia ridicula possederit, & excellentissime jocum egerit mimicum. Cæterum haud puto illius Opera referenda in numerum comœdiarum concinnarum; constat potius illum egisse histrionem mimumque. Dum *Mimos* dico, non loquor tali de opere, quale eo nomine nuncupavit *Baifius*, sed de quibusdam Tragœdiis, quales aliquando *Romæ* fuere illæ *Laberii* & *Publii Syri*, quarum nunc restant tantum paucæ sententiæ, quas ex iisdem collegerunt Veteres. Fragmenta quædam exigua hodie *Philistionis* reperiuntur, quæ allegarunt Antiqui, quæque manifeste stylum ipsius produnt; verum numerus eorum adeo exiguus, ut jactura tam suavis tamque faceti scriptoris dolorem solummodo adaugeat. De tempore quo vixit, non admodum necessarium dicere, cum illum adjunxerimus istis duobus, de quibus præcedenti capite loquuti sumus. Vides fuisse coævum *Socratis*, uti Compilator *Suidas* in auctoribus vetustis etiam observaverat. Et hoc si verum, (uti nullus dubito) quid de *Eusebio*, illum ad tempora Imperii *Augusti* referente, dicendum? (hoc est, ad annum ccc. post *Socratem*) asseremus *Eusebium* se sæpissime aliis in locis fefellisse, qui propterea etiam hic facile errare potuit. Nihilominus si vis liberaliter cum illo ut agamus, nobis persuadere conabimur duos fuisse *Philistiones*, quorum alter *Socratis* sæculo, alter *secundi Cæsaris* vixit.

DIONYSIUS.

En alium a *Philistione* diversum. Nam hic reperies, *quod nimis ridendo mors obrepat; omnia hic plangunt, omnia suspiria edunt:*

Que l'on meurt à force de rire;
Tout y pleure, tout y soûpire.

Desideratur hic *Bernia*, abest & *Scaron*. Sermonem habere oportet de dæmone, quem virgo Siciliensis aliquando per somnum vidit, catenis ad pedes Jovis ligatum, e quibus non solutus fuit, quam ut flagellum suæ foret patriæ, & ut capita 200000. comminueret, quo diadema suo imponeret, quoque tyrannidem suam *catenis adamantinis*, ut dicere solitus erat, stabiliret. Uno verbo est *Dionysius*, & hoc omne est; *Dionysium* enim qui nominat, plurima nominat mala. Negari absque dubio nequit, quin animus ipsi satis generosus, sed perfidus & crudelis. Convenientia nulla unquam inter verba ejus veritatemque; jurajuranda cuncta perfida; blanditiæ ipsæ mortales: idcirco non dubitandum quin Tragœdiis componendis natura accommodatissimus fuerit, quare etiam plurimas exaravit, admodumque a se invicem discrepantes. *Sicilia*, *Græcia magna* (quæ hodie ferme est regnum Neapolitanum) theatrum fuit priorum; theatrum quod ejulatus planctusque resonabat,

Un Theatre funebre & tout tendu de deuil,
Toûjours baigné de sang, toujours baigné de larmes, &c.

Theatrum funestum amictuque lugubri adornatum, sanguine semper conspersum, semperque lacrymis madidum.

Verum tædio demum omnium horum affectus, tyrannidem, postquam diu materiam sufficientem historiæ præbuisset, ut horrore perfunderet posteritatem, deseruit: sub finem vitæ cupido ipsi incessit fieri Poetam, eaque manu, quæ sæpissime sanguine & amicorum & inimicorum maduit, quaque tot proscriptiones, tot urbium, communium, provinciarumque integrarum diruendarum mandata signaverat, periculum facere voluit, num eadem etiam Hymnos, Cantilenas Tragœdiasque conscribere posset. Verum longe facilius est Principem agere crudelem, Principem deceptorem & perjurum, quam Poetam. Idcirco narratur Græcos quidem admiratos citharistas, fidicines & cantores, quos aliquando ad ludos solemnes Olympicos miserat, sed quod Poetam Tyrannum sibilaverint, quodque dissecaverint ejus conopæa, quibus elegantiora & pretiosiora nulla apud Græcos visa a tempore belli cum *Medis* gesti. Ah! quale inde gaudium *Philoxeno*, ut ejus ex *Vita*, quam jamjam exordiar, constabit. Hoc tamen non fuit deterritus *Dionysius*; prudens nimis procul dubio erat, nimisque graviter hanc perferebat contumeliam, quam ut eam inultam relinqueret. Sagaciter hic cuncta disposuit: Judicibus, qui ludis præsidebant, consuevit, & quidem ea ratione, ut si nihil auri nullaque dona habuisset suis Poematis adjungenda,

Sur sa teste a cheveux gris
On n'eust point mis la couronne ,
Dont Apollon environne
Celle de ses favoris .

Non imposita fuisset ejus capiti canescenti corona , qua sibi addictorum tempora cingit Apollo .

PHILOXENUS.

Ah ! quodnam Philoxeno gaudium ! sunt eadem verba quæ mihi nuperrime exciderunt , dum odium , quo prosequebantur Græci *Dionysium* , dicebam . Quod tum Tibi notum facere volebam , certissimum est , totamque mihi consentientem habeo Antiquitatem , in iis quæ jam audies : Nempe, quod *Philoxenus* nunquam satis genio poetæ Tyranni gratificari voluerit probando laudandoque , quæ composuit , carmina . Suum nunquam satis conformare potuit animum ad voluntatem Tyranni : voluit Dionysium quodammodo inferiorem esse doctis eruditisque , qui nec Principes , nec Tyranni , nec Reges erant . Nihil adeo terribile quo hic noster a proposito deterreretur ; carcer (qui Siculis *Lapidicinæ* dicebatur) illum cogere nequivit ut diceret poemata *Dionysii* haud omni a parte mala esse . Et quod magis , interjecto aliquo temporis spatio , *Dionysius* , qui putabat se post gravem ejusmodi molestiam , facilius posse obtinere ejus assensum & approbationem quam alias, vidit nihilosecius, eo e carcere liberato , se opinione hac frustratum : nam *Philoxenus* quidem ab initio ad finem maxime attentas iis , quæ recitavit Princeps , præbuit aures . (Quin *Dionysius* crediderit silentium hoc continuum indicium fuisse admirationis , in quam carminibus suis rapiebatur , noli dubitare) Verum asperior *Philoxenus* subitaneo impetu confestim ipsius spei vanitatem patefecit : audito enim Poemate magno , mox discessit , & occurrens Præfecto militum prætorianorum , illi roganti quorsum tenderet , respondit , *ad Lapidicinas* ; nec me pœnitebit : ad minimum , inquit , tantam ibi molestiam non sufferent aures meæ ac in Aula . Nihilominus putant nonnulli hæc verba in causa non fuisse , quare in odium *Dionysii* incurrerit ; (hoc enim die hilarioris animi erat Princeps , quam ut inique durioris hujus Poetæ ludibria ferret) sed fertur hoc factum ob carmen quoddam *de amoribus Polyphemi & Galateæ* ; quo publicato nulla remissionis superérat spes ; scies enim obiter amicam *Dionysii* dictam *Galateam* , seu nomen hoc ipsi fictum , seu a parentibus impositum , perinde . Alii autem hisce adhuc aliud adjiciunt , quod procul dubio lubricum ac periculosum , veritati tamen satis consonum :

Les plus grands y sont attrapez ;
Evesques , Cardinaux , Gouverneurs de Province ,
Mareschal , Comte & Duc , Sur-Intendant & Prince ,
Combien de fois Iris vous a-t-elle duppez ?
Elle prend vos doublons , mais elle les partage ,
Avec le Directeur , l'Escuyer & le Page .

Nempe quod *Philoxenus* formosam amabat *Galateam* , quæ & illum redamabat , quam rem Princeps æquo tolerare animo nequivit . Decrevit itaque illum penitus perdere , & quamvis ad vitam ipsi conservandam cuncti omnem navaverint operam ,

Dithyrambes , Chansons , Hymnes & Tragedies ,
Sornettes & bons Mots , Farces & Comedies ,
Tout cela pourtant ne pût pas
Le garantir de l'horreur du trépas .

Dithyrambos , cantilenas , hymnos , tragœdias , mimos , comœdiasque , hæc tamen omnia insufficientia , quæ illum adversus mortis protegerent terrorem .

ARISTOPHANES.

Quid diceres de eo , qui in theatrum prodit ut Atheniensibus dicat , illos ratiocinari ut solent pueri , & si quando illorum consilia felici terminentur exitu , deorum id fieri munere & miraculo ? Inficias procul dubio non ibis , quin hic , quem loquor , fuerit summæ audaciæ . Quid autem diceres , dum a populo hac contumelia affecto , rosis , violis jasminoque idem respergebatur , & per universas veheretur Athenas laudibus & applausu cumulatus , quasi *Isocratis* vel *Aristidis Sophistæ Panathenaicum* composuisset . Videris mihi narrare felicitatem ejusmodi hominis , qui veritatem adeo invidiosam dicendo applausu tamen excipiebatur , qui lædendo gratiam promerebatur , & cujus scommata pari passu cum facetiis ac laudibus aliorum ambulabant . Verum quid tandem diceres (nam interrogationum jam satis) de eo qui probris nec *Cleoni* , nec *Hyperbolo* , nec *Lamacho* , nec *Pericli Olympico* , nec *Alcibiadi* , nec omnibus Reip. Atheniensis Optimatibus pepercit ? Cogitata tua ignoro , & absit ut divinare , quæ dicturus esses , cogitem . Ob magnam hanc faustamque libertatem , qua obstupesceres , nihil forsitan responsurus esses . Nihilominus novi Te nomen hujus viri res tales inauditas insolentesque peragentis rogaturum . Illum Tibi nominabo , ac si vel illum ex me quæsivisses , vel titulo hujus Colloquii non fuisset præfixum . Incomparabilis est *Aristophanes* : hic est quem Comicorum Græcorum principem agnovit omnis Antiquitas . En quale ipsi perhibet testimonium *Plato:Gratiæ ipsæ locum cum quærerent , ubi templum sibi ædificarent perpetuum , tandem cor Aristophanis elegerunt , quod postmodum semper inhabitarunt* . Et videtur mihi *Plato* tum temporis virum fuisse perhonestum , & procul dubio Gratias , de quibus loquitur , ipsi inspirasse duos illos perelegantes versus , quorum jam sensum soluta oratione expressi .

Lylius Gyraldus rem de nostro auctore narrat , quæ ostendit illum etiam extra *Græciam* plurimi factum fuisse , ejusque nominis gloriam æque late ac *Alexandri* per orbem sese extendisse . Ait enim *Magnum Regem* (alio nomine non veniebat *Rex Persiæ* (in *Græciam* pervenientem , ubi cum voluptate cunctis observatione rebus dignis visis , rogavit , ubi esset poeta Comicus , *Aristophanem* intelligens . Aliquid autem hac in narratione occurrit , quod veritati haud ita consonum videtur . Quis enim erat hic *Persiæ Rex* , qui tempore *Aristophanis Græciam* petiit ? *Darius primus* minime esse potest ; nec etiam *Xerxes* , cum *Aristophanes* forsitan nondum natus erat *Xerxe* Atheniensibus bellum inferente ; & *Darius Nothus* atque *Artaxerxes* in Græciam nunquam venerunt . Unde nullum mihi dubium quin a vero hic aberraverit *Gyraldus* . Excidit ipsi e memoria , historiam , quam narrat , excerptam esse ex comœdia quadam ipsius *Aristophanis* , ubi ait , quod *Rex Persarum* legatos , quos ad illum mise-rant

A rant Græci, de se suisque operibus quæsiisse; non autem ait Regem *Persarum* profectum in *Græciam*; qua in re hallucinatus est dictus Italiæ doctor. Et, hoc observato, fidas, quæso, illis qui volumina edunt vasta vastisque in formis. Mittamus vero jam *Regem Persarum*, & reminiscamur rei quæ *Aristophanem* longe celebriorem, quam hæc omnia, reddit: Athenienses decreto publico illum galero condecorarunt, confecto ex ramo Olivæ sacræ, quæ in arce eorum erat, in memoriam curæ & sollicitudinis, quam pro libertate Reipublicæ gerebat, semper pro viribus obsistendo insolentiæ potentum, consiliaque Atheniensibus salutaria suppeditando. B Hæc, quæ nunc Tibi commemoro, patent ex omnibus ejus Comœdiis, in quibus minime prætermittit eos sui admonere officii, illisque errores exprobrare: id quod agit tanta libertate, tanto vigore, tantoque eloquio, ut nihil supra. Comœdias composuerat ultra quinquaginta, quarum hodie restant nonnisi undecim, quæ tamen, favente fortuna, integræ sunt & absque lacunis. Atticæ facundiæ periti, quidque in recessu doctus habeat Græcus qui norunt, unanimi consensu agnoscunt Aristophanem solum esse, e quo hæc duo addisci debent. Et quorsum illa laus, ut quis appelletur C parens Attici sermonis elegantiæ, & eximius gentis totius orbis acutissimæ & subtilissimæ doctor habeatur? Certum præterea, quod qui Græcas in tantum calleat literas, ut huncce auctorem promte legere possit, ille eundem vix postmodum deserere queat; & olim facilius erat Sirenes ipsas præterire, illarumque cantu non detineri, quam unam hujus ex Comœdiis relinquere, quam ad finem non plane perlegerit. Hæc Tibi experientia loquor propria, minime ea in re aliorum suffultus judicio. Ast hac occasione, nullus ne Tuorum doctorum unquam Tibi narravit quod *D. Joh. Chrysostomus* dormiturus *Aristophanem* cervicali suo subjecerit? D Illud egomet sæpius audivi, & nonnulli inter recentiores id ita confidenter asserunt, ac si propriis usurpassent oculis. Novi quidem *S. Hieronymum* de semetipso in quadam *epistola ad Eustochium* dixisse, quod effusis plurimis lacrimis, quas fundere ipsum cogebat memoria commissorum peccatorum, assumeret suum *Plautum*: (cavillatores hoc respicient uti admodum jocosum sine dubio; serii vero inde minime offendentur) & nonne ex eo fonte effluxisse potuit, quod *de S. Joh. Chrysostomo* traditum? Præterea potest fieri, ut illi qui hæc nobis narrant, voluerint ostendere stylum hujus auctoris admodum convenire cum illo *Aristophanis*. E Verum dum hoc mihi persuadere voluerunt, me certiorem fecere alia de re; scilicet, quod nec cognoscant stylum hujus Patris Græci, nec Poetæ Atheniensis; vel si mavis, ut cum ipsis liberalius agamus, & absque ignorantiæ objectatione dicamus quod res ipsa est, pie credamus quod reapse norunt utriusque stylum, comparationem vero quam instituunt non admodum quadrare. Atqui meam jam non attendo prolixitatem; finiam idcirco absque definiendo num *Aristophanes Ægyptius*, vel *Rhodius*, vel *Melitensis*, vel *Ægineta*, an vero *Atheniensis* fuerit. Opinor Veteribus unum auctorem ad F tot loca referentibus, brevi manuscriptum quoddam minime perspicuum reperturum iri, quod illum *Ostrogothum* vel *Allobrogem* fuisse ostendet. His omnibus tempus, quo vixit, nondum designavimus; res vero hæc facile dirimitur, liquet enim nonnullas *Aristophanis* Comœdias publice actas bello Peloponnesiaco maxime sæviente; liquet *Aristophanem*, facie conspurcata ipsum lusisse *Cleonem*; liquet denique illum pluribus in locis mentionem facere *Niciæ*, *Chærephontis*, *Euripidis*, *Lamachi* atque imperatoris *Demosthenis*, ut hominum adhuc viventium: quibus perspectis, quis anceps de tempore, quo floruit *Aristophanes*, hæreret? Tu sane de eo dubius non eris, nisi historiæ, quam novi Tibi optime perspectam, jam oblitus fueris. Nostri Poetæ Effigiem vide, si vacat, in his *Antiq. Græcis*, Vol. II. p. 68.

ANTIPHANES.

Nihil forsitan de *Antiphane* dixissem, nisi jam nuper scriptum illud *de Charactere Comœdiæ* legissem. In eleganti hoc discursu nihil sane continetur, quod non Gratiæ propriis exaraverint manibus. Omnia ibi suavia, omnia læta, omnia jucunda: simplicitas hæc adeo pura atque comta, que ibi a capite ad calcem elucet, panegyricorum orationumque sublimitatem longe antecellit. Optarem solummodo ut nomen *Antiphanes*, de quo jam loquuturus sum, ibi etiam suum invenisset locum, quodque *D. Balzac*, qui tam egregium suarum lectionum habebat usum, illius non immemor fuisset, quod sine dubio legerat in hoc auctore, materiam hujus nostri discursus nunc suppeditante. Quale autem id erat, hic videbis, & spero Te libentissime accepturum. *Antiphanes* perlecta quadam e suis Comœdia coram *Alexandro*, secundum *Horatium* in iis, quæ carmina concernunt, aliis haud delicatiore: (istud confirmabit quod mihi excidit in capite præcedente, cum verba facerem de Veteribus illis diademate ornatis, qui tamen subactioris judicii haud erant aliis pileo saltem tectis) Princeps hic declaravit Comœdiam suæ exspectationi haud satisfecisse; unde *Antiphanes* minime perturbatus fuit; & videtur mihi Comicum hunc ad minimum tanto polluisse ingenio ac Rex Macedoniæ: *Admodum miratus fuissem*, inquit, *si Tua Majestas ejusmodi Opere delectatus fuisset; nihil illud continet quam quod humile, quod leve, quod vulgare; uno verbo, Comœdia est: Tua vero Majestas sublimior est, quam ut voluptate Comœdiarum oblectetur, maximæ, summeque funestæ ac sanguinolentæ Tragœdiæ nequidem eadem satis dignæ. Hujus generis poemata nemini placere possunt, nisi cui vita civium nobiliumque ordinis inferioris nota; nisi quibus Oranti, Iris & Clymena in caussa fuerunt, ut plagas acciperent, & vicissim darent; nisi iis demum, quibus mos est symbolam* XXX. *vel* XL. *obulorum conferre, quique de solutione inter se digladiantur*. Vides jam quid *Alexandro* dixit *Antiphanes* ante annos MM. quod nunc æque bene nosti ac si ejus coætaneus fuisses, vel *Athenæum*, qui hujus rei memoriam nobis reliquit, legisses. Ad minimum confido, quod melius hanc intelligas narrationem, quam illius qui eam antea in Latinum transtulit: illius enim versioni error inest, (de quo vide in fine hujus capitis) quo tamen carere meam paraphrasin probe novi.

Ast adhuc plura ibi occurrunt, quam quæ hucusque commemoravi; præter enim hunc errorem nominatum, alius revera naturæ diversæ commissus est, sed minime tamen meretur excusationem, & adhuc forsitan minus excusabilis. Si enim *Antiphanes*, prout quidam ex doctissimis nostri sæculi putavit, vixit Olympiade XCIII. quomodo Comœdiam suam recitare potuit *Alexandro*, qui imperium demum suscepit Olympiade CXI. hoc est, CCCXXXIII. circiter anno ante nativitatem J. Christi? Oportet ergo *Antiphanem* hunc diversum esse ab illo, de quo clarissimus ille vir, cujus celare volo nomen, loquitur; vel quod textus Græcus *Suidæ* vitiatus sit, ita ut loco ϟδ. Ολυμπ. id est, *Olympiade* XCIV. legendum Ολυμπ. ϱιά.

id eſt, *Olymp.* CXI. Quin etiam textus *Suidæ* incorruptus eſſe poteſt, & res ita ſeſe habere ac auctor illas ibi delineat. Verum accidere adhuc poſſet, quod Doctus ille, de quo agitur, id huic attribuerit *Antiphani*, quod de alio ejuſdem nominis poeta commemoratum. *Antiphanes* enim fuere tres, vel ſaltem duo. Verum nec iſte magis quam ille animum tuum ſollicitum habet: & fateor id & mihi quoque perinde eſſe, æque ac Tibi, etiamſi Scepticus eſſes ut alter Pyrrhon.

Translatoris Athenæi Latinum in ſermonem error, quem ſupra indicavi, in eo conſiſtit, quod exiſtimaverit περὶ ἑταίρας ſignificare *apud ſcortillum*, vel *apud amiculam*, quod vocabulum paulo verecundius videtur: interim hæc *Antiphanis* non eſt ſententia: nam δεδωκέναι πληγὰς καὶ εἰληφέναι περὶ ἑταίρας, ſignificat, quod ſint homines qui ſe graviter aliquando cauſa Caliſtes vel Dorimenes habent anguntque.

Deberem quidem, expoſita *Antiphanis* Vita, quinque vel ſex capita de *Phileta*, *Cratete*, *Menandro*, *Philemone*, *Apollodoro* & *Diphilo* ſubjungere. Verum exſpectans tempus ut huic animum adjicere poſſim negotio; hoc eſt, exſpectans ut animus mihi ſit tranquillior & quietor quam nunc eſt, ea quæ paucis abhinc diebus in anteceſſum de *Plejadibus* conſignavi, jam Tibi exhibeo; defectum autem hunc ſemper ſupplere Tibi facile erit, tranſmiſſis iis Capitibus, quæ hæc præſentia præcedere debent.

PLEIAS, SEU SEPTEM POETÆ.

Chaque endroit du grand Univers
Eſt remply d'animaux divers;
Les Villes, les Bois & les Plaines,
Des plus peſans ſont toutes pleines;
Les Mers, les Lacs & les Eſtangs,
Ont comme elles leurs habitans,
Qui ſous les loix du vieux Nerée
Parcourent la plaine azurée.
Les vaſtes eſpaces des Airs
En ont auſſi comme eux, mais qui ſont plus legers.
Hé! Qui ſçait ſi le feu, dont la ſphére brûlante
Embraſſe le grand corps de la maſſe peſante,
N'a pas auſſi les ſiens, qui dans ſon élement
Pouſſent de tous coſtez leur bruſque mouvement?

Nullus hujus Univerſi locus animalium diverſorum qui non ferax eſt: Urbes, ſaltus campique craſſioribus ac corpulentioribus abundant: Maria, lacus, ſtagna perinde ac illa colonis gaudent, qui legibus Nerei grandævi obtemperantes cœruleos campos perambulant: Extenſum latiſſimum aereum nec ſuis deſtituitur, quamvis volatilioribus, colonis; & quis ſcit, an non etiam igni, cujus ſphæra ardens amplectitur magnum corpus molis ponderoſæ, adſunt incolæ, qui undiquaque ſuo in elemento ſuos concitatos intendunt motus? Nihil certi hac in re aſſerere auderem, quamvis Aſtrologorum ex fide jurare poſſem animalia haud minus cœlum ac terram occupare:

Qu'on y voit des Serpens, des Ours, & des Lions,
Lievres volans, Beliers, Aigles, & Scorpions.

Quod cernantur ibi ſerpentes, urſi, leones, volantes lepores, arietes, aquilæ, atque ſcorpiones. Præter plurima autem alia animalium genera, quæ jam ſilentio præteribo, Taurus ibi conſtituitur, dorſo ſuo ferens glomum, vel, ſi mavis, congeriem exiguam aſtrorum, quam vulgo nominant *Plejada*, *Plejades* vel *Pelejades*.

Antequam ipſam adgrediar materiam, indicabo Tibi hoc ultimo nomine a plurimis Veteribus exiguis hiſce ſtellis impoſito, revocari mihi in memoriam quæſtionem *Ariſtoteli* ab *Alexandro* olim propoſitam; dum nempe eum rogavit, quare *Homerus* columbis (*Peleiades* enim columbas ſignificant) munus Jovi ambroſiam porrigendi tribuerit; res ſane eſt penitus myſtica, uti vides, & eruditorum abſque dubio admiratione digna. Qualis *Ariſtotelis* hac in re fuerit animus, haud difficile erit conjectare: quæ autem Celeberr. *Bochartus* de eadem haud ita pridem tradidit, merentur quoque Tibi ut cognita ſint, quæ quoque aliquando Tibi innoteſcent. Nunc vero digreſſionem hanc nimis longam prævideo, & conſultius duco mox me inde expedire, ancillas has Jovis alii reſervando tempori.

Ut igitur noſtras ad ſtellas revertamur, nomen ſuum ſeptem Poetis Græcis communicarunt, de quibus nunc verba fundere Tibi oportet, quæ quidem, ut videtur, paulo ampliora erunt, ni ob variationem breviora Tibi videantur. Sed primo una de re admonendus es, ſcilicet quod non inter ſe conveniant omnes de nominibus horum Poetarum; nonnulli enim exiſtimarunt inter *Plejades* ſeptem inſignes Tragicos, ævo *Ptolomæi Philadelphi* regis *Ægypti*, maxime florentes, comprehendi; & hæc eorum nomina, *Soſitheus*, *Lycophron*, *Alexander*, *Æantides*, *Soſiphanes*, *Philicus* ſeu *Philiſcus*, & *Homerus Junior* dictus. Alii vero (quorum quoque ſententiam amplector, licet hic non examinem vera ne ſit an falſa) hos coruſcantes Poetas fuiſſe *Theocritum*, *Nicandrum*, *Lycophronem*, *Callimachum*, *Apollonium*, *Aratum*, & *Homerum Tragicum* ſeu *Homerum Juniorem* putant.

THEOCRITUS.

Non eſt quod quis multum de ſolo natali *Theocriti* litiget, cum lis hæc facile & breviter decidatur; expreſſis enim verbis ipſe in epigrammate quodam quatuor verſuum ait, *quod alius fuerit præter illum Theocritus, ex Chio inſula oriundus, ſe vero Syracuſanum eſſe filium Praxagoræ & Philinnæ.* Qui ſcripta ejus evolvit, interque ea cultiſſimum Poema ubi laudes *Ptolomæi Philadelphi* decantat, nec magis de tempore, quo vixit, hæſitabit, cum certum ſit adminiſtrationem regni ſuſcepiſſe hunc Principem CXXIV. Olympiade, hoc eſt, anno circiter CCLXXXI. ante natum J. Chriſtum. Quapropter Tua venia jam Poetam paulisper relinquam, ut regem hunc intuear: digreſſio haud longa, nec forſitan perlecta injucunda vel tædioſa erit. En igitur quid margini mei libri adſcripſi, mihique ſoli tantum reſervaveram: *Optandum ut eruditus aliquis carminibus Gallicis reddidiſſet Poema adeo concinnum. Nullus enim Princeps eſſet, loquor de prudentiſſimis, magnanimis, munificis ut & doctiſſimis, cui non proficuum foret ob oculos habere virtutis adeo vivum exemplum, quale hujus* Philadelphi; *e numero pſeudo-Principum, imaginariorum fictorumve, haud erat, qui titulo tenus tantum tales ſunt, quique longo inanium nominum ordine hominum oculis caliginem offundunt. Erat hic totius* Ægypti *dominus, partiſque* Æthiopiæ, Arabiæ & Syriæ; *imperio ipſius parebant quoque* Cilicia, Pamphilia, Lycia, Cycladeſque inſulæ; *& ut paucis cuncta complectar, Dominatio neceſſum*

est ut valde ampla lataque sit, sub qua comprehenduntur 33339. civitates. Verum imperii hi limites virtutis ipsius terminis angustiores. Animo procul dubio erat magno & præstantiori Macedoniæ origine digno; atqui animus ipsi etiam beneficus & liberalis, qui noverat æque bene alios sibi devinctos reddere ac superare. Liberalitatis ejus testes omnes sub imperio ejus degentes eruditi honestique erant; ea tamen ulterius se extendit. Undique ad se accersivit virtutis amantes egenos, & eos quorum merita male ab aliis pendebantur; conquisivit quoscunque strenuos viros, quibus ulla causa fuit artem suam exsecrandi; & salutis cura horum hominum habita, se denique convertebat ad eruditos doctosque, quibus haud minus prospiciebat. Idcirco nulli unquam Principi meliora contigere servitia, quam huic, & nullus unquam Princeps tantam nominis adeptus est famam, eaque laudum celebritate merito exornatus, ac ille.

B

Sed ad Poetam redeundum, Tibique enarrandum & hunc nostrum inter illos fuisse, qui patrios reliquerunt lares, ut honori esset Aulæ Ægyptiacæ; & quod hoc illi male cesserit nusquam historia commemorat, vel hanc commorationem *Alexandriæ* ipsi injucundiorem illa Syracusarum fuisse. Quod dictionem ejus attinet, facilitatem ibi quivis experitur; atque in sermone vulgari vel pastoritio in tantum *Virgilio* præferendus, quantum lingua Græca Latinæ. Dialecto scripsit Dorica, quæ tamen longe suavior prisca illa Dorica. Quantum enim ad Doricam & Ionicam jam anticipare consultum duco quæstionem, quam alias mihi aliquando absque dubio proponeres: juvabit itaque animo concipere linguam Hispanicam referre multis modis priorem illam, Italicam autem haud inepte assimilari posse posteriori. Plurima sane hic mihi dicenda forent, si speciatim singula *Theocriti* adgrederer: has vero curas Grammaticis relinquere decet, & in Commentatorum messem falcem meam haud immittere; præterea hæc non coram Collegio quodam profero, sed coram Nobili. Si adhuc nonnulla adjungenda sunt, illa *Philadelphum* concernent; & revera debuissem Tibi dixisse hunc eundem esse qui quinque *Moysis* libros in Græcam transferri linguam curavit. (Non tamen universum Veteris Testamenti corpus, quamvis nec contrarium asserentibus sua desint argumenta) Scriptor quidam Judæorum sacerdos & *Vespasiano* coævus asseruit hoc Opus *Demetrii Phalerei*, Philosophi, Oratoris & Senatoris censuram subiisse: quod si verum, valde dubitarem numne Versio hodierna, & LXX. Interpretum dicta, eadem esset, quæ cura hujus Principis facta: tantum enim abest ut genius ibi appareat facundiæ Atticæ, ut potius plurimis in locis barbara plane videatur, & crederem quod *Anacharsis Scytha* ac vel *Bion Cozacus*, comestis Atticis quibusdam ficubus, æque bene Græce loquerentur ac auctores vel censores correctoresque hujus Operis. Sed forsitan *Demetrius* hanc non recensuit Versionem ea qua potuit cura, quod vel Judaismus ipsi displiceret, vel aliarum potius rerum desiderio teneretur, uti alii loqui amant, ego autem minime.

C

D

E

F

NICANDER.

Græcus, qui ante annos DCCC. vivebat, hæc quæ nunc afferam, me docuit: *Nicander filius Xenophanis Colophonius erat*, (*Ioniæ* autem civitas *Colophon* erat) vel secundum alios *Ætolus*. Non tantum Grammaticum & Poetam hic scriptor egit, sed & Medicum, postremo *Attalo*, dicto *Galatonicæ*, coævus, quem prælio vicerunt fuderuntque *Romani*. Libros duos conscripsit, quorum prior *Theriaca* inscribitur, alter vero *Alexipharmaca*, (qui ad nos pervenerunt, quamvis reliqua ejus scripta injuria perierint temporum) tertius depingebat Agriculturam, & quartus quædam morborum signa prognostica tradebat, Opus ex *Hippocrate* in formam paraphrasis excerptum. Præter hos autem libros, adhuc aliorum *de sedibus Oraculorum* auctor censetur, &c. Hactenus Græcus ille: (scilicet *Suidas*) Græcum autem hunc *Nicandrum* nunquam legisse facile credo; vel si aliquando legisset, memoriam exactam fidelemque, uti debuit, hujus rei non habuisse. Perhibet sane *Nicander* ipse duobus *Theriacorum* ultimis versibus, quod ex *Claro*, & non *Colophone*, oriundus esset; (mihique videtur satis bene posse concludi, quod ipse solum suum natale noverit) adjiciens ulterius se prope Oraculum *Apollinis Clarii* domicilium suum habuisse; (id quod occurrit mox in initio *Alexipharmacorum*) unde nonnulli Veteres eum habuerunt pro sacerdote hujus Numinis. Scholiastes optime quidem observavit, quod patrem suum non nominet *Xenophanem*, sed *Damneum*. Quantum ad eos qui dixerunt eum *Ætolia* ortum, somniabant forsitan longum illud temporis spatium, quod hac in regione transegerat, mihique satis firmis persuadeo argumentis, quod alii qui illum scripserunt *Alexandrinum*, eadem ratione inducti hæc nobis reliquerint, quod scilicet idem commoratus fuerat maximam vitæ suæ partem hac in urbe metropoli *Ægypti* sub imperio Macedonum, Romanorumque. Occurrit vero aliquid observatione magis dignum; nempe quod illi, qui putant Poetas, *Plejades* constituentes, omnes coætaneos fuisse, valde fallantur. Nam hic noster, qui sedente ad clavum imperii *Attalo Galatonica* (ut satis ex eo ipso liquet) inclaruit, referri debet ad Olympiada CLX. CXXXVIII. circiter annum ante natum J. Christum, regnante tum temporis in *Ægypto Ptolomæo Euergeta Physcone* cognominato, quasi *ventrosum* dicas (unde obiter animadvertere licet hunc Regem magnæ proceræque corporis fuisse staturæ). Ab initio regni *Euergetæ*, usque ad *Philadelphi* in thronum ascensum, intervallum est CXL. præter propter annorum.

LYCOPHRON.

De tenebris haud bene quis diceret, nisi initium desumeret ex illis *Ægypti*, quæ manu olim palpari poterant, quod sane in caligine & obscuritate permultum est. Debuerunt eædem hac ratione crassitie ad minimum adæquare aquam; & si quis Concionator, qui circa hanc materiam me longe audentior foret, ulterius ire vellet, juraret in verba cujusdam *Rabbini*, illas ex cœno macerato fuisse. Sint autem quodcunque volueris, nihilominus historiam ipsam æque singularem ac veram credo. Loquuntur adhuc de certis quibusdam tenebris siccis & suffocantibus, quæ aliquando *Siciliam* operuere ex

eruptione ignis, cinerum & pulveris e monte *Ætna*, quæ tenebræ (verba sunt Ciceronis) adeo crassæ per totam regionem, ut alter alterum difficulter discernere potuerit. Quin audiveris quoque de Cimmeriis tenebris, nullus dubito; pariter etiam procul dubio novisti cur mare, alias dictum *Pontus Euxinus*, appellatum fuit *Mare Nigrum*. Sed quidquid sit tenebrarum, nebularum, obscuritatum, & nigredinis, hoc omne tamen clarum ac dilucidum, si cum *Lycophronis Poemate Tenebroso* conferatur: (nam *Lycophronem Tenebrosum* appellat Latinus quidam Poeta, & Græci quoddam ejus carmen, hodie adhuc superstes, *σκοτεινὸν ποίημα*, hoc est, *poema tenebricosum*, nominarunt) & fatendum est nomina suis nunquam melius convenisse rebus; nec epitheton ullum rei alicujus naturam atque substantiam melius expressisse. Est enim hoc Poema ipsa obscuritas ipsæque tenebræ; est sane ingens Opus, quod a capite ad calcem penitus nigrum, non illud ebeni referens, sed fuliginis & carbonis instar. Sufficerent vero hæc, nec ulterius progredi necessum foret; sed ne in amœno ejusmodi itinere moremur, dicamus noctes hic a principio ad finem perpetuas esse, quod regio sit quæ & diluculum & crepusculum nescit, ubi lumen non magis observatur, quam in intimis terræ penetralibus. Si hisce aliquid ulterius adjiciendum, rogarem, quare hoc Poema non nominaverint crucem rotamque Grammaticorum? quare non habitum fuerit Noctis filius? & cur non dixerint Veteres animum Poetæ huic fuisse atriorem cute Nigritarum Abyssinorumque? Quæ omnia procul dubio in ipsum quadrarent. Quod vero mihi in manuscripto quodam, publicando quidem quamprimum illud mihi tempus suppetet describere, obvenit, res est minime prætermittenda. Dicitur in eodem nonnullos viros probos audivisse *Lycophronem* dicere solitum, illum semetipsum suspensurum, statim ac quis inventurus esset, cui satis ingenii acuminisque ad Poema suum intelligendum, & objectionibus, quas urgeret, respondendum. Quantum ad me, ea qua par est ratione hoc considerans Scriptum, opinor Poetam hic haud magnum incurrere periculum. Vix sane quispiam ejus arrogantiæ esset, ut in se susciperet enodationem *mysteriorum Cereris*, *Cæremoniarum Orphei*, & interpretationem *Merlini* atque *Nostradami*; & haud multo facilius esset Poema, de quo loquor, a capite ad calcem explanare:

Quiconque le faira, sera mon Apollon.
Quicunque illud præstabit, meus erit Apollo.

Quicquid horum sit, forsitan Poetæ non omnis excusatio præcisa: (mortuis enim suum tribuendum, & primi homines pro ignaris non habendi) non certe, quis enim ejus nomine posset respondere, *Cassandram* ibi loqui, & obscurum se sistendo, nihil præter morem arti familiarem admisisse, cum prophetarum dicta ambiguitate nunquam non laborent. Hac etiam ratione, veniam merebitur Rhapsodia ejus tot fabularum totque historiarum, quas unam post alteram contexuit, suumque congessit in Poema. Exemplis aliorum se insuper tueri posset; & quid demum nobis non diceret Vir, qui celebris adeo habebatur & revera erat Grammaticus, cunctorumque ante ipsum scriptorum notitia instructus? Ad minimum nobis diceret se non solum *Tenebrosum* esse, sed quod *Heraclitus* eodem insignitus fuerit cognomine CLX. annos antequam ille induxisset divinantem suam *Cassandram*. Ab altera parte argumentari ne quis potest satis vero similiter, quod contexendo hoc Opus unicum hoc propositum ipsi fuerit, ut scil. eis molestiam crearet, qui credunt se cuncta, quæ scribuntur, intelligere, nec non fabulas omnes, mythologias, linguas corruptas incognitasque atque sermones inconditos & confusos expedire? Credamus demum, (hoc enim fieri potest) illum irridere voluisse lectores illos morosos tetricosque, qui sola ea, quæ non percipiunt, admirantur, quique, quod non intricatum & difficile, flocci faciunt, ac non nisi prodigia & monstrosa diligunt. Dicamus insuper, illum voluisse animum torquere sudoremque movere quibusdam, qui suo sane abutuntur otio, qui gustu præditi sunt depravato, & qui non nisi cibos segnis difficilisque digestionis in deliciis habent. Quo in casu laudandum ne ipsius propositum? At *Luciano Lexiphanem* edenti alium putas ne fuisse scopum, quod scriptum adhuc in numerum *Tenebrosorum* referendum?

Verum contemplationi huic diutius ne inhæreamus, relinquamus dictionem futilis narratoris, ut alia adgrediamur.

Vixit hic Scriptor imperante *Ptolomæo Philadelpho*, de quo *Theocriti* causa antea dictum. Erat ex *Eubœa*, quæ hodie nuncupatur *Negropontus*, *Chalcidensis*. Præter Poema, quod ingenia Doctorum adeo torsit, Tragœdias XII. vel XIII. composuerat a *Suida* recensitas. Colophonem vero antequam addamus, verbo saltem Te certiorem faciam inter septem Plejadum cœlestium stellas unam reliquis sex aut longe minorem aut obscuriorem esse, quam *Lycophron* opportune inter Plejades poeticas refert.

CALLIMACHUS.

Callimachus, ex *Africa Cyrenæus*, regnantibus *Ptolomæo Philadelpho* & *Ptolomæo Euergeta* vixit, uti facile est evincere ex nonnullis scriptorum ejus locis. Inter sapientissimos sui ævi numeratus est; & forsitan difficile foret ullum indigitare auctorem, qui tot Poemata, ac *Callimachus*, cecinit. Cæterum scripta amabat curta, ita ut toto vitæ suæ curriculo nullum eo, cui titulus Αἴτια, seu *Causæ*, prolixius confecerit; rogatus autem cur brevia ita diligebat scripta, respondit:

Un grand volume est toûjours un grand mal.
Magnum volumen, magnum semper malum.

Id quod innuere quoque videtur in fine cujusdam *Hymni*, quamvis expositum modo parum discrepante, quæ explicatio forsitan Tibi haud displicebit; ait enim: *Euphratem fluvium quidem magnum esse, se autem delectari potius scaturiginibus claris & tranquillis, cujus gutta quævis limo cœnoque omni turgidi hujus fluminis pretiosior.*

Nihil hodie de illo restat, nisi *Epigrammata* quædam paucique *Hymni*; methodus ipsi scri-

bendi ſuavis & polita, quam ſæpius *Catullus* & *Propertius* imitati. Manum & nos de tabula, ne quis in aurem nobis inſuſurret:

Un grand chapitre eſt ſouvent un grand mal.
Magnum caput, magnum ſæpe malum.

Interim in themate ſequenti aliquid invenies, quod non minus *Callimachum* reſpiciet quam ipſum *Apollonium*. Effigiem ipſius ex Johanne Orlando hic appoſitam habes.

APOLLONIUS.

Verba, quæ hic Tibi proponuntur legenda, deſumta ſunt ex Græco quodam auctore, cujus nomen mihi incognitum; deque quo nihil aliud mihi dicendum, quam quod videatur valde antiquus, vel quod ad minimum ea, quæ narrat, excerpſerit ex certioribus probatiorum ſcriptorum locis. Hic itaque loci interpretem, & abſoluta verſione, grammaticum, agam, notas adjiciendo: *Apollonius Alexandrinus Sillei* vel *Hillei Rhodæque* filius, *Callimachum* habuit informatorem, grammaticam tum in *Ægypto* ſumma cum laude docentem; Poema ſuum conſcriptum publice recitavit, verum loco honoris, quem ſibi inde promittebat, ſannis publicis exceptus fuit, unde indignatione *Alexandriam* coactus relinquere inque *Rhodum* tranſmigrare, ubi demum ſatis longo temporis ſpatio manſit *Rhetoricam* docens, & inde *Rhodius* vulgo cognominari conſuevit. Hic moras nectendo longiores carmina ſua ea cura eaque felicitate expolivit, ut eadem publice recitans conciliaverit ſibi Rhodiorum animos, qui illum jure privilegiiſque civis exornarunt. Ferunt nonnulli eum *Alexandriam* reverſum, & edito ſuo Opere applauſum promeruiſſe omnium, ita ut Bibliothecæ Regiæ præfectus ſit conſtitutus, & corpus ejus, anima efflata, illatum in tumulum *Callimachi*. Commentarii hunc in Auctorem reperiuntur collecti ex ſcriptis *Lucilli*, *Sophoclis* & *Theonis*. Hactenus auctor ille Græcus mihi incognitus. Reſtant ſaltem nonnullæ obſervationes adnectendæ, utiles, ni fallor, Tibi futuræ ad melius hiſtoriam veterem cognoſcendam. Statim itaque commonefaciendus es hunc Poetam ſucceſſoris *Philadelphi*, ſcilicet *Ptolomæi Euergetæ*, tempore floruiſſe, qui imperio præfuit anno circiter CCXL. ante natum J. Chriſtum.

Poema, cujus mentionem auctor noſter facit, illud ipſum eſt, quod adhuc hodie noſtris teritur manibus, nempe opus Αργοναυτικῶν, ſeu *hiſtoria Aurei Velleris*; quod forſitan aliud non ſignificabat quam artem ſeparandi extrahendique aurum e mineris, quæ tum temporis reperiebantur in *Colchide* ſeu *Mengrelia*; vel, ſi aliis fides habenda, arcanum, quod Chimici appellare conſueverunt *Opus magnum*. Quod nunc de Poemate *Apollonii* mihi dicendum, eſt, quod Virgilius, qui procul dubio tempus ſcriptis inferioris notæ haud contrivit, inde excerpſerit loca integra, quæ in rem ſuam utiliter convertit. *Rhetor Longinus* inter Veteres obſervavit, nihil unquam repertum fuiſſe hoc in Opere reprehenſione dignum, quod proponere haud veretur quaſi veritatem omnibus manifeſtbm notamque. Nonnulli aſſeruerunt dictionem ibi obſervari æqualem, ſuavem, & facilem: cui tamen ſententiæ calculum meum ſi adjicerem, coactus certe id agerem: nihilominus aliquantulum Græcas mihi videor callere literas, & ibi differentiam quandam ſtyli ſubolfacere.

Bibliotheca, cujus creatus fuit præfectus, ea ſine dubio erat, quam conquiſiverat *Ptolemæus Philadelphus*, quæque inter res Occidentis pretioſiſſimas haud immerito habebatur. Ipſe textus videtur indicare quod *Apollonius* munere Βιβλιοθηκῶν τοῦ Μουσείου, id eſt, *bibliothecarum Muſei*, fungebatur. (*Joſephus*, verba faciens de *Ptolemæo Philadelpho*, ſimiliter dixit Βιβλιοθήκας τοῦ βασιλέως, *Bibliothecas Regis*: locus habetur lib. XII. *Antiquitatum Judaicarum*) Et nullus dubito, quin nonnulli putent verba hæc ita explicanda: interim novi vocabulum Μουσεῖον hic loci non ſignificare *conclave ſecretius*, ſed *ſacellum*, ſeu *ædiculam* Muſis ſacram. Hoc eſt, quod Bibliotheca Alexandrina ſervata fuerit in porticibus hujus loci ſacri, ut illa, quam *Auguſtus Romæ* erexit, erat in templo quod conſtrui juſſit in monte Palatino.

Quod in ſequentibus Auctor noſter tradat *Apollonii* corpus terræ mandatum juxta *Callimachum*, mirum admodum mihi videtur; & quodammodo certus ſum, quod ſi *Callimachus* hoc vidiſſet, indignatus ſane fuiſſet talem comitatum taleque ipſi attribui conſortium. Verum nimis diu eſt, quod Tecum jocatus ſim:

Si du ſéjour heureux où regne le ſilence,
Où l'on vit pour jamais exempt de tout ſoucy,
Où l'on vit ſans frayeur comme ſans eſperance,
Il euſt pû découvrir ce qu'on faiſoit icy,
Sans doute il euſt maudit la Parque,
Se voyant ainſi maltraité.
Contr' elle il euſt grondé, marmotté, tempeſté,
Il euſt dit mots nouveaux au tenebreux Menarque,
Et fait voir dans ſon monument
De tragiques effets de ſon reſſentiment.

Apollonius enim peſſime gratiam quam ipſum affecerat *Callimachus* rependerat, quare etiam hic in illum Poema valde mordax ſub nomine *Ibis* ſcripſit, omniaque dira ipſi precatus atque vovit, quæ poſtmodum in Latinum tranſtulit *Ovidius* in opere dicto *Ibis*.

Verum hanc oportet perficere narratiunculam, & nonnulla demum de Commentatoribus, qui hunc explicarunt Poetam, addere. Quorum primus *Lucillus* nuncupatur, qui ſæpius ab auctoribus commemoratur ſub nomine *Tarrenſis*, quod *Tarra* urbe inſulæ *Cretæ* oriundus eſſet. Alter autem *Sophocles* quidam, nonnullis eruditis dictus etiam *Sophocleus*, quos tamen errare conſtat. Quod *Theonem*, eorundem tertium, concernit, ille ſatis famoſus, aliiſque ſcriptis in alios editis auctores clarus. Aſſeverare ſane poſſum hanc epitomen (ipſa enim horum Commentatorum Opera amplius non exſtant) utiliſſimorum ſcriptorum haud poſtremam eſſe ad Græciæ antiquioris notitiam.

ARATUS ET HOMERUS TRAGICUS.

Aratus Solensis Cilix florebat tempore *Ptolemæi Philadelphi*, verum maximam ætatis partem in Aula *Antigoni Gonatæ* filii *Demetrii* dicti *Poliorcetæ*, hoc est, *urbium expugnatoris*, transegit.

Ex scriptis ejus solis *Phænomenis* pepercerunt ævi dentes, quibus Latino versu reddendis *Cicero* olim se addixit: alterius enim versionis, quæ vulgo adjungitur *Astronomico Hygini*, auctor *Cæsar Germanicus* communiter fertur.

A Duos adeo illustres Interpretes nactus, quam majorem expetere potuit *Aratus* gloriam? His tamen non obstantibus alicubi dixit *Cicero Aratum* astrologiæ ignarum, qua in re quoque omnes conveniebant Docti; nihilominus par erat versibus appositis & elegantibus hanc canere materiam.

Homerus Junior seu *Tragicus*, qui postremus Plejadum erit, ex *Caria Hierapolitanus* fuit, filius præstantis fœminæ Byzantinæ, *Myronis* dictæ, quæ Odas, Hymnos, diversaque alia Opera magni ab Antiquitate facta, composuerat.

F I N I S.



D. JOSEPHI BARBERII,

A SANCT-ELIA OPPIDO CASINI,

DE

M I S E R I A

POETARUM GRÆCORUM

L I B E R.

CLARISSIMO VIRO

JOSEPHO VALLETTÆ.



D Te, clarissime Joseph, Literatorum amplissime, Mecœnas eruditissime, Græci Poetæ miseri accurrunt. Tu enim Græcæ linguæ scientissimus, omnibusque bonis Artibus ac Scientiis ornatissimus, quæ tua est humanitas, Doctis omnibus favere soles. Et, quæ tua est justitia ac pietas, piam atque justam miseris Poetis opem tuleris. Si enim sunt miseri Poetæ, ingrati animi vitio non laborant, conabunturque vel mortui Musas ad tuas glorias excitare; saltem videntibus calcar addent, ad Te laudandum. Jam soles Poetarum labores tutari, ut Poetæ opera tua publicæ luci dati testantur. Hoc unum orant, ut se se benigno favore suscipias, sibique in præclarissima Tua Bibliotheca des locum, seque beatos dicent; illam dico Bibliothecam, quæ rarissimis referta libris, omnium est Disciplinarum Hyperaspistes, de qua concinunt.

Hic habitant Musæ. Hic sophiæ est Tholus. Ast ego fallor:
Musas, ac Sophiam hæc Bibliotheca docet.

Jurisconsultissimus enim es, & νόμων ἐμπειρίᾳ οὐδενὸς δεύτερος, & Jurisprudentiam omnibus scientiis exornas. Lingua tace, & Josephi Vallettæ glorias simul venerare; de laudato enim nulla laus satis esse potest. Es enim Joseph, scientiarum omnium Augmentum, quas omnes in præclarissima haud Valle, sed Aula Musarum; hoc est, Tua in Bibliotheca includis. Tibi felices annos plurimos, felicitatemque perpetuam apprecantur, & ego

Devinctissimus
D. JOSEPHUS BARBERIUS

ENCOMIUM.

TUrbabat mortale Genus discessus amantis
Divæ, Æqui, ac Recti Vindicis, atque mali:
Iccirco precibus cunctorum numina Divum
Sæpe fatigabat, sæpe petebat opem.
Librigeram ensiferam revocarent rursus ad orbem,
Sæpius orabat somnia vana Deos.
Mens ideo mortalis erat non conscia recti;
Nam versum Terris fas erat, atque nefas.
Annuit optatis sapiens Clementia Cæli;
Annuit Astræa hac lege rogata Diis.
Tunc redeam, dixit, talem mittetis in orbem
Quando Virum, qui me pandere rite sciat.
Tunc, Josephe, Dii, Te demisere ab Olympo,
Ac tecum Themidos, tunc rediere dies,
Et rediit, tecumque manet, semperque manebit,
Illustrata tua menteque semper erit.
Ancillasque simul dederunt Græcasque Camœnas,
Et Latias, Sophiam contuleruntque Tibi.

Devinctissimus

Cl. T. D. JOSEEHUS BARBERIUS.

POE-

P O E T I S

P R O OE M I U M.



INTER vos, o Poetæ, connumeratus, nostras collecturus miserias, Vitarum Poetarum Scriptores secutus Gyraldum, Vossium, Cl. Laurentium Crassum, quem nominasse, laudasse sit, has miserias collegi. Si parvæ videntur, quisque poterit enumerasse suas. Non mirum igitur, si, ut plurimum, eorum lingua utar; potuissem mea; &, ut melius energia & enargia colluceat, qua scripserunt lingua, fere profero illorum auctoritates. Collegi quidem; sed magnus fuit in colligendo labor: lege, & judica bene. Ne tamen siccus esset liber, placuit & meis, & aliorum carminibus, aliisque eruditionibus illum perfundere. Ni placet, & in censores non bonos ac malevolos offendet, non curo: nam detractores miserrimos esse ipsa docet experientia; & in libello, *Insipiens docens, & corrigens Sapientes*, abunde satisfiet, qui jam est ad finem. Ut te noscas, oro, ut me noscas: tuique cognitionem *Æmula hoc est imitatrix Divinitatis Ethica* te docebit, quam absolutam expecta. Si detrahis, te miserum dicis, & turpe est suam velle prodere miseriam. Vobis igitur, Poetæ, hæc scribimus, vos Satyras calletis, vestro me commendo patrocinio, quos semper plurimi feci, & in de *Poetarum Gloria*, testatum faciam: compatior vobis; compatior mihi. Hoc semper doleo, parvi esse bonas literas, quas ut bonus Poeta magni ducat, pro nihilo habet se multis opprimi (forte bruta) miseriis. Hilari tamen & forti estote animo: nam

Sapiens dominabitur astris.

Et, ut expressit cultissimus Octavius Tronsarellius:

Servum in se cœlum domitrix sapientia claudit.

Quod epigramma, cum ad rem faciat, huc transferre placuit:

Sapiens dominabitur astris.
Inter nos astris regnat Sapientia victis;
Fatorum sacras non subitura minas.
Sint illi stabiles mansuris thuribus aræ,
Et sorti illudat Filia cana Poli.
Servum in se cœlum domitrix Sapientia claudit;
Hac duce, Fortunam vincere quisque potest.

Quod est in III. fron. Jani Quadr. ep. XLIV. et. *Dat præmia Virtus*, & Salomon in *Sapientia* cap. VII. vers. 28. 29. 30. *Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. Est enim speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci, comparata invenitur, prior. Illi enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia.* Et quos Deus amat, corrigit & castigat. Poetas autem, qui boni sunt, esse sapientes, & Deo dilectos clarum est: & in *De Furore Poetico* melius patebit. Interim lege Franciscum de Petris, *Festiv. Lect.* lib. III. cap. X. vide locum, quem mihi locum indicavit eruditissimus Medicus & Poeta Federicus Meninni. Fortes ergo estote, o Poetæ, & substinete, &c. Testatur Ovidius:

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo:
Sedibus ætheriis spiritus ille venit.
Durate, & vosmet rebus servate secundis.
Deh durate, magnanimi, e voi stessi
Servate prego à prosperi successi.

Nam,

Post nubila Phœbus.

Et,

Ardua per præceps Gloria vadit iter.

Ex Petro Crinito *de Honesta Disciplina* in fine legis cantio contra ineptos criticos.

Quoi legent hisce libros, mature censunto:
Profanum volgus, & inscium, ne attrectato:
Omnesque legulei, blenni, barbari procul sunto;
Qui aliter faxit, is rite sacer esto.

Sed melius se expressit *lib.* I. *cap.* VII. ejusdem Operis; *Quam rem libuit hoc loco referre, ut quorundam insolentiam pariter & inscitiam deprimamus: qui quum se ipsos doctrina cæteris præferant, & præferri cupiant, in hoc maxime glorientur, si doctissimo cuique maledixerint; & alia reprehendentes, in quenque pari dementia blaterent: quum sit officium viri humanioris, non disciplinis modo, sed etiam doctis favere.* Hæc P. Crinitus.

REVERENDISS. SIGNORE.

D. *Giuseppe Barbieri servo di V. S. Reverendiss. desidera stampare alcuni Opusculi, quali sono* Æmula Divinitatis Ethica, Vita di Giuda, de Miseria Poetarum, *alcun altre Poesie, & altri Opuscoli; Per tanto supplica V. S. Reverendiss. a degnarsi di commettere la Revisione, & l'haverà à gratia ut Deus, &c.*

Il Signor FEDERIGO MENINNI *reveda, e'l referisca in scriptis* III. *Novembris* MDCLXXXV.

F. Verde Vic. Cap.

REVERENDISS. DOMINE.

REVERENDI Domini D. Joseph Barberii, Dominationi Tuæ Reverendiss. obtemperaturus, inscripta lectitavi Opuscula: *Æmula, hoc est, Imitatrix Divinitatis Ethica: Vita, ò Accidenti di Giuda: De Miseria Poetarum: Templum Josephicum: Rivulus Aganippeus adauctus prosa, cum oratione in laudem literæ A, ac de Vitæ humanæ miseriis Elegia*, in quibus nihil inveni, quod Christianæ Fidei, bonisque moribus adversetur; sed omnia ita pie, eleganter, & acute expressa, ut prælo digna existimem. Vale Reverendiss. Domine, diuque te Deus incolumem servet, rebusque secundis. Neapoli die xx. Novembris MDCLXXXV.

Dominationis Tuæ Reverendiss.

Servus addictissimus

FRIDERICUS MENINNI.

Visa dicta relatione imprimatur IV. *Decembris* MDCLXXXV.

F. Verde Vic. Cap.

ECCELLENTISS. SIGNORE.

D. *Giuseppe Barbieri servo dell' E. S. supplicando espone, come havendo da dare alle Stampe alcuni Opuscoli, cioè* Æmula Divinitatis Ethica, De Miseria Poetarum, Rivulus Aganippeus adauctus, &c. Vita di Giuda, Nottole Poetiche, Libertas Inæstimabilis, & Templum Josephicum, *con altre Poesie, supplica l' E. S. à degnarsi à commetterne la Revisione, & l' haverà à gratia, quam Deus, &c.*

Mag. Doctor Carolus Susanna videat, & in scriptis referat.

Carrillo Reg. Soria Reg. Miroballus Reg. Jacca Reg. Provenzalis Reg.

Provisum per suam Excell. Neap. die XXVII. *Novembris* MDCLXXXV.

COMUS.

EXCELLENTISS. DOMINE.

RHAPSODIAM hanc, *de Poetarum Miseria*, te jubente, legi. Fateor equidem, tum tanta me voluptate perfusum, cum eleganti stylo, ab erudito Autore exaratas, quæ longo ævo obrutæ fuerant, notitias percurrere datum est; quanto mœrore sum affectus ob Vatum miserias; perinde quasi solos Poetas miseros esse oporteat; & cum eis Fortuna sævo læta negotio frequentius, quam cum cæteris mortalibus ludum ludat insolentem. Miseri plane sunt homines omnes, si recto judicio res perpendamus humanas; sed horum omnium miserrimi sunt, & esse volunt, Poetæ; quippe qui nil umbram præter laurum, & Aganippidos fontem, aut amant, aut quærunt; atque velut aves caveæ inclusæ, ab aliis unde vivant expectant: liber, cæterum, nil quod Regis nostri Potentissimi adversetur Jurisdictioni, aut bonis moribus continet. Quamobrem in lucem prodire per typos potest, ubi tamen ita Tibi Excellentiss. Domine visum fuerit. Ex Museolo nostro Neap. xv. Kal. Januarii, Æræ Christi anno MDCLXXXV.

Excellentiss. Dom.

Ad tua genua procumbens ita censet
CAROLUS SUSANNA.

Visa supradicta relatione Imprimatur, verum in publicatione servetur Reg. Pram.

Carrillo Reg. Miroballus Reg. Jacca Reg.
Provenzalis Reg.
Illustr. Marchio Crispani non interfuit.
Provisum per Suam Excell. Neap. die XXI. Maii MDCLXXXVI.

COMUS.

DE MISERIA
POETARUM
PROOEMIUM.



FORTE fortuna (ut ſum librorum rarenter apparentium avidus) Jo. Antonii Campani *Poeſes* Latinas legebam, quas ille VIII. diviſit libris, (ut recenſet Michael Faernus, qui illas edendas curavit Romæ anno MCCCCXCV.) quod poſtremo libro occurrit, ſive in poſtremi libri additionibus, Compoſitio Sapphica, cujus lemma eſt, *De Miſeria Poetarum*, quam infra adſcribam. Ex quo ſemper in animo habui Miſerias Poetarum recenſere. Nec quieſcere, uſque dum animum ad ſcribendum appulerim, potui. Appuli igitur animum ad ſcribendum. Et, licet de exitu deſperabam, cum opus difficillimum, & meis humeris impar cognoſcebam, cum quia notitias habere Poetarum omnium res eſt non facilis, tum quia nec eorum, quorum notitias habemus, vitas omnium perſcriptas reperimus. Nec nos ejus nominis & pecuniæ ſumus, ut magni nominis Viros Amicos habeamus. Verum, utcumque res acciderit, rem exequi non deſtiti. Et triplicem faciens Poetarum claſſem, Græcorum ſc. Latinorum, Vernaculorumque, tribus rem recenſere libris tandem decrevi. Excuſatum me habeas, rogo, Polyhiſtor Lector, ni omnium recenſuerim miſerias. Feci quod potui. Certe voluntas non defuit, Nec labor defuiſſet, ſi libri & pecunia adfuiſſent. Forſitan erit, qui meos ſupplere defectus dignabitur. Quem oro obteſtorque ut faciat. Interim præſentibus fruere. Et memento,

In magnis voluiſſe ſat eſt.

Hæc ut tibi, Candide Lector, ſufficiant quæ ad manus ſunt, expecta: & in primis De Myſtis, hoc eſt, de Sacerdote, Parocho, Epiſcopo, & Summo Pontifice; quod operis gratum futurum arbitror hujus generis officio Viris præditis, ubi videris, meas, hoc eſt, Sacerdotales, didiciſſe partes; ſum enim Officio Sacerdos, Dei dono Parochus, Parochos inter humillimus.

JO. ANTONII CAMPANI
DE MISERIA
POETARUM.

Vade qua ſemper populi vagantur,
Qua manu ramis capiunt ab altis,
Qua notus ſpirat tenui ſuſurro
Vellera ſeres,
Vade per ſylvas Arabum beatas,
Qui vident Phœbum gelidas ad arctos,
Quis bis æſtatem totienſque brumam
Exhibet annus.
Aut agros Nili madidos calentis
Fer gradum ad ſuperos zephyri volatus,
Quære per totum ſtudioſus Orbem
Dive tridente.
Tu genus nullum reperis ſub ipſo
Syderum lapſu: Inferius Poetis,
Vilius ſacris nihil eſt Camœnis
Tempore noſtro.
Quid manum prodeſt ferulæ minantis
Tot pati pœnas teneris ſub annis,
Et ſequi fletu ſamium bicorni
Dragmate callem.
Quid juvat longas vigilare noctes,
Igne ſecerni Borea furenti,
Ducere & mœſta juvenilis ævi
Tempus in umbra.

Scribimus longos Veterum triumphos,
Conſulum faſces, Equitumque pugnas,
Carpimus luxum: pariter docemus
Dogmata vitæ.
Vivit Argoæ dominus carinæ.
Hectoris vixit domitor ſuperbus,
Vivit Actææ ſuperator arcis
Carmine Minos
Phyllidis triſtis lachrymantis umbra
Pyramum Thisbes miſerum clamantis,
Et piæ durum Alcyonis amorem
Carmina ſervant.
Liberatorem patriæ Camillum,
Qui Numantinos Numidaſque vicit,
Quique Cimbrorum domuit feroces
Milite turmas.
Carmen everſas Babylonis arces,
Ilii muros, Tyriæque Thebes
Alteram Theben penitus ruentem
Stare coegit.
Nemo tam claro genitus parente,
Nemo tam clara probitate fulſit,
Mox edax quem non perimat vetuſtas,
Vate remoto.

PROEMIUM.

Sed ſuum nunquam pretium laboris
Sentiunt Vates, alios & aurum
Veſtit & gemmæ, miſeris Poetis
Trita lacerna eſt.
Pictor ex pictæ pretio figuræ,
De tuba vivit tubicen canora,
Paſcit omnes ars ſua, ſola damno
Muſa Poetæ.

Jam palus triſtes retinens arenas
Eſt, ubi fontes fuerant Meduſæ,
Jam ruit rupes, tibi ſacra quondam,
Mitis Apollo.
O dulces magni, ingeniique Reges,
Imperatores, Equiteſque clari,
O boni, damnoſam Heliconis omnes
Flete ruinam.

e Miſeria Poetarum lege etiam Juvenalem *Satyra* VII. quæ reponetur in II. libro.

IN DETRACTOREM.

Noſce prius, dein judica, & infer. Hic ordo legendi eſt.
Judicat haud bene qui neſcius eſt Logicæ.
Ordine perverſo libros quid carpere? Dicam:
Invidus, ac mordax, inſipienſque furis.

DE MISERIA POETARUM

PRÆLUDIUM PRIMUM.



RIUSQUAM ſingulorum Poetarum Miſerias recenſeam, Poetarum miſeriam tribus Præludiis exequar. Poetæ ſane quam miſeri, adeo ut eos Plato e Rep. ejecerit, ut refert Athenæus lib. *Deipnoſ.* II. p. mihi 376. (ex Dalec. verſione) ſcribens: *Ut qui (Plato) libris de Republica e Civitate ſua Homerum expulerit, ac totam imitatricem illam rationem poeſeos*, locus Platonis eſt in X. *De Rep.* ubi ſtatim ab ipſo initio ſic ait: (Ficino vertente) *Ne videlicet ulla poeſis pars, quæ in imitatione conſiſtit, recipiatur*, & alibi. Spartani poeſim neglexerunt, teſte Pauſania, qui in *Lacon.* ita ſcribit (ore Amaſæi) p. mihi 77. *Spartani vero & poeticen, & omnem quæ ex hominibus contingere poſſit gloriam, omnium minime admirati mihi videntur.* Sceptici contra Poetas plurima ſcripſerunt, quæ refert Franciſcus Mirandulanus in *exam. doctr. vanit. gent.* lib III. p. mihi 938. & 939. c. III. Et in lib. I. *de ſtud. divin. & hum. philoſ.* lib. I. c. VI. obſcœnitatem deteſtatur Poetarum, & hinc fuiſſe ait, quod Plato a Rep. ſua Poetas expulerit. Mendaces eſſe Poetas, plurimi objiciunt, & inter alios Juſtinus Martyr, in *admonit. gent.* eodem Mirand. Interpr. p. 329. Et mendaciſſimam Theologiam Poetarum, eoſque de Diis male ſenſiſſe, teſtes ſint Heſiodus, Homerus, Orpheus. Vide eundem Juſtinum. Et proprium Poetarum epithetum eſt, mendax. Dicuntur etiam nugaces, inſani, leves, falſi, veſani, amaſii, ut colligit Raviſ. Text. in *Epithet.* v. *Poetæ*. Quas dederint miſeris Poetis obſcœnitatis notas, pudet me hic eas referre. Poetarum genus odio habuerunt multi, multos habuit obtrectatores & maledicos, o utinam non haberet! male audivit, & apud non paucos male audit. Poetarum tamen vituperatoribus clauſerunt os multi, & nos (Deo dante) claudemus in *De Poetarum Gloria* libro. Interim vide Gyraldum, & Spondanum in *Prolegom. in Homer.* & Scalig. in *Poetica*. Vino & genio indulgere Poetas, libertatique loquendi, res notior eſt, quam ut referatur. Non caruit Poetarum genus ſuis exagitatoribus, multoſque Poetas Tiberii temporibus periiſſe narrat Tacitus, & Dion, & Suetonius. Plurimos miſerandum in modum periiſſe, in ſingulorum miſeriarum recenſione patebit. Miſeri Poetæ. Vel ipſam Poetarum ſolertiam Barclajus in *Argenide* lib. III. p. mihi 304. vocat ſacrilegam. Claudam hoc Præludium, in quo per indicem Poetarum miſerias innuo, cum Gryllo XIII. eruditiſſimi *Aproſii*, in quo quam parvi fiant, videre poteris: *Sed eos quoque homines improbatos primo a Romanis comperio, qui carmen ſcriberent, ac poeticæ facultati incumberent. Poeticæ artis honos non erat: ſi quis in ea ſtudebat, aut ſeſe ad convivia applicabat, aut graſſator vocabatur. Ex quibus aperte conſtat, non modo Poetas ipſos primo in Urbe pro ineptis rejectos, ſed etiam graſſatores vocatos*, Crinitus ait lib. V. *de Honeſta Diſciplina* c. IV. quem vide.

PRÆLUDIUM ALTERUM.

POETARUM miseriam per indicem attigimus. Nunc rem paulo specialius attingamus; ubi de Poetarum inopia, paupertate, indigentia. Et primum pauperes esse Poetas, festivissime Cæsar Caporali, *nella Vita di Mecenate* p. 7.

Scrive un' Autor gravissimo, e discreto,
Ch' Apollo un dì pascendo al fiume Anfriso
Le vacche, e l'altre bestie del Rè Ameto,
Vide per quelle rive à l' improviso
Una povera Ninfa in humil veste
Di macilente aspetto, e magro viso,
Che cavando con l' unghia hor quelle, hor queste
Radici la meschina si nutria
De le men dure, e al gusto men moleste:
Ma il Pastor d' infocata fantasia,
Non mirando à bellezza, ò nobiltade,
Fece sì che l' indusse à sua balia
E n'hebbe una fanciulla, ch' a l'etade
Nostra ancor vive, Poesia chiamata,
Figlia d' Apollo, e de la Povertade.

Quo in loco sic observat Carolus Caporali; *Si che l'esser poveri i Poeti è naturalezza, che loro ne viene dalla stirpe materna, oltre il privilegio da Apollo concesso. E da* Michele Cervante *riportato nel suo viaggio di Parnaso, Che se alcun Poeta (dice) mai asserirà d'esser povero, si dia credito al semplice suo detto, senza ricercarlo d'altra attestazione, ò giuramento.* Et Ovidius, ut idem annuit, lib. *Trist* IV. eleg. IX.

Sæpe pater dixit, studium quid inutile tentas?
Mœonides nullas ipse reliquit opes.

Hinc fortasse Poetæ rebus in amatoriis tam versantur, ut Poeta non sit, qui amatoria non attingat. Ortus enim est Amor ex poro & penia, ut ex Platone Ficinus in *Comment. Convivii Platonis* cap. VII. orat. VI. refert. *Penia* enim est indigentia, ut hinc eorum indigentiam ex materna stirpe commonstrent; nam raro pori patris affluentia fruuntur, (porus *affluentiam* significat, ut ibidem Ficinus) & a patre ipso destituuntur. Fateturque ipse Ovidius se miserum *l. c.*

Sum miser, & de me quod doluere nihil.

Et ipsi Poetæ semper se miseros dicunt. Plena hac de re sunt illorum carmina. Inter plurimas autem Poetarum miserias illa maxima videtur, qua semper optantes lauri coronam, vel nunquam, vel raro pauci assequuntur. Cujus rei occasione hanc lusi Elegiam.

CUR PAUCISSIMI POETARUM LAURI CORONAM OBTINEANT?

ELEGIA.

QUisque Poeta cupit sua tempora cingere lauro;
Hoc amat, hoc toto nititur ingenio.
Sed paucis rigidus censor concedit Apollo.
Fert animus tanti causam aperire mali.
Sunt loca, quæ lauros generant altissima, montes
Sunt, quos non facilis gressus adire potest.
Inter quos Cœlo conterminus extat Olympus;
Ida alta, & lauri dicitur esse ferax:
Ex Helicone fluit Permessi monteque flumen,
Thessalus, & Peneus lauriger est fluvius.
Celso in Parnassi sunt culmine Musæ, & Apollo:
Illuc per præceps semita vadit iter.
Claudicat at Vatum pars major, vilia fundit
Carmina; se celsum carmine at ille putat.
„ *Non satis est verbis nudis conscribere versus,*
Quid? sæpe hac peccat parte, & inepta canit.
Impuram Venerem, & lascivos cantat amores
Turba Poetarum, quæ bibat Anticyram.
Quas lavet ut sordes, satis haud est fluminis unda
Permessi, & Penei, quorum aqua pura fluit.
Casta placent Musis, vos scribite casta Poetæ,
Castam & Apollinei sumite fontis aquam.
Quos impura premit scribendi carmina morbus,
Tu simul, & stultos dixeris, & miseros.

Et quidem; nam, ut ait doctissimus Antonius Quæregnus *Rapſ. var. Carm.* lib. I.

——————— mentem
Ægram credula decipit cupido.

Quem suas lugentem miserias *Rapſ.* lib. II. videas, ex quo imitor in malum Poetam;

An nescis sacræ infelix de vertice rupis
Sis trepidi, ut lapsu præcipitatus equi?

PRÆLUDIUM TERTIUM.

HIc Methodum, quam fervabimus in Operis progreffu, manifeftare placuit. Primo agemus *de Græcorum Poetarum Miferia*. II. *de Latinorum Poetarum*. III. *de Vernaculorum Poetarum Miferiis*. Primum & fecundum librum Latine fcribo: conatus effem primum Græce fcribere; verum fecutus Manuductorem Gyraldum, malui Latine fcribere, & hoc alias ob caufas. Alterum etiam Latino fermone, cum de Latinis fit Poetarum Miferiis, Latinis literis confignavi. Tertium Tufca, vernaculaque lingua fcribo, ut conformem me faciam. Methodus erit, In *Græcis*, Gyraldinis, aliorumque uti verbis; in *Latinis* Petri Criniti, aliorumque fermone. Idem faciam in *Vernaculis*. Si quis autem me Defcriptorem vocabit, verum dixerit, meque tantis e Magiftris didiciffe fatebitur, eritque mea gloria oftendere illos, a quibus profecerim. Potuiffem ftylo meo Auctorum (neque enim adeo ignarus fum) auctoritates reddere; verum, ut oftenderem plane, per quos profecerim, illorum verba defcribere malui. Poft cujufvis recenfitam miferiam, mea, aliorumque carmina ad id fubnectere vifum eft; ut varietate lector ad lectionem incitetur. Brevitati adeo confului, ut fæpe relictis auctoritatibus non inconnexis, ad rem meam tantum referre verba placuerit. Obiter Proverbia, & Eruditiones non omnino præterire, non vifum eft incongruum; ne nimium ficcus viderer. Aliqua Græca verba Latine protuli. Denique quid rari recenfere laboravi. Nunc ergo me Gyraldinis ut plurimum verbis loquentem audias.

INDEX POETARUM,

QUI IN HOC OPERE RECENSENTUR.

Linus.
Pierus.
Palæphatus.
Aibolus.
Eueclus.
Philammon.
Thamyras.
Thymitus.
Melampus.
Amphion.
Orpheus.
Mufæus.
Eumolphus.
Demodocus.
Phemius.
Pamphus.
Epimenides.
Arifteas.
Olympus.
Anthes.
Thaletas.
Syagrius.
Corinnus.
Palamedes.
Pittheus.
Pronopides.
Creophilus.
Nicias.
Brontinus.
Zopyrus.
Timocleus.
Perginus.
Theognetus.
Cercops.
Onomacritus.
Homerus.
Hefiodus.
Draco.
Solon.
Dropidas.
Hipparchus.
Pifander.
Euenus.
Tyrtæus.
Cherfias.
Xenophanes.
Timon.
Anacharfis.
Empedocles.
Theognis.
Marachus.
Batalus.
Battus.
Calliphanes.
Hippias.
Ariftylus.
Chœrilus.
Agis.
Archeftratus.
Chærephon.
Carcinus.
Carcinus Athenienfis.
Theognis.
Morychus.
Euages.
Dionyfius.
Antiphon.
Theopompus.
Melitus.
Hermippus.
Melanthius.
Ariftodemus.
Spintharus.
Theodotus.
Ifocrates.
Anaxilas.
Augeas.
Neophon.
Nearchus.
Æfchines.
Philemon.
Menander.
Philifcus.
Alexis.
Sofitheus.
Polyeuctus.
Arifton.
Arifton alter.
Theocritus.
Callimachus.
Apollonius.
Lycophron.
Euphorion.
Pigres.
Philetas.
Eratofthenes.
Rianus.
Heraclides.
Daphitas.
Daphidas.
Antipater.
Archias.
Boethus.
Oppianus.
Phrynichus.
Lycus, & Amepfias.
Epicharmus.
Æfchylus.
Philocles.
Morfimus.
Philippides.
Aftydamas.
Menippus.
Anaxandrides.
Plato.
Cratinus.
Philonides.
Eupolis.
Timocreon.
Sophocles.
Euripides.
Anacreon.
Ibycus.
Bacchylides.
Diagoras.
Philoxenus.
Timotheus.
Mefomedes.
Nothippus.
Philiftion.
Marfyas.
Phrynis.
Archilocus.
Arion.
Battus.
Alcman.
Alcæus.
Stefichorus.
Simonides.
Pindarus.
Cinefias.
Hipponax.
Eubœus.
Sotades.
Hemitheon.
Pherecydes.
Capnias.
Euages.
Polymneftus.
Pythangelus.
Sopater.
Sybaris.
Achilles, & Paris.
Hercules.
Tiberius Cæfar.
Germanicus Cæfar.
Nero.
Titus Cæfar.
Adrianus Cæfar.
Auguftus Cæfar.
Socrates.
Admetus.
Oppianus.
Apollinaris.
Proclus Lycius.
Maximus Planudes.
Marcus Mufurus.
Scipio Carteromachus.
Angelus Politianus.
Jofephus Scaliger.
Plato.
Ariftoteles.
Sappho.
Erinna.
Afpafia Milefia.
Elephantis.
Philoenis.
Aftyanaffa.
Megaloftrate.
Praxilla.
Eudocia.
Jofephus Barberius.

D. JOSEPHI BARBERII,

A SANCT-ELIA OPPIDO CASINI,

DE

MISERIA

POETARUM GRÆCORUM

LIBER.



SCRIPSERE, quos vidi, *de Poetis Græcis* Pomponius Gauricus, Lilius Gregorius Gyraldus; ille brevius; nam *Catalogum* tantum texuit; hic fusius; nam rem XII. *Dialogis* est executus. Scripsere Raphael Volaterranus, Franciscus Patricius in *Poetica*, & Gerardus Joannes Vossius, & Faber, novissime Cl. Laurentius Crassus. Omitto Athenæum, Aristotelem, reliquosque, ex quibus quicquid colligere potui *de Poetarum Græcorum Miseria*, breviter recenseo. Verum ex Gyraldo, ut plurimum verba refero, qui jam melius omnibus collegit. Ergo:

LINUS.

Linus Chalcidensis, vel Thebanus. Periit, vel ab Hercule percussus; Hercules enim cum in edifcendo tardior esset, & propterea vapularet, iratus Linum magistrum lyra peremit; vel in Eubœa ab Apolline sagitta confossus, quod se illi exæquare studebat. In ejus tumulo elogium est a Gyraldo Latine sic redditum:

Thebanum ista Linum suscepit terra cadentem.
Uraniæ natum, quæ bene serta gerit.

Distichon:

Quid, Line, te juvit Lyra? quid te juvit Apollo?
Aut Lyra te necat, aut Cantor Apollo necat.

PIERUS.

Pierus Lini filius, Macedo. Infelicis patris infelix filius. Miser in filiabus fuit; quæ cum veris Musis ausæ sunt decertare, unde victæ in Picas mutatæ sunt. Ovidius:

Auxerunt volucrum victæ certamine turbam.
Pierus has genuit Pellæis dives in arvis.
Peonis Euippe mater fuit:

Distichon:

Hic illud notum poterit jam dicere carmen:
Sæpe solet similis filius esse patri.

PALÆPHATUS.

Palæphatus Atheniensis. Miser, quia pene abolitus est vetustate. Ex ejus enim laboribus vix nomen remansit.

Distichon:

Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas,
(Nam tua, dic, ubi sunt?) dicere rite potes.

ASBOLUS.

Asbolus ex Centaurorum genere. Miser, quia ejus corpus ab Hercule fuit crucifixum, apposito hoc epigrammate:

Asbolus haud vocem metuens hominumque deumque
Frondosa piceæ suspensus in arbore pinguis.
Magno fero pendens longævis pabula corvis.

Sic Gyraldus. Janus autem Parrhasius in Horat. *Poet.* p. mihi 2. sic refert: *Qui* (Hercules) *cum Asbolum Centaurum cruci affixisset, hujusmodi epigramma inscripsit:*

Contemptor divum atque hominum, crudelis, & idem
Per terras scelere infamis, pro turpibus ausis
Asbolus, ex alta suspensus brachia pinu,
Semifero nigro depascit pectore corvos.

Stephanus vero Niger in Philostrati *Heroicis* p. mihi 723. aliter refert.

Distichon:

Asbolus Herculeum, quantum sit, dicere robur
Quit, quit & Alciden dicere Carnificem.

EUECLUS.

Eueclus Cyprius. Miser, quia Cypria ab eo scripta carmina Homero attributa sunt. Falso dicitur Euculus, & Eucleon. Vide Pausaniam.

Monostichon ex Virg.

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.

PHILAMMON.

Philammon. Miser, quia ejus, quas excogitavit, leges lyricæ, quæ *Nomi* appellantur, Terpandro attribuuntur. Vide Suidam, & Plut. & Zenob.

Monostichon ex Virg.

Sic vos non vobis nidificatis aves.

THAMYRAS.

Thamyras, qui & Thamyris, Thracius, Odryssius. A Musis est oculis privatus, vel morbo. Primus masculam Venerem induxisse dictus est. Ob superbiam pœnas apud inferos luit, Suid. Plut. & Pauf. qui in *Messenicis* pag. 124. ita prodit: *Ego vero ex morbo luminibus captum Thamyrin crediderim.*

Tetrastichon:

Musa nocet, Thamyras dicat, quem lumine Musa
Reddidit orbatum. Hinc erue: Musa nocet.
Mascula fœda Venus, Thamyræ tibi pœna fatetur.
Tænarus hanc punit. Mascula fœda Venus.

THYMITUS.

Thymitus Laomedontis filius. Disce a patre

ejus miseriam; cum sæpe verum sit illud, A
Sæpe solet similis filius esse patri.
Vide Diodor. Miserque, quia peregrinus fuit, ejusque vix nomen habetur.
Strophe Sapphica:
Regiam patris misere ruentem
Cernere, & patrem Herculea perire
Dextera, charos fugere ac penates,
Res miserorum est.

MELAMPUS.

Melampus Argivus. Ab Iphiclo captus, & in vincula conjectus est. Multa scripsit, sed ubi sunt ejus carmina? B

Vates fatidicus, vates Phthiusque Melampus,
Nihil cavere tempus invidum quiit.
Sol, qui fatiloquus, qui carminis Auctor & Actor,
Juvare noluit suum hunc, & duplicem.

AMPHION.

Amphion Thebanus. Post filiorum mortem sibi manus intulit. Ovid. VI. *Metam.*
Nam pater Amphion, ferro per pectus adacto, C
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
Prodicus Phocæus in *Minyade* scribit de Amphione apud inferos pœnas dante, ut refert Pausanias in *Bœot. Ajunt etiam apud inferos Amphionem ob eas contumelias plecti, quibus Latonam & ejus filios affecit.*
Distichon apud Virg.
Discite justitiam moniti, & non temnere Divos.
Cum prole Amphion nos docet esse pios.
Amphionis enim filii perempti fuerunt a Diana & Apolline, Pauf. *lib.* II. p. 56.

ORPHEUS. D

Orpheus Oeagrides. A Ciconum mulieribus discerptus laniatusque fuit; causa necis varia traditur; vel quod pueriles amores amissa Eurydice uxore excogitaverit; vel quod, cum viros a mulieribus abduceret, ab iis vino correptis laniatus fuit. Ovid. *in Ibin.*
Diripiantque tuos insanis unguibus artus
Strymoniæ matres; Orpheos esse ratæ.
vel aliis de causis. Refert Gyraldus. Non desunt qui dicant Orpheum fulmine ictum esse, Pauf. ecce carmen:
Orpheus hic positus cithara spectabilis aurea E
A Musis, trifido qui Jovis igne perit.
Et:
Orphea Musarum famulum hic Thraces posuere.
Qui cecidit rapido fulminis igne Jovis.
Parodia:
Quo, quo scelefte præcipiti ruis gradu?
Parumne campis mulierum fusum satus?
Non ut superbus invidum fundas semen;
Sed ut secundum vota destruas orbem.
Furorne cæcus, an rapit vis acrior?
Taces, & ora pallor albus inficit.
Sic est, sacer merito effluit tuus cruor. F

MUSÆUS.

Musæus Eumolpides. Omnia ex uno constare, atque in idem etiam omnia resolvi, opinatus est. Periit apud Phaleros, ibidemque conditus hoc epigrammate:
Eumolpi charum tenet ora Phalerica natum
Musæum, functum corpore in hoc tumulo.
Hic Boreæ beneficio aliquando volavit.

Monostichon:
Res est infelix patriis excedere tectis.

EUMOLPUS.

Eumolpus Chionides. Ovidius:
At non Chionides Eumolpus in Orphea talis.
Atheniensis. Multa scripsit. Ab eo Eumolpia Poesis dicta est. Vix nomen superest.
Monostichon:
Perdidit hic oleum, perdidit hic operam.

DEMODOCUS.

Demodocus ex Corcyra. Multa scripsit, quæ vetustate corruerunt. Demodocum male perisse, videtur innuere Ovid. *in Ibin:*
Ut duo Phinidæ, quibus idem lumen ademit,
Qui dedit, ut Thamyræ, Demodociq; caput.

PHEMIUS.

Phemius Ithacensis, aut Smyrnæus. De quo Naso:
Quid juvet ad surdas si cantet Phemius aures?
Publice docuit pueros literas Smyrnæ, Herodotus. Heu! quot hodie Phemii.

PAMPHUS.

Pamphus, aut Pampho, Atheniensis. Vix quædam ejus carmina supersunt.
Sit hoc tritum Tetrastichon:
Tempus edax rerum, consumit & omnia tempus,
Horum consumpsit carmina tempus edax.
Quid scripsisse juvat, tot sustinuisse labores?
Falsum: post cineres gloria nostra ruit.

EPIMENIDES.

Epimenides Gnosius, vel Phæstius. Dormivit annos LXXVII. vel XL. vel XLVII. vel. VI. (en in minimo tanta diversitas) Hinc, *Epimenidis somnum dormire,* natum est proverbium in somnolentos.
Monostichon:
Hinc vitam humanam potuit næ dicere somnum.

ARISTEAS.

Aristeas quomodo decesserit, vel fabulosum, vel incertum est. Hujus animam, ut Epimenidis, plerique errare solitam tradidere, & rursus cum liberet, in corpus redire, ut de Hermotimo quoque relatum est. De Aristea vide Origenem, & Herodotum, & Maximum Tyrium.
Monostichon:
Tandem obiit vere, rediit neque spiritus illi.

OLYMPUS.

Olympus discipulus & amatus Marsyæ, Ovidius:
In Phryga nec Satyrum talis Olympus erat.
Quæ scripsit, vetustas abolevit. De Olympo vide Apul. Plut. Plat. Aristot. Aristoph. Philostr. Pollucem.
Distichon:
Nomine nequaquam dignus; non ivit Olympum.
Limpidus is nec erat; teter Olympus erat.

ANTHES.

Anthes Anthedonius. Primus apud Græcos *Threnos*, hoc est, lamentabile carmen, condidit, Plut-

Plut. Ut apud Hebræos Hieremias. Nomen vix habemus.

Threnus:

Condere debebas tibi lamentabile carmen;
Ut Vates, tali carmine dignus eras.

THALETAS.

Thaletas Gnosius, vel Gortynius. Poemata multa perscripsit. Vide Pauf. Plutar. Boet. Sever. Martianum.

Fuit alter Thaletas Cretensis, vel Illyricus. Lyricos versus scripsit.

Distichon:

Scripsit uterque, utrumque abolere est nisa vetustas:
Quid juvit carmen pangere? Uterque miser.

SYAGRIUS.

Syagrius, qui ante Homerum *Iliada* composuit, ipsique Homero valde fuit infensus.

Pantametrum:

Sic vos non vobis vellera fertis oves,

CORINNUS.

Corinnus, qui & Corinæus Iliensis. Hic fervente adhuc Trojano bello *Iliada* scripsit.

Pantametrum:

Sic vos non vobis mellificatis apes.

PALAMEDES.

Palamedes Argivus. Poemata multa scripsit, quæ sive posterorum Agamemnonis invidia, sive ipsius Homeri perierunt. Adeo fere semper inter præclara ingenia fuit invidia. Eum interfectum esse indicare videtur Euripides, sic de eo canens: *Interfecistis, o Danai, interfecistis sapientem Musarum Philomelam.*

Epitaphium:

Hoc jacet in tumulo, enecuit quem Græcia mendax.
Hic miser occisus Pansophos ille jacet.

PITTHEUS.

Pittheus, Thesei maternus ævus, versibus sententias, aliaque composuit. Ejus est:

Esto satis comiti merces promissa laboris.

Ejus vix nomen superesse videtur.

Monostichon:

Quid juvit scripsisse? ejus vix nomen habetur.

PRONOPIDES.

Pronopides Homeri magister. Mundi principium versibus complexus est, quod *Protocosmon* inscripsit.

CREOPHILUS.

Creophilus Samius, vel Chius. Magister, vel gener Homeri; alii amicum, alii hospitem Homeri illum faciunt, Apulejus. Oechaliæ captivitatem scripsit, quod opus etiam ipsi Homero ascribitur, Strabo. De quo opere sic Callimachus:

Creophili labor, accepit qui dion Homerum
Hospitio, sævis ignibus uro duos,
Euryton, atque Iolen, nunc scriptum dicor Homeri,
Sed tamen ante fuit Creophili istud opus.

Utriusque sic ego:

Discipulus vobis est fortunatior. Extant
Illius, exitium carmina vestra tenet.

Poetas hosce ante Homerum, miseros omnes esse, ex potissimo capite colligitur: eorum scilicet opera, vel vetustate abolita, vel paucissimis obvia, vel paucissima ad nos pervenisse, ut Virgilianum illud jure dici possit:

Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas.

Et Tassi:

Tanto mutar può lunga età vetusta.

Fuisse vero ante Homerum alios Poetas asserit Gyraldus ipse *de Poet. Histor.* dial. 11. p. mihi 66. ex Cicerone sic dicens: *Nec dubitari*, inquit, *debet, quin fuerint ante Homerum Poetæ, quod ex eis carminibus intelligi potest, quæ apud illum, & in Phæacum, & in Procorum epulis canuntur*, hæc ille. (Cicero) *Clarum est igitur ante Homerum alios Poetas fuisse.* Hæc Gyraldus. Negant hoc alii, & præcipue Ger. Jo. Vossius cap. *de Poetis Græcis* 11. p. mihi 8. sic: *Sed qui ante bellum Trojanum fuisse dicuntur, a Poetis ficti sunt.* Et non longe post: *Quare sic statuimus, nihil nunc antiquius habere Græcos, Poematis Homeri, & Hesiodi.* Hæc Vossius. Sed ipsi viderint. Nos miserias Poetarum scribimus.

NICIAS.

Nicias Eleates. Hujus *Thronismi*, & *Bacchica* Orpheo attribuuntur; nec non *Metroi*.

BRONTINUS.

Brontinus. Hujus *Peplon*, & *Rete*, & Zopyro Heracleotæ, & Orpheo attribuuntur, una cum aliis ejusdem Poematibus:

ZOPYRUS.

Zopyrus Heracleotes. Hujus *Crateres* Poemata, & Orpheo, & Brontino adscribuntur.

TIMOCLEUS.

Timocleus Syracusius. Hujus *Soteria*, & Orpheo, & Pergino Milesio adscribuntur.

PERGINUS.

Perginus Milesius. Hujus *Soteria*, & Orpheo, & Timocleo Syracusio adscribuntur.

THEOGNETUS.

Theognetus Thessalus. Hujus *sacri Sermones* in XXIV. Rhapsodias distincti, Orpheo adscribuntur.

CERCOPS.

Cercops Pythagoricus, cum quo controversiam Hesiodus exercuit. Hujus esse dicunt iidem *sacri Sermones*, quos mox diximus Orpheo attribui.

ONOMACRITUS.

Onomacritus. Hujus *Oracula*, & *Teletæ* Orpheo etiam attribuuntur. De eo sic Vossius: *Onomacritus refertur, Orphaicorum auctor, quæ perperam ipsius Orphei dicuntur.*

Hic ergo Nicias, Brontinus, Zopyrus, Timocleus, Perginus, Theognetus, Cercops, Onomacritus, & cum iis etiam Orpheus, de quo diximus, miseriam habere, vel ex hoc ipso, quod diximus, patet. Miserum enim est incertos suos esse labores, vel laborum suorum gloriam apud alium esse. Testis sit Maro, qui dolebat:

A *Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.*
Si ergo Maro, duos tantum versiculos sibi ablatos esse, dolebat, qui nihil ejus læsuri erant gloriam; quanto magis hi omnes, cujus opera adeo dubia, ut cujus illa sint, prorsus nescias. Hinc ne mireris, me eadem pluribus attribuere; cum enim res incerta sit, ut miseriam colligam, incerte attribuo, ut recenset Gyr. *l. c.* p. 56. Dicant igitur:

Sic vos non vobis fertis aratra boves,
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis vellera fertis oves.
Sic vos non vobis nidificatis aves.

Quos Virgilii versus sæpius inculco, utpote ad rem, de qua ago, accommodatissimos. Horum
B omnium, præter Orpheum, sit Octastichon.

Siccine, Phœbe, tuos gaudes tractare sequaces?
Hæccine tu reddis præmia nobis?
Quid sudasse juvat? Juvit quid pangere carmen,
Talia si meritis præmia nobis?
Absumpsit Tempus si carmina nostra: supersunt
Quæ saltem, nobis integra starent.
Saltem essent nobis ascriptaque firmiter. Eheu!
Quam miserum & vanum est esse Poetam.

C Orpheus autem, præter eam, quam diximus, miseriam, aliam etiam habet, eaque est, quod Aristoteles, & eum secutus M. Cicero, nullum fuisse Orpheum putaverunt. Ælianus quoque falsa omnia & fabulosa esse, quæ de Orpheo traduntur, censuit. Hæc Gyraldus *l. c.* p. 52. Nunc ad Homerum.

HOMERUS.

Homerus. Miser fuit Homerus, adeo ut difficillimum sit (ut ait Thersagoras) laudare eum, quod nihil de patria, nihil de educatione, de moribus, ejusque cæteris rebus certi habemus. Miseriorque, quia ne nomen ejus quidem innotescit. Miserri-
D mus, quia miserrime obiit; nam vel fame consumptus: vel quod a piscatoribus sibi propositam quæstionem haud dissolvisset, quæ talis erat:

Quæ cepimus amisimus, quæ non cepimus portamus.

Aliter etiam ejus mortem narrant. Miserrimus, quia cæcus in vita fuit; ex quo nactus est nomen: & quia mortuus calumniatorem Zoilum habuit Homeromastigem. Homeri Epitaphium est, ut vertit Gyraldus:

Sacrum hic terra caput divinum claudit Homerum,
E *Heroum atque virum cecinit qui fortia facta.*

Vel si mavis, ut reddit Leo Allatius in *de patria Homeri*:

Condit humus caput hæc sacrum, qui versibus arma
Fortia divinis Heroum ornavit, Homerum.

Sic etiam habet Spondanus in *Prolegomenis Homeri*.

De Homero vide Herodotum, Vellejum, Artemidorum, Harpocrationem, Pausaniam, Lucianum, Plutarchum, Suidam, Cornelium Nepotem, Eusebium, Eutropium, Solinum, Philostratum juniorem, Ciceronem, reliquosque, ex quibus colligit
F Gyraldus. Aristoteles in *Poetica* Dæmonem Homeri patrem prodidit. Ovidius apis aculeo Poetice occæcatum Homerum cecinit, alio morbo. De Patria Homeri ex Recentioribus Attica Siren Leo Allatius scripsit, quem consule, & de Natalibus Homericis, & Homerum a calumniis vindicatum.

Threnodia:

Defleant Poetarum Parentem Musæ;
Defleant Poetæ; defleant Cothurni;
Socci defleant; Sophi Physici, & Morales;
Defleant Duces, Reges, lacrymentur omnes.
Omnium Parens horum jam Homerus extat.
Quicquid haud sciunt omnes, scit unus iste.
Quæ videre non queunt, hic ecce vidit.

HESIODUS.

Hesiodus Cumæus. Ab Amphiphane & Ganetore interemptus est; cadaver ab iis in pelagus projectum est. Vide Plutarchum & Pausaniam, qui mortis causam afferunt. Ejus Elogium:

Fertilis Ascra quidem patria est, verum morientis
Pugnaces Minyæ condita membra tenent Hesiodi.

Miser fuit ab ipsa nativitate Hesiodus; Parentes enim ejus ære alieno oppressi, cum unde dissolverent nomina non haberent, Cuma in Ascram Bœotiæ vicum demigrarunt, ubi est puer educatus. Miser, quoniam judicem ineruditum inter se & Homerum nactus est Panidem Chalcidis regem; unde proverbium, *Panidæ suffragium*: quod in eos ferri solet, qui inerudite minusque sapienter judicant. Irridet Hesiodum Lucianus in Dialogo, qui *Hesiodus* inscribitur. Miser, quia supersenuit; nam senectus ipsa morbus est, teste Comico. Ex quo proverbium, *Hesioda senectus*, de iis, qui supersenescunt. Obtrectatoribus non caruit Hesiodus: siquidem iniquas adversus eum controversias exercuisse Cercopem legimus, ait Gyraldus: in tantum excellentissimus quisque aliquo est detractore vexatus. Miserior fuit Hesiodus, quia Pythagoras, cum apud inferos descendisset, Hesiodi animam vidit ad columnam æream suspensam, astrictamque adeo, ut stridere videretur, & cum ea Homeri quoque animam serpentibus undique incinctam. Misera aliis Græcis Poetis communis.

Distichon Jambum:

Deum caterva quid te inanis adjuvat?
Tot inter ullus haud tibi favet deus.

DRACO.

Draco Atheniensis. Primus Atheniensibus leges tulit, leges non atramento, sed sanguine (ut Demades ajebat) conscriptas. Nimis severus fuit. in Ægina insula interiit: in theatro enim sedens vestibus ac tunicis pluribus injectis est oppressus, atque ibidem in theatro sepultus, Gellius, Plut. Pausan.

Monostichon Trochaicum:

Hinc Draconem jam Draco Stygis retorquet.

SOLON.

Solon ex Cypria Salamina oriundus, Atheniensium legislator. Molitus esse dicitur leges perscribere, sed id non perfecisse: alii stultitiam simulasse ajunt. Legite Justinum, Laertium, Plutarchum, Herodotum, Pausaniam. Athenis secessit. Obiit in Cypro. Ut leges ejus servarentur, Athenas non rediisse fertur. Ex Laertio alias Solonis collige miserias. Ejus elogium, Cicerone teste, sepulchro inscriptum est:

Mors mea nunc careat lacrymis, linquamus amicis
Mœrorem, ut celebrent funera cum lacrymis.

Monostichon Jambicum:

Fuit tibi mors lex tua exuli ab ea.

DROPIDAS.

Dropidas, vel Dropides, Solonis frater. Fuit egregius Poeta; sed illius nomen ac famam fratris illustris gloria obscuravit.

Distichon Trochaicum:

Ipse fratre proprio, vel omne perdis
Nomen. An dari potest miser magis te?

HIPPARCHUS.

Hipparchus Atheniensis. Ab Harmodio & Aristogitone occisus est. Ejus necis causa varie proditur. Ea verius esse dicitur, quod familiarem sibi quendam adolescentem haberet, cujus amore tenebatur Harmodius.

Scazon:

Amor nocet. Zelotypia enecat. Vita
Cuncta ergo perdit, cuncta non Amor vincit.

PISANDER.

Pisander Camiræus. Tanta atræ bilis vesania correptus est, ut sibi continue timeret, ne suæ ipsius umbræ occurreret: anima enim se vivens destitutum existimabat.

Epitaphium:

Infelix propriam timebat umbram,
Se vivens animaque destitutum
Credebat. Miserum satis putato;
Dum vitam neque credidit tenere.

EVENUS.

Euenus elegiarum Poeta. Quidam eum in amnem Lycorbam demersum fluvio nomen dedisse autumant. Quicquid de hoc sit.

Distichon:

Fonte Caballino Musarum haurire liquorem est
Invidus Euenus corruit in fluvium.

TYRTÆUS.

Tyrtæus Atheniensis, dictus etiam Spartanus, Milesius, Mantineus. Tanta est plerunque eadem de re scriptorum varietas! Deformis ipse fuit aspectu, & claudus: eum & luscum describit Porphyrion. Erat ludi literarii magister. In contemptum Lacedæmoniis belli ducem datum ait Pausanias. De Tyrtæo Strabo, Pauf. Trogus, Aristoteles, Orosius.

Inscriptio.
Tyrtæo Poetæ
Deformi, lusco, & claudo,
Literatori militi contempto:
Qui
Parnassi montem non conscendit;
Quia claudus erat:
Quia luscus erat;
Montemque male videret.
Quem, si conscendisset,
Musæ, propter ejusdem deformitatem, ejecissent.
Cenotaphium
Trias hominum
Deformium, luscorum, claudorumque,
Finxerunt
Hoc, ora, Viator:
Ne sis Tyrtæus.

CHERSIAS.

Chersias Orchomenius. Cum Periandro longo tempore simultatem exercuit Pausanias: nullam apud se hujus Poetæ memoriam extare scribit.

G. Tom. X.

A Galliambus:

Chersias miser! revelat neque te tuum initium.
Memorant tuum laborem fragiles neque calami.

XENOPHANES.

Xenophanes. Contra Homerum & Hesiodum jambos & elegias scripsit: hinc a Gyraldo vix dignus putatur, ut inter Poetas connumeretur. Meminit Xenophanis Cicero, Strabo, Athenæus, Simplicius, Theodoretus, Suidas, Clemens, Origenes, Plutarchus, Phalereus, & Laertius. Hic scribit, illum patria pulsum.

B Scazon:

Pulsus miser sum patria malam ob linguam:
Ex me ergo, qui legis, loqui recte disce.

TIMON.

Timon. Ejus fuit naturæ, ut omnibus malediceret, nulli parceret, & ideo omnibus erat infensus. Hinc Μισάνθρωπος, id est, *hominum osor*, cognominatus est. In maris littore sepultus est. Tale sibi fecerat Epitaphium:

Hic sum post vitam miseramque inopemque sepultus.
C *Nomen non quæras, dii lector te male perdant.*

De Timone scribunt, Athenæus, Suidas, Sextus Empiricus, Gellius, Plutarchus, Lucianus, Cicero, Plato, Aristophanes, Laertius. Novissime ejus fragmenta collegit Daniel Heinsius.

Timonis Epitaphium:

Humani Generis prope littus conditur osor.
Scire cupis causam? Crimina ut unda lavet.

ANACHARSIS.

Anacharsis Scytha. In venatu a fratre sagitta percussus interiit, dicens se per invidiam in domo D & patria periisse. Quidam Græco ritu sacrificantem occisum tradunt, teste Laertio. In Anacharsim tale est Laertii Epigramma:

In Scythiam patrias rediens Anacharsis ad oras
Orabat Græco vivere more suos.
Vix ea cum summo infelix versaret in ore
Verba, senem superis dira sagitta dedit.

De Anacharsi plura leges apud Laertium, Lucianum, Herodotum, Suidam.

Epitaphium:

Hic jacet Anacharsis.
Qui
Novas dare leges patriæ tentans,
E *Occisus est.*
Qui legis, edisce:
Leges immutare cave:
Nam
Ægerrime homo fert leges suas;
Alienas autem non tolerat.
Abi.

EMPEDOCLES.

Empedocles Agrigentinus. Adeo miser, ut tanto divinitatis desiderio ambitiosus æstuaverit, ut se noctu in crateras Ætnæ dejecerit, ut in deorum numerum repente translatus a populis crederetur: id quod ab igne rejecta calciamenta, frustra ab eo tentatum ostenderunt: unde ridetur a Luciano. Ejus multa Poemata igni tradita dicuntur ab illius sorore, seu filia. Ex Empedocle illud est proverbium: *Empedoclis inimicitia*, vel *simultas*, in eos, qui constanter in aliquos inimicitias continuant; Empedocles enim assiduas & pertinacissimas exercebat inimicitias.

Manutius ex Diogeniano, & Suida. Plura de Empedocle tradunt Suidas, Pachemerus, Sophronius, Simplicius, Aristoteles, Origenes. De Empedoclis morte Horatius:

—— Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Insiluit.

Diogenes tamen Laertius de Empedoclis obitu varia refert. Sed plenius de Empedocle fortasse in *Empedocle Restituto*. Interim lege Diogenem, & Lucianum.

A Enthusiasmus, & ex Horatio Cento:

Sit jus, sit jus, sit, liceatque perire Poetis.
B *Servari nolint? Non sit qui tollere curet.*
Aut fanaticus error, & iracunda Diana
Vesanum tetigit. Metuant, fugiantque Poetam
Qui sapiunt. Prudens huc se dejecerit; anne
In mala derisus semel, exceptusque sinistre
Insiluit? Cupit hic Deus immortalis haberi.

THEOGNIS.

Theognis Megarensis. Quas scripsit Paræneses nonnunquam obscœnis amoribus inquinavit, unde & Athenæus ipsum inter eos connumerat, qui voluptatibus mancipati fuere. Athenæi versus, C hoc ipsum comprobantes, sunt, ut mihi videtur in *Dipnosoph.* lib. VIII. quos ad rem hic affero:

Januam vel nos auferemus, aut limen certe superum,
Vel quæ intus sedet mulierem: Parvula quidem
Illa est: facile nos asportabimus: si quid nobis affers:
Magnum id esto quod afferes:
Aperi, aperi fores, inquam, hirundini,
Etenim vetuli non sumus, sed pueruli.

Athenæus in XII. etiam Theognidis meminit.

D Distichon:

Natus amore Poeta videtur:
Propemodum haud sine vivit amore.

MARACHUS.

Marachus, vel Malachus, Syracusanus, eo maxime in conficiendis versibus tempore præstabat, cum mente alienaretur, quod non suo ore, sed dei cujusdam loqui videretur. Ejus meminit Aristoteles in *Problem.* sect. XXX. q. I. cujus verba sunt: *Marachus civis Syracusanus Poeta etiam præstantior erat, dum mente alienaretur.* Miserorum in numero Marachus, cum id naturali intemperie accidat. E Sed hoc melius, cum de *Furore Poetico*. Interim vide Platonem in Dialogo, cujus titulus *Io*, sive *de Furore Poetico*, & ibi Ficinum. De Malacho etiam Crinitus *De Hon. Disc.* l. III. c. VI. p. mihi 133.

Monostichon:

Vix digitum procul hic a stultitia atque phrenesi.

BATALUS.

Batalus vix Poeta creditur, & si creditur, mollis ac lascivus Poeta creditur. Vel proprio nomine F miser; cum Batali nomen pro dissoluto & parum virili homine sumatur; atque inoleverit, ut mollis, Batalus dicatur; opprobriique sit Batali nomen. Aristophanico derisus est felle salito, quod deformis distortique corporis esset. Miserior, quia ipsum Batali nomen pudendum significet. Plut. Luc. Suidas:

Scazon:

Pudendam, honeste quam vocare haud quis, partem
Utramque dicis, quando Batalum tu dicis:
Illius hinc miseriam habes. An esse quit major?

BATTUS.

Cum ineptior esset, statuas ac simulachra hymnis ac versibus longioribus celebrabat, crebriusque eadem inculcabat, unde & *Battologia* pro inepta garrulitate usurpata est. Videtur hunc innuere Ovidius *in Ibin*:

Et læsus lingua Battus ab ipsa sua.

Monodia:

Hic Battus altum scandere, ineptiis,
Pindum, impotenti dum nequiit gradu,
Fecit locum. Nunc viliter hic jacet.
Cognosce te, cum vis petere ardua.
Non alta scandit garrulus; at jacet.

CALLIPHANES.

Ostentator fuit, & multa se componere jactabat, &, ut multiscius esse videretur, tribus, aut quatuor ad summum versibus compositis, eos in doctiorum hominum corona statim pronunciabat: unde locum fecit proverbio: *Calliphanes.*

Dipnosophista in primo p. III. ait: *Calliphanes, cognomine παραβρύκων, Poematum multorum initia descripta, ad tres usque vel quatuor versus continenter recitabat, multiplicis doctrinæ laudem affectans.*

Elegia:

Quanti Calliphanes? Vitium latumque, cavendum,
Pejores videas Calliphanes. Doleo.

HIPPIAS.

Hippiam Eliensem Sophistam Plato ridet, Lucianus & Philostratus Poetam negant. Socrates per ironiam deridet. Deridendus sane jactator Polymathiæ.

Epitaphium:

Hippias hic ille Sophista jacet,
Qui
Polymathiam affectans,
Se nescit.
Aliquid scivisset, si se novisset.

ARISTYLUS.

Inter ridiculos & deformes Poetas habitus est. Ejus Poemata inter αἴσχρα, hoc est, *turpia*, & ridicula reposita sunt. Additur ejus miseriæ, si verum est, ab ipso Aristophane patre turpiter esse in *Pluto* nominatum.

Satyra:

Inter ridiculos te deformesque Poetas
Gens posuit, versus ridet & illa tuos.
Sic oleum atq; operam perdis: non solus haberis.
Non pauci similes sunt tibi. Scripta docent.

CHŒRILUS.

Alaparum multitudine enectus est. Cum enim cum eo pepigisset Alexander, ut pro singulis bonis carminibus singulos aureos acciperet, pro malis colaphos, seu alapas; cum recitaret, tot mala inventa sunt, ut alapis multis cæderetur.

De Chœrilo Hor. in *Arte Poet.*

Sic mihi qui multum cessat, fit Chœrilus ille,
Quem bis, terque bonum cum risu miror, & idem
Indignor.

Quo in loco sic ait Jacobus Grifolus; *Chœrilus is est, cujus in poemate vix duo, aut ad summum tria nitere videantur.*

Et ibidem Franciscus Luisinus Utinensis: *Chœrili mali Poetæ, qui in multis versuum millibus paucissimos versus edidit probos*, &c.

Et Hor. lib. II. *epist. ad Augustum*:

Chœrilus, incultis qui versibus, & male natis.

Alexandri enim res gestas ausus est carminibus aggredi contra illud:

Sumite materiam vestris qui scribitis æquam
Viribus.

Lusus Poeticus:

Interpone tuis interdum gaudia curis,
Scripsit, Alexander Magnus habetque, Cato.
Chœrilus enectus lusu. Mors ecce jocosa.
Mortalis rides? Risus & ipse necat.

AGIS.

Agis, ut Q. Curtius scribit, pessimorum carminum post Chœrilum conditor fuit.

Exclamatio:

Quot, Musa invita, quot pessima carmina pangunt!
Scribunt indocti male sana poemata passim!
Carmina quot Phœbus merito jam devomet igni!
Non est solus Agis, qui pessima carmina condat,
Condere quæ merito deberet fœtida charta.
Non cuivis versus scribenti & Apollo Poetam
Esse dat. Et qualem describit Horatius, ille est.

ARCHESTRATUS.

Misera fuit inopia & egestate oppressus. Gastronomiam scripsit, & Gastrologiam, vel Dipnologiam; quod Poema Chrysippus vocabat Metropolim Epicureæ Philosophiæ, & Theogoniam ventri & gulæ deditorum.

Invectiva:

Gastronomus, vel Gastrologus, vel Dipnologus, vel
Ventriloquus vere dicier ille potest,
Metropolis Sophiæ vel dicitur iste Epicuri,
Vel talis, dicas de grege porcus hic est.
In numero illorum, quorum venter Deus esse
Dicitur, & dici Archestratus esse gula,
Vel poterit Venter. Fuge, si sapis, ista vocari;
Non homo qui facit hæc, Bellua at ille vorax

CHÆREPHON.

Nocturnis elucubrationibus extenuatus, ac pallore & macie confectus, Nycteris, id est, noctua, cognominatus. Hinc Adagium; *Nihil differs natura a Chærephonte.*

Jambus.

Nimiam nocere diligentiam, modus
Docet; docuit vel unus nobis Chærephon.
Nimis studendo, ni studes, es Nycteris.
Nusquam habitat, qui habitat ubique; Uno habita tu in loco.

CARCINUS.

Agrigentinus, cum fabulam meditaretur, a serpente morsus occubuit.

Distichon:

A serpente necem, fera nam mors serpit ubique,
Hic habuit; serpens omnis origo mali.

CARCINUS ATHENIENSIS.

Alter Carcinus. Ex quo Proverbium, *Felicior Carcini strobilis.* In improbos & parum fortunatos. Et *Carcini Poemata*, de iis, quæ obscura nimis, & ænigmatis simillima sunt, alterum Adagium.

Gnome:

Sæpius obscurus fit, qui brevis esse laborat.
Metaphoras crudas obscura ænigmata claudunt.
Doctrinam inspirat claram scitissima Musa.

THEOGNIS.

Cavillis exagitatus a Comicis propter ejus poematum frigiditatem, ineptiasque.

Physica, & Medicina:

Frigida passivum quale est, si pectori adhærent,
Illa nocent; calida, atque humida vita manet.
Et minus activum frigus; magis atque resistit.
Frigidus, ut moveat, versus ineptus erit.

MORYCHUS.

Cupediæ ac gulæ artibus deditus.

Monostichon:

Ponderibus quæ pressa suis, ducuntur ad imum.

EVAGES.

Idiota, & illiteratus.

Satyra:

Canis olores inter anser, Pallade
Renuente; vilis obstrepis qui inter Sophos.

DIONYSIUS.

Siciliæ Tyrannus, tyrannide ejectus, Corinthi ludum aperuit. Hinc Proverbium, *Dionysius Corinthi.* In eum, qui ex alta ad humilem fortunam ruit. Ob lætitiam de Tragœdiæ victoria periit.

Ex Octavio Tronsarellio fronte III. ep. CCLXXXI. in *Jano Quadr.*

Gaudia dant fletus; umbris lux volvitur; & quæ
Phosphorus alta vehit; Hesperus ima premit.

Idem ibidem epigr. CLXXIII.

Est homini lusus Fortuna, at gloria Virtus:
Illa diurna volat; hæc diuturna viget.

De Fortunæ varietate ex Ausonio *epigr.* CXXXV.

Fortuna nunquam sistit in eodem statu.
Semper movetur; variat, & mutat vices.
Et summa in imum vertit, ac versa erigit.

ANTIPHON.

Rhamnusius fuit, ad supplicium a Dionysio raptus est.

Elegia:

Esse nocet Vatem, haud defendit Musa Poetas.
Est odio verum, carminaque officiunt.
Heu! rapit ad mortem Siculi sæva ira Tyranni
Me miserum, atque mihi culta Poesis obest.

THEOPOMPUS.

Archææ Comœdiæ scriptor. Narium tabe & destillatione affectus male fuit.

Præscriptum Medicum:

Ne cerebrum lædas, cessa componere versus:
Exturbat vitam mens agitata metro.

MELITUS.

Erat ὑπόψυχρος, id est, *subfrigidus.* Lapidibus obrutus est, aut neci datus, eo quod ejus accusatione Socrates extinctus esset.

Tumulus:

Redditur a saxis calidus; nam causa caloris
Est motus; Musa frigidus ille fuit.
Parque pari reddit Nemesis; contraria nam sunt
Et calor, & frigus: mors tamen æqua facit.

HERMIPPUS.

Fuit heterophthalmos, altero scilicet captus oculo.

Scazon :

Unita virtus fortior. Videbas tu,
Quæ mille non vident. Tuas vide culpas.
Multa ut videret, alterum amisit lumen.

MELANTHIUS.

Voracitatis, & adulationis crimine, seu palpi incusatus. Et ipsum muliebria pati consuevisse Suidas addit.

Poema :

Exulat infamis Parnassi a vertice. Musas
Inter honoratas non habet ille locum.
Tu qui Pegasidum exoptas conscendere culmen,
Carmina honesta canas: casta placent Superis.

ARISTODEMUS.

Molli quodam & effæminata arte Cumarum adeptus est tyrannidem.

Politica prava :

Qui cruce dignus erat, videas ad celsa referri.
Sæpe suum Virtus perdidit ipsa locum.

SPINTHARUS.

Ludibrio habitus est, ut Phryx, & Barbarus.

Distichon :

Phryx sero sapiens, & non est barbara Musa,
Barbariem oderunt Græca, Latina Lyra.

THEODOTUS.

Cum scripsisset contra Mnesarchum regem carmen seu Tragœdiam, iratum & se insequentem Regem habuit: at cum se Theodotus in Apollinis templo abdidisset, ibidem regis jussu occisus est: quam historiam duobus versibus *in Ibin* sic Ovidius complexus est:

Victima vel Phœbo sacras macteris ad aras,
Quam tulit a sævo Theodotus hoste necem.

Quo loco, Theodotus, proceleusmaticus pes esse videtur pro dactylo. Verum Gyraldus per diphthongum pronunciabat, ut sit Thæodotus, vel per figuram crasin, vel per synæresin. Placet hic cum doctissimo Jo. Caramuele observare in *Metametrica* art. VI. n. 55. referre, Pedum dissolutionem esse, & Poetis permitti posse hujusmodi licentiam. Vide eum pag. mihi 32. & 33.

Exclamatio :

Phœbe, Poetarum custos si diceris esse,
Et Tutor, Vates, Phœbe, tuere tuos.
Tu non defendis? non ergo Tutor eorum es.
Occidi in Templo immo proprio hosce finis.
Debetur Templis reverentia, Templaque Reges
Debent tutari, ac numina sacra deum.
Quisquis es, hinc discas, nullos offendere Reges.
An nescis longas Regibus esse manus?
Sunt simulacbra Dei Reges, Deus ipse tuetur
Delubro in proprio. Hos usque timere scias.

Lusi olim, repono?

Hoc est, o Tutor Vatum, defendere Vates?
Sic tua confieri templa prophana finis?
An quia longa manus Regum vel Templa prehendit?
An quia Majestas læsa pianda nece est?
Esto; tamen brevis haud Phœbea potentia: totum
Tu Mundum radiis afficis assiduis.
Unde Poeta cadit crude, tibi dedecus inde est;
Dedecus imo tuum: nam ille homo, tuque Deus.
Hinc Vates discant Reges non lædere; læsa
Majestas pœnas exigit ante Deum.
Hinc nemo fisus Tutori crimina patret:
Supplicium culpæ certa sequela venit.
Numina sunt homini Reges: sum Numen & ipse:
Debet homo haud numen lædere, Phœbus ait.

ISOCRATES.

Discipulos habuit ingratos, qui quas edidit fabulas, calumniati sunt.

Exprobratio in ingratos: ex Ausonio de ingratis, ex Menandro *ep.* CXXXII.

Nihil homine terra pejus ingrato creat.
Vicinus, hospes, notus, ignotus, cliens,
Et si qua genera civium sunt id genus.
Si quid petenti promptus opis impertias,
Ut misereare, gratia actutum perit.

Ut verum sit illud, *Beneficia seminare, est ingratitudinem colligere*:

Expertus dico: experto tu crede fideli:
Ni mihi tu credas; experiare: licet.

ANAXILAS.

Mordacissimus fuit, ita ut nec a calumniis in Platonem abstinuerit.

Ex Octavio Tronsarellio in *Jano Quadr.* p. 3. epig. LXXVII.

In Tullum calumniatorem:

Tullus Avernali surgens e nocte minatur.
Et stupidum tetro nubilat ore diem.
Horrentes reserat mordaci gutture rictus.
Atrum lethali virus ab ore vomit.
Sic atrox Python vasto minitatur hiatu;
Sic fera liventi territat Hydra juba.

Huc adduci potest Bessario Cardinalis contra calumniatorem Platonis.

AUGEAS.

Atheniensis bis accusatus fuit. Juvenal. *satyra*:

Dat veniam corvis, vexat censura columbas.

Monitum ad Judicem:

Insons nemo est, si facit accusatio sontem.
Ni constet, nullus creditur esse malus.

NEOPHON.

Vel Neophron Sicyonius. Callisthenis Philosophi amicus, amicus adeo, ut cum eo sit supplicio affectus:

Poesis Astrologica:

Quisquis obit mortem crudam, ille est sidere natus
Infausto: Hui! culpam debita pœna premit.
Fallax Astrologus Tellurem ignorat, & Astris
Se imperitare putat! Fallitur insipiens.

NEARCHUS.

Callisthenis simul amicus, cum quo etiam in Alexandrum conspirasse dicitur. Fuit Alexandri miles. Mendax fuit. Hic verum illud:

Nulla fides pietasque viris qui castra sequuntur.

Militis & Poetæ epitheton:

Mendax est miles; semper mendacia jactat:
Mendax; namque frequens falsa Poeta canit.

ÆSCHINES.

Atheniensis, Philopotes, vini scilicet appetentior, inimicitias cum Demosthene exercuit. Patriam fugiens in Samo obiit. Ovidius:

Dulcis amor patriæ, dulce videre suos.
Exesse a patria est ergo quid triste & amarum.

Quod autem vini appetentior, laudem commeruisse videtur; nam:

Et Phœbo & Baccho sacer es, Parnasse bivertex.

Persius in *Prologo* :

Nec in bicipiti somniasse Parnasso
Memini, ut repente sic poeta prodirem.

Et somniat, qui dormit, & dormit, qui multum bibit vinum.

Huc confer Glareani *Gryllum in Curios. erud.* v. a pag. mihi 40.

PHILEMON.

Miro mortis genere obiit; cum enim recubans asinum ficos mandentem videret, vehementi est adeo risu percitus, ut cum domesticos convocasset, iisque jussisset, ut asello post ficos potum afferrent, eo tanto est risu percitus, ut morte solutus sit, Valer Max. Aliter mortuum esse Ælianus narrat, nempe resupinum in dormientis modum recubantem expirasse. Apulejus aliter ejus mortem refert. Ut Petrarcha his versibus colligit :

Vidi expectatum ut caneret dulcedine multa
Obriguisse senem, vocemque in faucibus imis
Arctatam, Musas animam rapuisse putares,
Sic cubito incumbens, similisque erat ore canentis.

De Philemone etiam Crinitus l. IV. *de Hon. Disc.* c. VII. quem lege.

Threnodia :

Mortuus en jaceo: modus at disquiritur ipse
Mortis, ut occidat mors caret atra modo.
Vel risu mors interimit: quis dicere verum
Ridentem neget? en Risum habuit interitus.

MENANDER.

Atheniensis. Fuit aspectu strabo. In judicium vocatus est, capitisque sententiam pene tulit. Cratinum habuit calumniatorem, qui sex libros edidit *de Menandri furtis*. Periit, dum in Piræeo portu nataret, ubi submersus est, ut ait vetus Interpres in illo Nasonis *in Ibin* :

Comicus ut liquidis periit, dum nabat in undis.

Antithesis :

Ex pelago orta Venus, vitæque mater habetur?
Falsum; me morti, me miserum unda dedit.
Oceanus cunctis præbet primordia rebus?
Postremum ecce meum terminat ille diem.
Vitales fontes Musarum continet Aula?
Nequaquam. Vatem me maris unda necat.

PHILISCUS.

Comicus. In carcerem actus fuisse perhibetur, quod ad Eumenem regem transfugere voluisset, & in eo aliquandiu detentus.

Distichon :

Transfuge quo poteris; fera mors occurrit ubique,
Pervolat, ut perimat, Mors: inopina furit.

ALEXIS.

Thurius. Opsophagus, id est, gulosus, erat. Præ senectute vix incedebat; unde interrogatus, quid agis, Alexi? respondit: Paulatim morior.

Mortalitatis documentum :

Paulatim morior, vere tu dicis, Alexi.
Vita hominum morsu roditur assiduo.
Ipsa quidem Genesis rerum extat Analysis: ipsa
Corruptiva fovet vivere vir refovens.

SOSITHEUS:

Cum forte aliquando in theatro Cleanthem nobilem Stoæ, id est, porticus, philosophum carmine perstrinxisset, a spectatoribus a scena explosus est. Ex *Jano Quadrifronte* p. 3. ep. cv. In detractorem:

Morsibus est virus, dens livida fata minatur
Qui sic insane mordeat, anguis erit.

Monostichon :

Te spectatorem non hæc sapientia poscit.

POLYEUCTUS.

Hic ut impius, & nefandus, ac semimulier, & ut Græci dicunt, Cocyti, & gravis, ac perniciosus fœtus describitur.

In impios :

Exuit humanum gens impia, bellua facta est,
Et merito Stygii sit canis ipsa cibus.
Naturam Ars imitatur. At hæc Cacodæmonis artem
Impietas. Patriis ignibus excoquitur.

ARISTON.

Chius. Communi Atheniensium consensu urbe pulsus est. Hic cum cogitabundus forte per sylvam incederet, serpens ex arbore decidit, cujus ipse folia percusserat, ipsiusque manus momordit, quo vulnere mortuus est. Ovidius :

Utque lyræ vates fertur periisse severæ,
Causa sit excidii dextera læsa tui.

Monitum :

Stringere vis laurum? abjecto ne carmine serpas.
Laurea debetur versibus altisonis.

ARISTON ALTER.

Hic quum versus contra Athenas scripsisset, inedia vitam finire publico decreto coactus est. Ovidius :

Utve parum stabili qui carmine læsit Athenas,
Invisus pereas, deficiente cibo.

Docto maledico ex *Jano Quadr.* p. 3. ep. XCVII.

Es sapiens; at Cinna tamen vomis ore venenum:
Sceptrum facundi numinis angue viret.

Satyrico :

Esca negata tibi os aperit; clauditque negata.

THEOCRITUS.

Tetro & infelici mortis genere, præstrictis faucibus, interiit. Ovidius *in Ibin* :

Utque Syracusio præstricta fauce poetæ.

Querimonia :

Qui potuit dulces describere carmine Musas,
Occidit obstrictis faucibus ille miser?
Qui potuit laudum meritis superasse Poetas,
Morte infelici turpiter ille cadit?
Phœbe ingrate, tuos Vates ita Phœbe tueris?
Tangeris invidia: ne superere, necas.

CALLIMACHUS.

Apollonium discipulum nactus est ingratissimum, cujus ingrati animi vitium ut retunderet in illum maledicum & veneni plenum carmen composuit, quod *Ibin* appellavit: expertus Callimacho compatior. B. in Vico simile mihi accidit, unde ingrato discipulo repono.

In discipulum ingratum :

Qui immeritum pungis, punctum lædisque Magistrum,
Ore venenato: punctus abibis iis:
Esse bonus nequit ille malo qui nascitur ortu:
Te genuit cœni rusticus in gremio:
Cum tardis es tu semper versatus asellis.
Egredier poteris quomodo sorte tua?
Exsiccat fontem pietatis, numina lædit,
Ingratus. Tua te debita pœna manet.
Divino sic discipulo ingrato ore reponit
Astrologus: Mors, heu, te violenta manet;

A
APOLLONIUS.

Ingratissimus fuit in Callimachum magistrum, eumque contumelia affecit: adeo est discipulorum pessimum ingenium. Meo malo B. in Vico Callimachum imitor in utroque, nactus discipulum ingratissimum. Cui quod Deus jubet, repono, nempe illud,

Tibi vindicta, Deus, & tu retribuas. Illi cum Juvenale,

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.

LYCOPHRON.

B Sagitta occubuit. Ovidius *in Ibin*:

Utq; cothurnatum periisse Lycophrona narrant,
Hæreat in fibris fixa sagitta tuis.

Epitaphium:

Obscura tegitur humo,
Qui obscura Poemata scripsit.
Occisus jacet sagitta,
Quem Poetarum sagittantem ignorantiam
Musa vidit.
Infaustæ Phœbus ejus neci annuit.

Ut Poeta dicat,

Illas Poeses laudibus esse dignas, quæ sunt claræ,
In suo genere tamen non humiles;
Ni devovendas igni.
C *Qui cernis, ab igne cave.*

EUPHORION.

Obesus, & crurum debilium fuit.

Disticon:

Parnassi an potuit sacrum superare cacumen?
Crurum debilitas obstat adire locum.

PIGRES.

Hujus Poemata *Margitem* & *Batrachomyo-* D *machiam* Homero attribuunt. Reponi huic illud potest:

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.

Monostichon:

O quantis labor alterius dat nomina Vatis!

PHILETAS

Obiit, quod Pseudomenon seu Pseudologon minime solvere quiverit. Declarat ipsius Epitaphium sic a Gyraldo Latine expositum:

Hospes ego hic sum, pseudomenos me sermo Phi- E *letam*
Perdidit, & curæ noctibus hesperiæ.

Pseudomenos sophisticæ captionis genus est, quod reflexum & insolubile dicitur. Vide Ciceronem *de Fato*, & omniscium Caramuelem in *Metalogica*.

Fuit Philetas adeo exili ac prætenui corpore, ut pedibus sibi ex plumbo soleas annecti soleret, ne a vento scilicet diriperetur.

Lusus:

Ludit in humanis divina Potentia rebus.
Natura in physicis ludit & omniparens:
F *Naturæ lusum tu dixeris esse Philetam.*
Exili fuit & corpore prætenui.
Ne vento abripier posset, non ille gravatur
Ferre gravem plumbi pondere utrumque pedem;
Quin amat. An risum teneas? at desine; mentem
Si levem habes. Ride, si gravis illa tibi est.

ERATOSTHENES.

Cum oculorum aciem sibi imminutam iniquius ferret, inedia consumptus est.

Poetæ character:

Semper egere, perire fame; Penia satus ille est

RIANUS.

Fuit palæstræ custos, & servus.

Ex *lege* 109. π. *de R. J.*

Servitutem mortalitati fere comparamus.

Progr. Rianus.
Anagr.
An Irus?

HERACLIDES.

Furti accusatur, quod aliena interdum sibi adscripserit. Miser, quia divinos appetebat honores. Miser, quia Poemata ea, quæ λέσχαι, id est, *nugæ*, inscribuntur, ejus esse non existimantur.

Pentameter:

Non dico nugas esse, sed esse puto.

Exclamatio:

Quot hodie Heraclides! Quot hodie Leschæi Poetæ!

Pro appendice hic sit Gryllus septimus eruditissimi Glareani. Scio quid dico. Adde ejusdem Gryllum octavum. Taceo, quoniam *Veritas odium parit*.

DAPHITAS.

Miserrimus. In Thorace Magnesiæ monte cruci suffixus est, quod ausus esset in Reges, maledicos & mordaces versus scribere. Unde proverbium, *Cavendum esse a Thorace*, quo monemur mortis metu linguam coercendam.

Cato:

Virtutem magnam esse puto compescere linguam:
Nam nunquam tacuisse nocet, nocet esse locutum.

DAPHIDAS.

Jussu Regis Attali, e saxo, cui nomen erat Equi, præcipitatus est. Sed de Daphida & Daphita Valerius Maximus, Suidas, & Cicero *de Fato*.

Cicero sic: *Vis est nulla fatalis. In aliis autem fortuita quædam esse possunt, ut in illo naufragio, ut in Icadio, ut in Daphita*. Et paulo post: *Si Daphitæ fatum fuit de equo cadere, atque ita perire: ex hoc ne equo, qui cum equus non esset, nomen habebat alienum?*

Quo in loco Jo. Michael Brutus animadvertit, hæc adnotans: *De Daphita Valerium consule libro primo cap.*VIII. *qui illum Daphidam nominat*, *Strab. lib.* XIV. &c. An Daphitas & Daphidas sint unus, an vero duo, videant Critici. Non ego vitas Poetarum, sed miserias recenseo.

Epiphonema:

Præcipitare solet vel Pegasus ipse Poetas.
Tantum lingua nocet. Lingua frænare memento.

ANTIPATER.

Sidonius. Dicitur omnibus annis, uno tantummodo die suo natali, febri corripi solitus, & eodem denique die consumptus esse. De quo Cicero *de Fato*, & Valerius Maximus, & Plinius lib. VII. cap. LI. in *Histor. Nat.*

Monstrum:

Febrim habet Antipater natali luce calentem,
Solum natalis dum redit, ipse jacet.
Dicite vos Medici causam, cur illa recurrit?
Luce una durans, annua febris erat.

ARCHIAS.

Aulus Licinius nuncupatus est. Antiochiæ accusatus fuit a Graccho, quod se pro cive Romano gereret.

Di.

Distichon:

Ferale an, civem in Romanum velle referri?
Roma an Romanis civibus una favet?

BOETHUS.

Tarsensis, apud Antonium accusatus fuit, quod oleum surriperet.

Querimonia:

Pauper eram; mea parva lucerna ardere nequibat
Absque oleo. Splendens Pallas & ipsa nocet.

OPPIANUS.

Cilix, sive Anazarbæus, exul fuit. Reversus in patriam, infelix pestilentia periit.

Ejulatio:

Squamigerum cecinisse pecus quid juvit? Apollo
Me peste infectum, me miserum interimit.

PHRYNICHUS.

Phrynichus mille drachmis ab Atheniensibus mulctatus est, quod fabulam fecisset Miletum a Dario captam, interdictumque, ne deinceps ea fabula ageretur: sive quod in ea Mileti deploratione in theatro omnibus spectatoribus lachrymas exciverit.

Ex Horatio in *Arte Poetica* Lusus;

Aut prodesse volunt, aut delectare Poetæ:
Aut simul, & jocunda, & idonea dicere vitæ.
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci
Lectorem delectando. Huic næ convenit illud,
Si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi: tunc tua me infortunia lædent.
Dat pœnas hic quod mœsti sit causa doloris.

LYCUS, ET AMEPSIAS.

Comici inter ineptos & subfrigidos Poetas, & parum probatos una cum Phrynicho reponuntur, ideo conjunctos repono. Quibus ex Oct. Tronf. III. fronte *Jani Quadrifontis* rescribo ep. LXVIII. Poetæ nullius momenti:

Si te cuncta rudi delectat scribere versu;
Te saltem melius nil recitare juvet.

Et epigr. LXXXIX. in malum Poetam:

Quid triplicata mihi repetis tua carmina? parta
Dum male percipio carmina, nulla canis.

Et epigr. CCVI. in frigidum Poetam:

Tu petis, æstivos quo vitem more calores?
A Musa quæro non procul esse tua.

EPICHARMUS.

Epicharmus cum liberius nescio quid ante Hieronis tyranni uxorem locutus esset, a tyranno male mulctatus fuit, solumque vertere coactus.

In impudentes:

Lingua soluta nocet, rupto patiturque pudore:
Culpam pœna premit. Comprimat ora pudor.
Scire cupis cur non taceat? caret illa pudore.
Hinc merito premitur turpibus opprobriis.

ÆSCHYLUS.

Miro quodam prorsus & fortuito modo diem suum obiit. Cum enim calvus esset, & annos natus octo & quinquaginta, in agro sedens, accidit forte ut aquila inde volans, testudinem in caput ejus demitteret, rata scilicet calvi Æschyli caput saxum esse, quo ales ipsa ejusmodi animalia solet

A conquassare: qua quidem testudinis ruina, ejus ita cerebrum & caput comminutum est, & contritum, ut statim interierit. Ælianus & Val. Max. de quo cecinit Politianus:

Æschylus aeriæ casu testudinis ictus.

De quo cultissimus Octavius Tronsarellius in *Jano Quadrifronte* fr. tertia sic cecinit epig. CCCXLV.

Æschylus aquilæ casu extinctus.
Dum mortem evitans campo sum tutus aperto,
Mortis damna infert aliger ipse Jovis.
Heu! heu mortales, quid funera lenta putatis?
Innitens alis mors properata venit.

Aliter tamen sentit de Æschylo Plutarchus: qui

B in *de exulio* scribit:

Æschylus Euphorionis Athenis natus in arvis,
Frugiferi jacet hic post sua fata Getæ.

Nam & hic in Siciliam abiit, pag. mihi 321. Xylandriana versione: vide Crinitum *de Hon. Disc.* l. II. c. VI.

PHILOCLES.

Moribus asper & amarus adeo fuit, ut Χολὴ id est, *Bilis*, vulgo diceretur, & propter amaritudinem *Halmonia* cognominatus; ἄλμη enim πικρίαν, id est, *amaritiem*, vocant. Ex quo adagium, ἄλμη ὐκ ἔνεστιν αὐτῷ, hoc est, *in hoc non est salsedo.*

C Distichon:

Hic Vates vere; hunc furor ipse Poeticus urget.
Insanum nimius sed facit esse furor.

Ex *Jani Quadrifr.* fronte III. ep. CXXXII. in Poetam stultum:

Pharmaca ab Antycira cur irrita sumere tentas,
Et stulta vates credier arte putas?
Nil tibi (crede libens) ut te dementia solvat,
Est satis elleboris Insula tota suis.

MORSIMUS.

D Asper fuit & insulsus; ejus enim Poemata mala & incondita erant.

Ex eodem Poeta epigr. CXXXIII. Poetæ inepto:

Unica cur demens tentas penetralia Cyrrhæ?
Tertia Cyrrha tibi non satis esse potest.

Bilis purgationem elleboro fieri posse præscribunt Medici. Huc afferre *Q. Sereni Sammonici* Poetæ & Medici Cl. aliqua non ab re visum est. Hic in *cap.* VII. pag. mihi 39. cecinit:

Ex vitio cerebri phrenesis furiosa movetur,
Amissasque refert frendens amentia vires.

Quo loco Gabriel Humelbergius observat in *Com-*

E *mentario: Per phrenesim intelligit omnem mentis vacillationem, & alienationem, insaniæque genera omnia. Sunt enim plura ipsius genera, præcipua tamen phrenesis, mania, & melancholia. Quorum phrenesis proprie cerebri passio est, principales actiones ejus lædens, mentemque commovens, & insanire faciens, a pallida seu flava bile proficiscens. (Ubi ex Galeno ejus species enarrat. Ubi etiam idem Author observat)*

Hujus dictionis, *Phrenesis*, penultimam alii brevem, ut hic Serenus, alii vero longam proferunt. Juvenalis:

F *Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phrenesis.*

Martialis:

Declamas in febre Mathon, hanc esse phrenesim.

PHILIPPIDES.

Ætate jam edita, cum in Poetarum certamine præter spem vicisset, & lætissime gauderet, inter illud gaudium repente mortuus est; ut A. Gel-

lius ait in *N. A.* lib. III. cap. XV. ubi de gaudio mortuis. A

Memento mori:

Hora, locus, modus & mortis nescitur. Ab ipso
Mors risu. Lege: stat mors tibi scripta manu.

ASTYDAMAS.

Contemptus fuit, quod proprias collegisset laudes. Unde proverbium in gloriosos & laudatores sui, *Astydamas se ipsum laudat.*

Exclamatio:

O quot Astydamantes! B

Cap. *omnis jactantia* XXI. q. IV. cap. *imitare* VI. q. I. cap. *si quis* XI. q. III. ibi: Veritatis ea est regula, ut nihil facias commendandi tui causa:

Laus proprio sordescit in ore.

MENIPPUS.

Menippus conditione servus, usque adeo in monstrosam superstitionem processit, ut Furiæ figuram indueret, se asserens ab inferis missum delinquentium inspectorem, ut illuc rediens ea dæmonibus nunciaret.

Excursus Phantasticus: C

Thomas Garzonius in *Theatro Variorum Cerebrorum* a Discursu LI. usque ad LV. phantasticissimus fuit. An Menippo locum attribuerit, videtur dubitandum. Vel forsitan judicaret eum esse stultum. Majus at dubium est, an locum Menippo dederit in *Morodochio*. Stultitiam similem an Moria viderit maximum dubium est. Omnia stultorum plena esse, Sacra testatur Scriptura, Menippum si dicerem Stultitiarum omnium vas plenum, non phantasiam explerem. Quid autem? Cum cultissimo Tronsarellio in *Jan. Quadr.* fr. III. ep. XXX.

Ut stulto mentem revoces, multa inclytus arte D
Mutas, Paule, artes docte agitare soles.
Albenti elleboro viduantur jugera campi,
Atque Hyblæ florum tota medulla fluit.
Quin omne Antyciræ vacuatur gramine littus,
Nudaturque herbis Appula terra suis.
Non lapis ullus habet purgantes pectora succos,
Nulla peregrinas eluat arbor opes.
Desine: quid tenebras palpas? quid inania tentas?
Stultitia est stultis pharmaca sana dari.

ANAXANDRIDES. E

Tanta iracundia & animi indignatione afficiebatur, ut quoties fabulam aliquam docuisset, nec ex ea victoriam reportasset, ut versus, quos edidisset, scindere ac lacerare solitus esset, eosque ad vilissima quæque involucra destinare. Scripsit contra Athenienses: quare ab eis fame atque inedia mori coactus est, quibus verbis illud Ovidii *in Ibin* exponitur:

Utve parum stabili qui carmine læsit Athenas
Invisus pereas deficiente cibo.

Lusus:

Victrici Musa solum fieri iste Poetam F
Credidit; an vates carmine vilis erit?

PLATO.

Non ille Philosophus divinus. Ex humili stirpe ad principatum Athenarum sua versutia pervenit, sed e Republica ejectus est ob ejus improbitatem, & urbis dedecus, Samumque profectus inimicorum insidiis periit: nam culeo insutus, in mare dejectus est. Ex *Jano Quadr.* fr. III. ep. CCLXXXIX. de Fortuna:

Magnas raptat opes nimio Fortuna dolore;
At minus indoleat, si minus illa favet.
Quid frustra prædas ab avara sorte requiris?
Eripit illa minus, si minus ipsa dedit.

Infero:

Majus at ipsa dedit, majus & illa rapit.

Ex Ausonio de Fortunæ varietate *ep.* CXXXV.

Fortuna nunquam sistit in eodem statu.
Semper movetur: variat, & mutat vices.
Et summa in imum vertit, ac versa erigit.

CRATINUS.

Periit, cum pleno vase vinum effundi videret; fuit enim vini appetentissimus. Hujus temulentiam tanta consequebatur libido, & puerorum maxime, ut speculis cubiculum ornaret undique, quo se facilius coeuntem spectaret.

Fœditas:

Luxuria est conjuncta gulæ, est sata & utraque Baccho.
Et fœdat corpus turpiter atque animam.
Fœdior est ea, quam Natura exhorret. An esse
Tu dices hominem, quem atra libido premit?
Bellua sed dici debet fœdissima flammis
Cocyti urenda, heu concipere ista pudet!

PHILONIDES.

Philonides fuit rudis atque ineptus. Ex quo proverbium, *Indoctior Philonide*, in insanos & indoctos. Parasitos & sycophantas alebat, sordidis & suillis erat moribus, Laidis meretricis amore Corinthi versabatur.

Huic dicatur:

Anser inter olores, &
Epicuri de grege porcus.

Et cum Avieno *fabula* VI. reponam:

At mihi qui quondam semper asellus eris.

EUPOLIS.

Prima, ut sentiunt, nuptiarum nocte oppetiit. Ovid. *in Ibin:*

Sit tibi conjugii nox prima novissima vitæ.
Eupolis hoc periit, & nova nupta modo.

Vel ejectus fuit in mare ab illis, in quos fabulam *Baptas* composuerat. Sive ab Alcibiade, navigans in Siciliam, dejectus fuit in mare: sive, ut alii sentiunt, misere obiit.

Lusus:

Vere huic Ucsor adest Orcus. Brevis ex Hymenæo
Est gradus ad tumulum, hic dicere jure potest.
Dicens nasci iterum nova quos connubia jungunt,
Falsum est; dicere nam debuit hosce mori.

Et Jo. Audœnus *lib.* II. post. *ep.* LII.

Quisquis in uxorem cecidit, descendit in orcum:
Rite inversa sonant Ucsor & Orcus idem.

TIMOCREON.

Rhodius. Cum Themistocle & Simonide Poeta inimicitias exercuit. In exilium missus est, quod in Themistoclem invectivum carmen edidisset. Fuit helluo, bibaxque, ut ejus Epitaphio colligitur:

Multa bibens, & multa vorans, mala multaque dicens
Ipse viris, jaceo Timocreon Rhodius.

Lusus:

Te ventrem, & linguam debebat gignere totum
Alma parens. Faciam carmine: talis eras.

SOPHOCLES.

Utrisque amoribus deditus. Accepto de victoria nuncio interiit, ut Plinius & Val. Max. sentiunt. Lucianus autem grano uvæ illum strangulatum prodidit: quod & Sotades probat hoc versiculo:

Sophocles grana vorans uvæ strangulatus interiit.

Adeo una eademque de re varii diversique sunt plerumque scriptores. A Iophonte filio delirii ac vecordiæ accusatus est.

Lamentatio:

Hæc sunt quæ doctis, heu! reddis, Phœbe, Poetis
Præmia? Deliros efficis, ac miseros.

EURIPIDES.

In Ægyptum cum navigasset, ægrotavit. Fuit moribus asper, atque ferus, ut Græce dicitur μισόγελως, arrogans, & superbus. Accusatus fuit impietatis ab Hygesone. Athenæus eum facit φιλογύνlu, id est, *mulierosum*. Gellius & Suidas *osorem mulierum*, id est, μισογύνlu, quod forte est, *in lecto diligit, in fabulis odit*. Obiit vel tetro quodam & horribili mortis genere: vel laceratus a canibus in eum immissis ab Aribæo & Crateua Poetis ejus æmulis: vel a Promero, qui mirandum in modum Euripidem est odio insectatus. Hinc proverbium, *Promeri canes*, de iis, qui læsi clam summittunt, qui lædentes ulciscantur. Canes autem illi ex eo esse progeniti creduntur, qui fuerat a Thracibus occisus: hinc adagium in eos, qui præter spem eis pœnas pendunt, quos aliquando læserunt, *Canis vindictam eos morari*. Ovidius *in Ibin*:

Utque cothurnatum vatem tutela Dianæ
Dilanient vigilum te quoque turba canum.

Unde etiam Ion Poeta:

Teque sibi ponant prandia grata canes.

Alii vero dicunt non a canibus, sed a mulieribus, dilaceratum Euripidem. Qui plura de Euripide volet, legat A. Gellii *N. A.* cap. xx. lib. xv. Nos brevitati studemus.

ANACREON.

Vini appetentior fuit, ebrius sæpe fiebat. Arsit amore Bathylli. Plinius & Val. Max. acino uvæ passæ Anacreontem suffocatum tradunt. Politianus:

Tandem acino passæ cadis interceptus ab uvæ.

Et eleganter Cælius Calcagninus:

At te sancte senex acinus sub tartara misit,
Cygnææ clausit qui tibi vocis iter.
Vos hederæ tumulum, tumulum vos cingite lauri,
Hoc rosa perpetuo vernet odore loco.
At vitis procul hinc, procul hinc odiosa facessat,
Quæ causam diræ protulit una necis.
Creditur ipse minus vitem nunc Bacchus amare,
In vatem tantum quæ fuit ausa nefas.

Plus nimio lascivus fuit. De Sophocle & Euripide Crinitus *de Honesta Disciplina* lib. II. c. VI. quem omnino lege pag. mihi 106. de dissensu mortis Sophoclis.

Lusus:

Si vinum ex acino uvæ, quo occidis, ipse bibisses,
Mortuus haud esses taliter. O miserum!

IBYCUS.

Proclivior in puerorum amoribus fuit. In qua-

A dam solitudine occisus a latronibus fuit. Historiam versiculo perstringit Ausonius:

Ibycus, ut periit, vindex fuit altivolans grus.

Extat & epigramma Græcum, Latine redditum sic:

Quondam ad desertum venientes, Ibyce, littus,
Vitam prædones eripuere tibi.

Monitum:

Delicta occultari non posse: *Geneseos* cap. IV. vers. 7. *Nonne si bene egeris, recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit?* Quo loco hæc B. Pererius: *Id est, peccati tui pœna, &* B *vindicta præsto tibi erit, nec te sinet tranquillo & quieto animo vivere: adversariam enim tibi intra te conscientiam habebis, quæ te dies & noctes accusans, & divini judicii ac supplicii metu territans, nunquam te pacato & læto animo esse patietur.* Et ex Ruperto: *Ut quocunque te verteris, quicquid agere volueris, tecum sit comes in itinere, princeps in opere. Et tunc quidem super te erit, & dominabitur tui, quia videlicet, omnis qui facit peccatum, servus est peccati.* Vide P. Manutium in *adagio*, *Ibyci grues*; optime Flaccus *Carm.* lib. IV. ode V.

Culpam pœna premit comes.

Adde *Gryllum* VI. eruditissimi Glareani.

C Hæc dicta sint ex Ibyci occasione, cujus ex mortis genere natum est illud adagium, *Adsunt Ibyci ultores*; adest & alterum, *Ibyci equus*, in eos, qui nolentes præter ætatem ac vires ad periculosum negotium adigerentur. Vide hic P. Manutium, sive E. R. ubi etiam de Ibyco.

BACCHYLIDES.

Hujus vix nomen superet illud ex Eusebio, *Bacchylides carminum scriptor*. Communem cum non paucis Poetis miseriam habet, ejus scilicet pulchra D Carmina vetustate periisse. Horatius Flaccus Bacchylidis imitator fuit. Hujus meminit Plutarchus in *De Exilio*, unde colligitur Bacchylidem exulasse; hæc referens: *Bacchylides Poeta Cous in Peloponneso. Hi omnes, iisque adhuc plures, patria sua amissa, non desponderunt animos, neque se projecerunt, sed bonitate suorum ingeniorum usi, tanquam commeatum fortuna exilium suppeditante apud omnes etiam post mortem fama sunt celebri neque ab illis ulla ullius, qui in exilium egisset, facta iterum est mentio.* Hæc Plutar.

Distichon:

Tempus edax rerum docti hujus carmina rosit.
E *Perdidit hic oleum, perdidit hic operam.*

DIAGORAS.

Melius. Servus fuit, urbe pulsus, eique, qui illum interfecisset, præmium propositum. Hinc proverbium, *Diagoras Melius*, in eos, qui sine religione & pietate vivunt. Vide adagium hoc ipsum apud Manutium.

In Atheos, ex Jo. Oweno *Epigrammaton* lib. III. epigr. XVI.

Insipiens in corde suo, non est Deus, inquit,
F *Dixit; at hoc nullus credidit insipiens.*
Insipiens negat esse Deum si nemo, quis ergo
Atheus est? Nullum qui cupit esse Deum.

Et iterum lib. II. poster. ep. XCVIII.

Primus in orbe Deos fecit timor? est tamen, eheu!
Pene Dei reliquus nullus in orbe timor.

Et iterum lib. III. ep. LXXXII.

Præteriti tibi nulla fides, spes nulla futuri;
Præsentis totum te tenet unus amor.

Et iterum lib. I. ep. LII. A

Nulla domus domino caruit: vos hanccine tantam
Nullius domini creditis esse domum?

Quid plura? Regius Psaltes jam dixerat: *Dixit insipiens in corde suo non est Deus*. Quæ sic reddit B. A. Montanus:

Demens corde ferox sic statuit suo,
Nullus nam est homines qui videat Deus.

PHILOXENUS.

Servus fuit. A Dionysio in lapidicinas, quas latomias, & lithotomias, Græci vocant, missus est, quod illius Tragœdiis non assurgeret, Stobæus. Alii aliam B causam afferunt. Reponitur inter primores gulæ Poetas. De eo Plutarchus in *de Fortuna*, vel *virtute Alexandri* orat. poster. *Dionysius, qui Philoxenum Poetam in lapicidinas injecit, quod scriptam a Tyranno tragœdiam corrigere jussus, ab initio totam usque ad coronidem deleverat*. Ex quo natum est adagium, *Philoxeni Non*. Dicendum, ubi quis obstinate, vel inficiatur, vel recusat: aut ubi quis alteri nescit concedere, neque quidquam ad gratiam loqui, P. Manutius in hoc adagio.

Lusus:

Est, & Non, cuncti monosyllaba nota frequentant. C
Hic sibi damnosum, Non, tulit esse suum.

TIMOTHEUS.

Milesius fuit. Cupidior aliquanto argenti & auri fuit. Parum abfuit, ut accusaretur. Spartiatas sibi succensos habuit.

Lusus:

Non hinc culpandus. Quis non desiderat aurum?
Versibus ista suis defuit harmonia.

MESOMEDES. D

Creditus est libertus. Diminutum est sibi salarium ab Antonino.

Ex Persii *Prologo*:

Magister artis, ingeniique largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.
Quod si dolosi spes refulserit nummi,
Corvos Poetas, & Poetridas picas
Cantare credas Pegaseium melos.

NOTHIPPUS.

Inter helluones & ganeones connumeratur. Cognomento ὀψοφάγος Athenæo memoratur. E

Tumulus:

Nothippus hic jacet,
In cujus ventre nunquam satis cibi jacuit.
Non est, quia non est.
Esset, si esset.
Quod non amplius haberet, quid esset, desiit
Vel terram voraret.
Fuge viator:
Vel ejus umbra est vorax.

PHILISTION.

F

Nicæus. Risu mortuus est. Jo. Ger. Vossius eum facit Prusæensem, vel Sardianum. In fabulis fuit ὁ φιλογέλως, sive *risus amans*. Huic vero sensu illud aptari potest adagium, *Risu emori*. Sed fuit Risus Sardonius. Manutius in *Adagiis* videndus in hoc ipso adagio, *Risus Sardonius*. De Risu Sardonico Aloysius Novarinus.

Miseria hominum:

Mille modi mortis, vel risu flamina vitæ
Rumpuntur. Nec tu solveris in lacbrymas?

MARSYAS.

Lydius, qui & Masses. Ab Apolline in musico certamine victus, arbori est suspensus, & pelle nudatus. Fabulosa hæc Ovidius exequitur. Notiora sunt, quam ut referri oporteat. Vel insanus factus se in fluvium præcipitavit. Hinc proverbium, *Marsyæ mors*. De Marsya Nat. Comes in *Mythologia* lib. VI. cap. XV.

Monitum:

Disce homo; Næ punit corda superba Deus.

PHRYNIS.

Mithylenæus. Servus natus est. Hieronis Tyranni coquus.

Lusus:

Ad versus hujus rodendos currite mures.
Sunt sapidi; Phrynis condiit ipse coquus.

ARCHILOCHUS.

Dictus *Tettix*, id est, *cicada*. Maledicus, & in sermone obscœnus. Ex mordacitate Archilochia natum prov. *Archilochi Patria*, in mordaces & maledicos, & *Archilochum calcas*, in eum, qui calumniis & maledictis assuevit. Una cum liberis suis Lacedæmoniorum sanctione ex ipsorum urbe ejectus est; ab Archia mulctatus quoque fuerat exilio: Flaccus in *Arte Poet.*

Archilochum proprio rabies armavit iambo.

Ovidius:

Utque repertori nocuit pugnacis iambi.
Sic sit in exilium lingua proterva tui.

Miserior, quia, ut ait Ælianus, sua ipsius probra ipsemet scribendo prodiderit; quod scilicet matre serva natus sit, quod patriam ob inopiam fugerit in Thasum, quod inimicos habuerit. Ejus est Epitaphium:

Archilochi hic tumulus, rabie quem armavit iambi,
Mæonidæ cupiens Musa placere suo.

ARION.

Methymnæus. A nautis fuit submersus, teste Strabone. De Arione N. C. *Mythologiæ* L. VIII. c. XIV.

Distichon:

Qui pisces movit, nautas nequit ille movere
Cantu. Non est hoc fabula, at interitus.

BATTUS.

replicatus.

Ineptior est habitus, eandem enim rem sæpe inculcatam repetebat, adeo ut ab ejus nomine proverbium inoleverit, *Battirizo*, hoc est, Batti more loquor, Suidas. Hinc *Battologia*, pro fatua nugacitate, & inepta garrulitate. Hinc *Battologizare*, pro inaniter loqui. *Battarismus*, inarticulata vox.

Distichon ex Martiale:

Carmina quod scribis Musis & Apolline nullo,
Sis licet usque malus, non odiosus eris.

Ex eodem *lib. II. ep. ad Classicum*:

Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.

ALCMAN.

Ventri ac gulæ operam dedit; unde & inter gulones, & voraces, & multi cibi homines connumeratur. *Addephagus*, id est, vorax supra mo-

dum, rebus Venereis vacavit, (Gulæ filia Venus) & amatoriis. Agesidis (teste Æliano) servus fuit. Periit phthiriasi, hoc est, pediculari morbo.

De phthiriasi Q. Ser. Samm. de *R. M.* cap. L. ubi Gabr. Humelbergius adnotat multa, inter alia, *Eodem morbo interiore Democritus, Alcman Poeta*: vide locum.

Ex eodem Sereno:

Infelix Alcman tali languore peresus
Corruit, & fœdo se vidit ab agmine vinci.

ALCÆUS.

Contumeliis & conviciis Pittacum laceravit, quod sibi a civibus abrogatum esset imperium, & ejus summa Pittaco esset tradita, cum eoque perpetuas inimicitias exercuit. Captivus in Pittaci manus venit, Val. Max. Dum pugnaretur, abjectis armis, aufugit. Lycum puerum Alcæus ardenter amavit. Horatius Alcæi minaces vocat Camœnas *Carm.* lib. IV. ode IX.

Monitum:

Dura pati, durosque simul tolerare labores,
Ingratæ Musæ miseris tribuere Poetis.
Qui sapis, has fugies, alias amplectere, & artes.
Si cupis, ut nummis extet tua plena crumena.

STESICHORUS.

Cujus nomen erat Tisias. Nimio plus amavit, Athenæus. Cum in Helenam maledicum carmen & contumeliosum condidisset, tandiu oculis captus fuit, quoad per somnium monitus, palinodiam recantavit. In Phalaridis manus venit. Stesichori meminit Horatius *lib.* IV. *ode* IX.

Stesichorique graves Camœnæ.

Ex hoc adagium, *Ne tria quidem Stesichori nostri*, de vehementer indocto & imperito dici solitum: & aliud, *Omnia octo*, cum nihil deesse significatur, aut cum multa inter se similia videntur: vide P. Manutium.

Exclamatio:

Quid juvit me Musa? Dies mea carmina rosit.

SIMONIDES.

Fuit aspectu fœdo & deformi. Avidus pecuniæ fuit. Is primus in Poeticam astutiam & quæstum carmina induxit; unde Κίμβιξ dictus est, qua dictione Græci pecuniæ avidum significant. Ut locum fecerit proverbio, *Simonidis carmina*, seu cantica, in avaros & sordidos, simul in vafros & callidos, subdolos: vide P. Man. in adagio, *Simonidis cantilenæ*. Præcipua Simonidis virtus in commovenda miseratione: Catullus:

Mœstius lachrymis Simonideis.

Et Horatius *lib.* II. *ode* I.

Sed ne relictis, Musa procax, jocis,
Ceæ retractes munera næniæ.

Monostichon:

Se novit miserum: hinc lachrymis impletur obortis.

PINDARUS.

Cum in Gymnasio super gremium pueri Theoxeni, quo unice oblectabatur, capite posito, se quieti dedisset, decessit: vide Val. Max. Plutarchus aliter ejus mortem narrat. Suidas etiam aliter ejus mortem refert.

Lusus:

Dicatur Venus haud tenerorum mater amorum.
A Venere obscœna Pindarus ecce jacet.

CINESIAS.

Corpore tardo fuit, & imbecilli, attenuatoque, quamobrem tiliaceis quibusdam utebatur tabellis ad se sustinendum. Fuit impietatis crimine notatus.

Prosopopœja:

Heu doleo! celerem valui haud ego ponere gressum:
Parnassum iccirco scandere non potui.
Naturam incusans, in Musas impius ipsas
Jure fui, tardos nam tribuere pedes.

HIPPONAX.

Fuit minimæ staturæ, exilis, & deformis. Fuit mordax. Huic dici poteris adagium, *Cum sis nanus, cede.*

Lusus:

Ardalides Nano dabitis vos esse Poetam?
Nasus enim nanis plurimus esse solet.

EUBÆUS.

Cum urbi Athenarum maledixisset, parum abfuit, quin in eum Athenienses animadversuri essent.

In maledicos:

Ferte citi flammas, date tela, occidite pestem.
Devoret ossa canis, cætera membra lupi.

SOTADES.

Maronites. Periit miserando mortis genere: cum enim de rege Lysimacho multa, & de Rege Ptolomæo plura impudentius scripsisset, a Patroclo Ptolomæi milite captus, & plumbeo vase conclusus, in mare est demersus. Plutarchus aliter rem enarrat. Fuit *dæmonistis*, hoc est, insania, vel furore agitatus. Lascivus fuit utroque amore. Hinc poterit erui adagium, *Sotadis carmina*, in Poetas lascivos atque impudentes.

Ex Tronsar. in *Jano Quadr.* fr. III. ep. CCCXVI.

Somnia non credo, quæ sic deformia fingis;
Tam fœdo Morpheus non venit ore mihi.

Huc referendum, quod Famianus Strada in *Prolus. Academ.* III. & IV. probat. Obscœnorum carminum Scriptores non esse dicendos Poetas. Tu illum legere potes. Hic propero. Horat. in *Arte*:

Aut prodesse volunt, aut delectare Poetæ:
Aut simul, & jucunda, & idonea dicere vitæ.

Et obscœna non bene delectant, sed male turbant.

HEMITHEON.

Syybarita. Lucianus, & Philon ejus meminit. Versus impudicos ac Sybaritica urbe condignos exaravit. Conqueritur Ovidius (jure quidem) quod sibi solum fuerit vertendum magis, quam Poetæ, qui multo scripserat impudicius.

Nec qui composuit nuper Sybaritica fugit.

Monitum ex Tronsarellio, apud Vossium:

Casta placent Musis. Lascivi carminis Author
Jure tua ignito da monumenta Deo.

PHERECYDES.

Syrus, Poeta Tragicus, & Philosophus percelebris, Pythagoræ præceptor fuit, qui propter deorum contemptum, & jactantiam suam, quod deis se nunquam immolasse, nec minus jucunde semper se vixisse prædicabat, tam diro fato, tamque exitiali morbo phthiriasi ab Apolline punitus periit. Hæc Gabriel Humelbergius in illud Q. Sereni Sammonici *de Re Medica* in cap. V.

Sed quis non paveat Pherecydis fata tragœdi ? A
Qui nimio sudore fluens, animalia tetra
Eduxit; turpi miserum quæ morte tulerunt.

Pherecydem apud Plutarchum & Diogenem Laertium invenio. An autem fuerit Poeta, nescio. Sed ego Poetarum Vitas non scribo, scribentes sequor:

Monitum:

Parva, jubente Deo, occidit sic Musca Gigantem.

CAPNIAS.

Capnias Poeta memoratur Suidæ, dicitque nihil scripsisse præclari: ut nihil mirum, si omnia ejus abierint in fumum, qui Græcis Κάπνος, unde nomen Poetæ Καπνίας Vossius. B

Lusus:

De lauro spirat næ plurima copia fumi.
Et vana in fumum carmina abire solent.
Excœcare solet, dum lambit lumina fumus.
Et vapor a lauro fumeus esse solet.

EVAGES.

Literarum parum gnarus, sed ingenii felicitate nomen Poetæ assecutus, Vossius. An hic dixerit? C Ex Horatio lib. I. *Serm.* satyra IX.

—— quis me scribere plures,
Aut citius possit versus?

Reponam cum eodem *sat.* X.

—— rerum dura negarit
Versiculos natura magis factos, & euntes
Mollius? at si quis pedibus quid claudere senis
Hoc tantum contentus, amet, scripsisse ducentos
Ante cibum versus, totidem cœnatus.

Bene: nam idem in *Arte Poet.*

Natura fieret laudabile carmen, an arte
Quæsitum est; ego nec studium sine divite vena, D
Nec rude quid prosit video ingenium: alterius sic
Altera poscit opem res, & conjurat amice.

Et ibid.

Ingenium misera, quia fortunatius arte
Credit, & excludit sanos Helicone poetas
Democritus.

Ubi miseram vocat Artem Poeticam.

Nam, ut ibidem ait, (pro *nunc*, reponam *non*)
Non satis est dixisse; ego mira poemata pango.

POLYMNESTUS.

Mileti filius, Colophonius. Ob fœditatem reprehensus ab Aristophane in *Equitibus*: imo & Cratino memoratus; ut Suidas docet: ad hæc Alcmani & Pindaro, Vossius. E

Lusus:

Ad Satyram forsan multis ambitus, ut ipso
Nomine babes; hoc ipsum, an quia fœdus eras?

PYTHANGELUS.

Tragicus Poeta, Grammaticus memoratus; sed flagitiosis moribus, quam carmine notior, Vossius.

Monostichon:

Carmine famoso debent tua carmina inuri. F

SOPATER.

Parius, Φλοιακογράφος, nisi potius legendum Φλυαρογράφος: illud *in cortice scribentem*, hoc *nugarum scriptorem* significat, Vossius.

Monostichon:

Ergo fuit nugarum, & tantum in cortice vates.

Exclamatio:

O quot sunt Sopatres Phlœacographi, & Phlyarographi!

SYBARIS.

Poetam fuisse colligit Dom. Calderinus ex illo Martialis *lib.* XII. *ep. ad Ruffum*:

Qui certant Sybariticis libellis.

Reprehenditur a Politiano: annuit Vossius. Hoc mea non refert, scribentes sequor. Si igitur Poeta fuit, lascivus fuit: vide P. Manutium in *adagio, Sybaritica mensa, Sybaritici sermones*; hic videtur pro Calderino aliquid dici posse, & *Sabaritica Oratio.*

Monitum:

Sybarim fugiat Poeta, jam diximus ante, sed sit bonus; si enim sit malus, non fugiet; sit enim fere, ut qualis vita, talis sit oratio.

Mentem animumque simul deturpat fœda libido.
Turpiter ac multos sæva libido necat.

ACHILLES, ET PARIS.

Polyhistor Gyraldus inter Poetas etiam Achillem & Paridem connumerare videtur. Hos etiam sua habuit miseria. Achillem Paris clam ex insidiis sagitta transfixit; quare ultimum vitæ suæ diem ita per dolum conclusit. Ejus corpus non prius deditum est Græcis, quam recepissent illa ipsa munera, quæ pro redimendo Hectore data fuerant. Propter hujus præclari Herois mortem dictæ sunt Musæ & Nymphæ omnes flevisse. A Chirone eruditus, Musis etiam deditus esse credi potest. Natalis C. in *Mythol.* lib. IX. cap. XI. *Paris post Iliadem malorum, denique e Lemno insula accitus trucidatur. Paris spreta sapientia ac opibus per lasciviam imperium perdidit.* Idem Comes *lib.* VI. *cap.* XXIII. quem consule doctissime scribentem. Vide quanta damna Venus lasciva afferat! Est enim Venus, quam tanti fecit Paris, nihil aliud, quam dementia; ut nomen ipsum significat, sicut testatur Euripides in *Troadibus*:

Τὰ μῶρα γὰρ πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βρότοις.
Καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς.

Vertit Natalis Comes.

Ubique stulta sunt Venus mortalibus:
Recteque nomen cœpit a dementia.

HERCULES.

Herculem inter Poetas? Miraberis sane. Poeta fuit, & ipse solus Parnassum sustineret, si alia deesset Carminum materia. A Lino Poeta Apollinis filio literas didicit, quem & ingratus occidit, (ut in *Lino* dictum) quia ab illo vapulasset. Omnibus ingenuis artibus a singulis in quavis facultate præstantibus hominibus fuit institutus. Fuisse Poetam patet ex eo, quod diximus in *Asbolo*. Fuit tandem Hercules Omphales Lydorum Regis filiæ amore captus, quare multa vir fortis indecora facere coactus est. Ovidius:

Diceris infelix scuticæ tremefactus habenis
Ante pedes dominæ pertimuisse minas.

Fuit furore captus. Fuit servus. Tandem miseram mortem obivit. Se in pyram in monte Oeta conjecit. Ajunt Herculem conantem vestem discissam avellere, frusta carnis simul avulsisse. Hinc disce: Voluptatum finis est omnium dolor, & miseriæ: vide *Mythol.* lib. VII. cap. I.

Affabulatio:

Occidit Venus Heroes: Næ sæva libido est:
Stultitiam, & mortes miseris mortalibus affert,
Virtus est vitium fugere, & sapientia prima
Stultitia caruisse; atque, adde, libidine fœda.

TIBERIUS CÆSAR.

Post Heroes, Cæsares. Tiberius Cæsar, ut in *ejus Vita* Suetonius cap. LXX. *Fecit & Græca Poemata, imitatus Euphorionem, & Rianum, & Parthenium*, Vossius.
Adi Suetonium, si nosse ejus miserias cupis.

GERMANICUS CÆSAR.

Inter cætera studiorum monumenta reliquit & Comœdias Græcas. Eum veneno per Pisonem in Syria sustulit Tiberius Cæsar, idem Suetonius *lib.* IV. *cap.* III. Vossius.

N E R O.

Poesi in juventute maxime est delectatus. Græce scivit. Neroni poema elegiacum *de Theriaca* inscripsit *Andromachus*. Non videtur negari posse, Græcum etiam Poetam fuisse. Hujus Metropolis Vitiorum miserias dat Suetonius.

TITUS CÆSAR.

In fingendis Poematis promptus, & facilis Græca Latinaque lingua Tranquillo fuisse dicitur, Plinius. An sit in albo miserorum adscribendus, Suetonius, Eutropius, Isidorus, Suidas docere te poterunt.

ADRIANUS CÆSAR.

Græcum Poetam fuisse commonstrat Anthologia, Spartianus in *Vita ejus* non habuit pro bono Poeta. Miserias hujus Rom. R. Scriptores dabunt.
Epiphonema:
Tantæ sortis erit brutæ Græcum esse Poetam.
Musarum invidia tangitur ipse chorus.

AUGUSTUS CÆSAR.

Græcos etiam versus fecisse, cognoscimus ex Suet. in *Vita ejus* cap. XCVIII. Plinio *lib.* XXV. *cap.* X. & Macrob. lib. X. *Saturn.* cap. IV. Vossius. Duræ sortis non vitasse omnino inconstantiam iidem docere possunt.
Monostichon:
Cæsaribus neque Sors parcit. Nocet esse Poetam.

SOCRATES.

Cæsares sequatur sapiens Socrates inter Poetas. Socrates (apud Platonem eas laudat Cebes) fabulas Æsopicas versibus reddidit, Vossius. Cicutam bibit. Persius *fat.* IV.
—— *barbatum hoc credo Magistrum*
Dicere, sorbitio tollit quem dura cicutæ.
Exclamatio, ex Tronsarellio:
Servum in se Cœlum domitrix sapientia claudit?
Haud. Brutæ sorti subditur at Sapiens.

ADMETUS.

Poeta indignus, quando ποιητὴς φαῦλος, *Poeta ineptus*, Luciano dicitur in *Demonacte*: ubi & versiculus ejus memoratur, quem voluit monumento inscribi: is ejusmodi fuit:
Terra cape Admeti spolium: Cœlum ipse petivit.
Quo audito, Demonax dixit, esse epigramma elegans, ac magno se emturum, ut diu fuisset inscriptum. Eo indicabat præstitisse, si ante multo mortuus esset. Unde etiam ejus audaciam & arrogantiam colligis. Vossius.

Distichon:
Invitis Musis versus tu scribis ineptos.
Hosce meras nugas dicere jure potes.

OPPIANUS.

Cilix, lue excessit. Ut, si bene colligo, Vossius ex Josepho Scaligero deducit.
Lamentatio:
Nec mihi succurris Medicinæ inventor Apollo,
Ergo Poetarum falso tu dicere custos.

APOLLINARIS.

Laodiceæ in Syria Episcopus. Tantus vir non parum de ingenii doctrinæque laudibus detrivit novo dogmate, quo statuit Λόγον non mentem adsumsisse humanam, sed solum corpus anima præditum sensiva, Vossius ex Vincentio Lirinensi, & Theophilo.
Monitum ex Apostolo:
Captivare oportet intellectum in obsequium Fidei.

PROCLUS LYCIUS.

Quantum gloriæ in Platonica Philosophia adeptus est, tantum insaniæ adversus Christianos scribens contraxit, cui Philoponus respondit, Vossius.
Invectiva:
Quis furor insanus, quæ te dementia cepit?
Firma Fides nugas despicit ecce tuas.

MAXIMUS PLANUDES.

Suas etiam passus est miserias, Vossius ex Volaterrano & Possevino.
Querimonia:
Hoc mihi pro meritis? Musarum Florida Grajum
Digessi. Vatum gloria vivit adhuc.
Hoc ego jam merui, quoniam non casta recidi,
Impiaque, ut sancte Floridus esset Ager.

MARCUS MUSURUS.

Cretensis. Hujus viri infelicitates & miserias refert Jo. Pierius Valerianus *de Literatorum infelicitate.*

SCIPIO CARTEROMACHUS.

Pistoriensis, iniquam passus est fortunam, idem Valerianus.

ANGELUS POLITIANUS.

Florentinus. Cujus idem Valerianus adversam sortem enarrat. Valeriano aliquid addere, detrahere est. Illum lege. De quo, cum *de Miseria Poetarum Latinorum.*

JOSEPHUS SCALIGER.

Ejus miseriarum cumulus fit, a Catholica Fide abiisse, lege interim *Gryllum* XIII. Eruditissimi Glareani. Sed de his iterum redibit sermo in lib. II. ubi *de Poetarum Latinorum Miseriis*, si Deus faverit.

P L A T O.

Divinus etiam Plato Tragœdias scripsit, teste Laertio. Multa etiam tulit, quas Tragœdias infelicibus ustulavit lignis. Discipulum ingratum Aristotelem nactus est, Vossius. M. Ficinus in *Phædro*: *Plato noster poeticæ Musæ, & quam a tenera ætate, imo ab Apollinea genitura sectatus est*:

Et in *Convivio Plat.* mortem ejus refert: *Plato Philosophorum Pater, annos unum & octoginta ætatis natus, septimo Novembris die, quo ortus fuerat, discumbens in convivio, remotis dapibus expiravit.*

Elogium ex Tronsarellio:

Omnigena huic uni cessit Sapientia sedem.
Servum in se Cœlum domitrix Sapientia claudit.

ARISTOTELES.

Stagyrites inter Poetas a Laertio in *ejus Vita* refertur. Inter alia *Pæana in Hermiam Eunuchum* scripsit. Enumerat Ramus, Patricius, Gassendus Aristotelis miserias. Fuit ingratus in Platonem, in Alexandrum; fur, mendax, aliorum occultator, obtrectator, callidus. Vere quidem Poetæ significatum & epitheton possedit, nempe Mendax

Ex meo *Rivulo Aganippeo*:

Æstus Euripi dum non capit, insilit illuc,
Et perit. Haud aliter debuit iste mori.

Programma,
Aristoteles.
Anagramma purum,
Eratos, & lis.

Aliud:

Aristotile
Anagr.
Storia lite.

Nunc de Græcarum Poetarum Miseria.

SAPPHO.

Viro mortuo, diversis amoribus est diffamata, adeo ut vulgo *tribas* vocaretur: promiscue enim impudens pueros & puellas arsit: unde & *mascula* ideo a quibusdam appellari creditur ab Horatio Flacco, & Ausonio Gallo, quod marium scilicet vices in opere cum puellis gereret: Alii, quod Leucadium, qui virorum erat, saltum animose aggressa fuerit. Pap. Statius:

—— saltus ingressa viriles
Non formidata temeraria Leucade Sappho.

Amatus fertur Phaon Lesbius a Sappho, cujus Phaonis amore impatiens Sappho, se a Leucade in mare præcipitem dedit. Quidam alteram Sapphum existimarunt, quæ Phaonem amavit. Duas distinguit Vossius. Nos sequimur, non inquirimus. Plinius, Athenæus, Suidas, Ovidius, Plutarchus, qui amoribus deditam fuisse illam scribunt.

ODE Sapphica:

Hujus, quæ jugum potuit videre
Alta Musarum domus est ubi, illis
Est ubi Cæsar residens Apollo,
Flete ruinam.
Arsit impura Venere, impudica
Audiit, multos habuit maritos,
Nec satis fecit Veneri procaci,
Semper & arsit.
Impudens arsit pueros, puellas;
Mascula iccirco fuit, & vocata.
Pœna sed culpam premit: hanc secuta est.
Flete ruinam.
Nulla nam doctis Venus est amica:
Officit semper vegetis libido
Mentibus damnosa. Cavere disce,
Qui sapere optas.
Fomiti fortem injicias catenam,
Usque tu sensum cohibe rebellem:
Ad Polos mentem erige, & beantem
Nitere semper.

ERINNA.

Poetria, Sapphus, ἑταῖρα, sive amica, sive concubina fuit. Iunior excessit, Suidas & Plinius.

ASPASIA MILESIA.

Periclis prius amasia, ex quo nothum filium Pericles suscepit, postea & ejus conjux fuit. Duorum fuit causa bellorum, Samiaci scilicet, & Peloponnesiaci. Accusata fuit ab Hermippo Comico lusco, quod cum Pericle faceret lenocinium.

ELEPHANTIS.

Sive Elephantine Poetria κατακλίσεις sive varia *concubitus* genera descripsit, lascivissima fuit, quæ tanquam Spinthria varios concumbendi modos exquirebat.

PHILŒNIS.

Philœnis Leucadia, Poetria, descripsit varios concubitus: nisi potius Philocrates Atheniensis eorum fuit auctor, quæ ejus nomine præferebat. Hoc quidem Philœnis ajebat, Vossius, ex Xenophonte, ac Suida. Prostratæ fuit pudicitiæ.

ASTYANASSA.

De concubituum figuris libros reliquit. Tatianus & Plinius. Ovidius has innuit:

Nec quæ concubitus non tacuere suos.

MEGALOSTRATE.

Poetria, amasia Alcmanis fuit, Vossius citans Athenæum.

PRAXILLA.

Sicyonia Poetria, a qua metrum *Praxillium* esse dictum ferunt. Ex ejus *Adonide* proverbium ortum est, *Stolidior Adonide*. Hæc enim in suis cantionibus Adonidem inducit ab inferis interrogatum, quid apud superos pulcherrimum reliquerit, respondere, *solem, cucumeres, mala*. Quod cum vehementer insulsum videretur, cucumeres & mala cum sole componere, proverbium dici cœptum in homines nullius judicii. Vide Manutium in proverbio, *Stupidior Praxillæ Adonide*. Ad puerum Calain carmen scripsit, Vossius. Unde & lascivia laborasse, & decorum non servasse videtur posse colligi.

Nomos:

Exulet æternum infamis, lasciva caterva
Parnasso a casto; corruat ipsa Venus.

EUDOXIA.

Theodosii Junioris conjux, Leontii Sophistæ Atheniensis filia, prius Athenais dicta. Incidit in Imperatoris indignationem deprehensa in mendacio, ob μῆλον ἔριδος, hoc est, *malum Eridis*, Lancius perperam, *contentionis ovem*. Anno 59. decessit in Palæstina: cum ante jurasset se puram esse criminis a Paulino, Vossius ex Nicephoro, & Socrate.

Ex *Jano Quadr.* fronte 111. de Fortuna:

Sunt omnes, Alcon, dubiæ felicibus horæ;
Ni sapiens, felix vivere nemo potest.
Invenies Sortem; sed non Fortuna tenetur;
Cum magis illa venit, tunc minus illa viget.

Docet nos Eudoxia:

Fortuna dat, & tollit datum.

Hæc sunt, quæ in præsentia *de Miseria Poetarum* colligere potui. Si non omnium miserias collegerim, non mihi vitio vertendum erit: *non omnia*

omnia possumus omnes. Si paucos bis posuerim, vel in causa fuit scriptorum diversitas, vel aliquid novæ additionis. Potuissem tollere: nolui, scripti erant. Ne omnino frigidus & siccus viderer, & mea, & aliorum illustrium Poetarum, aliorumque carmina, eruditionesque subscripsi. Non potui non indulgere genio: amo enim Doctrinam eruditam, & Doctam eruditionem. Erit qui suppleat, & meos me doceat errores. Interim qui legis, me, & te esse homines, memento. Cavendum ne dicatur, *Omnis homo mendax.* Me tamen non gravaberis in Græcos Poetas miseros accensere postremum.

JOSEPHUS BARBERIUS.

A Patria mea Sanct-Elia, quod est Diœcesis Cassinensis oppidum, fere vigesimus annus est, ex quo absum: Multa tuli, fecique, sudavi, & alsi, assiduis cum morbis pene ad mortem luctatus, ut bellum ignorantiæ indicerem, quam non adhuc debellavi, conor tamen debellare. Natus ad Poesim; Thuscam, Latinam frequentavi, Græcam attigi. Specimen dedi, & jam multa sunt ad manus. Encyclopædiam amavi, ratus doctum dici non posse, qui non sit Encyclopædicus. Cujus speciem forsan videbis. Paupertate dira, domestico bello, discipulis ingratis, lite maxima cum potentioribus maximo cum periculo, innocens tamen, a pessimis latronibus ad necem quæsitus, fortuna in omnibus contraria semper jactatus misere vitam transigo, & si ad literas eapse natura non ferrer, illis studuisse detestarer, cum videam Doctos ut plurimum esse infelices, indoctosque sortem habere blandam. Conor tamen mea sorte esse contentus, divinæ voluntati obsequens. Unum tamen solatium a literis. Me non esse mendacem brevi publica lux testabitur.

Distichon:

Est mihi Paupertas, est Sors contraria semper.
Gaudeo; nam saltem Pallas amica mihi est.

AD PHILOMUSUM LECTOREM.

Ecce tibi, Amice Lector, *Miseriarum Poetarum* librum primum, *Græcorum* scilicet, quo ex Gyraldo, Vossio præcipue collegimus, & Cl. Laurentio Crasso, qui postremus omnium scripsit eruditissime *le Vite di Poeti Greci*, cujus in omnes Doctos benevolum animum jam expertus dico; cui multum debeo; cujus filios Bartolomæum & Nicolaum, patri vere similes, jam Magister bonis artibus Jurisprudentia & Philosophia amantissime docui domi propriæ. Quantum progressum in literis fecerit Bartolomæus Crassus, jam vidit, & videbit orbis. Post hos Heroes, *Poetarum Miserias* scripsi, collegi. Auctorum, quibus usus sum, Catalogum appingere non placuit. Lector viderit. Expeditus jam est liber II. *De Miseria Latinorum Poetarum.* Si hic tibi placuerit, illum brevi expecta. Ni placeat, ede tua, & negligentias meas supple. Facile est inventis addere. Ni placeant mea indoctis; non curo: Ni Doctis; erudiri & doceri charum habeo. Si quos præterii, non mihi vitio vertatur, *non omnia possumus omnes.* Vel J. Pierius Valerianus & Cornelius Tollius, non omnes, de Literatorum Infelicitate, non omnes viderunt. Si Appendicem hanc meam opellam vocabis, non indignabor. Voca Speciem. Tu fac meliora. Si qui erunt, qui suppleant, gratum fecerint. Si notitias mittant, augebitur liber, &

Fœcundæ & gratæ committent semina Terræ.

Si qui sunt errores; memento me & Te esse homines, vel Te nosce: Mart.

Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

Omnia Judicio S. Matris Ecclesiæ Catholicæ Romanæ libentissime submitto. Hæc ni placeant, alia expecta, jam affecta: *Mures Bibliophagos*, *Stultus, qui sapientes docet*, *Hominem Promethei*; & alia Opuscula.

Martialis:

Non potes in nugas dicere plura meas
Ipse ego quam dixi. Tu meliora doce.

Literatorum Querimonia:

Quid Doctrina juvat, si sola Pecunia regnat?
Quid prodest Virtus, si una Moneta potest?

Ut verum sit illud: *Qui non habet, non est;* & falsum illud: *Virtute Duce, Comite Fortuna;* cum dicendum esset: *Fortuna Duce, Comite Virtute.*

Nummorum harmoniam, non Musæ diligit Orbis.

Omnia S. Romanæ Ecclesiæ correctioni libens submitto.

ILLUSTRISSIMIS ACADEMICIS ET LITERATIS OMNIBUS EPISTOLA.

Discipulorum discipulus, Magistrorum Magistris Epistolam scribere audet. Res sane indigna esse videtur, ac temeraria. Temeritatem prudentia, indignitatem dignitas excusabit. Vos, qui Doctrinæ columnæ ac lumina in Sapientiæ Templo consulgetis, Polymathiæ luces, Encyclopædiæ Soles, radios in me humillimis humiliorem, quæ vestra est benignitas, diffundere ne dedignemini. Ea enim (ni veritas odium parit) me tenet sciendi cupiditas, is ardor, ut manum a scribendo continere non potuerim. Et quanvis Noctua ad Solem, Oceano guttam adjicere tentavi. Non despexerunt quidem antiqua numina parva munuscula bono animo oblata; affectum potius respexere, quam censum. Et licet exigua sit ingenioli mei tenuitas; cum eo omnia redire, unde ortum traxere, necesse sit, ad vestrum Scientiarum Mare meæ stillæ recurrunt. Quicquid enim parvi, si quid scio, vobis Præceptoribus acceptum, ne ingrati animi vitio inficiar, referre debui. Multi multa ad scribendum invocant; multi Mecœnates quærunt. Ego Vos invoco, Vos Mecœnates agnosco. Quid Scientiarum Numina fingere? Quid Musarum Fontes, Colles, Montes? Quid Apollinis Regias? Quid Minervæ Athenæa? Quid Palladis Arces, Aula, ac Templa? Vos Illustrissimæ Academiæ omnes, Scientiarum omnium Templa estis. Vos Literati omnes, Musæ, Sophiæ numina, Pallades, Apollines estis. Taceo, ne pro exornatione vituperationem contexam; nam non laudare quod satis est, vituperare est. Vosmet estis vestra laus. Ego quantum in me erit, (mihi

Semper honos, vestrum ac nomen, laudesque manebunt)

Hoc semper venerabundus memori pectore volvam; &:

Ante leves ergo pascentur in æthere cervi,
Et freta destituent nudos in littore pisces,
Quam nostro vestrûm labatur pectore vultus.

Vobisque omnibus me addictissimum offero discipulum. Ne, quæso, spernite. Gloriosum est enim e minimo facere aliquid: & qui alium honorat, se ipsum laudat. Multa vobis ad correctionem mea supponentur opuscula. Vos omnes oro, obtestorque, ut me docere velitis; erit mihi pergratum. Errores mihi indicando meos, me docebitis. Si qui etiam dignabitur Notitias ad me mittere eorum, qui Josephi nomen habent, qui tamen literis, aut armis floruerunt, *Templum Josephicum meum* auget, atque honora-

A bit. Si quas etiam Notitias, quæ Miserias & Poetarum Glorias attingant, ad me dabit, suas videbit glorias. Quod si aliquis literatus Mecœnas aut aliqua Illustrissima Academia ad meas respexerit nugas, easque brevi typis edendas curaverit, & modum repererit, quo paupertatem & fortunam mihi contrariam superet, (Typothetæ etenim poscunt pecuniam) suum Honoris Templo immortale suspenderit Anathema, Octaviique Tronsarellii verum fecerit illud:

Servum in se Cœlum domitrix Sapientia claudit.

En Cn. Cornelii Galli:

Ipsa etiam totum moderans Sapientia Mundum
Porrigit auxilium discipulo alma suo. B

Catalogus meorum librorum.
Editi.

Rivulus Aganippeus.
De Miseria Poetarum liber primus, qui est de Miseria Poetarum Græcorum.

Edendi.

De Miseria Poetarum Latinorum lib. secundus.
Della Miseria di Poeti Volgari, libro terzo.
De Gloria Poetarum.
De Furore Poetico.
Rivulus Aganippeus adauctus, ubi Altas Fidei Romani Imperii Triumphus.
Elogia aliquot, Enthusiasmi, sive Furiæ Poeticæ, & Elegia Miseriæ humanæ Vitæ.
Rivus Aganippeus.
Nottole Poetiche, Versi, & Prose.
Ode Pindarica alla Penna. Lusi etiam in juvenili furore,
Accortezza all' improviso. Comedia.
Amoroso fallo. Comedia.
Le Frenesie, ò Pazzie d'Amore. Comedia.
S. Biagio. Sacra Rappresentazione.
S. Cataldo. Sacra Rappresentazione.
L'Elia Trionfante. Opera Sacra in verso.
Tettigonia, seu Cicadarum Metamorphosis carmine heroico.
Pythagoras, sive de Bono Silentii. Syntagma.
Empedocles Restitutus.
Inæstimabilitas libertatis, sive commentarius ad legem, libertas inæstimabilis res est ff. de Reg. Jur.
Mures Bibliophagi, sive librorum Rosores.
Vita, ò Accidenti di Giuda.
Homo Promethei, sive De Diversa Hominum Natura.
Stultus Docens Sapientes.
Æmula, seu Imitatrix Divinitatis Ethica.
Appendix ad Vitas Poetarum.
De Mystis, hoc est, de Sacerdote, Parocho, Episcopo, ac Summo Pontifice, opus morale.
De Immaculata Conceptione B. Mariæ Virginis, opus Theologicum.
Fructus Librorum, sive Brevis Encyclopædia, opus ingens, & varium, &c.

Hæc sunt, candide Lector, partim perfecta & absoluta, partim affecta. Hæc ad mei eruditionem scripsi; scribo enim, & lego, dum possum. Multos horum opusculorum vidisses, ni paupertas me opprimeret. Si Deus faverit, & aliquis Mecœnas opem tulerit, brevi typis committentur. Pecuniam nec amo, nec curo; Typothetæ tamen illam petunt. Parva iccirco scribo; scripturus magna, si esset, qui ederet. Hoc unum doleo, jacere bonas literas, & literatos Fortunam habere semper contrariam. Si qui erit, qui faverit, suam pandet gloriam, & me suas ad scribendum laudes obstringet. Et quoniam Joseph vocor,

TEMPLUM JOSEPHICUM composui, ubi eorum, quibus Josephi nomen obtigit, laudes recenseo, eorum scilicet, qui utraque Pallade, hoc est, Literis & Armis, floruerunt. Quod TEM- C PLUM brevi me daturum typis confido, ac spero.

INVIDIS, CRITICIS, MOMIS, AC ZOILIS,

repono illud, quod in eosdem in *meo Rivulo Aganippeo* scripseram, Græcum Δίστιχον:

Τὶ Φθόνερος, Κρίτικος, Μῶμος, καὶ Ζωῖλος εἰσὶ,
Εἰ μὴ τρὺξ Κόσμου, δαιμόνικός τε κόπρος;

Invidus, & Criticus, Momusque, ac Zoilus extant
Quid, nisi fæx Mundi, dæmonicumque fimum?

Ex Francisco Vergara:

D Οστις ταῦθ' ὁράας χαλεπῶς, ἀέτοντί τε θυμῷ,
Αὐτὸς μὲν πᾶσιν, σοὶ δὲ τις οὐ φθονέοι.

Quod sapit illud Martialis *in Invidum lib.* I. *epigr.* XLI.

Qui ducis vultus, & non legis ista libenter,
Omnibus invideas, livide, nemo tibi.

Repono illud iterum Octavii Tronsarellii, quod in hoc ipso Opusculo posui:

Extinctos Livor, tu vivos carpis; es ergo
Vivorum vermis: vilior esse nequis.

Ego his Δίστιχον:

Ut videare Sophus, carpis mea. Falleris. Ede,
Ede tua: ignorans invidus ista facit.

F I N I S.

PETRI CASTELLANI,

IN ACADEMIA LOVANIENSI GRÆCARUM LITERARUM PROFESSORIS,

VITÆ VETERUM ET ILLUSTRIUM MEDICORUM,

QUI TOTO ORBE, USQUE AD SÆCULUM XIII. FLORUERUNT.

AMPLISSIMO ATQUE EXCELLENTISS. VIRO,

FRANCISCO PAZ,

REGIS HISPANIARUM, ET S. S. BELGII PRINCIPUM

A R C H I A T R O

L. M. D. C. Q.

PETRUS CASTELLANUS.



Lcibiades in Convivio Platonis idem usuvenire sibi refert, quod a vipera morsi patiuntur: ut enim hi morbum suum nemini manifestant, nisi iis, qui eodem affectu laborant, quod se apud gnaros mali, quidquid agant, aut loquantur, facile veniam consecuturos putent. Ita se philosophandi studio, veluti quodam furore correptum, omnia facere, quo penitus in familiaritatem Socratis intraret, qui Sapientiam de cælo devocatam, inter homines collocasse videbatur. At Viri isti, quorum memoriam grata nunc prædicatione prorogare atque extendere conatus sum, Epidaurii Serpentis morsu afflati, quem consectentur, aut cui se adjungant potius, quam Tibi, Vir Excellentissime, quem ejusdem affectus non affinem modo, sed omnium, qui eo afficiuntur, Principem agnoscimus? Nec vero sollicitus esse debui quo vultu exciperentur: sciebam enim rejectas eorum non iri Vitas, quorum monumenta libenter & assidue versare manu solitus es, quoties ab Optimo Principe tempus vindicare Tibi licet. Hunc ad finem Bibliotheca maximis sumptibus instructa, ut cum officii tui munus expleveris, ad eos recurras, quorum magisterio ad amplissimos dignitatis gradus profecisti. Neque enim ignavia, aut otio, tanta & tam præclara summorum Principum judicia promeruisti. Dum Te Regum Maximus interioris admissionis Medicum adscivit, & Exercituum suorum valetudini præfecit; Dum Te Optimi Principes, (non enim minus justis de caussis, quam olim Trajano S. P. Q. R. Hoc nunc Optimi cognomen Belgarum Principibus adjicimus) Archiatrum summa cum fiducia probarunt; quantum Intelligentia, Doctrina, Fide, ac morum Sanctitate præstares, gravissimo testimonio declararunt. Huic munificentiam adjecerunt, quantam aliorum improba vota nec sperare queant. Ea tamen frueris citra invidiam, quia mereris: adeo, contra veteris dicti sententiam, *rationem tuæ felicitatis reddere potes.* Quin immo rationem præmiorum aliam habet affectus Belgarum. Nam qua ratiocinandi formula Themistocles Atheniensibus imperare se colligebat; eadem illi præsentem sæculi felicitatem, post Deum Opt. Max. se Tibi debere fatentur. Quoties ergo pro incolumitate P. P. vota suscipiunt, toties industriam tuam, toties fidem æstimare coguntur: & quantum quisque P. P. amat, tantum mereri Te censet. Non minor est in P. P. suos Belgarum amor, quam in Augustum P. R. Nec pluris hic Antonium Musam, quam nos Pazium facimus. At famam, non imaginibus, aut statuis, quas plerumque obscurat oblivio, sed favore hominum prorogamus; quo non aurum melius, vel argentum bene meritorum gloriam exprimat, teneatque. Quod quidem prolixe Tibi, cumulateque contigit, cujus gratissima memoria, cum ipsa Principum charitate pariter in omnium civium animo sedebit. Et publici quidem affectus stricturas, tenuiter a me deductas, modestia Tua feret; quam onerare aliarum virtutum commemoratione nolui. Hoc servare tamen volui, ne Te, in excelso dignitatis & eruditionis fastigio positum, sine debita significatione venerationis adirem. Itaque P. P. Medico, Principum Medicorum Vitas, in primo congressu offerendas rite censui, morem imitatus Veterum, qui gratiores quibusdam numinibus victimas existimarunt, quæ per similitudinem immolabantur.

AD LECTOREM.



ANDIDE LECTOR, *vetus mos eſt inter legendum excerpere. Summi id olim viri fecerunt. Ego ſane lectionem mihi periiſſe reor, ex qua nihil adverſaria creverunt. Sic dum Medicinæ Authores evolvo, & rerum argumenta meis uſibus in locos digero, ne Præceptores quidem negligo. Quin immo præcipua mihi cura propriis capitibus exacte ſingulorum opiniones annotare; & ne ſim ingratus, eorum nomina, per quos profeci, cum aliqua prædicatione laudum celebrare ſoleo. Hinc mihi natum, quod vides, de* VITIS illuſtrium Medicorum *opuſculum. Et quidem per omnes Medicinæ partes iturus, aliis ſuppreſſis, id primo in lucem exire paſſus ſum, quod anxia novem annorum expolitione non ſit opus, ubi tantum in facto res conſiſtit. Scio multos a me præteritos, & eos quidem eximios: ſed quid ſaciam? Cum Sophocle,*

Περὶ μὲν ὧ μηδὲ φρονῶ, σιγᾶν φιλῶ.
Non omnia poſſumus omnes:

Hanc ego pro modulo meo partem curavi; Alius aliam. Si quis ſymbolam conferre voluerit, Modimperator eſſe non recuſo. Vale, & conatibus noſtris fave.

Democedes.
Melampus.
Hippocrates.
Crateuas.
Cteſias.
Democritus.
Diocles.
Petron.
Praxagoras.
Mneſitheus.
Philiſtion, & Pauſanias.
Empedocles.
Acron.
Nicias.
Apollodorus.
Nicias.
Eudamus.
Ariſtogenes.
Chryſippus.
Menecrates.
Herophilus.
Clembrotus, & Critobulus.
Zeno.
Petronius.
Philippus Coux.
Philippus Acarnan.
Ariſtoteles.
Eraſiſtratus.
Theophraſtus.
Serapion.
Cleophantus.
Nicander.
Periander.
Aſclepiades.
Themiſon.
Dioſcorides.
Archagathus.
Antonius Muſa, & Euphorbus, & alii nonnulli.
Artorius.
Cornelius Celſus.
Æmilius Macer.
Vectius Valens.
Xenophon.
Charicles.
Eudemus.
Archigenes.
Theſſalus.
Critias, & Charmis.
Andromachus.
Athenæus.
Euax.
Antonius Caſtor.
Lupus.
Aretæus.
Theon.
Rufus Epheſius.
Plinius.
Soranus.
Galenus.
Scribonius.
Cælius Aurelianus.
Serenus.
Zeno.
Oribaſius.
Magnus.
Paulus.
Aetius.
Marcellus.
Alexander Trallianus.
Actuarius.
Nicolaus Myrepſus.
Avicenna.
Averroes.
Avenzoar.
Rhaſis.
Albucaſſis.
Meſue.
Iſaac.
Haliabbas.

PETRI CASTELLANI,

IN ACADEMIA LOVANIENSIS GRÆCARUM LITERARUM PROFESSORIS,

VITÆ VETERUM ET ILLUSTRIUM MEDICORUM, QUI TOTO ORBE, USQUE AD SÆCULUM XIII. FLORUERUNT.

MEDICI PRO DIIS HABITI.



Relaturus authores medendi principes, ea quæ jactationem habent in fabulis Poetarum omnino missa fecerem, nisi principia fingendi plurimum e vero traherent, atque ideo pleraque homines excogitassent, ut artis originem cœlo dicarent, Inventoresque Diis adsignarent; quod postea detracto figmentorum involucro Philosophi non ambigue confirmarunt: unde Imperator: *Τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην σωτηριώδη τοῖς ἀνθρώποις τυγχάνειν τὸ ἐναργὲς τῆς χρείας μαρτυρεῖ· διὸ καὶ ταύτην ἐξ οὐρανοῦ πεφοιτηκέναι δικαίως φιλοσόφων παῖδες κηρύττουσι. Artem medicam hominibus salutarem esse usus demonstrat: quare eam cœlo delapsam non immerito Philosophi prædicant.* Primum igitur eos memorabo, qui infirmitatis præsidium cœlo demissum laboriosæ mortalitati communicasse feruntur; aut quos vetustissimo referendi benemerentibus gratiam ritu mortalitas numinibus adscripsit.

Gentium consensus in primis APOLLINEM celebrat: & ab eo, ut canit Poeta,

> *Ἰατροὶ δεδάασιν ἀνάβλησιν θανάτοιο.*
> *Et Medici didicere moras innectere morti.*

Quamobrem ex hominum nata meritis illi nomina tribuerunt, & Elei *Ἀκέσιον*, Athenienses *Ἀλεξίκακον* appellarunt.

Græcorum APOLLO, SERAPIS est Ægyptiorum: atque hunc quoque medicinam fecisse, doctissimus undequaque Varro non obscure significat, dum ait; *ego medicina ex Serapi utor.*

Tantus in arte medendi CHIRON, ut Inventoris quoque nomen meruerit: quod tamen ad Herbariam plerique restringunt; ut Plinius *libro* VII. *capite* LVI. Eustathius *ad Iliad.* I. *Χείρωνα γάρ φασι τρωθέντα ποτὲ τὴν χεῖρα, τὴν διὰ βοτανῶν ἐπινοῆσαι ἰατρικήν. Chironem ajunt in manu vulneratum herbariam excogitasse medicinam.* Genus etiam Panaces ab eo repertum Centaurium cognominatur, quod Nicander vocat

> *Κενταύρου κρονίδαο φερώνυμον.*

Meminerunt Theophrastus *lib.* IX. *cap.* XII. Dioscorides *lib.* III. *cap.* LII. nec aliam ob causam Magnetes Chironi primitias herbarum obtulerunt, ut author est Plutarch. lib. I. *Sympos.* quæstione I. Communis Heroum doctor fuit, ut Achillis, Herculis, & Jasonis; & huic ob insignem artis peritiam nomen esse inditum *παρὰ τὴν ἴασιν* tradit Scholiastes Apollonii *ad librum* I. *Argonaut.* Quin & ipse Apollo, qui apud Poetam gloriatur.

> *Inventum medicina meum est, opifexque per orbem*
> *Dicor, & herbarum subjecta potentia nobis,*

C filium suum Æsculapium Chironis informari disciplina voluit; testis est Pindarus ode III. *Nemeorum*, Ovidius II. *Metamorphoseon*, Apollodorus libro III. *Bibliothecæ*.

ÆSCULAPIUS Phœbo genitus, disciplina Chironis instructus, artem adhuc rudem ita excoluit, ut vulgo repertor ejus haberetur. Plutarchus lib. VIII. *Sympos.* quæstione XIV. *τοὺς ἰατροὺς Ἀσκλήπιον ἔχοντας ἴσμεν ἡγεμόνα. Medicos Æsculapium scimus habere ducem.* Præterea *Medicinarum demonstrator* vocatur a Tertulliano, *Apologetici* capite XXIII ab Arnobio *libr.* I. *Medicaminum repertor.* Sane Pindarus ab eximia curandi peritia celebrat ode III. *Pythionic.* Ἀσκλήπιον Ἥρωα παντοδαπᾶν ἀλκτῆρα νόσων, *Æsculapium Heroem omnigeno-*
D *rum propulsatorem morborum.* Quin & mortuos in vitam revocare jactabatur: unde Serenus:

> *Tuque potens artis, reduces qui tradere vitas,*
> *Nosti atque in cælum manes revocare sepultos.*

Quare ictum fulmine tradunt, ne fatalis ordo rerum interrumperetur. Plato tamen lib. III. *de Repub.* ideo fulminatum refert, quod divitem malum morti jam vicinum sanitati restituisset. Sed neque vita functum veneratio defecit; quam auxerunt nocturnæ pervigilationes, quibus eum ægri, successu quandoque non infelici, coluerunt. Cujus rei testes extant tabulæ in Antiquis Inscriptioni-
E bus pagina LXX. Tamen Arnobius libro I. *contra Gentes*, superstitionem, ab irrito votorum eventu, vanitatis arguit: *Quot*, inquit, *millia vultis a nobis debilium vobis ostendi? quot tabificis affectos morbis, nullam omnino retulisse medicinam, cum per omnia supplices irent templa? cum Deorum ante ora prostrati limina ipsa contererent osculis? Cum Æsculapium ipsum datorem, ut prædicant, sanitatis, quoad illis superfuit vita, & precibus fatigarent, & miserrimis votis invitarent.*

BACCHUM Medicis adnumerat Plutarchus lib. III. *Sympos.* quæst. I.

Merito Deorum seriem excipit PÆON, Deorum ipse Medicus: quo nominis honore Lucianus eum
F afficit in *Tragopodagra*:

> Πάντων Ἰατρὸς τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν,
> *Omnium Medicus in cælo Deorum.*

Occasionem præbuit Homerus *Iliados* V. ubi inter alios mortali manu vulneratos Plutonem refert Herculis sagitta humeros saucium, a Jove remedium postulasse, & Pæonis auxilio convaluisse.

Τῷ δ' ἐπὶ Παιήων ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσων
Ηκέσατο.
Huic Pæon dolores mitigantia pharmaca inspergens
Sanavit.

Quo loco notat Eustathius aliquos existimasse hunc eundem esse cum Apolline, cui nomen ἐκ τῦ παίειν, quod est θεραπεύειν, sive *curare*, sit impositum.

Æsculapium non immerito Comicus εὔπαιδα nuncupavit; cui liberi, MACHON, & PODALEIRIUS, paternæ virtutis hæredes extiterunt. Nec dedecori natæ fuerunt, Iaso, Panacea, Hygeia; quæ vel sula nominum faustitate meruerunt, ut in Hippocratis sacramento memorarentur. At Machaonis & Podaleirii fama versibus Homeri celebrata magis in memoriam posteritatis ivit. Et hactenus quidem medendi scientia simplex, nec in ullas distracta partes unius opera tractabatur. Secuere fratres, & portionibus eam exercere cœperunt, quasi charitas studiorum æmulatione dirimi potuisset. Et quidem Machaon partem eam excoluit, quæ manu medetur, & bello Trojano non mediocrem opem commilitonibus suis attulit. Nec aliud in eo prædicat Homerus, quam quod apte posset

Ιὺς τ' ἐκταμέειν, ἐπί τ' ἤπια φάρμακα πάσσειν.
Ducere tela manu, & medicamina spargere plagis.

Verum Podaleirius abditarum & morbos continentium causarum notitiam professus, ejus medicinæ principia condidit, quam deinde sequens ætas rationalem appellavit. Argumento sunt versus apud Eustathium in locum Homeri modo laudatum:

—— ἕτερον δ' ἑτέρῳ κύδιον ἔθηκεν.
Τῷ μὲν κυφοτέρας χεῖρας πόρεν, ἐκ τε βέλεμνα
Σαρκὸς ἑλεῖν, τμῆξαί τε, καὶ ἕλκεα πάντ' ἀκέσασθαι.
Τῷ δ' ἄρ ἀκρίβεια πάντα ἐνὶ στήθεσσιν ἔθηκεν,
Ασκοπά τε γνῶναι, καὶ ἀναλθέα ἰάσασθαι.
—— *aliumque alio præcellere jussit.*
Huic agiles dedit esse manus, si quando sagittas
Extrahere hærentes opus, aut exscindere ferro,
Altaque vel peterent medicatum vulnera succum.
Ast alius melior morborum arcana sagaci
Indagare animo, placidamque afferre medelam.

Quamvis in ista narrandi festinatione, supervacua fabulisque vicina præterire constituerim, neque tamen temperare mihi, quin historiam a Stephano descriptam, quod Podalirii gloriam plurimum illustret, hic quoque lectoribus exhibeam: Τὸν Ποδαλείριον ἐκπέσοντα εἰς Καρίαν σωθῆναι ὑπό τινος αἰγοβοσκῦ, καὶ ἀχθῆναι πρὸς Δαμαιθὸν Καρίας βασιλέα, ὗ τὴν θυγατέρα Σύρναν πεσῦσαν ἀπὸ τῦ τέγυς, ἐπ' αὐτῦ θεραπευθῆναι· φασὶ δὲ ὕτως· ἀθυμῦντος τῦ Δαμαιθῦ, τὸν Ποδαλείριον ἀφ' ἑκατέρυ τῶν βραχιόνων αἷμα ἀφέλοντα σῶσαι τὴν παῖδα· τὸν δὲ θαυμάσαντα συνοικίσαι αὐτῷ τὴν παῖδα, καὶ δῦναι τὴν Χερρόνησον· ἐν ᾗ δύο πόλεις κτίσαντα· τὴν μὲν ἀπὸ γυναικὸς Σύρναν, τὴν δὲ ἑτέραν ἀπὸ τῦ σώσαντος νομέως. *Podalirium ferunt in Cariam ejectum, & a pastore caprarum servatum, perductumque ad regem Cariæ Damæthum, ejus filiam Syrnam e casu ægram sanasse: ajunt in hunc modum; anxio Damætho Podaleirium ex utroque brachio sanguinem eduxisse, filiamque servasse; Regem vero admiratum filiam ei elocasse, & dedisse Chersonesum: in qua duas condidit civitates; alteram ab uxoris nomine Syrnam, alteram a pastore qui salvarat.*

Machaoni successit filius NICOMACHUS, de quo Suidas: Νικόμαχος, ἰατρὸς, καὶ αὐτὸς Σταγειρίτης· Μαχάονος τῦ Ασκληπίυ υἱός· ἐξ ὗ κατηγένετο Νικόμαχος ὁ πατὴρ Αριστοτέλυς τῦ φιλοσόφυ. *Nicomachus medicus, & ipse Stagirita; Mchaonis Æsculapii filius; ex quo progenitus est Nicomachus pater Aristotelis Philosophi.* His authoribus salutaris nobis ista professio increvit: qui tamen in vulgus eam promiscue non extulerunt; sed velut in censu reponentes ad liberos hæreditario jure transmiserunt; quasi artis divinæ usum hominibus aliter impertiri nefas esset: hinc in nobilissima Asclepiadarum familia medendi scientia diutissime permansit; eorumque propagata studio; Græciam quidem universam, sed præcipue Con, Gnidon, Crotona, & Cyrænas illustravit. Facto igitur ab his initio seriem narrationis ad sæculum XIII. deducam, commemorandi officium rependens eminentissimis ingeniis, quæ tanto literarum studio disciplinam agitarunt, ut ad ejus absolutionem perfectionemque modo nihil desiderari videatur. Sed neque prætereundi erunt, si qui facto nobiles, aut dignitate, sæculorum memoriam meruerunt. Heroes tamen Reges, atque Principes, ut Herculem, Iasona, Achillem, Hermetem, Zoroastrum, Alexandrum Magnum, aliosque non recensebo; quos etsi ad usum ac disciplinam artis fuisse peritissimos sciamus; nullo tamen illius documento claruerunt: præter unum forte Mithridatem Ponti Regem, omnium ante se genitorum sine controversia diligentissimum, qui non minus vitæ, quam Reipub. regendæ gnarus, celebratissimas Antidoti compositiones invenit, ex quibus unum etiam nomen ejus retinuit: de quo Plinius in hunc modum *lib.* XXV. *cap.* 11. *Is ergo in reliqua ingenii magnitudine medicinæ peculiariter curiosus, ab hominibus subjectis, qui fuere pars magna terrarum, singula exquirens, scrinium commentationum suarum, & exemplaria, effectusque in arcanis suis reliquit.* Reges etiam excipio Barbarorum, inter quos non pauci medicinam inventis suis excoluerunt; ut Rex Medorum Sabor, cui multas medicamentorum formas apud Mesuen acceptas referre debemus: & Arabum Euax, qui de simplicium effectibus ad Neronem scripsit. Nec vero est, quod aliquis miretur in hoc Medicorum ordine censeri nonnullos, qui vulgo in Philosophis habentur. Primo namque medendi scientia, ut eleganter ait Corneiius Celsus, sapientiæ pars habebatur, ut & morborum curatio, & rerum naturæ contemplatio sub iisdem authoribus nata sit: unde pulcherrimum Democriti dictum: Ιστορίην σοφίης δοκέω Ιητρικῆς ἀδελφὴν, καὶ συνοικόν, *Notitiam sapientiæ puto Medicinæ sororem, atque familiarem.* Quod Tertullianus etiam usurpavit in lib. *de Anima*, *Medicinam sororem Philosophiæ* nuncupans. Verum disciplinas ut natura junctas, sic officio quoque copulatas inertia distraxit, cui postea difficultatis patrocinia prætexuerunt. Sed jam ad propositum revertamur.

DEMOCEDES.

Democedes natione Crotoniata patrem habuit Calliphontem, nimiæ severitatis hominem: cujus imperia cum ferre non posset, Æginam profugit, ibique tanta famæ celebritate medicinam exercuit, ut illum Æginetæ apud se talento, id est, sex millibus aureorum trecentis & septuaginta quinque, retinuerint. Athenienses deinde centum minas obtulerunt: in singulas autem minas aurei centum & sex & quadrans numeratur. Tandem ad Pelycratem Samiorum Tyrannum se contulit affectus honorario duorum talentorum, id est, duodecim aureorum millibus septingentis & quinquaginta. Ad invidiam felix, si fortuna malignitatis suæ oblita, nunquam cessante indulgentia constanterque propitia Tyrannum ad ultimum fati tempus perduxisset. Sed quem prospero flatu in altum extulerat, repente destitutum, profundo cladium miserabiliter immersit. Democe-

dem quoque Tyranni casus involvit. Comprehensum enim Orætes Darii Regis præfectus cum reliquis captivis in servitutem abduxit. Verum scientiæ fama non modo libertatem, sed etiam honores assecutus, insigni documento fuit in opes animi nihil licere casuum humanorum varietati. Cum enim Rex inter venandum ex equo desiliens pedem luxasset, frustra tentantibus auxilium Medicis, Democedem jam inter captivos agnitum, sed ne hostem Græciæ servaret, artem studiose occultantem vi tormentorum ad sanandi curam adegerunt. Quod cum ex sententia successisset, eum Darius opibus auctum, & fortunis locupletatum in Regia manere jussit, sibique, ut Herodoti verbo utar, ὁμοτράπεζον esse voluit. Id autem quanti fuerit, vel ex eo liceat æstimare, quod ipsi quoque regni Proceres a conspectu Regis arceantur, nec ununquam nisi interposito velo mensæ Regiæ adhibeantur. Equidem apud Persas non potuisse liberalius, aut honorificentius haberi, pluribus docere mihi promptum est, si propositi ratio pateretur. Sed talium curiosos ad Brissonii librum remitto, quem *de regio Persarum principatu* conscripsit. Beatus igitur & conditione regni Proceribus invidenda vivere poterat, si Græcia carere voluisset. Sed quemadmodum Ulysses immortalitati, quam Calypso pollicebatur, Ithacæ fumum anteponere non dubitavit: ita Democedes amore Græciæ captus, omnes Persarum delicias, & opes, honoresque pene regios pro nihilo duxit. Nec eum hic fortuna destituit. Nam interveniente Atossa Regis uxore, filia Cyri, quam serpente mamillarum ulcere liberarat, in Græciam, quo Rex expeditionem meditabatur, velut explorator & index cum delectis Persarum missus, in Patriam ivit, & Barbaris elusis in ea mansit, uxoremque duxit filiam Milonis illius, qui fortitudinis fama, non apud Græcos modo, sed Persas etiam, Barbarosque omnes ingentem sibi gloriam pepererat, ultra nihil comperti habemus: sed ista latius Herodot. *lib.* III. exequitur.

MELAMPUS.

Melampus ad curandum Prœti filias valetudinis vitio furentes & Melancholicas e Pylo vocatus, id se facturum recepit, si merces dimidium regni daretur. Immanitate præmii deterrente, medicina differtur, & malum ingravescit. Cogente demum necessitate conditio placet. Sed Melampodi jam pretiosius curare visum; & supra mercedem sibi pactam, fratri quoque suo Bianti tertiam regni partem deposcit, & impetrat. Author est Herodotus *lib.* IX. Paulo aliter Servius ad hunc versum *Eclogæ* VI.

Prœtidos implerunt falsis mugitibus agros.

Has Melampus, inquit, *Amythaonis filius pacta mercede, ut Cyrianassam uxorem cum parte regni acciperet, placata Junone, infecto fonte, ubi solitæ erant bibere, purgavit, & in pristinum sensum restituit*. Virgilius etiam libro III. *Georgic.* ut excellentissimum Medicum adducit, & cum Chirone componit:

—— *cessere magistri*

Phillyrides Chiron Amithaoniusque Melampus.

quo loco notat Servius tributum illi nomen Καθαρτȣ̃, id est, *Purgatoris*. Ab hoc, ut tradit Plinius *libro* XX. *cap.* V. unum hellebori genus *Melampodion* appellatur.

HIPPOCRATES.

Hippocrates insula Co in primis clara, & valida, & Æsculapio dicata ortus, parentes summo splendore generis illustres habuit. Pater Heraclides Asclepiadarum, mater Praxithea Heraclidarum stirpe geniti. Et Hippocrates undevigesimus ab Æsculapio, vigesimus ab Hercule numeratur. Sed ex *Epistola* Pæti ad Regem Persarum Artaxerxem in exemplum pauca subjici possunt: Γίνεται μὲν θεῖος Ἱπποκράτης· ἔνατος μὲν ἀπὸ Κρισάμιδος τȣ̃ βασιλέως, ὀκτωκαιδέκατος δὲ ἀπὸ Ἀσκληπιȣ̃· εἰκοστὸς δὲ ἀπὸ Διός· Μητρὸς δὲ Πραξιθέας τῆς Φαιναρέτης ἐν τῆς οἰκίας τῶν Ἡρακλειδῶν· ὥστε κατ' ἀμφότερα τὰ σπέρματα θεῶν ἀπόγονός ἐστιν ὁ θεῖος Ἱπποκράτης· πρὸς μὲν πατρὸς Ἀσκληπιαδῶν ὤν, πρὸς δὲ μητρὸς Ἡρακλειδης. *Ortu igitur divinus est Hippocrates: nonus quidem a Chrisamide Rege, ab Æsculapio decimus octavus, a Jove vigesimus. Matre vero Praxithea Phænaretes filia, ex Heraclidorum familia. Quare utrimque diis oriundus divinus Hippocrates: & ex patre quidem Asclepiadarum familiam attingens, ex matre vero Heraclidarum.* Avus Hippocrates; proavus Gnosidicus, quem librum scripsisse *de membris*, *& fracturis*, *& articulis*, ex quorundam sententia Galenus memoriæ prodidit *Commentario* I. *in librum de victus ratione in acutis*. Abavus autem Nebrus, teste Stephano, clarissimus Asclepiadarum. Nam cum Delphos a Crisæis subactos Amphictyones in libertatem vendicare frustra conati, pestilentia exercitum affligente, opem a Deo poscendam censuissent, Pythia bellum gerere jussit victoriæ certos, si Con profecti, filium Cervi cum Auro properantes in auxilium adducerent. Relato per Legatos oraculo, Nebrus ad se pertinere judicavit. *Hinnulum* enim Græcis appellari Νέβρον: esse filium sibi nomine Chrysum; & aurum eo vocabulo significari. Igitur hanc fortis interpretationem secutus, factionem Crisæorum extinxit, & acerbissimæ servitutis jugum a cervicibus Amphictyonum repulit. Hi vero Delphis templum, Apollinis postea vaticinationibus inclytum condiderunt, & ut pro tantis eorum in rempub meritis honores Nebro haberentur, gratiæque referrentur, rei gestæ seriem columnæ inscriptam omnium sæculorum memoriæ consecrarunt.

Cæterum Hippocrates natus est anno primo Olympiadis octogesimæ, sub principatu Abriadæ, sexto & vigesimo mensis Agriani die, quem, ad Sorani usque tempora, Coi solenni cæremonia coluerunt: anno autem V. C. ducentesimo tertio & nonagesimo, Coss. P. Volumnio Aventino & Servio Sulpitio Camerino, paternæ disciplinæ primum lege formatus, ad avum transiit, in cujus sinu indulgentiaque educatus, per omnem honestarum artium cultum adolescentiam transegit. Deinde Herodicum, quem Διαιτητικῆς inventorem esse refert Eustathius *ad Iliados* I. & Gorgiam audivit. Alii quoque operam dedisse Prodico tradiderunt. Sed Plinius *lib.* XXIX. *cap.* I. Prodicum Selymbriæ natum, & Iatraliptices authorem Hippocratis fuisse discipulum affirmat. Alii Præceptore Democrito usum existimant, & ejus etiam hortatu, quamvis e genere Deorum esset, in scribendo linguam Ionicam usurpasse, memorat Ælianus lib. IV. *Variæ Historiæ*, capite XX. Quod illis assentiri non patiuntur ipsius Hippocratis epistolæ, ad Demagetum, & Crateuam, in quibus eum Democritus non ut discipulum, ut antea visum, sed velut hospitem, & doctrinæ tantummodo fama notum excepisse videtur: Ἡ τῶν Ἀσκληπιαδῶν (inquit Democritus) πολύπεσȣ̃ τὸ κλέος τῆς ἐν Ἰατρικῆ σοφίης πεφοίτηκεν, καὶ ἐς ἡμέας ἀφῖκται. *Asclepiadarum nobilitas, tuæ in arte medica sapientiæ gloria crebris admodum hominum sermonibus ad nos pervenit.*

Sed ut hæc longinquitate vetustatis obscurata in medio relinquamus, certe primus medendi præcepta condidit, quod non tam curæ Doctorum, quam parentum traditioni, propriæque ipsius industriæ atque studio imputamus. Quippe moris erat, ut in templo Æsculapii, quod apud Coos

era

erat celebratissimum, ægri profiterentur, quo remedio convaluissent. Itaque Hippocrates eruditione parentum imbutus, ex illis tot sæculorum experimentis artem instituit. Idque jam olim communi omnium opinione vulgatum animadvertimus ex Strabonis *lib.* XIV. *φασὶ δ' Ἱπποκράτην μάλιστα ἐκ τῶν ἀνακειμένων θεραπειῶν ἐνταῦθα γυμνάσασθαι τὰ περὶ τὰς διαίτας. Ajunt Hippocratem maxime ex dedicatis in Apollinis fano curationibus exercuisse ea, quæ ad victus rationem spectant.* Straboni adstipulatur Plinius: *Is cum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo ejus Dei, quid auxiliatum esset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur.* Patre vita functo patriam reliquit; non, ut calumniatus est Andreas, quod Gnidiorum Bibliothecam incendisset; sed ut multorum providus urbes & mores hominum inspiceret, latumque per orbem experimenta scientiæ ageret: sic Pythagoram, Platonem, aliosque Philosophos in remotissimas oras, velut ad quendam rerum optimarum mercatum, profectos fuisse legimus. Igitur, ubi statum in peregrinatione tempus absumpsisset, visa per somnum species in Thessalia domicilium habere, jussit. Inde crebrescente gloria nominis ad Perdiccam Macedoniæ Regem accitur. Is occulto corporis vitio tabescere putabatur. Sed Hippocrates explorato habitu morbum animi deprehendit. Quippe Rex paternæ pellicis amore flagrans tegendo languorem alebat. Ergo adhibitis ægræ menti præsidiis convaluit. Pestilentia Pæonas & Illyrios devastante, Reges eorum ab Hippocrate, non secus atque a Pythio Apolline, per Legatos auxilium petiverunt. Ille autem cognito cæli statu, ventorumque natura, Græciæ luem imminere præsagiit, omissisque barbaris omne studium ad patriæ salutem convertit. Itaque in Macedoniam & Hellespontum, sibi Regum cognatione charas, filios Thessalum & Draconem, Polybium generum & discipulos ad auxiliandum alias circa urbes demisit: sibique Thessaliam & regiones Atticæ retinens, quasi dispositis in stationem ordinibus, contagionem late manantem a finibus Græciæ prohibuit. Quod ob meritum Athenienses in Theatro illum aurea corona donarunt, & honores quos Herculi decreverunt. Cujus decreti sententia temporum injurias evasit; ut vel ex eo liceat æstimare, quantum viri apud omnes admiratio valuerit.

ΔΟΓΜΑ ΑΘΗΝΑΙΩΝ.

ΕΔΟΞΕ τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων. Ἐπειδὴ Ἱπποκράτης Κῷος ἰατρὸς ὑπάρχων, καὶ γεγονὼς ἀπὸ Ἀσκληπιοῦ, μεγάλην εὔνοιαν μετὰ σωτηρίας ἐνδέδεικται τοῖς Ἕλλησι. ὅτε καὶ λοιμοῦ ἰόντος ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, κατὰ τόπους ἀποστείλας τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς παρήγγειλε τίσι χρὴ θεραπείαις χρωμένους ἀσφαλῶς διαφυλάξασθαι τὸν ἐπιόντα λοιμὸν, ὅπως τε ἰατρικὴ δοθεῖσα τοῖς Ἕλλησι ἀσφαλῶς σώζει τοὺς κάμνοντας αὐτῶν. ἐξέδωκε δὲ καὶ συγγράψας ἀκριβῶς τὰ περὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης, πολλοὺς βουλόμενος τοὺς σώζοντας ὑπάρχειν ἰατρούς. τοῦ τε Περσῶν βασιλέως μεταπεμπομένου αὐτὸν ἐπὶ τιμαῖς ταῖς κατ' αὐτὸν ἴσαις, καὶ δώροις, ἐφ' οἷς ἂν αὐτὸς Ἱπποκράτης αἱρῆται, ὑπερεῖδε τὰς ὑποσχέσεις τοῦ βαρβάρου, ὅτι πολέμιος, καὶ κοινὸς ἐχθρὸς ὑπῆρχε τοῖς Ἕλλησι. Ὅπως οὖν ὁ δῆμος Ἀθηναίων φαίνηται προαιρούμενος τὰ χρήσιμα διὰ παντὸς ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἵνα χάριν ἀποδῷ πρέπουσαν Ἱπποκράτει ὑπὲρ τῶν εὐεργετημάτων, δεδόχθαι τῷ δήμῳ μυῆσαι αὐτὸν τὰ μυστήρια τὰ μεγάλα δημοσίᾳ, καθάπερ Ἡρακλέα τὸν Διός· καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν στεφάνῳ χρυσῷ ἀπὸ χρυσῶν χιλίων· ἀναγορεῦσαί τε τὸν στέφανον Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ γυμνικῷ. καὶ ἐξεῖναι πᾶσι Κῴων παισὶν ἐφηβεύειν ἐν Ἀθήναις, καθάπερ παισὶν Ἀθηναίων· ἐπειδήπερ ἡ πατρὶς αὐτῶν ἄνδρα τοιοῦτον ἐγέννησεν. εἶναι δὲ Ἱπποκράτει καὶ πολιτείαν, καὶ σίτησιν ἐν πρυτανείῳ διὰ βίου. *S.P.Q. Atheniensis ita censuit. Quandoquidem Hippocrates Cous Medicus, ab Æsculapio oriundus, summam benevolentiam in servandis Græcis ostendit, cum peste a barbaris in Græciam pervadente, demissis per loca suis discipulis medelas indicavit, quibus qui uterentur, instantem pestem secure effugere possent, quoque modo medicina Græcis tradita, eos laborantes tuto servaret. Quin & exacte a se scripta de re medica in publicum emisit, cum multos esse cuperet Medicos, qui servare possent. Persarum etiam Regem ipsum ad honores suis Optimatibus æquales, & munera, quæ ipse Hippocrates optaret, accersente, Barbari pollicitationes, quod hostis, & communis Græcorum inimicus esset, contempsit: ut igitur constet populum Atheniensem Græcis semper utiliter consuluisse, utque dignam pro meritis Hippocrati gratiam referat, decrevit populus, ut is magnis mysteriis, non secus ac Hercules Jovis filius, publice initiaretur; & corona aurea mille aureorum coronaretur; coronam ipsam in magnorum Panathenæorum certamine præco proclamaret. Et omnibus Coorum liberis liceat, non secus atque Atheniensium, Athenis pubertatem agere, quod eorum patria ejusmodi virum procrearit. Hippocrates vero ut civitatis jure, & victu in Prytanio toto vitæ tempore donetur.*

Sed præter hos honores ejus etiam intercessioni tribuerunt, ut a bello, quod Cois inferre parabant, extemplo desisterent. Et digna favore censeri debebat ejus in patriam pietas, qui Græciam veluti communem patriam amplexus, barbarorum invitamenta large munifica sprevit, ne hostem servasse videretur. Regum Rex Artaxerxes missis ad Hystanen Hellesponti præfectum mandatis, pollicitatione, quam potuit, honorificentissima pellicere tentavit: Διδοὺς, inquit, χρυσὸν ὁκόσον ἂν βούληται, καὶ τὰ ἄλλα χύδην, ὧν σπανίζει. καὶ πέμπε ἐς ἡμέας. ἔσται γὰρ ἰσότιμος Περσέων τοῖς ἀρίστοις. *Aurum ipsi da quantum voluerit, aliaque effuse, quibus opus habet, & ad nos mitte: erit enim in eodem cum Persarum Optimatibus honore.* Sed Hippocrates, ne Græcis officeret, dum barbaros pretiose curat, opes & honores aspernatus, respondit: Πρὸς τὴν ἐπιστολὴν, ἣν ἔπεμψας, φάμενος παρὰ βασιλέως ἀφῖχθαι, πέμπε βασιλεῖ ἃ λέγω, γράφων ὅτι τάχος· ὅτι καὶ προσφορῇ, καὶ ἐσθῆτι, καὶ οἰκήσει, καὶ πάσῃ τῇ ἐς βίον ἀρκεούσῃ οὐσίῃ χρεόμεθα. Περσέων δὲ ὄλβου, οὔ μοι θέμις ἐπαύρασθαι, οὐδὲ βαρβάρους ἄνδρας νούσων παύειν ἐχθροὺς ὑπάρχοντας Ἑλλήνων. ἔρρωσο. *Ad epistolam, quam misisti, & a Rege venisse asseris, Regi quæ respondeo, quam celerrime rescribe. Nos victu, vestitu, domo, omnique re ad vitam necessaria cumulate frui. Persarum autem opibus uti, neque mihi æquum est, neque barbaros morbis liberare, cum sint Græcorum hostes. Vale.* Rex ubi contemni preces suas vidit, ad potentiæ conatus & minas conversus, eum sibi a Cois dedi postulavit. Quod se non facturos constantissime responderunt, & vel tormenta mortis acerbissimæ subire paratos, quam ut Æsculapio Meropæ atque Herculi opprobrio fuisse dicerentur. Hac nationum omnium gratia florens, & honoribus, ad supremam usque senectam, ea nominis existimatione pervenit, ut nihil in vita charius, nihil antiquius honesto habuisse videatur: sane ab avaritia, communi Medicorum probro, tam alienus, ut Abderitis, decem talenta, hoc est 63750. aureorum, ad Democriti sanationem offerentibus, responderit: Ἐᾶτε ἐλευθέρης τέχνης ἐλεύθερα καὶ τὰ ἔργα, οἱ δὲ μισθαρνεῦντες δουλεύειν ἀναγκάζουσι τὰς ἐπιστήμας. *Sinite opera liberæ artis esse libera: qui mercede locant, hi scientias servire cogunt.*

Excessit Larissæ in Thessalia, anno ætatis supra centesimum nono, aut, ut alii volunt, quarto. Monumentum diu insedisse fertur examen apum; quod in superstitionem vertit; & earum melle nutrices infantum pustulas & oris ulcera perungere cœperunt. Scriptorum tanta authoritas, ut ejus fidem perpetua experimentorum comprobatione firmatam etiamnum instar oraculi posteritas amplectatur. Certe Galenus lib. I. *de usu partium* cap. IX. Hippocratis sententias Dei vocibus æquiparare non dubitavit; idque mortalium prope omnium admisisse consensum author est Suidas. Et quis de homine Macrobium loqui putet? *Hippocrates qui tam fallere, quam falli nescit.* Quod de legitimis monumentis accipiendum puto: quæ cum primum dispersa jactationem habuerint in vulgo, tandem principatu Adriani, Dioscorides & Capito in unum redegerunt, iisque non pauca miscuerunt supposita & adulterina, quæ solo Hippocratis nomine se tuentur. At ratio medendi ex vera doctrina ipsius hausta felices adeo tulit eventus, ut elogium, quod extat lib. I. *Antologiæ* versibus antistrophis, mereri jure cuncti fateantur:

Ἱπποκράτης φάος ἦν μερόπων καὶ σώετο λαῶν
Ἔθνεα, καὶ νεκύων, ἦν σπάνις εἰν ἀΐδῃ.

Filios reliquit Thessalum & Draconem, qua patris gloria, qua suis meritis longe clarissimos, ut Soranus memoriæ prodidit: unde fit, ut priscæ Comœdiæ dicterium, quo hominem stolidum & sensu communi carentem Hippocratis filiis similem prædicant, ab Hippocratis nostri liberis hautquaquam manasse existimem. Nam præterquam quod plures ejus nominis fuerint authores; Aristophanis etiam Enarrator, non Thessalum & Draconem, sed Telesippum, Demophontem, & Periclem Hippocratis filios adagio locum fecisse tradit. Atque adeo Galenum, cum libro *quod animi mores corporis temperamento respondeant*, adagii mentionem faciat, a Medicinæ parente calumniam non repulisse demiror. Quamvis *commentario I. in librum de natura humana*, Thessalum dicat fuisse *θαυμάσιον ἄνδρα*, & patriorum placitorum observantissimum, & apud Archelaum Macedoniæ Regem egisse.

CRATEUAS.

Crateuas Hippocratis ævo celebris Herbariæ author scientiam a proavo Crateua acceptum sic excoluit, ut divini senis elogio *ἄριστος ῥιζοτόμος* appellari meruerit. Et quid amplius ad summæ laudis cumulum requiras, quam Hippocrati fuisse mirandum? Τὸ δὲ *χρῆμα*, inquit, *τῶν βοτανῶν παρά σοι πολλάκις ἐθαύμασα*, *negotium rei herbariæ in te sæpenumero miratus sum*. Laudat ejus *ῥιζοτομικὸν* Nicandri Scholiastes in *Theriacis*, & Dioscorides in *præfatione Operis* sui omnes ante se genitos exacta Simplicium notitia superasse prodit. Thapsiam quoque, in Thaplo una Sporadum, primus invenisse memoratur.

CTESIAS.

Ctesias Cnidius, Regis Artaxersis Medicus, & Historicus, Strabo *lib.* XIV. de insula Cnido verba faciens: Ἐντεῦθεν δὲ καὶ Κτησίας ὁ ἰατρεύσας μὲν Ἀρταξέρξην, τὰ Ἀσσυριακὰ καὶ τὰ Περσικά. *Inde ortus Ctesias Artaxerxis Medicus, qui Assyriaca scripsit & Persica.*

DEMOCRITUS.

Abdera Thraciæ civitas Democritum protulit. Pater illius fuit Hegesistratus; alii Athenocritum; alii Damasippum ajunt; natus Olympiade LXXX. in quam Hippocratis quoque natalem incidisse demonstratum est. Adeo non vana Paterculi observatio in fine *libri* I. ubi stylo signatum reliquit: *Cujusque clari operis capacia ingenia, in similitudinem, & temporum, & profectuum semetipsa ab aliis separavisse.* Magos & Chaldæos audivit, quos a Xerxe Persarum Rege pater hospitali dono acceperat. Deinde se ad Leucippum contulit. Peregrinationes varias discendi causa suscepit. Ægyptum atque Æthiopiam lustravit; & in India Gymnosophistas adiit. His patrimonium exhausit, quod centum talenta, id est, 637500. aureorum excessisse perhibetur. Cum vero decoctores in majorum sepulchra inferri lege prohiberentur; ut invidorum calumnias amoliretur, operum suorum eminentissimum *διάκοσμον* publicavit, in id se absumpsisse professus, ut author est Atheneus *libro* IV. quo tantum sibi gloriæ peperit, ut non modo nota careret, sed etiam honorario decem talentorum, ærearumque imaginum titulis dignus censeretur. Tanti præterea fecerunt Abderitæ, ut cum furere ex risu colligerent, ejus sanandi causa, proposito præmio decem talentorum, id est, 63750. aureorum, Hippocratem advocarint. Verum Democritus, ut non ambigua sapientiæ argumenta Medico daret, lac sibi jussit afferri; eoque inspecto, inquit, *καὶ αἰγὸς πρωτοτόκου, καὶ μελαίνης*, *& capellæ primiparæ, & nigræ*. Sed & puellam Hippocratis comitem primo dum salutavit, *Χαῖρε κόρη*, *Salve virgo*: at postridie, *Χαῖρε γυναὶ*, *Salve mulier*: & ea nocte vitium fuerat virgini oblatum. Tam inusitato diligentiæ miraculo perculsus Hippocrates, *ἄριστόν τε φύσεως καὶ κόσμου ἑρμηνευτὴν*, *optimum naturæ & mundi interpretem* prædicavit.

Et vero summa capacis ingenii fecunditate disciplinarum genus omne complexus meruit *Πένταθλος* appellari. Studio ad lucubrationum labores fuit adeo pertinaci, ut plerumque in horti secretissimos recessus, aut nonnunquam, teste Luciano, in sepulchrorum cavernas se reciperet, quo noctes atque dies, sine interpellatione, meditando & scribendo continuaret. Quin, ut author est Cicero lib. V. *de Finibus*, oculis se privasse dicitur, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur. In ea tamen laborum contentione vitam ad ultimum tempus ætatis vix lacessita valetudine produxit. Itaque senio effœtus & natura deficiente mortem intrepidus excepit: sed ne festa Thesmophoriorum solennitas luctu funestaretur, ad triduum calidi panis odore vitam prorogavit: quibus elapsis eam anno ætatis CIX. facili *ἀθανασίας* exitu terminavit.

Plurima doctrinæ suæ monumenta reliquit: in his quæ ad Medicinam spectant celebratur liber *περὶ διαίτης*, aut *διαιτητικὸν*, & *ἰατρικὴ γνώμη*. Ex Plinii *lib.* XII. *cap.* XI. de viribus herbarum scripsisse manifestum est: & a Petronio ob causam hanc prædicatur: *Itaque hercule*, inquit, *omnium herbarum succos* Democritus *expressit: & ne lapidum virgultorumque vis lateret, ætatem inter experimenta consumpsit.* Fuit enim ex eo genere hominum, qui medendi scientiam a quoquam ignorari nolebant: extat in hanc sententiam vox ejus ad Hippocratem, *χρὴ πάντας ἀνθρώπους ἰατρικὴν τέχνην ἐπίστασθαι*, *oportet omnes homines medicinam scire*.

DIOCLES.

Dioclem Caryſtium Medicinæ rationalis authorem tanti fecit Galenus, ut ejus authoritate decreta munire, teſtemque ſuæ doctrinæ paſſim advocare non dubitarit. Sed hoc maxime inſigne ad memoriam laudis, quod, ut idem author eſt II. *Anatomicorum Adminiſtrationum*, medendi ſcientiam, ab Aſclepiadarum familia deſertam, ab interitu vindicarit, ut alter ejus parens jure dici meruerit: unde Plinius *lib.* XXVI. *cap.* II. *ab Hippocrate ſecundum ætate famaque extitiſſe*, non falſa prædicatione commemorat. Primus etiam ſtylo Anatomen ſignavit: quæ non ex ſcriptis antea, ſed ex parentum ſermonibus, ipſaque exercitatione tantum addiſcebatur. Herbariæ peritum fuiſſe conſtat ex Plinio, Plutarcho, Nicandri *Scholiis*. A Galeno præterea *commentario* II. *aphoriſ.* XXXIII. liber ejus *de Hebdomadibus*, ab Athenæo Ὑγιεινὰ laudantur.

PETRON.

Diocli Caryſtio ſucceſſit Petron; de quo Celſus *lib.* III. *cap.* IX. *Siquidem apud Antiquos quoque, ante Herophilum, & Eraſiſtratum, maximeque poſt Hippocratem, fuit Petron quidam, qui febricitantem hominem ubi acceperat, multis veſtimentis operiebat, ut ſimul calorem ingentem ſitimque excitaret. Deinde ubi paulum remitti cœperat febris, aquam frigidam potui dabat, ac ſi moverat ſudorem, explicuiſſe ſe ægrum judicabat: ſi non moverat, plus etiam aquæ frigidæ ingerebat, & tum vomere cogebat: ſi alterutro modo febre liberaverat, protinus ſuillam aſſam & vinum homini dabat: Si non liberaverat, decoquebat aquam ſale adjecto, eamque bibere cogebat, ut movendo ventrem purgaret. Et intra hæc omnis ejus medicina erat.* Atque hæc tam moleſta curandi ratio diu valuit, tandemque novationem Aſclepiadis acceptiorem vulgo reddidit, ut apud Plinium *lib.* XXVI. *cap.* II. licet notare: *Aſclepiadem*, inquit, *juvere multa, quorum cura nimis anxia & rudis, ut obruendi ægros veſte, ſudoreſque omni modo ciendi*, &c.

PRAXAGORAS.

Praxagoram non uno loco celebrat Plinius, & Athenæus, & Galenus paſſim: a quo etiam diſcimus eum Aſclepiadarum familia ortum: ſic enim ait lib. I. *Methodi* c. III. Πραξαγόραν τὸν ἀπ' Ἀσκληπιοῦ, *Praxagoram ab Æſculapio genus ducentem*. Diſcipulos habuit Philotimum & Pliſtonicum: librum ejus *de ſupervenientibus & naturalibus* Galenus citat.

MNESITHEUS.

Tam magnifice de Mneſitheo locutus eſt Galenus lib. I. *ad Glauconem*, ut, non teſtimonium impartitum, ſed præconium ei tributum eſſe videatur: Ἀνὴρ, inquit, τά τε ἄλλα ἱκανὸς πάντα τὰ τῆς τέχνης, καὶ εἰς ὅσον χρὴ μεθόδῳ τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἀσκεῖν οὐδενὸς ἐπιγνῶναι δεύτερος. *Vir tum in aliis omnibus, quæ ad artem pertinent, ſufficienter doctus, tum vero qua via ac ratione medendi ſcientiam oporteat exercere, nemini ſecundus.*

PHILISTION, ET PAUSANIAS.

Dum ſchola Coa & Cnidia, in quibus adhuc gens Aſclepiadarum florebat, inter ſe honeſta æmulatione decertarent, Italiam incolebant, Philiſtion, Pauſanias, & Empedocles; qui etiam, ut tradidit Galenus lib. I. *Methodi*, in diverſas curandi vias proceſſerunt. Philiſtionis quoque meminit Plinius *lib.* XX. *cap.* V. & *cap.* XII. ita ut appareat illum permulta ex plantis remedia prodidiſſe. Pauſanias non aliter nobis cognitus, quam quod a Galeno ſæpe nominetur, & Empedoclis carmine celebretur:

Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον, Ἀγχίτου υἱὸν,
Φῶτ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα.
Ὃς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινομένους καμάτοισι
Φῶτας ἀπέστρεψεν Φερσεφόνης ἀδύτων.

Pauſaniam, Anchiti natum, Phœbique nepotem,
Clarum aluit medicum patria clara Gela:
Qui multos diris homines languoribus ægros
Eripuit furvis Perſephones adytis.

EMPEDOCLES.

Empedocles patria Agrigentinus, patrem habuit Metonem, avum Empedoclem Poetam eximium: cujus veſtigia ſecutus animum quoque ad Poeticæ ſtudium applicuit, & multa verſibus conſcripſit, quorum fragmenta divini furoris afflatu, quem Plato requirit, eum non caruiſſe ſatis arguunt, & teſtimonio Lucretius eſt, qui Siciliam eo alumno prædicandam cenſet:

Nil tamen hoc habuiſſe viro præclarius in ſe,
Nil ſanctum magis, & mirum, earumque videtur.
Carmina quin etiam divini pectoris ejus
Vociferantur, & exponunt præclara reperta,
Ut vix humana videatur ſtirpe creatus.

Medicum fuiſſe cum Satyrus memoriæ prodidit, tum ipſe profeſſus eſt in carmine ad Agrigentinos, quo ſe divinos honores conſecuturum ab ægris vaticinatur:

Οἱ μὲν μαντοσυνέων κεχρημένοι, οἱ δ' ἔτι νούσων
Παντοίων ἐπύθοντο κλύειν εὐηκέα βάξιν.

Et qui vatis egent, & qui ſanantia cunctos
Exaudire hominum cupient oracula morbos.

Et dictis facta competiverunt: nam Siciliam ſæviſſima peſte vexatam liberavit, occluſo terræ hiatu, quem in montium convallibus apertum peſtilentes auras exhalare ſolus animadverterat. Ventos ad injuriam ſterilitatis malignos exſtructis circa montium anguſtias muris arcuit, eoque Κωλυσανέμας nomen obtinuit. E Selinuntiorum agris aeris infamiam ſuſtulit, derivatis amnibus, e quibus noxii halitus efflabantur. Ob quæ merita Siculi regnum illi obtulerunt; ſed potentiæ, atque honori, vitæ tranquillitatem antepoſuit: floruit circa Olympiadem LXXXIV. Quo mortis genere perierit, diſcrepantes authorum ſententiæ ambiguum reliquerunt. Alii e curru lapſum fracto crure morbum contraxiſſe lethalem; Alii vitam laqueo finiviſſe; Alii morbo defunctum tradiderunt, anno ætatis LXXVII. Ab aliis in Ætnam inſiliiſſe fertur, ut ſubito evaneſcens immortalitatis opinionem apud omnes ſibi conciliaret:

—— Deus immortalis haberi
Deus cupit Empedocles ardentem frigidus Ætnam
Inſilit.

Quæ *de Natura*, *de Expiationibus* ſcripſit, ad quinque millia verſuum pertingunt, quæ vero *de Medicina*, ad ſexcentos.

ACRON.

Acron, & ipſe etiam Agrigentinus, patre Xenone: vir ab Antiquis ejus inventi nomine laudatus, quod peſtem vitio aeris longe lateque graſſantem, ſtructis ignibus exſtinxit. Cujus facti meminit Plutarchus libro *de Iſide & Oſiride*, Aetius *lib.* V. *cap.* XCIX & Paulus *lib.* II. *cap.* XXXV. Hic omiſſa conjectura rerum latentium, ab experimentorum obſervatione medendi vias traxit. Plinius *lib.* XXIX. *cap.* I. *Alia factio ab experimentis ſe cognominans Empiricen cœpit in Sicilia, Acrone Agrigentino Empedoclis Phyſici authoritate laudato*. Procul dubio verſus Empedoclis reſpexit Plinius, qui apud Laertium nunc quoque leguntur. Nam cum peteret, ut ob artis præſtantiam in celeberrimo urbis loco ſepulchrum ſibi facere liceret, Empedocles reſtitit, & hac unius prærogativa non eſſe violandam civium æqualitatem cenſuit, ſubinde rogans Acronem, num ejuſmodi elogium monumento vellet inſcribi:

Ἄκρον ἰητρὸν Ἄκρων᾽ Ἀκραγαντῖνον πατρὸς ἄκρου
Κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης.

Acronem ſummum Medicum, ſummo patre natum,
In ſumma tumulus ſummus habet patria.

Author eſt Suidas eum *de Medicina* ſcripſiſſe lingua Dorica, & librum I. *de victu ſanorum*.

NICIAS.

Nicias Mileſius Theocriti verſibus inclaruit: *Idyllio* XXVIII. vocatur

Χαρίτων ἱμεροφώνων ἱερὸν φυτόν.
Gratiarum ſuave-loquentum ſacrum germen.

Et paulo poſt:

—— ὃς πολλ᾽ ἐδάη σοφὰ
Ἀνθρώποισι νόσους φάρμακα λυγρὰς ἀπαλάλκεμεν.
—— *qui multa novit ſapientia*
Hominibus remedia ad propulſandos triſtes morbos.

Et *Idyllio* XI.

—— Ἰατρὸν ἐόντα
Καὶ ταῖς ἐννέα δὴ πεφιλαμένον ἔξοχα Μούσαις
—— *Medicum exiſtentem*
Et novem amicum eximie Muſis.

Ex quibus apparet, non ſolum medendi ſcientia, ſed etiam poetica facultatate plurimum excelluiſſe.

APOLLODORUS.

Medicus Ptolomæi Regis, ad quem ſcripſit volumen *de vino, & ejus uſu*, Plinius *lib.* XIV. *cap.* VII.

NICIAS.

Nicias Regis Pyrrhi Medicus: nam Plutarchus & Florus Medicum fuiſſe ajunt, quem Valerius Antias *Amicum Regis*, & Quadrigarius *familiarem* appellavit: ſed ille pro Nicia Timocharem nominat. Gellius *lib.* III. *cap.* VIII. Ælianus lib. XII. *Variarum* cap. XXXIII. hunc Pyrrhi Medicum Cineam appellat.

EUDAMUS.

Eudamus apud Athenienſes in primis clarus ob annulos, quos arcana vi magici carminis infectos ad averruncandas injurias venditabat. Unde apud Ariſtophanem in *Pluto*, vir juſtus inducitur, qui iſto veluti faſcino munitus adverſarii malignitatem pro nihilo ducit:

—— φορῶ γὰρ πριάμενος
Τὸν δακτύλιον τόνδε παρ᾽ Εὐδάμου.
—— *geſto enim, quem emi,*
Annulum huncce, ab Eudamo.

Ad quem locum Scholiaſtes: Οὗτος ὁ Εὔδαμος φυσικοὺς δακτυλίους ποιῶν πρὸς Δαίμονας, καὶ ὄφεις, καὶ τὰ τοιαῦτα. *Eudamus iſte naturales annulos faciebat adverſus Genios, & ſerpentes, & alia ejuſmodi.*

ARISTOGENES.

Duo fuere nobiles ejus nominis Medici, Thaſius alter Gnidus; de quibus Suidas: Ἀριστογένης, Θάσιος ἰατρὸς, ἔγραψε βιβλία κδ'. ἐκρίθη δὲ περὶ διαίτης ἕν. περὶ δυνάμεως ἕν. περὶ δακετῶν ἕν. περὶ σπέρματος ἕν. ὑγιεινῶν ἕν. ἐπιστολικά. ἐπιτομὴν φυσικῶν βοηθημάτων πρὸς Ἀντίγονον. *Ariſtogenes, Thaſius Medicus, ſcripſit lib.* XXIV. *unum etiam de victus ratione: de facultate unum: de venenatis unum: de ſemine unum: ſalubrium unum: epiſtolica: compendium naturalium remediorum ad Antigonum*. Ἀριστογένης, Κνίδιος ἰατρὸς, δοῦλος Χρυσίππου τοῦ φιλοσόφου. ἰάτρευσεν Ἀντιγόνῳ τῷ ἐπικληθέντι Γονατᾷ. *Ariſtogenes, Gnidius Medicus, ſervus Chryſippi Philoſophi: qui valetudinem curavit Antigoni cognomento Gonatæ.*

CHRYSIPPUS.

Chryſippus natione Solenſis, aut ut alii volunt Tharſenſis, filius Apollonii, authore Laertio; vel Apollonidæ, ſecundum Suidam. Diſcipulus primo Cleanthis, deinde Zenonis. Primus, ut ait Plinius, Aſclepiadarum placita ingenti garrulitate mutavit. Quippe diſputator plane ſubtilis: nullius non doctrinæ fundamenta labefactare, aut quamcumque oblatam ſtabilire demonſtrationibus, ſe poſſe gloriabatur. Diligentia præcipue commendatur in abſolvenda differendi ratione, veri ac falſi judicandi ſcientia; qua tantum ſibi gloriæ paravit, ut vulgo jactaretur, ſi in cælo foret neceſſaria ars differendi, Deos Chryſippi uſuros inſtitutis. Valerius Maximus *lib.* VIII. *cap.* VII. pertinax in eo genere diſciplinæ ſtudium extollit in hunc modum: *Citerioris ætatis metas, ſed non parvi tamen ſpatii, Chryſippi vivacitas flexit: nam octogeſimo anno cœptum, unde quadrageſimum* λογικῶν *exactiſſime ſubtilitatis volumen reliquit: cujus ſtudium in tradendis ingenii ſui monumentis, tantum operæ laboriſque ſuſtinuit, ut ad ea quæ ſcripſit penitus cognoſcenda longa vita ſit opus*. Hinc eum tanta ſapientiæ fama ſecuta eſt, ut Homerico verſu deprædicaretur,

Οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.
Hic ſolus ſapit, aſt alii velut umbræ feruntur.

Verum Galenus etiam ejus artis, quam excoluit tanta contentione, velut imperitum arguit: nam lib. II. *de placitis Hippocratis, & Platonis*, ait eum ignoraſſe naturam demonſtrationis. Equidem modo ſcriptis abolitis non poſſumus ullam de ejus in differendo ſcientia ferre ſententiam; ſed forte non fuerit judicii falſus, qui exiſtimaverit in captionum argutiis ingenii luiſſe ſubtilitatem, ſiquidem opus univerſum judicetur ex iis, quæ a Laertio & Suida velut in ſpecimen afferuntur. Huc etiam facere Seneca videtur, a quo non ſemel in ordinem redigitur, & ineptiarum accuſatur. Nec vero artem differendi tantum, ſed alias quoque diſciplinas futili acumine vitiavit. *Scripſit* (inquit Cicero) *artem Rhetoricam Chryſippus; ſed ſic; ut ſi quis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legere debeat.* Atque ob hanc contaminandarum ſcientiarum

libidinem, opinor, illum Zeno (quod etiam tradit Cicero lib. I. *de natura Deorum*) infami vocabulo ἀπὸ τοῦ χέζειν deducto, nunquam nisi Chesippum appellare solebat. Hinc quoque Galenus lib. v. *de placitis Hippoc. & Plat.* omnem ejus doctrinam una veluti spongia delet, inquiens, ea quæ a Chrysippo afferuntur partim sibi non constare, partim evidentibus repugnare. Et in tanta multitudine scriptorum, quæ septingenta volumina excesserunt, omnia non potuerunt esse apta inter se, & cohærentia, præsertim ubi obvia primum & oblata literis mandantur. Id autem tam familiare Chrysippo fuit, ut Plutarchus lib. περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων, dicat eum scribere, quæ sunt hominis ὅτι ἂν ἐπέλθῃ λέγοντος. Obiit anno ætatis LXXIII. Olympiade CXLIII. corruptus ergo Laertius; qui scribit ἀπελθεῖν βιώσαντα ἔτη, κατὰ τὴν τρίτην καὶ τετταρακοστὴν Ὀλυμπιάδα, τρία καὶ ἑβδομήκοντα, *excessisse, cum vixisset annos, secundum* XLIII. *Olympiadem, tres & septuaginta*. Restituendus est ex Suida, ἔτη, κατὰ τὴν ἑκατοστὴν τρίτην καὶ τεσσαρακοστήν. Hermippus mero liberalius hausto suffocatum prodidit: alii risu dissolutum expirasse tradiderunt, dum, conspecto asino, qui ficus edebat, aniculæ dixisset, ut vinum exhiberet.

MENECRATES.

Menecrates nullius ægri curam suscipere dignabatur, nisi qui se fore servum ejus, comitemque scripto spopondisset. His vero nomina Deorum singulis adsignabat; ipse autem se Ζῆνα, id est, *Jovem*, vocabat, quod τὸ ζῆν, sive *vitam*, mortalibus ægris prorogaret. Incedebat igitur velut ὕπατος κρειόντων, ingens Deorum agmen secum trahens. Nicostratus, ut author est Athenæus, *lib.* VII. morbo comitiali sanatus, Herculis ornatu comitabatur, & Hercules vocabatur. Zelites Nicagoras, qui postea patriæ Tyrannidem invasit, Mercurii cultu sectabatur. Retulit Hegesander Astycreontem, quem sanaverat, ab eo Apollinem fuisse vocatum: & alium Æsculapii habitu circumductum; Αὐτὸς δὲ ὁ Ζεὺς πορφύραν ἠμφιεσμένος, καὶ στέφανον χρυσοῦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχων, καὶ σκῆπτρον κρατῶν, κρηπῖδάς τε ὑποδεδεμένος περιῄει μετὰ τοῦ θείου χοροῦ. *Ipse vero amictus purpura, auream coronam capite gestans, sceptrum tenens, soleas indutus, cum illo Deorum choro regiones obibat.*

HEROPHILUS.

Herophilus, patria Chalcedonius, inter principes Medicinæ rationalis authores merito numeratur. Plinius *lib.* XXV. *cap.* II. *subtilioris sectæ conditorem*, & Galenus *commentario* VII. *aphorismo* LXVI. *Hippocratis expositorem* appellat; & ab eodem sumit definitionem Medicinæ qua passim utitur. Scholas Empiricorum ab eo damnatas fuisse, memorat Plinius *lib.* XXIX. *cap.* I. Tria Medicæ artis capita potissimum excoluit, Herbariam, Pulsuum notitiam, & Anatomen. Ad primam quod attinet, e numero fuit eorum qui existimarunt, nihil non herbarum vi effici posse, sed plurimarum vires esse incognitas; & ab eo ferunt dictum, *quasdam fortassis etiam calcatas prodesse*. Pulsuum differentias in musicos pedes descripsit, per ætatum gradus: Plinius *lib.* XI. *cap.* XXXVII. *Arteriarum pulsus in cacumine maxime membrorum in modulos certos, legesque metricas, per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus, descriptus ab Herophilo Medicinæ vate, miranda arte, nimiam propter subtilitatem desertus*. In Anatome sine controversia palmam tulit; & Galenus etsi parcus aliorum laudator, *commentario* II. *in librum Hippocratis de natura humana*, artem dissecandi ab Herophilo plurimum fuisse auctam ingenue fatetur, nec ejus authoritatem facile defugit. Et tanto studio scientiam prosecutus est, ut authore Celso, *homines a Regibus e carcere acceptos, vivos inciderit, consideraritque etiam spiritu remanente, ea, quæ natura clausisset, eorumque posituram, colorem, figuram, magnitudinem, ordinem, duritiem, mollitiem, lævorem, contactum, processus denique singulorum & recessus, sive quid insertum alteri, sive quid partem alterius in se recipit*. Notata multitudo corporum, quæ dissecuit, & ad septingenta pervenit: Tertullianus lib. *de Anima: Herophilus ille Medicus, aut Lanius, qui septingentos exsecuit, ut naturam scrutaretur, qui homines odiit, ut nosset; nescio an omnia interna ejus liquido explorarit, ipsa morte mutante, quæ vixerant: & morte non simplici, sed ipsa inter artificia exsectionis errante Philosopho*, &c. Quamobrem Vesalius eum in hac parte Galeno anteponere non dubitavit: & Fallopius rei anatomicæ peritissimus dicere non est veritus; *Contradicere Herophilo in anatomicis, est contradicere Euangelio*.

CLEOMBROTUS ET CRITOBULUS.

Ob servatum Antiochum Ptolomæus Cleombrotum donavit centum talentis, id est, 637500. aureorum. Critobuli gloria plurimum eo sæculo enituit extracta Philippi Regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis.

ZENO.

Zenonem Herophili discipulum laudat author *Definitionum*, & Celsus *lib.* v. *cap.* I. inter eos recenset, qui multa de facultatibus medicamentorum memoriæ prodiderunt: & eodem in loco meminit Andræ (forte legendum *Andreæ*, ut idem intelligatur, cujus facit mentionem Dioscorides *lib.* I. *cap.* I.) & Apollonii, qui Mys cognominatus est.

PETRONIUS.

Inter præstantissimos rei Herbariæ scriptores, Petronius a Dioscoride memoratur; & cum eo Bassus Tylæus, Niceratus, Niger & Diodotus. Et quidem Petronium & Diodotum diversos facit. At Plinius *lib.* XX. *cap.* VIII. utrumque nomen uni adsignat: *Petronius Diodotus, qui antilegomena scripsit, in totum damnavit Serim multis modis arguens*.

PHILIPPUS COUS.

Philippus Cous Empiricen primus a Logica dispescuit, rationes accipiens ab Herophilo, cujus discipulus fuit, uti vult Galenus in *Isagog*. Hunc quoque citat Plinius *lib.* XIX. *cap.* XXXI. Præterea Galenus iterum iterumque perstringit hominem, eo quod nimium formidaverit balneum in marasmode Hectica, in qua si nihil aliud obsit audacter ipse lavandum censet.

PHILIPPUS ACARNAN.

Alexander fervidissimo æstatis tempore Cydnum amnem lavandi causa ingressus in periculosissimum morbum incidit. Qua occasione Darius mille talenta, hoc est, 6375000. aureorum, interfectori Alexandri daturum se pronunciari jusserat. Hinc Philippus valetudini Regis admotus, fidei singularis exemplum esse meruit. At rem porro verbis Curtii, scriptoris elegantissimi

ex *lib.* III. enarrare pergam: *Erat inter nobiles Medicos e Macedonia Regem secutus Philippus, natione Acarnan, fidus admodum Regi puero comes, & custos salutis datus: non ut Regem modo, sed etiam ut alumnum eximia charitate diligebat. Is non præceps se, sed strenuum remedium afferre, tantamque vim morbi potione medicata levaturum esse promisit. Nulli promissum ejus placebat, præter ipsum, cujus periculo pollicebatur. Omnia quippe facilius, quam moram, perpeti poterat. Arma & acies in oculis erant, & victoriam in eo positam esse arbitrabatur, si tantum ante signa stare potuisset: id ipsum, quod post diem tertium medicamentum sumpturus esset (ita enim Medicus prædixerat) ægre ferens. Inter hæc a Parmenione fidissimo purpuratorum literas accipit, quibus ei denunciabat, ne salutem suam Philippo committeret; mille talentis a Dario & spe nuptiarum sororis ejus esse corruptum. Ingentem animo sollicitudinem literæ incusserant, & quidquid in utramque partem, aut metus, aut spes subjecerat, secreta æstimatione pensabat. Bibere perseverem? ut si venenum datum fuerit, ne immerito quidem quidquid acciderit, evenisse videatur. Damnem Medici fidem? in tabernaculo ergo me opprimi patiar? At satius est alieno me mori scelere quam metu nostro. Diu animo in diversa versato, nulli, quid scriptum esset, enunciat, epistolamque, sigillo annuli sui impresso, pulvino, cui incubabat, subjecit. Inter has cogitationes biduo absumpto, illuxit a Medico destinatus dies. Et ille cum poculo, in quo medicamentum diluerat, intravit. Quo viso Alexander, levato corpore in cubitum, epistolam a Parmenione missam sinistra manu tenens, accipit poculum & haurit interritus. Tum epistolam Philippum legere jubet, nec a vultu legentis movit oculos, ratus aliquas conscientiæ notas in ipso ore posse deprehendere. Ille epistola perlecta, plus indignationis, quam pavoris ostendit: projectisque amiculo, & literis, ante lectum, Rex, inquit, semper quidem spiritus meus ex te pependit: sed nunc vere arbitror, sacro & venerabili ore trahitur. Crimen parricidii, quod mihi objectum est, tua salus diluet. Servatus a me vitam mihi dederis oro, quæroque, omisso metu, patere medicamentum concipi venis. Laxa paulisper animum, quem intempestiva sollicitudine amici sane fideles, sed moleste seduli, turbant. Non securum modo hæc vox, sed etiam lætum Regem ac plenum bonæ spei fecit. Itaque si Dii, inquit, Philippe, tibi permisissent, quo maxime modo velles, animum experiri meum, alio profecto voluisses. Sed certiore, quam expertus es, ne optasses quidem. Hac epistola accepta, tamen quod dilueras bibi: & nunc credo te non minus pro tua fide, quam pro mea salute, esse sollicitum. Hæc elocutus dexteram Philippo offert. Cæterum tanta vis medicamenti fuit, ut quæ secuta sunt, criminationem Parmenionis adjuverint. Interclusus spiritus arcte meabat; nec Philippus quidquam inexpertum omisit. Ille fomenta corpori admovit, ille torpentem nunc cibi, nunc vini odore excitavit. Atque ut primum mentis compotem esse sensit, modo matris sororumque, modo appropinquantis tantæ victoriæ, admonere non destitit. Ut vero medicamentum se diffudit in venas, & sensim toto corpore salubritas percipi potuit, primum animi vigorem suum, deinde corpus quoque exspectatione maturius recuperavit. Quippe post tertium diem, quam in hoc statu fuerat, in conspectu militum venit: nec avidius ipsum Regem quam Philippum intuebatur exercitus; pro se quisque dexteram ejus amplexi, grates habebant velut præsenti Deo.*

ARISTOTELES.

Quod in principio præfatus sum, jure sibi nunc aliqui objicere videbantur, in alieno me choro pedem ponere, qui Aristotelem hactenus Philosophi nomine contentum ad Medicorum ordinem velut obtorto collo traham. Ego vero ut Asclepiadarum genere prognatum, eorum etiam arti justis vindiciis restitui putem, in primis inducor authoritate Scriptorum quæ nobis reliquisse fertur; tum Antiquorum testimoniis, ac præcipue Varronis, cujus hi versus ex *Eumenidibus* apud Nonium leguntur:

Hospes quid miras nummo curare Serapin?
An non tantidem curat Aristoteles?

Igitur Aristoteles patrem habuit Nicomachum, Amyntæ Macedonum Regis Medicum; quem genus a Nicomacho Machaonis filio trahere, apud Laertium Hermippus, & ex illo Suidas prodiderunt. Matrem vero Phæstida, aut Phæstiada, & eam quoque e gente Asclepiadarum; unde vetus Inscriptio:

Φαιστίδος ὢν μητρὸς, καὶ Νικομάχοιο γενετῆρος,
Τῶν Ἀσκληπιαδῶν δῖος Ἀριστοτέλης.

Nicomacho genitore satus, & Phæstide matre,
(Ambo Asclepiadæ) divus Aristoteles.

Natus est anno I. Olympiadis XCIX. Parentibus vita functis, a Proxeno Atarneo liberaliter educatus, primos statim annos ingenuarum artium studio dedit. Annum vero agens septimum & decimum, Apollinis jussu, ut est apud Ammonium, philosophandi causa profectus Athenas, Socratem tres annos audivit. Deinde ad Platonem se contulit jam trigenarius, ut author est Eumolpus. Sed Laertius Apollodorum secutus, a XVII. ætatis anno Platonem audivisse narrat, quem eo tempore sexagenarium fuisse constat. Cæterum Platonis disciplinam XX. annos secutus eam industriæ gloriam retulit, ut *Mens Academiæ*, & domus ejus, Domus Ἀναγνώστου vocaretur. Hermippus eum a Præceptore etiamnum vivo descivisse tradidit; sed negat Ammonius: Πῶς γὰρ ἠδύνατο; μέγα τότε δυναμένων Χαβρίου τε, καὶ Τιμοθέου, τῶν Ἀθήνησι στρατηγῶν, καὶ τῷ γένει προσηκόντων τῷ Πλάτωνι. *Qui enim fieri potuit? cum, quidem eo tempore gratia, & authoritate plurimum apud Athenienses valerent Chabrias, & Timotheus, qui e ducibus Atheniensium, & Platonis cognatis fuerunt.* Et quamvis a sententia Præceptoris sui libere discesserit; causa tamen non est, cur minus id studio veritatis, quam vel obtrectationi, vel invidiæ tribuamus; præsertim ubi tam egregio pietatis monumento observantiam testari voluerit: quippe Aram illi erexit & inscripsit:

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο τόνδε Πλάτωνος
Ἀνδρὸς, ὃν οὐδ᾽ αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

Gratus Aristoteles struit hoc altare Platoni,
Quem turbæ injustæ vel celebrare nefas.

Cum vero in Platonis scholam successit Speusippus, ejus ex sorore nepos, anno II. Olympiadis CVII. ad Philippum terræ Macedoniæ Regem concessit; a quo filium Alexandrum annos natum quindecim, annum ipse agens ætatis XLII. Philosophiæ præceptis imbuendum accepit; qua spe patris litteræ ipsius loquuntur apud Gellium *lib.* IX. *cap.* III. ubi in hanc sententiam exponuntur: *Philippus Aristoteli salutem dicit. Filium mihi genitum scito; quod equidem Diis habeo gratiam: non proinde quia natus est, quam pro eo, quod eum nasci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore, ut educatus eruditusque abs te, dignus existat & nobis, & rerum istarum successione.* Et Alexander ab institutione totius vitæ momentum pendere gnarus, se non minus Præceptori, quam Parenti debere fatebatur. Equidem inter prima regni instrumenta habitum, libri, quos *de moribus* & *Reipub. administratione* conscripsit, abunde testantur, sed hos quoque fines egressus, ad rerum naturæ cognitionem Regi præivit. Plinius *libro* VIII. *cap.* XVI. *Alexandro Magno Rege inflam-*

mato cupidine animalium naturam noſcendi, delegataque hac commentatione Ariſtoteli, ſummo in omni doctrina viro, aliquot millia hominum in totius Aſiæ Græciæque tractu parere juſſa, omnium quos venatus, aucupia, piſcatuſque alebant. His tantum ſibi conciliavit authoritatis, ut Philippus ſecundum Plutarchum, aut Alexander ipſe, ſecundum Plinium *lib.* VII. *cap.* XXIX. tantæ rerum claritati benignum quoque teſtimonium miſcere cupiens, Stagiram Philoſophi patriam, ante vaſtatam, ſoloque æquatam, inſtaurari curarit. Cujus rei memoriam ſolenni feſto (quod Ariſtoteleium vocabant) Stagiritæ recoluerunt. Præterea cum Alexander adverſus Ereſſum, Theophraſti patriam, infeſto exercitu tenderet, Ariſtotelis interceſſione revocatus alio conſilia vertit. Interea mortuo Speuſippo Athenienſes eum ad ſe per Legatos accerſiverunt. Itaque II. anno Olympiadis CXI. ætatis L. Athenas reverſus in Lyceo docere cœpit, Academia per Xenocratem occupata. Quo in munere XIII. annos verſatus ſectam condidit omnium longe nobiliſſimam; quam Peripateticam vocarunt, eo quod inter ambulandum, artes, commentationeſque ſuas diſcipulis traderet. Earum vero duas ſpecies habuiſſe dicitur, authore Gellio *lib.* XX. *cap.* IV. Alia erant, quæ nominabat Ἐξωτερικά: alia, quæ, appellabat Ἀκροαματικά. Ἐξωτερικὰ dicebantur, quæ ad Rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum civiliumque rerum notitiam conducebant. Ἀκροαματικὰ autem vocabantur, in quibus Philoſophia remotior ſubtiliorque agitabatur, quæque ad naturæ contemplationes diſceptationeſve dialecticas pertinebant. Huic diſciplinæ, quam dixi Ἀκροαματικὴν, tempus exercendæ dabat in Lycio matutinum. Nec ad eam quenquam temere admittebat, niſi quorum ante ingenium, & eruditionis elementa, atque in diſcendo ſtudium laboremque exploraſſet. Illas vero ἐξωτερικὰς eodem in loco veſperi faciebat, eaſque vulgo juvenibus ſine delectu dabat, atque eum δειλινὸν περίπατον appellabat; illum alterum ſupra ἑωθινόν: utroque enim tempore ambulans diſſerebat. Inter hæc famæ celebritas æmulorum odia provocavit, ut quatenus æquari non poterat virtutis oppoſitu, calumniis opprimeretur. His enim populus Athenienſis in bonorum innocentiam plerumque graſſabatur: unde mores εἰς τὸ συκοφαντεῖν proclives Homerico verſu notavit, ex *Odyſſ.* VIII.

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.
Et pyra nata pyris, ficuſque in ficubus extat.

Itaque detecta conſpiratione Chalcidem profugit, non paſſus, ut ajebat, Athenienſes iterum in Philoſophiam peccare: οὐκ ἐάσω, inquit, ὑμᾶς δὶς εἰς φιλοσοφίαν ἁμαρτεῖν. Nam antea Socratem injuſte condemnarant. Cæterum impietatis accerſebatur, & accuſator urgebat Eurymedon, myſteriorum Hierophanta, aut, ut Phavorinus ait, Demophilus; quod eum Hermeiæ Atarnenſium Tyranno Pæana ceciniſſe, & concubinæ rem divinam Eleuſinio ritu feciſſe diceret. Hæc malevolorum primum rumore jactata Lycon Pythagoricus arripuit, & innata obtrectandi rabie ſparſit in vulgus, materiemque dedit quibuſdam hujus ævi hyperbolis, qua furialem maledicendi κακοηθείαν explerent, nihilque reliqui facerent, quo nobis Ariſtotelem non jam hominem, ſed fœdiſſimam vitiorum omnium ſentinam exhiberent. Iiſdem authoribus confirmata ſuſpicio, qua conſcius ferebatur conſpirationis in Alexandrum, quinetiam, excogitato in id veneno, mortis author, ob Calliſthenem conſobrinæ ſuæ filium, ab eo Rege ignominioſiſſime crudeliſſimeque necatum. Quibus accedere videtur Plinius *lib.* XXX. *cap.* XVI. *Ungulas tantum mularum repertas, neque aliam ullam materiam, quæ non præroderetur a veneno Stygis aquæ, cum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoria dignum eſt, magna Ariſtotelis infamia excogitatum.* Curtius quidem veneno fuiſſe necatum, a pleriſque creditum refert; ſed non facta Ariſtotelis mentione, filium Antipatri, inter miniſtros Iollam nomine, patris juſſu dediſſe. Plutarchus etiam opinionem illam veneni ab Antipatro miſſi, & ab Ariſtotele excogitati, Antigoni Regis teſtimonio confirmatam oſtendit: ipſe tamen ſuſpicionem veneni diluit, vel eo argumento, quod certum ſit, neque tunc mortuo Alexandro ullam in exercitu veneni ſuſpicionem fuiſſe, neque tot diebus, quibus inter Principes de ſucceſſore Alexandri, præſente ejus corpore, diſceptatum eſt, ullum intumorem, aut livorem, aut veneni indicium extitiſſe. Cæterum anno tertio Olympiadis CXIV. biennio poſt mortem Alexandri Magni, eodem anno, quo Demoſthenes obiit, annos tres & ſexaginta natus, hauſto aconito, vel, ut Suidas ait, morbo vitam finivit. Juſtinus Martyr in *Parænetico ad Gentes*, quod quæſtionem de admiranda vi & natura Euripi propoſitam explicare non poſſet, pudore ſimul ac tædio victum exſpiraſſe prodidit. Porro de laudibus tanti viri, ut de Carthagine Saluſtius, tacere malo, quam parum dicere: tamen in exemplum pauca ſummorum virorum teſtimonia ſubjiciam. Cicero: *Sed quis omnium doctior? quis acutior? quis in rebus vel inveniendis, vel judicandis acrior Ariſtotele fuit?* Et iterum: *Cum omnis ratio diligens diſſerendi duas habeat partes, unam inveniendi, alteram judicandi, utriuſque princeps, ut mihi quidem videtur, Ariſtoteles fuit.* Alexander, Simplicius, Themiſtius, laudes illi tribuunt, quantas perfecta & natura & induſtria mortalis conditionis recipit. Averroes autem, non ut hominem, ſed veluti Deum ubique admiratur. In *Prooemio Phyſices*: *Ariſtoteles tres ſcientias invenit; Logicam, Naturalem, & Divinam: & nullus error inventus eſt uſque ad hoc tempus, quod eſt mille & quingentorum annorum: & talem virtutem eſſe in uno individuo, potius eſt miraculoſum, quam humanum.* Item in III. *de Anima*: *Ariſtoteles fuit regula, & exemplar, quod natura invenit, ad demonſtrandam ultimam perfectionem humanam in materiis.* Item I. *de generatione animalium*: *Laudemus Deum, qui ſeparavit hunc virum ab aliis in perfectione, & appropriavit ei ultimam dignitatem humanam, quam nullus homo poteſt in ulla ætate attingere.* Item in lib. *deſtruct.* diſput. III. in ſolutione dubitationis XIII. *Ariſtotelis doctrina eſt ſumma veritas, quoniam ejus intellectus fuit finis humani intellectus: quare bene dicitur de illo, quod ipſe fuit creatus & datus nobis divina providentia, ut non ignoremus poſſibilia ſciri.* Cumque in ejus laudes effuſi fuerint omnes, non fuit inventus ullus, qui maledicto laceſſeret præter unum Lyconem; cujus etiam figmenta diſcuſſerunt Apellicon & Ariſtoteles, quorum ſi monumenta ſupereſſent, Pſylli noſtri, & Ophiogenes venena tantum exſugere nati, velut exoſſis, ſuum pedem rodere cogerentur. Nos vero, virum tantum, cujus doctrinam plerumque ſectamur, iis verſibus, quibus alloquitur Epicurum ſuum Lucretius, merito ac lubenter affabimur;

E tenebris tantis tam clarum attollere lumen
Qui primus potuiſti, illuſtrans commoda vitæ,
Te ſequor, o Grajæ gentis decus, inque tuis nunc
Fixa pedum pono preſſis veſtigia ſignis.

ERASISTRATUS.

Erasistratus patria Juliates. Julias autem, sive Julis, civitas in insula Co clara natalibus, Simonidæ, Bacchylidæ, & Aristonis Peripatetici; author est Stephanus. Matrem illi fuisse tradit Suidas Cretoxenem, Medii Medici & Cleombroti sororem. Plinius *lib.* XXIX. Aristotelis filia genitum, & Chrysippi discipulum fuisse scribit. Celebratur in primis ob deprehensum curatumque Antiochi Regis amorem, cujus meminit Galenus libro *de præcognitione*: Historiam copiose narrat Appianus lib. *de Bellis Syriacis*; & elogium hoc illi tribuit: Ο' περιώνυμος ἰατρὸς Ερασίστρατος ἐπὶ μεγίσταις συντάξεσι Σελεύκῳ συνών. *Celeberrimus Medicus Erasistratus, maximis conditionibus apud Seleucum agens*. Plinius etiam *lib.* XIII. *cap.* VII. *Maximum Medicum* appellat. Galenus libro *de optima secta*, eum cum Hippocrate de principatu certare fatetur: & libro *de assuetudinibus* cum Hippocrate componit, & vocat ἐνδοξοτάτης ἰατρῶν. Alias tamen in eum ejusque sectatores invehitur; & libro *de venæ sectione*, modicæ experientiæ arguit, ut qui domi se continens ægros visitare contemneret. Citantur libri *de febribus, de affectionibus ventris, de resolutionibus, de podagra, de sectionibus*. Suidas eum in Medicina libros novem scripsisse memorat. Ætate grandævus, & immedicabili pedis ulcere tabescens; *Bene habet*, inquit, *quod patriæ memoria refricetur*; haustaque cicuta diem obiit. Sepultus est juxta Mycalem montem ex adverso Sami.

THEOPHRASTUS.

Theophrastus Eresso Lesbi civitate oriundus, vir magnus, maximi Aristotelis discipulus, patrem habuit Melanthum arte fullonem. Alii, ut Suidas refert, Leonte genitum prodiderunt. Primo Tyrtamus vocabatur. Aristoteles ob eloquentiæ divinam suavitatem Euphrastum, deinde Theophrastum appellavit. Præterea tanti fecit, ut, cum præstantissimorum discipulorum copia judicium morari potuisset, hunc tamen reliquis omnibus anteponere non dubitarit. Elegans hujus rei narratio est apud Gellium *lib.* XIII. *c.* V. *Aristoteles Philosophus, annos jam fere natus duo & sexaginta, corpore ægro affectoque, ac spe vitaque tenui fuit. Tunc omnis ejus sectatorum cohors accedit, orantes, obsecrantesque, ut ipse deligeret loci sui & magisterii successorem, quo post summum ejus diem, perinde ut ipso uterentur ad studia doctrinarum complenda excolendaque, quibus ab eo imbuti fuissent. Erant tunc in ejus ludo boni multi, sed præcipui duo, Theophrastus & Menedemus, ingenio atque doctrinis cæteros præstabant. Alter ex insula Lesbo fuit, Menedemus autem Rhodo. Aristoteles respondit, facturum esse quod vellent, cum id sibi foret tempestivum. Postea brevi tempore, cum iidem illi, qui de magistro destinando petierant, præsentes essent, vinum ait, quod tum biberet, non esse id ex valetudine sua, sed insalubre esse, atque asperum, ac propterea quæri debere exoticum, vel Rhodium aliquod, vel Lesbium. Id sibi utrumque ut curent petivit: usurumque eo dixit, quod sese magis juvisset. Eunt, curant, inveniunt, adferunt. Tum Aristoteles Rhodium petit, degustat, firmum, inquit, hercle vinum, & jucundum. Petit mox Lesbium: quo item degustato; utrumque, inquit, oppido bonum. Sed* ἡδίων ὁ Λέσβιος. *Id ubi dixit, nemini dubium fuit, quin lepide simul & verecunde, successorem illa voce sibi, non vinum delegisset. Is erat e Lesbo Theophrastus, homo suavitate insigni linguæ pariter atque vitæ*. Et vero fuisse hominem politissimi atque amœnissimi ingenii, præter hæc, & quæ de eo apud veteres Scriptores leguntur, tum etiam apud Athenæum *lib.* I. testatur Hermippus, qui scribit eum ad horam condictam, in peripaton scholam suam ire solitum, corporis nitido & exacto cultu, illicque sedentem, cum verba faceret, orationem sic instituere, ut nullum gestum prætermitteret, nullam figuram corporis argumento convenientem. Atque hinc tanta discipulorum multitudo, qui ad duo millia sectabantur. Tamen urbem deserere coactus est cum cæteris Philosophis, perlato Sophoclis decreto; quod haud multo post Athenienses agente Philone abrogarunt, & Scholæ Theophrastum restituerunt: author est Laertius, & Athenæus *lib.* XIV. vixit annos LXXXV. & tamen de brevitate vitæ questus est: Cicero lib. III. *de Finibus*: *Theophrastus autem moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset; hominibus, quorum id maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset; quorum si ætas esse potuisset longinquior, futurum fuisset, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur*. Plurima ingenii sui monumenta reliquit; quorum pleraque temporum injuria nobis ademit. Quæ ad medicinam spectant, sunt hæc, *de Plantis*, περὶ δακετῶν καὶ βλητικῶν libri, quos Apulejus se legisse testatur.

Opportunum hic recensere Medicos, doctrina quidem insignes, sed quorum in obscuro fama est, nisi qua a Theophrasto celebrantur. Inter hos est Clidemus Platæensis, Thrasias Montinensis, qui se tale reperisse pharmacum jactabat, quod sine ullo doloris sensu lentam mortem inferret. Ejusdem quoque dictum fertur, Τὸ αὐτὸ τοῖς μὲν φάρμακον εἶναι, τοῖς δὲ οὐ φάρμακον, *Idem aliis esse pharmacum, aliis vero non esse pharmacum*; quod experientia didicerat in pastore, qui fasciculum ellebori sine noxa vorabat. His adjungitur Alexias Thrasiæ discipulus, Eudemus Pharmacopola, & Eudemus Chius, qui poto elleboro non commovebatur.

SERAPION.

Primus omnium Serapion, ut refert Celsus, nihil rationalem disciplinam pertinere ad Medicinam professus, in usu & experimentis eam posuit. Cujus opinionis sectatores habuit, Apollonium, & Glauciam, aliosque non mediocres viros, qui ex ipsa professione se Empiricos appellaverunt: inter quos etiam fuit Heraclides Tarentinus, qui cum primo dogmaticus esset, ad Empiricos postea se transtulit, in quorum secta plurimum valuit: fuit alter Heraclides Erythræus Chrysippi & Erasistrati auditor, qui rationem doctrinæ ex definitionis resolutione secutus est. Galenus cap. I. *artis medicinal.* His authoribus Empirica secta jactationem obtinuit: cujus studiosos vocare licet experitissimos, quod nomen stultissima consuetudine rationalis Medicinæ Professoribus accommodamus.

CLEOPHANTUS.

Cleophanti meminit Celsus *lib.* III. *cap.* XIV. *Quidam ex antiquioribus Medicis Cleophantus in hoc genere morborum, multo ante accessionem* (agit de febri tertiana) *caput ægri multa calida aqua perfundebat, deinde vinum dabat. Quod, quamvis pleraque ejus viri præcepta secutus est Asclepiades, recte tamen præteriit; est enim anceps*. Herbariæ peritum quoque fuisse colligas ex Plinii *lib.* XX. *cap.* V. & XXIV. *cap.* XVI.

NICANDER.

Nicander Xenophane genitus, patria Colophonius, aut secundum alios Ætholus, Grammaticus, & Poeta, & Medicus, floruit temporibus Attali illius, qui Gallo-Græcos subegit. Varia ejus scripta memorantur a Suida, *Theriaca*, *Alexipharmaca*, *Georgica*, ἑταιρευμένων *libri* v. *curationum farrago*, *Prognostica Hippocratis versibus heroicis conscripta*, *de oraculis libri tres*. Cic. *Georgica* laudat I. *de Oratore*: *De rebus rusticis hominem ab agro remotissimum Nicandrum Colophonium Poetica quadam facultate, non rustica, scripsisse praeclare*. Præter Alexipharmaca, & Theriaca, nihil ad nos pervenit: extant lib. I. *Anthologiæ*, composita in ejus laudem epigrammata;

Καὶ Κολοφὼν ἀρίδηλος ἐνὶ πτολίεσσι τέτυκται,
Δοιὰς θρεψαμένη παῖδας ἀριστονόους.
Πρωτότοκον μὲν Ὅμηρον, ἀτὰρ Νίκανδρον ἔπειτα,
Ἀμφοτέρους Μούσαις οὐρανίῃσι φίλους.

Et Colophon alias inter caput exserit urbes
Quæ tulit aucta bona pignora mente duo.
Mæonidem primo, mox & Nicandron, utrumque
Musarum sacro pectora amica choro.

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλά, μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά
Νίκανδρος κατέλεξεν, ἐπιστάμενος περὶ πάντων
Ἀνθρώπων. ἦ γὰρ Παιηονός ἐστι γενέθλης.

Pharmaca multa bona, & pariter mala, mixtaque multa,
Nicander cecinit; quo non præstantior alter
Est hominum: nam Pæonia est de stirpe creatus.

Παιήων, Χείρων, Ἀσκλήπιος, Ἱπποκράτης τε,
Τοῖς δ' ἐπὶ Νίκανδρος προφερέστερον εἴλαχεν εὖχος.
Pæon, Chiron, Asclepius, Hippocratesque,
Supra hos Nicander majorem est nactus honorem.

PERIANDER.

Non eadem felicitate Poeticen tractavit Periander, qui cum Medicus esset præstantissimus, seque ad scribendos versus contulisset, Archidamus Agesilai filius hac sententia compellavit: Τί δή ποτε ὦ Περίανδρε ἀντὶ χαριέντος ἰατροῦ, κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖς; *Quid vero Periander pro bono Medico, malus Poeta vocari cupis?* Plutarchus in *Apophthegmat. Laconicis*.

ASCLEPIADES.

Myrlæa Bithyniæ civitas est, quam postea Nicomedes Apamiam a matre Apama nuncupavit. Hinc ortus Asclepiades patre Diotimo, temporibus Attali atque Eumenis Regum Pergami. Præceptorem habuit Apollonium; cujus disciplina in Grammaticum non contemnendi nominis evasit, ut author est Suidas. Deinde ætate Magni Pompeii Romam venit; primumque orandi magister, nec satis in arte ea questuosus, se repente ad medendi scientiam convertit: cujus decreta confessæ antiquitatis præjudicio firma, torrenti, ac meditata quotidie oratione labefactavit. Hinc Galenus libro III. *de Crisibus*, ἕξιν ἀντιλογικὴν eum exercuisse refert: Celsus: *In duas partes medicina divisa erat, aliis rationalem artem, aliis usum tantum sibi vindicantibus; nullo vero quoquam post eos, qui supra comprehensi sunt, agitante, nisi quod acceperat, donec Asclepiades medendi rationem ex magna parte mutavit*. Et Cœlius Aurelianus libro *de acutis*, scribit eum semper in curandis ægris, ambitione quadam, aliorum Medicorum prælidia, sive bona, sive mala, rejicere consuevisse. Non tamen videtur ea præsidia per ambitionem rejecisse, aut quia essent ab aliis inventa, sed quod spreto omnium prope medicamentorum usu in sola vivendi ratione curam esse ponendam censeret. Celsus *lib.* v. *cap.* I. *Medicamentorum autem usum ex magna parte Asclepiades non sine causa sustulit; & cum omnia fere medicamenta stomachum lædant, malique succi sint, ad ipsius victus rationem potius omnem curam suam transtulit*. Sed operæpretium fuerit Plinii verbis exponere callidissimi viri artes atque commenta, quibus novationi alias invisæ gratiam authoritatemque præstruxerit: *Quinque res maxime communium auxiliorum professus, abstinentiam cibi, alias vini, fricationem corporis, ambulationem, gestationes: quæ cum unusquisque semetipsum ipsi præstare posse intelligeret, faventibus cunctis ut essent vera, quæ facillima erant, universum prope humanum genus circumegit, non alio modo, quam si cælo emissus advenisset*. Et paulo post: *Alia quoque blandimenta excogitabat, jam suspendendo lectulos, quorum jactatu, aut morbos extenuaret, aut somnos alliceret, jam balineas, avidissima hominum cupidine, instituendo, & alia multa dictu grata atque jucunda: magna authoritate, nec minore fama, cum occurrisset ignoto funeri, relato homine ab rogo, atque servato; ne quis levibus momentis tantam conversionem factam existimet*. Quid autem fingi potuit gravius, ad augendam authoritatem famamque Medici, qui copia dicendi instructus, tenuia & inania verbis amplificare atque ostentatione gloriarum plena in vulgus spargere valebat? Fabulam speciose narrat Apulejus IV. *Floridorum*: *Asclepiades*, inquit, *ille inter præcipuos Medicorum, si unum Hippocratem excipias, cæteris princeps, primus etiam vino opitulari ægris reperit; sed dando scilicet in tempore. Cujus rei observationem probe callebat, ut qui diligentissime animadverteret venarum pulsus inconditos vel præclaros. Is igitur cum forte in civitatem sese reciperet, & rure suo suburbano rediret, aspexit in pomœriis civitatis funus ingens locatum, plurimos homines ingenti multitudine, qui exequias venerant, circumstare, omnes tristissimos, & obsoletissimos vestitu. Propius accessit, ut etiam cognosceret, more ingenii humani, quisnam esset; quoniam percontanti nemo responderat: at vero ipse aliquid in eo ex arte deprehenderat. Certe quidem jacenti homini, ac prope deposito fatum attulit. Jam miseri illius membra omnia aromatis perspersa, jam os ipsius unguine odoro delibutum, jam eum pollinctum, jam scenæ paratum contemplatus quam diligentissime quibusdam signis animadvertit. Etiam atque etiam pertractavit corpus hominis: & invenit in eo vitam latentem. Confestim exclamavit, vivere hominem, procul ergo faces abigerent, rogum demolirentur, cœnam feralem a tumulo ad mensam referrent. Murmur interea exortum: partim Medico credendum dicere, partim etiam irridere Medicinam. Postremo propinquis etiam hominibus invitis, quod ne jam ipsi hæreditatem habebant, an quod adhuc illi fidem non habebant, ægre tamen ac difficulter Asclepiades impetravit brevem mortuo dilationem. Atque ita vespillonum manibus extortum, velut ab inferis, postliminio domum retulit, confestimque spiritum recreavit*. Plinius cum *loco* jam *allato*, tum *lib.* VII. *cap.* XXXVII. ita narrat, quasi mortuo vitam restituisset. Celsus *libro* II. *capite* VI. mortuum falso creditum, & ab Asclepiade compertum: *Asclepiades*, inquit, *funeri obvius, intellexit eum vivere, qui efferebatur. Inter ejus inventa præcipue secundo rumore acceptum, quod erat de vino tempestive exhibendo*. Plinius *lib.* XXIX. *cap.* I. *Trahebat præterea mentes artificio mirabili, vinum permittendo ægris, dandoque tempestive, tum aquam frigidam*. Et in

hanc rem librum conscripsit: idem author *libro* XXIII. *capite* I. *unum de vino volumen condidit a se cognominatum*. His tantum fama inclaruit, ut Mithridates Medicinæ avidissimus, eum ad se pellicere tentarit. Sed Regis Legatos & pollicitationes sprevit: vixit ad supremam senectam valetudine prosperrima. Nam sponsionem fecisse dicitur, ne Medicus haberetur, si quo unquam morbo corriperetur. Plinius: *Summa fama Asclepiadi Prusiensi, condita nova secta, spretis Legatis & pollicitationibus Mithridatis Regis, reperta ratione qua vinum ægris medetur, relato a funere, & servato: sed maxime sponsione facta cum fortuna ne Medicus crederetur, si unquam invalidus ullo modo fuisset ipse: & victor suprema in senecta, lapsu scalarum exanimatus est*. At Suidas extinctum peripneumonia tradit. Scripta ejus a Galeno frequenter allegantur, lib. II. *de Antidotis*, & passim in libris *de compositione medicamentorum*.

THEMISON.

Themison Laodicæus, Asclepiadis auditor: sed mox illius placita mutavit, & sectam condidit methodicorum, qui contendunt; nullius causæ notitiam, quidquam ad curationem pertinere; satis esse quædam morborum communia intueri. Celsus in *procemio*, Plinius *lib.* XXIX. *cap.* I. Galenus tamen lib. I. *Methodi*, cap. IV. & VII. eum sectæ methodicæ authorem agnoscere non videtur; sed ab eo Thessalum novæ sectæ fundamenta mutuatum: *Τούτῳ γὰρ ἐν μόνῳ παραχωρεῖ Θέσσαλος, καθάπερ πατρὶ τέκνα γνήσια, τὰς τερατώδεις ἐκείνας κοινότητας. Illi enim soli concedit Thessalus, veluti patri legitimas proles, monstrosas illas communitates*. At Seneca *epist.* XCV. sectæ diversæ conditorem facit: *Adjice nunc, quod artes quoque pleræque, imo ex omnibus liberalissimæ habent decreta sua, non tantum præcepta; sicut Medicina. Itaque alia est Hippocratis secta, alia Asclepiadis, alia Themisonis*. Quia vero, ut notat Galenus lib. I. *Methodi*, methodicorum erat infelix in curando successus, hinc forte Juvenalis *satyra* X. imperito Medico nomen Themisonis affinxit;

Quot Themison ægros autumno occiderit uno.

Errat enim vetus Scholiastes, qui Themisonem illius temporis Archiatrum facit. Primus autem Themison scripsit *de tardis affectionibus*; Cælius Aurelianus in *præfatione*: *Medicorum nullus ante Themisonem tardarum passionum curationes principaliter ordinavit*. Laudantur etiam libri *epistolarum ad Dimantem*; & Paulus *lib.* III. *cap.* XV. earum decimum citat. Hydromeli & Oxymeli prorsus damnavit. Plinius *lib.* XIV. *cap.* XVII. *Omnia a Themisone summo authore damnata*. Vulgarem herbam plantaginem, tanquam inventor, & volumine de ea edito, celebravit, Plinius *lib.* XXV. *cap.* VIII. Quando, & quo genere mortis obierit, nondum comperi. Cælius a cane morsum hydrophobiam incurrisse, & medicamentorum ope incolumem evasisse tradit. Idipsum a Dioscoride proditum *lib.* VI. *Τὸν Θεμίσωνα οἱ μὲν λέγουσι τῷ πάθει δηχθέντα περιπεσεῖν, καὶ σωθῆναι. Themisonem ferunt demorsum in hunc affectum incidisse, & servatum*.

DIOSCORIDES.

Dioscorides patria Anazarbeus, author Herbariæ nobilissimus. Est autem Anazarba Ciliciæ civitas, quam postea Cæsaream Augustam vocarunt. Stephanus: *Ἀναζαρβὰ πόλις Κιλικίας*, &c. *ἀφ' ἧς ἦν Διοσκορίδης ὁ διασημότατος ἰατρός*. Suidas autem falsus est & multos fefellit: nam cum plures fuerint Medici, nomine Dioscoridis insignes, uni duorum notas adsignavit: *Διοσκορίδης Ἀναζαρβεὺς Ἰατρὸς, ὁ ἐπικληθεὶς Φακᾶς, διὰ τὰς τῆς ὄψεως φακούς. συνῆν δὲ Κλεοπάτρᾳ ἐπὶ Ἀντωνίου. γέγραπται αὐτῷ βιβλία κδ'. τὰ πάντα ἰατρικὰ περιβόητα. Dioscorides Anazarbeus Medicus, cognomento Phacas, id est, Lenticularis, quod lentigine vultus ejus notaretur. Adfuit Cleopatræ sub Antonio. Scripsit libros* XXIV. *medicos omnes, & celebres*. At Galenus Anazarbeum, & Lenticularem haud obscure diversos statuit: nam Anazarbeum Empiricæ sectæ addictum, Lenticularem vero, rationalis Medicinæ authorem, & Herophili sectatorem fuisse affirmat. Cæterum in *præfatione Operis sui* ait se, quamvis militarem vitam duceret, omnem ætatem investigandis herbarum viribus impendisse; ex narratione omnibus consona, & indagatione rerum apud singulos vernacularum, sua diligenter concinnasse, *μετὰ πλείστης ἀκριβείας, τὰ μὲν πλεῖστα δι' αὐτοψίας γνόντες, multa diligentia, plurima inspectione cognoscentes*. Sed quod militiæ assuetus cultum orationis neglexerit, monet Lectorem suum, ne verbis facultatem æstimet, sed potius adhibitam rebus cum peritia curam. Et Galenus lib. XI. *de facultate Simplicium*, ait eum non satis pernosse Græcanicarum vocum significata: at libro VI. in *præfatione* fassus est omnium perfectissime tractatum *de materia medicamentorum* confecisse; & libro IV. *de compositione medicamenti secundum genera*, nulli secundum esse scribit eorum, qui rem herbariam tractarunt. An vero Dioscoridem Plinius legerit, aut contra num a Plinio Dioscorides sua mutuatus sit, Leonicenus & Pandulphus animose disceptant; quod in medio relinquimus; neque enim nostrum tantas componere lites. Quamvis isti non fuerit controversiæ locus, si authoritas Suidæ admittatur.

ARCHAGATHUS.

Hic omnium primus usum medendi Romanos docuit. Plinius *lib.* XXIX. *cap.* I. *Cassius Hemina ex Antiquis author est, primum e Medicis venisse Romam Peloponneso Archagathum Lysaniæ filium, L. Æmylio, M. Livio Coss. anno urbis* DXXXV. *Eique jus Quiritum datum, & tabernam in compito Acilio emptam ob id publice*. Sed præter hunc Romæ scientia medendi floruerunt M. Cato, C. Valgius, Pompejus Lenæus; de quibus idem Plinius *libro* XXIV. *cap.* II. *Primusque, & diu solus idem ille M. Cato, omnium bonarum artium magister, paucis duntaxat attigit, boum etiam medicina non omissa. Post eum unus illustrium tentavit C. Valgius, eruditione spectatus, imperfecto volumine ad D. Augustum, inchoata etiam præfatione religiosa, ut omnibus malis humanis illius potissimum Principis semper medicetur majestas. Antea condiderat solus apud nos Pompejus Lenæus, Magni libertus, quo primum tempore hanc scientiam ad nostros pervenisse animadverto*.

ANTONIUS MUSA, ET EUPHORBUS, ET ALII NONNULLI.

Eadem ætas clarissimos Medicos tulit, qui artem ex Græcia in Italiam transtulisse videntur. Ex his Antonius Musa & Euphorbus, nobile par fratrum; quorum alter Augusti Cæsaris, alter Jubæ Regis Medicus fuit: de priore Plinius *libro* XIX. *capite* VIII. *Divus certe Augustus lactuca conservatus in ægritudine fertur, prudentia Musæ Medici, quamobrem P. R. statuam illi posuit, juxta signum Æsculapii*. Suetonius capite LIX.

Medico **Antonio** *Musæ, cujus opera ex ancipiti morbo convaluerat, statuam ære collato juxta signum Æsculapii statuerunt.* Horatius etiam meminit *lib.* I. *epistola* XV.

—— nam mihi Bajas
Musa supervacuas Antonius.

Euphorbus etiam inventa herba clarus. Plinius *lib.*v.*cap.*I. *Juba Ptolemæi pater, qui primus Mauritaniæ imperavit, studiorum claritate memorabilior etiam, quam regno, similia prodidit de Atlante, præterquam gigni ibi herbam Euphorbiam nomine, ab inventore Medico suo appellatam: cujus lacteum succum miris laudibus celebrat, in claritate visus, contra serpentes, & venena omnia, privatim dicato volumine.* Et iterum *lib.* XXV. *cap.* VII. *Invenit & patrum nostrorum ætate Rex Juba, quam appellavit Euphorbiam, Medici sui nomine, & fratris Musæ, a quo Divum Augustum conservatum indicavimus. Iidem fratres instituere a balneis frigida multa corpora adstringi.* Idem *l.* XXIX. cum Musa alios nominat: *Sed & illa* (Themisonis placita) *mutavit Antonius Musa ejusdem authoritate Divi Augusti, quem contraria Medicina gravi periculo exemerat: multos præterea Medicos, celeberrimosque ex iis Cassios, Carpitanos, Aruntios, Albutios, Rubrios.* CCL. *H-S. annua mercede iis fuere apud Principes*: hoc est, sex millia aureorum ducenti & quinquaginta. Quintus vero Stertinius imputavit Principibus, quod H-S. quingenis annuis, id est, duodecim millibus aureorum & quingentis, contentus esset. Sexcena enim H-S. id est, quindecim millia, sibi questu urbis fuisse numeratis domibus ostendebat. Stertinii fratrem Claudius pari mercede tenuit. Itaque hi fratres, quanquam operibus, & exornata Neapoli censum exhausissent, tamen heredi H-S. CCC. sive 75000. aureorum reliquere.

ARTORIUS.

Nullus omnino principum Romanorum Augusto felicior. Atqui bonæ fortunæ partem non exiguam Medici impleverunt: non repeto, quod de Antonio Musa nunc proposui; quod vivus antequam rerum potiretur, adhuc nutantibus in alterutram partem fatis in potestatem hostium non venerit, Medico debet. Valerius Maximus *lib.*I.*cap.* VII. *Quem locum unde potius ordiar, quam a Divi Augusti sacratissima memoria? Ejus Medico Artorio somnum capienti nocte, quam dies insecutus est, quo in campis Philippicis Romani inter se exercitus concurrere, Minervæ species oborta præcepit, ut illum gravi morbo implicitum moneret, ne propter adversam valetudinem proximo prœlio non interesset: quod cum Cæsar audisset, lectica se in aciem deferri jussit: ubi dum supra vires corporis pro adipiscenda victoria excubat, castra ejus a Bruto capta sunt. Quid ergo aliud putamus, quam divino munere effectum, ne destinatum jam immortalitati caput indignam cælesti spiritu violentiam sentiret.* Breviter Vellejus *lib.* II. *Cornu, cui Brutus præerat, impulsis hostibus castra Cæsaris cepit: nam ipse Cæsar, etiamsi infirmissimus valetudine erat, obibat munia ducis, oratus etiam ab Artorio Medico, ne in castris remaneret manifeste denunciatione quietis territo.*

CORNELIUS CELSUS.

Aurelius Cornelius Celsus, vir in omni disciplina summus, Augusti principatu, vel Tiberii floruit: nam Columella, qui scripsit potiente rerum Claudio, Celsi meminit, tanquam superioris, eumque fuisse tradit, *non solum agricolationis, sed universæ naturæ prudentem.* Quintilianus censuræ plerumque iniquæ compertus, ubi non absunt motus æmulationis, aut frigide laudat, aut etiam aperte reprehendit: *lib.* IX. *eruditum virum* appellat. *Libro* XI. *Scripsit non parum multa*, inquit, *Cornelius Celsus, Scepticos secutus, non sine cultu ac nitore. Lib.* XII. colligas fuisse Rhetorem, Historicum, JC. nam facta harum disciplinarum mentione, addit: *Quid plura? cum etiam Cornelius Celsus, mediocri vir ingenio, non solum de his omnibus conscripserit artibus, sed amplius res militaris, & rusticæ etiam, & Medicinæ præcepta reliquerit? dignus vel ipso proposito, ut eum scisse omnia illa credamus.* Ex his supersunt præcepta medendi, tanta puritate sermonis condita, ut merito Latinus Hippocrates appelletur. Sed & juris civilis authores in *Pandectis* aliquas ejusdem sententias retinuerunt. Ex quibus tam exactæ diligentiæ reliquiis judicare possumus eum in omnibus disciplinis ita versatum ac si ex destinato singulas tantum excoluisset.

ÆMYLIUS MACER.

Æmylius Macer, Poeta Veronensis, Virgilio æqualis, & iis Poetis, quos Augusti ævo Mecœnatis benevolentia fovit. Scripsit *de venenatis animalibus, de Herbis, & Avibus.* Ovid. IV. *Tristium* eleg. IX.

Sæpe suas volucres legit mihi grandior ævo,
Quæque nocet serpens, quæ juvet herba Macer.

Quinctilianus *lib.* X. in censendo cum Lucretio componit: *Nam Macer & Lucretius legendi quidem, sed non ut phrasim, id est, corpus eloquentiæ, faciant; elegantes quisque in sua materia; sed alter humilis, alter difficilis.* Eusebius prodidit eum paucis annis post Virgilium obiisse. Quæ vero nunc de viribus herbarum carmina circumferuntur, non esse hujus Macri, adeo esse manifestum puto, ut probatione non egeat.

VECTIUS VALENS.

A Plinio memoratur: *Exortus deinde est Vectius Valens adulterio Messalinæ Claudii Cæsaris nobilitatus, pariterque eloquentiæ assectator. Is eam potentiam nactus, novam instituit sectam.*

XENOPHON.

Xenophon natione Cous, e genere Asclepiadarum, Claudii Cæsaris Medicus. Ejus intercessione Coi tributorum immunitatem obtinuerunt. Tacit. lib. XII. *Annalium*: *Retulit dein de immunitate Cois tribuenda. Multaque super antiquitate eorum memoravit. Argivos vel Cæum Latonæ parentem, vetustissimos insulæ cultores: mox adventu Æsculapii artem medendi illatam, maximeque inter posteros ejus celebrem, nomina singulorum referens, & quibus quisque ætatibus viguissent; quin etiam dixit Xenophontem, cujus scientia ipse uteretur, eadem familia ortum: precibusque ejus dandum, ut omni tributo vacui in posterum Coi, sacram & tantum Dei ministram insulam colerent.*

CHARICLES.

Charicles Tiberio familiaris, de quo Tacitus *lib.*v. *Erat Medicus arte insignis, nomine Charicles, non quidem regere valetudinem Principis solitus, consilii tamen copiam præbere. Is velut propria ad negotia degrediens, & per speciem officii manum complexus pulsum venarum attigit, neque fefellit: nam Tiberius incertum an offensus, tantoq; magis iram premens, instaurari epulas jubet, discumbitque ultra*

solitum, quasi honori abeuntis amici tribueret. Charicles tamen labi spiritum, nec ultra biduum duraturum Macroni firmavit. Paria Sueton. *cap.* LXII. *Non quidem regere valetudinem Principis solitus*, inquit Tacitus, quod cum Suetonio convenit *cap.* LXVIII. *Valetudine prosperrima usus est; quamvis a trigesimo ætatis anno, arbitratu eam suo rexerit, sine adjumento consilioque Medicorum.*

EUDEMUS.

Livia soror Germanici, uxor Drusi, Eudemo Medico usa, qui per adulterium in intimam amicitiam se insinuavit. Et Sejanus, cum viam sibi ad imperium strueret, Drusumque vellet amoliri, uxorem ejus adulterio pellexit, & ad necem mariti impulit. Tacitus libro IV. *Annal. Sumitur in conscientiam Eudemus amicus, ac Medicus Liviæ, specie artis frequens secretis.* Plinius *lib.* XXIX. *cap.* I. adulterium Liviæ exprobrat: *Jam vero & adulteria etiam in Principum domibus, ut Eudemi in Livia Drusi Cæsaris.*

ARCHIGENES.

Archigenem nobilem fuisse Medicum oportuit: nam Juvenalis ejus nomen veluti κατ' ἐξοχὴν passim usurpat: *sat.* XIII.

> —— *si non eget Anticyra vel*
> *Archigene.*

Et *satyra* VI.

> *Advocat Archigenem onerosaque pallia jactat.*

Iterum *satyra* XIV.

> *Ocyus Archigenem quære, atque eme, quod Mithridates*
> *Composuit.*

Fuit & alius Archigenes Adriani Imp. ævo, Galeno æqualis. Hic Adriano vitæ pertæso locum ostendit sub mamilla, cui illitum venenum repente mortem acceleraret. In Xiphilino tamen pro *Archigene*, legitur *Hermogenes*. Sed Mercurialis lib. I. *Variarum* cap. V. locum emendavit. Galenus libro *de præcognitione ad Posthumum*, Archigenem in pulsuum ratione diligentem agnoscit; & lib. III. *de pulsuum differentia*, librum ejus *de pulsibus* laudat; & libro II. *de locis affectis* Archigenis doctrinam interpretatur, contra quam nonnulli ejus sectatores opinarentur.

THESSALUS.

Thessalus natione Trallianus, Themisonis placita secutus, Methodicorum sectam magno sæculi sui applausu condidit. In quo superbissimus homo sic gloriabatur, ut omnes ante se Medicos, & ipsum quoque Hippocratem, non contemneret modo, sed etiam inscitiæ argueret. Galenus libro I. *Methodi* cap. II. fragmentum affert *epistolæ* cujusdam *ad Neronem*, ex quo hominis effrænem impotentiam, velut ex ungue leonem, dignoscas: Παραδέδωκως νέαν αἵρεσιν, καὶ ὡς μόνην ἀληθῆ, διὰ τὸ τοὺς προγενεστέρους πάντας ἰατροὺς μηδὲν παραδοῦναι συμφέρον πρός τε ὑγιείας συντήρησιν, καὶ νόσων ἀπαλλαγήν. *Qui tradidi novam sectam, & solam veram, quia præcedentes Medici nihil tradidere, quod vel conservationi sanitatis, aut morborum curationi expediat.* Plinius *lib.* XXIX. *cap.* I. *Eadem ætas Neronis principatu ad Thessalum transivit delentem cuncta majorum placita, & rabie quadam in omnis ævi Medicos perorantem.* Non ille, ut Hippocrates, artem longam esse censebat; sed eam se sex mensium spatio edocturum speciose pollicebatur; quo compendii lenocinio tantam sibi auditorum multitudinem conciliavit, ut, teste Plinio, *Nullius Histrionum, equarumque trigarii comitatior ingressus in publico esset.* Galenus etiam fatetur: Καὶ τῷ μηνὶν ἓξ ἐπαγγείλασθαι διδάξειν τὴν τέχνην ἑτοίμως, ἐλάμβανε μαθητὰς παμπόλλους. *Et eo quod promitteret artem se edocturum spatio sex mensium, plurimos discipulos habuit.* Nam ejusmodi ignaviæ invitamento juvenum ætas improvida plerumque ludificatur, non considerantium, nihil posse habere festinationis laudem, & perfectionis. Eleganter in hanc sententiam Apulejus libro *de Deo Socratis*: *Nulla enim res potest esse eadem festinata simul, & examinata, nec esse quidquam omnium, quod habeat & laudem diligentiæ simul, & gratiam celeritatis.* Duo tantum morborum genera agnoscebat, ex victus ratione nata, ut docet Galenus, ῥοώδες, καὶ στεγνὸν, *fluxum, & adstrictum*: quæ principia a Themisone sumpsit, cujus sectatores etiam ætas Celsi tulit: *Et quidem*, inquit, *Medici sæculi nostri, sub authore (ut ipsi videre volunt) Themisone, contendunt nullius causæ notitiam quidquam ad curationes pertinere, satisque esse quædam communia morborum intueri. Siquidem horum tria genera esse; unum adstrictum, alterum fluens, tertium mixtum*, &c. Et istud commune est ignorantiæ patrocinium nihil ad artem pertinere jactantis, quæ longo studio comparanda forent. Itaque Thessalus solidæ doctrinæ robore destitutus, omnisque Philosophiæ expers in communitatibus nescio quibus omne momentum collocabat: nam ea conditione natus fuit, ut per hæc honestarum artium exercitia non potuerit educari; quod Galenus ei objicere non est oblitus: Κρῖναι ἀδυνάτον ἦν σοι τραφέντι μὲν ἐν γυναικωνίτιδι παρὰ πατρὶ μοχθηρῶς ἔρια ξαίνοντι. μὴ γὰρ ἀγνοεῖσθαί μοι δοκεῖ τὸ θαυμαστόν σου γένος, καὶ τὴν ἀοίδιμόν σου παιδείαν, μηδ' ὡς ἐν κωφῷ θεάτρῳ λοιδορεῖν Ἱπποκράτην τε, καὶ τοὺς ἄλλους παλαιούς. ἀλλὰ τίς ὢν, καὶ πόθεν, ἐκ ποίου γένους, ἐκ ποίας ἀνατροφῆς, καὶ ποίας παιδεύσεως ἐπίδειξον πρότερον. *Fieri non potest ut recte judices, cum in Gynæceo sis educatus apud patrem misere lanas carpentem. Neque enim puto ignorari admirabile tuum genus, & celebrem institutionem, neque ut Hippocrati, aliisque antiquis, velut ex theatro convitia facias. Sed quis, unde, quo genere, qua educatione, quaque disciplina primum demonstra.* Sic passim Galenus Thessalum, Antiquorum placitis ubique repugnantem, ceu Marsyam Phœbo obstrepentem, tantum non excoriat; & potissimum in *Methodo medendi*, atque in lib. *de sectis* ad eos, qui introducuntur. Scripsit Thessalus *lib. de communitatibus, Syncritica, contra Aphorismos Hippocratis*. Obiit Romæ; sepultus via Appia: monumento Iatroniceen se inscripsit. Plinius: *Quali prudentia ingenioque æstimari vel uno argumento abunde potest, cum monumento suo (quod est Appia via) Iatronicen se inscripserit.*

CRITIAS, ET CHARMIS.

Plinius: *Critias Massiliensis arte geminata, ut cautior religiosiorque, ad syderum motus, ex ephemeride mathematica cibos dando, horasque observando, authoritate Thessalum præcessit. Nuperque centies H. S. reliquit muris patriæ, mœnibus quoque aliis pæne non minori summa exstructis.* Atque hac ratione, ejus divitiæ ad 4100000. aureorum adscendissent. Pergit deinde Plinius: *Hi regebant fata, cum repente civitatem Charmis ex eadem Massilia invasit, damnatus non solum prioribus Medicis, verum & balineis: frigidaque etiam hybernis algoribus lavari persuasit, mersit ægros in lacus. Videbamus Senes Consulares usque in ostentationem rigentes.*

ANDROMACHUS.

Andromachus Cretensis, Neronis Ἀρχίατρος: nam hoc nomen ei tribuit Galenus libro I. *de Antidotis*, Theriacæ compositio versibus ad Nero-

nem perſcripta celebratur a Galeno lib. *de Theriaca*, & lib. II. *de Antidotis*: cujus hoc eſt initium:

Κλῦθι πολυθρονίου βελαρὸν θένος Ἀντιδότοιο
Καῖσαρ ἀδειμάντου δῶτορ ἐλευθερίης.
Κλῦθι Νέρων, &c.

Ex quibus liquet de eo recte judicaſſe Galenum in principio libri *de Theriaca ad Piſonem*, cum dixit: Ἐντελῶς πεπαιδευμένον τὴν τέχνην, μὴ μόνον τῇ πείρᾳ τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ τοῖς λόγοις τοῖς ἐπ' αὐτοῖς λογισμὸν ἀκριβῶς ἠσκημένον. *Non modo experientia rerum inſtructum, ſed etiam ſermonis elegantia ad rationem in ipſis exacte exercitum.*

ATHENÆUS.

Athenæus Attalus recenſetur ab Authore introductorii inter Rationales princeps eorum ſectæ, qui Pneumatici vocantur: & extat etiam Galeni adſtipulatio lib. IV. *de pulſuum differentiis*. Idem in ejus ſectatores frequenter invehitur; ut I. *de elementis*, & I. *de febrium differentiis*.

EUAX.

Euax Arabum Rex eam Medicinæ partem excoluit, quæ de Simplicium viribus agit. Plin. *lib.* XXIV. *cap.* II. *Ex his Euax Rex Arabum, qui de Simplicium effectibus ad Neronem ſcripſit.*

ANTONIUS CASTOR.

Antonius Caſtor Herbariæ peritiſſimus; cujus ſcientia Plinius ſe profeciſſe fatetur: *Nobis*, inquit, *exceptis admodum paucis, contigit reliquas contemplari ſcientia Antonii Caſtoris, cui ſumma authoritas erat in ea arte, noſtro ævo, viſendo hortulo ejus, in quo plurimas alebat, centeſimum ætatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate quidem, memoria, aut vigore concuſſis.* Plin. *lib.* XXV. *cap.* II.

LUPUS.

Lupi Macedonis meminit Galenus lib. I. *de naturalibus facultatibus*. Viguit enim propter novitatis gratiam, quæ in tantum illi lenocinata eſt, ut veluti ex adytis oracula fundere crederetur.

ARETÆUS.

Aretæus natione Cappadox, Medicus inter Antiquos longe doctiſſimus. Qua vero tempeſtate vixerit, apud nullum Græcum, Latinumve Scriptorem hactenus reperire vel conjecturis aſſequi potui. Galenus nuſquam ejus meminit. Paulus ſemel initio *lib.* IV. Aetius autem frequentius eum nominat. Ionica utitur Dialecto, & Hippocraticam ſequitur brevitatem cum gravitate conjunctam. Nulli ſectæ addictum ſe aperte demonſtrat. In quibuſdam etiam ab Hippocrate, Galeno, & Ariſtotele diſſentit; & in nonnullis morbis propriam ſententiam, ab aliis quidem diſcrepantem, rationi tamen conſentaneam, ſcituque digniſſimam exponit. Habemus libros ejus *de morbis acutis* II. *de eorundem curatione* II. *de diuturnis* II. *& de curatione* II. ſed mutilos, quos Paulus Craſſus Latine vertit.

THEON.

Theon Alexandrinus, primum Gymnaſtes, mox ad Medicinam tranſiit. Scripſit librum *de exercitationibus*, cujus teſtimonio ad ſuum inſtitutum Galenus utitur, lib. II. & III. *de tuenda ſanitate*.

RUFUS EPHESIUS.

Rufus hic Trajani ævo floruit: multa ſcripſit, inter quæ memorantur a Suida, *de victus ratione* lib. V. *de diæta navigantium* I. *de vulnerariis medicamentis* I. *de ficubus* I. *de antiqua Medicina* I. *de lacte* I. *de vino* I. *de melle* I. extant præterea lib. II. *de partibus humani corporis*, lib. I. *de veſicæ renumque affectibus*, fragmentum *de medicamentis purgantibus*.

PLINIUS.

Cajus Plinius Secundus, equeſtribus militiis functus, procurationes etiam ſplendidiſſimas integritate ſumma obivit. Sed nepotem ejus facundiſſime ſingula narrantem audiamus, *libro* III. *epiſtola* V. *ad Marcum*, ſive *Macrum*: *Pergratum eſt mihi, quod tam diligenter libros avunculi mei lectitas, ut habere omnes velis, quæraſque qui ſint omnes. Fungor indicis partibus, atque etiam quo ſunt ordine ſcripti, notum tibi faciam; eſt enim hæc quoque ſtudioſis non injucunda cognitio. De jaculatione equeſtri unus: hunc, cum præfectus alæ militaret, pari ingenio curaque compoſuit. De vita Pomponii Secundi duo, a quo ſingulariter amatus, hoc memoriæ amici, quaſi debitum munus exſolvit. Bellorum Germaniæ viginti, quibus omnia, quæ cum Germanis geſſimus, bella collegit. Inchoavit, cum in Germania militaret, ſomnio monitus. Adſtitit enim ei quieſcenti Druſi Neronis effigies, qui Germaniæ latiſſime victor ibi periit: commendabat memoriam ſuam, orabatque, ut ſe ab injuria oblivionis aſſereret. Studioſi tres in ſex volumina propter amplitudinem diviſi, quibus oratorem ab incunabulis inſtituit, & perfecit. Dubii ſermonis octo ſcripſit ſub Nerone noviſſimis annis, cum omne ſtudiorum genus paulo liberius & erectius periculoſum ſervitus feciſſet. A fine Aufidii Baſſi triginta unus. Naturalium Hiſtoriarum triginta ſeptem: opus diffuſum, eruditum, nec minus varium quam ipſa natura. Miraris quod tot volumina, multaque in his tam ſcrupuloſa homo occupatus abſolverit: magis miraberis, ſi ſcieris illum aliquandiu cauſſas actitaſſe, deceſſiſſe anno ſexto & quinquageſimo. Medium tempus diſtentum, impeditumque, qua officiis maximis, qua amicitia Principum egiſſe pernoſcitur. Sed erat acre ingenium, incredibile ſtudium, ſumma vigilantia. Lucubrare a Volcanalibus incipiebat, non auſpicandi cauſa, ſed ſtudendi, æſtate ſtatim a nocte multa, hyeme vero ab hora ſeptima, vel cum tardiſſime octava, ſæpe ſexta. Erat ſane ſomni parciſſimi: nonnunquam etiam inter ſtudia inſtantis & deſerentis. Ante lucem ibat ad Veſpaſianum Imperatorem; nam ille quoque noctibus utebatur. Inde ad delegatum ſibi officium: reverſus domum, quod reliquum erat temporis, ſtudiis reddebat. Poſt cibum ſæpe (quem interdiu levem & facilem Veterum more ſumebat) æſtate ſi quid ocii jacebat in ſole, liber legebatur, adnotabat, excerpebatque. Nihil enim unquam legit, quod non excerperet. Dicere enim ſolebat, Nullum eſſe librum tam malum, ut non aliqua parte prodeſſet. Poſt ſolem plerumque frigida lavabatur, deinde guſtabat, dormiebatque minimum. Mox, quaſi alio die, ſtudebat in cœnæ tempus: ſuper hanc liber legebatur, adnotabatur, & quidem curſim. Memini quendam ex amicis, quum lector quædam perperam pronuntiaſſet, revocaſſe, & repeti coegiſſe; huic Avunculum meum dixiſſe, Intellexeras nempe? quum ille annuiſſet, cur ergo revocabas? decem amplius verſus hac tua interpellatione perdidimus. Tanta erat parſimonia temporis. Surgebat æſtate a cœna, luce; hyeme intra primam noctis: & tanquam*

aliqua lege cogente hæc inter medios labores urbisque fremitum. In secessu solum balinei tempus studiis eximebatur. Cum dico balinei, de interioribus loquor; nam dum distringitur, tergiturque, audiebat aliquid, aut dictabat. In itinere, quasi solutum cæteris curis, huic uni vacabat, ad latus notarius cum libro & pugillaribus; cujus manus hyeme manicis muniebantur, ut ne cæli quidem asperitas ullum studii tempus eriperet: qua ex causa Romæ quoque sella vehebatur. Repeto me correptum ab eo cur ambularem: Poteras, inquit, has horas non perdere: nam perire omne tempus arbitrabatur, quod studiis non impertiretur. Hac intentione tot ista volumina peregit, electorumque commentarios centum sexaginta mihi reliquit, opisthographos quidem, & minutissimis scriptos, qua ratione multiplicatur hic numerus. Referebat ipse, potuisse se, cum procuraret in Hispania, vendere hos commentarios Laertio Licinio, quadringentis millibus nummum; & tunc aliquanto pauciores erant. Nonne videtur tibi, recordanti quantum legerit, quantum scripserit, nec in officiis ullis, nec in amicitia Principum fuisse? Rursus cum audis quid studiis laboris impenderit, nec scripsisse satis, nec legisse? Quid est enim, quod non aut illæ occupationes impedire, aut hac instantia non posset efficere. Libro VI. *epist.* XVI. *ad Tacitum* ejus mortem describit: *Erat Miseni, classemque imperio præsens regebat. Nono Cal. Septemb. hora diei fere septima, mater mea indicat ei, apparere nubem inusitata & magnitudine & specie: usus illo sole mox frigidam gustaverat jacens, studebatque, poscit soleas, ascendit locum, ex quo maxime miraculum illud conspici poterat. Nubes (incertum procul intuentibus ex quo monte, Vesuvium fuisse postea cognitum est) oriebatur, cujus similitudinem & formam non alia magis arbor quam pinus expresserit: nam longissimo velut trunco elata in altum, quibusdam ramis diffundebatur. Credo, quia recenti spiritu evecta, deinde senescente eo destituta, aut etiam pondere suo victa, in latitudinem vanescebat: candida interdum, interdum sordida & maculosa, prout terram cineremque sustulerat. Magnum propiusque noscendum, ut eruditissimo viro visum. Jubet Liburnicam aptari: mihi si venire una vellem facit copiam: respondi studere me malle: & forte ipse quod scriberem dederat. Egrediebatur domo, accepit codicillos: Retinæ classiarii imminenti periculo exterriti, (nam villa ejus subjacebat, nec ulla nisi navibus fuga) ut se tanto discrimine eriperet, orabant. Non vertit ille consilium, sed quod studioso animo incboaverat, obit maximo: deducit quadriremes: ascendit ipse non Retinæ modo, sed multis (erat enim frequens amœnitas oræ) laturus auxilium: properat illuc unde alii fugiunt, rectumque cursum, recta gubernacula in periculum tenet, adeo solutus metu, ut omnes illius mali motus, omnes figuras, ut deprehenderat oculis, dictaret, enotaretque. Jam navibus cinis inciderat, quo propius accederet, calidior, & densior, jam pumices etiam, nigrique, & ambusti, & fracti igne lapides: jam vadum subitum, ruinaque montis littora obstantia: cunctatusque paululum an retro fleret, mox gubernatori, ut ita faceret, monenti,* fortes, *inquit,* fortuna juvat. Pomponianum pete. *Stabiis erat, diremptus sinu medio: nam sensim circumactis curvatisque littoribus mare infunditur. Ibi quanquam periculo nondum appropinquante, conspicuo tamen, & cum cresceret proximo, sarcinas contulerat in naves, certus fugæ, si contrarius ventus resedisset: quo tunc avunculus meus secundissimo invectus complectitur trepidantem, consolatur, hortatur: utque timorem ejus sua securitate leniret, deferri se in balineum jubet, lotus accubat, cœnat, atque hilaris, aut quod est æque magnum, similis hilari. Interim e Vesuvio monte pluribus locis latissimæ flammæ, altaque incendia relucebant, quorum fulgor & claritas tenebris noctis excitabatur. Ille agrestium trepidatione ignis relictas desertasque villas per solitudinem ardere in remedium formidinis dictitabat: tum se quieti dedit; & quievit, verissimo quidem somno; nam meatus animæ, qui illi propter amplitudinem corporis gravior & sonantior erat, ab iis, qui limini obversabantur, audiebatur. Sed area, ex qua diæta adibatur, ita jam cinere mixtisque pumicibus oppleta surrexerat, ut si longior in cubiculo mora esset, exitus negaretur. Excitatus procedit, seque Pomponiano, cæterisque qui pervigilarant reddit. In communem consultant, an intra tecta subsistant, an in aperto vagentur; nam crebris vastisque tremoribus tecta nutabant, & quasi emota sedibus suis, nunc huc, nunc illuc abire, aut referri videbantur. Sub dio rursus, quanquam levium exesorumque pumicum casus metuebatur, quod tamen periculorum collatio elegit, & apud illum quidem ratio rationem, apud illos timorem timor vicit: cervicalia capitibus imposita linteis constringunt. Id munimentum adversus decidentia fuit jam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior densiorque, quam tamen faces multæ variaque lumina solvebant. Placuit egredi in littus, & e proximo aspicere ecquid jam mare admitteret, quod adhuc vastum & adversum permanebat. Ibi super abjectum linteum recubans, semel atque iterum frigidam poposcit, hausitque: deinde flammæ, flammarumque prænuncius odor sulphuris, alios in fugam vertunt, excitant illum. Innixus servis duobus assurrexit, & statim concidit, ut ego conjecto, crassiore caligine spiritu obstructo, clausoque stomacho, qui illi natura invalidus, & angustus, & frequenter interæstuans erat: ubi dies redditus, ab eo quem novissime viderat, tertius, corpus inventum est integrum, illæsum, opertumque ut fuerat indutus: habitus corporis, quiescenti, quam defuncto, similior.*

SORANUS.

Duos fuisse SORANOS, discimus ex Suida: quorum alter, natione quidem Ephesius, patrem habuit Menandrum, matrem vero Phœben: sed Alexandriæ primum egit, deinde se Romam contulit, ibique principatu Trajani, & Adriani Medicinam exercuit. Alter autem & Ephesius, sed isto posterior, libros edidisse fertur IV. *de morbis mulierum:* I. *de vita & sectis Medicorum;* aliaque opera numero decem memorantur. Cæterum ad utrum horum sint referenda, quæ Cælius Aurelianus tradit in *præfatione*, haud satis liquet; ubi ait Soranum diuturnorum morborum exactam tractationem instituisse. *Libro* autem III. *cap.* III. ait ambos fuisse Thessali sectatores.

GALENUS.

Claudius Galenus, Pergamo Asiæ minoris civitate nobili ortus, patrem habuit Niconem, virum facultatibus affluentem, & omnibus disciplinis instructum: nam lib. VIII. *Methodi*, & libro *de cibis boni vel mali succi* patrem suum Geometriæ, Architectonicæ, Astronomiæ, Arithmeticæ, Logices studiis plurimum valuisse testatur. Et alio loco, summæ felicitati sibi ducit, quod patrem ab omni iracundia alienum, justissimum, frugalissimum, humanissimumque nactus fuerit. Matrem vero habuit, insigni quidem honestate matronam, & officii sui diligentem; sed adeo morosam, atque iracundam, ut etiam morderet interdum ancillas, & crebro cum patre contenderet;

atque instar Xantippes jurgaret. Igitur disciplina patris ad annum xv. institutus, ad Philosophos transiit, eorumque sectas omnes lustravit, a Philopatore Stoicam, a Cajo Platonicam, ab Aspasio Peripateticam, & Athenis Epicuream edoctus. Cum annum ageret ætatis XVII. pater evidenti insomnio monitus, ut est proditum libro *de præcognitione ad Posthumum*, & IX. *Methodi*, ad medendi artem transtulit, quasi præsagiente jam tum animo futuram claritatem, quam tot doctrinæ monumentis sibi comparavit. Itaque annum agens XIX. præceptori se tradidit ex Athenæi sectatoribus cuipiam, ut illius de elementis sententiam disceret. Sed ubi cognovisset ejus in Logica contemplatione ignorantiam, tum etiam quod Athenæi sententiam pugnare secum videret, eo deserto alios sequi constituit. Præceptores inde habuit primo Satyrum, inde Pelopem apud Smyrnam. Fuit ille discipulus Quinti, cujus sæpe meminit Galenus: hic Nemesiani, qui & ipse inter auditores Quinti celebratur. Post hos Nemesiano Corinthi operam dedit. Usus est etiam Feciano præceptore, qui & ipse Quinti fuit discipulus, & cum eo diu vixit, uti & Satyrus. Cujus rei meminit *Commentario* I. libri III. *de morbis vulgaribus*. Tanti autem Quintum fecit, ut Corinthum, Alexandriam & alia loca perlustrarit, ubi aliquem esse Quinti discipulum percepisset. Et tamen libro *de præcognitione*, Quintum ait Roma pulsum, quod ægros occidere diceretur. Sed & Pergami Stratonicum, Sabini Hippocratici discipulum, præceptorem habuit, quod in libello *de atra bile* testatus est; Smyrnæ vero Albinum Platonicum.

His occupatus usque ad annum ætatis XXVIII. in patriam rediit, ubi omnia, quæ passim cognoverat, medicamenta Medicis amicis divisit, ut eorum effectus usu confirmaret. Ita refert ipse, libro III. *de compositione medicamentorum secundum genera*. Deinde visum civitatis ejus Pontifici curationem gladiatorum Galeno committere, adhuc juveni; quippe annum XXIX. vix attigerat: quod munus felicissime obivit: nam ante eum nemo rariora funera habuit. Cæterum non diu in patria moratus, orta isthic seditione, Romam contendit, ubi plurimorum amicitiam, & præstantiam virorum nactus est; Eudemi Peripatetici, Alexandri Damasceni, Sergii Pauli Consularis, & non multo post Urbani Prætoris, Boethi, Barbari avunculi Lucii Imp. quos etiam Anatomen se docuisse gloriatur libro *de præcognitione ad Posthumum*. Et eodem tempore administrationum Anatomicarum libros primum adornavit. Sub hæc scribendo & curando tantam apud Romanos sibi famam peperit, ut ab omnibus non tantum *παραδοξόλογος*, sed etiam *παραδοξοποιὸς* appellaretur. Et Eudemus ab eo servatus crebris sermonibus in vulgum jactabat vaticinari Pythium Apollinem ægrotantibus voluisse per os Galeni, & quibus remediis ad sanitatem revocari, & qua die perfecte liberari deberent. Augebatur indies admiratio, cum Boethus, & Severus, qui tum Consul erat, eum in interiorem Imperatoris Antonini amicitiam insinuare decreverunt. Sed veritus ne patria cogeretur perpetuo carere, si Imperatori innotuisset, rogavit ut parumper ab isto officio desisterent; se tempus indicaturum, quo apud Imperatorem commendari vellet. Igitur exactis Romæ tribus annis, ut audivit seditionem Pergami compositam, in Campaniam secessit, uno servorum domi relicto, cui rei familiaris negotia commendarat. Atque inde magnis itineribus in Græciam properavit. Verum tempore haud ita multo post, cum ab expeditione Parthica Lucius rediisset, bellumque contra Germanos suscepisset, amicis occasio de Galeno apud Imperatores loquendi fuit: nam cum sermo de hisce incidisset, qui non verbis, sed operibus, artem medicam & Philosophiam exercerent; non pauci eorum, qui cum Imperatoribus erant, qualem requirerent, talem esse Galenum asseverarunt. Quare cum jam ex urbe in hostem movissent, ac dum Aquileiæ hybernarent, militemque cogerent, per Legatos ad se vocarunt: hac necessitate compulsus Romam iterum venit. Defuncto autem Lucio Antoninus adversus Germanos cum exercitu profecturus modis omnibus secum abducere Galenum laborabat. Sed Æsculapii monitu eum arbitrio suo tandem reliquit.

Interea nactus ocium varios libros de re medica & Philosophia conscripsit, quos reverso Romam Principe legendos amicis efflagitantibus permisit. Antonino laborante, & cunctis de morbi genere dubitantibus, Galenus, explorato venarum pulsu, affectum cognovit, ejusque stomachum a cibo, priusquam excernatur, æstuante vexari pronunciavit: quod verum adeo prudentissimus Imperator intellexit, ut in hanc vocem eruperit, ter exclamans, *αὐτὸ ἐστιν, αὐτὸ τοῦτο, ὃ εἶπες, ἐστιν*; palamque fassus sit unum esse Medicum inter omnes principem, eundemque solum Philosophum. Commodo quoque Antonini filio contra præscriptum Thessali & methodicorum persanato, Faustina mater Galenum manu apprehendens exivit atque in Medicum quendam ex comitibus suis methodicum jocata; *Galenum hunc vides*, inquit, *non verbis, sed operibus, vos methodicos expugnare*.

Sed nimis longum foret singula persequi, quæ passim de se ipse suis Operibus inseruit: nam si quid bene fecit, ejus gloriam prædicatione non fraudavit, ita hominem non plane Stoicum fuisse existimare debeamus. Cæterum Pergami consenuit; ubi eum excessisse ferunt, cum annos centum & quadraginta vixisset. Sed toto errat cælo Cælius Rhodiginus, qui scribit illum citra ullam omnino affectionem ad decrepitam senectutem pervenisse: nam anno ætatis XVIII. invitatus ab æqualibus, liberaliore fugacium fructuum esu tam acutum morbum contraxit, ut sanguinis missione opus habuerit. Post obitum patris una cum æqualibus suis iterum ejusmodi fructibus eodem remedio convaluit. Postea usque ad XXVIII. ætatis annum, tantummodo unum sine morbo transegit. Ac cum periculum esset ne abscessus in ea parte decumberet, qua jecur septo transverso committitur, ab universis fructibus abstinere decrevit, præterquam ab uvis exacte maturis, & ficubus mediocriter sumptis. *Atque ita*, inquit libro de cibis boni & mali succi, *concoctionis & exercitationis æqualitate multos jam annos ad hunc usque diem nullo morbo obnoxius vixi*. Tametsi alibi scribit se ob nimium literarum studium aliquando in diariam incidisse: & lib. *de locis affectis*, aliarum meminit ægritudinum cum quibus aliquando fuerit conflictatus. Cæterum vir omni laudum genere dignissimus, quas etiam secuti scriptores certatim in eum pleno ore congesserunt. Quin etiam Eusebius libro v. *Ecclesiasticæ Historiæ*, capite ultimo, a quibusdam pro Deo cultum tradidit.

SCRIBONIUS.

Scribonius Largus vetustissimus Medicus, non multis abhinc annis Ruellii opera e tenebris erutus, & diligenter castigatus. Sub Tiberio Cæsare, quantum ex ipsius fomentario conjicere li-

cet. Sed tamen locus in *epistola ad Callistum* non sapit Tiberii ævum: *Ut primum enim potuisti, non es passus cessare tuæ erga me pietatis officium, tradendo scripta mea Latina medicinalia Deo nostro Cæsari*: nam Tiberius ejusmodi adulationes compescuit. *De compositione medicamentorum* librum scripsit, in quibus emplastra & confectiones efficacissimæ continentur.

CÆLIUS AURELIANUS.

In lucem superioribus annis prodiit Cælius Aurelianus, opera Joannis Sichardi, cujus hæc de illo verba sunt in epistola nuncupatoria: *De ejus vita*, inquit, *non satis, quod in præsentia dicam, occurrit, nisi quod ex cognomento satis divinare licet Afrum fuisse; quod ipsum per se, vel tacente me, ipsa satis dictio clamat*, &c. Edidit autem, ut ipse testatur, libros *Responsionum*, in quibus Chirurgiam tractat. Item *de passionibus mulierum*. *Græcarum epistolarum* libros aliquot *ad Prætextatum*. Libros *adjutoriorum*. Libros *Pharmacorum*. *Celerum* quoque *passionum* libros, qui tamen interciderunt.

SERENUS.

Quintus Serenus Sammonicus, Poeta, & Medicus variæ eruditionis, ut præcepta Medicinæ heroico versu conscripta testantur. Gordiani præceptor fuit. Capitolinus de Gordiano verba faciens: *Sereno Sammonico, qui patri ejus amicissimus, sibi autem præceptor fuit, nimis acceptus, & charus; usque adeo ut omnes libros Sereni Sammonici patris sui, qui censebantur ad* LXII. *millia, Gordiano minori moriens ille relinqueret: quod eum ad cælum tulit: siquidem tantæ Bibliothecæ copia & splendore donatus in famam hominum literatorum decore pervenit.* Multa alia scripsisse videtur, ut *de piscibus*: argumento est Macrobius lib. III. *Saturnal.* cap. XVI. ubi accipenserem Trajani ævo, ex Plinii *lib.* IX. *cap.* XVII. nullo in honore habitum fuisse contendit; & utitur Sammonici authoritate: *Nam temporibus*, inquit, *Severi Principis, qui ostentabat duritiem morum, Sammonicus Serenus, vir ut eo sæculo doctus, cum ad Principem suum scriberet, faceretque de hoc pisce sermonem, verba Plinii, quæ superius posui, præmisit.* Et *cap.* XVII. ejusdem *libri*, partem dissertationis adducit super lege Fannia. Terentianus nobilem Poetam inter Lyricos statuit. Lilius Gyraldus alium fuisse Quintum Serenum, & alium Sammonicum Serenum contendit: quod, ut in medio relinquamus, certe Sammonicus Serenus, a portento hominis, & bonorum hoste, Caracalla interemptus est. Spartianus: *Cædes deinde in omnibus locis & in balneis factæ, occisique nonnulli etiam cœnantes; inter quos etiam Sammonicus Serenus, cujus libri plurimi ad doctrinam extant.*

ZENO.

Zeno Juliani principatu Medicus apud Alexandrinos excellentissimus; quem religionis causa pulsum Imperator intercessione Alexandrinorum ab exilio revocavit. Extat *ad eum Epistola* Juliani, quem libens adscribo, quod in ea viri laudes cumulate proponantur.

Πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα σοι μαρτυρεῖ, καὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης εἰς τὰ πρῶτα ἀνήκειν, καὶ ἤθους, καὶ ἐπιεικείας, καὶ βίου σωφροσύνης συμφώνως πρὸς τὴν τέχνην ἔχειν. νῦν δὲ προσῆλθε τὸ κεφάλαιον τῆς μαρτυρίας. τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων πόλιν ἀπὼν ἐπιστρέφεις εἰς σεαυτόν. τοσοῦτον αὐτῇ γένοιτο, ὥσπερ μέλιττα, καταλέλοιπας. εἰκότως. καλῶς γὰρ εἰρῆσθαι τῷ Ὁμήρῳ δοκεῖ·

Εἷς ἰατρὸς ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Σὺ δὲ οὐκ ἰατρὸς ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ διδάσκαλος τοῖς βουλομένοις τῆς τέχνης· ὥστε σχεδὸν ὅπερ ἰατροὶ πρὸς τοὺς πολλούς εἰσιν οἱ ἰατροί, τοῦτο ἐκείνοις σύ. λύει δέ σοι τὴν φυγὴν καὶ ἡ πρόφασις αὕτη, καὶ μάλα λαμπρῶς. εἰ γὰρ διὰ γεωργίας μετέστης, καὶ δικαιότατα ἂν ὀπίσω κατέλθοις. κάτιθι τοίνυν ἐπίτιμος, καὶ πῶ πρότερον ἔχων ἀξίωμα. καὶ ἡμῖν κοινὴ πρὸς ἀμφοτέρους χάρις ἀντικείσθω, Ἀλεξανδρεῦσι μὲν Ζήνωνα, σοὶ δὲ ἀποδοῦσα τὴν Ἀλεξάνδρειαν.

Cum multæ aliæ res testificantur te ad summum Medicæ artis gradum pervenisse, eique parem morum, ac vitæ temperantiam adjunxisse: tum vero hoc tempore maximum omnium testimonium accessisset, quod Alexandriam absens universam in te convertis: tantum ei tuo decessu aculeum, tanquam apis, reliquisti. Præclare enim Homerus;

Vir Medicus par est multorum millibus unus.

Tu vero non tantum Medicus es, verum etiam magister omnibus, qui ejus artis studio ducuntur: ut propemodum quod Medici sunt populo, hoc ipse sis Medicis. Hæc autem causa te liberat exilio, & quidem magnifice. Nam si propter agriculturam Alexandria excessisti, non jure excessisti: justissime autem reverti potes. Redi igitur cum honore & dignitate pristina; nobis autem gratia sit apud utrumque, & quia Zenonem Alexandrinis, & quia Zenoni Alexandriam restituimus. Hactenus Imperator, ut non tam restituti, quam laudati Zenonis monumentum posteritati voluisse relinquere videatur.

ORIBASIUS.

Oribasium patria Pergamus tulit; qui natalis gloriam ejus auxere, perinde ut nati Athenis, patriæ gloria splendorem assequuntur, eloquentia clari habeantur fama ferente Atticam esse Musam, & domesticum ornamentum. Honestis natus parentibus a pueritia clarum nomen obtinuit, ob haustam liberalium artium doctrinam, quæ ad virtutem conducit, & momentum omne confert. Juveniles annos ingressus auditor fuit Zenonis, Magni condiscipulus, quem a tergo reliquit cum reddendis sensis luctantem, qua in re ipse præcellebat. Itaque ad artis Medicæ summum fastigium curriculo ibat, patrium Deum imitatus, quatenus mortali Deum imitatione assequi licet. Cum vero illustris esset ejus ab adolescentia fama, Julianus ad Cæsaris titulum viam affectans, artis nomine secum abripuit Medicum: qui tantum in cæteris quoque excelluit virtutibus, ut ad imperium etiam Julianum evexerit, quæ res in Annalium historia exactius perscripta est. Verum ut sine crista non est alauda, (quod loquitur parœmia) ita non caruit invidia Oribasius. Siquidem propter famæ celebritatem Imperatores Julianum subsecuti, facultates illi omnes eripuerunt, & de medio tollere conati, supersederunt incepto: facinus tamen pudendum atque indignum alioqui fecere, inter barbaros eum ad necem exponentes, quomodo Athenienses commutatis testulis, optimum quemque & virtute præditum exilio multabant. At his leges patriæ dictabant, permittebantque solum civitate expellere, nihilque accedebat aliud: Imperatore vero exilio insuper adjecerunt, quod immanissimæ barbarorum genti in manus traditus sit: quare quid aliud, quam suorum consiliorum participes illos fecere. Oribasius in hostilem terram expositus, edidit virtutis eximiæ specimen, non locorum spacio definitæ, non domiciliis circumscriptæ, sed quæ animi constantiam & firmitatem ostendit, quæ per se ipsa actuosa efficacitatem suam prodit, ubi tandemcumque extiterit; quemadmodum numeri solent, & artes Mathematicæ. Statim namque apud barbaros Reges clarum consecutus nomen, inter primores habitus est, excitato etiam in Romani Imperii finibus ingente sui desiderio:

barbaris ut numen quoddam eum colentibus, dum hos longis morbis implicitos servat, illos a mortis vestibulo revocatos educit: nimirum prædicta jam calamitas, fortunarum, felicitatisque omnis januam & occasionem illi aperuit. Quare Imperatores repudiato oppugnandi viri consilio, cujus ubique virtus eminebat, reditum ei confecerunt. Ille adeptus redeundi potestatem, & universæ substantiæ loco solum se habens, virtutisque opes ostentans, uxorem duxit divitiis & genere claram, quaternosque ex ea habuit liberos, qui supersunt, & ut incolumes maneant, Deos rogo, quin & ipse, quo tempore ista scribo, inter homines utque sit, eosdem obsecro. Recuperavit quoque ex ærario pristinas opes, abolita, Imperatoribus indulgentibus, priore, qua ciderat, sententia. Atque ista quidem ita se habent. Certe non cujusvis, sed eximii Philosophi est, cum Oribasio agere, & colloqui, ut sciat quid præ aliis admirari debeat, tanta est harmonia, & gratia in omnibus diffusa, & conjuncta ipsius congressibus, & colloquiis. Hactenus Eunapius, vir ut impiæ superstitionis affectator, ita & eorum, qui ejusdem criminis affines sunt, laudator immodicus. Sed jam quoque Suidam audiamus: Ὀρειβάσιος, Σαρδιανός, γνώριμος Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου, καὶ Κοιαίστωρ ὑπ' αὐτοῦ κατασταθεὶς Κωνσταντινουπόλεως· ἔγραψε πρὸς τοὺς ἀποροῦντας τῶν ἰατρῶν βιβλία δ΄· πρὸς Ἰουλιανὸν τὸν βασιλέα βιβλία οβ΄. ἐπιτομὴν αὐτῶν ἐν βιβλίοις θ΄ πρὸς Εὐστάθιον τὸν υἱόν· καὶ περὶ βασιλείας, καὶ περὶ παθῶν. *Oribasius Sardianus familiaris Juliano Apostatæ, & Quæstor ab eo Constantinopoli constitutus, scripsit ad illos quibus non est copia Medicorum lib.* IV. *ad Julianum Imperatorem lib.* LXXII. *Epitomen eorundem libr.* IX. *ad Eustathium filium. Scripsit etiam de regno, & affectionibus.* Lib. I. *Anthologiæ* isto elogio celebrantur ejus libri:

Δίου Ὀρειβασίου τὸν ἀθανάτην διὰ τέχνην
Πολλάκι δειμαίνουσα μίτους ἀνεβάλλετο Μοῖρα.
Divi Oribasii; quem immortalem propter artem
Sæpius reverita, vitas hominum remittebat Parca.

MAGNUS.

De Magno in hunc modum Eunapius: *Magnus oriundus fuit Antiochia, quæ trans Euphratem sita, Nisibis nunc appellatur, Zenonis auditor, qui nativa mole Aristotelem provocare potuit ad disserendum de corporibus electivis, & quibus ad arbitrium vires suppetunt. In dicendo cogebat Medicos tenere silentium, sed non perinde medendi arte pollebat. Quemadmodum autem memorant Veteres Archidamum interrogatum, numquid Periclem viribus superaret, respondisse, quin ubi Periclem prostravero, mox vicit, humi se dejectum fuisse negans: eodem modo curatos ab aliis Magnus demonstrabat adhuc morbo teneri: cumque pristinæ valetudini redditi, etiam sospites Medicis suis gratiam habere se testarentur, ille verbis & quæstiunculis objectis os Medicis obstruebat. Delecta fuit & instituta Alexandriæ schola publica ubi doceret, ad quem peregre, & navigio, & terrestri itinere confluebant omnes, vel contemplandi solum hominis causa, vel ut ex abundanti ejus fructum aliquem decerperent; quod ipsum nunquam fefellit illos, aut enim in lucro ponebant loquentem, aut insuper opponebant posse aliquid industria sua præstare & facere.* In *Anthologia* hoc de eo carmen habetur:

Μάγνον, ὅτ' εἰς ἀΐδην κατέβη, τρομέων Ἀϊδωνεὺς
Εἶπεν· ἀναστήσων ἤλυθε καὶ νέκυας.
Prætrepidus Pluto, Magno veniente sub Orcum,
Defunctos, inquit, qui revocabit, adest.

PAULUS.

Paulus a patria Ægina, Æginetа nuncupatus, indefesso cognoscendæ artis studio, præter Græciam omnium artium parentem, remotissimas orbis regiones peragravit; quod ipsius de se breviter senariis operi suo præfixis testari voluit:

Παύλου πόνον γνῶθι τὸν γῆς τὸ πλέον
Διαδραμόντος, φωτὸς ἐκ γῆς Αἰγίνης.
Pauli laborem nosce qui plurimas
Terras obivi, Ægina natus patria.

Longa jam rerum observatione instructus, Hippocratis, Galeni & Oribasii monumenta latissime diffusa, summo brevitatis artificio, in septem librorum compendium aptavit; opus sane præclarum, quod omnes sincerioris Medicinæ sectatores merito amplectantur.

AETIUS.

Non satis liquet, quis fuerit Aetius ille qui inter Principes authores Medicinæ recensetur. Alii enim Antiochenum fuisse autumant, & eundem cum Hæresiarcha, Eunomii magistro: quem Constantius in exilium misit, Julianus autem revocavit; in quam rem extat ejus inter *Epistolas* rescriptum; & testatur Sozomenus *lib.* V. *cap.* V. Sed Julianus Episcopum inscribit: quod si ita esset, Suidas non omisisset, qui Diaconum a Leontio Antiochiæ Episcopo creatum affirmat. Et quidem Hæresiarcham licet ex artificis humili officina prodeuntem, variis tamen artibus instructum fuisse, & Peripateticis ratiocinationibus ingenium exercitatum habuisse, D. Epiphanius & Suidas abunde declarant. Sed nemo unquam Medicum fuisse, aut de Medicina libros conscripsisse tradidit. Alii etiam Comitem opificii faciunt. Sed cum plures fuerint Aetii, nominis similitudo parum curiosis imposuit. Quare similior vero mihi sententia videtur eorum, qui ex optimorum Codicum fide Aetium hunc Amidenum esse prodiderunt. Est autem Amida Mesopotamiæ oppidum, quod Justiniani ævo a Persis direptum Procopius refert. Nam cum alter ille Constantini principatu floruerit, & Juliani quoque tempora attigerit, atque adeo Oribasio æqualis esse debuerit, hunc ab illo diversum esse oportet, cum se non uno loco sermonum suorum longe posteriorem Oribasio fuisse manifeste ostendat. Sed quisquis tandem sit author, habemus in eo Galenum contractum, Oribasium explicatum, Paulum ampliatum: nam in *Sermonum* libris XVII. cuncta, quæ ad curandi artem pertinent, congesta sunt, ex omnibus, qui usque ad ejus tempora scripserant, diligentissime excerpta. Præterea libri *de oculorum affectibus, de intemperie & infirmitate hepatis, & de his qui sanguinem ex ventre revomunt*, in Bibliotheca Regis Galliæ, Græce extare memorantur.

MARCELLUS.

Marcellus ætate Gratiani & Theodosii Magni floruit, Ausonio Medico, Ausonii Poetæ patri, æqualis: non autem in infimo dignitatis gradu constitutum operis titulus ostendit; nam cum earum ordines tres Imperatorum ævo fuerint, ipse in supremo illustrium censetur: *Marcellus vir inluster ex magno officio Theodosii Sen. filiis suis salutem.* Scribonii Largi scripta in suum librum universa transtulit. Cætera prorsus Empiricus, ut ipse etiam præfatur: *Nec solum*, inquit,

veteres Medicinæ artis authores Latino dumtaxat sermone perscriptos, cui rem operam uterque Plinius, etiam proximo tempore inlustres honoribus viri, cives ac majores nostri Silurius, Eutropius, atque Ausonius commodarunt, lectione scrutatus sum; sed etiam ab agrestibus & plebejis remedia fortuita, & simplicia, quæ experimentis probaverant, didici.

ALEXANDER TRALLIANUS.

Inter antiquos authores Alexandro Tralliano meliori ordine nemo *Therapeutica* conscripsit: nam summum in docendo judicium, fidem, diligentiam, artificium adhibuit: Oribasio & Aetio posterior fuit: nam eorum mentionem facit: sed Paulo Æginetà prior: nam Paulus tam libenter atque ambitiose non pauca ex hoc authore in sua scripta transtulit, ut non modo sensus, sed verba ipsa in Codice ejus fidelissime conservata inveniantur. Atque ita Alexander veluti medius inter illos, nempe non multo post Juliani tempora vixisse recte dicetur. Ad discendum varias orbis partes peragravit instar Hippocratis, Italiam, Galliam, Hispaniam: unde etiam diversarum gentium vocibus nonnunquam utitur, quod insignem ejus diligentiam arguit. Ejus Opera primum habuimus studio atque industria Petri Castellani Antistitis Matisconensis, qui ea ex Regia Bibliotheca deprompsit. Mercurialis lib. I. *Variarum* cap. XI. *Problemata* illa, quæ Alexandri Aphrodisei nomine circumferunt, Tralliano adsignat.

ACTUARIUS.

Qui vir fuerit Actuarius, a nemine proditum scio. Sed ex iis, quæ ipse disputavit, videre est nequaquam plebejo ingenio fuisse præditum. Magnum composuit Opus, in quo omnes Medicæ facultatis formæ summa cum diligentia & arte pertractatæ continentur. Item libros VII. *de Urinis*. *De medicamentorum compositione* librum, quem Ruellius Latinitate donavit.

NICOLAUS MYREPSUS.

Nicolaus Myrepsus, Alexandrinus, vulgo Præpositus nominatur. Recentissimis Græcis adnumerandus: nam citat Actuarium & Mesuem, qui floruit a nato Christo anno 1155. sub Federico Suevo, cui cognomentum *Barbarossa*. Floruit sæculo, quo cum summa barbarie superstitio regnabat: unde & barbaras voces, multaque superstitiosa scriptis suis admiscuit. Extat ejus liber *de compositione medicamentorum particularium secundum genera* ordine literarum.

ARABES.

Patrum nostrorum memoria regnum in scholis Arabes obtinebant. Solos Avicennas, Avenzoares, Rhases, Averroes, Isaacos, aliosque id genus scriptores, pulpita cathedræque personabant. Hippocrates autem, Galenus, Oribasius, Aetius, Alexander, Paulus, & cæteri doctrinæ purioris authores, instar Megarensium, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. Sed rursus efflorescente literarum studio, pulsis barbaris, Græci pristinum statum dignitatemque recuperarunt. Atque adeo jam plerosque videas Arabum etiam præclara reperta fastidire, quod papavere sesamoque conspersa non sint; quodque alio dicente reciperent, quia ab his profectum cum nausea rejicere, plane ritu Laconum, qui sententiam ab improbo dictam, siquidem Reipub. utilis esset, a viro bono repeti jubebant, ne mali cujusquam usi consilio viderentur. Ego sane repertis frugibus velle βαλανοφαγεῖν ὑῶδες puto: sed tamen omnem Arabum cohortem non proscripserim. Neque enim ingenium requiras in iis aut diligentiam. Quin imo non paucos videre est, qui quod de Ennio Virgilius usurpabat, ex eorum stercoribus gemmas collegerunt. Et barbaries imputanda sæculo, quod Interpretes omnis literaturæ expertes illis dedit. Nam patrio sermone non incultos esse crediderim; & periti quoque affirmant. Cæterum ab hujus familiæ principe Avicenna ordiamur.

AVICENNA.

Nomen authoris hujus ita concipiendum esse docet Andreas Alpagus, *Abuhali, Alhasen, Ebenhali, Ebensina*. Appellatur *Abuhali*, ex Arabum ritu: nam ut apud Græcos olim, & hodie in quibusdam Belgicæ regionibus moris est, ut filio patris nomen apponatur; ita Arabes addito filii primogeniti nomine patrem designare solent. *Alhasen* nomen authoris proprium cum articulo *Al. Ebenhali*, hoc est, qui *Hasen* fuit filius *Hali*: siquidem *Eben* filium significat. *Ebensina*, id est, qui *Hali* pater *Hasen* filius extitit *Sina*. Ex quo licet colligere authorem hunc nomine *Hasen*, habuisse filium *Hali*, patrem quoque *Hali*, avum vero *Sina*; a quo, corrupta voce, *Ebensina*, vulgo Avicenna nuncupatur. Falluntur etiam, qui Hispanum esse prodiderunt: nam Persam fuisse constat ex cap. III. doctrinæ II. fen. II. primi Canonis, & capite I. libri sexti *de Animalibus*: nec minus errant, qui regia stirpe Principum Cordubensium ortum scripserunt; ex quo passim Princeps appellatur; quod Gentilis non omisit, ubi in laudes ejus ampullari nititur: *Avicenna vir grandis ingenii, omnium mundanarum scientiarum habitu luminosus, ex regia stirpe, nobilitatis origine generosus, virtutum moralium omnibus operationibus gratiosus, ac suorum claritate spirituum gaudiosus*. Errori causam dedit, quod fuerit *Uzir*, id est, primus Regi Persarum a secretis, & qui dignitatis alicujus primum ordinem occupat, Arabibus, *Abrajis*, id est, *Princeps*, appellatur.

Igitur *Hasen* patre Hali, matre Citara natus est in villa Aufsene, ad Bucharam, ut traditum est a Sorsane ejus discipulo; cujus de vita illius historiam Marcus Fidella Damascenus, Venetorum mercatorum Damasci Interpres in Italicam linguam transtulit, & Nicolaus Massa Latine vertit. Puer admodum, anno ætatis decimo tam luculentum ingenii specimen præceptoribus dedit; ut miraculo esset; quippe *Alcoranum*, qui liber Mahometi leges continet, memoria tenebat. Postea pater Hali Natalinum Philosophum filii studiis addidit. Sed ingenii acrimonia spem præceptoris antecessit; & Dialecticam ab illo non intellectam per se didicit. In Mathematicis disciplinis, nullo etiam magistro usus. Hinc ad naturalis Philosophiæ penetralia ingressus, Medicinam tanta industria tractavit, ut juniorem senes admirarentur. Ab his item, ad Dialecticam rediit, quam ea animi contentione volvit, ut sesqui-anni spacio totam noctem vix dormiverit: nihil legere solitus, quod non excerperet. In Metaphysicis summas difficultates offendit: quas cum superare vellet, libros Aristotelis quadragies perlegit: cumque ne sic quidem intelligeret, integros memoriæ mandavit: nec tamen adyta illius scientiæ penetravit. Quare cum

eam se assequi posse desperaret, omisit. Sed forte A librum Albumazaris Alpharabii nactus, ex iis, quæ jam ante didicerat, & memoriæ mandarat, in cognitionem aliorum pervenit. In hac disciplina diutius se exercuit: nam reliquas anno ætatis octavo & decimo hauserat. Per hæc summa famæ crebritas. Itaque Nuch Regis filius, in ægritudine frustra suorum Medicorum operam expertus, Hasen ad se vocari jussit, & ab eo curatus est. Hinc ad Regiam Bibliothecam admissus, in qua nobilissimorum Medicorum libri servabantur, quorum antea ne quidem nomen audiverat, majore contentione operam iis dare cœpit.

B His doctrinæ præsidiis instructus, cum reliquum tempus in discendo absumpsisset, anno ætatis XXI. ad scribendum se appulit, & instinctu Abrelchezin Ellarudi libros *Encyclopædiæ* edidit. Deinde libros XX. *de demonstratione*, item librum *de gratia & satisfactione* rogatu Abubach Elbarchæ; quo tempore patrem amisit. Mortuo autem patre ad rempub. accessit, & negocia Regis administravit. Interim librum *occultæ Philosophiæ* conscripsit, qui universæ Magiæ rationem continet. Post hæc Eleram vocatus, ad Principem melancholia laborantem, quem sanavit. Per id temporis *Almabad*, id est, librum *de loco animarum, post separationem* C *a corpore*, composuit. Deinde Abdam profectus, ejus loci Principem invenit colicis doloribus misere vexatum, & sanavit. Quod ob meritum Princeps amplissima illi munera contulit, & Senatus sui principem constituit. Hinc Asphecam se contulit, ad Regem Isphecam, qui eum magnis conditionibus apud se detinuit. Sed Regis castra secutus in colicum dolorem incidit; a quo multo clysterum usu semet ipse liberavit. Alias corpore robusto, & valetudine prosperrima uti potuisset, nisi effreni Veneris intemperantia, in quam natura maxime pronus erat, ea labefactasset. Itaque assidua libidine D exhaustus, prostratisque facultatum viribus, eidem noxæ iterum affligenti resistere nequiit; sed accedente morbo sacro diem suum obiit, anno ætatis LVIII. fortunas, quas reliquit amplas, pauperibus distribui jussit. Sepultus est in civitate Chamedan. Floruit circa annum recuperatæ salutis CIƆCXLIX.

AVERROES.

Averroes in Arabum classe disputator subtilissimus. Tamen admodum pauca de eo habemus. Floruisse tradunt anno partus Virginei MCL. Ægidius Romanus IX. *Quodlibet*. scribit se vidisse duos filios E Averrois in aula Imperatoris Federici cognomento *Barbarossæ*. Scripsit *in omnes libros Aristotelis*, unde *Commentatoris* nomen meruit. In Medicina composuit Opus *Colligit* dictum, in quo ars universa breviter explicatur: id se fecisse refert impulsu amicorum, & maxime jussu Regis Miramamolimi, cujus Medicus fuisse videtur.

AVENZOAR.

Avenzoar annum ætatis X. agens ad Medicinæ studia animum appulit: eaque pertinaci labore ad F annum XL. tractavit. Tum demum omnia edoctus, artem exercere cœpit: vixitque annos centum triginta quinque; ideoque ob singularem doctrinam, & longissimam experientiam, Majores illum peculiari cognomento *sapientem* & *gloriosum* appellarunt. Certe Averroes, alias ad calumniandum pronus, aliorumque insectator, hunc ubique non sine honoris præfatione nominat libro IV. *Collig.* cap. XL. ubi id, quod jam antea dictum est, memoravit, ait in hunc modum; *Cui corona erit exhibenda; cum vidit atque cognovit, quantum humanitas videri, cognosci, & observari licet*. V. *Collig.* cap. VII. contra authoritatem Antiquorum nititur rationibus Avenzoaris: *Sed*, inquit, *nobiles viri filii Avenzoar testificati sunt hoc, & illi sunt quibus debet attribui scientia Medicinæ*. Et iterum VII. *Collig.* cap. XXXIX. *Unicuique volenti ad hujusmodi præclaritatis scientiam pervenire, bonum est, ut libros Abhumeron Avenzoar studiose legat, nam illic Medicinæ Thesaurus patet manifeste*. Scripsit libros *Theisir*, in quibus omnium prope ægritudinum curatio traditur.

RHASIS.

Rhasis vulgo advocatur Almansoris nomine: quod liber ejus jussu Regis Mansoris editus sit. Hinc enim Rex inter Arabes primus Gymnasia & Bibliothecas aperuisse memoratur; quod etiam causæ fuit, cur ejus ævo tot illustrium ingeniorum monumenta in lucem prodierunt. Nomen autem hujus authoris ita concipiendum asserit Montanus: *Abo Petri filii Rasi filii Zachariæ: ut nihil aliud*, inquit, *sibi velit, id quod diximus (Abo Petri) quam Domini Petri filii Rasi, qui fuit filius Zachariæ, & hoc factum est, quoniam consuetudo apud ipsos erat, ut nomen patris & avi poneretur*. Sed ex iis, quæ supra de *Abu Hali* diximus, alia ratio nominis *Abu Petri* possit afferri. Cæterum Rhases præter libros *ad Mansorem*, cunctorum ante se scriptorum *Commentarios* ingenti volumine coegit, quod a Medicis *Continens* appellatur; in quo verbum *Dixit* toties repetitur, ut bono stomacho eum esse oporteat, qui cramben illam sine nausea concoquat.

ALBUCASSIS.

Albucassis singularem inter Arabes commendationem meretur, quod unus ex eorum familia, rationes & formas instrumentorum, quibus Chirurgia utitur, omnium diligentissime tradiderit, atque adeo uberrimam Græcorum scholam, sed hac parte defectam, necessario additamento locupletarit.

MESUE.

Joannes Mesue regia stirpe ortus patrem habuit Mesuen, avum Hamech, abavum Hely, atavum Abdelam Damasci Regem, enituit anno CIƆCLVIII. Pontificatu Adriani. Sunt etiam qui Græce putent scripsisse, quo tempore Godefredus Lotharingorum Rex Syriam, & in ea Damascum, & Hierusalem expugnavit. Sed verosimilior est sententia eorum, qui Arabice eum scripsisse censent; nam versio antiqua, impolita quidem, sed fidelis, (ut ajunt) voces Arabicas non paucas servavit. Legisse tamen non Arabes solos, sed etiam Græcum nescio quem in simplicibus sæpe citatum, & Hippocratem, & Galenum, ipsius scripta Therapeutica plane convincunt. Cæterum in describendis morborum remediis tam est exactus, ut vulgo Evangelista Pharmacopæorum appelletur: extat Opus *de rectificatione medicin. solut.* vel ut Sylvius inscribit, *Methodus medicamenta purgantia deligendi, & castigandi*: item liber *de antidotis*. Scripsit præterea *Methodum medendi*: sed morte præventus non absolvit: nam cum ad cordis ægritudines Opus deduxisset, ipse interiit.

ISAAC.

Duo fuere Isaac; alter *Heben Amaran*, alter Israelita: ille Philosophus insignis, & *de defini-*

tionibus scripsit; hic etiam Medicus; & ob raram artis præstantiam a Salomone Rege Arabiæ adoptatus. Reliqui etiam Arabes, Mesue, Serapion, Rhasis hunc plurimi fecerunt, & sua scripta testimoniis ejus impleverunt, ut merito inter illos de principatu contendere posse videatur. Supersunt ejus libri *de victus ratione*.

HALIABBAS.

Hic author Operis sui *capite* III. nomen suum proponit in hunc modum: *Hali, filius Abbas Magi, discipulus Ahimeber, Moysi, filii Serar*. Aliud, quod de eo proferam, non habeo. Constat fuisse virum doctum, multæque lectionis; neque enim Græcos solum, sed etiam Arabes omnes, qui ante eum scripserunt, studiose lustravit, ut non male judicasse de omnibus videatur. Universam Medicinam eo ordine tractavit, ut ad perfectam artis cognitionem discipulis sufficere unum se glorietur. Titulum autem libro fecit, *Liber Regalis completus artis Medicinæ:* & rationem reddit, *quod nomen hoc utilitati competat propositæ in ejus dispositione, cum illum Regi ordinaverit excellenti principatus fortitudine*.

Sunt complures alii ex Arabum gente celebres Medici; ut Joannes Damascenus Decapolitanus, cujus extat *Methodus curandi*, quam ex Galeno, Aetio, Paulo transcripsit. Rabbi Moyses, qui ad scribendum jussu Soldani Regis Babyloniæ se compulsum affirmat. Præter hos, quos jam commemoravi, *Alsharavius*, sive, *Alpharabius, Abinquefit, Albataricb, Aaron Algazel, Avempaces, Messias, Abenbicar*, aliique, effecere, ut cum ingeniis Græcorum, ingenia Arabum contendere possimus.

OPERIS CONCLUSIO
AD
EXCELLENTISSIMUM VIRUM
FRANCISCUM PAZ.

Tu mihi principium, Tu finis, Maxime PAZI,
PAZI *Asclepiadum decus immortale virorum:*
Quem primum aereas teneris vagitibus auras
Rumpentem blando conspexit lumine Phœbus,
Excepitque sinu, propriasque fideliter artes,
Queis celeres in fata manus, & stamina fuso
Deproperata levi, ac sævas remorere Sorores,
Edocuit, Belgis placidus; queis vita salusque
PRINCIPIS *incolumis lex est suprema salutis.*
Tu nostræ Phœbus patriæ, Sol aureus ævi
Tu nostri, quem spectat Iber, quem Belga tuetur.
Nam quoties languet PRINCEPS, *dignissimus annos*
Vivere Nestoreos, atri caligine luctus
Circumfusa suos obducit Belgica vultus:
Verum Pæonio teneros revocatus in artus
Si vigor auxilio rediit, fugiente serescunt
Lumina tristitie: medica sic arte reductus
Dianam Hippolytus specie lætavit amica.

FINIS.

JO. HENR. BOECLERI,

DE

SCRIPTORIBUS GRÆCIS ET LATINIS,

AB HOMERO

AD INITIUM SÆC. POST CHR. NAT. DECIMI SEXTI

COMMENTATIO.

NOBILISSIMO ET EXCELLENTISSIMO VIRO

DN. SAMUELI SCHALLESIO,

IN ACADEM. ARGENTOR. ELOQ. PROF. PUBL.

ADFINI ET COLLEGÆ SUO,

ULRICUS OBRECHTUS

S. P. D.



FACILE & libenter ignosces verecundiæ nostræ, *Affinis Nobilissime*, quod cum editio hujus libelli excusanda publice foret, Tuum ad eam rem sive testimonium appellandum, sive advocandum judicium existimavi: ut, cujus in temporibus meis maxime necessariis præclarissimam voluntatem expertus sæpe fuissem, ejus authoritate, in loco tam opportuno, non negligerem perfrui: nam nec metuendum fuerit, ut quæ Tuis auspiciis emittuntur Bœclerianarum reliquiarum fragmenta, invitis Beati Auctoris Manibus protrudi quisquam suspicetur: nisi si quis forte ignoret, ignorabunt autem in tanta luce necessitudinis & amicitiæ Vestræ paucissimi, quanta inter Vos, quamque perpetua inde a prima juventute intercesserit animorum studiorumque consensio: & ad conscientiam Tuam subinde provocanti, de judicio assensuque bonorum, securo esse licebit; dummodo mei apud Te mihi consilii ratio constet. Ad quod eo minori negotio me perventurum esse confido, quanto Tibi uni ex omnibus, familiarius interiusque perspectum est, quibus omnino fatis prohibeamur, intra domesticos parietes continere, quæ, si sine detrimento, attamen vix citra periculum, existimationis ab amantissimo Socero tot vigiliis laboribusque collectæ publicantur. Postquam enim desierunt privati juris esse, quæ per amicorum manus, in plurium arbitrium sunt delata, editionem illorum, aliis suo quodam jure modeste flagitantibus, aliis contra jus & fas omne inverecunde minantibus; ita illorum æquioribus desideriis est obsecundandum, ut multo inevitabilior necessitas imperet horum iniquissimam cupiditatem interverti: quippe adeo pertinax plerorumque impudentia est, ut nisi mature præveniantur, transigi cum illis alia ratione non possit. Quorum tamen importunitas tanto minus hujus quoque *Commentationis* vel Auctori, vel Editori fraudi erit, quanto plus ad institutum ejus usumque arbitrandum æquitatis & humanitatis quisque est allaturus. Quanquam quod ad Authoris quidem propositum attinet, unius nominis authoritate apud cordatos judices defendi pariter absolvique consentaneum sit, quæ in unius gratiam suscepta, unius usibus destinata, ad unius denique genium captumque penitus elaborata scriptio est. ILLUSTRISSIMUM BARONEM BOINEBURGIUM a me signari, Tu quidem, *Affinis honoratissime*, facile intelligis: qui cum maximo semper & incredibili quodam fervore ingentem Heroici animi facultatem, ad amplificanda, quibus modis posset, solidioris doctrinæ præsidia intendisset: postquam ad studium demerendi juvandique universi humani generis, interior quædam & accuratior cura *Generosissimi* Pignoris, grandibus jam tum excelsæ indolis documentis in paternarum laudum æmulationem efflorescentis, accessit; uti spes sæculi, paterna sollicitudine pridem æquaverat, ita mox vota publica incomparabili provisu antevertit. Conquisitis per omnem Euro-

pam eruditissimorum Virorum consiliis, eam in Filio sui imaginem efformaturus, quæ apprime in se collectam avitæ stirpis virtutem exhiberet orbi, & posteris gloriam repræsentaret. Quo loco *Bœclerum* nostrum in hoc ordine censuerit Boineburgius, quanquam referri coram Te, & omnino in publico recenseri superfluum sit, postquam immortalibus passus est monumentis præclarissimæ erga illum voluntatis suæ propensionem perenni temporum memoriæ consecrari: adscribam tamen verba literarum, quibus tota & obsequii potentibus mandatis præstiti, & hujus una consignationis ratio continetur. *A. D. Kal. Septembr.* CIↃ IↃC LXX. de valetudine sua, & rebus ad præstandum tenerrimi affectus indicium pertinentibus facunde præfatus Boineburgius: *Polybiana tua*, subdit, *avide opperiar; quibus opto prosperum successum. Ausim vero summe abs te contendere, & etiam atque etiam petere, ut in favorem Filii conscribas, saltem intra privatos forulos asservandum, libellum de Græcis Latinisque Scriptoribus, eorundemque potioribus scriptis, quæ extant: non orsus certe a Moise, sed a Platone, Aristotele, Xenophonte, &c. stilumque porrigens usque ad sæculum Christianum quintum sextumve, vel quod malim, ad tempora renatæ in Occidente utriusque literaturæ. Reliqua deinceps nomine tenus adjici poterunt. Hic non opus multa critica, sed unica indicina, ubi talia jam tum tractentur. Bellarminus, Gerbardus, Vossius, Labbeus, Possevinus, Gothofredus, Lindius, Lambecius, Hottingerus, Milæus, Allatius, Halloisius, Mireus, Swertius, &c. quæ exhibent, repeti, nec usui est, neque necesse. Præcipua Authorum opera, lectu omni ætati proficua, percensenda erunt, quo Filius, eique similes noscant, per quos proficere liceat. Hæc universa chronologico filo concinnanda, & dictione utendum facili & Latina. Si hoc opusculum, quale tibi molestum fore eruditionis tuæ promptitudo me credere vetat, confeceris, mihique huc miseris, rem mihi scias præstari omnium longe gratissimam. Liberum erit tibi tamen, id edere, quandocunque & quo voles modo. Non incubabo solus huic thesauro. Bibliaca & cætera Orientalia, aliunde petere decebit. Nisi quod Novi Testamenti libros pariter enumerari cupiam, quum & Doctores Ecclesiæ utriusque linguæ huc accenseri debere, mihi pro certo sumam.* Satisfecit huic petitioni Noster, ea promtissimi obsequii exactitudine, qua Patroni desiderium, quæ una illi votorum & conatuum summa erat, abunde implevit: parum utique sua interesse existimans, an ultra suscepti laboris gratia pateret: quæ si apud plures illi, ut nunc fert sæculum, peritura est; nullo equidem illius merito id fiet, cujus curæ intentiori & in aliis rebus satis probatæ diligentiæ properabundi, ac si quæ hic agnoscenda culpa est, obsequiosi nimium calami festinatio, fœtum immaturum subduxit. Quanquam ego quidem animum meum inducere nunquam potui, ut indignum nomine studiisque magnorum virorum arbitrarer, unde publica discentium utilitas queat augeri: quæ in isto utique commentandi genere, neutiquam vel tam exigua est, ut commendari, vel tam obscura, ut doceri, vel tam incerta denique, ut demonstrari evidentius debeat. Nam ne illud hic repetam, quod communi inter eruditos consensu traditum est: Primam eruditionis partem esse, doctrinæ solidioris instrumenta novisse: hæc ipsa commemoratio virorum variis sapientiæ & doctrinæ laudibus ex omni ævo illustrium, quantam conciliat literarum studiis, ex Auctorum dignatione majestatem? qui cum sint auctoritate præcipui, usu peritissimi, scientia copiosissimi, atque qui fructus omnis præstantiæ ac fides allegari potest, rerum domi forisque gestarum gloria nobilissimi, non possunt quas

commendant traduntque artes cuiquam displicere, nisi qui eadem opera cum dictamine sanæ rationis, cordati orbis judicium aspernatur. Quid? cum usus, quem in omni vitæ actusque civilis regimine, pro diverso gravissimorum operum instituto quisque pollicetur vel præstat, brevi quidem, sed tanto certiori indicio velut exerto digito monstratur: adeoque quod in universa literarum tractatione, vitatu difficillimum pariter & maxime necessarium est, fluctuatio studiis, incertitudo propositis, error disciplinæ detrahitur. Neque vero metuendum est, ut præsentissimos fructus simplicitas incuriosa dictionis aut ordinis intervertat: dummodo fides monitori nostro & cum interiore operum virorumque notitia, idonea judicandi peritia & rebus hominibusque discernendis exercita facultas, conjuncta supersit; quarum altera ut consulere profectibus discentium serio velit, efficietur, altera ut possit. Quantum utraque *Scriptor* hujus *Commentationis* præstiterit, alii sincerius arbitrabuntur. Nam nobis quidem admirari domesticas laudes venerarique suffecerit: quas exterorum incorruptior, & invidiæ juxta atque affectuum exors prædicatio, uti judicio integriore, ita gloriosiori elogio feret æternitati. Scrib. Argentorati, d. XXVII. mens. Martii cIɔ Iɔc LXXIV.

INDEX SCRIPTORUM,

qui hoc libello recensentur, judicantur, commendantur.

A.

Abbas *Eugippus*.
Adamus *Bremensis*.
Adamantius Origenes.
Adelmus Episc. Scot.
Ado Viennensis.
Ægidius Romanus.
Æneas Tacticus.
Æneas Gazæus.
Æschylus, Poeta tragicus.
Æschines.
Afer Marius *Victorinus*.
Agathias.
Aimoinus.
Aitonus.
Albertus, Abbas.
— *Magnus*.
Albinus Alcuinus.
Alcimus Avitus.
Alensis Alexander.
Alexander Aphrodisiensis.
Alexandrinum Chronicon.
Alexandrinus Clemens.
— *Cyrillus*.
— *Dionysius*.
— *Pappus*.
— *Philo*.
— *Theon*.
Algerus, Monachus.
Alvarus Pelagius.
Ambrosius.
Ammianus Marcellinus.
Amphilochius.
Anagnosta Theodorus.
Anastasius.
— Nicænus.
— *Sinaita*.
Andocides.
Andreæ Antonius.
Anna Comnena.
L. Annæus *Seneca*, Philosophus.
L. Annæus *Florus*.
Anscharius S.
Anselmus Canturriens.
— Laudunens.
Anthelmus Ep. Scot.
Antiphon.
Antissiodorensis Guilielmus.
Antoninus M. Imp.
Antonius de Padua.
Aphrodisiensis Alexander.
Apollinaris.
Apollodorus.
Apollonius Dyscolus.
Apulejus Platonicus.
Aquilejensis Paulinus.
de Aquino Thomas.
Aquitanicus Prosper.
Arator.
Arbiter Petronius.
Archimedes
Arelatensis Cæsarius.
de Argentina Thomas.
Areopagita Dionysius.
Aretæus Cappadox.
Ariminensis Gregorius.
Aristænetus.
Aristides.
Aristophanes Comicus.
Aristoteles.
Armenius Aitonus.
Arnobius.
— *Junior*.
Arnoldus Carnotensis.
Arrianus.
Q. Asconius Pedianus.
Astetanus Astensis.
Athanagora.
Athanasius.
Athenæus.
Auctor Peripli.
Augustinus.
— *Triumphus* Anconitanus.
Avicenna.
Avienus Rufus Festus.
Avitus.
— *Alcimus*.
Aulus *Gellius*.
Aurelius *Olympius Nemesianus*.
Aurelius Sextus *Victor*.
Aurelius C. *Symmachus*.
Ausonius.

B.

de Babenberg Lupoldus.
Balsamon Theodorus.
Bar-cepha Moses.
Barlaamus.
Basilius.
Beda.
Bellovacensis Vincentius.
Berengosius Abbas.
Bernhardus.

INDEX SCRIPTORUM.

INDEX SCRIPTORUM.



JO. HENRICI BOECLERI DE SCRIPTORIBUS GRÆCIS ET LATINIS, AB HOMERO AD INITIUM SÆC. POST CHR. NAT. DECIMI SEXTI, COMMENTATIO.



AB HOMERO & HESIODO A incipiendum eſt. Quorum de temporibus jam antiquitus eſt non uno modo dubitatum: dum alii hunc ante illum ponunt; alii vetuſtiorem Homerum faciunt; nonnulli æquales ſtatuunt, & utrumque a Trojano bello vel propius vel longius abeſſe contendunt. Si Homerus, ut multi crediderunt, B centum & ſexaginta fere annis a temporibus belli, quod compoſuit, Troici abfuit, floruerit anno mundi MMDCCCCLVIII. ante æram Chriſtianam MXXVI. Periodi Julianæ MMMDCLXXXVIII. ex chronologia Petavii, a quo non parum diſcrepat *Canon Chronicus* Seldeni.

In laudando HOMERO omnium ſæculorum ingenia certaverunt. Et ſane *Ilias* ejus, & *Odyſſea*, ſive diſpoſitionem & οἰκονομίαν, admirabili ſollertia excogitatam, ſive mores & omnem philoſophiam carminis, ſive artem Poeticam & eloquentiæ cultum ſpectes, ita præcellunt, ut nec comparari, nec C præferri, ulla Poeſis poſſit. Ad artis quidem & inventi ſingularis guſtum capiendum, omni illa diſciplina opus eſt, quam Dionyſius Halicarnaſſenſis, Dionyſius Longinus, Cicero, Quintilianus, in oratoriis ſcriptis, Julius Cæſar Scaliger in toto *Poetices* opere, ad commendandum Maronem ſæpius, quam Homerum, ſubtili explicatione adhibuiſſe putantur. Quantum autem ſcientiæ & prudentiæ ad negotia pacis bellique tractanda inſit, Plutarchus & Dio Chryſoſtomus ex profeſſo, & per occaſionem Polybius, Strabo, aliique declararunt. D Utrumque vaſtis & eruditis *Commentariis Græcis* Euſtathius Epiſcopus Theſſalonicenſis oſtendere ſolet. Extant & Græci veteris Scholiaſtæ Didymi (ſive alius is eſt) breves *Notæ*, ut & in Bibliothecis, ineditæ nonnullæ. In Spondani *Latinis Notis* quid deſiderari debeat, Eruditis notum eſt. Ex Homero, tanquam fonte, omnium Poetarum Philoſophorumque veterum dimanaſſe flumina, vario imitandi genere, diverſiſſimaque etiam ſcribendi & differendi ratione, nemo ignorat. Quo tempore Romani erant eruditiſſimi, ſinguli verſus tanti Poe- E tæ pro conſiliis, reſponſis, ratis ſententiis, graviter apteque dictis, audiri publicis privatiſque in negotiis ſolebant. Poſtquam Græcæ literæ ad pauciſſimorum ſtudia cœperunt pertinere, etiam antiqua myſteria ſapientiæ in ſolidum ignorantur: Homerique fama, non æque notitia, manet. Indubia ſunt ejus Opera, *Ilias*, & *Odyſſea*. Tribuuntur ipſi & alia, *Batrachomyomachia*, quam Daniel Heinſius eleganter Latine interpretatus eſt; *Hymni*, *Epigrammata*: de quibus jam olim dubitatum eſt. Novam editionem cum Scholiis hactenus ineditis a doctiſſimo Grævio expectamus.

HESIODUS revera etiam in carmine ſuo, ab Homericis ſcribendi rationibus multum diverſo, princeps & auctor exempli vix imitabilis haberi debet. Sed facilius Homerum, quam Heſiodum, intelligas. Homero nuſpiam propior eſt, quam in *Scuto Herculis*: egregio politices militaris monumento. Quanquam Heſiodo tribui hoc carmen non ſinunt Eruditi. *Opera & Dies* (ſi modo tam bene Latine ſonant, quam in Græco indice, Ἔργα ϗ Ἡμέραι) obſcuravit arcana, & vix hodie ſatis evoluta, doctrina, de vitæ humanæ ætatibus, ætatum periodis, periodorum contextu & ſerie, cauſarum fabulari involucro implicitarum ordine, in quo explicando vix eſt, ut hodie etiam eruditiſſimi conſentiant. *Theogonia*, pars eſt hujus Philoſophiæ, quæ, niſi, detracto fabularum tegmine, ad humanarum actionum & utriuſque fortunæ conſecutionem referatur, mutila erit Heſiodei carminis διδασκαλία, minuſque erudiet ac movebit lectorem. Exiſtimatque Joſephus Scaliger, in enarrando Operum Heſiodi argumento, Manilium haud parum aberraſſe. Eſt autem nobiliſſima hæc Œconomices diſciplina, tum de acquirendis, tum de conſervandis, quibus vivitur, & bene vivitur, in Agricultura & Navigatione: ſubſtructis ad robur & decus operis ſuſtinendum Ethicis & Politicis præceptis, de juſtitiæ ſtudio, ſine quo nec privata, nec publica, vita ſine ſuo potiri poteſt; de bonis fortunæ, de induſtriæ rationibus feliciter aut infeliciter ſubductis; quæque alia eodem pertinent. In dierum diſtinctione & obſervatione ſuperſtitioſa quædam miſcentur: qualia nec hodie vulgo hominum eximuntur. In editis exemplaribus ad ſplendorem Bibliothecarum pertinent Henrici Stephani Poetæ Græci Homerus, Heſiodus, & alii, auſpiciis Huldrici Fuggeri, forma ampliſſima, typis nitidiſſimis impreſſi MDLXVI. Cum *Scholiis Græcis* edidit Heſiodum Venetiis Joannes Franciſc. Trincavellus MDXXXVII. Cum verſione Latina carminis, *Scholiis Græcis*, eruditiſſima εἰσαγωγῇ, & præſtantibus *Notis*, Daniel Heinſius MDCIII. Et nuper doctiſſimus Grævius, diligenter recenſitum, exquiſito *Lectionum Heſiodearum* & *variarum Notarum* libello auxit.

SÆCULO ANTE CHRISTUM NATUM QUINTO.

HIPPOCRATES Cous, dialecto Ionica,

scripsit libros *de Re Medica* præstantissimos: tantamque doctrinæ auctoritatem nactus est, ut princeps in eo genere ab omnibus in hunc usque diem celebretur. Opera ejus partitim valde in Latinum sermonem conversa, & animadversionibus illustrata, nec fortasse tamen satis exhausta sunt. Quædam & falso ei tribuuntur. Conjunctis edita sunt, & alias Græce tantum, vel Latine tantum, & commodius Græce & Latine Ven. MDLXXXVIII. cum *Notis* Hieronymi Mercurialis. Reproducta Genevæ.

A

In idem sæculum congruit PINDARUS Thebanus, Poeta Lyricus: cujus de multis Operibus non supersunt, nisi Odæ aliquot *Olympicorum*, *Pythiorum*, *Nemeorum*, *Isthmiorum*. Majestatis & sublimitatis stili omnes numeros implevit: argumento spectaculorum sacrorum, Theologiam Gentilem & politicen mira gravitate ita intexuit, ut ad virtutem & gloriam Reipublicæ debitam animos undique inflammaret. Qui vult legere, præmittat judicium Horatii lib. IV. *Carm.* ode II. & Danielis Heinsii *Orationem*, *enarrationi* tanti Poetæ præmissam. Editiones multæ, sine *Scholiis Græcis* & cum his Basileæ, & alibi prodierunt: *Scholia* etiam seorsum vulgata sunt. Pauca sunt in iis, quæ spiritum & genium Pindaricum decere videntur. Erasmus Schmidius anno hujus sæculi XVI. Wittebergæ diligentissime recensuit, cumque suis curis, quæ omnium judicio probantur, emisit.

B

Ante Pindarum plerumque ponitur, sed ita, ut æqualis ejus temporis haberi debeat, ÆSCHYLUS Poeta Tragicus; cui mox jungemus Sophoclem & Euripidem, ejusdem generis & sæculi Poetas, ut triga perficiatur, sane quam præclarissima. Ad hos Poetas legendos nemo feliciter accesserit, nisi de instituto eorum & arte bene edoctus. Cujus disciplinæ pleraque traduntur in fragmento aurei libelli, Aristotelis *Poetices*, & Dan. Heinsii opusculo *de Constitutione Tragœdiæ*. Atque hi Poetæ Tragici, ingenia & mores principum virorum, vitia & fata aularum, luctantes cum affectuum vehementia rationis dictatus, ultricem facinorum atrocium providentiam, graphice ob oculos ponere student. Et quia magnis sceleribus jura naturæ intereunt, ordinaria quasi philosophia, ex omni occasione, juris naturalis vis & sanctitas explicatur ac demonstratur. Sophismata etiam, & vani colores, in hunc locum frequenter inferuntur. Multum ergo juvare hæc dramatica Poesis existimatur, emendationem morum, omnemque disciplinam civilem: ita ut Poetæ instituto conveniant, quæ Horatius choro in tragœdia tribuit:

C

D

Ille bonis faveatque & concilietur amicis,
Et regat iratos, & amet peccare timentes;
Ille dapes laudet mensæ brevis: ille salubrem
Justitiam, legesque, & apertis otia portis;
Ille tegat commissa, Deosque precetur & oret,
Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis.

E

Sed ad Æschylum redimus: de quo Fabius Quintilianus, *Instit. Orator.* lib. X. cap. I. *Tragœdias primus in lucem Æschylus protulit, sublimis & gravis, & grandiloquus sæpe usque ad vitium: sed rudis in plerisque & incompositus.* Nihil enim simul inchoatur & perficitur. Unde Petrus Victorius, cum *sententiarum gravitatem*, & *elegantiam sermonis* ipsi tribuisset, Fabium liberalius explicat in *Præfat. Magnis*, inquit, *ille crebrisque testimoniis gravissimorum & Græcorum & Latinorum Scriptorum celebratus est: & non ut Poeta solum, sed etiam ut Philosophus, ac scientia reconditarum* *artium ornatus. Nam quantopere etiam studium suum adjuverit, & quantum dignitatis ei apportarit, quod prius rude admodum atque inchoatum ferebatur, (quamvis summum ipsius attingere non potuerit) ab utriusque linguæ magnis auctoribus memoriæ mandatum est.* Extant *Græca* in eum *Scholia*, quorum præstantiam inde colligas licet, quod Eustathius Homeri Interpres sæpe illa laudat, existimatque Petrus Victorius, his *Scholiis*, inter ea, quæ Tragicorum trigæ accesserunt, merito primas deferri oportere. Sunt & alia inedita *Scholia*, præsertim *in Promethea vinctum*, quæ ex Italia transmissa, in Bibliotheca Serenissimæ Reginæ Christinæ vidi. Impressit Henricus Stephanus Græce ann. MDLVII. ante annos paucos, Londini in Anglia, forma majore, Græco-Latina editio, cum *Scholiis* & *Notis* prodiit.

F

SOPHOCLES jam perfectior est: cujus *cothurnus*, *gravitas*, & *sonus* plerisque admirationi fuit. In hunc quoque extant *Græca Scholia*: Romæ primum separatim edita; nam postea crevere adjectu aliorum non æque præstantium. Præclare de hoc Poeta meritus est Guilielmus Canterus, cujus Editio Græco-Latina diu occupavit manus studiosorum hominum. Cum omnibus *Græcis Scholiis*, & Latina Viti Winsemii ad verbum interpretatione, *Notisque* Joachimi Camerarii & Henrici Stephani excudit Paulus Stephanus MDCIII. Quæ editio omnibus aliis præstat.

Sophoclem EURIPIDI non hæsitanter præferunt, qui magnitudinem & sublimitatem Tragœdiæ tantum spectant. Qui ad omnes eloquentiæ, philosophiæ, poeseωs dotes animum advertunt, nullum laudis genus abesse judicant. Et, si quid infra cothurni pompam videtur, quin probabili ratione excusari queat, haud longa dubitatio est. Euripidem hunc cum *Græcis Scholiis*, non in omnes, sed in septem Tragœdias, Latina versione, & variis *annotationibus* publicavit ibidem Paulus Stephanus anno MDCII. Ne de cæteris editionibus dicatur. In *Scholiis Græcis*, ut non unus auctor, ita non omnia valde accurata sunt.

In idem sæculum congruunt HERODOTUS & THUCYDIDES. Hos enim Veteres conjungere solent plerumque, tanquam parem celebritatem, & in diverso scribendi genere, parem famam adeptos: ita, ut in eloquentia quidem, Herodotus, Ionicæ dialecti norma, in placido & suavi stilo; Thucydides, Atticæ facundiæ, in severa & gravi dictione, exemplum existimetur. Herodoti libros commune Græciæ totius suffragium, *Musarum* nominibus honoravit, Opusque & argumento & tractatu incomparabile censuit, Phot. *Biblioth.* cod. LX. Thucydidis adolescentiæ gloria Herodoti stimulos tam acres admovit, ut nobile & ipse argumentum, licet angustius patens, de rebus quibus interfuit, aut præfuit, sui denique temporis, elaboratissima scriptura componeret, proximusque Herodoto Historiæ condendæ auctor haberi mereretur.

Qui HERODOTUM fabulas historiæ inseruisse tradunt, ut more Poetico gratiam Operi suo conciliaret, nec æquitatem nec prudentiam in judicando sequuntur. In rebus antiquissimis, aliqua, ut acceperat ab iis, quorum testimonio auctoritas inerat, non omittenda judicavit, neque tamen vana sunt somnia, quæ vulgo pro fabulis traducuntur. Ita, esse apud Indos formicas, vulpibus majores, canum magnitudine, cum ait *lib.* III. *cap.* CII. falsum dici existimant aliqui. Sed Busbequius *Epist.* IV. inter munera superiore sæculo Turcarum tyranno a Persarum rege transmissa, memorat, *formicam Indicam*, *mediocris canis*

magnitudine, mordacem admodum & sævam. Et hoc Thuanus quoque repetit *lib.* XXIV. p. 724. Cujus generis multa falso vanitatis suspecta insunt. Quam in rem exstat *Apologia* festiva Henrici Stephani. Legendus est omnino Herodotus, nisi quis malit antiquiora pleraque ignorare, aut undecunque emendicare. *Vita Homeri* vulgo operibus ejus adjungitur, invitis Eruditis, qui alium auctorem facile deprehendunt. Post Stephanicas Editiones, Aubrii Græce & Latine anno MDCVIII. Francofurti publicarunt.

THUCIDIDEM censura morosiore taxavit Dionys. Halicarnassensis in *operib. Rhet.* ostentatione artis Rhetoricæ, ut puto. Quis enim non videat, frustra & sine causa dici, quæ de argumenti delectu afferuntur? frequentia orationum eo minus accusari potest, quo magis illæ ad explicationem historiæ ipsius accommodatæ sunt. Laudandus est ergo Georgius Acacius Enenckel, L. Baro Hoheneccius, qui non tantum versione Latina eleganti, & ad formam Liviani stili efficta hunc Scriptorem adornavit Tubingæ impress. MDXCVI. sed in *Notis* quoque eruditis a graviore censura plerumque defendit. Græce cum *Scholiis* antiquis non indoctis editus est Thucydides Basileæ MDXL. præfante Joach. Camerario. Cum Latina Vallæ versione a se emendata, sed Græco textui postposita, Henricus Stephanus anno MDLXIV. vulgavit. Sed hanc editionem multum superavit posterior editio Stephanica, in qua fissa paginæ facie, Latina Græcis e regione respondent, *Scholiis Græcis* in extrema pagina comparentibus. Thucydidis historia refert Imperii nostri Romano-Germanici statum; si partes potiores, in quas dividimur, partium studia & consilia, & hinc emergentia, penitius ad invicem contendamus. Quare lectio ejus nostris hominibus inprimis commendanda erat. Reperiet verum me dixisse, qui in patria non peregrinatur.

ARISTOPHANIS Comici supersunt de pluribus undecim *Comœdiæ*. Atticæ eloquentiæ nobile exemplum celebratur. Quare magistri Græcæ linguæ ejus auctoritate frequenter utuntur. Qui legere volent, de instituto Comicæ Poeseos, omnique philosophandi genere his Poetis usitato, comparatam debent habere notitiam. Joannes Chrysostomus ex diligentissima Aristophanis lectione, non parum facundiæ, & in corripiendis vitiis, muliercularum præsertim, disciplinæ hausit. Hunc primus ex officina Aldi edidit Marcus Musurus Cretensis; deinde Florentini auctiora *Scholia Græca* antiqua *in novem Comœdias* adjecerunt. Quibus distractis exemplaribus, ex officina Frobeniana Basileæ MDXLVII. Sigismundi Galenii opera prodiit Græce cum *Scholiis*. Græce & Latine Poetam edidit Nicodem. Frischlinus MDXCVII Anno MDCVII. Genevæ Græce & Latine impressus est, cum antiquis & novis *Scholiis*.

SÆCULO ANTE NATUM CRHISTUM QUARTO.

Occurrit PLATO, Philosophorum Princeps. Cujus quæ extant opera prodierunt ex Aldina editione Græca Venetiis LDXIII. Eadem, Græce, cum *Commentariis Græcis* Procli *in Timæum*, & *Politica*, Basileæ MDXXXIV. Græce & Latine ex interpretatione Serrarii, cum ejusdem & Henrici Stephani *Notis* Parisiis MDLXXVIII. tribus tomis. Et, quæ emendatissima putatur editio Græco-Latina, ex interpretatione Marsilii Ficini, ejusdem comment. Lugduni MDXC. Dicendi copia & gravitate, nemo illi ex Philosophis omnibus comparari potest: sed hujus laudis gustum non capiunt, qui versiones tantum Latinas consectari coguntur. In moribus & doctrina civili nihil non vidit, & tractando illustravit. Etiam in naturæ obscuritate explicanda accuratus est: dialectices, rhetorices, aliarumque disciplinarum, non expers. Quædam & falso ejus operibus annumerantur. Ideas bonorum disputatione a vulgi captu remotiore prosecutus, obtrectatoribus occasionem cavillandi patefecit: De communione bonorum, uxorum & liberorum Aristoteles præsertim sententiam ipsi tribuit perversam: cui magis quam oportebat credidisse Sancti Patres videntur. Qui studiosius legerunt, negant ista, & hoc sensisse Platonem autumant: tum beatam fore civitatem, si civium quisque non se tantum & sua spectet curetque, sed & aliorum civium res, æque ac suas salvas cupiat. Quæ mensura caritatis optima, & divinis quoque oraculis demonstrata est. Communes e. g. voluit esse uxores, non confusione libidinis, sed communione caritatis. Quis enim sanctius constitui haberique matrimonia docet, quam ipse Plato lib. IV. *de Legibus*? In hoc enim opere (*de Legibus*) serio, & ut evenire potest soletque, rempublicam ordinat. In *Libris* autem *de Republica*, quærendo & dubitando, non præcipiendo, etiam ea tangit, quæ nec possunt nec debent evenire aut admitti. Sed huic disputationi locus præciditur. Inter Theologos, magnum nactus est laudatorem, Augustinum. Juris naturalis fontes, regulas, explicationes, nemo uberius tradidit. Sed, qui in rem præsentem deduceret & ad usum transferret hanc Sapientiæ partem, ex omnibus Platonis operibus, nondum repertus est. Nec est de nihilo querela de Platonicis Philosophis & Interpretibus, illum locum ita tractantibus, ut Platonem non patiantur in luce civilium rerum spectari, sed per transennam, & obducta umbra fere ostendant. Placuit illi scribere *Dialogos*: quem morem etiam Cicero imitatus est in plerisque operibus philosophicis, & valde probavit.

Platonis æqualis & æmulus fuit XENOPHON, magnus Philosophus, nec minor Historicus; tum imperator tam præclarus, μύριοι illi sive decem millia militum bonorum, quibus præfuit, adhuc hodie etiam proverbialibus elogiis testimonium ei perhibeant perfectæ στρατηγίας. Eloquentia suavissima vel Apem Atticam, vel Musam Atticam indicat. Non recte, ut opinor, humilem sive tenuem stilum ei tribuunt. Humilis enim dicendi character cotidiana loquendi consuetudine, ultra quam non ascendit, æstimari debet. Talis ut esset oratio ejus, nec argumenti dignitas patiebatur. At qui venustatem humilitate & tenuitate stili superiorem non animadvertunt, illi profecto, ex causa nescio qua, cœcutiunt. Accidit hic fere, quod circa Julium Cæsarem in in Latinis, cui qui tenuitatem stili attribuunt, illi plus volunt sapere, quam Cicero, omnium optimus judex, qui longe aliter statuit. Melius sentiunt, qui Thucydidem gravitatis & sublimitatis specimen laudant; facilitatis & dulcedinis palmam Xenophonti assignant: Herodotum ut medio loco inter utrumque collocant: sequestrata omni humilitatis conditione, alio quodam diversa comparandi genere. Singula Xenophontis Opera judicium peculiare postulant. Sed instituti modum ea res egreditur. Divinum opus est *de institutione Cyri*. At a veritate abludit, inquiunt Veteres: non tantopere forsitan, quantopere aliqui existimant. Ecce, duo sunt, quæ ad perfectius

A exemplum tendere videntur, quam res humanæ putantur capere: disciplina Aulæ Persicæ, & militiæ Persicæ. At illam confirmant cæteri quoque Scriptores, quibus credidit, & ab iis tradita nobili Opere *de Regio Persarum Principatu* excoluit Brissonius: quæ *Commentatio* ante Xenophontem lecta, hujus quoque lectionem jucundiorem faciet atque utiliorem. Militiæ artificem fuisse Cyrum, id quoque certum, magnisque successibus affirmatum est. Neque ea referuntur, quæ fieri nequeunt. Fuitque illud tempus, quo fortuna Persarum paupertate magistra, & boni moris studio, ab inferiore conditione ad majora profecit.
B Sed hæc ab instituto longius recedunt. De Operibus Xenophontis, multa sunt seorsum edita. Omnia conjunctim edidit Henr. Stephanus MDLXI. & emendatius MDLXXXI. Latina interpretatione in finem rejecta. Sed Græcis Latina respondent in editione Francofurtensi, & altera Parisiensi splendidissima. Luculente ostendit utilitatem ex lectione Xenophontis petendam Dio Prusæus Chrysostomus *Oratione* XVIII.

Xenophontis temporibus vixit CTESIAS Cnidius: cujus de *Persicis* & *Indicis* excerpta nobis conservavit Photius *Cod.* LXII. Quæ etiam Herodoti editionibus solent adjungi. Dissonat Herodoto
C & Xenophonti, eoque suspectus est viris eruditis. Si Opera ejus extarent integra, accuratius posset judicari. Magni scriptores, Diodorus Siculus, & Trogus Pompejus, haud parum tribuerunt.

In hæc tempora etiam referunt PALÆPHATUM, Parium: cujus de Opere περὶ τῶν ἀπίστων ἱστοριῶν, *de incredibilibus historiis*, exiguum superest fragmentum, dissentiente & incertæ ætatis putante Gerardo Jo. Vossio, *de Historic. Græc.* libr. III. Elegantissimus est libellus, & ab omnibus legendus, ut videant, quomodo Historiæ ingenio Poetarum in fabulas migraverint, & ex fabulis ad
D veritatem revocari debeant. Prodiit Basileæ, interprete Philippo Phasianino MDLXX. cum Hygino, aliisque MDLXXVIII. Parisiis: An. MDCL. a Cornelio Tollio: An. MDCLXIII. a Martino Brunnero Græc. Lit. Professore Upsaliensi.

Nunc Græci DECEM ORATORES nos vocant, quos Plutarchus descripsit, his nominibus: Antiphon, Andocides, Lysias, Isocrates, Isæus, Æschines, Lycurgus, Demosthenes, Hyperides, Dinarchus. Quorundam ex his quæ supersunt, edita conjunctim fuerunt Parisiis MDLXXV. Anno MDCXIX. Aubrii & Schleichius typis Wechelianis Græce & Latine Hanoviæ ediderunt,
E ANTIPHONTIS, ANDOCIDIS & ISÆI, XXX. *Orationes*, Interprete Alphonso Miniato. Accesserunt illi Operi *Orationes* quædam Dinarchi, Lycurgi, Lesbonactis, Herodis, Demadis, curante Jano Grutero.

ANTIPHONTIS XVI. *Orationes* omnes forenses sunt, in accusando & defendendo occupatæ; multumque ad Juris Attici, & judiciorum Reip. Atheniensis, illustrationem faciunt.

ANDOCIDIS, de quatuor, priores duæ *Orationes* sunt apologeticæ, quibus se defendit, multaque de perturbatione illorum temporum, historiæ integrandæ habet. *Tertia* suadet Atheniensibus,
F pacem cum Lacedæmoniis esse faciendam. *Quarta* Alcibiadem accusat.

ISÆI supersunt X. *Orationes* forenses, omnes *de hæreditate cernenda* agentes, nobilibusque controversiarum exemplis instructæ. De eloquentia ejus diffusum extat Dionysii Halicarnassensis judicium.

DINARCHI de LX. tres tantum habemus reliquas *Orationes*, quibus accusat Demosthenem, Aristogitonem, Philoclem. Judicium de eo itidem extat Dionysii Halicarnassensis.

LYCURGI unica superest *actio proditionis adversus Leocratem*.

LYSIÆ de trecentis, supersunt XXXIV. omnes forenses, excepta *Oratione Funebri*, & fragmento suasoriæ, *de statu Reipublicæ retinendo*. Longum & multa κρίσει refertum extat de eo Dionysii Halicarnassensis testimonium: quod legisse, ad multa utile erit. Optima editio est Jodoci Vanderheidii Hanoviæ Typis Wechelianis MDCXV. Græc. & Lat.

ISOCRATIS *Orationes* pauciores sunt forenses: excellit in Suasoriis. Nimis morose & fastidiose de eloquentia ejus judicat Dionysius Halicarnassensis. Cicero & Fabius candidius laudes ejus prædicant. Græce editus est Venetiis MDXIII. Græce & Latine, cum *annotatis* Hieron. Wolfii, Basileæ MDLXX. a Paulo Stephano MDCIV. Commendandus est hic Scriptor nostris hominibus. Mire enim Patriæ utilia diceret, qui Ordinibus Imperii suaderet, quæ ipse Atheniensibus suis suasit. Legatur *Oratio* ejus *de Pace*, & observetur, annon apposite illa omnia dici suaderique potuerint, facta Pace Monasteriensi.

DEMOSTHENIS ET ÆSCHINIS Opera Græce & Latine, cum *Commentariis Græcis* Ulpiani Rhetoris *in Demosthenicas Orationes*, & Hier. Wolfii *Notis* excusa sunt Basileæ MDLXXII. & Genevæ MDCIV. Demosthene nihil gravius Græca novit eloquentia. *Orationes* ejus partim sunt forenses, partim deliberativæ: nam demonstrativæ duæ tantum sunt. In Cicerone Platonis & Demosthenis imitatio tam est singularis & exquisita, ut fortasse paucissimorum in hunc diem observatio huc pertingat. Demosthenes insuper, Juris omnis consultissimus, & Civilis, Attici, prudentissimus. Illud indictum transmitti non debet, quod in Civili Jure tractando ad fontes ejus ascendit, & insignem legibus auctoritatem conciliat, si natura eas dictasse, ratio invenisse, gentium consensio explicasse videatur. Cujus philosophiæ specimen etiam Cicero, tum alibi, tum in *Miloniana*, per manifestam imitationem Demosthenis, dedit.

Ex horum Oratorum scriptis non antiqui tantum Jurisconsulti Romani profecerunt plurimum, sed post instauratas literas Budæus præsertim, & alii, suos fundos irrigarunt. Hodie pæne ipsa nomina ignorantur. Tantum invisa quondam barbaries amatur.

Venimus ad ARISTOTELEM Stagiritam, sectæ Peripateticæ principem: cujus ingenium & in tradenda philosophia disciplinam merito totus orbis admiratur. Singillatim sæpissime editi sunt ejus libri. Conjunctim Græce ex Aldi officina Venetiis MCCCCXCV. Græce cum *præfatione* Erasmi, Basileæ MDL. cum *Commentariis* Averrois Græce & Latine tomis undecim Venetiis MDLX. Omnia Opera Græce & Latine cum *præfatione & castigatione* If. Casauboni Lugduni, MDXC. iterata hoc sæculo editione. Græcos Aristotelis *Interpretes* veteres recenset peculiari *catalogo*, ut & Platonis Interpretes, Labbæus. Extat & in editione Lugdunensi Index *autorum, qui suis laboribus & lucubrationibus Aristotelis libros ac philosophiam conati sunt illustrare*, opera Paschalis Galli Pictonis. *De varia fortuna Aristotelis* in Academia Parisiensi, elegantem libellum scripsit, Joannes Launoy. *Paradoxicæ exercitationes* Gassendi *adversus Aristoteleos*, licet non per omnia serio agant, legi ad judicium informandum, ne plus ultra aut citra eatur, merentur. Ad παιδείαν de Aristotelicis Operibus capessendam, profuerit legere *Dissertationem* Danielis Heinsii, *in librum de Mundo*, qui vulgo tribuitur Aristoteli. In *Physicis*, quin merito emendaverint multa, qui cum naturali philosophia ex-

perimenta mathematica conjunxerunt, negari nequit. In *Practicis*, Ethica quidem Nicomachica concinni perfectique operis laudem merentur: non, si demonstrationum accuratiores rationes quis desideret, sed ad popularem loquendi sentiendique consuetudinem, omnia referendo, cui congruere existimavit debere hoc doctrinæ genus. In *Politicis*, eandem totius constructi operis disciplinam quæsiverunt multi; parum utiliter. Quæsiverunt enim, quod auctor hic quæri noluerat. Fragmenta sunt scilicet, non contexti operis specimina. Quo pertinent Conringii *Isagogica*. Illud quoque per cecidit incommode, quod pro perfectis definitionibus arripuerunt Aristotelei, & anxie explicarunt, quas pro talibus nec tradidit Aristoteles, nec si tradidisset, defendi deberet. E. g. in quacunque Republica non referuntur omnia ad salutem & felicitatem parentium, illa est vitiosa aut tyrannica. Hoc Aristotelicum carmen jactant, quod ad perturbandam gentium quietem pertinet. Talia insunt plura: quamquam ex hoc solo tota prava Politica condi potest.

In successione Philosophorum, ut Græci loquuntur, Aristotelem excipit THEOPHRASTUS. Cujus *de Scriptis* elegantem libellum emisit Joannes Meursius. Quæ autem extant, sæpius per partes seorsum edita sunt: præsertim fragmentum *Characterum Ethicorum*, Casauboni potissimum opera illustratum: conjunctim Græce tantum, cum præfatione Joachimi Camerarii Basileæ MDXXXIV. Græce & Latine, Interpretibus Daniele Furlano & Adriano Turnebo Hanoviæ MDXLIII. Et ex recensione Dan. Heinsii MDCXIII. Magnus scriptor, & in venusta eloquentiæ forma minime ostentator. Librum ejus *de Plantis* memorabili *Commentario* percoluit Julius Cæsar Scaliger. Cui Clusius addendus est.

EUCLIDES non Megarensis, ut vulgo appellatur, sed Ægyptius, Geometra & Mathematicus perfectissimus, in hunc diem celebratur. Seorsum, & per partes, quæ supersunt, sæpius Latine sunt edita. Græce cum *Scholiis* Procli Diadochi, Basileæ MDLIII. etiam ante MDXXXIII cum *Commentariis* Theonis & Procli. Tum MDXXXVII. *Elementa* cum *Commentariis* Campani Venetiis MCCCCLXXXII. splendide prodierunt. Sequitur Dasypodii Græco-Latina editio MDLXIV. *Isagoge Harmonica*, nomine Cleonidæ pridem nota, Euclidi restituta, tum ab aliis ante, tum MDCLII. a Marco Meibomio inter *Scriptores Musicos*. Notitiam viri tradidit Ger. Jo. Vossius *de Scientiis Mathematicis* cap. XV.

SIMMIÆ RHODII, *Securim*, *Ovum*, *Alas*, *Aram*, *Syringem*, nescio an genuina scripta credam. Sæpius edita sunt. In ea Salmasius *Commentarium* edidit pridem divenditum, hactenus non recusum. Solent etiam Theocrito subjungi, quod & hujus esse putentur. Ludicrum hoc genus poetandi esse, nemo abnuat.

SÆCULO ANTE CHRISTUM NATUM TERTIO.

DEMETRII PHALEREI Theophrasti auditoris eloquentia, molli quadam dulcedine effloruit. Aureum ejus libellum *de elocutione* (περὶ ἑρμηνείας) superiore sæculo in Italia primus edidit Petrus Victorius circa ann. MDLIV. in Germania Caselius anno MDLXXXIV. Græce: anno MDLXXXV. eandem doctrinam elegantissimo libello explicavit, cui titulum fecit, *Phalerem*, sive *de elocutione* liber. Dicit quidem Caselius in *præfatione ad Wernerum Beor. ipse primus in Germania hunc libellum edo*: sed editus cum aliis opusculis erat Basileæ MDLVII. Græce & Latine.

De ANTIGONI CARYSTII *Scriptis Historicis* nihil ad nos pervenit, præter *παραδόξων ἱστοριῶν συναγωγὴν*, sive *collectanea mirabilium historiarum*, edita Græce & Latine Basileæ MDLXVIII. cum *Notis* Jo. Meursii, Lugduni Batavorum.

Quæ MEGASTHENIS, (qui male Metasthenes vulgo appellatur) BEROSI, MANETHONIS, nominibus Latine circunferuntur, putida Annii Viterbiensis commenta esse, eruditis notum & demonstratum est. Et facile colligitur, ex fragmentis horum scriptorum valde nobilibus apud Eusebium, in *Preparatione Evangelica*, Josephum, Strabonem, & alios.

Venitur ad THEOCRITUM Syracusanum, *Idylliorum* Scriptorem, cui & *Epigrammata* quædam, aliaque tribuuntur. Editio præstantissima est Danielis Heinsii Græco-Lat. *cum Scholiis*. Ex Typographio Commeliano MDXCVI. prodiit una cum Moscho, Bione, Simmia, Græc. Lat. valde emendate. Cæterum *Bucolica Poesis* habet aliquid secretioris disciplinæ, tum in genere eloquendi, tum in figuris argumenti ad res altiores pertinentibus. Absque qua intelligentia, ineptiæ videbuntur viris gravibus & seriis.

CALLIMACHUM, *Hymnorum* & *Epigrammatum* Scriptorem, cum *Scholiis Græcis* veteribus, & versionibus Frischlini, hujusque & suis *Notis* edidit Henricus Stephanus anno MDLXXVII. Græce, Basileæ MDLVII. & Parisiis anno MDLXVI. prodierat. Theologiæ Ethnicæ fabularumque studiosis ingens parata materies.

ARATUS SOLENSIS inter Poetas Græcos in splendida Stephanica editione supra laudata comparet Græce. Ejus *φαινόμενα καὶ διοσημεῖα*, cum *Scholiis* Theonis, & Leontii mechanici *de Sphæra Aratea*, Parif. MDLIX. Græce & Latine, cum scriptoribus affinis argumenti Basileæ MDXXXV. cum *Notis* Grotii, Lugduni Batav. MDC. Ex officina Sanct. Andreana MDLXXXIX. Apud Astronomos maximæ auctoritatis & olim & hodie fuit. Vid. G. J. Voss. *de Scientiis Mathem.* cap. XXXII.

ARCHIMEDIS quæ supersunt, *de Sphæra & Cylindro*, *de dimensione circuli*, *de conoidibus & sphæroidibus*, *de lineis spiralibus*, *de planorum æqueponderantium inventis vel centris gravitatis planorum*, *de arenæ numero*, *de quadratura parabolæ*. Græce & Latine primus in Germania Hervagius excudi fecit Basileæ MDXLIV. una cum Eutocii Ascalonitæ *Commentariis Græcis* Latinitate donatis, in primum & secundum Archimedis *de sphæra & cylindro*, *in circuli dimensionem*, *in primum & secundum æqueponderantium*: cum *Commentariis* Federici Commandini prodierunt Venetiis Opera Archimedis MDLVIII. Scriptoris præstantiam consignat etiam Vossius *de Scientiis Mathemat.* c. XVI. §. 2.

APOLLONIUS RHODIUS *Argonautica* reliquit libris quatuor, edidit cum *Scholiis Græcis* vetustis, quæ palmam inter alia omnia in alios Poetas scripta obtinere existimantur, Henricus Stephanus an. MDLXXIV. absque Latina versione. Et jam ante cum iisdem *Scholiis* Græce editus erat Florentiæ MCCCCXCVI. ita ut textus totus literis majusculis exhiberetur. Quæ editio inter ornamenta Bibliothecarum custoditur. Græce Latine Lugduni Batavorum prodiit per Holtzlinum. Quam præclarus sit Poeta, duo potissimum argumenta ostendunt: primum, quod sæpius Virgilio summo Poetæ ad imitationem placuit; deinde quod imitator ejus Valerius Flaccus, in eadem *πραγματείᾳ* infra exempli, quod sibi proposuit, modulum valde relinquitur. Politicus de cætero Poeta: quales Epicos omnes esse decet. Carmine redditus Latine cum *annotat.* Valent. Rotmari, Basileæ MDLXXII. 8.

SÆ-

SÆCULO ANTE NATUM CHRISTUM SECUNDO

Occurrit HIPPARCHUS celebris Astronomus: cujus *in Arati Eudoxi phænomena* libros tredecim & librum *asterismorum*, edidit Gr. & Lat. Florentiæ MDLXVII. Petrus Victorius. Denique Dionysius Petavius, tomo tertio *Doctrinæ Temporum*.

Ante Polybium vixisse ÆNEAM Tacticum, vel ex eo constat, quod a Polybio laudatur. If. Casaubonus cum versione & *Notis* suis edidit, & Polybio subjunxit.

POLYBIUM abunde laudavit Casaubonus in *præfatione* splendidæ editionis Gr. Lat. MDCIX quæ cum diu desiderata esset, nuper in Belgio, sed forma minore, una cum *Excerptis* Peiresianis ad Polybium spectantibus & *Notis Variorum* prodiit cura Jacobi Gronovii. Priores v. libri cum interpretatione Perotti prodierant Hagenoæ anno MDXXX. Iterum hi quinque cum ejusdem Perotti versione, & cæterorum superstitum interpretatione Wolfg. Musculi, Basileæ MDXLIX. Xylander Germanice vertit, impress. Basileæ MDLXXIV. Castra Polybiana erudito *Commentario*. illustravit Hermannus Schelius MDCLX.

Sequitur M. ACCIUS PLAUTUS, nobilis Comicus, cujus *Comœdiæ* superstites sæpius vulgatæ sunt. Et quidem Basileæ cum *Notis Variorum* MDLXVIII. Vicit aliorum industriam Taubmannus sua editione Wittebergensi MDCV. sed & Dousa, & Lernutius, aliique Viri docti plurimi bene de hoc Scriptore meriti sunt. Quin præstantissimus Latinitatis auctor sit, dubium non est. Ineptiunt tamen, qui archaismos ejus obsoletos imitando ubique inculcant: tum etiam qui ῥήσεις jocosas, ridiculas, certis tantum personis, præsertim vilibus, convenientes, aut de industria ad insolentiam τοῦ ἤθους notandam affectatas, sine discrimine, rebus seriis, gravibus, tum personis, meliori charactere noscendis accommodant. Ante omnia autem, institutum poeseos Comicæ & tota ratio τοῦ κωμῳδεῖν, ignorari non debet ab eo, qui cum fructu Plautum lecturus sit. Horatius pleraque complectitur in *Arte poetica*. Addatur *Dissertatio* Danielis Heinsii, *ad judicium Horatii de Plauto*, præmissa Terentio.

TERENTIUS enim omnis comicæ laudis magister & exemplum est. Cujus VI. tantum supersunt *fabulæ*. In quem Donati extant, interdum exquisitæ, *Notæ*; & Eugraphii, non æque magni momenti, *animadversiones*. Optima editio Lindenbrogii in 4. Tum Gabrielis Faerni, Antonii Mureti, & Georgii Fabricii in 8. P. Antesignani Rapistagnensis Triplex *Commentatio*, tribus voluminibus sive exemplis MDLX. Lugduni impressa, usque ad minutias curiosa est. Præmittitur *Catalogus Interpretum*, qui in Terentium commentati sunt. De Terentio alibi multa diximus, & præsertim Constitutionem singularum fabularum, ad priscas Aristotelis & aliorum leges explicavimus. Cicero sæpissime & varie imitatur Terentium: & in junioribus, simplicius idem facit Arnoldus Feronus, qui Pauli Æmilii historiam Gallicam scribendo excepit.

NICANDRI, Medici & Poetæ, *Theriaca*, & *Alexipharmaca*, in sæpius laudata Stephanica editione, & ad formæ magnitudinem, typorumque nitorem exacta, comparent. *Theriaca* in Latinum carmen redacta prodierunt Antuerpiæ MDLXXI. *Alexipharmaca*, Joanne Gorræo interprete, Paris. MDXLIX.

APOLLODORI *Bibliothecam*, Historicæ πραγματείας esse, Scaliger, & post hunc alii agnoverunt. Ad notitiam Viri omnino legatur G. J. Vossius *de Historicis Græcis*, lib. I. c. XXI. Quamvis alia in controversiam vocavit Tanaquillus Faber in novissima Apollodori Græco-Latina editione cum *Notis suis*, Salmurii MDCLXI. Prodierat & ante Græco-Latina editio ex officina Commeliniana MDXCIX. & Antuerpiæ MDLXV. Necessarius liber ad Theologiam Ethnicam & historiam, sed fructum ex eo petendum paucissimi vel videre, vel percepere.

C LUCILII Satyrographorum principis reliquias Franciscus Jani F. Dousa cum *Notis suis* edidit Lugduni-Batav. MDXCVII. Sed de Satyrico quidem instituto alibi rectius dicetur. Ista, Latias antiquitates evolvere cupientibus forte aptiora sunt, quam negotia & rerum actum intuentibus.

SÆCULO ANTE CHRISTUM NATUM PRIMO.

THEODOSIUS TRIPOLITES insignis mathematicus floruit, cujus quæ supersunt, SPHÆRICA, cum *Commentariis* Clavii, Romæ MDLXXXV & MDLXXXVI. hæc & cætera, Gr. & Lat. per Dasypodium Argentinæ prodierunt MDLXXII.

LUCRETIUS Carus in Poetis Latinis ingenio & eruditione magnus, philosophiam naturalem; ex mente Epicuri, scribendo illustravit plurimum: ita ut etiam hodie inter Scriptores publice enarrandos Professori Physico, legibus & statutis Academiæ Argentoratensis commendetur. *Commentarius* in hunc Poetam nobilissimus est Petri Gassendi Philosophiæ *Epicureæ pars physica*. Pulchellas in eum *Notas* cum textu a se recensito nuper edidit Salmurii Tanaquillus Faber. In cæteris editionibus, Gifanii, cum *collectaneis* Antuerpiæ MDLXVI. præcellit. Archaismis detractis inter præcipuos Latinitatis auctores numerandus est, quod vel ex frequenti Virgilii imitatione apparet.

Perventum est ad M. TULLIUM CICERONEM, Romanæ eloquentiæ principem. Cujus scriptis nihil purius, copiosius, prudentius. De stilo non satis accurate judicant, qui in *Epistolis*, tenue, in *Philosophicis* mediocre, in *Orationibus* sublime seu grande dicendi genus agnoscunt. In *Epistolis* enim paucæ tenui charactere æstimari possunt: multæ supra mediocritatem ascendunt, & sublimes incedunt. *Orationibus* omnibus quin grandis stilus conveniat, vix est dubitabile. *Philosophica* & *Oratoria* mediocritate quadam commendari, id vero jam certius. In Ethicis potest ad Aristotelis rationem reduci, quando in libris *de Finibus*, (nam *Academicarum quæstionum* pauca fragmenta restant) felicitatem civilem inquirit; in *Tusculanis quæstionibus* hominis facultates affectusque considerat; in *Officiis*, virtutis & honestatis præcepta ad usum communis vitæ in republica transfert. Opus *de Republica*, & cum eo præstantissima *Politice* periit: quam si haberemus, non esset interpres Platonis potior in hoc genere. *Physica*, in libris *de Natura Deorum*, & *de Divinatione*, & in *somnio Scipionis* luculente attigit. *Orationes* suas, in senatorias & forenses ipse divisit: utrobique perfectissimus sui exempli auctor. *Epistolæ ad Q. fratrem* habent specimen totius opusculi de *regenda republica*. *Epistolæ* reliquæ verum thesaurum rerum civilium continent: sed vix aspectabilem iis, qui vel historiæ vel experientiæ lumine non illuminantur. Opera singillatim varie, & cum diversi generis *Commentationibus* edita sunt. Conjunctim duobus

tomis Lutetiæ MDLXVI. Eodem anno tomis IV. edidit Dionyſius Lambinus, cujus tamen in corrigendo & mutando audacia probari nequit. Et cum *Commentariis* Pauli & Aldi Manutiorum Venetiis MDXCI. Lugduni IV. tomis MDLXXXVIII. Baſileæ itidem IV. tomis MDXL. Non fuit hactenus editio, quæ præferretur Jani Guilelmii & Jani Gruteri editioni Hamburgenſi MDCXVIII in forma majore. A doctiſſimo Grævio mox expectamus luculentam editionem. Freigii *in Orationes Ciceronis* futiles *Notæ* ubique fere in ſcholas receptæ, de ignorantia ſæculi teſtantur.

C. VALERIUS CATULLUS ingenio & Latinitate præſtat. Argumentum illi unum, Venus, etiam infanda. Quare ſolet plerumque cum TIBULLO & PROPERTIO (qui Amorum Triumviri vulgo audiunt) edi. His tamen plus pudoris quam illi ſupereſt. Forte de his & ſimilibus rectum eſt Grotii judicium in *Sylva* ad Franciſcum Aug. Thuanum adoleſcentem:

Aſt alios, quorum citharas exercet inertes
Mollis amor, ſeponis adhuc, dum juſtior ætas
Permittat caſtos thalami ſub legibus ignes.

Extat etiam editio Francofurti MDCXXI. in 8. cum *Notis Variorum* curante Jano Gebhardo. Index laborioſe, ſed parum erudite confectus. Venetiis MD. itidem cum *Notis Variorum* prodierant. Et cum inſignioribus Joſephi Scaligeri Lutetiæ MDLXXVII.

Hujus ſæculi ſunt etiam illuſtres Hiſtorici C. JULIUS CÆSAR, cujus optima editio Jungermanni in 4. cum *Notis Variorum*. De quo ſatis alibi dictum.

C. SALLUSTIUS CRISPUS, quem cum *Notis Variorum* Gruterus edidit: ita Baſileæ antea majore forma editus erat. In ſtilo archaiſmorum nimis ſtudioſus eſt: in argumento nimis Philoſophus, ut nonnulli exiſtimant. Recta tamen eſt & gravis ejus philoſophia.

De DIONYSII HALICARNASSENSIS *Hiſtoria Romana* ſuperſunt libri tantum XI. uſque ad ſublatum Romæ Decemviratum. Altera pars operum ejus continet Rhetorica & Critica. Optima Editio Græco-Latina eſt Wecheliorum Francofurti MDLXXXVI. in fol.

DIODORUS SICULUS ante hunc debebat laudari. Optima Editio Græco-Latina ſtudio Laurentii Rhodomanni Hanoviæ typis Wechelianis MDCIV. Quædam hujus Scriptoris in *Excerptis* Peireſianis.

NICOLAI quoque DAMASCENI quædam in iiſdem *Excerptis* ſuperſunt.

MEMNONIS *Hiſtoriam rerum Heraclienſium* in epitomen redegit Photius *Codice* CCXXIV.

M. VITRUVIUS POLLIO *de Architectura* libros X. *ad Auguſtum* ſcripſit: qui adhuc hodie præſtantiſſimus in arte ſua habetur, omniumque gentium linguis celebratur. Editus eſt cum *Notis* Guilielmi Philandri Caſtilionii Argemonti MDL. in 4. Plura addidit Jo. de Laet ſuæ Editioni Chriſtianæ Reginæ dedicatæ Lugdun. Batav. in fol.

VARRONIS quæ ſuperſunt, Joſephus Scaliger præſertim ſuis *Animadverſionibus* excoluit.

P. VIRGILIUS MARO excellentiſſimis operibus *Bucolicorum*, *Georgicorum*, *Æneidos*, inclaruit ad perfectiſſimi ipſique Homero, Heſiodo, Theocrito in iis quæ imitatus eſt, æquandi ſi non præferendi Poetæ laudem. Sæpius editus cum *Notis Variorum*. Servii veteris Scholiaſtæ *Notas* ex Petri Danielis optima editione cum textu habemus. Taubmanni editio diligentiſſima eſt. Ex veteribus ad Servium jam nominatum Donatus in Veneta aliiſque editionibus acceſſit. Macrobius in *Saturnalibus* de imitatione Virgilii Homerica operoſus eſt. In junioribus Jul. Cæſ. Scaliger libros *Poetices* ſuæ pleramque partem ex Virgilio concinnavit, quem totum perdidicerat. Ludovici de Cerda ingentes ſunt *Commentarii* continentes digna atque indigna relatu. Erythræi Index non eſt ſpernendus, licet nimis μικρολόγως diligens.

P. OVIDIUS NASO Latinæ elegantiæ copiæ & Latinitatis inter Poetas exemplum eſt. Editiones plurimæ: de emaculando textu feliciter ſollicitus fuit Nicolaus Heinſius, noviſſima editione. *Metamorphoſes* magnum hiſtoriæ argumentum fabularum involucro docent. Ut & *Faſtorum* libri. Quos integravit ad numerum menſium Cl. Barthol. Moriſotus. Non ſine periculo nominis ſui, quod cum tanto Poeta comparari voluit. Solutæ quoque eloquentiæ amatoribus aptiſſimus Poeta. Et ſane plurima ejus carmina, detractis numeris ad venuſtæ eloquentiæ formam collocari poſſunt.

De TIBULLO ET PROPERTIO occaſione Catulli dictum eſt.

C. JULIUS HYGINUS a nonnullis pro liberto Auguſti habetur; quanquam alii ad ſerius tempus referunt. Inter *Auctores Finium regundorum* editus a Rigaltio Lutetiæ MDCXIV. Caſtra ejus edidit Hermannus Schelius cum caſtris Polybianis.

De P. SYRO MIMOGRAPHO, cujus verſus acumine & pondere ſententiarum plenam auctoritatem obtinent, Joſephus Scaliger, & nuper Tanaquillus Faber, bene meriti ſunt.

Virgilio comitem dare debuimus HORATIUM FLACCUM, inter primos Latinitatis auctores habendum, poetam ingenio & arte maximum. Editus eſt ſæpius cum *Notis Variorum*, etiam Venetiis MDXX. Baſileæ MDLV. Antuerpiæ MDLXXVII. Daniel Heinſius diligenter recenſuit in 8. & 12. adjectis eruditis *Notulis* & duobus libris *de Satyra Horatiana*, qui omnino propædiæ cauſa legi debent.

Supra ante Vitruvium poni etiam debuerunt T. LIVIUS Patavinus, & Trogus Pompejus. Et Livii quidem quæ ſuperſunt, emaculatiſſima dedit altera jam editione Jo. Frid. Gronovius, ſupplevit Freinshemius libros amiſſos egregio opere. Etiam hic in optimis Latinitatis auctoribus illuſtre nomen tuetur. Polyarchici mixtique regiminis bona malaque non aliunde certius petas.

TROGI POMPEII ſtilo utitur Epitomator Juſtinus: in quo edendo felix fuit diligentia Bongarſii & Berneggeri, Grævii quoque politulæ *Notæ* nuper acceſſerunt.

SÆCULO POST NATUM CHRISTUM PRIMO.

Ante omnia ſe nobis offerunt ſanctiſſima NOVI FOEDERIS VOLUMINA. Et *Epiſtolas* quidem *Chriſti ad Abgarum*, hujus ad illum, apud Euſeb. *Hiſtor. Eccl.* I. XIII. genuinas non eſſe, Cardinalis Bellarminus agnoſcit, *De Script. Eccleſiaſt.* Circumferuntur & alia quaſi hoc ſæculo ſcripta, nec recepta pro genuinis, partim & rejecta. De quibus Bellarminus & alii videndi. In libro autem *Novi Teſtamenti* præ omnibus libris venerabili & ſalutari occurrunt primo

Evangelistæ; deinde *Actus Apostolici*, tum XIV. *Epistolæ Paulinæ*; inde *Epistolæ Catholicæ*, denique *Apocalypsis Johannis*. Primus Evangelium scripsit *Matthæus* ab initio quidem *Hebraice*, sed ut mox converteretur *Græce* ab Apostolo aut Apostolico Viro: quare textus Græcus pro authentico semper habitus, Hebræo inter manus hæreticorum corrupto & interpolato. Evangelium Matthæi in *Codice MSC.* venerandæ antiquitatis ita præscribitur:

Inter Apostolicos Domini numeratus amicos
Hic est, qui primo sanctoque charismate plenus,
Clara salutiferi scripsit miracula Christi,
Ipsius & sacris junxit pia dogmata factis,
Dignus Evangelista DEI cognomine Levi
Matthæus, ostendens verum hunc hominemque Deumque.

Marcum Latine primo scripsisse non credimus, contra Hieronymum & alios Patres, qui Græce hunc suum Evangelium scripsisse tradunt.

Tertius Evangelista Lucas est, de quo *Codex MSC.* modo laudatus præfatur:

Ecclesiæ lampas sacer hic est nomine Lucas,
Qui Vir Apostolicus divino flamine plenus
Hoc Evangelium Domino tribuente sacratum
Scripsit, & in totum sparsit latissime mundum,
Ipse sequens sanctum per plurima vincula Paulum,
Bithyniæque docens, migravit ad ardua cœli.

Actus Apostolicos Lucas scripsit. *Epistolarum Paulinarum* quando quæque scripta sit, tum Theodoretus aliique Veterum, tum Baronius & alii requisivere. Ut & de tempore *Apocalypseos* scriptæ diligenter requisitum est.

Hujus sæculi sunt celebres illi duo Judæi Hellenistæ, ut vulgo vocantur, PHILO ALEXANDRINUS ET JOSEPHUS. PHILO eloquentiæ Platonis æmulus, Philosophus practicus exquisitæ doctrinæ, recti judicii, quotiens allegoriis non immergitur. Ea enim philosophia intemperantius & audacius utitur. Inter editiones præstat Parisiensis Græco-Latina MDCXL. in fol. JOSEPHUS censorem habet doctum & perpetuum Jacobum Salianum in *Annalibus Ecclesiasticis*. Editio Genevensis Sigismundi Gelenii hactenus in usu fuit. Expectatur jam pluribus annis Bosiana: in Anglia novam editionem ajunt sub prælo esse.

JUSTI TIBERIENSIS *Historica*, Photii potissimum indicio noscuntur *Cod.* XXXV.

Medici hujus sæculi, Græci, Trallianus, Aretæus Cappadox, Latini, Scribonius Largus, Cornelius Celsus continentur in opere Henrici Stephani MDLXVII. cui titulus est, *Medicæ artis Principes post Hippocratem & Galenum*, 2. vo-

SCRIBONIUM cum eruditis *Notis* edidit Jo. Rhodius.

ARETÆUM Græc. Lat. Augustæ edidit Henischius MDCIII.

EPICTETI *Enchiridion*, Stoicismi summa, sæpius editum est, cum versione Politiani, Argentorati MDXX. & cum *dissertationibus* Arriani *in Epictetum*, eodem Interprete, edente Luca Holstenio, Cantabrigiæ MDCLV. in 8.

AUCTOREM PERIPLI vulgo Arriano tributi *Commentariis* illustravit Guil. Stuckius Gr. Lat. fol. Basileæ MDXXXIII.

VELLEJUM PATERCULUM cum *Notis* edidit Lips. in fol. Antuerp. Gebhardus in 12. Ger. Vossius in 12.

Q. ASCONIUS PEDIANUS doctissimarum in *Orationes* quasdam *Ciceronis Notarum* autor sæpissime impressus 8. etiam Lugd. Batav. 12.

L. ANNÆUS SENECA Philosophus & M. SENECA Rhetor editi cum *Notis Variorum* in fol. Paris. MDCXIII. bis Lugd. Batav. in 12. a Gronovio. In M. Rhetore multa eloquentiæ mysteria: multa etiam juris reconditi specimina. Annæi in Philosophia parænetica magna vis.

De Q. CURTIO Raderus, & Freinshemius bene meriti, repetita nuper editione in 4. Argentorati.

PLINII SECUNDI *Historia Naturalis* olim a Delechampio, nuper a Gronovio eruditis *Notis* illustrata est, omnis eruditionis penu in hoc Scriptore.

SENECA TRAGICUS (quamvis non idem tragœdiarum scriptor) novissime Lugduni editus cum *Notis Variorum*.

In SOLINUM extat vastum opus *Exercitationum Plinianarum* Salmasii in fol. 2. tom.

S. JULIUS FRONTINUS, cum Vegetio editus a Stewechio & Scriverio, partim etiam in *Auctoribus finium regundorum* a Rigaltio.

LUCANI *Pharsalia* Grotio multum debet, in 8. Poeta acutus & πολιτικός.

L. ANNÆUS FLORUS, Freinshemio multum debet.

DIONYSIUS ALEXANDRINUS, Periegetes Græce cum *Commentario* Eustathii editus a Rob. Steph. MDXLVII. Gr. Lat. Basileæ MDLVI.

STRABONIS γεωγραφικῶν optima est editio Is. Casauboni secunda Paris. MDCXX. Gr. Lat. Multa historiæ reconditæ insunt, elegans & politicum hujus viri judicium in omnibus.

PHÆDRI *Fabulæ* sæpius editæ: etiam in Freinshemii posthumis, tum a Tanaquillo Fabro. Libellus nunc in omnium adolescentum manibus versatur.

PERSIUM Satyricum cum *Veteri Scholiaste* Parisiis edidit Britannus in 4. Etiam Casaubonus in 8. cum libro *de Satyra*.

POMPONIUM MELAM Is. Voss. cum *Notis* edidit in 4. Hagæ MDCLVIII.

PETRONIUM ARBITRUM edidit Officina Wecheliana cum *Notis Variorum*, Francofurti MDCXXI. in 8. Nuper (MDCLXIII.) fragmento sive figmento Italus quidam lepide os sublevit eruditis in hanc messem involantibus. Neronis scelera nimis aperte describuntur, etiam τὰ ἄρρητα, Jo. Petri Lotichii vasti *Commentarii* multa habent περίεργα.

SILIUS ITALICUS a Daniele Heinsio adolescente cum *Notis* editus.

SÆCULO III. POST CHRISTUM NATUM SECUNDO.

C. PLINII *Epistolæ* a Cataneo, & Buchnero, *Panegyricus* a Lipsio, Grutero, cum *Notis Variorum*, &c. editus est. Hic summam politices sive specimen boni Principatus continet: *Epistolæ* juridica & civili disciplina abundant.

RUFUS EPHESIUS inter Medicos veteres a Stephano editus, ut supra.

GALENI, qui cum Hippocrate, Medicorum princeps celebratur, Opera V. tomis Græce Basileæ sunt edita MDXXXVIII. Latine Venetiis MDCXXV. in 7. classes distincta. Artis philosophicæ & eruditionis penu haberi debent, etiam in rebus non medicis. Pædiæ causa legatur *Elogium Galeni* a Labbæo concinnatum.

PALLADIUS cum aliis Scriptoribus *de Re Rustica* sæpius editus est: tum Venetiis MDXXXVIII. & Paris. MDXLIII.

A MAXIMUS TYRIUS philosophus Platonicus, reliquit *dissertationes morales*, quas Gr. Lat. edidit Dan. Heinsius Lugd. Batav. MDCXXIV.

M. ANTONINI Imp. libri *de seipso & ad seipsum* Gr. Lat. Basileæ MDV. Merici Casauboni, in Angl. 12. Gatackeri *cum Notis* in 4. Londini.

SEXTUS EMPIRICUS scriptor doctissimus & philosophiæ veteri ejusque sectis noscendis apprime necessarius. Henricus Stephanus Latine vertit, & Notas adjecit, Paris & Antuerp. edit. Nobilior editio Genev. Gr. Lat. fol. MDCXXI.

APULEJUS PLATONICUS, a Geverhardo Elmenhorstio cum *Notis & Indice* editus. *In Apologiam* Scipio Gentilis amplissimum *Commentarium* scripsit: *Metamorphosin* Joannes Pricæus MDCL. notis illustravit. In hoc scriptore plus antiquæ Latinitatis, & reconditæ philosophiæ reperitur, quam vulgo cognitum est: quia enim stilus ejus, tumorem aliquem præfert & affectationem, negligitur plerumque. Sed, ut dixi, profunda eruditio subest.

B

PLUTARCHI CHÆRONENSIS Opera partim sunt Historica, vitæ scilicet ejus comparatæ; partim moralia & politica. Floridus est scriptor: cujus imitatio in omnibus linguis decere potest: Gallis tamen præcipue adamata. Philosophus quoque eximius est: ita ut non parum philosophiæ veteris inde peti possit ac debeat. Editio præstantissima Wechel. Græc. Lat. 2. voluminibus Francof. MDXC.

C

STATIUS PAPINIUS Paris. cum *Not.* Crucei in 4. Gronovii *Diatribæ in Statium*. Editio Bernartii in 8 Poeta facundus, acutis sententiis. Sed Maronis ingenium & artem, quæ imitatur, non assequitur.

JUVENALIS Poeta Satyricus, facundia & philosophandi studio satyricum institutum excedit. Edit cum *veteri Scholiaste* Paris. MDCIII.

D MARTIALIS *Epigrammatum* scriptor doctus, plerumque & argutus: nec tamen omnia ejus epigrammata acumen habent. Edit. Paris. in 4. cum *notis Variorum* MDCI. Matthæus non improbando instituto obscœna omisit Edit. Ingolstad. MDCII.

TERENTIANUS MAURUS in *Grammaticis vett.* Eliæ Putschii in 4.

FABIUS QUINTILIANUS Paris. cum præf. P. Gallandii fol. Parei cum declamationibus novissime inventis 8. subtiliter artem rhetoricam tradidit, quem qui non legit, nec intelligere nec docere Veteres potest.

E PHILOSTRATI Opera Gr. Lat. Paris. ed. a Fed. Morello fol. MDCVIII. Non est unus auctor. V. Voss. *de Hist. Gr.* sed omnia scripta sunt erudita nec infacunda.

DIO PRUSÆENSIS CHRYSOSTOMUS Gr. Lat. a Casaub. edit. Paris. in fol. orator civilis, pressus, castigatus, Grotio adamatus.

POLEMONIS pauca quædam, cum Himerii Sophistæ Excerptis edidit Henricus Stephanus Græc. MDLXVII 4.

ZENOBII ET DIOGENIANI *Proverbia* Gr. Lat de Excerptis edita Lugd. Batav. in 4.

F VALERII PROBI liber editus inter *veteres Grammaticos* Dionys. Gothofr. & seorsum ab Ernstio in 4.

AULI GELLII, non Agellii, *Noctes Atticæ* ab Henrico Stephano, & aliis sæpius editæ, etiam Lugd. Batav. cum *notis Varior.* in 8. singularis thesaurus antiquæ eloquentiæ & philosophiæ, sed paucis perspectus, latet in hoc scriptore, ne quem præjudicio decipiat Lipsii iniquior censura in *præloq. Senecæ*.

APOLLONII DYSCOLI Grammat. *de Syntaxi Græc.* edit. ex officina Wechel. Francofurt. MDXC.

LUCIANI Opera Gr. Lat. Basil. 4. tomis MDLXVIII. Lugdun. MDXLIX. multa eloquentia & varia eruditio inest.

POLYÆNUM Græc. Lat. edit. Casaubon. 12.

ATHENÆUS. Hunc Gr. Lat. & cum *Commentario* edidit Casaubonus in fol. plurimæ eruditionis, & curiosæ annotationis auctor.

ARISTIDES Sophista, tribus tomis editus a Cantero Gr. Lat. in 8. MDCVIII. Multo eloquentiæ præsertim panegyricæ cultu, ad gravitatem autem Isocratis non ascendit.

POLLUX *Onomastici* eruditissimi & incomparabilis auctor. Sæpius editus, in primis Gr. Lat. a Sebero in 4.

Quantum attinet ad Scriptores Ecclesiasticos Sæculi II. post Chr. N. IGNATII Episcopi & Martyris *Epistolæ* editæ sunt sæpius, etiam a Nicolao Vedelio Genevæ, Usserio Armachano in Anglia, Is. Vossio in Belgio: maxima & elegans disputatio περὶ τ γνησιότητος singularum.

POLYCARPI una tantum *ad Philippenses* circumfertur, de qua itidem disputatur.

DIONYSIUS AREOPAGITA non antiquissimus ille, cujus in *Actis Apost.* mentio fit, (id enim hactenus probari non poterat) cætera scriptor nequaquam spernendus, cum grano salis legi debet. Editio Gr. Lat. Paris. in fol. præcellit.

S. QUADRATUS ET S. ARISTIDES *Apologias* scripserunt *pro Christianis* ad Hadrianum tum in *orthodoxographis Patrum* Basileæ, tum alibi editas, in *Bibliothec. Patrum*.

S. JUSTINUS MARTYR ab Henrico Stephano Gr. Lat. & novissime Paris. editus: gravis & pius scriptor, quantavis auctoritate venerandus.

S. ATHENAGORÆ *Apologia* Justini *Scriptis* conjungi solet, in potioribus Editionibus.

IRENÆUS Gr. Lat. Paris.

SÆCULO III. POST CHRISTUM NATUM.

TERTULLIANUS doctissimus Theologus scripturam suam obscuravit phrasibus Jurisconsultorum, quas, qui non intelligit, ubique hærebit. Bona editio Nicolai Rigaltii: ineptissima, quæ sibi titulum fecit *Omniloquium Tertulliani.* Inter Theologos Historicus. Libros ejus cum judicio legendos, quippe erroribus non immunes, etiam Bellarminus monet, *de Scriptoribus Eccles.*

MINUTIUS FELIX ab Elmenhorstio & novissime cum amplissimis *Commentariis* editus.

CLEMENS ALEXANDRINUS in Theologia universali adversus Gentiles gravis scriptor, omnigena eruditione imbutus, a Dan. Heinsio novissime Gr. Lat Paris. editus est.

ORIGENES ADAMANTIUS plurima quidem scripsit: sed quæ supersunt 2. tomis continentur Paris. Gr. Lat. fol. doctissimus vir, sed gravissimos in errores prolapsus.

S. GREGORII THAUMATURGI Opera Gr. Lat. Paris.

CYPRIANI Opera Erasmus magnifica cum *præfatione* edidit.

ARNOBIUS, stilo tumidiore, multa eruditione, contra Ethnicos pro veritate Christianæ religionis scripsit. Editus Antuerpiæ MDLXXXII. in 8. Paris. cum Heraldi *Notis* MDCV. ab Elmenhorstio Hamburgi MDCX.

LACTANTIUS, ex officina Aldi in 8. Basil. in fol. Parif. MDLXIII. & fæpius alibi: facundiffimus fcriptor, & diligenter legendus, tum propter Theologiæ univerfalis difciplinam, tum propter moralia.

ALEXANDRI APHRODISIENSIS pleraque edita funt Florentiæ, Venetiis, Parifiis & alibi. Græce, & feorfum Latine. Vid. Labbæus *de Interpretibus Ariftot.*

PLOTINUS Platonicus, Gr. Lat. Bafil. in fol. MDLXXX.

DIONYSIUS LONGINUS Gr. Bafileæ. Gr. Lat. in Commeliniana officina. Libellus iis omnino de legendus, qui de myfteriis eloquentiæ aliquid guftare cupiunt.

DIO CASSIUS, utiliffimus & diligentiffimus Hiftoricus: Gr. Lat. Henr. Stephanus edidit. Et Wechel. officina in fol.

CENSORINUM, *de Die Natali*, Lindenbrogius cum *Commentar.* edidit in 4.

CURIUS FORTUNATIANUS inter *Rhetores antiquos* Bafil. & Parif. editos reperitur.

CAPITOLINUS, SPARTIANUS, VULCATIUS GALLICANUS, TREBELLIUS, POLLIO, inter *Scriptores Hiftoriæ Auguftæ* editos a Grutero reperiuntur. Etiam a Cafaubono & Salmafio editi funt cum ampliffimis *Commentariis* Parif.

OPPIANUS poeta Græcus, cum *veteri* Scholiafte Gr. & *Notis* Conr. Rittershufii editus Lugdun. Batav. MDXCVII. Gr. Lat. in 8. poeta perdoctus: cujus præfationes fingulorum librorum panegyricis inventionibus aulicifque præcellunt.

AURELIUS OLYMPIUS NEMESIANUS a Barthio *cum Notis* editus & in Jani Ulitii *Cynegeticis*.

Supra in *Scriptoribus Sæculi* II. *poft Chriftum natum* debuit etiam memorari PAUSANIAS, cujus, poft Aldinam editionem Græcam, Græco-Lat Wecheliana præcellit, Hanoviæ MDCXIII. Verum reliquit pofteris omnis antiquitatis Græcæ thefaurum, multa eruditione & diligentia confignatum. Non poffunt eo uti, nifi ferio docti.

SÆCULO IV. POST CHRISTUM NATUM.

In Scriptoribus Ecclefiafticis occurrit EUSEBIUS, cujus *Hiftoria Ecclefiaftica* nuper ab Henrico Valefio memorabilibus *Notis* fuit illuftrata, Parif. Gr. Lat. Præterea fcripfit *Præparationis Evangelicæ* & *Demonftrationis Evangelicæ* nobiliffima Opera, pro veritate Chriftianæ religionis contra Ethnicos. Poft Roberti Stephani Græcam editionem, cum verfione nova Vignierii edita funt Parif. Græc. Lat. Item *Chronicon* a Jofepho Scaligero *animadverfionibus* illuftratum. *Præparatio Evangelica* multa confervavit fragmenta ex vero Sanchuniathone, Berofo, Hecatæo, Artapano & aliis amiffis fcriptoribus.

ATHANASIUS Gr. Lat. Bafil. & hoc fæculo Parif. editus.

EVAGRIUS inter *Hiftoricos Ecclefiafticos* a Robert. Stephan. Parif. Gr. Lat. a Chriftophorfono editus Genevæ.

EPHREMUS Syrus in *Bibliotheca PP.* habetur: ftudiofus eft novarum opinionum.

BASILIUS magnifica eloquentia Græce Parifiis, Gr. Lat. ibid. editus.

CYRILLI Hierofolymitani editio Gr. Lat. Parif. præcellit.

JOANNES CHRYSOSTOMUS profluente eloquentia, fuavis, pius & efficax Homiliaftes; melior quam Exegetes. Græce Opera ejus edita funt in

A Anglia fumtibus Savilii, qui 25000. Rofas nobiles impendit, 8. tomis Gr Lat. Parif.

EPIPHANIUS Gr. Lat. a Dionyf. Petavio editus Parif. præcellit. Antiquitatis Ecclefiafticæ ftudiofis in primis neceffarius fcriptor, doctus & difertus.

GREGORIUS NAZIANZENUS Gr. Bafileæ, Gr. Lat. Parif. 2. tomis editus cum Nicætæ & Billii *Commentariis*.

GREGORIUS NYSSENUS Gr. Lat. Parif.

AMPHILOCHII Opera Gr. Lat. Parif.

PALLADII *Hiftoria Laufiaca Sanctorum* a Meurfio Græc. edita in 4. Gr. Lat. Parif.

B JULIUS FIRMICUS MATERNUS in fol. Bafil. eruditus fcriptor.

LUCIFER CAFARATINUS in *Biblioth. PP.*

HILARII Opera Bafil. edit. ab Erafmo in fol. Etiam Parif.

OPTATUS Afer, Bafil. & Parif.

AMBROSII Opera per Erafmum in fol.

PRUDENTIUS, Poeta fupra fæculum fuum facundus. Editio Weitzii præcellit in 8. Hanoviæ MDCXIII. ex officina Wechel.

PAULINI Opera Parifiis & alibi fæpius edita.

Alia hujus temporis monumenta in *Biblioth. PP.*

C PHILOSTORGII *Epitomen Hiftoriæ Ecclefiafticæ* Gr. Lat. edidit Jac. Gothofred. Genevæ in 4.

Imperatoris JULIANI Opera Gr. Lat. a Dionyfio Petavio edita in 4 Parif.

JAMBLICHI *de Vita Pythagoræ* Gr. Lat. in 4. Arcerii MDXCVIII.

HELIODORI *Æthiopica* Gr. Lat. in 8. ex officina Commeliniana MDXCVI. Scriptor quales *Romanci* vocantur. Potiffima ars in conftituendo fabulæ argumento.

D EUNAPII Sardiani *Vitæ*: Commelin. Gr. Lat. in 8. neceffarius liber ad hiftoriam philofophicam una cum Laertio & Philoftrato.

THEMISTII Opera *in Ariftotelem* edita funt ab Aldo. *Orationes* a Dionyfio Petavio; fed earum *Auguftales* cum *Commentario* a Georgio Remo.

DIOPHANTUS Gr. Lat. Parif. cum *Comment.* Bacheti MDCXXI.

HIMERII quædam ab Henr. Stephano cum Polemone Græce MDLXVII.

LAMPRIDIUS, VOPISCUS, VICTOR, EUTROPIUS, in *Scriptoribus Hiftoriæ Auguftæ* reperiuntur.

E AMMIANUS MARCELLINUS cum *Commentariis* Lindenbrogii. Alia editio Henrici Valefii Parif. MDCXXXVI.

ARISTÆNETI *Epiftolæ* Græc. Lat. amatoriæ Parif.

LIBANII Sophiftæ Opera Gr. Lat. Morelli parif. Scriptor eft doctus, πολιτικός, eloquentiam in promptu habens.

RAZARII *Panegyricus*, inter XII. *Panegyriftas* fæpius editus, a Rigaltio & Grutero.

EUMENII *Orationes* in iifdem.

Ut & MAMERTINUS.

F VEGETIUS cum *Commentariis* Stewechii, Antuerp. MDV.

THEON ALEXANDRINUS Gr. Lat. in 8. a Dan. Heinfio editus.

C. AURELIUS SYMMACHUS cum *Commentar.* Jureti Parif. in 4.

PAPPI ALEXANDRINI VI. libros fuperftites Latine reddidit Federicus Commandinus Urbinas, editos Pifauri MDLXXXVIII. Videantur etiam Merfenni *Cogitata Phyfico-Mathematica*, ubi multa excerpta:

APOLLINARIS Laodicææ in Syria Episcopus *paraphrasin Græcam carminicam Psalmorum* scripsit, satis celebratam, ed. Rob. Steph. Paris. MDLII. Gr. Gr. Lat. Francof. Cum hoc certavit, & omnibus modis eum vicit Dionysius Petavius, edita itidem paraphrasi Græca metrica *Psalmorum* Paris. MDCXXXVIII. in 12.

Βύσιρις. Meminit Poll. *lib.* IX. *cap.* V. & Athen. *lib.* X.

Γᾶ καὶ θάλασσα.Occurrit apud Athen. ter *lib.* III. bis *lib.* VII. semel VIII. bis XIV. Etiam apud Ælianum, *Hist. Anim.* lib. XIII. c. IV.

Δημιοπράται, Poll. *lib.* X. *c.* XXIII. Καὶ λεκίδας δὲ, Ἐπίχαρμος εἴρηκεν ἐν Νιόβης γάμῳ· Λεκίδα, καὶ ἐμβάφια δύο. ἐν δὲ Σκύρωνι, καὶ πηλινολεκίς. ἐν δὲ τοῖς E Δημιοπράταις, λέκος εὑρίσκομεν.

Διόνυσοι. Citat Athen. *lib.* IV.

Δίφιλος Fulgent.ubi de Musis agit,*Myth.l.*1. *Unde & Epicharmus Comicus, in Diphilo comœdia.*

Ἐλπὶς.Poll. *lib.* X. *c.* XXXVI. Ἤδη δὲ καὶ τὴν πρὸς οἰκήσεις ἐπιτήδειον ὕτω λέγυσιν, ὡς ἐν Ἐλπίδι Ἐπιχάρμυ εἴρηται. Athen. *lib.* IV. Ἐπίχαρμος γῦν, ἐν Ἐλπίδι,φησίν. Sed geminus comœdiæ illi titulus erat.

Ἐλπὶς, ἢ πλῦτος. Athen. ita citat, *lib.* VI. Ἐκλαθόμενος, ὅτι Ἐπίχαρμος, ἐν Ἐλπίδι, ἢ πλύτῳ, παρὰ πότον αὐτὸν εἰσήγαγεν.

Ἑορτά. Athen. *lib.* IV. Οὐκ ἐπιστάμενος, ὅτι κόγχος μνήμης τετύχηκεν παρ' Ἐπιχάρμῳ, ἐν τᾷ Ἑορτᾷ. F

Ἐπινίκιος. Hephæstion, in *Enchiridio*: Καὶ πρὸ Κρατίνυ παρ' Ἐπιχάρμῳ, ὃς καὶ ὅλα δύο δράματα τύτῳ τῷ μέτρῳ γέγραφε, τύς τε Χορεύοντας καὶ τὸν Ἐπινίκιον.

Ἥβης γάμος. Joannes Tzetzes,*ad Hesiodi librum primum*: Ἐπίχαρμος δὲ, ἐν τῷ τῆς Ἥβης γάμῳ, ἑπτὰ λέγει. Citat etiam pluribus locis Athenæus.

Ἥρας γάμος. Ælianus,*Hist. Anim.* lib. XIII. c. IV. Ἐπίχαρμος μὲν, ἐν Ἥρας γάμῳ.

Ἥφαιστος, ἢ Κωμασταί. Suidas, Ἡ ἱστορία καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ, ἐν Κωμασταῖς, ἢ Ἡφαίστῳ. Sed simpliciter citantur Κωμασταὶ, ab Athenæo, *lib.* IX. & Hesychio, *in* Φρύγιον.

Θεωροί. Meminit Athen. *libb.* III. VIII. IX.

Κύκλωψ. Athen. *libb.* IX. XI.

Κωμασταί. Vide Ἥφαιστος.

Λόγος. Ephæstion, in *Enchiridio*: Ἀριστόξενος δὲ ὁ Σελινύντιος, Ἐπιχάρμυ πρεσβύτερος ἐγένετο ποιητής· ὗ καὶ αὐτὸς Ἐπίχαρμος μνημονεύει ἐν Λόγῳ. Sed duplicem titulum ponit ejus Scholiastes; ejus, sive B ille est Philippus Abucaras, ut Gesnero quidem placet, seu quis alius: Ἐπίχαρμος τὸ οἰκεῖον δρᾶμα ὕτως ἐκάλεσε, Λόγον, καὶ Λογίνα. Quin cum gemino etiam titulo citat fere Athenæus, sed corrupto posteriore, *lib.* III. & VIII.

Μεγαρίς. Hephæstion, in *Enchiridio*: Ὡς παρὰ Κρατίνῳ, ἐν Πανόπταις· καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ, ἐν Μεγαρίδι. Occurrit quoque apud Athenæum *lib.* VII. & IX.

Μῦσαι. Ælianus meminit, *Hist. Anim.* lib. XIII. C cap. IV. & Athen. pluribus locis.

Νᾶσοι. Pollux *lib.* X. *c.* XVI. Ἐν τε γὰρ τῶν Ἐπιχάρμυ Νάσοις εὕρηται τὔνομα. Scholiast. Pind. *Pythion.* ode I. Ὅτι δὲ Ἀναξίλαος Λοκρὺς ἠθέλησεν ἄρδην ἀπολέσαι, καὶ ἐκωλύθη πρὸς Ἱέρωνος, ἱστορεῖ καὶ Ἐπίχαρμος, ἐν Νάσοις. Meminit quoque Athen. *lib.* IV.

Νιόβης γάμος. Poll. *lib.* X. *cap.* XXIII. Καὶ λεκίδας δὲ Ἐπίχαρμος εἴρηκεν, ἐν Νιόβης γάμῳ.

Ὀδυσσεὺς αὐτόμολος. Poll. *lib.* IX. *c.* V. Ἐκάλυν δὲ τὸ διδασκαλεῖον καὶ χορὸν,ὁπότε καὶ τὸν διδάσκαλον χορηγὸν καὶ τὸ διδάσκειν χορηγεῖν. καὶ μάλιστα οἱ Δωριεῖς,ὡς Ἐπίχαρμος, ἐν Ὀδυσσεῖ αὐτομόλῳ. Occurrit etiam apud Athen.*lib.*III.& IX. item Stobeum *Serm.*LVI.

D Ὀδυσσεὺς ναυαγός. Athen citat, *lib.* XIV. & Poll. *lib.* X. *cap.* XXX.

Ὀρύαι. Athen. *lib.* III. Χορδῶν τε μέμνηται ὁ Ἐπίχαρμος, ἃς ὀρύας ὀνομάζει, ἐπιγράψας τι καὶ τῶν δραμάτων Ὀρύαν. Apud Hesych. Ὀρῦα scribitur:Ὀρῦα, χορδὴ, καὶ σύντριμμα πολιτικὸν, εἰς ὃ Ἐπιχάρμυ δρᾶμα. Respexit item Eustathius, *ad Odyss.* φ'. Τὰς κοινῶς λεγομένας χορδὰς, ὀρύας Ἐπίχαρμος ὀνομάζει, κατά τινα δηλαδὴ γλῶσσαν.

Παιδοτρίβαι. Hesych. Κόλαφος, κόνδυλος. παρὰ δὲ Ἐπιχάρμῳ,ἐν Ἀγρωστίνῳ,καὶ Παιδοτρίβαις,ὄνομα.

Περίαλος, sive Περίαλλος, geminato λ. utroque E enim modo scribitur apud Athen. *lib.* IV.

Πέρσαι. Pollux, *lib.* IX. *c.* VI. Εἴρηται δὲ καὶ τῦτο ἐν Ἐπιχάρμυ Πέρσαις. Etymologici Auctor, *in* Ἀσκωλιάζω. Ἐπίχαρμος, ἐν τοῖς Πέρσαις, σκωλοβατίζειν φησί.

Πολιτεία. Clemens, *Strom.* V. Ὅτε κωμικὸς Ἐπίχαρμος σαφῶς περὶ τῦ λόγυ ἐν τῇ Πολιτείᾳ λέγει ὧδέ πως. Quem locum & Eusebius exhibet, *de Præp. Euang.* lib. XIII. cap. XIII.

Προμηθεύς. Etymologici Auctor, *in* Στατὴρ, hunc ex ea versum profert:

Πολλοὶ στατῆρες, ἀποδοτῆρες δ' ὐδ' αὖ εἷς.
Ἐπίχαρμος Προμηθεῖ.

F Ac plenus certe titulus erat,

Προμηθεὺς πυρκαεύς;uti fidem. Poll. facit, *lib.* X. *c.* XXIII. Παρὰ μέν τοι Ἐπιχάρμῳ, ἐν πυρκαεῖ Προμηθεῖ, καὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην χρῆσιν εἴρηται, κύλικα,μαγίδα, λύχνον. Et restituendum censet etiam apud Athen. V. CL. Isaacus Casaubonus, *lib.* III. Καὶ ὁ Ἐπίχαρμος,ἐν πυρκαεῖ Προμηθεῖ, φησί. Hodie editur, Ἐπίχαρμος, ἐν Πύρρᾳ, καὶ Προμηθεῖ. Haud assentior: nam & quædam Epicharmi fabula fuit, inscripta.

Πύρρα. Citat ipse Athen. iterum, *lib.* X. Καὶ Ἐπίχαρμος δ', ἐν Πύρρᾳ, δεύτερον ἔφη. Ac respexit etiam Pindari Schol. *Olymp.* ode IX. Πύρρα δὲ, ἡ Δευκαλίωνος γυνὴ, θυγάτηρ Ἐπιμηθέος. καὶ ὁ μὲν Ἐπίχαρμος, ἀπὸ τῶν λίθων λαὺς ὄχλυς φησὶν ὠνομάσθαι.

εἰδὼς, 1 καὶ Κερκίδας ὁ μελοποιὸς, ἐπὶ τῆς αὐτῆς διανοίας ἐχρήσαντο τῇ λέξει, καὶ μὴν καὶ ὁ Ἀττικὸς Σοφοκλῆς.

Ὅτι, φησὶν οὗτος, 2 Ἀριστοτέλης ὁ τοῦ περιπάτου προστάτης, ὑπὸ Πλάτωνος ἵππος ἐπωνομάζετο, ἐναντιοῦσθαι δοκῶν τῷ διδασκάλῳ· καὶ γὰρ ὁ ἵππος τὸν ἑαυτοῦ φιλεῖ πατέρα δάκνειν.

Ὅτι 3 παροιμίαν εἶναι φησὶ, τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πόδα, τὸν δ' ἀριστερὸν νίζειν. φησὶ γὰρ ὁ Πολέμων, ὡς μαρτυρεῖ Δίδυμος, δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδανίπτρα.

Ὅτι δήμιον μὲν φησὶ καλεῖσθαι, τὸν τῶν ἐπὶ θανάτῳ καταδικασθέντων φονέα· δημόκοινον δὲ τὸν βασανιστήν.

Ὅτι ἱππεῖς μὲν καὶ νομεῖς δεῖ γράφειν καὶ λέγειν, τὴν εὐθεῖαν τῶν πληθυντικῶν· οὐκέτι δὲ καὶ τὰς αἰτιατικὰς, ἀλλ' ἱππέας καὶ νομέας. 4 εἰ δὲ καὶ Ξενοφῶν εἴρηκε τοὺς νομεῖς· οὐδὲν θαυμαστὸν, ἀνὴρ ἐν στρατείαις σχολάζων καὶ ξένων συνουσίαις, εἴ τινα παρακόπτει τῆς πατρίου φωνῆς· διὸ νομοθέτην αὐτὸν οὐκ αὖ τις Ἀττικισμοῦ παραλάβοι.

mus vero Doricus, & Cercidas poeta hoc ſenſu uſi ſunt eadem voce, & etiam Sophocles Atticus eſt.

Ariſtoteles Peripateticæ princeps Scholæ a Platone pullus nominatus eſt, quod præceptori contradiceret. Equo enim volupe eſt patrem mordere.

Proverbium eſſe dicit, dextrum calceare pedem, & ſiniſtrum lavare. Dicit enim Polemo, teſte Didymo, dexterum in calceum, ſiniſtrum in polubrum.

Ait vocari *δήμιον carnificem*, qui eos occidit qui ad mortem condemnati ſunt; *δημόκοινον* vero *tortorem*.

Ἱππεῖς & νομεῖς in nominativo plurali dicendum & ſcribendum, non vero in accuſativo, ſed *ἱππέας equites*, *νομέας paſtores*: tametſi Xenophon dixerit, τοὺς νομεῖς; ne mireris, ſi homo bellis aſſuetus nec urbanus, aliquam e patriis vocibus adulterat: ideo non eſt quod quis illum Atticæ linguæ judicem ſumat.

Σειρῆνες. Meminit Athen. *lib.* VII.

Σύρον. Poll. *lib.* X. *cap.* XXIII. Καὶ λεκίδας, δὲ Ἐπίχαρμος εἴρηκεν, ἐν Νιόβης γάμῳ, Λεκίδα καὶ ἐμβάφια δύο. ἐν δὲ Σκύρωνι, καὶ Πηλινολεκίς.

Σφίγξ. Citat Athenæus, *lib.* III. & Stephanus, *in* χιπωνη.

Τρῶες. Macrob. *Saturn.* lib. V. cap. XX. *Et Epicharmus, vetuſtiſſimus poeta, in fabula, quæ inſcribitur* Τρῶες, *ita poſuit.* Zenobius, *Cent.* IV. *Prov.* VII. Μέμνηται δὲ αὐτῆς Ἐπίχαρμος, ἐν Τρωσίν.

Φιλοκτήτης. Athen. *lib.* IX. Μνημονεύει τῶν γναθυλλίδων καὶ Ἐπίχαρμος, ἐν Φιλοκτήτῃ. Et *lib.* XIV. Καὶ Ἐπίχαρμος δ', ἐν Φιλοκτήτῃ, ἔφη. Et emendandum Pollucem cenſeo, *lib.* X. *cap.* XX. Ἐπίχαρμος μέν τοι, ἐν Φιλοκτήτῃ, διακρίνειν ἔοικε κάδδον, καὶ ἀμφορέα. Non recte editur, ἐν Φιλοκνίδῃ. Id Sebero quoque viſum, cui adſentior.

Χορεύοντες. Hephæſtion, in *Enchiridio*: Καὶ πρὸ Κρατίνου παρ' Ἐπιχάρμῳ, ὃς καὶ δύο ὅλα δράματα τούτῳ τῷ μέτρῳ γέγραφε, τούς τε Χορεύοντας, καὶ τὸν Ἐπινίκιον.

Χύτραι. Poll. *lib.* IX. *cap.* VI. Ἐστι δὲ Ἑλληνικὸν τὸ ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ Σικελίᾳ, Δωριέων. ὁ Ἐπίχαρμός τε γὰρ ἐν ταῖς Χύτραις φησίν.

Habes titulos fabularum Epicharmi quadraginta, de duabus & quinquaginta, ut Suidas tradit: etenim Lycon, qui triginta quinque eas memorabat, ſat erroris manifeſtus. Quotquot vero illæ fuerint, hoc ſciendum, univerſas in libros decem tribuiſſe Apollodorum. Porphyrius, in *Vita Plotini*: Μιμησάμενος δ' Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀθηναῖον, καὶ Ἀνδρόνικον τὸν Περιπατητικόν. ὧν ὁ μὲν, Ἐπίχαρμον, τὸν κωμῳδιογράφον, εἰς δέκα τόμους φέρων συνήγαγεν· ὁ δὲ, τὰ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου, εἰς πραγματείας διεῖλε. Referuntur alia etiam Epicharmi; ſed quæ cenſeo alterius, philoſophi nempe Pythagorici, de quo Diog. Laert. *lib.* VII. Οὗτος ὑπομνήματα καταλέλοιπεν, ἐν οἷς φυσιολογεῖ, γνωμολογεῖ, ἰατρολογεῖ. Itaque illius cenſeo

Ὀνειροκριτικά: quæ ſcripſiſſe indicat Tertullianus, inter Onirocritas veteres eum recenſens, libro *de Anima*: *Quanti autem commentatores, & affirmatores, in hanc rem, Artemon, Antiphon, Strato, Philochorus, Epicharmus, Serapion, Cratippus, Dionyſius Rhodius, & Hermippus, tota ſæculi litteratura.* Et paulo poſt: *Cæterum Epicharmus etiam ſummum apicem inter divinationes ſomniis extulit.*

Περὶ τῶν αἰσθητῶν, καὶ νοητῶν. Diog. Laert. in *Platone*, *lib.* III. Καὶ μὴν ὅ γε Ἐπίχαρμος περὶ τῶν αἰσθητῶν, καὶ νοητῶν, ἐναργῶς εἴρηκεν.

Λόγος πρὸς Ἀντήνορα. Plutarch. in *Vita Numæ*: Ὡς ἱστόρηκεν Ἐπίχαρμος ὁ κωμικὸς, ἔν τινι λόγῳ πρὸς Ἀντήνορα γεγραμμένῳ. Errat autem, quod philoſophum cum comico confundat.

Γεωργικά. Accipio ex Columella; qui eum inter *Rei Ruſticæ* ſcriptores memorat, *lib.* I. *c.* I. *Siculi quoque non mediocri cura negotium iſtud proſequuti ſunt, Hieron, & Epicharmus, diſcipulus.* Et ex Opere ſunt exiſtimanda, quæ de pecudum medicina poſtea refert, *lib.* VII. *c.* III. *Epicharmus autem Syracuſanus, qui pecudum medicinas diligentiſſime conſcripſit, affirmat, pugnacem arietem mitigari terebra ſecundum auriculas foratis cornibus, qua curvantur in flexu.* Nam quod Siculum, & Syracuſanum, dicat, nihil obſtat: cum Philoſophus, quanquam Cous natione, vix trimeſtris in Siciliam ſit delatus, Megara primo, inde autem Syracuſas: unde etiam Syracuſanus ipſe dicitur, in inſcriptione ſtatuæ, quæ refertur a Diogene, in *ejus Vita*, quam citavi. Ecce verba: Ἐπίχαρμος, Ἡλοθαλοῦς, Κῷος, καὶ οὗτος ἤκουσε Πυθαγόρου. τριμηνιαῖος δ' ὑπάρχων, ἀπηνέχθη τῆς Σικελίας εἰς Μέγαρα, ἐντεῦθεν δὲ εἰς Συρακούσας, ὡς φησὶ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς συγγράμμασι. καὶ αὐτῷ ἐπὶ τοῦ ἀνδριάντος ἐπιγέγραπται τόδε·

Εἴ τι παραλλάσσει Φαέθων μέγας ἅλιος ἄστρων,
Καὶ πόντος ποταμῶν μεῖζον' ἔχει δύναμιν,
Φημὶ τοσοῦτον ἐγὼ σοφίᾳ προέχειν Ἐπίχαρμον,
Ὃν πατρὶς ἐστεφάνωσ' ἅδε Συρηκοσίων.

1. Καὶ Κερκίδας ὁ μελοποιός) Hunc Megalopolitanum facit, optimumque legum latorem, & mimiamborum poetam, Stephan. *in* Μεγάλη πόλις: Ἀφ' ἧς Κερκίδας, ἄριστος νομοθέτης, καὶ μιμιάμβων ποιητής. Ejus Jambos citat etiam Athen. extremo *lib.* XII. Αὗται οὖν ὑπὸ τῶν πολιτῶν καλλίπυγοι ἐκαλοῦντο. ὡς καὶ ὁ Μεγαλοπολίτης Κερκίδας ἐν τοῖς Ἰάμβοις ἱστορεῖ. Ubi vides etiam Megalopolitanum dici; ſicut etiam *lib.* VIII. Οὕτω μοι καὶ δοκεῖ ὁ λεβητοχάρων Οὐλπιανὸς κατὰ τὸν ἐμὸν Μεγαλοπολίτην Κερκίδαν μηδὲν μὲν ἐσθίειν τῶν οὐδὲ προσηκόντων. Quidam, Cretenſem volebant. Diog. Laert. in cognomine *Cynico*, *lib.* VI. Ὧν ἐστὶ καὶ Κερκίδας ὁ Μεγαλοπολίτης, ἢ Κρής, λέγων ἐν τοῖς μελιάμβοις οὕτως. Citat eum etiam Poll *lib.* III. *c.* II. & Stobæus, *Serm.* LVI.

2. Ἀριστοτέλης, ὁ τοῦ περιπάτου προστάτης, ὑπὸ Πλάτωνος ἵππος ἐπωνομάζετο, ἐναντιοῦσθαι δοκῶν τῷ διδασκάλῳ) Platonem de Ariſtotele dixiſse hoc refert Diog. Laert. in *Ariſtotele lib.* V. Ἀπέστη δὲ Πλάτωνος, ἔτι περιόντος· ὥστε φασὶν ἐκεῖνον εἰπεῖν, Ἀριστοτέλης ἡμᾶς ἀπελάκτισε, καθαπερεὶ τὰ πωλάρια γεννηθέντα τὴν μητέρα.

3. Παροιμίαν εἶναι φησὶ, τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πόδα, τὸν δ' ἀριστερὸν νίζειν) Jamblichus, *de Vita Pythagoræ*, lib. I. c. XVII. Δεῖ τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πρότερον. Meminit quoque Suid & Zenob. *Cent.* III. *Prov.* XXXVI.

4. Εἰ δὲ καὶ Ξενοφῶν εἴρηκε τοὺς νομεῖς) At tamen τοὺς νομέας legitur apud eum ſemel iterumque, in principio *Cyropædiæ*.

Ὅτι

A Ὅτι πρῶτα μὲν τὰ Παναθήναια συνέστη· εἶτα τὰ Ἐλευσίνια ἐπὶ Πελείᾳ τεθνηκότι προὔθηκαν ἆθλα Θετταλοί· εἶτα Ἴσθμια, ἐπὶ Μελικέρτῃ. ἔπειτα ὁ τῶν Ὀλυμπίων ἀγὼν ἀρχὴν λαμβάνει ὑφ' Ἡρακλέος· εἶτα τὰ Νέμαια ἐπ' Ἀρχεμόρῳ τεθέντα· εἶτα μετὰ τὴν Κίρραν πεσεῖν, τὰ Πύθια.

Ὅτι τὸ ποτνιᾶσθαι κυριώτερον ἐπὶ γυναικὸς τάττεται, φησὶν, ὅταν κακόν τι πάσχῃ, καὶ θήλειαν ἱκετεύῃ θεόν· ποτνιώμενον δὲ ἄνδρα ἄν τις εἴπῃ, ἁμαρτάνει.

Ὅτι τὸ μόνος ἐπίτασιν φασὶ μὴ λαμβάνειν οἱ γραμματικοί. διὸ τὸ μονώτατος σόλοικον ἡγοῦνται. 1 Ἀριστοφάνης δὲ ὅμως κέχρηται τῇ φωνῇ.

B Ὅτι 2 τὸ ἐν Θετταλίᾳ ἱερὸν Ἀφροδίτης ὀνομάζεται Ἀνοσίας, διότι τὴν ἑταίραν τὴν Λαΐδα, παραγενομένην αὐτόθι, ἐζηλοτύπησαν ἐκτόπως αἱ γυναῖκες, καὶ ξυλίναις αὐτὴν ἀπώλεσαν χελώναις.

Ὅτι 3 ἔθος ἦν ἐν Ἀθήναις φαρμακοὺς ἄγειν δύο. τὸν μὲν ὑπὲρ ἀνδρῶν, τὸν δὲ ὑπὲρ γυναικῶν, πρὸς τὸν καθαρμὸν ἀγομένους· καὶ ὁ μὲν τῶν ἀνδρῶν, μελαίνας ἰσχάδας περὶ τὸν τράχηλον εἶχε, λευκὰς δ' ἅτερος. συμβάκχοι δέ φησιν ὠνομάζοντο. τὸ δὲ καθάρσιον τοῦτο, λοιμικῶν νόσων ἀποτροπιασμὸς ἦν, λαβὸν τὴν ἀρχὴν ἀπὸ Ἀνδρόγεω τοῦ Κρητός. οὗ τεθνηκότος ἐν ταῖς Ἀθήναις παρανόμως, τὴν λοιμικὴν ἐνόσησαν οἱ Ἀθηναῖοι νόσον. καὶ ἐκράτει τὸ ἔθος ἀεὶ καθαίρειν τὴν πόλιν τοῖς φαρμακοῖς.

C Ὅτι 4 ὀργὰς μὲν κοινῶς φησὶ πᾶσα ἡ γῆ, ὅση ἐπιτηδεία πρὸς καρπῶν γονάς. ὀργάδα δὲ ἰδίως ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι, 5 τὴν ταῖν θεαῖν ἀνειμένην τῆς Ἀττικῆς μεταξὺ καὶ τῆς Μεγαρίδος. ὥσπερ 6 καὶ Ἴδην μὲν κοινῶς ἕκαστον ὄρος, ἐξ οὗ ῥᾴδιόν ἐστιν ἰδεῖν τὰ κάτω, ἰδίως δὲ Κρήτης τε καὶ Τροίας ὄρη. καὶ ῥίον μέν φησι λέγομεν, ἅπαν ὄρους ἀκρωτήριον, 7 ἰδίως δὲ τὸ Μολύκειον. καὶ Ἰσθμὸς μὲν κοινῶς, ἅπαν τὸ ὑπὸ δυοῖν πελαγῶν περιεχόμενον, ἰδίως δὲ τὸ χωρίον, ὅπερ Ἰσθμὰ Κορίνθιοι λέγουσιν. ὡσαύτως καὶ Χερρόνησος, κοινῶς μὲν πᾶν τὸ ὑπὸ θαλάσσης ἐπὶ πλεῖστον περιεχόμενον, καθ' ἓν δὲ μέρος τῇ γῇ συναπτόμενον· καὶ ἴδιον δὲ ὄνομα Θρᾳκίου τόπου. Καὶ αἰγιαλὸν μὲν, καὶ ἀκτὴν ἁπλῶς, τὰ παραθαλάττια πάντα λέγομεν, D 8 ἰδικώτερον δὲ τὴν Ἀττικὴν, ἀκτὴν λέγουσιν. ὡσαύτως καὶ αἰγιαλὸν ἐξῃρημένως φασὶ τὸ περὶ τὴν Ἑλίκην παράλιον μέρος. 9 ἔστι δὲ τῆς Ἀχαΐας, ἀφ' οὗ καὶ τοὺς Ἀχαιοὺς, αἰγιαλοὺς τινὲς εἰώθασι καλεῖν· καὶ μὴν καὶ ἤπειρος μὲν, πᾶσα ἡ γῆ, Ἤπειρος δὲ ἰδίως ἡ Θεσπρωτίας.

Primo quidem instituta fuerunt Panathenæa, deinde Eleusinia mortuo Peliæ certamina Thessali instituerunt; post Isthmia in honorem Melicertæ: inde ab Hercule Olympia; dehinc Nemæa, mortuo Archemoro; postremo post casum Cirrhæ, Pythia instituta sunt.

Ποτνιᾶσθαι proprie de fæmina dicitur, quando aliquod malum patitur, & supplicat Deæ. Si quis de viro ποτνιᾶσθαι dicat, peccat.

Μόνος secundum Grammaticos non comparatur, ideo μονώτατος solœcismum putant, etsi Aristophanes utatur.

Templum Veneris in Thessalia Ἀνοσίας vocatur, quia Laidem Meretricem illuc venientem mulieres supra modum zelotypia prosecutæ sunt, & ligneis scabellis eam occiderunt.

Mos fuit Atheniensibus duos habere expiatores; unum pro viris, alterum pro fæminis, qui ad expiationem ducerentur. Virorum expiator nigras caricas circum collum habuit, alter vero albas: & συμβάκχοι nominati sunt. Hæc vero expiatio fiebat ad pestilentes morbos depellendos: & ab Androgeo Cretensi initium sumsit: quo inique Athenis interfecto, Athenienses peste laborarunt: & invaluit hic ritus lustrandi urbem perpetuo expiationibus.

Ὀργὰς quidem communiter dicitur omnis terra, quæ est apta ad fructus procreandos. ὀργάδα autem proprie Athenienses vocant terram, quæ est inter Atticam & Megaridem duabus sacratam Deabus. Quemadmodum & *Idam* communiter unumquemque montem, unde inferiora cernuntur, proprie vero Cretæ & Trojæ montes. Et ῥίον omnem montis *verticem* dicimus, proprie vero Molycrion. Isthmum etiam communiter, omne quod duplici utrimque mari clauditur, proprie vero locum, quem Isthma Corinthii vocant. Similiter & Chersonesus communiter omne quod maxima parte mari clauditur, & ab una parte continens est; proprie vero locus Thraciæ. Et Αἰγιαλὸν quidem & ἀκτὴν communiter omnia littora vocamus, proprie vero Atticam ἀκτὴν nominant. Similiter & αἰγιαλὸν simpliciter dicunt locum circa Helicen maritimum, quum sit Achajæ, unde Achæos αἰγιαλοὺς quidam appellare solent; ἤπειρος omnis terra, Epirus vero proprie & Thesprotias.

---

1. Ἀριστοφάνης δὲ ὅμως κέχρηται τῇ φωνῇ) Versus Aristophanis, quem respexit, ecce iste est in *Pluto*:

Μονώτατος γὰρ εἶ σὺ πάντων αἴτιος.

Utitur eo quoque superlativo Lycurgus, in *Orat. adversus Leocratem*: Τοιγαροῦν μονώτατοι ἐπώνυμοι τῆς χώρας εἰσὶν, ἰσοθέων τιμῶν τετυχηκότες. Et mox iterum: E Καὶ μονώτατος δ' ἂν προσηκόντως ἐξορισθείη τῆς χώρας, ἣν ἐγκαταλιπὼν τοῖς πολεμίοις ᾤχετο. Occurrit etiam apud Theocritum.

2. Τὸ ἐν Θετταλίᾳ ἱερὸν Ἀφροδίτης ὀνομάζεται Ἀνοσίας.) Originem hujus cognomenti a cæde Laidis, memorat etiam Athen. *lib.* XIII. Ἀναιρεθῆναι φάσκων αὐτὴν ὑπό τινων γυναικῶν ἐν Θετταλίᾳ, ἐρασθεῖσαν τινὸς Παυσανίου Θετταλοῦ, κατὰ φθόνον, καὶ δυσζηλίαν, ταῖς ξυλίναις χελώναις τυπτομένην, ἐν Ἀφροδίτης ἱερῷ. διὸ καὶ τὸ τέμενος κληθῆναι Ἀνοσίας Ἀφροδίτης. Et Suidas, *in* Χελώνη: Ζηλοτυποῦσαι αἱ Θετταλαὶ γυναῖκες τὴν Λαΐδα τὴν ἑταίραν, ξυλίναις ἐφόνευσαν, τύπτουσαι ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀφροδίτης, πανηγύρεως οὔσης. ὕστερον δὲ ἱερὸν ἐποίησαν Ἀνοσίας Ἀφροδίτης, F ἐπειδὴ αἱ γυναῖκες ἐν τῷ ἱερῷ ἀνόσιον τετολμήκασι φόνον. Variat Plutarch. & tradit Hippolochum ab ea adamatum, non Pausaniam: tum non ligneis scabellis interfectam, sed lapidibus: Veneremque non Ἀνοσίαν, sed Ἀνδροφόνον, appellatam. Vide illum in *Erotico*. Pausan. amatorem Hippostratum dicit, in *Corinthiacis*.

3. Ἔθος ἦν ἐν Ἀθήναις, φαρμακοὺς ἄγειν δύο) Vide quæ notata mihi de re ista *Lectionum Atticarum* lib. IV. cap. XXII.

4. Ὀργὰς μὲν, φησὶ, κοινῶς πᾶσα ἡ γῆ) Vide Etymologici Auctorem, Harpocrationem, Hesych. Suidam, *in* Ὀργὰς, & Pollucem, *lib.* I. *c.* I. *sect.* X. Scholiastem Sophoclis, *ad Trachinias*.

5. Τὴν ταῖν θεαῖν ἀνειμένην τῆς Ἀττικῆς μεταξὺ καὶ τῆς Μεγαρίδος) Meminit Xenophon, in *Cynægetico*, Plutarch. in *Pericle*, Pausan. in *Laconicis*.

6. Καὶ Ἴδην μὲν κοινῶν ἕκαστον ὄρος) Eustath. pluribus locis; Suidas, Etymologici Auctor, Hesych. Neque montem tantum quemvis, sed & silvam sic vocabant. Eustath. *ad Iliad.* φ. Ἴδη δὲ, οὐ μόνον ὄρους ὄνομα, ὡς μυριαχοῦ ἐφάνη, ἀλλὰ, κατὰ τοὺς παλαιοὺς, Ἴδην καὶ τὴν τῶν ξύλων ὕλην Ἴωνες φασὶν, ἤδη δέ ποτε καὶ Ἀττικοί. Pausan. in *Phocicis*: Τῶν δὲ χωρίων τὰ δασέα ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἴδας τότε ὀνομάζεσθαι.

7. Ἰδίως δὲ τὸ Μολύκειον) Stephanus: Ῥίον, πόλις Μεσσήνης, ἢ Ἀχαΐας, καὶ ἄλλη Αἰτωλίας, ἣ καὶ Μολυκρία ἐκαλεῖτο.

8. Ἰδικώτερον δὲ τὴν Ἀττικὴν, ἀκτὴν λέγουσιν) Stephanus: Ἀκτὴ, οὕτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο. Lycophron, in *Alexandra*:

Ἀκτῆς διμόρφου γηγενοῦς σκηπτουχίας.

Ubi Isaacius Tzetzes: Ἀκτὴ λέγεται αἱ Ἀθῆναι. Plene ea de re dixi *de Reg. Athen.* lib. I. c. III.

9. Ἔστι δὲ τῆς Ἀχαΐας) Hesych. Αἰγιάλεια, ἡ νῦν Ἀχαΐα. Videndus Strabo, *lib.* VIII. & Stephanus, *in* Αἰγιαλός.

Ὅτι [1] τὴν Ἀντίκυραν, ἐν ᾗ φασὶ γίνεσθαι τὸν λευκὸν ἐλλέβορον, οὐδενὸς χείρω τοῦ ἀλλαχόθι γινομένου, Φωκικὴν εἶναι πόλιν λέγει.

Ὅτι ἐν τοῖς ἐφεξῆς τοῦ τετάρτου, ἀποφθέγματά τινα λέγει, καὶ σύμβολα τῆς Ἀθηναίων φιλανθρωπίας τε καὶ συμπαθείας, καὶ τῆς προνοίας, καὶ ἐπιμελείας τοῦ πρέποντος, καὶ τῆς ἄλλης ὁσιότητος· ὧν ἐστὶ καὶ ταῦτα. ἱέρακα φεύγων στρουθὸς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, τῶν Ἀρεοπαγιτῶν ἑνὸς κατέπεσεν εἰς τὸν κόλπον· ὁ δὲ τὸν πρόσφυγα, δέον σώζειν, ἀνεῖλε. τὸ δὲ συνέδριον ἀπεκήρυξεν ὡς οὐχ ὅσια δράσαντα τοῦτον. ἔδωκε ποινὴν οὐχὶ στρουθοῦ χάριν δίκην, τῆς δ' ἰταμότητος τῶν τρόπων. φιλανθρωπίας τε καὶ συμπαθείας παράδειγμα τὸν Δημοσθένην φησὶν, ἐπὶ τοῖς Ἁρπαλείοις χρήμασιν αἰτίαν λαβόντα· καὶ φεύγειν μέλλοντα συνέσχον μὲν οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ περιστάντες, εἶχον ὀρρωδοῦντα. ἕκαστος δ' ὑπὸ μάλης ἔχοντι, εἰς ἐφόδιον ἐπεδίδου· ὁ μὲν, ἀργύριον, ὁ δὲ, χρυσίον· καὶ προὔπεμπον αὐτὸν εὐμενῶς, καὶ θαῤῥεῖν ἐκέλευον, καὶ φέρειν τὴν συμφορὰν γενναίως· ὁ δὲ ἀναστενάξας: πῶς, ἔφη, φέρειν δυνήσομαι, τοιαύτην ἀπολιμπάνων πόλιν, ἐν ᾗ τοιοῦτοι τυγχάνουσιν ἐχθροὶ, οἵους οὐκ ἄν τις ἀλλαχόθι φίλους εὑρήσει. οἱ δὲ τοῦτο τὸ Ἀπόφθεγμα Αἰσχίνην λέγουσιν εἰπεῖν, ἡνίκα φεύγοντα καταλαβὼν Δημοσθένης, καὶ φιλοφρονησάμενος παρεγγυᾷ φέρειν τὸ συμβεβηκὸς γενναίως. Καὶ Καλλικλέα δὲ περὶ τῇ αὐτῇ τῶν Ἁρπαλίων χρημάτων, αἰτίᾳ ὑπόνοιαν παρασχόντα, ἐπείπερ ἄγειν κελεύσαν οἱ Ἀρεοπαγῖται· τὴν οἰκίαν καταλαβόντες οἱ ἀπεσταλμένοι, τὰ πρόθυρα ἰδόντες ἐστεφανωμένα, καὶ γνόντες ὡς εἴη τεθυκὼς νυνὶ γάμοις, ἀφέντες τὴν ζήτησιν, ἀνεχώρησαν. οὐ γὰρ ᾠήθησαν δεῖν ἐπεισελθεῖν γυναικὶ νεογάμῳ. καὶ τοῦ πρὸς Φίλιππον δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ἔτι συνεστῶτος πολέμου, ἐπεὶ γράμματα αὐτοῦ πρὸς διαφόρους συνελήφθησαν. τὰ μὲν ἄλλα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνεγινώσκετο, ἐπιγραφὴν δέ τινος γραμματείου ἔχοντος, Ὀλυμπιάδι Φίλιππος· ὁ δῆμος ἅμα ἐβόησε, μήτε λύειν, μήτε ἀναγινώσκειν πρὸς γὰρ γαμετὴν γυναῖκα τὴν διὰ γραμμάτων ὁμιλίαν ἀπόῤῥητον ἀνδρὸς οὐκ ἐνόμισαν δημοσιεύειν εὐπρεπὲς εἶναι, καί τοι συνέφερεν αὐτοῖς μηδὲν λανθάνειν· ἀλλ' ὡς Ἀθηναῖοι τὸ πρὸς εὔκλειαν φέρον, τοῦ λυσιτελοῦς ἐξέθεντο δεύτερον· τῆς δὲ πολλῆς εὐλαβείας τεκμήριον, ὅτι στάσεως ἐν Ἄργει γενομένης σφοδρᾶς, ἣν Σκυταλισμὸν ἐκάλεσαν, διότι παίοντες ἀλλήλους ἀνεῖλον χιλίους πεντακοσίους. τοῦτο ἀπαγγελθὲν εἰς τὰς Ἀθήνας, ἕνεκα τῆς ἀκοῆς μόνης, ἐψηφίσαντο, καταπλαγέντες τὸ ξένον, ὅλην καθῆραι τὴν πόλιν παραυτίκα. Καὶ Πραξιτέλης δέ τις ὄνομα, κριὸν ἐξέδειρε ζῶντα· ἀλλὰ καὶ τοῦτον ὀργισθέντες ἀπετυμπάνισαν, οὐχὶ τοῦ προβάτου τιμωρίαν λαβεῖν ἐθέλοντες, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄνδρα μισήσαντες, ὡς τυραννικὸν ἔχοντα φρόνημα, καὶ καινὸν τρόπον οὕτω παρανόμων ἐπινοοῦντα κολάσεως.

Ὅτι τὸ μὴ λέγειν δύσφημα πᾶσι τοῖς παλαιοῖς μὲν φροντὶς ἦν, μάλιστα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις. διὸ καὶ [2] τὸ δεσμωτήριον, οἴκημα ἐκάλουν· καὶ τὸν δήμιον, κοινόν· τὰς δὲ ἐριννύας, Εὐμενίδας, ἢ σεμνὰς θεάς· τὸ δὲ μύσος, ἄγος· τὸ δὲ ὄξος, μέλι· καὶ τὴν χολὴν, γλυκεῖαν, τὸν δὲ βόρβορον, ὀχετόν· οἱ δὲ γραμματικοὶ τὰ τοιαῦτα κατ' ἀντίφρασιν ὀνομάζουσιν· [3] οἶδα δέ τινας φησὶ τῶν φιλολόγων, καὶ τὸν πίθηκον ὀνομάζοντας καλλίαν.

Ὅτι τὸ νὺξ μὲν ἀπὸ τοῦ νύξω γέγονε, κατ' ἀποκοπήν. νυττόμεθα γὰρ ἐν τῷ σκότει προσπταίοντες, καὶ οὐχ ὁρῶντες.

A Anticyram, ubi album helleborum nascitur nullo alibi crescente deteriorem, urbem Phocensem esse dicit.

In sequentibus quarti libri, apophthegmata nonnulla refert, & argumenta quædam Atheniensium humanitatis, misericordiæ, prudentiæ, & decori curæ, aliusque sanctitatis; unde etiam hæc sunt. Fugiens accipitrem passer in Areopago, uni Areopagitæ in sinum decidit, ille perfugam, cum servare debuisset, interfecit. Senatus judicavit hunc ut qui impie fecerit. Dedit igitur pœnas non passeris causa, sed ob crudelitatem. Humanitatis item & B commiserationis exemplum inducit Demosthenem, accusatum ob pecuniam quam ab Harpalo acceperat; quem jam fugam adornantem Athenienses retinuerunt, & trepidantem circumsteterunt. Unusquisque aliquid sub axilla tenens illi pro viatico dedit; hic aurum, ille argentum; & clementer illum dimiserunt bonoque animo esse jusserunt, & calamitatem fortiter ferre. Ille suspirans, quomodo, inquit, ferre potero talem deferens urbem, in qua multi tales sunt hostes, quales alibi amicos quis non reperiat. Hoc Apophthegma Æschinem dixisse quidam ferunt, quando fugientem arripiens Demosthenes & amicum se ostendens, hortatus est ad calami- C tatem fortiter ferendam. Et Calliclem in eadem causa pecuniarum Harpali suspectum cum adduci juberent. Areopagitæ, ad domum accedentes qui missi fuerant, ubi vestibulum coronatum viderent, & cognito nuptias illum jam celebrare, desinentes quærere abierunt. Non enim æquum esse duxerunt ad mulierem ingredi quæ modo nupsisset. Cum contra Philippum bellum gererent Athenienses, & multas ejus epistolas ad varios intercepissent; alias quidem in conventu legerunt, cum vero quædam sic inscripta esset, Philippus Olympiadi; populus simul acclamavit, ne aperirent, neque legerent: D quod putarent secreta viri cum uxore communicanda non esse in vulgus, etsi profuisset illis scire. Adeo Athenienses utile honesto non anteponebant. Magnæ vero pietatis signum, quod tumultu & seditione Argi concitata, quam Scytalismum vocarunt, quod se invicem ferientes mille quingentos interfecerint: hoc Athenis nunciatum est, qua re solum audita, & peregrino facinore perculsi, decreverunt universam statim civitatem expiandam. Et Praxiteles quidam nomine arietem vivum excoriavit; & hoc factum execrantes, illum fustibus cædentes punierunt, non arietis vindictam capere volentes, sed virum exosi, quod tyrannicam mentem haberet, & novam rationem cruciatus excogitasset.

E Antiqui solliciti fuerunt, ne male ominosa dicerent, maxime vero Athenienses: ideo & δεσμωτήριον, *carcerem*, οἴκημα· δήμιον, *carnificem*, κοινὸν appellabant; ἐριννύας Eumenides, vel venerandas deas; μύσος, *sceleratum*, vocabant ἄγος; ὄξος *vinum acescens*, μέλι nominabant: χολὴν, γλυκεῖαν; βόρβορον, *lutum*, ὀχετόν; sed Grammatici illa per antiphrasin nominant; novi etiam quosdam Philosophos, qui simiam *callaim* vocarunt.

Νὺξ, *nox*, a νύξω, id est, *stimulo*, factum est, per apocopen; stimulamur enim in tenebris offendentes,

1. Τὴν Ἀντίκυραν, ἐν ᾗ φασὶ γίνεσθαι τὸν λευκὸν ἐλλέβορον, Φωκικὴν εἶναι πόλιν λέγει) Vide Strabonem, *lib.* IX. & Stephanum, *in* Ἀντίκυραι.

2. Τὸ δεσμωτήριον, οἴκημα ἐκάλουν) Plutarch. in *Vita Solonis*: Οἱ νεώτεροι τοὺς Ἀθηναίους λέγουσι τὰς τῶν πραγμάτων δυσχερείας ὀνόμασι χρηστοῖς, καὶ φιλανθρώποις, ἐπικαλύπτοντας, ἀστείως ὑποκορίζεσθαι τὰς μὲν πόρνας, ἑταίρας, τοὺς δὲ φόρους, συντάξεις, φυλακὰς δὲ, τὰς φρουρὰς τῶν πόλεων, οἴκημα δὲ, τὸ δεσμωτήριον καλοῦντας. Hesychii locus hac de re est emendandus: Οἴκημα, δεσμωτήριον· Ἀττικοὶ δὲ, τὸ πορνεῖον. Quid F enim? an non Attici ut lupanar, ita etiam carcerem, Οἴκημα dicebant? Omnino corrige, Οἴκημα, δεσμωτήριον, Ἀττικοὶ, καὶ τὸ πορνεῖον. Harpocration etiam confirmat: Οἴκημα, ἀντὶ τοῦ δεσμωτήριον, Δείναρχος ἐν Τυραννικῷ, καὶ ἐν τῷ κατὰ Ποσιδίππου· ἀντὶ δὲ τοῦ πορνεῖον, Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου.

3. Οἶδα δέ τινας τῶν φιλολόγων, καὶ τὸν πίθηκον ὀνομάζοντας καλλίαν) Ita quoque erat in MS. codice. Sed καλλίαρ scribendum; siquidem est dictio Laconica. Hesych. Καλλίαρ, πίθηκος, παρὰ Λάκωσι. Laconum enim plurimæ voces in litera ρ terminabantur.

ἐξ ὧν νυγμοί τε, καὶ πληγαί. πέντε δέ εἰσι μονοσύλλαβα εἰς υξ λήγοντα θηλυκά. τρὺξ, στὺξ, νὺξ, πτὺξ, καὶ πνύξ. τούτων διὰ μὲν τοῦ γ κλίνεται τὸ τρὺξ, καὶ τὸ στύξ. διὰ δὲ τοῦ χ, τὸ πτὺξ, καὶ τὸ νύξ. πτὺς γὰρ πτυχὸς, καὶ νὺξ νυχός· ἐξ οὗ καὶ πάννυχος, καὶ παννυχὶς, καὶ παννύχιον· καὶ κατὰ ἀντιστοιχίαν, νυκὸς, καὶ ἐπενθέσει τοῦ τ νυκτός. φιλεῖ γὰρ πλεονάζειν ἐν τῇ γενικαῖς τὸ τ., ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ἄνακτος, καὶ γάλακτος. τὸ δὲ πνὺξ μόνον διὰ τοῦ κ κλίνεται.

Οτι [1] ἐν τῇ Αθήναις καὶ οὗτος τέσσαρα δικαστήρια φονικὰ εἶναι λέγει. α΄. τὸ ἐν Αρείῳ πάγῳ, ὃ δικάζει τοὺς ἐκ προνοίας τὸν φόνον δεδρακότας. β΄. τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ, ὅπερ ἐτάζει τοὺς ἀκουσίους. γ΄. τὸ (δὲ) ἐπὶ Δελφινίῳ, ὃ συνίσταται ἐπὶ τῶν λεγόντων δικαίως τὴν ἀναίρεσιν πεποιηκέναι. καὶ τέταρτον, τὸ ἐν Φρεαττοῖ, ὃ δικάζει τὸν χρόνον μέν τινα φεύγοντα ῥητὸν, αἰτίαν γε πρότερον ἔχοντα φόνου. ὃς καὶ κρινόμενος ἐπὶ νηὸς, ἔξωθεν τοῦ Πειραιῶς ἀπολογούμενος ἄγκυραν καθίει, διότι ὁ νόμος αὐτὸν οὐκ ἐδίδου τῆς γῆς ἐπιβῆναι. Αρεοπαγῖται μὲν οὖν ἐκαλοῦντο, οἱ τὸν ἑκούσιον φόνον κρίνοντες· οἱ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις δικαστηρίοις, κοινῶς ἐφέται.

Οτι μυθολογεῖ ἄνδρα τινὰ, ὠνομασμένον Ωὴν, τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἀνελθεῖν, τὰ ἄλλα μὲν τῶν μελῶν, ἰχθύος ἔχοντα, κεφαλὴν δὲ, καὶ πόδας, καὶ χεῖρας ἀνδρός· καὶ καταδεῖξαι τήν τε Αστρονομίαν, καὶ τὰ γράμματα. οἱ δὲ αὐτὸν ἐκ τοῦ πρωτογόνου πεφηνέναι λέγουσιν Ωοῦ, καὶ μαρτυρεῖν τοὔνομα, ἄνθρωπον δὲ ὄντα τὰ πάντα· ἰχθὺν δόξαι, διότιπερ ἠμφιέστο κητώδη δοράν.

Οτι τὸ μὲν αὖτις, Ιωνικόν· τὸ δὲ αὖθις Αττικόν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ μέχρι καὶ ἄχρι, χωρὶς μὲν τοῦ σ., Αττικόν. μετὰ δὲ τοῦ σ Ιωνικόν.

Οτι οἱ Αττικοὶ, κατά τι πάτριον ἔθος, οὐ χρῶνται τῇ ει διφθόγγῳ, ἐν τῷ λέγειν ἐς κόρακας, ἢ, ἐς μακαρίαν· ἀλλ᾽ ἄνευ τοῦ διχρόνου ἐκφωνοῦσι τὴν πρόθεσιν. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ μετὰ τοῦ διχρόνου, καὶ χωρὶς τοῦ διχρόνου, τὴν πρόθεσιν λέγουσιν.

Οτι [2] κατ᾽ εὐφημισμὸν οἱ Αττικοὶ τὸν κλέπτην φιλήτην λέγουσιν, οἱονεὶ μισητόν. ἢ καὶ φιλήτης ὁ κλέπτης, διότι φιλεῖ λαμβάνειν τὰ ἀλλότρια.

Οτι τὸ [3] αἰσυμνήτης· ἢ τὸ καθῆκον ὑμνῶν καὶ σέβων· καὶ γὰρ τὸ καθῆκον, αἶσαν φασίν· ἢ ὁ μένων ἐν τῇ αἴσῃ, τουτέστι, τῷ καθήκοντι, τοῦτο δὲ ῥηματικὸν ὂν, παραλόγως βαρύνεται. τινὲς δὲ οὐκ ἀπὸ τοῦ μένειν ἐν τῇ αἴσῃ, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ νέμειν τὴν αἰσυμνήτην φασὶ γεγονέναι.

Οτι τὸ ἔαρ, παρὰ τὸ εὔαρ εἶναι εἴρηται, ἡ ἡδίστη γὰρ τότε τοῦ ἔαρος κρᾶσις.

Οτι ἡ μέλιττα, ἢ ἀπὸ τοῦ μέλειν εἴρηται· οἰκονομικὸν γὰρ τὸ ζῶον· ἢ μήλιζαν αὐτὴν λεκτέον, ὡς ἐφιζάνουσαν πᾶσι τοῖς καρποῖς· τὸ γὰρ μῆλον, κατὰ πάντων ληπτέον τῶν καρπίμων. τὸ δὲ τῶν μελισσῶν σμῆνος, ἑσμὸς κυρίως λέγοιτο, παρὰ τὸ τὴν ἕσιν ὁμοῦ ποιεῖσθαι, καὶ μὴ διεστώσας ἀπ᾽ ἀλλήλων. διὸ καλῶς ὁ ποιητὴς ἀδινὰς αὐτὰς ἔφη, ἀδινῶς καὶ ἀθρόως πετομένας. ἀγελαστικὸν γάρ ἐστι τὸ γένος.

& non videntes; unde & vulnera, & læsuræ. Quinque sunt monosyllaba in υξ desinentia fæminina: τρὺξ, *fex*, στὺξ, *palus inferorum*, νὺξ, *nox*, πτὺξ, *plicatura*, & πνὺξ, *concio Athenis, seu tribunal*. Per γ declinantur τρὺξ, & στύξ; per χ, πτὺξ, & νύξ; πτὺξ enim πτυχὸς, & νὺξ νυχός; unde & πάννυχος, & παννυχὶς, & παννύχιον; & per literarum mutationem νυκὸς, & additione τ in medio νυκτὸς: κ enim in casu genitivo abundare solet, ut in ἄνακτος, & γάλακτος: πνὺξ vero solum per κ declinatur.

Athenis quatuor judicia de cæde esse dicit; Primum in Areopago, quod judicat eos, qui deliberato animo cædem fecerunt. Secundum in Palladio, quod in illo inquirit, qui inviti cædem patrarunt. Tertium in Delphinio, in eos qui se jure occidisse assererent. Quartum Phreatticum, quod judicat vadimonia deserentes, prius cædis accusatos. Qui in navi judicatus extra Pyræeum defensus anchoram demittit, quod lex illi non permittat in terram descendere. Areopagitæ igitur vocabantur, qui voluntariam cædem judicabant; qui autem in aliis judiciis, communiter ἐφέται dicti.

Narrat virum quendam, nomine Oen, in rubro mari visum, habentem cætera membra piscis, caput, & pedes, & manus hominis; & ostendisse Astronomiam, & literas. Quidam dicunt illum natum esse e primo parente Ωοῦ, & testari nomen, hominem autem esse omnino; piscem vero videri, quod piscis pelle indueretur.

Αὖτις Ionicum est; αὖθις vero Atticum: sic etiam μέχρι & ἄχρι sine σ Attica sunt, cum σ vero Ionica.

Attici more aliquo patrio non utuntur diphtongo ει, dicentes ἐς κόρακας, *ad corvos*, ἐς μακαρίαν, *in beatorum sedem*; sed sine diphthongo præpositionem ἐς pronuntiant: in aliis vero omnibus & cum diphthongo, & sine diphthongo, præpositionem εἰς usurpant.

Attici boni ominis gratia κλέπτην, *furem*, φιλήτην dicunt; quasi exosum: vel φιλήτης fur, quia amat accipere aliena.

Αἰσυμνήτης dicitur, qui colit officium; (etenim officium αἶσαν appellant antiqui) aut qui manet ἐν τῇ αἴσῃ, hoc est, in officio. Hoc autem nomen verbale irregulariter barytonum est. Quidam vero non ἀπὸ τοῦ μένειν, sed a νέμειν αἰσυμνήτην fieri dicunt.

Εαρ, *ver*, ab εὔαρ ductum est; jucundissima enim est veris temperies.

Μέλιττα, *apes*, vel a μέλειν dicitur; est enim rei familiaris studiosa; vel quasi μήλιζα dicitur, tanquam insidens fructibus; μῆλον enim malum pro omnibus fructibus ponitur. Apum vero examen proprie ἑσμὸς dicitur, quod simul erant, & non separentur. Ideo & recte Poeta (Homerus) ἀδινὰς eas vocat, quod ἀδινῶς dense & confertim volitent. Est enim animal hoc congregabile.

---

1. Εν τῇ Αθήναις καὶ οὗτος τέσσαρα δικαστήρια φονικὰ εἶναι λέγει) De quatuor istis tribunalibus vide quæ plenissime dixi *Areopagi* capite ultimo.

2. Κατ᾽ εὐφημισμὸν οἱ Αττικοὶ τὸν κλέπτην φιλήτην λέγουσιν) Sic apud Hesiodum, *lib.* I.

Ος δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ᾽ ὅγε φιλήτῃσι.

Ad quem locum ita Proclus: Τοὺς φιλήτας, τοὺς ἀφαιρεῖσθαί τι, καὶ ἐκφορεῖν, ἐθέλοντας. Et Joannes Tzetzes: Φιλήτῃσι, κλέπταις, ὑφαιρομένοις τὰ ἀλλότρια. Exstat Archilochi quoque iste versus:

Φιλήτα νύκτωρ περὶ πόλιν πολεύμενῳ.

apud Eustathium, *ad Odyss.* υ. qui videndus rursum ad ejusdem *Operis* ω. & *Iliad.* ι. Idem tradunt, Etymologici Auctor, Hesychius, Suidas.

3. Αἰσυμνήτης) Aristoteles, *Politic.* lib. III. cap. X. Δύο μὲν οὖν εἴδη ταῦτα μοναρχίας· ἕτερον δ᾽ ὅπερ ἦν ἐν τοῖς ἀρχαίοις Ελλησιν, οὓς καλοῦσιν Αἰσυμνήτας, ἔστι δὲ τοῦθ᾽, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, αἱρετὴ τυραννίς. Occurrit mox iterum, *capite* sequenti; & *lib.* IV. *cap.* X. Dionysius Halicarn. *lib.* V. Οἱ Αἰσυμνῆται καλούμενοι παρ᾽ Ελλησι τὸ ἀρχαῖον, αἱρετοί τινες ἦσαν τύραννοι. Proprie vero sic Cumani principem suum appellabant: ut ex Aristotele, libro, puto, *De rep. Cumanorum*, docet Scholiastes Euripidis *ad Medeam*: Ιδίως φησὶν Αριστοτέλης ὑπὸ Κυμαίων αἰσυμνήτην τὸν ἄρχοντα λέγεσθαι. Videndi etiam, Etymologici Auctor, Hesychius, Suidas, Didymus, *ad Odyss.* θ΄. & Eustathius, pluribus locis. Et certe αἰσυμνᾶν Veteres dicebant, *regnare*. Hesych. Αἰσυμνᾷ, βασιλεύει, ἄρχει· Εὐριπίδης, Μηδείᾳ. Etymologici Auctor: Αἰσυμνᾷ χθονὸς, ἀντὶ τοῦ ἡγεῖται. Εὐριπίδης. Μηδείᾳ. Locus vero in Euripidis ea fabula, quo uterque respexere, ecce iste est:

Γήμας Κρέοντος παῖδ᾽, ὃς αἰσυμνᾷ χθονός.

A Ὅτι τὸ ὄνειρον ἐτυμολογοῦσι, φησὶ, διότι τὸ ὂν εἴρει, τουτέστι, λέγει· ὥστε περὶ τῶν ἀληθῶν ὀνείρων τακτέον τὴν φωνήν. τὰ γὰρ ἄλλως ἔχοντα, μᾶλλον ἐνύπνια.

Ὅτι φησὶ [1] τοῦτο χάριν κόπτουσι παρὰ τοῖς κωμικοῖς οἱ ἐξιόντες τὰς θύρας, διότι οὐχ, ὡς παρ' ἡμῖν νυνὶ, τὸ παλαιὸν ἀνεῴγνυντο αἱ θύραι, ἀλλ' ἐναντίῳ τρόπῳ. ἔξωθεν γὰρ αὐτὰς ἀνατρέποντες, ἔνδοθεν ἐξῄεσαν, [2] πρότερον δὲ τῇ χειρὶ ψόφον ἐποίουν κρούοντες, ἐπὶ τῷ γνῶναι τοὺς ἐπὶ τῶν θυρῶν, καὶ φυλάξασθαι μὴ πληγεὶς ἔσω λάθῃ, τῶν θυρῶν ὠθουμένων ἄφνω. τὸν [3] Λοξίαν γὰρ προσεκύνουν, ὃν πρὸ τῶν θυρῶν ἕκαστος ἱδρύοντο. [4] καὶ πάλιν βωμὸν παρ' αὐτῷ στρογγύλον ποιοῦντες, καὶ μυρρίναις στέφοντες, ἵσταντο οἱ παριόντες· τὸν δὲ βωμὸν ἐκεῖνον, ἀγυιὰν B λοξίαν ἐκάλουν, τὴν τοῦ παρ' αὐτοῖς Θεοῦ προσηγορίαν νέμοντες τῷ βωμῷ. τὸ δὲ [5] κνισᾶν ἀγυιὰς παρὰ Ἡσιόδῳ, τοῖς Θεοῖς θύειν λέγει.

Ὅτι οὗτος ὁ συγγραφεὺς, ὁ ταῦτα συνταξάμενος, γένος μὲν Αἰγύπτιος ἦν, πόλεως δὲ τῆς Ἀντινόου, ἢ (ὡς αὐτὸς ἐπιγράφει) Βησαντινόου· Ἰαμβικῷ δὲ μέτρῳ διεξῆλθε τὰ προκείμενα· γέγονε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους Λικιννίου καὶ Μαξιμιανοῦ, Ἕλλην ἐξ ὧν γράφει τὴν θρησκείαν. ἔγραψε δὲ τῷ αὐτῷ μέτρῳ καὶ ἑτέρους λόγους· ὧν ὁ μὲν ἐπιγράφεται Ἀθῆναι· ὁ δὲ Αἰγύπτιος· ὁ δὲ Προτρεπτικός· ὁ δὲ Φήμη· ὁ δὲ Νίκη· ὁ δὲ Πόλις Ἀντινόου· δηλοῖ δὲ ὅτι ἑκάστη ἐπιγραφὴ ὑπόθεσίς ἐστι ἐπιγραφομένου λόγου. C

Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ τεύχει τῷ αὐτῷ περιείχετο μέτρῳ καὶ Ἑρμείου Ἑρμοπολίτου πάτρια τε τῆς Ἑρμουπόλεως, καὶ ἕτερά τινα. καὶ μὴν καὶ Σερήνου γραμματικοῦ ἐν διαφόροις μέτροις δράματα διάφορα, Ἀνδρονίκου πολιτευομένου, καὶ αὐτοῦ Ἑρμοπολίτου, πρὸς τὸν κόμητα Φοιβάμμωνα τὸν * κοινοπολινής· καὶ οὗτος δὲ δραμάτων ἐστὶ ποιητὴς, διαφόροις μέτροις τοὺς λόγους ἐντείνων. ἔτι δὲ καὶ Ὡραπόλλωνος γραμματικοῦ περὶ τῶν πατρίων Ἀλεξανδρείας. συντίθησι δὲ καὶ αὐτὸς δράματα τῷ ὁμοίῳ τύπῳ. ἀλλὰ καὶ Κύρου Ἀντιπολίτου εἰς Μαυρίκιον δοῦκα καὶ τὸν ἡγεμόνα παρόντα τῇ ἀκροάσει. ἐν Ἰαμβικῷ δὲ μέτρῳ καὶ οὗτος D τὸν αὐτοῦ συντίθησιν πόνον. εἰσὶ δὲ αὐτῷ ἐπιστολαὶ διάφοροι, πρὸς διαφόρους, γραφαῖς ποικιλλόμεναι διαφόροις, καὶ ἕτεροί τινες ἐγκωμιαστικοὶ λόγοι.

Ὄνειρον, *somnium*, derivant tanquam τὸ ὂν εἴρει, hoc est, id quod est dicit; quare pro veris somniis hæc vox ponenda est: in falsis vero & aliis potius ἐνύπνια, *insomnia*.

Ideo, inquit, apud Comicos exeuntes pulsant fores, quia non, ut apud nos nunc, ostia olim aperiebantur interius, sed adverso modo. Foras enim trudentes, manu pulsantes prius, ut audirent si qui ad fores essent, & caverent, ne inscii læderentur, foribus repente in viam protrusis. Loxiam (*Apollinem*) enim adorabant, quem pro foribus singuli ponebant. Præterea aram ibi rotundam collocabant, & myrteis coronabant, cui prætereuntes adstabant; aram autem illam ἀγυιὰν λοξίαν, *viam obliquam*, vocabant, hoc Dei nomen aræ tribuentes. At κνισᾶν ἀγυιὰς apud Hesiodum significat, Diis sacrificare.

Scriptor, qui hæc collegit, natione Ægyptius fuit, ex civitate Antinoi, vel (ut de se ipse scribit) Besantinoi; Jambico autem carmine hæc conscripsit. Vixit temporibus Licinii & Maximiani, ethnicus, quantum e scriptis colligas, religione. Eodem carminis genere scripsit & alios libros; quorum unus inscripsit & alios libros; quorum unus inscribitur *Athenæ*; alius *Ægyptius*; item *Adhortatorius*; item *Fama*; alius *Victoria*; item *Civitas Antinoi*; unde constat titulis cujusque argumentum operis indicari.

In eodem codice simili carminis genere continebantur patria instituta Hermiæ Hermopolitani, & alia nonnulla. Sereni quoque Grammatici varia dramata vario carminis genere, & Andronici Hermopolitani ad Comitem Phœbammonem communem urbis conditorem. Et hic dramatum auctor variis versibus libros composuit. Adhæc vero Horapollinis Grammatici de patriis rebus Alexandrinorum. Composuit & ille dramata simili stylo. Sed & Cyri Antipolitani in Mauritium ducem & Imper. qui recitationi interfuit. Jambis & ille laborem suum comprehendit. Sunt ejus variæ epistolæ ad varios, pigmentis adumbratæ, & aliæ nonnullæ orationes laudatorii generis.

---

1. Τούτου χάριν κόπτουσι παρὰ τοῖς κωμικοῖς οἱ ἐξιόντες τὰς θύρας) De ratione forium aperiendarum, quam hic tradit, elegans est Plutarchi locus in *Publicola*: Τῶν δ' ἄλλων τότε θυρῶν εἴσω τῆς οἰκίας εἰς τὸ κλεισίον ἀνοιγομένων, ἐκείνης μόνης τῆς οἰκίας ἐποίησαν ἐκτὸς ἀπάγεσθαι τὸ αὔλειον, ὡς δὴ κατὰ τὸ συγχώρημα τῆς τιμῆς ἀεὶ τοῦ δημοσίου προσεπιλαμβανομένου· τὰς δ' Ἑλληνικὰς πρότερον οὕτως ἔχειν ἁπάσας λέγουσιν ἀπὸ τῶν κωμῳδιῶν λαμβάνοντες, ὅτι κόπτουσι καὶ ψοφοῦσι τὰς αὐτῶν θύρας ἔσωθεν οἱ προϊέναι μέλλοντες, ὅπως αἴσθησις E ἔξω γένοιτο τοῖς προερχομένοις, ἢ προεστῶσι, καὶ μὴ καταλαμβάνοιντο προϊούσαις ταῖς κλεισιάσιν εἰς τὸν στενωπόν. Erant autem tales januæ, honoratiorum tantum; sicut etiam Publicolæ a Romanis eæ honoris causa datæ, imitatione Græcorum. Clarum id ex Hippiæ facto, quod commemorat Aristoteles, *Oeconom.* lib. II. cap. II. sect. IV. Ἱππίας ὁ Ἀθηναῖος τὰς θύρας, τὰς ἀνοιγομένας ἔξω, ἐπώλησεν.

2. Πρότερον δὲ τῇ χειρὶ ψόφον ἐποίουν κρούοντες, ἐπὶ τῷ γνῶναι τοὺς ἐπὶ τῶν θυρῶν, καὶ φυλάξασθαι, μὴ πληγεὶς ἔσω λάθῃ, τῶν θυρῶν ὠθουμένων ἄφνω) Qui exituri intus pulsabant, ii ψοφεῖν; qui foris, intromitti volentes, illi κόπτειν dicebantur. Scholiastes Aristophanis, *ad Nubes*, Act. I. Sc. II. ad illa Comici verba:

Ἀλλ' οὐχὶ κόπτω τὴν θύραν.

Παρατηρητέον δὲ, ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν ἔξωθεν κρουόντων, κόπτειν λέγουσιν. ἐπὶ δὲ τῶν ἔσωθεν, ψοφεῖν. ἱκανῶς δὲ διέστειλε Μένανδρος· ἐπὶ μὲν τῶν ἔξω, κόψω τὴν θύραν, εἰπών. Ἐπὶ δὲ τῶν ἔσω, ἐψόφησε τὴν θύραν ἐξιών. Quæ totidem verbis Suid. *in* Κόπτειν. Thomas Magister, in *Collect. Dict. Attic.* Ψοφεῖ μέντοι ἔνδοθεν, οὐ κροτεῖ.

3. Λοξίαν γὰρ προσεκύνουν, ὃν πρὸ τῶν θυρῶν ἕκαστος ἱδρύοντο) Apollo non Λοξίας, sed Ἀγυιεὺς ante fores colebatur. Itaque Helladii hic manifestus certe error.

4. Καὶ πάλιν βωμὸν παρ' αὐτῷ στρογγύλον ποιοῦντες) Aram ante januam ædium fuisse positam communi cum Apolline, qui Ἀγυιεὺς dicebatur, cognomento appellatam, docent Veteres. Hesychius: Ἀγυιεὺς, ὁ πρὸ τῶν θυρῶν βωμὸς, ἐν σχήματι κίονος. Scholiastes Aristophanis, *ad Equites*: Εἰσὶν δ' αὖ οἱ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεγόμενοι ἀγυιεῖς, οἱ πρὸ τῶν οἰκιῶν βωμοί. Et mox: Ἀγυιεὺς, ὁ πρὸ τῶν αὐλείων θυρῶν κωνοειδὴς κίων. Harpocration: Ἀγυιεὺς δέ, ἐστι κίων, εἰς ὀξὺ λήγων, ὃν ἱστᾶσι πρὸ τῶν θυρῶν. Meminit hujus aræ Sophocles, in fragmento quodam fabulæ *Laocoontis*, quod exstat apud Aristophanis Scholia- F sten, *loco citato*; Harpocrationem, & Suidam:

Λάμπει δ' ἀγυιεὺς βωμὸς, ἀτμίζων πυρὶ,
Σμύρνης σταλαγμοῖς, βαρβάροις εὐοσμίαις.

Plura iterum de hac ara Scholiastes Aristophanis, *ad Vespas*.

5. Τὸ δὲ κνισᾶν ἀγυιάς) Aristophanes, in *Avibus*:

Μηλοσφαγεῖν τε βουθύτοις ἐπ' ἐσχάραις,
Κνισᾶν τ' ἀγυιάς. ———

F I N I S.

JOANNIS A WOWER
POLYMATHIA
TRACTATIO.
INTEGRI OPERIS DE STUDIIS VETERUM
ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ.

CUM PRÆFATIONE

M. JACOBI THOMASII.

ACCESSERUNT PRÆTEREA

AUTORIS VITA ET ELOGIA : IN POLYMATHIAM

ITEM TABELLÆ SYNOPTICÆ.

LECTORI BENEVOLO
M. JAC. THOMASIUS



UÆ hic iterum prodit Joannis Wowerii *Polymathia*, Lector Benevole, anno sæculi hujus quarto primum emissa fuit Hamburgi e Bibliopolio Frobeniano. Ut manum operi admoveret Illustris Autor, obtrectatio fecit malevolorum, qui eruditionis prodigiosæ Juveni *variarum rerum studia*, hoc est, πολυμάθειαν exprobrabant, nomenque *Grammatici* objectabant pro convicio. Ipse ergo, cum censeret, crimen illud sapienti expotandum esse [2], se vero non tam suam, quam optimarum artium defensionem sustinere intelligeret [3], operæ pretium existimavit, ostendere, quantum in illa præter opinionem obtrectantium honestissima incusatione situm esset gloriæ. Ita natus illi hic liber est: cujus ideo toto primo capite non tam reprimit voces lividorum, quibus laudari se potius arbitraretur, quam exspectationem eorum generoso frustraretur contemptu. In eodem capite & hæc legimus [4], quæ primam invidiæ occasionem pandunt: *Nuper*, inquit, *exactis pueritiæ annis ductus amabili insania passus sum frangi famæ meæ florem editione abortivi libelli, qui mihi quasi tentanti vadum futuri favoris præmissus infelicibus auspiciis prælusit*. De Petronio eum suo, quem Anno 1595. editum constat, loqui non agnoscit Lundorpius [5] modo, sed clare hæc ipsius ad Gruterum verba profitentur [6]: *Editio Petronii non mediocrem mihi invidiam apud plerosque tristiores concitavit, quam aliquo modo amoliri conatus sum in c.* 1. Polymathiæ *nostræ*. Verum edi hæc ipsa *Polymathia* vix potuit, ubi novam scenam instruxit Livor, in qua velut incubatorem ovi alieni traduceret scriptorem doctissimi operis. Fuerunt, qui Casauboni quem scirent ejusdem argumenti Volumen meditari, cum ipsoque aliquandiu fuisse Wowerium, totam esse tractationem illam criminarentur. Quæ fama sic acccepta, quasi Casauboni ipsius confessione stabiliretur, adeo pupugit optime sibi conscium, ut Anno 1605. qui ab edita *Polymathia* proximus fuit, ad Baudium hæc scriberet [7], *Mirifice me adfecit, quod de* Polymathia *nostra scribis. Nunquam putaram, esse aliquid in isto opere, quod alii suum vellent. Crede mihi, mi Baudi, fama nostra non pendet ex isto libello, cujus residua pars,*(integrum puta opus *de Studiis Veterum*, quod etiam titulus *Polymathiæ* promittit)*facile probabit Auctorem. Non moveor, quicquid maligni de me confingant. Patrocinatur mihi innocentia mea, & noctes inexhausti laboris consciæ. Et sane, nunquam credidero illum, quem in Occitania noveram, idem asserere, nisi forte de iis, quæ de Critica docui. Haud nego, in illis non pauca, quæ de illo didici. De reliquis ne per somnium quidem cogitavit: nec eas Veneres propitias habet, quibus dictantibus istiusmodi opus conficeret. Multa certe in illo Commentario, quæ non sunt sui studii; multa quæ ipse ignorabat. Quod si ille hujus mendacii Author, maxime omnium mortalium mendacissimum & nequissimum intrepide pronunciabo. Sed frustra in iis laboro, quæ innocentissimum hunc animum minime exulcerant, & sane non deerit, quo mihi mea asserere possem*. Sunt in his, fateor, in Casaubonum quædam paulo superciliosius dicta: sed ea condonanda veniunt sive justo dolori, quem nequicquam ipse dissimulat, sive cæteris Viri virtutibus, quas & alibi Baudius [8] in compensationem admittit hu-

1. Vid. *cap.* 1. col. 101. 2 *Ib.* col. 1010. 3. *Ib.* col. 1011. 4. Col. 1009. 5 *Homologum. de Petron.* p. 23. 6 In *Epist.* An. 1603. scripta, quæ est *Epistolarum* ejus *Centuriæ* II. XXXV. p. 277. 7 *Cent.* 1. *Epist.* Wovv. LXIII. p. 127. & *Cent.* 1. *Epist.* Baud. LXXXVI. p. 201. 8 *Cent.* 1. *Epist.* LV. Ann. 1603 *ad Christoph. Pu-*

manæ hujus & maximis præcipue animabus familiaris culpæ. Cæterum qui rumoris ejus, per iſta quidem tempora, eventus fuerit, hæc Baudiana reſponſio declarat [1]: *Refrixit jam ſermo leviſſimorum hominum, qui* Polymathiam *tuam plagii ſuſpicione infamabant. Caſaubonus Vir melior & candidior eſt, quam ut hujus culpæ inſimulandus eſſe videatur. Miſit ad me recens opus* de Satyrica Poeſi Græcorum, *&c. cum benigniſſimis literis, in quibus modum non tenuit circa laudes noſtras.* Huic ipſi *Epiſtolæ* [2] ſubjecta ſunt excerpta *literarum* Caſauboni *ad Scriverium*, quæ hic etiam legi cauſæ eximie intereſt: *Quod me adeo obnixe rogas, ut de Critica, quæ polliciti ſumus, publicemus, agnoſco etiam in eo affectus tui vehementiam: neque enim ejuſmodi noſtra ſunt, quorum cauſa vos docti vadimonia deſeratis: illa enim lucubratio peculiarem habet difficultatem, cum & ſpinoſa ſit tota, & quædam in ea contineantur liberius adverſus eos diſputata, qui ſcelere immani de Sacra Pagina audent detrahere. Addo, quod otium deſiderat adhuc is noſter fœtus, ſi volumus* ὑπηνέμιον *eum non eſſe. Lætatus ſum nuper, cum viderem, Johannem Wowerium, juvenem eruditiſſimum, ex parte idem argumentum ſuſcepiſſe tractandum: magis vero lætatus eſſem, ſi quæ paramus, omnia eſſent ab illo occupata, ut legitimam occaſionem haberemus ſuperſedendi ab eo labore. Quod quia ab eo factum non eſt, dabimus* θεῶ διδόντος *operam, ut tuo deſiderio quamprimum ſatisfaciamus.* Non potuit innocentia Wowerii teſtem habere luculentiorem Caſaubono. Qui, ut videmus, libello inſpecto, laudat juvenem, eruditionem operi nec adimit, nec ut alienam aut malis artibus quæſitam exprobrat. Nunquam ſic erat ſcripturus, ſi calamum ejus ἐπαυτοφώρῳ deprehendiſſet in ſcriniis ſuis. Quid ergo eſt, quod inſimulatio iſta ex obſcuris, & jam, ita loquar, ad internecionem conciſis rumuſculis, non dubitavit erumpere poſtea in lucem apertam, & exiſtimationem Wowerianam denuo adoriri? Ecce enim Philippi Jacobi Mauſſaci verba in judicio de Plutarcho & Scriptis ejus [3]: *Conſilium non eſt hoc loco de ſtudiis Antiquorum tractare, nec cereum allucere, aut methodum componere, qua facilis ingreſſus pateat ad limina diſciplinarum & ſcientiarum omnium. Opus enim eſſet peculiari tractatione, quam forte cum DIs faventibus volentibuſque, ſi res noſtræ nobis otium fecerint, & DEUS vitam dederit, aliquando inſtituturi ſumus, quando Vir ille inter eruditos præcipuus, qui eam nobis pollicitus erat, morte præventus perficere non potuit. De Iſaaco Caſaubono loquor: in cujus meſſem falcem injecit Joannes Wovver, vir certe ingenii non vulgaris, ſed qui opus imperfectum reliquit, quamvis omne quod edidit, a Caſaubono habuerit, dum una cum eo egit Monſpelii.* Magnum, fateor, nomen eſt Mauſſaci, ſed in literis bonis, ubi judicem quoque, ut exquiſitiſſimæ doctrinæ Virum, libenter feremus. Verum in præſenti negotio, in quo ipſe ſibi ſumpſit Accuſatoris partes, liceat nobis innocentiæ defenſionem ſuſcipere, melioremque ſententiam, abs tua, Lector, æquitate ſperare. Ad quam prodeſſe vel hoc ſolum Wowerio debet, quod a ſe negatum crimen nullo teſte probat Actor. Viciſſim Reo non teſtis modo, ſed prope Advocatus adeſt Caſaubonus, quo nec magis compertam rem habere, nec minus cauſæ, cur diſſimularet, quiſquam potuit. Sed cum hoc tamen fuit Wowerius Monſpelii. Fuit opinor aliquando &

teanum, p. 130. de Wovverio: *Ex pluribus indiciis apparet, eum non tam nocendi animo, quam ſui extollendi vanitate ſolitum detrahere famæ & meritis laudibus amicorum. Demto certe hoc vitio multa habet ingenii naturæque dona, quibus ſupra vulgus ſapit, & Illuſtrium Virorum amicitiam meretur.* Obiter addo, quæ ſequuntur ibidem de abjuratione religionis, ea dilui ab ipſo Wovverio *epiſtola* ejuſd. *Centuriæ* LIX. p. 143. quæ inter Wovverianas eſt *Centuriæ* I. XL. p. 79. 1 *Cent.* I. *epiſt.* LXXXVII. p. 209. Inter Wovverianas quære p. 441. 2 Pag. 210. 3 Pag. 149. Ed. Toloſ. Ann. 1618. cum libello Plutarchi *de Fluv. Nominibus*.

Mauſſacus. Num ergo *de Lexicis* illam *Diſſertationem Criticam* ſuffuratus eſt Caſaubono Mauſſacus? Mihi tamen, inquiet, plagii ſuſpectus eſt Wowerius. Et nobis invidiæ Mauſſacus. Videamus ab utra parte ſuſpicandi ſe rationes proferant graviores. In ingenium, quale Wowerio fuit, ipſius Mauſſaci prædicatione non vulgare, cadere ſolent mores quidam, ut ſumus homines, haud optimi: non nego, & tetigi ſupra, & erunt in hac ipſa *Polymathia*, quæ ſpiritus juveniles nondum illi plane deferbuiſſe arguant. Tam illiberale vero facinus, ut alienis plumis ornare ſe vellet, qui propriis ſuperbire poſset; tam ſupina inſania, ut vivo Caſaubono & ſpiranti, non adjiciam, amico ſuam penum interverteret, qui nihil nimis polliceri ſibi, quam patientiam ejus poſset: cujus eſt quæſo, niſi hominis vel de ſe deſperantis, vel de induſtria præſentaneam ſibi infamiam conquirentis? Quorum ab utroque ſi quis unquam abſuit, is Wowerius profecto fuit. Citius eſt, ut æmulatione Wowerii percuſsum Mauſsacum (ſolet enim hoc vitii ut fabris inter ſe, ſic eruditis intercedere) ſiniſtros rumores illos vel ſeviſse credamus primum, vel ſatos ab aliis cupidius admiſiſse, & chartis ad extremum licentius illeviſse, quam gravem virum decebat. Auget ſuſpicionem, quod vivis Wowerio & Caſaubono publice tacuit Mauſsacus: iis mortuis demum virus illud evomuit. Obiit ſuum diem Wowerius Anno 1612. Caſaubonus biennio poſt. Anno demum 1618. judicium Mauſsaci de Plutarcho [1], & in eo inclemens inculpatio Wowerii Toloſæ prodiit. Occaſio fortaſse non tulerat prius. Imo vero tuliſset in *Diſſertatione Critica de Harpocratione & Lexicis*, ubi hæc legimus pag. 315. *Magna certe & non inutilis movetur quæſtio inter eruditos, quomodo in Antiquorum ſcriptis verſandum ſit, quomodo ſcribendum: ſed hanc non eſt hujus loci nec temporis agitare: requirit enim illa peculiarem diſſertationem, quam ſæpius in ſcriptis ſuis nobis polliceri legi litteratorum, qui ad hoc ævi floruerunt, in hoc genere litterarum principem virum Iſaacum Caſaubonum, cum penes ſe habere* de Critica & Critico *legitime informando librum profitetur. Utinam* τῶν κειμηλίων *nos jam diu feciſſet participes! non ita graſſaretur, nec diffuſa eſſet magiſtellulorum quorundam ſupinitas, imo nec pari audacia Veterum monumenta tractarent indocti, nec ſibi de ingenio & ſcientia, quam nunquam legitime deguſtarunt, præſumerent, non naſcerentur quotidie tot abortivi chartarum conſcribellatores, qui quolibet in genere ſcientiarum, in jure, in humanioribus litteris, in Critica, quæ nunquam forte legerunt, triborio, primo ſtatim oculorum conjectu, ventilant non ſolum ea ſe aſſequutos, ſed impudenter profitentur ſe primos eorum Autores, licet ab aliis docti fuerint.* Putes hæc ſcribenti Wowerium fuiſse in mente. Non valde pugnem. Sed cur non & nomen expreſſit? Cur illi pepercit poſtea, cum in ipſum alias incurreret pag. 354. *De Authore* Polymath. *hic loquor, quem ſcio Grammaticam in tres partes diviſiſſe* [2], *ad inſtar Sexti Empirici, mutato tamen membri unius ad libitum nomine.* Nimirum edebat hæc anno 1614. aut ante mortem Caſauboni (poſtremum enim hunc ipſi annum fuiſse diximus) aut ante famam certe mortis, quod ſatis innuunt verba de Caſaubono Mauſsaci. Metuebat

1 Præmiſſum poſtea & Tomo I. *Operum* Plutarchi Græco-Lat. Francof. Ann. 1620. 2 Reſpicit ad locum Wovverii c. VIII. p. 65. 66. 3 Vide pag. præcedent. & adde Caſaub. *epiſt.* CCXI. A. 1600. p. 233. *Commentarium de Critica pridem affectum habemus: ſed labore iſto* (notarum in Hiſt. Aug.) *prius defungamur neceſſe eſt, quam aliud quid ſuſcipimus. De illo igitur alias tecum plura: neque enim leviter præclaram illam hypotheſin ſumus tractaturi, ſi dabitur nobis οὐρανόθεν perficere, quod inſtituimus.* And. Schottus l. IV. *Tull. Qu.* c. III p. 282. *Quoniam legitimam hanc Criticam temere quidam, ut ineptam rident, atque adeo damnant, de ejus ortu & partibus, brevi tamen & circumſcripte, nunc differam: uberius fortaſſe alii: promiſit enim nuper, & poteſt, Caſaubonus.*

ergo

ergo, ne vanitatis ipsum Casaubonus convinceret, quem supra patrocinantem Wowerio audivimus. Differendum fuit crimen, donec extinctus esset liquidissimus bonæ causæ vindex. Qui cum secum simul umbris involveret promissum toties [3] *de Critica* opus, ad quod provocare de cætero innocentia potuisset, nihil obstabat amplius calumniæ palam exiturienti. Verum si credi sibi voluit Maussacus, Wowerium, quicquid in *Polymathia* edidit, a Casaubono habuisse: cur in illa Grammaticæ partitione non vapulat ipsi potius Casaubonus? nam ab hoc etiam scimus eum dissentire ausum [1]. Cur in judicio *de Plutarcho* tractationem *de Polymathia* Wowerio, quam paulo post erupturus erat, aperte tribuit [2]? Utique multa sunt nobis, nec futilia indicia, quæ Maussaci fidem subleštam faciant, nec obscure fontem ipsum criminationis aperiant invidiam. Parturiebat ipse libros *de Studiis Antiquorum* [3]. Prævenisse Wowerium, licet ingentis operis primitiæ tantum illa esset *Polymathia*, æquis oculis pati non potuit. An hoc etiam dicamus nocuisse Wowerio, quod Germanus fuit? Solent enim Galli quidam (absit omnes hæc feriat querela) de nostris haud aliter sentire, quam de pumilionibus gigantes. Quicunque fuit affectus, qui doctissimo Viro, nobisque ob alias dotes admirando, indignam sibi obtrectationem elicuit, satis, ut opinor, dictum est pro Wowerio. Hujus *Polymathiam* tanto chariorem tibi, Lector, futuram confidimus, quod intelligis Maussaco dignam visam, cujus ne Casaubonum quidem puderet. Neque habemus omnino, quod quidem sciam, hoc de argumento scriptum locupletius, bonaque fruge refertius, posteaquam nec nostro, quem quidem valde brevis ævi spacium facile excusat, nec Casaubono, nec Maussaco licuit exspectationem justi *de Veterum Studiis*, omnique re critica, operis explere. Itaque opido mature desiderari cœpit in Officinis [4], jamque diu pretiosissimi thesauri venditorem quærunt Eruditi, nec inveniunt. Eum vero nunc habes *Laurentium Rigismundum Cornerum*, Bibliopolam nostrum. Qui cum operi, quod suis impensis recudendum suscepisset, accessiunculam a nobis optare videretur, facile persuasit, ut hanc ipsi præfationem gratificaremur. Tanto magis, quia Vir summus, & qui solus hac ætate relicto per illos, quos ipse [5] nominat, sæculi nostri Varrones, labori succedere valeat, THOMAS REINESIUS, ubi de consilio nostro cognovit, non id approbavit modo, sed operam quoque obtulit liberaliter, deque Wowerio nos in sententia confirmavit. Cæterum, ne quid subticeam, capitum ad Summariorum ductum in puncta sectiones *M. Joachimo Fellero*, Lector, debes, in his literis egregie versato juveni, cui has partes delegavimus, tam gratas, uti spero, futuras tibi, quam molestum fuit nobis, quoties in capite præsertim longiori, si quid e Summario primum petebamus, non ilico se daret sub oculum. Poteramus fortasse notas etiam aut a nobis adjicere aliquas, aut ab amicis, a REINESIO cumprimis, impetrare plures, nisi hac parte intactum relinquere Wowerium fuisset visum satius, ad operis certe, quod in has nundinas autumnales extrudebatur, festinationem oportunius. Vale.

Lipsiæ Mense Septembri Anni 1665.

1 Pag. 36. *Notar. in Harpocrat.* satis modeste, & tacito Casauboni nomine, quod tamen Indice *lit. I.* reperies. 2 Pag. 147. *Vir ille doctus*, inquit, *qui aliud agendo locum hunc Caii explicare tentavit in Tractatione SUA* de Polymathia *c.* XXIV. (quære ibi sub finem) *existimavit*, &c. ubi contra Wowe. disputat. 3. Vid. supr. *lit. I.* 4. Baud. *Cent.* III. *Epist.* XXXI. Anno 1608. *ad Wower.* p. 563. (in *Wowerianis* p. 481.) *Polymathiæ tuæ librum hic habes. Apud Raphelengium exstant aliquot Exemplaria repetitæ editionis, a quo hunc emi. Nusquam, ut opinor, alibi in hac urbe* (Lugd. Bat.) *invenitur. Excussi enim plerasque Typographorum & Bibliopolarum officinas, ut eum inventum tibi curarem. Scriverii exemplum adjunctum est alteri opusculo, & scatet annotationibus ad marginem.* 5. *Lib.* III. *Var. Lect.* 1. Vide postea in *Elogiis Wowerianis.*

VITA
JOANNIS WOWERII
PER
GEVERHARTUM ELMENHORSTIUM,
ex Editione Syntagmatis Woweriani de Græca & Latina Bibliorum interpretatione.



OANNES WOWERIUS natus est Hamburgi honestiss. parentibus VI. *Eidus Mart. A°. Christi* ∞D. LXXIV. *Puer prima literarum stipendia in schola patria fecit, quam tunc magna cum laude Vir eruditissimus* WARNERUS ROLEVINCIUS *moderabatur. Annum agens* XIIX. *a patre Leydam ablegatur, ubi quinque solidos annos permansit, sectatus amœna literarum & antiquitatis studia. Coluit ibi conjunctionem gratiæ cum clariss. Viris* JANO GRUTERO JC. DOUSIS, VULCANIO, MERULA, HEINSIO, MEURSIO, SCRIVERIO, BLEINBURGIO, *& quem primo loco nominare debui, magno* SCALIGERO, *cui etiam impurissimum Scriptorem purissimæ Latinitatis dedicavit. Inde in Galliam profectus familiariter innotuit Viris summis,* Claudio Puteano, Francisco Pithœo, Jacobo Bongarsio, Petro Danieli, Isaaco Casaubono, Dominico Baudio, Theodoro Marcilio, & admodum reverendo Viro Guittardo Ratæo Episcopo Monspessulanensi, *cui Sidonium Apollinarem inscripsit. Postea iter in Italiam capessit, illicque biennium exegit, propter excellentes ingenii dotes Principibus, Cardinalibus & Rotæ Auditoribus admodum carus & æstimatus, quorum opera etiam sæpenumero ad ipsum Pontificem Romanum aditus ei patuit, qui benigne hominem amplexus est, honestoque stipendio alere voluit: cujus preces prætextu adversæ valetudinis blanda aversatione sapienter repulit. Ex longa peregrinatione domum redux, ea studia, quæ juvenis tractaverat, studiose recoluit, publicavitque* Minucium Felicem, Firmicum, Panegyricum ad Regem Daniæ, Apulejum, Notas Epidicticas in Tertullianum, librum de Umbra, & Polymathiam *opus operosissimum, & quo ad eruderandum animum ab inscitiæ vepretis a multis retro annis nullum prodiit utilius. Non longo post intervallo a generoso Comite Frisiæ Ennone ad munus Consiliarii honeste evocatur; cujus nomine quoque pro pacificatione Embdana Hagam Comitis legationem suscepit. Deinde propter crebras eruptiones Embdensium cum junioribus Comitibus in Holsatiam ad illustrissimum Principem* JOHANNEM ADOLPHUM *mittitur, quem unico congressu, suadela sua & doctissimis moribus ita totum cepit, ut antequam ab illo discederet, se valedicturum Comiti Embdano & ipsi operam daturum sub juramento compulsus fuerit promittere. Ornatur igitur a prædicto Principe titulo Consiliarii, nihilque magni momenti geritur, cui non sagax ille & prudens temporum observator adhiberetur. Meruit etiam hac sua diligentia præfecturam arcis Gottorpianæ, (splendidæ imprimis dignitatis ista est administratio, nec nisi nobilissimis Holsatiæ datur) quam cum laudabiliter per tres annos administrasset, incidit in morbum lentum ac gravem, qui eum quotidie erogavit & sensim contabefecit. Sentiens igitur sibi adesse fatalem & suam horam, accessiri jussit sacerdotem, factaque rite exomologesi & sacro viatico suscepto, placide & leniter expiravit Anno Christi* ∞ DC. XII. III. *Kal. Aprilis ætatis suæ* XXXVIII. *non sine illustrissimi Principis sui desiderio, cujus jussu Slesvvigæ in templo majori honorificentissime tumulatus est. Ipsius monumentuo ipse voluit ut hæc saltem verba inscriberentur,*

HIC. SITA. SUNT. OSSA.
JOANNIS. WOWERI.

Scripta ab illo edita.

Arbiter Petronius cum Notis.
Sidonius Apollinaris.
De cognitione Veterum novi Orbis.
Minucius Felix.
Firmicus.
Apulejus.
Panegyricus ad Regem Daniæ.
Polymathia.
Notæ Epidicticæ in Tertullianum.
Liber de Umbra.
Syntagma de Bibliorum Interpretatione.
Epistolæ ad diversos.

Desiderantur.

Encomium Asini.
De amore Socratico.
Notæ in Ciceronem.
Elementa Politica.
Commentaria in Tertullianum.
De officio boni Civis.
De officio boni Senatoris.
De officio veri JCti.
De immortalitate animæ.
De Studiis Veterum, opus eruditissimum.
De Crimine Majestatis.
De Magistratibus Romanis.
De publicis Judiciis & Pœnis.
De Tyrannide.
De vera Philosophia.
Della Ragion di Stato.

ELOGIA WOWERIANA.

TH. REINESIUS

Lib. III. Var. Lect. *cap.* I. *pag.* 305.

DE Glossariorum apud vetustissimos tam Græcos, quam Latinos, quibus barbarorum, peregrinorum, inusitatorum, obscurorum & difficilium vocabulorum cujuscunque generis ἐξηγήσεις continentur, argumento, compositione, forma, omnique adeo ratione, & eorum Autoribus tradere occuparunt.

Varrones nostri Sæculi

CASAUBONUS Anim. ad Athen. lib. III. cap. VII. lib. IX. cap. VII.
WOWERIUS de Polymath. cap. IX. &
PH. JAC. MAUSSACUS Differt. Crit. Notis in Harpocrationem præmissa novissime, *quorum laboribus in hoc genere absolutissimis uti frui juventutem, si quæ solidam eruditionem amat, jubemus.*

JOSEPHUS SCALIGER,

lib. V. de Emend. Temp. *fol.* 453.

JOANNES *a* WOWEREN *juvenis mihi propter mores & eruditionem charissimus.*

ISAACUS CASAUBONUS,

Epist. DCCXXII. ad Joannem a Witten, Consiliar. Princip. Megapolit. *pag* 950.

Doluit nobis cum nuper intelleximus, Johannem a Wovveren tuum veterem sodalem fato functum esse. Literæ in eo Viro non mediocrem jacturam fecerunt. Audieram illum occupari in editione paranda Ciceronis Operum ex emendatione Jani Guilelmii, qui ante multos annos Avarici Biturigum in Gallia obiit. Hæc quoque erit magna Reip. literariæ jactura, si propter obitum Domini a Wovveren intermittatur suscepta editio.

DANIEL HEINSIUS,

in Epist. ad Elmenhorst.

Si quis virtutes Wovverianas, acre ac divinum ingenium, judicium incomparabile, magnum animum, neque tantum capacem literarum, sed qui cum illis quoque qui hoc unum egissent, in Principum aulis & gravissimis Reip. negotiis paria faceret, admiratus unquam fuit, ego is fui semper.

NICOLAUS KELLINCHUSEN,

Comitis Frisiæ Consiliarius, *in* Epist. ad Elmenhorst.

Vehementer laudo V. C. quod Wovverium posteris narrare, ejusque imaginem non corporis, sed quæ pulchrior est, mentis depingere, totique orbi spectandam proponere constitueris. Egregia sane illa & digna, ad cujus exemplum, tanquam ad speculum, suos quisque mores componat.

PAULUS MERULA,

Comment. ad Annal. Ennii *pag.* 632.

Eruditus juvenis Janus Wovverius, ab Apolline Musisque tenerrime eductus electusque, mihi vero ob secretiora, quæ tractat diligenter, studia amicissimus.

GASPAR SCHOPPIUS,

Comment. de Criticis & Philol.

De Johanne a Wovveren Hamburgensi quantum mihi pollicear, non temere prædicanti mihi quisquam accredat. Omnium fere conatus, aliquid in his Criticis audentium, una Petronii editio ab illo prodita absterrere possit. DEUS modo juvenem hunc diutissime superstitare velit!

AND. SCHOTTUS,

Schol. ad Zenob. Cent. V. Prov. XXV. *pag.* 122.

Literis hisce interioribus excellens Joann. a Wovveren de Polymathia *cap.* IX.

JOANN. JONSIUS,

lib. I. de Script. Hist. Philof. *cap.* X. *pag.* 49.

Wovverius, quem Vossius suppresso illius nomine quandoque sequitur, Polymathiæ *cap.* IX.

IDEM, lib. II. cap. XVII. *pag.* 205.

Eruditissimus Vir Joannes Wovverius, non Belga, ut opinatur A. Schottus ad Procli Chrestomathiam *pag.* 15.* *(quanquam ejus nominis Belgam fuisse, sed alium, docet* Bibliotheca Belgica *Valerii Andreæ) sed Hamburgensis lib.* de Polymathia *cap.* IV.

* *Item* ad Zenob. Cent. III. Prov. LXIV. *pag.* 68.

IN WOWERII POLYMATHIAM

TABULÆ QUATUOR SYNOPTICÆ.

A

Introductio ad Tractationem habetur *cap.* I.

POLIMATHIÆ. Tractatio ipsa continet
- Definitionem, *cap.* II.
- Divisionem in membra duo, *cap.* III. Nempe
  - ARTES LIBERALES. Quarum
    - Divisio a *cap.* IV. ad XXII. extenditur. Vide Tab. B. C. D.
    - Connexio ostenditur *cap.* XXIII.
      - * Unde nomen illis ἡ ἐγκυκλοπαιδείας, *cap.* XXIV.
    - Finis & princeps, PHILOSOPHIA, *cap.* XXV.
      - * Ad quam per gradus ascendendum, *cap.* XXVI.
    - Defensio suscipitur adversus Stoicos & Epicureos, qui Liberalia Studia rejiciebant, *cap.* XXVII.
  - SCIENTIAM, quæ ipsa rerum inquisitione paratur, *cap.* XXVIII.
- Defensionem adversus Heraclitum, aliosque ejus contemptores, *cap.* XXIX.
- Corruptæ nostro sæculo causas, *cap.* XXX.
  - * Est autem inter causas corruptrices Avaritia, *cap.* XXXI.

B

ARTIUM LIBERALIUM

Divisio usitata repetitur a Scholis. Ubi hæ septem vulgo numerantur *cap.* III.

- Tres Logicæ quæ sunt.
  - I. GRAMMATICA. Et hæc consideratur tum
    - In sua Antecursoria Grammatistica, *cap.* IV. Cujus munera duo:
      - Unum in formanda voce ad lectionem & pronunciationem, *cap.* V.
      - Alterum in directione manus ad
        - Scriptionem, *cap.* VI.
        - Computationem, *cap.* VII.
    - In se ipsa, a *capite* VIII. ad XIX. Vide Tab. C. D.
  - II. DIALECTICA, *cap.* XX.
  - III. RHETORICA, *cap.* XXI.
- Quat. Mathemat. quæ sunt. — *Cap.* XXII.
  - IV. ARITHMETICA.
  - V. MUSICA.
  - VI. GEOMETRIA.
  - VII. ASTRONOMIA.

De cap. XXIII. *& seqq. Vid. Tab. præc.*

C

GRAMMATICA

In se ipsa considerata
- Dividitur in tres partes: Nempe
  - 1. τεχνικὴν, sive μεθοδικὴν, *cap.* VIII.
  - 2. ἐξηγητικὴν, quæ in Auctorum enarratione interpretatur obscuritatem tum eam, quæ est
    - In Verbis, *cap.* IX.
    - In Rebus, *cap.* X. Et hoc facit Grammatica Historica. Cujus
      - Objectum, Historia triplex: Nempe
        - Mythica seu Fabularis. Figmenta vero sunt vel de Personis: Rebus: Locis. — *cap.* XI.
        - Vera, *cap.* XII. Quæ vel Universalis, Particularis — *cap.* XIII.
        - Quasi vera, sive Comœdia aut Tragœdia, *cap.* XIV.
      - Nomen: appellatur enim hæc Grammaticæ pars proprie φιλολογία *cap.* XV.
  - 3. κριτικὴν a *cap.* XVI. ad XVIII. Vide Tab. D.
- Commendatur a dignitate & utilitate, *cap.* XIX.

De cap. XX. *& seqq. Vid. Tab. præced.*

D

Tertia Pars Grammaticæ est

ΚΡΙΤΙΚΗ.

Hujus duo sunt munera: Nempe
- JUDICIUM: quo — *cap.* XVI.
  - Sua cuique auctori opera vindicabant:
  - Vera & genuina a supposititiis discernebant:
  - Omnium Scriptorum quasi quendam censum agebant.
- EMENDATIO: qua solebant — *cap.* XVII. & XVIII.
  - Perperam ab Autoribus scripta ἀθετεῖν.
  - Νοθεύοντα nota apposita damnare:
  - Corrupta emendare:
  - Ambiguas Lectiones recensere.

De cap. XIX. *& seqq. Vid. Tab. præced.*

INDEX CAPITUM.

INDEX CAPITUM.

JOANNIS A WOWER
DE
POLYMATHIA TRACTATIO.
INTEGRI OPERIS DE STUDIIS VETERUM ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ.

CAP. I.

1. Dissertatio adversus invidos & calumniatores, & 2. introductio ad tractationem.

1. VIRTUTIS possessio tam speciosa & amabilis, ut vel ejus hostes, improbi ac inertes, latrocinio ereptam, aut quovis injusto titulo occupatam, sibi vindicare vellent, nisi prudentior rerum natura sublimem & excelsam in arduo collocasset, quo nullus patet aditus, nisi per præcipitia & prærupta, quæ furtivos illorum accessus facile prohibent. Cum itaque prædam, quam inhiabant, flagitia & desidia occupare non sinunt, secedunt tristiores; & dum infestant inquietos irriti voti tormenta, surrepit maxime vehemens & importunum inter ægrotantis animi morbos malum, invidia, quæ arma in nos movet, quoties aliena comparamus, & inviti nostra, quasi solutioris stomachi essemus, non sine ingenti fastidio intuemur, alienam virtutem propriorum vitiorum exprobrationem existimantes. Αἱ γὰρ τῶν ἀγαθῶν εὐλογίαι ἔλεγχος σαφὴς τῶν τ' ἐναντία ἐπιτηδευόντων. Hujus rei insigne documentum exitus Thraseæ posteris dedit; cujus virtuti nullum crimen objectum, præterquam quod mœstus publicis bonis, theatra & templa pro solitudine haberet, quod ejus sectatores rigidi & tristes Neroni lasciviam exprobrarent. Accessit crimini cognitio Senatus; Thrasea, tanquam si proditorem & hostem induisset, non sine bonorum indignatione, & nefanda corruptissimi sæculi infamia, ultimam necessitatem passus est. Quare qui vitiorum omnium inimici rectum iter vitæ insistere cœperunt, propter morum differentiam odium habent. Nam si vel levi flexu deviarint, protinus innocentia, sanctique mores, quibus ad laudis fructum pervenerant, improborum obtrectationi ludibrium debent; quorum petulantiæ & protervitati optimi cujusque integritas scopus erigi solet. Invidia enim custodes adposuit molestos, inquietos, impudenter curiosos, qui ut Dracones, quos Poetæ in Hesperidum hortis collocant, indefessa acie ad optimorum fores excubias agunt; eorum mores, actus, & tantum non nutus diligentia plus quam humana observant; ad secretiora quoque & occultas cogitationes irrepunt, & interius animi domicilium immigrant, ut ubique captent levium errorum auras, quibus calumniæ suæ vela impleant. Ita recte facta proborum sine fructu pereunt, & inter prædones strangulantur, cum maligni ærugine obvoluti ad eorum splendorem, quem nisi fluentibus & madidis oculis intueri non possunt, prorsus cæcutiant: illa vero, quæ vitio gentis humanæ exile contagium

A delicti præferunt, & consensum quendam erroris fatentur, in apricum protrahuntur, rediguntur ad amussim, & prostituta in publicæ famæ tribunali iniquo examine condemnantur: tanquam si quis canendi artifex insignis tibias leni spiritu animasset, flexanimo sono & pluriformi harmoniæ modo adstantium aures permulcere parans; interim dum lævis & dextris foraminibus tangendis manus diducit, deceptus forte consuetudine digitus exiguo spacio a mensura aberrasset, & inde emissus discrepans sonus concordiam cantus leviter turbasset; hunc imperiti artis & exaudirent, & irati reprehenderent. Ita maligni cum magnorum B virorum vitam intuentur, sive per mentis angustias, sive innata nequitia ad optima quæque lippi aut surdi, exiguos errores, velut frequentissimis nundinis, sub ingenti præconio prostituunt, & artificiosa quadam voce evulgant, ut tanquam institores ad splendidas merces emtorem alliciant. Nempe ut corvi, & vultures, prædæ imminentes, ad fœtutina & oppletos cadaveribus campos odore ducti, pernicium alarum remigio evehuntur, animata vero & sana non sentiunt, nec quærunt: ita illi in errores bonorum sollicite inquirunt, virtutes eorum & recte facta non capiunt. Et sane negare C non ausim, ipsam rerum naturam quodammodo connivere, & quandam caliginem ob animi oculos nobis offudisse, ut etiam inviti minus æquo judicio alienas virtutes æstimemus. Nam ut in formosorum facie genæ teretes & succi plenæ, atque adeo ipse candor, qui vel Parium marmor exstingueret, sanguini mixtus, non tam retinet vagos & fugientes oculos, quam nævus exili deformitatis nube circumfusus: ita optimorum virtutes in medio positas & notas aliud agentes transvolamus, aut dissimulamus, leviora quæque & properantia errata curiosi nimis ac malevoli captamus & protrahimus; cum potius in solatium generis humani legis Persicæ D æquitas revocanda, quæ τὰ ὀλίγα τοῖς πολλοῖς, καὶ τὰ ἐλάττω τοῖς μείζοσι æqua æstimatione condonare solita; ita demum justo examine unicuique virtutes suæ constarent. Sed labe sæculi, ut imperiti sociatam nervorum concordiam, variata modulatione mixtam, tanquam unius chordæ sonum, audiunt: ita optimi cujusque virtutes æstimamus. Proinde quoties illustre integritatis exemplum contagium sæculi vicit, & populo invidiose sese ostendit, continuo paratam invidiam experitur; quæ ut vasta corpora æquales umbræ comitantur, ita quo eminentior virtus, tanto major exsurgere consuevit. Ut enim lætiores agros den-E sa virgulta, & labrusca sentibus innexa citius occupant: ita magno animo veræ virtutis & optimæ mentis amanti livor & odium insidias struunt. Novit ergo sapiens se ad hoc scamma productum, ut depugnet cum iis, qui maledictis aluntur, ut capreæ venenis. Nec tamen super-

cilium submittit, aut frontem contrahit, iræ & mœroris indicia præferens, sed facie ridentis, tanquam si in theatro mimos spectaret, obire amat. Improbrum enim votum judicat, præoptare meliorem suam conditionem, quam illa, quæ Herculi contigit. Is Jove satus impotentiam inimicorum effugere non potuit; alii enim abigeum & furem clamant, alii adulterum, latronem, parricidam proscribunt, quod tamen non impediit, quo minus ad immortalem sedem eveheretur; siquidem *sapientis virtus per ea, quibus petitur, illustratur*. Quin nec Jupiter, si qua fabulis fides, injuriis malorum exceptus, cum illi passim cornua & plumas prodigiose adfingunt, & alieni pudoris expugnatorem narrant; non movetur tamen, nec viribus suis utitur, quippe qui nullam injuriam accepit. Æmulatur sapiens, cœlo cognatus, Deo proximus, & ratione innixus risus humanos divino animo excipit. Qui, si immensa hæc moles compagibus suis soluta lapsum minaretur, in concussi totius orbis motu solus securus & tranquillus maneret; instar rupis, quæ in mari vadoso horridi Jovis, & irati, ut ita dicam, Neptuni fervidis assultibus undique verberata, non cedit aut minuitur sed obtendit adsuetum fluctibus latus, & firma duricie tumentis undæ impetum sustinet ac frangit; hunc putemus levibus hujusmodi concussiunculis. & conviriorum telis velut per inane jactatis moveri posse. Non hærent illa durioribus, cedenti infiguntur. Ideoque obtusa irrito nisu concidunt, & sæpe reciproca petitione ictum emittentis ingenti vulnere ulcifcuntur. Omnis injuriæ inanis est exitus, cum munitum patientia pectus offendit. Dolor enim læsi votum est lædentis. At injuriæ contemtor animus prævertit, & prædam, quam petebat, eripit, atque ita omni malo liber telum exitio suo libratum in inimici caput fortius retorquet. Ut enim aer percussus non læditur, imo ne dividitur quidem, sed refundit sese & spissior redit: ita animus recti conscius, & ad optima erectus, non admittit obtrectantium adflatus, nec sentit. Quomodo enim magnitudinem, quam promittit, probaret, si humiliter & abjecte sese contraheret, si victus adfectu injuriis cederet. Nullæ profecto contumeliæ sapientem exasperant, aut statu suo movent, nullæ ignominiæ iram accendunt; inter probra & venenato sales laudes suas invenit. Quisquis enim in hoc certamine adversarium agnovit, jam coronam amisit. Ideo qui sapit etiamsi ictum recepit, non petit vulneris sui auctorem, sed ut optimus gladiator exiguo corporis flexu manus petentis eludit: ita objecta probra ut visus nocturnos & vanas somniorum imagines digno supplicio punit, festivo scilicet contemtu, & oblivione; vel, si tanti est, misericordia elevat. Sed utinam benignior DEUS eandem animi magnitudinem, & invictum adversus improborum furias robur omnibus indulsisset, ut omnes pari ratione oportunos injuriæ exposuit, & ad eandem conditionem communi auctoramento alligavit. Ego quidem cum retexo seriem fortunæ meæ, licet nihil in me invidia dignum deprehendam, tamen adserere non dubito, virtutes meas & ingenii dotes perexiguas ubique gentium plures mihi inimicos & æmulos, quam amatores, peperisse; adeo ut sæpe surgentis famæ nostræ ratis ad invidiæ scopulos tam acri incursu adflixerit, ut naufragii necessitatem timerem. Sive in eo singulari sim fato, sive temporum infelicitati debeam, quæ tam infesta virtuti, ut absconsa pariter & illustris pro crimine habeatur. Sive enim abdita humilitate latere constituerit, calumniatoribus omnia in deteriora torquentibus, parum tuta est. Inertia vocatur, & ignobilis umbra objicitur. Si vero e tenebris prospectarit, & vel fugienti indicio in propatulo & celebri hominibus sese ingesserit, dum se ostendit, ut plantæ mox natæ hyberna aura, ita pestilentis linguæ afflatu occidit. Quanquam gratias agam fato meo, quod tales amicos mihi conciliarit, quibus imputem necesse est, quod lubricæ adolescentiæ flexus non omnino præcipitem dederint. Nam postquam mores mei accuratius sese observari intellexerunt, non facile potuere induci, ut recti tramitem desererent, sed negantes sibi illicitas voluptates, juventæ insidiis velut fluctibus jactati, rectum cursum, quantum licuit, tenuerunt. Nisi tamen malis, inimicos tuos istiusmodi adfectum simili mercede experiri. Notum quidem medicinæ præsidium de scalpello & cauterio, fortasse utili dolore; urere tamen & secare sævitia est. Nihil enim agis, nisi quod cruciatum dolore redimas. Sane & febres morbos quosdam tollunt, ipsaque adeo quartana flagellis discutitur. Nemo tamen, si quid sentio, magnopere optabit sanitatem morbo debere, aut flagellis ad remedium scindi. Sed profuere. Scilicet ut viperæ sanguis adversus venena, pestifera & cruciaria. Agnosco tamen beneficium fati, quod ita paria composuit, ut minime verendum sit, ne ancipiti congressu occumbam. Nolim enim quenquam æstimare, me in terrorem perductum certamen detrectare. Non cedam profecto, nec terga vertam: sed opponam innocentiam meam, omni lorica & gladio firmius munimentum, & ut ille olim in fabulis Perseus Gorgonis caput inimicis ostentabat, ut ab ejus adspectu in lapides mutarentur: ita integritatis clypeum obvertam, ut os obtrectationi apertum stupescat, & velut in lapides duretur. Quod si tantum obtrectatorum acumen, quantus nocendi amor, sane magno periculo fortiores lacesserem. Sed ne falsa spe sibi blandiantur, animos recte conscios fabulæ malignorum non terrent. Neque enim ut nutrices infantum pavida pectora, inter somni difficultates, ostensa quavis obvia umbra aut nebula in pariete picta formidine exagitant: ita animis virilibus inani verborum strepitu & levibus nugarum sonis terrorem incutimus. Felices ergo sumus, quod eorum conatus pari consensu vires non juvent. Nam cum aspidum morsus tam acris veneni, ut infectæ partes, nisi præscinderentur, sanari non possent, succurrit periclitantibus benignior natura, & noxiosissimo animali caliginosos obtutus dedit; simili modo istis nimis quam curiosis nocendi vias stupor suus interclusit. Si vero erumpant, qui præmeditato furore cornua mihi obvertere, proterve insultare, & famam calumniis onerare satis egerint, ii nolim tam valde sibi placeant, ut putent tantum ocii mihi fore, ut eorum, quæ illi delirant, rationem habendam censeam. Nunquam enim feroces se nobis fecerint, quasi digni judicati, quos ascultaremus. DEUS prohibeat, eo dementiæ progrediar, ut inusitato actus furore, carmina conviciorum recantare, & cum ipsis γιγαντιᾶν & ampullari velim, in corruptela & lascivia ingeniorum, quibus gratior maledica vernilitas & insectatio proborum, quam ulla virtutum exempla. Scite olim Eubœus ille adolescens, ex quo cum pater quæreret, quid Zenonis schola ad sapientiam contulisset, ille vero cunctatione responsum eludens mox sese ostensurum adsereret, non tulit tergiversantis moram pater, sed incensus ira plagas illi imponi jussit, quas Spartana nobilitate excipiens: *Agnosce*, inquit, *quam leniter impotentiam tuam feram*; *hoc studiis sapientiæ debeo*. Sit nunc penes nos beneficium Philosophiæ, atque adeo infelicium studiorum, alienum furorem

A rem æquo animo ferre. Modeſtiam enim Philoſophia imperat, & omni Philoſophia auguſtior cæleſtis diſciplinæ auctoritas, quæ tali ſacramento milites ſuos conſignavit, ut patientia armati cum hoſtibus quotidie experiantur. Quæ cum præſtantia ſit ingenitæ Deo proprietatis, ut Tertullianus definit, ſapientis vero unicum votum non tantum ſe dignum, ſed etiam parem Deo, quatenus homini datum, effingere, nemo mirabitur ſi ſtudioſe adfectem, ut omnes fateantur hanc potius mihi familiarem, quam iram aut acerbitatem. Et quia durioribus experimentis robur induit, obtrectatio vero quaſi ejus diſciplina, multis diſplicuiſſe gaudeo. B Nam ut ſolida & dura arbor, quæ infeſtas ſecures ſæpius rejecit, & cædendi cum dolore ictum reddidit, ipſis plagis conſtringitur & nodis duratur: ita animus humanus delicatus & querulus adſuetudine mali robur ſumit. Nuper exactis pueritiæ annis ductus amabili inſania paſſus ſum frangi famæ meæ florem editione abortivi libelli, qui mihi quaſi tentanti vadum futuri favoris præmiſſus, infelicibus auſpiciis præluſit. Quibus ſtudiis exceptus fuerit non ſcio, neque ſcire magnifeci, cum in ejus editione non meam ambitionem, aut gloriolæ aucupium, ſed commune rei litterariæ commodum ſpectarim. C Equidem jam ſecurus famæ quaſi in ſoporem lapſus requieſcebam, ſed turbarunt conſtantiam meam perverſa quorundam judicia, quibus ſi ſtamus, profecto intereat infelicem fœtum nunquam naſci. Sed cum mihi excidit illa ætate, quæ capere non poteſt, quam grave poſteritatis judicium, & alioquin parum ſollicita quid triſtiores iſti probent, vel ſupercilio ſuo proſcribant, jacta jam alea ſatius duxi tollere deformem fœtum, quam alienæ miſericordiæ impie exponere; præſertim cum ii qui nos laceſſunt, plumbeis pugionibus pugnent; quos recte, ſi quid ſentio, deſcripſit Ariſtides Orator, cujus verba D ideo libentius uſurpo, quod ea tot ſæculis ante de hujuſmodi hominibus non tam præmeditata oratione dixiſſe, quam ſacro inſtinctu agitatus velut vaticinio effudiſſe videatur *Orat.* περὶ τοῦ παραφθέγματος: Οἱ πλείω μὲν, inquit, σολοικίζουσιν, ἢ φθέγγονται. ὑπερορῶσι δὲ τῶν ἄλλων, ὅσον αὐτοὺς ὑπερορᾶσθαι προσήκει. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἐξετάζουσιν, αὐτοὺς δὲ οὐδεπώποτ᾽ ἠξίωσαν, καὶ σεμνύνουσι μὲν τὴν ἀρετὴν, ἀσκοῦσι δὲ οὐ πᾶσι. ὀνειδίζουσι δὲ τοῖς ἄλλοις, οὐ τῶν πραγμάτων κατεγνωκότες, ἀλλὰ φθονοῦντες, ὅτι αὐτοὶ ταῦτα πράττειν οὐ δύνανται. *Qui ſæpius incondite loquuntur, quam os aperiunt: alios contemnunt ipſi maxime deſpiciendi: in alios ſollicite inquirunt,* E *in ſe vero nunquam. Virtutem, quam non exercent, commendant. In aliis improbant, ea quæ ipſi quidem non damnant, ſed quod paria facere non poſſunt, invident.* Omnes interim Veneres & Gratias, quæ ipſos ut infæcunda ſenticeta deſeruerunt, laſciviam & errorem appellant, quorum ferreo ori nullæ fidiculæ pudorem extorquebunt; in aliis accuſantes, quod ſuum vellent, ſi per naturæ genium liceret. Prævaricatores aliorum peccata abdita & latentia infami elogio ventilant, & minus cautæ ac ſimplici innocentiæ vitiorum præconem conducunt; cum ipſos proprii pudoris decoctores ulceribus & porrigine obſitos fœda flagitiorum ſcabies jam olim depaſcat. F Stultitia eſt ex verborum propinquitate de ipſis rebus conjecturam facere. Sed arguenda erant verba illorum, qui factorum ſunt innocentes. At te fugere potuit, ais, illud Plinii: *Narrantem ſimilem eſſe facienti:* Ergo tam difficilis venia levis errati. Admonere nos debuerat lenitatis humanitas majorum, quos prope Mercurii ſtatuam Gratiarum imagines collocaſſe Plutarchus *De Audit.* prodit. Favendum ſcilicet delictis illorum arbitrabantur, quos ingenii amore lapſos conſtabat. Quanto enim hi proniores errori, tanto paratior iis apud omnes venia, & ignoſcendi ſtudium eſſe debet. Sed profecto oblitus ſum mei, qui hæc verba tam indigne perdam, cum ineptiſſimos homines mores ſui ſatis ulciſcuntur. Illi vero qui dignitatem Muſarum & eruditionis gloriam fovent, incenſi incredibili quadam ſua humanitate ingenium meum amare cœperunt, poſtea vero frigore tacti paulatim intepuere, quaſi omnem ingenii frugem, ut luxuriantes ſegetes in herba aut flore uno impetu effudiſſem, damnarunt vota parum proſpera & nimis præcipitata. Patiantur hoc ſibi dici optimi viri, nimis cito de ægrotante deſperarunt. Si æqui cenſores, excuſare me illis debuerant vitæ deſultoriæ continui fluctus, animus æſtuans & vagus, nec ocii, quo ſtudia aluntur, patiens: jactura tot annorum, quos irriti errores, & fallacia oblectamenta invito eripuerunt. Utinam illos conſcientiæ meæ teſtes haberem, fallor aut crederent, nunquam mihi animum fuiſſe literarum laudibus nomen quærere, cum unicus mihi ſemper ambitus omnem ambitionis ſuſpicionem procul a me ſpernere, & inanis gloriolæ famem viliſſimis hominibus, & ἐπιθυμοδείπνοις, qui eam ſollicite captare coguntur, relinquere. Permittant tamen finiri ludos, & expectent, ſi tanti eſt, donec ſiparium complicetur: erit fortaſſis, niſi negocioſum ergaſtulum errantem interceperit, quo ipſorum amorem, qui mihi omni gloria & honore antiquior, demereri poſſim. Sed ut fatum meum nunquam a me vultum removet; ſive terra, ſive mari oberrem, quo tandem curſum flectam, ubique ſequuntur & urgent graviſſimi comites, livor & odium. Ecce ſubtraxi me mitiori cœlo, & velut longa atque irrita militia feſſus, his tenebris & ocio credidi, ut fortuitis me ſubducerem, & animus contumelia laſſus ac pene ſopitus, velut nova tranquillitatis luce circumfuſus, reviviſceret. Sed ubique irata fortuna me invenit. Obverſantur enim ob aures judicia ſeu potius voces, ut vita mihi vaga, ita quoque ſtudia & doctrinam. Quod convicium tam frequens & vulgare, ut ipſæ popinæ, poſtquam bonorum virorum venæ generoſo flore Liberi incaluerunt, hiſce laudibus meis perſtrepant. Eo enim ſæpe condicere ſolent mei Romulidæ, ut ſaturi quærant, quantum cujuſque virtus valeat: ubi belli & feſtivi homines accurate obſervant, ne legibus ludi fraudem faciant, quibus receptum, quod in veteri proverbio eſt, *coquum medico præferre.* Sed non conſtitui hoc ſchema arceſſito gemitu componere. Auſpicia horum dictatorum exiguis pomeriis finiuntur; & quamvis rei crimen agnoſcamus, non confugimus tamen ad pœnam: neque enim adhuc vicerunt nos eam commeruiſſe. Sed ne nihil agam, ſalvo illos hoc metu: non periclitabuntur accuſatores. Profiteor me crimini ultro accedere, atque ita favere, ut ejus triumpho neminem intercedere patiar: eſt enim crimen ſapienti exoptandum, quod ubi oſtendero, fallor aut pœnitebit illos erroris, quod ea mihi tribuerint, quæ nec ipſe in me agnoſco, nec mea vellent, niſi ſibi crepta, quæ non minori invidia petunt & ſuſpirant, quam ii qui adſiduo languore vexati optimam valetudinem exoptant, & de ejus bono perorant. Puto expugnatus error novis criminationum commentis revocandus; neque enim aliter culpam emendare licebit. Sed quid attinet eminus velitari. Protrahendum eſt in medium ipſum vitium, & ſignandum aliquo nomine; neque enim tam atrox, aut tam aſpero proſcriptionis elogio dignum, ut in concione ſileri debeat. Quod ſi jure civili dimicaremus, & libello & noto crimine accuſatores poſtularent, & teſtes produ-

cerent. Sed disceptamus intra velum, multa desunt solennitati. Variarum rerum studia vitio vertunt; accusant Grammaticum, doctrinæ, si qua est, vagæ, incertæ, supervacuæ. Ecce horribile carmen, quo infelicis ingenii jugulum petunt, & virginem famæ florem temerare conantur. Sed nisi me animus fallit, hæc flamma inani stipula ignominiæ meæ accensa largissimo fumo deflagrabit. Crimen interim novum & inauditum, quod nullæ calumniatorum notitiæ, nullæ delatorum tabulæ norunt, quas interest novo hoc emblemate illustrari. Sed o ineptos & omnis ingenii profanos, qui non intelligitis crimina nobis objectata, sapienti magno ambitu expetenda & ultro profitenda. Quanquam non ita perdidi omnem frontem, ut ea mihi adsciscam, quorum aliena possessio. Sed cum multa ab imperitis, concesso obtrectatoribus more, quo alienæ contumeliæ linguæ suæ virus evomere solent, in optimarum artium cultores conficta, & maligna loquacitate debiatterata in ore vulgi passim oberrent, quæ licet bonæ mentis amatores laudes suas interpretentur, tamen cum intelligam, me non tam meam, quam bonarum artium defensionem sustinere, quarum profecto tanta ac tam præclara dignitas, ut vel minimam reprehensionem proximam crimini aspernentur, non permittam, qui non obscure istarum amatorem profiteor, ut ex me vel levissimæ maculæ ipsis obhæreant.

2. Constitui igitur rescribere iniquissimæ declamationi, adserere dignitatem optimorum studiorum, & ostendere quantum falsi sint, qui Grammaticen, quam recte cum Cassiodoro *gloriosam facundiæ matrem, & humani generis ornatricem* dixerim, angustis limitibus includunt. Omnes artes communi quodam vinculo aptas & colligatas convincam, ut quisquis earum unicam negligenter habuerit, eum reliquæ quoque deserant. Quod vero de poetica, & naturalium contemplatione, aliisque amœnioribus studiis, quæ *Polymathia* complectitur, non egerim, & de ipsis ingenuis artibus minus anxie & plene perscripserim, nemo negligentiæ dabit. Neque ignorata mihi aut oblita existimet, sed reservata integro operi, quod de omni studiorum genere jam suo publicandum indice disposui, cujus nunc primitias quasdam & quasi libamenta damus, quibus honorem *Polymathiæ* tueri, & calumnias quibus aspergi solet pro captu mediocritatis refutare constitui. Quod dum ago, a carceribus prosiliendum in Circum, ad quem decurrendum mappam misit invidia & stupor imperitorum, cui hinc contra ire adgredior.

CAP. II.

1. Polymathia definita, & divisa γραμματικὴν πολυμαθίαν, *& veram ac perfectam.* 2. Γραμματικὴ, ἐγκύκλιος παιδεία. *3. Polymathia* πολυπραγμοσύνη γνώσεως. *4. Homerus* πολυπράγμων, *5. Polymathia quomodo Ciceroni & aliis definita. 6. Nonnullis* ἐγκυκλοπαιδεία. *7. Aliis* φιλοσοφία. *8. Declaratio definitionis, & exactior utriusque* Polymathiæ *distinctio. 9. Eratosthenes* πολυμαθής. *10. Ejus cognomina, eruditio, opera. 11. Criticus & Grammaticus cur Antiquis dictus. 12. Aristoteles* πολυμαθὴς καὶ φιλόσοφος, *item Democritus.*

1. PRæcipuum crimen ΠΟΛΥΜΑΘΕΙΑ; ita appello cum Græcis variarum rerum cognitionem. Ea est duplex: hæc, quæ minus perfecta, & proprie Grammatice. Illa, perfecta, & Philosophiæ proxima. De priori Philo περὶ τῆς εἰς προπαιδεύματα συνόδου: Γραμματικὴ ἱστορίας παρὰ ποιηταῖς, καὶ συγγραφεῦσιν ἀναδιδάξασα, νόησιν καὶ πολυμάθειαν ἐργάσεται. *Grammatica historias, quæ apud Poetas, & alios scriptores enarrans, variarum rerum cognitionem conferet.* Sed Grammatice improprie πολυμάθεια; jam enim sui oblita terminos transgressa est, quos duæ hæ partes, recte loquendi scientia, & poetarum enarratio, finiunt. Has autem ut recte impleret transmigrare oportuit in alienas colonias: nam & propter historias, & res varias apud scriptores sparsas, excutienda fuerunt omnia Antiquitatis monumenta, & aliarum disciplinarum auxilium advocandum, atque hinc Philologia, eruditio & literatura πολυμάθεια appellata est. Themistius *orat.* I. πολυμάθειαν καὶ μνήμην, βιβλία δὲ ἐξαριθμεῖσθαι πόσα καὶ πόσα τοῦ Ἀριστοτέλους ἢ Πλάτωνος, κἂν ὑπὲρ Αἰσχύλου πυνθάνῃ, κἂν ποία νῆσος Σιμωνίδου τοῦ μελοποιοῦ. *Cognitionem & memoriam multarum rerum, enumerare libros Aristotelis aut Platonis, sive de Æschylo interroges, sive quæ patria Simonidis poetæ.* De hisce enim omnibus disquirere proprium Philologi esse docebo. Cynulcus apud Athenæum *lib.* XIII. rejiciens πολυμάθειαν nihil conferre ait ad sapientiam multa scire vocabula, aut meminisse nomina illorum, qui equo Trojano inclusi fuerant. Horum vero scientia plane est Grammatici: Πολυμαθημοσύνης δὲ, inquit, οὐ κενεώτερον ἄλλο, τί γὰρ ὄφελος τῶν τοσούτων ὀνομάτων, ὦ γραμματικὲ, πάντας ἐπιτρῖψαι μᾶλλον, ἢ σωφρονίσαι δυναμένων τοὺς ἀκούοντας. καὶ ἐὰν μέν τις σοῦ πύθηται, τίνες ἦσαν οἱ εἰς τὸν δούρειον ἵππον ἐγκατακλεισθέντες, ἑνὸς ἴσως ἐρεῖς ὄνομα. Seneca *Epistola* LXXXVIII. *Appion Grammaticus, qui sub C. Cæsare tota circumlatus est Græcia, & in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus, ajebat: Homerum utraque materia consummata & Odysse. & Iliade principium adjecisse operi suo, quo bellum Trojanum complexus est. Hujus rei argumentum adferebat, quod duas literas in primo versu posuisset ex industria librorum suorum numerum continentes. Talia sciat oportet, qui multa vult scire.* Nempe πολυμαθὴς, sed Grammaticus πολυμαθής.

2. Simili ratione γραμματικὴ, ἐγκύκλιος παιδεία. Tzetzes *Histor. Chiliad.* —— τὴν γραμματικὴν ἐγκύκλιον παιδείαν Εἶπον κατὰ κατάχρησιν, οὐ λόγῳ δὲ κυρίῳ. Recte enim notat Tzetzes γραμματικὴν ἐγκύκλιον παιδείαν dici καταχρηστικῶς. Nam alioquin ἐγκύκλιος παιδεία omnes artes liberales complectitur, ad quas transcendit γραμματικὴ, ut plena & instructa sit. Perfectam Polymathian intelligo, notitiam variarum rerum, ex omni genere studiorum collectam, latissime sese effundentem. Vagatur enim libero & effreni cursu per omnes disciplinarum campos, quatenus eas humanum ingenium indefessa industria adsequi potest.

3. Synesius *Dione* πολυπραγμοσύνην γνώσεως appellat. Vetus auctor, ut videtur, apud Suidam: Ἀσκληπιόδοτος ὀξύτατος καὶ πολυμαθέστατος τῶν ἡλικιωτῶν, ὥστε καὶ πολυπραγμονῶν, οὐδὲν ἐπαύετο περὶ ἑκάστου τῶν παραπιπτόντων, ὧν ἥτε φύσις ἀπεργάζεται θαυμασίων, καὶ τέχνη ἑκάστη παρέχεται δημιουργημάτων. *Asclepiodotum*, ait, *ingenii acumine, & varia eruditione superasse æquales, qui hanc doctrinæ curiositatem sectarentur, neque unquam cessasse indagare caussas mirabilium, quæ natura aut ars operatur.* Latius deinde docet, quæ hæc Asclepiodoti πολυπραγμοσύνη; peritum fuisse scribit τῶν τε βαφικῶν χρωμάτων μίξεων, καὶ τῶν περὶ ἐσθῆτα κοσμουμένων βαμμάτων, novisse præterea τῶν ξύλων τὰς μυρίας διαφορότητας, καὶ λίθων, καὶ βοτανῶν τὰς ποικίλας δυνάμεις τε καὶ ἰδέας. Historiæ quoque naturalis, & animalium curiosum. Hæc omnia complectitur Polymathia.

4. Ea ratione Antigonus ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγῇ Homerum appellat πανταχῦ πολυπράγμονα, Apulejus *Apologia*; *multiscium & omnium rerum peritum*, Tertullianus *de Anima*, *patrem liberalium disciplinarum*, Vitruv. *lib.* VII. *omnis Philologiæ ducem*, Strabo *lib.* I. & Plutarchus lib. *de Homero*, πολυφωνίαν καὶ πολυμαθίαν ejusdem Homeri multis ostendere conantur.

5. Cicero I. *de Oratore*, Polymathian *studiorum varietatem & copiam* vocat, &, *studia quæ reconditis in artibus, atque in quadam varietate literarum versantur*. Et III. *de Oratore*, *doctrinæ varietatem*. Auctor dialogi *de corrupta eloquentia*, *multarum artium scientiam*.

6. Auctor ὑποθέσεως librorum Athenæi πολυμάθειαν appellare videtur ἐγκυκλοπαιδείαν, ubi ait Monitum Poetam, qui inter Athenæi τραπεζορήτορας optimarum artium cognitione nemini cessisse, & ἐγκύκλιον παιδείαν ita complexum, ut in singulis disciplinis separatim elaborasse videretur. Ita πολυμαθεία a primis annis imbutus: Κατὰ τὴν ἄλλην παιδείαν οὐδενὸς δεύτερος, καὶ τὴν ἐγκύκλιον οὐ παρέργως ἐζηλωκώς. ἕκαστον γὰρ ὧν ἐπεδείκνυτο, ὡς μόνον τοῦτο ἠσκηκὼς ἐφαίνετο, τοιαύτη πολυμαθεία ἐκ παίδων συνετράφη. Philo quoque ἐγκύκλιον παιδείαν & πολυμάθειαν conjunxit, & pro iisdem cepisse videtur *lib.* περὶ τῆς εἰς προπαιδεύματα συνόδου: τὸν ἐνχορεύοντα ταῖς ἐγκυκλίοις θεωρίαις, καὶ πολυμαθίας ἑταῖρον ὄντα. *Qui ἐγκυκλίων contemplationum choreas concelebrat, & variam erudititionem sectatur*. Photius in *Bibliotheca* Polymathian definit studia Rhetoricæ & Poeticæ, ait enim Helladii *Lexicon* utile iis, qui Polymathian excolunt, quod contineat multa Rhetorum & Poetarum testimonia: Χρήσιμον δὲ τὸ βιβλίον τοῖς συγγραφεῦσι, καὶ τοῖς ἄλλως πολυμάθειαν τιμῶσιν. ἔχει γὰρ καὶ μαρτυρίας ῥητόρων τε καὶ τῆς εἰς ποιητικὴν μέγα κλέος ἐχόντων. Ita apud eundem ῥητορικὴ, ποιητικὴ, ἱστορικὴ, & passim omne studiorum genus πολυμάθεια dicitur. Grammatice sane licet quam latissime sese pandat, ampliores tamen Polymathiæ fines, atque ut dixi, proxima Philosophiæ.

7. Plato Ἐρασταῖς Philosophum omnium rerum peritum, καὶ τὴν φιλοσοφίαν πολυμάθειαν esse ait: Et II. *de Republica*: τόγε πολυμαθὲς, καὶ φιλόσοφον ταυτόν. Strabo initio librorum, quos *de Geographia* scripsit, multis adferere conatur Geographiam dignum Philosopho argumentum. Geographiæ, inquit, est πολυμαθία, vel saltem ejus pars, ergo & Philosophia, quæ est Polymathia. Verba Strabonis: ἥτε πολυμάθεια, δι᾽ ἧς μόνης ἐφικέσθαι τῦδε τῦ ἔργυ δυνατόν. οὐκ ἄλλυ τινός ἐστιν, ἢ τῦ τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἐπιβλέποντος, ὧνπερ τὴν φιλοσοφίαν ἐπιστήμην φασίν. *Multarum rerum scientia, qua sola hoc opus perfici potest; nullius est nisi qui divinas & humanas rei contemplatur, quarum scientiam, philosophiam dicunt*. Hoc probat exemplo Homeri, Eudoxi, Anaximandri, Dicæarchi, Eratosthenis, qui omnes & Philosophiæ & Polymathiæ periti. Synesius *Dione* πολυμάθειαν τῆς φιλοσοφίας προοίμιον statuit, Philo Judæus τῆς σοφίας θεραπαινίδα. Non est ergo ipsa Philosophia, sed quam proxime ad illam accedit.

8. Verum ut apertius hæc ostendam, πολυμαθὴς medius est inter philosophantem, & illum qui philosophari non audet: nam immigrat ad Philosophiam, sive eruditionis, sive animi caussa, ut etiam philosophari videatur. Jam apparebit discrimen inter πολυμαθίαν, quæ est Grammaticæ, & hanc perfectam. Perfecte πολυμαθὴς tam prope ad Philosophiam accedit, ut philosophari videatur. Grammaticus fines suos agnoscit, leviter & perfunctoriæ philosophiam tangit, & in primo ejus aditu hæret: hinc apud Athenæum *Deipnosophist.* A lib. IX. Ἔθος δὲ καὶ γραμματικῶν παισὶ περὶ παντὸς τῦ προβαλλομένων λέγειν εἶδος φυτῦ, εἶδος ὄρνέυ, εἶδος λίθυ. *Grammaticos de iis quæ interrogantur, dicere solere, plantæ speciem esse, aut avis, aut lapidis*. Nam in rerum naturalium investigatione satis est Philologo Grammatico leviter & externo quodam modo rem nosse; Philosophi enim est arcana naturæ & earum caussas scrutari. Inter hos medius πολυμαθής; exactius Grammatico illa exequitur, & transit in partes Philosophi, nec illas tamen omnino integras, sed egressus Philologiæ limites ad Philosophiam immigrat, quidem, verum non pleno, & perfecto dominio. Πολυμαθὴς itaque pene Philosophus; at Philosophus πολυμαθής.

B 9. Perfectæ Polymathiæ exemplum Eratosthenem transmisit Antiquitas, de quo Strabonis insignis est locus, qui hæc omnia accurate docet, ita enim lib. I. *Geographiæ* scribit: Δηλοῖ δὲ ἡ περὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκδοθεῖσα ὑπ᾽ αὐτῦ πραγματεία, καὶ μελέται, καὶ εἴτι ἄλλο τοιῦτο τὴν ἀγωγὴν αὐτῦ, διότι μέσος ἦν τῦ τε βυλομένυ φιλοσοφεῖν, καὶ τῦ μὴ θαρρῦντος ἐγχειρίζειν ἑαυτὸν εἰς τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, ἀλλὰ μόνον μέχρι τῦ δοκεῖν προϊόντος, ἢ καὶ παράβασίν τινα ταύτην, ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων πεποιισμένυ πρὸς διαγωγὴν, ἢ καὶ C παιδείαν. *Quæ studia, inquit, fuerint Eratosthenis tractatio* περὶ ἀγαθῶν *ab ipso edita, & declamationes, atque alia ejusmodi ostendunt, nempe medius inter eum, qui philosophari vellet, & eum qui non auderet Philosophiæ studium amplecti, sed eo tantum progrederetur, ut philosophari videretur, & animi vel eruditionis gratia digressionem quandam a κυκλοπαιδείᾳ pararet*.

10. Inde varia illa cognomina tulit: appellatus enim fuit τὰ βήματα, tanquam in ascensu ac gradibus hæreret, nec ad summum pervenire contenderet, & δεύτερος ἢ νέος Πλάτων, quasi secundus a Platone, & πένταθλος, quod in omni disciplinarum certamine depugnare posset: est enim πένταθλος, D omnis agonisticæ peritus. Quod cognomen etiam Democrito dedit Antiquitas, ὅτι τῦ ἐγκυκλίων λόγων καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν, ut ait Diogenes Laert. Suidas: Ἐρατοσθένης διὰ δὲ τὸ δευτερεύειν ἐν παντὶ εἴδει παιδείας τοῖς ἄκροις ἐγγίσασι τὰ βήματα ἐπεκλήθη. οἱ δὲ δεύτερον ἢ νέον Πλάτωνα, ἄλλοι πένταθλον ἐκάλεσαν. Ab eadem caussa alii eum βῆτα vocarunt, ut scribit Hesychius in *Eratosthene*. Simili ratione Plato lib. X. *de Republica* Homerum non tam sapientiæ auctorem, quam ejus imitatorem; nihil earum rerum vere exhibuisse, quarum tamen cognitionem sese habuisse ostendit: E egisse quidem de medicina, sed Hippocratem Medicum longe præstantiorem: de naturalium quoque scientia scripsisse, ejus tamen peritiorem esse Thaletem.

11. Clemens vero Alexandrinus & alii Eratosthenem Criticum & Grammaticum vocant, & hoc nomine appellari solitum scribunt. Jam ostendi Grammaticen per doctrinæ varietatem, quam sequitur, Polymathiam dici, unde & Longinus apud Suid. πολυμαθὴς καὶ κριτικός, & ipse Eratosthenes Philologus, ut scribit Suetonius in *Attejo Philologo*. Sive Eratostheni hoc nomen cessit, quod ut Clemens & Suidas produnt γραμματικὰ scripsit. F Sane longe excessisse Grammaticæ studia libri ab eo relicti testantur: scripsisse enim illum φιλόσοφα καὶ ποιήματα, καὶ ἱστορίας, ἀστρονομίαν, περὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν αἱρέσεων, περὶ ἀλυπίας, διαλόγυς, narrat Suidas, & Theodoretus *Sermone* VIII. qui est *de Martyribus*, laudat Eratosthenis περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν in quo tradi scribit, Zenona linguam quam præmorderat, in tyranni faciem conspuisse, ne victus vi tormentorum conscios conspirationis proderet. Strabo *lib.* XIII. Eratosthenem insignem Mathematicum & Philosophum narrat, & Lucianus

Μακροβίοις Eratoſthenem non tantum Grammaticum dicendum, hoc enim peculiari nomine vulgo notus erat, ſed poetam, philoſophum, & geometriæ peritum: γραμματικῶν δὲ Ἐρατοσθένης, inquit, ὃν οὐ μόνον γραμματικόν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν ἄν τις ὀνομάσειε, καὶ φιλόσοφον, καὶ γεωμέτρην. Adde Plinium, qui Eratoſthenem in omnium litterarum genere ſollertem ſcribit.

12. Ariſtoteles vero ſolus ſine æmulo clarus, quantum memoria hominum extat pari ſtudio inexſuperabili mentis acie polymathian & philoſophiam excoluit, quod & libri ab ipſo relicti teſtantur, & tituli illorum, quos injuria vetuſtatis vicit, & nobis ad invidiam oſtendit: hæc enim verba Ciceronis v. *de Finib.* de Ariſtotele, atque adeo tota ſchola Peripateticorum: *Ex eorum ſcriptis & inſtitutis cum omnis doctrina liberalis, omnis hiſtoria, omnis ſermo elegans ſumi poteſt, tum varietas eſt tanta artium, ut nemo ſine eo inſtrumento ad ullam rem illuſtriorem ſatis ornatus accedere poſſit.* Agellius *lib.* XIX. *cap.* V. *Ariſtoteles rei omnis humanæ peritiſſimus.* Suidas ſcribit Nicolaum Damaſcenum æmulum Ariſtotelis variam ejus eruditionem amaſſe: Ζηλωτὴς γὰρ Ἀριστοτέλους γενόμενος, καὶ τὸ ποικίλον τῆς περὶ τὸν ἄνδρα παιδείας ἀγαπήσας. Democritus quoque Philoſophus πολυμαθής: *nihil enim excipiebat*, ait Cicero lib. IV. *Academicarum Quæſtionum, de quo non profitebatur.* Et Suidas *in* πένταθλος: Ὁ Δημόκριτος Ἀβδηρίτης ἤσκητο τὰ φυσικά, καὶ τὰ μαθηματικά, καὶ τοὺς ἐγκυκλίους λόγους, καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν. Sed deprecatus faſtidium legentis latius ſingula diducam.

CAP. III.

1. Duæ partes Polymathiæ. 2. Artes communiter & vulgari modo diviſæ in λογικὰς καὶ βαναύσους. *3. Tertullianus explicatus, & a ſupervacua aliorum emendatione defenſus. 4. Artes liberales cur ita dictæ. 5. Earum variæ appellationes. 6. Artes & diſciplinæ pueriles. 7.* Προπαιδεία. *8.* Πρώτη παιδεία. *9.* Πρῶτα μαθήματα. *10. Artes liberales diviſæ in* λογικὰς καὶ μαθηματικάς. *11. Artes Logicæ, a quibus Stoici excludunt* γραμματικήν. *12. Earum ordo vulgaris traditus & defenſus.*

1. DUo erga membra Polymathiæ conſtituo; doctrinam, quæ conſtat optimarum artium ac diſciplinarum cultu, & ſcientiam rerum ipſarum inquiſitione paratam, quam confert ſolers & fructuoſa peregrinatio. Inquiſitio hæc duplici modo perficitur: ipſarum rerum inſpectione, & conſuetudine illorum, qui doctrina & eruditione excellunt. Suidas Ἀσκληπιόδοτον πολυμαθέστατον tradit, peritiſſimum rerum naturalium, καὶ παντοδαπῶν θαυμασίων. Multa experiundo didiciſſe, & percontando artifices omnis generis. Hiſtoriam ſtirpium & animalium accurate excoluiſſe, plurimaque in illa comperiſſe propria inſpectione, ea vero, quæ inſpicere non poterat, auditu ex aliis intellexiſſe, aut lectione Veterum didiciſſe. His duobus Polymathia conſtat. Ordiar a doctrina, quam in artium cultu poſitam ajo.

2. Eæ varie diviſæ. Marius Victorinus de Grammatica: *Ars uniuſcujuſque rei ſcientia eſt. Artium genera tria. Animi tantum, ut Poeticæ, Muſicæ, Aſtrologiæ, Philoſophiæ. Corporis, ut jaculatio, ſaltus, velocitas. Animi & corporis, ut ruris cultus, paleſtra, medicina.* Sed ſubtilia illa minutatim perſequi nihil ad rem pertinet. Divido ergo vulgari modo in liberales, quæ λογικαὶ, & ſellularias, quas Græci βαναύσους & χειρωνακτικὰς vocant. Illæ mentis & rationis ſervitio utuntur, hæ vero corporis. Ariſtoteles *Politicῶn* lib. IX. cap. XI. Maximus Tyrius *Sermone* XXI. Hieronymus *Epiſt. ad Paulinum.* Galenus προτρεπτικῷ πρὸς τὰς τέχνας: Ἔνιαι μὲν τῶν τεχνῶν λογικαί τ' εἰσὶ καὶ σεμναί, τινὲς δὲ εὐκαταφρόνητοι, καὶ διὰ τῶν τοῦ σώματος πόνων, ἃς δὴ βαναύσους ὀνομάζουσιν· εἰσὶ δὲ ἐκ προτέρου γένους ἰατρική τε, καὶ ῥητορική, καὶ μουσική, γεωμετρία τε, καὶ ἀριθμητική, καὶ λογιστική, καὶ ἀστρονομία, καὶ γραμματική, καὶ νομική. πρόσθες δὲ πλαστικήν τε καὶ γραφικήν· εἰ γὰρ καὶ διὰ τῶν χειρῶν ἐνεργοῦσιν, ἀλλ' οὐκ ἰσχύος νεανικῆς δεῖται τὸ ἔργον αὐτῶν. *Nonnullæ ex artibus ratione utuntur, & ſunt honeſtæ; aliæ vero contemtæ & abjectæ, quæ corporis laboribus perficiuntur, eas ſedentarias appellant. Prioris generis Medicina, Rhetorica, Muſica, Geometria, Arithmetica, ars computandi, Aſtronomia, Grammatica, & Juris ſcientia. Adde fingendi & pingendi artem; licet enim manu perficiantur, tamen robore juvenili non egent.*

3. Tertullianus *de Pallio. Primus informator literarum, & primus numerorum arenarius, & Grammaticus, & Rhetor, & Sophiſta, & Medicus, & Poeta, & qui Muſicam pulſat, & qui ſtellarem conjectat. Omnis liberalitas ſtudiorum meis angulis tegitur.* Tertullianus medicinam ſtudiis liberalibus adnumerat, ut Galenus quoque & alii. Itaque vides Interpretes fruſtra acumen ſuum exercuiſſe, qui adſerebant ſcribendum eſſe *melicus*. Nempe artes liberales cum κατ' ἐξοχὴν artes λογικὰς capimus, quam ſeptem recenſent ſcholæ. Ulpianus *l.* 1. *D. de extraord. cogn.* & liberales omnes artes, ſive profeſſiones, cum opponuntur χειρονακτικαῖς. Liberales artes, ut Seneca *epiſt.* LXXXVIII. quia libero homine dignæ.

4. Eadem ſententiæ Plinii *proœmio lib.* XIV. *A maximo bono liberales dictæ artes.* Tertullian. *Apologetico*, quod iis informamur ad prudentiam & liberalia officia.

5. Ciceroni, Aurelio Victori in *Hadriano*, *ingenuæ artes*; Tacito in *Agric.* Lampridio in *Severo*; Symmacho *lib.* 1. Senecæ *epiſt.* CV. *bonæ artes*; Manilio *lib.* V. Aurel. Vict. in *Septimio*, *doctæ artes.*

6. Et quoniam ab iis omnis honeſta inſtitutio initium capit, Senecæ *pueriles*. *Epiſt.* LXXXVIII. *Pueriles ſunt hæ artes, quas* ἐλευθέρας *Græci, noſtri liberales, vocant.* Auguſtino VI. *de Muſica*, *puerilia ſtudia*, Ciceroni *pueriles diſciplinæ*, lib. 1. *de Natura Deorum: Nihil enim olet ex Academia, nihil ex Lycæo, nihil ne ex puerilibus quidem diſciplinis.* Ita Ammonius παῖδα definit διὰ τῶν ἐγκυκλίων μαθημάτων ἀγόμενον εἶναι.

7. Eadem ratione Græcis προπαίδεια, & προπαιδεύματα, quod viam muniunt ſtudiis Philoſophiæ. Suidas: προπαίδεια, τὰ πρῶτα μαθήματα; unde & προτέλεια, ἀπὸ τῶν προτελείων τῶν γάμων. Photius in *Bibliotheca* προπαιδείαν Poetices ac Grammatices ſtudia vocat: διεπονεῖτο, inquit, ὁ Παμπρέπιος περὶ τὴν ἄλλην προπαιδείαν, ὡς ποιητική τε καὶ γραμματική. Eadem Suidas Παμπρέπιος: Athenis illum adverſus Philoſophos diſputaſſe, cum tamen Philoſophiam non attigerat. τὴν ἄλλην προπαιδείαν excolens. Idem Suidas γεωμετρίαν καὶ ἀριθμητικήν, προπαιδεύματα vocat: ὁ δὲ Ὠριγένης οὐκ ἐπαύετο παραδιδοὺς γεωμετρίαν, καὶ ἀριθμητικήν, καὶ τἆλλα προπαιδεύματα. Vide Clementem Alexandrinum *Stromaton* lib. 1. Suid. Ἀσκληπιόδοτος, & Νόλος.

8. Syneſius *Dione* πρώτην παιδείαν vocat. Julius Capitolinus *Maximino: Literis Græcis & Latinis imbutus ad primam diſciplinam.* Galenus περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων: τὴν πρώτην παιδείαν, ἣν οἱ παρ' Ἕλλησι παῖδες ἐξ ἀρχῆς ἐπαιδεύοντο παρά τε γραμματικοῖς καὶ ῥήτορσιν.

9. Apud eundem Galenum πρῶτα μαθήματα di-

cuntur, *libro* περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστου ψυχῇ ἁμαρτημάτων. A

10. Hasce artes liberales sive pueriles, quas scholæ docent, cum iis distinguo in Logicas, hoc est, ut D. Augustinus lib. II. *de Ordine*, rationabiles, & Mathematicas. Logica Aristoteli ἡ πᾶσα τέχνη ὀργανική. Ea est triplex, Grammatica, Dialectica, Rhetorica. Cicero v. *de Finibus*, Galenus lib. I. *Methodi*.

11. Stoici, ut auctor est Diogenes Laertius *Zenone*, Grammaticam omittunt; negant enim scientiam, quatenus literarum elementis occupata. Sane & Clemens Alex. *Stromaton* lib. I. excludit τὰ γράμματα ab ἐγκυκλίοις μαθήμασι. B

12. Hunc vero ordinem, quem sequitur etiam D. Augustinus, & ejus rationem ostendit lib. II. *de Ordine* capp. XII. & XIII. præscribit Aristoteles, ut Grammatica prima sit; neque enim res ipsæ enunciari possunt, sed earum σημεῖα, quæ sunt vocabula, lib. I. cap. I. περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων. Rhetorica ultima; nemo enim Rhetor, quin prius Dialecticus. Dialectica enim suppeditat communia artium instrumenta, definitionem, divisionem & id genus, sine quibus, ut Cicero *Partitionibus*, res neque inveniri, neque tractari possunt. Idem ostendit ratio tradendæ disciplinæ, quam servabat Philosophus. Nam *commentationum suarum*, ut scribit A- C gellius *lib. XX. cap. V. duas species habuisse dicitur Aristoteles, alia nominabat* ἐξωτερικά, *alia* ἀκροατικά. ἐξωτερικὰ *dicebantur, quæ ad Rhetoricas meditationes*, ἀκροατικά, *quæ ad disceptationes Dialecticas pertinebant. Huic disciplinæ tempus exercendæ dabat matutinum, illas vero vesperi tradebat*. Atqui hæc generatim de artium divisione, & ordine Logicarum, quas nunc singulas videamus.

CAP. IV.

I. GRammatica inquit Marius Victorinus, ἀπὸ τῶν γραμμάτων, id est, *a litteris a quibus incipere debet*. Isidorus *Originum* lib. I. cap. III. ex Augustino *de Ordine*: *Primordia Grammaticæ artis literæ communes existunt, quas librarii & calculatores sequuntur. Quorum disciplina velut quædam Grammaticæ artis infantia est. Unde & eam Varro literationem vocat*.

2. Græcis γραμματιστική, ars scribendi & legendi. Martianus Capella lib. III. *de Nuptiis Philologiæ & Mercurii*: Γραμματική *dicor in Græcia, quod* γραμμή *linea &* γράμματα *literæ nuncupentur, mihique sit attributum literarum formas propriis ductibus lineare. Hincque mihi Romulus literaturæ nomen adscripsit, quamvis infantem me literationem voluerit nuncupare, sicut apud Græcos* γραμματιστική *primitus vocitabar, tum & antistitem dedit, & sectatores impuberes aggregavit. Itaque adsertor nostri nunc literatus dicitur, literator antea vocabatur. Hoc quidem etiam Catullus commemorat dicens: Munus dat tibi Sylla literator. Idem apud Græcos* γραμματοδιδάσκαλος *vocitatur*. Huc pertinet illud Ciceronis *Partitionib. literaturam constare ex notis literarum*.

3. Seneca *epist.* LXXXVIII. *Prima illa, ut Antiqui vocabant, literatura, per quam pueris elementa traduntur*. Philo περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου: τό γε μὴν γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν γραμματικῆς τῆς ἀτελεστέρας ἐπάγγελμα, ἣν παρατρέποντές τινες γραμματιστικὴν καλοῦσι. *Scribere & legere Grammaticæ est imperfectæ, quam nonnulli convertentes vocabulum* γραμματιστικὴν *vocant*. D. Augustinus *de Ordine* lib. II. cap. XII.

4. Grammaticæ itaque antecursoria ἡ γραμματιστική, & distincti fuere γραμματικοὶ καὶ γραμματισταί, ut apud Latinos litterati, & litteratores. Litterati, Poetarum interpretes; Litteratores, qui primas litteras docent. Apulejus *Floridis*: *Prima cratera litteratoris, ruditatem eximit, secunda Grammatici, doctrina instruit*. Quinctilianus *lib. I. cap. V. Primus in eo, qui scribendi legendique adeptus fuerit facultatem, Grammaticis est locus*. Dio Xiphilini in *Severo*: Νεμεσιανός τις γραμματιστὴς τὰ παιδία γράμματα διδάσκοντος. Suidas γραμματιστής. Ita Galenus προτρεπτικῷ ἐπὶ τὰς τέχνας Grammaticos Philosophis, Astronomis, & Geometris, γραμματιστὰς vero pictoribus & plastis adjungit. Suetonius *de Illustribus Grammaticis*: *Sunt qui litterarum a litteratore distinguant, ut Græci Grammaticum a Grammatista, & illum quidem absolute & hunc mediocriter eruditum existiment*. Idem discrimen apud Lampridium *Alexandro*: *In prima pueritia litteratores habuit Valerium Cordum, & L. Veturium, ... Grammaticos, Scaurinum*, &c. Capitolinus *M. Antonino*: *Usus est magistris ad prima elementa Euphorione litteratore, Grammaticis Apro & Pollione*. Tertullianus *de Idololatria* discrimen observat inter literarum Professores & Ludimagistros, quibus litteratoriam eruditionem tribuit. Literatores autem proprie magistri literarii, Grammatici Magistri & Professores.

5. Asconius *in Divinat. Magisterludi. Litterarii ludi Magistri, omnem enim scholam ludum dixere. Et magistri ludi dicuntur, qui primas litteras docent*. Augustino *primi magistri*, *Confessionum* lib. I. *Adamaveram Latinas Literas, non quas primi magistri, sed quas docent qui Grammatici vocantur*. Fl. Vopisco in *Bonoso*, *Pædagogi litterarii*, & in *Tacito*, *Magistri litterarii*. Agrætius, *Magister ludi, docent primas litteras*: ita *l. 11. §. ult. D. de mun. & honorib.* Demosthenes Æschinem ridens illi objicit, quod γραμματικός, διδάσκαλος τῶν πρώτων γραμμάτων. Suid. τρόμητος. Ausonius prima elementa, de Anastasio Grammatico Pictav.

Qui rudibus pueris
Prima elementa dabat.

Idem Ausonius *Epitaphio Crispi & Urbici*: *Qui*

primævos fandique rudes: Elementorum prima docebas Signa novorum.

6. Apud Quinctilianum *lib.* I. *cap.* II. *paulum ultra primas litteras progressi*, hoc est, rudes & leviter instituti.

7. Ita D. Augustinus lib. *contra adversarium legis* contemtim literiones vocat, indoctos & imperitos: *Literiones, sic enim potius, quam litterati, appellandi sunt, qui legendo literatos, nihil sapere didicerunt.* At Galeno *Lexico Hippocratis* πρῶτα γράμματα, ἡ πρώτη παιδεία, quæ est ἐγκυκλίων μαθημάτων.

8. Nam literæ Philologiam & literarum studia notant, ut apud Ciceronem *de Oratore*: *Studium literarum, quod profitentur ii, qui Grammatici vocantur.* Plinius *lib.* XXXV. *Omnibus litteris eruditus, præcipue Arithmetica & Geometria.* Et litteræ, ipsa Scriptura. Petronius: *Et tu litteras scis, & ego ne quæstubus tuis obstem, aliquid aliud promittam.* Huc pertinet nota vox Neronis apud Senecam lib. II. cap. I. *de Clementia*: *Vellem nescire literas.* L.6. §. *ult. D. de excus. tut.* imperiti literarum excusantur a tutela. Glossæ: Ἀγράμματος, *Illiteratus.* Columella *lib.* I. *cap.* VIII. *Illiteratus villicus dummodo sic tenacis memoriæ rem satis commode administrare potest.* Agellius *lib.* XI. *cap.* XVIII. *Tacito illiteratoque consensu oblitteratæ.* Intelligit Jus ἄγραφον, *l.* 6. *de justit. & jure.*

9. Grammaticos Magistros & Professores appellari solitos docent veteres Inscriptiones, & illa apud Suetonium *de Illustrib. Grammaticis in Palæmone*: *Vis tu magister, quoties festinantem aliquem vides, abligurire.*

10. Petronius: *Rogo*, inq[...], *magister, quid putas inter Ciceronem & Publium interesse.* Indubie enim alloquitur Grammaticum Criticum. Suetonius in *Probo*: *Nunquam ita docuit, ut magistri personam sustineret; unum vel alterum postmeridianis horis admittere solebat: cubansq; inter longos ac vulgares sermones legere quædam.* Idem Suetonius, Orbilium reliquisse filium Grammaticum professorem.

11. Adverte, non ludi magistrum. Grammatici & Professores literarum, *l.* 6. *magistri studiorum*, l. 7. *C. de profess.* Ius Civile idem discrimen inter Ludimagistros & Professores observat. Nam literatores, sive ut Ulpianus *l.* I. §. I. *D. de extraord. cognit.* ludi litterarii magistri, nec Professorum numero sunt, nec vacationem munerum habent, *l.* II. §. *eos qui D. de muner. & honor.* Nisi quod illis Jus extra ordinem dicatur, ut librariis, & notariis, & calculatoribus: quorum artes non liberales, sed liberalibus vicinæ, *d. l.* I. Grammaticis vero, Oratoribus, Medicis & Philosophis indulta immunitas, ne hospitem reciperent, *l. ult. D. de mun. & honor.* Angariorum quoque præstatio iisdem remissa, *l. ab his* §. 3. *D. de vacat.*

12. Notemus etiam discrimen ipso docendi habitu. Docebant quidem sedentes. Suetonius *de Illustrib. Grammaticis*: *Orbilii statua Beneventi ostenditur, habitu sedentis ac palliati.*

13. Sed Magistri litterarii minus altæ sellæ insidebant, quibus scilicet res erat cum parvulis, & quorum opus propiori inspectione egebat.

14. Prudentius *Hymno Cassiani*:

> *Præfuerat studiis puerilibus, & grege multo*
> *Septus, magister litterarum sederat.*

Plautus *Bacchid.*

> *—— in sella apud magistrum assideres,*
> *Tum librum legeres, si unam peccavisses syllabam,*
> *Fieret corium tam maculosum, quam est nutricis pallium.*

Imo sæpe in via obviis saxis insidentes docebant. Dio Chrysostom. *Orat.* περὶ λόγου ἀσκήσεως: Οἱ δὲ τῶν γραμμάτων διδάσκαλοι, μετὰ τῶν παίδων ἐν ταῖς ὁδοῖς κάθηνται, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς ἐμποδών ἐστιν ἐν τοσούτῳ πλήθει, τοῦ διδάσκειν τε καὶ μανθάνειν. *Literarum magistri cum pueris in viis sedent, & nequicquam illos impedit in tanta turba docere & discere.* Augustinus *Confessionum* l. I. c. XVI. Vidi Romæ in ædibus privatis, ubi Augusti sepulchrum ajunt, tabulæ marmoreæ incisam effigiem viri, qui volumen manu tenet, insidens sellæ specie docentis. A qua parum abit alia statua, quæ in ædibus Tiberii Cevolii visitur.

15. Grammaticorum vero sellæ altiores, & proprie cathedræ. Ausonius *Profess.* *Et te quem cathedram temere usurpasse loquuntur, Nomen Grammatici nec meruisse putant.* Cælius Aurelianus *Acutarum Pass.* lib. I. *fertoria sella, vel cathedra.*

16. Est enim cathedra major & altior sella: unde & Sidon. Apoll. cathedrarii magistri. Theo Sophista: Ἵδρυται μὲν ὁ διδάσκαλος ἐφ' ὑψηλοῦ τινος, ὥσπερ οἱ δικασταί, φοβερός, θυμὸν ἐμφανίζων. Δεῖ δὲ τὸν νέον προσιέναι, ποικίλην ποιησόμενον τὴν ἐπίδειξιν ὧν εὗρεν ἢ συνέθηκε. *Sedet magister sublimiori loco, ut judices, terribilis, iram præ se ferens. Cogitur accedere puer, exhibiturus quæ invenit, aut composuit.* Quæ autem forma sellæ Magistrorum ostendit statua M. Metii Epaphroditi, quam itidem Romæ vidi.

17. Apud Hebræos primi litterarum magistri, quos γραμματεισαγωγεῖς vocant. Augustinus *de civit. Dei* lib. XVIII. c. XXXIX. *Moyses in populo Dei constituit, qui docendis literis præessent, priusquam divinæ legis ullas literas nossent. Hos appellat scriptura grammatoisagoges, qui Latine dici possunt, literarum inductores, vel introductores, eo quod eas inducant vel introducant in corda discentium.*

18. Apud Græcos antiquissima fere illorum mentio in legibus Charondæ, quas recenset Diodorus Siculus *lib.* XII. Apud Romanos ipsis imperii primordiis fuerunt. Romulum liberaliter institutum Plutarchus, & Auctor libri *de origine gentis Romanæ.* Livius *lib.* III. de Virginii filia: *Virgini venienti in forum (ibi namque in tabernis litterarum ludi erant) minister decemviri manum injecit.* Ubi observamus & puellas magistris litterariis usas, quod & Dionysius Halicarnasseus lib. XI. *Antiquitatum Rom.* & Plutarchus lib. IX. *Sympos.* tradunt. Idem Livius *l.* VI. de Camilli ingressu ad Thusculanos: *Intentos opifices suo quemque operi, & ludos literarum strepere discentium vocibus.* Lib. V. *Mos erat Faliscis, eodem magistro liberorum & comite uti, simulque plures pueri, quod hodie in Græcia manet, unius curæ demandabantur.*

19. Nam recepto Romanis more Magistri ludi literas docebant, Pædagogi vero sive comites custodiæ caussa adhibiti. Quamquam & ipsi Magistri Pædagogi dicti. Donatus *in Phorm. Act.* V. *Sc.* II. Quinctilianus *lib.* I. Nam & cura morum & sermonis penes illos.

20. Disertim tamen distinguit Theo Sophista *Progymnasmatis*, & recte: Τὰ μὲν δὴ τοῦ διδασκάλου τοιαῦτα. ὁ δὲ δὴ παιδαγωγὸς τῶν δεσποτῶν βαρύτερος ἐφεστηκώς, ἀεὶ μικροῦ καὶ συνημμένος, ἐπεγείρων συνεχῶς, ἐπιπλήττων διὰ παντός, ῥᾳστώνης ἀπελαύνων. ἐπὶ δὲ τοῖς μικροῖς ὑπερβαλλόντως κολάζων, ἔνοπλος ἑπόμενος, βακτηρίαν ἢ σκῦτος ἐν τῇ δεξιᾷ προφέρων. *Atque hæc quidem magistri. Pædagogus vero dominis ipsis gravior semper adest, fere alligatus, semper excitans, perpetuo reprehendens & objurgans. Ob minima quæque acriter puniens, sequens armatus, scipionem aut scuticam dextra præferens.* Horatius *lib.* I. *sat.* VI.

> *Ipse mihi custos incorruptissimus omnes*
> *Circum doctores aderat.*

21. Hinc in Glossis: Παιδαγωγός, *Pedagogus, Pedisequus*, sequebantur enim pædagogi. Homiliæ Græco-Lat. Juvenalis *satyra* X

Manilius *lib.* IV.

Et dominum dominus prætexta lege sequatur. Servum pædagogum domini pueri dominum appellat, propter imperium morum & diligentiæ, quod in eum exercebat. Ipsis ergo initiis Romani Imperii ludi magistri.

23. At Plutarchus Ῥωμαϊκοῖς Herculem docuisse Euandrum, cognatos antiquitus literas tradidisse amicis & propinquis. Sero cœptum mercede doceri apud Romanos, primum Spurium Carbilium ludum literarium aperuisse: ὀψὲ δ' ἤρξαντο μισθοῦ διδάσκειν, καὶ πρῶτος ἀνέῳξε γραμματοδιδασκαλεῖον Σπόριος Καρβίλιος, ἀπελεύθερος Καρβιλίου. Non intelligo qua ratione Spurium Carvilium primum ludum aperuisse asserat; cum ex Livio notum ante hæc tempora alios ludum literarium exercuisse.

24. Illa quoque Suetonii legentem retinent: *Primus in urbem intulit studium Grammatices Crates Mallotes, Aristarchi æqualis, qui missus ad senatum ab Attalo rege inter secundum & tertium bellum Punicum, plurimas ἀκροάσεις subinde fecit, assidueque disseruit*. Sed observata distinctione recte constabit; ut eos, de quibus Livius, censeamus vere literarios magistros, & nihil præter primas literas docuisse. Spurium Carvilium & ipsum quidem literas docuisse, sed aucta jam arte. Indicio est ipse Plutarchus Ῥωμαϊκοῖς προβλ. LIV. ubi ait G. litera Romanos serius uti cœpisse, eamque reliquis adjectam a Spurio Carvilio. At Crates non docuit primas litteras, sed Grammaticus notæ eruditionis primus Poetas Romæ publice interpretatus Grammaticæ studium invexit. Suidas scribit Cratetem Malloten σύγχρονον Ἀριστάρχου Ὁμηρικὸν καὶ κριτικὸν appellatum, διὰ τὴν περὶ τὰς γραμματικὰς καὶ ποιητικὰς λόγους ἐπίστασιν.

25. Ideo & Sueton. Cratetem ἀκροάσεις fecisse, ut Polybius *Legat.* CXXII. Ἰσοκράτης γραμματικός, τῶν τὰς ἀκροάσεις ποιουμένων. Vult enim ostendere non literatorem fuisse Isocratem, sed Grammaticum Professorem; nam eundem *Legat.* CXX. κριτικὸν appellat. Et Ἀκρόασιν ποιεῖσθαι, vere de Grammatico Professore. Basilius *Epist. ad Gregorium* σχολὴν καὶ διατριβὴν ποιεῖν. Porphyrius apud Theodoretum *Sermone* XII. Ἦν δὲ τῶν ἐπιτιμωμένων καὶ τάδε Σωκράτει, ὅτι εἰς τὰς ὄχλους εἰσωθεῖτο, καὶ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο πρὸς τὰς τραπέζας. *Inter alia Socrati objecta, quod turbæ frequentioris concilio sese immisceret, & ad mensas concursu facto dissereret*.

26. Dio Chrysostomus ἀκρόασιν quamvis in publico dissertationem vocat: *Orat.* Ταρσικῇ α΄. Ἡ μὲν τοιάδε ἀκρόασις θεωρία τις οὖσα καὶ πομπή, παραπλήσιον ἔχει τι ταῖς ἐπιδείξεσι τῶν καλουμένων ἰατρῶν. *Talis dissertatio in speciem & pompam composita simile quiddam habet ostentationibus Medicorum*. Vitruvius acroasin pro ἐπίδειξις usurpavit, *lib* X *cap.* XXII. *Eo tempore quidam architectus Callias Rhodium cum venisset, acroasin fecit. Exemplumque protulit muri, & supra id machinam in carchesio versatili constituit, qua helepolim ad mœnia accedentem corripuit, & transtulit intra murum*.

27. Seneca ἀκρόασιν auditionem vertit *l.* IX. *Controversia* III. *Cassius Severus ab auditione ejus cum rediret, interrogatus quomodo dixisset, respondit: Male. Epist.* CVIII. *Auditionem Philosophorum, lectionemque ad propositum beatæ vitæ trahendam*. Et Agellius *l.* XXII. *c.* II. *Qui easdem auditiones eosdemque Doctores colebamus*. Ergo ἀκρόασιν ποιεῖσθαι, quod Apulejus *Floridis*, frequenti Auditorio disserere. Hoc autem proprie Philosophorum & Rhetorum, de quibus Dio & Seneca.

28. Sed a similitudine & frequentia etiam de Grammaticis usurpatum, quorum tamen proprium lectionem exponere. Quanquam & hoc pari ratione ad Philosophorum diatribas translatum. Agellius *l.* I. *c.* XXVI. *Interrogavi in diatriba an sapiens irasceretur, dabat enim sæpe post quotidianas lectiones quærendi quod quis vellet potestatem*. Sed, ut dixi, lectionem exponere Grammaticorum. Augustinus *Confess.* lib. VI. Idem & prælegere dicunt. Sueton. *de Illustr. Grammaticis*, *Q. Cæcilio: Virgilium aliosque novos Poetas prælegere cœpit*. Agellius *lib.* XVIII. *Si magistrum prælectoremque habuisset alicujus æris*.

29. Græcis magistris ἐπαγορεύειν. Homiliis Græco-Lat. ἐπαγορεύοντος καθηγητοῦ, *dictante præceptore*. Dictata enim ad interpretationem pertinebant.

30. Quod autem Cicero *ad Q. Fratrem: Pueri tanquam dictata perdiscant*. Et in Homiliis Græco-Latinis: ἤρξάμην ἀποδοῦναι ἀναλήμματα, *cœpi reddere ediscenda*. Ἀναλήμματα enim antea dictata dixerat: ita intelligendum ediscere solitos non ea, quæ ad interpretationem exceperant, sed ipsius Auctoris verba. Nam & illa dictabant, iisque μετάφρασιν, & enarrationem adjiciebant, ut ex iisdem Homiliis patet.

31. Sed discrimen γραμματικῶν & γραμματιστῶν parum sollicite observatum. Diodorus Siculus *l.* XII. in legibus Charondæ γραμματικὴν vocat ἐπιστήμην τοῦ ἀναγινώσκειν καὶ γράφειν, quæ est γραμματιστική, ut Suidas definit. Ἐνομοθέτησε γάρ, inquit Diodorus, τῶν πολιτῶν τὰς υἱὰς ἅπαντας μανθάνειν γράμματα. τὴν γὰρ γραμματικὴν παρὰ τὰς ἄλλας μαθήσεις προέκρινεν ὁ νομοθέτης. διὰ γὰρ ταύτης τὰ πλεῖστα καὶ χρησιμώτατα τῶν πρὸς τὸν βίον ἐπιτελεῖσθαι, ψήφους, ἐπιστολάς. Plutarchus *de discrimine adulatoris & amici*: Γραμματικὸς ἐπιπλήττων παιδὶ περὶ δέλτου καὶ γραφείου. *Grammaticus puerum castigans de tabula & stylo*. Ælianus *de historia Animalium* lib. II. c. XII. γραμματικὸν γράμματα γράφοντα: cui & πίνακα tribuit.

32. Suetonius *de Illustr. Grammat. Appellatio Grammaticorum Græca consuetudine invaluit; sed initio litterati vocabantur. Cornelius Nepos in libello, quo distinguit litteratum ab erudito, litteratos quidem vulgo appellari ait eos, qui aliquid diligenter & acute possunt dicere aut scribere: cæterum proprie sic appellandos poetarum interpretes, qui a Græcis γραμματικοὶ nominantur: eosdem literatores vocitatos. Messalla Corvinus in quadam Epistola, non esse sibi dicens rem cum Furio Bibaculo; nec cum Sigida quidem aut litteratore Catone; significat haud dubie Catonem Poetam simul Grammaticumque notissimum*. Sed quis iste quæso Sigidas? Puto aliquis Pœnus, aut Afer, certe minus familiaris Italis auribus. Quare censeo restituendum ex antiquo Codice, *nec cum Sedigito quidem, aut literatore Catone*.

33. Notus Vulcatius Sedigitus Grammaticus, quem librum *de Poetis* scripsisse Auctor est. Agellius *l.* XV. *c.* XIV. Atque ita demum Sedigiti manes rite me placasse arbitror, quod nomen jam fugiens tam illustri loco reposuerim.

CAP. V.

1. *Primum Grammatisticæ munus in formanda voce ad lectionem & pronunciationem*. 2. *Tertullianus illustratus. Edomator vocis*. 3. *Grammatistæ quid docuerint*. 4. *Vocis exercitatio cur Antiquis usurpata*. 5. *Præceptor vocis*. 6. *Phonascus. Præcentor*.

1. MOnet ordinis ratio, ut pertexam de γραμματιστικῇ. Ejus munus duplex; in dirigenda scilicet voce & manu. Illam, ad lectionem & aptam ac rectam pronunciationem; hanc, ad scriptionem & computationem. De lectione, quam Cælius Aurelianus *lib.* I. litteralem appellat, supervacuum existimo Grammaticorum

Commentarios exſcribere. Vide Quinctilian. *lib.* I. *cap.* II. Hieronymum *Epiſt. ad Lætam & Gaudentium*. De prima pronunciatione Plato *in Protagora*, Quinctilian. *l.* I. *c.* XIX. Homiliæ Græco-Lat.

2. Tertullianus *de Pallio*: *De meo veſtiuntur & primus informator literarum, & primus edomator vocis, & primus numerorum arenarius*. Edomatorem vocis capio γραμματιστὴν, qui præit puero diſcenti ad veram pronunciationem, cujus vox adhuc rudis & indomita: ideo ut cognata & ejuſdem artis conjunxit, informatorem literarum, edomatorem vocis, & numerorum arenarium.

3. Ea enim docebant primi Magiſtri, ſive γραμματισταί. Plato VII. *de Legibus* prima inſtitutione doceri ſcribit literas, artem numerandi, & canendi lyra. Auguſtinus lib. I. *Confeſſionum*: *Primas litteras, ubi legere, ſcribere & numerare diſcitur*. Lucianus περὶ Γυμνασίων: Τὴν μὲν τοίνυν ψυχὴν μουσικῇ τὸ πρῶτον καὶ ἀριθμητικῇ ἀναρριπίζομεν, καὶ γράμματα γράψασθαι, καὶ πρῶς αὐτὰ ἐπιλέξασθαι διδάσκομεν. *Animum itaque primum Muſica, & Arithmetica excolimus, & literas pingere, eaſque recte pronunciare docemus*. Non audio illos, qui edomatorem vocis Phonaſcum interpretantur, & pari errore præceptorem vocis in remediis morborum adhibitum confundunt cum præcentore chori.

4. Vocis exercitatio Antiquis uſurpata duplici fini: ad remedium morborum, & vocis cultum. Oribaſius *l.* I. *c.* V. Cum ergo ſanandis morbis adhibita, ratione morbi ſæpe initio lenis, interdum concitatior & altior ad majorem motum, ſæpe remiſſa & exilis, ut multis docet Plutarchus *de tuenda valetudine*: ideoque adhibiti, qui modum præirent ad vocis temperamentum.

5. Cælius Aurelianus lib. I. *tardarum paſſionum*: *Vocis exercitium Muſico monitore adhibitum*. *Lib.* VI. *cap.* II. *Vocis exercitatio adhibito præceptore*. Ita Neronem narrat Suetonius nihil ſerio jocove egiſſe, niſi adſtante Phonaſco, qui moneret parceret arteriis.

6. Longe diverſi uſus Phonaſcus, quem Gloſſæ *vocalem*, Auctor libri *de Mundo* κορυφαῖον, hoc eſt, interprete Apulejo, *præcentorem in choris*, quem & ducem carminis vocat eodem *libro*. Plato VI. *de Legibus* χορῶν ἄρχοντα καὶ διδάσκαλον appellat. Auguſtinus *enarrat. Pſalmi* LXXXVII. *In arte Muſica præcentor dicitur, qui vocem præmittit in cantu, ſuccentor autem, qui ſubſequenter canendo reſpondet.* Varro ὄνος λύρας:

Phonaſcus adſum vocis ſuſcitabulum,
Cantantiumque gallus gallinaceus.

C A P. VI.

1. *Alterum Grammatiſticæ munus in docenda ſcriptione & computatione*. 2. *Artis ſcribendi finis, & modus eam docendi*. 3. *Præducere* παραγράφειν. 4. ὑπογραμμός. 5. *De triplici ſcribendi ratione apud Antiquos*. 6. σημεῖα. *Notæ*. σίγγλαι. *Literæ ſingulariæ*. 7. *Prudentius explicatus; item*, l. 6. de bon. poſſ. 8. *Notæ ad celeritatem*. 9. *Notarii* ταχυγράφοι. 10. *Notas quis invenerit*. 11. *Notoria Auguſtino & Apulejo quid notet*. 12. *Notæ occultæ*. 13. *Literæ ſacræ Ægyptiorum*. 14. *Antiquarii* καλλιγράφοι. 15. *Librarii: eorum latiſſimus uſus. Scribæ librarii*. 16. *Grammatiſta pro librario apud Sueton*. 17. *Notarii excipiebant* εἰς τάχος, *unde exceptores: librarii redigebant* εἰς κάλλος.

1. ALterum munus Grammatiſticæ in directione manus ad ſcriptionem & computationem. Capitolinus *Pertinace*: *Puer litteris elementariis, & calculo imbutus*. Vide Lucianum περὶ Γυμνασίων. Diodor. Sic. *l.* XII. Auguſtinus *de Ordine* l. II. c. XII. *Sed audiri abſentium verba non poterant, ergo illa ratio peperit literas notatis omnibus oris ac linguæ ſonis, atque diſcretis. Nihil autem horum facere poterat, ſi multitudo rerum ſine quodam defixo termino infinite patere videretur. Ergo utilitas numerandi magna neceſſitate animadverſa eſt. Quibus duobus repertis nata eſt illa librariorum ac calculonum profeſſio, velut quædam Grammaticæ infantia, quam Varro litterationem vocat.*

2. Artem ſcribendi Ariſtoteles *Politicωn* lib. VIII. cap. III. γραμμάτων μάθησιν vocat, & aliis diſciplinis addiſcendis adjumento eſſe, πρὸς χρηματισμὸν καὶ οἰκονομίαν, καὶ πρὸς πολιτικὰς πράξεις πολλὰς conferre ait. Ejus finis, ut doceat recte & ornate literas pingere. Ornatus in eo eſt, ut aptæ ad lectionem literæ exprimantur, & verſus directi margini incluſi.

3. Scribendi artifices ad artis compendiariam literarum characteres pingere ſolent, & ductu præire ad imitationem, quod Latini præducere. In Ὁμιλίαις Græco-Lat. παραγράφειν οὐκ οἶδα, σύ ἐμοὶ παράγραφε, ὡς οἶδας. *Præducere neſcio, tu mihi præduc, quomodo ſcis.* Hinc Ulpianus *l.* II. *D. de mun. & bon. Magiſtros, qui primis literis pueros inducunt.* In aliis Homil. Græco-Lat. Ἐξάγω γραφίδα, λειαίνω, περιγράφω πρὸς τὸ ὑπογραμμόν. *Educo graphiolum, complano, deſcribo ad exemplar.*

4. Ὑπογραμμὸν appellat tabulam, in qua literæ ad imitationem expreſſæ. Interdum diſcentium manus adductum dirigere ſolebant, aut literarum elementa tabellis inſculpere, lineas præducere, quas regulam & amuſſim ſequerentur. Hinc vulgare illud apud Fl. Vopiſcum in *Tacito*: *Di avertant Principes pueros, & quibus ad ſubſcribendum magiſtri literarii manus teneant*. Plato in *Protagora*: Οἱ γραμματισταὶ τοῖς μήπω δεινοῖς γράφειν τῶν παίδων, ὑπογράψαντες τὰς γραμμὰς τῇ γραφίδι, οὕτω τὸ γραμματεῖον διδόασι, καὶ ἀναγκάζουσι γράφειν κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν γραμμῶν. *Ut literarum magiſtri, iis qui nec dum exacte ſcribunt, lineas præſcribunt & earum ductum ſequi cogunt.* Quinctilianus *l.* I. *c.* II. *Cum vero jam ductus ſequi cœperit, non inutile erit eas* (literas) *tabellæ quam optime inſculpi, ut per illos velut ſulcos ducatur ſtylus. Nam neque errabit, quemadmodum in ceris, (continebuntur enim utrinque marginibus) neque extra præſcriptum poterit egredi, & celerius ac ſæpius ſequendo certa veſtigia, firmabit articulos, neque egebit adjutorio, manum ſuam manu ſuperpoſita regentis.* Quem locum expreſſit D. Hieronymus *ad Lætam* his verbis: *Cum vero cœperit trementi manu ſtylum in cera ducere, vel alterius ſuperpoſita manu teneri, regantur articuli, vel in tabula ſculpantur elementa, ut per eoſdem ſulcos incluſa marginibus trahantur veſtigia, ut foras non queant evagari.*

5. Triplex autem ſcribendi ratio apud Antiquos: Notis ſive διὰ σημείων, literis ſingulis, & verbis integris.

6. Plutarchus in *Catone*: Σημεῖα, ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα. *Signa* ſive *notæ parvis & exiguis figuris plurium literarum vim habentes.* Euodius *Epiphanio*, *Notarum compendia*. Prudentius περὶ στεφάνων, *Hymno* dicto Caſſiano, *Notarum ſigna*. Sidonius Apollinaris *lib.* IX. *epiſt.* VIII. *Comprehendebant ſignis, quod literis non poterant*. Græci *notas* σημεῖα vertunt: Gloſſæ: Σημειογράφος, *Notarius*. Hieronymus *Epitaphio Nepotiani*. Prudentius eodem *Hymno*, *Puncta*. Auſonius *Epigram.* CXXXVIII.

Punctis peracta ſingulis
Ut una vox abſolvitur.

Lite-

Literæ singulæ *Nov.* Justin. σίγλαι. Et *Constit.* II. *ad Antecess. de jur. doc. rat.* Agellius *lib.* XVII. *In bis Epistolis quibusdam in locis inveniuntur literæ singulariæ sine coagmentis syllabarum, quas putes positas incondite. Nam verba ex bis confici nulla possunt.* Coagmenta syllabarum ductus aut lineæ, quibus literæ connectuntur.

7. Prudentius *catenas* appellat, eodem *Hymno*:

Flexas catenis impedire virgulas.

Festus: *Nota nunc significat signum, nunc literas singulas, aut binas.* Ergo & notæ litteræ. At *l.* 6. *§. ult. D. de bonor. possess.* Notas litteras non esse. Intellige scripturam integram sine notis, *l.* 40. *§.* I. *de testam. mil.*

8. Hæc scribendi ratio duplici fini potissimum usurpata, εἰς τάχος sive *celeritatem*, & obscuritatem, scilicet in iis, quæ alios celare volebant. De velocitate Seneca *epist.* XCI. *Quid verborum notas, quibus citata excipitur oratio, & celeritatem linguæ manus sequitur,* Prudentius;

Verba notis brevibus comprendere cuncta peritus,
Raptimque punctis verba præpetibus sequi.

Ausonius *Epist.*

Puer notarum præpetum
Sollers minister.

Manilius *lib.* IV.

Hic & scriptor erit velox, cui littera verbum est,
Quique notis linguam superet, cursimque loquentis
Excipiat longas nova per compendia voces.

Martialis *lib.* XIV. *epigr.* CCVIII.

Currant verba licet, manus est velocior illis,
Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

9. Notarii vero οἱ γράφοντες εἰς τάχος διὰ σημείων; ita interpretor verbis Galeni *lib.* I. περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστου ψυχῇ ἰδίων παθῶν. Idem Galenus περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων: διὰ σημείων εἰς τάχος ἠσκημένῳ γράφειν. Basilio *Epist. ad Diodorum*: εἰς τάχος γράφοντες. *Nov.* XV. ταχυγράφοι Philoni περὶ καταστάσεως ἄρχοντος: ὀξυγράφοι. Synesius *epist.* LXI. & LXVII. Asterius ταχυγράφος. Plutarcho in *Catone*; σημειογράφος. Epiphanius καθ' αἱρέσεων *l.* III. Hieronymus *ad Julianum*: *Apposito notario cogebat loqui, quæ velociter edita velox consequeretur manus, & linguæ celeritatem prenderent signa verborum.* Augustinus lib. II. *de doctrina Christiana*. *Contra Academicos* l. I. c. I. Hieronymus *de vitando suspecto contubernio. Ad Pammachium de optimo genere interpretandi.* Cassiodorus *in Psal.* XLIV. Eunapius *Proæresio*. Suidas. Moscopulus.

10. Notarum inventio variis adscripta. Isidorus *Originum* lib. I. cap. XXI. ab Ennio inventas, & libertis Mecœnatis auctas refert. Dio *lib.* LV. ipsum Mecœnatem earum inventorem ait. Eusebius vero in *Chronicis* Tyroni Ciceronis liberto adscribit. Apud Græcos Xenophontem primum notis scripsisse auctor Diogenes Laertius.

11. Notoria vero apud Augustinum *epist.* CLX. & Apulejum *Milesiarum* VI. non est brevis aut compendiaria scriptio, ut aliis perperam visum; sed indicium, quo crimina sive rei deferuntur. *L.* 7. *C. de accus. notoriis insimulatus. L.* 5. *D. ad S. C. Turp. Qui per notoria indicia produnt.* Glossæ; Μήνυσις, *Indicatio, Notoria, Indicium.* Tertullianus *Apologetico*, & lib. *ad Scapulam* elogium vocat. Neque notoria, quod notis perscripta, ut alii ridicule existimant, sed quod notos faciebat, sive indicabat reos, ut apud Petronium, & Senecam *epist.* XXXIX. *Notor*, γνωστήρ, sive is qui ignoti notitiam dat.

12. De notis occultis, quibus usi in iis, quæ alios celare vellent, Cicero *ad Atticum*: *Quæ ad te de legatis scripsi parum intellexisti credo, quia* διὰ σημείων *scripseram.* Agellius *lib.* XVII. *cap.* IX. occultas litteras vocat, & de earum significatione Pro-

A

bum Grammaticum *Commentarios* reliquisse scribit. Firmicus *Astronomicῶν* l. III. c. XII. difficiles & absconsas literas appellat. Harum frequens usus in sacris, quorum mysteria occultis notis & literis tradi solita, ne profanis paterent. Clemens Alexandrinus *Stromatῶν* lib. VI. Apulejus *lib.* XI. *De opertis adyti profert quosdam libros, literis ignorabilibus prænotatos, partim figuris cujuscemodi animalium, concepti sermonis compendiosa verba suggerentes; partim nodosis, & in modum rotæ tortuosis, capreolatimque condensis apicibus a curiositate profanorum lectione munita.*

B

13. Hujusmodi apud Ægyptios literæ sacræ, de quibus Plutarchus περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος. Nam duplex est apud ipsos literarum genus: commune, & sacrum. Illud, omnes passim discebant; hoc, soli sacerdotes. Diodorus Siculus *lib.* II. Strabo *Geographiæ* l. IX. refert obeliscum Sesostridis ex Ægypto in urbem advectum, insignitum notis, sive, ut Ammianus Marcellinus, scriptilibus effigiatum elementis, quæ rerum naturalium abdita innuebant. Horum inventum Jamblichus *de Mysteriis* ad Hermetem Trismegistum refert. Scribendi vero obscuritas variis modis inducta, sive pictura characterum prorsus a legentium cognitione abludente, sive literarum situ transmutato, sive alia quavis ratione

C

scribentis arbitratu. Suetonius in *Jul. Cæsare*: *Extant Epistolæ ejus ad familiares domesticis de rebus. In quibus si qua occultius quædam perferenda erant per notas scripsit, id est, sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici posset. Quæ si quis investigare vellet, quartam elementorum literam D pro A, & deinde reliquas commutet.* Idem in *Augusto*: *Quoties per notam scribit, B pro A, C pro B, ac deinde eadem ratione sequentes literas ponit.* De simili scribendi latebra Dio *lib.* XL. & *lib.* LI. Isidorus *Originum* lib. I. cap. XXIV. Agellius *lib.* XVII. *cap.* IX. qui & alia furtivi scripti ingenia narrat,

D

qualis Laconum σκυτάλη, de qua Plutarchus *Lysandro*, Scholiastes Pindari *Olymp.* ode III. Suidas, Ausonius *Epist.*

14. Altera scribendi ratio ad elegantiam sive εἰς κάλλος, unde καλλιγράφοι. Latinis Antiquarii. Glossæ: *Antiquarius*, ἀρχαιογράφος, καλλιγράφος. Philostratus *Apollonio* lib. I. Ἐξέλαυνε τῆς Ἀντιοχείας μετὰ δυοῖν θεράποιν, ὁ μὲν ἐς τάχος γράφων, ὁ δὲ ἐς κάλλος. *Ejecit ex Antiochia cum duobus servis, quorum alter notarius, alter antiquarius.* Augustinus *Serm.* XLIV. *Qui videt literas in codice optime scripto, & non novit legere, laudat quidem antiquarii manum, admirans apicum pulchritudinem.* Hieronymus: *Habeo alumnos, qui antiquariæ arti servient.* Vide

E

Græc. Epigram. lib. VI. Cassiodor. *de divinis lectionibus* cap. XV. & XXX. Auson. *Epist. ad Probum*.

15. Sidonius Apollin. *lib.* IX. *epist.* ult. Isidorus *Originum* lib. VI. *Librarii, iidem & antiquarii vocantur; sed librarii, qui nova & vetera scribunt. Antiquarii, qui tantummodo vetera.* Inepta & non necessaria distinctio. Librariorum usus & nomen latissime patet, quorum tota ars circa chartas & libros, quos describebant & vendebant: utrumque enim librariorum: inde in Glossis, Βιβλιογράφος, *Librarius*. Βιβλιοπώλης, *Libellio*. Vario isto librariorum usu increbuit, ut librarii, scribæ

F

& notarii dicerentur. Sane vocis etymon omnibus istis commune est; scribit enim D. Hieronymus *Epist. ad Niceam*: *Scriptores a libris arborum librarios vocasse. l.* 90. *D. de divers. reg. jur.* librarium conscripsisse verba stipulationis. Et *l. ult. de jure immun.* librarii horreorum, caducorum. In veteri Inscriptione ad distinctionem scribæ librarii dicuntur:

Q. LVCRETI. QVINTIANI.
SCRIB. ÆLIBRARI

Et in alia Inſcriptione:

L. VIBIVS. AVG. SER. PAMPHILVS.
SCRIBA.
LIB. ET. A. BIBLIOTHECA. LATINA. APOLLINIS.

Palladius *de Re Ruſtica*, præfatione libri de inſitione: *Quod volumina hæc ruris colendi ſerius quam juſſeras, ſcripta ſunt, librarii manus ſegnior fecit.* Martialis *lib.* II. *epigr.* VIII. *lib.* IV. *epigr.* ult. Interpres Horatii in *Arte* ex Suetonio Tranquillo: *Scriptor, Librarius, Bibliopola.*

16. Suetonius *de Illuſtr. Grammaticis*, Grammatiſtam librarium, ſive Bibliopolam vocat. In *Valerio Probo*: *Legerat in Provincia quoſdam veteres libellos apud Grammatiſtam.* Ita librarius pro Grammatiſta ſive magiſtro literarum apud D. Hieronymum *Epiſt. ad Lætam*: *Nec erubeſcet*, inquit, *vir doctus id facere in propinqua vel nobili, quod fecit Ariſtoteles in Philippi filio, ut ipſe librariorum utilitate initia traderet literarum.* Vicinæ autem & cognatæ artes librariorum, notariorum, calculatorum, & id genus, *l. 7. ſ. dabitur. D. de oper. libert.* quos Themiſtius *Orat.* XIII. eleganter τὰς τῆς Κάδμου καὶ Παλαμήδους τέχνης δημιουργοὺς appellat; utpote quorum profeſſio circa notas & litteras, quibus Ulpianus *l. 1. ſ. 6. D. de extraord. cognit.* opponit artes, quæ ſunt extra notas vel literas.

17. Sed notarii excipiebant notis εἰς τάχος, unde exceptores. Vetus lapis:

L. AVRELIO
MARCIANO. AVG.
LIB. EXCEPTORI.

Epiphanius *contra Hæreſes* lib. II. Ἐν οἷς ἐκέλευσαν ταχυγράφοις γράφειν καλλιγράφη ἐσκέπτετο, Ῥουφίνου τοῦ ὑπάρχου. *Hiſtoriæ Tripartitæ* l. V. c. VIII. *Exceptoribus voces eorum conſcribentibus.* Librarii & antiquarii recognoſcebant & redigebant εἰς κάλλος. Euſebius *Hiſt. Eccleſiaſt.* l. VI. c. XXI. de Origene. Ταχυγράφοι γὰρ αὐτῷ πλείους ἢ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν παρῆσαν τῷ ὑπαγορεύοντι χρόνοις τεταγμένοις ἀλλήλους ἀμείβοντες. βιβλιογράφοι τε οὐχ ἧττους ἅμα καὶ κόραις ἐπὶ καλλιγραφεῖν ἠσκημέναις. *Plures quam ſeptem notarii ſtatis temporibus vices ſuas alternantes dictanti aderant. Nec pauciores librarii cum puellis ad eleganter ſcribendum exercitatis.* Expreſſius Suidas Origenes: Ὑπηγόρευε τοῖς ταχυγράφοις, καὶ οἱ βιβλιογράφοι σὺν γυναιξὶν ἔγραφον ἐπὶ τὸ καλλιγραφεῖν ἐξησκημέναις. *Dictavit notariis, & librarii ac mulieres edoctæ eleganter ſcribere deſcripſerunt.* D. Hieronymus in *Vita Hippolyti*: *Ambroſius cohortatus eſt Origenem in Scripturas commentarios ſcribere, præbens ei ſeptem & eo amplius notarios, & librariorum parem numerum.* Vides Hieronymum ταχυγράφους vertere notarios. Sophronius vero apud Hieronymum librarios vertit καλλιγράφους. Notarii ergo ut exciperent εἰς τάχος, librarii ut redigerent εἰς κάλλος. Paulus *l. 4. ſ. 1. D. de teſtam. mil. L. Titius miles teſtamentum ſcribendum notis dictavit, & antequam literis præſcriberetur, vita defunctus eſt.* Primo notis exceptum ait εἰς τάχος, poſtea literis ſive integra ſcriptura conſignatum εἰς κάλλος. Epiphanius *contra Hæreſes* l. III. extremo ſcribit Anatolium opus ſuum *contra Hæreſes* notis excepiſſe. Hypatium transſcripſiſſe εἰς κάλλος, & emendaſſe. Actis Synodi Epheſinæ, in *Epiſt. Cyrilli*: Μέλλομεν οὖν τοὺς χάρτας πληρώσαντες, τοὺς γενομένους ἐν τῇ καθαιρέσει αὐτοῦ, λοιπὸν ἐπισταχύνειν πρὸς ὑμᾶς.

CAP. VII.

1. De λογιστικῇ *& duplici computandi ratione: in eam rem plurimi veterum auctorum loci explicati. 2. Ducere & ſubducere, digitis computare. 3. Summam ſubducere. 4.* ἐκκαθᾶραι λογισμόν. *5. Purgare, diſpungere rationes. 6. Sortitionis quædam ſpecies geſtu digitorum peracta. Micare digitis. 7. Mira Antiquorum ſollertia in flexu digitorum. 8. Græci in prima inſtitutione etiam Muſicen adhibuere.*

1. Alterum Grammatiſticæ munus adſerui in directione manus, quam format ad ſcriptionem, & computationem. De priori egi. Reliqua eſt ars computandi ſive λογιστική, qua potiſſimum utitur ἡ ἐμπορική, ut docet Plato in *Philœbo*. Hanc Ariſtoteles VII. *Polit.* maxime neceſſariam ait, & ejus uſum pluribus oſtendit; ideoque Græcis & Romanis in prima inſtitutione adhibita. Lucianus περὶ Γυμνασίων. Horatius *lib. 1. ſatyra* VI. Computandi ratio, ut ſcribendi, duplex; nam aut calculis aut digitis numerabant. In Homiliis Græco-Lat. Ἐμπείρῳ οἱ λοιποὶ ὁμοῦ ἀπεκρίνοντο ὅσα πρὸς τοὺς ἀρχομένους κατελέχθη αὐτοῖς, καὶ τὰ χρήζοντα, καὶ ἀριθμοὺς, δακτύλους, καὶ ψήφους. *Jam perito pariter reliqui reſpondebant, quæcunque ad incipientes præbita ſunt, neceſſaria, & numeros, digitos, & calculos.* Prior computandi modus recentiori uſu inductus, & parum varietatis aut reconditæ doctrinæ alit; totus enim in collatione calculorum conſiſtit, quorum valor ratione ſitus augetur aut minuitur, de quo inſignis eſt locus Ariſtotelis *l. 1. c. 1.* περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων. Alter modus computandi digitis antiquiſſimus: Apud Herodotum *Thalia*, ἐπὶ δακτύλων συμβάλλεσθαι, computare digitis, quod expreſſius Heliodorus, ψήφους ἐπὶ δακτύλων συντιθέναι. Artemidorus Ὀνειροκριτικῶν lib. II. διὰ τῆς θέσεως τῶν δακτύλων σημαίνειν ἀριθμούς. Dio Chryſoſtomus *Orat.* IV. *de Regno*, in deſcriptione Genii avari: Ἀεὶ κινῶν τοὺς δακτύλους, ἤτοι τὴν αὐτοῦ λογιζόμενος οὐσίαν, ἢ τὴν ἄλλων τινός. *Semper movens digitos, aut ſuas ipſius ſupputans divitias, aut aliorum.* Palladas apud Stobæum *Serm.* περὶ ἀδικίας καὶ φιλαργυρίας. Dio Xiphilini in *Marco*. Ovid. lib. II. *de Ponto*:

—— & ſibi quid ſit
Utile, ſollicitis computat articulis.

Lib. III. *Faſtorum*:

—— digiti per quos numerare ſolemus.

Quinctilian. *l. 1. Si auctor circa ſummas trepidat, ſi digitorum incerto ac indecoro geſtu à computatione diſſentit.* Seneca *epiſt.* LXXXVIII. *Numerare me docuit Arithmetica & avaritiæ commodare digitos.* Plinius *l. 11. Epiſt. Agitat digitos, computat nihil.* Plautus *Mil. Digitis rationem computat.* Suetonius *Claud.* cap. XI. Auguſtinus *de Civit. Dei*, lib. XVIII. cap. LIII. Ambroſius *de Tobia* cap. VII. Ex hac numerandi ratione nomina menſurarum digiti, pollicis, & id genus, remanſere. Notas autem numerorum varii digitorum flexus & motus oſtendebant, quos Tertull. *Apologetico* digitorum ſupputatoriis geſticulis intelligit, inde Firmicus *Aſtronomicon*, lib. 1. *Vides ut primos diſcentes computos digitos tarda agitatione deflectant.*

2. Ab hac agitatione, numerare digitis, ducere & ſubducere. Donatus ad illa Terentii *Adelph. Nunquam ita quiſquam ſubducta ratione ad vitam fuit. Ducere eſt digitis computare. Sed ducere eſt apud alium & palam: ſubducere apud ſeipſum & ſecreto.* Acumen Grammatici. Notum quid Ciceroni & Plauto rationem ſubducere.

3. Lucillius ſummam ſubducere dixit. Varro V. *de lingua Latina*: *Ratio putari dicitur, in qua*

summa fit pura. Qui subducit rationem, æra singula, ut Cicero in *Hortensio* loquitur, inspicit, & ex his summam conficit.

4. Ratio ergo in qua summa subducta, purgata, sive putata; quod Græci ἐκκαθᾶραι λογισμόν. Plutarchus *de discrimine adulatoris & amici*. Basilius *Orat.* περὶ πλύτυ. Οἱ δανειζόμενοι τόκυς εἰς τόκον καταλαμβανόντες, καὶ πρὶν ἐκκαθᾶραι πρῶτα δεύτερον ἐπεισάγυσι δάνεισμα.

5. Suetonius in *Caligula*, *Purgare rationem*. Idem fere rationes dispungere. L.6. *D. de statu lib.* Nam qui rationem putat, in tabulis multa pungit, sive punctis notat inducenda, ut rationes puræ fiant. Apulejus *de deo Socratis: Si quotidiana eorum æra dispungas, invenies in rationibus multa prodige profusa.* Seneca *de Beneficiis* l.IV. *Apud me acceptorum expensorumque rationes dispunguntur.* At paulo aliter apud Petronium rationem diducere, ut Plutarchus in *Agesilao* ἐκκαθᾶραι καὶ διαλῦσαι τὰς ἀμφιλογίας. Ducere tamen & subducere de computatione digitorum dici potest. Variis enim eorum flexibus notas illas numerorum effingebant, nam & constrictos, & apertos & distortos digitos legimus. Sidonius Apollinaris *l.IX. Digitis propter numerorum indicia constrictis*. Ita capio illud Palladæ apud Stobæum *Serm.* περὶ ἀδικίας de fœneratore: ἐν δακτύλοισι τὰς τόκυς σφίγγων, *digitis usuras complectens & stringens*. Apulejus *Apologia: Quadraginta porrecta palma significantur.* Martianus Capella *l.VII. de Nuptiis Philologiæ & Mercurii: Septingentos decem & septem numeros, complicatis in eos digitis Jovem salutabunda subrexit.* Seneca *de Ira: Distortis manibus ad computandum relictis.* De variis hisce digitorum schematis Beda in *Commentario de ratione computandi per digitos*, quem præmisit libro *de Temporum ratione*. Cum itaque Apulejus *Apologia: Si triginta annos pro decem dixisses, posses videri pro computationis gestu errasse, quos circulare debueris digitos aperuisse. Cum vero quadraginta, quæ facilius cæteris porrecta palma significantur, ea quadraginta tu dimidio auges, non potest digitorum gestu errasse.* Digiti indicis extremus articulus medium pollicem tangens X. notat. Indicis & pollicis extremi ungues mutuo complexu juncti XXX. Interior pollex insertus exteriori indicis dorso XL. Itaque Æmilianus si X. ostendere voluisset, facile potuisset labi in vicino digitorum flexu; nam ut X. effigantur, extenditur pollex, & circulatur index. Ut vero XXX. notentur & index & pollex in circulum inflectitur. XL. vero extensa palma ostenduntur. Nullus itaque erroris prætextus. Hieronymus *adversus Jovinianum: Triginta referuntur ad nuptias: nam & ipsa digitorum conjunctio, quasi molli osculo se complexans ac fœderans maritum pingit ac conjugem. Sexaginta vero ad viduas, eo quod in luctu & tribulatione sunt positæ, unde & superiori digito deprimuntur.* Pollex enim curvatus & inflexo indice incinctus LX. ostendit. Sequitur apud D. Hieronymum: *Centesimus numerus de sinistra transfertur ad dextram, & iisdem quidem digitis, sed non eadem manu, quibus in læva nuptæ significantur & viduæ, circulum faciens exprimit virginitatis coronam.* Petrus Chrysologus *Serm.* CLXVIII. *Amissio unius totum dissipaverat centenarium numerum, & totum de dextra redegerat ad sinistram, ut dispendio unius & sinistra clauderet omnes, & dextra nil haberet.* Cassianus *Collat.* XXIV. *c.* XXVI. & Irenæus *adversus Hæreses* lib. I. c. III. Juvenalis *satyra* X. *Suos jam dextra computet annos.* Omnes numeri in sinistra usque ad C. in dextra centesimus incipit. Ergo hæc anus jam centesimum annum ingressa. Notum Epigramma Nicarchi *Epigram. Græcor.* lib. II.

——— ἡ χερὶ λαιῇ
Γῆρας ἀειθμεῖσθαι δεύτερον ἀρξαμένη.
——— quæ manu læva
Senium secundum numerare cœpit.

In dextra centesimi numeri nota incipit. C. ergo notabit eadem figura, quæ X. in sinistra. CC. eadem figura, quæ XX. atque ita usque ad. C ∞. Deinde iterato ordine, qua ratione unum in læva numeratur, in dextra CIↃ, in qua numerandi terminus CIↃ CCIↃↃ. Myrias in sinistra repetita, quæ supina medio pectori admota digitis erectis indicabat CCIↃↃ. Primum senium dextra, in qua centesimi numeri initium computavit. Alterum senium sinistra numerat. Ergo secundum senium repetitæ sinistræ myrias. Quinctilianus *lib.* XI. *Manibus numerum & tempus ostendimus.* Hoc patet ex forma statuæ Jani gemini a Numa dicati, quam Plinius *lib.* XXXIV. *c.*VII. scribit: *Digitis ita figuratis fuisse, ut trecentorum sexaginta quinque dierum nota per significationem anni, temporis & ævi se Deum indicaret.* Quod apertius refert Macrobius *Saturnalium* l. I. c. IX. *Simulacrum Jani fingitur manu dextera trecentorum, & sinistra sexaginta & quinque dierum numerum retinens.* Eadem Suidas *in* Ἰανουάριος. Dextra statuæ extremo pollice & indice mutuo contactu junctis CCC. indicat. Sinistra pollice curvato, & presso indice circumflexo, ac digito a minimo secundo erecto LXV. præfert. Hæc figura statuæ Jani Gemini. Martianus Capella lib.VII. *de Arithmetica: Septingentos decem & septem numeros complicatis in eos digitis porrexit.* Pollex dextræ Arithmeticæ extensus, & indicem superne imminentem, ungue ad medium ejus articulum erecto sustinens DCC. ostendebat. Sinistra extremo indicis ungue medio articulo pollicis adfixo, minimo digito cæteris erectis infimæ palmæ imposito XVII. innuebat. Quinctilianus *lib.* XI. *Numerum quingentorum pollice flexo efficientis.* Pollex sinistræ curvatus in Γ inclinis palmæ, notat L. in dextra notat IↃ. Mira Antiquorum solertia in effingendis hujusmodi numerorum signis, quorum frequens usus.

6. Sortitionis quædam species, quæ fiebat digitis repentino gestu ad numerorum notam extensis. Cicero lib. II. *de Divinat.* *Quid enim sors? Idem propemodum quod micare.* Ita enim a subita variatione & ἐπαλλάξει τῶν δακτύλων appellabant, Glossæ, *Micare*, λαγχάνειν. Varro *Parmenone* apud Nonium: *Micandum cum Græco, utrum illius numerum an meum sequatur.* Hujus sortitionis usus in rebus emendis. Vetus Inscriptio:

RATIO. DOCVIT. VTILITATE. SVADENTE. CONSVETVDINE. MICANDI. SVMMOTA. SVB. EXAGIO. POTIVS. PECORA. VENDERE. QVAM. DIGITIS. COLLVDENTIBVS. TRADERE.

7. Non minor dexteritas in manuum motu ad exprimendam animi sententiam, adeo ut Quinctilianus *lib.* XI. scribere non vereatur manuum motum communem quendam omnium hominum sermonem videri. Petronius: *Digitis vocem gubernantibus.* Ovidius: *Digitis, per quos arcana loquaris.* Hinc illa vulgata, premere pollicem & invertere. Quæ omnia exacte persequitur Quinctilianus *lib.* XI. extremo. Ut taceam Pantomimos, seu χειρονόμυς, quorum loquacissimas manus, & linguosos digitos narrat Cassiodorus *Variarum* lib. IV. de quibus Lucianus περὶ ὀρχήσεως, Macrobius *Saturnalium* lib.IV. Achilles Statius *de amore Leucippes* lib. III. Augustinus *de Ordine* lib. II. c. XI. Sidonius Apollinaris *Burgo*. Hactenus de iis artibus, quibus pueri instituti, priusquam aliarum disciplinarum studia ingrediebantur, & quæ viam

muniunt ad alia studia, sive ut Aristoteles VII. *Polit.* προοδοποιοῦσι πρὸς τὰς ὕστερον διατριβάς.

8. Adde ex Græcorum disciplina Diagraphicen & Musicen. Plinius *lib.* XXXV. *cap.* X. *Et hujus auctoritate effectum est, ut pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc est, picturam, in buxo docerentur, recipereturque ars ea in primum gradum liberalium.* Aristoteles *de Republica* lib. VIII. cap. III. Plato in *Protagora*.

CAP. VIII.

1. *Grammatica definita & divisa.* 2. *Ejus partes expensæ, & ratio divisionis tradita.* 3. Γραμματικὴ τεχνική. *Ejus definitio & divisio.* 4. *Grammatici technici.* 5. τῆς τεχνικῆς *varii auctores.*

1. SEquar ordinem, & subnectam de artibus Logicis. Inter illas prima Grammatice. Ea est, recte scribendi loquendique ratio; & scientia interpretandi Poetas & Historicos. Philo Judæus περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου. Τό γε μὴν γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν γραμματικῆς τῆς ἀτελεστέρας, τῆς δὲ τελειοτέρας ἀνάπτυξις τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ συγγραφεῦσιν. Diomedes *l.* II. *Tota Grammatica consistit proprie in intellectu poetarum, scriptorum & historiarum prompta expositione, & in recte loquendi scribendique ratione.* Brevissime quidem in has duas partes divisa Grammatice, sed eæ tam late sese exerunt, ut pene in omne studiorum genus transmigret. Ideo ut clarius rem ostendam, ex IV. ejus officiis, quæ Marius Victorinus & Diomedes referunt, tres illius partes constituam, τεχνικὴν sive μεθοδικὴν, ἐξηγητικὴν, & κριτικήν.

2. Ad hanc divisionem præit Varro apud Diomedem *lib.* II. cujus hæc verba: *Grammaticæ officia, ut asserit Varro, constant in partibus quatuor, lectione, enarratione, emendatione, & judicio. Lectio est artificialis interpretatio, vel varia cujusque scripti enunciatio serviens dignitati personarum, exprimensque animi habitum cujusque. Enarratio est obscurorum sensuum, quæstionumve explanatio, vel exquisitio, per quam uniuscujusque rei qualitatem poeticis glossulis exsolvimus. Emendatio est, qua singula prout res postulat dirigimus, existimantes universorum scriptorum sententiam diversam: vel correctio errorum, qui per scripturam dictionemve fiunt. Judicium est, quo omnem orationem recte vel minus quam recte pronunciatam specialiter judicamus: vel existimatio, qua Poema cæteraque scripta perpendimus.* Marius Victorinus *lib.* I. *Grammaticæ præcipua officia sunt quatuor, scribere, legere, intelligere, probare.*

3. Lectio & enarratio sunt τῆς τεχνικῆς καὶ ἐξηγητικῆς. Emendatio & judicium τῆς κριτικῆς. Sextus Philosophus *adversus Mathematicos*: Τῆς γραμματικῆς τὸ μὲν ἐστὶν ἱστορικὸν, τὸ δὲ τεχνικὸν, τὸ δὲ ἰδιαίτερον, διὰ οὗ δὲ κατὰ τοὺς ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς μεθοδεύεται. Easdem partes enumerat Cicero *de Oratore*: *In Grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronunciandi quidam sonus.* Et Seneca *epist.* LXXXVIII. *Grammaticus circa curam sermonis versatur, & si latius evagari vult, circa historias. Jam ut longissime fines suos proferat, circa carmina.* Sed cum Sextus κριτικὴν ἐπισκοπεῖν ποιητὰς, καὶ τὰ ἀσαφῶς λεγόμενα ἐξηγεῖσθαι, hoc autem proprie Grammaticæ historicæ, apparet has partes ægre segregari. Criticus judicat quæ ab Auctoribus probe aut male dicta, & discernit adulterina & supposita a veris. Hoc tamen perficere non poterit sine ope Grammaticæ methodicæ & historicæ. Ideo Quinctilian. *l.* I. *c.* XV. duas tantum Grammaticæ partes constituit, judicium enim omnibus mixtum ait: eadem ratione Tauriscus Grammaticus

A ὑποτάττει τῇ κριτικῇ τὴν γραμματικὴν, ut refert idem Sextus, qui *c.* VIII. ejusdem *lib.* se quidem Grammaticæ tres partes fecisse ait, sed ὡς τύπῳ καὶ ὁλοσχερῶς, alioquin eas se invicem arctissima connexione complecti, neque enim κριτικὴν sine ἱστορικῇ quicquam posse, nec ἱστορικὴν sine κριτικῇ. Ut in illis Athenæi *lib.* XIII. ubi *Antheia*, non *Anteia* in *oratione* Lysiæ scribendum adfirmat: quia scilicet Anteiæ meretricis nemo meminerat, Antheiæ vero Ennicus, qui ejus nominis *Comœdiam* scripserat. Ubi vides Historicam Grammaticam conferre Criticæ; nam absque illa non posset veram præstare B emendationem. Apud Servium VIII. *Æneid.* Virgilii, ex Suetonii de rebus variis; *Præpositiones sunt duodequadraginta, qui numerus inter omnes Criticos Grammaticos convenit.* At numerum præpositionum adserere, non tam Critici, quam Grammatici technici. Dionysius Thrax sex Grammaticæ partes tradit: Ἀνάγνωσιν ἐν τριβῇ κατὰ προσῳδίαν. ἐξήγησιν κατὰ τοὺς ἐνυπάρχοντας ποιητικοὺς τρόπους. λέξεων καὶ ἱστοριῶν ἀπόδοσιν. ἐτυμολογίας εὕρεσιν. ἀναλογίας ἐκλογισμόν. κρίσιν ποιημάτων. Tauriscus item alias Grammaticæ partes enumerat, ut refert idem Sextus Philosophus. Satius tamen sequi propositam divisionem, quæ varias hasce partes complectitur. C Dionysii ἀνάγνωσιν καὶ ἐξήγησιν, ἐτυμολογίας εὕρεσιν καὶ ἀναλογίας ἐκλογισμὸν τῇ τεχνικῇ transscribimus, λέξεων καὶ ἱστοριῶν ἀπόδοσιν ἱστορικῇ, κρίσιν τῇ κριτικῇ. Taurisci quoque divisio ad hanc redigi potest. Secundam vero malui ἐξηγητικὴν, quam ἱστορικὴν appellare, neque enim historias tantum, sed etiam verba interpretatur. Asclepiades tamen & Dionysius apud Sextum Empiricum auctores sunt, parti historicæ communiter subjici eam, quæ pertinet ad γλώσσας. Sed satius visum appellare generali hoc nomine, secutus Varronem, qui enarrationem vocat, & Simplicium, cujus hæc verba *Comment. in Epictetum*: Μέρος ἓν τῆς γραμματικῆς τὸ ἐξηγητικόν ἐστι. D τεχνικὴν igitur sive μεθοδικὴν Quinctil. *l.* I. *c.* XV. definit *rationem recte loquendi.* Ita Tauriscus hanc partem τὸ λογικὸν μέρος ait, & versari περὶ τὴν λέξιν καὶ τοὺς γραμματικοὺς τρόπους. Sextus Philosophus: τεχνικόν ἐστι, ἐν ᾧ περὶ τῶν στοιχείων, καὶ τῶν τοῦ λόγου μερῶν, ὀρθογραφίας τε καὶ Ἑλληνισμοῦ. Hæc sane complectitur γραμματικὴ τεχνική: cujus duo officia, ita enim cum Antiquis appello, Lectio, & Emendata locutio. Lectionis duæ sunt partes: cognitio literarum & syllabarum ad verborum enunciationem. Altera, accentus. Marius Victorinus lectionem definit *secundum accentus ad sensum necessitatemque pronunciationem.* Lectionis methodum & partes orationis E accurate enarrat Dionysius Halicarnasseus περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος: Ταύτην γὰρ (γραμματικὴν) ὅταν ἐκμάθωμεν, πρῶτον μὲν τὰ ὀνόματα τῶν στοιχείων τῆς φωνῆς ἀναλαμβάνομεν, ἃ καλεῖται γράμματα. ἔπειτα τύπους τε αὐτῶν, καὶ δυνάμεις. ὅταν δὲ ταῦτα μάθωμεν, τότε τὰς συλλαβὰς αὐτῶν, καὶ τὰ περὶ ταῦτα πάθη. κρατήσαντες δὲ τούτων τὰ τοῦ λόγου μόρια, ὀνόματα λέγω, καὶ ῥήματα, καὶ συνδέσμους, & quæ inibi sequuntur. Fulgentius l. III. *Mythologiarum*: *In omnibus artibus sunt primæ artes, sunt secundæ, ut in puerilibus literis, prima abcedaria, secunda nota: In Grammaticis prima lectio, secunda articulatio.* Vide Aristot. *de Poetica*, Sexti Philosophi *adversus Mathematicos* capp. F IX. & X. Hippocratis lib. I. *de diæta*, Theodoreti *de providentia*, *Orat.* IV. Nicephorum Gregoram in Synesii περὶ ἐνυπνίων, Homil. Græco-Lat. Emendata locutio, est observatio incorrupte loquendi: ita definit Marius Victorinus, & constare ait, ratione, auctoritate, consuetudine. Ratione, secundum technicos. Auctoritate, Veterum scilicet lectione. Consuetudine, quæ doctorum modo loquendi placita, usuque assumpta sunt. Cassiodorus *Variarum* lib. IX. *Grammatica magistra ver-*

borum, quæ per exercitationem pulcherrimæ lectionis Antiquorum nos cognoscitur juvare exemplis.

4. Technici autem vocantur proprie Grammatici, qui artis præcepta tradunt. Apud Suid. *in* Ἀπολλώνιος. Herodianus τεχνογράφος γραμματικός. Scripserat autem *de constructione. De verbo. De verbis derivatis in μι.* Stephanus περὶ Πόλεων sæpe laudat Apollonium technicum. Velius Longus apud Cassiodorum de Orthographia: *Conjux sine N putat Nysus artigraphus esse scribendum.* Apud eundem Papyrianus Gnatum artigraphum laudat. Servius quoque *in lib.* I. & II. *Æneid.* Virgilii artigraphos adducit. Cledonius: *Sectantes chartulariorum imperitiam, deserunt doctissimorum Veterum in arte tractatus.* Intelligit technicos. Eunapius omnium artium Professores τὰς τεχνικὰς vocat. Τεχνικὴ ergo, quæ formam loquendi ad certam artem redigit, unde Quinctiliano & aliis μεθοδικὴ, Diomedes *lib.* II.

5. Hujus argumenti Aristophanis, Aristarchi, & aliorum de Analogia. Aristophanem Grammaticum de Analogia scripsisse, ejusque rationes dedisse quinque; & eum secutum Aristarchum, aliamque adjecisse, auctor Charisius *lib.* I. Varro l. IX. *de lingua Latina* Aristarchum analogiam defendisse, sed ejus libros Cratetem rejecisse. Idem *l.* IIX. *Crates nobilis Grammaticus fretus Chrysippo homine acutissimo, qui reliquit sex libros περὶ ἀνομαλίας, his libris contra analogiam atque Aristarchum est nixus.* Aristodemus quoque & Aristocles, item Aristoteles de analogia scripserunt, ut eodem Varrone auctore discimus. De Cæsare idem tradit Suet. in *Jul. Cæs.* & Charisius *lib.* I. & de Didymo Suidas. Plurima hujus artis reliquisse Aristophanem & Apollodorum apparet ex Varronis lib. V. *de lingua Latina*. Huc pertinent Porphyrii γραμματικαὶ ἀπορίαι. Plinii *dubii Sermonis* libri, quos sæpe laudat Charisius & ipse eorum meminit præf. *Nat. Hist.* Scaurii *artis Grammaticæ* libri. Valgii *de rebus quæsitis per Epistolam.* Nam pleraque Grammaticæ technicæ in iis libris pertractata ex eodem Charisio patet. Sane & Nepotis exemplorum libros hujus argumenti fuisse indicio sunt, quæ ex iis profert Charisius *lib.* I. & Nigidii Figuli Commentarios Grammaticos, quos sæpe citat Nonius, & Velii Longi *de usu antiquæ locutionis.* Ejusdem *de quæstione sermonis.* Varronis *de similitudine verborum. De sermone Latino.* Capri *de Latinitate*, & aliorum complurium.

CAP. IX.

I. Γραμματικὴ ἐξηγητικὴ *definita & divisa.* 2. *De primo ejus subjecto: obscuritate, quæ in verbis.* 3. *Verba quot modis considerentur.* 4. *Varro emendatus.* 5. *Etymologia.* 6. *Quid apud Arist.* παρὰ γράμμα σκοπεῖν τὴν ἀλήθειαν. ἔτυμον τῶν φρενῶν *propositum ex Hippocrate.* 8. *Plato primus disputavit* περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. 9. *Diogen. Laertius explicatus.* 10. *Galeni liber* περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. 11. *Stoici studiosi* ἐτυμολογιῶν. 12. *Earum varii auctores.* 13. *De modo verborum* τροπικῷ. 14. Γλῶσσαι. 15. *Earum varii auctores.* 16. Γλῶσσαι *forte nomina barbarica Varroni.* 17. *Aristotelis* νόμιμα βαρβαρικά. 18 *Varii scriptores* τῶν νομίμων. 19. *Theophrasti* περὶ νόμων *cujus argumenti.* 20. *Glossarum variæ differentiæ.* 21. λεξικά. 22. παροιμίαι, *& earum auctores.*

I SEquitur ἐξηγητικὴ, quam Quinctilianus definit *Auctorum enarrationem.* Enarratio est obscurum sensuum quæstionumve explanatio, ut Diomedes ex Varrone docet. Obscuritas in verbis aut rebus. Ideo hæc Grammaticæ pars

A Dionysio Thraci λέξεων καὶ ἱστοριῶν ἀπόδοσις.

2. Verba usurpata proprie aut figurate. Sextus Philosophus: *Parti historicæ Asclepiades & Dionysius communiter subjici ajunt id quod pertinet ad linguas. Narrat enim quod κρήγυον significat verum vel bonum. Similiter & quod pertinet ad proverbia & definitiones.*

3. Aristoteles lib. *de Poetica* tria recenset notanda in verbis, τὸ κύριον, μεταφορὰν, καὶ κόσμον. Varro persequens etymologias tripertita verba consideranda proponit, VI. *de lingua Latina: Igitur quoniam hæc sunt tripertita verba, quæ sunt aut nostra aut aliena aut oblivia, de nostris dicam*
B *cur sint, de alienis unde sint, de oblivieis relinquam, quorum partem cum ita invenerim, ut opinor scribam.* Quæ verba fœdissime corrupta, recte in veteri codice concepta existimo hoc modo: *de oblivieis relinquam, quom certum non invenerim, ut opinor scribam.* Ita ergo Varronem emendabis.

4. Sed statuamus Grammaticum considerare verba proprie ac figurate posita. Ac propria quidem prima notione capit, eorum usum ostendit, & nudam originem proponit. Aut rerum vocabula ad primum etymon reducens, ex vi verbi rei naturam inquirit.

C 5. Anastasius Monachus: Ἐτυμολογία ἐστιν, ἡ τῆς δυνάμεως τοῦ ὀνόματος ὀρθότης, ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος ἑρμηνευομένη. Isidorus *Originum* lib. I. cap. XXVIII. *Etymologia est origo vocabulorum, cum vis verbi vel nominis per interpretationem colligitur.* Hanc Aristoteles σύμβολον, Cicero *notationem* nominavit. Quinctiliano *lib.* I. *c.* III. *Originatio.* Quamquam Originatio proprie παραγωγή. Etymologia vero definitio nominis, verbi vim & naturam docet, unde veriloquium; & ex vi vocabuli rem declarat.

6. Hoc Aristoteles παρὰ γράμμα σκοπεῖν τὴν ἀλήθειαν, ἠθικῶν μεγάλων lib. I. cap. VI. Ἡ δὲ ἠθικὴ ἀρετὴ
D ἐντεῦθεν τὰς ἐπωνυμίας ἔχει. εἰ δεῖ παρὰ γράμμα λέγοντα τὴν ἀλήθειαν ὡς ἔχει σκοπεῖν. τὸ γὰρ ἦθος ἀπὸ τοῦ ἔθους ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν. ἠθικὴ γὰρ διὰ τὸ ἐθίζεσθαι.

7. Tale est illud apud Hippocratem περὶ ἱερῆς νούσου, ubi sollicite disquirit de etymo τῶν φρενῶν; & illorum errorem arguit, qui παρὰ τὸ φρονεῖν dici arbitrantur, inter quos Aristoteles, qui lib. III, cap. X. *de Partibus animalium*, φρένες ὡς μετέχουσαί τι τοῦ φρονεῖν. Hippocrates vero se intelligere non posse ait, quam vim habeant præcordia, ut sapiant aut intelligant, quod præ tenuitate exiliant, & anxietate quadam adficiant, cum homo inopinato gaudio perfusus, aut tristitia depressus. Consue-
E tudine ergo non ratione nomen accepisse, ut quæ ad cor sitæ τὰ ὦτα appellantur, cum tamen nihil ad auditum conferant. Ita Aristoteles ducto argumento ex verborum ratione αὐτομάτου, μεταβολῆς, αἰθέρος, rerum naturam eruit.

8. Frequens in hujusmodi Plato, qui hujus partis Grammaticæ peritissimus, ut ostendit ejus *Cratylus*, in quo de nominum natura ac ratione accurate disputat, & ex orginatione nominis, ipsius rei proprietatem & naturam indagat.

4. Atqui hoc est quod Diogenes Laertius ex Phavorini *Variæ Historiæ* lib. IIX. de Platone, πρῶτος
F ἐθεώρησε τῆς γραμματικῆς τὴν δύναμιν, *primus Grammaticæ vim inspexit.* Quod paulo post ipse Diogenes interpretatur: διελέχθη, inquit, περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. Dionysius quoque Halicarnasseus testatur Platonem primum hujus scientiæ Auctorem lib. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων.

10. Ejus argumenti librum se reliquisse refert Galenus περὶ τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων. Et lib. II περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἀλαζών ἐστι μάρτυς ἡ ἐτυμολογία, πολλάκις μὲν ὁμοίως μαρτυροῦσα τοῖς τἀναντία λέγουσι τῶν ἀλη-

θῶν, οὐκ ὀλιγάκις ἢ τοῖς ψευδομένοις μᾶλλον, ἤπερ τοῖς ἀληθεύουσιν, ἐν ἑτέρᾳ πραγματείᾳ δέδεικταί μοι τῆς περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος.

11. Stoici quoque studiosissimi hujus partis, ut apparet ex Diogene Laertio, Plutarcho *contra Stoicos*, & iis quæ ex Chrysippi *de anima* adducit Galen. eodem libro. Chrysippum XII. lib. ἐτυμολογικῶν scripsisse tradit Diogenes Laertius.

12. Sed & alii hanc Grammaticæ partem excoluerunt, Pamprepii ἐτυμολογιῶν ἀποδόσεις. Orionis περὶ ἐτυμολογίας, & Demetrii Ixionis ἐτυμολογουμένων libri noti ex Suida, Apollodori ex Athenæo, Gabii Bassi *de origine verborum* ex Gellii *l.* III. *c.* XIX.

13. Alter modus, quo verba considerantur, est τροπικός, Aristoteli ξενικὸς lib. *de Poetica* cap. XXII. ξενικὸν δὲ λέγω γλῶτταν, καὶ μεταφοράν, καὶ πᾶν τὸ παρὰ τὸ κύριον. Dionysius Halicarnasseus περὶ συνθέσεως ὀνομάτων: Ἐκλογὴ τῶν ὀνομάτων μέγα τι δύναται, καὶ ἔστι τις ὀνομασία ποιητικὴ γλωττηματικῶν τε, καὶ ξένων, καὶ τροπικῶν, καὶ πεποιημένων.

14. Eustathius *Iliad.* α. γλῶσσαν interpretatur ἀπεξενωμένην διάλεκτον. At Clemens Alexandrinus *Stromatum* lib. I. Ἀπειλήπτους δὲ οὔσας τὰς βαρβάρων φωνάς, μηδὲ διαλέκτους, ἀλλὰ γλώσσας λέγεσθαι. *Barbarorum voces non intellectas, non dialectos, sed glossas dici.*

15. Ergo quæ Philoxenus, Callimachus, Democritus, Pamphilus, Simmias Rhodius, quorum meminit Suidas, & quæ Clitarchus, Hermo, Nicander Colophonius, Amerias Macedo & alii, quos passim laudat Athenæus περὶ γλωσσῶν inscripserant, ea Dorotheus apud Phot. in *Bibliotheca* περὶ τῶν ξένως εἰρημένων λέξεων: & quæ Philoxenus *de glossis Homericis*, & Artemidorus περὶ γλωσσῶν τῶν ποιητῶν apud Suidam, ea sunt Ptolemæi τὰ παρὰ τῶν ποιητῶν ξένως εἰρημένα.

16. Varro Aristotelis γλώσσας nomina barbarica interpretari videtur VI. *de lingua Latina*: *Præfica ut Aurelius scribit mulier ab luctu quæ conduceretur*, (lege, *ut Aur. s. m. ad luctum quæ conduceretur.* Festus: *Præficæ mulieres ad lamentandum mortuum conductæ*) *quæ ante domum mortui, laudes ejus caneret. Hoc factitatum Aristoteles scribit in libro, qui inscribitur Nomina barbarica.* Et licet Varro testimonium Aristotelis non tam advocet interpretationi vocis, quam ut ostendat ritum hujusmodi obtinuisse, tamen existimarim glossis multa admixta fuisse de Antiquorum legibus & institutis: sæpe enim absq; iis vocabula interpretari non poterant. Sane Charisius *lib.* II. *glossas antiquitatum* laudat.

17. Non repugno tamen Illustr. Viro, qui apud Varronem emendandum censet, νόμιμα βαρβαρικά. Hunc enim titulum præferebant libri Aristotelis, quibus tradiderat Barbarica instituta & leges, variarumque gentium ritus. Theopompus ἐν τοῖς θαυμασίοις: Ἀριστοτέλης δὲ ἐν νομίμοις βαρβαρικοῖς τῆς Καρίας σκορπίοι γίνονται, οἳ τοὺς μὲν ξένους πατάξαντες οὐ λίαν ἀδικοῦσι, τοὺς δὲ ἐπιχωρίους παραυτὰ ἀποκτείνουσιν. *Aristoteles in Barbaricis institutis narrat in Caria scorpios nasci, qui peregrinos si pungant, non valde lædant, indigenas autem statim occidunt.*

18. Athenæus citat Aristotelis νομίμα Τυῤῥηνικά, *Dipnosoph.* XII. Ἀριστοτέλης ἐν νομίμοις Τυῤῥηνῶν Τυῤῥηνοὶ δειπνοῦσι μετὰ τῶν γυναικῶν, ἀνακείμενοι ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ. Præter Aristotelem etiam alii ejusdem argumenti libros reliquerunt. Theodecten Rhetorem scripsisse νόμιμα βαρβαρικὰ docet Suidas. Athenæus *lib.* II. Posidonium Stoicum in suis *Historiis* recensuisse πολλὰ παρὰ πολλοῖς ἔντιμα καὶ νόμιμα. Νομίμων Hermodori meminit idem Ath. *lib.* XI. Νομίμων Nymphodori Clemens Alexandrinus *Protreptico*: Σαυρόματας σέβειν τὸ πῦρ Νυμφόδωρος ἐν νομίμοις βαρβαρικοῖς ἱστορεῖ. Idem *Stromatum* lib. I. Serapidis etymon ex Nymphodori III. νομίμων Ἀσίας tradit. Sane & illa quæ ex Nymphodoro Harpocration *in* αἰγὶς, ex ejus νομίμοις depromta existimo. Telephum quoque Grammaticum περὶ τῶν Ἀθήνησι νόμων καὶ ἐθῶν, & Suet. περὶ Ῥώμης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἠθῶν scripsisse Auctor est Suidas. Cleanthis περὶ βαρβαρικῶν ἐθῶν recenset Diogenes Laert.

19. Similis argumenti fuisse Theophrasti libros περὶ νόμων manifestum ex illis, quæ adducit Harpocration *in* Ἀρδηττὸς, Ἀποβάτης, & φρεάτῳ. Quinctilianus *lib.* I. *cap.* XIV. *Glossemata interpretatur voces minus usitatas.* Varro lib. VI. *de Lingua Latina*: *Camillum, qui glossemata interpretati dixerunt administrum.* Idem Quintilianus *cap.* XIV. *Interpretationem linguæ secretioris Græci glossas vocant.* Galenus ἐξηγήσει τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν: Ὅσα τοίνυν τῶν ὀνομάτων ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δὲ οὐκέτι ἐστί. τὰ μὲν τοιαῦτα γλώττας καλοῦσι. *Voces antiquis temporibus usitatas, nunc vero obsoletas, glossas vocant.* Et eodem *lib.* Δῆλον οὖν ἐκ τούτων εἶναι τρόπον τῶν γλωττῶν ἢ τοῦ κοινοῦ πᾶσιν ὀνόματος ἐκπεσόντος τῆς ἐπικρατούσης συνηθείας. ἢ τοῦ γενομένου πρός τινος τῶν παλαιῶν μὴ παραδεχθέντος ὅλως εἰς τὴν συνήθειαν. *Apparet igitur ex his glossas esse, aut cum nomen omnibus commune superante consuetudine in usu esse desiit, aut factum ab aliquo antiquorum non omnino usu receptum sit.*

20. Ergo glossæ non tantum vocum peregrinarum interpretationes, sed etiam difficilium & minus usitatarum. Auctores vero vocabula sæpe innovare, aut usu sibi peculiaria facere, & transferre a communi consuetudine scribit Galenus, & exempla ex Aristophane & aliis proponit, & horum omnium expositionem, urbium quoque & animalium glossis complectitur. At hoc non erat glossarum. Ideo Zenodotus, ut testatur idem Galenus, scripsit γλώσσας ξενικὰς, in quibus scilicet voces peregrinas, non difficiles aut inusitatas interpretabatur. Eustath. *Iliados* α. citat Auctores γλωσσηματικῶν. Et Festus in *Ocrem* Atteii Philologi libros *glossematorum*, Adamantius Martyr apud Cassiodorum vetus Glossarium, Charisius *l.* II. Diomed. *l.* II. & Varro III. *de Lingua Latina* Veterum Glossas laudant. Earum variæ differentiæ. Nam aut unius aut plurimarum gentium voces interpretabantur. Ita legimus Philemonis Ἀττικὰς λέξεις. Longini Ἀττικῶν λέξεων ἐκδόσεις. Ælii Dionysii, Irenæi περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων apud Suidam. Aristophanis Grammatici περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων apud Erotianum in Ἀμβην. Appionis περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου. Theaterini & aliorum περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων apud Athenæum *l.* XV. Demetrii περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου apud eundem *l.* IX. Galeni τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς συγγραφεῦσιν ὀνομάτων βιβ. μή. quorum meminit περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων, & περὶ τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων, & apud Athen. Hermonactis γλώσσας Κρητικάς. Aristoph. γλώσσας Λακωνικάς. Moschi ἐξηγήσεις τῶν Ῥοδιακῶν λέξεων. Diodori γλώσσας Ἰταλικάς. Aut certi Auctoris voces explicabant, aut variorum. Eratianus procemio sui *Lexici* refert Xenocritum Coum, Callimachum, Bacchium, Philinum, Apollonium Cittejum, Aristarchum, Aristoclem & alios Hippocratis vocabula exposuisse. Suidas recenset Longini περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινουσῶν λέξεων. Apollonii περὶ λέξεων Ὁμηρικῶν. Timæi & Boethi περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων. Euagoræ τῶν παρὰ Θουκυδίδῃ ζητουμένων κατὰ λέξιν. Phrynichi τῶν παρὰ τοῖς δέκα ῥήτορσι λέξεων, Athen. *l.* XV. Parthenii παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς λέξεων. Galenus περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων testatur se scripsisse τῶν παρ' Εὐπόλιδι πολιτικῶν ὀνομάτων βιβ. γ. τῶν παρ' Ἀριστοφάνει πολιτικῶν ὀνομάτων. τῶν παρὰ Κρατίνῳ πολιτικῶν ὀνομάτων. Interdum adhibitis aliorum Auctorum

locis verba interpretabantur, interdum nuda tantum vocabula ſine aliorum teſtimoniis explicabant. Erotianus ſcribit Bacchium Tanagræum voces Hippocratis expoſuiſſe appoſitis multis Poetarum teſtimoniis, quæ ipſi ſuggeſſerat Ariſtarchus Grammaticus, ut tradit Galenus *Proœmio* ἐξηγήσεως τῶν γλωσσῶν Ἱπποκρ. Ubi & exempla illorum profert, qui ſine aliorum ſcriptorum verbis γλώσσας interpretati, quod & ipſe Galenus ſequitur.

21. Illos vero Commentarios, quibus diverſarum gentium & variorum Auctorum voces interpretabantur λεξικὰ, & quidvis potius quam gloſſas inſcripſerunt. Suidas recenſet Diogeniani, Helladii, Pauſaniæ, Juliani aliorumque complurium λεξικὰ & Palamedis ὀνοματολόγον. Apud Diogenem Laertium lego Zenonis & Poſidonii περὶ λέξεων. Et apud Erotianum *in* λάσιον Artemidori περὶ λέξεων, in καμμαρῷ, Zeuxidis ἐξηγητικῶν, in χεῖαι, Calliſtrati συμμικτῶν. Galenus περὶ τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων compoſuiſſe ſe ait ἐξήγησιν τῶν ὀνομάτων ἐν ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα βιβλίοις. Ita apud Latinos Verrius Flaccus ſcripſerat *de verborum ſignificatione*, ut Feſtus & alii Grammatici teſtantur, ex quibus etiam noti libri L. Cincii *de verbis priſcis*, Santræ *de verborum antiquitate*, Ælii Galli & Cæcilii Galli *de ſignificatione verborum*, quæ ad jus pertinent. Cloatii Veri, & Hypſicratis verborum a Græcis tractorum, & alii ejus generis. Reliqua eſt in modo τροπικῷ μετάφορα, καὶ τὸ πᾶν παρὰ τὸ κύριον. Illud pro lubidine & ingenio Auctorum varium & multiforme, ut Grammaticorum Commentarii docent.

21. Huc pertinet Telephi Grammatici περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ σχημάτων, & variorum ſcriptorum περὶ παροιμιῶν, ut Clearchi apud Athenæum, Didymi apud Photium in *Bibliotheca*, Theæteti apud Suid. οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. Theophraſti apud Harpocratiun *in* ἀρχὴ, ἄνδρα δείκνυσι. Apollonidis Nicæi apud Stephanum *in* τέτινα. Apuleii *de Proverbiis* apud Chariſium. Seleuci quoque περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν Suidas recitat, & Plutarchi ejuſdem Argumenti Lamprias indice librorum Plutarchi, Ariſtotelis παροιμίας recenſet Diog. Laertius, & veteres parœmiographi. Eo nomine reprehenſus Philoſophus Cephiſodoto Iſocratis diſcipulo, ὡς οὐ ποιήσας λόγου ἄξιον τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι, ut ſcribit Athenæus *lib.* I.

C A P. X.

1. *De altero exegeticæ ſubjecto, obſcuritate quæ in rebus. Ea eſt Grammaticæ hiſtoricæ.* 2. *Oſtenſum latiſſimum ejus ſubjectum & utilitas.* 3. *Hiſtoria diviſa.* 4. *Definita & diviſa hiſtoria fabularis.* 5. *Ejus partes ſigillatim explicatæ.* 6. *De veterum Theologia & Phyſiologia Philoſophorum & Grammaticorum.* 7. *Frivolæ quæſtiones Grammaticorum, & illarum varia exempla.* 8. *Quæſitum, an aliquis uſus carnis elixæ temporibus heroicis.* 9. *Petronius illuſtratus.* 10. *An Gorgonis caput inſculptum Palladis pectori vel clypeo, & alia id genus plura.* 11. *Theo Sophiſta emendatus.* 12. *Cornel. Nepos explicatus.* 13. *Grammatici miris quæſtionibus ſe exagitabant.* 14. *Furii Bibaculi verſus illuſtrati.* 15. *Grammatici* λυτικοὶ καὶ ἐνστατικοί. 16. *Obſcura quæque Grammaticis propoſita.* 17. Γρῖφοι. 18. *Quibus locis literati quæſtiones propoſuerint.* 19. *Varii Auctores, qui de iis ſcripſerunt.* 20. *Diſquiſitum de Zenonis & Metrodori Lampſaceni aliorumque Commentariis Homericis.* 21. λέσχαι *Heraclidæ.* 22. *Callimachi* Αἴτια. 23. Αἴτια. 24. Κεφάλαια. 25. *Cauſſalia.* 26. *Notatus Plutarchi Interpres.*

1. Obſcuritas, quæ in rebus, ſubjectum Grammaticæ hiſtoricæ. Sextus Philoſophus:

A Ἱστορικὸν περὶ προσώπων οἱονεὶ θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων καὶ ἡρωϊκῶν διδάσκουσιν, ἢ περὶ τόπων διηγοῦνται, καθάπερ ὀρῶν, ἢ ποταμῶν, ἢ περὶ πλασμάτων καὶ μυθῶν παραδιδόασιν. *Pars Grammaticæ hiſtoricæ docet de perſonis, velut divinis, humanis & heroicis; aut de locis, ut de montibus, vel fluviis, aut de figmentis, vel fabulis.* Eruit ſcilicet reconditas hiſtorias, deorum, hominum & heroum fabulas, montium & fluviorum nomina interpretatur, denique quicquid obſcurum aut in quæſtionem cadere poteſt, docet. Latiſſime ergo patet, & extendit ſeſe ad omne ſtudiorum genus, unde Tauriſcus Grammaticus hiſtorices ſubjectum ἀμέθοδον ὕλην vocat; & tot inB ſcriptionum fœcunditates, quibus laſciviunt Grammaticorum ingenia. Præcipuæ tamen ejus partes in Poetarum interpretatione, in quibus obſervabat abſtruſas hiſtorias τὰ μυθολογούμενα aut ποιητικῶς θεολογούμενα, genealogias deorum, & heroum ἀποθεώσεις. Ideoque in prima inſtitutione apud Græcos Grammatice adhibita, & potiſſimum hæc ejus pars quæ Theologiam & exempla virtutum enarrat. Docebant enim pueros poeſin, ut tradit Lucianus περὶ Γυμνασίων, & Strabo *lib.* I. τοὺς παῖδας αἱ τῶν Ἑλλήνων πόλεις πρώτιστα διὰ τῆς ποιητικῆς παιδεύουσιν, οὐ ψυχαγωγίας χάριν, ἀλλὰ σωφρονισμοῦ. Quod & Athenæus *lib.* XII. ſcribit. Nemo ſane neC gare audebit in Poetarum libris, præcepta philoſophiæ, & exempla virtutum figmentis obvoluta latere, quæ niſi interpretatione illuſtraris & protraxeris, ſine fructu pereunt. Nam ut uvarum, quas denſiores palmites tegunt, nullus eſt uſus, ſed putredini relinquuntur; ita in Poetis, quibus, niſi lux acceſſerit, ab hac Grammaticæ parte, non capimus illa, propter quæ lectione digni a ſapientibus judicati. Quam utilis omnis ætatis & ordinis poeſis, & quanta ejus ratio habita priſcis legumlatoribus, quod præcepta virtutum fabulis abſcondita tradat, graviſſima oratione oſtendere conatur Strabo lib. I.
D *Geographiæ*, in diſputatione adverſus Eratoſthenem. Pari utilitate cenſenſa hæc pars Grammaticæ, quæ eas in Poetis potiſſimum exſequitur, & revocat ad Philoſophiam naturalem ac diſciplinam morum. Multa quoque præclara ingenia & Græca & Romana ſapientiæ præcepta verſibus condiderunt. Palæphatus quidem Athenienſis & Antimachus Heliopolitanus κοσμοποιΐαν verſibus conſcripſerunt, ut auctor eſt Suidas. Extabat item Eratoſthenis poema, cujus index Hermes ſive *de mundi deſcriptione*, ex quo complures verſus recitat Probus *in Virgilii Eclogam* IV. Xenophantes quoque *de philoſophia*, & Parmenides ac EmpedoE cles *de rerum natura* verſibus ſcripſerunt, teſte Diogene Laertio, ut apud Romanos M. Varro, Lucretius & alii. Muſæi ἀκέσεις νόσων citat Euſtathius *Iliad.* α. Damoctatis Servilii & Heliodori poetæ Medici Galenus meminit. Horum aliorumque infinitorum poemata enarrat, ſed non ſine ope Philoſophiæ, nam & illam attigiſſe oportuit, & Aſtronomiam ac Geographiam, cum nobiliſſimi quique Poetarum, Veterum peregrinationes & errores, argumenta, quibus ingenium ſuum poſteris oſtenderent, elegerunt, unde apud illos fluminum, montium ac regionum nomina & deſcriptiones occurrunt, apud quos & ſyderum ratio
F obſervanda; nam ortus & occaſus ſignorum in temporum deſcriptione narrantur, ut docet Strabo *lib.* I.

2. Latiſſimum ergo ſubjectum Grammatici hiſtorici, quem deſcribit Juvenalis *ſatyra* VII.

Ut legat hiſtorias, auctores noverit omnes
Tanquam ungues digitoſque ſuos, ut forte rogatus
Dum petit aut thermas, aut Phœbi balnea, dicat

Nutricem Anchisæ, nomen, patriamque novercæ
Archemori, dicat quot Acestes vixerit annos,
Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.

Ausonius *Profess.*

Exesas tineis opicasque evolvere chartas
Major quam promptis cura tibi in studiis.
Quod jus Pontificum, quæ fœdera, stemma quod olim
Ante Numam fuerat sacrifici Curibus.
Quod jus Pontificum, veterum quæ scita Quiritum,
Quæ consulta Patrum, quid Draco, quidve Solon
Sanxerit: & Locris dederit quæ jura Zaleucus;
Sub Jove quæ Minos, quid Themis ante Jovem.

Eundem describit *Epitaphio Staphyli & Crispi Urbici*. De Grammatico historico intelligenda illa Tertulliani *de Idololatria*: *Quibus necesse est Deos nationum prædicare, nomina, genealogias, fabulas, ornamenta honorifica quæque illorum enunciare.*

3. Sextus Empiricus refert Asclepiadem ἱστορικὴν γραμματικὴν trifariam divisisse: *Historiam enim falsam, veram, aut quasi veram esse. Falsam, quæ versatur in figmentis ac fabulis. Veram, quæ versatur in rebus, quæ geruntur. Quasi veram, qualis est comœdia & mimi. Falsæ unam solam speciem, Genealogiam. Veræ tres partes: Primam, quæ versatur in descriptione personarum, deorum, heroum, & virorum illustrium; secundam, in locis & temporibus; tertiam, in actionibus.* Quæ accuratius considerata forte minus vera sunt. Sed hæc non tam subtiliter dividere, quam dilucide tradere, finis est instituti operis.

4. Historia ergo triplex: Mythica, sive, ut Suetonius & Censorinus appellant, fabularis, vera, & quasi vera. Hasce historiæ partes exsequitur Grammaticus historicus. Historia mythica complectitur omnis generis figmenta.

5. Ea sunt varia: sed statuam triplicia, ut sint de personis, rebus, & locis. Figmenta in personis duplicia: De diis aut hominibus. Illa continent θεογονίαν, ἀποθεώσεις, & si quæ ad deos & heroas, quæ Veterum Theologia edocebat, πᾶσα γὰρ ἀρχαϊκὴ θεολογία μῦθοι, inquit Strabo *lib.* I. Augustinus *de Civitate Dei* lib. VI. *Varro tria genera ponit Theologiæ, hoc est, rationis quæ de diis explicatur: eorumque unum mythicon, alterum physicon, tertium civile. Mythicon, quo utuntur Poetæ: Physicon quo Philosophi: Civile, quo populi.* Proclus *in Homerum* duo fabularum genera tradit. Alterum pueris educandis aptum, moralem virtutem docens, utile omnibus & commune, & facile intellectu; alterum vero mysticum, Deo nos conjungens, paucissimis aptum, arcanum, nec cuiquam patens, nisi post diutina sacrificia, & mysteriorum traditionem. Mythologiam item geminam. Alteram, quæ rectam educationem spectat, & aptis imaginibus ostenditur, tota philosophica. Alteram sacerdotum, quæ arcanis signis divinam essentiam tradit, ad secretiorem sacrorum rituum administrationem, ac ejus antistites pertinens. Primum genus sive mythicon, præter Poetas explicant varii Auctores, qui de diis scripserunt. Theophrasti & aliorum Philosophorum περὶ θεῶν. Epimenidis Curetum & Corybantum γένεσιν καὶ θεογονίαν citat Diog. Laert. Plutarchi περὶ θεῶν. Lamprias indice librorum Plutarchi. Cleanthis, Harpocration *in* λέσχαι. Seleuci, Suidas. Antiochi Philosophi, Plutarch. in *Lucullo*. Orapionis *de diis Ægypti*, Tatianus πρὸς Ἕλληνας. Et Leonis *de diis Ægypti*, Clemens *Strom.* lib. I. Nigidii *de diis*. Sexti Clodii *de diis Græcorum*, Arnobius *lib.* V. Labeonis *de diis penatibus*, Servius *in Virgil.* Dromocridis *Theogoniam* & Dionysii Milesii μυθικὰ, Fulgent. l. II. *Mythologiarum*. Æmilii Macri, Macrob. *Saturn.* l. II. Physicon, commenta de diis enarrat, rationibus munit, & ex naturæ caussis interpretatur, quas Physiologias appellant, seu, ut Augustinus, Naturalium rationum interpretationes.

6. Hoc proprium Philosophorum etiam Plato in *Cratylo* asserit, in quo multa mythica θεολογούμενα, nomina deorum, & illorum ratio prodita. Minutius de Chrysippo: *Zenonem interpretatione Physiologiæ in Hesiodi, Homeri, Orphei carminibus imitatur.* Diogenes Laert. recenset Cleanthis περὶ τῆς τοῦ Ζήνωνος φυσιολογίας. Sed cum Orpheus, Homerus & Hesiodus aliique Poetæ antiqui disciplinam sacrorum ab Ægyptiis & Chaldæis hauserant, multaque θεολογούμενα scriptis suis immiscebant, unde & Aristoteli lib. I. *Metaphysices* θεολογίζοντες, Grammaticis aliisque scriptoribus idem argumentum pertractatum. Augustinus *Soliloquiorum* lib. II. cap. XI. *Grammatica est vocis articulatæ custos, cujus professionis necessitate cogitur humanæ linguæ omnia etiam figmenta colligere, quæ memoriæ literisque mandata sunt, non ea falsa faciens, sed de his veram quandam docens asserensque rationem.* Hujus argumenti Sanchoniatonis περὶ τῆς Ἑρμοῦ φυσιολογίας, cujus meminit Suidas. Similis item argumenti Aristotelis *Theologumena*, quæ citat Macrob. *Saturnalium* lib. I. & Theophrasti τῆς περὶ τὸ θεῖον ἱστορίας. Hellanici *Dios Polytychia*. Sosiclis Attici & Euxemenis libri θεολογουμένων apud Fulgentium lib. I. & III. *Mythologiarum*. Diodoti libri μυθολογιῶν apud Erotianum *in* Νέωπον. Quarum Auctores quam plurimos passim laudat Diodorus Siculus. Commenta de hominibus (quibus & Heroes includo, quatenus de iis ut hominibus narratur) varia & latissime sparsa, ideo & illis potissimum occupati Grammatici historici, in quibus miris quæstionibus sese involvebant, frivolis plerisque & minime necessariis, quales istæ apud Senecam *epist.* LXXXVIII.

7. *Hoc quidem me quærere, utrum major ætate fuerit Homerus an Hesiodus, non magis ad rem pertinet, quam scire minor Hecuba fuerit, quam Helena, & quare tam male tulerit ætatem. Quid, inquam, annos Patrocli & Achillis inquirere ad rem existimas pertinere? Quæris Ulyxes ubi erraverit.* Et lib. *de brevitate vitæ*, cap. XIII. *Græcorum iste morbus fuit, quærere quem numerum remigum Ulyxes habuisset, prior scripta esset Ilias an Odyssea. Ecce Romanos quoque invasit inane studium supervacua discendi. His diebus audivi quendam referentem, quæ primus quisque ex Romanis ducibus fecisset. Primus navali prælio Duillius vixit, primus Curius Dentatus in Triumpho duxit elephantos,* & quæ longa oratione sequuntur. Apud Suetonium *Tiberio* cap. LXX. *Maxime curavit notitiam historiæ fabularis usque ad ineptias & derisum. Nam & Grammaticos hujusmodi fere quæstionibus experiebatur. Quæ mater Hecubæ, quod Achilli nomen inter virgines fuisset, quid Sirenes cantare sint solitæ.*

8. Quæritur ab antiquis Grammaticis, num aliquis usus carnis elixæ temporibus Heroicis. Negat sane Servius ad illa Virgilii *Æneidos lib.* I. *Ahena locant alii: Ahena quibus lavabant carnes, non elixabant. Nam heroicis temporibus non vescebantur elixis.* Crates tamen, ut testatur Eustathius, ex Homeri verbis colligebat, Heroes vesci solitos carne elixa. Verba Eustathii ad illa Homeri *Odyss.* K. Ἔρριψε βοὸς πόδα. σημειωτέον βιαζόμενον κατὰ τὴν τοῦ Κράτητος παρατήρησιν λογίζεσθαι, ὡς καὶ ἑφθὰ ἤσθιον ἥρωες. οὐ γὰρ ἄν, φησι, γένοιτο ποὺς βοὸς ὀπτός. Ex iisdem Homeri verbis eandem sententiam elicit Athenæus *Deipnosoph.* lib. I. aliosque Homeri versus in hanc rem producit. Manifestum est igitur Heroes apud Poetas & elixas & assas carnes comede-

edere. Sed notandum est diversa ratione hoc ab illis fingi. Cum enim introducunt personas illustres, Reges & Principes, in ipsorum conviviis nullus fere locus elixis; cujus figmenti evidens ratio est, quod carnes elixæ condimentis stomacho concilientur. Indignum autem videbatur regias personas fungi tam vili ministerio, scilicet ut in condiendis cibis laborarent. Ideoque Athenæus *l.*I. Homerum Heroicis personis ἀποδεδοκέναι τὴν δίαιταν ἁπλῆν, ὀπτὰ κρέα, *simplicem victum, assas carnes*. Quia obviæ & paratu faciles. Cum vero narrant pauperes & vilioris conditionis homines, aut sceleratorum & crudelium epulas, in iis plerumque mentio carnis elixæ. Euripides de Cyclope: τὰ δ' ἐκ λέβητος ἑφθὰ καὶ τετηκότα. Ovidius de Lycaone, qui humana carne vescebatur, *Metamorph.* lib. I.

Atque ita semineces partim ferventibus artus
Mollit aquis ——

Et VI. *Metamorph.* ubi Progne Tereo patri occisum filium in cœnam parat;

Vivaque adhuc, animæque aliquid retinentia membra
Dilaniat. Pars inde cavis exultat ahenis,
Pars verubus stridet ——

Idem tradit Seneca *Thyeste*, in descriptione epularum, quas Atreus ex occisi Tantali & Plisthenis membris Thyesti fratri apposuit. Hoc observandum erat Crateti in illis Homeri *Odyss.* K. ἔρριψε βοὸς πόδα. Loquitur enim de convivio procorum Penelopes, quos sceleratos & fastuosos inducit. Ovidius VIII. *Metamorph.* in descriptione tenuis cœnulæ, qua Baucis & Philemon Jovem exceperunt:

Multifidasque faces, ramaliaque arida tecto
Detulit & minuit, parvoque admovit aheno,
Quodque suus conjux riguo collegerat horto,
Truncat olus foliis, furca levat illa bicorni
Sordida terga suis nigro pendentia tigno,
Servatoque diu resecat de tergore partem
Exiguam, sectamque domat ferventibus undis.

9. His plane gemina illa apud Petronium, ubi Enotheæ sacerdotis pauperem apparatum narrat: *Mox incincta quadrato pallio cucumam ingentem foco apposuit; simulque pannum de carnario detulit furca, in quo faba erat ad usum reposita, & sincipitis vetustissima particula mille plagis dolata.* Intelligit autem sinciput porcinum. Nam suillam durabant sale pauperiores, & in usus quotidianos adservabant, ut scribit Varro II. *de Re Rustica*, & auctor *Moreti*: unde Petronius ait, *Mille plagis dolatam*, id est, cui sæpius particula præscissa. Subjungit enim: *Dum illa carnis paululum delibat, & coæquale natalium suorum sinciput in carnarium furca reponit*. Inde ipsa pars suillæ ita asservata, succidia Antiquis appellata, ut notant Grammatici.

10. Gorgonis caput Palladis clypeo insculptum fuisse auctor Homerus *Iliad.* ε. Euripides *Ione*, Virgil. VIII. *Æneid.* Ovid. VI. *Metam.* Phornutus *de natura Deorum*, & Martianus Capella *lib.* VI.

Pectore saxificam dicunt horrere Medusam.

Quærunt Grammatici quæ potissimum opinio eligenda sit.

11. Herculem una nocte L. filias Thespii, ut Laberii verbo utar, depudicasse, Theo Sophista in *Progymnasmatis* ex Ephori historia profert: καὶ παρὰ Ἐφόρῳ τὸ περὶ τῶν πεντήκοντα Θεςίου (scribe, Θεσπίου) θυγατέρων, αἷς ἁπάσαις παρθένοις οὔσαις φασὶν ἅμα μιγῆναι τὸν Ἡρακλέα. At Apollodorus *lib.* II. Diodor. *lib.* V. Pausanias *Bœoticis*, Tzetzes *Histor. Chiliad.* lib. II. quinquaginta noctibus hoc demum perfecisse Herculem adfirmant. Digna etiam hæc quæstio,

A in qua Grammatici acumen suum exerceant, qualis & illa an Absyrtus manu Jasonis cecidit: ita quidem scribit Apollonius *Argonaut.* III. At Apollodorus *l.* I. & Ovidius *Trist.* lib. III. eleg. IX. Medeæ hoc facinus tribuunt. Scholiastes Apollonii scribit parturientes res obvias manu prehendere solere, ut aliqua ratione dolorem imminuant, atque ita Latonam in partu Apollinis & Dianæ palmam tetigisse. Plinius *lib.* XXI. *In Delo palmam natalibus Apollinis & Dianæ nobilem conspici.* Idem adfirmat Scholiastes Euripid. *Iphigen. Taurica*, Callimachus *Hymno in Delum*: Catullus vero *Carmine Sæcul.* &

B Hyginus, olivam manu tenuisse ajunt; Euripides *Hecuba*, & olivam & laurum illam apprehendisse scribit. Ovidius IV. *Metamorph.* Plutarchus in *Pelopida*, & Ælianus palmam & olivam arripuisse tradunt. In hoc dissensu quærunt Grammatici, quænam opinio verior. Augustinus *de Ordine* l. II. *In quo nostros familiares graviter miserari soleo, qui si non responderint, quid vocata sit mater Euryali, accusantur inscitiæ.* Idem Augustinus lib. I. *Confessionum*: *Non clamant adversum me venditores Grammaticæ, si proponam iis, interrogans utrum verum sit, quod Æneam aliquando Carthaginem venisse Poeta dicat, indoctiores se nescire respondebunt, doctiores autem negabunt verum esse.* Tale est

C illud problema apud Plutarchum *Sympos.* IX. quæst. IV. in iis Homeri *Iliad.* ε. ἄκρην οὔτασε χεῖρα. Maximus orator quærit a Zopyrione Grammatico, utra scilicet Veneris manus vulnerata sit a Diomede. Quæsivit Zopyrion quo crure Philippus claudus, cumque respondisset Maximus, nulla extare argumenta, quibus hoc colligi posset, & hærente Zopyrione docuit Venerem dextra sauciata. Similia proponit passim iisdem libris, & *de Oraculorum defectu*, initio istius diatribæ. Qualis etiam illa Atteji Philologi quæstio, *An amaverit Didun Æneas*. Charisius enim *lib.* I. ex Plinio refert Attejum Phi-

D lologum librum suum sic edidisse inscriptum; *An amaverit Didun Æneas.*

12. Hujusmodi quæstiones intelligit Cornelius Nepos *Vita Attici*: *Nullus dies temere intercessit, quo non ad eum scriberet, quo non aliquid de antiquitate ab eo requireret, modo aliquam ei quæstionem poeticam proponeret.* Cynulcus apud Athen. *lib.* XIII. ridens Grammaticos, ipsos non expedire posse, ait, nomina illorum, qui equo Trojano abditi fuerunt, aut sociorum Ulyxis, & quos ex illis Cyclops devorarit, quos vero Læstrygones. Hanc Grammaticorum supervacuam curiositatem, & inanem περιεργίαν lepidissimis jocis rident Græci

E poetæ *Epigram.* lib. II. & alias hujusmodi quæstiones recensent, qualis est illa in *Epigrammate* Philippi, Εἰ κυνὸς εἶχε Κύκλωψ; &, Τίνας ἔδραμεν ἥλιος οἴμους; Καὶ τίνος ἦν Πρωτεύς; Καὶ τίς ὁ Πυγμαλίων; Vide Photii *Bibliothecam* in *Excerptis* ex Helladii *Chrestomathia*. Athenæus *lib.* XI. narrat lepidissimum Ptolemæi Philadelphi factum, quo Sosibii Grammatici nimium studium in hujusmodi quæstionum πολυθρυλλήτοις λύσεσι festive lusit.

13. Sane Grammaticos difficillimis quæstionibus sese exagitare & experiri solitos variis Auctorum locis patet. Cicero *ad Atticum*: *Sed quoniam Grammaticus es, si hoc mihi ζήτημα persolveris, ma-*

F *gna me molestia liberaris*. Ita lib. XVI. *ad Famil.* conjunxit philologiam & συζητήσεις. Quinctilianus *lib.* I. *Grammaticus si de ratione loquendi disserat, quæstiones explicet, historias exponat.* Suetonius in *Tiberio* c. LVI. *Cum soleret ex lectione quotidiana quæstiones super cœnam proponere, comperissetque Seleucum Grammaticum ex ministris suis perquirere, quos quoque tempore tractaret Auctores.*

14. Huc allusit Furius Bibaculus apud Suetonium in *M. Valerio Catone*:

Summum Grammaticum, optimum Poetam
Omnes solvere posse quæstiones,
Unum difficile expedire nomen.
En cor Zenodoti, en jecur Cratetis.

15. Hinc Grammaticorum alii ἐνστατικοὶ, alii λυτικοί. Ενστατικοὶ, qui alios propositis quæstionibus fatigabant, λυτικοὶ, qui solvebant. Eustathius *Iliad.* σ. Ex δὴ τούτων δῆλον, ὡς οὐχ ὥρισται ὁ χιτὼν κατὰ τοὺς ἐνστατικοὺς ἐπὶ μόνου τοῦ προσεχῶς ἐπικεχυμένου τῇ σαρκί. Et *Iliad.* x. Οἱ δὲ παλαιοὶ λυτικοὶ λέγουσι πολλὰ καὶ ἄλλα εἰς λύσιν τῆς ῥηθείσης ἀπορίας. Suidas: Σωσίβιος Λάκων γραμματικὸς τῶν ἐπιλυτικῶν καλουμένων. Athenæus *Deipnosoph.* lib. XI. ταῦτα δὲ ὁ θαυμάσιος λυτικὸς Σωσίβιος.

16. Nec tantum Poeticis quæstionibus sese exagitabant, sed parati respondere de quavis quæstione proposita: ideoque quicquid reconditum, obscurum, aut minus usitatum, ejus ratio exigi solita a Grammaticis, ut docet Ausonius *Technopægnio*, seu *Grammaticomastige*. Agellius *l.* XXII. *c.* II. refert Athenis convenire solitos eruditos, & præmium solvendæ quæstionis posuisse librum veteris Scriptoris, & coronam e lauro plexam: *Quærebatur autem*, inquit, *res hujuscemodi, aut sententia Poetæ veteris obscura, aut historiæ antiquioris requisitio, aut decreti cujuspiam ex Philosophia perperam invulgati purgatio, aut captionis Sophisticæ solutio, aut inopinati rariorisque verbi indagatio.* Diogenes Laertius ex Apollodoro Epicurum ad Philosophiæ studia se contulisse, ἐπειδὴ μὴ ἐδυνήθησαν ἑρμηνεῦσαι αὐτῷ τὰ περὶ τοῦ παρ' Ησιόδῳ χάους. Tale est, quod narrat Spartianus de Antonino Geta: *Familiare illi fuit has quæstiones Grammaticis proponere, ut dicerent singula animalia quomodo vocem emitterent, velut agni balant, porcelli grunniunt.* Cumprimis ridicula & inepta sunt illa apud Athenæum *l.* I. Εποίησε δὲ οὗτος καὶ παρὰ τὰς Αριστοτέλους ἀπορίας, καὶ ἀνεγίνωσκε δημοσίᾳ, διὰ τί ὁ ἥλιος δύνει μὲν, κολυμβᾷ δ' οὔ. Καὶ διὰ τί οἱ σπόγγοι συμπίνουσι μὲν, συγκωθωνίζονται δ' οὔ. καὶ τὰ τετράδραχμα καταλλάττεται μὲν, ὀργίζεται δὲ οὔ. Clemens Alex. *Strom.* l. v. scribit, plurima ab antiquis Poetis, Philosophis, aliisque Scriptoribus αἰνιγματωδῶς tradita, ea Grammaticis proponi solita ut interpretarentur: Εὐφορίων γοῦν, inquit, ὁ ποιητὴς, καὶ τὰ Καλλιμάχου Αἴτια, καὶ ἡ Λυκόφρονος Αλεξάνδρα, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν γραμματικῶν ἔκκειται ἅπασιν.

17. Hujus generis Καρκίνου ποιήματα, quæ per obscuritatem locum proverbio dederunt, & variorum Auctorum Γρῖφοι, quos Scholiastes Aristophanis interpretatur ζητήματα αἰνιγματώδη προβαλλόμενα ἐν τοῖς συμποσίοις, de quibus Plutarc. Συμποσ. Προβλημ. l. VII. probl. I. De iisdem scripserat Aristoxenus συμμίκτοις συμποτικοῖς, quæ laudat Athen. *l.* XIV. & Apulejus lib. *convivalium quæstionum*, quarum mentio apud Sidon. Apoll. *lib.* IX. In harum interpretatione Antiquos laborasse auctor est Athenæus *lib.* X.

18. Hujusmodi vero quæstiones agitasse Philosophos aliosque literatos sermones habuisse ἐν ταῖς ἀγυιαῖς, περιπάτοις, βιβλιοπωλείοις & βαλανείοις, docent Auctor ὑποθέσεως librorum Athenæi, Agellius plurimis locis, Galenus περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων, D. Augustinus *contra Academicos* lib. I. lib. *de vita beata*, & Suidas *in* Ουρανίος.

19. De hisce autem quæstionibus plurimi Antiquorum scripserunt. Inter illos eminet Aristoteles, qui *Problemata Homerica* scripserat, ut testatur Ammonius in *ejus Vita*. Et Diogenes Laertius recenset Aristotelis Ομηρικῶν ἀπορημάτων libros sex. Quibus indubie potissimum hoc argumentum amplexus erat. Heraclides scripserat λύσεων Ομηρικῶν

A libros, ut idem Diogenes tradit. Zeno quoque, ut eodem auctore discimus, reliquit προβλημάτων Ομηρικῶν *lib.* v. De quibus hæc Dionis Chrysostomi verba *Orat.* περὶ Ομήρου: Γέγραφε δὲ καὶ Ζήνων ὁ φιλόσοφος εἴς τε τὴν Ιλιάδα, καὶ τὴν Οδύσσειαν, καὶ περὶ τοῦ Μαργίτου. Et deinde: Ο δὲ Ζήνων οὐδὲν τῶν τοῦ Ομήρου λέγει, ἀλλὰ διηγούμενος καὶ διδάσκων, ὅτι τὰ μὲν κατὰ δόξαν, τὰ δὲ κατὰ τὴν ἀλήθειαν γέγραφεν, ὅπως μὴ φαίνηται αὐτὸς αὑτῷ μαχόμενος ἔν τισι δοκοῦσιν ἐναντίως εἰρῆσθαι.

20. Ex quibus facile colligimus, cujus illa argumenti fuerint, scilicet nihil in iis de Homero Zenonem scripsisse, sed ejus poemata enarrasse, & docuisse, quæ capienda sint ex opinionum figmentis, B & quæ vere scripserit, ne videretur ipse secum pugnare in iis, quæ contrarie prolata videntur. Antisthenem sermonem scripsisse, quo probavit Homeri poema partim vere scriptum, partim ex opinione confictum, & Perseum Zenonis discipulum idem argumentum pertractasse, eadem oratione scribit. Metrodorum Lampsacenum & Stesimbrotum Thasium, Homeri Interpretes, laudat Plato *Ione*: & Metrodorum quidem in libro *de Homero* inepte disseruisse, dum omnia ad allegorias refert, auctor est Tatianus *Orat.* πρὸς Ελληνας. Sectabatur autem Physiologiam. Scribit enim Diog. Laert. C Anaxagoram primum asseruisse Homeri poema *de virtute* compositum, ad eamque opinionem vocasse Metrodorum, qui primus exequutus est ea, quæ apud Homerum ad φυσικὴν πραγματείαν pertinent. Quamquam ex iis, quæ Strabo *lib.* I. ex Zenonis *Commentariis* profert, apparet, Poetæ versus eum emendasse, & varie enarrasse, multaque admiscuisse Critica. Nam variæ & miscellæ hujusmodi quæstiones, quas sine auxilio Critices difficile solvimus. Ita videmus Antiquos ingentia volumina ad Homeri interpretationem condidisse, quæ ad Grammaticam Historicam & Criticam pertinebant, quorum meminit Plato in *Cratylo*. Multos D hujus argumenti libros Antisthenis Philosophi & Democriti apud Diog. Laertium legimus. Istiusmodi & Aristonici Grammatici Commentaria περὶ τῆς Μενελάου πλάνης, hoc est, ad eam Homerici operis partem, in qua *de Menelai peregrinatione* agitur, nempe Οδυσσ. δ. in quibus aliorum veterum Criticorum ἀποφάσεις καὶ συζητήσεις collegerat, ut auctor est Strabo *lib.* I. & Cratetis in eundem Commentaria, quibus totam Homeri Poesin πρὸς τὰς ἐπιστημονικὰς ὑποθέσεις revocabat, nihil ab eo absurde aut sine ratione fictum asserens. Multa Aristarchi ejus generis, quem antiquissimum Homeri Interpretem tradit Tatianus πρὸς Ελληνας. E Et Aristarchum vatem & divinum appellatum a Posidonio Rhodio Philosopho, quod tam exacte Poetarum mentes assequeretur, auctor est Athenæus *lib.* XII. qui tamen *lib.* IV. scribit Athenoclen Cyzicenum longe perspicaciorem Aristarcho in expendendis Homeri versibus. Suidas recenset Ptolemæi, Aristarchi discipuli, cujus scripta & Athenæus laudat, Ομηρικῶν ὑποδειγμάτων βιβ. ς'. περὶ τοῦ παρ' Ομήρου οὔτιδος. περὶ ἀστροπαίου τοῦ παρ' Ομήρῳ μνημονευομένου. Zenodoti Grammatici λύσεις Ομηρικῶν ἀπορημάτων. Et Longini προβλήματα Ομήρου καὶ λύσεις.

F 21. Atqui hi eas quæstiones explicarunt, quas ex uno certoque Auctore excerpserant; alii vero passim collectas interpretati sunt, vel ad explicandum proposuerunt, ut Heraclides Ponticus, qui lib. III. λεσχῶν reliquerat, difficiles explicatu & dubias continentes quæstiones, δυσερμηνεύτους, ut Suidas, καὶ πολλὴν τὴν ἀπορίαν ἔχοντας προβαλλομένων ζητήσεων. Scripserat enim hos libros, ut hujusmodi quæstiones explicandas proponeret Apro & Didymo Grammaticis.

22. Callimachi Αἴτια nota Stephani, Martialis,

Prisciani, Fulgentii & aliorum testimoniis. Servius A ad illa Virgilii *Æneid.* I. — *cur dextræ jungere dextram. Majorum hæc fuerat salutatio: cujus rei* τὸ αἴτιον, *id est, caussam, Varro Callimachum secutus exposuit.* Ex quibus liquet ὑπορήματα in iis proposita, & adjectas fuisse eorum λύσεις, ut videmus in Plutarchi Αἰτίοις & *Problematis.* At Clemens Alexandrinus *Stromat.* lib. IV. Lycophronis *Cassandram*, Pherecydis Syri *Theologiam*, Euphorionis *Poemata*, Callimachi Αἴτια αἰνιγματωδῶς & obscure scripta adserit, usque eo, ut iis potissimum experirentur Grammaticos. Quibus adde Ptolemæi Grammatici σφίγγας: nam δρᾶμα ἰσοειχὸν fuisse scribit. Movet B me inscriptio, ut plurima in eo Opere αἰνιγματωδῶς scripta fuisse existimem. Clementis quidem verba suspicionem mihi injiciunt in Callimachi Αἰτίοις obscuras quæstiones propositas fuisse, ut in Hellanici λέξαις; minus tamen apta αἰτίων inscriptione, quibus ὑπορίαι protrahuntur & solvuntur, & earum caussæ indagantur. Nisi errore lapsus Clemens Callimachi poemation, quod *Ibin* inscripserat, dicere voluerit, illud enim Suidas fuisse scribit ποίημα ἐπιτηδευμένον εἰς ἀσάφειαν. Multa fabulosa sive μυθικὰ Callimachum in Αἰτίοις pertractasse indicio sunt, quæ ex illis producit Clemens Alexandrinus *Protreptico*, & studiose excoluisse hanc Grammaticæ partem ex Strabonis *lib.* XVII. discimus. C

23. Sane Αἴτια sunt ὑπορήματα & quæstiones, quæ ad solvendum proponuntur. Multus in iis Plutarchus. Nam Lamprias Indice librorum Plutarchi recitat ejus ὑποριῶν λύσεις. αἰτίας γυναικῶν. αἰτίας Ἑλλήνων. αἰτίας Ῥωμαϊκάς. αἰτίας βαρβαρικάς. Quæ argumenti similitudine consentiunt νομίμοις, nisi quod diversa ratione tractentur. Ipse Plutarchus in *Romulo*: Ἔνιοι δὲ λέγουσι καὶ τὸ τὴν κόμην τῆς γαμουμένης αἰχμῇ διακρίνεσθαι δορατίου, σύμβολον εἶναι τοῦ μετὰ μάχης καὶ πολεμικῶς τὸν πρῶτον γάμον γενέσθαι. περὶ ὧν ἐπιπλέον ἐν τοῖς Αἰτίοις εἰρήκαμεν. Prolixius se dixisse ait in Αἰτίοις, cur sponsæ capillos hastæ cuspi- D de discriminarent, scilicet ut primas nuptias vi & hostiliter contractas notarent.

24. Intelligit autem Κεφάλαια Ῥωμαϊκά, in quibus de hoc Romanorum more agit. Ergo αἴτια, κεφάλαια vocat. Atque ita ἐκ τῶν κεφαλαίων Plutarchi quæ extant, facile colligimus, quid in αἰτίοις docuerint. Plutarchus παραμυθητικῷ πρὸς Ἀπολλώνιον: Μυρία δὲ ἐπὶ μυρίοις ἄν τις ἔχοι τοιαῦτα παρατίθεσθαι πρὸς τὸ αὐτὸ κεφάλαιον. *Infinita*, inquit, *adferre aliquis posset ad hanc quæstionem.* Nempe *an melius sit vivere, quam mori.* De ea enim quæstione agit. Ergo minus apte Interpres: *Sexcenta alia ad hujus* E *capitis demonstrationem adferre possem.*

23. Arnobius αἴτια vertit *caussalia*, lib. V. *adversus Gentes: Nec myrteas fas sit inferre verbenas, sicut suis in caussalibus scribit Butas.* Ubi malim sequi veteres libros, qui *Plutarchus* scribunt. Valde enim ignobilis iste Butas.

26. Tironem Tullium de variis & promiscuis quæstionibus libros composuisse auctor Agellius *lib.* XIII.

CAP. XI.

1. *De fabulis rerum & locorum.* 2. *Disquisitum an equæ vento concipiant.* 3. Ἀδικονόντοι ὀρνιθίαι. F 4. *Ova* ὑπηνέμια. 5. *Ornithiarum etymon.* 6. *Cur venti septentrionales Columellæ.* 7. *Plinius & Horatius explicati.* 8. *Candidi Favonii.* 9. *Candor*, λαμπρότης. καθαρός. 10. *Vopiscus emendatus.* 11. *Tigres vento concipi opinio Veterum.* 12 ἱππομανεῖν. ἱπποβῖνοι. 13. *Dionysii & Procopii de Euphrate commentum.* 14. *Ejus caussa ostensa.* 15. *De Crathi, aliisque fontibus & fluentis* ἄπιστα. 16. *Montium Olympi & Athos altitudo fabulosa.* 17. *Balenæ fabulosæ magnitudinis.* 18. Παράδοξον *de natura canum.* 19 Ἀπίστων & θαυμασίων *varii auctores.* 20. *Ptolomæi* ἡ εἰς τὴν πολυμάθειαν καινὴ ἱστορία *cujus argumenti.* 12. *Varro emendatus.*

Figmenta circa res & loca pro rerum locorumque varietate multa sunt, ut fabulæ & miracula rerum incredibilium, aliaque portentosa, ut Plinius appellat, mendacia, quæ de longinquis & incompertis nullo certo Auctore, aut ratione, sed fama adserente prodita, qualia sunt illa, quæ Agellius *l.* IX. *c.* IV. ex Aristæa, Isigono, Ctesia & aliis commemorat: *Scythas corporibus hominum vesci: item esse homines sub septemtrionibus unum oculum in frontis medio habentes, alios item homines sub eadem cœli plaga singularia velocitatis: præterea in ultima quadam terra, quæ Albania dicitur, gigni homines, qui in pueritia canescant: item Sauromatas, qui ultra Borysthenem fluvium longe colunt, cibum capere semper diebus tertiis, medio abstinere.* Atque alia istiusmodi plura miracula, quæ apud illum sequuntur, quibus adde Homeri πυγμαίους, Hesiodi ἡμικύνας, Æschyli κυνοκεφάλους, Daimarchi, Megasthenis, Mnesarchi, aliorumque, qui Ἰνδικὰ scripserunt, αἰθρώπους ἐωτοκοίτας, ἀστόμους, μονοφθάλμους, μακροσκελεῖς, ὀπισθοδακτύλους, παίας, σφηνοκεφάλους, & Augustini sine capite mortales, quibus oculi in pectore fixi, quos in partibus inferioris Æthiopiæ se vidisse ait *Serm.* XXXVI. *ad Eremitas*, si modo is Augustini est Sermo. Similia prodita a Plinio, Pomponio Mela, aliisque Auctoribus, quæ omnia festiva oratione explodit Strabo *lib.* II.

2. Huc pertinet vulgatissima Veterum opinio, qua equas in Lusitania e vento animalem fœtum edere arbitrabantur, quam plurimi Auctores prodiderunt. Varro *de Re Rustica* lib. II. *In Lusitania ad Oceanum in ea regione, ubi est oppidum Olysippo in monte sacro, quædam e vento concipiunt certo tempore equæ, ut hic gallinæ quoque solent, quarum ova* ὑπηνέμια *appellant. Sed ex his equis qui nati pulli, non plus triennio vivunt.* Idem tradit Plinius *l.* IIX. *c.* XLII. Solinus *c.* XXXVI. Columella *l.* VI. Martianus Capella *de Geographia*, Virgilius *l.* III. *Georgicon*, Augustinus *de Civitate DEI* lib. XXI. c. V. *In Cappadocia vento equæ concipiunt, iidemque fœtus non amplius triennio vivunt.* Mirum sane quod scribit Ælianus *l.* VII. *c.* XXVII. Oves sese obvertere ad ventum in coitu, & si marem parere desiderent, ad Boream, si fœminam, ad Austrum. Varro quidem, & Columella ac Solinus fœtus equarum ita natos numquam triennium ævum trahere; Silius vero Italicus *lib.* III. septem annos vivere adfirmat:

Hinc adeo cum ver placidum flatusque tepescit,
Concubitus servans tacitos grex prostat equarum,
Et Venerem occultam genitali concipit aura.
Sed non multa dies generi, properatque senectus,
Septimaque his stabulis longissima ducitur ætas.

Orta hæc opinio videtur ex illis Homeri *Iliad.* Υ.

Τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο
Θήλειαι, πώλοισιν ἀγαλλόμεναι ἀταλῇσι.
Τάων καὶ Βορέης ἠράσσατο βοσκομενάων.
Ἵππῳ δ' εἰσάμενος παρελέξατο κυανοχαίτῃ.
Αἱ δ' ὑποκυσάμεναι ἔτεκον δυοκαίδεκα πώλους.

Et sane licet prodita magnis Auctoribus, atque adeo ipse Varro incredibilem hanc rem, sed veram putet, tamen inter παράδοξα potius & ἄπιστα referendam censuerim, utpote quæ nulla ratione nitatur, sed poetico figmento tradita, opinione recepta sit, ideo & Eustathius ad illa Homeri verba, quæ adduximus, ἀδύνατον, ait,

πιστὰς ἵππους γενέσθαι, & refert ad *σχῆμα τοῦ λόγου*, *ἀπαραμύθητον ὑπερβολήν*. Justinus quoque *l.* XLIV. *In Lusitania equas vento concipere multis Auctoribus proditum, sed hujusmodi fabulas ex equarum fecunditate & multitudine gregum natas esse.* Sane de avibus negare non ausim, & nota apud omnes ova *ζεφύρια*, sive ut Plato in *Theæteto ἀνεμιαῖα*, de quibus abunde Aristoteles *de Historia Animalium* lib. II. cap. VI. & *περὶ ζώων γενέσεως* lib. III. cap. I. Vultures concipere spiritu & nullos nasci mares auctor est Tzetzes *Histor.* lib. XII. Horapollo *Hieroglyphicon* lib. I. scribit vultures obvertere vulvam Boreæ, & ab eo comprimi quasi per quinque dies, quibus nec cibum nec potum capiunt. Duplex autem eorum genus, horum quidem ova utilia procreando fœtui, illorum vero esui tantum apta. Ælianus *de Animal.* lib. II. cap. XLVI. Plutarch. *Ῥωμαικοῖς προβλ.* XCIII. & Basilius *Hexamer. Homilia* VIII. cujus verba recitat Michael Glycas *Annalium* lib. I. quo argumento etiam Origenes *adversus Celsum*, in adstruenda Christi nativitate utitur. Naturam scilicet idem posse in diversis animalibus; esse autem animalia quæ sine masculi coitu successionem suam conservant, quod & de vulture adfirmant. Ideoque minus mirum, si DEUS voluit JESUM sine maris coitu ex fœmina nasci. Lactantius *lib.* IV. *cap.* XII. *Quod si animalia quædam vento & aura concipere omnibus notum est, cur quisquam mirum putet, cum Spiritu DEI, cui est facile quicquid velit, gravatam esse Virginem dicimus?* Alias quoque aves vento concipere scribit Columella *lib.* VI. *cap.* XXIII.

3. Olympiodorus in Aristotelis *Μετεωρολογικῶν* lib. β. *πράξει κβ΄. Οὗτοι δὲ (βόρειοι ἐτησίαι) μετὰ ἑβδομήκοντα ἡμέρας τῆς χειμερινῆς τροπῆς ἄρχονται πνεῖν, τοῦ ἡλίου ὄντος ἐν ἰχθύσιν, οὕστινας Ἀριστοτέλης λευκονότους τε καὶ ὀρνιθίας καλεῖ. λευκονότους μὲν διὰ τὸ ἀτάραχον καὶ γαλήνιον τῆς πνοῆς. ὀρνιθίας δὲ διὰ τὸ ἐπιτηδείους αὐτοὺς εἶναι πρὸς τὴν τῶν ὀρνίθων γένεσιν. τηνικαῦτα γὰρ πνεόντων αὐτῶν ὠοτοκοῦσιν αἱ ὄρνιθες, ὡς καὶ χωρὶς τῆς τοῦ ἄρρενος μίξεως, καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθές, δῆλον ἐκ τῶν γινομένων ὠῶν ἐπανεμίων. οὕτω ζωογόνον ἐστὶ τοῦτο τὸ πνεῦμα. Boreales Etesiæ*, inquit, *post dies* LXX. *solstitii hyberni spirare incipiunt, sole in piscibus domicilium habente, hos Aristoteles Leuconotos & Ornithias appellat. Leuconotos propter auræ tranquillitatem & serenitatem. Ornithias, quod aptæ ad avium prolem; iis enim spirantibus ova pariunt aves etiam sine connubio maris, quod verum esse ova ὑπηνέμια ostendunt. Ita aptus est ad fœcunditatem hic ventus.* Ista quidem anni tempestate omnia animalia gestire ad pariendum inter omnes constat, unde apud veterem Poetam:

Vere concordant amores, vere nubunt alites.

Et Lucret. *lib.* I.

Nam simulac species patefacta est verna diei,
Et reserata viget genitabilis aura Favoni:
Aeriæ primum volucres te, diva, tuumque
Significant initum, perculsæ corda tua vi.

4. Non negabo igitur aves sine coitu ova *ὑπηνέμια* edere, ea vero inania & inanimata Aristotelem secuti adserimus, quod & Plutarch. *περὶ τοῦ ἀκούειν*: *Τοῖς μὲν γὰρ ὄρνισι τὰς ὑπηνεμίους λοχείας καὶ ὠδῖνας ἀτελῶν τινῶν καὶ ἀψύχων ὑπολημμάτων ἀρχὰς λέγουσιν εἶναι.* *Quod aves interdum ova ζεφύρια pariant ad interfectos & inanimatos conceptus referunt.* Quomodo ergo hæc transferamus ad equarum fœtum, quem non tantum vitalem, sed etiam triennium, imo septennium vitæ excedere ajunt? Quod illorum quoque opinionem evertit, qui vultures omnes fœminas adfirmant.

5. Deinde Ornithias alia ratione appellari scribit Plin. *l.* II. *c.* XLVII. *Favonium Chelidoniam vocant ab hirundinis visu, nonnulli vero Ornithian, uno &* LXX. *die post brumam ab adventu avium flantem per dies novem.*

6. Columella *l.* XII. *c.* II. *Cal. Martii Leo desinit occidere, venti septentrionales, qui vocantur Ornithiæ, per dies triginta esse solent, tum & hirundo advenit.* Ubi merito quæritur, qua ratione Ornithiæ venti septentrionales, cum aliis australes. Et Columellæ quidem accedit Auctor libri de mundo interprete Apulejo; *Septentriones ac Zephyri frequentiores sunt tempestate veris, Ornithiæ venti appellantur, Aquilonum genus, ex aere prosati minori nisu, nec jugi perseverantia spiritus perferentes.* Ubi veteres libri: *nec jugi perseverantia spiritus perseverantes.* At Aristoteles *Meteor.* l. II. c. V. *Australes Etesias, quos Leuconotos & Ornithias vocant, verna tempestate spirare.* Etesias diversæ cœli regiones emittunt. Agellius *l.* II. *c.* XXII. *Etesiæ ex alia atque alia parte cœli spirant.* Ideoque ipsorum portæ diversimode scriptoribus narrantur; ea mente Aristoteles *Meteor.* II. c. VI. *Οἱ δὲ ἐτησίαι περιίστανται τοῖς μὲν περὶ δυσμὰς οἰκοῦσιν ἐκ τῶν ἀπαρκτίων εἰς θρασκίας, ἀργέστας, καὶ ζεφύρους.* *Etesias*, ait, *in occiduis plagis ex Septemtrione flantes in Thrascias, Argestas & Favonios, in Oriente ex Septemtrionibus in subsolanos transmigrare.* Hic est sensus verborum Aristotelis, cui accedit Diodorus Sicul. *l.* I. Vitruvius *l.* I. *c.* VI. Plinius *l.* II. *c.* XLII. *In Hispania & Asia ab Oriente flatus est Etesiarum, in Ponto ab Aquilone, in reliquis partibus a Meridie.* Qui locus acumen imperitorum effugere non potuit, quod tamen ut in eo exercerent minime opus erat. Quis ignorat Hispanis Etesias ab ortu, quod & Strabo *l.* III. ex Posidonii observatione adserit. Quod in Ponto ab Aquilone Isidorus *l.* XIII. *c.* XI. unde Lucretius: *Etesia flabra Aquilonum*: & Scholiastes Apollonii *Argonaut.* II. *Pontum petentibus Etesias contrarios spirare, quia in illis locis sint Boreales. ὑπάρχουσιν ἐναντίοι οἱ ἐτησίαι τοῖς ἐπιπλέουσι τὸν πόντον, ὄντες βόρειοι κατ᾽ ἐκείνους τοὺς τόπους.* Reliquas partes ad meridiem quas ait, intellige his oris objectas, atqui hoc est, quod Auctor lib. *de Mundo* Etesias *μίξιν ἔχειν τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων καὶ ζεφύρων.* Nisi potius Columellæ favonii verni, septemtrionales, quia scilicet *χειμέριοι*. Theophrastus *περὶ ἀνέμων*: *Ψυχρὸς (ζέφυρος) τῶν ἐνιαυσίων ἐν δυοῖν ὥραις ἐαρινῇ καὶ μετοπώρου.* *Duo anni tempora, quibus Favonii spiritus frigidi, vere & autumno; quia flat ab occasu ex mari & campis apertis solis calore paulatim invalescente.* *Διὰ τὸ πνεῖν*, inquit, *ἀφ᾽ ἑσπέρας ἀπὸ θαλάττης καὶ πεδίων ἀναπεπταμένων. καὶ ἔτι μετὰ χειμῶνα τοῦ ἦρος ἄρτι τοῦ ἡλίου κρατοῦντος.* Hinc Aristoteles *Met.* II. cap. VI. *ὁ γὰρ ἀπαρκτίας ζέφυρός ἐστιν.* Favonii scilicet septemtrionales quatenus frigidi & hybernum spirant.

7. *Ventorum* enim *frigidissimi*, inquit Plinius, *qui a septentrione spirant.* Quare perperam vulgus Interpretum in illis Horatii *lib.* III. *ode* VII.

——— quem tibi candidi
Primo restituent vere Favonii,

candidos, jucundos & gratos capit. Nam Favonii, ut jam docui, qui a brumali conversione primo vere spirant, minime jucundi.

8. Candidos ergo favonios, intellige *λευκονότους*, seu, ut ipse Horatius, albos Notos, *lib.* I. *ode* VII.

Albus ut obscuro deterget nubila cœlo
Sæpe Notus ———

Quibus verbis expressit etymon *λευκονότου*. Theophrastus *περὶ ἀνέμων*: *Οἱ γὰρ ἠρινοὶ νότοι καθάπερ ἐτησίαι τινές εἰσιν, οὓς καλοῦσι λευκονότους. αἴθριοι γὰρ καὶ ἀσυννεφεῖς. λευκονότοι*, scilicet quod sereni & innubes, sive *διὰ τὸ αἰθρίας ποιεῖσθαι*, ut Alex. Aphrodis. in II. *Meteor.*

9. Candor autem proprie lucis, Lucret. *lib.* VI. *candenti lumine solis*. Cn. Matius, *albicassit Phœbus*, quod Euripides, λευκαίνει. Solis enim & Lunæ color λευκὸς αὐγὴ, & λευκότης, nota serenitatis, unde καθαρὸς ἥλιος Theophrasto περὶ σημείων ὑδάτων. Parmenides πῦρ φῶς καθαρὸν οἰκεῖ ἐν οὐρανῷ. Et: καθαρᾶς δ' ἁγέος ἠελίοιο λαμπάδος ἔργα ἀρίδηλα. Proprium enim ignis lux, unde Mercurio Trismeg. πῦρ & φῶς eadem, & Plato solis corpus λαμπρότατον καὶ λευκότατον dixit. Alexander Aphrodiseus *Naturalium Quæstionum* lib. I. c. II. λαμπρά τε καὶ λευκὰ σώματα ἧς φύσεώς ἐστι τὸ πῦρ. Quamquam candor λαμπρότης, nec color, sed coloris accidens, Græcis στίλβων, Latinis *lumen*. Tertullian. *de Pallio*.

10. Apud Vopiscum *Aureliano*, ubi vulgo legitur, *Lanestre pallium*, scribe, *Illustre pallium*. Manilius *lib.* V. *Tyrias luces*. Illi ergo Favonii grati demum ac lenes, qui exsurgere solent vere jam adulto, de quibus Aristoteles *Probl.* XXXI. & LV. Alii vero spiritus verni, qui spirare solent, cum radii solis ad vires suas redire incipiunt, Etesiæ venti austrini, & proinde calidi, unde Veteribus animales spiritus & fœcundi. Horum ortus quia proximus Favoniis vernis, sereni & jucundi, ideo & eorum naturam referunt; hinc est cur Antiqui minus sollicite discrimen illorum observarunt; nam confusa videas utrorumque nomina & effectus: ita Aristotel. II. *Meteor.* & ex eo Olympiod. Ornithiis & Leuconotis eam fœcunditatem tribuit, quam idem Philosophus lib. VI. *de Historia Animalium* Zephyris dederat. Adeo ut omnem auram mitiorem, & lene ac molliter spirantem Zephyri crediderint, unde & Poetarum elogiis celebratus, Venerum quoque & Cupidinum obsequio nobilis, & ipse Cupido Alcmæoni poetæ Zephyri filius. Sed rerum cohærentium series longius nos provexit, quam ratio instituti poscebat. Quicquid ergo est, equas animalem fœtum edere fabulam opinione natam crediderim, & Homerum, quem auctorem fabulæ ostendi, eam confinxisse, ut commendaret equarum pernicitatem.

11. Simili ratione credidit Antiquitas tigres vento concipi, & omnes fœminas esse. Claudianus *de raptu Proserpinæ* lib. III.

—— fremit illa marito
Mobilior Zephyro.

Cum tamen Oppianus Κυνηγετικῶν lib. III. vanissimam hanc fabulam scribat, & mares non facile a venatoribus capi, sed ab eorum adspectu statim aufugere. Aristoteles quoque & Plinius, & alii scribunt canes a tigribus comprimi solere, & Gratius ait: *majorem ferre de sanguine fœtum*.

12. Quamquam eadem opinio ad equarum effrenem libidinem referri possit; hujus enim vim postquam sentire cœperunt, prorsus efferatæ gregem deserunt, & aquiloni & austro sese prostituunt, donec in cursu defatigatæ desistant, unde & desperatæ & insatiabilis libidinis fœminæ dicuntur ἱππομανεῖν. Vide Aristotelis *de Histor. Animalium* lib. VI. cap. XIIX. cujus verba repetit Ælianus *de Animalibus* lib. IV. cap. VI. qui ejusdem lib. cap. XI. mulieres libidinosas ἵππους appellatas scribit. Aristophanes ἱπποβίνους vocat. Vide ejus Scholiasten in *Ranis*. Adde nunc Insulas extra Oceanum sparsas, incognitas & inaccessas, quales narrat Proclus *in Platonis Timæum* ex Marcelli *Æthiopicis*, & de iis absurda quæque & incerta, quæ de Insulis beatorum commenti sunt Antiqui. Pindarus *Olymp.* ode II. & ejus Scholiastes. Lycophronis Interpres eas in Britannia collocat, illic oberrare animas mortuorum, aliaque figmenta recenset, quæ nemo ausus esset somniare. Aliarum item prodigiosa miracula, rara & nullis visa animalia, fluminum fictos cursus, & id genus. Dionysius Afer scribit Hercyniam Sylvam pascere volucres

—— fulgentibus alis,
Queis ducibus noctu cernuntur flexa viarum.

Quod & Plinius *lib.* X. & Solinus *cap.* XXIV. adfirmant. Nemini tamen incolarum istæ aves notæ aut visæ. De gryphis quæcunque tradiderunt Antiqui præter Pausan. *lib.* I. Plin *lib.* VII. Serv. *in Virgilii Eclog.* IIX. falsa docuit Arrianus V. *de rebus gestis Alexandri*.

13. Auctor est Dionys. African. Euphraten limum projicere, eumque coactum in superficie hærere, deinde arescente limo corticem induere ejus firmitatis, ut pedites & equites facili trajectu transmittat. Hoc vere inter fabulosa, invenit tamen qui mendacio faveret. Procop. enim l. I. *belli Persici* scribit Euphraten ferri in quendam lacum, deinde absconso fluxu procedere, non quod sub terram transeat, sed mira quadam caussa. Exsurgere enim super ejus aquas limum, qui longitudine L. Ladia, latitudine XX. æquet, adeoque durescere, ut continens videatur, & equites & currus ferre possit.

14. Sed detegenda est caussa erroris, ne hæc de Euphrate παράδοξα admittamus. Euphraten subterraneo meatu in Arabia emergere Eratosthenis sententia est. Strabo *lib.* XVI. Ἐρατοσθένης δὲ τῶν λιμνῶν μνησθεὶς, τῶν πρὸς τῇ Ἀραβίᾳ φησὶ τὸ ὕδωρ ἀπορούμενον διεξόδων ἀνοῖξαι πόρους ὑπὸ γῆς, καὶ δι' ἐκείνων ὑποφέρεσθαι μέχρι Κοιλοσύρων. ἀναθλίβεσθαι δ' εἰς τοὺς περὶ Ῥινοκόρουραν, καὶ τὸ Κάσιον ὄρος ποταμοὺς, καὶ ποιεῖν τὰς ἐκεῖ λίμνας. *Eratosthenes paludum, quæ in Arabia, mentionem faciens, ait: Aquam exitum non invenientem aperuisse meatus subterraneos, ac per illos deferri in Cœle-Syriam, erumpere in flumen ad Rhinocoruram, & Casium montem, atque illic lacus efficere.* Hoc licet Strabo sibi non fieri verisimile affirmet, quia Euphratis παρεκχύσεις, quibus in Arabia in lacus ac paludes exundat, Persico mari vicinæ sint, nihilominus apud Philostratum *de Vita Apollonii* lib. I. legimus, Euphraten post longiorem cursum in terram submergi. De Cydno idem credidit Eratosthenes. Strabo *lib.* IX. de Cephisso Græciæ, *lib.* XI. de Ario Asiæ fluminibus eadem retulit: & *lib.* VI. Τὸ δὲ περὶ Μάταυρον σπήλαιον ἐντὸς ἔχει σύριγγα εὐμεγέθη, καὶ ποταμὸν δι' αὐτῆς ῥέοντα ἀφανῆ, μέχρι πολλοῦ διαστήματος. Καθάπερ Ὀρόντης ἐν τῇ Συρίᾳ, καὶ ὁ Τίγρις ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, καὶ ὁ Νεῖλος ἐν τῇ Λιβύῃ.

15. Ovidius XV. *Metamorph.*

Crathis & hinc Sybaris vestris conterminus oris,
Electro similes faciunt auroque capillos.

Idem scribit Scholiastes Lycophronis ex Hesigono, Sotione, & Agathostene, & Scholiast. Theocriti, ex Nymphodoro & Theophrasto. Plinius vero *lib.* XXX. Crathin candorem inducere tradit. Eustathius *β. Odyss.* Crathin aureos aut candidos capillos facere; quod confirmat auctoritate Aristotelis. Idem refert *Iliad. β.* Sed hoc merito inter ἄπιστα, quæ fama tradiderat; tale est illud quod scribit Dionysius Africanus interptete Prisciano:

Sardiniæ postquam pelago circumflua tellus,
Fontibus e liquidis præbet miracula mundo,
Quod sanant ægros, pandunt, damnantque nefando
Perjuros furto, quos tacto lumine cœcant.

Eadem Solinus *cap.* X. quæ de aliis etiam fontibus produnt Plinius *lib.* XXXI. *cap.* II. Philostratus *Apollonio* lib. II.

16. Olympi montis cacumen excelsius illo cœli spatio, quo fulguri & pluviis aliisque cœli injuriis locus est, plerique Veterum tradiderunt. Hanc opinionem quibus potissimum argumentis mu-

niant refert Augustinus lib. I. *contra Manichæos : Mons ille Macedoniæ, qui Olympus vocatur, tantæ altitudinis esse dicitur, ut in ejus cacumine nec ventus sentiatur, nec nubes se colligant, quia excedit altitudine sua totum istum aerem humidum, in quo aves volant. Quod ab eis perceptum dicitur, qui per singulos annos solebant, nescio quorum sacrificiorum caussa, memorati montis cacumen scandere, & aliquas notas in pulvere scribere, quas alio anno integras inveniebant. Quod fieri non posset, si ventum aut pluviam locus ille pateretur.* Solinus *cap.* XIII. Aristoteles II. *Meteor.* ὑχ᾽ ὑπερβάλλει τὰ ποδ΄ματα τῶν ὑψηλοτάτων ὀρέων. Mirandam item altitudinem narrant montis Athos. Solinus *cap.* XVII. *In Myrinæ oppidi forum mons Athos e Macedonia umbram jacit. Quod non frustra inter miracula notaverunt, cum Athos a Lemno sex & octoginta millibus passuum separetur. Est sane Athos adeo sublimis, ut altior æstimetur, quam unde imbres cadunt. Quæ opinio eo fidem concepit, quod in aris, quas in cacumine sustinet, nunquam cineres eluuntur.* Statius IV. *Thebaid.* de Lemno:

—— *ingenti tellurem proximus umbra*
Vestit Athos ——

Eadem Plinius *lib.* IV. ex quo discimus inter montem & insulam fuisse stadia IↃCXCVI. Quare si montis umbra pertingit ad insulam, cum sol ab Horizonte uno gradu sublimatus, altitudo montis implebit stadia XII. Si gradibus duobus, æquabit stadia XXIV. At Plutarch. in *Paulo Æmilio* montium altitudinem non excedere X. stadia, idque instrumentis exploratum, & ratione a Geometris probatum scribit. Proinde hæc montium celsitudo fama scribentium potius recepta est, quam ratione.

17. Solinus scribit, Indica maria habere balenas ultra spatia quatuor jugerum. Quod & Ambrosius *Hexæmer.* III. adfirmat. Hoc tamen nisi valde credulis minime persuaserint. Adjice lapidum & virgultorum occultas vires, animalium miras & absconsas proprietates, aliaque id genus ἰδιώματα, seu ut Medici appellant, ἰδιοπαθείας καὶ ἰδιότητας ἀῤῥήτους, quæ quia nulla ratione constant, sed experiundo discuntur, experimenta vero illarum rariora & difficiliora, inter ἄπιστα fere & παράδοξα recensentur.

18. Tale est illud quod Eustathius colligit ex istis Homeri Ὀδυσ. ξ.

Ἕζετο κερδοσύνῃ σκῆπτρον δέ οἱ ἔκπεσε χειρός.

Adsedisse Ulyxem & scipionem manibus ejecisse, cum a canibus insectaretur, singulari scilicet κερδοσύνῃ, ne canes morsu infestarent, tanquam si Poeta innuere voluisset, hanc canum naturam, ut parcant sedentibus, in prostratos vero aut stantes sævissimi irruant. Istiusmodi admirandæ proprietates passim apud Auctores inveniuntur, inprimis Antigonum & Apollonium, qui ἱστορίας θαυμασίας ex variis collegerunt. Augustin. *de Civitate Dei* lib. XXI. cap. V. Athenæum *lib.* XIII. & Alexandrum Aphrodiseum sive Trallianum *Problematum* lib. I. ubi scribit earum indagationem non tantum Medici, sed etiam Philosophi, & Grammatici. Et hæc quidem omnia vitæ usum nec juvant nec ornant, sed impedimenta bonæ mentis studiorum inania colludente curiositate suadent, secunda tamen hujusmodi nugis ingenia humana. A Strabone citari video incertas historias, καὶ τὰ παραδόξως θρυλλούμενα.

19. Noti sunt varii Auctores περὶ θαυμασίων, ex quibus Phlegon Trallianus, Apollonius & Antigonus συναγωγὴν τῶν θαυμασίων excerpserunt, ipsiusque adeo Aristotelis quamplurima hujus argumenti, qualis est liber, quem ὑπὲρ τῶν μυθολογουμένων ζώων teste Diogene Laertio conscripserat, ex quo constat Stratonem ejusdem tituli librum reliquisse. Philonis περὶ παραδόξου ἱστορίας. Seleuci περὶ τῶν ψευδῶς πεπιστευμένων. Callimachi περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμασίων καὶ παραδόξων. Et ejusdem θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν κατὰ τόπους ὄντων συναγωγὴν recenset Suidas.

20. Ptolemæum Hephæstionis filium τὴν εἰς πολυμάθειαν καινὴν ἱστορίαν scripsisse auctor est Photius. Ea huc pertinet. Video enim a Suida citari indice παραδόξου ἱστορίας. Libri Nicandri περὶ πεπειῶν hujus erant argumenti, ut docent quæ ex illis profert Athen. *lib.* XIII. Theophrastus ἐν ἐρωτικῷ, aliique τῶν ἐρωτικῶν Auctores plura hujusmodi miracula libris suis immiscent. Nymphodorus quoque scripserat περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων, ut testatur Athen. *lib.* XIII. qui & Polæmonis περὶ θαυμασίων citat *lib.* XII.

21. Similis argumenti Varronis *de rebus admirandis*, sive Gallus Fundanius, ita enim inscripserat. Ex quo hæc profert Nonius in *Aboriatur*: *Varro Gallo Fundanio de admirandis rebus: Vinum quod ibi in quodam loco natum sit, si prægnans biberit, fieri ut aboriatur.* Illa, *in quodam loco*, ab aliena manu sunt. Apud eundem Nonium in *Putei: Varro Gallo vel Fundanio: De miris, secundo de statutis aquis, ut sunt lacus, & stagna, & putei, & maria.* Emenda, *Varro Gallo Fundanio, vel de miris secundo: de stativis aquis, ut sunt lacus.*

CAP. XII.

1. *Historia vera definita & divisa.* 2. *Ea unde incipit.* 3. *Historia sacra.* 4. *Indigitamenta. Eorum auctores.* 5. *Numæ Pontificalia. Argumentum Pontificalium.* 6. *Historiæ sacræ varii auctores.* 7. *Divisa historia rerum humanarum. Ejus partes definitæ.* 8. *Historia virorum illustrium, & ejus varii scriptores.* 9. *Commentaria rerum memorabilium.* 10. χρεῖαι. 11. *Inter notas optimæ historiæ observatio temporis.* 12. *In ea Grammatici antiqui plurimum laborarunt.* 13. Διδασκαλίαι. Διδάσκειν. Διδάσκαλοι. 14. *Docere fabulam.* 15. *Argumentum* διδασκαλιῶν, *& earum auctores.* 16. *Varii scriptores Chronologi.* 17. *Aristoteles primus auctor* Διδασκαλιῶν. 18. *Isaaci Casauboni vera laus.* 19. *Dicæarchi Hypotheses fabularum.* 20. Θεατρικῆς ἱστορίας *varii scriptores.* 21. *Menæchmi* περὶ τεχνιτῶν. Τεχνῖται. 22. *Artifices.* 23. *Varronis de scenicis originibus, de scenicis actionibus.* 24. *Attii didascalicon cujus argumenti.*

HIs ita expositis expedita ratio historiæ veræ: nam ut illa omnis generis figmenta, ita hæc veras narrationes exsequitur, quæ apud Græcos a Thesei demum temporibus cœpit; superiorum enim temporum res gestæ commentis fabularum involutæ erant, ut auctor est Plutarchus in *Theseo*. Theseum vero πρεσβύτερον τῶν Τρωικῶν μιᾷ γενεᾷ Clemens *Stromat* lib. I. scribit. Et Diodorus Siculus *proœmio suæ Bibliothecæ* nihil se definire ait, de iis quæ ante bellum Trojanum, illorum enim nullam certam rationem posteris traditam: Τοὺς μὲν, inquit, πρὸ τῶν Τρωικῶν οὐ διοριζόμεθα βεβαίως, διὰ τὸ μηδὲν παράπηγμα παρειληφέναι περὶ τούτων πιστευόμενον. Eusebius vero *lib.* X. Εὐαγ. Προπαρ. ex Africano, nihil certi in Græcorum historia ante institutas Olympiades. Verba Africani: Μέχρι μὲν τῶν Ὀλυμπιάδων οὐδὲν ἀκριβὲς ἱστόρηται τοῖς Ἕλλησι πάντων συγκεχυμένων, καὶ κατὰ μηδὲν αὐτοῖς τῶν πρὸ τοῦ συμφωνούντων. At inter Olympiades & Trojæ halosin Diodorus Siculus ex sententia Apollodori, Clemens Alexand. ex

Eratosthene & ipse Eusebius numerant annos A CCCCVIII. Superiora ergo tempora heroica obumbrata fabulis Trojanorum, Argonautarum, Herculis, Thesei & aliorum, ideoque Varroni mythica. Tria enim temporum discrimina tradebat, ut scribit Censorinus *de die Natali*: Primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem, quod propter ignorantiam vocatur ἄδηλον: Secundum a cataclysmo ad Olympiadem primam, quod quia in eo multa fabulosa, mythicon: Tertium a prima Olympiade, historicon, quod res in eo gestæ veris historiis continentur.

2. Historiæ autem prima lex, ut Cicero II. *de Oratore*, ne quid falsi dicere audeat, & ne quid B veri dicere non audeat, hoc est, accurata veritas, usque adeo, ut Polybius *lib.* XII. scribere non vereatur, narrationem historicam sine veritate exossi corpori similem, cujus nullus est usus. Historia ergo vera, de re qualibet vera narratio. Ea variis modis divisa, quam tamen si circa personas, res, & loca occupari statuamus, tota res ratione instituti simpliciori via deducetur. Nam licet præcipua rerum gestarum narratio, cui locorum & rerum descriptio necessario immiscetur, ut docet Polyb. *libb.* III. & V. tamen sigillatim hæc argumenta multis pertractata. Historia ergo proprie & κατ' ἐξοχὴν ita appellata, quæ circa personas, ut antea C docui, duplex; Divina & humana, sive de rebus divinis & humanis, quas complexus est Varro libris *Antiquitatum*, quos in *rerum divinarum & humanarum* libros distribuerat.

3. Res divinas libris XVI. quorum hanc partitionem tradit D. Augustinus *de Civitate Dei* lib. VI. cap. III. *Sunt autem omnes sedecim, & istorum exordio unum singularem, qui prius de omnibus loqueretur, apposuit: quo absoluto, consequenter ex illa quinquepartita distributione tres præcedentes, qui ad homines pertinent, ita subdivisit, ut primus sit de Pontificibus, secundus de auguribus, tertius* D *de quindecimviris sacrorum. Secundos tres ad loca pertinentes; ita ut in uno eorum de sacellis, altero de sacris ædibus diceret, tertio de locis religiosis. Tres porro, qui istos sequuntur, ad tempora pertinent, id est, ad dies festos: ita ut unum faceret de feriis, alterum de ludis Circensibus, de scenicis tertium. Quartorum trium ad sacra pertinentium, uni dedit consecrationes, alteri sacra privata, ultimo publica*, & quæ sequuntur. Ex hisce manifestum est, quas res historia sacra, sive historia rerum divinarum potissimum exsequatur: quas & libri Pontificum narrant, qui *indigitamenta* dicuntur. Servius ad illa Virgilii I. *Georg. Studium qui-* E *bus arva tueri. Nomina hæc numinum in indigitamentis inveniuntur, id est, in libris Pontificalibus, qui & nomina deorum & rationem ipsorum numinum continent.*

4. Glossæ, *Indigitamenta*, ἱερατικὰ βιβλία. Horum frequens mentio apud Grammaticos. Granius Flaccus *de indigitamentis* ad Cæsarem scripserat, & inter Varronis Logistoricos liber *de indigitamentis* recensetur.

5. Fulgentius *de prisco sermone* laudat Numæ Pompilii, Rutilii Gemini, & Varronis *Pontificalia*. Argumentum *Pontificalium librorum* Numæ F plenius narrat Tertull. *de præscriptionibus adversus hæreticos*: *Si*, inquit, *Numæ Pompilii superstitiones revolvamus, si sacerdotalia officia, insignia, & privilegia, si sacrificalia ministeria & instrumenta, & vasa ipsorum sacrificiorum, ac piaculorum ac votorum curiositates consideremus, nonne manifeste Diabolus morositatem illam legis Judaicæ imitatus est.* De hisce enim omnibus ut propriis sacrorum indubie agebat Numa *Pontificalibus*, ideoque ea intellexisse videtur Tertull. Quanquam *libris Pontificalibus* non tantum concepta fuit historia sacrorum, sed etiam aliæ res gestæ P. R. Pontificibus enim permissa potestas memoriam rerum gestarum in tabulas conferendi, ut tradit Macrob. I. *Saturnal.* Seneca *epist.* CVIII. *Quem nos Dictatorem dicimus, apud Antiquos magister populi vocatus. Hodieque id extat in Auguralibus libris. Provocationem ad populum a regibus fuisse. Id esse in Pontificalibus libris notat Fenestella.*

6. Augurum libros citat Varro I. & VI. *de lingua Latina*, libros Sibyllinos *lib.* V. libros sacrorum apud Athenienses *lib.* IV. Appii Claudii Auguralis disciplinæ libros, Catonis de Auguribus, de indigetibus, Verannii de auspiciis laudat Festus, Tagetis haruspicinam Fulgentius, Sulpitii de sacris detestandis, Nigidii Figuli augurii privati Agellius, Trebatii de religionibus idem Agellius & Macrobius. Sunt & alii varii libri rituales, & commentarii Quindecimvirorum apud Censorinum *de Die natali*, libri de auspiciis augurum P. R. libri sacerdotum P. R. apud Agellium, qui historiam sacram complexi, de quibus agam in *Collectaneis Juris Pontificii*. Sanchoniathonis, Philisti & Palæphati Αἰγυπτιακὴ θεολογία nota ex Suida. Porphirius apud Eusebium Εὐαγγελικῆς Προπαρασκευῆς lib. X. Sanchoniathona Theologiam suam collegisse ex memorabilibus scriptis urbium, & libris sacris, qui templis dedicari soliti: Σαγχωνιάθων δὲ, inquit, ὁ κατὰ τὴν τῶν Φοινίκων διάλεκτον φιλαλήθως πᾶσαν τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ἐκ τῶν κατὰ πόλιν ὑπομνημάτων, καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφῶν συναγαγὼν καὶ συγγράψας. Theodoretus quoque πρὸς Ἕλληνας *Orat.* II. hujus Sanchoniathonis meminit, & Manethona Ægyptiorum Theologiam conscripsisse, Cornutum vero Philosophum Græcorum Theologiam tradidisse, scribit. Quod & Clemens Alexandrinus affirmat *Stromat.* lib. I. & Manethona quidem ex Ægyptiorum sacris literis monumenta sua transcripsisse testatur Josephus *adversus Appionem*, qui & Sanchoniathonis meminit, quem Porphyrius Berytium appellat, Suidas Tyrium. Andronis περὶ θυσιῶν citat Antigonus ἱστορ. θαυμ. Nicephorus Callistus *Historiæ Ecclesiasticæ* lib. X. cap. XXXVI. ubi de diis gentium, seu veterum Theologia agit: *Ad eam rem cognoscendam suffecerit Aristotelis peplum, Dionysii corona*, πολεμαρχῶν *Rhegini, qui rebus eorum expositis Theologiam posteris reliquere.* Adde Cleanthis Cyziceni περὶ τελετῆς, aliorumque ejus argumenti, quorum frequens mentio apud Athenæum.

7. Historia rerum humanarum sive generalis est, & omnium gentium historias narrat, de qua copiose Diodorus Siculus *proœmio Bibliothecæ*, sive partis, & certi cujusdam populi res exponit: eaque perpetua, aut distracta sive sejuncta. Perpetua, quæ continuata serie res gestas unius gentis enarrat, de qua Cicero *ad Familiares* lib. V. epist. XI. & Dionysius Halicarnass. περὶ ἰδιώματος Θουκυδίδου. Sejuncta sive singularis, quæ unius belli eventus, aut certæ alicujus rei gestæ historiam tradit, quam non sine ratione rejicit Polybius *lib.* III. licet Cicero lib. IV. *epist. ad Famil.* eam commendet.

8. Sejuncta historia etiam vitas Illustrium Virorum complectitur, quod argumentum multi tractarunt. Hieronymus *epist. ad Augustinum*: *Legisti & Græcos & Latinos, qui vitas Virorum Illustrium descripserunt, verbi gratia, Ducum, Philosophorum, Historicorum, Poetarum, Epicorum, Tragicorum.* Exstabat Philochori συναγωγὴ ἡρωΐδων, ἤτοι Πυθαγορίων γυναικῶν, Pamphili Amphipolitæ Philosophi περὶ ζωγράφων ἐνδόξων, Telephi Grammatici περὶ τραγικῶν καὶ κωμικῶν, Demetri Phalerei de Poetis, ut testatur

Suidas. Chamæleontis Heracleotæ de Poetis Ly- A
ricis, & Adæi περὶ ἀγαλματοποιῶν meminit A-
thenæus. Aristotelis librum de Poetis citat Dioge-
nes Laert. in *Platone*. Eundem Aristot. vitas So-
phistarum conscripsisse ex Laert. *Empedocle*, *Pro-
tagora*, & *Pyrrhone* colligo. Porphyrius quoque
omnium Philosophorum vitas & successiones in
historia Philosophica, quam scripserat, comple-
xus erat, ut testatur Nicephorus Callistus *Hist.
Eccles.* lib. x. Ex ea multa producit Theodoretus
adversus Græcos. Similis argumenti Sosibii, Sa-
tyri, Clearchi, Socratis, Niciæ, & aliorum
complurium monumenta, quorum mentio apud
Athenæum, & Diog. Laert. Plutarchi περὶ ἐνδό- B
ξων ἀνδρῶν recenset Lamprias. Amphicratis, A-
thenæus *lib.* XIII. Adde variorum scriptorum ge-
nealogias, quas & Hecatæum Milesium scripsisse
ex eodem Athenæo patet. Quo pertinent & Mes-
salæ & Attici volumina, quæ de familiis condide-
runt. Quod argumentum exsequutus Varro in li-
bris *hebdomadon*, sive *de imaginibus*, ut colligo
ex Agellii *lib.* III. *cap.* XI. & *epistola* Symmachi,
cujus initium, *Studium quidem Menippæi Varro-
nis*. Vide Plin. *Natural. Histor.* lib. XXXV. cap. II
Cornelium Nepotem *de Viris Illustribus* scripsisse,
testimonio Agellii constat. Hygini Exempla ad C
hoc argumentum pertinere videntur: nam & in
iis Illustrium Virorum vitas proposuisse indicio
sunt, quæ ex illis Agellius adducit *lib.* X. *cap.*
XVIII. cujus testimonio eundem Hyginum de vita
rebusque Illustrium Virorum scripsisse didicimus.
Huc pertinent Myrsili *Lesbiaca*, Megasthenis *In-
dica*, Ctesiæ *Persica*, quorum mentio apud An-
tig. & Apollon. θαυμασ. Demetrii *Ægyptiaca*, Ni-
ciæ *Arcadica*, Agatarchidis *Europica*, & id ge-
nus laudata Athenæo. Aristotelis item πολιτεῖαι,
quas diversissimarum urbium CLVIII. collegerat, ut
scribit Laert. In iis præter alia varios ritus & leges
historica narratione exponebat. Quæ autem istæ D
respublicæ fuerint, passim ex Athenæo, Strabo-
ne & Suida discimus.

9. Præter hæc ad Historiam sejunctam referen-
da collectanea factorum dictorum memorabilium,
στρατηγημάτων, & id genus ἀξιομνημονευμάτων, si-
ve, ut Arnobius appellat, *scriptorum memorabi-
lium*. Verrii Flacci commentariis rerum memoria
dignarum auctore Agellio innotuerunt. Aristote-
lis μνημονικὰ Diogenes Laertius in Catalogo libro-
rum Aristot. enumerat. Julii Cæsaris dicta colle-
ctanea Suetonius.

10. Similis argumenti Aristotelis χρεῖαι, ex qui-
bus multa producit Stobæus: quas & Aristippum E
scripsisse Diog. testatur. Adde Lyncei Samii alio-
rumque Apophthegmata, quorum meminit A-
then. *lib.* VIII.

11. Cum vero tempus, veritatis index & exa-
men, memoriam rerum gestarum posteritati con-
servet, historia atque adeo ipsarum rerum ratio
digestam seriem temporum desiderat, quorum ac-
curata & distincta observatio merito inter notas
optimæ historiæ. Nam ut recte Tatianus πρὸς
Ἕλληνας: Παρ' οἷς γὰρ ἀσυνάρτητος ἐστιν ἡ τῶν χρόνων
ἀναγραφή, παρὰ τούτοις οὐδὲ τὰ τῆς ἱστορίας ἀληθεύειν
δύναται. *Apud quos confusa & dissoluta tempo-
rum ratio, illis nec historiæ veritas constare po- F
test*. Ideo & Hellanicus reprehenditur a Thucy-
dide, & Fabius Pictor a Dionysio Halicarnasseo,
quod minus exacte tempora observarunt. Cum
ergo notatio temporum ad tuendam rerum ge-
starum memoriam necessaria, ab iis Historicis,
qui legem perfectæ & absolutæ historiæ implere
conati sunt, accurate observata, & antiqui Phi-
lologi hoc argumentum, conscribendi scilicet
temporum rationes, dignum judicarunt, quo
posteris eruditam suam diligentiam probarent.

12. Nam Thallum, Phlegontem, Castorem,
Philochorum, Eratosthenem, Timæum, Appio-
nem Grammaticum, Dionysium Halicarnasseum,
Appollodorum & alios in colligenda temporum
ratione laborasse, patet ex Tatiano, Clemente
Alexand. Josepho, Philone & Eusebio. Et Cle-
mens quidem *Stromaton* lib. I. ubi probare conatur
Judæos & Barbaros Philosophiam excoluisse, an-
tequam Græci eam tetigerunt, postquam varios
diversarum rerum inventores enumeravit, τοὺς χρό-
νους, inquit, τούτων παῖδες παραδιδόασι γραμματι-
κῶν. Stephanus περὶ Πόλεων Callimachi, Apollo-
nii, Dexippi aliorumque χρονικὰ citat. Mendesii
περὶ χρόνων meminit Clemens *Protreptico*. Sosimi,
Apollodori, & aliorum Athenæus & Diogenes
Laert. Apud Latinos Varro, ut Censorinus scri-
bit, caliginem discussit, & diversarum civitatum
conferens tempora, & defectus eorumque inter-
valla retro dinumerans lucem ostendit, per quam
numerus certus non annorum modo, sed & die-
rum perspici posset. In quo & Licinium Macrum,
Fenestellam, & Suetonium laborasse ex eodem
Censorino patet. Verrium item Flaccum fastos
emendasse, & a se ordinatos publicasse Suetonius
in *ejus Vita* scribit.

13. Huc pertinent veterum Grammaticorum
διδασκαλίαι. Διδάσκειν fabulam populo spectan-
dam dare. Plutarch. *Aristide*: Ἀντιοχὶς ἐνίκα, Ἀρι-
στείδης ἐχορήγει, Ἀρχέστρατος ἐδίδασκε. Scholiastes
Aristophanis *Pluto*: Εὐφρόνιος τραγῳδῶν ποιητήν
φασι, καὶ διδάξαι Ἡρακλείδας, in Νεφέλαις, Βατρά-
χοις, & passim apud eundem, & omnibus fere
argumentis fabularum Aristophanis, *Medeæ* Eu-
ripidis, & *Agamemnonis* Æschyli pari notione re-
peritur. Poetas vero τῶν διθυράμβων ἢ τῶν κωμῳδιῶν
ἢ τῶν τραγῳδιῶν διδασκάλους λέγουσι, ut notant Sui-
das & Harpocration. Dio Chrysostomus *Orat.* IV.
περὶ βασιλείας. Scholiastes Aristoph. τῶν γὰρ κυκλίων
χορῶν εἰσι διθυραμβοποιοὶ διδάσκαλοι.

14. Ita Latini *docere fabulam*. Vitruvius lib.
VII. *de Architectura*: *Primum Agatarchus Athe-
nis Æschylo docente tragœdiam, scenam fecit*. Et
διδασκαλία ipsa fabulæ actio. Aristoph. Gramma-
tic. in *Hypothesi Antigonæ* Sophoclis: Φασὶ δὲ τὸν
Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκιμή-
σαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. Plutarchus
in *Cimone*: πρώτην γὰρ διδασκαλίαν τοῦ Σοφοκλέους ἔτι
νέου καθέντος. Inde veteres Grammatici libros suos,
quibus in Comicorum fabulas inquirebant, & quo
tempore & loco actæ eruebant, διδασκαλίας in-
scripserunt.

15. Hujusmodi enim argumentum τῶν διδασκα-
λιῶν ex plurimis veterum Grammaticorum locis
patet. Aristophanis Scholiastes Βατράχοις, Τε-
τραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρεστείαν αἱ διδασκαλίαι, Ἀγα-
μέμνονα, Εὐμενίδας, &c. Argumento Εἰρήνης. Φέ-
ρεται ἐν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι καὶ ἑτέραν δεδίδαχεν ὁμοί-
ως Ἀριστοφάνης Εἰρήνην, ἄδηλον οὖν φησιν Ἐρατοσθέ-
νης πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν, ἢ τὴν αὐτὴν καθῆ-
κε. Idem Νεφέλαις: Ἴσαρχος δέ φησιν ἀφ' οὗ αἱ πρῶ-
τον Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν. Πῶς οὖν δύναται καὶ τοῦ Μαρι-
κᾶ μεμνῆσθαι, ὃς ἐδιδάχθη μὲν πρὸ τῶν Νεφελῶν. Et sta-
tim: Δῆλον δὲ ὅτι πρῶτος ὁ Μαρικᾶς ἐδιδάχθη τῶν ὑστέ-
ρων Νεφελῶν. Ἐρατοσθένης δέ φησι Καλλίμαχον ἐγ-
καλεῖν ταῖς διδασκαλίαις. ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ
ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν, & quæ sequuntur. In
Hypothesi Rhæsi Euripidis: Τὸ δὲ δρᾶμα ἔνιοι νόθον
ὑπενόησαν, ὡς οὐκ ὂν Εὐριπίδου. Τὸν γὰρ Σοφόκλειον
μᾶλλον ὑποφαίνει χαρακτῆρα. Ἐν μέντοι ταῖς διδασ-
καλίαις ὡς γνήσιον ἐπιγέγραπται. Aristophanes
Grammat. *Hypothesi Oedipi Tyranni* Sophocleæ:
Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ πρότερον αὐτὸν οὐ τύραννον ἐπιγράφοντες διὰ
τοὺς χρόνους τῶν διδασκαλιῶν, καὶ διὰ τὰ πράγματα. Ex
hisce

hisce aliisque veterum Interpretum locis satis apparet Auctores τ̃ διδασκαλιῶν de Poetis ipsis accurate dispexisse, eorum tempora indagasse; notasse præterea quo tempore & ordine, & quibus locis fabulæ actæ, & quo favore receptæ; deinde ipsas fabulas ratione temporum in iis disposuisse. Hoc etiam ostendunt Hypotheses fabularum Aristoph. in quibus plerumque breviter notata, quæ ab Antiquis in didascaliis tractata docui, ex quibus indubie illa excerpta; earumque Auctores intelligendos existimo, quoties incerti Auctoris verba in hanc rem producunt, ut in *Argumento* Νεφελῶν, & *Antigones* Sophocleæ. Tota autem hæc Antiquorum commentatio, non tantum conferebat ad intelligenda veterum Poetarum dramata, sed etiam ad colligenda rerum gestarum tempora. In ludis Olympicis, aliisque Græciæ festivitatibus, præter varios ἀσκητὰς productos scenicos artifices, aliosque τεχνίτας περὶ τ̃ Διόνυσον, ut appellat Aristoteles *Probl.*sect.xxx. variasque illorum commissiones, ut Sueton. *Aug.* celebratas ex Plutarcho, Pausania, aliisque Scriptoribus notum. Quod & Imperatores Romani æmulati, & inprimis Domitianus, qui ad exemplum ludorum Olympicorum Agonem Capitolinum instituit, unde postea annus magnus non per lustra, sed per Capitolinos agonas cœptus est numerari, ut scribit Censorinus *de Die natali* cap. XVIII. Et Græcos secundum has festivitates annos suos supputare solitos vulgo notum: inde facile colligere licet, cur veteres Chronologi in colligenda temporum ratione ad præsidia τ̃ διδασκαλιῶν confugerint. Hinc est quod tanta diligentia in Poetarum aliorumque Illustrium Virorum vitas & ætates inquisiverint. Nam cum fasti deessent, aut nulla alia præsidia parata, observata quovis indicio illorum ætate, temporum rationem colligebant. Seneca *epist.*LXXXVIII. *Annales evolvam omnium gentium, & quis prima carmina scripserit quæram; quantum temporis inter Orphea interfit & Homerum, cum fastos non habeam, computabo.*

16. Hoc & Apollodorum in *Chronicis* diligenter notasse indicio sunt, quæ ex illis profert Diog. Laer. *Eudoxo*: Εὔδοξος Σικελιώτης ποιητὴς κωμῳδίας, νίκας ἑλὼν, ἀστικὰς μὲν τρεῖς, ληναικὰς μὲν πέντε, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς. Tatianus *Orat.* πρὸς Ἕλληνας, ubi ostendere conatur Moysen Homero antiquiorem, de Homeri Poesi, genere & tempore, quo inter mortales clarus, studiosius inquisivisse scribit Theagenem, Stesimbrotum, Antimachum, Herodotum, Dionysium, Olynthium, Ephorum, Philochorum, Megaclidem, Philosophos Peripateticos: Grammaticos vero Aristophanem, Callimachum, Cratetem, Eratosthenem, Aristarchum, Apollodorum. Hi ergo omnes temporum rationem investigare conati sunt, ideoque & ætates Poetarum accuratius scrutati. Aristophanem Grammaticum hoc studium suscepisse testantur Athenæus *Deipnosoph.* lib. VIII. & aliquot Tragœdiarum Didascaliæ quæ extant. Callimachum idem argumentum tractasse constat; quod & ostendit ejus liber, quem inscripserat πίνακα καὶ ἀναγραφὴν τ̃ κατὰ χρόνους, καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκαλιῶν, ut auctor est Suidas. Hujus libri Scholiastes Aristophanis sæpius meminit. De Cratete, Aristarcho & Apollodoro adfirmat Clemens Alexand. *Stromaton* lib. I. Et Aristarchum quidem potissimum hoc argumentum exsecutum in eo libro, quem inscripserat Ἀρχιλόχεια ὑπομνήματα, existimo. Ea enim Clementi in hanc rem laudata, & præcipue vitas Musæi, Orphei, Homeri, Hesiodi & Archilochi excutere ad hoc institutum opus erat, unde & Epigenes ἐν τοῖς περὶ τ̃ εἰς Ὀρφέα ποιήσεως in eandem rem a Clemente citatur. Heraclid. scripserat περὶ τ̃ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας.

περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου, ut Diogenes testatur. Eratosthenes omnium, qui in hoc argumento laborarunt. Veterum testimoniis clarissimus, sive magnitudinem, sive varietatem operum spectes. Sane & is in suis Chronologiis exactissime Poetarum vitas enarrat. Harpocration: Δύο ἀναγράφουσιν Εὐήνους, ἐλεγείων ποιητάς. καθάπερ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ χρονογραφιῶν ἀμφοτέρους λέγων Παρίους εἶναι. Meminit ejusdem Eratosth. περὶ κωμῳδίας in Μεῖον, & Μεταλλεῖς: & περὶ τ̃ ἀρχαίας κωμῳδίας in δεκάζων. Cujus mentio etiam apud Galenum ἐξηγήσει τῶν γλωσσῶν Ἱπποκράτους, & Athen. *lib.* XI. Scholiastes Aristophanis sæpissime ejus verba citat, & quidem ex iisdem, ut videtur, libris.

17. Primus Aristoteles Didascalias scripsit, quas Diogenes Laertius in Catalogo librorum Aristotelis recitat, & Harpocration, aliique Grammatici earum meminerunt.

18. Ut observavit Clariss. Vir Isaacus Casaubonus, cujus eruditio præconium meum longe supergressa est: equidem sæculo gratulor, quod habeat quem Antiquis opponat: & sane, si unquam Pythagorea μετεμψύχωσις fidem invenit, quis non juraret animam Eratosth. aut si quis alius eo doctrinæ genere clarus, in Casaubono vivere. Sed vetabat Numa Pompilius Deos suos ἐκ παρόδου salutari, eandem legem in cultu magnorum Virorum, quos pene dixerim superstitiose observo, mihi scriptam existimo, quibus & religiosam moram deberi, & digniorem laudum suarum tabellam dedicandam scio, ad quas ne offendant, aliorum fœcundioribus ingeniis integras illas relinquere malo, quam infantia mea deterere. Sane Aristotelem magno studio in Chronologia laborasse, ex Clem. Alexand. *Stromaton* lib. I. patet, quod & plurimi ejus argumenti libri ab illo relicti testantur, ut sunt Ὀλυμπιονῖκαι, Πυθιονῖκαι Πυθικός. Πυθιονικῶν ἔλεγχος. Νῖκαι Διονυσιακαί. περὶ τραγῳδιῶν. Διδασκαλίαι.

19. Eo enim ordine hos omnes junctos, tanquam ejusdem argumenti recitat Diogenes Laert. in Catalogo librorum Aristotelis, quibus adde ejusdem περὶ τ̃ Κωμικῶν, nisi is idem sit cum Didascaliis. Erotianus *Lexico Hippocratis* in Ἡρακλείης νόσου laudat Arist. ἐν τοῖς Κωμικοῖς. Hisce libris summus Philosophus omnis generis fabulas recensuit, & totam ἱστορίαν θεατρικὴν complexus est.

20. Aristotelis studium imitatus est Dicæarchus, ut ex veterum Grammaticorum testimoniis idem πολυμαθέστατος Casaubonus docet. At Dicæarchus non scripserat didascalias, sed fabularum hypotheses. Sextus Philosophus *adversus Mathem.* cap. XIX. ubi disputat de significatione vocis hypotheseos: *Hypothesis uno modo dicitur dramaticum argumentum, ut Tragicam & Comicam dicimus Hypothesin, & quasdam Dicæarchi Hypotheses fabularum Euripidis & Sophoclis.* Ex his ergo excerpta sunt illa, quæ in Hypothesi *Oedipi Tyranni*, & *Ajacis Lorarii* Sophocleæ Dicæarchi testimonio probantur. Quare opus non est illius Dicæarchei operis indicem indagare. Dicæarchum ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ scripsisse Empedoclis carmina in ludis Olympicis recitata a Cleomene Rhapsodo, auctor est Athen. *lib.* XIV. Dicæarchi περὶ μουσικῶν ἀγώνων, & Demarchi περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων laudat Scholiastes Aristophanis in *Vespis*. Dionysius Halicarn. scripserat Μουσικῆς ἱστορίας lib. XXXVI ἐν δὲ τούτοις, ait Suidas *in* Herodianus, αὐλητῶν καὶ κιθαρῳδῶν, καὶ ποιητικῶν παντοίων μέμνηται. Extabat item Rufi Μουσικὴ ἱστορία, quæ τραγικῶν, καὶ κωμικῶν διθυραμβοποιῶν, καὶ αὐλητῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἐν τοῖς θεάτροις ἀγωνιζομένων ποικίλην ἱστορίαν continebat, ut ex Photii *Bibliotheca* discimus, qui eundem Rufum δραματικὴν ἱστορίαν scripsisse testatur.

20. Amaranti περὶ σκηνῆς, Nestoris θεατρικὰ ὑπο-

μνήματα laudat Athen. *lib.* x. & Protagoridis libros τῶν *κωμικῶν ἱστοριῶν* lib. III. Ulpianus Scholiastes Demosthenis *in Orat.* *περὶ παραπρεσβείας* citat incerti Auctoris *θεατρικὰς ἱστορίας*. Nota Athenæi testimoniis Jubæ *θεατρικὴ ἱστορία*, quam & Sueton. lib. *de Spectaculis* complexus, ut ex Tertulliani *de Spectaculis* patet, quamvis hoc argumentum, de quo agimus, non spectarit.

21. Athenæus *lib.* XIV. citat Menæchmi Sicyonii *περὶ τεχνιτῶν*, in quibus *ἱστορίαν θεατρικὴν* tradiderat. Sunt enim Græcis *τεχνῖται*, *θυμελικοὶ*, *ὀρχισταὶ*, & id genus, quos *Διονυσιακοὺς* appellant. Diodorus Siculus *lib.* XX. *Ἀντίγονος προχειρισάμενος ἀγῶνα μέγαν πανταχόθεν ἀθλητάς τε καὶ τεχνίτας ἐπὶ μεγάλοις ἄθλοις καὶ μισθοῖς ἤθροιζε.*

22. Agell. *lib.* XX. *cap.* IV. ita Latinis quoque artifices, qui Theatro operam collocant. Livius *lib.* XXIX. *Multi artifices ex Græcia venerunt honoris ejus caussa, athletarum quoque certamen tunc primo Romanis spectaculo fuit.* In his ergo *περὶ τεχνιτῶν*, de artificibus scenicis scripserat, ex quibus refert Athen. Sappho Anacreonte antiquiorem. Hieronymi *περὶ κιθαρῳδῶν* citat idem Athenæus, & librum septimum operis *de Poetis* ait, ex eoque colligit Terpandrum Lycurgo æquævum, & ab eo primam Olympiadem conditam. Suidas recenset Philochori *περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἀγώνων*, quem Atticam historiam conscripsisse, & temporum studiosum alii ejus libri loquuntur. Tatianus & Clemens Alexand & hunc & Dionys. Halicarnass. inter Chronologos numerant, unde manifestum est, quæ caussa potissimum impulerit, ut hoc argumentum tractandum susceperint, & quid in eo spectarint, temporum scilicet rationem, cujus investigatio etiam Aristoteli in similis argumenti libris præcipuus finis. Apud Romanos Varro, horum exemplum imitatus, rationem temporum inire conatus est, iis libris, quos *de Scenicis Originibus* scripsit.

23. Hoc enim argumentum illis exsequutum fuisse Varronem docet Censorinus *de die Natali* cap. XVII. & fortasse vicini iis argumenti ejusdem libri *de Poetis Latinis*, & *de Actionibus Scenicis*, quorum meminit Charisius. Nam ut in illis, quos *de Scenicis Originibus* inscripsit, ad Græcorum Didascalias respexit, ita in his, quibus imposuit indicem *de Actionibus Scenicis*, Græcorum *δραματικὴν ἱστορίαν* expressit.

24. Attius Græcam inscriptionem retinuit. Ejus libros *Didascalicorum* passim laudant Grammatici. Magnum opus fuisse numerus librorum ostendit. Nam ex Attii *Didascalicon* lib. IX. hæc adducit Charisius *lib.* I. *Quam varia sint genera Poematorum, Bæbi, quamque longe distincta ab aliis nosce.* Ex hisce & iis, quæ ex primo ejus *Didascalico* profert Agellius *lib.* III. *cap.* XI. & quæ Nonius ex ejusdem *lib.* II. profert in *Inimicitiæ*, satis constat in illis libris Attium egisse de generibus poematum & fabularum, ætatibus Poetarum, eorumque interpretatione, quod plane est τῶν *διδασκαλιῶν*, sive *διδασκαλικῶν*.

CAP. XIII.

1. *Historia rerum divisa.* 2. *Disquisitum de libris Aristotelis, quos* de Animalibus *& eorum natura reliquit, & diversi eorum tituli ad idem corpus reducti.* 3. *Disputatum de ejusdem* Problematis, *& libris* *περὶ μακροβιότητος*. 4. *Varii scriptores* historiæ Animalium. 5. *Philetæ ἑρμηνεία.* 6. *Historia locorum, & ejus varii scriptores.* 7. *Variorum περιηγήσεις, & similes libri.* 8. *Varronis Littoralia.* 9. *Hygini προπεμπτικὸν Cinnæ.* 10. *Historia communis.* 11. *Aristotelis ἄτακτα.* 12. *Varia opera & multiplices inscriptiones librorum communis historiæ.* 13. *Sotionis & aliorum κέρας Ἀμαλθείας.* 14. *Pandectæ.* 15. *Eclogarii, Libri περὶ εὑρημάτων ad historiam communem pertinent.* 16. *Attei Philologi Musæ.* 17. *Ejusdem Hyle.*

1. Historia rerum universalis aut particularis. Universalis, quæ omnium rerum historias complectitur, qualis est Platonis *Timæus*, Aristotelis *ἱστορία φυσικὴ*, cujus ipse meminit *περὶ ζώων κινήσεως* cap. II. & Varronis de rerum natura, aliique ejus argumenti libri. Particularis, quæ certarum rerum historias continet, ut animalium, plantarum, & id genus; qualis Aristotelis *περὶ ζώων ἱστορίας*, & *περὶ τῶν ζωικῶν*, cujus meminit Apollonius *συναγωγῇ ἱστορ. θαυμ.* & Athenæus *Deipnosoph.* lib. VII. Idem Apollonius *ἱστορ. θαυμ.* Aristotelem condidisse diversa opera, & τῶν *ζώων*, & τῶν *ζωικῶν*.

2. Sane ingens dissensus scriptorum in numero librorum Aristotelis, quos in hoc argumento composuit. Diogeni Laertio sunt IX. Plinio *lib.* IIX. quinquaginta, Antigono *ἱστορ. παραδ.* LXX. Quæ diversitas inde nata, quod fortasse plures in eodem argumento libros diversi indicis & editionis reliquerat, unde & discrepans ac confusanea istorum laudatio emersit. Seu potius quod totum corpus τῶν *ζωικῶν* veteres Grammatici in varias partes ratione argumenti distribuerant. Nam & Scriptores cum adducunt verba ex istis libris, ratione subjecti, de quo agunt, illos laudant. Athenæus ergo *lib.* VII. *Ἀριστοτέλης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ζωικῷ ἢ περὶ ἰχθύων*. Nempe ea parte τῶν *ζωικῶν*, ubi agit de piscibus. Quare cum idem Athen. citat Aristot. *ἐν τῷ περὶ ἰχθύων*, intelligendum est opus *περὶ τῶν ζωικῶν*, sed ea operis pars quæ est *περὶ ἰχθύων*. Ita apud eundem Athen. *ἐν τῷ περὶ τῶν ζώων ἠθῶν*. Scilicet eo loco ubi de animalium moribus disserit, id est, *Historiæ Animalium* lib. IX. quem ita orditur Aristoteles, *Τὰ δὲ ἤθη τῶν ζώων ἐστὶ, τῶν μὲν ἀμαυροτέρων, καὶ βραχυβιωτέρων*. Simili ratione quem Athenæus citat Aristotelis *περὶ τῶν τῶν ζώων ἠθῶν*, eundem puto cum illo, quem Antigonus *ἱστορ. παραδ.* *περὶ τῆς τῶν ζώων εὐτρεχείας*. Nam & Theophrastus imitatione Aristotelis scripserat *περὶ ζώων φρονήσεως καὶ ἤθους*, ut auctor est Diog. Laert.

3. Eadem controversia in libris *Problematum* Aristotelis. Diogenes Laert. recenset libros *ἐπιτεθεαμένων προβλημάτων* & *ἐκ τῶν Δημοκρίτου προβλημάτων*. Athenæus *lib.* I Antigonus, Agellius, Macrobius *Saturnal.* lib. VII. utuntur testimoniis *φυσικῶν προβλημάτων*. Et idem Agellius *lib.* XX. profert nonnulla ex Aristotelis *encycliis Problematis*, quæ in illis, quæ hodie exstant, leguntur. Varia ergo Aristotelis *Problemata*, unde illa apud Auctores varietas. Ex iis coactum hoc opus *Problematum*, quo utimur, sed multis locis interpolatum: nam nonnulla ab Antiquis laudata in illis reperiuntur, nonnulla vero nusquam comparent.

4. Huc pertinent ejusdem Aristotelis *περὶ τῆς ζωῆς καὶ θανάτου*. *περὶ μακροβιότητος*. Disputabat enim in iis *περὶ Μακροβίων*, aliisque animalium idiomatis historica quadam collectione, cujus indicium faciunt, quæ ex illis producit Apollon. *συναγ. θαυμασ.* & Athenæus *lib.* x. quæ quidem in illo *Commentario*, qui inter Aristotelis libros ea inscriptione prostat, non leguntur. Phasgo quoque *περὶ Μακροβίων* scripsit, ut est apud Diog. Laer. in *Epimenide*. Theophrastus inter omnes maxime hanc historiæ partem excoluit, ut apparet ex indice librorum Theophrasti apud eundem Diog. Laert. Callimachi Grammatici *περὶ ὀρνέων*. *περὶ μετονομασίας ἰχθύων* meminit Suidas, Apollodori *περὶ θηρίων* Atheneus *lib.* XV. Apuleii *de arboribus*. Servius II. *Georg.* Virgil. Democriti *de natura Chamæleontis*

Gellius *lib.* x. Nigidii *de Animalibus* lib. VII. Licinii A
Macri *Ornithogoniæ* Nonius, Fabiani & Trogi *de Animalibus* Charisius.

5. Adde variorum scriptorum ἁλιευτικά, de quibus Athenæus, & Taci περὶ λίθων, & Philetæ Ἑρμηνείαν, licet multa in illo opere παράδοξα. Philetæ testimonio probare conatur Strabo *lib.* III. Μελάγκραιναν, junci genus esse. Antigonus συναγ. ἱστοριῶν παραδόξων. Οὐχ ἧττον δὲ τούτου θαυμαστὸν, τὸ περὶ τὴν ἐν τῇ Σικελίᾳ ἄκανθαν τὴν καλουμένην κάκτον, εἰς ἣν ὅταν ἔλαφος ἐμβῇ καὶ τραυματισθῇ, τὰ ὀστᾶ ἄφωνα, καὶ ἄχρηστα πρὸς αὐλοὺς ἴσχει, ὅθεν καὶ ὁ Φιλήτας ἐξηγήσατο, εἴπας· γηρύσαιτο δὲ νέβρος —— Quæ satis docent, cujus illud opus argumenti fuerit, B quod Philetas conscripserat.

6. Historia, quæ circa locorum descriptionem versatur, aut totius orbis omnia loca enarrat, ut Diogenianus Heracleotes, qui περὶ ποταμῶν, λιμνῶν, κρηνῶν, ὀρῶν & συναγωγὴν καὶ πίνακα ἐν πάσῃ τῇ γῇ πόλεων scripserat. Aut certarum regionum, urbium, & locorum. Suidas recenset Callimachi περὶ νήσων. Κτίσεις νήσων καὶ πόλεων. Περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν, Horapollinis τεμενικά, Polemonis περὶ τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων. περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων, Ammonii περὶ κωμῶν meminit Harpocration *in* θόλος, Polystephani περὶ κρηνῶν *in* Λουτροφόρος, C Heraclidis περὶ νήσων Stephanus ὠλιάρος, Asclepiadæ περὶ ποταμῶν *in* ἀνάζαρβα, Aristotelis περὶ Νείλου, Stabo, Plinius & alii.

7. Adde variorum Auctorum περιηγήσεις, sive *orbis descriptiones*. Antigonus περιήγησιν Macedoniæ scripsit, ut testatur Steph. ἄβαντις, Eumachi περιηγήσεως meminit Phlegon Trallianus περὶ Μακροβίων. Huc pertinent & πίνακες, in quibus descriptio orbis terrarum, sive ut Diog. Laertius in testamento Theophrasti, πίνακες, ἐν οἷς αἱ τῆς γῆς περίοδοί εἰσιν, quorum meminit Strabo, & Stephanus αἶνος, & ἄβδηρα. His adjiciendi variorum scriptorum περίοδοι, λιμένες καὶ περίπλοι. Eudoxi D periodus plurimis Auctorum locis nota. Mnaseæ περίπλου meminit Athenæus *lib.* VIII. Scholiastes Aristophanis laudat Leonis περίπλουν, Suidas Scylacis Caryandensis. Timageti λιμένας citat Scholiastes Apollonii *Argonaut.* III. Timosthenis Strabo *lib.* IX. Similia hisce opera Onesicritus præfectus classis Alexandri, aliique complures reliquerunt, ut testatur Plinius.

8. Varro imitatus Græcos ejusdem argumenti libros *Littoralia* inscripsit, quibus expressit eorum λιμένας. Vicini his argumenti libri τῶν σταθμῶν noti ex Strabone, Athenæo, Plinio & aliis.

9. Hyginus scripsit προπεμπτικὸν Cinnæ. Ex il- E lo nonnulla profert Charisius, qui de argumento indicium faciunt. Puto fuisse descriptionem itineris Cinnæ; ea occasione multa Geographica immiscuit. Quod & Julium Cæsarem fecisse existimarim, illo poemate, quod *Iter* inscripserat. Ejus enim tituli poema reliquisse Cæsarem memorat Suetonius in *ejus Vita* cap. LVI.

10. Adde nunc historiam communem, sive variam & miscellam, quæ in omnibus iis, de quibus egimus, occupata est. Nam & fabulosa veris, & res gestas hominum historiæ naturalium indigesta congerie miscet, unde Aristoteles hujus argumenti opus ἄτακτα inscripserat. F

11. Diogenes Laertius in Catalogo librorum Aristotelis refert Ἄτακτα δεκαδύο. Opus haud dubie varii & miscelli argumenti, quod nulla habita ratione ordinis aut rerum congesserat. Lego & Philetæ ἄτακτα in Athenæi *l.* XI. Et quia in hujusmodi commentationibus multiplicem & confusaneam doctrinam conquisiverant, ideo & titulos inscriptionum ad eam sententiam exquisitos, & proprios convenientesque excogitarunt, quo plerosque recitat Agellius *lib.* XX. *cap.* ult. *Alii, inquit, Musarum inscripserunt; alii sylvarum; ille* κηρίον, *alius* κέρας ἀμαλθείας, *quidam lectionis suæ, alius antiquarum lectionum; atque alius* πινακίδιον, *atque item alius* ἐγχειρίδιον. *Sunt etiam qui Pandectas inscripserunt. Sunt autem qui* στρωματεῖς. *Est qui memoriales titulos fecerit. Est qui studiorum, & περὶ ποικίλης ἱστορίας. Est qui* βιβλιοθήκην. *Est præterea qui pratum: neque desunt, qui indices libris suis fecerint epistolicarum quæstionum, aut confusarum.* Easdem inscriptionum festivitates ridet Plinius in *præfatione Naturalis Historiæ*.

12. Varii argumenti Nicolai Damasceni historia καθολική, & Pamphili λειμών. Erat enim ποικίλων περιοχή, ut Suidas scribit. Συμμίκτων Philemonis meminit Porphyrius *quæstionibus Homericis*. Callistrati σύμμικτα nota ex Athenæi *lib.* III. Phavorini παντοδαπὴν ἱστορίαν laudat Diog. Laert. in *Anaxagora*. Diotini παντοδαπῶν ἀναγνωσμάτων Stephanus περὶ πόλεων. Alexandri περὶ παντοδαπῆς ὕλης idem Steph. κοτυάειον.

13. Agellius *lib.* I. *cap.* VIII. *Sotion ex Peripatetica disciplina haud sane ignobilis vir fuit. Is librum multæ variæque historiæ refertum composuit, eumque inscripsit* κέρας ἀμαλθείας. At Scholiastes Aristoph. *Pluto* laudat Phocionis Peripatetici κέρας ἀμαλθείας, ex eoque nonnulla profert de Laide, aliisque scortis Atheniensibus. Democritus quoque Philosophus scripserat librum, cui index κέρας ἀμαλθείας, ut est apud Diog. Laert. Dorothei *Pandectas* citat Clemens Alexand. lib. I. *Stromaton*.

14. Gellius *lib.* XIII. *cap.* IX. *Tullius Tiro libros de variis atque promiscuis quæstionibus composuit. In his esse præcipui videntur, quos Græco titulo* Πανδέκτας *inscripsit, tanquam omne rerum atque doctrinarum genus continentes.* Ita Hippias opus suum variarum rerum συναγωγὴν inscripserat, cujus mentio apud Athenæum *lib.* XIII. nam & Πανδέκται ex variis collectæ, & Pandectæ Synesio *epist.* C. qui Ciceroni *ad Atticum* Eclogarii, Analectæ Senecæ *epist.* XXVII. De quibus notandus est error doctissimi Viri *Adversariorum* lib. XXIV. cap. XXXIII.

15. Varii item argumenti Stratonis, Scammonis, Theophrasti, & aliorum περὶ εὑρημάτων apud Athen. & Diog. Laert. Rhegini πολυμνήμων apud Nicephorum Callistum.

16. Atteii Philologi libri πινάκων apud Charisium. Cæsellii Vindicis commentaria antiquarum lectionum. Suetonii de rebus variis. Aurelius Opilius, ut scribit Suetonius *de Illustr. Gramaticis*, *composuit variæ eruditionis aliquot volumina, ex quibus novem unius corporis. Qui quia Scriptores ac Poetas sub clientela Musarum judicaret, non absurde & scripsisse & fecisse se ait, ex numero Divarum & appellatione.* Ergo opus suum multijugæ eruditionis imitatione Herodoti Musarum nomine inscripserat, apte ad argumentum.

17. Cujus & Hyle Atteii Philologi, de qua ipsius apud eundem Sueton. verba: *Hylem nostram aliis memento commendare, quam omnis generis coegimus, uti scis, octingentos in libros.*

CAP. XIV.

1. *Historia quasi vera, sive Comœdia aut Tragœdia, & circa eam Grammaticorum studia.* 2. *Eratosth.* περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας. 3. *Theophrasti & aliorum similis argumenti libri.* 4. *Demarati* τραγῳδούμενα.

1. Reliqua est historia quasi vera, Comœdia sive Tragœdia: ita enim secutus Asclepiadem & Ciceronem, qui Comœdiam imaginem veritatis vocat, appello. Hanc sane Grammatici summo studio excoluerunt. Nam antiquas fabulas accurate interpretati sunt, & earum partes, proprietates, leges ac virtutes explicarunt.

2. Quod magna diligentia exsecutus Eratosthenes, ut ex plurimis ejus locis, qui apud Scholiasten Aristophanis extant, apparet. Galenus ἐξήγησις τῶν γλωσσῶν Ἱπποκράτους: Ὅτι γὰρ ἐποίουν οἱ παλαιοὶ πολλὰ τῶν ὀνομάτων αὐτοῖς, δέδεικται μὲν ἱκανῶς καὶ πρὸς Ἐρατοσθένους ἐν τοῖς περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας. Quæ verba docent Eratosthenis lib. περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας, & rerum & verborum, quæ in Veterum Comœdiis occurrebant, enarrationem continuisse.

3. Exstabat & Theophrasti, Chamæleontis Heracleotæ, & Lycophronis περὶ κωμῳδίας, ut tradit Diog. Laert. & Athen. *lib.* VI. & XI. Comœdiæ partes ab Aristophane Grammatico primum distinctas fuisse idem Athen. *lib.* VI. prodit. Galenus quoque, ut ipse testatur, περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων, scripserat librum, in quo disputabat, εἰ χρήσιμον ἀνάγνωσμα τοῖς πεπαιδευμένοις ἡ παλαιὰ κωμῳδία. Suidas auctor Hephæstionem scripsisse κωμικῶν καὶ τραγικῶν ἀπορημάτων λύσεις, & Ptolemæum τὰ ὁμοίως εἰρημένα τοῖς τραγικοῖς. Palamedes vero & alii innumeri κωμικὴν καὶ τραγικὴν λέξιν enarrarunt, ut idem Suidas refert. Herodicus Cratetius opus conscripserat περὶ τῶν κωμῳδουμένων, ut est apud Athen. *lib.* XIII. & Antiochus Alexandrinus περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ κωμῳδουμένων ποιητῶν.

4. Demaratus scripserat τραγῳδούμενα, ut testatur Clemens Alexandrinus in *Protrept.* In iis historias tragicas, & argumenta tragicorum enarrabat. Quod argumentum & Asclepiades ἐν τοῖς τραγῳδουμένοις exsequutus. Heraclides quoque plurimos libros reliquit, qui ad veterem tragœdiam illustrandam faciebant, ut Diog. Laert. in *ejus Vita* scribit. Apud Latinos Varro non minori studio Comicorum scripta exposuit, ut ostendunt ipsius Plautinæ Quæstiones, aliaque ipsius argumenti. Helenius item Acro & Aruntius Celsus Plautum & Terentium commentariis illustrarunt. Hic repetenda sunt, quæ paulo ante de Antiquorum Didascaliis docui. Nam licet hoc genus commentationum temporum rationem docebat, veteris item Comœdiæ enarrationem sectabatur. Hanc & ἱστορία θεατρικὴ spectabat; quam magna diligentia notarunt. Photius in *Bibliotheca* auctor Rufum in sua δραματικῇ ἱστορίᾳ retulisse παράδοξα καὶ ἀπίθανα, καὶ τραγῳδῶν πράξεις, καὶ λόγους, καὶ ἐπιτηδεύματα. Cum vero, ut Plato lib. VII. *de Legibus*, comœdia verbis, cantu, saltatione, & id genus imitationibus exhibita; plenissima autem istorum omnium cognitio Grammatici, siquidem scire debet, ut Ammonius definit, quæ ad Poetas aliosque Scriptores pertinent, Poeseos originem & caussas indagat, poematum genera, illorumque propria perpendit, & quibus Auctoribus eorum singula cœperint, quorum studio propagata sint, eruit, quæ circa actores fabularum, aliosque τεχνίτας τὴν θεατρικὴν μουσικὴν, ut Aristoteles *Polit.* lib. IIX. καταχειρίζομένους, modos item & tibias, aliaque musica instrumenta, & theatrales machinas considerat, totam denique historiam Poeticam exacte docet, de qua Aristot. *de Poetica*, Athen. *Deipnosoph.* lib. XIII. Plutarch. *de Musica*, lib. VI. & IX. *Sympos.* Lucian. περὶ ὀρχήσεως, Scholiast. Pindari *Olymp* Scholiast. Lycophr. Pollux *lib.* IV. Vitruv. *lib.* IX. Eustath. *Proœmio Iliad.* Sed de Poetica hic differere nimis ambitiosæ diligentiæ est.

CAP. XV.

1. Ἱστορικὴ γραμματικὴ φιλολογία. 2. Grammatici & Philologi discrimen. 3. Φιλολόγοι. λογόφιλοι. 4. Stoici λογόφιλοι. 5. φιλολογία, ἱστορικὴ πολυμάθεια. 6. Telephi libri ποικίλης φιλομαθείας. 7. φιλολογία, φιλομάθεια. 8. Philologi πολυΐστορες. 9. φιλολογία, ἡ ῥητορική. 10. Plutarchi Interpres notatus. 11. Eruditio. 12. Humanitas. 13. Agellius fortean emendatus. 14. Litteratura. 15. Litteræ. 16. Cicero explicatus. 17. γράμματα, litteratura. 18. φιλογράμματος. 19. Error Interpretis Diogenis Laertii. 20. Ratio inscriptionis librorum Martiani Capellæ, de nuptiis Philologiæ & Mercurii. 21. φιλολογία, πολυμάθεια.

1. HAnc Grammaticæ partem ἱστορικὴν, proprie φιλολογίαν appellarunt.

2. Sæpe occurrit in antiquis Lapidibus Grammatici Philologi appellatio. Seneca tamen disertim Grammaticum a Philologo distinguit, *epist.* CVIII. *Cum Ciceronis libros de Republica prehendit Philosophus, miratur contra justitiam dici tam multa potuisse, cum Philologus ad hanc lectionem accessit, hoc subnotat, duos Romanos reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Præterea notat, eum, quem nos dictatorem dicimus, & in historiis ita nominari legimus, apud Antiquos Magistrum populi vocatum. Romulum periisse solis defectione. Provocationem ad populum etiam a regibus fuisse. Eosdem libros cum Grammaticus explicuit, primum reapse dici a Cicerone pro reipsa, in Commentarium refert; nec minus sepse, id est, seipse. Deinde transit ad ea, quæ consuetudo seculi mutavit, tanquam quod ait Cicero: Quoniam sumus ab ipsa calce ejus interpellatione revocati; hanc, quam nunc in circo metam vocamus, Antiqui calcem dicebant.* Plane hæc distinctio est Zenonis. Nam & is φιλολογίαν & λογοφιλίαν distinxisse videtur. Stobæus περὶ ἀδολεσχίας: Ζήνων τῶν μαθητῶν ἔφασκε, τοὺς μὲν φιλολόγους εἶναι, τοὺς δὲ λογοφίλους.

3. Φιλολόγους intelligit studiosos historiarum & variæ eruditionis; λογοφίλους, quorum studium in sermone & verbis. Ita Senecæ Philologus rerum & historiarum studiosus. Grammaticus, qui verba captat, & translationes figurasque dicendi observat. Qnanquam Zeno reprehendisse videtur nimis anxiam Stoicorum curam in verbis & sermone. Siquidem vera sententia Clementis Alex. *Strom.* lib. II. τοὺς δὲ τῶν λέξεων ἐχομένους, καὶ περὶ ταύτας ἀσχολουμένους, διαδιδράσκει τὰ πράγματα.

4. Hunc vero Stoicorum morbum Galenus & alii notant, & ipse Seneca scribit Zenonem verba examinare. Utut sit, ex Seneca manifestum, Philologos proprie appellari, qui circa historias, & in earum indagatione ac observatione versantur. Idem Seneca *de morte Claudii: Gaudet illic esse philologus homines, sperat futurum aliquem historiis suis locum.* Ausonius scribit Epitaphia heroum, qui bello Trojano interfuerant, se in Latinum sermonem convertisse, *reperta apud Philologum quendam.* Servius VII. *Æneid.* citat incerti Auctoris Philologiam; historica scilicet commentaria.

5. Photius in *Bibliotheca* ἱστορικὴν πολυμάθειαν vocat Philologiam, ubi ait Ptolemæi περὶ τῆς εἰς πολυμάθειαν καινῆς ἱστορίας λόγους χρησίμους τοῖς περὶ τὴν πολυμάθειαν πονεῖν ὡρμημένοις: & mox φιλολογίαν καὶ πολυμαθίαν conjungit. Ita apud eundem Photium Justinus πολυμαθείας τε καὶ ἱστοριῶν περιρρεόμενος πλούτῳ. Plutarchus lib. V. *Sympos.* probl. II. Polemonem ait πολυμαθῆ, καὶ οὐ νυστάζοντα ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασιν ἄνδρα, ut Arnobius *lib.* V. *Varronem multiformibus eminentem disciplinis, & in vetustatis indagatione rimatorem.*

6. Telephus Grammaticus Pergamenus, ut auctor est Suidas, scripserat libros ποικίλης φιλομαθείας. Qua inscriptione nihil aliud innuebat, quam libros istos variæ & multiplicis eruditionis. Nempe doctrinæ elegantioris omnis generis, quam unusquisque, qui literarum curiositatem amat, scire vellet & desideraret. Hoc Porphyrius

simili modo expressit. Nam qui Telephi περὶ ποικίλης φιλομαθείας, ii sunt Porphyrii περὶ φιλολόγυ ἱϛορίας. Variæ scilicet eruditionis libri. Qualis Phavorini παντοδαπὴ ἱϛορία, Alexandri περὶ παντοδαπῆς ὕλης, de quibus jam egimus. A

7. Hac enim ratione φιλομάθεια est φιλολογία. Nam Philologia omnia illa complectitur, quæ φιλομαθὴς scire optat aut cupit. Philostratus *Apollon.* lib. III. πολυμαθέϛατος καὶ φιλομαθής.

8. Inde Grammatici Philologi πολυΐϛορες appellati, ut Appion & Alexander Milesius apud Suidam. Hyginus apud Suetonium. Varro Logistoricus Sidonio Apoll. *lib.* VII. *epist.* IX. & Polyhistor Charisio. Philologiam Rhetoricæ studia dici observo, apud Plutarchum in *Antonio:* Τοῖς μὲν ἐν Ἑλλησιν ἐκ ἄτοπος ἐδὲ φορτικὸς συνενέχθη τότε πρῶτον, ἀλλὰ καὶ τὸ παῖζον αὐτῷ πρὸς ἀκροάσεις φιλολόγων, καὶ θέας ἀγώνων, καὶ μυήσεις ἔπρεπε. Ακροάσεις φιλολόγων capio auditiones sive declamationes Rhetorum. Nam ἀκροάσεις de publico conventu & frequentia dici jam docui. In his ergo falsus Interpres. B

9. Ita apud eundem Plutarchum φιλολόγος sermonis studiosus & elegantiæ ejus observator, lib. πῶς δεῖ τὸν νέον ποιήματα ἀκούειν: Τὸν μὲν φιλόμυθον μὴ λανθάνειν τὰ καινῶς ἱϛορέμενα, μηδὲ τὸν φιλολόγον ἐκφεύγειν τὰ καθαρῶς πεφρασμένα καὶ ῥητορικῶς. Et eodem lib. φιλολόγος verbi studiosus: Ἐκεῖνο μὲν γὰρ φιλολόγον καὶ ἐκ ἀηδὲς, ὅτι ῥιγεδανὴ κακοθάνατος ἐϛιν εἰδέναι. Ad summam φιλολόγον appellant, quicquid variæ & elegantis ac festivæ eruditionis. Athenæus *lib.* V. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος προσέωκε μὲν ἐν πᾶσι, καὶ φιλολόγος ἐν ταῖς ὁμιλίαις. Studiosum fuisse ait Alexandrum variæ & amœnæ doctrinæ, usque adeo, ut in colloquiis & conversatione cum aliis ea delectaretur. Plutarchus *Sympos.* I. problem. I. Agathonis convivium plures habuisse scribit φιλολόγυς, Socrates, Phædros, Pausanias: & *Lucullo*, in cujus Bibliothecam, quam τῶν μεσῶν καταγώγιον vocat, omnes Græcos convenisse narrat, ipsum Lucullum solitum συσχολάζειν τοῖς φιλολόγοις. Vitruvius *lib.* VII. *Attalicos reges magnis Philologiæ dulcedinibus inductos Bibliothecam instituisse*. Et *lib.* III. *Cum ergo auctas haberem copias disciplinarum, philologis & philotechnis rebus, commentariorumque scripturis me delectans*. Idem *lib.* IX. *cap.* III. postquam de Attio, Lucretio, Cicerone & Varrone locutus: *Non minus*, inquit, *etiam plures Philologi, cum Græcorum sapientibus multa deliberantes, secretos cum his habere videbuntur sermones*. Ergo Philologi omnium bonorum artium & humanitatis periti, unde & libertus Q. fratris Ciceronis Philologus appellatus. C D E

10. Plutarchus *Cicerone*: Νεανίσκον τινὰ πεπραμένον μὲν ὑπὸ τῦ Κικέρωνος ἐν γράμμασιν ἐλευθερίοις, καὶ μαθήμασιν, ἀπελεύθερον δὲ Κοΐντυ τῦ ἀδελφῦ φιλολόγον τὔνομα. Philologia Latinis eruditio. Suetonius *Caligula* cap. LIII. *E disciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit*. Hieronym. *ad Lætam*, Aristotelem eruditum vocat.

11. Quanquam eruditio peritia τῆς κυκλοπαιδείας, quæ latiori appellatione Philologia. Cicero lib. I. *de Finib. Vellem equidem Epicurus fuisset doctrinis instructior: est enim (quod tibi ita videri necesse est) non satis politus iis artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur*. Suetonius *Aug.* c. LXXXVIII. *Deinde etiam eruditione vera repletus, Sphæri, Arei Philosophi contubernium iniit*. Nam hausta cyclopædia Philosophiæ studia aggrediebantur. D. Augustinus *de Ordine* lib. II. cap. XVI. *Quibus si quisque non cesserit, & omnia quæ per tot disciplinas late varieque diffusa sunt, ad unum quoddam simplex verum certumque redegerit, eruditi nomine dignissimus*. Cap. XVII. *Si quis etiam hoc plurimum putat, solos numeros optime noverit, aut solam Dialecticam. Excipit enim hanc eruditionem jam ipsa Philosophiæ disciplina*. F

12. Philologia item humanitas dicitur. Agellius *lib.* XIII. *cap.* V. *Humanitatem appellarunt id propemodum, quod Græci παιδείαν vocant, nos eruditionem institutionemque in bonas artes dicimus*.

13. Ubi veteres libri scribunt, *institutionemque qua bonas artes didicimus*. Cicero pro *Archia: Quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet*.

14. Et literatura. Augustinus *de Ordine* lib. II. *Grammatica, quia ipso nomine profiteri se literas clamat, unde etiam Latine literatura dicitur, factum est, ut quicquid literis memoria dignum mandaretur, ad eam necessario pertineret. Itaque unum quidem nomen, sed res infinita, multiplex, curarum plenior, quam jucunditatis: huic disciplinæ accessit historia, non tam ipsis Historicis, quam Grammaticis laboriosa*. Hinc Cicero *Orat. pro Muræna* literatos & historicos conjunxit: *Tua vero nobilitas literatis & historicis notior est, Pop. vero obscurior*. Tertull. *Apologetico*: *Ptolemæus omnis literaturæ sagacissimus*. Capitolino in *Antonino Pio*, *nitida litteratura*. *L.* I. *C. Theodos. de Decur. urb. R. Quem constiterit studiorum liberalium usu atque exercitatione, & ita esse literis politum, ut citra offensam vitii verba ex eodem procedant*. *Ne autem litteraturæ, quæ omnium virtutum maxima est*. Symmachus *lib.* I. *Philosophorum litteraturam*.

15. Literæ denique pro ipsa παιδείᾳ & litteratura.

16. Cicero *in Pisonem: Sic non solum Philosophia, sed etiam litteris est eruditus*. In *Catone majore*, & lib. IV. *Academ. Quæst. M. Catonem in senectute Græcas literas didicisse*. Hoc vulgo accipiunt, tanquam si Cato senex linguam Græcam didicisset. Sed Græcas literas intellige, Græcorum disciplinas, ita enim Plutarchus in *Catone*: Παιδείας Ἑλληνικῆς ὀψιμαθὴς γενέσθαι λέγεται, καὶ πόῤῥω παντάπασιν ἡλικίας ἐληλακὼς Ἑλληνικὰ βιβλία λαβὼν εἰς χεῖρας.

17. Ita γράμματα pro eruditione & literatura. *Vita Crassi*: Ἦν γὰρ ὅτε φωνῆς, ὅτε γραμμάτων ὁ Ορώδης Ἑλληνικῶν ἄπειρος.

18. Simili modo apud Diog. Laert. φιλογράμματος, eruditus sive Philologus.

19. Male enim Interpres *literatorem* vertit, in *Timone*: φιλογράμματός τε, καὶ τοῖς ποιηταῖς μύθυς γράψαι ἱκανός. Philologos describit Manilius *lib.* IV.

At quibus Erigone duxit nascentibus ævum,
Ad studium ducit mores, & pectora doctis
Artibus instituit: nec tam compendia census,
Quam causas viresque dabit perquirere rerum.
Illa decus linguæ faciet, regnumque loquendi,
Atque oculos mentis, qua possit cernere cuncta,
Quamvis occultis naturæ condita caussis.

Sub eadem enim genitura collocat Ptolemæus φιλολόγυς, φιλογραμμάτυς, δὲ χαρίτας τῷ λόγῳ. Sed ut semel statuam quod jam multis docui, Philologia proprie est peritia linguarum, & ἁπάσης ἀρχαιολογίας cognitio. Quæ cum pluribus artibus, & multarum rerum scientia exuberet, Polymathia appellata est, amplexa omne studiorum genus. Quod si suos cuique professioni terminos statuamus, litteratura in scriptorum interpretatione fines suos norit. Sed illa, ut Quinctilianus ait, *tenuis a fonte assumtis Poetarum & Historicorum viribus, pleno jam satis alveo fluit, cum præter rationem recte loquendi prope omnium maximarum artium scientiam amplexa sit*.

20. Hæc est illa Philologia, quæ apud Martianum Capellam nubit Mercurio. Nam libros, quibus disciplinas liberales, seu, ut ipse ait, di-

ſciplinas cyclicas, id eſt, ἐγκυκλοπαιδείαν tradidit, de nuptiis Mercurii & Philologiæ inſcripſit, & *lib.* I. *Jampridem*, inquit, *ſentio Philologiæ amore torreri Mercurium, ejuſque ſtudio comparatas habere quamplurimas in famulitio diſciplinas, fandi venuſtatem, elegantiam pingendi, totum certe quicquid comit decorem Gratiarum.* Et ſtatim: *Philologia cœlum tartarumque diſcutere, ac deorum omnium ſedes perſcrutatione tranſire, ac ſyderum multitudinem numerare conſuevit.* Vides Philologiam complecti omnes artes. Galenus vero προτρεπτικῷ ἐπὶ τὰς τέχνας Mercurium ait λόγου δεσπότην, καὶ ἁπάσης τέχνης ἐργάτην, & ſimulacrum ejus cingi omnium opificum corona fingit; proximos deo liberalium artium Profeſſores, quos ſequuntur pictores, plaſtæ & id genus; hos denique alii omnes, qui artes aliquas exercent: Πάντες δὲ, inquit, πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσι κοινὸν, τῷ παρ' αὐτοῦ προστάγματι πειθόμενοι. Recte ergo Mercurius & Philologia connubio junguntur. Hanc rationem ſequitur moroſiſſimus Auctor in operis ſui inſcriptione. Sozomenus *Hiſtoriæ Eccleſiaſt.* lib. V. Ἀπολλινάριος τῇ πολυμαθίᾳ χρησάμενος, ἀντὶ μὲν τῆς Ὁμήρου ποιήσεως ἐν ἔπεσιν ἡρώοις τὴν Ἑβραϊκὴν ἀρχαιολογίαν συνεγράψατο, ἐπραγματεύσατο δὲ καὶ τοῖς Μενάνδρου δράμασιν εἰκασμένας κωμῳδίας, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐκ τῶν θείων γραφῶν τὰς ὑποθέσεις λαβὼν τῶν ἐγκυκλίων καλουμένων μαθημάτων, ἐπενόησε ἰσοδυνάμους πραγματείας, φράσει τε οἰκονομίᾳ ὁμοίᾳ τοῖς παρ' Ἕλλησιν ἐν τούτοις εὐδοκιμήσασιν.

21. Tribuit Apollinario πολυμαθίαν & peritiam ἐγκυκλίων μαθημάτων, quem tamen ſolis Philologiæ ſtudiis excelluiſſe narrat. Ita Sueton. *de Illuſtr. Grammat.* Attejum Philologi appellationem adſumſiſſe, *quia ſicut Eratoſthenes, qui primus hoc cognomen ſibi vindicavit, multiplici variaque doctrina cenſebatur.* Nullus vero in omni Antiquitate Imperatorum, Principum, & Philoſophorum, quorum ingenia amœnitatem & leporem ſtudiorum ferre potuerunt, quin magna alacritate Philologiam amplexus ſit, uſque adeo ut plerique illorum ingenii ſui monumentis eam illuſtrarint. Quo quæſo ſpectant Jul. Cæſaris, Auguſti, aliorumque poemata & id genus argumenta lepida & jucunda. Varronis libri Logiſtorici. Ariſtotelis περὶ μέθης. Μαγικός. Παίαν. Galeni εἰ ἡ φιλολογία χρήσιμος εἰς τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν. Sed ſatis eſt provocaſſe ad teſtimonia illorum, qui Illuſtrium Virorum vitas enarrant, & monumenta ab illis relicta produnt. Si qua igitur titulis fides, horum cultu & ſtudiis dignitas Philologiæ efflorеſcit, quam nemo deſerit, niſi qui arcti & compreſſi animi, per naturæ iram, quod Græci dicunt, ταῖς χάρισιν οὐκ ἔθυσε.

CAP. XVI.

1. Κριτική. Ejus nobilitas. 2. Galeni liber, εἰ δύναταί τις εἶναι κριτικὸς καὶ γραμματικὸς, & Cornelii Nepotis ſimilis argumenti. 3. Κριτικὴ definita & diviſa, & 4. de altera ejus parte, judicio. 5. ἔκκριτοι, ἐγκύκλιοι. 6. Fraus librariorum in ſupponendis adulterinis ſcriptoribus. 7. Plurimi libri falſis auctoribus inſcripti. 8 Cauſæ iſtius erroris. 9. Demetrii Magneſii περὶ ὁμωνύμων. Ejus nomen repoſitum Dionyſio Halicarnaſſ. 10 Quibus modis Critici auctoribus ſcripta ſua vindicarint. 11 Varronis liber περὶ χαρακτήρων. 12. Emendatores nomen ſuum adſcribebant libris quos correxerant 13. Indices librorum vulgati a Grammaticis. 14. Callimachi πίναξ παντοδαπῶν συγγραμμάτων. 15. Iſtius operis methodus. 16. Mos colligendi numerum verſuum in recenſione librorum. 17. Telephi βιβλιακῆς ἐμπειρίας libri. 18. Libros conquirere & inſtruere Bibliothecas Grammaticorum. 19. Quomodo capiendum apud Strabonem Ariſtot. primum libros collegiſſe & docuiſſe reges Ægypti bibliothecam inſtruere. 20 Quomodo Plato dicatur primus dialogos ſcripſiſſe. Grammatici bibliothecis præfecti. 21. Critici recitationibus poetarum adhibiti. 22. πένταθλοι. Heſychius emendatus.

1. Tertia Grammaticæ pars κριτική, quæ omnium nobiliſſima; ideoque huic totam Grammaticam ſubjecit Tauriſcus, ut refert Sextus Empiricus Philoſophus *adverſus Mathematicos*, qui eadem ratione τὴν κριτικὴν τὸ ἰδιαίτερον μέρος τῆς γραμματικῆς vocat.

2. Galenus περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων teſtatur ſe ſcripſiſſe librum tali indice, εἰ δύναταί τις εἶναι κριτικὸς καὶ γραμματικός. In quo libro diſſeruiſſe videtur de Critices dignitate, perinde ac ſi illa dignior & eminentior, quam ut Grammaticæ pars cenſeri debeat, a qua merito diſcreta profeſſio, quæ liberrimo excurſu in omnes diſciplinas tranſit. Huic Galeni commentationi argumenti ſimilitudine conſenſiſſe videtur Cornelii Nepotis liber, quo diſtinguebat literatum ab erudito. Hoc enim indice Nepotis iſte liber notus teſtimonio Sueton. *de Illuſtr. Grammat.*

3. Κριτικὴν ita definit Sextus Philoſophus: Ἰδιαίτερον δὲ τὸ μέρος τῆς γραμματικῆς, καθ' ὃ τοὺς ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς ἐπισκοποῦσι, καθὸ τὰ ἀσαφῶς λεγόμενα ἐξηγοῦνται, τά τε ὑγιῆ καὶ τὰ μὴ τοιαῦτα κρίνουσι, τά τε γνήσια ἀπὸ τῶν νόθων διορίζουσιν. *Præcipua & propria Grammaticæ pars, qua conſiderant Poetas alioſque Scriptores, quatenus explicant obſcure ab iis dicta, & quæ bona & ſana apud ipſos judicant, & vera ac germana ab adulterinis diſtinguunt.* Martianus Capella *de Grammatica*: *Officium vero meum fuerat docte ſcribere legereque. Nunc etiam illud acceſſit, ut meum ſit erudite legere probareque. Quæ duo mihi vel cum Philoſophis, Criticiſque videntur eſſe communia.* Lib. *de Dialectica*, ubi recenſet normas diſciplinarum: *Quinta de judicando, quæ pertinet ad judicationem Poetarum & Carminum.* Auguſtinus *de Muſica* lib. III. *Poetarum judices Grammatici.* Lib. II. *de Ordine* cap. XIV. *Sic ab ea* (Muſica) *Poetæ geniti ſunt. Et quoniam de prima illa diſciplina* (Grammatica) *ſtirpem ducebat, judices in eos Grammaticos eſſe permiſit.* Euſtathius *in Iliad.* β. κριτικοὺς, οἳ κατὰ τὴν γραμματικὴν παράδοσιν εἰδότας κρίνειν τὰ ποιήματα. Vide Diomedem *lib.* II. Duas Criticæ partes præcipuas reperio, quarum hæc eſt, qua velut Cenſores de Auctoribus judicabant, ſua cuique opera vindicabant, vera & germana a ſuppoſiticiis diſcernebant, & omnium Scriptorum quaſi quendam cenſum agebant.

4. Hanc itaque partem recte judicium dixeris, alteram emendationem. Nam licet etiam in emendatione potiores judicii ſint partes, tamen ut illud in recto de Auctoribus judicio, ita hæc in eorum emendatione tota eſt. Quinctilianus *lib.* I. *cap.* V. *Judicio tam ſevere uſi ſunt veteres Grammatici, ut non verſus modo cenſoria quadam virgula notare, & libros qui falſo viderentur inſcripti, tanquam ſubditios ſubmovere familia permiſerint ſibi; ſed Auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero.*

5. Quorum hi ἔκκριτοι, illi ἐγκύκλιοι, hoc eſt, ut Priſcianus *lib.* XVIII. in ordinem redacti & abjecti, atque extra ordinem ſive egregii. Apud eundem Quinctil. *lib.* X. *Apollonius in ordinem a Grammaticis datum non venit, quia Ariſtarchus atque Ariſtophanes Poetarum judices, neminem ſui temporis in numerum redegerunt.* Ita *l.* I. ſcribit *Ariſtophanem Grammaticum primum negaſſe, ὑποθήκας eſſe Heſiodi, Iſocratem vero & Ariſtotelem eaſdem illi attribuiſſe:* quas Scholiaſtes Pindari *Pyth.* ad Chironem Auctorem refert. Palæmon apud Suetonium glo-

A riatur: *Nomen suum non temere in Bucolicis positum, sed præsagiente Virgilio fore quandoque omnium poetarum & poematum Palæmonem judicem.* Horatius *lib.* II. *epist.* I.

Ennius & sapiens, & fortis, & alter Homerus
Ut Critici dicunt.

Hieronymus *Epist. ad Magnum Orat. Quid loquar de Philone, quem vel alterum Judæum Platonem Critici pronunciant.* Athenæus *lib.* III. Δοκεῖ ἂν ἐμοὶ αὐτοῦ τοῦ Εὐθυδήμου εἶναι τὰ ποιήματα. καὶ ὁ Διονυσιοκλῆς ἔφη. ὅτι μὲν ἐστὶ τὰ ποιήματα ὑμῶν ἐστὶ κρίνειν τῶν δοκιμωτάτων γραμματικῶν. *Videtur igitur mihi* B *poema esse Euthydemi. Tum Dionysiocles inquit: Cujus sint poemata vestrum est judicare, qui estis probatissimi Grammatici.* Et *lib.* II. ait Grammaticos negare poema *de nuptiis Ceycis* esse Hesiodi: Ἡσίοδος ἐν Κήϋκος γάμῳ, κἂν γὰρ γραμματικῶν παῖδες ἀποξενῶσι τοῦ ποιητοῦ τὰ ἔπη ταῦτα. Utilis autem inprimis & necessaria hæc Criticorum sollertia & studium in discernendis Auctorum libris.

6. Veteres enim librarii titulis librorum valde imposuerunt, ut videre est ex Galeno περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων. Nam aut lapsi inscitia, aut ut pretium librorum augerent, clarissimis quibusque Aucto- C ribus eos inscribebant. Ita magnis Scriptoribus spurios fœtus suppositos fuisse videmus.

7. Galenus I. *de Alimentis*. Hippocratis librum *de ratione victus* ad varios Auctores referri scribit, & passim multos Hippocratis libros nothos arguït. Erotianus procemio τῆς συναγωγῆς τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων, librum προῤῥητικῶν I. & II. Hippocratis non esse adfirmat. Axiochum dialogum Platoni inscriptum Æschinis Socratici esse testatur Suidas Ἀξίοχος, & Αἰσχίνης. Ita aliis quoque Platonis *dialogis natalium* controversia movetur, uti etiam quamplurimis Aristotelis libris. Nam præter illa, quæ minime ambigua ejus opera enumerat Diog. D Laertius, multa etiam alia tribui illi scribit: Τὰ ὅσα γε ἀναμφίλεκτα, πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται συγγράμματα αὐτοῦ. Andronicus negabat librum περὶ ἑρμηνείας esse Aristotelis, ut auctor est Ammonius, & de I. *Meteoron* antiquitus dubitatum ex Olympiodoro constat. Simplicius in III. *de Cœlo*, librum περὶ ἀτόμων γραμμῶν nonnullos Theophrasto tribuisse scribit. *Ethica ad Nicomachum* non Aristotelis, sed Nicomachi ejus filii apud Ciceronem V. *de Finibus* legimus. Libros quoque *de Rhetorica* ambiguos hæc Quinctiliani docent: *Non dissentit*, inquit, *Theodectes, sive* E *ipsius id opus sit, quod de Rhetorica nomine ejus inscribitur, sive ut creditum est, Aristotelis.* Plutarchus *Aristide* extremo librum περὶ εὐγενείας, cujus & Diogenes meminit τοῖς γνησίοις Aristotelis adnumerare ambigit. Democriti librum, cui index μέγας διάκοσμος, Theophrastus ajebat esse Leucippi, ut est apud Diog. Laertium; qui solus testis esse poterat, quam multi libri falsis & suppositiciis Auctorum titulis invulgati fuerint. Nam singulis fere Philosophorum vitis plurima ipsorum opera adulterina aut ambigua narrat. Athenæus *lib.* VI. Chamæleontis Pontici περὶ ἡδονῆς sub nomine Theophrasti circumlatum scribit, & *lib.* XIII. multas F olim orationes falso Lysiæ attributas fuisse. Columella *lib.* VII. *cap.* V. de Agricultura Doli Myndesii ὑπομνήματα sub nomine Democriti falso prodi. Idem obtinet in Latinorum scriptis; cumprimis Patrum, quorum libros dubiæ fidei infinitum sit referre. Ne sacri quidem libri hanc varietatem effugere potuerunt. Tertium *Maccabæorum* alii Josepho, alii Philoni Alexandrino adscribunt; ita aliorum quoque, quorum fidem Ecclesia timet, diversi Auctores laudantur.

8. Hujus vero erroris sive varietatis tres potissimum caussæ videntur, quarum prior: plurium Auctorum ὁμωνυμία, secunda similis argumenti tractatio, tertia denique precium librorum. Auctor *Vitæ Hippocratis* magnam dissensionem de ejus scriptis ait, minus vero securum aliquid certi de iis pronunciare, cum multæ caussæ sint, quæ judicium fallere possint, inter alia vero ἐπωνυμία. Apud Eusebium Προπαρασκ. Εὐαγ. lib. XI. Aristotelis nomen falso subrepsit fragmento quod Aristotelis nomine adducit, in quo fit mentio Aristoxeni Musici, quem Aristotelis discipulum fuisse ex Suida notum. Fons erroris ὁμωνυμία Aristotelis & Aristoclis, cujus verba sunt, quæ inibi leguntur. Vide Suidam Ἀριστοκλῆς. Galenus *Comment.* III. ἐπιδημιῶν, Hippocratis librum προῤῥητικῶν non Hippocratis Coi esse, sed Hippocratis Heraclidis filii, cui & *Aphorismos* tribui indicat.

9. Huc pertinet Demetrii Magnesii περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν καὶ συγγραφέων. Hoc enim titulo liber iste citatur a Diogene Laert. in *Epimenide* & *Aristotele*. Quare cum Harpocration *in* Ἰσαῖος laudat Demetrii περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν, Dionysius Halicarnasseus ὑπομνήμ. περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων, Demetrii περὶ τῶν ὁμωνύμων ῥητόρων, idem illud Demetrii Magnesii opus intelligendum. Apud Dionysium vero male scribitur, Δῆμος ὁ Μάγνης. Ubi emendandum, Δημήτριος ὁ Μάγνης. In illo opere Demetrius τῶν ὁμωνύμων συγγραφέων vitam enarrabat, & de eorum scriptis disserebat, ut patet ex Diog. Laertii *Hippaso*, *Philolao*, *Xenophonte*, Athenæi *lib.* XIII. & Plutarchi *Demosthene*. Scholiastes Demosthenis citat & Dionysii Sinopensis περὶ ὁμωνύμων. Ammonius *proœmio in Categorias* refert Aristoteli non paucos spurios libros adscriptos fuisse propter nominis similitudinem, cum plurimi ejus cognomines fuerint; deinde διὰ τῶν συγγραμμάτων ὁμωνυμίαν. Complures enim Aristotelis discipuli æmulatione incitati eadem cum ipso argumenta tractare ambierunt. Quod familiare fuisse Philosophis observo apud Diog. Laert. Scribit enim Democritum ζηλωτὴν τῶν Πυθαγορικῶν, admirari Pythagoram ἐν τῷ ὁμωνύμῳ συγγράμματι. Intelligo opus ejusdem argumenti & inscriptionis: quale & Pythagoras, aut Pythagorei reliquerant. Addit eodem loco Ammonius, Ptolemæum Philadelphum, studiosum Aristotelis, multos precio induxisse, ut libros Aristoteli falso inscriberent. Galenus *Comment. in Hippocratis de Natura humana*: Opera Auctorum falsos titulos præferre cœpisse a temporibus regum Alexandriæ & Pergami, inter quos ingens certamen in coemendis Veterum libris. Cum itaque majus precium librorum, quibus antiqui Auctoris nomen præfixum, hinc natum ut multis scriptoribus spurii librorum fœtus suppositi sint. Dio Chrysostomus *Orat.* περὶ κάλλους refert miram librariorum fraudem, qua vilissimos quosque recentium libros abdere soliti frumento, ut situm contraherent, atque ita pro antiquis majori precio venderent. Hic ergo emergit κριτική, quæ legitimos fœtus tollit, & Auctoribus suis vindicat, spurios vero & monstrosos aut necat, aut alienæ adoptioni relinquit.

10. Critici vero in dijudicandis auctorum libris præcipue judicii norma usi, discernentes sermonis characterem, & docendi modum; sententiarum sive dogmatum consensum notantes, & si qua ejus mentio facta simili inscriptione & argumento ab ipso scriptore cui tribuitur, aut alio quodam receptæ auctoritatis aut probatæ fidei auctore. Simplicius *proœmio in prædicamenta Aristot.* Ὅτι δὲ γνήσιον τοῦ φιλοσόφου τὸ βιβλίον, μάλιστα μὲν ἡ τῶν ἐννοιῶν πυκνότης, καὶ τὸ συνεστραμμένον τῆς φράσεως δηλοῖ, καὶ τὴν νοερὰν τοῦ Ἀριστοτέλους προιόντος

δύναμιν, καὶ αὐτὸς δὲ μέμνηται βιβλίου ἐν ἄλλοις δέκα κατηγορίας αὐτὸ καλῶν, καὶ οἱ σπουδαιότεροι τῶν ἑταίρων ὡς γνήσιον ἀπεδέξαντο τὸ βιβλίον. Ammonius *in Categorias*: Ἐκρίθη δ' ὑπὸ τῶν ἐξηγητῶν, κατηγοριῶν μὲν τοῦτο εἶναι γνήσιον τοῦ Ἀριστοτέλους, ἐκ τῶν νοημάτων καὶ τῆς φράσεως, καὶ τὸ ἀεὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πραγματείαις μεμνῆσθαι τούτου τοῦ βιβλίου τὸν φιλόσοφον. Iisdem argumentis Ammonius librum περὶ ἑρμηνείας Aristoteli vindicat: Πρὸς δὲ τὸ γνήσιον εἶναι, inquit, τοῦ φιλοσόφου τὸ βιβλίον οὐδεὶς ἠξίωσε, τῶν περὶ τὰ συγγράμματα τοῦ Ἀριστοτέλους ἐσπουδακότων ἀμφιβαλεῖν, εἰς τὸ πιθανὸν ἀποβλέπων τῆς ἐπαγγελίας, καὶ εἰς τὴν ἔντεχνον καὶ κεκομψευμένην καὶ τῷ φιλοσόφῳ συνήθη τῶν ἐν αὐτῷ παραδεδομένων θεωρημάτων διάθεσιν, καὶ τὴν πρὸς τὰς ἄλλας αὐτοῦ πραγματείας ὁμολογίαν. Dionysius Halicarnass. summus Criticus, secutus judicii ἀκριβείαν multa legitima opera Auctoribus suis vindicat, & nothis liberat, atque in eo laborasse veteres Criticos docet ὑπομνήμ. περὶ ἀρχαίων ῥητόρων, inprimis eo loco ubi de Dinarcho agit. Operæ esse, inquit, περὶ τοῦ χαρακτῆρος αὐτοῦ διελθεῖν, καὶ διορίσαι τούς τε γνησίους καὶ ψευδεῖς λόγους, quos illi Callimachus, & alii Grammatici adscripserant. Galenus περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων scribit quendam peritum τῆς πρώτης παιδείας emisse librum indice nominis Galeni nobilem, & postquam primos versus legisset, ex nota styli definiisse librum non esse ejus Auctoris, cujus titulum præ ferret. Idem Galenus *Comment. in Hippocratis* ἐπιδημιῶν ait, χαρακτῆρα libri VI. longe abire ab eo, quo lib. I. & III. usus, quos omnes unanimi consensu ab Hippocrate ultimam manum recepisse asserunt; ex reliquis V. & VII. nothos esse. Vide eundem *Comment.* I. *in Hippocrat. de natura humana*. Simplicius *Prolegomenis in Categorias* Aristotelis ex Adrasto: Φέρεται καὶ ἄλλο κατηγοριῶν βιβλίων, ὡς Ἀριστοτέλους, καὶ αὐτὸ ὂν βραχὺ καὶ σύντομον κατὰ τὴν λέξιν. M. Varro, ut refert Agellius *lib.* III. *cap.* III. *unam & viginti Comœdias Plauti esse censuit, quæ inde Varronianæ appellatæ, adductus stilo & sermonis facetia. Plauto congruentes quasdam alias probavit, & Plauto vindicavit. Et cum nomine Plauti* CXXX. *ferrentur L. Ælius* XXV. *ejus solas esse existimavit*.

11. Huc pertinet Varronis liber περὶ χαρακτήρων, cujus meminit Charisius. Cicero lib. IX. *Epist. ad Famil.* commendat Servium fratrem Pæti literatissimum, *quod facile diceret hic versus Plauti non est, hic est, quod tritas haberet aures notandis generibus Poetarum & consuetudine legendi.* Collatione dogmatum censet Proclus *Epinomin*, sive *de Philosophia dialogum* Platonis non esse: scripserat enim in *Timæo*, terram deorum antiquissimam sedem, quod in *Phædone* quoque adfirmat. At in *Epinomide* cœlum deorum domicilium ait. Atqui hæc quidem secuti certiora indicia & argumenta; licet Auctor *Vitæ Hippocratis* judicium facile falli scribat, quod loquendi characterem etiam alii servare aut effingere possint, & quod aliquis ratione ætatis fortiori aut remissiori dicendi genere utatur. Adde minus certa: divinationem de scripti cujusque ætate, quam ex scriptura colligebant, & correctoris auctoritatem.

12. Solebant enim correctores nomen suum adscribere. Galenus *Comment.* II. *in* III. *Hippocratis* ἐπιδημιῶν, in Ptolemæi Bibliotheca repertum tertium librum ἐπιδημιῶν Hippocratis ἐπιγεγραμμένον, τὸ ἐκ πλοίων κατὰ διορθωτὴν Μνήμονα Σιδίτην. Interdum ipsi Scriptores notas quasdam adponebant ad certitudinis indicium. Diog. Laert. *Epicharmo*: Καὶ παρασιχίδα γε τοῖς πλείοσι τῶν ὑπομνημάτων πεποίηκεν, οἷς διασαφεῖ ὅτι αὐτοῦ ἐστι τὰ συγγράμματα.

13. Magno autem studio Grammatici in Auctores & eorum opera inquirebant, & indices librorum publicabant, quales compluresolim in manibus eruditorum fuisse indicio est Diog Laertius, & Dionys. Halicarnass. περὶ ἀρχαίων ῥητόρων. Adrasti περὶ τῆς τάξεως τῶν Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων laudat Simplicius *Prolegomenis in Categorias Aristotelis*. Plutarchus in *Sylla* auctor est Andronicum Rhodium vulgasse indices librorum Aristotelis. Suetonius *de Illustr. Grammat.* Aurelii Opilii *cognomen in plerisque indicibus per unam literam scribi*. Πίναξ librorum Hippolyti apud Eusebium *Hist. Ecclesiasticæ* lib. VI. cap. XXI. Hieronymus in *Origene* scribit se edidisse indicem operum Origenis, & contulisse illa scriptis Varronis. Ejus argumenti & Varronis liber *de Comœdiis Plautinis*.

14. Callimachus Grammaticus scripserat πίνακα παντοδαπῶν συγγραμμάτων. Opus nobile veterum Criticorum testimoniis, a quibus citari video Callimachi πίνακα τῶν Δημοκρίτου συνταγμάτων, & πίνακα τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων, quæ ad idem opus referenda existimo. Disputabat autem Callimachus in hoc suo opere de inscriptione librorum, & legitimos fœtus Auctoribus suis vindicabat, ut apparet ex iis, quæ passim Athenæus ex Callimachi πίνακι adducit, ut *lib.* II. Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐν Ἀσίας περιηγήσει, εἰ γνήσιον τοῦ συγγραφέως τὸ βιβλίον. Καλλίμαχος γὰρ αὐτὸ ἀναγράφει Νησιώτου. Perlegesin Asiæ Auctore Hecatæo Milesio notam Callimachum inscripsisse Nesiotæ cuidam inquit. Scilicet ἐν πίνακι. Hoc enim opus Callimachi innuit Athenæus.

15. In quo hanc methodum sequebatur. Primo Auctoris nomen & operis inscriptionem indicabat, deinde recitabat libri initium, denique numerum versuum collectum adsignabat. Hoc colligimus ex illis Athenæi *lib.* XIII. Ἀνέγραψεν αὐτὸν Καλλίμαχος ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν νόμων, καὶ ἀρχὴν αὐτοῦ τήνδε παρέθετο, ὅδε ὁ νόμος ἴσος ἐγράφη καὶ ὅμοιος στίχων τριακοσίων εἴκοσι τριῶν. Hanc rationem servasse Callimachum ἐν πίνακι παντοδαπῶν συγγραφέων ex ejusdem Athenæi *lib.* IV. patet. Quam & Diogenes Laertius in enumeratione aliquot operum Philosophorum sequitur, & Demetrius Magnesius ἐν ὁμωνύμοις. Diog. *Vita Philolai*: Τοῦτόν φησιν Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις πρῶτον ἐκδοῦναι τῶν Πυθαγορικῶν περὶ φύσεως, ὧν ἡ ἀρχὴ ἥδε, φύσις δὲ ἐν τῷ κόσμῳ ἁρμόχθη.

16. Vulgatus autem ille mos subnotandi numerum versuum in recensione cujusque scripti ex Diog. Laert. *Timone* aliisque locis, item Galeno & D. Hieronymo liquet, quod & in libris sacris usitatum, ut apparet ex subscriptione *Evangelii* D. Marci, & *Epistolis* Pauli. Aristophanes autem Grammaticus in istud Callimachi opus τῶν πινάκων plures libros condidit, ut patet ex Athenæi *lib* IX.

17. Huc pertinent Telephi Grammatici libri βιβλιακῆς ἐμπειρίας, ἐν οἷς, inquit Suidas, διδάσκει τὰ κτήσεως ἄξια βιβλία.

18. Libros enim conquirere, & instruere Bibliothecas, proprium Grammaticorum. Suidas auctor Tyrannionem Grammaticum comparasse Romæ βιβλία ὑπὲρ τὰς τρεῖς μυριάδας, & Epaphroditum Chæronensem XXX. M. optimorum librorum collegisse. Quo pertinet illud Ausonii *ad Philomusum*:

Emtis quod libris tibi Bibliotheca referta est,
Doctum & Grammaticum te Philomuse putas.

19. Primum Aristotelem apud Græcos Bibliothecam composuisse, Strabo *lib.* XIII. scribit: Πρῶτος Ἀριστοτέλης, ὧν ἴσμεν, συναγαγὼν βιβλία, καὶ διδάξας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ βασιλέας βιβλιοθήκης σύνταξιν.

Pri-

Primus Aristoteles, quantum nobis constat, libros collegit, & Reges Ægypti docuit Bibliothecam instruere. At Athenæus *lib.* I. ubi Laurentii studium in condendis Bibliothecis & librorum cura commendat, superasse ipsum ait Polycratem Samium, Pisistratum tyrannum, Euclidem, & Euripidem Poetam. Hos ergo librorum collectione illustres narrat, majores ætate Aristotelis. Sed Aristotelem plures coegisse & selectiores, & aptiori ordine Bibliothecam disposuisse existimarim, quam ante ipsum alii fecerant, ideoque ut celeberrimum hoc instituto & præcipuum a Strabone memorari.

20. Simili ratione Plato primus *Dialogos* scripsisse dicitur, cum tamen ante ipsum Zenonem Eleatem & Alexamenum Tejum idem fecisse memoriæ proditum. Sed Plato, ut Diog. Laert. tradit, ἀκριβώσας τὸ εἶδος τὰ πρωτεῖα δικαίως ἀποφέρε). Speusippi libros tribus talentis emisse Aristotelem, & de Bibliothecis (quo titulo & Varro apud Romanos librum reliquit) scripsisse Diog. Laert. prodit. Hinc capiendum quod Strabo ait, Aristotelem docuisse Reges Ægypti Bibliothecas instituere. Sive hoc opere, quo ordinem & rationem instituendæ Bibliothecæ præscripserat, sive suo exemplo; quod secuti Aristotelis judicium & ordinem illi servatum. Nam Ptolemæus Philadelphus Aristotelis Bibliothecam a Neleo emit, ut refert Athenæus *lib.* I. Neque enim aliter Ptolemæum docere potuit, quippe qui ævo prior.

21. Ob hanc ergo librorum peritiam Grammatici Bibliothecis præfecti. Alexandrinæ Bibliothecæ præfuit Demetrius Phalereus, quem Tertullianus *Apologetico*, *Grammaticorum probatissimum* vocat, *Ptolemæorum eruditissimus*, inquit, *cum studio bibliothecarum Pisistratum æmularetur, ex suggestu Demetrii Phalerei, Grammaticorum probatissimi, cui præfecturam mandaverat*. Postea Zenodotus Grammaticus eidem Bibliothecæ præfectus fuit, ut tradit Suidas. Simili modo Augustus Imperator Bibliothecæ Palatinæ delegit Criticos, qui librorum quasi quendam senatum legebant, ne qua ineptissimorum hominum scripta in ea reponerentur. Horum sæpe meminit Horatius. C. Melissum Grammaticum *curam ordinandarum Bibliothecarum in Octaviæ porticu suscepisse* Suetonius refert, qui & C. Julium Hyginum *Grammaticæ studiis clarum*, *Palatinæ Bibliothecæ præfuisse* scribit. Pompejo item Macro Augustum Bibliothecas ordinandas delegasse idem Sueton. in *Augusto*, & Dionysium Grammaticum, qui Romæ docuit, Bibliothecis prefuisse auctor est Suidas.

22. Poetarum quoque recitationibus, quibus de coronis aliisque præmiis contendebant judices literati, & Critici adhibiti, de quibus lepidissima est narratio apud Vitruvium *Proœmio lib.* VII. Scholiastes Horatii ad illa *lib.* I. *sat.* x.

Quæ nec in æde sonent certantia judice Tarpa.

Metius Tarpa fuit judex Criticus, auditor assiduus poematum & poetarum in æde Apollinis seu Musarum, quo convenire solebant poetæ, suaque scripta recitare, quæ nisi a Tarpa, aut alio Critico, qui numero erant quinque, probarentur, in scenam non deferebantur.

23. Tales apud Athenien. πεντε κριταὶ, τοσοῦτοι τοῖς κωμικοῖς, οὐ μόνον Ἀθήνησιν, ἀλλὰ καὶ ἐν Σικελίᾳ.

24. Ita enim emendandum apud Hesychium, ubi vulgo corrupte legitur, πεντεκοῖται. Vide Zenobium & Suidam ἐν πέντε κριτῶν γόνασι κεῖται, τῶν τραγῳδῶν κριτῶν meminit Plutarchus in *Cimone*, quem vide *Sympos.* lib. v. probl. II. & lib. II. *de Fortuna Alexandri*, Agell. *lib.* x. *cap.* XVIII. Sueton. in *Claudio* cap. XI. *Comœdiam Græcam Neapolitano certamine docuit, ac de sententia judicum coronavit*. Vetus Inscriptio:

HIC. CVM. ESSET. ANNORVM.
XIII. ROMÆ. CERTAMINE.
JOVIS. CAPITOLINI. LVSTRO.
SEXTO. CLARITATE. INGENI.
CORONATVS. EST. INTER.
POETAS. LATINOS. OMNIBVS.
SENTENTIIS. JVDICVM.

CAP. XVII.

1. *De altera Criticæ parte, emendatione*. 2. *Multa a Criticis in Homero reprehensa*. 3. *Quid Aristoteles apud Homerum* περὶ τὴν ἔκθεσιν *Ulyxis* ἄλογον *estimarit*. 4. *Ptolemæi* περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πληγῶν. 5. *Grammaticorum morbus in vituperandis Auctoribus*. 6. *Cicero multis reprehensus*. 7. *Ammianus emendatus*. 8. *Varronis de poematis*. 9. *Notæ Criticorum*. 10. *Culpæ*. 11. *Deculpata*. 12. *Varius notarum usus*. 13. χ, *asteriscus, obelus*. 14. *Horatius explicatus*. 15. *Signum literæ* ϑ *cujus usus*. χ *& LL. notæ* τῶν χρηστῶν. 17. χρηστομαθίαι. 18. *Aurea*. 19. παρεπιγραφή. *Diog. Cyziceni & Suetonii* περὶ σημείων. 20. *Notæ in libris Hippocratis*. 21. *Notas appingebant cera*. 22. παραπλάσματα. 23. *Cera ex milto*.

1. ALtera Criticæ pars varia, sed tota, ut dixi, in Auctorum emendatione, qua solebant perperam ab Auctoribus scripta ἀθετεῖν καὶ ὀβελίζειν, τὰ παρεγγεγραμμένα, ἐμβολιμαῖα, νοθεύοντα nota apposita damnare, corrupta & vitiosa emendare, ambiguas lectiones recensere, inde laudantur veterum Criticorum ἀναγνώσματα, quorum sæpe meminit Apollonius Grammaticus, aliorum Criticorum temere scita notare ac refutare, quam κρίσιν εἰκαίως ἀθετήσεις appellarunt, transposita in Auctoribus suis sedibus reponere, quo nomine celebrantur μεταθέσεις τῶν γραφῶν, & Isidorus scribit Aristarch. *Asterisco obelato usum in iis versibus, qui non erant positi suo loco*. Opera Auctorum in certas partes distinguere, & eorum sententias conciliare, quo pertinent συμφωνίαι τῶν δογμάτων in Philosophis a veteribus Criticis notatæ, quorum meminit Diog. Laer. in *Platone*. Sed hæc paulo uberius explicanda sunt. Quod perperam & vitiose ab Auctoribus scripta aut dicta notarint, falso adjecta & inserta deleverint, multis Auctorum locis patet.

2. Primum Homeri versum *Iliados* α.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,

reprehendunt ut inconcinnum, & numeris minus aptis compositum. Plutarchus *de progressu Virtutis*: Ὅμηρος δὲ τὸν πρῶτον οὐ διηνέχθη τῶν στίχων ἄμετρον ἐξενεγκών. τοσοῦτον περιῆν αὐτῷ φρονήματος εἰς τὰ λοιπὰ διὰ τὴν δύναμιν. At Protagoras Homerum reprehendebat, quod imperare Diis videretur, quos precari debebat. Aristoteles *de Poetica*, Justinus *Apologia*. Idem Plutarchus lib. *de audiendis Poetis*, diversis locis complures Homeri versus adducit, ab Aristarcho sine caussa, ut multis probat, sublatos, & qua parte inserendi sint, docet, Συμποσιακῶν lib. v. προβλ. IV. illa *Iliados* α.

Ζεύς τε καταχθόνιος καὶ ἐπαινὴ Περσεφόνεια
Ζωρότερον ——

reprehensa a Zoilo, tanquam Achilli minus convenientia, defendit. Illum versum *Iliados* β.

Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,

miris modis Antiqui exagitant, usque adeo, ut Critici apud Athenæum *lib.* IV. expungendum censeant. Plato in *Symposio* vetus Græcorum proverbium ait, *Cœnas ignavorum fortes accedere*, Homerum proverbium evertere. Athenæus Platonis opinionem rejicit. Plutarchus *Symposiacon*

lib. I. πρεσβ. II. reprehendit Menelaum, quod ad concilium invocatus venerit. Inprimis vero Homerus apud omnes reus, quod humana ad Deos transferens, eorum majestatem contaminarit, quo nomine Plato illum republica sua ejecit. Heraclides vero Ponticus & Proclus omnia illa, quæ indigne finxisse Homerum arguit Plato, detorquent ad allegorias, atque hac ratione eum defendunt. Ita cum Philosophus reprehendit Poetam, quod ad Vulcani claudicantis adspectum Deos in nimium risum effusos commentus sit, Proclus ait ita capiendum esse, quasi Dii cum gaudio & delectatione ordinem universi temperent: Ταύτην δὲ τὴν τῆς προνοίας ἰδιότητα τῆς εἰς τὸν κόσμον ἐνεργούντων θεῶν γέλωτα οἱ μυθοπλάσται προσαγορεύειν εἰώθασι. Simili modo omnes fabulas, quas indecore de Diis finxit Homerus, Proclus *Commentariis in Platonis libros de Republica* ad sensus allegoricos reducit. Athen. *Deipnosoph.* lib. I. ἐπεσημήνατο ὁ Ἀρίσταρχος περιγράφειν τὸν στίχον, ὃς ὑπὲρ κρεωφαγίας αὐχεῖν ποιεῖ τοὺς Ἕλληνας. Cic. lib. III. *ad Famil. Aristarchus Homeri versum negat, quem non probat.* Suidas Ἀρίσταρχος & Ζηνόδοτος. Dionysius Longinus περὶ ὕψους, versum istum *Iliad.* α.

Σημαίνει δ' οὐ τι ἔγωγ' ἔτι ——

ut otiosum ὀβελίζει.

3. Aristoteles lib. I. *de Poetica*, ubi disputat inanem & ridiculam esse excusationem illorum, qui cum aliquid ἄτοπον commenti sunt, confugiunt ad hanc rationem, quod nisi ita fecissent, fabula periisset. At ineptum esse, inquit, spe veniæ committere errorem, quem vitare poteras. Hujusmodi multa ab omni ratione abhorrentia passim in *Odyssea* legi scribit, & præsertim illo loco, ubi Ulyxem a Phæacibus in terram Ithacam exponi fingit, *Odyss.* v. Ὡς δὲ τὸ λέγειν, ὅτι ἀνῄρητο ἂν ὁ μῦθος, γελοῖον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ οὐ δεῖ συνίστασθαι τοιούτους. ἂν δὲ θῇ καὶ φαίνηται εὐλογώτερον, ἀποδέχεσθαι καὶ ἄτοπον. ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν Ὀδυσσείᾳ ἄλογα, τὰ περὶ τὴν ἔκθεσιν, ὡς οὐκ ἂν ἦν ἀνεκτά, δῆλον ἂν γένοιτο, εἰ αὐτὰ φαῦλος ποιητὴς ποιήσειε. νῦν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς ὁ ποιητὴς ἀφανίζει, ἡδύνων τὸ ἄτοπον. Sed Aristotelis Interpretes nec dum ostendisse videntur, quid in hac Homerici Operis parte ἄτοπον & reprehendendum duxerit Philosophus. An quod tam diuturnum Ulyxis somnum finxerit, ut ne toto quidem itinere experrectus sit, an quod Phæaces non expectarint, ut abeuntes vigilantem amplecterentur, & numquid vellet inquirerent; sive quod destitutum in litore dormientem reliquerint, expositum injuriæ & furtis. Sane Antiquis absurdam visam fictionem dormientis Ulyxis apparet ex Philostrati *Heroicis* in *Protesilao*: Καλεῖ δὲ τὴν Ὀδυσσείαν Ὁμήρου παίγνιον. καθεύδων τε γὰρ πολλαχοῦ ἀπόλλυται, καὶ ἐκφέρεται τῆς νεὼς τῶν Φαιάκων, ὥσπερ ἀποθανὼν ἐν τῷ πλοίῳ. Accedit descriptio antri, quod non solum contra fidem historicam in Ithaca, Græciæ insula & vicina ac nota iis, quibus Homerus poema suum condebat, collocat. Nam de incognitis & longinquis concessum est Poetis tuto mentiri. Sed ἀτόπως καὶ ἀλόγως fingit, duas in illo portas, per quas Dii & homines transirent. Hoc veteribus Criticis valde absurdum visum fuisse, manifestum est ex Porphyrii περὶ ἄντρου, qui auxilium allegoriæ & sensus mystici advocat, ut commode interpretetur, quod & Cronium & Numenium fecisse ex eodem Porphyrio & Eustathio patet. Philostratus minus apte Homerum finxisse scribit, Deas Ulyxis amore captas fuisse, quia ætate jam provectior, simus, & exilis staturæ, oculis vagis, obstipo capite specie meditantis, & hæc quidem illepida & minime idonea εἰς τὰ ἐρωτικά. Meminit Homerus Atheniensium inter eos, qui ad Trojam expugnandam profecti erant. Eo nomine reprehensus a Daphida, Grammatico Telmisensi. Negat enim Athenienses expeditioni Trojanæ interfuisse, Suidas Δαφίδας. Sed Homerus quasi quædam reprehendendi officina veteribus Criticis fuit; ita omnes libidine quadam & ingenii morbo ad illum vituperandum rapiebantur.

4. Suidas auctor est Ptolemæum Grammaticum scripsisse περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πληγῶν. In quo libro fortasse de Homeri reprehensoribus agebat, & de iis, quæ in illo vituperarant, aut perperam immutarant, dispiciebat. Nam simili ratione vulgatissimum nomen *Homeromastigis* tulit Zoilus.

5. Sextus Philosophus *adversus Mathematicos* cap. IX. *Grammaticos, qui vix duo verba recte connectere possunt, ununquemque ex Antiquis, qui eleganter & proprie locuti sunt, ut Thucydidem, Platonem, & Demosthenem tanquam barbaros arguere velle.* Ab hac reprehendendi intemperantia, & nimia mordendi libidine Poetis σῆτες, ἀκανθολόγοι, σκύλακες contumeliose appellati. Philippus lib. II. *Epigrammatum Græcorum*:

Γραμματικοὶ, Μώμου στυγίου τέκνα, σῆτες ἀπάντων,
Τελχῖνες βίβλων, Ζηνοδότου σκύλακες.

Et Antiphanes:

Γραμματικῶν περίεργα γένη, ῥιζώρυχα μύσης
Ἀλλοτρίης, ἀτυχεῖς σῆτες ἀκανθοβάται.

Servius *ad illa Virgilii Æneidos* VIII.

Ut bello egregias idem disjecerit urbes,
Trojamque Oechaliamque ——

Sane Critici frustra culpant Virgilium, quod præsentibus Trojanis, Trojæ excidium laudare introduxit, non respicientes, quia hoc ratio fecit hymnorum, quibus aliquid subtrahere sacrilegium. Ad illa Eclogæ II.

—— *trahit sua quemque voluptas.*

Notabatur a Criticis, quod hanc sententiam dederit rustico, supra Bucolici carminis legem. Seneca *Naturalium Quæstionum* lib. III. Ovidium reprehendit, quod in descriptione Diluvii ingenii & materiæ impetum ad pueriles ineptias reduxit, dum ita scribit:

Nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones.

Non est, inquit, *res satis sobria, lascivire devorato orbe terrarum. Dixit ingentia, & tantæ confusionis imaginem cepit, cum dixit:*

Exspatiata ruunt per apertos flumina campos.

Magnifice hoc, si non curavit, quid oves & lupi faciant. Natari autem in Diluvio & in illa rapina potest? Ut non eodem impetu pecus omne, quo raptum erat, mersum est?

6. Inter Romanos iniquiora judicia expertus Cicero, multorum reprehensiones sine caussa tulit.

7. Ammianus *lib.* XXII. *Herodianus aliique Scriptores nobilium in literis studiorum, inter quos Chalcenterus emicuit, multiplicis scientiæ captu* (ita scribit MS. non *cœpti*) *memorabilis, qui in illis sex libris, ubi nonnunquam imperfecte Tullium reprehendit, silographos imitatus, Scriptores maledicos, judicia doctarum aurium incusat.* Adversus hunc Didymum scripsit Suetonius librum περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας, ut Suidas testatur. Agellius *lib.* XVII. *cap.* I. meminit libri Largi Licinii, titulo Ciceromastigis. Asinium Gallum adversus Ciceronem scripsisse observo in Suetonii *Claudio*, quem refert composuisse *defensionem Ciceronis satis eruditam, adversus Asinii Galli libros.*

8. Huc pertinet Varronis *de Poematis*. Et Q. Lælii, principis Grammatici (ita enim Charisius *libro* I. appellat) *De vitiis virtutibusque poematorum.*

9. Critici autem in recensendis Auctorum operibus, spuriis aut vitiosis locis certas notas seu ἀθετήσεις appingebant. Cicero *in Pisonem*:

Quoniam te non Aristarchum, sed Phalarim Grammaticum habemus, qui non notam apponas & malum versum, sed poetam armis persequare. Seneca epist. LXXXVIII. *Aristarchi notas, quibus aliena carmina compunxit recognoscam.* Plinius lib. IX. *Epist. Exspecto ut quædam ex hac epistola iisdem notis confodias.* Ausonius *epist. ad Ursulum:*

Quique notas spuriis versibus apposuit.

Horatius in *Arte:*

Vir bonus & prudens versus reprendet inerteis,
Culpabit duros, incomtis allinet atrum
Transverso calamo signum: ——
Arguet ambigue dictum, mutanda notabit,
Fiet Aristarchus. ——

Ubi Acro: *Notam culpæ significat. Nam notare versum male formatum dicimus.* Recte vero *notam culpæ.*

10. Nam culpæ dicuntur ἀθετήσεις, seu notæ vitiorum, Ausonius *ludo septem Sapientum:*

Mæonio qualem cultum quæsivit Homero
Censor Aristarchus, normaque Zenodoti.
Pone obelos igitur spuriorum stigmata vatum,
Palmas non culpas esse putabo meas.

Agellius *lib.* XVII. cap. II. *Quæ in eo libro scripta essent in utrasque existimationes, laudis & culpæ adnotamentis digna.* Et *lib.* XIX. *cap.* X. *Deboneſtum tibi deculpatumque hoc verbum videtur.*

11. Deculpatum, rejecticium & culpæ notis compunctum ac damnatum. Quibus vero signis usi sint tradit Epiphanius περὶ μέτρων. Isidorus *Originum* lib. I. & Diogenes Laertius in *Platone.*

12. Magna autem varietas in his notis, quæ diversis diversimode usurpatæ. Aliud enim innuunt in Philosophorum libris, aliud in Theologorum, ut ex Epiphanio & Isidoro apparet. Diogenes: χ λαμβάνεται πρὸς τὰς λέξεις, καὶ τὰ σχήματα καὶ ὅλως τὴν Πλατωνικὴν συνήθειαν.

13. At vero apud veteres Grammaticos τὸ χ, nota culpæ sive χιασμοῦ. Cum enim aliquid reprehendunt, aut verbum inusitato & novo more, aut improprie positum notant, hæc fere appingunt, διὸ τὸ χ. Quod in Græcis Scholiis passim occurrit. Aristophanes *Avibus,* φαληρικὰς ἀφύας. Ad hæc Scholiastes: Ἀρίσταρχος δὲ οὐκ ἀποδέχεται πληθυντικῶς, διὸ τὸ χ. Ita asterisci diversus usus, ut patet ex Isidoro, Hephæstione & Eustathio. Διπλῆ περιεστιγμένη apposita πρὸς τὰς ἐνίων διορθώσεις. Hanc Isidorus Antiquos iis apposuisse scribit *quæ Zenodotus Ephesius non recte adjecerat, aut detraxerat, aut permutaverat.* De obelo inter omnes fere constat adhiberi πρὸς τὴν ἀθέτησιν. Galen. ὑπομνήμ. β. εἰς τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου. ταύτης ὅλης τῆς ῥήσεως ἑκάστου στίχου Διοσκουρίδης προέγραψε σημεῖον, ὃ καλοῦσιν ὀβελόν· οἵῳ σημείῳ καὶ Ἀρίσταρχος ἐχρήσατο παρὰ τῷ ποιητῇ πρὸς τοὺς ὑποπτευομένους ὑπ᾽ αὐτοῦ στίχους. Ulpian. ad illa Demosth. *Orat.* κατὰ Μειδίου: Συνέβη δὲ ὑπερημέρῳ γενομένῳ. ἀσαφὲς εἶναι δοκεῖ τοῦτο. διὸ καὶ ὠβέλισται παρὰ τῶν κριτικῶν, καὶ ὡς ἀδιόρθωτον παραλέλειπται. D. Hieron. *præfatione in Pentateuchum: Origenes interpretationi antiquæ versionem Theodotionis miscuit, asterisco & obelo opus omne distinguens dum aut elucescere facit, quæ minus ante fuerant, aut superflua quæque jugulat.* Eadem scribit *adversus Rufinum,* & ipse Origenes *tractatu* VIII. *in Matthæum.* Isidorus: *Obelus, id est, virgula jacens apponitur in verbis aut sententiis superflue iteratis, sive ubi lectio aliqua falsitate notata est, ut quasi sagitta jugulet supervacua & falsa confodiat* Inde & δορὺ appellatus. Epiphanius περὶ μέτρων: Ὀβελὸς κατὰ τὴν Ἀττικὴν χρῆσιν, ἄλλοις δὲ καλεῖται δόρυ, ὅ ἐστι λόγχη. γραμμὴν ait idem Epiphanius.

14. Ergo Horatius cum ait, *incomtis allinet atrum Transverso calamo signum,* de obelo intelligendum. Quinctil. *virgulam censoriam* vocat, & ejus imitatione D. Hieronymus *adversus Rufinum Utriusque scripta censoriam lectoris virgulam sentiant.* Ita Græcis ῥάβδος. Hesychius: ῥάβδοι ὀβελοὶ οἱ περιτιθέμενοι τοῖς Ὁμήρου στίχοις.

15. Ad similem notam, nempe πρὸς τὴν ἀθέτησιν, θ litera utebantur. Quia, ut Interpres Persii scribit *judices literam θῆτα apponunt ad eorum nomina, quos supplicio afficiunt.* Galenus *Comment.* II. *in Hippocratis* III. ἐπιδημιῶν literam θ θάνατον notare scribit. Sidonius Apollinaris:

Isti qui valet exarationi
Districtum, bonus, applicare theta.

Persius *sat.* IV.

Et potis es vitio nigrum præfigere theta.

Sed ut culpæ, ita quoque laudis annotamenta apponebant, ut verba Agellii, quæ adduximus docent.

16. Diogenes Laert. χ περιεστιγμένον λαμβάνεται πρὸς τὰς ἐκλογὰς τῆς καλλιγραφίας. Et Cassiod. I. *de Divinis Lect. Ticonius Donatista in eodem volumine quædam non respuenda subjunxit, quædam vero venenosa dogmatis suis permiscuit. Cui tantum in bonis dictis chresimon, in malis achreston, quantum transiens valui reperire ut arbitror, competenter adfixi.* Nempe iis, quæ probabant χρηστὸν sive χρήσιμον, aut notam literæ χ apponebant, quæ vero repudiabant aut improbabant, iis ἄχρηστον adscribebant, sive notas compendiarias culpæ indices. Diog. Laer. χ περιεστιγμένον πρὸς τὰς ἐκλογὰς τῆς καλλιγραφίας λαμβάνεται. Nam χρήσιμα ista notabant ad promtiorem conspectum, sive ut excerperent.

17. Inde excerpta illa χρηστομαθείας vocant; quarum insigne exemplar habemus Procli χρηστομαθίας apud Photium in *Bibliotheca.*

18. Latini τὰς χρηστομαθείας selecta & aurea vocant. Lucretius *lib.* III.

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.

Nota autem τῶν χρηστῶν videtur fuisse duplex L. Legimus enim in libello Pauli Diaconi *de Notis literarum:* L.L. *Laudabiles loci;* & in aliis *Notis* ineditis: L. SENT. *Laudabilis sententia.* Agellius quoque *laudis* & *culpæ* annotamenta opponit. Erant præterea aliæ Criticorum notæ, quarum usus in distinctione orationis: earumque nonnullæ peculiares poematum, ut παράγραφος, κορωνίς, ἀστερίσκος, quorum signa & usum docet Hephæstion cap. περὶ σημείων. Quamquam nec de illarum usu & significatione inter Isidorum & Hephæstionem convenit. Nonnullæ autem quarum usus in Comœdiis & Tragœdiis, ut ex eodem Isidoro discimus.

19. Istiusmodi videtur παρεπιγραφὴ apud Scholiasten Aristophanis, apponi solita iis locis, quibus histrio ea, quæ verbis dicit, gestu exprimit. Νεφέλαις: θαυμασίως ἥσθην θεοῖς. Scholiastes: παρεπιγραφή, γελῶν γὰρ τοῦτό φησι. Notam autem istiusmodi locis apponi solitam indicio est ejusdem Interpretis locus Ἀχαρνεῦσι. Nisi potius παρεπιγραφὴ ipsum σχῆμα notet. Creberrimus autem harum notarum usus, & incredibilis varietas facile effecit, ut in earum interpretatione Antiqui diligenter laborarent. Suidas auctor Diogenem Cyzicenum Grammaticum scripsisse περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων. Et apud eundem in Catalogo librorum Suetonii legimus περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων.

20. In Hippocratis item libris frequentes notæ, in quarum explicatione Veteres mire sese torserunt, ut videre est ex Galeni *Comment.* II. *in Hippocratis lib.* ἐπιδημιῶν, sive *de morbis vulgaribus.* Nam Zenonem Herophileum & post illum Apollonium Cyclada ingentia volumina de hujusmodi notis conscripsisse autor est, & ipse Galenus in earum interpretatione valde laborat.

21. Notas vero cera miniatula, ut Cicero vocat, appingebant, lib.xv.epist. iv. *ad Atticum*, & lib. xvi.epist.x. *Nostrum opus tibi probari lætor, ex quo ante ipse posuisti, quæ mihi florentiora sunt visa tuo judicio. Cerulas enim tuas miniatulas istas extimescebam.* Hesychius: *παρερρυπωμένα βιβλία, οἷς κηρὸς παραπλάσσομεν πρὸς τὸ ζητῆσαι τινά.* Et ceræ seu notæ cerarum *παραπλάσματα.* Idem Hesychius: *παραπλάσματα, τὰ κηρία τὰ ἐπιτιθέμενα τοῖς ζητήμασιν ἐν τοῖς βιβλίοις.*

22. Cera miniatula Vitruvio cera ex milto, *lib.* ix. ubi ait *Democritum in commentario, quod inscribit χειροτονητὸν, signasse cera ex milto, quæ esset expertus.* Cera ex milto, *κηρὸς μεμιλτωμένος.* Achilles Statius *in Aratum: ἔστι δὲ ὁ κατακεχεισμένος ἐν τῇ σφαίρᾳ κηρῷ μεμιλτωμένῳ.*

CAP. XVIII.

1. *Stupor & imperitia veterum librariorum.* 2. *Libri variis modis corrupti.* 3. *Errores ex numerorum notis.* 4. *Homeri editiones variæ. Ilias ἐκ τοῦ νάρθηκος.* 5. *Diogenes Laertius explicatus.* 6. *Lascivia Criticorum in corrigendis libris.* 7. *Scriptura sacra corrupta.* 8. *Veteris Criticæ exempla.* 9. *Critici auctorum opera distribuebant.* 10. *Homeri poemata a quibus edita, digesta, & quomodo Antiquis distributa.* 11. *Moyses primus apud Judæos Grammaticus.* 12. *Masoritbæ.* 13. *Suidas emendatus, & forte Cedrenus.* 14. *Primus Criticus Aristoteles.* 15. *Grammatici Critici.* 16. *Criticorum sectæ.*

1. MIrus autem stupor & incredibilis imperitia librariorum, quos sæpe inscitiæ & negligentiæ arguunt veteres Scriptores. Apellicon, qui libros Aristotelis emerat, *φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος. διὸ καὶ ζητῶν ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων, εἰς ἀντίγραφα καινὰ μετήνεγκε τὴν γραφὴν ἀναπληρῶν οὐκ εὖ, καὶ ἐξέδωκεν ἁμαρτάδων πλήρη τὰ βιβλία. Librorum potius studiosum*, ait Strabo *lib.* xiv. *quam Philosophiæ peritum. Proinde quærens restituere erosa, in nova exemplaria transscripsit, & non recte lacunas implens edidit libros mendorum plenos.* Eadem Suidas *Ἀπελλικῶν.* Subjungit deinde Strabo de librariis: *Βιβλιοπῶλαι γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι, καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων,* &c. *Libros corruptos vendi*, ait, *quod bibliopolæ utantur scribis imperitis, & exemplaria non conferant.* Quo mirum in modum peccasse librarios existimo. Nam D. Irenæus & Hieronymus initio *Chronicorum* adjurant illos, ut diligentius conferant & emendent quæ transscripserunt. Hipparchus Auctor *Poemata* Arati depravata a Pictoribus, Astronomis & Grammaticis, dum quisque pro libitu proprias lectiones & interpretationes ei affingit. *Vita Arati:* Ἐλυμήναντο δὲ πολλοὶ τοῦτο ποίημα ζωγράφοι, καὶ ἀστρόνομοι, καὶ γραμματικοὶ, καὶ γεωμέτραι. ἕκαστος αὐτῶν πρὸς τὸ βούλημα τὸ ἴδιον γραφὰς καὶ ἐξηγήσεις ἰδίας ποιούμενοι. Achilles Statius Scholiastes ejusdem Arati: Ὅμηρον μὲν ἐν εἴδος γραφέων βλάπτει τῶν βιβλιογράφων, Ἄρατον δὲ δύο βιβλιογράφων τε καὶ ζωγράφων.

2. Galenus *περὶ ἀντιδότων, formulas, quæ compositionem medicamentorum docent, mendose conscriptas*, ait, *dum alii illarum descriptiones petentibus exhibentes de industria mentiuntur, alii exemplaria, quæ a majoribus integra acceperunt, corrupta posteris tradunt. Et libri in Bibliothecis repositi, cum numeros notis designatis præferant, facile depravantur.* Τὰ δὲ δὴ βιβλία, τὰ κατὰ τὰς βιβλιοθήκας ἀποκείμενα, τὰ τῶν ἀριθμῶν ἔχοντα σημεῖα, ῥᾳδίως διαστρέφεται, τὸ μὲν πέντε ποιούντων ἐννέα καθάπερ καὶ τὸ ο. τὸ δὲ ιγ. προσθέσει μιᾶς γραμμῆς, ὥσπερ γε καὶ ἀφαιρέσει μιᾶς ἑτέρας. Et sane quod prona depravationis occasio ex numerorum notis verissimum est. Hoc modo enim sæpius in Auctoribus peccatum, passim observare licet.

3. D. Irenæus lib. v. *adversus Hæreticos*, in numeris sæpe errare scriptores, utpote qui per literas & notas exprimuntur. Harpocration *ὁ κάτωθεν νόμος:* Ἑξακισχίλια ἦν τάλαντα τὸ τίμημα τῆς Ἀττικῆς, Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν συμμοριῶν φησιν οὕτως. *ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχειν ἀφορμὴν, ὀκτακισχίλια τάλαντα ἀκούσεται. ἤτοι οὖν γραφικὸν ἁμάρτημά ἐστιν, ἢ ἴσως ὁ ῥήτωρ συναρπάζει, ἵνα δοκῇ πλείω τὴν ἀφορμὴν ἔχειν ἡ πόλις εἰς τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον. τίμημα τῆς Ἀττικῆς ἑξακισχίλια τάλαντα.* Cicero *ad Quinctum fratrem* epist. v. *De Latinis* (libris) *quo me vertam nescio, ita mendose scribuntur & veneunt.* Et *Cod. Theod. tit. de responsis prudentum*, libri Juris Consultorum *ita demum recipiuntur, si codicum collatione firmentur.* Quia scilicet libri valde corrupti, & dissentiens eorum lectio. Hieronymus *ad Lucinium: Si paragrammata repereris, vel minus liquido descripta, quæ sensum legentis impediant, non mihi debes imputare, sed imperitiæ notariorum, librariorumque incuriæ, qui scribunt non quod inveniunt, sed quod intelligunt, & dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos.* Epist. *ad Augustinum: Hic liber de illustribus Viris vel de Scriptoribus Ecclesiasticis appellandus est, licet a plerisque emendatoribus imperitis de Auctoribus dicatur inscriptus.* Ad Damasum *præfat. in* iv. *Evangelist. Multa a præsumtoribus imperitis emendata perversius, vel a librariis dormitantibus aut addita aut mutata corrigimus.* Hic vero succurrit Critice, depravata corrigit, vocum & literarum mutationes observat, *παραγράμματα*, hoc est, ut Cassiodorus *de divinis lect.* interpretatur, *vitia scripturæ* emendat, veram lectionem substituit, supervacua aut præpostera diligentia adjecta tollit. Cicero *ad Famil.* lib.ix.epist.x. *Aristarchus hos versus ὀβελίζει. Ego tanquam Criticus antiquus judicaturus sum, utrum sint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι.* Suetonius *Valerio Probo: Multaque exemplaria contracta emendare ac distinguere & adnotare curavit, soli huic nec ulli præterea Grammaticæ parti deditus.* Agellius *lib.* xviii. prodit Ennii librum emendatum manu Lampadionis: & D. Hieronymus in Luciano exemplaria scripturarum vocata *Lucianea*, a Luciano scriptore & emendatore.

4. Pisistratum Homeri versus composuisse & correxisse memoriæ proditum. Sed Plutarchus in *Alexandro* scribit, Aristotelem emendasse *Iliada*; eamque editionem appellatam *ἐκ τοῦ νάρθηκος*, quod Alexander eam condiderat in thecam, qua Darii unguenta adservari solita. Plinius *lib.* vii. refert, *inter spolia Darii Regis unguentorum scrinium captum, cujus varios usus cum amici demonstrarent librorum Homeri custodiæ dedisse.* Quanquam Strabo auctor, Alexandrum ipsum cum Callisthene & Anaxarcho Homerum emendasse. Utut sit, Alexander Iliadem suam emendatam ad vetera exemplaria, & doctiorum Criticorum normam directam, in conditorio *ναρθηκίῳ*, repositorio *τῶν τιμιωτάτων* circumferebat; eaque appellata *ἐκ τοῦ νάρθηκος.* Suidas *Ζηνόδοτος* scribit, Zenodotum primum Homeri emendatorem. Idem auctor est Cratetem Mallotem *σύγχρονον* Aristarchi composuisse *διόρθωσιν Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας*, & in Catalogo librorum Tyrannionis Grammatici, recenset ejus *διόρθωσιν Ὁμηρικήν.* Aratum, Aristarchum & Aristophanem Homerum emendasse veterum Auctorum testimonio notum, quo referendum est, quod Diogenes Laertius scribit, Aratum quæsivisse a Timone, qua ratione aliquis emendatum Homeri poema nancisci posset.

5. Illum vero respondisse, εἰ τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι, καὶ μὴ τοῖς ἤδη διωρθωμένοις. Quasi rideret Arati editionem, aut ejus conatum. Ὀξὺς γὰρ ἀμυκτηρίσαι ὁ Τίμων. Ex illa autem diversa complurium emendatione natum, ut variæ Homeri editiones antiquitus circumlatæ sint. Hipparchus in *Vita Arati*: Καὶ τὴν Ὀδύσσειαν διώρθωσε, καὶ καλεῖταί τις διόρθωσις οὕτως Ἀράτειος, ὡς Ἀριστάρχειος, καὶ Ἀριστοφάνειος. Huc pertinet Polionis Grammatici περὶ τῶν παρὰ γράμμα ἁμαρτανομένων, & Asclepiadæ Grammatici φιλοσόφων βιβλίων διορθωτικά. Uberrima autem hæc κρίσις. Nam in libris philosophorum præter διορθώσεις, συμφωνίας τῶν δογμάτων, notabant ἐκλογὰς καλλιγραφίας καὶ διττὰς χρήσεις. Sed ut antea vitiis, ita mox remediis laborari cœptum.

6. Nam ex nimia corrigendi libidine, & præpostero acumine multa aliena auctoribus subrepserunt, & enatæ innumeræ lectionum varietates. Arati *Poema* miris modis interpolatum refert Hipparchus; variaque ei a diversis procemia afficta scribit. Alios enim legere ait:

Οἱ μὲν ὁμῶς πόλεές τε, καὶ ἄλλυδις ἄλλοι ἐόντες.

Alios vero:

Ἀμφί μοι ἠελίοιο, περικλητοῖο τε μήνης.
Ἔσπετέ μοι μοῦσαι.

Nonnullos denique:

Ἀγκλείκη ξείνων ἱερὸν θάλος, εἰ δ' ἄγε σύ μοι
Οὐρανείην ψαύσειας ἐπὶ τρίβον
Ἀντίγονε ξείνων ἱερὸν θάλος.

Sane insigni lascivia veteres libros correxisse, & sollicitum nimis Interpretum acumen, non sine admiratione legere soleo, cujus obvia exempla apud Galenum, qui lectionum varietates *Commentariis in Hippocratem* passim narrat, inprimis *Comment.* I. *in* VI. ἐπιδημιῶν. Ubi notat Hippocratem ab Interpretibus indignis modis depravatum, præcipuos autem ejus corruptores recenset Dioscoridem, Artemidorum, & Capitonem, qui libros Hippocratis ediderat. Eadem fere prodit *Comment.* I. *in Hippocrat. de natura humana*. Supervacuæ Critices illustre exemplum apud Platonem in *Protagora*, ubi Sophistæ in significatione & interpretatione vocis χαλεπὸς, in istis Simonidis poetæ, Ἄνδρ' ἀγαθὸν ἀλαθέως γενέσθαι χαλεπὸν, putide & inepte rixantur. Inde varia in Grammaticos scommata & mira convicia, ut in Epigrammate Herodici in *Antholog.* & Athenæo diversis locis.

7. Epiphanius ἐν λόγῳ ἀγκυρωτῷ, Sacram Scripturam, & præsertim libros novi Testamenti multis in locis varie legi affirmat. Sane Sacram Scripturam ab imperitis librariis & emendatoribus, a Judæis, aliisque hæreticis sæpe corruptam veterum Patrum testimoniis notum. Suidas in *Luciano*: Οὗτος τὰς ἱερὰς βίβλους θεασάμενος πολὺ τὸ νόθον εἰσδεξαμένας, τοῦ γε χρόνου λυμηναμένου πολλὰ τῶν ἐν αὐταῖς καὶ τῆς συνεχοῦς ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα μεταθέσεως, καὶ μέντοι καί τινων ἀνθρώπων πονηροτάτων, οἳ τοῦ Ἑλληνισμοῦ προεστήκεισαν, παρατρέψαι τὸν ἐν αὐταῖς θελησάντων νοῦν, καὶ πολὺ τὸ κίβδηλον ἐνσκευασαμένων, αὐτὸς ἁπάσας ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Ἑβραΐδος ἐπανενεώσατο γλώττης, ἣν καὶ αὐτὴν εἰς τὰ μάλιστα ἦν ἠκριβωκὼς, πόνον τῇ ἐπανορθώσει πλεῖστον εἰσενεγκάμενος. *Cum multa*, inquit, *adulterina in sacros libros irrepsisse Lucianus videret, ipsoque tempore & perpetua variorum translatione, complura depravata, improbissimi etiam homines, profanæ religionis principes, sensum eorum intorquere voluissent, multasque corruptelas invexissent, ipse libros omnes ex Hebraica lingua, cujus erat peritissimus, suscepto ingenti emen-*

A *dationis labore in integrum restituit.* Eadem repetit in νόθῳ δ' ει. Theophylactus verba illa D. Pauli *Epist. ad Hebræos* c. II. ὅπως χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου, Nestorianos depravasse ait, & scripsisse: ὅπως χωρὶς Θεοῦ, *ut stabilirent suam opinionem in crucifixo Christo non fuisse simul divinitatem, ut quæ secundum substantiam ei unita non fuerit, sed secundum habitum.* D. Ambrosius lib. V. c. IIX. *de Fide ad Gratianum*: *Primum veteres Codices Græci non habent, quod nec Filius scit. Sed non mirum, si & hoc falsarunt, qui Scripturas interpolavere divinas.* Lib. II. *de Spiritu Sancto*: *Quod si quis de Latinorum Codicum veritate contendit, quorum*
B *aliquos perfidi falsaverunt.* D. Hieronymus infinitis locis conqueritur de erroribus librariorum, & detegit innumera menda, quæ inscitia illorum in Sacram Scripturam irrepserunt, lib. I. *Comment. in Matth.* c. II. lib. IV. *Comment.* in c. XXIII. in Epist. Pauli *ad Galatas* c. V. & Epist. I. *ad Corinth.* c. XIII. Epist. *ad Sumiam.* D. Augustin. *epist.* XIX. *Ac si aliquid in eis offendero literis, quod contrarium videatur veritati, nihil aliud quam vel mendosum esse Codicem, vel Interpretem non assequutum esse quod dictum sit, vel me minime intellexisse non ambigam.* *De Civitate Dei* lib. XV. c. XI. *Ju-*
C *dæi dum nobis invident, quod Lex & Prophetæ interpretando ad nos transierunt, mutarunt quædam in Codicibus suis, ut in nostris impediretur auctoritas.* Sed vide locum, ex quo colligere licet, quæ in difficili hac quæstione sanior sententia amplectenda sit. De simili mendositate, ut ipse appellat, agit Quæst. XC. *super Leviticum*, lib. XI. c. VII. *Retractationum.* Quid ergo est? Num hoc modo, ut alii existimant, Sacræ Scripturæ auctoritatem convelli asserimus? Minime vero. Diversa omnino ratio est ipsius linguæ sive scripturæ, & ejus quod narrat aut continet. Nec Hebræa nec Græca lingua sancta, nisi quod res divinas nobis tradant & revelent.
D Proinde ut olim repositoria donariorum sacra non erant, nisi derivatione quadam cognationis, qua res consecratas custodiebant: ita quoque idiomata sive linguæ, quibus sacra oracula concepta, quasi quædam conditoria sunt, quibus divina mysteria asservantur. Nulla igitur Hebrææ aut Græcæ linguæ sanctitas, nisi quatenus res divinas tradunt. Quare sic statuendum est, ipsas Literas Sacras, sive veram earum mentem incorruptam & inviolatam. Linguas vero, quæ velut literarum conditoria, seu, ut Plinius vocat, sanctuaria, multis mendis deformatas citra sensus detrimentum: plurima in illis mutata, alia corrupta, salva tamen & illibata veri-
E tatis sententia. Quod si de lingua Hebræa Suidæ & Augustino credimus, de Græca & Latina verisimilius idem censendum erit. Ideoque minus mirum, si veterum Patrum scripta haud intacta a corruptorum manibus manserunt, ut docet Rufinus *Apologia pro Origene*, & caussas modosque corruptelæ ostendit. Hinc est cur D. Irenæus adjuret librarium *per Dominum nostrum Jesum Christum, & gloriosum ejus adventum, quo judicaturus est vivos & mortuos, ut conferat postquam transscripserit, & emendet ad exemplar unde scripsit.* Quam adjurationem retulit Eusebius *Hist. Ecclesiast.* lib. V. &
F Hieronymus in *Irenæo*, qui initio *Chronicorum*, *obtestatur & adjurat librarios, ut ea quæ descripsissent, conferrent & emendarent.* In hac ergo tam multiplici corruptela Critici varias lectiones recensent, & quæ potissimum sequenda sit indicant, ab aliis perperam innovata aut mutata notant, exemplaria comparant, omnia subsidia conquirunt, & varia observatione ad rei ipsius veritatem perveniunt, sensusque involutos eruunt.

8. Hujus veteris Criticæ exempla passim extant apud antiquos Scriptores, præsertim Galenum &

Athenæum. Galenus in VI. Hippocratis *de morbis vulgaribus* veras Critices leges præscribit, easque se implevisse ostendit; ad cujus gravissimi Viri exemplar utinam omnes sese componerent, qui in his literis versantur. *Librum istum Interpretes varie corrupisse ait, & pro suo arbitratu scripturam immutasse: ideoque se coactum conquirere veteres codices, & aliorum Interpretum libros, ut Zeuxidis Tarentini, Bacchi & Glauciæ, quorum operam probaturus erat, si proposita antiqua scriptura locum mendosum indicassent, atque ita demum suam emendationem sensui & rationi consentientem in medium attulissent. Se igitur præferre* scribit, *ut retineamus, quantum licet, antiquam lectionem, eamque quam commode potest, interpretemur. Ubi autem hoc servare non licebit, tum demum probabili aut verisimili emendatione locum corrigamus.* Ita in II. ἐπιδημιῶν, ubi scribunt πρὸς ἣ τὸ Ἀφροδίσιον αἱ οὐραὶ ἔβλεπον. Vocem οὐραὶ minus recte positam & expositam ab Interpretibus asserit, ideoque arbitratur Hippocratem fortean scripsisse θύραι: fontem erroris ait a manu librarii, qui τ μέσης γραμμῆς ἐν αὐτῇ διαφθαρείσης ἔδοξεν οὐραὶ γεγράφθαι. δυνατοὶ γὰρ δὴ οὕτω ... λεπτῆς ἑνὸς ἀπολωλυίας, συναπόλλυσθαι τὴν γραμμὴν ταύτην, καὶ μιᾶς αὐτῆς ἐκφθαρείσης, καὶ κατ' ἀρχὰς αὐτὴν εὐθὺς ἀμυδρὰν γραφεῖσαν, ἐξίτηλον αὐτὴν ὑπὸ ... χρόνου γενέσθαι. Lib. Hippocratis *de Natura humana* in illis verbis, οὔτ' ἄλλο οὐδὲν, ὅτι μὴ φανερόν ἐστιν ἐὸν τῷ ἀνθρώπῳ. Ita divisim rectius, inquit, legas ad vitandum ἀμφιβολογίαν, quam, ut alii, ἐνεόν. Hujusmodi Critices exempla passim observes in *Commentariis ad libros de Hippocratis & Platonis decretis*. Nullibi autem frequentiora quam apud Athenæum *Deipnosoph.* IV. & V. immo toto opere. Libro IV. extremo recitat Criticorum sententias super hoc Homeri versu:

Ἤδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο.

Aristarchus & Athenocles Cyzicenus interpretatione juvabant. At Demetrius Phalereus ἐπαρίστερον τὴν τ στίχου παράληψιν, οὐ ποιήσεως ἀξίαν ajebat. Et paulo post eodem libro: ὡς οἱ μὲν δαίνυντο καθ' ὑψ ἐρεφὲς μέγα δῶμα. Hunc & qui sequuntur apud Homerum versus *Odyss.* δ. ab Aristarcho eo transferi, ... ἐκ τ ὁπλοποιΐας ait. Idque inepte factum diversis argumentis probat, & inter alia ostendit ἁμάρτημα περὶ τὴν λέξιν. Scribit enim Aristarchus:

—— δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς
Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μέσσους.

At Athenæus legendum censet: ἐξάρχοντος. οὐ γὰρ ἐξάρχοντες κυβιστητῆρες, ἀλλ' ἐξάρχοντος τ ᾠδοῦ πάντες ὠρχοῦντο. Discedit in diversa Diodorus Grammaticus, & omnes versus, qui initio *lib.* IV. nuptias narrant, ὀβελίζει. Sed hujus quoque errorem refutat Athenæus. In illis Homeri Ὀδυσσ. δ.

Αἰθίοπας δὲ ἱκόμην, καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβούς.

Valde laborant Critici, quinam isti Erembi. Quod cum minus proclive, Zeno malebat scribi, Σιδονίους Ἄραβάς τε. Sed Strabo, οὐκ ἀνάγκη, inquit, κινεῖν τὴν γραφὴν παλαιὰν οὖσαν. Confugit deinde ad partem Grammatices ἱστορικὴν, qua eruit μετάπτωσιν τ ὀνόματος πολλὴν & ἐπιπολαίαν οὖσαν τοῖς ἔθνεσιν, & sequitur Posidonium ἀπὸ τ ἐθνῶν συγγενείας καὶ κοινότητος ἐτυμολογοῦντα: atque ita tandem ex etymo ad rei investigationem pertendit, ἐρέμβους ἀπὸ τ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν, quos posteriores noto nomine Τρωγλοδύτας vocarunt. Vide Strabonem *lib.* I. & II. ubi plurima ejusdem veteris Criticæ exempla proponuntur. Idem gravissimus auctor *lib.* I. scribit, se Eudori & Aristonis libros περὶ Νείλου collatione aliorum Codicum emendare voluisse, quibus cum destitueretur, ex mutua collatione utrumque emendasse. Aristides περὶ τ παραφθέγματος. Ὦ Ἀχιλλεῦ Πηλέως υἱὲ, εἰ μὲν ἄλλο τι κρεῖττον ἀξιοῖς εἶναι, συγχωρῶ. ἐγὼ δὲ καὶ σεῖο νοήματι κεν προβαλοίμην καὶ προσέθηκε, ὅτι καὶ ποιητὸν. οὐδὲ γὰρ ὥσπερ οἱ φαῦλοι τ γραμματιστῶν λυμαίνονται, τῷ ἔπει οὐχ οὕτως ἔχει, οἱ τὸ πολλὸν ἀπολύουσι ἀπὸ τ προτέρου, ἄγουσι δὲ ἐπὶ τὰ ἑξῆς, ὧν ἡγεῖται κατὰ τ τ ἔπους ἀρχὴν, ἐμοὶ δὲ οὗτοι οὐ πάνυ τι δοκοῦσιν ἐπαΐειν περὶ λόγων. ἔστι γὰρ ἄντικρυς ἀντίθετον. Vide Plutarchum lib. *de Homero*, Ælianum *Histor. Animal.* l. XV. c. XXIIX. Apollonium Alexand. *de Syntaxi* lib. III. ubi Zenodoti & Seleuci κρίσιν ad aliquot Homeri versus producit & improbat. Idem Apollonius passim veterum Criticorum ἀποφάσεις recenset. Huc pertinet Ptolemæi περὶ τ ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἀριστάρχου διορθώσεως. In quo opere Aristarchi editionem recensebat. Et quod Suidas scribit Zenodotum Alexandrinum Grammaticum evocatum εἰς ἄστυ πρὸς τὰ ὑπ' Ἀριστάρχου ἀθετούμενα τ ποιητοῦ. Et Pamphili Grammatici τέχνη κριτικὴ, cujus idem Suidas meminit. In qua Critices præcepta in artem redacta tradebat.

9. Sed præter hæc Auctorum opera dispersa colligere, & in certas partes distribuere Criticorum munus. Ausonius *ad Ursulum*:

—— *quem Scaurus & Asper*
Quem sibi conferret Varro, priorque Crates,
Quique sacri lacerum collegit corpus Homeri,
Quique notas spuriis versibus apposuit.

10. Josephus *contra Appionem* scribit Homerum non reliquisse scripta sua poemata, sed postea ab aliis, qui eorum meminerant concepta fuisse, ex quo natum, ut multa in iis confusa & inter se pugnantia reperiantur. Cic. III. *de Oratore*: *Pisistratus primus Homeri libros confusos antea sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus.* Plato Hipparcho Pisistrati filio hoc adscribit. Plutarchus vero in *Lycurgo*, *poemata Homeri Lycurgum descripsisse, collegisse, & evulgasse* scribit, *cum antea ejus fragmenta indigesta circumferrentur.* Idem Plutarchus lib. *de Homero*: *Iliadem & Odysseam Homeri ab Aristarcho Grammatico in numerum librorum divisam ad ordinem & numerum Græcarum literarum.* Eustathius *in Iliados* α. tradit, *Aristarchum & Zenodotum confusum antea Homeri opus digessisse in certos libros, eosque literis distinxisse. Unde non solum primus tam Odysseæ, quam Iliadis liber* α *vocatur, secundus* β, *& sic deinceps: verum etiam ipsum opus* γράμματα *nominatur.* Et sane verum est, hanc per literas divisionem recentiorem. Nam Antiqui nunquam ea usi, ut patet ex Aristotele *de Poetica* c. XXIV. Distribuebant enim poemata Homeri in varias partes, ut Ἀριστεία Ἀγαμέμνονος, νεῶν κατάλογον, καὶ λύτρα, καὶ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα, & id genus alias, quas recenset Ælianus *Variæ Hist.* lib. XIII. c. XIV. Diogenes Laertius: Τὰ δὲ βιβλία Δημοκρίτου Θράσυλλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν οὕτως, ὡσπερεὶ καὶ τὰ Πλάτωνος, κατὰ τετραλογίαν. Porphyrius in *Vita Plotini*: Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος Ἐπίχαρμον τ κωμῳδογράφον εἰς δέκα τόμους συνήγαγε. Ἀνδρόνικος δ' Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλία εἰς πραγματείας διεῖλε, τὰς οἰκείας ὑποθέσεις εἰς ταυτὸ συναγαγών. Incredibilis varietas divisionis librorum Aristotelis, quam haud dubie curæ Criticorum sive Interpretum debet. Diog. Laertius lib. unum *de Anima* commemorat; hodie vero III. *de Anima* libri Aristotele auctore exstant. Eadem varietas in reliquis ejusdem libris, ut alii jam observarunt. Sed in hujusmodi rursus ad auxilium Criticæ provocamus, quæ trajecta suis sedibus vindicat, & ex sententiarum collatione cohærentia conciliat, aliena separat, & certis partibus distinguit, cujus exempla in Athenæo obvia.

11. Moysen literas invenisse testatur Eusebius Προπαρασκευῆς Εὐαγγελικῆς l. X. quod tamen Philo

ad Abrahamum refert. Clemens Alexandrinus ex Eupolemo de Regibus Judææ, Moysen primum Grammaticam tradidiſſe Judæis, a quibus Phœnices eam acceperunt, & ab iis tandem Græci, *Stromat.* l. I. *Εὐπόλεμος δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων, τὸν Μωϋσῆ φησὶ πρῶτον σοφὸν γενέσθαι, καὶ γραμματικὴν πρῶτον τοῖς Ἰουδαίοις παραδοῦναι, καὶ παρὰ Ἰουδαίων Φοίνικας παραλαβεῖν, Ἕλληνας δὲ παρὰ Φοινίκων.*

12. Primi apud Hebræos Critici Maſorithæ. In Mœſia Paphlagoniæ Judæos quoſdam eruditos, Tiberitas appellatos, Legem ſine ulla verſuum & vocum diſtinctione conceptam, apicibus & punctis vocalibus exornaſſe, diſtinxiſſe, periodos ſegregaſſe, & Biblia emendaſſe, eoſque magiſtros Maſoreth appellatos Judæi Grammatici tradunt. Græci Grammaticæ inventionem, ut pleraque omnia, ad Prometheum referunt.

13. Suidas: *Προμηθεὺς πρῶτος εὗρε τὴν γραμματικὴν φιλοσοφίαν.* Sed quæ eſt iſta *γραμματικὴ φιλοσοφία*? Mendoſus haud dubie locus, cui integritas ſua conſtabit, ſi legamus, *γραμματικὴν καὶ φιλοσοφίαν.* Cedrenus: *Προμηθεὺς γραμματικὴν, ὥς φησιν, ἐξεῦρεν.* Sed hic excidit vox *φιλοσοφίαν*, quæ reſtituenda eſt: *Προμηθεὺς γραμματικὴν καὶ φιλοσοφίαν, ὥς φησιν, ἐξεῦρεν.* Sunt autem fragmenta Euſebii, quæ uterque transſcripſit.

14. Primus Critices auctor apud Græcos Ariſtoteles. Dio Chryſoſtomus *Orat.* LIII. quæ eſt de Homero: *Οἱ δὲ αὐτὸ τοῦτο τὴν διάνοιαν ἐξηγούμενοι, οὐ μόνον Ἀρίσταρχος καὶ Κράτης, καὶ ἕτεροι πλείους τῶν ὕστερον γραμματικῶν κληθέντων, πρότερον δὲ κριτικῶν· καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης, ἀφ᾽ οὗ φασι τὴν κριτικήν τε καὶ γραμματικὴν ἀρχὴν λαβεῖν.* Critici cognomen Apollodorum & Eratoſthenem primos tuliſſe auctor eſt Clemens *Stromat.* I. *Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Κυμαῖος πρῶτος τὸ κριτικοῦ εἰσηγήσατο τοὔνομα, καὶ γραμματικὸς προσηγορεύθη. ἔνιοι δὲ Ἐρατοσθένη τὸν Κυρηναῖον φασίν, ἐπειδὴ ἐξέδωκεν οὗτος βιβλία δύο, γραμματικὰ ἐπιγράψας, ὠνομάσθη δὲ γραμματικός.* Hecatæus quoque Philoſophus Criticus appellatus. Suidas: *Ἑκαταῖος Ἀβδηρίτης φιλόσοφος, ὃς ἐπεκλήθη καὶ κριτικὸς γραμματικὸς, οἷα γραμματικὴν ἔχων παρασκευήν.* Idem Suidas ſcribit Cratetem Malloten, *σύγχρονον Ἀριστάρχου, Ὁμηρικὸν καὶ κριτικὸν* vocatum, propter ſtudia Grammaticæ & Poeticæ; qua ratione & Seleucus Alexandrinus Grammaticus *Ὁμηρικὸς* dictus.

15. Philetas item Cous *γραμματικὸς κριτικὸς*, & Longinus *πολυμαθὴς καὶ κριτικὸς* appellatus, ut docet Suidas *in* *Πορφύριος*. Et ſane Longinum, quem & Eunapius præclaro elogio exornat, magnum hoc nomen impleviſſe libri ejus teſtantur, quorum indicem recenſet idem Suidas. Quid vero cauſſæ ſit, quod Critici nomen tulit, ex Eunapio colligi poteſt, qui de eo in *Porphyrio* ita ſcribit: *Εἴτις κατέγνω τινὸς τῶν παλαιῶν, οὐ τὸ δοξασθὲν ἐκράτει πρότερον, ἀλλ᾽ ἡ Λογγίνου πάντως ἐκράτει κρίσις.* Apud Romanos quomodo cœperint Grammaticæ ſtudia, quibus incrementis aucta ſint, docet Suetonius *de illuſtribus Grammaticis.* Præcipui autem apud Latinos Critici, M. Terentius Varro, L. Ælius Stilo, Santra, & alii.

16. Sed & Criticorum, ut Philoſophorum, ſectas obſervo. Apud Suidam: *Δίδυμος, γραμματικὸς Ἀριστάρχειος. Πάμφιλος, γραμματικὸς Ἀριστάρχειος*: & Ptolemæus *ἐπιθέτης* dictus, *διότι εἵπετο τῷ Ἀριστάρχῳ.* Tertullianus *Apologetico: Medici ab Eraſiſtrato, Grammatici ab Ariſtarcho.* Apud Varronem VII. *de Lingua Latina: Grammatici Ariſtarchei.* Et lib. IX. *Grammatici ab Ariſtarcho.* Athenæus *lib.* V. *Διόδωρος ὁ Ἀριστοφάνειος.* *Lib.* XI. *Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἀριστοφάνειος.* Erotianus in *Proœmio Lexici*, *Καλλίμαχος ὁ ἀπὸ τοῦ Ἡροφίλου οἰκείας.*

CAP. XIX.

Grammaticæ dignitas & utilitas.

Satis jam, ut arbitror, conſtat imperitos tyrannica quadam impotentia Grammaticen ad ſcholarum priſtina detruſiſſe. Adeo ut literati & eruditi potius habeant, cur mente angantur, quod Grammatici vocentur, quam Antigenidas tibicen, qui *nihil æque ſe laborare ajebat, quam quod monumentarii ceraulæ, tibicines dicerentur.* Agnoſcant interim & emendent errorem ſuum, qui Grammaticen cavillati tanquam jejunam, & anguſtis ac brevibus terminis circumſcriptam, quæ omnium artium, quarum ſcientiam amplexa eſt, maxime diffuſa, de quavis quæſtione reſpondere promittit, quicquid ſciri poteſt inquirit, & omne ſcriptorum genus ſubjectum ſuum habet. Nam, ut Quinctiliani verba ex *lib.* I. repetam, *Grammaticæ non eſt ſatis legiſſe Poetas, excutiendum omne ſcriptorum genus, non propter hiſtorias modo, ſed verba, quæ frequenter jus ab Auctoribus ſumunt. Tum nec citra muſicen grammatice poteſt eſſe perfecta, cum ei de metris rhythmiſque dicendum ſit. Nec ſi rationem ſyderum ignoret, Poetas intelligat: qui (ut alia mittam) toties ortu occaſuque ſignorum in declarandis temporibus utuntur. Nec ignara Philoſophiæ, cum propter plurimos in omnibus fere carminibus locos, ex intima quæſtionum naturalium ſubtilitate repetitos, tum vel propter Empedoclem in Græcis, Varronem ac Lucretium in Latinis, qui præcepta ſapientiæ verſibus tradiderunt. Eloquentia quoque non mediocri eſt opus, ut de unaquaque earum, quas demonſtravimus, rerum dicat proprie & copioſe.*

Cum itaque Grammatice tam late pomœria ſua promovere coacta, evenit ingeniorum laſcivia, ut ſupervacuo labore ad triſtes ineptias & aniles nugas deſcenderit. Opus ſollicitæ fortaſſis diligentiæ, extremæ tamen anxietatis, aut inanis jactantiæ: hinc crimen Philologiæ, quod occupata inutilibus & minus neceſſariis, optima ingenia, apta dignioribus ſtudiis, difficillimis ineptiis obruat, & pene concidat. Equidem non accepimus ſupervacuam, ſed intemperantia fecimus. Quaſi vero hæc ſola, cum omnes aliæ artes libidine ingeniorum corruptæ ſint, intemerata & impolluta nimio contactu remanere potuerit; præſertim cum & rerum varietas, & quam plurima ſciendi cupido ad illam nos trahat, quæ cæteroquin allecti Sirenas Muſis præferre didicimus: pene dixerim digni, qui ipſarum ſcopulis obruamur. Quam mihi oſtendes artem, in qua relictis neceſſariis ad hæc ſupervacua, velut quaſdam delicias, non defleximus, quæ ut vitia optimos mores, ita erecta & ſincera ſtudiorum non dicam occuparunt, ſed penitus ſubegerunt.

Dialectica, quæ primo ortu norma veritatis, commune artium inſtrumentum, & animæ *κάθαρσις*, mox luxu ingeniorum prolapſa ad inepta cavillationes, teretiſmatum ſtrophas, & inanem, ut Clemens Alexandrinus & alii appoſite vocant, *τερθρείαν*, id eſt, tinnulas nugas, ſive ingratum & aſperum ſtridorem. Ita enim Grammatici vocis *ἔτυμον* ſecuti interpretantur. Sophiſticen quidem ultima hæc ætas tanta aviditate recepit, ut plerique velut peſtilenti quodam ſydere contacti, hoſtes pacis & quietis, omni bona mente & ipſa Philoſophia eam potiorem duxerint. Qui inepta perſuaſione decepti, poſtquam ſibi viſi Sophiſmatum caſſibus omnia involvere & irretire poſſe, tanquam ſi aſſecuti regiam diſciplinam, rem admirandam & tantum non divinam, ſubducto altius ſuper-

cilio tristes, constricta fronte & immissa barba sapientiæ præcepta neglexerunt. Horum tyrannis tam late excedit, ut etiam constantiam æternæ veritatis labefactare & invertere conentur:

Statum lacessunt omnipollentis Dei
Calumniosis litibus.
Fidem minutis dissecant ambagibus,
Ut quisque lingua est nequior,
Solvunt ligantque quæstionum vincula
Per syllogismos plectiles.
Væ captiosis sycophantarum strophis,
Væ versipelli astutiæ.
Idcirco mundi stulta delegit Deus,
Ut concidant Sophistica.

Vere dixerim quod D. Basilius *epist.* LXI. scribit, τεχνολογῦσι λοιπὸν, ἐ θεολογῦσιν οἱ ἄνθρωποι: & illorum τέχνlw λογικlw cum Clemente Alexandrino ex dicto Apostoli recte appellarim, νόσον ἐφ' ᾗ σεμνυνῶνται: hodieque de Theologia jure usurpare licet, quod Porphyrius olim de Philosophia: τίς γὰρ λόγος τ̃ ἐν φιλοσοφίᾳ ἐκ ἀμφισβητήσιμος τοῖς ἑτεροδόξοις; In quo magis miror furorem nostrum, cum Sophisticæ argutiæ jam olim in sacris damnatæ sint, ut constat ex Socratis *Hist. Ecclesiast.* lib. I. & Nicephori Gregoræ *Hist.* l. x. Dicendi facultas qua olim vagos populos urbium conditores ad civilitatem coegerunt, & efferatos mitigarunt, Reipubl administrandæ unicum instrumentum, unde Græcis ἐπιστήμη δικαίων definitur, cujus divina vi repressa bella, sopitæ seditiones, erepti pœnis innocentes, ea prorsus debilitata & fracta e rostris & basilicis in scholas declamatorum eliminata est, qui ut Auctor *Rhetoricæ ad Herenn.* ait, *ne parum multa scisse viderentur*, augustissimam disciplinam detruserunt ad *responsa in pestilentiam data*, *sæviores tragicis novercas*, & similia argumenta fabulosa, atque ab usu fori abhorrentia, *encomia mortis, febris, hyemis, injustitiæ, muscarum & ollæ*. Neque enim satis erat ingeniosam esse gulam, nisi etiam ollam commendaret, præcipuum luxuriæ instrumentum.

Mathematice quoque eundem exitum fecit, quæ propria dignitate enitens, nulli materiæ mancipata, ut Socrates apud Platonem disputat, æterni cognitionem meditatur, & mentem ad recte philosophandum præparat, multum a puritate sua descivit; & quidem ea Astronomiæ parte, quæ ἀποτελεσματικὴ, nimia mortalium curiositate, & populari insania ad incredibilem περιεργίαν provecta, damno rerumpublicarum, contra majorum instituta, futurorum divinationem promittit; usque adeo ut ipsius mundi, & Salvatoris nostri thema Genethliaci construxerint, ut certo jam constet D. Augustinum hanc vere artem *magnum curiosis tormentum* dixisse. Quantum demutavit Jurisprudentia ab illa antiqua sapientia civili, quam Ulpianus *l.* I. *D. de extraord. cognit. rem sanctissimam* appellat, cum juvenes in scholis rixentur, commissi disputationibus ludicris, & instar spinarum paribus aculeis invicem obversis, quibus tam belle instruuntur, ut cum in forum venerint, putent se in alium, ut ille ait, orbem esse delatos; ne dicam jam olim multa adhæsisse, quæ perfunctorie & dicis caussa excogitata Jurisconsultorum filii fatentur. Idem in Medicina aliisque artibus obtinet, quas ματαιοτεχνίαι occuparunt. Ut itaque Philosophi degenerarunt in Sophistas, quos Plato *Theag.* ἀγοραστικὲς, καπηλικὲς ἢ μαθημαποπωλικὲς appellat. Dialectici in protervos & fastuosos intorti & implicati acuminis captatores, Oratores in scholasticos, Mathematici in hariolos & æruscatores: ita Grammatici in nugatores & ὀνοματοθήρας: unde notissimus ille Ausonii versus:

Γραμματικῶν πλοκάς, ἢ λογοδαιδαλίαν.

Et *Epigram. Græcor.* lib. II. varii in Grammaticos lusus, quibus Poetæ ipsorum præpostera studia, & nimiam in supervacuis curam festive derident. Apud Photium *Bibliotheca* in *Excerptis* ex Helladii *Chrestomathia* legimus indicem inutilium & ineptissimarum quæstionum, in quibus Grammaticis canos promittere soliti, quarum apud prudentiores tantum precium, ut infelicitatem suam judicent, si inauspicato tactu in hujusmodi inciderint felicitatem, si ab adspectu statim obliviscantur.

Finge ergo Grammaticos sectari ridicula, inepta, supervacua, idem tamen precium illis deberi, quod ambiguis cavillationibus, & id genus acuminis irriti ludicris ponere solemus, nemo negabit. Certe ex his nugis nec ingeniis ad optima natis, nec bonis moribus damnum enasci existimo, quod de reliquis præstare non ausim. Adde honestiora alere oblectamenta, & infinitam quandam voluptatem, quatenus nobis omnibus plurima cognoscendi innata est aviditas. Adeo ut nihil videam obesse innocenti, nisi quod nimis multa scire desideret, cum inter præcipuas Grammatici virtutes recte Quinctil. censeat, *aliqua nescire*. Sed in rebus infinitis & jucundis difficilis temperantia. Nam si semel delectationem animus percepit, non facile reprimi aut coerceri potest. Ita quantum memoria repetere licet, omnis ætas fertilis fuit fœcundis in nugas ingeniis. In quo tamen omnes alios superasse præcipuum semper certamen Græcis fuit. Diceres profecto summa quæque ingenia amabili hoc furore infestari, ut in ludicra & supervacua proniora sint. Nam ut Græcos parentes omnium artium, ita amatores nugarum habemus. Τῦτο δὲ αἴτιον εἶναι, inquit Dio Chrysost. *Orat. Trojana*, ὅτι φιλήδονοί εἰσιν οἱ Ἕλληνες. ἃ δ' ἂν ἀκύσωσιν ἡδέως τινὸς λέγοντος, ταῦτα ἢ ἀληθῆ νομίζυσι, ἢ τοῖς μὲν ποιηταῖς ἐπιτρέπυσιν ὅτι ἂν θέλωσι ψεύδεσθαι. ἢ μάρτυρας αὐτὺς ἐπάγονται ἐνίοτε περὶ ὧν ἀμφισβητῦσι. Equidem mirari soleo, quomodo præclara illorum ingenia impetrare a se potuerunt, ut vilissimis nugis totam fere ætatem crederent. Sola historia fabularis quam multis illorum utiles annos eripuit? Quot Bibliothecas, quot Pandectas occupavit? Historias Indicas & res gestas Alexandri complures prodiderunt; qui nefanda mendacia, & sæpe absurdiora, quam quæ delirantibus per somnum oboriri solent, admiscuere, ut ex iis quæ ex illorum libris Plinius profert, & ex fragmentis Ctesiæ & aliorum apud Photium in *Bibliotheca*, apparet. Omnes illos ψευδολόγυς tradit Strabo, eorumque mendacia se refutasse scribit in *Commentariis*, quos *de rebus gestis Alexandri* composuerat. Ut taceam aliarum gentium historias, λιμένας, περιόδυς & similes nugas, quibus posteris probare conati sunt, quam ingeniose de incognitis & incompertis mentiri possent. Seneca *epistola* XLIX. scribit, *negare Ciceronem si duplicetur sibi ætas habiturum se tempus, quo legat Lyricos, eodem modo Dialecticos.* Diogenes Laertius refert Chrysippum reliquisse volumina CCCXI. quæ ad Dialecticam pertinebant, & in *Euclide*, Eubulidem Milesium innumera similis argumenti conscripsisse, in quibus abibat a natura artis, quam inutilibus quæstiunculis involvebat.

Hæc quidem tolerabilia essent, nisi sæpe ad infamia argumenta prolaberentur. Hominum fidem, quot gulæ magistros, quam ingentia volumina τ̃ ὀψαρτυτικῶν, hoc est, ut Seneca interpretatur, scientiæ popinæ, narrat Suidas *in* Τιμαχίδας Ῥόδιος, in ὀψαρτυτικὰ, & Athenæus *lib.* XII. Inter quos eminet Alexis, qui ἐν λεβητίῳ Poemate probare nobis ausus, τέχνlw μαγειρικlw liberalem. Credo sane, quia liberaliter luxuriabatur.

Et quod mireris, Zenonis illud Stoicum ſupercilium eo ſeſe dimittere potuit, ut conſcriberet τέχνlω ἐρωτικὴν, & διατριβὴν de uſu trullarum in fundendo vino. Sane & Philoſophi ſub ſpecie quadam gravitatis lepide nepotantur, tam ſuavis eſt pruritus hujus ſcabiei. Exſtabant Perſæi Philoſophi dialogi convivales, concinnati ex Stilponis & Zenonis commentariis, in quibus quæritur, *qua ratione in convivio ſomnus arcetur, quando formoſi in convivium adducendi, de iis quæ obſoniis adjiciuntur, de baſiis*, & id genus. Diogenes Laertius laudat Ariſtippi περὶ παλαιᾶς τρυφῆς, eumque reliquiſſe ſcribit XXV. dialogos, inter quos duo maxime ridiculi, Πρὸς Λαΐδα περὶ κατόπτρου, & πρὸς τὸν ἐπὶ τῆς κύλικος. Ut taceam tot volumina ὀνειροκριτικῶν, ἑταιρικῶν ἐπιστολῶν, & id genus. Ejuſdem cenſus Paxami δωδεκάτεχνον, in quo, ut Suidas auctor, agebat περὶ αἰσχρῶν σχημάτων, & Phocionis Peripatetici κέρας Ἀμαλθείας, in quo & meretricum hiſtoria, ut indicant quæ ex illo producit Scholiaſtes Ariſtophanis. Præclarum item opus Gorgiæ περὶ ἑταιρῶν, Antiphanis de ſcortis Athenienſibus, cujus mentio apud Athenæum, & Harpocrat. *in* Νάννιον: & ejuſdem argumenti Apollodori, ex quo producit Athenæus *lib.* XIII. φθειροπύλlω Athenienſibus dictam, ἐπειδήπερ ἐπὶ τῆς θύρας ἑστῶσα ἐφθειρίζετο. *Quod proſtiſtituta ad januam pediculos capiebat*. Dignum profecto ſcitum, quod monumentis conditum poſteritati narraretur, cujus intererat ne oblivione periret.

Hujuſmodi nugarum ingentem meſſem metere licet apud Athenæum, Photium, alioſque veteres Criticos, quos huc tranſſcribere tanti non exiſtimo. Earum maxima pars quod interciderit, majorum judicio debemus, quorum ſtudium fuit liberare poſteros moleſto & ſupervacuo librorum pondere, omnis bonæ mentis præpedimento. Sed utinam illi recti judicii normam nunquam deſeruiſſent; ita multorum præclariſſimorum monumentis frueremur, quæ nunc intercepta non ſine gemitu deſideramus. Ea, ſi jactura inutilium ſcriptorum, quorum hodie uberrima ſeges, recuperare liceret, præclare nobiſcum ageretur. Quanquam fortaſſe ſatius erat Antiquorum ineptiis frui, quam recipere recentiorum quorundam male feriatorum, & ſuperfluo ac ignobili ocio ebriorum hominum monſtroſa commenta, nugas & affanias meras, quibus furioſorum amores, raptarum dubios caſus, & id genus ſomnia ægrotorum narrant. Eaque induta turgidæ cujuſdam & enormis loquacitatis velo proſtituunt; quo verborum lenocinio capti imperitiores, a rerum ſeriarum intentionibus ad hæc ludicra avocentur, quibus tam alte immerſi, ut ſui penitus obliviſcantur, & nullam jam temporis jacturam æſtiment. Nam quæ proprietas eſt ingenii humani, cum aliorum ancipites caſus, & iratæ fortunæ perpetuæ viciſſitudines narrantur, animus velut diductus in partes, hujus ærumnis plectitur & ingemiſcit, illius felicitate offenditur & exaſperatur. Jam diſtractus ſpe & timore, incenditur incredibili quadam cupiditate rem totam cognoſcendi; nec expleri ſeſe patitur, quin exitum tragœdiæ perſpexerit. Ita raptus humana curioſitate, & deſiderio ſciendi, etiam invitus cohærentium rerum ſeriem ſequitur, & finem eventuum dubia exſpectatione ſuſpenſus indagat; lectionique immerſus non vindicat ſe ſibi, imo ne tempora quidem rapidiſſimo fluxu hiſce ineptiis ſurripi ſentit. Mox ubi ſtimulos admoverunt aliena facinora, exſurgit inflammatus, & fertur in æmulationem, paratus eadem exſequi, ſi modo occaſio ſeſe oſtenderet. Ita ſemper commotior, nunquam melior. Hæ ſunt illæ voces, quas Ulyxes niſi alligatus prænavigare non audebat, quæ longius proſequuntur, diutius hærent, & totos occupant. Earum tamen illecebris velut fatali peſte plerique capti occubuerunt; tam lato pernicioſiſſimi morbi contagio, ut etiam penſa mulierum & nutricum fabulas afflatu ſuo infecerit. Nempe ab ipſo lucis adſpectu ineptiis imbui oportebat. Sed inter alios ſæculi errores etiam hoc feramus; cum fide ſcriptorum conſtet, omne ævum tali furore laboraſſe, ut inſuperhabitis utilibus & neceſſariis ſupervacua arripuerint.

Pari inſania Grammatici peccant; tolerabili tamen errore; nimiæ diligentiæ & curioſitatis, nullius certe corruptelæ rei. Senecæ hæc verba de Didymo *epiſt.* LXXXVIII. *Quatuor millia librorum Didymus Grammaticus ſcripſit; miſer ſi tam multa ſupervacua legiſſet. In his libris de patria Homeri quæritur, in his de Æneæ matre vera, in his libidinoſior Anacreon, an ebrioſior vixerit: in his an Sappho publica fuerit; & alia, quæ erant dediſcenda ſi ſcires*. Athenæus *lib.* IV. & Suidas *in* Ἀρίστον, χαλίσια, δίδυμος ſcribunt, Didymum edidiſſe volumina CIↃ CIↃ CIↃ IↃ. unde propter indefeſſam in ſtudiis diligentiam Χαλκέντερος vocatus, & Demetrio Trœzenio βιβλιολάθης, quaſi librorum ſuorum immemor, ob nimiam ſcilicet illorum multitudinem. Quinctilianus *lib.* I. *cap.* XIII. Hieronymus *ad Damnionem*. Ariſtarchi quoque varii commentarii referuntur, & quidem ultra CC∞. Admirandæ item diligentiæ Varro, doctiſſimus togatorum, qui *libris diſciplinarum* totam ἐγκυκλοπαιδείαν, ut Caſſiodorus ſcribit, tradidit, & variis libris omne doctrinæ genus complexus eſt: *Tam multa legit*, verba ſunt Auguſtini, *ut aliquid ei ſcribere vacaſſe miremur, tam multa ſcripſit, quam multa vix quenquam legere potuiſſe credamus*. Sane Agellius *lib.* III. ipſius Varronis teſtimonio, quod profert ex I. ejus *Hebdomadum*, tradit, jam ingreſſum annum octogeſimum quartum, quadringentos nonaginta libros conſcripſiſſe. Sed ridiculæ prorſus & inanis diligentiæ C. Meliſſus Grammaticus, de quo ſcribit Suetonius in *ejus Vita*: *Atque, ut ipſe ait, ſexageſimum ætatis annum agens, libellos ineptiarum, qui nunc jocorum inſcribuntur, componere inſtituit, abſolvitque centum & quinquaginta, quibus & alios diverſos poſtea addidit*. Multa præterea confuſanea variorum opera, & ſtupendæ magnitudinis volumina, quibus poſteris teſtari voluerunt, quam diligenter otium ſuum luſerint. Sed vel horum morbus non omnino aliqua laude indignus. *Non paranda ſolum nobis*, inquit Cicero, *ſed fruenda ſapientia eſt*. At hi tum demum ſtudiorum ſuorum fructum percipiebant, poſtquam inexhauſta diligentia variæ doctrinæ vaſtum pelagus emenſi, in ſupervacuis otium oblectabant. Sane & bellaria apponimus non ſedando ſtomacho, ſed oblectando palato: οὐ γὰρ μόνον ποτέον τῆς δίψης χάριν τῆς ἐπὶ τοῖς σιτίοις, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ σιτίον. Certe ut ſitis, ita hilaritatis & voluptatis eſt cratera. Quod ſi quorundam intemperantia hæc ſtudia æſtimamus, & pretium optimarum rerum imminutum imus, pari perverſitate corporis robur, firmam valetudinem, divitias, & id genus bona culpabimus. Seneca inter præcipuos, ut exiſtimant, Philologiæ contemtores, acrius illi inequitare videtur. Quanquam ſi accuratius ejus ſententiam ponderemus, non tam Philologiam quam Philoſophiam, quæ in Philologiam tota degenerarat, rejeciſſe ipſum inveniemus, *epiſt.* LXXXVIII. *Philoſophi*, inquit, *quantum habent ſupervacui, quantum ab uſu recedentis? Ipſi quoque ad ſyllabarum diſtinctiones, & conjunctionum ac præpoſitionum proprietates deſcen-*

derunt, & invidere Grammaticis: quicquid in illorum artibus supervacuum erat, transtulere in suam. Sic effectum est, ut diligentius sciant loqui, quam vivere. Et *epist.* CVI. *In supervacuis subtilitas teritur. Non faciunt bonos ista, sed doctos. Apertior res est sapere, imo simplicior. Paucis opus est ad mentem bonam literis.* Sine caussa miramur Senecæ displicuisse hæc studia, acerrimo temporis vindici, qui nequicquam oblectationi dandum censebat, & bonos tantum, non doctos, quærebat; cum tamen & probitas & eruditio apud eosdem morari possint. Sed facile eas artes odimus, quarum imperiti sumus. Permittant enim mihi me verum dicere Senecæ amatores, studia liberalia, quæ ille vere ingeniosa vocat, parum exacte didicerat: recte quidem ex Stoicorum præscripto, qui asserebant, sine iis ad sapientiam perveniri, quod παράδοξον latius exsequitur *epist.* LXXXVIII. Sed ut huc transferam Firmici verba, ex I. *Astronomicon, non habent judicandi auctoritatem, qui ad statuendum aliquid imperita licentia adducuntur.* Quanquam & Seneca sententiam suam ita circumscripserit, hactenus ea utilia, si præparant ingenium, non detinent, si rudimenta sunt nostra, non opera. *Non discere*, inquit, *debemus ista, sed didicisse*: id est, non inhærere istis & occupari, sed præparari ad Philosophiam. Cæterum, si tanti est, verba ipsius intueamur. *Epist.* LXXXVIII. *Grammaticus circa curam sermonis versatur, &, si latius evagari vult, circa historias. Jam ut longissime fines suos proferat, circa carmina. Quid horum ad virtutem viam sternit? Syllabarum enarratio, & verborum diligentia, & fabularum memoria, & versuum lex ac modificatio? Quid ex his metum demit, cupiditatem eximit?* Eadem *epist. Sapientia non est in literis: res tradit, non verba.* *Epist.* LXXXII. *Faciet autem illud firmum assidua meditatio, si non verba exercueris, sed animum.* *Epist.* CVIII. *Illud admoneo, auditionem Philosophorum, lectionemque ad propositum beatæ vitæ trahendam: non ut verba prisca aut ficta captemus, & translationes improbas figurasque dicendi, sed ut profutura præcepta, & magnificas voces & animosas, quæ mox in rem transferantur.* Vides reprehendi nimiam anxietatem in verbis & oratione, quam sollicitam & politam indicium, ait, animi pusillis occupati. *Epist.* CXV. tanquam si nimia in contexenda oratione cura & verborum dilectu Philosophiæ studia impediat. Ita *Epist.* C. reprehendit Lucillum, quod scripferat libros civilium Fabiani non respondisse suæ exspectationi: *Oblitus*, inquit, *de Philosopho agi, compositionem ejus accusas. Vis illum assidere pusillæ rei, verbis? Ille se rerum magnitudini addixit.* *Epist.* LXXV. *Quis accurate loquitur, nisi qui vult putide loqui? Circa verba occupatus es. Jamdudum gaude, si sufficis rebus.* In eadem tamen *Epistola* ait: *Aliæ artes ad ingenium totæ pertinent, hic animi negocium agitur. Philosophia ingenio non renuntiat: multum tamen operæ impendi verbis non oportet.* Agnoscit ergo Philosophia Philologiæ partes, vel si hoc non concedit, saltem ejus auxilium non repudiat.

Libet interim interrogare hunc elegantiæ inimicum, qua fronte Zenonem, rigidæ suæ & virilis sapientiæ auctorem, diligentem appellet, & verba examinantem; cur tot verba perdere non erubuit in re supervacua, & suo judicio contemnenda. Nam *epist.* LVIII. sollicite, & longe quidem ultra acumen ociosissimi Grammatici, de verbis Latinis disquirit, quam multa illorum situs occuparit, quam multa subducta sint, docet, ut essentiæ vocabulo religiose tandem utatur. *Epist.* CXVII. *Coguntur nostri verba torquere, & unam syllabam interponere, quam sermo noster inseri non sinit.* Credo sane satis ostendisse Senecam, quam facundi sint adversus sua vitia Philosophi.

Sed omittam ista, nec fastidiose repetam, quæ in Grammaticæ commendationem dici solent, & vulgo nota sunt. Ego sane sic censeo, eam inter nobilissimas quasque artes locum occupasse. Nam quod illi sermonis studia tanquam ignobile subjectum reprehendunt, eam laudem maximam existimo. Etenim communi consensu receptum, primum parentem rerum duo peculiariter homini tribuisse, quibus ad indicium præclare & excellentis naturæ, divinitatis quodammodo particeps a reliquis animalibus separaretur, rationem & sermonem; λόγον Græci vocant; illam tamen ἐνδιάθετον λόγον, hunc προφορικὸν in pronunciatione situm. Galenus προτρεπτικῷ ἐπὶ τὰς τέχνας: λόγον κατὰ τὴν φωνὴν προφορικὸν ὀνομάζουσιν, κατὰ τὴν ψυχὴν ἐνδιάθετον καλοῦσι. Idem copiose tradit Plutarchus in libello, περὶ τοῦ ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι. Et ratio quidem communior: nam & reliqua animalia aliquo modo illa uti Philosophia probavit, & communis sensus exprimentis ductus credidit. Intellectum & cogitationem in iis colligimus, variis commoti adfectus indiciis, & aliquam certe rationem, cum nidos texunt, & oportunis sedibus locant, cum rupibus se muniunt, aut foveis tuta cubilia præparant, fœtus fovent, & ingenia vel humanis æqua ostentant. Hactenus tamen muta animalia censentur, atque ideo imperitioribus irrationalia. Et licet infinita illis perfecta & absoluta natura elargita est, quæ ab ipso ortu citra ullam docentis industriam exercent, & homini longa ætatis mora ac usu magistro vix accedunt, tamen præcipua nostra possessio ratio, ideoque illis eminentiores, & quadam societate divinitatem contingentes, intelligentia vicimus. Ea ipsa tamen ratio parum utilis, si abdita delitesceret; prodi eam sermone & ad omnium utilitatem exerceri oportebat, in cujus excellentia adstruenda si diutius immorarer, in supervacuis laborarem. Λόγον veteres Theologi totius universi Conditorem prædicarunt. Justinus Martyr παραινετικῷ πρὸς Ἕλληνας ad illa Orphei:

Αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρὸς, τὴν φθέγξατο πρῶτον.

Αὐδὴν ἐνταῦθα τὸν τοῦ θεοῦ ὀνομάζει λόγον, δι' οὗ οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ ἡ πᾶσα ἐγένετο κτίσις. Tertullianus *Apologetico*: *Jam ediximus DEUM universitatem hanc mundi verbo & ratione molitum. Apud vestros quoque sapientes λόγον, id est, sermonem atque rationem constat artificem videri universitatis.* Lactantius *lib.* IV. *c.* IX. Psellus *Arithmetica*. Sed hæc relinquenda sunt iis, qui sermonis laudationem instituunt: quod quidem nihil præstantius homini contigisse artificiosa mater natura abunde commonstravit. Nam & in capitis arce, diversorio rationis, & ipso ore sedes ejus collocavit. Neque enim temere existimandum est, ut illud aliis animantibus ad ingerendos ventri cibos, ita quoque homini ad subministrandas corpori escas datum. Illis quidem humile & ad pedes dejectum, terræ proximum, utpote vili ministerio comparatum: homini vero sublime, erectum, animi ostium & pectoris promtuarium, cujus divinas & admirandas cogitationes profert & enunciat. Varia deinde machinamenta & organa constituit, quibus subservientibus officio suo fungitur, ut tradit Galenus *de usu partium*.

Gregorius Nyssenus περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου cap. IX. & Nemesius περὶ φύσεως ἀνθρώπου cap. XIV. Arteriam, quæ a pulmonibus ad os pertingens vocem a mente ortam concipit & effundit. Linguæ plectrum, dentium vallum, vel, ut Poeta præcipuus ait, ἕρκος ὀδόντων, in quo

compositus & temperatus sermo, velut in castris, copiis instructus expeditionem molitur, templa petit, Deum alloquitur, & sacra celebrat. Mox ad hominum cœtus transmigrat, dispersos, vagos & latrociniis assuetos ad mitiora studia reducit. Urbes & respublicas accedit, turbidos, impotentes, scelerum fœdere devinctos ad juris servitutem adstringit. Transit deinde ad castra, acies præcinctas ad pacem revocat, & bellorum incendia sine sanguine exstinguit. Jam ad tribunalia secedit, immites & austeros judices flectit, gladio & rogo innocentes subducit. Habitum quoque Philosophi induit, sapientum placita enarrat, ad virtutem hortatur, adversus fortuita præmeditata præcepta promit, iracundiam reprimit, cupiditates improbas refrenat. Omnium denique circulis & coronis, omnibus comitiis immiscetur, ignoros docet, exulceratis mentibus lenimenta consolationum adhibet, consilio juvat, territis eximit timorem, & animi motus compescit. Cedo quid sermone excellentius, quid utilius, quid usu fœcundius? Vere ait ille: *Sermo omnem hominis actum præit*, & quæ Græcorum sententia est: *λόγῳ διοικεῖται βροτῶν βίος μόνῳ*. Ne repetam, quæ D. Basilius *Homilia* *εἰς τὸ πρόσεχε σεαυτῷ* in hanc rem differit. Quisquis igitur sermonem, cujus tam frequens & conspicuus apud omnes usus, sordidum & incultum sinit, næ ille, si quid sentio, animum, cujus est interpres & nuncius, squallidum & impolitum habet. Siquidem *oratio vultus animi est*, ut ait Seneca *epist.* CXV. & Dionysius Halicarnasseus *procemio* *τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας*: *ἐπιεικῶς ἅπαντες νομίζουσιν εἰκόνας εἶναι τῆς ἑκάστου ψυχῆς τοὺς λόγους*. Quinctilianus *lib.* XI. *Profert mores plerumque oratio, & animi secreta detegit, nec sine caussa Græci prodidere, ut vivat, quemque etiam dicere*. Innuit autem Aristotelem, cujus hæc verba in *Rhetorica ad Alexandrum*: *οἱ δὲ λόγοι τῶν ἠθῶν καὶ τῶν τρόπων εἰσὶν οἷον εἰκόνες*. Hoc ut probaret Seneca totam *epist.* CXIV. consumsit. Etenim ipsa animi vis abdita & absconsa latet, nec munera sua ostendere potest, nisi secedat ad extrema, & sermonis organo usa sese prodat, cujus beneficio divinitatem ejus agnoscimus & admiramur. Nam ut Nicephorus Græcoras *in Synesium*. *περὶ ἐνυπνίων* ex Plotino scribit, *ὁ ἐν προφορᾷ λόγος εἰκὼν ἐστι τοῦ ἐν ψυχῇ λόγου*. Si ergo oratio animi operta recludit, mores & actiones cujusque prodit, quantum conducat optimæ famæ, sermonem incuriose & negligenter habere, sui nominis sollicitos consulo. Si quis agrum fœcundum & aratro facilem possideat, illumque velut sterilem virgultis & sentibus oppletum deserat, prona suspicio est de ignavia domini. Quid vetat pari ratione ex horrida & inornata oratione de animo conjecturam facere:

—— caput intactum buxo, naresque pilosæ,
Hispida membra — & duræ per brachia setæ
Promittunt atrocem animum ——

Ideoque speculum, formæ magistrum, invisimus, & si quis vultus naturali vitio excæcatus, arte emendamus, crines ad lenocinium decoris componimus; nihil denique oculis expositum immundum patimur, ne qua sordium labes elegantiæ & nitoris famam destruat. Quanto satius erat sermonem mentis indicem comere atque expolire, & suspicionem horridi & agrestis animi penitus amoliri. At enim Philosophi tristitia spernit amœnam & festivam orationem, ut parum decoram, & minus supercilio suo congruentem. Non imponat imprudentioribus Philosophi nomen, quod in plerisque indignis modis exsorduit, qui regiam disciplinam illiberali contagio polluerunt. Neque enim illi vere Philosophi existimandi, qui, reli-

A ctis negociis, ociosis disputationibus se dediderunt, & vultu sonituque censoriæ orationis Philosophiam mentiti sunt. Nobis demum, ut Synesius in *Dione*, is erit Philosophus, qui minime agrestis, sed gratiarum sacris initiatus, quique exacte didicerit *τοῖς ἀνθρώποις ἐξομιλῆσαι*. Hanc Philosophiam fœdus & sordidus quisque frustra promittet. Quis audebit negare, ipsa Philosophiæ præcepta firmius hærere, & vehementiores stimulos menti adigere, quoties rerum pulcritudini claritas orationis novum decorem addit. Dionysius Halicarnasseus *περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων*, complures Philosophos stilo cultos, & politæ orationis
B studiosos, recenset. At Cicero III. *de Finibus*: *Istiusmodi res* (philosophicas) *dicere ornate velle, puerile est, plane autem & perspicue expedire posse, docti & intelligentis viri*. Equidem non video, quomodo aliquis perspicue & plane dicere possit sine verborum delectu & cognitione. Quod vero Socrates apud Ciceronem I. *de Oratore*: *Omnes in eo quod scirent satis esse eloquentes*. Recte quidem ex Socratis sententia, quam tamen Cicero non ut Philosophus, sed ut Rhetor veram negavit. Rejicit Socrates nimium & superflum verborum ornatum; is enim proprie illorum, qui vi o-
C rationis renitentes flectere conantur. Philosophi vero non tam suadent, quam docent & instruunt, & quod Chrysippus apud Plutarchum *περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων*. *οἱ φιλόσοφοι πρὸς τὴν ἀλήθειαν, οἱ δὲ δικολόγοι περὶ νίκης ἀγωνίζονται*.

Non negligit ergo Grammaticæ auxilium Philosophia, sed supervacuum Rhetoricæ studium spernit. Viderit ergo Seneca, quam recte negavit Philosopho competere curam sermonis. Ego sic existimo, non solum Philosopho, sed homini liberali conveniens, ornata & polita oratione uti, eaque, quantum potest, festiva & amœna omnes vincere, & quod Synesius ait, *aliquid ex vita otii dare huic*
D *curæ, ut lingua purgetur, ipseque animus & sensus suavior & jucundior efficiatur*. Si enim rudem & incultum sermonem natura voluisset, talem utique dedisset, ut reliquis animantibus, ab ipso scilicet ortu perfectum & permanentem. Nobis vero qui inconditum & inarticulatum aliquid ore hiante sonamus, formanda sensim lingua & convibranda, ne dentibus illidatur; flectenda deinde ad palatum, & rursus pendula reducenda; rictus quoque oris reprimendus, & leni hiatu labra referanda, ne immoderata & informis vox oriatur. Hisce tormentis educatus sermo humanus, vix adultis perfectus accedit. Quod ergo Philologiæ crimen,
E si leges naturæ servat, si animum elegantem & pulchrum prodit, si in eo excolendo laborat, quo nihil melius, nihil præstantius a natura accepimus. *Omnis* vero *Oratio rebus & verbis constat*; atqui ut verba sine rebus locum nullum habent, ita res sine verbis, velut lumine suo distitutæ, inanes. Vere autem C. Cæsar, ut Cicero in *Bruto* scribit, *verborum dilectum eloquentiæ originem esse* ajebat.

Sed in electione opera luditur, nib verborum naturam & significationem probe notam & pervestigatam habeamus. Clarissimæ gentes & fama eruditionis inclytæ recte loquendi laudem magno ambi-
F tu semper quæsiverunt. Græcia parens facundiæ, atque adeo omnis elegantiæ, sermonis puritatem sollicite observavit, omnia ad Hellenismi lineam redegit, exotica ut vitiosa rejecit, syllabam barbare & incondite pronuntiatam, tædula & delicata nimis, ne in peregrinis quidem tulit. Ideo enim barbaros Græci appellarunt, quod *παχύστομοι ἢ τραχύστομοι*: & Homerus Cares *βαρβαροφώνους* dixit, quod vocabula ita pronuntiarent, *ὡς οἱ βάρβαροι οἱ εἰσαγόμενοι εἰς τὸν Ἑλληνισμὸν*, ut auctor est

Strabo *lib.* XIV. Mira Atheniensium cura in sermonis proprietate & elegantia. Suidas *in* θειῶ scribit, illos, cum aliquando inopia premerentur, & pecunia egerent, eamque peregrinus quidam promisisset, beneficio ejus uti noluisse, quia scilicet σολοικίζων, δανειῶ dixerat. At cum emendasset errorem, & δανείσω dixisset, passi sunt eum nummis suis egestati succurrere. Præpostera & superstitiosa anxietas, quæ tamen solos Athenienses decebat, quibus antiquior verborum ratio, quam commodi & utilitatis. Violari enim elegantiæ famam existimabant, si vel unicum solœcismum cuiquam ignoscerent; tanquam si ad imperii summam pertineret purus & emendatus sermo. Ita cum Demetrius Athenas obsidione pressisset, & destitutæ commeatu diutius famem tulissent, victorem admiserunt; qui civibus inedia infirmis frumentum dedit. Hanc liberalitatem suam cum ad populum referret, forte barbarismus imprudenti excidit. Tunc quispiam ex iis, qui ad concionem confluxerant, suggessit erranti Demetrio, quomodo vitium corrigeret; quod emendationis indicium IↃↃ medimnis se remunerare velle promisit, ut Plutarchus in *Apophthegmatis* refert. Sane ambigo, an magis admirer difficilem anxietatem illorum, qui attriti bello & fame, ne in victore quidem & benefactore solœcismum ferre potuerunt, an potius Demetrium, qui erratum tam ingenti munere redemit, nisi hoc quoque ad captandam Atheniensium gratiam pertinebat, solœcismum ingenti pretio expiare. Quod convenientissimum illi fuisset, qui in maximo rege vanitatem ementiendæ stirpis excitavit. Scribit enim in *Vita Alexandri* Plutarchus, Regem, cum ad consulendum Jovis Ammonis oraculum, templum accessisset, & sacerdos blande eum compellans παιδίον salutare vellet, lapsus vero errore παιδίος dixisset; continuo hoc ita interpretatum, quasi *filium Jovis* appellasset. Quæ persuasio Alexandri animum tanta superbia inflavit, ut se Jovis filium dici & haberi jusserit; imo divinos honores exhiberi sibi passus sit, quo summam gloriam & rerum gestarum famam mirum in modum corrupit.

Sane vocum proprietas & significatio accurate semper Antiquis notata, eaque observatio utilis & magni momenti etiam in gravissimis rebus. Athenæus *Deipnosoph.* lib. XIV. ex Agatarchidis *Europicis* refert, *Athenienses & Bœotos de regionis finibus contendisse, quam Sidam appellabant. Epaminondas, qui partes suas defendebat, e sinistra manu malum Punicum in dextram transtulit, & Athenienses interrogavit, quo nomine appellarent. At illi* ῥόαν *se vocare responderunt. Nos vero, inquit, Sidam appellamus. In hoc autem tractu, de quo controversia est, plurima sunt mala Punica, indeque regioni nomen impositum.* Atque hoc unico argumento Epaminondas caussam obtinuit. Sed ipsa rerum & verborum cognatio, quæ quidem tanta est, ut nulla ratione divelli possint, Grammaticæ dignitatem ostendit. Aristoteles σοφιστ. ἐλέγχων: *Res ipsas proferri non posse, sed earum notas vocabula proponi:* & lib. περὶ Ἑρμηνείας cap. I. *voces signa ac notas affectuum animæ.* Plato in Cratylo: *Nomen rei ipsius vim mente conceptam, & voce expressam.* Clemens *Stromat.* lib. VIII. τὰ ὀνόματα σύμβολα τῶν νοημάτων. Cicero in *Topicis*, *nomina rerum notas* vocat. Ab hac cognatione Græcis ἔπος ipsa res, ut Latinis nomen, quibus & res a Græco ῥῆσις dicta. Hinc illud Solonis apud Diogenem Laertium: λόγον εἴδωλον τῶν ἔργων: & Democritus λόγον ἔργου σκιὴν ajebat, quod repetit Philo περὶ τῶν μετονομαζομένων, & Synesius περὶ βασιλείας. Plato in *Sophista*: Τὸ μὲν ἐπὶ ταῖς πράξεσιν ὂν δήλωμα, ῥῆμά που λέγομεν. τὸ δ' ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ἐκείνας πράττουσι σημεῖον τῆς φωνῆς ἐπιτεθὲν, ὄνομα. In *Cratylo*: τὸ ὄνομα μίμημα τοῦ πράγματος. Apud Hippocratem *de ratione victus in morbis acutis*; ἀριθμοὶ τῶν νουσημάτων, Erotianus ἀριθμοὺς τὰ ὀνόματα interpretatur. Nam ut numeri quantitatem, ita nomina res ipsas declarant. Sane & Protagoras nomen rerum mensuram ajebat, ut Plato in *Cratylo* testatur. Alcinous de doctrina Platonis: ὄνομα ὄργανον πράγματος. Plato vero in *Cratylo*: ὄνομα διδασκαλικόν τι ἐστὶν ὄργανον, καὶ διακριτικὸν τῆς οὐσίας. Inde idem Philosophus: ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται καὶ τὰ πράγματα. Proinde recte Plutarchus περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος: Ἄριστα λέγεται παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ τοὺς μὴ μανθάνοντας ὀρθῶς ἀκούειν ὀνομάτων, κακῶς χρῆσθαι καὶ τοῖς πράγμασιν. *Optime a Philosophis dici*, ait, *qui vocabula non recte intelligere discunt, eos in rebus falli.* Et Jul. Pollux, *magnam sapientiæ partem, scire quo quæque nomine appellentur.* Arrianus *Dissertat. Epicteti*: ἀρχὴν παιδεύσεως τὴν τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψιν: & *qui velit Philosophiam attingere, ei inprimis initio rerum vocabula consideranda & investiganda.* Quanquam Grammaticæ dignitatem non tantum a verbis aut sermone asserere licebit. Nihil in illa leve aut spernendum, ne ipsa quidem ejus primordia, literarum, inquam, elementa, quorum exilitate apud imperitos contemtum invenit. Non dicam ex earum signis & notis arcana quæque solis impiis & ignaris rejicienda, exculpi posse. Suffecerit sane, quod illis memoriam, quam recte Cicero I. *de Oratore thesaurum omnium rerum* appellabat, debeamus. Ita enim Æschylus *Prometheo*; γραμμάτων δὲ συνθέσεις μνήμην ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάτην. Hinc capienda illa Hippocratis I. *de diæta*: γραμματικὴν εἶναι δύναμιν τὰ παροιχόμενα μνημονεῦσαι. Sed ne diutius hæc festinantem retineant, quam necessaria Theologis Philologiæ cognitio, antiqui Patres diversis locis docent. D. Hieronymus *epist. ad Magnum Oratorem*, Basilius lib I. *contra Apologeticum Eunomii*. Synesius *epist.* CLIV. vitio sibi verti ait a Theologis, quod politiora hæc studia amplecteretur: Ἔφασάν με παρανομεῖν εἰς φιλοσοφίαν, ἐπαΐοντα κάλλους ἐν λέξεσι, καὶ ῥυθμοῦ καὶ περὶ Ὁμήρου τι λέγειν ἀξιοῦντα, καὶ τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις σχημάτων, ὡς δὴ τὸν φιλόσοφον μισολόγον εἶναι προσῆκεν, καὶ μόνα περιεργάζεσθαι τὰ δαιμόνια πράγματα, καὶ αὐτοὶ μὲν θεωροὶ τοῦ νοητοῦ γεγονότες. ἐμὲ δὲ οὐ θέμις, διότι νέμω τινὰ σχολὴν ἐκ τοῦ βίου τῷ καὶ τὴν γλῶτταν καθήρασθαι, καὶ τὴν γνώμην ἡδίω γενέσθαι. Sed quales isti quæso Theologi, qui hæc in Synesio reprehendebant. Nempe *qui inscitia subministrante audaciam, de DEO disserere omnium promptissimi. In quos si incideres, statim nonnulla audires de syllogismis, quæ comprehendi non possunt. Ex quibus præsules & doctores populi in civitatibus fiunt.* Hi Synesium a se instrui & doceri volebant, *brevique futurum promittebant, ut in rebus divinis audacissimus fieret, & noctes atque dies concionari posset.* Οἱ μὲν, inquit, ἀμαθίας ἡγουμένης τοῦ θράσους, προχειρότατοι πάντων εἰσὶ περὶ τοῦ θεοῦ διαλέγεσθαι. οἷς ἂν ἐντύχῃς, ἀκούσῃ τινὰ περὶ τῶν ἀσυλλογίστων συλλογισμῶν. ἀπὸ γὰρ τούτων ἐν ταῖς πόλεσιν οἱ δημοδιδάσκαλοι γίνονται. οὗτοί με μαθητιᾶν ἑαυτοῖς ἀξιοῦσι, καὶ φασὶν ἀποφαίνειν ἐντὸς ὀλίγου τὰ περὶ θεοῦ παντολμότατον, ἡμέρας ἑξῆς καὶ νύκτας ἀγορεύειν δυνάμενον. Sed hujusmodi exacte & plene idem Synesius in *Dione* agit. Utinam imperiti & optimarum artium expertes Theologi hanc gratiam me a sese impetrare permitterent, ut illa legere & culpam emendare vellent. Inprimis autem Critices studium sectari debent Theologi. In promptu est caussa ex iis, quæ proxima diatribe docui. Cyrillus in *Actis Synodi E-*

phesinæ epist. LXXVI. tradit, *multa a Spiritu Sancto recte tradita, ab hæreticis perversa mente corrumpi, illudque satis ostendisse epistolam Athanasii ad Epictetum, recte scriptam & consentientem sanis dogmatis, depravatam ab illis editum, ut plurimos hoc modo seducerent, ideoque se utile & necessarium existimare, ut conferant hanc novam editionem cum veteri, quæ penes se incorrupta: ejusque se mittere propria & autographa exemplaria.* Τὰ διὰ τ̃ Ἁγίε Πνεύματος ὀρθῶς εἰρημένα ταῖς ἑαυτῶν κακονοίαις παραφθείροντες, καὶ ταῖς ἰδίαις κεφαλαῖς τ̃ ἄσβεστον ἐπαντλῶντες φλόγα. ἐπειδὴ γὰρ μεμαθήκαμεν, ὅτι καὶ τ̃ πρὸς τ̃ μακάριον Ἐπίκτητον ἐπιστολὴν τ̃ Ἀθανασίε, ὀρθοδόξως ἔχουσαν παραφθείραντές τινες ἐκδεδώκασιν, ὡς ἐντεῦθεν ἀδικεῖσθαι πολλούς, καὶ τῦτο χρήσιμόν τι καὶ ἀναγκαῖον ἐπινοοῦντες τοῖς ἀδελφοῖς, ἐξ ἀντιγράφων ἀρχαίων τ̃ παρ' ἡμῖν ἀπλανῶς ἐχόντων, ἀπεστείλαμεν τὰ ἴσα τῇ σῇ ὁσιότητι. Vide D. Augustini *de Doctrina Christiana* lib. II. cap. XIV.

Sane Critices studium tam diligenter amplexi sunt antiqui Patres, ut etiam illud tempus, quod quieti & remissioni dandum erat, in eo collocarint. Origenes apud Cedrenum: Οὔτε γὰρ δειπνῆσαι ἔστιν ἡμῖν ἀντιβάλλουσιν, ἔτε δειπνήσασιν ἔξεστι περιπατῆσαι, καὶ διαναπαῦσαι τὰ σώματα. ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις φιλολογεῖν, καὶ ἀκριβῦν τὰ ἀντίγραφα ἀναγκαζόμεθα. Incredibilem diligentiam veterum Christianorum, in colligenda lectionis veritate, & observanda scripturæ varietate, satis ostendit Cassiodorus *de divinis lectionibus* c. XV. Non rejiciendas vocum observationes, ut frivolas & inanes, docet Basilius, qui jubet Theologos scrutari sententiam in singulis vocibus & syllabis latentem, *Proœmio de Spiritu Sancto*: Τὸ μὴ παρέργως ἀκέειν τ̃ θεολογικῶν φωνῶν, ἀλλὰ πειρᾶσθαι τ̃ ἐν ἑκάστῃ λέξει & ἑκάστῃ συλλαβῇ κεκρυμμένον νῦν ἐξιχνεύειν, οὐκ ἀργῶν εἰς εὐσέβειαν, ἀλλὰ γνωριζόντων τ̃ σκοπὸν τ̃ κλήσεως ἡμῶν. οὐ μὴν ὅτι μικρὰ ὡς αὖ τῷ δόξαι τὰ ἐρωτήματα. διὰ τῦτο καὶ παροφθῆναι ἄξια. ἀλλ' ἐπειδὴ δυσθήρατος, ἡ ἀλήθεια, πανταχόθεν ἡμῖν ἐξιχνευτέα. εἰ γὰρ ὥσπερ αἱ τέχναι, ὕτω καὶ ἡ τ̃ εὐσεβείας ἀνάληψις τ̃ κατὰ μικρὸν προσθήκαις αὔξεται, οὐδενὸς ὑπεροπτέον τοῖς εἰς τ̃ γνῶσιν εἰσαγομένοις. ὡς εἴ τις τ̃ πρώτων στοιχείων ὡς σμικρῶν ὑπερίδοι, πότε τ̃ τελείων τ̃ σοφίας ἐφάψεται.

Antiqui Juris-Consulti tanta diligentia Grammaticæ studia susceperunt, quasi ejus adminicula sola sibi sufficere existimarent. Admirari interdum & pene ridere liceat acumen illorum in eruenda verborum origine. Ne dicam de elegantissima oratione, quæ profecto tam apta & concinna, tam propria, ut jurares eos omnia anxie invertisse, laboriose conquisita sollicite composuisse, & de singulis in consilium ivisse: certe ubique se Stoicos Grammaticos probant. Nam & argumenta a vocabulis sumunt, & in rerum definitionibus plerunque originatione utuntur, & passim τρόπες ἐτυμολογίας inserunt.

Denique quo pertinent illorum libri differentiarum, definitionum, de verborum significatione, & id genus. Et ne sibi blandiantur falsa persuasione rudes & imperiti, harum literarum contemtores, ad veteris Jurisprudentiæ adyta expeditior aditus fuisset, si Philologiæ sacris initiati accessissent, hactenus profani oberrant, & sordidi & illoti ab ejus sacris arceantur. Credant hoc Grammaticis, quod in Juris-Consultorum scriptis, velut altissimis tenebris, præsidio horum studiorum exitum invenerint. Non existimo necessarium esse, multis docere velle, hæc studia Medicis excolenda, quibus in Veterum libris velut in spississima nocte meræ tenebræ, nisi hac face iter sibi aperiant. Vere Tertullianus lib. *de Idolololatria, literaturam instrumentum esse ad omnem vitam*. Erotianus Hippocratem sollicitæ elegantiæ ait verborum, & proprietatis sermonis studiosum: Γέγονεν, inquit, ἀνὴρ Ὁμηρικὸς τ̃ φράσιν, καὶ τ̃ ὀνοματοποιίαν δεξιός, περιγράψαι καὶ διάνοιαν ἱκανός, καὶ τ̃ κοινῆς καὶ εἰς πολλοὺς πιπτύσης λέξεως ἐκλέξασθαι τ̃ κυριωτέραν. *Eaque de caussa multos præclaros viros & Medicos & Grammaticos Hippocratem interpretari conatos, vocesque ejus ad communem loquendi usum transtulisse* eodem loco refert, & complures Medicos & Grammaticos, qui Hippocratis dictiones interpretati sunt, recenset. Galenus ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος, Hippocratem τῆς ἑρμηνείας non solum studiosum, sed ejus summam assecutum auctor est, cujus adeo imperitos alios Medicos narrat ὥστε πολλοὺς αὐτῶν ἔστιν ἰδεῖν καθ' ἓν ὄνομα δὶς ἁμαρτάνοντας. Quod haud immerito ridet & serio elevat gravissimus auctor, atque hanc caussam ait, cum omnes Hippocratem admirentur, ab ejus tamen lectione abhorreant, scilicet *cum legant, omnem operam ludere, quoniam ea quæ velit, non capiant*. Sane Hippocrates sæpe in gravissimis rebus ad Grammaticen confugit, & argumentis a nominibus ductis utitur. Lib. περὶ ἱερῆς νύσυ sollicite inquirit in etymon τ̃ φρενῶν, eorumque opinionem refellit, qui φρένας ἀπὸ τῦ φρονέειν καὶ νοέειν dici putabant. Sed inter omnes & quidem præcipuos Grammaticos verticem attollit Galenus, quo vere dixerim nemo felicius & copiosius ab omni antiquitate Philologiæ studia illustravit; cujus fidem nobis faciunt libri ab ipso relicti. Ne opus habeam ad illos provocare, quorum titulos non sine invidia legimus.

Præterea cum admiratione observo, nullum fere Philosophorum, quin aliqua ingenii sui monumenta Grammatica aut Philologica reliquerit. Legimus Theophrasti περὶ γραμμάτων, περὶ σολοικισμῶν. Chrysippi περὶ τῆς κατὰ τὰς λέξεις ἀνωμαλίας. Sed satis erit intendisse digitum ad Diogenem Laertium, qui eorum Opera recenset. Plato vero quam superstitiose circa verba digladiatur, quam studiose illis inhæret, eorum origines quærit nec invenit! τ̃ ἐτυμολογικὸν τόπον ὅλον, inquit Alcinous περὶ τ̃ Πλάτωνος δογμάτων, ἐν τῷ Κρατύλῳ διεξέρχεται. In quo quærit πότερον φύσει τὰ ὀνόματά ἐστιν, ἢ θέσει. ἀρέσκει δὲ αὐτῷ θέσει ὑπάρχειν τὴν ὀρθότητα τ̃ ὀνομάτων, οὐ μὴν ἁπλῶς οὐδὲ ὡς ἔτυχεν. ἀλλὰ ὥστε τὴν θέσιν γενέσθαι ἀκόλουθον τῇ τ̃ πράγματος φύσει. Etenim haud exigua aut otiosa existimanda est τῆς ἐτυμολογίας ἐπίσκεψις, cum ad rei dubiæ fidem recta nominis interpretatio multum ponderis adferre solet, siquidem non temere sed judicio & ratione nomina rebus imposita statuamus. Sed de his *c.* x. egi. Quinctilianus *lib.* I. *cap.* IV. scribit *Aristotelem & Theodectem verba & nomina & conjunctiones tradidisse*. Aristoteles sæpe ex nominum argumentis rei veritatem proponit, sollicite in vocum proprietate laborat, & sæpe conqueritur vocabula rebus imparia, ut *Meteorologicon* lib. IV. cap. III. Λέγεται δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ πέπονα τ̃ πεπεμμένων, κατὰ μὲν τὴν αὐτὴν ἰδέαν, μεταφορᾷ δέ, διὰ τὸ μὴ κεῖσθαι, καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον, ὀνόματα καθ' ἑκάστην τελείωσιν περὶ τὰ ὁριζόμενα ὑπὸ τῆς φυσικῆς θερμότητος καὶ ψυχρότητος. Hunc eundem summum Philosophum Critices Auctorem habemus, ut jam docui. Inprimis vero Stoici Grammaticæ studia excoluerunt, auxerunt, & subtilitates non necessarias induxerunt, ut patet ex Diogenis Laertii *Zenone*. Verba novarunt, & in minutissimis nugis argutari de industria satis egerunt. Argumento est Chrysippus, quem Galenus libro de *Hippocratis & Platonis decretis*, ubique sugillat vocabula nimis morose observantem, & inducentem ambiguitates vocabulorum Græcis insuitatas. Vide Galenum in-

tio *lib.* IV. Ciceron. V. *de Finibus*. Inde Varro IV. *de Lingua Latina*: *Quod non solum ad Aristophanis lucernam, sed etiam ad Cleanthis lucubravi*. Cleanthis scilicet Stoici. Plinius *Proœmio suæ Historiæ*: *Audio Stoicos & Dialecticos, Epicureos quoque parturire adversus libros, quos de Grammatica edidi*. Scripserat autem dubii sermonis libros; adversus hos Stoici dialectici aliquid moliebantur, quia, ut Seneca definit *epist.* LXXXVIII. *Dialectica proprietates verborum exigit*. Stoici autem, relicta arte dicendi, solam argumentandi rationem, detracto Rhetorum cultu, adsumserant, secuti strictum & collectum dicendi genus; inde proprie Dialectici. Dionysius Halicarnasseus *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων*: eoque nomine intelligendi apud Ciceronem. Malim itaque legi apud Plinium, *Stoicos Dialecticos*, non, *Stoicos & Dialecticos*.

Sed ne solos Philosophos Grammaticos fuisse ostendam, certe & Oratores & Sophistæ ad hoc studiorum genus accesserunt, ut ex Philostrato, Suetonio & Suida constat. Imo, quod mireris, præcipui inter Romanos, rerum dominos, in tot occupationibus, in administratione imperii totius orbis, Grammaticæ studia diligenter excoluerunt. Equidem sic censeo, si tam vilis & abjecta hæc ars, si tam ridicula & inutilis, ut ejus calumniatores clamant, noluissent certe prudentissimi Viri erubescere posteritati, cui Grammaticæ monumentis nomen suum transmiserunt. Quem mihi ex omni antiquitate dabis C. Julio Cæsare occupatiorem? Illi tamen vacavit in strepitu classicorum, in belli civilis incendio, *de Analogia* scribere. Ille inquam Cæsar, qui præstantissimorum gloriam eloquentia & arte militari non solum æquavit, sed longe excessit, tantum ocii a se impetrare potuit, ut præter alia excellentis sui ingenii monumenta duos de analogia, aliosque Philologi argumenti libros, reliquerit. Quis M. Varrone eruditior? quis illo publicis negotiis districtior? Hunc tamen gravissimæ disciplinæ & Reipublicæ cura ab his studiis minime avocavit. Quin de omnibus fere Grammaticæ partibus ingentia volumina condidit. Imo de declinationibus scripsit, ut ipse lib. VII. *de Lingua Latina* testatur. Cicero quoque passim Grammaticum se probat, ut *epist.* XXII. *lib.* XIII. *ad Atticum*, ubi de verbo *inhibere* Grammatica fide disputat. Sane ejus studium nullibi dissimulat; ideoque & Varro, & Cæsar commentaria sua ejus argumenti Ciceroni inscripserunt, tanquam illi, qui iis caperetur, recteque de hujusmodi judicare posset. Claudius Cæsar, ut Suetonius scribit, *commentus est literas tres, ac numero Veterum quasi maxime necessarias addidit. De quarum ratione cum privatus adhuc volumen edidisset, mox Princeps non difficulter obtinuit, ut in usu quoque promiscuo essent*. Alexandrum Homeri *Iliada* emendasse, vel ab Aristotele eam emendatam accepisse memoriæ proditum est. Plutarchus in *Alexandro*: Ἦν δὲ φύσει φιλόλογος, καὶ φιλομαθὴς, καὶ φιλαναγνώστης. καὶ τὴν μὲν Ἰλιάδα τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον καὶ νομίζων καὶ ὀνομάζων, ἔλαβε μὲν Ἀριστοτέλους διορθώσαντος, ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν. Sane regibus tam familiaria fuisse studia Philologica, ut etiam ad honestam animi remissionem, & colloquia supra mensam iis uterentur, indicio est Plutarchus lib. *Non posse jucunde vivi secundum Epicurum*, quem ait in libro περὶ βασιλείας ausum fuisse scribere: Τοῖς φιλομούσοις τῶν βασιλέων στρατηγικὰ διηγήματα, καὶ φορτικὰς βωμολοχίας ὑπομένειν μᾶλλον ἐν τοῖς συμποσίοις, ἢ λόγους περὶ μουσικῶν καὶ ποιητικῶν προβλημάτων περαινομένους. I nunc & contemne hæc studia, quæ non tantum Philosophos auctores, sed

A Dictatores, Imperatores & Consules Romanos, Reges & Principes vindices & cultores habent. Sane Romanos magni æstimasse Grammaticæ studia, abunde manifestum est ex eo, quod scribit Suetonius: *Curam artis tantam increvisse, ut ne clarissimi quidem Viri abstinuerint, quo minus & ipsi aliquid de ea scriberent, atque temporibus quibusdam super viginti celebres scholæ in urbe tradantur, pretia Grammaticorum tanta mercedesque, ut constet Lutatium Daphnidem ducentis millibus nummum emtum, L. Apulejum quadringenis annuis conductum docuisse*. Quod multos movit, ut
B relicta Philosophia Grammaticæ studia amplexi sint. Refert enim idem Suetonius: *Aurelium Opilium Philosophiam primo, deinde Rhetoricam, novissime Grammaticam docuisse*. Scilicet ut major merces docenti dependeretur. Quin & statuæ positæ Grammaticis, ut aliis præclaris viris, quibus honor iste concessus ob merita in Rempublicam, aut eminentem virtutis speciem. Gratia Regum & principum inclytos, & illorum institutioni præfectos eosdem legimus. Nonnullos præterea ad Rempublicam accessisse, obiisse legationes notum est: quod & Suetonius de Cratete Mallote tradit, & Suidas auctor Dionysium Alexandrinum Nero-
C nis imperio fuisse ab epistolis, a responsis, & gravissimis legationibus functum.

Sed parcam exscribere Suetonium, Suidam aliosque Auctores, apud quos passim hujusmodi observare licet. Neque enim hæc ars laudantis lenocinium requirit, cujus utique utilitas ac dignitas omnibus cognita & perspecta. Docebit ergo γραμματικὴ τῶν λόγων ἐμπειρίαν, ut Isidorus Pelusiota *epist.* LXIV. scribit: & quod Cassiodorus *Variar.* lib. IX. ait, sit *fundamentum pulcerrimum literarum, gloriosa facundiæ mater, quæ cogitare novit ad laudem, & loqui sine vitio*. Sit, inquam, ut Synesius appellat, Philosophiæ soror, & quod
D Clemens I. *Strom.* primus & secundus ad eam gradus. Neque enim fraudem patitur, si eam Philosophiæ proximam non collocemus. Non statim exile est, quod alterius magnitudine deprimitur. Argentum licet aurum non sit, precium tamen suum illi remanet. Ita primis artibus sua dignitas constabit, etiamsi sublimioribus impares: quæ vel ideo legitimo censu æstimandæ, quod Philosophia ipsa, atque adeo graviores scientiæ apud illas natæ & educatæ sint. Quod per eas demum ad sapientiæ mysteria via aperta fuit. Quare si studiorum voluptates quærimus, si sermonem, summum & præ-
E clarissimum naturæ munus, cultum amamus, si animum ipsum politum, si Philosophiam nitidam volumus, si denique optimas artes, si sapientiæ studia amamus, non repudiemus hanc artem, quæ reliquarum omnium altrix, parens, & propagatrix. Quam si maledictis & calumniis liberavi, si crimina illi objecta aut nulla, aut leviora ostendi, si denique honorem ejus digne asserui, operæ meæ precium adsecutus sum. Hic enim præcipuus hujus πραγματείας finis, ad quem per has ambages aditus expediendus erat, haud dubie prolixiores, quam ratio instituti permittebat.

F Sed ignosce, lector, Grammatici crimen meum feceram, quantum illi faverem ostendere libuit, qui etiam hæc ad Prisciani lucernam commentati sumus. Viderint tamen furiose malevoli, ne pæana canant de alieno errore, quem nondum probarunt: viderint ne triumphum agant de victoria, quam nunquam obtinebunt. Sed ut expleam argumentum, secedendum ad alia, de quibus, quam brevissime potero, dicam. Neque enim plene illa docere æquum est, quæ tantum inchoare, quorumque velut lineamenta quædam & vestigia ostendere constitui.

CAP. XX.

1 Διαλεκτικὴ, λογικὴ. 2 Etymon τ̃ λογικῆς. λόγοι, Aristoteles explicatus. 3 Διαλεκτικὴ quomodo Aristoteli usurpata. 4 λογικὰ καὶ κενά. 5 Dialecticæ origo, definitio, & divisio.

1 SECUNDA artium Logicarum διαλεκτικὴ, quæ & ipsa λογικὴ. Plutarchus lib. 1. *de placitis Philosophorum:* Stoicis Philosophiæ tres partes, φυσικὴ, ἠθικὴ, λογικὴ. λογικὸν δὲ μέρος, τὸ περὶ τ̃ λόγου, ὃ καὶ διαλεκτικὸν καλοῦσιν. Sextus Empiricus 1. *adversus Mathematicos*. Galenus lib. ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος.

2 A noticiis secundis, quas Aristoteles λόγους appellat, *Metaphys.* lib. 11. cap. v. ubi interpretes hallucinantur. *Metaphys.* lib. 1. cap. IV. ἡ τῶν εἰδῶν εἰσαγωγὴ διὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἐγένετο σκέψιν, οἱ γὰρ πρότεροι διαλεκτικῆς ἐ μετεῖχον, λόγους intellige noticias Dialecticas. Subnectit enim de Dialectica, quam eos ignorasse ait, qui Ideas introduxerunt. Dialectica autem solam Logices partem τοπικὴν notat: λογικὴ vero generali nomine totam disciplinam, quæ ratiocinari docet. Apud Diogenem Laertium lego Democritum libros τῶν λογικῶν reliquisse.

3 Aristoteli λογικὴ & διαλεκτικὴ eadem quidem notione; quatenus intelligit probabilem disserttionem, non autem ἀποδεικτικὴν. Joan. Grammaticus in 1. *Analyt.* διαλεκτικὴν *& vera & falsa assumere*, ἀποδεικτικὴν *vera tantum*. Ergo διαλεκτικὴ disputatio, quæ opinione & probabili concepta. *Analyt. poster.* lib. 1. cap. XVI. κατὰ δόξαν συλλογιζομένοις καὶ μόνον διαλεκτικῶς. Ibidem opponit συλλογίζεσθαι διαλεκτικῶς, & πρὸς ἀλήθειαν σκοπεῖν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων. Eodem *lib. cap.* XIX. λογικῶς & ἀναλυτικῶς opponit, & *Metaphys.* lib. XIII. cap. v. Quod vero *Eudemior.* lib. v. cap. IX. Ideas boni esse λογικῶς καὶ κενῶς dici.

4 Λογικὰ καὶ κενὰ, quæ speciem probabilis præ se ferunt, revera tamen non sunt. Platoni εἰκότα. Aristoteli περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων, φαινόμενα κατὰ τὸ πρᾶγμα, οὐκ ὄντα. *De Generatione animalium* lib. II. c. VIII. λογικὴ ἀπόδειξις. λέγω δὲ λογικὴν, ait, διὰ τοῦτο, ὅτι ὅσῳ καθόλου μᾶλλον, πορρωτέρω τῶν οἰκείων ἐστὶν ἀρχῶν ἀπόδειξις. Quæ autem istiusmodi apparet ex iis, quæ Aristoteles Epicharmi & Democriti profert, de quibus ait: Οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος καθόλου λίαν καὶ κενός. οἱ γὰρ μὴ ἐκ τῶν οἰκείων ἀρχῶν λόγοι δοκοῦσιν εἶναι τῶν πραγμάτων οὐκ ὄντες. Et statim: τὸ δὲ κενὸν δοκεῖ μὲν εἶναί τι ἐστὶ δ' οὐθέν. Vide *Eudem.* 1. cap. VII. Aristoteli igitur λογικὴ est τοπικὴ, quæ διαλεκτική. Sed Plutarcho, Alexandro Aphrodis. in. 1. *Topicon*, διαλεκτικὴ τοπικὴν & ἀποδεικτικὴν complexa.

5 Dialecticæ nomen & inventionem Platoni debemus. Siquidem vera sunt, quæ Diogenes Laertius, vel potius apud eum Phavorinus tradit. Quanquam idem Diogenes in *Empedocle*, Aristotelem in *Sophista* scribere, Zenonem Dialecticam, Empedoclem Rhetoricam invenisse. Plato in *Phædro* Dialecticos se vocare ait, τοὺς δυναμένους εἰς ἓν καὶ ἐπὶ πολλὰ πεφυκότα ὁρᾶν: & profitetur se ἐραστὴς τῶν διαιρέσεων δὲ συναγωγῶν. *Cratylo*, Dialecticum se appellare τ̃ δ' ἐρωτᾶν, καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστάμενον, ut Aristoteles 1. *Analyt.* cap. 1. Minime tamen existimandum a Platone Dialecticam cœpisse, cujus usus Philosophis jam olim notus. Sed primus induxit κατὰ τὴν ἀνάλυσιν τῆς ζητήσεως τρόπον. Nominis autem origo ab Eristicis Philosophis, qui postea Dialectici. Methodum vero Dialecticam Aristoteles sibi adscribere videtur, quamvis constet Archytam ante eum Dialecticam in artem redegisse. Logica, ut Plato definit, ἡ τ̃ διαλέγεσθαι ἐπιστήμη, hoc est, interprete Apulejo, *ars disserendi*. Senecæ *epist.* XXCIX. tertia Philosophiæ pars, *quæ proprietates verborum exigit, & structuram & argumentationes, ne pro vero falsa surrepant*. Boetius autem & alii Philosophiæ partem negant, quippe quæ nec eundem finem habet, nec universi materiam obtinet. Logica Peripateticis duplex, Dialectica & Apodictica sive analytica. Dialectica versatur in communi & probabili, seu, ut Joan. Philoponus *in* IV. *Phys.* ἐν τοῖς ἐκ ἐνδόξων καὶ πιθανῶν ὡρμημένοις. Analytice occupata in propriis & necessariis, ipsaque demonstratione. Utitur autem vocibus, ex quibus Categoriæ, & enunciatis, ut Cicero, sive, ut Varro, proloquiis, & argumentationibus. Sed hæc ab iis petenda, qui logicæ artis præcepta conscripserunt.

CAP. XXI.

1 Rhetoricæ Definitio, 2 Finis, 3 Partes.

1 ULTIMA Logicarum Rhetorica; eam definit Gorgias apud Platonem πειθοῦς δημιουργὸν καὶ τ̃ πραγματείαν αὐτῆς ἅπασαν καὶ τὸ κεφάλαιον εἰς τοῦτο τελευτᾶν, *persuasionis opificem, omnemque ejus operam & summam ad hoc tanquam finem referri*. Quam definitionem rejicit Quintilianus *lib.* II. *cap.* XVI. simili fere usus ratione, qua eandem repudiat Sextus Empiricus *adversus Mathematicos* cap. XIIX. ubi & Aristotelem, qui *artem orationis* definierat, reprehendit. Rectius Stoici apud Diogenem Laertium in *Zenone* ἐπιστήμην τ̃ εὖ λέγειν: quamvis ne hæc quidem Sexto placuit. Eam tamen retinuerunt Latini, qui Rhetoricam *bene dicendi scientiam* definiunt. Quintilianus, Curius Fortunatianus, Sulpitius & alii, *Oratorem virum bonum, dicendi peritum* auctore Catone, Seneca prœmio *Controv.* Plinius lib. IV. *Epist. Oratoris officium bene dicere in causis civilibus, finis persuadere, quatenus rerum & personarum conditio patitur*, idem Fortunatianus *lib.* 1. quæ & apud D. Augustinum lib. *de principiis Rhetoricæ* exstant.

2 Sed de officio & fine Thetoricæ controversum. Clemens Alexandr. *Stromaton* lib. 1. finem Rhetoricæ vim persuadendi, cui accedunt Isocrates & Gorgias Leontinus apud Quintil. *lib.* II. Cic. 1. *de Invent. Officium Rhetorices bene dicere, finem persuadere*. Quintilianus *lib.* II. *cap.* XVI. *finem ejus, bene dicere*. Sed confundit finem & officium. Aristoteles *Rhetor.* lib. 1. ῥητορικὴ δύναμις περὶ ἕκαστον τ̃ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανὸν, hoc est, ut Quintilianus interpretatur, *Rhetorica est vis inveniendi omnia in oratione persuasibilia*. Dirimit controversiam Aristoteles 1. *de Rhetorica*, cujus verba: Καὶ ὅ τὸ πεῖσαι ἔργον αὐτῆς, ἀλλὰ τὸ ἰδεῖν τὰ ὑπάρχοντα πιθανὰ περὶ ἕκαστον, καθάπερ ἐ ἐν ταῖς ἄλλαις τέχναις. οὐδὲ γὰρ ἰατρικῆς τὸ ὑγιᾶ ποιῆσαι, ἀλλὰ μέχρις ὃ ἐνδέχεται, μέχρι τούτου προαγαγεῖν. *Persuadere non est officium Rhetoricæ, sed videre quid in singulis probabile aut ad persuadendum idoneum; sicut & in aliis artibus. Neque enim medicinæ sanare, sed laborare in sanitate restituenda*. Nempe duplex artium finis, τὸ προσεχὲς τέλος, καὶ τὸ πόρρω τέλος. Rhetoricæ finis propior, apposite dicere ad persuadendum: finis remotus, persuadere. Pari modo ut in medicina; cujus finis propinquus laborare in sanitate restituenda, remotus, sanare. Seneca *de Beneficiis* lib. VII. cap. XIII. *Quædam ejus conditionis sunt, ut effectum præstare debeant: quibusdam pro effectu est, omnia attentasse, ut efficerent. Si omnia fecit ut sanaret, peregit Medicus partes suas. Etiam damnato reo Oratori constat eloquentiæ officium, si omni arte usus,*

est. Aristot. *Topic.* lib. I. cap. II. *Nec Rhetor omnibus modis persuadere solet, nec Medicus sanare, sed si nihil eorum, quæ adhiberi possunt, omiserit, recte artem suam illum scire dicemus*. Rhetorica igitur στοχαστικὴ, ut Plato in *Philebo* appellat, quæ non semper ratione, aut per se fine suo potitur, sed conjectura eum assequitur, ad quem quo pacto quam commodissime perveniat, deliberare & consulere potest.

3 Rhetoricæ subjectum varie divisum. Cicero I. *de Invent* materiam Rhetoris tribus caussarum sive quæstionum civilium generibus finit, quod technici fere omnes sequuntur. In *Partit.* vero Rhetoricam divisit in vim oratoris, orationem & quæstionem. Quinctilianus *lib.* II. *cap.* XIV. in artem, artificem & opus. Boetius *de differentiis Topicis* lib. IV. jam quinque, jam sex Rhetoricæ partes enumerat. Plato apud Diogenem Laertium sex ejus partes facit: προτροπὴν, ἀποτροπὴν, κατηγορίαν, ἀπολογίαν, ἐγκώμιον καὶ ψόγος. Aristoteles *lib.* III. tres Rhetoricæ partes recenset, exornationem, deliberationem & judicium. Quinctilian. *lib.* III. *cap.* III. Stoici apud Diogenem Laertium tres ejus partes statuunt, συμβουλευτικὴν, δικανικὴν, καὶ ἐγκωμιαστικήν. Dividunt deinde εἰς τὴν εὕρεσιν, φράσιν, τάξιν καὶ ὑπόκρισιν. Galenus lib. *Num ars tuendæ sanitatis ad Medicinam pertineat, ad Thrasybulum*: Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῆς ῥητορικῆς μιᾶς οὔσης τέχνης ἄλλην μέν τινα προοιμίων, διηγήσεως δὲ ἄλλην, καὶ πίστεών γε, καὶ τῶν καλουμένων ἐπιλόγων, ἄλλην εἶναι συγχωρήσω τέχνην, εἰ μόνον μοι σύ γε τοῦτο φυλάττοιτο μιᾶς εἶναι τέχνης αὐτὰ, εἴτ' εἴδει βούλει καλεῖν, εἴτε μέρη. Philo περὶ ὀνείρων sex Rhetoricæ partes recenset, εὕρεσιν, φράσιν, τάξιν, οἰκονομίαν, μνήμην ὑπόκρισιν. Sed abjungendum est, ne ad technicos excedamus.

CAP. XXII.

Mathematices, 1 etymon, 2 subjectum, & ordo. 3 Mathematicæ disciplinæ definitæ & divisæ. 4 Apulejus emendatus.

SERIES rerum ad Mathematicas disciplinas nos vocat. Plato in *Phædone* auctor est, animas ab initio una cum mundo natas, virtute & scientia præditas, sedes in extimo cœli dorso occupasse, ubi rerum divinarum contemplatione fruerentur. Illas vero, quas terrestrium rerum cupido tangeret, sensim ex orbe in orbem dilabi, passim ferociæ, arrogantiæ, stuporisque morbo infici, & denique in corpora humana immigrare; quibus velut obscuro carcere inclusæ & spississima caligine circumfusæ, nihil omnino sentiunt aut cernunt, sed oblitæ originis, metu, spe, libidine aliisque humani affectus perturbationibus infestantur. Quæ vero ex iis ad se redeunt, & liberæ humano contagio oculos ad divina attollunt, cognoscunt reminiscendo, quæ antea perceperunt. Ita discere nihil aliud erit, quam recordari, & μάθησις repetitio ejus scientiæ, quæ jam in anima antequam corporis domicilium ingrederetur. Ea vero ἀνάμνησις nusquam manifestius sese prodit, quam in his scientiis. In quibus & accurata ordinis ratio, ideoque recordationi excitandæ efficaces. Ordinis enim observationem nec variam ad recordandum, & sola animalia, quæ ordinis & numerorum cognitionem habent, recordari Aristoteles prodidit. Hinc ergo κατ' ἐξοχὴν Mathematicæ, quæ suppeditant recognitionem rationis, quæ olim in anima. Proclus in *Euclid.* *Mathesin* æternarum in anima rationum reminiscentiam: & Mathematicam, eam cognitionem, quæ ad earum rationum ἀνάμνησιν confert. Sed his dissentit Aristoteles *Analyt. poster.* lib. I. cap. I. lib. II. cap. XVIII. Quamvis Socrates apud Platonem in *Menone* interrogat puerum quædam Geometrica de quadrati dimensione, & ille ita respondet, quasi Geometrica didicisset. Quo probare nititur Plato, discere nihil aliud, quam cum animus quasi quadam reminiscentia rationem suam revocat. Sed hæc Platonis ridet & explodit Arnobius lib. II. *adversus Gentes*, Tertullianus *de Anima*, Augustinus *de Trinitate* lib. XII. cap. XV.

1 Cassiodorus *de arte Grammatica*: *Mathematica quatuor complectitur disciplinas, id est, Arithmeticam, Geometricam, Musicam & Astronomicam. Quam Mathematicam Latino sermone possumus appellare doctrinalem, quo nomine licet omnia doctrinalia dicere valeamus, quæcunque docent: hæc sibi tamen commune vocabulum propter suam excellentiam proprie vindicavit*. At aliis Mathematicæ a certitudine dictæ, quia ex probatis & concessis demonstrationes colligunt, quæ nec mentis investigatione parantur, sed præscriptæ oculis percipiuntur.

2 Mathematice considerat res in abstracto. Aristoteles *de Anima* lib. I. cap. I. & I. *Metaphys.* Proclus *in Euclidem*: Mathematicas contemplationes oriri a rebus, quas sensu capimus, pervenire tamen πρὸς τὰ νοητά. Hac ratione Mathematicæ contemplatio non tantum circa τὰ νοητὰ, sed etiam τὰ αἰσθητὰ, scilicet per abstractionem. Ea mente Ammonius *in Porphyrii Isagogen* Mathematicam ex parte versari circa τὰ ἔνυλα, ex parte vero circa τὰ ἄυλα. Themistius *in Aristotelis lib.* I. *Phys.* Mathematicas scientias ambiguæ substantiæ. Nam si in commune consideres, a materia separatæ sunt; si vero ipsam dimensionem spectes, materiæ conjunctæ. Eustratius *in Aristot. Ethic. Nicom.* lib. VI. cap. VIII. Joannes Philoponus Grammaticus *in Arist.* lib. I. *de Anima*. Peripateticis una est ἡ καθόλου μαθηματική, complexa omnes Mathematicas disciplinas. Sed omnis res aut sub intelligentiam cadit, aut sensu percipitur, Plato V. *de Republica*.

3 Illa igitur καθόλου μαθηματικὴ dividitur in Arithmeticam & Geometriam, quæ circa τὰ ἄυλα καὶ νοητὰ versantur. Aliæ vero, ut λογιστικὴ, ἁρμονικὴ, ὀπτικὴ, γεωδαισία, κοσμογραφία, μηχανικὴ circa τὰ ἔνυλα καὶ αἰσθητά. Geminus περὶ μαθημάτων τάξεως. Ideo & Pythagoras duas tantum scientias Mathematicas constituit, Arithmeticam & Geometriam. Pythagorei tamen recensent Arithmeticam, Musicam, Geometriam & Astronomiam; quam divisionem sequitur Ammonius *in Porphyrii Isagogen*, Proclus *in Euclidis* lib. I. Aliter tamen Alexander Aphrodiseus *in* III. *Metaphys. Aristot.* Plutarchus *de Musica*, Mathematicam triplicem facit, Musicam, Arithmeticam, Geometriam. Eadem tamen divisionis ratio. Sed quia de rerum magnitudine divisa aut conjuncta Mathematicæ disciplinæ agunt, recte quatuor recensentur. Numeros incompositos Arithmetica, compositos Musica considerat. Magnitudinem conjunctam eamque immobilem, qualis est terræ, Geometria perpendit, mobilem, ut cœli, Astronomia. Archytas Tarentinus *in Aristotelis Prædicamenta*: Τὸ γὰρ συνεχὲς ποσὸν, ἢ ἀκίνατον, καὶ ποιεῖ τὰν γεωμετρίαν, ἢ κινατὸν, καὶ ποιεῖ τὰν ἀστρονομίαν. τὸ δὲ διωρισμένον, ἢ ἀκίνητόν ἐστι, καὶ ποιεῖ τὰν ἀριθμητικὰν, ἢ κινατὸν, καὶ ποιεῖ τὰν μωσικάν. Proclus *Comment. in Euclid. lib.* I. *cap.* XII. Eustratius VI. *Ethic. cap.* VIII. Arithmeticam priorem Geometria, atque adeo omnes Mathematicas scientias præcedere, auctor est Simplicius *in Catheg.* & *Physic.* lib. I. Nicomachus lib. I. *Arithmetices*: Τίνα οὖν ἀναγκαῖον πρωτίστην τῶν τεσσάρων τούτων μεθόδων ἐκμανθάνειν; ἢ δηλονότι τὴν φύσιν πασῶν προϋπάρχουσαν καὶ κυριωτέραν, ἀρχῆς τε καὶ ῥίζης,

καὶ

ϗ οἱονεὶ πρὸς τὰς ἄλλας, μηΐρὸς λόγον ἐπέχουσαν; A ἔστι δὲ αὕτη ἡ ἀριθμητικὴ, & quæ apud illum ſequuntur. Ideo & præſtantiſſimam omnium cenſebat Plato, ſine qua ſcilicet reliquæ ſubſiſtere non poſſunt; cujus item uſus frequens & præcipuus ἐν τῇ πολιτικῇ διοικήσει, ut docet VII. *de Republ.* Πολιτικὴ vero omnium artium princeps, Ariſtoteles I. *Ethicor.* & I. *Rhetor. ad Theodecten.* Et accuratior ſane illa ſcientia, quæ τὸ διότι docet, quam quæ ſimpliciter τὸ ὅτι, deinde quæ τὰ νοητὰ, quam quæ τὰ αἰσθητὰ, denique cujus principia ſimpliciora, Ariſtoteles *Analyt. poſt.* lib. I. cap. III. Simpliciſſimum autem Arithmeticæ principium unitas, B hoc eſt, punctum, quod ſitu vacat. Quanquam & Geometriæ principium punctum. Sed punctum quod ſitum obtinet, Joan. Grammaticus *in Ariſtot. Analyt. poſt lib.* I. *cap.* XXIII. & numeri elementa ſimplicia, a materia ſegregata. Unitas igitur ſimplicior, ideoque & numerus, quippe quæ ſine puncto. Punctum ſine unitate poni non poteſt. Cedit igitur ſimplicitate, quia non eſt ſine unitatis appoſitione. Neque enim punctum niſi in magnitudine, quare ſitum obtinet ratione partium magnitudinis. Ideoque recte Pſellus: Τῶν ἄλλων αὕτη (ἀριθμητικὴ) καθηγεμὼν, ϗ πρωταίτιος. ἅτε ϗ ἁπλουστέρα ϗ στοιχειώδης, ϗ πρὸς ἐκείνας C εὐθέως διαβιβάζουσα. Arithmetica eſt ἐπιστήμη ἡ τὴν φύσιν τε ϗ δύναμιν τῶν ἀριθμῶν ἀναδιδάσκουσα. Euſtratius in VI. *Ethic. cap.* VIII. Plato in *Polit.* Arithmeticen numerorum differentias conſiderare. Subjectum igitur Arithmeticæ numerus, Principium numeri Μονάς. Pſellus: Ἀρχὴ ἀριθμοῦ παντὸς, καθέστηκεν ἡ μονάς. ἀνάριθμος πηγὴ ἀριθμῶν. ἀριθμὸς γάρ ἐστι τὸ ἐκ μονάδων πλῆθος. ἡ δὲ μονὰς, ἀριθμὸς οὐκ οὖσα, γεννητική ἐστιν ἀριθμῶν πηγὴ ϗ ῥίζα. Euclides *elementis Arithmeticis*: Ἀριθμὸς, τὸ ἐκ μονάδων συγκείμενον πλῆθος. Numerus ſimplex aut comparatus. Simplex ἄρτιος aut περιττός. Nicomachus: Ἀριθμός ἐστι πλῆθος ὡρισμένον, ἢ μονάδων D σύστημα, ἢ ποσότητος χῦμα, ἐκ μονάδων συγκείμενον. τοῦ δὲ ἀριθμοῦ πρώτη τομὴ, τὸ μὲν ἄρτιον, τὸ δὲ περιττόν. ἔστι δὲ ἄρτιον μὲν, ὃ οἷόν τε εἰς δύο ἴσα διαιρεθῆναι, μονάδος μέσον μὴ παρεμπιπτούσης. περιττὸν δὲ τὸ μὴ δυνάμενον εἰς δύο ἴσα μερισθῆναι, διὰ τὴν προειρημένην τῆς μονάδος μεσιτείαν. Περιττὸς, ἀσύνθετος aut σύνθετος. Comparatus conſideratur ἐν τῷ λόγῳ ϗ ἀναλογίᾳ, & eſt, γραμμικὸς, ἐπίπεδος, στερεὸς, ut tradit Diophantes in *Arithmetica*, quæ hactenus inedita: Λόγος δύο ἀριθμῶν ἡ πρὸς ἀλλήλους ποιὰ σχέσις. ἀναλογία ἐστὶ δύο ἢ πλειόνων ἡ πρὸς ἀλλήλους ποιά τις ἐμφέρεια. Pſellus. Arithmetica parit λογιστικὴν, E quam Hero Alexandrinus ita definit: Λογιστική ἐστι θεωρία, ἡ τῶν ἀριθμητῶν. οὐχὶ δὲ τῶν ἀριθμῶν μεταχειριστική. οὐ τὸν ὄντως ἀριθμὸν λαμβάνουσα. ὑποτιθεμένη δὲ, τὸ μὲν ἓν ὡς μονάδα. τὸ δὲ ἀριθμητὸν, ὡς ἀριθμόν. οἷον τὰ τρία, τριάδα εἶναι. ϗ τὰ δέκα, δεκάδα. Ἐφ' ὧν ἐπάγει, ϗ τὰ κατὰ τὴν Ἀριθμητικὴν θεωρήματα. Plato in *Philebo* duplicem ait Arithmeticam, & alias facultates ei ξυνεπομένας, τὴν διδυμότητα ἐχούσας ταύτην, ὀνόματος ἑνὸς κεκοινωμένας. λογιστικη ergo Arithmeticæ ὑπάλληλος, & proprie πρακτική. Plato in *Charmide* λογιστικὴν ſcientiam numeri paris & imparis. Eſt autem συνθετικὴ ϗ ἀναλυτικὴ, vulgaris ſupputandi ratio, quæ στοιχειωματικὴ eſt aut ψηφολογική. Aut λογιστικὴ ἑξακοντάδων, F quæ & τεχνική. λογιστικὴ ἀναλυτικὴ item duplex: hæc utitur ὑποθέσει ὡρισμένῃ, illa ὑποθέσει ἀορίστῳ, & appellatur σχηματιστική. Muſica ἐπιστήμη τοῦ μέλους. Ariſtoxenus *de Muſica*, Hippocrates *de diæta*, Plato in *Philebo*, Auguſtinus *de Muſica*, & Martianus Capella *ſcientiam bene modulandi* definiunt. Minus exacte. Unicam enim ejus partem tantum complexi ſunt. Eſt autem θεωρητικὴ ϗ πρακτική. θεωρητικὴ, eſt φυσική, quæ animo cognata, ut Joan. Philo-

A ponus Grammat. *in* III. *Phyſ. Ariſtot.* ἰδίως φυσικὴ & τεχνική. Ea eſt triplex, ἁρμονικὴ, ῥυθμικὴ, μετρικὴ, Plato II. *de Legibus*. Philo περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου: Μουσικὴ δὲ τὸ μὲν ἄρρυθμον ἐν ῥυθμοῖς, τὸ δὲ ἀνάρμοστον ἐν ἁρμονίᾳ, τὸ δὲ ἀπῳδὸν ϗ ἐκμελὲς μέλος καταπᾴδουσα. Ἁρμονικὴ, ut Ptolemæus definit, δύναμίς ἐστι καταληπτικὴ τῶν ἐν τοῖς ψόφοις, περὶ τὸ ὀξὺ ϗ βαρὺ διαφορῶν. Senec. *epiſt.* LXXXVIII. Ῥυθμικὴ obſervat rhythmos & numeros, τὴν ταχύτητα τῆς φωνῆς. ῥυθμὸς δὲ τάξις ἔμμελος ἀκολούθου ἁρμονίας, Suidas, qui & ἁρμονίαν, ῥυθμὸν ϗ μέτρον diſtinguit. Auguſtinus *de Muſica* lib. V. Μετρικὴ perpendit τὴν μακρότητα ϗ βραχύτητα τῆς φωνῆς, & agit B περὶ στοιχείων, περὶ συλλαβῶν, μέτρων, ποιημάτων, de quibus & Grammatica, licet Muſicæ propria. Dionyſius Halicarnaſſeus περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. Proclus *in Timæum Platonis lib.* V. Muſica πρακτικὴ complectitur τὸ χρηστικὸν μέρος, καὶ ἐξαγγελτικόν. τὸ χρηστικὸν conſiſtit in μελοποιΐᾳ ϗ ποιήσει. Ariſtoteles VIII. *Politic.* cap. ult. ἐξαγγελτικὸν eſt ὀργανικὸν, ᾠδικὸν ϗ ὑποκριτικόν. Plato vero apud Diogenem Laertium: Τοῦ ἐξαγγελτικοῦ τὸ μὲν διὰ τοῦ στόματος μόνον. δεύτερον δὲ διὰ τοῦ στόματος ϗ τῶν χειρῶν. τρίτον ἀπὸ τῶν χειρῶν μόνων. Geometriam Hero Alexandrinus definit ἐπιστήμην μεγεθῶν ϗ σχημάτων, ϗ τῶν περιοριζουσῶν ϗ περατουσῶν ταῦτα, ἐπιφανειῶν ϗ γραμ- C μῶν. τῶν τ' ἐν τούτοις παθῶν ϗ σχέσεων, ϗ ἐνεργειῶν, ἐν μορφαῖς ϗ κινήσεων ποιότησι. Proclo vero ἐστὶ γνωστικὴ ἐπιστήμη μεγεθῶν ϗ σχημάτων, καὶ τῶν ἐν τούτοις περάτων, ἔτι δὲ τῶν λόγων, τῶν ἐν αὐτοῖς ϗ τῶν παθῶν, τῶν περὶ αὐτὰ ϗ τῶν παντοίων θέσεων ϗ κινήσεων, Geometria verſatur circa σημεῖα, γραμμὰς, γωνίας, ἐπίπεδα ϗ τὰ στερεά. Euſtratius *lib.* VI. ἠθικῶν *cap.* VIII. γεωμετρικὴ περὶ μεγέθη ϗ τὰ ἐν τούτοις σχήματα ἐπίπεδά τε καὶ στερεά, ἐπίπεδα μὲν, τρίγωνα ϗ τετράγωνα, ϗ κύκλους καὶ τὰ τοιαῦτα, στερεὰ δὲ σφαίρας, κυλίνδρους, κύβους, κώνους καὶ τὰ ὅμοια, Proclus *in Euclid. lib.* II. Duæ ejus partes; illa figuras planas, quæ linea D recta metiuntur, contemplatur, & proprie γεωμετρία, nonnullis ἐπιπεδομετρία appellatur; hæc corpora ſolida conſiderat, & στερεομετρία dicitur. Plato VII. *de Republ.* Proclus *in Euclid. lib.* I. Sed poſteriores Geometriæ nomine utramque complectuntur. Ex Geometria deſcendit γαιωδαισία & ὀπτική. Ariſtoteles *Analyt. poſt.* lib. I. cap. X. & Joan. Grammat. *in Analyt. poſt. lib.* I. *cap.* VII. Γαιωδαισία ſcientia demetiendi terram, aliis γαιωμορία: & eadem eſt ratio γεωμετρίας ϗ γαιωδαισίας, quæ Arithmeticæ & Logiſticæ, ut hæc πρακτικὴ, illa θεωρητική: ita Seneca *epiſt.* LXXXVIII. de Romanorum Geometria, quæ po- E tius γαιωδαισία: *Quid mihi prodeſt ſcire agellum in partes dividere? Quid prodeſt colligere ſubtiliter pedes jugeri, & comprehendere etiam ſi quid decempedam effugit, ſi triſtem me facit vicinus potens.* Ὀπτικὴ agit περὶ τῶν ὄψεων, ut Euclides κατοπτρικοῖς, vel potius de viſu & ejus accidentibus. Viſus objectum τὸ ὁρατὸν, quale eſt lumen & color. Ariſtoteles libr. II. *de Anima* capp. VII. & X. Joan. Grammaticus *in Analyt. poſt. libr.* I. *cap.* X. Sed ut τὸ ὁρατὸν triplici modo cernitur; per ἰθυφάνειαν, vel εὐθυωρίαν, ſeu recto adſpectu, κατ' ἀνάκλασιν, re- F flexa viſione, & κατὰ διάκλασιν, cum res objectas in alia re expreſſas intuemur. Proclus *in Euclid.* lib. I. cap. XIII. ita ὀπτικὴ triplex: & prioris modi ſcientia ὀπτικὴ, alterius κατοπτρικὴ, ultimi vero σκηνογραφικὴ, de qua Vitruvius *libr.* VII. aut μεσοπτική. Reliquæ duæ κοσμογραφία & μηχανικὴ aliarum auxilio utuntur: κοσμογραφία eſt διαγραφὴ τοῦ παντός: diviſa in ἀστρονομίαν & γεωγραφίαν. Aſtronomia Platoni in *Sympoſio* definita ἐπιστήμη περὶ ἄστρων τε φορᾶς ϗ ἐνιαυτῶν ὥρας. Proclo vero ἐπιστήμη ἡ περὶ τῶν κοσμικῶν κινήσεων, ϗ περὶ

μεγεθῶν, καὶ σχημάτων τῶν οὐρανίων σωμάτων, καὶ φωτισμῶν, καὶ ἀποστάσεων, τῶν ἀπὸ γῆς καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων διαλαμβάνουσα. Πολὺ μὲν ἀπολαύουσα τῆς αἰσθήσεως· πολὺ δὲ πρὸς τὴν φυσικὴν ἐπικοινωνοῦσα θεωρίαν. Alcinous de decretis Platonis: Κατ' Ἀστρονομίαν ἐν τῷ οὐρανῷ θεασόμεθα ἄστρων τε φορὰς καὶ οὐρανοῦ, καὶ τὸν δημιουργὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας, μηνῶν τε καὶ ἐνιαυτῶν, ἐξ ὧν κατά τινα οἰκείαν ὁδὸν, καὶ τὸν ἁπάντων δημιουργὸν ζητήσομεν. Seneca *cœlestium notitiam* vocat, ut plane Joan. Grammaticus *Analyt. post.* lib. I. cap. X. Subjectum ergo Astronomiæ cœlum, οὐσία αἰσθητὴ, ut Aristoteles XII. *Metaphys.* cap. I. ἀΐδιος δὲ ποιεῖται τὴν θεωρίαν. Ideoque nobilissima. Themistius I. *de Anima* cap. I. Veteres quidem Astronomiæ & Astrologiæ nomine sine discrimine usi. Quanquam Astronomia, μετεωρολογική, cœlestia absolute considerat, temporum distinctiones notat, & motum corporum cœlestium observat, Astrologia vero eorum effectus. Nam ex diathesi & motu astrorum futura prænunciat, κατὰ τὴν φυσικὴν, ut Ptolemæus inquit, ἰδιοτροπίαν, καὶ κατὰ τὸν ἁρμόττοντα τῇ φιλοσοφίᾳ τρόπον. Ideoque eadem προῤῥητικὴ dicta, & est universalis aut γενέθλια λογική.

4. Apulejus *Floridis*: *Sideralis scientia, numinum vagantium status, ambitus, utrorumque varios effectus in genituris hominum ostendens.* Quæ verba in veteri libro rectius concepta videntur hoc modo: *luminum vagantium status ambitus, eorumque varios effectus.* Diodorus Siculus *lib.* I. de studiis Ægyptiorum: Τάς τε τῶν πλανήτων ἀστέρων κινήσεις καὶ περιόδους καὶ στηριγμοὺς, ἔτι δὲ τὰς ἑκάστου δυνάμεις πρὸς τὰς ζώων γενέσεις τίνων εἰσὶν ἀγαθῶν ἢ κακῶν ἀπεργαστικαὶ, φιλοτιμότατα παρατετηρήκασι. Ea divisa in εἰσαγωγικὴν & ἀποτελεσματικήν. Geographia orbis, quem habitamus, descriptionem promittit, & dividi solet in χωρογραφίαν ac τοπογραφίαν. Μηχανικὴ in conficiendis machinis & instrumentis occupata est, eaque dividitur in λογικὴν & χειρουργικήν. Atque hæc saltuatim de artibus Mathematicis, secuti antiquam & receptam traditionem. Scio disputari solere an προπαιδεύματα, an scientiis annumerandæ, & Mathematicen scientiarum numero censeri non posse, quia non substantiam sed accidens consideret. Aristoteles *Metaphys.* lib. IV. cap. I. ideo & Platoni IX. *de Republ.* inter scientias locum nullum obtinere. Ita nec Musica nec Astrologia scientiæ, quæ III. *Analyt.* ὑπάλληλοι Arithmeticæ & Geometriæ constituuntur. Musica consensum sonorum contemplatur, hunc efficiunt numeri. At ii non separati a materia, sed siti in corporibus, quæ harmoniam efficiunt. Mathematice vero ut punctum aut lineam non considerat materiæ annexam, sed ab ea segregatam, ita nec numeros. Nam Physicæ tota hæc contemplatio, quatenus res materiis immixtæ. Huc pertinet illud Aristotelis *Eudem.* I. cap. VII. Principia Mathematices non esse propria. Adde & sine caussa. Caussæ enim definiuntur per motum. Mathematica vero immobilia. Ideo nec in iis bonum, III. *Metaphys.* Bonum enim finis est. Is vero actus. Actus autem non sine motu. Nulla præterea in Mathematicis præcipua demonstratio. Nam definitio non assumitur & externa est. Denique cujusque rei una est demonstratio, hic vero plures. Sunt infinita, quibus disciplinas Mathematicas scientias negant, quæ de industria prætermitto. Nec minus valida argumenta, quibus eas scientiis vindicant. Sed de istiusmodi agere non est hujus loci. Nam adfectata subtilitas ingeniosis relinquenda est. Simplicius autem & brevius instituendi minime necesse est per istas ambages incedere, præsertim cum has ipsas artes libare tantum, non docere velim.

CAP. XXIII.

1. Omnium artium commune vinculum. 2. Virtutes inter se connexæ. 3. Totius universi ratio ex diversis constricta.

1. OMnium autem harum artium commune quoddam vinculum, quo inter se jugatæ & nexæ, mutuis auxiliis principi & reginæ Philosophiæ conferunt, quam conjunctionem Basilius *Orat.* πρὸς τοὺς νέους, οἰκειότητα appellavit; ea quibus subsidiis mutuo suffulta docet Clemens Alexandrinus *Stromat.* lib. VI. Et sane verum est, quod scribit Aristoteles *Analyt. post.* lib. I. ἐπικοινωνοῦσι πᾶσαι αἱ ἐπιστῆμαι ἀλλήλαις. Grammatica per omnes artes radices suas emisit, quæ ipsis rebus prima elementa, & artibus ac scientiis fundamenta suppeditat, ut haud absurde Euodius *Epist. ad Agnellam* scripsisse videatur: *Artes liberales Grammaticam, quasi nutricem præ foribus collocasse.* Nam cum mens nostra in intellectu ea concipit, quæ nobis ad rerum cognitionem auxilia suggerunt, illaque animi cogitata voce prodi solent. Nil enim aliud voces, quam signa aut notæ affectuum animi. Indicia vero animi nostri exhiberi inprimis necessarium rerum cognitioni propagandæ: ideoque & voces. Oportebat enim ignorantes per eas instruere, & quod Poeta ait, doctrinam proferere. Hinc ergo disciplinæ iis constitutæ, quæ inde Logicæ appellantur, Philosophiæ quædam instrumenta. Et Grammatice quidem docet recte loqui, proinde ars erit orationis. Logica vero ea, quæ mente concepimus, apte disponit, ideoque illa rationis. Omnium ergo prima γραμματικὴ singulis confert, omniumque disciplinarum communionem juvat, sine qua nullas caperemus. Neque animi mentem nisi per voces, ejus signa, exprimimus. Plato in *Cratylo*, ut Alcinous colligit: περὶ τὸ διαλεκτικόν τε καὶ τοῦτο ὑπάρξει, τὸ τοῖς ὀνόμασιν ὀρθῶς χρῆσθαι. *Quemadmodum enim textor radio a fabro confecto recte utitur: ita & Dialecticus cum* ὀνοματοθέτης *nomen rei imposuit, apte eo uti didicit.* Sed latius excedens Grammatica, quæ barbara, quæ impropria, quæ inusitata & contra loquendi legem usurpata docet. Ab illa ergo Rhetorica hæc assumit, & præter ea schemata & tropos. Virtutes & vitia scriptorum eadem Grammatica, quamvis Dialecticæ præsidium senserit, notat, quid in verbis laudandum, quid indecorum & aptum rebus ac personis observat. Quæ omnia exacte oportet noverit Orator, sine quibus scilicet nec recte scribere, nec quicquam ad imitandum seligere poterit. Rhetorica vero quæ a Grammatica accepit, incidit & expolit, ipsasque res suavitate condit & decenti cultu induit. Quanta autem cognatio Dialecticæ & Rhetoricæ, docet Aristoteles *de Rhetorica ad Theodect.* lib. I. cap. I. Alexand. Aphrodiseus *in Aristot. Topic. lib.* I. *cap.* I. Boetius I. *de differentiis Topicis.* Philo Judæus διαλεκτικὴν τῆς ῥητορικῆς ἀδελφὴν καὶ δίδυμον ait Cicero in *Bruto*, *Dialecticam constrictam esse eloquentiam.* Et I. *Academ. Dialecticorum & Oratorum unam vim.* Aristides Orat. *pro Rhetorica*, *Dialecticam Rhetoricæ partem.* Sed hæc sententia Rhetore, non Philosopho digna. Recte vero Aristoteles ῥητορικὴν παραφυὲς τῆς διαλεκτικῆς. Nempe Dialectica omnem materiam complexa. Ideoque velut magna arbor, cujus virgultum ῥητορική. Ita μόριον καὶ ὁμοίωμα τῆς διαλεκτικῆς. Nam & Logicæ pars censetur: & eadem forma ac ratione argumentandi, ac velut διαλεκτι-

κὴ omnium ſcientiarum principiis utitur, ut docet Joan. Grammaticus *in Ariſtot. Phyſ. lib.* I. Vere ergo ejus ὁμοίωμα ῥητορικῇ. Dialectica omnium maxime generalis cum ſingulis communicat, Ariſtoteles *Analyt. poſt.* lib. I. cap. VIII. Idem Ariſtot. *Topicor.* lib. I. cap. II. de multiplici ejus utilitate copioſe diſſerit. Jamblichus *epiſt. ad Sopatrum*: Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ παρ' ὅλον τὸν βίον διατελεῖ χρησιμώτατον ὂν διαφερόντως, ἐν μὲν ταῖς ἐντεύξεσι προσομιλοῦν τοῖς ἀνθρώποις, κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας καὶ δόξας. ἐν δὲ ταῖς εὑρήσεσι τῶν τεχνῶν, τὰς πρώτας ἀρχὰς αὐτῶν ἀνιχνεύον. λογιζόμενον δὲ πρὸ τῶν ἔργων, ὅπως αὐτὰ χρὴ πράττειν. Sane Dialectica ἐξεταστικὴ οὖσα, πρὸς τὰς ἁπασῶν τῶν μεθόδων ἀρχὰς ὁδὸν ἔχει. Inde omnibus artibus & ſcientiis utilis & neceſſaria, quæ quia recta ratione progrediuntur, cujus regulas ἀναλυτικὴ docet, recte omnibus inſervit, cumque ipſas res definiat, ac judicandi viam ac normam doceat, commune artium inſtrumentum. Quanquam non proprie artibus nata, ſed Philoſophiæ. Sed cum Philoſophiam ſpectat, etiam ipſas artes, quæ ejus gratia exiſtunt. Hinc Jamblichus *epiſt. ad Dexippum*: Dialecticam mortalibus dediſſe Calliopen τὴν τῶν Μουσῶν πρεσβυτάτην, quæ ut dux carminis præcinit & concinentium harmoniam temperat: ita διαλεκτικὴ, omnium artium princeps, ſingulis confert, & methodum oſtendit, ut docet Plotinus *Ennead.* lib. III. Martianus Capella lib. IV. *de Dialectica*: *Meique prorſus juris eſſe, quicquid artes cæteræ proloquuntur. Nam neque ipſam, quam aures veſtræ probavere, Grammaticam, vel illam formarum diverſa radio ac pulvere lineantem ſine meis poſſe rationibus explicari quis dubitet? Quippe in ditione mea, jureque conſiſtunt normæ, quis conſtant cæteræ diſciplinæ.* Auguſtinus *de Ordine* lib. II. cap. XIII. *Dialectica diſciplina diſciplinarum: hæc docet docere, hæc docet diſcere. In hac ſe ipſa ratio demonſtrat atque aperit, quæ ſit, quid velit, quid valeat.*

Mathematicas diſciplinas omnium accuratiſſimas & utiliſſimas multis probat Plato in *Philebo*; illarumque uſum latiſſime ſparſum, & partes ſuas conferre ad omnia ſtudia humana. Ideoque primas has artes apud Græcos, tanquam doctrinæ quædam rudimenta diſcebant, quia ſcilicet ad reliquas ſcientias aditum aperiunt. Nam & ingenia acuunt, eorumque ſolertiam augent, ad rerum contemplationem excitant, & celeritatem quandam percipiendi conciliant. Et quoniam imitatione percipiuntur, aptæ puerilibus animis, qui ea potiſſimum ducuntur. Eratoſthenes τὴν ἀναλογίαν conjunctionem Mathematicarum exiſtimabat. Sed Proclus affirmat ἀναλογίαν unum quoddam eſſe, & commune rebus Mathematicis, multaque alia ad Mathematicas ſcientias referri, quæ communi natura rebus Mathematicis inſita. Sane illarum nexum ſatis oſtendit μαθηματικὴ illa univerſalis, quæ tanquam una omnium iſtarum principia complectitur, quatenus ſibi invicem communicant & differunt perpendit, ſingularum proprietatem conſiderat, & vices illarum, ut uſus & ratio poſtulat, in ſe transfert. Ipſa denique prima φιλοσοφία Mathematicas diſciplinas continet, & firmiores reddit. Unde Platoni VII. *de Republ.* τῶν μαθημάτων θριγκὸς ἡ φυλακή. Cognatum præterea illarum omnium ſubjectum τὸ ποσόν. Arithmetica & Muſica ſeparatam magnitudinem, id eſt, numeros, conſiderat, Geometria magnitudinem conjunctam ſtabilem, & immotam, Aſtronomia mobilem. Euſtratius VI. *Ethic.* cap. VIII. Nicomachus: Δύο μέθοδοι ἐπιλήψονται ἐπιστημονικαὶ, καὶ διακρινήσουσι πᾶν τὸ περὶ ποσοῦ σκέμμα. ἀριθμητικὴ μὲν τὸ περὶ τὸ καθ' ἑαυτό. μουσικὴ δὲ περὶ τὸ πρὸς ἄλλο. πάλιν δὲ ἐπὶ τοῦ πηλίκου, τὸ μὲν ἐστιν, ἐν μονῇ καὶ στάσει. τὸ δὲ ἐν κινήσει καὶ περιφορᾷ. δύο ἕτεραι κατὰ αὐτὰ ἐπιστῆμαι, ἀκριβώσουσι τὸ πηλίκον. τὸ μὲν μένον καὶ ἠρεμοῦν, γεωμετρία. τὸ δὲ φερόμενον καὶ περιπολοῦν, σφαιρικὴ. Arithmetica merito prima, quæ reliquis omnibus uſui, ut multis idem Nicomachus docet. Ab ea & Muſica principia ſumit. Nam ut Arithmetica proprietates numeros abſolute conſiderat: ita Muſica eaſdem in ſonorum differentiis & proportionibus contemplatur. Ratio enim harmoniæ, quæ eſt Muſicæ, numeris & figuris conſtat. Ideoque Ariſtoteles *Analyt. poſter.* I. cap. X. τῆς ἁρμονικῆς ſubjectum ſub Arithmeticæ ſubjecto contineri ſcribit. Harum auxiliis Geometria & Aſtronomia utuntur. Nam ſine Arithmetica Geometria ſubſiſtere non poteſt. Numerorum enim cognitio prior denotatione linearum, & ex numeris lineæ inventæ, ex lineis figuræ productæ. Galenus περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστου ψυχῇ ἁμαρτημάτων. Τοιαῦτα δὲ ἐστὶ τὰ κατὰ τὴν ἀριθμητικήν τε καὶ γραμμικὴν θεωρίαν, αἷς οἷον ἐπιβάθρεσιν, ἀστρονομία καὶ ἀρχιτεκτονία χρεῖται. Aſtronomia a Geometria lineas & figuras ad cœlorum orbes, ſiderum converſiones conſiderandas, corporum cœleſtium intervalla colligenda, eorumque magnitudinem deſcribendam adſumit. Ab eadem ὀπτικὴν mutuatur, ſine qua nulla de rebus cœleſtibus contemplatio rite inſtitui poteſt. Illa docet rationes, cur aſtra plana appareant, cum ſint ſphærica. Cur nos ſemper ſequi videantur. Eidem debet certam motuum rationem, a qua & παραλλάξεις καὶ κώνους umbrarum, & quæ cauſſa eclipſium colores pariat diſcit, Ad explicandam vero harmoniam, quam cœlorum orbes varia converſione efficiunt, Muſicas rationes advocat. Unde Plato VII. *de Republica* Muſicam & Aſtronomiam ἀλλήλων ἀδελφάς. Nam & Pythagoras prodidit *totum hunc mundum Muſica ratione factum, ſeptemque ſtellas inter cœlum & terram vagas motum habere* ἐνρυθμὸν, *& intervalla Muſicis diaſtematis congrua.* Præter hæc cognationem Mathematicarum oſtendunt communia theoremata, ut ſunt de proportionibus, rationum compoſitionibus, diviſionibus, converſionibus ac permutationibus, & quæ communiter circa æquale & inæquale verſantur. Ita quæ ſunt de triangulis & quadrangulis Geometria primum conſiderat, deinde Arithmetica analogia eadem in numeris contemplatur. Recte ergo Nicomachus de his diſciplinis: εἴ τις εἰς ἓν βλέπων πάντα μανθάνοι, δεσμὸς γὰρ ἁπάντων τούτων εἷς: & Plato VII. *de Republ.* eas omnes ἐπὶ τὴν ἀλλήλων κοινωνίαν καὶ ξυγγένειαν diſcendas ait.

Porro inter præcipua Grammaticæ ſtudia τῶν ποιημάτων ἐπίσκεψις. Neceſſe eſt igitur numeros poeticos accurate conſideret. Eſt enim poeſis ſine concentu, ut Plato in *Gorgia*, ſermo familiaris: pars autem Muſicæ μετρικὴ de ſyllabis, pedibus & poematis agit. Hanc ergo contemplationem Grammatica ab illa haurit. Auguſtinus lib. II. *de Ordine* cap. XIII. *de Muſica* lib. II. Simili modo Rhetorica eandem hanc de metris doctrinam a Muſica ſumit. Neceſſaria enim Oratori Poetarum lectio. Quanquam & alia adminicula ab ea petat Oratoria: εὐρυθμίαν ſive aptum & decentem corporis motum, in quo magna pars actionis. Vocis flexum & modulationem, quæ inprimis ad movendos adfectus pertinet. Nam & in oratione ſonus pro rerum modo adhibetur. Verborum etiam aptam collocationem & ſtructuram ab eadem mutuatur, ut ſit totus orationis curſus inoffenſus, & ſuavitas quædam pedibus comprehenſa. Geometriam vero maximam cum Oratoria habere cognationem docet Quinctilianus *libr.* I. *cap.* XVIII. Præcla-

re ergo, ut omnia, Plato in *Epinomide*: δεσμὸς γὰρ πεφυκὼς πάντων τούτων εἷς ἀναφανήσεται διανοουμένοις. Quam Platonis ſententiam Nicomachus in Arithmeticam ſuam tranſtulit, & Cic. III. *de Oratore* ita expreſſit: *Omnem doctrinam harum ingenuarum & humanarum artium uno quodam ſocietatis vinculo contineri*. Et *Orat. pro Archia*: *Omnes artes quæ ad humanitatem pertinent habent quoddam commune vinculum, & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur*. Quæ verba neſcio qui Arpinates de ſola poetica & hiſtoria capiunt. Sed næ illi peponem loco cordis habent. Quaſi vero Orator aut Poeta nullis aliis artibus inſtructus, quam ſola hiſtoria. Hinc Mythica Theologia Muſas implicato amplexu illigatas choros ducere tradidit, tanquam ſi imaginem hujus conjunctionis exhiberent. Et Muſæ ipſæ quaſi ὁμοῦσαι. Syneſius *Dione*: τὰς δὲ Μούσας ὁμοῦ τε οὔσας ἐμφαίνει τὸ ὄνομα. Caſſiodorus *Variarum* III. *Muſæ vero quaſi* ὁμοῦσαι *dicuntur, quod invicem ſicut virtutes neceſſariæ ſibi eſſe videantur*.

2. Etenim ut diſciplinæ, ita quoque virtutes uno vinculo copulantur. Nulla virtus ſine ratione eſt, aut ſine prudentia percipi poteſt, qua ſcilicet vitanda aut expetenda diſcernimus. Vitia vero & illicitas voluptates nobis fugiendas; & quicquid laudabile & honeſtum, appetendum docet. Ex illa igitur reliquæ virtutes tanquam ex fonte deducuntur. Διὸ καὶ φιλοσοφίας τιμιώτερον ὑπάρχει φρόνησις, ait Epicurus, ἐξ ἧς αἱ λοιπαὶ πᾶσαι πεφύκασιν ἀρεταί. Inde & recte Stoici: Φρόνιμός τε ἐστὶ, καὶ ἀνδρεῖος, καὶ δίκαιος, καὶ σώφρων. Ἡ εὐβουλία, inquit Hierocles, καὶ γεννᾷ τὰς ἀρετὰς, καὶ τελειοῖ, καὶ συνέχει, μήτηρ ἅμα καὶ τιθηνὸς, καὶ φύλαξ αὐτῶν γινομένη. Sed illi temperantia ſuas vices confert, ne capta & ineſcata voluptatum blandiciis, mentem e ſtabili rationis ſede deturbari ſinat. Fortitudo eandem ab imminentium formidine liberat, ne turbata animi æquitas rationem deſerat. Juſtitia quoque hanc regit, ut æquabilem ubique tenorem ſervet. At hæc ipſa, quæ tam lato æqualitatis uſu in omnes ſeſe diffundit, ut eas totas occuparit, aliarum tamen auxilio utitur, nec ſocietatem recuſat. Prudentiæ rationem debet, ſine qua nihil æquabile aut juſtum. A fortitudine vero conſtantiam aſſumit; quippe quæ *conſtans voluntas jus ſuum unicuique tribuendi*, ideoque & modum, quo indigebat, a temperantia mutuatur, cujus ductu recte facta præmiis remunerabit, vitia vero & fraudes damnis, ignominiis, exiliis denique aut morte multabit. Eſt enim ἕξις τῆς ἰσότητος ἀπονεμητική, quæ in pœnis & præmiis diſtribuendis conſiſtit. ἐλπίδα δὲ τιμῆς καὶ φόβον τιμωρίας, recte Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς, στοιχεῖα τῆς ἀρετῆς appellat. Fortitudinem vero ratio quaſi quibuſdam munimentis cingit; cui & temperantia modum præſcribit, ne terminis ſuis mota temeritatem induat. Nec juſtitia permittit, ut humanitatis oblita duritiem adfectet. Illa vero conſtantiam ſingulis impertit, ſine qua nulla virtus perfecta eſſe poteſt. Unde & Stoicis ſapientia, quæ ipſis omnium virtutum σύνθεσις, conſtans animi habitus. Hinc illе Senecæ: *Quid eſt ſapientia? ſemper idem velle atque idem nolle*. Temperantia denique animum componit, & affectus coercet: & quia ſingulis modum præfigit, per omnes virtutes ſparſa & diffuſa eſt. Sed illa quoque a fortitudine & juſtitia, firmitatis & æqualitatis auxilia petit. Ratio ergo prudentiæ eſt, juſtitiæ æqualitas, conſtantia fortitudinis, temperantiæ modus. Sed hæc ita cujuſque propria, ut omnibus promiſcue inſita ſint, & ab uno capite orta pro ſua portione ſingulis communicent. Ἀδελφαὶ ἀλλήλων αἱ ἀρεταὶ καὶ πολλὴν φέρουσι πρὸς ἀλλήλας τὴν ὁμοιότητα, inquit Euſtratius *in Ariſtotelis* VI. *ad Nicomach.* Et Auguſtinus *epiſt. ad Hieronymum*. Prudentiam nec ignavam, nec injuſtam, nec intemperantem eſſe poſſe. Nam ſi aliquid horum fuerit, prudentia non erit. Ita de juſtitia, fortitudine & temperantia exiſtimandum. Quare ubi una earum adeſt, alias quoque adeſſe neceſſe eſt, ubi vero illarum aliqua deeſt, vere nulla eſt, etiamſi quodammodo eſſe videatur. Ariſtoteles *ad Nicomach.* lib. VI. Seneca *epiſt.* LXVI. Cum itaque inter ſe tam arcte colligatæ & implicitæ, ut ſejungi non poſſint, paſſa eſt ſeſe induci Philoſophia, ut ſtatueret, neminem unquam unam virtutem poſſidere poſſe, quin omnes ſimul poſſideat, de quo eſt illud Chryſippi apud Laertium: Ἀρετὰς ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις καὶ τὸν μίαν ἔχοντα, πάσας ἔχειν. Galenus, ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος: Σύμπασαι γὰρ ἀρεταὶ ἀλλήλαις ἕπονται, καὶ οὐχ οἷόν τε μίαν ἥντινα οὖν λαβόντι, μὴ οὐχὶ καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας εὐθὺς ἀκολουθούσας ἔχειν, ὥσπερ ἐκ μιᾶς μηρίνθου δεδεμένας. *Omnes ſe mutuo ſequuntur*, ait, *& qui unam habet, omnes habeat neceſſe eſt recte inſequentes, & velut uno fune revinctas*. Quam ſententiam repetit Plato in *Euthydemo* & *Protagora*. Clemens Alexand. *Stromaton* lib. II. Cic. *de Offic. Tuſcul.* II. & Plinius *Panegyrico*. Quare cum & diſciplinæ ſimili complexu conſtrictæ, haud abſurde dixerim, quiſquis illarum vel unam ignoraverit, hunc nullam vere didiciſſe.

3. Nunc ut ad externa te vocem, converte quæſo mentem ad contemplationem univerſi, explora ſolertiam naturæ, & admirandam ejus pulchritudinem conſidera, deprehendes profecto de pluribus unam, omnia admirabili quadam continuatione ſerieque rerum conglobata, & quæ Heracliti ſententia eſt, ἐκ πάντων ἓν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα. Intuere hunc orbem, qui circum ſupraque nos tegit. Vides tot ſyderum faces diverſo effectu, vario ortu & obitu, quaſi internecino bello diſſiderent, paſſim oberrare; ipſamque Lunam, Solis æmulam, cornuata fronte adſpectantium oculis, pene dixerim, facie ridentis abblandiri. Harum cohærentiæ & ordinato nexui mundus ornatum ſuum debet. Si enim ſparſæ ſua ſpatia implerent, ſi incerto & erranti motu ſingulæ laberentur, deſereret cœlum elegantia, & velut in tempeſtate omnia tumultu oppleta turbarent. Quid loquar ingentem hanc inſulam, communem omnium civitatem? nonne commixtione diverſarum ſubſtantiarum conflata eſt, & earum temperamento ac mutuis officiis, velut amicitiæ quodam fœdere ſociata, in ipſius naturæ, ut videtur, divortio, ſtabili concordia hæret. Ipſa quoque formæ noſtræ pulcritudo idem fatetur. Aſpice corpus humanum, ut omnia inter ſe membra apto connexu ad uſum ſimul & decorem conſentiant; quæ ſi ſingula capias, deformia & inutilia. Sed ipſius corporis compago nonne ex nervis, oſſibus, & id genus aliis compoſita eſt? quæ ſane ſi diſtrahas & ſingula ſumas, uſus illis nullus erit. Quid multa? in hoc ſolenni ſexuum officio, quæ naturæ inſtinctu ad generationem fungimur, mas & fœmina coitu miſcentur. Ars picturæ diverſis colorum pigmentis apta confuſione temperatis cum ipſius naturæ veritate certare audet. In choro Muſico diverſæ & diſſonæ voces concentum miſcent. Equidem tota humanitas ordinata vice officiis ſuis fungitur, quæ velut vinculis quibuſdam inter ſe colligata, ut circuli catenarum, qui mutuo connexu hærent. Longum eſt ire per ſingula, certe quoquo te verteris, eadem rerum ſeries occurrit. Semel dixerim, nihil ſua ſibi vi pollere, ſed ſingularum rerum conſcenſu & congregatione ſubſiſtere, quicquid ſpecie pulchri aut perfecti admirationem invenit.

Adeo ut verum sit Pythagoræ scitum, *Communem quandam omnium cognationem esse*. Et Platonis illud in *Menone: Naturam sibi usquequaque consonam & totam cognatam*. Est etiam Ciceronis illa vera & nota vox: *Nullum genus rerum, quod aut avulsum a cæteris per seipsum constare, aut quo cætera si careant, vim suam atque æternitatem conservare possint*. Et Augustini lib. II. *de Ordine: Lapis ut esset lapis, omnes ejus partes omnisque natura in unum solidata est. Arbor non esset, si una non esset. Quid membra cujuslibet animantis ac viscera? Certe si unitatis patiantur divortium, non erit animal. Populus una civitas est. Ex multis militibus fit unus exercitus*. Quare artium cognationem & mutuum fœdus tollere, quid aliud quis dixerit, quam impio certamine naturam rerum lacessere, & communi omnium legi refragari velle? Ut igitur universa una vi atque una consensione naturæ constricta sunt, ita mirus quidam doctrinarum consensus & societas reperitur. Quod tum demum apparet, cum totum Philosophiæ corpus animo complexi sumus, & ingenii nostri aciem per omnes ejus, ut ita dicam, articulos & vertebras transmiserimus.

CAP. XXIV.

1. Ἐγκυκλοπαιδεία. 2. *Cyclicæ disciplinæ*. ἐγκύκλιος παιδεία. 3. *Circulus disciplinarum*. ἐγκύκλια παιδεύματα, μαθήματα, κυκλικὰ μαθήματα. κύκλος, κύκλος παιδείας. *Orbis*. Μουσική, ἐγκύκλιος παιδεία πολυμάθεια, ἐγκύκλιος παιδεία. 4. ἐγκύκλια *unde appellata*. 5. ἐγκύκλια *quid notent*. 6. *Aristotelis opera* ἐγκύκλια καὶ ἐποπτικά. 7. *Eustratii error* περὶ ἐγκυκλίων Ἀριστοτέλους. 8. χοροὶ ἐγκύκλιοι. 9. ἐκκύκλημα. προκυκλεῖν. 10. ἐπικὸς κύκλος. 11. *Scriptor Cyclicus, & de eo error Interpretis Horatii*. 12. *Horatius explicatus*. 13. κύκλῳ διδάσκειν. 14. κύκλῳ θεραπεύειν. 15. *Cyclus quid Medicis methodicis*. 16. *Circulo servos manumittere*. 17. *Dionysii* κύκλος.

1. PRoinde cum mutuo complexu disciplinæ inter se colligatæ, omnesque artes & scientiæ cognationis nexu revinctæ, communes quasdam proprietates habeant, quas sibi per amicas vices mutuo impertiunt, Antiqui doctrinæ orbem constituerunt, veluti perfectum quendam scientiæ cinnum, ex diversis aptum & temperatum, quem Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, & ipsas, quas continet, disciplinas, ἐγκύκλια μαθήματα, ἐγκύκλια, ἐγκυκλίους παιδείας.

2. Martianus Capella artes liberales, quas Satura dictante se scripsisse fingit, *Cyclicas disciplinas* appellat. Vitruvius *l.* I. *Encyclios disciplina uti corpus unum ex variis membris est composita. Lib.* VI. *Et ea arte, quæ non potest esse probata sine literatura, encyclioque doctrinarum omnium disciplina*.

3. Augustinus lib. *contra Academicos* III. *Sed dum ad istarum disciplinarum, quibus excoluntur animi, circulum revocare vos cupio*. Quinctilianus *l.* I. Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς: Δεῖ τοίνυν τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον μηδενὸς μηδὲ τῶν ἄλλων τῶν καλουμένων ἐγκυκλίων παιδευμάτων μήτε ἀνήκοον, μήτε ἀθέατον ἐᾶν εἶναι. In *Alexandro*: Καὶ τοῖς περὶ μουσικὴν καὶ τὰ ἐγκύκλια παιδευταῖς οὐ πάνυ τι πιστεύων. Theo Sophista *Progymnasmatis*: Νυνὶ δὲ οἱ πλείους τοσοῦτο δέουσι τοῦ τοιούτων ἐπαΐειν, ὥστε οὐδὲ τῶν ἐγκυκλίων καλουμένων μαθημάτων οὐδὲν μεταλαμβάνοντες, ἄττουσιν ἐπὶ τὸ λέγειν. Auctor *Vitæ Hippocratis*: Συνασκηθεὶς δὲ ἐν τῇ ἰατρικῇ καὶ τοῖς ἐγκυκλίοις μαθήμασι. Philo περὶ γιγάντων. Τὸ γὰρ οὐράνιον τῶν ἐν ἡμῖν ὁ νοῦς, νοῦς δὲ καὶ τὸ κατ' οὐρανὸν ἑκάστων τὰ ἐγκύκλια, καὶ τὰς ἄλλας ἁπαξαπάσας ἐπιτηδεύει τέχνας. Tzetzes:

—— ἐγκύκλια μαθήματα καλοῦνται,
Ο κύκλος τὸ συμπέρασμα πάντων τῶν μαθημάτων,
Γραμματικῆς, ῥητορικῆς, αὐτῆς φιλοσοφίας,
Καὶ τῶν τεσσάρων δὲ τεχνῶν, τῶν ὑπ' αὐτὴν κειμένων,
Τῆς ἀριθμητικῆς, μουσικῆς, καὶ τῆς γεωμετρίας.

Scholiastes Aristophanis Νεφέλαις, κυκλικὰ μαθήματα. Strabo lib. I. Clemens Alex. *Strom.* lib. I. & passim.

4. Plinius *Præfat. Naturalis Hist.* Suidas. Synesius *Dione* orbem disciplinarum ἁπλῶς κύκλον vocat: ὃς οὐ προετελέσθη τῷ κύκλῳ, καὶ τὰ μουσῶν οὐκ ὠργίασε. Ita Manilius *l.* IV.

—— *numerisque modisque*
Consummant orbem ——

hoc est, omnes Mathematicas disciplinas assequuntur, Arithmeticam, Musicam, Geometriam, Astronomiam, quæ τῶν μαθημάτων κύκλον consummant. Scholiastes Aristophanis Ἱππεῦσι in illis Aristophanis, οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι, μουσικὴν interpretatur τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν, sive quod Μουσικὴ adhibita in prima institutione, sive quod ἐγκύκλια μαθήματα & omnem liberalem eruditionem notet. Philo Judæus περὶ γεωργίας. Καὶ ψυχῆς γαλακτώδεις μὲν ἂν εἶεν τροφαὶ κατὰ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν, τὰ τῆς ἐγκυκλίου μουσικῆς προπαιδεύματα. Et deinde: Γεωμετρία, καὶ ἡ ῥητορική, καὶ ἡ σύμπασα τῆς ἐγκυκλίου παιδείας μουσική. Inde μουσικοὶ eruditi, & ἄμουσοι rudes & illiterati. Sane τὰς ἐγκυκλίους τέχνας omnes ingenuas artes & liberalia studia appellarunt. Stobæus ex Stoicis: Φιλομουσίαν καὶ φιλοπραγματείαν, καὶ φιλιππίαν, καὶ καθόλου τὰς ἐγκυκλίους λεγομένας τέχνας, ἐπιτηδεύματα καλοῦσιν, ἐπιστήμας δ' οὔ. Scholiastes Aristophanis Ἱππεῦσι. Ἐγκύκλιος παιδεία, διὰ πάσης χωρεῖ παιδεύσεως, ταύτην παιδευθῆναι τὸν Θηβαῖον Ἐπαμινώνδαν, καὶ ἄλλους δὲ πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας. Ipsa ergo πολυμάθεια ἐγκύκλιος παιδεία. Sed de Epaminondæ πολυμαθείᾳ alius dicendi locus. Certe ἐγκύκλιος παιδεία, πολυμάθεια. Ita usurpatur ab Epiphanio *Hæresi* XXXII. δι' ὑπερβολὴν δὲ τῆς ἐκείνου παιδείας ἐγκυκλίου τε καὶ Πλατωνικῆς. Philo περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου. τῶν ἐγχορευόντων ταῖς ἐγκυκλίοις θεωρίαις καὶ πολυμαθίαις ἑταῖρον ὄντα. Nisi potius Philo distinguere voluerit.

5. Ἐγκύκλια vero a vulgari & communi usu dici aliorum opinio est. Sunt enim ἐγκύκλια vulgata, obvia & usitata. Ita Aristoteles *Meteorologicon* l. I. c. I. dicturum se ait: περὶ κεραυνῶν πτώσεως, καὶ τυφώνων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων. Et οἰκονομικῶν *l.* II. τῆς πολιτικῆς πρόσοδος ἀπὸ ἐμπορίων καὶ δι' ἀγώνων, εἶτα ἡ ἀπὸ τῶν ἐγκυκλίων, id est, ex rebus cottidianis & vernaculis. Suidas ἐγκύκλιον, ἁπανταχοῦ καθολικὸν interpretatur.

6. Ea ratione Aristotelis Opera ἐγκύκλια, vulgata καὶ ἐκδεδομένα, contra vero ἐποπτικὰ καὶ ἀκροαματικά, minime protrita ac vulgata.

7. Notandus autem insignis error Eustratii, qui I. *Ethic. Nicomachum* cap. V. in istis Aristotelis, ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν: Ἐγκύκλια, ait, ἔπη τινὰ κατὰ τινὰ ἀριθμὸν συμπεραινόμενα ἐν ἑτέρᾳ θέσει καὶ τάξει, ὧν ἑκάστη ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τε ἤρχετο, καὶ εἰς τὸ αὐτὸ κατέληγε. διὸ καὶ ἐγκύκλια ταῦτα ὠνόμασαν. In illo poemate Aristotelem περὶ εὐδαιμονίας egisse scribit, an scilicet aliquis beatus dici possit ex solo virtutis habitu. Sane hoc argumento defungi non poterat sine ingenii tormento, tali utique θέσει καὶ τάξει, quam tradit Eustratius. Sed præter Eustratium, vir admirandi ingenii & eximiæ pietatis, τὰ ἐγκύκλια, nescio quos versus circulares capit. Recte vero Simplicius in I. *de Cœlo*: τὰ ἐγκύκλια φιλοσοφήματα exponit, πολλοῖς προτιθέμενα, ἅτινα καὶ ἐξωτερικὰ καλοῦσι. Ciceroni V. *de Finibus*, populariter καὶ πρὸς κοινὴν τῶν

τῶν πολλῶν ὠφέλειαν scripta, quibus opposita ἐποπτικὰ καὶ ἀκροαματικά, in quibus Philosophia remotior, Plutarchus in *Alexandro*.

8. Agellius *lib.* XX. Ammonius *prolegom. in Categorias*. χοροὶ ἐγκύκλιοι, qui ἐν τριόδοις καὶ ἐν τοῖς κύκλοις canebantur πρὸς διαστολὴν τῶν θυμελικῶν καὶ σκηνικῶν, quorum imaginem retinebant Romæ mimi planipedes, qui non in scena, sed in circulis agebant. Quanquam Διθυραμβοποιῶν χοροὶ κυκλικοί, quia nullis strophis aut antistrophis usi, ut Aristoteles *Problem.* XV. sect. XIX. tradit.

9. Non dicuntur ergo ἐγκύκλια a machina theatrali, quæ ἐκκύκλημα, ut Pollux *lib.* IV. & Scholiastes Aristophanis *Acharn.* tradunt, cujus conversione res spectandæ exhibebantur, quod προκυκλεῖν sive ἐκκυκλεῖν & κυκλοφορεῖν. Nam ea ratione ἐκκύκλια. Sed ἐγκυκλοπαιδείαν sive κυκλοπαιδείαν dixerunt seriem omnium artium colligatam & connexam, a perfectissima & capacissima circuli figura, quæ una & continenti linea absolvitur, cujus περιφέρεια si intercisa esset, nulla jam ejus forma. Perpetua enim συνεχείᾳ ducta linea, redeat necesse est in punctum, ex quo moveri cœpit. Ita harum artium orbis perfecto & continuo circulo comprehensus. Sic Plato VII. *de Republ.* Τὴν συνέχειαν παντὸς γραμμῇ ἀπείκασεν, δι' ὁμοιότητος καὶ ἀλληλουχίας τῶν δευτέρων ἀπὸ τῶν πρώτων ἀεὶ προϊόντων, καὶ οὐδενὸς τὰ ὄντα διείργοντος.

10. Simili modo κύκλον seu ἐπικὸν κύκλον appellarunt corpus quoddam poematis, quod historiam mythicam complectebatur. Photius in *Bibliotheca* ex Proclo: Διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ λεγομένου ἐπικοῦ κύκλου, ὃς ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς Οὐρανοῦ καὶ Γῆς μυθολογουμένης μίξεως. Διεξέρχεται δὲ περὶ θεῶν, τά τε ἄλλα τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα. Κύκλον igitur vocarunt hoc poema, quoniam recto tractu & connexa serie comprehensum. Refert enim idem Photius τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα διασώζεσθαι καὶ σπουδάζεσθαι τοῖς πολλοῖς, οὐχ οὕτω διὰ τὴν ἀρετὴν, ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων.

11. Inde Horatio *scriptor cyclicus*, quem ridicule & inepte vetus ipsius Scholiastes interpretatur *circumforaneum, qui circumeat civitates recitans sua scripta, & artes cyclicas, quæ nimia profunditate obscuritateque in gyrum vertuntur, propter nimias verborum ambages*.

12. Ἐπικὸν κύκλον intelligit idem Horatius *de Poetica*:

Nec circa vilem patulumque moraberis orbem.

Vilem, quia & Photius ait hoc poema legi non ob præstantiam, sed cohærentem rerum ordinem. Deinde projecti & vilis animi κατὰ πλάτος καὶ παχυμερῶς docere. Ideo & *patulum orbem*. Magnum enim opus oportuit.

13. Nam qui κύκλῳ τὰ μυθολογούμενα enarrabat, certe κατὰ πλάτος ea docebat. Ideoque in immensum excrevit opus, quod ex plurimis Poetis congestum, ut ex I. *Stromat.* Clementis Alexand. apparet. Quæcunque enim κύκλῳ ποιεῖσθαι Græci dicunt, ea καθολικῶς fiunt. Ita cum dicimus κύκλῳ διδάσκειν τὸν παῖδα, καθολικῶς eum docemus, orsi a prima literatura, totum artium orbem, nulla earum omissa, complexi.

14. Sic apud Medicos κύκλῳ θεραπεύειν. Vegetius *de Re Veterinaria* lib. II. c. VI. *cyclo curare*. Synesius encomio φαλάκρας: τοὺς καλουμένους κύκλους ὑπὸ τῶν ἰατρῶν.

15. Hunc cyclum methodicum describit Cælius Aurelianus *tardarum passionum* l. I. *Resumtivi cycli ordinatio formanda hoc modo: primo die parvo cibo atque aqua nutritus ægrotans, alio die levi motu exercendus, atque oleo perungendus. Perfecto resumtivo cyclo adhibendus erit* μετασυγκριτικός. *Prima igitur die erit cibo abstinendus ægrotans. Tum alia die parva adhibita gestatione rursus panis dabimus tertiam partem*. Et quæ sequuntur ad præscriptionem Cycli, cujus passim mentionem facit, & in diversis morbis diversos constituit. Est igitur Cyclus, medendi quædam species, certa lege & ordine observato in recto cibi & remediorum usu. Quare κύκλῳ θεραπεύειν est rite servatis omnibus a minimis remediis ad majora progredi, ut nihil prorsus omittatur.

16. In Caji *Institut.* lib. I. tit. II. *Si testamento servorum manumissio circulo adscripta fuerit, ut qui prior, qui posterior nominatus sit, agnosci non possit, nulli ex his libertatem valere manifestum est*. Sed haud dubie voluntas testatoris erat, ut omnes manumitterentur, qui circulo inscripti erant.

17 Dionysius Milesius scripserat κύκλον ἱστορικὸν, ut Auctor est Suidas. Opus, quantum existimo, varii argumenti, comprehensa rerum serie. Nicephorus Callistus *Histor.* lib. X. inter libros veteris Theologiæ laudat Dionysii coronam. Non dubito quin hoc loco Græci libri præferant, Διονυσίου κύκλον. Hac ergo ratione κύκλον παιδείας constituerunt & appellarunt.

CAP. XXV.

Philosophia disciplinarum ἀρχιτεκτονική. *Ea divisa, & quod singulis ejus partibus artes inserviant declaratum.*

Adeo ut non sint plures artes, sed unica ex diversis conserta & composita, quæ ducta serie ad unum finem relatæ coeunt, Philosophiam, illarum omnium ἀρχιτεκτονικήν. Hanc enim cum præcedunt, finem sectantur. Nam si verum est, quod Alexander Aphrod. *in* I. *Aristotelis de Anima, quæ finem præcedunt, finis gratia fieri, & cujus gratia aliquid fit, finem putandum esse*, optimarum artium finis Philosophia. Quare ut lineæ ab ambitu circuli ad centrum ductæ in περιφερείᾳ & plures & separatæ: terminis vero earum centro aptatis & conjunctis, simul unum & plures lineæ: eadem ratione plurimæ artes, & tamen una. Plurimæ, qua singulæ & disjunctæ. Una, qua coactæ & collectæ ad centrum, quod Philosophia occupavit: quam cum omnes certum utrumque finem spectant, manifesta earum conjunctio. Nempe diversa navigantium officia in fine consentiunt, ut scilicet feliciter navigent. In agrorum cultu variæ fabrorum operæ unum finem cogitant, agriculturam: ita varia artium ministeria ad unum finem, Philosophiam tendunt. Sunt enim principes scientiæ, quas Aristoteles ἀρχιτεκτονικάς, Plato ἡγεμονικάς vocat, quæ alias quasdam sibi ancillantes habent, easque complectuntur. I. *Ethic. ad Nicomachum*, τὴν ἱππικὴν complecti artem conficiendi instrumenta equestria, hanc vero bellicam artem, cujus finis victoria. Inprimis vero expetendum finem τῆς ἀρχιτεκτονικῆς, cujus gratia alias sectamur. Ita Philosophia harum omnium ἀρχιτεκτονική, quas ancillas & ministras habet, cujusque finem per istas expetimus. Inde prisca Theologia singulis artibus singulas Musas præfecit, Calliopen vero reginam & principem mutuam earum communicationem regere. Et Musas implicato nexu junctas choros ducere fingit, Apollinem vero μουσηγέτην lyra sua præire modos & temperare numeros. Φιλοσοφία γὰρ, inquit Synes. *Dione*, ἐπὶ πάσαις ἐστί. καί τοι τοῦτο αἰνίττεται, τὸ τῇ συμφωνίᾳ τῶν Μουσῶν δεῖν θεὸς τὸν Ἀπόλλω παρεῖναι. *Philosophiam omnibus inesse*, ait, *illudq; satis ostendere, quod Musarum concentui Apollo adest*. Philo-

ſophia igitur omnes artes propinqua cognatione conſpirantes amplexa continet, earumque multiplici miniſterio utitur. Duo namque in homine principia conſtituunt, *νοῦν καὶ ὄρεξιν*, quorum illa rerum contemplationi dicata eſt, hæc actioni: *πράξεως γὰρ ἀρχὴ προαίρεσις, προαιρέσεως δὲ ὄρεξις καὶ λόγος*, VI. *ad Nicomach.* Ex his ortum duplex philoſophandi genus, quorum alterum *θεωρητικὸν*, alterum *πρακτικόν*. Cum autem *τὸ θεωρητικὸν* in expendenda rerum natura conſiſtat, ratione eſſentiarum ſcientias, ſeu contemplandi methodos eſſe oportet. Res vero aliæ corporeæ & materiæ conjunctæ, quæ ſenſuum judicio patent. Aliæ incorporeæ & materiæ ita adhærentes, ut ſine illa non ſubſiſtere, mente tamen & cogitatione ſeparari poſſint, Euſtrat VI. *Ethic.* Aliæ denique ſimplices, incorporeæ & materia ſolutæ. Hinc *θεωρητικὴ φιλοσοφία* triplex, Phyſiologia, Theologia, Mathematica. Nam iſtarum rerum primas Phyſica conſiderat, ſecundas Mathematica, unde Ariſtoteli *τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως τὰ μαθηματικά. τὰ δὲ φυσικὰ ἐξ προσθέσεως*: & VI. *Metaphyſ.* c. I. *τῆς μαθηματικῆς ἔνια περὶ ἀκίνητα μὲν, οὐ χωριστὰ δ' ἴσως, ἀλλ' ὡς ἐν ὕλῃ.* Has vero, quæ ratione vel natura a materia ſejunctæ, æternæ & motu liberæ, Sapientia: quæ merito prima, cujus ſcilicet notum & ſimplex ſubjectum, quæque cauſſis primis & notis utitur, & cum ſummum finem ſpectat, reliquis præſtantior, quibus eſt *ἀρχιτεκτονική*, ideoque & Philoſophia *κατ' ἐξοχὴν*, *Metaphyſ.* lib. XI. *σοφία*; lib. IV. *πρώτη φιλοσοφία*; lib. V. *φιλοσοφία θεολογική*. Phyſice proxima ſenſui perſequitur, quæ cum primum finem non reſpiciat, ſecunda a Philoſophia, & ſublata divina, prima, Ariſtoteles III. *Metaphyſ.* Mathematica vero cum nobis & natura notis principiis utatur, perſpicua ejus demonſtratio. Suos præterea gradus habet. Nam certior eſt illa, quæ verſatur circa *τὸ ποσὸν διωρισμένον*, quam quæ circa *τὸ συνεχές*. Geometria certior Aſtrologia. Reddit enim cauſſas theorematum & problematum Aſtrologiæ. Sed Aſtrologia nobilior, quæ ſola inter Mathematicas, ut Ptolemæus ſcribit, de ſubſtantia perpetua atque immutabili diſſerit. Alii Mathematicen mediam collocant, quam velut expeditiorem viam mens tranſeat, cum res materiæ cognatas relinquere, & ſecedere ad puras ac ſinceras parat, ut divinis præparetur, nec recens a contactu rerum materiæ adhærentium, ferendo ſplendori divinarum impar, in iis hallucinetur. Has tres Philoſophias Theoreticas conſtituunt, ut multis docet Ptolemæus *μαθηματικῆς συντάξεως* lib. I. Plato vero Philoſophiæ has partes ſtatuit, *τὴν θέαν, τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν, ἡ θεωρητική, τὴν πρᾶξιν τῶν καλῶν, ἡ δὲ πρακτική, καὶ τὴν τοῦ λόγου δύναμιν*, quæ *διαλεκτική*. Sane ſententia illorum, qui mathematicis diſciplinis inter ſcientias locum aſſignant, optimis rationibus ſubnixa eſt, quas hic faſtidioſe repetere præter rem duco. Sed, quia convenientius inſtituto ſermoni, ſequamur Antiquos, quibus ſunt *προπαιδεύματα* & ſcientiarum quædam adminicula. Nam & Ariſtoteli VIII. *Polit.* inter pueriles diſciplinas: & VI. *ad Nicomachum* cap. VIII. puerili ingenio aptæ. Ubi Euſtratius *τοὺς νέους ἁπλῶς μαθηματικοὺς εἶναι εὐτρέχειαν ἔχοντας τῆς φύσεως, κἂν τῇ τῆς ἡλικίας νεότητι, ὡς καὶ δυσχερῆ κατορθοῦν αὐτοὺς θεωρίαν τὴν ἐν μαθήμασι.* Certæ enim & faciles, ideoque Philoſophus in probandis ſuis axiomatis, demonſtrationibus mathematicis utitur: & Socrates apud Platonem utiles quidem ad ſapientiam adipiſcendam, ejus tamen nomine indignas. Plotinus adoleſcentibus eas tradendas ſcribit, ut mentem ſenſuum vinculis paulatim ſolvant. Sed & *λογικὴ* cum ſcientiis inſeritur, ita ad illas tranſmigrat, ut earum nomen penitus induat. Ut ſi Phyſicæ adhibeatur, ſcientia naturalis erit, quæ nihil aliud, quam Logicæ pars *ἀναλυτική*, ad contemplationem rerum naturalium admota. Cum vero præcepta ac regulas methodi docet, commune eſt ſcientiarum inſtrumentum. Veluti cubitus, cum eam partem corporis, quam metimur, cubitum dicimus, pars eſt; cum vero cubitum per ſe intuemur, inſtrumentum. Itaque ſi cum materia capimus, pars ejus, quod metimur; ſi vero ſine materia, inſtrumentum. Ita Logica ſi non admixta materiæ, regula & organon, rebus vero addita, partem intelligimus. Quare & hic non erit ſcientia, ſed quædam ad illam via. Theologia ſimplices formas & ab omni concretione materiæ ſegregatas contemplatur. Mathematicæ vero diſciplinæ a rebus corporeis ad ſimplicium conſiderationem mentem deducunt. Ut enim e tenebris protracti, ſi ſtatim in ſolis globum rectos oculos defigant, cœcutiunt, nec ſine lacrumis eum intuentur, niſi tractim adſueverint, ut conſuetudine luminis tenuioris firmata acies majorem ſplendorem ſuſtinere queat: ita qui relictis rebus materiæ annexis, divinarum contemplationem adgrediuntur, mathematicis diſciplinis ſocietatem animi & corporis diſſolvant neceſſe eſt, ut ab iis, quæ ſenſu percipiuntur, *πρὸς τὰ νοητὰ* tranſeant. *Ὄμμα γὰρ*, inquit Nicomachus verbis Platonis, *τῆς ψυχῆς ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἀποτυφλούμενον καὶ κατορυττόμενον, διὰ τούτων μόνων ἀναζωπυρεῖται καὶ ἀνεγείρεται. κρεῖττον ὂν σωθῆναι, μυρίων σωματικῶν ὀμμάτων. μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἡ περὶ τοῦ παντὸς ἀλήθεια ὁρᾶται.* Ideo recte & eleganter appellat iſtas diſciplinas *κλίμακας καὶ γεφύρας*, quibus *ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ* tranſcendimus: *Δῆλον γὰρ*, ait, *ὅτι κλίμαξί τισι καὶ γεφύραις ἔοικε ταῦτα τὰ μαθήματα διαβιβάζοντα τὴν διάνοιαν ἡμῶν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν καὶ δοξαστῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ καὶ ἐπιστημονικά. καὶ ἀπὸ τῶν συντρόφων ἡμῖν καὶ ἐκ βρεφῶν ὄντων συνήθων ὑλικῶν καὶ σωματικῶν ἐπὶ τὰ ἀσυνήθη τε καὶ ἀπρόσφυλα πρὸς τὰς αἰσθήσεις.* Plato, ut Alcinous collegit: *Μαθηματικὴ θεωρία* animum acuit, *καὶ πρὸς ἐπίσκεψιν τῶν ὄντων ἀκρίβειαν παρέχει.* Arithmetica *τῆς περὶ τὰ αἰσθητὰ πλάνης καὶ ἀγνοίας ἀπαλλάττει ἡμᾶς, συνεργοῦν πρὸς τὴν τῆς οὐσίας γνῶσιν.* Geometria quoque aptiſſima *πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ γνῶσιν*, ſi quis illam attigerit non *πράξεως ἕνεκεν, ἀλλὰ ἐπὶ τὸ ὂν ἀεὶ ἀνιέναι.* Aſtronomia qua cœleſtia contemplamur, *ἐξ ὧν κατά τινα οἰκείαν ὁδὸν καὶ τὸν ἁπάντων δημιουργὸν ζητήσομεν.* Sed ut Aſtronomia ad illa nos excitat, quæ ſola mente capimus, ita Muſica, *ἀπὸ τῶν ἀκουστῶν ἐπὶ τὰ αὐτῷ τῷ νῷ θεωρούμενα* ducit. *Δεῖ γὰρ ὀξέως ἀπὸ τῶν ὁρατῶν καὶ ἀπὸ τῶν ἀκουστῶν μεταβαίνειν ἐπ' ἐκεῖνα, ἅ ἐστιν ἰδεῖν μόνῳ τῷ τῆς ψυχῆς λογισμῷ. ἔστι γὰρ ἡ τῶν μαθημάτων ἐπίσκεψις ὡς ἂν προοίμιόν τι πρὸς τὴν τῶν ὄντων θεωρίαν.* Inde Clemens Alexandrinus *Stromat.* lib. I. ex verbis Platonis: *ὥστ' οὐδ' αὐτὸς (Πλάτων) τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν συντελεῖν πρὸς τἀγαθὸν δίδωσιν, συνεργεῖν δὲ πρὸς τὸ διεγείρειν καὶ συγγυμνάζειν πρὸς τὰ νοητὰ τὴν ψυχήν.* Quæ ſententia eſt Philonis lib. *περὶ γιγάντων*, ubi ait: *Θεοῦ δὲ ἄνθρωποι ἱερεῖς, τὸ αἰσθητὸν πᾶν ὑπερκύψαντες εἰς τὸν νοητὸν κόσμον μετανέστησαν, κἀκεῖθι ᾤκησαν ἐγγραφέντες ἀφθάρτων ἀσωμάτων ἰδεῶν πολιτείᾳ.* Sed vide Platonis *Epinomin*, & VII. *Republ.* ubi multis oſtendit has diſciplinas *προσαναγκάζειν αὐτῇ τῇ νοήσει χρῆσθαι τὴν ψυχὴν ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἀπεργαστικὰς φιλοσόφου διανοίας πρὸς τὸ ἄνω σχεῖν.* Admiranda enim in illis pulcritudo, exactiſſimus ordo ac firma demonſtrationum certitudo, in *Timæo*: Mathematica animum exercere in abſtractionibus, & quædam eſſe rudimenta ad primam Philoſophiam. Proclus *Comment.* in *Euclid. lib.* I. Opus & officium Mathematicæ

cognitionem nobis insitam movere, excitare intelligentiam, purgare cogitationem, demere oblivionem & ignorantiam, quæ ab ipso ortu nobis adhæret. Plane ad DEI similitudinem, qui cuncta divinis rationibus complet, animas sopore liberat, & inquisitione ad seipsas convertit. Hanc sententiam omnes Platonici sequuntur, qui Mathematicas disciplinas adscensum ad divina præparare adfirmant. Synesius *epist. ad Orum*: Ἀστρονομίαν vocat προσεχὲς προθμεῖον τῆς ἀπορρήτου θεολογίας, eique tribuit ὑπηρέτας γεωμετρίαν καὶ ἀριθμητικὴν, ἀστραβῆ τῆς ἀληθείας κανόνα. Vide Ptolem. μαθηματικῆς συντάξεως lib. I. Porro cum universi ratio ab æterna mente ad numerum & harmoniam composita, nihilque τῶν ὄντων συμμετρίας ἄτερ καὶ ἀναλογίας ἐστὶν, Physica exactam concinnitatem τῆς τῶν ὄντων ἀναλογίας, καὶ συμφωνίας ex Mathematicis concipit: ex quibus & συμμετρίαν atque æqualitatem, qua corpora simplicia & elementa inter se concatenata; omniaque adeo μετεωρολογικὰ, corporum cœlestium motus, periodos & spatia cognoscit. Neque ex solis principiis Physicis intelligere licet, cur gemini soles & virgæ per nubes extensæ appareant, quæ caussa Irides excitet, cur coronæ circa stellas conspiciantur. Ad hæc investiganda Aristoteles Optices auxilium petiit, ejusque ope deprehendit, binos soles conspici, cum radii oculo proliquati reflectuntur, coronam, cum illisi resultant ad visum, Irides utroque modo fieri. Ita cum in Cometæ naturam inquirit, Optice docet eam non tam incendium exhalationum, quæ in suprema aeris regione collectæ & conglobatæ, sed lucidam pyramida concursu radiorum solarium natam, qui perspicui corporis occursu ad perpendicularem sese illidunt. Et quia Mathematicæ disciplinæ præter Arithmeticam & Geometriam maxime circa res naturales occupantur, magis Physicæ appellatæ sunt. Considerant enim ea, quæ pendent a materia sensibus percepta, unde & principia nonnulla cum Physica communia sumunt. Sed materiam rebus annexam contemplantur demonstratione Mathematicæ. Mathematicæ igitur simpliciter, Physicæ autem, quia res Mathematicas materiæ conjunctas spectant. Sane in multis cognatis versantur Physica & Mathematica, Aristoteles I. *Phys.* Doctrina de anima Mathematica & Physica, ut idem Aristoteles, & Themistius initio in ejus *Phys.* docet, qui in I. *Analyt. post.* cap. XXVI. scribit: *eum qui non attigerit disciplinas Mathematicas, ne vestibulum quidem Philosophiæ naturalis ingressum.* Vide Ptolemæum μαθηματικῆς συντάξεως lib. I. Speusippus a schola sua excludebat Musicæ, Geometriæ aut Astronomiæ imperitum. Appellabat enim Mathematicas disciplinas τῆς φιλοσοφίας λαβάς. Et Plato *Epinomide*: Εἰ δέ τις ἄλλως (sine disciplinis Mathematicis) μεταχειριεῖται φιλοσοφίαν, τύχην δεῖ καλεῖν συνεργόν. οὐ γὰρ ἄνευ τούτων ὁδός ποτε, ἀλλὰ οὗτος ὁ τρόπος. Hinc ergo Nicomachus: Οὐκ ἄρα τούτων (μαθηματικῶν) ἄνευ, δυνατὸν ἀκριβῶσαι τὰ τοῦ ὄντος εἴδη. οὐδ' ἄρα τὴν ἐν τοῖς οὖσιν ἀλήθειαν εὑρεῖν, ἧς ἐπιστήμη σοφία. Deinde si Philosophia ὄρεξις καὶ μεταδίωξις τῆς σοφίας, quæ τῆς ἀληθείας γνῶσις, verum utique quærit. Necesse est igitur statuere principia, & ea discernendi certos modos. Logica autem promittit contemplationem illorum, per quæ judicare & demonstrare possumus. Philosophiæ ergo confert, & per universas ejus partes se exerit, adeo ut ἀναλυτικὴ nihil proprii habeat, sed per scientiarum subjecta evagata commune illarum instrumentum. Aristoteles lib. I. *Top.* cap II. Dialecticam conferre ait πρὸς τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας, ὅτι δυνάμενοι πρὸς ἀμφότερα διαπορῆσαι, ῥᾷον ἐν ἑκάστοις κατοψόμεθα, τἀληθές τε καὶ τὸ ψεῦδος. Jamblichus *ad Sopatrum* de Dialectica: Προγυμνασίαν δὲ καὶ πρὸς τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας θαυμασίας οἵας μεθόδους παρεχόμενον. εἰ δὲ δεῖ καὶ τὰ περὶ τούτων ἐννοεῖν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν μόριον φιλοσοφίας, ἄνευ τῆς κατὰ διαλεκτικὴν λόγου παραγιγνόμενον. ἀλλὰ καὶ εἴ τι φυσικὸν δόγμα ἀνιχνεύομεν, λογικῶς αὐτὸ βεβαιούμεθα, καὶ ὅσα περὶ θεῶν σκεπτόμεθα, λόγος διαλεκτικός ἐστιν ὁ συγκατασκευάσας. Hinc illa veteris Philosophiæ divisio in Physicam, Ethicam, Dialecticam: Τὸ φυσικὸν μέρος, τὸ περὶ κόσμου. ἠθικὸν δὲ, τὸ περὶ βίου. διαλεκτικὸν, τὸ ἀμφοτέρων τοὺς λόγους πρεσβεῦον: quasi reliquæ Philosophiæ partes Dialectica, velut spiritu, continerentur. Posidonius Philosophiam animali similem ajebat, sanguini & carni Physicen, ossibus & nervis Logicam, animæ Ethicen. Diogenes Laert. in *Zenone*: Εἰκάζουσι τὴν φιλοσοφίαν ἀγρῷ παμφόρῳ. τὸν μὲν περιβεβλημένον φραγμὸν, τὸ λογικόν. τὸν δὲ καρπὸν, τὸ ἠθικόν. τὴν δὲ γῆν ἢ τὰ δένδρα, τὸ φυσικόν. Quod ita expressit Philo Judæus περὶ γεωργίας: *Antiqui Philosophiam triplicem agro assimilarunt; partem ejus Physicam arboribus & plantis, Ethicam fructibus, quorum caussa sunt plantæ, Logicam sepi. Nam ut circumjectus murus fructus plantasque in agro servat, ingredi & irrumpere volentes arcet: simili modo Logica firmissimum munimentum Ethicæ & Physicæ. Cum enim duplices & ambiguas dictiones explicat, & sophismata dissolvit*, καὶ τὸ δι' παράγωγον ἀπάτην μέγιστον ψυχῆς δέλεαρ ἀναιρῇ, διὰ λόγων εὐφαντικωτάτων καὶ ἀποδείξεων ἀνενδοιάστων. ὥσπερ κηρὸν λελειασμένον τὸν νοῦν ἀπεργάζεται, ἕτοιμον δέχεσθαι τούς τε φυσιολογίας καὶ ἠθοποιΐας χαρακτῆρας. Cicero I. *de Legibus*: *Atque hæc omnia quasi sepimento aliquo vallabit disserendi ratione, veri & falsi judicio, scientia & arte quadam intelligendi, quid quamque rem sequatur, & quid sit cuique contrarium.* Philosophiæ practicæ finis τὸ ἀγαθόν. Illud aut proprium, aut familiæ, aut Reipublicæ: inde hæc Philosophiæ pars, ἠθικὴ, οἰκονομικὴ καὶ πολιτική. Etenim universa non tantum harmonia & συμμετρίᾳ constant, ἀλλ' οὐδέ τι τῶν γινομένων, μὴ μετὰ συμμετρίας τῆς προσηκούσης, καὶ ἀναλογίας γινόμενον, καλῶς ἄν ποτε γένοιτο. κἂν τεχνητὸν εἴη, κἂν φυσικὸν, κἂν αἰσθήσει ληπτὸν, κἂν περὶ μόνην νόησιν θεωρούμενον. Mathematicæ autem docet concinnum ordinem rerum, & harmoniam præscribit, quam in actione servare oportet; cui nihil convenientius quam ordo & rerum consensus, qui continuationem & æternitatem conservat. Nam inordinata sua ipsius confusione evertuntur, & velut intestino dissidio labefactata concidunt. Et sane haud temere Antiqui teneros adolescentum animos his artibus componi voluerunt, ut a primis annis æqualitati, in qua virtus, assuescerent. Aristoteles lib. II. *Ethic. ad Nicomachum*, ubi docet virtutum μεσότητα, duplex μέσον ait, Arithmeticum & Geometricum. Arithmeticum, quod æqualiter ab utroque extremo distat, & quantitate spectatur. Senarius medius inter duo & decem. Nam ut sex excedunt duo in quatuor, ita superantur a decem in quatuor. Geometricum medium, in quo consideratur æqualitas non ratione quantitatis, sed proportionis. Ut sex medium inter quatuor & novem ratione proportionis. Excedit enim in duobus, & superatur in tribus. Non excedit igitur, aut deficit quantitate, sed proportione. Nam ut senarius continet totum quatuor & dimidium, ita novenarius continet totum sex & dimidium. Ita excedit & deficit proportione sesquialtera. Medium Geometricum virtutis objectum. Lib. V. multis disputat τὸ δίκαιον ἀνάλογον. τὸ δὲ ἄδικον, τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον: & cap. VI. τὸ ἐν διανομῇ δίκαιον, ἀνάλογον, ejusque ἀναλογίαν Geometricam

&

& disjunctam. Cap. VII. Τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι δίκαιον, ἴσόν τι, καὶ τὸ ἄδικον, ἄνισον, ἀλλ᾽ οὐ κατὰ τὴν ἀναλογίαν γεωμετρικὴν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀριθμητικήν. (A) Sed tota Aristotelis de justo disputatio, & quæ in eam veteres Interpretes commentati, abunde ostendunt, nihil in vita rite fieri aut administrari posse, nisi servata ἀναλογίᾳ. Inde Callicles apud Platonem in *Gorgia* reprehensus, quod negligens Geometriæ nullam æqualitatem observatet. Philo περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου, Γεωμετρία δὲ ἰσότητος καὶ ἀναλογίας αὐτὰ βαλλομένη τὰ σπέρματα εἰς ψυχὴν φιλομαθῆ, γλαφυρότητος συνεχοῦς θεωρίαις, δικαιοσύνης ζῆλον ἐμποιήσει. *Ethicor. ad Nicomach.* (B) lib. VIII. cap. VIII. amicitias ἐν ἰσότητι, &, ἀνάλογον ἐν ἁπάσαις ταῖς καθ᾽ ὑπεροχὴν οὔσαις φιλίαις, cap. IX. Proportionem in justo & amicitia diverso modo. Nam potior æqualitas justi, similitudo rationis sive Geometrica, in qua spectatur dignitas. Secunda vero quantitatis sive Arithmetica. At in amicitia prior quantitatis æqualitas, in qua mutua benevolentia & æqua commutatio. Posterior vero æqualitas Geometrica, quæ in amicitia καθ᾽ ὑπεροχὴν, sive inter inæquales superiores & inferiores, quæ dissolveretur, nisi intercederet æqualitas ex similitudine rationis. Plato in *Philebo:* Omnes artes Arithmetices auxilio uti (C) scribit, nihilque fieri sine μετρητικῇ καὶ στατικῇ. De vario & multiplici usu Logistices in commerciis, aliisque negotiis scribit Aristoteles VII. *Politic.* Unde & Phœnices invenisse Arithmeticen existimant, quod primi omnium frequentia mercimonia exercuerunt. Nicomachus ex Platone Arithmeticam utilem πρὸς λογισμοὺς, καὶ διανομὰς, καὶ συνεισφορὰς, καὶ ἀμείψεις, καὶ κοινωνίας. Hujus ope deprehendit Archimedes fraudem artificis, qui Hieroni Syracusano coronam auream Jovi dedicandam confecerat, & argentum operi immiscuerat. Narrat enim Vitruvius *de Architectura* lib. IX. duas (D) Archimedem fecisse *massas æquo pondere, quo corona fuerat, unam ex auro, alteram ex argento. Deinde vas amplum implevit aqua, in quo demisit argenteam massam, cujus quanta magnitudo in vase depressa est, tantum aquæ effluxit: ita exempta massa, quanto minus factum fuerat refudit, ut eodem modo æquaretur, & ex eo invenit, quantum ad certum pondus argenti, certa aquæ mensura responderet. Hoc expertus auream massam similiter pleno vase demisit, & ea exemta eadem ratione mensura addita, invenit ex aqua non tantum defluxisse, sed tantum minus, quantum minus magno corpore eodem pondere auri massa esset, quam argenti. Postea repleto vase, in eadem* (E) *aqua ipsa corona demissa invenit plus aquæ defluxisse in coronam, quam in auream massam, & ita ex eo quod plus defluxerat aquæ in corona, quam in massa deprehendit argenti mixtionem.* Nempe si a massa argentea effluxerunt extra vas aquæ unicæ XX. ab auro XIV. a corona XVI. duæ portiones argenti, quatuor auri. Nam XVI. unciæ excedunt XIV. duabus, & superantur a XX. quatuor. Sine Logistica οἰκονομικὴ recte institui aut administrari non potest; cui & Astrologia plurimum confert, inprimis ea parte, qua προγνωστικὴ, quæ agriculturam & artem nauticam regit. (F) Nicomachus ex Platone: Σφαιρικὴ δὲ καὶ ἀστρονομία, πρὸς γεωργίας τε καὶ ναυτιλίαν, καὶ τὰς ἄλλας καταρχὰς τῶν πράξεων εὐκαιρίας. Quo pertinet Thaletis ναυτικὴ ἀστρολογία, Varronis Ephemeris navalis, Metonis annus, Metrodori, Eudoxi, Dosithei, & aliorum tabulæ. Scribit enim Theo Scholiastes Arati, Astrologos diligenti observatione ortus & occasus siderum notasse, & ex iis ostendisse temporum initia, quique dies placidi & sereni, qui pluvii & turbidi futuri essent; easque observationes tabulis inscriptas ad communem omnium usum publicasse. Eadem Cæsarem in Calendario notasse memoriæ proditum. Observabant autem potissimum Vergilias, Orionem, Caniculam & Arcturum. Horum enim siderum ortus & occasus varias æris mutationes inducere experientia docuit. Ideo & κατ᾽ ἐξοχὴν ἄστρα Antiquis, ubi de hac divinatione loquuntur. Hippocrat. *Epidem.* & lib. *de aere, aquis & locis*. Aristot. *de historia animalium* lib. VIII. c. XV. Ita Democritus, ut Plin. *lib.* XVIII. scribit, sive, ut Cicero & alii, Thales, *prævisa olei caritate ex futuro vergiliarum ortu, magna tum vilitate propter spem olivæ, coemit in toto tractu omne oleum. Atque ut apparuit caussa & ingens divitiarum cursus, restituit mercedem dominorum pœnitentiæ, contentus ita probasse sibi in facili.* Cur vero ex vergiliarum ortu de oleis divinabant, idem Plinius docet *lib.* XVII. *cap.* II. *Circa vergilias pluere inimicissimum viti & oleæ, quoniam tunc coitus est earum: hoc est illud quatriduum oleis decretorium.* At ille virgiliarum ortus non est heliacus, ut existimant Interpretes, sed cosmicus. Nam si Floralia instituta, ut omnia bene deflorescerent, iisque dicatus dies, quo Sol quartam decimam Tauri partem obtinet, quo tempore vergiliæ cum sole oriuntur, primi dies Maii oleis decretorii.

Œconomica Mechanicæ etiam auxilio frequenter utitur: hæc vero totius Mathematicæ partes agnoscit. Musica ἡδονὴν τῇ αἰσθήσει, ἁρμονίαν δὲ τῇ φύσει, μακαριότητα δὲ τῇ νοήσει χαριζομένη, *sive in voce, sive in animi & corporis motu*, ut Censorinus *de die natali* ex Aristoxeno & Theophrasto scribit, *multum obtinet divinitatis, & animis permovendis idonea*. Intercedit enim nobis quædam cognatio cum harmonia & numeris: idcirco & plurimi sapientum asseruerunt, animum harmoniam esse, aut ex harmonia compositum. Συγγένειά ἔοικε, inquit Aristot. VIII. *de Republ.* ταῖς ἁρμονίαις, καὶ τοῖς ῥυθμοῖς. διὸ πολλοί φασι τῶν σοφῶν, οἱ μὲν, ἁρμονίαν εἶναι τὴν ψυχὴν, οἱ δ᾽ ἔχειν ἁρμονίαν. Quare manifestum est τὴν μουσικὴν παρασκευάζειν τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος. ποιεῖ γὰρ τὰς ψυχὰς ἐνθουσιαστικάς. ὁ δ᾽ ἐνθουσιασμὸς τοῦ περὶ τὴν ψυχὴν ἤθους πάθος ἐστί. Mores igitur format & componit, animumque divino afflatu concitat, aut efferatum ad tranquillitatem revocat, Aristot. VIII. *Politic.* cap. V. Basil. πρὸς τοὺς νέους. Pythagoras in componendis suorum animis utebatur Musica, tanquam καθάρσει καὶ ἰατρείᾳ, Jamblichus *Vita Pythagoræ* cap. XXV. Quis vero Musicæ usus in Politica, & quatenus ea Politico discenda multis tradit Proclus *in Platonis Politiam*. Quanta ejus vis in flectendis adfectibus, quamque varius & multiplex in civilibus negotiis usus, docet Quinctilian. lib. I. c. XVII. Corporis nostri constitutionem ejusdem ductu cognoscimus, venarum momenta & pulsus motus intervallis captantes. Nicomachus Gerasinus ex Platone, Geometriam conferre πρὸς στρατοπεδεύσεις, πόλεών τε καὶ ἱερῶν συγκτίσεις καὶ γεωμορίας. Sane ars militaris, & præsertim ejus pars τακτικὴ, plurimis mathematicis subsidiis utitur. Cum enim legiones & numeros recenset, Logistica est, cum exiguas copias in orbem cogit, aut maximam multitudinem in πεντάγωνον aut πολύγωνον disponit, Geometria. At castra metari, terrarum spacia colligere & dividere, Geodesiæ opus est. Nova machinarum ingenia commentari, Mechanicæ; tales illæ Archimedeæ machinæ, quarum vim Marcellus in Syracusana oppugnatione expertus est. Ita & bellica instrumenta, urbiumque propugnacula, quibus hostiles impetus propulsamus, ejusdem beneficio debemus. Immensa pondera movere & levare Mechanicæ; cujus quidem tanta vis est, ut cum

A Hiero navim extruxisset, quam ingens Syracusarum populus loco movere non posset, Archimedes auxilio artis effecit, ut eam solus Hiero subduceret, quod memorabilem hanc vocem ab illo expressit, ἀπὸ ταύτης ἡμέρας, περὶ παντὸς Ἀρχιμήδει λέγοντι πιστευτέον. Ipseque Archimedes fretus sua arte gloriari ausus est, si alteram terram, cui insisteret, haberet, hanc nostram quam incolæ premimus, ad eam se transferre posse. Vere ergo scribit Polybius ducem exercitus Geometriæ & Astronomiæ peritum esse debere. Inutilis enim omnis in oppugnandis urbibus conatus, nisi proportio ubique servetur. Astronomiæ peritia effecit, ut

B Dion is Syracusani conatus ad demoliendam Dionysii tyrannidem lunæ labores minime everterent; quibus confusus Nicias, Atheniensium exercitum in Sicilia perdidit. L. Paulus Æmylius, cum pararet confligere cum Perse Macedone, deficientis lunæ caussas per Sulpitium militibus aperuit, quo facile obtinuit, ne eorum animi, velut prodigio territi, conciderent; quod & Pericles simili exitu in Atheniensium exercitu fecit. Quanquam hæc apud solos imperitos locum habent. Hinc tamen Homerus *Iliad.* σ. fingit Achillis clypeo insculptam fuisse effigiem cœli, terræ, maris, solisque & lunæ. Et sane cur σελήνην πλήθουσαν effictam

C fuisse scribat, ratio in proclivi, quod plena luna tempestates ciet, & *maritimos æstus maximos*, ut Cæsar. 1. *de Bello Gallico*, *in Oceano efficere consuevit*. Plejades vero, Hyades & Orionem, quod hæc sidera tempestatibus movendis & mutando aeri efficacia. Ab eadem caussa Cæsar apud Lucanum.

—— media inter prælia semper
Stellarum cœlique plagis, superisque vacavi.

D Adde quod Politicen juvent in exacto ponderum examine, sine quo commercia exerceri non possunt, nec æqualitas inter homines servari. Itinerum spacia terra marique Geometria collegit, cujus observationis incredibilis usus, & tam late patens, ut enarrandi eum conatus omnis sit irritus. Eadem finium controversias dirimit, unicuique suum adsignat, fines possessionum tuetur, & in alluvione normam præministrat, cujus directione singulis legitimo modo suum cedit, hinc *leg. C. de maleficiis*: *Artem Geometriæ discere atque exercere publice interest.* Ab hoc Geometriæ munere inventum ejus cœpisse existimant. Cultam e-

E nim inprimis Ægyptiis scribunt, ut singulis suarum possessionum termini restituerentur, quos Nili inundatio demolita erat. Admiranda prorsus & divina Astronomia, subjecti nobilitate cunctis prior, apta & necessaria omnibus, in quibus ulla temporis ratio. Qua cœli motus supra mille annos & futuros & præteritos prodere, corporum cœlestium congressus, oppositiones, labores, & quicquid singula sæcula aspectura sunt, præsaga cognitione præcipere possumus. Hinc imperiorum mutationes, ortus eorum & interitus præfiniti, & anni, quos κλιμακτηρικοὺς vocant, excidio regnorum destinati, fatalesque illorum termini,

F quorum tempora Plato numeris pervestigabat. Ne dicam idoneam ad animos mitigandos & juris servituti adstringendos. Hæc enim cœlestium contemplatio ad nostri ipsius familiaritatem nos deducit. Nam cum intuemur immensam hanc molem quæ circum supraque complexu nos tegit, & in ea speciosa siderum corpora inordinata serie, perpetuo & indefesso ambitu certos cursus suos emetiri, inita comparatione, tenuitatis nostræ rationem colligimus; simulque subotitur æternitatis opinio, admiratio divinorum, ipsaque adeo religio & numinis formido, cui tranquillitatem & pacem imperia debent. Hæc enim illa est, quæ ferocia & immitia pectora frangit ac domat, & servituti legum subjugata intra obedientiæ gyros continet. Deinde cum spectamus totam hanc, ut ita loquar, cœlestem Rempublicam, & in ea singulorum quasi quædam officia disposita ad summi Rectoris obsequium, æquabili & certo motu omnia circumvolvi, nec a præfinita spacii meta vel levissimo flexu discedere, continuo mente concipimus ordinem rerum, qui æternitatem fovet ac conservat, eumque imitari & effingere pari modo æquum censemus. Præclare Ptolem. μαθηματικῆς συντάξεως lib. 1. Mathematicam & cœlestium contemplationem plurimum prodesse πρὸς τὴν κατὰ τὰς πράξεις καὶ τὸ ἦθος καλοκαγαθίαν, dum ostendit περὶ τὰ θεῖα ὁμοιότητα, καὶ εὐταξίαν, καὶ συμμετρίαν, καὶ ἀτυφίαν, & amorem imitandæ divinæ pulchritudinis excitat, animumque ad actiones recto ordine perficiendas stimulat. Nullam denique Philosophiæ partem sine auxilio Dialectices munere suo fungi posse ex Aristotele & aliis constat. Quam arcta vero Rhetoricæ & Dialecticæ cognatio ex eodem Aristotele patet. Rhetoricæ autem partes varias & frequentes in regenda multitudine Aristoteles & Cicero, aliique dicendi magistri uberrime docent.

CAP. XXVI.

1 Ἀρχιτεκτονικὴ & princeps Philosophia, artium mater, easdem complexu suo continet. 2 Ad eam κλιμακηδὸν adscendendum. 3 Qui gradus disciplinarum Senecæ & Theologis Christianis. 4 μέση παιδεία. 5 τὰ θύραθεν καὶ ἔξωθεν μαθήματα. 6 Ratio ejus appellationis tradita. 7 Seneca explicatus. 8 κάθαρσις Pythagoræa & Platonica in προπαρασκευῇ πρὸς τὴν φιλοσοφίαν. 9 περὶ παιδείας Ἀριστοτέλους. 10 ἀπαιδευσία. 11 ἡ λογικὴ καθαρτικὴ τῆς ψυχῆς. 12 Μαιευτικὴ Σωκράτους. 13 Socratis τέχνη τῶν λόγων. 14 Socrates διαλεκτικός. 15 κριτικὴ καὶ Σωκρατικὴ ἐπιστήμη.

VERE ergo ἀρχιτεκτονικὴ ἡ φιλοσοφία, princeps & regina, ut Synesius in *Dione* appellat, omnes artes tanquam satellites complectitur, & universali vinculo constringit. Nam ut omnia ex uno universi principio orta, a se invicem discedunt secundum aptam singulis separationem, & rursus effectu principis caussæ, quæ omni substantiæ, ut Plato in *Philebo*, dux & auctor unionis, communicationem ad totius mundi perfectam constitutionem amant: ita omnes artes a Philosophia ortæ & propagatæ, ut multis docet Philo lib. περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου, singulæ in se discedunt, muneribus suis funguntur, a Philosophia, velut principe caussa, ad mutuam communionem alligatæ, quæ illas complexu suo revinctas continet, instar lapidis ἡρακλειώδους, ut est apud Platonem in *Ione*, cujus contactu attriti annuli vi quadam attrahendi & sese mutuo alligandi pollent. Itaque ut Timæus architectonicas rationes, quibus Dii res genitas constringunt, vincula appellabat, & quemadmodum Homerus unionem illam mysticam, vim conjungentem, totiusque universi inseparabilem connexum per Saturni vincula, ut Platonici philosophantur, innuebat, qui scilicet omnium Deorum pater, a quo origo & caussa ac rerum copulatio: ita Philosophiam apposite omnium artium vinculum dixeris, a qua earum ortus & conjunctio pendet. Unde & Ciceroni: *Mater omnium bo-*

narum artium, & Ariſtoteli ἐπιστήμη ἐπιστημῶν. Nam aliæ artes περὶ μερικά τινα τῶν ὄντων verſantur, hæc vero περὶ τὰ ἁπλῶς ὄντα, & ſimul omnium ὑποκείμενα παράπαν πειραρα, καὶ ταῦτα ζητοῦσα καὶ ἀποδεικνύουσα. Sed ut recte Hierocles Pythagoreus: τὰ δὲ μικρὰ πρὸ τῶν μεγάλων ἐστὶν ἐν τάξει τοῖς ἀνιοῦσι.

2 Ita nec Philoſophia de plano adiri poteſt, per gradus ad illam enitendum eſt, & quod Syneſius in *Dione*, ὁδὸν παρασκευάζεσθαι, καὶ κλιμακηδὸν ἀνιέναι. Ardua & excelſa non petimus aditu expedito. Petronius initio *Satyrici*, ubi de corrupta eloquentia *parentes objurgatione dignos cenſet, quod non paterentur laborum gradus fieri, ut ſtudioſi juvenes lectione ſevera mitigarentur, ut ſapientiæ præceptis animos componerent, ut verba atroci ſtilo effoderent*. Auguſtinus *de Ordine* lib. II. *Hinc ſe illa ratio ad rerum divinarum contemplationem rapere voluit. Sed ne de alto caderet, quæſivit gradus, atque ipſa ſibi viam per ſuas poſſeſſiones molita eſt*. Ita in ipſis artibus certi gradus. Clemens *Stromat.* I. Καθάπερ καὶ ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος βαθμὸς τῷ εἰς τὸ ὑπερῷον ἀνιόντι, καὶ ὁ γραμματιστὴς τῷ φιλοσοφήσοντι. Plinius *lib.* XXXV. *c.* X. *Hujus auctoritate effectum eſt, ut pueri diagraphicen docerentur, reciperetúrque ars ea in primum gradum liberalium*. Galenus Aſtronomiam & Architectonicam, velut gradibus, Arithmetica & Geometria niti. Vitruvius *lib.* I. *Qui ab ætate puerili his diſciplinarum ſcandendo, ſcientia plurimum literarum & artium nutriti*. Ut igitur infectores lanam macerare, recoquere & ſufficere quibuſdam medicamentis ſolent, ut manſurum firmumque colorem bibat: ita animum præparari & ante imbui oportet προπαιδείᾳ, ut deinde Philoſophia velut in hoſpitia jam parata, conducta & blanda humanitate conciliata immigret & obhæreat. Sunt enim προπαιδεύματα προϋποσυφαί τινες, ut Theano Pythagorea appellat καὶ προέτυποι Philoſophiæ & graviorum diſciplinarum. Nam ut prudentes agricolæ teneras plantas, & recenter grano ortas tegere & fulcire ſolent, ne hybernus afflatus eas corrumpat: mox ubi altius radices emiſerunt, frondes invaluere, & de frutice arbuſcula læta propagine nata, nihil ulterius profutura fulcimenta ſubducunt, & injuriæ cœli haud temere credunt: ita animus rudis & informis literis primiſque diſciplinis erudiendus, ut Philoſophiæ pondus tuto ſuſtinere queat. Si enim verum eſt, quod Ariſtoteles narrat, gentibus, quibuſdam in uſu fuiſſe, adhibere ὄργανά τινα μηχανικὰ, ut ipſe appellat, quæ teneros infantum artus coercerent, ne in prava deflecterentur, ſed concinna uſquequaque illorum forma nihil fœdum adſpectu aut diſtortum præferret; quanto ſatius animum tenerum optimarum artium cultu imbuere, ut nullo ignorantiæ vitio deformis, Philoſophiam ſuſcipiat. Ideoque Antiqui certos doctrinæ gradus, quibus ad illam tranſcendimus, conſtituerunt.

3 Seneca tres diſciplinarum gradus facit: artes liberales, Philoſophiam, & ſapientiam; *epiſt.* LXXXVIII. *Quemadmodum prima illa litteratura, per quam pueris prima elementa traduntur, non docet liberales artes, ſed mox percipiendis locum parat. Sic liberales artes non perducunt animum ad virtutem, ſed expediunt. Epiſt.* LXXXIX. *Sapientia perfectum bonum eſt mentis humanæ. Philoſophia ſapientiæ amor eſt & affectatio. Hæc oſtendit, quo illa pervenit. Sapientia Philoſophiæ effectus & præmium*. Ita Philo περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου. Καὶ ὥσπερ ἐγκύκλια συμβάλλεται πρὸς φιλοσοφίας ἀνάληψιν, οὕτω καὶ φιλοσοφία πρὸς σοφίας κτῆσιν. ἔστι γὰρ φιλοσοφία ἐπιτήδευσις σοφίας, σοφία δὲ ἐπιστήμη θείων καὶ ἀνθρωπίνων, καὶ τῶν τούτων αἰτίων. Ita paſſim eodem libro τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν appellat ἐγγυχῆ θεραπαινίδα τῆς φρονήσεως, eamque ait προξενεῖν καὶ νυμφοστολεῖν: & poſtquam definiit omnes artes liberales, τούτοις οὖν, ait, ἐνομιλῆσαι καὶ ἐμπρομελετῆσαι λυσιτελές. ἴσως γὰρ διὰ τῶν ὑπηκόων ταῖς βασιλίσιν ἀρεταῖς γνωρισθησόμεθα. *Corpus noſtrum non uti ſolidis cibis, niſi prius innutritum ſit* ἀποικίλοις καὶ γαλακτώδεσι τροφαῖς: *ita animi puerilis cibi* τὰ ἐγκύκλια, *virorum* αἱ ἀρεταί. Unde idem Philo, ἐγκυκλίων ἐπιστημῶν μέσην παιδείαν. Nempe prima παιδεία, qua prima elementa pueris traduntur, apta primæ ætati.

4 Μέση παιδεία, τὰ ἐγκύκλια, mediæ ætati adoleſcentum conveniens: initio ejuſdem libri: Θεραπαινὶς δὲ σοφίας, ἡ διὰ τῶν προπαιδευμάτων ἐγκύκλιος μουσικὴ καὶ λογική. ὥσπερ γὰρ ἐν μὲν οἰκίαις αὔλειαι πρόκεινται κλισιάδων, ἐν δὲ πόλεσι τὰ προάστεια, δι' ὧν εἴσω βαδίζειν ἔνεστιν. οὕτως καὶ ἀρετῆς πρόκειται τὰ ἐγκύκλια. ταῦτα γὰρ ὁδός ἐστιν ἐπ' ἐκείνην φέρουσα. Et quæ apud illum ſequuntur, multis repetita a Clemente Alex. *Stromaton* lib. I. quemadmodum & Philo, Agar ancillam, ſæcularem diſciplinam appellat, & cum illa Abrahamo primum conſueſcendum, ut deinde cum Sara, id eſt, cœleſti ſapientia recte conjungeretur. Nam & Chriſtiana Philoſophia eoſdem cognitionis gradus ſtatuit, προπαιδείαν, quæ eſt ἐγκυκλίων μαθημάτων, φιλοσοφίαν, καὶ σοφίαν, quam & θείαν σοφίαν καὶ ἀλήθειαν vocant, eique opponunt Ἑλληνικὴν φιλοσοφίαν. Clem. *Strom.* VI. Συνεργά τοίνυν φιλοσοφίας τὰ μαθήματα, καὶ αὐτὴ ἡ φιλοσοφία εἰς τὸ περὶ ἀληθείας διαλαβεῖν. *Lib.* I. Ἀλλ' ὡς τὰ ἐγκύκλια μαθήματα συμβάλλεται πρὸς φιλοσοφίαν, τὴν δέσποιναν αὐτῶν, οὕτω καὶ φιλοσοφία αὐτὴ πρὸς σοφίας κτῆσιν συνεργεῖ. Baſilius homilia πρὸς τοὺς νέους: Ποιηταῖς, καὶ λογοποιοῖς, καὶ ῥήτορσι, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμιλητέον, ὅθεν ἂν μέλλῃ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ὠφέλειά τις ἔσεσθαι, *ut in his præparati ad myſteria arcanæ mentis apti accedamus*. Syneſius *Dione*: *Gratias ago Poetis, Rhetoribus & Hiſtoricis*, ὅτι παῖδάς τε παραλαβόντες ἡμᾶς ἐτιθηνήσαντο, καὶ ἀσθενεῖς ὄντας ἔτι τὴν γνώμην ἐνοσοκόμισαν, τοῖς ὠφελίμοις ἐγκαταμιγνύντες ἡδύσματα. καθ' οὕτω ῥώσαντες, καὶ παραπέμψαντες ἄλλος δι' ἄλλου, ταῖς ἐπιστήμαις παρέδοσαν. αἱ δὲ παρεσκεύασαν οἵους εἶναι τῶν ἄκρων ἐπορέξασθαι. D. Auguſt. *de Ordine* lib. II. cap. XVI. Quanquam προπαιδεία Theologis ſæcularis eruditio. Hieron. *ep. ad Damaſum, ſæcularem ſapientiam* vocat. *Ep. ad Magnum Orat. eruditionem ſæculi & diſciplinam ſæculi*. Auguſtinus *de Civitate Dei* lib. VI. *In omni eruditione, quam nos ſæcularem, illi liberalem vocant*. Clementi κοσμικὴ παιδεία, quam ait προπαιδεύειν τῷ κυριακῷ λόγῳ.

5 Baſilius homilia πρὸς τοὺς νέους: ἡ θύραθεν σοφία, μαθήματα τὰ ἔξωθεν, & παιδεύματα τὰ ἔξωθεν. Et *epiſt. ad Diodorum*, Platonem, Ariſtotelem, Theophraſtum τοὺς ἔξωθεν φιλοσόφους. Juſtinus Martyr παραινετικῷ πρὸς Ἕλληνας: Damaſcenus *de fide Orthodoxa* lib. IV. c. VIII. Heſychius ἐγκύκλια μαθήματα, τὰ ἔξω interpretatur, nempe ut ἐγκύκλια ſeu προπαιδείαν pueri diſcebant, ὡς παρασκευήν τινα ad Philoſophiam: ita τὰ ἔξωθεν μαθήματα illorum, qui profani aut ſacrorum rudes.

6 Nam ut in ſacris non in omnibus promiſcue ad ſanctuaria aditus patet, Sunt enim nonnulli expiati, quibus myſteria recluſa; alii nec dum initiati, quibus ſacrorum penetralia accedere nefas: ita in diſciplinis nonnulli apti Philoſophiæ ſacris, & internæ ad eam admiſſionis, alii in iis hærent, quæ ad Philoſophiam aditum aperiunt: unde illa diſtinctio librorum Ariſtotelis, τῶν ἐξωτερικῶν καὶ ἀκροατικῶν.

7 Hinc apud Senecam *epiſt.* XXXIII. *rudes & extrinſecus auſcultantes*. Pythagoræ diſcipuli alii εἴσω σινδόνος, alii ἔξω ἀκροώμενοι, καὶ οἱ μετὰ τὸ ὁρᾶν ἀκούοντες, ἢ ἄνευ τοῦ ὁρᾶν, καὶ οἱ εἴσω καὶ ἔξω διωρισμένοι

ex quibus illi, qui ἐσωτερικοὶ, seu intra velum auscultabant, exacto quinquennali silentio ad adspectum ejus demum admissi, Jamblichus *de Vita Pythagoræ* cap. XVIII. Ita Theologis ἡ ἔξωθεν σοφία profana, externa, secularis, cui opposita ἡ ἔσωθεν σοφία, cœlestis & divinorum conscia, seu, ut Clemens appellat, κυρία ἀλήθεια, ἣν παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ παιδευόμεθα, ad quam, ut doctissimi quique veterum Patrum censent, per hanc aditus expediendus erat. οὐ γάρ ἐστιν, inquit Synesius *Dione*, ἡ ἀλήθεια πρᾶγμα ἐκκείμενον, οὐδὲ καταβεβλημένον. ἐνταῦθα καλείσθω φιλοσοφία σύμμαχος, καὶ προπαιδεία.

8. Sane Pythagoreis Philosophia res sacra & divina, ideoque profanos & impuros ab ea arcebant, solosque expurgatos ad eam admittebant. οὐ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι οὐ θεμιτὸν, ajebat Plato. Lysis *epist. ad Hipparchum: Non communicanda sapientiæ munera iis, qui animo immundi & non purgati: neque enim fas est omnibus illa offerre, quæ tanto labore comparata; non magis quam Eleusinia mysteria profanis prodere. Æquum est animo reputare, quantum temporis consumserimus sordibus eluendis, quæ pectoribus nostris inhæserant, ut tandem post exactos complures annos disputationum Pythagoræ capaces efficeremur. Nam ut tinctores vestimenta, quæ inficere parant, prius comprimendo eluunt, ut colorem* ἀνέκλυτον *bibant: ita divinus Vir eos præparabat, qui amore Philosophiæ tenebantur. Illi vero prætextu doctrinæ Pythagoricæ, irretitis temere adolescentibus, confusis & turbidis moribus* θεωρήματα *& divinos sermones inserunt, tanquam si quis in puteum cœno repletum aquam puram infundat.* δεῖ οὖν πρῶτον μὲν τὰς ὕλας, αἷς ἐνδιαιτᾶται τὰ πάθη, πυρὶ καὶ σιδάρῳ, καὶ πάσαις μαθημάτων μηχαναῖς ἐκκαθᾶραι. Jamblichus *de Vita Pythagoræ* cap. XVI. refert Pythagoram iis, quos Philosophiæ idoneos præparabat, adhibuisse κάθαρσιν τῶν ψυχῶν, παίδευσιν μουσικὴν, aliam vero τῆς διανοίας κάθαρσιν διὰ παντοδαπῶν ἐπιτηδευμάτων, eumque varios labores περὶ τὰ μαθήματα necessarios existimasse, prohibuisse avaritiam, jussisse abstinentiam ciborum, quæ rationem turbarent, interdixisse nimio somno & aviditati gloriæ, silentium denique imposuisse. Hujusmodi animum eorum, quos Philosophiæ mysteriis præparabat, expurgabat: quæ cap. XVII. appellat μαθημάτων ὀργιασμοὺς ... ψυχῆς τε ἀπορρύψεις καὶ καθαρμούς. Hierocles: Δεῖ οὖν πρὸς μὲν τελείωσιν τῆς ψυχῆς ἀληθείας ἡμῖν, καὶ ἀρετῆς. πρὸς δὲ κάθαρσιν τοῦ αὐγοειδοῦς ἡμῶν σώματος, τῆς τῶν ὑλικῶν μολισμῶν ἀποθέσεως, καὶ τῆς τῶν ἱερῶν καθαρμῶν παραλήψεως. Quantum colligo duplicem purgationem facit, corporis & animi: & hanc quidem corporis duplicem. Aut enim τὸ αὐγοειδὲς ἡμῶν σῶμα purgamus. διατείνει δὲ αὕτη ἡ κάθαρσις ἕως σιτίων καὶ ποτῶν, καὶ τῆς ὅλης διαίτης τοῦ θνητοῦ ἡμῶν σώματος, ἐν ᾧ τὸ αὐγοειδὲς ἔγκειται προσπνέον τῷ ἀψύχῳ σώματι ζωὴν, καὶ τὴν ἁρμονίαν αὐτοῦ συνέχον. Πρόοδος ergo εἰς κάθαρσιν iis abstinere cibis, quæ animum voluptate afficiunt, aut mortale corpus εἰς γένεσιν concitant. Aut mortalis corporis purgatio est. ἐπεὶ δὲ γὰρ τῷ αὐγοειδεῖ ἡμῶν σώματι προσέφυ σῶμα θνητὸν ὂν καθαρεῦσαι δεῖ καὶ τοῦτο. Ea autem fiebat observatione τῶν ἱερῶν θεσμῶν. Altera τῆς λογικῆς ψυχῆς κάθαρσις: ea est: κατὰ τὸ λογικὸν, ἡ ἐπιστημονικὴ ἀλήθεια. κατὰ δὲ τὸ δοξαστικὸν, ἡ βουλευτικὴ ἀρετή: & hæc purgatio τοῦ αὐγοειδοῦς σώματος ὀχήματι quasi pennas affingit, quibus ad cœlestia iter suscipiat; quod tum fiet, si terrena repudiarit, si exuerit contagium, quod adhæret ex conjunctione corporis materiæ implicati. Reviviscit enim per hujusmodi, καὶ συλλέγεται, καὶ θείου πληροῦται τόνου, καὶ τῇ νοερᾷ τελειότητι τῆς ψυχῆς συνάπτεται. Fiebat autem hæc κάθαρσις disciplinis. Idem Hierocles: Καθαρμοὶ λογικῆς ψυχῆς εἰσιν αἱ μαθηματικαὶ ἐπιστῆμαι. τοῖς μαθηματικοῖς καθαρμοῖς τὰς τελεστικὰς συμβιβάσαι, καὶ τῇ διαλεκτικῇ λύσει τὴν ἱερατικὴν ἀναγωγὴν συνέπεσθαι ἀνάγκη. Hoc est secundum Platonem, per Mathematicas disciplinas ad διαλεκτικὴν, quæ illi prima Philosophia, accedendum. Subnectit enim Hierocles animum scientia atque virtute expoliendum, ut puris spiritibus conversari possit; corpusque αὐγοειδὲς præparandum, ut purum & materia liberum cœlestium corporum communionem sustinere queat. Quod Mathematicarum munus ex Platone jam docui. Hæc nobis viam ad Πλατωνικὴν κάθαρσιν aperient. *Epist. ad Dionysii familiares* scribit, *arduam rem Philosophiam, indefessis laboribus & ingenti studio parandam, quam si adipisci volumus, relictis omnibus solam sectari oportet insigni frugalitate & abstinentia, quo ingenium & memoriam optimam foveamus. His territi difficultatibus ii, qui sola opinione ducti Philosophiam amplecti gestiunt, ut rem asperam, & quam assequi impossibile, penitus deseruerunt.* Plane hæ sunt Pythagoricæ καθάρσεις. Nam πραγμάτων καὶ πόνων nomine, intelligit Pythagoræ περὶ τὰ μαθήματα καὶ ἐπιτηδεύματα πόνους, καὶ ἐξέτασιν ἀκριβεστάτην περὶ τὴν διδασκαλίαν. Relictis omnibus eam sectari oportere scribit; Pythagoras avaritiæ, cupidini gloriæ, aliisque his similibus rebus interdicebat. Quam vero narrat frugalitatem & abstinentiam, ea est Pythagoræ ἐμψύχων ἀποχὴ, ἀοινία, καὶ ὀλιγοσιτία, καὶ ὀλιγοϋπνία. Idem Plato in *Sophista* duas purgationis species tradit, animæ & corporis: & purgationem ait κακίας ἀφαίρεσιν. Duæ autem species κακίας ἐν ψυχῇ, πονηρία καὶ ἄγνοια. πονηρίαν στάσιν καὶ νόσον τῆς ψυχῆς, τὸ δὲ παντοδαπῆς ἀγνοίας πάθος, αἶσχος. πονηρία ergo animæ morbus, ἄγνοια animæ quædam turpitudo. Parata remedia, malitiam, injustitiam aliosque animi morbos coercet ἡ κολαστικὴ δίκη, ignorantiam vero sive ἄγνοιαν, ἡ διδασκαλική. Ignorantiæ modus duplex: cum serio ignoramus idque agnoscimus, & cum illa quæ ignoramus, persuasi nos scire. Illum tollunt δημιουργικαὶ διδασκαλίαι, hunc ἡ παιδεία: cujus duæ species, νουθετικὴ καὶ ἐλεγκτική. Istiusmodi autem animi morbi inde a primo ortu nobis adhærent, quos excitat naturalis διάθεσις, qua ita compositi, ut proniores ad iram, libidinem aliaque vitia rapiamur: quæ deinde tractu ætatis, ipsoque tempore robur sumunt, & prava educatione aluntur, quæ in nobis incendit perversas opiniones, quibus a cognitione veri boni avocamur ad blanditias voluptatum, aliarumque rerum amorem, quæ vulgari judicio bona appellantur. Hos animi morbos ut amolirentur, in prima institutione Plato & Aristoteles καθαρτικὸν τῆς γυμναστικῆς καὶ μουσικῆς adhibuerunt: quarum illa quidem corporis curam suscipiebat, superfluos humores siccabat, nimium calorem diluebat, corpusque a deliciis & voluptate revocans, labori & dolori ferendo paulatim assuefaciebat. Nam quod nimius calor in pueris inquieti ac turbati animi caussa, & præpedimentum tranquillitatis, sine qua mens officio suo fungi non potest, docet Aristoteles *Probl.* ult. sect. XXX. Musica vero animos componens suavitate harmoniæ, præpediebat ne pravæ opiniones obreperent, aut si quæ obsederant, eas eximebat, unde Aristoteles VIII. *Polit.* φαμὲν δὲ μουσικῇ χρῆσθαι δεῖν παιδείας ἕνεκεν καὶ καθάρσεως: & Pythagoras ea utebatur, tanquam καθάρσει καὶ ἰατρείᾳ, ut multis tradit Jamblichus. Strabo *lib.* X. de Pythagoreis: τὴν τῶν ἠθῶν κατασκευὴν τῇ μουσικῇ προσνέμουσι. *Lib.* I. τοὺς ἀοιδοὺς σωφρονιστὰς illis dici & existimari scribit. Ea autem trahebat comitem τὴν ποιητικὴν, quam idem Strabo adhibitam ait, ψυχαγωγίας καὶ σωφρονισμοῦ χάριν. Jamblichus refert, Pythagoram excogitasse μέλη τινὰ πρὸς τὰ ψυχῆς πεποιημένα πάθη, ἐπιτήδεια περι-

ἄγειν χρησίμως εἰς τὰς ἐναντία πάθη τὰς τῆς ψυχῆς διαθέσεις. Harum igitur remedio purgata anima, jam libera & perturbationibus vacua, apta Philosophiæ. Sed licet agri sentibus & virgultis expurgati, semina tamen nisi solo subacto non commendamus: ita Philosophiæ ager proscindendus erit:

Ut in futurum læta germinent sata.

Quod ita fiet, si primo rejectis animi morbis, pravis opinionibus, artibus & disciplinis animum instruamus, & Philosophiæ præparemus, quam v. *de Repub.* non in Geometria aut Astronomia, neque in Physicis rationibus, sed in scientia veri boni sitam esse affirmat. Hanc enim solam Philosophiam intelligit, quæ nos cum ipsa divinitate conjungit. Cebes Thebanus ἐν Πίνακι; Τὴν παιδείαν ἔξω τοῦ περιβόλου *consistere*, ὅπως τοὺς παραγενομένους θεραπεύῃ, καὶ ποτίζῃ τὴν καθαρτικὴν δύναμιν, εἶθ' ὅταν καθαρθῶσιν, αὐτοὺς εἰσάγῃ πρὸς τὰς ἀρετάς. *Ut medicus primo* καθαρτικοῖς *morbi caussas demit, deinde vires recuperat, & sanitatem restituit:* ita παιδεία *primo expurgat, ut tollat* τὴν ἄγνοιαν καὶ τὸν πλάνον, τὴν ἀλαζονείαν, ἐπιθυμίαν *& similia animi vitia. Hisce postquam expurgavit,* ἔνδον πρὸς τὴν ἐπιστήμην καὶ πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἀποστέλλει. Gregorius Nazianzenus Serm. εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῶν ἐπιφανίων: Διὰ τοῦτο καθαρτέον πρῶτον, εἶτα τῷ καθαρῷ προσομιλητέον. εἴπερ μὴ μέλλοιμεν τὸ τοῦ Ἰσραὴλ πείσεσθαι μὴ φέροντος τὴν δόξαν τοῦ προσώπου Μωϋσέως. Quæ quidem ex illis, quæ περὶ καθάρσεως tradidi, intelligenda sunt. Nam & Scholiastes ad illa verba: *Qui purgati non fuerint, Theologiam imagine concipient, ipsam tamen non videbunt.*

9. Fortasse haud alienum erit huc arcessere Aristotelis παιδείαν, cujus creberrima in ejus libris mentio, & quantum sentio diversa. *Metaphys. minor.* lib. I. cap. ult. Διὸ δεῖ πεπαιδεῦσθαι πῶς ἕκαστα ἀποδεκτέον. ὡς ἄτοπον ἅμα ζητεῖν ἐπιστήμην, καὶ τρόπον ἐπιστήμης. Quomodo autem demonstrationes, quæ in scientiis, capiendæ, pediæ esse ait. Veluti Μαθηματικὴν ἀκριβολογίαν *tantum in iis quærendam, quæ materia carent. Si constat quid natura, manifestum erit, quid scientia naturalis, & utrum unius scientia an plurium caussas & principia considerare;* παιδεία igitur distinguit rationes scientiarum, discernit Mathematicas demonstrationes, quod plane est Logicæ. Nam illa κριτήριον confert, quo scientias distinguimus, & singulas separamus, iisque methodum & ordinem constituimus. De partibus animalium *l. I. c. I.* Περὶ πᾶσαν θεωρίαν καὶ μέθοδον δύο φαίνονται τρόποι τῆς ἕξεως εἶναι, ὧν τὴν μὲν ἐπιστήμην τοῦ πράγματος καλῶς ἔχει προσαγορεύειν, τὴν δὲ παιδείας τινά. πεπαιδευμένου γάρ ἐστι κατὰ τρόπον τὸ δύνασθαι κρίνειν εὐστόχως, τί καλῶς ἀποδίδωσιν ὁ λέγων. τρόπος ἕξεως, ut τρόπος ἐπιστήμης. Lib. I. *Eudemiorum*: Διαφέρουσιν δὲ οἱ λόγοι περὶ ἑκάστην μέθοδον, οἵ τε φιλοσόφως λεγόμενοι, καὶ μὴ φιλοσόφως. διόπερ καὶ τῶν πολιτικῶν οὐ χρὴ νομίζειν περίεργον εἶναι τὴν τοιαύτην θεωρίαν, δι' ἧς οὐ μόνον τὸ τί φανερὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ διατί. Quæ si ex I. *ad Nicomachum* c. III. interpretanda, ubi ait: διὸ δεῖ τοῖς ἤθεσιν ἦχθαι καλῶς, τὸν περὶ καλῶν καὶ ὅλως τῶν πολιτικῶν ἀκουσόμενον ἱκανῶς. ἀρχὴ γὰρ τὸ ὅτι. παιδεία erit cognitio τοῦ ὅτι. Hæc vero Aristot. de παιδείᾳ intelligenda manifestum. Idoneus auditor Ethices sciat necesse est τὸ ὅτι ejus scientiæ. Nempe virtutem expetendam. Hæc erit παιδεία, seu προεπιστήμη. Notum autem duplicem cognitionem Aristoteli in scientiis, τοῦ ὅτι, καὶ διότι. Παιδεία, τοῦ ὅτι. ἐπιστήμη τοῦ διότι. III. *Polit.* πεπαιδευμένοι καὶ εἰδότες distinguuntur, & πεπαιδευμένοις judicandi officium tribuit I. *ad Nicom.* cap. II. Eodem loco *Eudemiorum*: ἀπαιδευσία γάρ ἐστι περὶ ἕκαστον πρᾶγμα τὸ μὴ δύνασθαι κρίνειν τούς τε οἰκείους λόγους τοῦ πράγματος καὶ τοὺς ἀλλοτρίους. Hanc ἀπαιδευσίαν l. I. *Phys.* cap. VIII. ἄγνοιαν vocat, hoc est, ἀπειρίαν istarum rerum, quas scientiæ docent. Non est autem ἄγνοια ἁπλῶς ἀπαιδευσία, ut perperam censet Interpres Rhetoricæ Aristotelis: hæc enim distinguuntur.

10. Sed ἀπαιδευσία est ignorantia τῆς παιδείας, quæ est generalis cognitio vel omnium vel certæ cujusdam scientiæ, per quam dijudicamus, quæ cujusque sint propria, recteque an secus tradatur. Sane obscuriora sunt, quæ leguntur apud Aristotelem I. *Eudemiorum* cap. VI. ex illis tamen aliisque Aristotelis locis, hæc περὶ παιδείας haud absurde exsculpi posse videntur.

11. Sive ergo παιδεία, ipsa λογική, sive generalis quædam cognitio alicujus scientiæ, per quam de modo illam tradendi judicamus, sive τοῦ ὅτι scientiæ cujusdam cognitio, sive recta ad disciplinas institutio, earum certe προοίμιον καὶ προπαρασκευὴ, & quædam ἀνάβασις ad habitum illarum. Platoni definita παιδεία, δύναμις θεραπευτικὴ ψυχῆς. D. Basilius εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν παροιμιῶν. Ἔστι δὲ ἡ παιδεία ἀγωγή τις ὠφέλιμος τῇ ψυχῇ, ἐπιπόνως πολλάκις τὸν ἀπὸ κακίας κηλῖδων αὐτὴν ἐκκαθαίρουσα. ταύτην τὴν παιδείαν γνῶναι οὐ τῆς τυχούσης ἐστὶ διανοίας, διότι πολλοὶ δυσαναχετοῦντες πρὸς τὸ τῆς ἐπιμελείας αὐστηρὸν, τοῖς τῆς ἀμαθίας ἀρρωστήμασιν ἐναπέμειναν. At λογικὴ purgat animum, ut Medicus corpus. Idem Plato in *Sophista*: *Hoc de anima censuerunt non prius adipisci illam posse aliarum disciplinarum auxilia,* πρὶν ἂν ἐλέγχων τις τὸν ἐλεγχόμενον εἰς αἰσχύνην καταστήσας τὰς τοῖς μαθήμασιν ἐμποδίους δόξας ἐξελὼν καθαρὸν ἀποφήνῃ, καὶ ταῦτα ἡγούμενον ἅπερ οἶδεν εἰδέναι μόνα, πλείω δὲ μή. καὶ τὸν ἔλεγχον λεκτέον, ὡς ἄρα μεγίστη καὶ κυριωτάτη τῶν καθάρσεων ἐστί. Unde & Philo περὶ γεωργίας. διαλεκτικὴν μεγάλην νόσον τῆς ψυχῆς ἀπάτην ἀκεῖσθαι. Et in eodem *Sophista* Plato: διακριτικῆς τὴν καθαρτικὴν καθαρτικῆς διδασκαλικήν. Hujus vero παιδευτικήν. τῆς δὲ παιδευτικῆς, ὁ περὶ τὴν μάταιαν δοξοσοφίαν γιγνόμενος ἔλεγχος. Ἐλεγκτικὴ igitur falsæ opinionis κάθαρσις, quæ fiebat δι' ἐρωτήσεων, sive per *interrogationem*. Quam disputandi rationem commendat Plato in *Epinomide*, & pulcherrimum ac præcipuum examen animæ vocat, eaque olim in docendo usum Parmenidem in *Theæteto* tradit.

12. Huc pertinet Socratis μαιευτική. Apud Platonem *Theæteto* ait Socrates, se obstetriciam exercere; ideoque sibi crimini dari ὅτι ποιῶ τοὺς ἀνθρώπους ἀπορεῖν, dum scilicet eos interrogaret. Nam ea pars διδασκαλικῆς, quæ animum falsa opinione liberat, interrogatione progrediebatur, ut in *Sophista* tradit Plato. Qualis autem illa Socratis obstetricia in *Theæteto* docet, ubi ait Socrates, *omnia* τῆς μαιεύσεως *suæ artis propria, nisi quod illa præstantior, quæ scilicet viris non fœminis inserviat, & quod animos non corpora inspiceret;* μέγιστον δὲ τοῦτ' ἔνι ἡμετέρᾳ τέχνῃ, βασανίζειν δυνατὸν εἶναι παντὶ τρόπῳ πότερον εἴδωλον καὶ ψεῦδος ἀποτίκτει τοῦ νέου ἡ διάνοια, ἢ γόνιμόν τε καὶ ἀληθές. Et post pauca: Πάσχουσι δὲ δὴ οἱ ἐμοὶ συγγιγνόμενοι καὶ τοῦτο ταυτὸν ταῖς τικτούσαις. ὠδίνουσι γὰρ καὶ ἀπορίας ἐμπίπλανται νύκτας τε καὶ ἡμέρας. ταύτην δὲ τὴν ὠδῖνα ἐγείρειν τε καὶ ἀποπαύειν ἡ ἐμὴ τέχνη δύναται. Hæc ergo μαιευτικὴ Socratis, quod interrogando exploraret animi cogitata, & principia dubitandi, tanquam dolores partum præcurrentes, excitaret, iisque deinde liberaret, ad veritatem animum perducens. Plutarchus. *Quæstionibus Platonicis*: Σωκράτης ἐνδιδοὺς ἀρχὰς ἀπορίων, ὥσπερ ὠδίνων τοῖς νέοις, ἐπήγειρε καὶ ἀνεκίνει τὰς ἐμφύτους νοήσεις. καὶ τοῦτο μαιευτικὴν τέχνην ὠνόμαζεν. Ea autem καθαρτικὴ τῆς ψυχῆς. Plutarch. *eodem loco*: τὸν οὖν ἐλεγκτικὸν λόγον,

ὥσπερ καθαρτικὸν ἔχων φάρμακον ὁ Σωκράτης, ἀξιόπιστος ἦν. De hoc ἐλεγκτικῷ Socratis differendi more Plato in *Lachete*. Aristoteles *Sophisticon elench.* lib. I. cap. II. *Philosophi munus*, ait, *de re quaque proposita, cujus scientiam habet, nihil falsi dicere, & si quem errare intellexerit redarguere, & opinionem falsam ex animo ejus evellere, quod tum demum rite fiet, si apte ad interrogata responderit, & recte interrogarit*. Hoc vero est Logicæ. Plato apud Diogenem Laertium: διαλεκτική, ἐπιστήμη τοῦ ὀρθῶς ἀποκρίνεσθαι καὶ ἐρωτᾶν. Et in Zenone: διαλεκτικὴν ἐπιστήμην τοῦ ὀρθῶς διαλέγεσθαι περὶ τῶν ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει λόγων: & deinde: χωρίς τε διαλεκτικῆς οὐκ εἶναι ὁδῷ ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι Clemens Alexandrinus *Stromat.* lib. I. Alexander Aphrod. *in Aristot.* I. *Elench. Phys. lib.* VIII. *cap.* I. Suidas διεξοδικοὺς Aristot. VIII. *Topic.*

13. Socratem hunc differendi morem suos docuisse indicio est Diogenes Laertius, qui in *ejus Vita* scribit, triginta Tyrannos vetuisse, Socratem τέχνας διδάσκειν λόγων. Intellige Socratis λογικὴν ἐλεγκτικήν. Apud Xenophontem lib. I. *Memorab.* ubi quærit a Charicle, quænam illa τῶν λόγων τέχνη, a qua abstinendum sibi jusserant, respondet Charicles: ne differeret ad adolescentes. Jamblichus *Epist. ad Sopatrum*, περὶ τῆς λόγων ἐπιστήμης ait, quæ docet τὸν λόγον διδόναι καὶ λαμβάνειν. Hinc capienda illa apud Platonem *Theæteto*, ubi ait Socrates Theæteto, non esse revelandum, se obstetriciam facere. Inde Socratis discipuli Dialectici. Diogenes Laertius: οὓς διαλεκτικοὺς ὠνόμασε πρῶτος Διονύσιος ὁ Καρχηδόνιος, διὰ τὸ πρὸς ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν τοὺς λόγους διατίθεσθαι.

14. Et ipse Socrates Dialecticus. Theo Sophista *Progymnasmatis*: οὐκ ἀναμείνας, εἴπερ ἄρα ἐπανερωτήσει, ὅπερ οὐκ ἦν κατὰ Σωκράτην, ἄνδρα διαλεκτικόν.

15. Hæc est illa κριτικὴ καὶ Σωκρατικὴ ἐπιστήμη, quam Athenæus initio *lib.* I. in Laurentio commendat: Οὐκ ἀβασανίστως οὐδ' ἐκ τοῦ παρατυχόντος τὰς ζητήσεις ποιούμενος, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα μετὰ κριτικῆς τινος καὶ Σωκρατικῆς ἐπιστήμης, ὡς πάντες θαυμάζειν τῶν ζητήσεων τὴν τήρησιν. Ita apud Rhetores genus orationis proprie Socraticum, cum interrogamus aliquid ex illo, cum quo disputatio est, eo rem perducturi, ut assentiri cogatur. Demetrius Phalereus: Τὸ δὲ ἰδίως καλούμενον εἶδος Σωκρατικὸν, ὃ μάλιστα δοκοῦσι ζηλῶσαι Αἰσχίνης καὶ Πλάτων. μεταρρυθμήσειε τὸ πρᾶγμα τὸ προειρημένον εἰς ἐρώτησιν. Addit deinde, qua forma ea orationis species effingenda sit. Ex his patet cur Clemens Alexandrinus *Stromat.* I. Dialecticæ finem statuat ἔκπληξιν. τὸ μὲν ἐκ ῥητορικῆς, διεξοδικὸν φαινόμενον. τὸ δὲ ἐκ διαλεκτικῆς ἐρωτικόν. τέλος δὲ αὐτῆς, ἡ ἔκπληξις. Eadem disputandi ars κριτική, ἀπροπτωσία. Inde Simo Socraticus duos dialogos scripsit, quibus hanc Σωκρατικὴν ἐπιστήμην complexus, περὶ τοῦ διαλέγεσθαι & περὶ κρίσεως. Et Socrates in *Theæteto*: seipsum nihil parere, sed aliis obstetricari, idque dæmonii jussu, quia, ut Plutarchus ait, τοῦ κρίνειν ὄντος ὠφελίμου, τὸ γεννᾶν ἐμπόδιόν ἐστι. τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον. Nihil autem tam perdite amamus, quam proprias opiniones, ὅθεν ὁ γεννῶν ἴδια, γίνεται φαυλότερος τῶν ἑτέρων κριτής: cum ea eligi & sequi debeamus, quæ optima & vera, etiamsi aliena. Philosophia igitur res sancta, & in arduo collocata solis initiatis & rite expurgatis patet. Sacra in occulto & abdito adservantur. Novit Ægyptius mysteriorum suorum adyta, Hebræi velum. Sunt & Eleusinæ, Atticæ superstitioni, siparia, ut Tertullianus appellat, portarum, quæ obtutus profanos arcebant, & inexpiatos aditu pellebant. Apollo oracula sua ænigmatis obvolvebat, ne expertes sacrorum suorum aures ea caperent, & αἱ τελεταὶ, ut Clemens Alexand. *l.* VI. τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἀναίδην οὐ δείκνυνται, ἀλλὰ μετά τινων καθαρμῶν καὶ προρρήσεων. Ergo Philosophiam, sacram & divinam possessionem, impoliti, sordidi, cooperti inscitiæ tenebris accedamus? Etenim rudes & ignaros, tanquam sacrilegos & parricidas, purissima ejus sacra repellunt, nec se iis contaminari patiuntur. Nempe ut in Eleusinia religione per gradus quosdam ad mysteria transcendimus: præcedit enim ἡ κάθαρσις, cui succedunt μικρὰ μυστήρια, διδασκαλίας τινὰ ὑπόθεσιν ἔχοντα καὶ προπαρασκευῆς τῶν μελλόντων. Posthæc demum licet ἐποπτεύειν. Ita & Philosophia, ut cum Tertulliano loquar, *aditum prius cruciat, diutius initiat, quam consignat*. Præclare Hippocrates νόμῳ: Τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα ἱεροῖσιν ἀνθρώποισι δείκνυται. βεβήλοισι δὲ οὐ θέμις, πρὶν ἢ τελεσθῶσιν ὀργίοισιν ἐπιστήμης. Præparandus animus prima institutione, & totius ἐγκυκλοπαιδείας cognitione præstruenda firma moles & solida basis, ut pondus & majestatem divinæ & augustissimæ disciplinæ sustineamus. Nemo recto aditu sine intercessore ad Tyrannum ingreditur: nec ad Philosophiæ tribunal festinato & immeditato cursu accedimus.

CAP. XXVII.

Adversus Stoicos & Epicureos, qui liberalia studia rejiciebant.

ΕΓΚΥΚΛΙΑ igitur παιδεύματα aditum præparabunt ad Philosophiam, reginam & principem, ad quam cum tam variis τῆς προπαιδείας munimentis, tanta præparatione opus, vere statuit Plato VI. *de Republica*, φιλόσοφον πλῆθος ἀδύνατον εἶναι. Viderint ergo Stoici, qui sine studiis liberalibus ad virtutem perveniri posse existimarunt, qui servis & mulieribus philosophandum dixerunt. Viderit Epicurus, qui omnium literarum rudes ad philosophiam invitabat. Plutarchus συνόψει τοῦ ὅτι παραδοξότερα οἱ Στωικοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσιν: *Stoicorum sapientem repente ex fatuo & nequissimo in virum bonum mutatum*. Et Galenus lib. *Quod animi mores corporis temperamentum sequantur*, mirari se scribit Stoicos, *quod omnes homines adipiscendæ virtuti aptos existimabant*, quam opinionem refellit, eoque nomine laudat Posidonium, qui hac in parte a Stoicis dissentiebat. Apud Senecam *epist.* LXXXVIII. exstat Posidonii artium divisio: & ipse Seneca, liberalium artium censor, non inhærendum illis, sed tamen degustandas ait, & quæ Plutarchi sententia est, discendas ἐκ περιδρομῆς, ὥσπερεὶ γεύματος ἕνεκεν. Negat quidem partes esse Philosophiæ, adjuvare tamen ipsam fatetur. *Cum ventum est*, inquit, *ad naturales quæstiones, Geometriæ testimonio statur. Ergo ejus, quam adjuvat, pars est? Multa adjuvant nos, nec ideo partes nostræ sunt. Aliquid nobis præstat Geometriæ ministerium. Eadem epistola: Quare ergo liberalibus studiis filios erudimus? Non quia virtutem dare possunt, sed quia animum ad accipiendam virtutem præparant, liberales artes non perducunt animum ad virtutem, sed expediunt*. Diogenes Laertius in *Zenone*: εὐχρηστεῖν δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματά φησιν ὁ Χρύσιππος. Apparet itaque vulgus Stoicorum ita censuisse, quod solum virtutis usum quærerent. Qua ratione & Cynici rejiciunt τὰ ἐγκύκλια μαθήματα, ut ex Diogenis Laertii *Menedemo* constat. Quod nemini mirum videri potest, cum & simili caussa in Philosophia λογικὸν καὶ φυσικὸν τόπον sustulerint, & solam Ethicam retinendam censuerint. De Epicuro manifestum est. Hæc enim ejus verba *epistola ad Pythoclen*,

quæ

quæ extat apud Diog. Laert. *παιδείαν δὲ πᾶσαν φεῦγετε μακάριοι*. Quintilianus *lib.* XIII. *Epicurus fugere omnem disciplinam jubet*. Athenæus *lib.* XIII. Ἐπίκουρος ἐγκυκλίου παιδείας ἀμύητος ὢν, ἐμακάριζε καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῷ ἐπὶ φιλοσοφίαν παρερχομένους. Plutarchus ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον: Πυθοκλέους δὲ πάντες καὶ πᾶσαι δέονται δι' Ἐπικούρου καὶ ἀντιβολοῦσιν, ὅπως οὐ ζηλώσῃ τὴν ἐλευθέριον καλουμένην παιδείαν. Philologiæ studia Epicureos neglexisse satis arguunt verba Metrodori eodem loco, usque adeo ut etiam primos Homeri versus ignorarint. *Eodem lib. Epicurum sapientem suum abstinere voluisse προβλήμασι μουσικοῖς καὶ κριτικῶν φιλολόγοις ζητήμασι, & regibus φιλομούσοις ἐν τοῖς συμποσίοις audienda potius στρατηγικὰ διηγήματα, ἢ λόγους περὶ μουσικῶν καὶ ποιητικῶν προβλημάτων*. Quibus studia Grammaticæ & Philologiæ Epicurum rejecisse ostendit. Nam quæ fuerint ζητήματα κριτικῶν φιλόλογα, καὶ προβλήματα ποιητικὰ abunde docui cap. x. Cicero *in Pisonem*: *Est quidem hic literis, quod cæteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus*. Hieronymus ad Magn. Orat. *Exceptis his, qui cum Epicuro literas non didicerunt*. Huc pertinet, quod plurimi Veterum notant, Epicuri dictionem non solum negligentiam præ se ferre, sed vitiosam, inconditam & sordidi sermonis fece repletam. Cleomedes κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων lib II. corruptissimam ejus orationem adfirmat, veluti cum ait: τὰ περὶ ταύτης πιστὰ ἐλπίσματα, λίπασμα ὀφθαλμῶν τὸ δάκρυον ὀνομάζων: & similia sordida, ἀπὸ μέσης τῆς προσευχῆς, καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς προσαιτούντων Ἰουδαϊκά τινα καὶ καταπολὺ τῶν ἑρπετῶν ταπεινότερα. Cicero I. *de Nat. Deor.* notat Epicuri inscitiam in loquendo. Apud Diog. Laertium *Epicuro*: τόν τε Ἐπίκουρον πολλὰ κατὰ τὸν λόγον ἠγνοηκέναι. Recte vero Sextus Philosophus: *Qui barbare loquitur, & solœcismos committit, irridetur ut ineruditus*. Inprimis autem Dialecticam sprevit: unde Hieronymus *adversus Rufinum*: *Et quoniam Stoici dialecticam sibi vindicant, & tu hujus scientiæ deliramenta contemnis, in hac parte Epicureus es, nec quæris quomodo, sed quid loquaris*. Nihil enim opus disputatione censebat Epicurus, qui rerum judicia non a ratione, sed a sensibus petenda ajebat, penes quos κριτήρια τῆς ἀληθείας statuebat: οὐδ' ἐστὶ, inquit, τὸ δυνάμενον αὐτὰς (αἰσθήσεις) διελέγξαι: &, ἐπίνοιαι πᾶσαι ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων. Sed hoc quam falsum sit, aliis Philosophis satis superque demonstratum. Imo ipse confugere coactus ad Dialecticæ quasi quandam partem, eamque novo instituto & nomine introducere, κανόνα ἐφόδους ἐπὶ τὴν πραγματείαν ἔχοντα: hoc est, interprete Cicerone, *regulam ad quam omnia judicia rerum diriguntur*. Seneca *epist.* LXXXIX. *Epicurei duas partes Philosophiæ putaverunt esse, Naturalem & Moralem: Rationalem removerunt. Deinde cum ipsis rebus cogerentur ambigua secernere, falsa sub specie veri latentia coarguere, ipsi quoque locum, quem de judicio & regula appellant, alio nomine rationalem induxerunt*.

Simili caussa Mathematicas disciplinas repudiavit, *ματαίας* eas appellans, quod sensu percipi non possint, unde apud Laertium, Epicurum maluisse Polyænum Mathematicam dediscere, quam eam ab illo doceri, Plutarchus lib. ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστι ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον. Sextus Empiricus *lib.* 2. nonnullos existimasse scribit, Epicureos prætextum quæsivisse suæ inscitiæ, dum statuerunt ad sapientiam nihil conferre disciplinas. Arguebatur enim Epicurus ut indoctus, & ne sermone quidem purus. Sed Empiricus ideo spernendas artes Epicurum censuisse tradit, quod Platoni & Aristoteli, aliisque, qui disciplinis exculti, male vellet. Sive quod hoc fecerit, incitatus inimicitiis, quas adversus Nausiphanem alebat. Hic enim disciplinarum studiosus & peritus; cujus discipulus cum fuisset Epicurus, ne videretur ab illo edoctus, sed suo ingenio & industria Philosophiam adeptus, totus erat in reprehendendis & insectandis disciplinis, quibus ille potissimum gloriabatur. Si igitur Epicurus eo fastus & vanitatis abreptus, ut gloriaretur & credi vellet, se nullo magistro usum, suaque dogmata, quas *κυρίας δόξας* appellabat, sibi soli tribuenda, eorumque pater & inventor haberi adfectabat, ut Laertius in *Epicuro* scribit, sane ad stabiliendam hanc sententiam, augendamque inanem gloriam, negandum illi erat optimas artes ad Philosophiam conferre. Certe omnis *παιδεία* illi tollenda, qui nullum magistrum agnoscebat. Et tamen dum stabilire tentat, se nequicquam per alios profecisse, illud incautum intercepit, quod vitare voluit. Ut enim alia dogmata sua, quemadmodum Cicero I. *de Finibus*, Theodoretus *πρὸς Ἕλληνας Serm.* XI. scribunt, & ex iis, quæ Democriti recenset Plutarchus *de placitis Philosophorum* satis apparet, a Democrito hausit, eaque immutata corrupit: ita hoc quoque illi surripuit & invertit. Nam quod Democritus affirmabat eruditionem inutilem, quatenus scilicet totos occupat, & a Philosophia seducit: hoc illi subtractum depravavit, & affirmare ausus est optimas artes ad Philosophiam prorsus inutiles. Quod quidem ideo commentus videtur Epicurus, inertiæ patronus, ut applausum aucuparetur, & quamplurimos sectatores attraheret. Omnes enim perverso quodam naturæ instinctu desidiam amamus. Quis igitur non appeteret eam Philosophiam, quæ in proclivi sita & sine labore adipisci potest. Hanc promittebat Epicurus, callidus captator, ut omnes amore desidiæ in assensum pertraheret. Certe ut auceps, qui eam offudit escam, quam appetituras aviculas scivit, eas illices exposuit, quæ blanda & arguta voce alias quamplurimas advocarent, non sine spe prædæ aream concinnavit: ita Epicurus ignaviæ commendationem pro hamo in turbam misit, ejusque illecebris, velut blandientibus cibis, complures inescavit. Si qua enim Diogeni Laertio fides, tot ipsius amici, ut vel Athenas capere potuissent. Et Cicero I. *de Finibus, magnos & amoris conspiratione consentientes amicorum greges tenuisse Epicurum* scribit. Lactantius *de falsa sapientia* lib. III. *Epicuri disciplina multo celebrior semper fuit, quam cæterorum: non quia veri aliquid afferat, sed quia multos populare nomen voluptatis invitat. Nemo enim non in vitia pronus est. Propterea ut ad se multitudinem contrahat, apposita singulis quibusque moribus loquitur. Desidiosum vetat literas discere, avarum populi largitione liberat, ignavum probibet accedere ad Rempublicam*. Nihil ergo conferre ajebat Epicurus bonas artes ad Philosophiam, sed ad Philosophiam Epicuri, quæ, ut Tertullianus *Apologetico*, ἀταραξίαν καὶ ἀπραξίαν, id est, animi æquitatem, & a negociis requiem quærebat. Quam quidem animi tranquillitatem puram & integram omnino volebat; ea ut petitori suo constaret, nimia rerum investigatio prorsus tollenda, ne qua sollicitudo aut metus, qui sæpe ex his studiis oriuntur, turbarent. Vitanda omnis molestia & inveniendi labor, ne qua tristitiæ nebula animi tranquillitatem obduceret. Quis enim negare audebit, hæc studia in accurata veritatis indagatione posita parere aliquid ex sese vel levis molestiæ, quod indubie sentiremus, nisi eorum incredibilis amor acerbitatem dilueret. Equidem non probabit artes Epicurus, si aliquid laboris habent, qui ne virtuti quidem ullum precium posuit: quinimo eam negligendam censet, nisi

voluptatem ex se relinquat, quam ἀρχὴν ϗ ῥίζαν παντὸς ἀγαθοῦ ait, & sapientiam supervacuam, nisi ad hanc referatur: ideoque nec illam voluptatem capiebat, quæ ex optimarum artium cultu ad animum redundat. Eadem caussa fortasse illum induxit, ut multa absurda & a ratione abhorrentia, fere in omni Philosophiæ parte, statuere minime veritus. Puto malebat debere ludibrium veritati, risum & contemtum sustulisse aliis Philosophis, quam secedere contemplationi & arroso ungue in veri investigatione laborare. Etenim ne ullis fluctibus animus ejus infestaretur, nec amore aut odio veritatis torqueretur, maluit omnia aliis subtracta, depravata aut immutata, absurditate involvere. Qua ratione & Sceptici ἀταραξίαν ϗ ἀπάθειαν, sive, ut Latini loquuntur, animæ ocium quærentes, judicium transtulerunt ad incerti assertionem, & universa suspendere prætulerunt, quam inconsulta temeritate vera aut fallacia sequi; ne animus distractus opinionum lascivia metu aut amore agitaretur. Liberi enim & tranquilli, dum singulis dubiis ad neutram partem assensionem flectunt, & soluti motu, quem amor aut odium opinionum concitare solet. Sed poteram hæc verba non perdere, qui adversus Epicurum disputem, quem e choro Philosophorum sustulit antiquitas, ut Cicero I. *de Finib.* D. Hieronymus *epist.* XXII. testantur. Themistius *Orat.* II. Ἐπίκουρον δὲ ὡς τάχιστα ἀπεπέμπεν ἐκ τοῦ καταλόγου ἅτε ἐραστοῦ τῆς ἡδονῆς. Hoc autem tam asperum Antiquorum judicium tulit, non tantum quod nulla Philosophiæ decreta vera & incorrupta tenuerit, & in summi boni explicatione graviter hallucinatus sit, sed quod disciplinas ingenuo & libero homine dignas ignoravit aut rejecit. Respondebit igitur pro nobis Epicuro Lactantius, sed non Epicuro Philosopho: *Multis artibus opus est, ut ad Philosophiam possit accedi. Discendæ communes literæ propter usum legendi, quia in tanta rerum varietate nec disci audiendo possunt omnia, nec memoria contineri. Grammaticis quoque non parum operæ dandum, ut rectam loquendi rationem scias. Nec Oratoria quidem ignoranda est, ut ea quæ didiceris proferre atque eloqui possis. Geometria quoque ac Musica & Astrologia necessaria est, quod hæ artes cum Philosophia habent societatem. Quomodo rudes quæ de principiis rerum dicuntur intelligent? quæ perplexa & involuta vix etiam politi homines assequuntur.*

CAP. XXVIII.

1. De altera Polymathiæ parte, doctrina, quæ acquiritur rerum ipsarum inspectione, & usu eruditorum. 2. ἱστορία. *3. Apulejus explicatus & emendatus.*

1. SEcundam Polymathiæ partem in ipsa rerum inquisitione sitam adfirmabam. Inquirimus autem duplici modo, oculis & auditu, hoc est, inspectione sive αὐτοψία, & usu ac familiaritate illorum, qui doctrina clari & illustres; utrumque suppeditat peregrinatio, qua quæsita discimus, & nondum inventa quærimus. Seneca *epist.* CIV. *Peregrinatio notitiam dabit gentium, novas tibi montium formas ostendet, & alicujus fluminis sub observatione naturam, sive ut Nilus æstivo incremento tumet, sive ut Tigris eripitur ex oculis, & acto per occulta cursu integræ magnitudini redditur.* Idem *Consolat. ad Helviam*: *Maxima pars illius turbæ patria caret. Alios abducit ambitio, alios imposita legatio, alios liberalium studiorum cupiditas.* Apulejus *de dogmate Platonis*: Siciliam accessit *historiæ gratia, ut naturam Ætnæ & incendia concavi montis intelligeret, & ut municipaleis leges ejus provinciæ disceret.*

2. Ubi satis explicat, quid *historiæ gratia* Siciliam accessisse dixerit, ut ipsa αὐτοψία disceret naturam incendiorum Ætnæ. Diogenes Laert. πέπλευκεν εἰς Σικελίαν κατὰ θέαν τῆς νήσου. κατὰ θέαν, historiæ gratia. Galenus περὶ αἱρέσεων: ἱστορίαν δὲ ἐμπειρίαν ὀνομάζουσι. τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τῷ μὲν τηρήσαντι αὐτοψία. Plutarchus *Solone*: Καί τοι φασὶν ἔνιοι πολυπειρίας ἕνεκα μᾶλλον καὶ ἱστορίας ἢ χρηματισμοῦ πλανηθῆναι τὸν Σόλωνα. Synesius *epist. ad Herculianum*: Ἡ που θαυμαστῶς ἂν ἡ ποίησις ὕμνησε τὴν ἐμήν τε ϗ σὴν ἀποδημίαν, παρασχοῦσαν ἡμῖν εἰς πεῖραν ἐλθεῖν τῶν ϗ διὰ φήμης ἀπιστουμένων. αὐτόπται γάρ τοι ϗ αὐτήκοοι γεγόναμεν τῆς γνησίας καθηγεμόνος τῶν φιλοσοφίας ὀργίων. Auctor *Vitæ Hippocratis*: Ἄλλοι δὲ φασὶν ὅτι προθέσει τοῦ τὰ κατὰ τόπους ἀποτελούμενα θεάσασθαι ϗ συγγυμνασθῆναι ποικιλώτερον. *Patriam eum reliquisse dicunt, ut quæcunque in locis variis nascerentur spectaret, & diversis modis exerceretur.* Galenus *Orat.* ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος, Medicorum peregrinationes narrat huic fini susceptas, ut propriis oculis intuerentur diversas urbes, naturam locorum scrutarentur, & experimentis comprobarent quæ arte didicerant. Hac de caussa ipse Lemnum insulam accessit. Justinus Martyr παραινετικῷ πρὸς Ἕλληνας de Diodoro Historico: Ἐν τριάκοντα ὅλοις ἔτεσιν Ἀσίαν τε ϗ Εὐρώπην διὰ πολλὴν ἀκρίβειαν περιελθών, καὶ αὐτόπτης τῶν πλείστων γεγονώς. Ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ φήσας παρὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερέων μεμαθηκέναι, ὅτι ἀρχαῖος νομοθέτης Μωϋσῆς γέγονεν. Thales *Epistola ad Pherecydem* scribit, se comite Solone Ægyptum petiisse, ut sideralem scientiam discerent, & cum sacerdotibus Ægypti versarentur. Lycurgus quoque ob eandem caussam Ægyptum accessit. Democritus apud Clementem Alexandrinum gloriatur, se plures terras peragrasse, ut remota quæque inquireret, & homines eruditos audiret. Diogenes Laertius ex Demetrio & Antisthene tradit, Democritum in Ægyptum ad sacerdotes contendisse, ut Geometriam perciperet, & in Persidem ad Chaldæos accessisse. Gymnosophistis quoque in India conversatum, & in Æthiopiam pervenisse, Suidas, *Democritus*. Idem Diogenes scribit, Pythagoram relicta patria Ægyptum petiisse, illorum adyta ingressum, & apud Chaldæos Magis conversatum, cunctisque barbaris ac Græcis mysteriis initiatum. In Creta deinde cum Epimenide in Idæum antrum descendisse. Clemens *Stromat.* I. Pythagoram circumcisum scribit, ut adyta ingressus Ægyptiorum Philosophiam mysticam perdisceret, quod & Theodoretus *Sermone* I. & Clemens ex Alexandri de Symbolis Pythagoræ refert, eundem Druidas & Brachmanas audivisse.

3. Apulejus *Floridis*: *Pythagoram ajunt doctores habuisse Persarum Magos, ac præcipue Zoroastrem, omnis divini arcani antistitem*, (ita enim ex veteri libro legendum, non ut vulgo, *arcanum antistitem*) *petiisse Ægyptias disciplinas, atque ibi a sacerdotibus ceremoniarum incredendas potentias, numerorum admirandas vices, Geometriæ solertissimas formas didicisse, nec his artibus animi expletum, mox Chaldæos atq; inde Brachmanas adiisse.* Vide quæ de Pythagoræ peregrinatione & disciplinis, variis doctoribus haustis, apud illum sequuntur, quæ & Jamblichus *de Vita Pythagoræ* tradit, & Malchus sive Porphyr. in *ejusdem Pythagoræ Vita*, quam hactenus invulgatam propediem publicabimus. Scribit autem Jamblichus valde curiose Pythagoram illis usum, qui doctrina clari & illustres, nec intermisisse, quin inviseret & contemplaretur omnia loca, in quibus aliquid singulare se comperturum

perturum sperabat. Apulejus *de dogmate Platonis: Postquam Socrates homines reliquit, Plato ad Pythagoræ disciplinam se contulit, & quod Pythagoreorum ingenium adjutum aliis disciplinis sentiebat, ad Theodorum Cyrenas, ut Geometriam disceret, est profectus, & Astrologiam ad usque Ægyptum ivit petitum, ut inde Prophetarum etiam ritus addisceret. Et ad Italiam iterum venit, & Pythagoreos sectatus.* Diog. Laert. in *Plat.* Cic. v. *de Finib.* Ita Xenocratem, Theophrastum, Zenonem, Cleanthem, Chrysippum, Carneadem, Posidonium, aliosque Philosophos quam plurimos, discendi studio varias & longinquas peregrinationes obiisse memoriæ proditum. Theodoretus πρὸς Ἕλληνας *Serm.* I. Hieronymus *ad Paulinum: Legimus in veteribus historiis, quosdam lustrasse provincias, novos adisse populos, transisse maria, ut eos, quos ex libris noverant, coram quoque viderent. Sic Pythagoras Memphiticos vates, sic Plato Ægyptum, eamque oram, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissime peragravit; dum literas quasi toto fugientes orbe persequitur. Ad T. Livium de ultimis Hispaniæ Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus. Apollonius Indiæ regna penetravit, pervenit ad Brachmanas, ut Hiarcham in throno sedentem aureo, inter paucos discipulos de natura, de motibus siderum ac dierum cursu audiret docentem.* Cicero II. *de Oratore* Antonium Athenis vel Rhodi doctissimorum hominum sermonibus se dedisse. Apelles Rhodum adnavigavit avidus cognoscendi Protogenis opera, ut refert Plinius *l.* XXXV. c. X. Hinc Strabo Eratostheni multum tribuit, usque adeo, ut illum solum dignum existimet, adversus quem Philosophia experiri velit, quia, ut ipse Eratosthenes de se scripserat, πλείστοις ἀγαθοῖς ἀνδράσιν convixerat, quod præter ejus πολυμάθειαν movit Strabonem, ne temere ipsius scita rejiceret.

CAP. XXIX.

Polymathia defensa adversus Heraclitum, aliosque ejus contemtores. Apulejus emendatus.

HÆC est illa Polymathia, quam nonnulli ut inutilem plane improbarunt, qui cum receptam & severam doctrinæ legem everrissent, velut effracto ostio sordidi & impoliti, seu ut Aristoteles inquit, ἄλιποι καὶ κονιορτοῦ πλήρεις ad regias disciplinas irruperunt: ideoque nullam eorum rationem habendam censeo. Omnem ad Philosophiam aditum sine Polymathia obstructum, satis abunde me probasse existimo. Si vero ad Philosophiam absque ea pervenire non licet, multo minus ad severiores disciplinas, quas sine ea frustra adipisci quærimus. Adversus hos Polymathiæ contemtores summo robore niti, operæ non videtur. Synesius in *Dione:* Οὐ γὰρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια πρᾶγμα ἐκκείμενον, οὐδὲ καταβεβλημένον, οὐδὲ θήρα ληπτόν. τί οὖν; ἐνταῦθα καλείσθω φιλοσοφία σύμμαχος, καὶ παρασκευαζέσθωσαν ἀνεχόμενοι πάσης ἐκείνης τῆς διεξόδου, μῆκος ἐχούσης μυρίον, παιδευόμενοι καὶ προπαιδευόμενοι. δεῖ γὰρ πρῶτον ἀποδοῦναι τὴν ἀρχαιικίαν, καὶ τὰ μικρὰ ἐποπτεῦσαι πρὸ τῶν μειζόνων, καὶ χορεῦσαι πρὶν δαδουχῆσαι, καὶ δαδουχῆσαι πρὶν ἱεροφαντῆσαι. Clemens *Stromat.* I. Ἡ πολυμαθία διασυστατικὴ τυγχάνει τῶν παρατιθεμένων τὰ κυριώτατα τῶν δογμάτων πρὸς πειθὼ τῶν ἀκροωμένων, θαυμασμὸν ἐγγεννῶσα τοῖς κατηχουμένοις, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν συνίστησιν. προπαρασκευάζει ἡ φιλοσοφία προοδοποιοῦσα τὸν ὑπὸ Χριστοῦ τελειούμενον. ἐπεὶ καὶ σὺ τῷ θρυγκῷ ὑπεροχυρώσας αὐτὴν διὰ φιλοσοφίας καὶ πολυτελείας ὀρθῆς, ἀνεπίβατον τοῖς σοφισταῖς τηρήσεις. Et mox: Αἱ ἐντολαὶ καὶ αἱ προπαίδειαι ὁδοὶ καὶ ἀφορμαὶ τοῦ βίου. *eumque demum χρηστομαθῆ, qui varias disciplinas adsecutus, & ex Geometria, Musica, Grammatica & ipsa Philosophia colligens utile, integram & incorruptam servet fidem. Athletam probamus, qui se ad certamen præparavit. Ita qui ex Græcis & Barbaris singula ad rectam vitam confert, is peritus veritatis indagator, instar lapidis Lydii aurum adulterinum a probo discernet, Sophisticen a Philosophia, & hæreses, quæ in Græca Philosophia, ab ipsa veritate.* Idem *Stromaton* VI. πολυμαθῆ δὲ εἶναι χρὴ τὸν γνωστικόν. Galenus περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ ἁμαρτημάτων, reprehendit Medicos, qui non exercitati ἐν τοῖς πρώτοις μαθήμασι, περὶ τέλους βίου καὶ κακοδαιμονίας ἀκούωσι τοὺς διδασκάλους λόγους τινὰς ἀποδεικτικούς. Et περὶ τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων sibi hanc contigisse felicitatem, ut sub patre Arithmetica, Logica & Grammatica, aliisque humanioribus disciplinis institueretur, usque ad ætatis annum decimum quintum. Deinde διαλεκτικὴν θεωρίαν amplexus, deinceps soli Philosophiæ animum adjicere posset. Ammonius in *Vita Aristotelis:* Aristotelem adolescentem τῇ τῶν ἐλευθέρων παιδείᾳ institutum ἔτι νέον ὄντα, idque satis ostendere τὰ γεγραμμένα αὐτῷ περὶ ποιητικῶν καὶ πρὸς ποιητὰς, τὰ Ὁμήρου προβλήματα καὶ αἱ ῥητορικαὶ τέχναι. ἑπτακαίδεκα δὲ ἐτῶν γενόμενον Philosophiæ sese dare cœpisse.

Alii vero Polymathiam penitus neglexerunt, impulsi præpostera desperatione, qua frustra conceperant, animum humanum tam variæ & multiplici doctrinæ, tam diversis rebus nullo genere sufficere. Siquidem vera illa Platonis apud Themistium, ἀδύνατον ἕνα πολλὰς καλῶς ἐργάζεσθαι τέχνας. Nihil solidi firmique subhærere existimarunt, cum ingenia tracta in diversa & inter se aliena nihil certi concipere potuerunt, quod Q. Fufius Calenus apud Dionem *l.* XLVI. in argumentum ignorantiæ trahit. Objicit enim Ciceroni, quod & Reipublicæ se immisceret, & Declamator, Poeta, Historicus & Philosophus haberi vellet. Certe facilius unum aliquod recte & præclare fecerimus, quam plurima mediocriter. Aristot. l. IV. *de Republ.* c. XV. βέλτιον ἕκαστον ἔργον τυγχάνει τῆς ἐπιμελείας μονοπραγματούσης, ἢ πολυπραγματούσης. Ut diversi cibi corpus non juvant: ita varia eruditio animo non accedit, nec prodest. Quem velut fugitivum in aliena ducit, adeo ut cum nihil certi assecutus sit, omnia se amplexum existimet. Athenæus *lib.* I. refert Calliphanem Poetam ἀρχὰς ποιημάτων πολλῶν ad tres aut quatuor versus recitasse, πολυμαθείας δόξαν προσποιούμενον. Et Aristoteles, ut tradit Plutarchus *Sympos.* l. VIII. probl. X. τὴν πολυμάθειαν πολλὰς ἀρχὰς ποιεῖν: tanquam si nihil ad perfectionem deduceret, sed perpetuo in initiis hæreret.

Nisi fallor, satis patet, omnia eruditionis membra arctissima conjunctione inter se concatenata unum finem spectare. Ideoque Polymathia in aliqua quidem doctrinæ varietate versabitur, una tamen erit, ex diversis mutua communicatione colligatis apta & continuata. Nam ut solis radii passim sese diffundunt, & res varias lumine suo contingunt, ejus tamen globo unde emittuntur affixi: ita Polymathiæ complures quidem disciplinæ, quæ tamen omnes uni ipsius corpori adhærent. Si igitur Polymathiam tollimus, necesse erit scindi illud vinculum, quo omnes scientiæ connectuntur. Sed & suos Polymathiæ terminos me constituisse memini, latissimos quidem & proximos Philosophiæ, eos tamen præfinitos. Scientia igitur Polymathia, si suos fines agnoscit.

Cæterum ne Stoica austeritate majora & difficiliora humano ingenio imponere videar, quam ejus vires sustinere possint, ajo perfacile esse omnes disciplinas animo complecti, easque solis incultis animis & inamœnis desperationis opinionem concitare solere. Vitruvius lib. I. *de Architectura*, post-

A quam caussas prodidit, cur Architectum omnibus artibus exercitatum oporteat: *Mirum*, inquit, *videbitur imperitis, posse naturam tantum numerum doctrinarum perdiscere. Cum autem animadverterint omnes disciplinas inter se conjunctionem rerum & communicationem habere, fieri posse facile credetur. Encyclios enim disciplina ut corpus unum ex his membris est composita. Itaque qui a teneris ætatibus eruditionibus variis instruuntur, omnibus literis agnoscunt easdem notas, communicationemque omnium disciplinarum, & ea re facilius omnia cognoscunt.* Sed tollamus amicam hanc communicationem. Sine caussa sane arbitramur B animum confundi, ejusque vires imminui disciplinis in diversum tendentibus, quibusque nec mens, nec ætas sufficere videtur. Equidem non satis perspeximus, quanta vis naturæ humanæ, quæ tam agilis, tam velox, ut vel eodem temporis momento in plura & diversa animum flectere possit. Quoties nos subita expediendi necessitas deprehendit, nonne simul dicimus, agimus, cavemus? Specta citharœdos, simul mentis, vocis & manuum ministerio utuntur. Cum enim læva, diductis digitis, multiplici flexu nervos alios tangunt, alios ut interquiescant continent, & dextra C alios trahunt & percutiunt, memoriæ & manuum opus est. Cum vero ore tereti, compositis ad certam temporum legem labellis, harmoniam cantu juvant, vocis officio funguntur: & hæc omnia eodem tempore agunt. Quæ cum tam diversa pareant, & uno conatu peraguntur, cur quæso nos impares variis censebimus, cum per intervalla horarum & spatia temporum curas partiri licebit? Dura semper & molesta in eodem opere diutina perseverantia. Subrepit enim lassitudo, & frangitur animi impetus, cum in eadem intentione mens retinetur. Mutare subinde latus etiam fessos juvat, & sæpe quibus difficilis somnus, dum se versa- D rent, quietem invenerunt. Ipsa disciplinarum, si qua est, varietas reficit animos, & eorum vires novitate reparat. Mutatus ciborum sapor palatum delectat, & eorum varietate excitatus stomachus fastidio levatur. Nempe ut in longinqua peregrinatione locorum mutatio & novitas regionum tædium viæ fallit: ita in hoc eruditionis itinere interjuncta disciplinarum varietas difficultatem earum minuit. Quod si corpus nostrum tardioris motus, inhabile, pigritiæ & veterno opportunum, adsiduo usu variis motibus assuefacimus, ut per extentos funes cœli iter meditetur, infestos E mucrones & flammas saltu innoxio trajiciat, tanta dexteritate ut sæpius oculorum fidem timeamus; quid arbitramur animum carere posse, si recto cultu etiam ad diversa & difficilia duceretur? Novimus repentinos ejus motus, & divinam vim cuncta assequendi, qua in ipsos mundi census descendit, & quod Poeta ait, in toto orbe vivit. Cœli munimenta perrumpit, maria transvolat, siderum cursus numerosque colligit, & quæ elementorum in diversis conspiratio deprehendit. Plato VII. *de Republica*: Οἵ τε φύσει λογιστικοὶ εἰς πάντα τὰ μαθήματα ὀξεῖς, & Ἐραστάς: Philosophum demum veram gloriam adepturum, εἰ δοκεῖν [illegible]. F Inde est ut Galenus I. *de usu partium*, cur admirabilis solertiæ natura nullam certam artem propriam & peculiarem homini tribuerit, scilicet qui omnibus instructus & ornatus esse debebat. Ut enim nudum & inermem exposuerat, defectus supplementum benignior concessit, rationem & ejus ministras manus. Illam quidem aptam & idoneam recipiendo omnium artium cultu, has vero ad corporis munimentum, & animi imperium, flexibili articulorum curvatura miris modis habiles; ut merito Aristoteli lib. X. *de partibus animalium*, manus ὄργανόν τι πρὸ ὀργάνων: sicut Galeno ratio τέχνη τις πρὸ τεχνῶν. Equidem frustra difficultatis patrocinia ignaviæ prætendimus.

Contumelia sæculi erit, si fateamur nos ab antiqua doctrinæ lege descivisse, si paria Veterum ingeniis nos facere posse negemus. Pythagoram Arithmeticum, Geometram, Medicum, Theologum, Legislatorem fuisse Diogeni Laertio credimus. Certe omnibus artibus & disciplinis expletum accepimus, quas toto orbe diversis doctoribus hauserat, Vir ingenio admirabili, & quantum homini datum, animi augustior. Plato palæstræ studia sectatus, Pythia celebritate certare non detrectavit. Picturæ quoque studiosus & Tragœdis ac Dithyrambis operam dedit, adeo ut jam confidentia Poetices elatus certatorem se profiteri ausus sit. Proclus *in Timæum*: Platonem miscuisse τήν τε Πυθαγόρειον καὶ Σωκρατικὴν ἰδιότητα, & quid ab eorum singulis hauserit, eodem loco tradit. Omnibus disciplinis præclarum ejus ingenium imbutum fuit, Geometriam a Theodoro Cyrenæo, Astrologiam ab Ægyptiis Sacerdotibus didicit. A Socrate vero sapientiam sibi traditam non tantum plene arripuit, sed venusta quadam verborum majestate dignitatem ei conciliavit. Tam diversis disciplinarum comitibus, tam multiplici doctrina instructus, cum tota Philosophorum successio usque ad Archelaum solam Physicam, cui Socrates Ethicen addidit, excoluerat, utramque complexus, rationalem adjecit: atque ita Philosophiæ membra ex diversis officinis, quasi commixta & aptata, in suam transtulit, unde Platonica Philosophia auspicatiori exitu posteris prodiit.

Aristoteles per omnes Polymathiæ numeros iverat, quod non impediit, quo minus totam Philosophiam divini ingenii robore ad miraculum, & perpetuam auctoritatem amplecteretur. Hunc æmulatus Nicolaus Damascenus, de quo ita scribit Suidas: Γραμματικῆς ἀξιὸς χεῖρον ἐπεμεμέλητο, ὁ δι αὐτῆς ποιητικῆς πάσης. οὗτος τε τραγῳδίας ἐποίει, καὶ κωμῳδίας εὐδοκίμους, ῥητορικῆς τε καὶ μουσικῆς, καὶ τῆς περὶ τὰ μαθήματα θεωρίας καὶ φιλοσοφίας ἁπάσης ἐπεμελεῖτο. Ζηλωτὴς γὰρ Ἀριστοτέλους γενόμενος, καὶ τὸ ποικίλον τῆς περὶ τὸν ἄνδρα παιδείας ἀγαπήσας. Empedoclem Rhetorem, Poetam, Philosophum, Medicum tradit Laertius. Eunapius se dubitare scribit, quam artium liberalium diligentius excoluerit Porphyrius. Ea vero, quæ in Philosophia & scientiis tradidit, captum humanum superare, Suidas, Porphyrius. Non repetam, quæ de Eratosthene tradidi, nisi quod legam apud Dionysium Longinum περὶ ὕψους, eum cognomine Poetæ laudari, quod præter alia accuratum ipsius poetices studium ostendit. Galenus multiplicis doctrinæ ad invidiam peritus. Nulla enim fere Polymathiæ pars, quin eam ingenii sui monumentis illustraverit, ut ex ejus libro περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων, & lib. περὶ τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων constat. Hunc tamen dogmaticorum Medicorum principem recte sequimur & admiramur. Q. Ælius Tubero Juris-consultus, summus Philosophus & vir eruditus fuit, ut Cicero III. *de Oratore* scribit: & in *Bruto*: Sextum Pompejum *præstantissimum ingenium contulisse ad summam juris civilis & perfectam Geometriæ, & rerum Stoicarum scientiam*: eundem I. *de Oratore*, *hominem eruditum in Philosophia* appellat. Origenes πολυμαθὴς Grammaticam, Dialecticam, omnesque artes liberales, & Philosophorum dogmata accurate didicerat, ut testatur Suidas, & D. Hie-

ronymus diversis locis. Vincentius Lirinensis lib. *adversus profanas novationes* scribit, Tertullianum *omnem Philosophiam & cunctas Philosophorum sectas, omnesque eorum disciplinas, omnem historiarum ac studiorum varietatem mira quadam mentis capacitate complexum.* Cicero I. *Academic.* de Varrone: *Tu ætatem patriæ, tu descriptiones temporum, tu sacrorum jura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem regionum & locorum, tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, caussas aperuisti, plurimumque Poetis nostris, omninoque Latinis & literis luminis attulisti & verbis: atque ipse varium & elegans omni fere numero poema fecisti, Philosophiamque inchoasti.* Quinctilianus *l.* XII. *Multa imo pene omnia tradidit Varro.* Plinius *præfat.* omnia se attigisse scribit in libris rerum naturalium, quæ Græci τ̃ ἐγκυκλοπαιδείας vocant, seque unum omnia tractasse. Sane ejus nepos *epistola ad Marcum* scribit, multos illum varii argumenti libros reliquisse: *Miraris*, inquit, *quod tot volumina multaque in iis tam scrupulosa homo occupatus absolverit, magis miraberis, si scieris aliquamdiu caussas actitasse, decessisse anno* VI. & L. *medium tempus distentum qua officiis maximis, qua amicitia Principum egisse.* Cornelius Celsus non solum de omnibus artibus scripsit, sed rei militaris & rusticæ & medicinæ præcepta reliquit. Quinctilianus *lib.* XII. Antoninus Imperator optimis artibus eruditus, summus Philosophus, artem pingendi magistro Diogeneto didicit. Spartianus in *Alexandro* & Lamprid. scribunt, Imperatorem Hadrianum optimum Poetam, Arithmeticum, Geometram, Musicum, gladiatorem & ducem. His fere similia tribuit Tito Suetonius. Apulejus *Floridis* gloriatur se omnium artium crateras bibisse Poeticæ, Geometricæ, Musicæ, Dialecticæ: *Universas Philosophiæ, inexplebiles scilicet & nectareas. Canit Empedocles carmina, Plato dialogos, Xenophon historias, Xenophanes satyras. Apulejus vester hæc omnia.* Atque ita verba illa emendanda.

Sed parcam plura Antiquorum exempla adducere, ne somno & inertiæ dediti nimis erubescamus. Equidem connivere ad studia nostra oportet, cum audimus illos, qui dies noctesque officiis, qua publice, qua privatim districti, arduis studiis posteritatem juvisse, quod isti, qui tota vita pallidi & macri literis intabescunt, ægre efficere potuerunt. Age vero quis prætextus relinquitur ignaviæ nostræ. Num elementa mutata, aut hæc mundi vertigo solitos motus reliquit? Num perpetua rerum continuatio aliqua sui parte dissociata est, ut similia Antiquis ingenia emergere non possint? Nisi dixeris ubique terrarum ea non oriri. Olus & vinum commendatione soli, non ingenia æstimantur, quæ omnibus gentibus varia provenire solent. Anacharsis sapiens in Scythiæ desertis natus est. Clarissimi Græciæ Philosophi preciosas sapientiæ merces ad usque Ægyptum, Indias, Galliam petitum iverunt. Sacerdotes divinorum periti exteros in Ægyptum attraxerunt, Gymnosophistæ ad Brachmanas, Druidæ ad Gallos, tanquam ad sapientiæ nundinas, peregrinos advocarunt. Sed paucis concessum fuit ad eam eruditionis summam accessisse. Attamen multi ad sublime eruditionis fastigium pervenerunt. Ne frustra sis, omnium hominum summa est similitudo, omnesque pares inter nos sumus. Ratio ipsa, cujus imperio in singulis utimur, universis communis, inde & discendi facultas omnibus par, licet doctrina differens. Sane & sensibus eadem omnia percipiuntur, quæque illos movent, ea omnium sensus pari modo adficiunt, & inchoatæ intelligentiæ animis impressæ simul omnibus impressæ sunt, communisque mentis interpres oratio. Ideoque si qua est dissimilitudo, eam non parit generis aliqua differentia, sed consuetudinum depravatio & varietas opinionum. Si aliorum exempla sequimur, quin potius perfectissimorum vestigia legimus, quam illorum qui remissius contemplati sunt. Despeto quo minus cogam divitias, quæ æs Crassi adæquent. Ideo supinus exspectabo ludentis fortunæ munera, & omne acquirendi studium intermittam. Negat natura Milonis robur, ut iisdem brachiis taurum tollam & occidam: ergo ignobilis situs contrahet artus: & abjecto omni corporis exercitio ignavus contabescam. Frustra existimarunt tæduli & delicati, sapientiæ cumulum oscitantibus Deum confecturum. Arduum tamen opus & perdifficile, Philosophiam, tot disciplinarum comitibus, domum duxisse. Non negavit rerum natura, ut fieri non possit: illorum enim exempla, qui ad summum eruditionis culmen evecti, nos monent ingenii humani vires etiam majora ferre. Præferenda indoles læta, generosi conatus, magni spiritus, qui supra humiles & vulgares impetus sese attollere audent. Quis non mallet Achillis gloriam in bellicis consequi, quam Ajacis aut Diomedis? Quis non potius Hannibalis, quam Masinissæ? At vero si Cæsaris laudes adipisci non licet, nisi in Sertoriana non consistemus. Ita enim demum in secundis hæsisse laudabile, cum summa assequi non potuimus. Nulla dignitas subsequendi, nisi cum ad suprema transscendendi spes præcisa. Nunquam concitavit admirationem, qui solita via processit. Exigui & abjecti animi, victum desperatione evadendi quo velis, circa ima subsistere, & tanquam aliis contemtam & relictam prædam occupasse. Si vulgari opinione receptum, plura ægre comprehendi, non erat alenda falsa opinione ignavia nostra. Exerendæ vires, & ponderandum quid ferre possent. Ante Socratem Philosophi omnes Physici, nec confidebant Philosophiæ rivos in plures venas diduci posse. At Socrates eam auxit, & post eum Plato ausus fuit plures ejus partes ostendere, easque omnes simul complecti, quibus singulis alii tantum suffecerant. Iidem Polymathiæ inimici segnitiem suam velare audent auctoritate Heracliti, qui, ut scribit Diogenes Laertius, ajebat: Πολυμαθίη νόον ὐ διδάσκει. Rectius Democritus apud Stobæum *Serm.* XXXII. πολλοὶ πολυμαθέες νόον ὐκ ἔχυσι. Equidem frustra ignavi advocationem inertiæ ab horum auctoritate petunt. Neque enim Polymathiam contemnunt, sed eos, qui ducti Polymathiæ dulcedine, virtutes probosque mores & ipsam Philosophiam deserebant, scientias non ad animi cultum, sed ostentationem amplexi. Non ait omnes, sed multos πολυμαθεῖς νόον ὐκ ἔχειν. Anaxarchus Philosophus ἐν τῷ περὶ βασιλείας, cujus verba refert Clemens *Stromat.* lib. I. Πολυμαθείη κάρτα μὲν ὠφελεῖ, κάρτα δὲ βλάπτει τ̀ ἔχοντα. ὠφελεῖ μὲν τ̀ δεξιὸν ὄντα. βλάπτει δὲ τ̀ ῥηιδίως φωνεῦντα πᾶν ἔπος κ' ἐν παντὶ δήμῳ. Eadem ratio est horum studiorum, quæ ipsius Philosophiæ, quam sæpe, ut Plato VI. *de Republ.* disputat, indigni & flagitiis cooperti possident, speciosæ rei titulo sceleribus latibulum quærentes. Quod cum advertit vulgus, culpam transferre solet in res innocentissimas & omnis vitii immunes. Ita legimus apud Scholiasten Aristophanis Νεφέλαις, Aristophanem scripsisse drama, in quo accusaret Socratis ἀθεΐαν διὰ τ̀ πολυμαθίας. D. Basil. *Homil.* εἰς τὴν ἀρχὴν τ̃ παροιμιῶν: Πολλοὶ τῇ περὶ ταῦτα (ἐγκύκλια) σπυδῇ τ̀ περὶ θεῦ γνώσεως ἀπημέλησαν, ἐν τῇ τ̀ ματαίων ἐρεῦνῃ καταγηράσαντες. Improbarunt autem Antiqui studia illorum, qui in hisce artibus

deſiderent, nec ad ipſam philoſophiam accederent. A Quo pertinet vulgatum iſtud Ariſtippi : Τὰς τῶν ἐγκυκλίων παιδευμάτων μετασχόντας, φιλοσοφίας δὲ ἀπολειφθέντας, ὁμοίους εἶναι τοῖς τῆς Πηνελόπης μνηστῆρσι. καὶ γὰρ ἐκείνους θεραπαίνας ἔχειν, πάσας δὲ μᾶλλον ἢ αὐτὴν τὴν δέσποιναν δύνασθαι γῆμαι. Quod alii ad Platonem, Plutarchus ad Bionem refert. Philo περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου : & Clemens Alexandrinus : *Nonnullos captos amore ancillarum ſpreviſſe dominam Philoſophiam, & ex iis alios conſenuiſſe in Muſica, alios in Geometria*. Τέχναι ἢ μὴ μετὰ φιλοσοφίας γενῶνται. βλαβερώτεραι παντί που εἶεν ἄν. Et : ἡ προπαιδεία παροψήματι ἔοικεν καὶ τραγήματι. Vide graviſſimi ſcriptoris *Stromat.* lib. I. qui B fere totus in hoc argumento, & Plutarchum περὶ παίδων ἀγωγῆς. Si vero non utilitas, & verus finis ſtudiorum quæritur, ſed animi quædam liberalis oblectatio, habebunt ſane προπαιδεύματα, quod cultori ſuo reponant. Recte enim Syneſius in *Dione* : Ος τις δὲ οὐ προτέλειον ἡγεῖται τὰς μούσας, ἀλλὰ τὸ κράτος αὐτὸ τῆς σοφίας ἐν ταύταις εἶναι, τὸ ἐγκείμενον αὐτῶν κάλλος ἠγάσθη, καὶ εἰς αὐτὸ κέχηνε, καὶ ὑπὸ τούτου κατέχεται, πολλὰ ἀγαθά γε αὐτῷ γένοιτο, μουσικῷ τε ἀνδρὶ καὶ χαρίεντι. Sane non ſpernebat Democritus Polymathiam, qui variis libris eam illuſtravit, qui παντοδαπὴς apud Laert. & Tzetz. *Hiſtor. Chil* ἦν δὲ C ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος, inquit Diogenes Laertius, τὰ γὰρ φυσικά, καὶ ἠθικά, καὶ τὰ μαθηματικά, καὶ τοὺς ἐγκυκλίους λόγους, καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν. Eundem inſignem Medicum idem Laertius, aliique tradunt. Hinc illa Democriti verba de ſua ipſius πολυμαθείᾳ apud Clementem Alexandrinum *Stromat.* I. Εγὼ δὲ κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων γῆν πλείστην ἐπεπλανησάμην, ἱστορέων τὰ μήκιστα, καὶ ἀέρας τε καὶ γέας πλείστας εἶδον, καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων ἐσήκουσα, καὶ γραμμέων συνθέσιος μετὰ ἀποδείξιος οὐδείς με παρήλλαξεν, οὐδ' οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Αρπεδονάπται. σὺν τοῖς δὲ ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτε ὀγδώκοντα ἐπὶ ξείνης ἐγενήθην. ἐπῆλθε γὰρ Βαβυλῶνά τε καὶ Περσίδα, D καὶ Αἴγυπτον τοῖς τε μάγοις, καὶ τοῖς ἱερεῦσι μαθητεύων. Illa vero apud Athenæum *l.* XIII.

Πολυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον οὐδέν.

Ιππων ἔφη ὁ ἄθεος, ἀλλὰ καὶ Ηράκλειτος ὁ θεῖος φησὶ, πολυμαθίη νόον ἔχειν, οὐ διδάσκειν. καὶ ὁ Τίμων δὲ ἔφη.

—— ἐν δὲ πλατυσμὸς
Πολυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον ἄλλο

vix digna revinci. Nam de ſupervacuo Grammatices ſtudio intelligenda. Addit enim Cynulcus : Τί E γὰρ ὄφελος τῶν τοσούτων ὀνομάτων ὦ γραμματικὲ πάντας ἐπιτρῖψαι μᾶλλον, ἢ σωφρονίσαι δυναμένων τοὺς ἀκούοντας. καὶ ἐὰν μέν τις σου πύθηται, τίνες ἦσαν οἱ εἰς τὸν δούρειον ἵππον ἐγκατακλεισθέντες, ἑνὸς καὶ δευτέρου ἴσως ἐρεῖς ὄνομα. Heraclitus μεγαλόφρων, ut Diogenes Laertius ſcribit, καὶ ὑπερόπτης, non poterat, quin Polymathiam in aliis rideret. Timon vero indignus eſt, adverſus quem experiar, qui ut σιλλογράφος recte Grammaticis non pepercit, cujus morſus nulli veterum ſapientum effugere potuerunt.

Cum igitur plerique ineſcati dulcedine inertiæ, aut inanium rerum illecebris capti, in hoc eruditionis ſtadio ſe relictos intellexiſſent ab iis, quos felicior F genius rectaque mens per latiſſimos diſciplinarum campos inoffenſo curſu ad calcem duxerat, ſimulatque illos torquere cœperunt irriti conatus, & improſpera vota, odiſſe & reprehendere in aliis ſuſtinuerunt, quod ſe aſſequi poſſe deſperarant. Alii vero deſerti ab ingenio ſuo, quibus ne ad ſingula quidem ſatis roboris fuit, tacita imbecillitatis ſuæ conſcientia ſtimulati invidiam conceperunt, & iis qui exacta eruditionis lege ſeveriores diſciplinas adepti, detraxerunt. Horum culpa effectum, ut velut altiſſimo montium jugo uno fonte nata flumina diverſo curſu ad mare deſcenderunt: ita doctrinarum facta divortia, unaque diſciplina in plures derivata, & Polymathia, neceſſaria inprimis & jucunda, prorſus neglecta. Maluerunt enim diſcerpta & divulſa contrectari, quæ tota amplecti nequiverant, aut tædio laboris confugere ad diverticula deſidiæ, iiſque penitus ſuperſedere, quæ difficiliora experiebantur. Hinc natus *mos hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere*. Quo errore ita oppreſſi ſumus, ut communi opinione receptum ſit, impoſſibile eſſe, unum plures diſciplinas didiciſſe, uſque adeo ut ubi intellexerint aliquem hac varietate ſtudiorum exercitatum, protinus exclament: nequicquam eum de gravioribus diſciplinis delibaſſe, ſed cultu inanium & inutilium rerum contritam ætatem, vanoſque conatus citra felicem exitum ſubſediſſe. Vere enim Cicero in *Bruto* : *Tantum quiſque laudat, quantum ſe imitari poſſe ſperat*.

In quo unice miror, etiam illos, qui ambitioſæ ſapientiæ gloriam affectant, vulgo acceſſiſſe. Quod ſi bonarum artium peritos conſulerent, longe aliter haud dubie ſentirent. Equidem cum domus ſibi extruere parant, ſequuntur, ut arbitror, optimi architecti præſcriptum. Utinam pari lege in artibus obtineret, ut de illarum cultoribus iis crederemus, quos vere eas didiciſſe conſtat. Vulgare quidem hoc convitium, deteſtanda imperitia natum, tam frequenti ictu aures meas feriit, ut callum obduxerint. Quo tamen, ne quis falſus ſit, nunquam me commotum ſenſi, elatus ſcilicet & ſubnixus optima conſcientia. Propius me novi, & quatenus mihi tuto placere poſſim, didici. Jam olim cum genio meo, rigidiſſimo pædagogo, rationem diduxi, eique duro & avaro patri exacti temporis ephemeridem probavi; cujus tamen maximam partem occupavit prenſatio & cultus magnorum, ſalutationes antelucanæ, convivia plus quam nocturna, privata amicorum officia, vagæ peregrinationes, plurimaque cognoſcendi præpoſtera curioſitas, quæ me ſæpius turpiſſimæ ſuſpicioni immerſit. Quoties impedimentum objectum, cujus impetu conatus omnes interciderе? quoties diverſi conſiliorum eventus incautum oppreſſerunt? quoties contumacis & male conſtantis Reginæ ſtabiles iras experti ſumus. Adeo ut quicquid temporis furtivo ſeceſſu his ſtudiis dedi, id negotioſi otii potius præda, quam præmium. Hiſce rerum fluctibus nos jactati ſumus, dum illi excepti omni diſcrimine amabili otio frui, & quietis ſtudia meditari potuerunt.

Non ſubducant jam ſupercilium, ſed rationem; otioſos cum occupato, quietos & tranquillos cum vago & fugiente comparent, fallor aut parum reliqui erit, quo lucifuga & umbratica natio ſola gloriari poſſit. Sine rivali ſe amant, & ſua ſibi opinione belli & feſtivi, qui ſtrychnum comederunt. Summum locum, apicibus & lauro inſignes, jure ſenatorio in orcheſtra occupant, quibus ſcilicet merito adſurgendum, cum triſtes & ſeveri aliorum contemtu auctoritatem captent, & ignorantiam ſuam ſpecioſi tituli velamento abſcondant. Quaſi vero ſolo nomine hæc acceſſio fiat, tanquam ſi quis fœdiſſima ſpecie Hylæ aut Hyacinthi nomen mentiretur, non tamen, ut arbitror, propterea Nymphis præda raperetur, aut occiſi umbram Apollo revocaret in florem. Quod ſi iſtos clarorum nominum oſtentatores, deſertos & exules alienus orbis opprimat, quo quæſo confugient, cui titulos ſuos probabunt? Repulſi & faſtiditi oberrabunt, ut ignoti ænigmatis nummi, quos illa tantum ditio, in

A qua signati, probos novit. Prudentiores enim detracta persona & remoto velamento homines æstimare solent. Ut illa olim Phryne, quæ lege convivali æmulis formæ mulieribus imperavit faciem abluerent, ut liquefacti medicaminis rivi totum os, & si quæ fuerant speciosa lineamenta creata nube confunderent. Præclare vero, ut omnia, Cicero *1. de Orat. Non est interdictum aut a rerum natura, aut a lege aliqua atque more, ut singulis hominibus ne amplius, quam singulas artes nosse liceat.* Si humana solertia tanta exuberat, ut prefixos a natura terminos late transmigret, & homo terræ affixum animal natatu aquas petat, in aere suspendi & jactari soleat. At non omnibus hic animus, B non omnes istuc audaciæ progrediuntur. Quin igitur æquo animo patimur, si qui ultra vulgarem captum humanæ mentis emergere, & altius transscendere ausi sunt. Miremur illustres animas excelsius evectas, nec spernamus, quæ adsequi non potuimus. Equidem ut in corporibus nostris non mediocris dissimilitudo: alios enim videas vegeta & pernici velocitate ad cursum pollere, alios firmis lacertis ad luctam aptos; in ipsa quoque forma magna differentia, unicuique lineamenta sua deflexa, illa specie dignitatis, hæc venustatis gratia commendatiora: ita in animis eandem varietatem C non negamus. *Virgilium*, ajebat Cassius Sophista, *illa felicitas ingenii in oratione soluta reliquit. Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit. Orationes Salustii in honorem historiarum leguntur. Platonis oratio pro Socrate scripta nec patrono nec reo digna. Hoc non ingeniis tantum, sed corporibus videmus accidere. Illi nemo luctando par est, ille ad tollendam magni ponderis sarcinam prævalet. Ad animalia venio, alii ad aprum, alii ad cervum canes veniunt.* Sed ut in supellectili alia vasa angustiora, alia majora: ita animi hominum alii omnibus disciplinis pares, alii superiores. Alias arbores stirpe sua prognatas unicum tantum fructum D ferre videmus, alias non tantum non rejicere surculos inoculatos, sed earum naturam ita derivari in insititia & transfundi, ut diversos fructus ex sese gignant. Agricolæ nonnullos agros asperos aratro & indomitos possident, ex aliis vero triticum aut oleas solas, & ex aliis denique frumentum & uvas simul legunt. Simili modo inter homines hi vulgari ingenio & hebetati plebeiis persuasionibus, illi mediocri, certis scientiis tantum apti. Alii vero ita naturæ muneribus ornati, ut ad omnia habiles videantur. Quod abunde ostendunt exempla illorum, qui omnes disciplinas docti, pene supra humanæ naturæ mensuram excesserunt, quibus E divinioris operæ immortalis gratia habenda est. Quare qui Polymathiam repudiarunt, neque rem sua natura æstimarunt, neque ingenium humanum propriis terminis, sed sui animi finibus descripserunt; vernacula imbecillitate alienas vires æstimantes, quasi angustis terminis includendi illorum animi, qui omne scientiæ genus indefessa alacritate amplexi sunt, ipsamque adeo rerum universitatem subjectum suum elegerunt.

CAP. XXX.

De caussis corruptæ disciplinæ.

SEd fortassis haud immerito miramur, quid caussæ sit, cum priora sæcula tot eminentium virorum ingeniis effloruerint, nostra hæc ætas deserta, & laude sua orbata, vix nomen eruditi retineat. Non ausim occurrere percunctationi minus securæ & pravam interpretandi occasionem præ se ferenti. Si enim eadem cum Antiquis adsequi non possumus, male de ingeniis nostris existimandum est, aut de judiciis, si negligimus. Referam tamen, quæ non minus vere ac prudenter a Galeno dicta accepi. Is oratione ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος, caussas desidiæ diligentius excutiens ait: nullum in nobis voluntatis & virium consensum. Proinde felicem eventum conatus nostros non sequi, quorum finem nunquam nanciscimur. Athletas, si corpore infirmo sunt, aut sine exercitationis labore languescunt, non facile victoriæ præmium ferre. Si vero firmam & robustam habitudinem natura indulsit, si artus exercitatione subacti, contra omnes alios facile coronari. Simili modo alterutrum nobis deesse, aut virium & voluntatis dissensum adesse. Cum vero idem hic vertatur mundus, temporum ordo minime immutatus, Sol eundem cursum, solitaque spatia sidera conficiant, ab omni ratione alienum videri, adserere velle, non produci homines simili cum antiquis genio. Longe aliam caussam eruendam, cur optima ingenia defecerint, sive ea luxus, sive auri sacra fames, quæ nobis omni virtute antiquior, extinxit. Itaque nullos Phidias aut Hippocrates oriri, majore sæculi ignominia, cum nobis ad omnes artes præparata sit via.

At si operæ videretur, paulo accuratius inquirere in corruptissimi sæculi mores; cur pulcherrimæ artes & bonæ mentis amor paucissimis, velut prædæ, remansit? cur bonarum rerum studia adeo ceciderunt, ut Antiquorum virtutes ad invidiam & ignominiam tantum nobis narrentur, nostrique temporis ingenia paribus doctrinarum exemplis minime eniteant? Non invidiose ostenderem pravitate sæculi desertum virtutis iter, horridum & neglectum, omnique bona arte in exsilium acta, ne memoriam quidem honesti aut præclari in conscientiis mortalium resedisse. Non loquerer insidias, quas ipsa natura adolescentiæ struxit, quarum tanta vis, ut sæpe ipsa virtus oppressa connivere videatur. Sed potius præcipuam caussam ad crimen educationis relegarem, quæ vera & legitima, ut prisca virtus, hæredem non invenit. Apud majores nostros fere ab ipso lucis exordio infantes in sinu castissimæ matris educati, domestica disciplina; temperata singulari sanctitate ac verecundia, ad virtutum imitationem imbuti, primas literas docebantur. Testis est Plato, ex cujus *Protagora* hæc mecum recognoscere: *Ubi eo ætatis provectus infans, ut capere sermones possit, nutrix mater, & pædagogus sedulo curant, ut optimus & emendatus, qua verba, qua mores evadat. Deinde Ludimagistris tradunt, ut scribere & cithara canere discat: quibus perceptis accedit ad lectionem Poetarum, in quibus virtutum præcepta & illustrium Virorum exempla.* Aptus post hæc optimis disciplinis studia humanitatis, & ἐγκυκλοπαιδείαν totam hauriebat, si natura dictante ad ociosa studia & contemplationem inclinasset. Si vero animus agendi cupidus, rem militarem, aut eloquentiam, vel quodvis aliud studium civili societati aptum arripiebat; optimas artes non Sophistica lege, sed quatenus illarum usum experiri posset, addiscens. Non tam subtili disputationi, quam ut iis munitus regeret populos, stabiliret leges, opprimeret improbos, F tueretur bonos, hortaretur ad decus, & a flagitiis revocaret. Certe quodcunque vitæ genus ingenii vis, sæculi plausus, aut Reipublicæ utilitas sectari jussisset, natura incorrupta exercebat. Nunc vero natos infantes ab eo tempore, quo primum aerem hauriunt, domestici errores excipiunt, quibus teneri & rudes animi depravati, lascivia & libertate ebrii, probitati & modestiæ nihil loci relinquunt. Ne prima quidem elementa satis sollicite traduntur. Præceptores eliguntur non sanctissi-

mi quique & optimi, sed quales publicæ scholæ obtulerunt; qui plerunque vix ultra primas literas progressi, inanem scientiæ persuasionem induerunt, tam tristi fronte & exercitato vultu, tam horridis setis, ut si aliquid supercilio aut barbæ credendum, Zenonas & Chrysippos eos præferre censeas. Hi jure quodam imperii sceptris ferularum, ut Consules Romani fascibus & virga, majestatem agnoscentes, sævi interim & implacabiles typhum & ineptias suas docent. Ita puer immixtus frequentiæ, & sæpe perditorum turbæ, præceptoris operam toties occupatam minus liberalem experitur. Plagis vero ita duratur, ut protinus omnem memoriam liberalis & ingenui perdat, & tristis confususque, pene cum ipsius lucis fuga & tædio, studia, antequam amare possit, odisse incipiat. Ab his initiis Academias petit, quorum auspicia sæpe luxu & ebrietate constant. Non protraham familiaria hisce locis vitia, quibus certe proscribendis ingenti ocio & non mediocri stili lascivia opus esset. Equidem desidia & abjectissimarum rerum industria tam late invasit, ut frequenti ejus usu, ne sentiamus quidem ineptiis honestos titulos accessisse.

Hisce occupatus animus, non video quomodo bonæ menti aut optimis artibus operam dare possit. Sed nec ipsa studia saniora, quæ, quasi eodem cibo pasta, simili morbo occubuerunt. Jam olim Sapientum placitis traditum; studia nostra *naturæ regula metienda esse*, ad hanc consilia & conatus nostros flectendos, qua reluctante, irritus omnis labor. At nos Naturam in consilium non vocamus, ut ea explorata has potissimum artes toto pectore arripiamus, quas idoneas animo suggessit; sed tanquam ex omni ligno Mercurius exsculpi posset, incauta imitatione decepti, aliorum vestigia sequimur. Nempe hic proxima memoria, secutus studia fori, amplissima prædia, & tantam pecuniæ vim coegit, ut nummos modio metiretur. Alius sine commendatione natalium Regum ac Principum amicitia inclytus, etiam in extremis terrarum partibus, quasi totius orbis gratia subnixus, narratur: ergo & tibi, quod Petronius ait, cruda adhuc studia in forum propellenda, & alieno dolori rudis lingua elocanda, ut mercenaria loquacitate aliena patrimonia infami aucupio nundineris. Sed, ne quid erres, omnes conatus simili exitu non respondent: *Nulla res*, inquit Seneca *de vita beata*, *majoribus malis nos implicat, quam quod ad rumorem componimur, optima rati ea, quæ magno assensu recepta sunt, quorumque exempla multa sunt*. Et *epist.* CXXIII. *Inter caussas malorum nostrorum est, quod vivimus ad exempla, nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur*. Videas igitur tot agmina miseræ juventutis alieno errore inescatæ, cujus conatus & vota felicior eventus non juvit; *φύσιος γὰρ ἀντιπραττούσης κενεὰ πάντα*, vere ait Hippocrates.

Fons hujus erroris ab ipso ortu nostro repetendus. Nascentibus enim nobis & materno utero evulsis statim occurrit doloris aliquis sensus. Nam ubi protracti ex humidis & calidis locis; circumjecti aeris frigidi asperitas teneros adurit. Ideoque ut quandam imaginem uteri concipiamus, obstetricia aqua calida aliisque fomentis insueta conciliat. Hic statim oritur doloris & voluptatis sensus, quem adultiores in cibis, in blanditiis & ob jurgatione retinemus. Ab his ergo initiis hausta sententia, quæ firma ætate non deserit, omne blandum & jucundum bonum, etiamsi inutile & noxium; laboriosum vero, quamvis commodum, malum. Hinc ergo divitias, præcipuum voluptatis instrumentum, unice exoptamus, vanamque gloriam pro honore quærimus. Hæc jam communi consensu bona, & summopere expetenda, quasi per manus traditum & receptum. Hoc omnium sensibus implicatum, hoc a deceptis parentibus discimus, & matrum & educatorum votis credimus. Multitudinis igitur judicio impulsi, ea quæ plurimis placuerunt, maxime adfectamus, & parentum præceptis imbuti ad illorum instituta & errores deducimur; qui præpostera ambitione & præcipitatis votis, pueris adhuc locis matrum involutis, ampla patrimonia, prætextas ac trabeas promittunt. Hos secuti præceptores, ne artificium periret, & quod Cicero *Orat. pro Cælio*, *soli in scholis relinquerentur*, suum quoque furorem insaniæ sæculi adjecerunt, omnisque bonæ mentis & optimarum artium, quarum institutores esse debebant, institores esse maluerunt. Animis teneris insidias tendunt, & quos incontaminatos acceperant inficiunt, & flectunt ad communes errores, ac parentum improba vota. Inde hujus perversitatis tam latum contagium, ut velut in strage magni exercitus mutuo compressu alligati, alii alios ad terram trahunt: ita nos communi errore afflati pereamus. Negligere enim optimas artes & liberalia studia, ne degustata quidem, temeraria fuga deserere, quasi more a majoribus tradito ab universis receptum est. Nulli itaque nobis servantur laborum gradus, quibus Antiqui ad

Edita doctrina sapientum templa serena

aditum præparabant, nullis sapientiæ præceptis informamur, in evolvenda antiquitate nihil operæ insumitur; nullam denique ingenuæ artis scientiam serio excolimus. Sed quoties aliquis vulgarium contemtor honestis artibus pectus implere parat, & optimis potius, quam multis sese probatum velit, confestim etiam e summa cavea acclamatur, *οὐδὲν πρὸς ἄλφιτα*. Arcti & compressi pectoris vilissimæ animæ magnas opes petunt, ut epulas piscinæ circumfluant, cum earum inertiæ eluendæ ne ipse quidem Oceanus sufficiat, quarumque sordes tam late se exerunt, ut gulæ suæ & ventris imperium ferre cogantur. Vereri enim videntur, ne defuturum sit, quo illum impleant. Quasi vero unquam penuria parvi sapienti esse possit. Neminem profecto illorum non modo ingenuæ artis cultorem, sed ne liberum quidem ajo; quibus venter ad pecuina & servilia obsequia imperat. Cedo quis ausus est sequi naturæ suæ ductum, & præferre amorem optimarum artium timidissimis cupiditatibus. Scilicet ut flagra nequissimos servos officii sui monent: ita illos sæpe ad professiones, homine libero indignas, coegit alieni suffragii illiberalis ambitio. Neque enim virtutem pretio suo æstimant, aut optimas artes solo scientiæ præmio colunt, si tamen colunt, qui tanquam sordidæ mercis negociatores ad vilem usum & turpe lucrum accinguntur. Ut vel hinc pateat, quam ingens discrimen inter homines liberaliter natos & educatos, quos in ipso lucis exordio gratiæ circumsteterunt, ac jejunos & tristes Pædagogos, quos sordes & serviles maculæ nunquam deserunt. Hi coacti ingenium ad quæstum prostituere, severam disciplinarum legem corruperunt.

Finge nunc aliquem Philosophiæ, aut graviorum disciplinarum suggestum. Si inter eminentes optimarum artium apices consederunt, & medium locum præstantiæ suæ auctoritate occuparunt, præclaro complexu revinctæ & inclusæ, puto dignitatem suam agnoscunt. Si vero a cohærentium cuneo divulsas, & vicinarum artium nexu solutas, solas & incomitatas prostituas, oblitæ suæ majestatis infra alias longe positæ erunt. Nempe quales apud sordidos & imperitos habitant, qui

cum fame morerentur, decentem earum imaginem temere mentiri ausi sunt, & disciplinas principes latrocinio quæsitas indigna possessione contaminarunt. Si quis vero splendore natalium insignis, longa decora illigata stemmatum flexuris præferens, aut patrimonio lautus, is consuetudine ductus vagas suscipit peregrinationes, non ut notet abditas rerum caussas parandæ eruditioni, aut civili prudentiæ observet gentium instituta, Rerumpublicarum formas, hominum varios mores & ritus: sed ut sine certo scopo ad nudam oblectationem discurrat, avido & curioso oculo inusitata camporum spatia lustret, invisa montium cacumina admiretur; interdum relevet aspectum longo locorum horrentium squallore. Petat deinde laudatos portus,& avium more per infinita loca transvolet. Spectacula subinde mutans urbes accedat, totius orbis æmulas; ubi nova delectatione afficiunt templa, theatra, porticus. Ita dum singula ignota & invisa, ut pueri, miratur, mens infestata toties innovato stupore, verum gustum ne istarum quidem rerum capere potest; nisi quod inhæreat antiqui luxus & fastus imago, quæ tanto impendio quærenda non erat. Abunde tamen ratus operæ precium fecisse, si ea adsecutus, quæ plausum sæculi merentur. Transmarinis deliciis orbem nostrum inficere, & plurimis linguis disertum ostentare. Quæ an redimenda sint patrimonii & tot annorum, quos sine fructu, in tanta temporum egestate, perdimus, jactura, prudentiores consulo.

Non fraudabo laude sua variarum linguarum cognitionem. Sed in ea canos promittere, & perpetuo morari, tanti profecto non videtur. Qua intemperantia hodie laboramus. Non satis est enim complures linguas ad usum studiorum didicisse; quin etiam illas pari desiderio arripuimus, quibus Europæ gentes utuntur. At istæ aliud agenti accedunt. Haud nego. Multa tamen externa alunt, quæ a rerum contemplatione seducunt. Hic audebo me ipsum profiteri: alterius testimonii auctoritate tutus. Sine jactantia dixerim, me illam harum linguarum peritiam consecutum, ut immixtus peregrinis non erubuerim os aperire, minime veritus, ne perculsi insueti soni austeritate civem suum non agnoscerent. Quin hujus linguæ, qua utimur, diversas dialectos didici. Quantum vero hæc supervacua a seriis studiis avocarint, experimentum cepi. Nam tum demum supervacua esse intelligo, cum necessaria deesse mihi comperior. In quo nimio linguarum studio obliti moris antiqui, mirum quantum ab illorum disciplina descivimus. Galenus II. *de differentiis pulsuum*, miraculi instar fuisse ait, unum hominem duarum linguarum peritum: *Διγλωττός τις ἐλέγετο πάλαι, καὶ θαῦμα τοῦτ' ἦν ἄνθρωπος εἷς ἀκριβῶν διαλέκτους δύο.* Anacharsin *δίγλωττον* appellarunt, quod duarum linguarum peritus, quas facile percepit, Scytha patre & matre Græca natus. Ergo Græci omnium artium, omnis eruditionis parentes & principes, unicam linguam excoluerunt, & ætatem integram addiscendis disciplinis dederunt, quibus percipiendis an illa satis sit, frustra quærimus. Jam enim alii industria sua probarunt, nos potius temporibus superesse, ut cum Seneca loquar, quam tempora nobis deesse. Videmus hoc sæculo inter tot studiorum inania, tam prava institutione, tanta desidiæ commendatione, exempla eruditionis enituisse, quæ Antiquorum fœcundissima studia & provocarunt, & fortasse superarunt.

Sed supervacua est enumeratio inhærentium oculis ingeniorum. Romani magis strenui factis quam lingua, ad commercia & sacrorum ritus percipiendos linguam Hetruscam discebant, ut Livius *lib.* IX. & Plutarchus in *Publicola* tradunt. Magistratus Romani Græcis, nunquam nisi Latine, responsa dabant, eosque per interpretem loqui cogebant, non in urbe solum, sed Græcia & Asia. Valerius Maximus *lib.* II. *cap.* II. Non minus sollicite Tiberius, ad ostendendam imperii majestatem, Græco sermone abstinuit, ut Suetonius in *ejus Vita* prodidit. Vides quantum discessimus a majorum institutis, qui relictis rebus earum umbras, ita enim Democritus verba appellabat, retinemus; adeo ut gloriam horum temporum dixeris, plures linguas rebus relictis didicisse. Romani Græcis literis erudiri cœperunt, post Romam conditam annis fere DX. Livio & Ennio magistris; *ii Poetæ & Oratores semi-Græci erant, & utraque lingua domi forisque docuerunt*. Sueton. *de Illustribus Grammaticis*. Eo nomine Ennius gloriabatur, se tria corda habere, quod Græcæ, Latinæ & Oscæ linguæ peritus: qua ratione & Gerionis tricorporis, & Erichthonii biformis fabulam prodigiosa finxit Antiquitas. Ego vero præoptarim habere unicum cor, ejusque interpretem, animi vestibulo locatam, linguam puram, simplicem, quam nullius mendacii & acerbitatis præministram, opprimentis improbis, & tutelæ innocentiæ exeram, qua Deo meo preces allegem, salutaria differam, & ubique, quantum humanitus datum, prosim. Has artes linguæ meæ velim, quas nec ambitiose, nec fastidiose, sed moribus animi conformi temperamento exercebit.

Cæterum ut sordidi & ignavi incredibili quadam animi perversitate scientiam, aut scientiæ opinionem, quam semel, velut tempestate delati, invaserunt, retinent, in eaque pertinaciter obhærent. Unde necesse est animo oboriantur errores, cum aliarum rerum imperiti uni scientiæ dediti. Aristoteles I. *de generatione*, Timæum & Platonem eruditissimos Viros incidisse in absurdas quasdam opiniones, quod Mathematicas disciplinas tantopere amarent, ad quas cum omnia referrent, naturalium rerum scientiam adipisci non potuerunt. Ita hi dum singula ambiunt, nihil certi assequuntur, sed vagi & instabiles jactantur. Nam cum se ad vitæ genus applicant, quod sub ingenti dignitatis fasce laborat, multa sciant necesse est, ut se habiles ad omnia ea reddant, quibus inter æquales emineant, & magnorum favorem aucupentur. Hic se ad aliena exempla componunt, iisque paria facere satagunt. Ita fit, ut cum non recte calculum cum Natura posuerint, quid ferre queat, quid recuset interrogarint, ne illa quidem adipiscantur, quæ si recta via contendissent, exposita ipsis erant. Jam studia palæstræ petunt, mox bellica, jam pacis artes & eloquentiæ decus, atque id genus infinita, quæ specie inanium blandiuntur. Hisce minutiis conciditur animus, & furtivo fluxu tempora, quæ superesse poterant, subducuntur. Ita cum omnia amplecti conati, cursim & festinantes singula transmiserunt, deprehendit incompositos nullius certæ rei scientia, & evenit, quod in peregrinatione solet, ut multa hospitia accesserint, nullas contraxerint amicitias.

Sed utinam horum infelicitas hic resideret. Non sine ingenti animi motu dixero: sæpius illustres animi & ad summa nati, incidentes in pædagogos tristes & umbraticos, frangant necesse est robur a majoribus insitum, & indolis lætitiam relinquant, sequantur ociosa studia ad præscriptum magistri, in iisque velut scopulo obhæreant, quæ ille didicerat. Inde fit, ut nunquam digna indole sua adfectent, nec quo sors nascendi evocarat perveniant, sed dediti tristissimis ineptiis & difficillimis nugis seipsos ignorent. Adde vitia utrisque familiaria. Nec ordinem, nec modum in disciplinis

ſervant; reciduntque in primum crimen, genii ignorantiam. Alii vagi transvolant, alii ſingulis nimis immorantur, aut ignavi in certis conſeneſcunt, territi difficultate ad ulteriora progrediendi. Alii denique in frivolis & ſupervacuis occupantur, donec illos ſenectus ad procedendum pigra opprimat. Adjice infinita, quibus brevem nobis vitam fecimus, irritum in ſupervacuis ſtudiis laborem, inſanam corporis curam, vana ſpectacula, varia ludendi genera, otioſas fabulas & conviviorum diutinas moras. Quæ omnia effecerunt, ut brevia vitæ ſpatia & imparia ſtudiis videantur.

Hinc ergo eſt, quod paucos hodie habeamus, quos Antiquorum exemplis tuto opponere poſſis, ſed ut Cicero 1. *de Oratore* appellat, præcones actionum, cantores formularum, aucipes ſyllabarum: ſed Theologos, ut milites e Cadmi ſemine ortos, eadem die natos & armatos: de quibus recte Synesius in *Dione* Φρονήματος γὰρ ἀντὶ φρονήσεως ὑποπλησθέντες, καὶ πρὶν μαθεῖν διδάσκειν ἐπιβάλλονται, φεῦ τῶν λόγων, καὶ τῶν δογμάτων τέρατα διεσπασμένα καὶ πολυκέφαλα, οἷά φασιν ἐπαναστῆναι ποτὲ τοῖς θεοῖς. καὶ ταῦτα τί ἂν εἴποι τις, ἢ σπαράττειν τὸ θεῖον ἅπαν, ταῖς ἀτόποις ὑπονοίαις περὶ αὐτοῦ; *Faſtuoſa audacia loco prudentiæ ſuffarcinati priuſquam diſcunt, docent, heu ſermones & dogmata, monſtra divulſa & multorum capitum, qualia aliquando contra Deos inſurrexiſſe ajunt. Et hæc quid aliud quis dixerit, quam Deum abſurdis opinionibus lacerare.* Etenim non tam abjecte de ingeniis noſtris judicandum, quaſi Antiquorum laudem & gloriam æquare non poſſint. Voluptatis amor a primo ortu ſenſibus noſtris implicatus effecit, ut ea exoptemus quibus illa alitur & fovetur. Inde ad multitudinis conſenſum compoſiti præcipiti curſu feſtinamus ad vitia delendis ingeniis nata, avaritiam & ambitionem, atque ita ad inertiam, aut genio noſtro repugnantia ſtudia delabimur. Diſciplina vero antiqua, & ſeveræ leges, quibus certi laborum gradus conſtituti, ut animi noſtri primis diſciplinis initiati, ſapientiæ præceptis ſeſe componerent, & quod vellent exercere, diu diſcerent, ne minimum quidem ſui veſtigium reliquit. Sed illi ſucceſſit præpoſtera feſtinatio, falſæ perſuaſionis mater, peſtis ſtudiorum, pernicies ingeniorum. Hippocrates in νόμῳ ſcribit: Medicinæ ſcientiam adfectanti inprimis opus eſſe optima natura, διδασκαλίης, τόπου εὐφυέος, παιδομαθίης, χρόνου. ἔτι δὲ φιλοπονίης προσενέγκασθαι ἐς χρόνον πουλύν, ὅκως ἡ μάθησις ἐμφυσιωθεῖσα, δεξιῶς τε καὶ εὐαλδέως τοὺς καρποὺς ἐξενέγκηται. Naturam enim noſtram agro ſimilem. Docentium vero præcepta, τὰ σπέρματα. ἡ δὲ φιλοπονίη, ἐργασίη, ὁ δὲ χρόνος ταῦτα ἐνισχύσει πάντα, ὡς τραφῆναι τελέως. At nos de ingenii noſtri agro minus ſolliciti ſumus, quibus ferendis minime exploramus, inania ſeligimus ſemina, eaque terræ incultæ & aratro non domefactæ committimus, quibus nec temporis maturitatem accedere patimur, ideoque nunquam ad fructum perveniunt. Præcipitamus conatus noſtros, & velut præruptis delapſi ad deſtinata ferimur. Ubi nunc Pythagoræa, ubi Platonica κάθαρσις? Ubi quinquennale vocis exilium, & illa moroſitas diſciplinarum, quibus imbuti animi ſapientiæ præparabantur. Profani, impii, ſcelerati doctrinæ myſteria accedimus, ſordidi & inquinati pura contrectamus. Ideoque & illa, quæ percipimus, non ad nutrimentum, ſed in corruptelam & perniciem cedunt: recte enim idem θαυμαστὸς Hippocrates apud Simplicium *Comment. in Enchiridion Epicteti*: τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων ὅσα ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψῃς. Unde & ipſe Simplicius: Χρὴ πρῶτον ἐξεμεῖν τὸν τῆς κακοζωΐας ἰὸν, καὶ τότε τοῖς τῆς εὐζωΐας ἀγαθοῖς τρέφεσθαι. ἡ γὰρ προϋπάρχουσα μοχθηρία τὰ προσιόντα χρηστὰ διαφθείρει. Sed Hippocrates Medicos imperitos ſimiles perſonis Tragicorum ſcribit. Nam ut illi perſonam induerunt, nec tamen hiſtriones ſunt: οὕτω καὶ οἱ ἰητροί. φήμῃ μὲν πολλοὶ, ἔργῳ δὲ παγχυβαιοί. Ita & nos non rite ſervatis omnibus, quæ leges diſciplinarum præſcripſerant, obtecti ſpecioſis nominibus, nihil iſtarum rerum, quas promittimus, poſſidemus.

Vulgatus igitur hic error recti locum occupavit, & communi ſuffragio a nobis non invitis receptus eſt, ſive quod deſidiam amemus, ſive quod turpe ſit, quæ imberbes didicimus — *ſenes perdenda fateri*. Nam & hic effectus vitii naſcitur, ut quaſdam præfinitas opiniones, imperitia educatas; intolerabili pervicacia tueamur, & etiamſi agnoſcamus culpam, nec fateri tamen, aut emendare eam velimus, ne erraſſe videamur. Et facile quidem hic error ſeneſcit, inertiæ defenſor, cui nemo non indulgere velit, cum honeſto & laudabili inſtituto eam fovere liceat. Dionyſius Longinus περὶ ὕψους quærens quid cauſſæ ſit, quod ſua ætate grandes & ſublimis generis orationes raro prodirent, magnorum ingeniorum nutricem, ait, Democratiam, cum qua & vigent & cadunt eloquentes. Libertas enim magnanimos ſpiritus alit, & alacritatem ad mutuam æmulationem injicit. Excitant Rhetorum curas, propoſita in Rebuſpublicis præmia & privilegia. Suo vero tempore nihil rectius quam ſervitutem homines didiciſſe, cujus inſtitutis aſſentatores evadimus. Eſt enim ſervitus quaſi communis omnium carcer, qui libertatem intercipit. Huic ſervituti potiſſimum nos aſtringit pecuniæ & voluptatis ſtudium: Ἡ γὰρ, inquit, φιλοχρηματία, πρὸς ἣν ἅπαντες ἀπλήστως ἤδη νοσοῦμεν, καὶ ἡ φιληδονία, δουλαγωγοῦσι, μᾶλλον δὲ καταβυθίζουσι αὐτάνδρους ἤδη τοὺς βίους. Ita cum velut longa ſervitute penitus exciſa libertatis memoria, dum ſtudia noſtra ad aliena ſuffragia vertimus, optimarum artium precium intercidit. Ignominioſum enim & pene infame ipſarum cultoribus eas arripuiſſe. Inde factum eſt, ut præclara ingenia diutino torpore hebetata, & tanquam veterno ſopita obdormierint, & cum ad ſumma pervenire potuiſſent, ne adſpirare quidem ad ea auſi ſint. Ut enim æmulatio ingenia alit, & vel invidia, vel admiratio eam accendit: ita cum nulli præceſſerunt, quos conſequi dignos ducimus, non tantum ſubrepit pigritia, ſed ipſarum rerum ſtudia pereunt. Hinc ergo eſt, cur de Philoſophia, aliiſque ſcientiis uſurpare poſſis, quod vetus Orator de ſæculi ſui eloquentia ſcriptum reliquit: *Eam velut expulſam regno ſuo: ut quæ olim omnium artium domina, pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumciſam & amputatam ſine apparatu, ſine honore, ſine ingenuitate, quaſi unam ex ſordidiſſimis artificiis diſci.*

CAP. XXXI.

1. *Avaritia impedimentum bonæ mentis.* 2. *Liberalia ſtudia honore & divitiis potiora.*

1. PRofecto ita eſt; nullum pernicioſius malum exſtinguendis honeſtis ſtudiis avaritia: quæ quotidianas ſollicitudines ferit, & perpetuo tormento diſcruciat. Per aliqua multos dies alienis opibus inſidiatus es: jam occupaſti prædam, incumbenda eſt. Diſpicis ubi colloces, ne qua vis fortuita eam abſorbeat, aut fallax nomen auferat. Ecce omnem pecuniam Idibus relegiſti, eandem Calendis fœnori dare quæris: hoc enim agis, ut ea quam latiſſimo exuberes. Jam ſedes ad calculos & æra diſpungis. Sordidis hiſce cogi-

cognationibus obsessus animus, ad omnes casus pendulus & gemens, non intelligo, quomodo honestis & ingenuis studiis invigilare possit. Somnos ipsos invidia perturbat, & pravarum cupiditatum imagines mentem inquietant. Nihil enim tam occupatum, tamque variis affectibus concisum, quam improbus & avarus animus. Galenus *Ora.* ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος ait: eum, qui majus precium divitiis quam virtuti ponat, artesque exerceat non tam bene de hominibus merendi studio, quam quæstus gratia, nunquam artis finem consequi posse. Neque enim pecuniæ acervos congerere, & arti, cujus latissimi sunt termini, operam dare licet. Peragrandas deinde multas provincias, ut experimentis comprobemus, quæ arte didicimus. Aspernandas divitias, & in doctrinæ usum profundendas, neque verendum esse pecuniæ contemtorem turpe quicquam commissurum, cum sola suadente avaritia homines inique agant. Vere enim Dionysius Longinus περὶ ὕψους: Οὐ δὴ ἔχω λογιζόμενος εὑρεῖν, ὡς οἷόν τε πλοῦτον ἀόριστον ἐκθειάσαντας, τὰ συμφυῆ τούτῳ κακὰ εἰς τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐπεισιόντα μὴ παραδέχεσθαι. ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ πλούτῳ πολυτέλεια, καὶ ἄλλα ἀνοίγοντος ἐκείνου τῶν οἴκων τὰς εἰσόδους, τῦφον καὶ τρυφὴν γνήσια γεννήματα πλούτου. Alcinous *de decretis Platonis*, Philosophum animo liberali esse oportere, ἐναντιώτατον γὰρ μικρολογία ψυχῇ μελλούσῃ θεωρεῖν τὰ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα. Zeno cum omnia sua audiret naufragio submersa, fortunam se expeditius philosophari velle dixit. Multorum exemplo didicimus, sæpe ad philosophandum obstitisse divitias. Nullos sane Philosophos ad invidiam felices accepimus, sed plerosque studiis inhærentes inopia exstinctos. Ita semper *bonæ mentis soror est paupertas*. Hoc enim sacramento milites suos recipit vera eruditio, jactentur varia ratione, ut vel infra ipsam pecuniam abjecti videantur. *Amor enim ingenii*, ut Petronius ait, *neminem divitem fecit*.

Quare nec mihi invidiæ aut fraudi erit, si vel pauxillum temporis in hasce litterulas, sapientiæ nutrices, spretis aliis voluptatibus contulerim, fortassis cum despectu honorum & dispendio rerum mearum, Circæo poculo, ignoscite Musæ, ebrius. Intelligo enim curiosos pro sua gravitate literarum studia vitio vertere, tanquam si honorum & divitiarum contemtum parerent: quos si adfectus in me inquirere coegit, beneficium debeo, & gratias ago humanitati. Si vero nimiæ curiositati hunc adfectum indulserunt, ad risum fortasse vel commiserationem, parcant quæso, nihil profutura anxietate animum inquietare. Quasi vero eruditio aditum ad honores intercludat, quem munire solet. Nunquam mehercles dixero, quam valde mihi placeam, quod Epaminondæ fatum me dignetur. Narrat enim Plutarchus, cum ob Philosophiæ studia quietum, & ob mediocres opes pauperem judicatum, parietibus domesticis se coercuisse.

Sed ut hanc litem meam faciam, respondendi partes mihi adsignatas putabo. Velim ergo me doceant Censores mei, quid honores appellent. Nam si honorem interpretantur, flectere potentioribus cervices, & anxie cum iis conversari; pari fortassis securitate, qua leoni prandium paramus, precium laboris præmeditatam mortem expectantes. Si dignitatem existimant, terere tribunalia inter sordes ac lacrumas reorum, circumfusi populi comitatu premi, & nunquam nisi prænuncio clamore conspici, omnium interim odia experiri, & quotidie invito animo aliquid agere; ne hisce omnibus prætulerim secedere quieti, & bibere sacros illos fontes, gloriam Poetarum, frui perpetua & nunquam intermoritura jucunditate, animo puro & nullo scelere inquinato, securitate me defendere potius, quam amicitia potentum niti; relinquens interim posteris sciscitandi curam, si qua tamen illis memoria nostri, cur mei me tacitum funus sine ambitiosis lacrymis composuerunt. Si vero honores capiunt, nullius animum invidia accendere, non prætexta & purpura, non securibus & virgis potestatem præferre, sed amicis & propinquis præsidium, periclitantibus salutem ferre, toti denique mortalitati utilem operam præbere, istiusmodi, si quid sentio, nemo sapiens negliget aut repudiabit. Quin ergo prosilis & rebus te immisces. Si nescis, collecta in se virtus & fallens situ,

Parum sepultæ distat inertiæ.

Ignoscite quæso, neque enim adhuc dies cessit. Satis tempestive ad Rempublicam accedit, qui ut eam prudenter regat, diu didicit. Mirari soleo cum D. Augustino Pythagoram, de quo Varrone auctore lib. II. *de Ordine* cap. XX. ita scribit: *Efferre laudibus soleo Pythagoram, quod regendæ reipublicæ disciplinam suis auditoribus ultimam tradebat, jam doctis, jam perfectis, jam sapientibus, jam beatis. Tantos enim ibi fluctus videbat, ut eis nollet committere nisi virum, qui & in regendo pene divine scopulos evitaret, & si omnia defecissent, ipse illis fluctibus quasi scopulus fieret. De solo enim sapiente verissime dici potest: Ille velut pelagi rupes immota resistit*. Brutidium, Tacitus narrat, artibus honestis copiosum festinationem exstimulasse; *dum æquales, dein superiores, postremo suasmet ipse spes anteire parat*. Quod multos bonos pessumdedisse notat prudentissimus scriptor, qui *spretis quæ tarda cum securitate, præmatura vel cum exitio properarunt*.

Scio me in ea tempora natum, quibus instruere animum expedit alienis exemplis. Sequor itaque Epicurum, cui sapienter placuisse accepi, *nihil esse tentandum, nisi cum apte poterit tempestiveque tentari. Sed cum illud tempus diu captatum venerit, exiliendum. Dormitare de fuga cogitantem vetat, & sperat etiam ex difficillimis salutarem exitum, si nec properamus ante tempus, nec cessemus in tempore*. Hoc cum se nobis ostenderit, non retinebunt escitantem nemora & luci, non dilectæ Musarum sedes. Haud prorsus ambiendi ignarus sequar innocentiæ & virtutis spectatores. Sinite me interim imitari totius naturæ solenne munus, quæ interposita quiete vices suas implet. Lassus dies decedit nocti, totiusque adeo mundi honor moritur, ut indicto communi justitio vires recolligat, & universo orbi redivivo lumine blandiatur; & somno, velut induciis interjectis, fessa corpora reconciliata labori reparentur. Æstatem sequitur hyems, ut terra intermissa fœcunditate ad vires redeat, semina corrupta revirescant, & arbores a senio & tristitia lætiores frondium comas resolvant. Has leges æmulamur; nam & vis animi soluta feriis & quiete, fortior ac alacrior negociis sese reddit. Quanquam & intra hos parietes magistratum gero. Nonne videor vobis censorem agere, cum vitiis meis minime adulatus, frugalitati me assuefacio, supervacua præscindo? Nonne præturam exerceo, cum animum timidis votis infestatum, & variis opinionum ac cupiditatum divortiis male diffidentem compono? Nonne ædilitatem gero, quoties experior, quam exiguum natura desideret? Etenim fluxa, lubrica, incerta & fortunæ insidiis exposita, non video, quam bea-

tum efficere possint. Quæ enim felicitas, cum animus semper æstuans veretur ne amittat, quæ Sisyphæo labore consecutus est. Ecce melior vitæ tuæ pars sub persona exacta, oculi vultusque etiam amicissimis mentiti. Libertatem & decus ingenuitatis alienæ potentiæ mancipasti. Magna adeptus es, fastidienda aut timenda. Sed non patebat adscensus, nisi per præcipitia & ruinam. Pervenisti ad summum; in præcipiti hæres, casu descendendum est. Jam vereris blanditias, ad rumores fictasque in triviis fabulas contremiscis, etiam obscure cogitata perhorrescis. Palam laudatus secretas criminationes times. Palam accusatus, ignorantiæ simulatione culpam declinas. Ora omnium atque oculos intueris, in omnes habitus te componis, ut invidiam aut fastidium evites; quod tamen, cum omnia molitus, etiam in recte factis tibi exspectandum est. Quid ipse divitiæ nonne in casu positæ & fortunæ injuriis subjectæ? Latissima agrorum jugera equis tuis aras, ingens pecuniæ cumulus fundis nominibusque depositus. Magnam tui copiam fortunæ fecisti, ubique illi in damnum pates. Inde mille in animo cruciatus, funestas clades avara mente præsagis. Prospicis tempestates, & nubes rupturas credis, quæ sine nimbo præterlabuntur. Nihil igitur ex superfluis opibus ad animum possidentis redundare solet, præter timorem, qui velut turbo implicatos involvit & dejicit. Semper enim fortuita metuit, unde infiniti fluctus oboriuntur, quæ *ἀθυμίαν* turbant, sine qua nulla est beatitudo. Quin ergo illa paramus, quæ ut Aristippus ajebat, *e naufragio nobiscum enatare possunt*, quibus nec potentum iræ, nec publica clades, nec barbara immanitas nocere potest. Quibus freti exules & deserti, ne peregrina quidem auxilia frustra invocabimus, soli liberi, potentes, divites; ut ii qui fortunæ vomitum, tanquam cloacæ, exceperunt, servi, pauperes, miseri. Quomodo enim liberi erunt avaritiæ & pravis cupiditatibus mancipati, pavidi & imparati ad eorum amissionem, quæ ex arbitrio instabilis fortunæ pendent? Quomodo non egeni & miseri, qui opinione inopiæ omnium rerum desiderio torquentur, quorum animus non magis expleri potest, quam incensa viscera humore satiari. Neque enim aliena opinione, sed suo ipsius animo divitiæ æstimandæ. Omnia possidemus, si nihil concupiscimus, si alienis non inhiamus. Insatiabiles avaritia semper aliquid nova egestatis persuasione mendicabunt. Ita qui omnes divitiis superarant, a suis cupiditatibus victi sunt. Neminem igitur pauperem probabis, nisi prius avarum ostenderis. Certe animo divites sumus, de externis alii laborent. Quanquam meum non est censoria declamatione opes vituperare. Bene olim ille: *Vanum gloriæ genus, odium divitiarum*. Non perplexe agam; fatebor simpliciter me ad istum sapientiæ gradum non pervenisse, ut intelligam, quam recte Anaxagoras patrimonium reliquit, quam sapienter Crates Thebanus rem familiarem abjecit. Etenim dum se manumittere parat, ineptissimæ opinionis nexu involutus ambitionem perversa via secutus est. Majus opus existimo, frenare cupiditates, & in summa rerum affluentia recte philosophari. Novit enim sapiens sibi divitias inservire, stultis imperare; quas cum possidet, indignis ereptas & recte collocatas credit. Has igitur nec spernat, nec ambitiose petat, sed eas *habebit nulli detractas, nec alieno sanguine cruentas, sine cujusquam injuria, sine sordidis quæstibus partas, quibus nemo ingemiscat, nisi malignus.*

Sed de his disputandi alius locus erit: nunc saltem intueamur istos sub ingenti divitiarum onere suspirantes, & quid magnopere invidendum habeant, inspiciamus. Ampla agrorum spatia arant, & per suburbana splendide instructa fastuosi incedunt. Culta illis auro servorum agmina, calcatur domus vice templorum exornata. Epulas instruunt, quibus aucupum & venatorum exercitus militarunt. Inter hæc tamen splendida & opulenta miseri Tantalidæ non captant, ut in fabulis est, fugitivam undam, sed concoquunt sitim beatitudinis & bonæ mentis, quam optimorum studiorum cultores propriam possessionem legitimo titulo occuparunt. Age consideremus quod precium illis ponendum. Arborem infelicem a trunco æstimamus: divites imperitos, amolitis fortunæ exuviis, nudos & solos spectamus. At vero arbor infœcunda rogo imponenda cæditur, & ne locus quidem, cui infixa hæserat, commonstrari potest: simili modo illi quoque plene exstinguuntur: & cum in vita nihil dignitatis nisi a captatoribus habuerunt, crimen & dedecus ad posteros tradunt.

2. Eruditi vero, postquam mortales reliquerunt, vera ἀποθεώσει immortales esse incipiunt. Sed parcam hic mihi indulgere. Nullus enim dicendi modus, si in hunc campum latius evectus fuero. Et quoniam video stultis & impolitis præcipuum divitiarum usum in voluptate, nihil de utilitate & excellentia optimorum studiorum dixero: sed opponam eorum delectationem, quæ singulis momentis, velut suavi pruritu, obludit. Quid enim dulcius libero & excelso animo, quam rimari placita sapientum, præmunire animum adversus imminentia, & per latissimos doctrinæ campos libero cursu ferri? Secedere animo in loca innocentia & incontaminata, acie mentis viam sibi ad sublimia aperire, ipsumque cœlum penetrare, excutere siderum vias, & mentem universi inquirere, transilire mortalitatis terminos & divinis adscribi. Mox relinquere domicilium, pererrare totum orbem, & quæcunque ille longe lateque tegit uno aspectu complecti. Et hoc quicquid est, non pecuniæ, non cujusque officio, sed sibi ipsi dare. Quid quæso huic simile habet ingentium opum & magnæ potentiæ voluptas? quinimo secretum ipsum horrore divino mentem percellit, in quo velut sacro secessu in ipsis adytis tacito murmure Deo colloquimur, subductis siparíis, quæ profanorum oculis obtendi solent. Quem non delectabit fide Annalium relegere vestigia majorum, & agnoscere errantem orbem eadem vertigine circumvolvi, inter tam cæcos etiam prudentum errores, & audacium vanos conatus, in tanta consiliorum & rerum varietate. Quæ cum nos exspectatione suspensos tenent, interdum pressis favemus, felicibus infensi, ad dolorem aut spem rapti. Ipsius fortunæ lusus incredibilem delectationem animo relinquuntur, imo vitio gentis humanæ, secura recordatio alienæ miseriæ suavitate quadam permulcet, sive quod nobis gratulemur extra eundem ictum constitutis, sive quod pari molestia non premamur. Quem quæso nostrum non adficiet, cum legit ducem illum Pœnum, qui solus invictæ fortitudinis procella surgentem Romanorum potentiam, & toti orbi frena minantem, deturbavit & compescuit, haustu veneni ultimam necessitatem pati. Pompejum, quem pene puerilibus annis triumphantem Roma stupuerat, victum a genero, cum ipsius fortunæ tremore effæminata manu cadere. Inter has rerum vicissitudines, quis non sentiret idem sibi usu

venire, quod in ſpectaculis ſolet, cum hiſtriones adfectus noſtros lacrumis & gaudio miſcent.

Uulgata percenſeo & cuivis expoſita. Qui vere contemplantur, ipſius gaudii quoddam pondus ſentiunt illa parte, qua inerudit molestiam arbitrantur. Etenim omnis cognitio obſtructa eſt magnis difficultatibus, cum ipſis rebus tanta obſcuritatis caligo offuſa, tantaque judicii noſtri infirmitas, ut vel eruditiſſimi quique adſequi illa quæ cuperent, ſæpe diffiſi ſint. Non fraudat tamen, ut imperiti exiſtimant, animum noſtrum ſua voluptate rerum difficultas. Ipſo enim inventionis labore lenocinatur, & leni quodam gaudio perfundit. Hoc quidem ex eo ſatis apparet, quod ex tot ſæculis nulli defecerunt, aut inveſtigandi ſtudium defatigati reliquerunt. Legimus Socratem a ſummo lucis ortu ad alterum ſolem inconnivum, immobilem, ore atque oculis eundem in locum directis ſtare ſolitum: tanta enim contemplationis delectatio, ut laſſitudinis tædium facile falleret. Zoroaſter viginti annorum moram in ſecreto tulit, ne ab inveſtigatione rerum abduceretur. Democritus poſt peragratas totius orbis provincias oculos ſibi eruit, ut ad inventionem ſufficeret, nec in exquirenda rerum natura vanis cogitationibus impediretur. Sane niſi incredibilis illa voluptas, quam ex ingenuis artibus percipimus, earum amatores non tantos labores, non damna ſuſtinuiſſent. Videmus earum dulcedine irretitos famem & ſitim tuliſſe, nullam facultatum jacturam æſtimaſſe, rerum ſuarum, imo ſui ipſius penitus oblitos. Carneadem tradunt tanto animi ardore ſapientiæ ſtudia conſectatum, ut cum aliquando diſcumberet, manum ad cibos porrigere non meminerit. Archimedes adeo intentus abaco & pulveri, ut ne patriam quidem expugnatam ſenſerit. Quin ita animi intentione raptus, ut percunctanti militi nomen ſuum indicare non potuerit. Ideoque ferro trucidatus, figuras, quas deſcripſerat, cruore confudit. Adeo ut recte Plutarchus ſcripſerit, *τῆς περὶ τὰ πάντα γινώσκειν ἡδονῆς ἀκρασίαν τινὰ εἶναι, καὶ ῥύσιν ἐκβιαζομένην τὸν λογισμόν*. Et cum aliæ omnes voluptates citius quam cœperunt effluunt, & poſt primum impetum marcent: ſæpeque nihil ex iis præter pœnitentiæ ſpolium remanet, aliis vero illorum aliquid demit effœta ſenectus, & inter initia ſubrepens tædium: hæc ſola perpetua, per omnes ætatum gradus non comitatur, rebus ſecundis ornamentum, adverſis lenimen & portus; quæ tam arcto vinculo adhæret, ut etiam nobiſcum pernoctare videatur. Sæpius mihi lectus, cum a recenti cognitione, qua exceptus mortalium cœtu, Deo paulisper ſeceſſeram, ſomno remiſſiore animum ſolutus, jucunda imagine cogitata mea reddit: tanta ſuavitate, ut exiſtimem ipſam lunam, rectam caliginoſa nube, jucundum os pleniori ſpeculo oſtendere, totumque cœlum clariori luce blandiri, adeo ut tunc primum incipiam minus invidere Pythagoræ, cujus aures ſibi imaginari potuerunt mirabilem ſonum, quo cœleſtia corpora motibus ſuis pertentatum aera mulcent. At quo tandem impetu, quo ingenii torrente hæc oblectamenta prodam? Quis ſpiritus eorum laudibus par erit? Abjungendum eſt in ſpatio, licet metam nondum attigerim. Ut ille olim, inter præcipuos pingendi artifices, ingenii laude apprime nobilis Thimanthes, cum luctuoſum Iphigeniæ, perituræ ſacrificium expreſſiſſet, quaſi omnibus præ incredibili mœroris acerbitate ſanguis refugiſſet. Jamque tota triſtitiæ imagine manus victas ſentiens, patris, Agamemnonis caput peplo involvit; cujus ſcilicet fletum digne oſtendere non poterat, ſpectantis adfectui æſtimandum reliquit: ita ego, cum magnitudinem iſtius gaudii, quod ex optimis ſtudiis percipimus, non dicam exprimere, ſed ne adumbrare quidem poſſim, peritorum judiciis illud tranſſcribam, tanquam picturam, in qua plus intelligitur, quam ars exprimere potuit. Quam tamen immenſam voluptatem nec avarus, nec ambitioſus capere poteſt. Non referam quæ Plato lib. IX. *de Republ.* diſputat. Ea divina & præclara ſi vos vel leviter guſtaſſetis, omni lucro & ſplendore antiquiora ſtudiorum oblectamenta judicaretis. Non invidebitis igitur nobis hanc voluptatem, opinione veſtra perexiguam, nec ſuccenſeatis, ſi nos eam delectationem ex optimis ſtudiis capimus, quam vobis nocturnæ commeſſationes, ſermones otioſe arceſſiti, alea, & jucunda inprimis nummorum contemplatio conferre ſolet. Et quis tandem rationem actionum mearum a me exigere audebit? Non perdidi libertatem; ſed ea mihi ſalva genium meum pro arbitratu propitiare. Vota mea nihil ultra petunt, quam Socrates apud Platonem in *Phædro*: Veram pulcritudinem, quam ſola virtutis poſſeſſio tribuit, potiorem omnibus aliis bonis; eamque mentem quæ hanc præferat, ſolumque ſapientem divitem exiſtimet. Nihil ſuperfluentium divitiarum, nihil luxui & libidini paratum, ſed quantum temperantiæ ſatis. Et illam *εὐθυμίαν*, quam Democriti ſchola ſummum bonum ſtatuebat, *οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ ἡδονῇ, ἀλλὰ καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου ἢ δεισιδαιμονίας*. Qua levati ſuperſtitione, liberi a mortis metu vivimus, totaque ſedes mentis tranquilla, nullis agitata fluctibus erroris aut formidinis, quæ ex rerum occultarum ignoratione oriri ſolent. Qua animus in tuto collocatus, & periculis major, velut ex arce prærupti montis, hunc mundum paſſim inaniter motitantem cernit, ejuſque incolas velut in fabula hiſtriones ridet. Quanquam hæc inexplebiles opum, quibus libido ſuarum cupiditatum nefanda extorquet, & ad omne ſcelus impellit, nihili æſtimant, atque ideo fruſtra me ineptiis meis plauſiſſe judicant. Equidem haud ignorabam ob auctoramenta pravarum cupiditatum, eorum vota, qui ſtudiis liberalibus & ſapientiæ cultu gloriantur, ab imperitis & improbis explodi ſolere. Neque enim aliter fieri poteſt, cum ipſa ſtudiorum diverſitas odia & contemtum ferat. Recte Plato VI. *de Republ.* Quos ſtudia totos occuparunt, frui ſolida & pura animi voluptate; illam vero, quæ corpus adficit, omnino ſpernere; temperantes & minime avaros, utpote qui omnes cauſſas, quæ homines ad congerendas divitias impellere ſolent, prorſus reliquerunt. Quomodo enim in ejus mentem cadere poteſt ulla *ἀνελευθερία ἢ σμικρολογία*, qui mentis acie *παντὸς χρόνου καὶ πάσης οὐσίας*, æternitatis, omniumque adeo rerum naturam eruit. Deinde cum omnes ex multorum judicio pendemus, illaque optima exiſtimamus, quæ univerſis probata, omnes eandem viam ſequi elegerunt. Ab hac quiſquis, ratione ductus, diſcedit, deſerere partes dicitur. Inde contemtus & injuriæ perditorum, quas ſapientiæ affectator, velut in acie conſtitutus, ut tela inani petitione jactata ſpernit, & apud commilitones ſuos verba Clementis repetit: *οὔποτε ἄρα ὀρεκτέον τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν. ἃ μὲν γὰρ ἐκείνοις ἤρεσκεν, οὐκ ἀσκοῦμεν ἡμεῖς*. Qui vero & legitimo modo philoſo-

phantur, contemtores popularium opinionum, A deflectere a solita via consueverunt, ut veritatem inveniant, quam profani frustra quærunt. Profanos intelligit Philosophia, optimarum artium ignaros, qui per hebetes mentis oculos, *τὸ νοητὸν φῶς* videre non possunt, sed tenebris circumamicti ratione & veritate, velut spectris & infernis imaginibus, turbati, stuporem non excutiunt. Quid ergo mirantur, si contemtum invenerunt, qui probis probari potius, quam communi insaniæ consentire maluerunt. Recte Plutarchus *de tranquil. animi*: *ὑπεροψίαν καὶ περιφρόνησιν μέγα πρὸς φιλοσοφίαν ἐφόδιον*. Non repugnabo insanus B bono meo, sed invictus & liber tyrannidem vulgaris opinionis feram, bonæ mentis pædagogum. Perficiam profecto, ut intelligant, suam cuique sponsam esse pulcram, mihi meam. Bene olim Thebanus ille tibicen, qui cum de corona coram imperitis contenderet, non flexit cantum ad theatri compositos applausus, sed decenti harmonia legibus artis obtemperans animose ajebat: SE SIBI CANERE ET MUSIS.

Sinesius *Dione*:

Ἠγώνισταί γε πρὸς τοὺς ἀμούσους ὑπὲρ μουσῶν, οἳ καὶ κακοήθως ἀποδιδράσκουσι τὸν ἔλεγχον τῆς ἀμαθίας, τῷ καταφεύγειν ἐπὶ τὴν λοιδορίαν ὧν ἠγνοήκασιν.

Depugnatum est pro Musis adversus ineruditos, qui maligne declinant crimen ruditatis, & imperitiæ, dum confugiunt ad vituperia illorum, quæ ignorant.

F I N I S.



JOSEPHI LAURENTII,

LUCENSIS,

DE

PROFESSORIBUS, ORATORIBUS, NOMENCLATORIBUS ET LITTERIS

COLLECTIO.

AD BERNARDUM BONVISIUM

PATRICIUM LUCENSEM.

INDEX CAPITUM.

JOSEPHI LAURENTII, LUCENSIS, DE PROFESSORIBUS, ORATORIBUS, NOMENCLATORIBUS ET LITTERIS COLLECTIO.

AD BERNARDUM BONVISIUM PATRICIUM LUCENSEM.

CAP. I.

Publici Professores litterarum a Principibus acciti. Ludus litterarius a quo primum mercede apertus? Gymnasia ubi olim in Græcia? Asylum Athenis ubi? Gymnasia per Italiam etiam fuere. Quis primus apud Hispanos conduxit Præceptores? Pueri in porticu antiquitus edocti. Gymnasia quot & qualia Athenis? Superiorum Gymnasium quale? Stoici unde dicti? Grammatici quales olim sic appellati? Academiarum variæ appellationes. Gymnasia ob quid instituta? Quinam in eadem conveniebant? Exercitationum varia loca. Gymnasiorum omnium Deus Mercurius habitus. Gymnasia unde sic dicta? Quantus honos habitus Magistris? Imagines Præceptorum in quo honore habitæ ab Antonino? Sepulchra amicorum floribus ornata. Amicis parentandi mos. Antiqui ritus sepulchrales. Salarium Philosophis de publico impertitum. Stipendia Professoribus quando soluta? Minerval quale munusculum? Idem Minervæ dicatum. Præmia docentium varie denominata. Olea Moria quæ, & unde dicta? Athenis quis primus libros legendos publice præbuit? Scriptores apud Ægyptios cui Deo libros suos inscribebant?



SEMPER bonæ litteræ, barbarie ablegata, in aliquo pretio: sed quia ad agros colendos (cum incolæ & inquilini non sufficiunt) advenæ aliunde evocantur; ita ad ingenia excolenda publici Professores acciti salariis honorificis (ætates multæ hujus rei testes, vel sponte ludum litterarium aperientes) ad prima jacienda fundamenta, vel Principum munificentia, nobilium liberalitate detinentur, foventur.

Quis vero primus mercede publicum gymnasium aperuerit, Plutarchus eruditissimus *Quæst. Rom.* LIX. aperte his verbis ostendit: *Sero cœptum est mercede doceri, primusque ludum litterarium aperuit Sp. Carbilii libertus, ejus qui primus uxorem dimisit*. Cicero in *epistola ad Ticinium* refert: *Equidem memoria teneo primum Latine docere cœpisse L. Plotium quendam, ad quem cum fieret concursus*, &c. Locum ludorum literariorum fuisse circa

A forum docet Dionysius *lib.* II. his verbis: *Tunc autem puerorum ludi litterarii circa forum erant*. Plutarchus in *Theseo*, in medio urbis fuisse ostendit in Græcia, his verbis: *Sunt autem in media Urbe juxta gymnasium sita, asylumque ibi servis, atque humilioribus fortuna hominibus, potentiorum opes formidantibus constitutum, quod & Theseus patronus & propugnator quidam fuisset, & humane benigneque preces humilium exaudisset*. Ex quibus colligo Asylum apud Athenienses fuisse in medio Urbis, prope gymnasium publicum. Quod & Gabiis fuerint ludi litterarii ad pueros instituendos, vel Romuli tempore indicat Plutarchus in *Romulo*:
B *At etiam Gabios delati pueri, litteras didicisse feruntur, ut ingenuos decebat pueros*, &c. Tusculanos etiam habuisse hos ludos idem Plutarchus in *Camillo* ostendit: *At Tusculani errorem callide avertentes, cum esset jam ex expeditione adversus ipsos Camillus, aratoribus, pastoribusque agros, ut in alta pace compleverant, patebant portæ, pueri in ludis operam litteris dabant*, &c. En pacis indicia certa. Apud Hispanos videtur extitisse primus Sertorius, qui Præceptores Græcarum & Latinarum litterarum conduxerit, quod ex Plutarcho in eodem *Sertorio* apparet: *Maxime autem benevolentiam sibi comparavit ex his, quæ circa puerorum e-*
C *ruditionem machinatus est. Nobilissimis siquidem adolescentibus, in Oscam Urbem convocatis, præceptores eis tradidit Græcarum & Latinarum litterarum*. Idem *ibidem*: *At patres eorum vehementer gaudebant cernentes filios prætextatos honestissime ad magistratus euntes, & Sertorium pro eis salaria pendentem, ac sæpe ipsos examinantem, & præmia doctoribus tribuentem, bullasque aureas donantem*. In porticu edoctos pueros refert Plutarchus in *Cimone*: *Exercebantur tunc forte in medio porticus puberes simul, atque adolescentes*. Tria gymnasia reperio Athenis fuisse, authore Suida. Alte-
D rum Lycæum dictum juxta Athenas, in quo Aristoteles frequentissimo auditorio philosophiam profitebatur perambulans, unde dictus Peripateticus: Alterum Academia mille passibus Athenis distans, ab Academo dicta, ubi Plato professus: Tertium Cynosarges, sic dictum a cane albo, qui, sacrificante Diotimo, rapta femora in hunc locum detulit. In hoc Gymnasio Aristippus Cyrenaicæ sectæ princeps docuit. Hic pueri nothi exercebantur, qui neque a patre, neque a matre civitatis,

jus habebant: unde contumeliæ gratia in spurium jactitabant, εἰ Κυνόσαργες, id est, *ad Cynosarges*. Erat hic locus extra portas Atheniensium, Herculi dicatus, quod & ipse nothus, ac matre mortali natus esset, qui unus imperii impatiens Linum præceptorem flagris verberantem occidit, ut refert Suidas. Huc Themistocles adolescens arte pelliciebat ingenuos aliquot adolescentes, quo paulatim tolleret spuriorum & legitimorum discrimen. Plutarchus in *Themistocle*: *Quapropter, cum nothi in Cynosarges coirent, (gymnasium id Herculis est extra mœnia, quod nec ille justus Deus, sed nothus ex genitrice esset mortali) induxit nonnullos Themistocles ex nobilitate juvenes, ut se in Cynosarges comitarentur, secumque ungerentur. Quare callide videtur nothorum & legitimorum sustulisse discrimen*, &c. Aliud gymnasium legimus Athenis dictum Stoam, seu Pœcilen, ex varietate picturæ a Polygnoto factæ gratuito. In hac Zenon professus; unde dicti Stoici.

Grammaticorum nomine olim significabantur non pulvere scholastico sordidi, sed illustres viri, atque omni genere scientiarum excellentes. Recte Cassiodorus, Grammaticorum schola, gloriosæ mater facundiæ. Academiarum hæc nomina, Cœnobium, Collegium, Domus prophetarum, Lyceum, Synagoga, Asceterium, Athenæum, Cynosarges, Diatriba, Didascalium, Heracleum, Hermæum, Ludus, Meleteterion, Museum, Phrontisterium, Schola, Studium, Gibba, Labracha, Peripatus, Stoa, Amalthea, Gymnasium, Heracleum, Xystus, Cerda.

Gymnasia, loca exercitationis gratia instituta & delectationis, inter Græcos Lacedæmonii & Athenienses aperuere. Postremo Romani palæstras nuncupavere.

1. In Gymnasium conveniebant Philosophi, Rhetores, &c. disputaturi, &c.

2. Adolescentes ut exercendi modum addiscerent.

3. Athletæ qui se exercebant in publicis ludis, seu sacris certaminibus ad delectandum pop.

4. Nobiles aut ignobiles, qui, vel militaris disciplinæ, & fortitudinis, vel tuendæ valetudinis gratia exercebantur.

5. Qui fricabant lavabantque.

Primæ gymnasiorum partes fuerat exhedræ, in quibus philosophi, rhetores, mathematici disputando, legendo exercebantur.

2. Ephebeum, ubi pueri in palestris exercebantur summo mane ante viros.

3. Coriceum, locus ubi denudabantur homines antequam lavarentur, aut exercerentur, Apodyterium dictu.

4. Elotherium, seu Alipterium, ubi unge- [illegible]

5. Conisterium, in quo pulvis, quo uncti luctaturi aspergebantur.

6. Palæstra, ubi athletæ lucta & pancratio exercebantur.

7. Sphæristerium, ubi varie exercitantes, præsertim pila.

8. Xysti, seu porticus tectæ, ubi hyeme athletæ luctabantur & ambulabant.

9. Balneum ob delicias & sanitatem, ut quotidianas sordes eluerent, & postea cœnarent, antiqui in Tiberi, recentiores in balneis. De Balneis alibi.

In Gymnasio suo, id est, Academiæ villæ Tusculanæ, Cic. Hermathenæum, id est, Mercurii & Minervæ statuam locavit. Mercurius enim Deus omnium gymnasiorum communis, tam eorum, quæ animi sunt, quam eorum, quæ corporis. Minerva autem animi, & disputationum, ut quæ liberalium artium sit præses. Hermeracle erat Mercurii & Herculis statua. Gymnasia autem ideo dicta, quod nudi in illis exercerentur: id autem factum eo casu. Cum antea ideo cincti decertarent ne nudarentur, quidam cursor cingulo relaxato repente prostratus & exanimatus est. Quare ex consilii decreto tunc Archon Hippomenes, ut nudi deinceps omnes exercitarentur permisit: retentis solum femoralibus, ut pudori consuleretur. Cæterum gymnasii nomen quam palestræ latius patere plerique docti opinantur: licet apud plerosque pro eodem usurpentur. Suet. *de claris Orat. Primus studium Grammaticæ intulit in urbem Crates Mallotes Aristarchi æqualis, qui missus ad senatum ab Attalo rege inter* II. & III. *bellum Punicum, sub ipsam Ennii mortem; cum in regione Palatii prolapsus in cloacæ foramen, crus fregisset, per omne legationis tempus, simul & valetudinis plurimas acroases, id est, prælectionis subinde fecit assidueque disseruit, ac nostris exemplo fuit ad imitandum*. Gymnasia, fora ædificantes suis illa nominibus insigniebant: plerique etiam equis nomina sua inurebant, ut sui memoriam ad posteros quoque transmitterent, Novar. *Sched.* lib. VI. cap. I. Gymnasiorum ἐπίσκοπος, & inspector, dictus Mercurius, Lucil. in *Anthol.* l. II. ep. III. Quædam olim gymnasii pars erat, in qua vestes deponebantur. Plato in *Euthydemo*: *Obtigit, ut sederem in apodyterio, id est, in ea parte gymnasii, ubi vestimenta exuuntur, solus.*

Quantus autem honos habitus a discipulis magistro, sapientissimus Seneca verbo innuit, aureum hoc dictum instillans: *Tam medico quam præceptori pretium operæ solvitur, animi debetur.* Capitolinus subsequitur in *Antonino*: *Qui tantum honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in lario haberet, & sepulchra eorum additis hostiis & floribus semper ornaret.* Non solum philosophorum imagines, ut refert Sidon. *ad Faustum* ex Crinito, sed etiam Deorum, Apulejo teste, *de dogmate Platonis*.

Ex his videre licet morem ornandi sepulchra amicorum floribus, sed dicis causa: & alium priscum morem amicis parentandi noto in Plutarcho *de fortuna & virtute Alexandri Magni*, his verbis: *Darium videns jaculis confixum non sacrificavit, non pæanem cecinit, ut qui ad finem longi belli pervenisset, sed chlamydem corpori suo detractam cadaveri injecit.*

Hostium quoque spolia una sepulta ostendit Plut. in *Pelop. Fama est eos, qui huic prælio interfuerunt, non ante loricam deposuisse, non equo frænum detraxisse, non vulnus obligasse, ubi Pelopidam cecidisse acceperunt; sed armatos & calentes ad mortuum accurrisse, veluti spirantem, atque hostium spolia undique circa corpus cumulasse, totondisse equos, & seipsos multos cum in tentoria se recepissent; nec ignem accendisse, nec cibum cepisse, silentium & mœstitiam universum exercitum occupasse.* Et *ibidem*: *Alexander Magnus, defuncto Ephæstione, non equos modo & asinos totondit, verum etiam pinnas detraxit muris, quo urbes loco prioris imaginis sordida assumpta, & squallida specie lugere viderentur.* Non solum ergo spolia hostium sepulta, sed etiam tonsura facta in luctu magno.

Lucianus corollarium huic addit non negligendum *Dialogo de mercede conductis*: *Siquidem* (ait) *id temporis non dissimilis videre sepulchrali columnæ vetusti cujuspiam cadaveris,* quæ

A *quæ gestare solet ea, quæ Manibus inferuntur, nam huic infuso unguento, impositaque corona, ipsi & bibunt & edunt apparatas epulas*. Plutarchus in *Erotico: Ejus sepulcrum in foro monstrant, cui etiamnum magna insistit columna.* Coronabant etiam loca, ubi plerumque considebant. Lucianus in *Vita Demonactis: Sedem illam lapideam: super qua, si quando correptus lassitudine quiescere solebat, adorabant, sertis coronantes in honorem viri*. Et *Dial. Charon*, sive *Contemplantes*: *Quid ergo saxa illa coronant, unguentoque inungunt? Alii præ tumulis constructo rogo, ac fovea effossa sumptuosas illas exurunt cœnas, & vinum mulsumque in ipsas foveas infundunt*.

B Ad Philosophos revertor, quibus munifice salarium datum. Idem Lucianus, *Dial. Eunuchus*, ostendit his verbis: *Scis Pamphile salarium, idque neutiquam exiguum ab Imperatore fuisse constitutum singulis Philosophorum generibus, puta Stoicis, Platonicis, Epicureis, & Peripateticis, ita ut unicuique sectæ præmium esset æquale*. Et paulo infra: *Singulos in annos decem millia nummum, quos accipiunt, uti doceant juventutem*. Myriæ, decem millia drachmarum erant salaria constituta Philosophis & Oratoribus, id est, mille coronati annui, ut notat Salmas. *ad Capitol.* f. 72. De honorariis datis Professoribus munifice lege Alciati *Parergon* lib. v. cap. xxvii. Vide Casaub. *ad Suet.* lib. viii. Ex

C quibus licet cuique animadvertere, quam antiquus mos fuerit publicos Professores stipendiis decorandi, ut hac nostra tempestate passim observari videmus, cum bonæ litteræ tantum acceperint incrementi, ut nihil supra. O ætatem auream! Menstrua igitur constituta salaria, quæ ante quinquatria, Idibus mensis persolvebantur. Horatius *sat.* vi. *lib.* i.

D *Noluit in Flavi ludum me mittere magni,*
Quo pueri magnis e centurionibus orti,
Lævo suspensi loculos, tabulamque lacerto,
Ibant octonis referentes Idibus æra.

Aliam interpretationem hujus loci mitto; nec tamen respuo. De hoc eodem Ovidius lib. iii. *Fastorum*:

Nec vos turba feri sensu fraudata magistri
Spernite, discipulos attrahit illa novos.

E Præter mercedem menstruam dabant etiam mercedulam privatam, Minerval dictum, διδακτρον, quod erat munusculum, & veluti authoramentum primo ad magistrum ingressu, quod scilicet essent parati ad parendum, & discendum: (menstruum enim stipendium Idibus solvebatur, ex Hor.) Minerva siquidem scientiarum præses, cujus imago in his scholis; & novus magister primitias munusculorum a discipulis oblatorum illi dedicabat, veluti Musis & Apollini, de quo a me alibi. Præmia ergo docentium *Didascalia*, seu *Didactra*: Athletarum *Athla*: Medicorum *Sostra*, *Soteria*, *Iateria*: Artificum *Epichera*: Nuntiorum *Evangelia*, *Menytra*: Ferentium aliquid *Comistra*: Beneficorum *Charisteria*: Altorum *Threptra*: Procorum *Mnesteria*, data puellis: Proxenetarum *Proxeneticum*.

F Primi Athenienses Minervam *Erganeam*, id est, artificiosam, cognomento appellarunt. Primi mutilos Mercurios coluerunt, iidemque primi bono Genio templum dedicaverunt; ita Pausanias in *Atticis*.

In Academia *Attica*, ut refert Gyraldus ex Pausania, olivæ satæ erant, & sacræ, dictæ *Moriæ*, ideo diris ac devotionibus eos insectati sunt, si quis læsisset: quod scientes Lacedæmonii in Agrum Atticum irruentes, illis pepercerunt. *Moria* autem ea de causa dicta olea, quod ex ea oleum daretur Panathenæa vincentibus: citat quoque Plinium, Hellanicum, & Libanium.

Romani viri docti, qui tempora sua in negocia & studia dividebant, a Vulcanalibus circa Augusti finem lucubrari incipiebant, cum noctes incipiunt longiores, Plinius Sec. *lib.* iii. *epist.* v.

Athenis disciplinarum liberalium libros publice ad legendum præbendos primus Pisistratus tyrannus posuisse dicitur ab A. Gellio lib. vi. cap. vii. *Noctium Atticarum*. Deinde studiosius accuratiusque auxerunt, quam librorum copiam deinde Xerxes, Athenis potitus, asportavit in Persas. Manus, pedes, aures lustrabant olim in libris contrectandis. Plut. ii. *de esu carnium*; *Quamquam nos fortasse peccamus, qui libros istos attingimus, non lustratis manibus, pedibus, & auribus*, Novar. *Sched.* lib. iii. cap. iii. Tandem scriptorum libros Mercurio inscriptos ab Ægyptiis colligo ex Jamblicho dicente, *Ægyptii scriptores putantes omnia inventa esse a Mercurio, suos libros Mercurio inscribebant*. Hunc eundem Mercurium Gratiis associabant, Plutarcho dicente in libro *de audiendo*. Associarunt Veteres Gratiis Mercurium, quod sermo animum quærat congratulantem & benevolum, idem.

CAP. II.

Aliud in titulo, aliud in pyxide, quale proverbium? Cuique rei venali titulus suus inscriptus. Eidem laurus adspersa. Laurus quale symbolum? Laureum baculum gestare quinam dicti? Laurus in maleficiis amatoriis adhibitus. Ipsius folia cum caricis quibus olim oblata? Prædia venalia qui significabantur? Librorum & ædium inscriptiones. Philosophi non lecturi programma Scholis affigebant. Sanitas rerum venalium gagate lapite incenso explorata.

Non *aliud in titulo, aliud in pyxide*. Quæ parœmia (ut, dicis causa, obiter aliquid in medium proferam) priscum refert morem, nec nostri omnino dissimilem. In tabernis siquidem quidquid venale prostabat suo titulo erat inscriptum. Seneca *epist.* xliii. *Non habemus ista odorifera, nec emptorem decipimus, nihil inventurum, si intraverit præter illa, quæ in fronte suspensa sunt*. Ovidius corollarium addit rei venali, laurum videlicet, *Fastorum* v.

Unde fit, hinc laurus, lauro spargantur ab uda
Omnia, quæ dominos sunt habitura novos.

Laurus enim pro custodia adhibita, & incolumitatis est symbolum ex prisco more. Unde, laureum baculum gestare ii dicti, qui insidiis petiti evasissent. Laurus etiam credita habere vim contra venena. Plin. *lib.* xv. demonstrat laurum lustrationibus adhiberi solitam. Videtur & contra fulmen vim habere, quandoquidem arborum una fulmine non icitur: id adeo verum credidit Tib. Cæsar, ut nunquam non gestaret capite coronam lauream, ut refert Sueton. in *ejus Vita*. In maleficiis amatoriis laurus virens in ignem conjici solebat, ut quæ maximos crepitus edat, tanquam amantium querimonias repræsentans.

Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphinide laurum.

Unde proverbium, *Clamasior lauru*. Vide.

Item Ovidius in *Transformationum* libris:

Postibus Augustis eadem fidissima custos
Ante fores stabis, mediamque tuebere quercum.

Lauru etiam ornata tentoria in gaudio perhibet Plutarch. in *Æmilio*, his verbis: *Ac cæteros servi occurrentes ad faces cum gaudio & plausu in tentoria luminibus fulgentia, hederaque exornata & lauro reduxerunt*, &c. Unde iis, quæ perpetuo sospitari conservarique volumus, laurum apponimus, quod ejus arboris folia fulmen non icit. Persuasum enim Antiquis fuit, ubi laurus esset, neque a sacro ullo morbo, neque a Dæmone infestari, neque a fulmine tangi: & salutaris ominis gratia, ut Pierius in suis *Hieroglyphicis* autumat, folia ipsius a populo Calendis Januarii magistratibus offerebantur una cum caricis. Demum lauri folia sicca diu a vitio conservant, quibus immiscentur; quod passim hac nostra tempestate usurpatum videmus in officinis.

Nec solæ merces in tabernis, sed etiam prædia venalia, proposito divulgatoque libello, significabantur. Quin & hoc idem in locandis ædibus servatum, ut pendente de ædibus tabella proscriberetur facienda locatio. Plautus *Trin.*

Ædes venales inscribit litteris.

Tarentius *Heaut.*

Inscripsi illico ædes.

Epimetatica dicebantur inscriptiones foribus impingi solitæ, quibus innotescebat, cuinam destinata foret domus, seu foret miles, seu hospes quoque. Metata enim partes sunt domus militibus (uti assolet) in urbe, vel alibi gratia hospitii assignatæ a mensoribus, Cæl. Rh. *lib.* XXV. *cap.* XX. Et nos tabellam venditionis, aut locationis imponimus ædibus venalibus, aut locandis. In tabernis etiam librariorum tituli librorum postibus affixi. Martialis *lib.* I. *epigr.* CXVIII.

Contra Cæsaris est forum taberna.
Scriptis postibus hinc, & inde totis,
Omnes ut cito perlegas Poetas,
Illinc me pete, nec roges Atrectum.

Inscriptiones ædium fiebant etiam in dedicationibus. Dionysius *lib.* IX. *Tunc ex S.C. Posthumus eam dicavit, ut ejus ædis inscriptio testatur.* Cætera quoque proscripta. Tertullianus *de Anima* cap. XIII. *Ipsi postremo Philosophi, ipsique Medici, quamvis de animo quoque disputarent, faciem tamen operis, frontemque materiæ, De anima, unusquisque proscribit.* Hæc vocabatur προγραμμα. Ita, quando Doctores non erant lecturi, proscriptionem præfigebant suo auditorio, quod Lucianus Libello *de Sectis* astruit.

Quia vero plerumque res venales morbo aliquo infectæ alias inficere poterant, ut hoc vitium averterent, prius res venales explorabant, gagate lapide insenso. Id colligo ex Apulejo in *Apologia* I. cum ait: *Incensus gagates lapis (ut apud Priscos lego) pulchre & facile hunc morbum exploret, cujus odore etiam in venalitiis, vulgo sanitatem, aut morbum venalium experiuntur.* Sed ne bullatis (ut ait Persius) mihi pagina turgeat, eam consigno: utique ex his tabernis, tanquam miles e castris, ne turpiter cedam, relato gradu, salvis signis, salva militari dignitate, receptui cano. Tu vere laurea dignus Apollinari. Ita tuus censet Laurentius, & Laurus bona signa dedit.

CAP. III.

Unciales litteræ quæ? Litterarum mensura. Pater patratus quis, & unde dictus? Quis Hirtius scriptor belli Alexandrini, & quando scripserit? Manus proscriptione usurpata, ut & pro pictura. Supputationes apud Antiquos quomodo factæ? Digiti olim Minervæ consecrati. Leges antiquitus rubræ dictæ, & cur? Quot & quinam colores in scribendo usurpati? Quænam scelera publicis imprecationibus devota? Vita functis quomodo bene precabantur? Iisdem quomodo male? Imprecationes quid præcederet? Imprecandi mos priscus. Execrationis templum Athenis.

NUper doctissimi Budæi libellum *de Asse* pereruditum cum legerem, suspexi quidem, sed non sine delectatione, cum scopum attigisse ille mihi visus, quid unciales litteræ essent. *Unciales* (inquit ille lib. I. *de Asse*) *literas Hieronymus intelligi voluit pollicis crassitudine exaratas, non vero auri unciam appendentes, vel auri uncia constantes.* Et lib. V. ejusdem Operis: *Uncialem altitudinem pollicarem intelligit*, id est, digiti, & trientis. Lupus vero Abbas antiquissimus, & probatissimus scriptor, *epist.* V. *ad Einhardum* ita differit: *Scriptor Regius Berecaudus dicitur antiquarum literarum, duntaxat earum, quæ maximæ sunt, & Unciales a quibusdam vocari existimantur, habere mensuram descriptam.* Unciales igitur maximæ, & ad statutam mensuram uncialem hæ literæ exarabantur.

Ex eodem, quid Pater Patratus sit, eruo *epist.* XV. *Patrem Patratum nomen esse gradus sacerdotalis existimo, cum is, qui eo fungeretur, tantum venerationis a civibus mereretur, ut eorum pater factus diceretur.* Alii aliter sentiunt a patrando, scilicet faciendo, juramento, ubi de fœderibus convenirent; quæ cura potissimum Fœcialium sacerdotum Antistitis. Legendus Plutarch. in *Quæst. Rom.* cap. LX.

Idem Lupus *epist.* XXXVII. *ad Herboldum Episcopum*, nodum solvit de scriptore Hirtio belli Alexandrini, ad Cæsaris *Commentaria* addito; quo nempe tempore scripserit. Puto eodem fere, aut paulo post Cæsarem, nam fuit ejus scriba, seu notarius. Lupum audi, *loco citato*: *Cæterarum rerum gestarum, postquam idem Jul. Cæsar totius pene orbis terrarum molibus est oppressus, Hirtius ejus Notarius in Commentarios seriem referendam suscepit.* Quod vero quosdam me irridentes jure irriserim de manu usurpata pro scriptione, habeo ex Claudio Altissiodorensi Episcopo cap. III. *Epistolæ ad Galatas*: *Manus dicitur scientia, quæ fit per manum, dicimus enim prolata est manus ejus.* Ovidius lib. II. *de Ponto*, eleg. X.

Sis licet oblitus pariter, gemmæque, manusque,
Exciderit tantum ne tibi cura mei.

Attalus rex, auctore Polyæno lib. IV. *Stratag.* manu sua literas inscripsit continentes hanc sententiam, *Regis victoria*. Ut hoc veluti bono omine milites in hostes excitaret & animaret. Si quis mortem sibi intulisset, mos Atheniensium fuit, manum, quæ hoc peregisset, abscindere ac sejunctim a corpore humo contegere, auctore Cælio Rhod. *lib* X. *cap.* V. Manus aliquando pro pictura. Petron. Nam & Zeuxidos manus vidi nondum vetustatis injuria victas.

Manum in digitos more Anatomicorum seco, A qui supputatorii dicti; digitis enim utebantur Veteres ad significandum quod vellent. Seneca: *Numerare me docet Arithmetica, & avaritiæ commodare digitos.* Plinius: *Agitat digitos, computat nihil.* Aliquando sine mentione digitorum ipsa manus hoc munus obibat, ut patet ex istis Xiphilini: *Cum autem Romam venisset, concionareturque apud Pop. ac subinde diceret inter cætera, se multos annos peregrinatum abfuisse, conclamaretque multitudo, octo; idque significaret porrectis manibus*, &c. Sciendum tamen, digitis lævæ numerare solitos Antiquos usque ad numerum centum, in centesimo autem transibant ad dexte- B ram. Hieronymus *in Jovinianum* lib. I. *Centesimus numerus a sinistra transfertur ad dextram.* Ac tum cum ad decem millia perveniretur, rursum incipiebant a sinistra. Unde Nicardus Poeta quendam senem ita tangit:

Quæ soles vidit plures quam cervus, & annos;
In læva rursum computat articulos.

Abstineo ab opere Bedæ, qui libello unico complexus est totum hunc digitorum veluti concentum, quem librum inscripsit *de loquela digitorum.* C

Uno digito salsamentum attingendum, duobus piscem, a pædagogis olim pueri docebantur, ut tradit Plutarch. comment. cui titulus, *Tradi doctrinam posse.* Digiti olim Minervæ consecrati, ut docet Serv. *ad* VI. *Æneid.* Digitorum nominibus utebantur contra pavores. Plutarch. opusc. *Quomodo quis sentiat se in virtute proficere*, inquit, *Nonnulli propriorum nomina digitorum ediscunt, eisque contra pavores utuntur, tanquam ad avertenda mala remedium habeant, paulatim singulos recensentes.* Cælius non proprios digitos interpretatur, sed Idæos Dactylos, Novar. *Sched.* lib. III. cap. XXI. D

Rubricæ vero unde dictæ, quæris. Leges observo antiquitus rubras dictas. Juven. *sat.* XIV.

Perlego rubras majorum leges,

Sed cur rubræ? & quo pacto? an totæ? Rubræ dicebantur, quia minio seu rubrica notabantur: hinc rubricæ vocabulum passim apud scriptores Jurisperitos. At non integræ, sed tantum tituli ac librorum capita. Subscribit huic rubricæ Ovidius *de Tristibus*;

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur. E

Hinc cedro digna ea dicta, quæ promerentur immortalitatem, cujus succus a carie conservat, quæcumque illinuntur. Hac arte Numæ libros, cum essent chartacei, durasse ad annos quingentos triginta quinque terræ infossos narrat Plinius *libr.* XIII. *cap.* XIII. & cadavera mortua servat incorrupta; unde cedrus a nonnullis dicta νεκρῦ ζωὴ, *cadaveris vita.* Terentianus;

Instar tituli fulgidula notabo minio.

Minio usi Antiqui, & rubro colore in titulis, & F capitibus librorum, Voss. Persius *sat.* V.

Excerpto si quid Masuri rubrica notavit.

Pereruditus Turnebus *Adv.* lib. IV. cap. V. asserit Veteres in publico jure legitimoque rubricas posuisse, ut majestas legibus accresceret, capitibus earum cinabari notatis, sanguineum quiddam & cruentum fortasse transgressori minitantibus. Prud. *contra Symm.* lib. II.

—— dicatur cur condita sit Lex
Bis sex in Tabulis, aut cur rubrica minetur,
Quæ probibet peccare reos?

Unde album, pro prætorio jure Quintil. interpretatur: rubricam pro jure civili, quod XII. Tabulis continebatur, ut formularios ad Prætorias formulas, Legulejos ad XII. Tabularum leges retulerit. Duo ergo colores in scribendo usurpati, ater seu atramentum librarium, scriptorium, nigræ succus loliginis, sepia in corpore scripturæ. Item creta, carbo: illa auspicata, hic inauspicatus. At color ruber, seu minium in titulis, & capitibus, Voss. *Gram.* lib. I.

In publicis imprecationibus quid potissimum devoverent aperte Diphilus in *Parasito* apud Athenæum *lib.* VI. his verbis ostendit:

Ignoras in diris execrationibus
Quidnam illud sit? viam si quis recte non monstret:
Si incendiarius est; si corrumpit & inficit aquam,
Si ad cœnam properantem impedit.

Et vere hæc ultima parasitica, quam puto de suo gratis addidisse.

De eo, qui recte viam monstrat, habentur bellissimi Ennii versus;

Homo, qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit
Nibilominus ipsi luceat, cum illi accenderit.

Contra vero faustæ precationes factæ vita functis hujusmodi, S.T.T.L. hoc est, *Sit tibi terra levis*, vel, *Ossa tibi bene quiescant*: at illis imprecantes, *Ossa male pressa*, vel hujusmodi diras devovebant. Ovidius V. *de Ponto*, eleg. IV.

Ossa bipenniferi sint o male pressa Lycurgi,
Impia nec pœna Pentheos umbra vacet.

Hujusmodi imprecationes Plutarchus in *Crasso* innuit: *Has Romani arcanas & vetustas devotiones ea præditas vi ferunt, ut nemo, adversus quem conceptæ sint, evitare illas queat, nec bene cedant etiam concipientibus eas; unde nec qualibet de causa hos, neque inultos imprecari.* Imprecationis genus extremum apud Homerum in fœdere faciendo est, ut violatoris uxor ab alieno viro opprimatur. Sic in Sacris Job. *cap.* XXXI. *Scortum alterius sit uxor mea*, &c. Deus prævaricatori minatur, *Uxorem accipias, & alius dormiat cum ea.* Imprecationis diræ exemplum, omissis aliis Græcis, unus Virgilius IV. *Æneid.* proponit, his verbis:

—— si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare necesse est.
Et si fata Jovis poscunt; hic terminus bæret.
At bello audacis populi vexatus & armis,
Finibus extorris, complexu avulsus Iuli,
Auxilium imploret; videatque indigna suorum
Funera: nec, cum se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur;
Sed cadat ante diem, mediaque inbumatus arena.

Hæ imprecationes furentis Didonis, & quæ sequuntur; sed ante imprecationem præcedunt invocationes Numinum, Solis, Junonis, Hecates, Dirarum, Deorum, qui mortem afferunt, ut illæ sint ratæ.

Execrantes aliquem ob aliquod facinus insigne, si forte aliquo esset profecturus, imprecabantur il-

li, ut ea via foret perpetua, ne videlicet unquam rediret, & perpetuo peregrinaretur. Vide P. Vict. *lib.* XI. *cap.* I.

Ex quibus & aliis colligimus, diras imprecandi morem priscum, ut imprecans positis humi genibus ambas palmas crebris ictibus solo incuteret, aut torrem ignitum januæ apponeret, invocatis Diis superis & inferis, cœlo nocteque furiali carmine, necem, exilium, dirasque calamitates deprecaretur, & sæva quædam numina advocans, illum cum omni stirpe, & fortunis omnibus execraretur. Sed in execratione nomen erat exprimendum execrati: hinc urbis Romæ nomen genuinum ignotum, & occultum, æque ac Ancylia, & Palladium, ne in evocatione Deorum, & imprecatione, nomen Urbis, & numen execrarentur hostes: ideo Angerona, in cujus tutela urbs Romæ, digito ad os applicato ad innuendum silentium nominis *Urbis*, afficta colebatur. De Evocatione a me alibi ex Macrobio, & aliis. Apud Athenienses erant publicæ imprecationes in eum qui viam non monstrasset erranti. Hesychius indicat templum execrationis fuisse Athenis. Diogenes Philosophus execrationes sibi accidisse jocabatur, quod viveret carens domo, civitate, patria, pecunia, nullam habens certam sedem, & in diem vivens: quidni mihi has accidisse jure conquerar? sic placitum Deo, cujus nutu omnia aguntur.

CAP. IV.

Oratores & Declamatores ad clepsydram antiquitus perorabant. Descriptio clepsydrarum. Earundem aqua triplex quibus infundi solita? Inaniter aquam consumis, *quale adagium? Quis instituit ad clepsydram dicere? Quot horæ accusatori & reo datæ ad causam dicendam? Clepsydra meretrix cur sic vocata? Libertinæ plerumque meretrices. Eædem sua templa & sacra habebant. Corolla myrtea Veneris. Myrtus ob quid ore gestata a meretricibus? Capra venalis myrto ornata. Myrti variis locis impositæ. Sepulcra Pythagorica. Cantionum convivalium quale signum datum? Musica olim in epulis.* Apud me nunquam Harmodium canes, *quale proverbium? Saltatio cum musica conjuncta. Scolia in conviviis Priscorum. In iisdem quis primus cantor? Musica convivalis apud Romanos. Iisdem saltatio probrosa.*

ORatores & Declamatores ad clepsydram perorasse tam notum, quam quod notissimum, ex Cicerone III. *de Oratore* asseverante: *At tunc non Declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat.* Martialis *lib.* VI. *epigramm.* XXXV.

> *Septem clepsydras magna tibi voce petenti*
> *Arbiter invitus, Cæciliane, dedit.*

Apulejus: *Rursum præconis amplo boatu citatur accusator, quidam senior exurgit, & ad dicendi spatium vasculo quodam in vicem colli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim defluo, infusa aqua populum sic adorat.* Optime hic clepsydram describit, de qua etiam a me alibi, Lucian. *Dial. Piscator*: *Quid respondebo, si hic inauditus occubuerit, & aquæ omnino compos non fuerit.* Et paulo infra: *Infunde responsuro; nunc tibi aqua defluit, ne igitur cuncteris.* Solem in meridie lucere ostendo. Æschines *contra Demosthenem*, astruit primam aquam infundi solere Actoribus, alteram Patronis, tertiam Judicibus ad pœnam constituendam; nisi primis sententiis reus fuisset absolutus. Hinc natum adagium, *Inaniter aquam consumis*. Videndum adagium hoc, ubi multa ad hunc ritum spectantia. Dici ad clepsydram, more Græcorum, institutum a Pompejo, III. consulatu III. lege, qua eo die accusator & reus perorabant; ille duabus, hic tribus horis; nam Prætor (præco est apud Tacitum) diem & horas designabat orationibus. Lex postea antiquata; in causa enim Julii Bassi, sex horæ accusatori, novem reo datæ. Oratores, cum satis fluxisse orationem viderant, pronunciabant, *Dixi*; & Prætor, causa perorata, *Dixerunt*; sic præco, ubi testimonium testes dixerunt.

A clepsydra temporis ad clepsydram nequitiæ abeo. Athenæi *lib.* XIII. hæc lego: *Sic nominabatur Eubuli Clepsydra illa meretrix, quod ad clepsydram sui copiam faceret, donec aqua tota ex clepsydra extillaret.* Quod vero hoc nomen non proprium illius sit meretricis, sed agnomen, paulo infra ostendit, dicens eam Metichen fuisse nominatam.

Ad hæc, meretricium hoc sterquilinium, utpote putidum, vilissimum semper & infame, e plebis fæce natum; nam plerumque libertinæ fœminæ Romæ Veneris æra merebant. Plautus *Cistel.* Act. I. Sc. I.

> —— *nos libertinæ sumus, & ego & tua mater, ambæ*
> *Meretrices fuimus.*

Sic Horatius notat Salustium in libertinarum amore insanivisse, non minus, quam mœcharetur.

Scorta sua templa & sacra habebant. Veneris fanum Aphrodisiis adibant (ut innuit Plautus *Pœnulo*) una cum asseclis, eique corollas dicabant. An myrteas? non inficior; nam hæc sacra Veneri.

Unde Murtia Venus a Romanis colebatur, quæ Myrtia prius dicta fuerat, ut est apud Plinium, a myrto scilicet Veneri dicata, idcirco, & pro verbena in conjunctione Sabinorum & Romanorum electa fuit. *Quin*, inquit idem, *ara vetus fuit Veneri myrteæ, quam nunc Murtiam vocant.* Junonis Argivæ sacrum, ut notat Interpres *in Pindarum*, Hecatombe fiebat, cujus celebritatis præmium erat scutum æreum, & ex myrto corona. Vide Gyrald. At in templo Bonæ Deæ virgam myrteam habere nefas. Plut. in *Probl.* ait Flavii divinatoris uxorem fuisse, quæ clam cum vinum largius biberet, a marito deprehensa, flagris cæsa est, atque inde factum, ut myrtus in ejus Deæ ædem non inferretur, vinumque cum mulieres ebiberent, non vinum, sed lac appellarent. Lactantius vero aliter.

Athenæus *lib.* XIII. mihi adstipulatur, & alium mihi suggerit ritum, loquens de meretricum moribus, his verbis: *Risus autem, si odiosus est, totum diem domi agunt, & quæ sæpe numero coquis apponitur, caprarum dum vendunt calvas, virgulam myrteam in labris tenuem rectamque habent, ut, cum volunt, nolunt, diductis labris opportune dentes retegant*, &c. En morem caprinum. Quare & myrteos ramusculos in ore meretrices gestabant ad dentes tegendos, vel ad Venerem conciliandam. Obiter noto ex Suida in myrteo ramo ensem occultatum fuisse ab Harmodio & Aristogitone Tyrannicidis.

Carnem caprinam vendentes eamdem myrto ornabant: vel quia in myrtetis capræ plerumque pastæ, vel ut caro tenerior fieret, vel ut fœtidus halitus odore myrteo mitigaretur; & utrumque animal petulantissimum.

Ramulos myrti Græcos consuesse bustis impo-

nere, cum quasi inferias facerent, eisque mortuos decoratos Euripides innuit in *Electra*. Myrto quoque ornatæ Deorum aræ, unde in lætitia, & secundis rebus corona myrtea contexta, ideo Euripides inducit Herculem coronatum myrto epulari, Petrus Victorius *l.* xvi. *c* ii. Pythagorici defunctos in myrti, oleæ, & populi nigræ foliis sepeliendos præcipiebant, Magius *l.* xi. *c.* xviii.

Myrto coronabantur magistratus. Hinc ambitiosi myrtum appetere dicebantur. *Accepta mirto aliquid Æschili mihi canta;* nam in conviviis pueri, ramum lauri aut myrti gestantes, canebant, Suidas.

In conviviis tum myrtus adhibita ad cantiones convivales innuendas; erat enim quasi signum, quo dato, cantare tenebatur conviva. Id colligo in Plutarchi *Sympos.* his verbis: *Deinde unusquisque propriam cantilenam, accepta myrto, quam ex eo asaron appellabant, quod cantaret is, cui ea tradita esset.* Et paulo infra: *Alii myrtum non ordine traditam fuisse ajunt: sed a lectulo in lectulum transmissam*, &c. Quæ verba ritum quoque innuunt apud Græcos & Romanos harmoniæ musicæ in epulis, quod ex Homero, Athenæo, & aliis plane perspicitur. Horatius vocat lyram divitum mensis amicam, & templis. Virgilius quoque Iopam cithara personantem in Didonis epulis primo *Æneidos* inducit.

In conviviis cantores asciti, ut æque palatum atque aures permulcerentur; & discumbentibus interim melos concinebatur, quod Harmodii nuncuparetur, erat enim in Harmodium & Aristogitona Tyrannicidas, unde illud facetissimum, *Apud me nunquam Harmodium canes*, id est, mecum convivia non agitabis: hujus historiam lege in Thucydide. In veterum monumentis cantilenarum v. species leguntur, ut notat Rhod. *lib.* xxv. *c.* xxvi. Sophronistice, cujusmodi Clytæmnestræ accinebat cantor; Encomiastice, qua præstantium virorum præcinebantur laudes, ab Achille celebrata; Threnetice, id est, lugubris, Orchematice, id est, saltatoria; denique Pæanice, qualis est apud Homerum *Iliad.* primo post sacrificii absolutionem.

Cum Musica erat conjuncta saltatio, & alia ludorum genera. Plutarchus libro i. *Symp.* quæst. i. ait: *Quin etiam carmina illa in conviviis decantari solita, quæ vulgo σκολιὰ, id est, obliqua, sive tortuosa, cratere in medio proposito, & corollis distributis, quas Deus libertatem nobis donans imponit.* Et paulo post: *Deinde quisque propriam cantilenam canebat accepto myrteo ramo.* Aristoph. Scholiast. *Qui primus laurum sive myrtum tenebat, is canebat.* Athenæus quoque *l.* v. *Solebant convivæ nominatim provocare, cui propinaturi erant, & lyram tradituri:* quo alludit Terentius in *Eunucbo* Act. iii. Sc. i.

—— Phædriam
Intromittamus comessatum; tu, Pamphilam
Cantatum provocemus.

Scolia hæc, seu carmina convivalia in usu potissimum apud Athenienses.

Scolia erant carmina convivalia, sic dicta, quod non quivis ea caneret, sed eruditi duntaxat. Pollux ait, dictum Scolium obliquum, vel a tibiarum figuris, vel quod in conviviis obliquo ordine a lecto ad lectum flecterentur canendi vices Hinc prov. *Canere ad myrtum.* Plut. i. *Symp.* ait olim fuisse morem, ut in convivio primum voce communi Deum canerent, παιανίζοντες, ut ait, deinde myrteum ramum tradi unicuique solere, quem ἄσαρον vocatum existimat, quod is, qui eum accepisset, caneret. Post lyra circumlata, ad quam periti canebant. Imperitis recusantibus Scolion dicebatur, quod non esset vulgare, & cuivis facile.

Apud Romanos quoque musica convivalis. Cicero *pro Cæl. Bajis acta convivia, comessationes, cantus, symphoniæ.* Et Valerius Max. *l.* ii. *c.* i. *Majores natu in conviviis ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant*, &c.

Saltatio musicam sequebatur, Homero teste, & Athenæo: hæc Græcis maxime in usu, Sybaritis, Macedonibus. Romanis vero probrosa, unde illud dictum, *Nemo saltabat sobrius*, idque colligitur ex multis locis Ciceronis, Salustii, &c. Acroamata cœnæ adhibenda, Plutarchus asserit *Sympos.* viii. lib. vii.

Cap. V.

Nomenclatoris etymon. Ejusdem officium multiplex. Usus Nomenclatorum quibus interdictus? Fartores dicti Nomenclatores, & cur? Nomenclatorum munus in epulis. Iidem locum assignabant cuique pro dignitate. Amici primæ & secundæ admissionis quinam? Servi admissionales quales? Velum quinam allevabant? Causas cognoscere levato velo *quid? Cognitor quis dictus?*

De Nomenclatore, qui Græcis dictus ὀνοματολόγος, ex Plutarcho in *Catone:* dictus Nomenclator, quasi nominum calator, a calando civium nomina. Hoc officium semper servile, & posteriore ævo sub Imperatoribus etiam in usu, quod habemus clare in Spartiano, qui ait: *Hadrianum tanta memoria excelluisse, ut nomina quamplurima sine Nomenclatore redderet.*

Horum igitur opera usi Imperatores, ut nomina salutantium, & quavis de causa accedentium, callerent. Priore ævo etiam illorum ministerium usurpatum, a privatis hominibus, & potissimum candidatis, de quibus ita Horatius *epist.* vi. *l.* i.

Mercemur servum, qui dictet nomina, lævum
Qui fodiat latus, &c.

Lege cautum tamen reperio, ne quis Nomenclatorem haberet, sed ipsi per se candidati cives salutarent. Id in Plutarchi *Catone Minore* lego: *Lege lata, ne candidati Nomenclatores haberent; tribunatum militum petens, solus legi paruit, & per se elaboravit salutare atque appellare cives.* Refragari videtur huic auctoritati Cicero *pro Muræna*, ubi dicit, habuisse Nomenclatorem suum Catonem, quem etiam monitorem vocat. Hi fartores dicti, quod nomina quasi infarcirent rogandorum candidatis, & petitorum auribus.

Aliud præterea munus illorum non infimum: si quando epulum, aut recta cœna danda, nominare invitatos, vocare, & singulis pro sua dignitate locum digerere tenebantur. Athenæus *lib.* ii. subscribit: *Post hæc non expectato Nomenclatore suum in cœna cuique gradum & ordinem assignaturo.* Amm. Marcell. *lib.* xiv. *Homines eruditos & sobrios, uti infaustos & inutiles vitant, quoque accedente, quod Nomenclatores assueti, hæc & talia venditare, mercede accepta, cœnis & prandiis quosdam inserunt subdititios, ignobiles, & obscuros.* Apul. *Et ad Nomenclatorem mox citati venerunt.* Seneca *epist.* xxix. *Alioquin habebis convivas, quos ex turba salutantium Nomenclator digesserit.*

Eorum etiam erat digerere in literam, seu calendarium, quis primum, quis secundum locum teneret; quis honestior, & quis minus honestus. Item civium census singulorum norant, & qui-

nam ſenes orbi. Item ex atrio amicos ad cœnam invitatos vocabant, eoſque, prout in calendario digeſſerant, ad menſam diſponebant. Seneca *epiſt.* LXVIII. *Digerere in literam* (loquitur de nomenclatore) *ſenes, orbos*, &c.

Verum præ cæteris officiis illud maxime notandum quod in amicitiæ albo amicorum claſſes diſtinguebant; & primæ ceræ, ſeu cariſſimi, primæ admiſſionis amici dicebantur; ſecundæ ceræ non æque cari, ſecundæ admiſſionis; & ſic deinceps. Seneca *de Beneficiis* lib. VI. c. XXXIII. *Quid? iſtos tu liberos, quos vix, aut Nomenclator complectitur, aut memoria, aut manus amicorum, exiſtimas eſſe? Non ſunt iſti amici, qui agmine magno januam pulſant, qui in primas & ſecundas admiſſiones digeruntur. Conſuetudo iſta regibus, regeſque ſimulantibus, proprium amicorum deſcribere.* Hinc dicti ſervi admiſſionales; eorum officium dictum admiſſionis. At non apud Romanos ſolum adhibitos admiſſionales ſervos, verum etiam apud Barbaros lego in Plutarchi *Lyſandro*: *Callicratidem navar-*

A *chum adeſſe, & cupere eum conventum, juſſit ſignificari, cui cum unus ex admiſſionalibus reſpondiſſet, Non vacat nunc hoſpes Cyro, nam potat*, &c.

Poſtremo Nomenclatorum erat allevare velum ſeu cortinam, cubiculis Principum prætentam. Seneca *epiſt.* LX. *non crepuit ſubinde oſtium, non allevabatur velum*; quod ſcilicet levabatur in admiſſionibus. Inde apud J. D. illa formula emanavit, *Cauſas cognoſcere levato velo*.

Cognitor aliquando eſt ille, quem nos dicimus procuratorem; & apud probatos & antiquos ſcriptores Cognitor eſt, qui, quem cognoſcit: ut homines Romani, qui in provincia erant, ſi magiſtratus,
B cives Romanos eſſe neſciret, illi tamen jura civitatis Romanæ implorarent, ut crucem & virgas depellerent, Cognitores dabant, id eſt, homines producebant, qui ſe eos noſſe dicerent, & cives Romanos eſſe pro teſtimonio dicerent. Cic. VII. *in Verrem*: *Adeunt ad ea loca, quæ nunquam antea viderunt, ubi neque noti eſſe iis, quo venerunt, neque ſemper cum Cognitoribus eſſe poſſunt.*

F I N I S.



JOANNIS MEURSII
BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ
LIBRI TRES:

EX CHIROGRAPHO AUCTORIS NUNC PRIMUM EDITI.

INDEX SCRIPTORUM,

QUI IN HOC OPERE CONTINENTUR.

LIBER I.

A.

LIBER II.

B.

C.

LIBER III.

D.

JOANNIS MEURSII
BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ
LIBER PRIMUS,
SIVE
CLIO.

ABERIS.



VIDE Suidas *in* Ἀβάερις.

ABAS *Sophista*.

Vide Suidam *in* Ἄβας.

ABDERITES.

Ita citatur simpliciter; sed non est alius quam Democritus Abderites, de quo vide infra suo loco.

ABRON.

Phryx, sive Rhodius, Suidas 19.

ABYDENUS.

Eusebius in *Chronic.* lib. I. περὶ τούτων Ἀβυδηνὸς οὐδὲν εἶπεν, *nihil dixit de illis Abydenus*. Scripsit Ἀσσυριακά. Itaque apud eundem Eusebium est legere Excerpta, ἐκ τῶν Ἀβυδηνοῦ Ἀσσυριακῶν, *ex Abydeni Assyriacis*. Cyrillus *contra Julianum*, lib. I.
C *Operæ pretium fuerit meminisse etiam eorum, quæ Historici tradunt, Alexander, inquam, Polyhistor, & Abydenus.* Et mox semel atque iterum laudat Euseb. *de Præp. Euang.* 267.

ACARION.

Nymphis apud Sophoclem, Apollonii Scholiasten *Argonautic.* lib. II. Νύμφις μὲν γάρ φησιν ἱστορεῖν Ἀκαρίωνα, ὡς ἄρα Φρύγες ἐκπλεῦσαι βουλόμενοι τὸν πορθμὸν, κατεσκεύασαν … κεχαραγμένην προτομὴν ταύρου. *Nam Nymphis quidem dicit narrare Acarionem, quod Phryges trajicere volentes fretum,*
D *fabricaverint navem insculptam dimidii tauri imaginem referentem.*

ACAS.

Suidas, Ἄκας, ποιητὴς τραγῳδίας. *Acas. poeta Tragœdiæ.*

ACATUS.

Ejus poema Ἰλιουπερσὶς citatur ab Athenæo, *lib.* XIII. Καὶ οὐδὲ ταῦτα ἐκ τοῦ Στησιχόρου, χολὴ γὰρ, ἀλλ' ἐκ τοῦ Ἀκάτου Ἀργείου Ἰλιουπερσίδος. *Nec hæc ex Stesichori versibus, negotium enim, sed ex Acati Argivi Ilii excidio.*
E Sed legendum forte illic, ἐκ τοῦ Σακάδου. Laudatur Sacadas Argivus poeta elegiacus a Plutarcho in lib. *De Musica*.

ACESANDER.

Isaacius Tzetzes *ad Lycophronem*: Ἀκέσανδρός φησιν, Εὐρύπυλον καὶ Τρίτωνα Ποσειδῶνος καὶ Κελαινοῦς
A εἶναι παῖδας. *Acesander ait, Eurypylum & Tritonem Neptuni & Celænus esse filios.* Schol. Pindari *Pyth.* ode IV. Ὁ δὲ Ἀκέσανδρος μὴ ἐκ γενετῆς αὐτόν φησιν ἰσχνόφωνον γεγενῆσθαι. *Acesander autem non ab nativitate illum dicit gracili voce fuisse.* Et postea: Ἀκέσανδρος δέ φησιν αὐτὸν ἀδελφὸν εἶναι τὸν Εὐρύπυλον Τρίτωνος. *Acesander autem dicit illum Eurypylum fratrem esse Eritonis.* Ejus librum περὶ Κυρήνης τῆς Ὑψέως nominat Sophocles *ad Apollonium lib.* IV. Ἀκέσανδρος δ' ἐν πρώτῳ περὶ Κυρήνης τῆς Ὑψέως, μετ' αὐτὸν βασιλεῦσαι φησὶ Λιβύης Κυρήνην τὴν Ὑψέως. *Acesander autem in libro primo de Cyrene Hypsei filia post illum regnavisse ait Libiæ Cyrenen Hypsei filiam.*
B Et postea iterum: Ὡς παρὰ Ἀκεσάνδρῳ ἐν πρώτῳ Κυρήνης. *Et apud Acesandrum in libro primo Cyrenes.*

ACESIAS.

Ejus Ὀψαρτυτικὰ laudat Athenæus inter plures Scriptores *lib.* XII.

ACESODORUS.

Scholiastes Sophoclis *ad Oed. Col.* Ἀκεσόδωρος δὲ πέμπτον ἀπὸ τοῦ πρώτου Εὐμόλπου εἶναι τὸν τὰς τελετὰς
C καταδείξαντα. *Acesodorus autem quintum a primo Eumolpo esse illum, qui initiationes docuit.* Deinde verba ejus allegat. Sed scribendum ego existimo Ἀκεστόδωρος. Ita vocatur a Plutarcho in *Themistocle*: ἅμα δ' ἡμέρᾳ Ξέρξης μὲν ἄνω καθῆστο τὸν στόλον ἐποπτεύων καὶ τὴν παράταξιν, ὡς μὲν Φανόδημός φησιν, ὑπὲρ τὸ Ἡράκλειον, ᾗ βραχεῖ πόρῳ διείργεται τῆς Ἀττικῆς ἡ νῆσος· ὡς δ' Ἀκεστόδωρος, ἐν μεθορίῳ τῆς Μεγαρίδος, &c. *Simulac vero dies adfuit Xerxes quidem consedit classem spectans & aciem, ut quidem Phanodemus ait, supra Herculis fanum, qua angusto freto insula dirimitur ab Attica; ut vero Acestodorus, in confinio Megaridis*, &c. Sic apud Etymologici aucto-
D rem *in* Δωδωναῖος: ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Θρασυβούλῳ καὶ Ἀκεστοδώρῳ. *Historia vero apud Thrasybulum & Acestodorum.* Scribitur etiam Ἀκεσόδωρος apud Stephanum, ejusque Opus citatur, περὶ πόλεων. Locus est *in* μεγάλη πόλις: καὶ Ἀκεσόδωρος, περὶ πόλεων συγγεγραφώς. *Et Acesodorus, qui de urbibus scripsit.*

ACESTIUS.

Scripsit Ὀψαρτυτικά. Enumerat eum inter plures tales Scriptores Athenæus, *lib.* XII.

ACESTODORUS.

Vide supra in ACESODORUS.

ACESTOR.

Ejus liber περὶ Κυρήνης nominatur a Sophocle *ad Apollon. lib.* II. Ἀκέστωρ δ' ἐν τοῖς περὶ Κυρήνης ἱστορεῖ,

A ὡς ἐπ' Εὐρυπύλȣ τȣ̃ βασιλεύοντος Λιβύης, ὑπὸ Ἀπόλλωνος διακομισθείη ἐς Λιβύην ἡ Κυρήνη. *Acestor vero in libris de Cyrene narrat, quod Eurypylo regnante Libyæ, ab Apolline transportata sit in Libyam Cyrene.*

ACESTORIDES.

Joan. Tzetzes *Chil.* p. 132.

ACHÆUS.

Suid. *in* Ἀχαιός. Duo hoc nomine Tragici fue- B runt; unus, Eretriensis: alter, Syracusanus. Vide Suidam 271. Utriusque fabulæ promiscue citantur. Ἄδραστος, Harpocrat. *in* ἀργᾶς. Ἆθλα nominat Athenæus, *l.* x. Αἴθων σατυρικὸς, *Æthon Satyricus*, laudatur ab eodem, *libb.* VI. & IX. Ἀλκμαίων σατυρικὸς, *Alcmæon Satyricus*, *libb.* IV. & XI. Ἀλφεσίβοια, Hesychius 254. Ἥφαιστος σατυρικὸς, *Vulcanus Satyricus*, *lib.* XIV. Θησεύς, Hes. 652. Λῖνος, *l.* XV. Ὀμφάλη, *libb.* VI. & X. Ἶρις σατυρικὴ, *Iris Satyrica*, *l.* XII. Restituendus est Hesychius, *in* ἐκολλόπωσε, ubi perperam editur, Ἀχαιοὶ ἴριον, *Achæi irium*. Rescribe, Ἀχαιὸς Ἴριδι, *Achæus in Iride*: Suid. 572. Κύκλος, *Circulus*, *l.* VI. Sed rectius Κύκνος indige- C tatur ab Hephæstione in *Enchiridio*, ὡς παρ' Ἀχαιῷ ἐν Κύκνῳ, *sicut apud Achæum in Cygno*. Πειρίθȣς, Hes. 60. Φρίξος, Hes. 588. Φιλοκτήτης, Suid. 875. Sch. Aristoph. 559. Μοῖραι, *Parcæ*, *l.* VII. Οἰδίπȣς, Hesychius *in* ἀκάθαρτον· ἐκλωπίζεται. Restituendum Achæi nomen apud Artemidorum *l.* II. *c.* XXV. Alius ab his fuit Achæus Historicus, cujus meminit Schol. Pind. 63.

ACHAICUS.

Meminit Simplicius *in Categorias* 41. a. 51. a. 54. a.

ACHILLEUS.

Laudatur ab Athenæo *l.* x. καὶ ὁ Ἀχιλλεὺς ὁ Ἐρετριεύς, *& Achilleus Eretriensis*. Sed emendandum arbitror cum magno Casaubono, καὶ ὁ Ἀχαιὸς, *& Achæus*.

ACHINAPOLUS.

Vitruvius *l.* IX. *c.* VII. *Antipater, itemque Achinapolus, qui non e nascentia, sed ex conceptione genethliologiæ rationes explicatas reliquit.*

ACILIUS.

Scripsit Historiam. Cicero *de Offic.* lib. III. *Acilius autem, qui Græce scripsit Historiam, plures ait fuisse, qui in castra revertissent.* Plutarchus in *Romulo*. Γάϊος δὲ Ἀκίλιος ἱστορεῖ πρὸ τῆς κτίσεως τὰ θρέμματα τῶν περὶ τὸν Ῥωμύλον ἀφανῆ γενέσθαι. *C. autem Acilius narrat ante conditam urbem pecudes Romuli amissas fuisse.*

ACRISIUS.

Vide Hesychium 161. 162.

ACRON.

Vide Suidam *in* Ἄκρων.

ACTIDES.

Laudatur veluti τῶν ὀψαρτυτικῶν scriptor a Batone in Εὐεργέταις, apud Athenæum *l.* XIV.

ACUSILAUS.

Vide de eo Suidam *in* Ἀκȣσίλαος. Citatur varie, a Clemente *Strom.* lib. I. Etymolog. *in* Κοῖος, Homeri Schol. *ad Iliad.* υ. Scripsit autem περὶ γενεαλογιῶν. Sophocles *ad Apollonii l.* IV. Ἀκȣσίλαος δὲ ἐν τῷ περὶ γενεαλογιῶν, πορφυρωθῆναι φησὶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης. *Acusilaus vero in libro de genealogiis, purpura tinctum esse ait ab mari.* Et ex eo Opere mox librum III. allegat ibidem paullo ante: Ἀκȣσίλαος ἐν τῇ τρίτῃ φησὶν, ὅτι ἐκ τῆς ἐκτομῆς τȣ̃ Οὐρανȣ̃ ῥανίδας ἐνεχθῆναι συνέπεσεν κατὰ τῆς γῆς· ἐξ ὧν γεννηθῆναι τȣ̀ς Φαίακας. *Acusilaus in libro tertio ait, quod contigerit ex excisione Cœli guttas illisas esse terræ; ex quibus Phæacas natos fuisse.*

ADÆUS.

Scripsit περὶ διαθέσεως. Athenæus *l.* XI. Ἀδαῖος δ' ἐν τοῖς περὶ διαθέσεως, τὸ αὐτὸ ὑπολαμβάνει Θηρίκλειον εἶναι καὶ Καρχήσιον. *Adæus autem in libris de dispositione, Thericlium & Carchesium idem esse arbitratur.* Item περὶ ἀγαλματοποιῶν. Idem *l* XIII. Κτησικλέȣς δ' ἐστὶν ἔργον τὸ ἄγαλμα, ὥς φησιν Ἀδαῖος ὁ Μιτυληναῖος ἐν τῷ περὶ ἀγαλματοποιῶν. *Ctesiclei autem est opus statua illa, ut dicit Adæus Mitylenæus in libro de statuariis.*

ADAMANTIUS.

Ejus libri sunt, περὶ ἀνέμων. Schol. Hesiodi *ad Theogon.* Ὡς Ἀριστοτέλει τε δοκεῖ ἐν τοῖς μετεώροις, καὶ Ἀδαμαντίῳ ἐν τοῖς περὶ ἀνέμων. *Ut & Aristoteli videtur in meteoris, & Adamantio in libris de ventis.*

ADRASTUS *Aphrodisiensis*.

Ejus Opus, περὶ τῆς τάξεως τῆς Ἀριστοτέλȣς φιλοσο- D φίας. Simplicius *in Categ.* Ἀλλ' Ἄδραστος ὁ Ἀφροδισιεύς, ἀνὴρ τῶν γνησίων περιπατητικῶν γεγονὼς, ἐν τῷ περὶ τῆς τάξεως τῆς Ἀριστοτέλȣς φιλοσοφίας, μετὰ τὴν τῶν κατηγοριῶν βίβλον τὰ τοπικὰ βȣ́λεται τετάχθαι. *At Adrastus Aphrodisiensis, vir inter genuinos peripateticos, in libro de ordine Aristotelicæ philosophiæ, post Categoriarum librum Topica vult collocari.* Et postea iterum: Ἱστορεῖ δὲ ὁ Ἄδραστος ἐν τῷ περὶ τῆς τάξεως τῶν Ἀριστοτέλȣς συγγραμμάτων, ὅτι φέρεται καὶ ἄλλο τῶν κατηγοριῶν βιβλίον, ὡς Ἀριστοτέλȣς. *Narrat autem Adrastus in libro de ordine librorum Aristotelis, etiam alium Categoriarum librum ferri, tanquam Aristotelis.* Achilles Statius *in Aratum:* Καὶ Ὑψικλῆς, E καὶ Θράσυλλος, καὶ Ἄδραστος Ἀφροδισιεύς. *Et Hypsicles, & Thrasyllus, & Adrastus Aphrodisiensis.* Meminit ejus etiam Stephanus *in* Φίλιπποι. & Porphyrius in *Vita Plotini*.

ADRIANUS.

Ejus Opus, Ἀλεξανδρειάς. Ex eo librum I. citat Stephanus *in* ἀστραία, & VII. *in* σάνεια. Vide Suid 88.

ÆGIAS.

F Laudatur a Clemente *Strom.* I. Αἰγίας δὲ καὶ Δερκύλος, ἐν τῇ τρίτῃ μηνὸς Πανέμȣ, ὀγδόῃ φθίνοντος. *Ægias autem & Dercylus, in libro tertio mensis Panemi,* IX. *Cal.* Sed an scribendum? Ἆγις δὲ κ. Certe sic apud Eusebium *de Præparat. Evang.* lib. X. Ἆγις δὲ καὶ Κέρκυλος, *Agis autem & Cercylus*, &c. ex eodem hoc Clemente. Et Agis quoque numeratur inter τῶν ὀψαρτυτικῶν Scriptores ab Athenæo *l.* XII. Sed in Eusebio, ut hoc per occasionem dicam, male scribitur, Κέρκυλος. Verum nomen Scriptoris est Δερκύλος, vel Δέρκυλλος. Vide infra suo loco.

ÆGIMIUS *Heliæus*.

Ejus Πλακουντοποιϊκὰ citat Athenæus *l.* XV. Οἶδα δὲ καὶ Καλλίμαχον ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακι ἀναγράψαντα Πλακουντοποιϊκὰ συγγράμματα Αἰγιμίου, καὶ Ἡγησίππου, καὶ Μητροβίου. *Sed etiam novi Callimachum in omnis generis librorum tabula adscripsisse de conficiendis placentis libros Ægimii, & Hegesippi, & Metrobii.* Meminit ejus Galenus *de diff. Puls.* lib. I. & περὶ Παλμῶν quoque scripsisse tradit: Ὁ δὲ τὸ περὶ Παλμῶν ἐπιγεγραμμένον Αἰγιμίου βιβλίον συνθείς, εἴτ' αὐτὸς οὗτος ὁ Ἠλεῖος Αἰγίμιος, εἴτ' ἄλλος τις, ἰδίως κέχρηται τῷ ὀνόματι. *Qui autem de Pulsibus inscriptum Ægimii librum composuit, sive is sit Heliæus Ægimius, sive alius quis, proprie usus est nomine.* Et *l.* IV. Ὅταν δ' αὖ πάλιν ἀναγνῶμεν Αἰγιμίου τὸ περὶ Παλμῶν βιβλίον, εὑρίσκομεν, ὃν νῦν ἡμεῖς καλοῦμεν σφυγμὸν ὑπ' ἐκείνου παλμὸν ὀνομαζόμενον. *Quum autem relegimus Ægimii de Pulsibus librum, invenimus, quod nunc nos appellamus* σφυγμὸν, pulsum cordis, *ab illo* παλμὸν, pulsum, *nominatum esse*.

ÆGLOSTHENES.

Vide AGLAOSTHENES.

ÆGYPTIUS.

Citatur ab Euripidis Scholiaste *ad Phœnissas*: Αἰγύπτιος δέ φησιν, ὡς ἐκ χρησμοῦ τοὺς παῖδας ἀκούσας ἀλληλοκτονῆσαι, ἐξέθηκε τὸν Πολυνείκην. *Ægyptius vero ait, quod quum ex oraculo audivisset pueros se mutuo interfecisse, exposuit Polynicen*.

ÆLIANUS.

Περὶ Προνοίας, *de Providentia*, Eustath. *ad Dionys. p.* 65. Suid. 5. 45. περὶ Θείων Ἐνεργειῶν, *de Divinis Actionibus*, Suid. 923.

ÆLIUS ASCLEPIADES *Myrleanus*.

Ejus Opus est, περὶ Στεφάνων: Athenæus *l.* XV Τὰ ἐκ τῶν ἐπιγραφομένων Αἰλίου Ἀσκληπιάδου Στεφάνων φέρε ἡμῖν. *Illa ex inscriptis Ælii Asclepiadis Coronis affer nobis*. Item Αἰγυπτιακά. Ex iis librum sexagesimum citat Athenæus *l.* III. Ἀσκληπιάδης εἴρηκεν ἐν ἑξηκοστῷ Αἰγυπτιακῶν, *Asclepiades dixit in libro sexagesimo Ægyptiacorum*. Iterum, περὶ Κρατίνου, *de Cratino*. Idem *lib.* XI. περὶ Νεστορίδος, *de Nestoride*. Bis terve, *l.* eodem. Τὰ Τραγῳδούμενα, *l.* X. Harp. *in* Δυσαύλης, & Μελανίππειον. Et hoc Opus distinctum fuit in plures libros, citatque II. Sophocles *ad Apollonium lib.* II. καὶ Ἀσκληπιάδης ἱστορεῖ ἐν δευτέρῳ Τραγῳδουμένων, *Asclepiades etiam narrat in libro secundo Rerum Tragicarum*. Sextus ab Hesychio nominatur 642. & Suida, *in* ῥυσίαρχος. Et is postremus Operis universi fuit, ut observare est apud Stephanum. Τράγιλος, πόλις μία τῶν ἐπὶ Θρᾴκης, πρὸς τῇ Χερρονήσῳ καὶ Μακεδονίᾳ. ἐκ ταύτης ἦν Ἀσκληπιάδης, ὁ τὰ Τραγῳδούμενα γράψας ἐν ἓξ βιβλίοις. *Tragilus, urbs una ex illis in Thracia, ad Chersonesum & Macedoniam. Ex hac erat Asclepiades, qui in sex libris Res Tragicas scripsit.* Allegatur quoque ab Homeri Sch. *ad Iliad.* ζ. & η. Composuit quoque περὶ Γραμματικῶν egregium Opus, e quo librum XI. citat Anonymus in *Vita Arati*: Ἀσκληπιάδης δὲ ὁ Μυρλεανὸς ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ περὶ Γραμματικῶν, Ταρσέα αὐτόν φασι γεγονέναι, ἀλλ' οὐ Σολέα. *Asclepiades autem Myrleanus in libro* XI. *de Grammaticis, Tarsensem illum fuisse ait, non vero Soleensem*. Et Suidas 1067. Περὶ Ποταμῶν, *de Fluviis*, Stephanus *in* Ἀνάζαρβα. Ejus ὑπόμνημα εἰς Ὀδύσσειαν nominat Etymolog. *in* ἀρναῖος: Ἀσκληπιάδης δὲ ὁ Μυρλεανὸς ἐν τῷ ὑπομνήματι τῆς Ὀδυσσείας, *Asclepiades autem Myrleanus in commentario Odyssæa*, &c. Parthenius *Erotic.* XXXV. τῶν Βιθυνιακῶν meminit: Περὶ Εὐλιμένης ἱστορεῖ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς Βιθυνιακῶν α΄. *De Eulimene narrat Asclepiades Myrleanus in l.* I. *Bithyniacorum*. Ex his librum X. citat Sophocles *ad Apollonium l.* II. Ἱστορεῖ Δεινίας ἐν πρώτῳ Ἀργολικῶν, καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς ἐν δεκάτῳ Βιθυνιακῶν. *Dinias narrat in libro* I. *Argolicorum, & Asclepiades Myrleanus in l.* X. *Bithyniacorum*. Invenio etiam τὰ Παντοδαπά: & ex illis librum X. citat Etymolog. *in* δίκρον: Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ ι΄. τῶν Παντοδαπῶν, *Asclepiades in libro* X. *Variorum*. Fuit autem hic Asclepiades Diotimi filius. Clare Suidas: Ἀσκληπιάδης, Διοτίμου, Μυρλεανὸς, *Asclepiades, Diotimi filius, Myrleanus*. De Scriptis ejus hoc addit: Ἔγραψε Φιλοσόφων βιβλίων διορθωτικά, *scripsit Philosophicorum librorum correctoria*. Vixit Romæ tempore Pompeii. Idem Suidas: Ἐπαίδευσε δὲ καὶ εἰς Ῥώμην ἐπὶ Πομπηΐου τοῦ μεγάλου. *Docuit autem Romæ etiam tempore Pompeii Magni*. Fuit & alter Arei filius, isque scripsit περὶ Δημητρίου Φαληρέως, *de Demetrio Phalereo*. Citatur ab Athenæo, *l.* X.

ÆNEAS *Argivus*.

Schol. Pindari *Isthm.* ode IV. Nescio an is sit, de quo Suidas *in* Αἰνείας. Polybius 615. Cic. T. III. 106. 2. Ælianus T. II. Alius autem est, & quidem Medicus, cujus mentio est apud Galenum *de Compos. Medic. per partes*, lib. II. Τὰ ὑπὸ Αἰνείου παραδοθέντα ἐκ πείρας πρὸς ἀποφλεγματισμόν. *Quæ ab Ænea tradita sunt ex experientia sua de purgatione a pituita*.

ÆNESIDEMUS.

Scripsit τὰ Ταινιακά. Sophocles *ad Apollon. l.* I. Αἰνησίδημος δὲ ἐν Ταινιακοῖς, ἐπειδὴ τὸν Ἡρακλέα ξενίσαντες ἐνέδρευσαν αὐτὸν, φονεῦσαι βουλόμενοι. *Ænesidemus autem in Tæniacis, quoniam Herculem hospitio excipientes ei insidiati sunt, occidere volentes.* Ejusdem Λόγοι Πυρρώνειοι laudantur a Diogene Laertio, *l.* IX. in *Pyrrhone*: Καὶ Αἰνησίδημος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Πυρρωνείων Λόγων, οὐδέν φησιν ὁρίζειν τὸν Πύρρωνα δογματικῶς. *Et Ænesidemus in libro primo Rationum Pyrrhoniarum, nihil dogmatice Pyrrhonem determinare ait*,

ÆSCHINES. *Sardianus*.

Ἴαμβοι Harp. κέρκωψ. ibi vide Notas.

ÆSCHINES *Socraticus*.

Nominantur ejus Ἀσπασία, Ἀξίοχος, & Τηλαύγης ab Athenæo, *l.* V. Διάλογοι, *l.* XIII. Ἀλκιβιάδης, *l.* XIV.

ÆSCHRION *Samius*.

Numeratur inter Auctores de Re Rustica a Varrone, & Columella *l.* I. *c.* I. Ejus Ἴαμβοι apud Athenæum, *libb.* VII. & VIII. Ἐφεσίς, apud Isaacium Tzetzen *ad Lycophronem* 113. ubi ex eo Opere lib. VII. citat: Μέμνηται δὲ αὐτῶν καὶ Αἰσχρίων ἐν ἑβδόμῳ Ἐφεσίδος. *Meminit autem illorum quoque Æschrion in libro septimo Ephesidis*. Ἐφημερίδες, Joan. Tzetzes *Chil.* VIII. *cap.* CXCVIII.

ÆSCHYLIDES.

Scripsit, περὶ Γεωργίας. Ælianus *Hist. Animal.* l. XVI. c. XXXII. Αἰσχυλίδης ἐν τοῖς περὶ Γεωργίας ἐν τῇ Κίῳ γῇ πρόβατα γίνεσθαι ὀλίγα ἑκάστῳ τῶν γεωργῶν φησί. *Æschylides in libris de Agricultura in terra Cione oves nasci paucas singulis agricolis inquit*. Ex his librum III. citat Athenæus, *l.* XIV. Ὅτι δ' ἐστὶν ἕτερον τὸ ἄπιον, καὶ ἥδιον, Αἰσχυλίδης παρίστησιν ἐν τρίτῳ Γεωργικῶν. *Aliud vero piri & dulcius esse genus Æschylides in libro Georgicorum tertio probat*.

ÆSCHYLUS *Athenienfis Tragicus.*

Huc transfer Æfchylum noftrum. Ejus paucas Tragœdias habemus. Αθαμας allegatur ab Athenæo, *l.* VII, Αἴας Λοκρὸς, Zenobius *Cent.* VI. *Proverb.* XIV. Ως φησιν Αἰσχύλος ἐν Αἴαντι Λοκρῷ, *ut ait Æfchylus in Ajace Locrenfi.* Αμύμων, Athenæus, *l.* XV. Αμφιτρύων, *l.* XIII. Ab Etymologico Αργεῖοι nominantur, *in* ἐνηλύσια, Αργύειοι, Hefych. 249. Βασσαρίδες, apud Schol. Nicandri *in Theriaca:* Καὶ Αἰσχύλος ἐν Βασσαρίσι·

Κάρφει παλαιῷ κἀπιβωμίῳ ψόλῳ.
Et Æfchylus in Baffaridibus;
Feftuca veteri & fuper aram fumo.

Γλαῦκος Πόντιος, Athenæus, *l.* III. & apud Schol. Theocriti ad finem *Idyllii* IV. item Schol. Euripidis *Phœniffis*. Sed de lectione hac ambigo. Schol. Ariftoph. *ad Ranas*, ad Act. V. Sc. III. Τὸ δὲ ἐφ' ἅρματος ἔπ' ἅρμα ἐκ Γλαύκου Ποντίου Αἰσχύλου. *Illud autem fuper currum enim currus ex Glauco Marino Æfchyli.* Hodie editur, Εκ Γλαύκου Ποτνιέως A. *Ex Glauco Potnienfi A.* Et mox: Ταῦτα δὲ παρὰ τὰ ἐν Γλαύκῳ Ποντίῳ Αἰσχύλου. *Hæc autem juxta illa, quæ funt in Glauco Marino Æfchyli.* Hodie ibidem editur, ἐν Γλαύκῳ Ποτνιεῖ A. His adde quod apud Paufaniam p. 299. f. I. Anonymus in *Collect. Hift.* Αἰσχύλος τραγῳδὸς ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ. *Æfchylus tragœdus vicit Phineo, Perfis, Glauro Potnienfi, Prometheo.* Vide Strab. 282. Δαναΐδες, Athenæus, *l.* XIII. Δικτυουλκοὶ, apud Ælianum, *de Hift. Animal.* lib. VII. cap. XLVII. Καὶ μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Πελιάσι τοῦ ὀνόματος, καὶ Αἰσχύλος ἐν Αγαμέμνονι καὶ Δικτυουλκοῖς. *Et meminit illius nominis Euripides in Peliadibus, & Æfchylus in Agamemnone & Pifcatoribus retiariis.* Εκτορος Λύτρα, vide infra in Φρύγες. Ελευσίνιοι, Plutarchus in *Thefeo:* Καταμαρτυροῦσι δὲ τῶν Εὐριπίδου Ικετίδων οἱ Αἰσχύλου Ελευσίνιοι, ἐν οἷς καὶ ταῦτα λέγειν ὁ Θησεὺς πεποίηται. *Teftantur autem contra Euripidis Supplices Æfchyli Eleufini, in quibus illa etiam dicere Thefeus fingitur.* Ηδωνοὶ, Athenæus, *l.* XI. apud Erotianum *in* Ικταρ, & apud Schol. Ariftoph. *ad Aves*. Ηλιάδες, Athenæus, *libb.* X. & XI. Ηρακλεῖδαι, Hefych. 281. Θεωροὶ Athenæus, *lib.* XIV. Θρῇσσαι, Schol. Sophoclis *ad Ajacem:* Τὸ δὲ τῶν αἰχμαλώτων, κηδεμονικὸν μέν, ὡς Αἰσχύλος ἐν Θρῄσσαις. *Id vero bello captorum, accuratum quidem, ut Æfchylus in Threffis.* Hefych. *in* ἀγαῖς. Ιέρειαι, Schol. Soph. *Oed. Col.* Ως καὶ ἐν Ιφικλείᾳ φησὶ, καὶ Αἰσχύλος ἐν Ιερείαις. *Sicut etiam in Iphiclia inquit, & Æfchylus in Sacerdotibus fœminis.* Macrob. 430. Hefych. *in* κασωλάβα, Euftrat. *ad Ariftot. Ethic. l.* III. *c.* I. p. 89. a. Ιλιάδες, Schol. Sophoclis *Oed. Col.* Καὶ ἐν Ιλιάσιν Αἰσχύλος, *& Æfchylus in Iliadibus.* Puto eandem effe Fabulam, quæ Ηλιάδες infcribitur apud Athenæum, ut fupra commemoravi. Κάβειροι, Athenæus *l.* X. Sah. Pind. 252. Καλλιστώ, Hefychius *in* Πανίας βύσσας. Καμικοὶ, Athenæus, *l.* II. Κᾶρες, feu Εὐρώπη, Stephanus *in* μύλασα. Κίρκη σατυρική, Hefych. 328. Κρῆσσαι, Athenæus, *l.* II. Λιτανίαι, Hefychius: ἀναξίαν, βασιλείαν Αἰσχύλος Λιτανίαις. Αναξίαν, *regiam; Æfchylus in Supplicationibus.* Sed corruptum locum cenfeo. Λυκοῦργος, Athenæus *l.* X. & apud Schol. Soph. *ad Oed. Col.* vide Ariftoph. 773. Τὰ Μεσσηνιακὰ ἔπη, Athenæus, *l.* XIII. Μυρμιδόνες, Schol. Ariftoph. *ad Aves:* Παρὰ τὰ γραφέντα ἐκ Μυρμιδόνων Αἰσχύλου. *Juxta illa, quæ fcripta funt ex Myrmidonibus Æfchyli.* Athen 604. Hef. ἀγρέμων, ἐγκυράδες κυρὰς, Suid. αβδέλυκτα, ἀποίμωξον, Schol. Ariftoph. fæpe. Μυσοὶ, Stephanus *in* οἷας. Νεανίσκοι, Athenæus, *l.* XI. Νηρεΐδες, Schol. Euripidis *Phœniffis.* Καὶ Αἰσχύλος Νηρείσι·

Δελφινοφόρον πεδίον πῶς διαμεμψάμεναι.

Et Æfchylus in Nereidibus;

Delphinos ferentem campum quomodo incufantes.

Νιόβη, Hephæftion in *Enchiridio;* Εν μὲν ἰαμβικῷ Αἰσχύλος ἐν Νιόβῃ. *In jambico quidem Æfchylus in Niobe.* Schol. Eurip. 286. Ariftoph. *ad Aves.* Εκ Νιόβης Αἰσχύλου·

Εξέρριπται δὲ τ' Αμφίονος ἐκ μονῳδίας.
Ex Niobe Æfchyli;

Ejectus eft autem Amphionis ex nenia.

Οπλων Κρίσις, Schol. Soph. *ad Ajacem:* Καὶ Αἰσχύλος ἐν Οπλων Κρίσει, *& Æfchylus in Armorum Judicio.* Οστολόγοι, Athenæus *l.* XV. Περραιβίδες, Athenæus, *l.* XI. Περραιβοὶ, ibidem. Προμηθεὺς λυόμενος, Stephanus *in* ἄβιοι: vide Hyginum in *Poet. Aftronom.* lib. I. p. 62. a. Προπομποὶ, Hefychius. Δίπολοι, Αἰσχύλος Προπομποῖς, διπλοῖ. *Bis verfati, Æfchylus in Pompæ deductoribus, duplicat.* Ita reftituo ordinem verborum hactenus turbatum. Πρωτεὺς, Athenæus, *l.* IX. Πρωτεὺς σατυρικὸς, Anonymus in *Collect. Hift.* Πρῶτος Αἰσχύλος Αγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ σατυρικῷ. *Primus Æfchylus Agamemnone, Inferias ferentibus, Eumenidibus, Proteo fatyrica.* Σάτυροι, Paufanias 56. 33. Σίσυφος, Erotianus: Διοπῷ, τῷ τῆς νηὸς ἐπιμελητῇ· παρὰ τὸ διοπτεύειν. Αττικὴ δὲ ἡ λέξις, κειμένη καὶ παρ' Αριστοφάνει ἐν Αττικαῖς λέξεσι, καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Σισύφῳ. Διοπῷ *navis curatori; ab* διοπτεύειν, *infpicere. Attica autem eft dictio, etiam pofita apud Ariftophanem in Atticis dictionibus, & apud Æfchylum in Sifypho.* Ælianus *Hift. Animal.* lib. XII. cap. V. Ωσπεροῦν καὶ Αἰσχύλος ἐν Σισύφῳ, *ficut igitur Æfchylus quoque in Sifypho.* Plena infcriptio erat, Σίσυφος Πετροκυλιστής. Vide Euftrat. *in Ethic.* 94. Σφίγξ, Athenæus *l.* XV. Schol. Ariftoph. *ad Ranas.* Ταῦτα δ' ἐκ Σφιγγὸς Αἰσχύλου, *Illa vero ex Sphinge Æfchyli.* Τοξόται, Hef. 586. Euftrat. *ad Ethic.* 98. Τροφοὶ, Hefych. 586. Υψιπύλη, Sophocles *ad Apollon. l.* I. Αἰσχύλος δ' ἐν Υψιπύλῃ ἐν ὅπλοις φησὶν αὐτὰς ἐπελθούσας χειμαζομένοις τοῖς Αργοναύταις, &c. *Æfchylus autem in Hypfipyle armatas illas ait invafiffe tempeftate jactatos Argonautas,* &c. Φιλοκτήτης, Athenæus, *l.* IX. Schol. Ariftoph. ad finem *Ranarum:* Εστὶ δὲ ἐκ Φιλοκτήτου Αἰσχύλου, *eft vero ex Æfchyli Philoctete.* Φινεὺς, Athenæus, *l.* X. vide Eufeb. 323. a. Φόρκιδες, Athenæus, *l.* IX. & apud Hyg. p. 63. b. Φρύγες, Athenæus, *l.* II. Schol. Arift. *ad Ranas:* Ο Αχιλλεὺς δὲ καθήμενός ἐστι, καὶ οὐκ ἀποκρινόμενος, παρ' Αἰσχύλῳ ἐν δράματι ἐπιγραφομένῳ Φρυξὶν, ἢ Εκτορος Λύτροις. *Achilles autem eft fedens, & non refpondens, apud Æfchylum in fabula Phrygibus infcripta, vel Hectoris redemtionis Pretiis.* Hefychius *in* διαπεφρούρηται: Διαπεφρούρηται βίος. Αἰσχύλος Φρυξί. οἷοι ἡ διὰ τοῦ βίου φρουρὰ συντετέλεσται. *Cuftodia munita eft vita: Æfchylus in Phrygibus. Idem eft cuftodia per vitam confummata eft.* Ita emenda. Male hodie editur, ἡ τοῦ βίου φθορὰ, *vitæ corruptio.* Reftitue *in* ἄγαστα, ubi male φράζει pro Φρυξί. Ψυχαγωγοὶ, Sch. Apoll. 154. Ψυχοστασία, Plut. II. 17. Laudat & Æfchyli cujufdam περὶ Παροιμιῶν Zenobius *Cent.* V. *Proverb.* LXXXV. Σαρδόνιος γέλως. Αἰσχύλος ἐν τοῖς περὶ Παροιμιῶν περὶ τούτου φησὶν οὕτως. *Sardinienfis rifus. Æfchylus in libris de Proverbiis de illo ita loquitur.*

ÆSCHYLUS *Cnidius*.

Cicero 1. 243. 29.

ÆSCHYLUS *Mathematicus*.

Ποικίλα χρώματα, Suid. 1. 1356. Meminit ejus Ariſtoteles *Meteorolog*. l. 1. c. VI. Καὶ οἱ περὶ τ̃ Ἱπποκράτlω τ̃ Χῖον κ̀ τ̃ μαθητlὼ αὐτ̃ Αἰσχύλον ἀπεφήναντο. *Et Hippocrates Chius, & diſcipulus ejus Æſchylus oſtenderunt*. Et mox: Καθάπερ φησὶν Αἰσχύλος κ̀ Ἱπποκράτης. *Quemadmodum Æſchylus dicit & Hippocrates*.

ÆSION.

Vide de eo Ariſtotelem *Rhet*. l. III. c. X. & Plutarchum in *Demoſthene* p. 851. Suid. 365.

ÆSON *Corinthius*.

Schol. Pind. 113.

ÆSOPUS.

Τὰ αὐτῷ συμβάντα ἐν Δελφοῖς libris II. Anonymus in *Collect. Hiſt*. Αἴσωπος κατά τινας γράφει τὰ αὐτῷ συμβάντα ἐν Δελφοῖς ἐν βιβλίοις β΄. *Æſopus ſecundum aliquos ſcribit illa, quæ ſibi Delphis acciderunt in libris* II. Librum II. Euſeb. Olymp. XL. III. Vide Suidam *in* Αἴσωπος.

AETHLIUS.

Ejus Σαμίων ὅροι nominantur ab Athenæo *l*. XIV. duobus locis. Et corrigendus Etymolog. *in* νένωται. κ̀ ὁ Αέθλιος ἐν τοῖς Σαμίων ὅροις. *Et Aethlius in Samiorum limitibus*. Hodie editur Αθλιος. Id doctiſſimo viro Frid. Sylburgio etiam viſum. Citat eum quoque Arnobius & Clemens in *Protreptico*.

AFRICANUS.

Suidas *in* Ἀφρικανός. Ἐπίτομον citatur ab Euſebio *Chron*. l. 1. Ἰώσηππος ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς ἱστορεῖ, κ̀ Ἀφρικανὸς μετ᾽ αὐτὸν ἐν Ἐπιτόμῳ. *Joſephus in Maccabæorum hiſtoria narrat, & poſt illum Africanus in Epitome*. Item Ἱστοριῶν libri V. & Κεστῶν libri IX. Idem Euſebius in eodem opere: Νικόπολις ἐτιμήθη καλεῖσθαι ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τ̃ αὐτοκράτορος, Ἀφρικανοῦ πρεσβεύσαντος, τ̃ τὰς ἱστορίας ἐν πενταβίβλῳ συγγραψαμένου. Ἀφρικανὸς τ̃ ἐννεάβιβλον Κεστῶν ἐπιγεγραμμένlω πραγματείαν ἰατρικῶν, κ̀ φυσικῶν, καὶ γεωργικῶν, κ̀ χυμικῶν περιέχουσαν δυνάμεις Ἀλεξάνδρῳ τούτῳ προσφωνεῖ. *Nicopolis honorata eſt appellari ab Alexandro imperatore, Africano legationis munere functo, illo, qui hiſtorias libris* V. *conſcripſit. Africanus novem librorum opus inſcriptum acupictorum, medicorum, & phyſicorum, & ruſticorum, & chymicorum vires continens huic Alexandro dedicat*.

AFRICANUS *Iatroſophiſta*.

Fulgentius *Mytholog*. l. III. *Nam & emplaſtromentaticum, quem ſtiſidem Africanus Iatroſophiſtes vocavit, pollici & talo imponendum præcepit*. Scribo, *N. & emplaſtrum entaticum, quem*, &c.

AGACLYTUS.

Suid. 1. 1558.

AGALLIS *Corcyræa*.

Vide Athenæum p. 14.

AGAMESTOR *Pharſalius*.

Laudat eum ſine operis titulo Iſaacius Tzetzes *ad Lycophronem*: Ἀγαμήστωρ δ᾽ ὁ Φαρσάλιος Πυρίσιον πρότερον λέγει τ̃ Ἀχιλλέα κεκλῆσθαι. *Agameſtor autem Pharſalius Pyriſium prius Achillem appellatum eſſe dicit*.

AGAPIUS.

Suidas, 17.

AGASTHENES.

Ejus ſine operis nomine meminit Athenæus *lib*. III. Ὡς Ἀνδρίσκος, ἔτι δ᾽ Ἀγασθένης, ἱστοροῦσι. *Sicut Andriſcus, atque etiam Agaſthenes, narrant*.

AGATHARCHIDES *Cnidius*.

Τῶν Ἀλεξάνδρου διαδοχῶν πράξεις, Joſephus, 388. Ἀσιατικὰ laudat Athenæus *l*. IV. Ejus Operis librum VIII. & l. XII. citat X. Meminit etiam Phlegon, 91. Diod. Sic. 1. 149. Lucianus in *Macrob*. citatque librum ejus Operis IX. Ὡς Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἐννάτῃ τ̃ περὶ τ̃ Ἀσίας Ἱστοριῶν λέγει. *Sicut Agatharchides in libro nono Hiſtoriarum Aſiaticarum dicit*. Laudat etiam Phlegon *de Long*. c. II. Emendandus inſignis locus Freculphi *Com*. 1. l. IV. c. XXVII. *Teſtis eſt orationis meæ Ovidius Sabatarcides, qui ſucceſſorem Alexandri facta conſcribens*, &c. Reſcribo, *T. e. o. meæ Cnidius Agatharchides*. Et mox: *Sabatarcides quidem hæc de gente Judæorum ſcripſit*. Iterum corrige, *Agatharchides quidem*. Εὐρωπικὰ pluries nominantur ab Athenæo, & *l*. XII. allegatur liber XXXV. *l*. VI. liber XXXVIII. Ἱστορίαι, & ex iis liber XII. citatur ab eodem *l*. XII. τὰ Φρυγιακά, Plutarchus *de Flum*. Καθὼς ἱστορεῖ Ἀγαθαρχίδης ἐν τοῖς Φρυγιακοῖς *Quemadmodum narrat Agatharchides in Phrygiacis*.

AGATHARCHIDES *Samius*.

Περσικὰ Plutarchus in *Parallelis* laudat lib. II. Ἱστορεῖ Ἀγαθαρχίδης Σάμιος ἐν δευτέρῳ τ̃ Περσικῶν. *Narrat Agatharchides Samius in libro ſecundo Perſicorum*. Περὶ Λίθων. Ex eo Opere librum IV. nominat Plutarchus *de Flum*. Ἱστορεῖ Ἀγαθαρχίδης ὁ Σάμιος ἐν τετάρτῳ περὶ Λίθων. *Narrat Agatharchides Samius in libro quarto de Lapidibus*.

AGATHARCHUS.

Vitruſtius in *Proœmio lib*. VII. *Namque primum Agatharchus Athenis Æſchylo docente tragœdiam ſcenam fecit, & de ea commentarium reliquit*. Vide Suid. *in* Ἀγάθαρχος.

AGATHINUS.

Περὶ σφυγμῶν, Galenus *de diff. Pulſ*. l. II. Γένη μὲν δὴ κτ̃ τὰς τ̃ σφυγμῶν διαφορὰς οὐχ ἡμεῖς μόνοι. ἀλλὰ Ἀρχιγένης εἶναί φησι, κ̀ Ἀγαθῖνος, κ̀ πάντες σχεδὸν οἱ περὶ σφυγμῶν γράψαντες ὑπομνήματα. *Genera quidem ſane juxta pulſuum diverſitates non nos ſolum, ſed Archigenes eſſe dicit, & Agathinus, & omnes propemodum, qui de pulſibus commentarios ſcripſerunt*.

AGATHOBULUS.

Meminit jus ſub Adriano Imp. Euſebius *Chron*. lib. 1. Σέξτος φιλόσοφος, κ̀ Ἀγαθόβουλος, κ̀ Οἰνόμαος ἐγνωρίζετο. *Sextus philoſophus, & Agathobulus, & Oenomaus florebant*.

AGA-

A AGATHOCLES.

Etymologici Auctor *in Δίκτη*: Ἀγαθοκλῆς δὲ θηλυκὸν ὄνομα εἶναι τὸ Δίκταιον ὄρος (φησί.) *Sed Agathocles fœmininum nomen esse Dictæus mons* (*ait.*) Ejus Ὑπομνήματα nominat Sophocles *ad Apollon. lib.* IV. Ἀγαθοκλῆς ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι περὶ τῶν Χαλκείων τοῦ Ἡφαίστου ἱερῶν, φησὶ κατὰ Σικελίαν δύο εἶναι νήσους. *Agathocles in Commentariis de Chalciis festis in honorem Vulcani disserens, dicit juxta Siciliam duas esse insulas.* Περὶ διαίτης. Locus est *ad Theriaca*: Δημήτριος δὲ, χίδιον οἶνον τὸν Κερκυραῖον φησὶ· ἔστι γὰρ πεπηγώς. ὡς Ἀγαθοκλῆς ἐν τῷ Περὶ διαίτης. *Demetrius vero, ratitum vinum esse Corcyræum inquit; est enim compactum. Sicut Agathocles in libro De vivendi ratione.* Laudat Historiam Agathoclis Cicero T. IV. 264. 10.

B AGATHOCLES *Atrarius.*

Eum Ἀλιευτικὰ scripsisse oratione soluta refert Suidas, I. 1457.

AGATHOCLES *Babylonius.*

Περὶ Κυζίκου. Athenæus *lib.* IX. Ἀγαθοκλῆς ὁ Βαβυλώνιος ἐν πρώτῳ περὶ Κυζίκου φησὶν οὕτως. *Agathocles Babylonius in lib.* I. *de Cyzico sic ait.* Et librum
C III. citat postea *lib.* XI. Stephanus *in* Βέσβικος: Ἀγαθοκλῆς ἐν πρώτῃ περὶ Κυζίκου φησὶν, ὅτι κτίσμα ἐστὶ Φερσεφόνης. *Agathocles in libro* I. *de Cyzico dicit, conditam esse ab Proserpina.* Vide Festum pag. 233. Laudat eundem, sed sine Operis titulo, Scholiastes Hesiodi *ad Theogoniam*: Ἀγαθοκλῆς δὲ ὁ Βαβυλώνιός φησι, τὴν Ῥέαν ἐκ Προικοννήσου δέξασθαι τὸν λίθον. *Agathocles autem Babylonius ait, Rheam ex Proconeso accepisse lapidem.*

AGATHOCLES *Chius.*

D Recensetur inter Rei Rusticæ Scriptores a Varrone, & Columella, *lib.* I. *cap.* I.

AGATHOCLES *Cyzicenus.*

Scripsit τὰ περὶ τῆς Πατρίδος. Athenæus *lib.* XIV. Μνημονεύει δὲ αὐτῶν Ἀγαθοκλῆς ὁ Κυζικηνὸς ἐν τρίτῃ τῶν περὶ τῆς Πατρίδος. *Meminit vero illorum Agathocles Cyzicenus in lib.* III. *de Patria.* Sed ego valde vereor ne hoc illud ipsum Opus sit, quod περὶ Κυζίκου inscriptum fuisse ait *lib.* IX. & per memoriæ lapsum
E Babylonium illic vocasse, quem hoc loco Cyzicenum indigetat.

AGATHOCLES *Milesius.*

Scripsit, περὶ Ποταμῶν. Plutarch. *de Flum.* Ἀγαθοκλῆς δὲ Μιλήσιος ἐν τοῖς περὶ Ποταμῶν φησὶ τὸν Ἴναχον διὰ πανουργίαν ὑπὸ τοῦ Διὸς κεραυνωθέντα, ξηρὸν γενέσθαι. *Verum Agathocles Milesius in libris de Fluminibus dicit Inachum propter malitiam a Jove fulmine ictum, exsiccatum esse.*

AGATHOCLES *Samius.*

F Πεσσινουντίων Πολιτεία. Plutarch. *de Flum.* Μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἀγαθοκλῆς ὁ Σάμιος ἐν τῇ Πεσσινουντίων Πολιτείᾳ. *Meminit autem illorum etiam Agathocles Samius in Pessinuntiorum Republica.* Citat eum etiam alter in *Parall.*

AGATHODAEMON.

Manethonis libros transtulit in linguam Græcam. Vide Eusebium *Chron.* lib. I. pag. 6.

G. Tom. X.

AGATHON *Comicus.*

Suid. 22.

AGATHON *Samius, Grammaticus.*

Hujus περὶ Ποταμῶν librum secundum citat Stobæum *Serm.* XCVIII. ejusdem, puto, est Περίπλους Πόντου, Schol. Apollonii *lib.* II. Ἀκριβέστερον δὲ Ἀγάθων ἐν τῷ τοῦ Πόντου Περίπλῳ. *Accuratius autem Agathon in Periplo Ponti.* Item Σκυθικά. Plutarch. *de Flum.* Ἱστορεῖ Ἀγάθων ἐν δευτέρῳ Σκυθικῶν, *narrat Agathon in lib.* II. *Scythicorum.*

AGATHON *Tragicus.*

Suidas 23. Hes. 521. Τήλεφος, Athenæus *lib.* X. Τὸ δ' αὐτὸ πεποίηκε καὶ Ἀγάθων ὁ τραγῳδοποιὸς ἐν τῷ Τηλέφῳ. *Idem autem fecit quoque Agathon Tragicus in Telepho.* Θυέστης, apud eundem, *lib.* XII. Αερόπη, apud Etymolog. *in* Εἰσῆμεν. Ἄνθος Aristoteles *de Poetica* cap. X. ἐν ἐνίαις δὲ οὐθέν, οἷον ἐν τῷ Ἀγάθωνος Ἄνθει, *in aliis autem nihil, ut in Agathonis Flore.* Quin & hic τῶν Ἐμβολίμων auctor. Idem Aristoteles *ibidem* c. XVII. Διὸ Ἐμβόλιμα ᾄδουσι, πρώτου ἄρξαντος Ἀγάθωνος τοῦ τοιούτου. *Quapropter Intercalaria Carmina canunt, quod primus incepit hic Agathon.*

AGATHONYMUS.

Περσίς. Plutarch. *de Flum.* Κοκκύγιον ὠνομάσθη, καθὼς ἱστορεῖ Ἀγαθώνυμος ἐν Περσίδι. *Coccygium nominatum est, sicut narrat Agathonymus in Perside.*

AGATHOSTENES.

Ἀσιατικὰ Ἔπη. Vetus Interpres *Phænom. Agathostenes quidem in Asiaticis Carminibus Cynosuram dicit Jovis fuisse nutricem, unam ex Idæis Nymphis.* Meminit ejus quoque Schol. Lycophronis p. 161. Tzetz. *Chil.* CXXXII.

AGATHOTYCHUS.

Inter Mulomedicos exstant quoque ejus Fragmenta.

AGATHYRSIDES *Samius.*

Scripsit Περσικά; profertque ex iis insigne fragmentum Stobæus *Serm.* VII.

AGENOR *Mitylenæus.*

Scripsit, περὶ Μουσικῆς. Aristoxenus Ἁρμονικῶν Στοιχείων *lib.* II. Καθάπερ οἱ Πυθαγόραν τὸν Ζακύνθιον, καὶ Ἀγήνορα τὸν Μιτυληναῖον. *Quemadmodum qui Pythagoram Zacynthium, & Agenorem Mitylenæum.* Sed mutilus locus, & censeo scribendum, οἱ περὶ Πυθαγόραν. Hic est ille, cujus meminit Isocrates in *Epistola ad Mitylenæorum magistratus*, pag. 628. 632.

AGESILAUS.

Schol. Pindari, 217. Suid. I. 846.

AGESILAUS.

Ἰταλικά. Plutarch. in *Parallelis*: Ἐστὶ δὲ θεὸς πρόνοιαν ποιούμενος ἵππων, ὡς Ἀγησίλαος ἐν τρίτῳ Ἰταλικῶν. *Est autem deus equorum curam gerens, ut Agesilaus in libro* III. *Italicorum.*

AGESISTRATUS.

Μηχανικά. Vitruvius in *Proœmio lib.* VII. *De*

machinationibus (scripserunt) uti Cliades, Archytas, Archimedes, Ctesibius, Nymphodorus, Philo Byzantius, Diphilus, Charidas, Polyidus, Phyrus, Agesistratus. Athenæus in *Mechanicis* nondum editis: Ὅσαπερ ἐγνώκαμεν τοῦ μηχανικοῦ Ἀγησιστράτου, περὶ αὐτῶν διέξιμεν. *Qualia scimus mechanici Agesistrati, de illis narravimus.* Heroni in *Procemio Mechanicorum*, dicitur, *Angisistratus*. An idem est, qui aliis scribitur.

AGESTRATUS.

Vide Schol. Pindari 315.

AGIAS, *Comicus*.

Poll. 137. 6.

AGIS.

Vide supra in ÆGIAS.

AGIS *Argivus*.

Vide Curtium pag. 215.

AGLAIAS.

Meminit hujus Nicandri Scholiastes *ad Alexipharmaca*: Ἀγλαΐας δὲ εἰαρίτην τὴν αἱματίτην λίθον φησί. *Aglaias vero eiariten hæmatiten lapidem dicit.*

AGLAOSTHENES.

Scripsit Ναξικά. Hyginus *lib.* II. de Arcto minore: *Hanc Aglaosthenes, qui Naxica conscripsit, ait Cynosuram esse.* Et alibi: *Aglaosthenes autem, qui Naxica scripsit, ait Jovem Cretæ surreptum, Naxum delatum, & ibi esse nutritum.* Vetus Interpres *Phænom. Aglaosthenes dicit Jovem in aquilam transfiguratum Naxiam regionem, ubi nutritus fuerat, petisse, & regnum accepisse.* Hujus nomen corruptum apud Plinium *lib.* IV. *cap.* XII. Restituo, *Aglaosthenes Cynthiam, alii Ortygiam.* Hodie editur, *Æglosthenes.* Et apud Pollucem *lib.* IX. *cap.* VI. Εἴτε Λυδοὶ, καθά φησι Ξενοφάνης· εἴτε Νάξιοι, κατὰ τὴν Ἀγλαοσθένους δόξαν. *Sive Lydi, ut Xenophanes; sive Naxii, secundum Aglaosthenis opinionem.* Perperam vulgatur, κ. τὴν Ἀγλωσθένους δ'.

AGNOCLES *Rhodius*.

Κορωνισταί. Athenæus *lib.* VIII. ἱστορεῖ Ἀγνοκλῆς ὁ Ῥόδιος ἐν Κορωνισταῖς, *narrat Agnocles Rhodius in Coronistis.*

AGNON.

Nominat, sed non expresso Opere, Athenæus *lib.* XIII. Παρὰ δὲ Σπαρτιάταις, ὡς Ἄγνων φησὶν ὁ Ἀκαδημαϊκὸς, πρὸ τῶν γάμων ταῖς παρθένοις ὡς παιδικοῖς νόμος ἐστὶν ὁμιλεῖν. *Apud Spartanos autem, ut Agnon Academicus dicit, ante nuptias cum virginibus sicut cum amasiis lex est consuescere.*

AGRESPHON.

Περὶ Ὁμωνύμων. Suidas: Ἀπολλώνιος ἕτερος Τυανεὺς, φιλόσοφος, νεώτερος· γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως, ὡς Ἀγρέσφων ἐν τῷ περὶ Ὁμωνύμων. *Apollonius alter Tyaneus, philosophus, junior; natus sub Hadriano Imperatore, ut Agresphon in libro de Homonymis.*

AGRIOPAS.

Ὀλυμπιονῖκαι. Plinius *lib.* VIII. *cap.* XXII. *Itaque Agriopas, qui Olympionicas scripsit, narrat Demænetum Parrhasium in sacrificio*, &c.

AGRIPPA.

Vide Ptolem. *de Magna Syntaxi*, pag. 170.

AGROETAS.

Laudatur a Stephano *in* ἄμπελος. Ejus Scripta, Σκυθικά. Sophocles *ad Apollonii lib.* II. citat XIII. Ἀγροίτας δὲ ἐν τρεισκαιδεκάτῃ τῶν Σκυθικῶν δαπανᾶσθαι φησὶ τὸ ἧπαρ Προμηθέως δόξαι ὑπὸ τοῦ ἀετοῦ. *Agrœtas autem in libro decimo tertio Scythicorum ait videri consumi jecur Promethei ab aquila.* Ejusdem Λιβυκὰ allegat idem *lib.* I. Ἀγροίτας δὲ ἐν πρώτῳ Λιβυκῶν, ὑπὸ Ἀπόλλωνος εἰς Κρήτην αὐτὴν κομισθῆναι. *Agrœtas autem in libro* I. *Libycorum ab Apolline in Cretam illam deportatam esse.* Et postea iterum ad *lib.* IV. allegat librum III. Ἀγροίτας δὲ ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν φησὶ μὴ μῆλα εἶναι, ἀλλὰ πρόβατα κάλλιστα. *Agrœtas autem in libro* II. *Libycorum ait non mala, sed pulcherrimas oves fuisse.*

ALBINUS.

Scripsit Historiam, Cic. Tom. I. 214. 48.

ALCANDER.

Clemens *Protrept.* Τὰς δὲ Μούσας, ἃς Ἄλκανδρος Διὸς καὶ Μνημοσύνης γενεαλογεῖ, καὶ οἱ λοιποὶ ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς ἐκθειάζουσι καὶ σέβουσι. *Musas autem, quas Alcander Jove & Mnemosyne ortas dicit, & reliqui poetæ & scriptores inter deos recensent & colunt.*

ALCETAS.

Ejus Opus, περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων, *de Donariis quæ Delphis erant*, laudat Athen. *lib.* XIII.

ALCIBIADES.

Suid. *in* Ἀλκιβιάδης, Poll. 478. 5. Scripta incerta. Vide Cit. T. I. 147. 6.

ALCIDAMAS.

Vide Suidam *in* Ἀλκιδάμας. Ejus Μουσεῖον citatur ab Anonymo in *Certamine Homeri & Hesiodi*: Οὓς κατὰ μέσον τὸν πλοῦν ὁ Ζεὺς κεραυνώσας κατεπόντωσεν, ὥς φησιν Ἀλκιδάμας ἐν Μουσείῳ. *Quos in media navigatione Jupiter fulmine percutiens mari submersit, ut ait Alcidamas in Museo.* Ejus Φυσικὸν citatur a Diog. Laertio *lib.* VIII. in *Empedocle*: Ἀλκιδάμας δ' ἐν τῷ Φυσικῷ φησὶ, κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Ζήνωνα καὶ Ἐμπεδοκλέα ἀκοῦσαι Παρμενίδου. *Alcidamas autem in Phisico ait, per illa tempora Zenonem & Empedoclem auditores fuisse Parmenidis.* Scripsit quoque, Ἐγκώμιον τοῦ θανάτου, *Laudem mortis.* Vide Cic. IV. 94. b. 16. Rhet. Gr. Aut. 600. Demetr. Phal. 52. Ἐγκώμιον Ναΐδος, Athenæus *lib.* XIII. Ἀλκιδάμας Ἐλεάτης, ὁ Γοργίου μαθητὴς, ἔγραψε καὶ αὐτὸς Ἐγκώμιον Ναΐδος τῆς ἑταίρας. *Alcidamas Eleates, Gorgiæ discipulus, scripsit & ipse Laudationem Naidis meretricis.* Ita corrigendum censeo cum V. Cl. Isaaco Casaubono. Nam Eleates fuit hic Scriptor. Quintilianus *Institut. Orat.* lib. III. cap. I. *Et Hippias Eleus, &, quem Palamedem Plato appellat. Alcidamas Eleates.*

ALCIMENES *Mitylenæus, Tragicus.*

Vide Suidam *ibidem*.

ALCIMUS.

Diogenes Laertius citat Opus πρὸς Ἀμύνταν, quod constabat libris IV. Locus est *lib.* III. in *Platone*: Πολλὰ δὲ καὶ παρ' Ἐπιχάρμου τοῦ κωμῳδοποιοῦ προσωφέληται, τὰ πλεῖστα μεταγράψας, καθά φησιν Ἄλκιμος ἐν τοῖς πρὸς Ἀμύνταν, ἅ ἐστι τέτταρα. *Multa vero etiam ab Epicharmo comico adjutus est, plu-*

rima transcribens, prout Alcimus ait in libris ad Amyntam, qui sunt quatuor. Et postea iterum: Καὶ ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα διὰ τῶν τεσσάρων βιβλίων παραπήγνυσιν ὁ Ἄλκιμος. *Atque hæc quidem & talia in* IV. *libris concinnavit Alcimus.* Ejus Σικελικὰ commemorat Athenæus *lib.* VII. Ἄλκιμος δ᾽ ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐν Μεσσήνῃ φησὶ τῇ κατὰ τὴν νῆσον Βότρυν γενέσθαι εὑρετὴν τῶν παραπλησίων παιγνίων τοῖς προσαγορευομένοις Σάλπης. *Alcimus autem in Siculis rebus Messanæ ait, quæ in insula sita est, Botryn fuisse inventorem lusuum similium illis qui appellantur Salpe.* Ejusdem Ἰταλικὴ βίβλος laudatur ab eodem *lib.* x.

ALCINOUS.

Ἀπόλογος, sexaginta versibus constans. Aristoteles *Rhet.* lib. III. cap. XVI. Παράδειγμα ὁ Ἀλκίνου Ἀπόλογος, ὅτι πρὸς τὴν Πηνελόπην ἐν ἑξήκοντα ἔπεσι πεποίηται. *Paradigma Alcinoi Apologus, qui ad Penelopen sexaginta versibus compositus est.*

ALCIPHRON *Mæandrius.*

Laudatur ab Athenæo incerto Opere, *lib.* I. & ab Etymologicographo *in* ἀσελγαίνειν. Vide Suidam in Ἀλκίφρων.

ALCMÆON *Crotoniates, Philosophus.*

Hic τὰ Φυσικὰ scripsit primus; eaque laudat Diogenes Laert. in *ejus Vita*, lib. VIII. Δοκεῖ δὲ πρῶτος Φυσικὸν λόγον συγγεγραφέναι, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν τῇ Παντοδαπῇ Ἱστορίᾳ. *Videtur autem primus Physicum sermonem conscripsisse, ut ait Favorinus in Varia Historia.* Clemens *Strom.* I. Ἀλκμαίων γ᾽ οὖν Περίθου Κροτωνιάτης πρῶτος Φυσικὸν λόγον συνέταξεν. *Alcmæon igitur Perithi filius Crotoniates primus Physicum sermonem composuit.* Ex eo Opere ille idem locum citat *Strom.* VI. Laudat eum Aristoteles, *de Gen. Anim.* lib. III. c. II. Τοὐναντίον μέντοι ἐστὶν, ἢ οἵ τε ἄνθρωποι οἴονται, καὶ Ἀλκμαίων φησὶν ὁ Κροτωνιάτης. οὐ γὰρ τὸ λευκόν ἐστι γάλα, ἀλλὰ τὸ ὠχρόν. *Contrarium quidem est, quam & homines opinantur, & Alcmæon Crotoniates ait. Non enim album est lac, sed pallidum.* Primum illum *Fabulas* scripsisse ait Giselbertus, *de Altercat. Ecclesiæ & Synagogæ* II. col. 3.

ALCHMÆON *Tragicus.*

Est ejus Tragœdia, Ἀλκιδάμας. Aristoteles *de Poet.* cap. XV. Τοῦτο μὲν οὖν ἔξω τοῦ δράματος. ἐν δ᾽ αὐτῇ τῇ τραγῳδίᾳ, οἷον ὁ Ἀλκμαίωνος Ἀστυδάμας. *Itaque hoc quidem extra fabulam; in ipsa vero tragœdia, ut Alcmæonis Astydamas.*

ALCMAN *Lacon.*

Sæpe nominatur a Stephano incerto Opere; sed diserte Παρθένια Ἄσματα laudat, *in* Ἐρυσίχη: Ὡς ἔστι δῆλον παρ᾽ Ἀλκμᾶνι ἐν ἀρχῇ τοῦ δευτέρου τῶν Παρθενίων Ἀσμάτων. *Ut clarum est apud Alcmanem in initio secundi Virginalium Carminum.* Athen. *lib.* XV. Καὶ Ἀλκμᾶνος Ἄσματα, καὶ τοὺς Διονυσοδότου τοῦ Λάκωνος Παιᾶνας. *Et Alcmanis Carmina, & Dionysodoti Laconis Pæanes.* Erotianus Μέλη indigetat. Νεοχμόν. νεώτατον· ὡς καὶ Ἀλκμὰν ἐν πρώτῳ Μελῶν. Νεοχμόν; *Novissimum; ut etiam Alcman in libro primo Carminum.* Sic Plutarch. *de Musica*: Καθάπερ ἱστορεῖ ὁ ἄριστος Μελῶν ποιητὴς Ἀλκμάν. *Quemadmodum narrat optimus Carminum poeta Alcman.* Scripsit autem libros VI. ut & Κολυμβώσας. Suidas. ἔγραψε βιβλία ἓξ Μέλη, καὶ Κολυμβώσας, *scripsit lib.* VI. *Carminum, & Natantes.* Librum primum citat Harpocration *in* Θεράπνη. Photius in *Excerptis* Ptolemæi Hephæstionis lib. V. Τὰς δὲ Κολυμβώσας Ἀλκμᾶνος πρὸς τῇ κεφαλῇ Τιτωνύχου τοῦ Χαλκιδέως φασὶν εὑρεθῆναι. *Natantes autem Alcmanis ad caput Titonychi Chalcidensis repertas esse ajunt.* Suidas in *verbis citatis*, ἔγραψε καὶ Κολυμβώσας, *scripsit etiam Natantes.*

ALCMAN *Messenius.*

Suidas: Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Ἀλκμὰν εἷς τῶν Λυρικῶν, ὃν ἤνεγκεν ἡ Μεσσήνη. *Est vero etiam alius Alcman unus ex Lyricis, quem tulit Messene.*

ALCYMNIUS.

Hujus fuerunt Διθύραμβοι. Athen. *lib.* XIII. Ἀλκύμνιος δὲ ὁ Χῖος ἐν Διθυράμβοις Ἀργύννου φησὶν ἐρώμενον Ὑμέναιον γενέσθαι. *Alcymnius autem Chius in Dithyrambis dicit Argynni amore captum fuisse Hymenæum.*

ALEXAMENUS.

Athen. *lib.* XI. Πρὸ γὰρ αὐτοῦ τοῦθ᾽ εὗρε τὸ εἶδος τῶν λόγων ὁ Τήιος Ἀλεξαμενος, ὡς Νικίας ὁ Νικαεὺς ἱστορεῖ, καὶ Σωτηρίων. *Ante hunc enim ipsum sermonum genus invenit Tejus Alexamenus, ut Nicias Nicaensis narrat, & Soterion.*

ALEXANDER *Ætolus.*

Hujus sunt, Αἰπόλοι. Zenobius *Cent.* VI. *Proverb.* XI. Μέμνηται ταύτης Ἀλέξανδρος ἐν Αἰπόλοις: *Meminit ejus Alexander in Caprariis.* Μοῦσαι citantur a Servio *ad Virg. Æneid.* X. *Sane hoc nomen ipsius Dianæ fuisse, ab Ephesiis dedicato templo ei impositum, Alexander Ætolus poeta in libro, qui* MUSÆ *inscribitur, refert.* Ejus Ἁλιεὺς citatur ab Athenæo *lib.* VII. Κεραυνεὺς, *lib.* eodem. Πότος, *l.* IV. Τίγων, *lib.* XI. Ἐλεγεῖα, *lib.* XV. Ἀπόλλων a Parthenio *Erotic.* XIV. Ὡς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς μέμνηται ἐν τοῖσδε ἐν Ἀπόλλωνι. *Sicut Alexander Ætolus quoque meminit in illis in Apolline.*

ALEXANDER *Aphrodiseus.*

Vide Suid. *in* Διεξοδικῶς. Exstant ejus Commentarii in varios Aristotelis libros. Πρὸς Ζηνόβιον τὸν Ἐπικούρειον, Simpl. *Phys.* 113. b. Περὶ Δαιμόνων, Michael Ephesius in lib. *de Divin. per somn.* 148. a. b. Εἰς τὰς Κατηγορίας, Simpl. *de Cœlo* 38. b.

ALEXANDER *Asclepiadæ F.*

Vide infra, ALEXANDER *Cotyæus.*

ALEXANDER *Chersonesius.*

Scripsit περὶ Καρίας, Apollonii Schol. 26. 44. Stephanus *in* Ἄμος, & Ἀργιλα.

ALEXANDER CORNELIUS *Polyhistor.*

De eo ita Suidas: Ἀλέξανδρος, ὁ Μιλήσιος, ὃς Πολυΐστωρ ἐπεκλήθη, καὶ Κορνήλιος, διότι Κορνηλίῳ Λεντέλῳ αἰχμαλωτισθεὶς ἐπράθη, καὶ αὐτῷ Παιδαγωγὸς ἐγένετο, εἶτα ἠλευθερώθη. ἦν ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ τῶν Σύλλα χρόνων, καὶ ἐπὶ τάδε, ἀνῃρέθη δ᾽ ἐν Λαυρενταῖς ὑπὸ πυρὸς τῆς οἰκίας φθαρείσης. καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Ἑλένη, μαθοῦσα τὸ συμβὰν, ἀπήγξατο. ἦν δὲ γραμματικὸς τῶν Κράτητος μαθητῶν. οὗτος συνέγραψε βιβλία ἀριθμοῦ κρείττω, καὶ περὶ Ῥώμης βιβλία πέντε. *Alexander, Milesius, qui Polyhistor cognominatus est, & Cornelius, quia a Cornelio Lentulo bello captus væniit, & illi Pædagogus fuit, postea manumissus est. Erat Romæ Syllæ temporibus, & post illa. Periit autem in Laurentis domo igne absumpta: atque uxor ejus Helene, ut rescivit quid accidisset, se laqueo strangulavit: Erat autem Grammaticus ex Cratetis discipulis. Hic conscripsit libros numero crebriores, & de Roma libros*

quinque. Et obſerva illic libros quinque περὶ Ῥώμης. Ejuſdem Κρητικὰ citat Sophocles *ad Apollon. l.* IV. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν πρώτῳ Κρητικῶν τῇ Ἀκακαλλίδι συνελθεῖν φησὶ τὸν Ἑρμῆν καὶ τὸν Ἀπόλλωνα. *Alexander autem in libro* I. *Creticorum ait cum Acacallide congreſſos eſſe Mercurium & Apollinem*. Diogenes Laertius nominat ejus Διαδοχὰς, *lib.* I. in *Pherecyde*: Φερεκύδης, Βάδυος, Σύριος, καθά φησιν Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς. *Pherecydes, Badyos filius, Syrius, ut ait Alexander in Succeſſionibus*. Ejus Φρυγιακὰ nominat Plutarch. *de Flum.* Καθὼς ἱστορεῖ Ἀλέξανδρος Κορνήλιος ἐν τρίτῳ Φρυγιακῶν. *Sicut narrat Alexander Cornelius in lib.* III. *Phrygiacorum* Etymologici Auctor citat περὶ Βιθυνίας, *in* κύβελον: Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Πολυΐστωρ ἐν τῷ περὶ Βιθυνίας. *Alexander autem Polyhiſtor in libro de Bithynia*, &c. Et Stephanus *in* Καλλίπολις: ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Βιθυνίας, *ut Alexander in libro de Bithynia*. Plutarchus allegat τὰ Ἰταλικὰ in *Parallelis*: Ἀριστείδης Μιλήσιος, καὶ Ἀλέξανδρος Πολυΐστωρ ἐν τρίτῳ Ἰταλικῶν. *Ariſtides Mileſius, & Alexander Polyhiſtor in libro* III. *Italicorum*. Scripſit & περὶ Ἰουδαίων. Clemens *Strom.* I. Ἀλέξανδρος δὲ, ὁ Πολυΐστωρ ἐπικληθεὶς, ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι, ἀνέγραψέ τινας Ἐπιστολάς. *Alexander autem, Polyhiſtor cognominatus, in libro de Judæis, perſcripſit aliquas Epiſtolas*. Euſeb. *de Præp. Euang.* 244. 245. Et huc pertinent ea quæ Stephanus profert *in* Ἰουδαία. Ille ipſe laudat τὰ Ἰνδικὰ ejus, *Strom.* III. Ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς. *Ut tradit Alexander Polyhiſtor in Indicis*. Et, τὰ Πυθαγορικὰ Σύμβολα, idem *Stromaton* I. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικῶν Συμβόλων, Ναζαράτῳ τῷ Ἀσσυρίῳ μαθητεῦσαι ἱστορεῖ τὸν Πυθαγόραν. *Alexander autem in libro de Pythagoricis Symbolis prodit, Pythagoram fuiſſe Nazarati Aſſyrii diſcipulum*. Laudat quoque Cyrillus *Adverſus Julianum*, lib. IV. Πυθαγορικὰ Ὑπομνήματα. Allegat Diog. Laertius *lib.* VIII. in *Pythagora*: Καὶ ταῦτα μέν φησιν Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς Πυθαγορικοῖς Ὑπομνήμασιν εὑρηκέναι. *Atque hæc quidem Alexander in Pythagoricis Commentariis ſe inveniſſe prodit*. Stephanus *in* Φατρώριον nominat τὰ Αἰγυπτιακὰ, & ex iis citat in Θὶς, lib. I. *in* τένυρα, lib. III. *in* ἀγκυρῶν, lib. XIII. Et ex eo Opere cenſeo eſſe, quæ de Pyramidibus Ægyptiis profert Plinius *lib.* XXXVI. *cap.* XII. Idem Stephanus περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς Χρηστηρίου, *de Delphorum cortina*: lib. I. *in* Πάρνασσος. Ejuſdem Εὐρώπη, ab eodem Δυρράχιον, Τυρακῖναι, Ὑλέα. Περὶ Πόντου Εὐξείνου, idem *in* Ἄβιοι, & Ἴαμοι. Περὶ Κύπρου, idem *in* Χυτροί. Λιβυκὰ, idem *in* Ἀρσινόη, Ἀφάκη, Τάργα, Γίλδα, Κορακόνησος. Λυκίας περίπλους idem *in* Δολίχη, & φελλός; quæ τὰ Λυκιακὰ, ut exiſtimo, vocat *in* Ἄραξα, Γάγαι, & Λάμος. Περὶ Κιλικίας, idem *in* Ἀφροδισιάς. Περὶ Παφλαγονίας, idem *in* Γάγγρα, & Δάριδνα. Περὶ Συρίας, idem *in* Τάβαι. Hujus quoque fuiſſe puto, Περὶ Ἰλλυρίας, quod Val. Max. *lib.* VIII. *cap.* XII. Et firmat opinionem meam Plinius *lib.* VII. *cap.* XLVIII. ubi rem camdem narrans eundem allegat Auctorem, etſi ſine Operis titulo. Περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων, *de illis, quæ ab Alcmane localiter dicta ſunt*, Stephanus *in* Ἄραξα, & Ἀσσός.

ALEXANDER *Cotyæus*.

Laudat eum Etymologici Auctor *in* δέδοικα, & πτερρηδής. Erat his Aſclepiadæ filius, & ſcripſit Περὶ παντοδαπῆς ὕλης libros XLII. Stephanus teſtis eſt *in* κοτυάειον: Ἔνθα ἦν Ἀλέξανδρος ὁ Ἀσκληπιάδου, γραμματικὸς πολυμαθέστατος χρηματίζων, ὃς Περὶ παντοδαπῆς ὕλης τεσσαρακονταδύο ἔγραψε λόγους. *Illic erat Alexander Aſclepiadis filius, grammaticus erudit iſſimus nominatus, qui De varia materia* XLII. *libros ſcripſit*. Hunc ipſum puto eſſe, quem citat Etymologici Auctor *in* ἄχνη. Sed corruptus eſt locus: Ἀλεξανδρεὺς δὲ, ὅτι Ἀσκληπιὸς λέγει αὐτὸν παρὰ τὸ ἄξω μέλλοντα εἶναι. *Alexandreus autem, quod Aſclepius dicit eſſe illud ab futuro* ἄξω, *ruam*. Scribendum, Ἀλέξανδρος δέ. Atque ita cenſueram, cum video idem olim Frid. Sylburgio etiam viſum, viro exactæ eruditionis, & cui Græcæ literæ dignas ſatis gratias agere vix poſſunt.

ALEXANDER *Epheſius*.

Ejus Opus, Ἀσίη καὶ Λιβύη. Citat Stephanus *in* Χαονία: Ἀλέξανδρος ὁ Ἐφέσιος ἐν Ἀσίῃ καὶ Λιβύῃ. *Alexander Epheſius in Aſia & Libya*. Et *in* Ὑρκανοί: ἐξ οὗ τό.

—— ἐς Ὑρκανίδα λίμνην.

ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Ἀσίᾳ. *Ex quo illud*;

—— *in Hyrcanida paludem*.

ut Alexander in Aſia. Eundem, ſed ſine Operis titulo, allegat iterum *in* Λάπηθος, & Σεβαστή. Heraclides *de Alleg. Hom.* Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Ἐφέσιος Ἀλέξανδρος ἐπεξελθὼν, ὅπως κατὰ τάξιν οἱ πλάνητες ἀστέρος ὁδεύουσιν, ἐπάγει περὶ τῶν ἑκάστου φθόγγων. *Similiter autem & Epheſius Alexander inquirens, quomodo ſecundum ordinem ſtellæ planetæ ſuum curſum perficiant, adducit de uniuſcujuſque ſtrepitibus*. Laudat quoque Euſtathius *ad Dionyſium* 80. 81. Scripſit quoque, Περὶ πολέμου Μαρσικοῦ. Aur. Victor *de Orig. gentis Rom.* *Oraculi ammonitu Italiam petit; ut docet Alexander Epheſius libro primo Belli Marſici*.

ALEXANDER *Herophileus, Philalethes*.

vali. Τὰ Ἐγκύκλια ipse Aristoteles citat, *Ethic. Nicomach.* lib. I. cap. V. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις· ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς Ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν. *Et de his quidem abunde. Sufficienter enim in Doctrinis Encycliis quoque de illis dictum est.* Ubi Eustrathius: Φασὶ τὸν Ἀριστοτέλην ἔπη τινὰ ἐκθέσθαι ἐπίτηδες κατά τινα ἀριθμὸν συμποσούμενα ἐν ἑτέρᾳ καὶ ἑτέρᾳ θέσει καὶ τάξει. ὧν ἕκαστον ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τε ἤρχετο, καὶ εἰς τὸ αὐτὸ κατέληγε. διὸ καὶ Ἐγκύκλια ταῦτα ὠνόμασεν. *Aristotelem dicunt versus quosdam edidisse de industria juxta numerum quendam quantitatibus positis in alia & alia positione & serie: quorum unaquæque ab eodem & incipiebat, & in idem desinebat. Quapropter etiam illos nominavit Encyclios.* Plena autem inscriptio erat, Προβλήματα Ἐγκύκλια. Et in Diogenis Indice Προβλημάτων subintelligendum est, ἀπὸ κοινοῦ: ac repetendum ex præcedenti: Ἐπιτεθεαμένων Προβλημάτων, α΄. β΄. Vult enim dicere Diogenes, duplex τῶν Προβλημάτων Opus Aristoteli scriptum fuisse; unum, τῶν Ἐπιτεθεαμένων: alterum, τῶν Ἐγκυκλίων. Ac Προβλήματα quidem Ἐγκύκλια, citat A. Gell. 645. Suntque ea quæ hodie exstant. Nam, quod Gellius inde profert, est Problema X. Sectionis XL. Alterum Opus, τῶν Ἐπιτεθεαμένων, intercidit. Eadem vero sunt τὰ Ἐγκύκλια, quæ Προβλήματα φυσικὰ appellat Athenæus, *libb.* X. & XV. Et A. Gell. *lib.* XIX. *capp.* IV. V. VI. Ac eadem esse, patet ex citati libri capite quarto: ubi verba quæ citantur exstant Sect. VII. Probl. III. Quæ vero *Problemata* idem refert *capp.* V. & VI. quæ cum hodie minime inveniantur in hoc Opere, certum sat indicium faciunt, mutilum id ad nostras manus ævi injuria pervenisse. Πυθιονίκων ἀναγραφὴ citatur a Plutarcho in *Solone*: Ὡς ἄλλοι τε μαρτυροῦσι, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν Πυθιονίκων ἀναγραφῇ, Σόλωνι τὴν γνώμην ἀνατιθείς. *Ut & alii testantur, & Aristoteles in enumeratione illorum, qui Pythia vicerunt, Soloni sententiam attribuens.* Hesychius: Βοῦθος περιφοιτᾷ, παροιμία ἐπὶ τῶν εὐήθων καὶ παχυφρόνων, ἀπὸ Βούθου τινὸς μετενεχθεῖσα τοῦ Πύθια νικήσαντος, ὃν ἀναγράφει καὶ Ἀριστοτέλης νενικηκότα. *Buthus circumit, proverbium de stultis & stupidis, ab Butho quodam, qui Pythia vicit, usurpatum, quem victorem quoque enumerat Aristoteles.* Quod Περὶ εὐγενείας laudat Diogenes, dubitat Plutarchus extremo *Aristide*, an inter ejus Opera sit censendum: Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς, καὶ Ἀριστοτέλης, (εἰ δὴ τὸ Περὶ εὐγενείας βιβλίον ἐν τοῖς γνησίοις Ἀριστοτέλους θετέον) ἱστοροῦσι, &c. *Aristoxenus musicus, & Aristoteles, (si modo iste liber De nobilitate inter genuinos Aristotelis sit ponendus) narrant,* &c. Citat etiam Athenæus *l.* XIII. Tractatum Περὶ ψυχῆς in honorem Eudemi Cyprii, cum is diem obiisset, conscripsit. Plutarchus in *Dione* luculentus auctor est: Συνέπραττον δὲ καὶ τῶν πολιτικῶν πολλοὶ, καὶ τῶν φιλοσόφων, ὅ, τε Κύπριος Εὔδημος, εἰς ὃν Ἀριστοτέλης ἀποθανόντα τὸν Περὶ ψυχῆς διάλογον ἐποίησε. *Adjuvabant autem multi politicorum, & philosophorum, & Cyprius Eudemus, in quem mortuum Aristoteles dialogum De anima composuit.* Et titulus ab eo factus geminus, Εὔδημος, ἢ Περὶ ψυχῆς. Ecce apud eundem *de Consolat. ad Apollon.* Φησὶ δὲ (Ἀριστοτέλης) ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ, ἢ Περὶ ψυχῆς, ταυτί. *Dicit autem (Aristoteles) in libro Eudemo vel De anima inscripto, hoc modo.* Ita Θέσεις citat Theon in *Progymn.* 16. Epistolam Πρὸς Ἀντίπατρον citat Plut. lib. *De Profect. virtut. sent.* Ἀπορήματα Ὁμηρικὰ allegantur a Phrynicho in *Eclog. Dict. Attic.* Βασίλισσαν Ἀλκαῖον φασὶ τὸν κωμῳδοποιὸν, καὶ Ἀριστοτέλην ἐν τοῖς Ὁμήρου Ἀπορήμασιν εἰρηκέναι. *Βασίλισσαν (reginam) ajunt Alcæum Comicum, & Aristotelem in illis Homeri, quæ in quæstione sunt, dixisse.* Diogeni Laertio Σοφιστὴς citatur in *Empedocle*, *l.* VIII. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ Σοφιστῇ φησι, πρῶτον Ἐμπεδοκλέα ῥητορικὴν εὑρεῖν. *Aristoteles autem in Sophista dicit, primum Empedoclem rhetoricam invenisse.* Item Μαγικὸν, in *Proœmio l.* I. Καθά φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Μαγικῷ, καὶ Σωτίων ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ τῆς Διαδοχῆς. *Sicut loquitur Aristoteles in Magico, & Sotion in vigesimo tertio Successionis.* Harpocration Δικαιώματα nominat in δρυμός: Ἀριστοτέλης δ' ἐν τοῖς Δικαιώμασι φησὶν οὕτως. *Aristoteles autem in Modis juris tuendi ita loquitur.* Sic Διδασκαλίαι ejus laudantur ab eodem *in* διδάσκαλος: Ὅτι γὰρ ὁ Πεντακλῆς ποιητὴς, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις. *Quod enim Pentacles poeta, significavit Aristoteles in Doctrinis.* Schol. Aristoph. *ad Aves*: Εἴη οὖν τὸν ἔποπα ἐσκευοποιηκὼς τῇ Πανδιονίδι τετραλογίᾳ, ἣν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις ἀναγράφει. *Igitur instruxerit in Pandionide tetralogia, (vel quatuor comœdiarum actu) quam & Aristoteles in Doctrinis perscribit.* Sed & alia commemorantur Aristotelis Opera, quorum Diogenes nullam mentionem facit. Inter ista, etsi suspecta, Ἀπολογία. Meminit Athen. *l.* XV. Ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀπολογίᾳ, εἰ μὴ κατέψευσται ὁ λόγος, φησίν. *At vero Aristoteles etiam ipse in Apologia, nisi falsa sit oratio, loquitur.* Περὶ μέθης. Idem locis pluribus. *libb.* X. XI. & XIV. & Apollonius *Hist. Mirab.* c. XXV. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Περὶ μέθης, Ἄνδρων, φησὶν, Ἀργεῖος ἐσθίων πολλὰ καὶ ἁλμυρὰ καὶ ξηρὰ, δι' ὅλου τοῦ βίου ἄδιψος καὶ ἄποτος διετέλεσεν. *Aristoteles in libro De ebrietate, Andronem, inquit, Argivum, licet multa ediderit & falsa & arida, per totam vitam nec sitiisse nec bibisse.* Macrobius *Sat.* l. VIII. c. VI. *Legisse apud Philosophum Græcum memini; ni fallor, ille Aristoteles fuit, in libro quem De ebrietate composuit, mulieres raro in ebrietatem cadere, crebro senes.* Κωμικοὶ, Erotianus 27. Πεπλὸς, Schol. Hesiodi 3. Eustathius 285. 30. hujus partem vulgavit ante annos hos quinquaginta. V. Cl. Gulielmus Canterus. Περὶ τρυφῆς. Περὶ Ἑρμιόνης. Scholiastes Theocriti *Idyll.* XV. Ἀριστοτέλης δὲ ἱστορεῖ ἐν τῷ Περὶ Ἑρμιόνης ἱεροῦ, ἰδιώτερον περὶ τοῦ Διὸς καὶ τῆς Ἥρας γάμου. *Aristoteles autem narrat in libro De Hermionis sacello, peculiarius quiddam de nuptiis Jovis & Junonis.* Περὶ κυάμων. Diog. Laertius in *Pythagora, lib.* VIII. Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Περὶ κυάμων, παραγγέλλειν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων, ἤτοι ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι, ἢ ὅτι ᾅδου πύλαις. *Verum Aristoteles inquit in libro De fabis, illum præcepisse fabis abstinere, vel quod pudendis similes essent, vel Ditis portis.* Νόμιμα Βαρβαρικά. Apollonius *Hist. Mirab.* c. XI Ἀριστοτέλης δ' ἐν Νομίμοις Βαρβαρικοῖς· τῆς Καρίας σκορπίοι γίνονται, οἳ τοὺς μὲν ξένους πατάξαντες, οὐ λίαν ἀδικοῦσι· τοὺς δὲ ἐπιχωρίους παρ' αὐτὰ ἀποκτείνουσι. *Aristoteles autem in Institutis Barbaricis: in Caria scorpios nasci, qui peregrinos percutientes non valde nocent; indigenas autem statim occidunt.* Varro *de L. Lat.* l. VI. *Hoc factitatum Aristoteles scribit in libro, qui inscribitur,* Νόμιμα Βαρβαρικά. Περὶ ποταμῶν. Plutarchus *de Flum.* extremo libro: Καθὼς ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν τετάρτῳ Περὶ ποταμῶν. *Sicut narrat Aristoteles in l.* IV. *De fluminibus.* Περὶ μετάλλων. Olympiodorus *in Meteora*, πρᾶξει α΄. Σύνθετα ὁμοιομερῆ ἄψυχα, ἅπερ διδάσκει (ὁ Ἀριστοτέλης) ἐν τῷ πέρατι τοῦ τρίτου τῆς παρούσης πραγματείας, καὶ ἐν τῇ μονοβίβλῳ Περὶ μετάλλων γεγραμμένῃ. *Composita similium partium inanimata, quæ docet (Aristoteles) in fine l.* III. *præsentis operis, & in libro singulari De metallis scripto.* Τελεταί. Sophocles *in Apoll. l.* IV. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Τελεταῖς φησὶ μηδὲ ὑπάρχειν τὸ ὄνομα, μηδὲ τὸ τούτου εἶδος. *Aristoteles autem in Initiationibus ait nec id nomen existere, nec illius speciem.* Περὶ ἰχθύων. Athenæus *l.* VII. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ Περὶ ἰχθύων ἀγελαῖον καὶ ἐκτοπιστικὸν εἶναι τὴν θυννίδα. *Aristoteles autem in libro De piscibus vilem & non in eodem loco stabilem esse thynnum.* Παράδοξα. Plutarchus in *Parallelis*: Ἡ δὲ κατὰ χρόνον ἔτεκε κόρην εὐειδεστάτην, Ὀνόσκελιν τοὔνομα, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν δευτέρᾳ Παραδόξων. *Illa autem in tempore peperit virginem formosissimam, nomine*

Onoscelin, *ut Aristoteles in libro* II. *Paradoxorum*.

ARISTOTELES II.

Scripsit *Orationes Judiciales*. Diogenes Laertius *lib.* v. Δεύτερος, (Ἀριστοτέλης) ὁ πολιτευσάμενος Ἀθήνησιν, οὗ καὶ Δικανικοὶ φέρονται Λόγοι χαρίεντες. *Secundus*, (*Aristoteles*) *qui Athenis rempublicam gessit*, *cujus etiam Judiciales Orationes feruntur elegantes*.

ARISTOTELES III.

B Scripsit, Περὶ Ἰλιάδος. Diog. Laertius: Τρίτος, (Ἀριστοτέλης) περὶ Ἰλιάδος πεπραγματευμένος. *Tertius* (*Aristoteles*) *in Iliadem commentatus est*.

ARISTOTELES IV.

Fuit hic Orator Siculus, & scripsit, Πρὸς τὸν Ἰσοκράτους Πανηγυρικόν. Diog. Laertius; Τέταρτος, (Ἀριστοτέλης) Σικελιώτης ῥήτωρ, Πρὸς τὸν Ἰσοκράτους Πανηγυρικὸν ἀντιγεγραφώς. *Quartus*, (*Aristoteles*) *Siculus rhetor*, *contra Isocratis Panegyricum scripsit*.

ARISTOTELES V.

C *Cognomento Mythus*.

Hujus Scriptorum nullam mentionem facit Diogenes Laertius, contentus dixisse: Πέμπτος, (Ἀριστοτέλης) ὁ ἐπικληθεὶς Μῦθος, Αἰσχίνου τοῦ Σωκρατικοῦ γνώριμος. *Quintus*, (*Aristoteles*) *Mythus cognominatus*, *Æschinis Socratici familiaris*. Hujus meminit quoque in *Æschine*, p. 130.

ARISTOTELES VI.

D Hic Cyrenæus fuit, & scripsit, Περὶ ποιητικῆς. Diog. Laertius: Ἕκτος, (Ἀριστοτέλης) Κυρηναῖος, γεγραφὼς Περὶ ποιητικῆς. *Sextus*, (*Aristoteles*) *Cyrenæus De arte poetica scripsit*. Meminit ejus Clemens *Strom.* III. Ὅτε Κυρηναῖος Ἀριστοτέλης Λαΐδα ἐρῶσαν ὑπεώρα μόνος. *Illeque Cyrenæus Aristoteles Laidem amantem suspectabat solus*. Et Stobæus *Serm.* LXI. 393. Hic etiam Βάττος dictus fuit ob vitium linguæ. Is. Tzetzes *ad Lycophronem*: Βάττον δέ οἱ μὲν αὐτὸν φασὶ, διὰ τὸ βατταρίζειν καὶ κεκομμένην ἔχειν τὴν φωνὴν, Ἀριστοτέλη καλούμενον. *Sed Battum aliqui quidem dicunt*, *quia balbutiebat & concisam habebat vocem*, *Aristotelem nominatum esse*.

ARISTOTELES VII.

E Non videtur quicquam scripsisse: Diog. Laertius: Ἕβδομος, (Ἀριστοτέλης) παιδοτρίβης, οὗ μέμνηται Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πλάτωνος Βίῳ. *Septimus*, (*Aristoteles*, *ludimagister*, *cujus meminit Aristoxenus in Platonis Vita*.

ARISTOTELES VIII.

F Grammaticus fuit, scripsitque, Περὶ πλεονασμοῦ. Diog. Laertius: Ὄγδοος, (Ἀριστοτέλης) γραμματικὸς ἄσημος, οὗ φέρεται τέχνη Περὶ πλεονασμοῦ. *Octavus*, (*Aristoteles*) *grammaticus ignobilis*, *cujus fertur ars De pleonasmo*.

ARISTOTELES IX.

Hic patria fuit Chalcidensis, & scripsit, Περὶ Εὐβοίας. Harpocration laudat *in* Ἄργουρα: Ἔστι δὲ πόλις τῆς Εὐβοίας ἐν τῇ Χαλκιδικῇ κειμένη. ὡς Ἀριστο-

A τέλης ὁ Χαλκιδεὺς ἐν τῷ Περὶ Εὐβοίας. *Est autem Eubœæ urbs in Chalcidica sita*. *Ut Aristoteles Chalcidensis in libro De Eubœa*. Atque ille ipse est, de quo Sophocles in *Apollonii lib.* I. Σουΐδας δὲ, καὶ Ἀριστοτέλης, οἱ Περὶ Εὐβοίας πεπραγματευμένοι. *Suidas enim & Aristoteles*, *qui De Eubœa commentati sunt*.

ARISTOTELES X.

Rhodius fuit. Citat eum Proclus *in Tim. lib.* I. Ὅτι γε μὴν τὰ Παναθήναια τοῖς Βενδιδείοις ἕπετο, λέγουσιν οἱ ὑπομνηματισταὶ, καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Ῥόδιος ἱστορεῖ. *Quod vero ab Panathenæis Bendidia excipiebant*, *dicunt commentatores*, *& Aristoteles Rhodius narrat*.

ARISTOXENUS *Herophileus*.

Medicus fuit, Herophili discipulus, & videtur scripsisse, Περὶ σφυγμῶν. Meminit ejus Galenus *de Diff. Puls.* lib. IV. Ἀριστόξενος δὲ ὁ Ἡροφίλειος οὐ τοῦτο μόνον ἐνεκάλεσεν, ἀλλὰ καὶ τὸ παραλελεῖφθαι μὲν τὸ γένος τῶν σφυγμῶν κατὰ τὸν ὅρον. *Aristoxenus autem Herophileus non illud solum incusavit*, *sed etiam quod prætermissum sit genus pulsuum juxta definitionem*. Et Opus fuit satis luculentum; nam mox citat librum XIII. Τοῦ μὲν Ἐρυθραίου τὸ ἕβδομον ἀναγνῶτω περὶ τῆς Ἡροφίλου αἱρέσεως. τοῦ Ἀπολλωνίου δὲ τὸ εἰκοστὸν ἔννατον· Ἀριστοξένου δὲ τὸ τρισκαιδέκατον. *Erythræi quidem septimum lege de Herophili secta*. *Apollonii autem vigesimum nonum*. *Aristoxeni autem tertium decimum librum*. Hic ipse Aristoxenus est, quem laudat Apollonius *Hist. Mirab.* XXX. & Ælianus *Hist. Anim.* lib. VII. cap. VII. Censorinus p. 7.

ARISTOXENUS *Selinuntius*.

Hephæstion in *Enchiridio*: Ἀριστόξενος δὲ ὁ Σελινούντιος Ἐπιχάρμου πρεσβύτερος ἐγένετο ποιητὴς, οὗ καὶ αὐτὸς Ἐπίχαρμος μνημονεύει. *Aristoxenus autem Selinuntius Epicharmo antiquior poeta fuit*, *cujus & ipse Epicharmus meminit*. Et mox; Καὶ τούτου τοίνυν τοῦ Ἀριστοξένου μνημονεύεται τινα τούτῳ τῷ μέτρῳ γεγραμμένα. *Et hujus igitur Aristoxeni quædam hoc metro scripta meminit*. Quem priorem Hephæstionis locum sciendum est citari etiam ab Aristophanis Scholiaste *ad Plutum*, Act. II. Sc. V.

ARISTOXENUS *Tarentinus*.

De eo vide Suidam. Ejus Opera, τοῦ Ἀρχύτου Βίος. Athenæus *lib.* XII. Ἀριστόξενος δ᾽ ὁ μουσικὸς ἐν τῷ Ἀρχύτου Βίῳ, ἀφίκεσι παρὰ Διονυσίου τοῦ νεωτέρου πρεσβευτὰς πρὸς τὴν Ταραντίνων πόλιν. *Aristoxenus autem musicus in Archytæ Vita*, *mittit ab Dionysio juniore legatos ad Tarentinorum urbem*. Τελέσου Βίος, Apollonius *Hist. Mirab.* XL. Etiam τοῦ Πλάτωνος Βίος. Diog. Laertius in *Aristotele*, *lib.* v. Ἕβδομος, παιδοτρίβης· οὗ μέμνηται Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πλάτωνος Βίῳ. *Septimus ludimagister*; *cujus meminit Aristoxenus in Platonis Vita*. Et Σωκράτους Βίος. Vide Theodoretum *Therapeut.* 174. 25. & Synes. 81. An etiam? Ξενοφίλου Βίος. Arbitror. Lucianus in *Macrob.* Ξενόφιλος δὲ ὁ μουσικὸς, ὥς φησιν Ἀριστόξενος, προσχὼν τῇ Πυθαγόρου φιλοσοφίᾳ, ὑπὲρ τὰ πέντε καὶ ἑκατὸν ἔτη Ἀθήνησιν ἐβίωσε. *Xenophilus autem musicus*, *ut ait Aristoxenus*, *Pythagoricæ philosophiæ deditus*, *supra quinque & centum annos Athenis vixit*. Item Περὶ αὐλητῶν, & Περὶ αὐλῶν καὶ ὀργάνων. Athenæus *lib.* XIV. Οὔτ᾽ Ἀριστοξένου τοῦτο εἰπόντος ἐν τοῖς Περὶ αὐλητῶν, ἢ ἐν τοῖς Περὶ αὐλῶν καὶ ὀργάνων. *Nec Aristoxeno id dicente in libris De tibicinibus vel De tibiis & organis*. Mox Περὶ αὐλῶν τρήσεως

meminit idem Athenæus *eodem libro*: Μάγαδιν αὐλὸν ἀκούει τὸν κιθαριστήριον, οὗ μνημονεύει Ἀριστόξενος ἐν πρώτῳ Περὶ αὐλῶν τρήσεως. *Magadin tibiam intelligit, qua citharæ accinebatur, cujus meminit Aristoxenus in libro primo De tibiarum perforatione.* Περὶ τραγῳδοποιῶν. Ammonius *de Diff. Verb.* Ἀριστόξενος ἐν τῷ πρώτῳ Τραγῳδοποιῶν περὶ νεωτέρων οὕτω φησὶ κατὰ λέξιν. *Aristoxenus in libro primo Tragicorum de recentioribus ita dicit ad verbum.* Περὶ τραγικῆς ὀρχήσεως. Etymologici Auctor: Σίκιννις, σατυρικὴ ὄρχησις· ἐμμέλεια δὲ, τραγική· κόρδαξ δὲ, κωμική. ὡς Ἀριστόξενος ἐν πρώτῳ Περὶ τραγικῆς ὀρχήσεως. *Sicinnis, satyrica saltatio; emmelia vero, tragica; cordax autem, comica: ut Aristoxenus in libro primo De tragica saltatione.* Harpocration *in* κορδακισμός. Παιδευτικοὶ Νόμοι. Ammonius *de Diff. Verb.* Διαστέλλει δὲ ὁ Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς τὴν διαφορὰν ἐν τῷ πρώτῳ Νόμῳ Παιδευτικῶν. *Determinat autem Aristoxenus musicus discrimen in prima Lege De disciplinis.* Diogenes Laertius in *Pythagora*, *lib.* VIII. Ἔλεγόν τε καὶ οἱ ἄλλοι Πυθαγόρειοι μὴ εἶναι πρὸς πάντας πάντα ῥητὰ, ὥς φησιν Ἀριστόξενος ἐν δεκάτῳ Παιδευτικῶν Νόμων. *Dixeruntque & alii multi Pythagorei non esse in omnes omnia dicenda, ut loquitur Aristoxenus in libro X. Legum De disciplinis.* Item, Νόμοι Πολιτικοί. Athenæus *lib.* XIV. Ὥς φησιν Ἀριστόξενος ἐν ὀγδόῳ Πολιτικῶν Νόμων. *Ut ait Aristoxenus in libro* VIII. *Legum Politicarum.* Περὶ μουσικῆς. Euclides ἁρμονικῆς 12. Plutarchus, Athenæus, Cicero, aliique complures passim laudant. Περὶ ὀργάνου. Ammonius *de Diff. Verb.* Κίθαρις καὶ κιθάρα διαφέρει, φησὶν Ἀριστόξενος ἐν τῷ Περὶ ὀργάνου. *Citharis & cithara differt, ait Aristoxenus in libro De organo.* Sed scribendum puto, ἐν τῷ Περὶ ὀργάνων. Eritque id Opus, quod Περὶ αὐλῶν καὶ ὀργάνων, inscriptum fuisse paullo ante ostendimus ex Athenæo Πραξιδαμάντεια. Harpocration *in* Μουσαῖος. Σύμμικτα Συμποτικά. Athenæus *lib.* XIV. Διόπερ Ἀριστόξενος ἐν τοῖς Συμμίκτοις Συμποτικοῖς, ὅμοιον φησὶ ποιοῦμεν Ποσειδωνιάταις. *Quapropter Aristoxenus in Promiscuis Convivalibus, simile ait facimus Posidoniatis.* Περὶ Πυθαγόρου, καὶ τῶν γνωρίμων αὐτοῦ. Diog. Laertius in *Pherecyde lib.* I. Ἀριστόξενος δὲ ἐν τῷ Περὶ Πυθαγόρου καὶ τῶν γνωρίμων αὐτοῦ, φησὶ, νοσήσαντα αὐτὸν ὑπὸ Πυθαγόρου ταφῆναι ἐν Δήλῳ. *Aristoxenus autem in libro De Pythagora, & discipulis ejus, inquit, illum, quum ægrotasset, ab Pythagora in Delo sepultum esse.* Porphyrius *de Vita Pythagoræ*: Ἐξ ὧν Ἀριστόξενος ἐν τῷ Περὶ τοῦ Πυθαγόρου βίου αὐτὸς διακηκοέναι φησὶ Διονυσίου τοῦ Σικελίας τυράννου. *Inter quos Aristoxenus ipse in libro De vita Pythagoræ Dionysium Siciliæ tyrannum audiisse ait.* Et citat pluries in illo Opere. Theodoretus *Therapeut.* p. 7. *l.* 41. Clemens 129. 41. Agellius *l.* IV. *c.* XI. Συγκρίσεις. Athenæus *lib.* XIV. Οὕτω δὲ καὶ ἐν Ἰθάκῃ καλεῖται ἀλήτηρ, ὡς Ἀριστόξενος ἱστορεῖ ἐν πρώτῳ Συγκρίσεων. *Atqui sic in Ithaca vocatur aleter, ut Aristoxenus in libro primo Comparationum narrat.* Ὑπομνήματα ἱστορικά. Diogenes Laertius in *Democrito*, *lib.* IX Ἀριστόξενος δ' ἐν τοῖς ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασι φησὶ Πλάτωνα θελῆσαι συμφλέξαι τὰ Δημοκρίτου συγγράμματα, ὁπόσα ἠδυνήθη συναγαγεῖν. *Aristoxenus autem in historicis Commentariis Platonem ait voluisse Democriti scripta comburere, quæcunque potuit congregare.* Simpliciter Ὑπομνήματα appellat Athenæus *lib.* XIV. Ἐν δὲ τοῖς κατὰ βραχὺ Ὑπομνήμασι ὁ Ἀριστόξενος, Ἴφικλος φησὶν Ἁρπαλύκην ἐρασθεῖσαν ὑπερεῖδεν. *In Commentariis autem ad breve contractis Aristoxenus, Iphiclus inquit Harpalycen amatam contempsit.* Suidas vocat Ἱστορίας. Et, puto, indè petita sunt ista a Plut. quæ refert extremo *Lycurgo*: Τίμαιος δὲ, καὶ Ἀριστόξενος, ἐν Κρήτῃ καταβιώσαντα· καὶ τάφον Ἀριστόξενος αὐτοῦ δείκνυσθαί φησιν ὑπὸ Κρητῶν τῆς Περγαμίας περὶ τὴν ξενικὴν ὁδόν. *Timæus autem, & Aristoxenus, in Creta vixisse; & monumentum ejus ostendi ab Cretensibus Pergamiæ circa peregrinam viam ait Aristoxenus.* Corruptum Operis alicujus titulum invenio apud Fulgentium *Mytholog.* l. II. ubi de Prometheo: *Et Aristoxenus in Lineoseremiarum libro, quem scripsit, similia profert.*

ARISTUS *Salaminius.*

Ejus meminit Strabo *lib.* XIV. Καὶ μετὰ ταύτας ἡ Σαλαμὶς, ὅθεν ἦν Ἀρίστος ὁ συγγραφεύς. *Et post illas Salamis, unde erat Aristus scriptor.* Athenæus *lib.* X. Ἔπινε δὲ πλεῖστον καὶ Ἀλκέτας ὁ Μακεδὼν, ὥς φησιν Ἀρίστος ὁ Σαλαμίνιος. *Bibit autem plurimum etiam Alcetas Macedo, ut Aristus Salaminius inquit.* Clemens in *Protrept.* Τί με δεῖ καταλέγειν Ἀλέξαρχον; γραμματικὸς οὗτος τὴν ἐπιστήμην γεγονὼς, ὡς ἱστορεῖ Ἀρίστος ὁ Σαλαμίνιος, αὐτὸν κατεσχημάτιζεν εἰς ἥλιον. *Quid me Alexarchum recensere oportet? qui cum esset Grammaticus scientia, ut narrat Aristus Salaminius, ipsum in solem transformavit.* Zenobius *Cent.* VI. *Proverb.* L. Ὡς ἱστοροῦσιν οἱ τὰ Εὐβοϊκὰ συγγράψαντες, καὶ Ἀρίστος ὁ Σαλαμίνιος. *Ut narrant Euboicarum rerum scriptores, & Aristus Salaminius.* Scripsit quoque τὰ Ἀρκαδικά, Dion. Hal. Tom. I. p. 39. 18. Et τὰ Ἀλεξάνδρου, Arrian. 158.

ARISTYLLUS.

Hic, ut Mathematicus, laudatur a Ptolemæo, μεγάλης Συντάξεως *lib.* VII. p. 164.

ARIUS *Didymus.*

Ejus Ἐπιτομὴ laudatur apud Euseb. *de Præp. Evang.* 477.

ARIUS *Tarsensis.*

Soranus in *Vita Hippocratis*: Μνημονεύει δὲ τῆς γενεαλογίας αὐτοῦ Ἐρατοσθένης, καὶ Φερεκύδης, καὶ Ἀπολλόδωρος, καὶ Ἄρειος ὁ Ταρσεύς. *Meminit autem genealogiæ illius Eratosthenes, & Pherecydes, & Apollodorus, & Arius Tarsensis.* Meminit Arei cujusdam Rhetoris Quintilianus *lib.* III. *cap.* I.

ARIZELUS.

Laudat eum Scholiastes Sophoclis *Oedip. Colon.* Εἰσί γε, οἵ φασι τὸ μνῆμα τοῦ Οἰδίποδος ἐν ἱερῷ Δήμητρος εἶναι ἐν Ἐτεωνῷ, μεταγαγόντων αὐτὸν ἐκ Κέου τινὸς ἀσήμου χωρίου· καθάπερ ἱστορεῖν φασιν Ἀρίζηλον. *Sunt vero, qui dicunt monumentum Oedipodis in templo Cereris esse in Eteono, quum transtulerint illum ex Ceo ignobili quodam loco; quemadmodum narrare Arizelum dicunt.*

ARMENIDAS.

Scripsit Θηβαϊκά. Sophocles *ad Apollonii lib.* I. Ἀρμενίδας δὲ ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς (φησὶ) Ἀμφικτύονος υἱὸν Ἴτωνον ἐν Θετταλίᾳ γεννηθῆναι. *Armenidas autem in Thebaicis (inquit) Itonum Amphictyonis filium in Thessalia natum esse.*

ARRIANUS.

Vide Suidam in Ἀῤῥιανὸς ἐποποιὸς, & Photium in *Biblioth.* Ejus est, Ἡρακλεία. Athenæus *l.* III. Ὅτι δὲ ἡ Σιδοῦς τῆς Κορίνθου ἐστὶ κώμη, Ἀρειανὸς εἴρηκεν ἐν πρώτῃ Ἡρακλείας. *Quod autem Sidus Corinthi sit vicus, Arianus dicit in libro* I. *Heracliæ.* Item, Βιθυνιακά. Etymologici Auctor *in* Ἀφέσιος, & Stephanus *in* Ἀμαζόνειον, Ἄστακος, & Βιθυνόπολις. Ἰνδικὰ laudat

laudat idem *in* Μάσακα. ut Παρθικὰ in Γάζακα, & Ἄξαι. Ὁμιλία προτρεπτική, Stob. *Serm.* XCV. Βίος Τιλλιβόρυ, Luc. I. 508. Περὶ μετεώρων. Joannes Philoponus *in Meteora*: Ἀῤῥιανὸς καὶ ἐν τῷ Περὶ μετεώρων, ὡς Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος ἰσχυρίζεται, εἴκοσι καὶ πέντε μυριάδας σαδίων ἔχειν τὴν περίμετρον τοῦ μεγίστου τῆς γῆς κύκλου. *Arrianus autem in libro De meteoris, ut Eratosthenes Cyrenæus confirmat, quinque & viginti decem millia stadiorum continere circuitum maximi terræ circuli.*

ARTABANUS.

Ejus Opus, Περὶ Ἰουδαίων. Clemens *Strom.* I. Ἀρτάπανος ἐν τῷ Περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι ἱσορεῖ κατακλεισθέντα εἰς φυλακὴν Μωϋσέα ὑπὸ Νεχεφρέους τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως. *Artapanus igitur in libro De Judæis conclusum in carcere Mosen ab Nechephreo Ægyptiorum rege narrat.* Ita scribo: hodie editur, Ἀρταπανός. Anonymus in *Epitome Temporum*: Ταῦτα ἱσορεῖ Ἀρτάβανος, *Illa narrat Artabanus.* Vide Euseb. *de Præp. Evang.* 245. 241.

ARTEMIDORUS *Capito, Aristophanius, Grammaticus.*

Scripsit, Περὶ Δωρίδος. Athenæus *lib.* V. Ὁ δὲ καλάμινος αὐλὸς τιτύρινος καλεῖται παρὰ τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ Δωριεῦσιν, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἱσορεῖ ὁ Ἀριστοφάνειος, ἐν δευτέρῳ Περὶ Δωρίδος. *Tibia vero arundinea tityrina appellatur ab Doriensibus in Italia, ut Artemidorus Aristophanius narrat, in libro* II. *De Doride.* Ejusdem sunt, Γλῶσσαι Ὀψαρτυτικαί. Idem Athenæus *lib.* IX. Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ Ἀριστοφάνειος ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Ὀψαρτυτικαῖς Γλώσσαις, &c. *Artemidorus autem Aristophanius in Glossis inscriptis Ad opsonii apparatum pertinentibus*, &c. Iterum *lib.* XIV. Περὶ οὗ Ἀρτεμίδωρος μὲν ὁ Ἀριστοφάνειος ἐν Ὀψαρτυτικαῖς Γλώσσαις φησὶν, ὅτι σκευάζεται ἐκ κρεῶν καὶ αἵματος πολλῶν ἀρτυμάτων συνεμβαλλομένων. *De quo Artemidorus quidem Aristophanius in Glossis Ad opsonii apparatum pertinentibus ait, parari nempe ex carnibus & sanguine multis condimentis injectis.* Et mox: Καὶ ὁ Ἀρτεμίδωρος ἐν ταῖς Ὀψαρτυτικαῖς Γλώτταις τὴν ματτύην ἀποφαίνει κοινὸν εἶναι πάντων ὄνομα τῶν ἡδυσμάτων. *Et Artemidorus in Glossis Ad opsonii apparatum pertinentibus*, ματτύην, delitias, *commune esse nomen omnium condimentorum dulcium demonstrat.* Suidæ id Opus indigetatur, Ὀψαρτυτικαὶ Λέξεις. Locus est *in* Τιμαχίδας: Καὶ Ἀρτεμίδωρος ὁ Ψευδαριστοφάνειος, ὁ Ὀψαρτυτικὰς Λέξεις συναγαγών. *Et Artemidorus Pseudaristophanius, qui Dictiones Ad opsonii apparatum spectantes collegit.* Vide eundem *in* Ἀρτεμίδωρος, & Ὀψαρτυτική. Erotianus simpliciter Λέξεις vocat, & auctorem Grammaticum cognominat: Καὶ Ἀρτεμίδωρος ὁ Γραμματικὸς ἐν ταῖς Λέξεσι φησὶ, λινοῦν ὕφος δασὺ εἶναι. *Et Artemidorus Grammaticus in Dictionibus ait, lineam telam densam esse.* Nec scio an is sit, cujus τὰ Περὶ Βιθυνίας laudat Stephanus *in* Ἀσκάλων. Hic etiam Capito dictus fuit, atque eo nomine citat eum Galenus in *Lexico Hippocr.* Ὁ γάρ τοι Διοσκουρίδης οὗτος, καὶ ὁ Ἀρτεμίδωρος, ὁ καὶ ἐπικληθεὶς Καπίτων, ἐκ τοῦ συνήθους τοῖς ἄλλοις ὀνόματα πολλὰ μετεκόμισαν, οὐδὲν ἀλλοιότερον δηλοῦντα τῆς ἀρχαίας γραφῆς. *Namque Dioscorides ille, & Artemidorus, qui & Capito cognominatus est, ex consuetudine aliorum multa nomina transtulerunt, nihil magis diversum ab antiqua scriptura notantia.*

ARTEMIDORUS *Daldianus.*

Scripsit Ὀνειροκριτικὰ, quæ exstant. Item Οἰωνοσκοπικά. & Χειροσκοπικά. Suidas testatur: Ἀρτεμίδωρος Δαλδιανὸς, πόλις δὲ Λυδίας ἐστὶν ἡ Δάλδις, φιλόσοφος, ἔγραψεν Ὀνειροκριτικὰ ἐν βιβλίοις τέσσαρσιν, Οἰωνοσκοπικὰ, καὶ Χειροσκοπικά. *Artemidorum Daldianus (urbs autem Lydiæ est Daldis) philosophus, scripsit Somniorum interpretationes in libris* IV. *Artem augurandi & manuum inspiciendarum.*

ARTEMIDORUS *Dialecticus.*

Scripsit, Πρὸς Χρύσιππον. Diog. Laert. in *Protagora, lib.* IX. Καὶ πρῶτος κατέδειξε τὰς πρὸς τὰς θέσεις ἐπιχειρήσεις, ὥς φησιν Ἀρτεμίδωρος ὁ διαλεκτικὸς ἐν τῷ Πρὸς Χρύσιππον. *Et primus ostendit argumentationes contra positiones, ut ait Artemidorus dialecticus in libro Contra Chrysippum.*

ARTEMIDORUS *Ephesius.*

Scripsit, Ἰωνικὰ Ὑπομνήματα. Athenæus *lib.* III. Κνηστὸς ἄρτος ποιὸς παρὰ Ἴωσιν, Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιός φησιν ἐν Ἰωνικοῖς Ὑπομνήμασιν. *Concisus panis qualis apud Ionas, Artemidorus Ephesius in Ionicis Commentariis dicit.* Item, Γεωγραφούμενα. Ac laudat Constantinus *de Adm. Imp.* p. 23. 24. Sæpe citat Strabo. Complectebantur autem libros XI. Testis locuples Marcianus in *Periplo*: Τὴν εἰσβολὴν ποιούμενος Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος ἐν ἑνδεκάτοις τῆς γεωγραφίας βιβλίοις τὸν Περίπλουν, ὡς ἐνῆν μάλιστα δυνατὸν, συνέγραψεν. *Influxum * faciens Artemidorus Ephesius geographus in* XI. *geographiæ libris Periplum, ut potissimum poterat, conscripsit.* Et librum XI. citat Stephanus *in* Χαλκίτης. Ac fuit totum illud Opus Epitome tantum: itaque Ἐπιτομὴ τῶν ἕνδεκα vocatur sæpe a Stephano, & a Porphyrio *de Nymph. Antro*, 233. Vel, Ἐπιτομὴ τῶν γεωγραφουμένων. Sic apud Schol. Apollonii *lib.* III. Περὶ τῆς Κασπίας θαλάσσης ἱσορεῖ Ἀρτεμίδωρος ἐν τῇ Ἐπιτομῇ τῶν γεωγραφουμένων. *De Caspio mari narrat Artemidorus in Epitome rerum geographicarum.*

ARTEMIDORUS *Tarsensis, Grammaticus.*

Strabo sine Opere aliquo certo nominat *lib.* XIV. Γραμματικοὶ δὲ, (Ταρσεῖς) ὧν καὶ συγγράμματά ἐστιν, Ἀρτεμίδωρός τε καὶ Διόδωρος. *Grammatici autem, (Tarsenses) quorum etiam scripta exstant, & Artemidorus & Diodorum.*

ARTEMON.

Vide Harp. *in* Πολύγνωτος. Ubi vide *Notas*. Demetrius Phalereus Περὶ Ἑρμηνείας: Ἀρτέμων μὲν οὖν, ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας ἐπιστολὰς, φησὶν, ὅτι δεῖ ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ διάλογόν τε γράφειν καὶ ἐπιστολάς. *Itaque Artemo quidem, qui Aristotelis epistolas commentatus est, inquit, eodem nempe modo oportere & dialogum scribere & epistolas.*

ARTEMON *Cassandreus.*

Περὶ συναγωγῆς βιβλίων, *De collectione librorum lib.* XI. Περὶ Διονυσιακοῦ ἐπισήματος, *De Dionysiaca columna sepulcrali*, Athenæus *lib.* XIV. Περὶ χρήσεως τῶν περὶ τὰς συνουσίας ᾀδομένων, *De usu illorum quæ cantantur circa coitus*, idem Athenæus *lib.* XV.

ARTEMON *Clazomenius.*

Suidas: Ἀρκτῖνος, Τήλεω τοῦ Ναύτεω ἀπογόνου, Μιλήσιος, ἐποποιὸς, μαθητὴς Ὁμήρου· ὡς λέγει ὁ Κλαζομένιος Ἀρτέμων ἐν τῷ Περὶ Ὁμήρου. *Arctinus, Telei Nauteo orti filius, Milesius, heroicorum carminum scriptor, Homeri discipulus, ut inquit Clazome-*

* Scil. oceani principium Operis.

nius Artemon in libro De Homero. Ille ipse est, sine dubio, qui scripsit Ὅρους τῶν Κλαζομενίων, *Limites Clazomeniorum*. Vide Ælianum, *Hist. Anim.* 735.

ARTEMON *Milesius*.

Ὀνειροκριτικά. Artemidorus 142. Tertull. 499. Fulg. 167.

ARTEMON *Pergamenus*.

Schol. Pind. 17.

ARTIUS.

Etymologici Auctor 388. 40.

ARTORIUS.

Περὶ μακροβιοτίας, *De vitæ longitudine*. Clemens 131. 1. Festus.

ASCANIUS *Abderita*.

Laudatur sine certo Opere a Diogene Laertio in *Pyrrhone*, *lib.* IX. p. 669.

ASCLATION.

Erotianus in *Lexico Hippocratis*: Ἄμβην· Στράτων μὲν ὁ Ἐρασιστράτειος φησὶ τὴν ἄμβην μοχλὸν σφαιροειδῆ εἶναι, Φίλινος δὲ, ξυστροειδῆ ὑπεροχὴν, Ἀσκλατίων δὲ, γωνίαν. *Straton quidem Erasistratius inquit ἄμβην esse vectem sphæricæ figuræ, Philinus autem, strigilis figuræ eminentiam, Asclation autem, angulum.*

ASCLEPIADES *Alexandrinus*.

Meminit ejus Schol. Aristoph. *ad Nubes*: Καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Ἀλεξανδρεὺς τ... καὶ δήμου ἄρχοντα φησι. *Et Asclepiades Alexandrinus magistratus cujusque populi dicit.*

ASCLEPIADES *Metrodorus*.

Meminit ejus Galenus *de Simpl. Medic. Pot.* lib. I. Ὥσπερ δὲ ὑπερβάλλεσθαι βουλόμενος αὐτὸν ταῖς κατὰ τὰς αἰσθήσεις ψευδομαρτυρίαις ὁ Ἀσκληπιάδης Μητρόδωρος, ἄλλα τε, καὶ ῥητίνην καὶ ἄσφαλτον οὐχ ὁμολογεῖ θερμαίνειν ἡμᾶς. *Sed tanquam volens illum excellere mendaciis in sensibus Asclepiades Metrodorus, tum alia tum resinam & bitumen non consentit calfacere nos.* Et puto hujus esse Τὰ ἐκτὸς, quæ citat ille ipse *de Compos. Medicam. per partes*, lib. II. Τὰ ὑπὸ Ἀσκληπιάδου γραφέντα ἐν τῷ πρώτῳ Τῶν ἐκτός. *Quæ ab Asclepiade scripta sunt in libro Externorum primo.* Ac citat id Opus pluries Galenus eo ipso *libro*. Et Μαρκέλλας inscriptum fuit. Ecce in fine *libri* III Τὰ ὑπ' Ἀσκληπιάδου γεγραμμένα πρὸς τὰς ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίας ἐν τῷ πέμπτῳ Τῶν ἐκτὸς, ἃ Μαρκέλλας ἐπιγράφει. *Quæ ab Asclepiade scripta sunt contra sanguinis fluxiones ex naribus in libro* V. *Externorum, quæ Marcellæ inscribit.* Et *lib.* IV. Τὰ ὑπ' Ἀσκληπιάδου κατατεταγμένα κατὰ τὸ πρῶτον βιβλίον Τῶν ἐκτὸς, ἃ Μαρκέλλας ἐπιγράφει. *Quæ ab Asclepiade disposita sunt in libro primo Externorum, quæ Marcellæ inscribit.* Sic ejusdem fuerunt Παρασκευαὶ, Celsus 749. Τὰ ἐντὸς, inscripta Μνάσωνος. Idem Gal. ejusdem Operis *lib.* VII. Αἱ ὑπ' Ἀσκληπιάδου γεγραμμέναι ἀρτηριακαὶ ἐν τῷ δευτέρῳ Τῶν ἐντὸς, ἃ Μνάσωνος ἐπιγράφει. *Quæ ab Asclepiade scripta sunt arteriaca in lib.* II. *Internorum, quæ Mnasonis inscribit.* Et occurrit illic pluries. Corrigendus autem idem *de Antid.* lib. II. ubi semel atque iterum Ἄσωνος scribitur, pro Μνάσωνος. Ejus Ἐξηγητικὸν τῶν κατ' ἰητρεῖον, *Narrationem ejus quod ad medici officinam pertinet*, citat Erotianus 44. Περὶ ἑλκῶν, Cassius in *Problem.* XXX. *

ASCLEPIADES *Pharmacion*.

Ejus Opus Δυνάμεις, distinctum in libros X. Galenus *de Comp. Med. per gen.* lib. I. Καὶ Ἡρᾶς μὲν ἓν ἔγραψε βιβλίον τῶν Δυνάμεων, Ἀσκληπιάδης δὲ, ὁ ἐπικληθεὶς Φαρμακίων, δέκα, χωρὶς τῶν Θηριακῶν, καὶ Γυναικείων. *Et Heras quidem unum Potentiarum librum scripsit, Asclepiades autem, Pharmacion cognominatus, decem, præter Theriaca, & Muliebria.*

ASCLEPIODOTUS *Alexandrinus*.

Hanc illi patriam asscribit Suidas. Laudat Historiam ejus semel atque iterum Vopiscus in extremo *Aureliano*. Illic vide. Scripsit quoque Ὑπόμνημα εἰς τὸν τοῦ Πλάτωνος Τίμαιον. Laudat Olympiodorus *in Met. lib.* IV. Ὅθεν ἠπόρησεν ὁ μέγας Ἀσκληπιόδοτος φιλόσοφος, ὅτι πῶς ταῦτα ἕλκουσι τὴν ὑγρότητα· πότερον ἑλκτικῇ τινὶ δυνάμει, ἢ ἑτέρῳ τινί. καὶ ἔλυσε τὴν ἀπορίαν ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένῳ εἰς Τίμαιον Ὑπομνήματι. *Unde dubitavit magnus Asclepiodotus philosophus, quomodo nempe illa humorem trahant; an trahente quadam vi, an quodam alio. Ac dubitationem hanc in Commentario ab illo scripto in Timæum solvit.*

ASCLEPIUS.

Ulpianus *ad Philipp.* I. Ὁ δὲ σοφιστὴς Ἀσκληπιὸς, κατασκευὴν εἶναι λέγει ἄνευ προτάσεως. *Sophista vero Asclepius, apparatum esse dicit sine propositione.* Etymologici Auctor *in* ἄχην: Ἀσκληπιὸς λέγει αὐτὸν παρὰ τὸ ἀΐξω μέλλοντα εἶναι, ὡς τεύχω, τεύξω, τέχνη. *Asclepius inquit illum ab* ἀΐξω, ruam, *futuro esse, ut* τεύχω, struo, τεύξω, struam, τέχνη, ars. Marcellinus in extrema *Vita Thucydidis*: Ὅμως δὲ ἡ πλείστη καὶ ἡ κοινὴ κεκράτηκε, τὸ μέχρι τῶν ὀκτὼ διαιρεῖσθαι τὴν πραγματείαν. ᾗ καὶ ἐπεκρίνετο ὁ Ἀσκληπιός. *Similiter autem plurima & communis invaluit, ut usque ad octo dividatur studium, sicut etiam comprobabat Asclepius.*

ASINÆUS *Philosophus*.

Ita eum nominat Proclus *ad Euclidem libr.* II. sed quem designet in incerto est: Πρὸς ἅ μοι δοκεῖ καὶ ὁ Ἀσιναῖος φιλόσοφος ἀφορᾶν. *Ad quæ mihi videtur quoque Asinæus philosophus respicere.*

ASINIUS *Quadratus*.

Scripsit, Παρθικά. Stephanus: Γηλὺς, ἔθνος, οὗ μέμνηται Ἀσίννιος Κουάδρατος ἐν πρώτῳ Παρθικῶν. *Gelys, gens, cujus meminit Asinnius Quadratus in libro primo Parthicorum.* Et mox iterum cum allegat in Μεσσήνη. Et puto hic ipse est, qui etiam Romanam libris XV. complexus Ionica dialecto conscripsit, & titulum fecit Χιλιετηρίδα. Suidas: Κοδρᾶτος, Ῥωμαῖος ἱστορικὸς, ἔγραψε Ἰάδι διαλέκτῳ ἱστορίαν Ῥωμαϊκὴν, ἐν βιβλίοις ιε´. ἐπέγραψε δὲ Χιλιετηρίδα, καὶ περιέχει ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης, ἕως Ἀλεξάνδρου τοῦ

* In Chirographo Meursii additur:

ASCLEPIODORUS *Myrleanus*.

Hic pone ea quæ supra delevi in ÆLIUS, quibus hæc subnectit: *Laudatur ejus* Ἐξηγητικὸν τῶν κατ' ἰητρεῖον *Erotiano in Lexico Hippocratis.* In isto autem loco nonnisi verba ipsa Erotiani sunt hæc: Ἐπιδέσιος δεσμὸς σκέπαρνος, ὅταν ὁ ἐπίδεσμος πλάγιος ἐνεθῇ. μαρτυρεῖ δὲ Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ Ἐξηγητικῷ τῶν κατ' ἰητρεῖον. *Species autem est vinculi σκέπαρνος, quando fascia obliqua ligata est. Testatur autem Asclepiades in Narratione ejus quod ad medici officinam pertinet.* Atque ita nescio qui eundem locum duobus applicuit.

Μαμμαίας υἱοῦ Καίσαρος. *Quadratus, Romanus historicus, Ionica dialecto historiam scripsit Romanam libris* XV. *Inscripsit autem Millenarium, & continet ab condita Roma usque ad Cæsarem Alexandrum Mamææ filium.*

ASIUS *Samius.*

Athenæus *li.* III. Κνισολοιχὸς γάρ τις ἦν κατὰ τὸν Σάμιον ποιητὴν Ἄσιον, τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον, καὶ κνισοκόλαξ. *Liguritor enim quidam est juxta Samium poetam Asium: antiquum illum, & adulator, ut nidoris sit particeps.* Et citat aliquot ejus versus *lib.* XII. Illic vide. Adi & Pauf. *Ind.*

ASOPODORUS *Phliasius.*

Ejus Ἴαμβοι citantur ab Athenæo *lib.* X. Καὶ πρῶτος εὗρε τὴν διὰ τῶν συνθέτων ὀνομάτων ποίησιν, ᾗ Ἀσωπόδωρος ὁ Φλιάσιος ὕστερον ἐχρήσατο ἐν τοῖς καταλογάδην Ἰάμβοις. *Et primus poesin per composita nomina invenit, qua Asopodorus Phliasius usus est postea in Jambis prosaice.* Item, τὰ Περὶ τὸν ἔρωτα, *lib.* XIV. Ἀλλὰ καὶ τὰ Ἀσωποδώρου Περὶ τὸν ἔρωτα, καὶ πᾶν τὸ τῶν ἐρωτικῶν ἐπιστολῶν γένος, γένος ἐρωτικῆς τινὸς διὰ λόγου ποιήσεώς ἐστιν. *Sed & illa Asopodori De amore, & omne amatoriarum epistolarum genus, est genus amatoriæ cujusdam poeseos per orationem.*

ASPASIUS *Byblius.*

Vide de eo Suidam.

ASPASIUS *Ravennas.*

Vide de eo Suidam, & Philostr. 621. 622. Ulpian. *in Orat. contra* Leptinem: Ἀψίνης δὲ, καὶ Ἀσπάσιος, κατὰ τὴν εἰς ἄτοπον ἐπαγωγὴν φασὶ τὸ ἐγχείρημα. *Apsines autem, & Aspasius, per inductionem ad absurdum dicunt inceptum.* Scripsit *Commentaria in Platonem,* quæ laudat Porphyr. in *Vita Plotini.*

ASPASIUS *Tyrius.*

Vide Suidam de eo.

ASTYAGES *Gramaticus.*

Vide Suidam.

ASTYANASSA.

Περὶ σχημάτων συνουσιαστικῶν, *De formis concubitus.* Vide Suidam *in* Ἀστυάνασσα.

ASTYANAX *Mæonius.*

Laudat Historiam ejus Trebellius Pollio in *Marciano majore.*

ASTYNOMUS.

Stephanus *in* Κύπρος: Ἀστύνομος δέ φησι Κύπρον κεκλῆσθαι, διὰ τὸ κρύπτεσθαι πολλάκις ὑπὸ τῆς θαλάσσης. *Astynomus autem Cyptum inquit nominatum esse, quia sæpe absconditur sub mare.* Laudat etiam Plinius *lib.* V. *cap.* XXXI.

ATHAMAS.

Clemens *Strom.* VI. Ναὶ μὴν Ἀθάμαντος τοῦ Πυθαγορείου εἰπόντος, Ὧδε γεννᾶται παντὸς ἀρχά. καὶ ῥιζώματα τέτταρα τυγχάνοντι, πῦρ ὕδωρ, ἀὴρ, γῆ. ἐκ τούτων γὰρ αἱ γενέσεις τῶν γινομένων· ὁ Ἀκραγαντῖνος ἐποίησε Ἐμπεδοκλῆς, Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα, &c.

A *Sane Athamante Pythagorico dicente, Sic nascitur universi initium; & radices quatuor existunt, ignis, aqua, aer, terra: ex his enim sunt ortus illorum, quæ sunt; Agrigentinus fecit Empedocles, Quatuor omnium radices,* &c. Etymologici Auctor *in* Τειτομένεια: Ἡ ἐπειδὴ τειπὼ ἐστιν. ὅπερ κατὰ τὸν Ἀθάμαντα σημαίνει τὴν κεφαλήν. *Seu quoniam* τειπὼ *est: quod secundum Athamantem caput denotat,*

ATHANIS.

Scripsit Σικελικά. Ea laudat Athenæus *lib.* III. Ἄθανις δ' ἐν πρώτῳ Σικελικῶν, τὸν αὐτόν φησι Διονύσιον, καὶ τὸν βοῦν γαρόταν καλεῖν, καὶ τὸν χοῖρον ἴακχον.
B *Athanis autem in libro primo rerum Sicularum, inquit ipsum Dionysium, & bovem* γαρόταν *appellare, & porcum* ἴακχον. Citat etiam Plutarchus I. 247. 254. & Diodorus Sic. II. 402.

ATHENÆUS.

Ejus Δειπνοσοφισταὶ exstant: & in iis convivam interloquentem introducit, qui citet, Περὶ τῶν ἐν Συρίᾳ βασιλευσάντων. Locus est *lib.* V. Περὶ οὗ ἱστόρησεν ὁ ἑταῖρος ἡμῶν Ἀθήναιος ἐν τοῖς Περὶ τῶν ἐν Συρίᾳ βασιλευσάντων. *De quo inquisivit amicus noster Athenæus in libris De illis, qui in Syria regnarunt.*
C Laudatur & alius, ut puto, Epigrammatarius, apud Diogen. Laert. in *Antisthene, lib.* VI. Ὅθεν καὶ Ἀθήναιος ὁ Ἐπιγραμματοποιός φησιν οὕτω περὶ αὐτῶν. Iterum, in *Zenone, lib.* VII. Καὶ περὶ πάντων τῶν Στωϊκῶν Ἀθήναιός ὁ Ἐπιγραμματοποιός φησιν οὕτως. *Et de omnibus Stoicis Athenæus Epigrammatarius ita loquitur.* Et in *Epicuro, lib.* X. Τοιοῦτος ἦν, ὁ τὴν ἡδονὴν τέλος εἶναι δογματίζων· ὃν καὶ Ἀθήναιος δι' Ἐπιγράμματος οὕτως ὑμνεῖ. *Talis erat, qui voluptatem esse putabat; quem Athenæus quoque per Epigramma ita celebrat.* Fuit & alius Cyzicenus, cujus
D meminit Proclus *ad Euclidem, lib.* II. Καὶ μέντοι καὶ ὁ Κυζικηνὸς Ἀθήναιος, κατὰ τοὺς αὐτοὺς γεγονὼς χρόνους, ἔν τε τοῖς ἄλλοις μὲν μαθήμασι, μάλιστα δὲ κατὰ γεωμετρίαν καταφανὴς ἐγένετο. *Atque etiam Cyzicenus Athenæus, illis iisdem temporibus florens, & in aliis quidem scientiis, potissimum autem in geometria celebris erat.* Laudatur Athenæi Medici liber XXIV. a Galeno περὶ αἰτίων συμπτωμ. *lib.* V. Ἔνεστι δὲ τῷ βουλομένῳ τὸ εἰκοστὸν καὶ τέταρτον. Ἀθηναίου βίβλον ἀναγνόντι, τὰς ὑπὸ τῶν ἐκείνου πρεσβυτέρων ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων εἰρημένας αἰτίας περὶ ῥίγους, εἰς ὅσον ἧκουσιν ἀτοπίας, καταμαθεῖν. *Licet autem volenti quartum & vigesimum Athenæi librum legere, ab antiquioribus illo & medicis & philosophis dictas causas
E de frigore, in quantam venerint absurditatem, perdiscere.* Vide Tom. IV. 371. 373. 391. Alius est, Rhetor, cujus meminit Quintilianus *lib.* II. *cap.* XV. *Quidam eam* (de Rhetorica loquitur) *neque vim, neque scientiam, neque artem putaverunt: sed Critolaus usum dicendi: nam hoc* τριβὴ *significat. Athenæus fallendi artem.* Et *lib.* III. *cap.* I. *Fecit deinde velut propriam Hermagoras viam, quam plurimi sunt secuti: cui maxime par, atque æmulus, videtur Athenæus fuisse.* Schol. Alexandri Rhetoris, Περὶ σχημάτων ῥητορικῶν. Ἀθήναιος ὁ Ναυκρατίτης, καὶ Ἀπολλώνιος, ὁ ἐπίκλην Μόλων,
F ὡρίσατο οὕτω. *Athenæus Naucratites, & Apollonius cognomine Molon, ita definivit.*

ATHENAGORAS.

Enumeratur inter Scriptores de Re Rustica, a Varrone, & Columella, *lib.* I. *cap.* I.

ATHENION.

Ejus Σαμοθρᾶκες citantur ab Athenæo *lib.* XIV. Οὐκ ἀπεικότως δὲ καὶ Ἀθηνίων ἐν Σαμόθραξιν, ὥς φησιν Ἰόβας, μάγειρον εἰσάγει φυσιολογοῦντα διὰ τούτων. *Non absimili autem modo Athenion quoque in Samothracibus, ut Jobas ait, coquum inducit physice disserentem per hæc.* Nec dubitem inde petiisse Sophoclem, quæ de Cabiris annotat *ad Apollonii* lib. I. Ἀθηνίων δέ φησιν ὅτι Διὸς καὶ Ἠλέκτρας ἐγένετο Ἰασίων καὶ Δάρδανος. Κάβειροι δὲ δοκοῦσι προσηγορεῦσθαι ἀπὸ Καβείρων τῶν κατὰ Φρυγίαν ὀρῶν, ἐπεὶ ἐντεῦθεν μετηνέχθησαν. *Athenion vero dicit Jasionem & Dardanum Jovis & Electræ filios fuisse. Cabiri autem videntur appellari ab Cabiris in Phrygiæ montibus, quoniam inde fuerunt translati.*

ATHENOCLES *Cyzicenus.*

Athæneus *lib.* IV. Ἀθηνοκλῆς δ' ὁ Κυζικηνὸς μᾶλλον Ἀριστάρχου κατακούων τῶν Ὁμηρικῶν ἐπῶν, διπλᾶς &c. *Athenocles autem Cyzicenus magis quam Aristarchum audiens Homericos versus*, &c.

ATHENODORUS.

Scripsit Περὶ σπουδῆς καὶ παιδείας. Athæneus *lib.* XII. Καὶ Ἀθηνόδωρος ἐν τῷ Περὶ σπουδῆς, καὶ παιδείας, Ἀρχύταν φησὶ τὸν Ταραντῖνον πολιτικὸν ἅμα καὶ φιλόσοφον γενόμενον. *Et Athenodorus in libro De studio, & doctrina, Archytam dicit Tarentinum politicum simul & philosophum fuisse.* Etiam, Περίπατοι. Laudat Diog.Laert. pag. 188. Περὶ τῆς αὐτοῦ πατρίδος, *De sua patria*, Stephanus *in* Ἀγχιάλη. Citat eum incerto Opere Πρὸς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας, *Ad Aristotelis prædicamenta*, Porphyrius *in Categorias*, pag. 21.a. Simplicius *in Categ.* p. 15.b. Stobæus *Ser.* XXXIII. Et hic ipse, ut puto, est Athenod. Rhodius, Rhetor, de quo Quintilianus *lib.* II. *cap.* XV. *Multa Critolaus contra, multa Athenodorus Rhodius.*

ATHLIUS.

Σαμίων ὅροι. Citat Etymologici Auctor *in* Νένωται. Καὶ ὁ Ἄθλιος ἐν τοῖς Σαμίων ὅροις, Ἀλλὰ λέξασθαι νένωνται. *Et Athlius in Samiorum terminis, Sed dixisse intellectus fuit.* Sed corruptum nomen. Vide supra *in* ÆTHLIUS.

ATRAMETUS.

Vide Schol. Apollonii, 165.

ATTALIO.

Commentaria *in Hippocratem*, Oribas. *in Aphor.* p. 8.

ATTALUS *Rhodius.*

Laudatur incerto Opere ab Etymologici Auctore *in* Μῆλα. Ejus Περὶ παροιμιῶν citat Hesychius *in* Κορίννουσι: Ὡς δὲ Ἄτταλος ἐν τῷ Περὶ παροιμιῶν, ἐπὶ τῶν διὰ κάλλος, ὡς ὁ Βελλεροφόντης. *Ut vero Attalus in libro De provverbiis, in illis per pulchritudinem, ut Bellerophontes.* Hipparchus *lib.* I. *in Aratum*, allegat non semel ut Commentatorem quoque istius Poetæ.

ATTICUS.

Hic plura scripsit, sed Latine, itaque ea non recensebimus. Habes apud Cornelium Nepotem in *Vita ejus*; & meminit item Cicero lib. *de Oratore*, Pliniusque *lib.* XXXV. *cap.* II. Unicum Opus Græce scripsit, Περὶ τῆς τοῦ Κικέρωνος ὑπατείας, *De Ciceronis consulatu*; quamobrem nobis in hac quoque *Bibliotheca* commemorandus. Cornelius Nepos testatur in *ejus Vita*: *Est etiam liber Græce confectus*, DE CONSULATU CICERONIS. Et alia tradit Quintilianus *Instit. Orat.* lib. III. cap. I. Alius est

ATTICUS *Platonicus.*

De quo vide Eusebium *de Præp. Evang.* 299. 463. 466. 467. 469. 471. 472. 476. Porph. in *Vita Plot.* 5. Proclum *in Timæum* 30.

AUTOCLIDES.

Ἐξηγητικά. Harp. *in* ὀξυθύμια, & παλαμναῖος. Plut. in *Nicia*. Corrigendus Athen. 473. Vide quæ in *Biblioth. Attica*, in voce Antoclides.

AUTODORUS.

Diogenes Laertius in *Heraclide*, *lib.* V. Ἀλλὰ καὶ Αὐτόδωρος Ἐπικούρειος ἐπιτιμᾷ αὐτῷ, τοῖς περὶ δικαιοσύνης ἀντιλέγων. *Sed etiam Autodorus Epicureus illum reprehendit, libris de justitia contradicens.*

AUTOLYCUS *Pydnæus.*

Simplicius, *de Cælo*, 122. b. Philop. *de Nat. Ausc.* lib. II. p. f. f. IV. b. Diog. L. 272.

AUTOMEDES.

Isaacius Tzetzes in *Prolegomenis ad Lycophronem*: Οἷοί περ ἦσαν ποιηταί, ὡς ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος γράφει, Αὐτομήδης, καὶ Δημόδοκος, καὶ Χαῖρις. *Qualescunq; erant poetæ, ut Phalereus Demetrius scribit, Automedes, & Demodocus, & Chæris.*

AUTOMEDON.

Laudat eum Opere incerto Stobæus *Serm.* X.

AUTOTHEPUS.

Isaacius Tzetzes *ad Lycophr.* Αὐτόθεπος δὲ καὶ ἄλλοι πολλοί φασιν, ἀπὸ Ἰονίου Ἰλλυρικοῦ τὸ γένος, βασιλεύσαντος τοῦ τόπου, υἱοῦ Ἀδρίου, τοῦ περὶ τοῦτο τὸ πέλαγος κτίσαντος πόλιν τὴν λεγομένην Ἀδρίαν. *Autothepus autem & alii multi dicunt, ab Ionio Illyrico quod ad genus, qui illo loco regnavit, Adriæ filio, qui circa illud mare urbem Hadrian dictam condidit.*

AXIONICUS.

Laudatur, bis incerto Opere, ab Stobæo *Serm.* II. Ejus Χαλκὶς citatur ab Athenæo *lib.* III. Ἀξιόνικος δὲ ἐν Χαλκίδι φησί. *Axionicus autem in Chalcide ait.* Et *lib.* VI. Καὶ Ἀξιόνικος ἐν Χαλκίδι που φησί. *Et Axionicus in Chalcide alicubi dicit.* Sic Τυρρηνὸς, *lib.* IV. Πυθοδήλου δέ τινος ἀσώτου μνημονεύει Ἀξιόνικος ἐν Τυρρηνῷ. *Pythodeli vero cujusdam luxuriosi meminit Axionicus in Tyrrheno.* Et *lib.* VI. Ἀξιόνικος δ' ὁ κωμικὸς ἐν τῷ Τυρρηνῷ Γρυλλίωνος τοῦ παρασίτου ἐν τούτοις μνημονεύει. *Axionicus autem comicus in Tyrrheno Gryllionis parasiti in illis meminit.* Ita rescribo. Editur illic, ἐν Τυρρηνικῷ. Et Φιλευριπίδης, *libb.* IV. & VIII. Φιλίνη, *lib* X.

AXIOPISTUS.

Ejus sunt, Κανὼν, & Γνῶμαι. Athenæus *lib.* XIV. Φιλόχορος δὲ ἐν τοῖς περὶ μαντικῆς Ἀξιόπιστον τὸν εἴτε Λοκρὸν γένος, ἢ Σικυώνιον, τὸν Κανόνα καὶ τὰς Γνώμας πεποιηκέναι φησίν. *Philochorus autem in libris de vaticinatione Axiopistum sive Locrensem genere, sive Sicyonium, Canonem & Sententias fecisse ait.*

JOANNIS MEURSII BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

LIBER SECUNDUS,

QUI INSCRIBITUR

EUTERPE.

BABRIUS.



Jus sunt Μῦθοι, sive Μυθίαμβοι: Opus distinctum in lib. x. Suidas: Βαβρίας, ἢ Βάβελος, Μύθους, ἢ Μυθιάμβους. εἰσὶ γὰρ διὰ χοριάμβων ἐν βιβλίοις δέκα. οὗτος ἐκ τῶν Αἰσωπείων Μύθων μετέβαλεν ἀπὸ τῆς αὐτῶν λογοποιΐας εἰς ἔμμετρα, ἤγουν τοὺς χοριάμβους. *Babrias, seu Babrius, Fabulas, seu Fabulas jambis expressas:* (scripsit) *sunt enim per choriambos in libris decem. Hic in versus seu choriambos transtulit ex Æsopicis Fabulis ab illarum prosa narratione.* Citatur ab Etymologici Auctore, *in* Πεπρωμένον. Hujus operis partem esse aliquam censeo, quæ in manus nostras venit, beneficio Aldi Manutii, qui primus edidit Venetiis, anno CIƆ IƆ V.

BACCHIUS.

Hic Marci Antonini Imp. in Philosophicis præceptor fuit: meminitque ejus ipse, *De Vita sua*, lib. I.

BACCHIUS *Milesius.*

Recensetur inter Auctores, qui scripsere de Re Rustica apud Varronem, & Columellam, *lib.* I. *c.* I. meminitque ejus Plinius, in *Histor. Nat.* locis pluribus.

BACCHIUS *Tanagræus.*

Scripsit *Explicationem vocum Hippocraticarum,* libris tribus. Erotianus, in *Proœmio* sui *Lexici*: Μεθ᾽ ὃν φασι τὸν Ταναγραῖον Βακχεῖον ἐπιβαλεῖν τῇ πραγματείᾳ, καὶ διὰ τριῶν συντάξεων πληρῶσαι τὴν προθεσμίαν, πολλὰς παραθέμενον εἰς τοῦτο μαρτυρίας ποιητῶν. *Post quem dicunt Tanagræum Bacchium ad studium se applicuisse, & in tribus compositionibus antea constitutum opus implevisse, multa apponentem ad hoc poetarum testimonia.* Citaturque ab eodem locis pluribus; lib. I. *in* Ἀλυσμὸν, & Ἀτρεκέως: lib. II. *in* Ἐγχλοιούμεναι; lib. III. *in* Ἀνάγκη. Et fortasse hic ipse fuerit, quem commemorat Hesychius, istis verbis: Χερματιστὴς, λίθος χειροπλήθης, καὶ δίσκος. Βακχεῖος. *Chermatistes, lapis manum implens, & discus. Bacchius.*

BACCHYLIDES.

Ejus fuere Ἐρωτικά: quæ citantur ab Athenæo, *l.* XV. Βακχυλίδης, ἐν Ἐρωτικοῖς, *Bacchylides, in Amatoriis.* Ejusdem

Ἐπινίκια, commemoratur a Stobæo, *Serm.* X. XCVI. CI.

Προσῳδία. Apud eundem Stobæum, *Serm.* XCVI.

Διθύραμβοι. Servius, *ad Æn.* VI. *Quod & Plato dicit, in Phædone; & Sappho, in Lyricis; & Bacchylides, in Dithyrambis.*

Ὕμνοι. Scholiastes Aristophanis, *ad Acharnenses*: Τοῦ δὲ Κελεοῦ μέμνηται Βακχυλίδης, διὰ τῶν Ὕμνων. *Celei autem meminit Bacchylides, in Hymnis.* Citat etiam Stobæus, *Serm.* CXXI.

Παιᾶνες. Clemens, *Strom.* V. Ἕτερος δ᾽ ἐξ ἑτέρου σοφὸς, τό τε πάλαι, τό τε νῦν, φησὶ Βακχυλίδης, ἐν τοῖς Παιᾶσιν. *Alius autem ex alio sapiens, tum olim, tum nunc, inquit Bacchylides, in Pæanibus.* Zenobius *Cent.* II. *Proverb.* XXXVI. Ἐπὶ τῶν δειλῶν εἴρηται ἡ παροιμία. Μέμνηται δ᾽ αὐτῆς Βακχυλίδης, ἐν Παιᾶσιν. *In timidos dictum est proverbium. Meminit autem ejus Bacchylides, in Pæanibus.* Laudat quoque Stobæus, *Serm.* LIII.

BACIS.

Ejus Χρησμοὶ citantur ab Herodoto locis tribus, *lib.* VIII. Clemens eos duos tradit; unum, Arcadem, alterum, Bœotum. Verba ejus ita habent, *Strom.* I. Ἤδη δὲ καὶ παρ᾽ Ἕλλησι χρησμολόγοι συχνοὶ γεγονέναι φέρονται, ὡς οἱ Βάκιδες· ὁ μὲν Βοιώτιος, ὁ δὲ Ἀρκάς. *Jam vero etiam apud Græcos fatidici multi fuisse feruntur, ut Bacides; alter Bœotus, alter autem Arcas.* Suidas auctor est, Philetam Ephesium tres commemorare; unum, Bœotum, ex Eleone; alterum, Atheniensem; tertium, Arcadem, ex Caphya: qui & Cydas, & Aletes, dictus fuerit. Vide eum, *in* Βάκις. Eademque referuntur a Scholiaste Aristophanis, *ad Equites, Avem, Pacem.* Arcadis oracula sæpe a Pausania referuntur, in *Messenicis, Bœoticis, & Phocicis.* Bœotii, meminit etiam Cicero, *de Divinat.* l. I.

BACORUS *Rhodius.*

Scripsit *Geographica*, ut est colligere ex Avieno, in *Descriptione Oræ Maritimæ*:

Hecatæus istic quippe erit Milesius,
Hellanicusque Lesbius, Phileas quoque
Atheniensis, Caryandenus Scylax;
Pausimachus ille, prisca quem genuit Samos;
Quin & Damastus, nobili natus Sige;
Rhodoque Bacorus ortus. ——

BÆTON.

Vide, BITON.

BALAGER.

Ejus Μακεδονικὴ citatur a Stephano, *in* Ολβηλος: Βάλαγρος, Μακεδονικῇ, *Balager in Macedonica.* Et *in* Αμολβος citat l. II. Αμολβος, πόλις Μαγνήτων· ὡς Βάλαγρος, Μακεδονικῇ δευτέρᾳ. *Amolbus, urbs Magnetum; ut Balagrus, in Macedonica secunda.*

BALBUS *Trallianus.*

Meminit ejus Opere incerto Phrynichus, *Ecloga Dict. Attic.* Επειτα δευτέρα τιμῇ λειπόμενον πολὺ τῆς σῆς παρασκευῆς, ἐξεταζόμενον δ' ἐν τοῖς Ελλησι Βάλβον τὸν ἀπὸ Τράλλεων, ὃς ἐς τοῦτο προθυμίας καὶ θαύματος ἥκει Μενάνδρου, ὥστε καὶ Δημοσθένους ἀμείνω ἐγχειρεῖν ἀποφαίνειν. *Deinde secundo bonore multum tua doctrina inferiorem, probatum autem inter Græcos Balbum Trallianum, qui ad illud propensionis & admirationis Menandri venit, ut & Demosthene meliorem componere cum eo appareat.*

BASILEUS.

Scripsit Θηριακόν. Scholiastes Nicandri, *ad Theriaca:* Ο Βασιλεὺς, ἐν τῷ Θηριακῷ, δέκα γένη φασὶν εἶναι τῶν φαλαγγίων· Απολλόδωρος δὲ, ἐν τῷ Περὶ θηρίων, καὶ Αριστοτέλης, φησὶν, ὅτι ἐν Γαργάθοις γεννῶσι τὰ φαλάγγια. *Basileus, in Theriaco, decem genera esse dicit aranearum; Apollodorus autem, in libro De bestiis venenosis, & Aristoteles, inquit, in Gargathis esse araneas.*

BASILICUS.

Scripsit, Περὶ τῶν διὰ τῆς λέξεως σχημάτων, *De figuris per verba.* Περὶ ῥητορικῆς παρασκευῆς, ἤτοι Περὶ ἀσκήσεως, Περὶ μεταποιήσεως. *De rhetorico apparatu, seu De exercitatione, De mutatione.* Et alia quædam. Vide Suidam, *in* Βασιλικός: meminitque ejus iterum, *in* Αψίνης. Item Apsines, lib. *de Rhetorica*, cap. Περὶ προοιμίου: Ο δέ τοι θεῖος Βασιλικὸς, κἀκεῖνο προσέθηκε. *Hic autem divinus Basilicus, idem quoque apposuit.*

BASILIDES.

Εξηγητικά. Ingens Opus, e quo librum XXIII. citat Clemens, *Strom.* IV. Βασιλείδης δὲ, ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ τῶν Εξηγητικῶν, περὶ τῶν κατὰ τὸ μαρτύριον κολαζομένων, αὐταῖς λέξεσι τάδε φησί. *Basilides autem, in libro* XXIII. *Exegeticorum, de illis qui martyrio puniti sunt, iisdem verbis hæc dicit.* Erat ejusdem alterum Opus, Περὶ Ομηρικῆς λέξεως: cujus Epitomen scripsit Cratinus. Auctor Etymologici, *in* ἀρίζηλος: Οὕτω Κρατῖνος, ἐν τῇ Επιτομῇ τῶν Βασιλείδου Περὶ Ομηρικῆς λέξεως. *Sic Cratinus, in Epitome librorum Basilidis De stylo Homerico.*

BASILIDES *Tyrius.*

De eo ita Hypsicles, περὶ τῶν πέντε σωμάτων *lib.* I. quem Euclidis decimum quartum alii faciunt: Βασιλείδης ὁ Τύριος, ὦ Πρώταρχε, παραγενηθεὶς εἰς Αλεξάνδρειαν, καὶ συσταθεὶς τῷ περὶ ἡμῶν, διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ μαθήματος συγγένειαν, συνδιέτριψεν αὐτῷ τὸν πλεῖστον τῆς ἐπιδημίας χρόνον. καὶ ποτὲ διελοῦντες τὸ ὑπὸ Απολλωνίου γραφὲν, Περὶ τῆς συγκρίσεως τοῦ δωδεκαέδρου, καὶ τοῦ εἰκοσαέδρου, τῶν εἰς τὴν αὐτὴν σφαῖραν ἐγγραφομένων, τίνα λόγον ταῦτα ἔχει πρὸς ἄλληλα, ἔδοξαν ταῦτα μὴ ὀρθῶς γεγραφέναι τὸν Απολλώνιον. *Basilides Tyrius, Protarche, quum Alexandriam venisset, & alicui nostrorum commendatus esset, per scientiæ cognationem, plurimum peregrinationis suæ tempus cum illo consumpsit: & aliquando illud scriptum ab Apollonio explicantes, De comparatione duodecisellii, & vigintisellii in ipsam sphæram inscriptorum, quam illa rationem inter se obtineant, putabant illa non recte Apollonium scripsisse.* Sed corruptus ille locus, ac scribendum, καὶ συσταθεὶς τῷ πατρὶ ἡμῶν, *& patri nostro commendatus.*

BASILIS.

Meminit ejus Agatharchides, *lib. De mari rubro:* Τὰ μὲν πρὸς ἑσπέραν, ἐξείργασται Λύκος τε, καὶ Τίμαιος· τὰ δὲ πρὸς ἀνατολὰς, Εκαταῖος, καὶ Βάσιλις. *Quæ quidem ad occidentem, & Lycus, & Timæus absolverunt; quæ vero ad orientem, Hecatæus, & Basilis.* Ejus Ινδικά, citat Athenæus, *l.* IX. Βάσιλις δὲ, ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ινδικῶν, οἱ μικροὶ, φησὶν, ἄνδρες, οἱ τοῖς γεράνοις διαπολεμοῦντες, πέρδιξιν ὀχήματι χρῶνται. *Basilis autem, in lib.* II. *Indicorum, parvi, inquit, viri, cum gruibus bellantes, perdicibus vehiculo utuntur.* Ex iis est, quod citat Plinius, *lib.* VI. *cap.* XXIX.

BASSUS *Sophista.*

Mentio ejus exstat apud Lucianum, *contra Indoct.* Ει Βάσσος ὁ ἡμέτερος ἐκεῖνος σοφιστής. *Si Bassus noster ille sophista.* Nescio an sit ille ipse, cujus Epigrammata quædam exstant in *Anthologia*, quam Planudes concinnavit.

BASTAS *Chius.*

Historiographus. Hesychius: Βάστας ὁ Χῖος, Δημοκρίτου ἐπώνυμον, καθὰ καὶ Εὔπολις, ἐν Βάπταις. ἔστι δὲ ἱστοριογράφος. *Bastas Chius, Democriti cognomen, sicut etiam Eupolis, in Baptis. Est autem historiographus.*

BATTON *Comicus.*

Suidas: Βάττων, κωμικός. Δράματα αὐτοῦ, Συνεξαπατῶν, Ανδροφόνος, Εὐεργέται. *Batton, comicus. Fabulæ ejus, Simul-decipiens, Homicida, Benefici.* Et quidem ex istis Ανδροφόνος, citatur ab Athenæo, *lib.* IV. Εὐεργέται, ab eodem, *lib.* XIV. Præter illas, etiam Αἰτωλὸς, a Stobæo, *Serm.* XCVI. & CIII. Citatur quoque Baton quidam a Suida, quem dixi, *in* Πυθαγόρας Εφέσιος.

BATTON *Sinopensis, Rhetor.*

Ejus Περὶ τῶν ἐν Εφέσῳ τυράννων, citat Athenæus, *lib.* VII. Ως ἱστορεῖ Βάττων, ἐν τοῖς Περὶ τῶν ἐν Εφέσῳ τυράννων. *Ut narrat Batton in libris De tyrannis qui in Epheso.* Et, Περὶ Ιωνος τοῦ ποιητοῦ. Idem, *l.* X. Βάττων δ' ὁ Σινωπεὺς, ἐν τοῖς Περὶ Ιωνος τοῦ ποιητοῦ, φιλοπότην φησὶ γενέσθαι, καὶ ἐρωτικώτατον, τὸν Ιωνα. *Batton autem Sinopensis, in libris De Ione poeta, Ionem inquit bibendi cupidum, & maxime amoribus deditum fuisse.* Item, Περὶ Θεσσαλίας, καὶ Αἱμονίας. Idem Athenæus rursum, *lib.* XIV. Βάττων δ' ὁ Σινωπεὺς ὁ ῥήτωρ, ἐν τῷ Περὶ Θεσσαλίας, καὶ Αἱμονίας, σαφῶς ἐμφανίζει τὴν τῶν Σατουρναλίων ἑορτὴν Ελληνικωτάτην. *Batton autem Sinopensis rhetor, in libro De Thessalia & Hæmonia, perspicue declarat Saturnaliorum festum esse vel maxime Græcum.* Περσικά, a Strabone memorantur, *l.* XII. Ανδρας δὲ ἐξήνεγκεν (ἡ Σινώπη) ἀγαθοὺς, τῶν μὲν φιλοσόφων, Διογένη τὸν Κυνικὸν, καὶ Τιμόθεον τὸν Πατρίωνα· τῶν δὲ ποιητῶν, Δίφιλον τὸν κωμικόν· τῶν δὲ συγγραφέων, Βάττωνα, τὸν πραγματευθέντα τὰ Περσικά. *Viros autem extulit (Sinope) bonos, philosophorum quidem, Diogenem Cynicum, & Timotheum Patrionem; poetarum vero, Diphilum comicum; scriptorum autem, Battonem, qui Persica elaboravit.*

A Et hoc, puto, ejus Opus designat Suidas, *in* Πυθαγόρας, istis verbis: Ην δὲ πρὸ Κύρου, τοῦ Πέρσου, ὡς φησὶ Βάττων. *Erat autem ante Cyrum, Persam, ut ait Batton.* Meminit ejus etiam, incerto Opere, Plutarchus, in *Vita Agidis*.

BATTUS *Cyrenæus*.

Ejus fuit, Μαντική. Clemens, *Strom.* I. Φασὶ δὲ, τὴν Μόψου καλουμένην Μαντικὴν συντάξαι τὸν Κυρηναῖον Βάττον. *Dicunt autem, Artem vaticinandi Mopsi dictam composuisse Battum Cyrenæum.* Ejus Αττικαὶ Ιστορίαι commemorantur a Pindari Scholiaste, B *Isthm.* ode IV. Βάττος δὲ, ἐν δευτέρῳ Αττικῶν Ιστοριῶν, Πολύδωρον, Ανίκητον, Μηκιστόφονον, Πατροκλέα. *Battus autem, in lib.* II. *Historiarum Atticarum, Polydorum, Anicetum, Mecistophonum, Patroclem.* Idem forte est, cujus Υμνοι citantur a Suida, *in* Βαττολογία.

BEROSUS.

Citat eum, sine ullo Operis titulo, Hesychius; Σαραχηρὼ, παρὰ Βηρώσσῳ, ἡ κοσμήτρια τῆς Ηρας. Σαραχηρὼ, *apud Berosum, ornatrix Junonis.* Χαλδαϊκὰ citat Clemens, *Strom.* I. Ως φησὶ Βηρωσσος, ἐν ταῖς Χαλδαϊκαῖς Ιστορίαις. *Ut Berossus in Chaldaicis* C *Historiis loquitur.* Ejus Operis librum tertium citat idem, in *Protreptico:* Ανθρωποειδῆ ἀγάλματα σέβειν αὐτοὺς, Βήρωσσος, ἐν τρίτῃ Χαλδαϊκῶν, παρίστησι: *Humanæ figuræ simulacra illos colere, Berossus, in l.* III. *Chaldaicorum, statuit.* Ac tribus libris absolvebatur. Tatianus, *Orat. ad Græcos:* Βήρωσσος, ἀνὴρ Βαβυλώνιος, ἱερεὺς τοῦ παρ᾽ αὐτοῖς Βήλου, κατ᾽ Αλέξανδρον γεγονὼς, Αντιόχῳ, τῷ μετ᾽ αὐτὸν τρίτῳ, τὴν Χαλδαίων ἱστορίαν ἐν τρισὶ βιβλίοις κατατάξας, καὶ τὰ περὶ τῶν βασιλέων ἐκθέμενος, &c. *Berossus, vir Babylonius, sacerdos Beli apud eos, Alexandri tempore vivens, Antiocho, post illum tertio, Chaldæorum historiam tribus in libris ordinans, & regum acta exponens.* D Meminit eorum etiam Josephus, *contra Appionem*, lib. I. Βαβυλωνιακὰ Athenæus, *lib.* XIV. Βήρωσσος δ᾽, ἐν πρώτῳ Βαβυλωνιακῶν, τῷ Λώῳ φησὶ μηνὶ ἑκκαιδεκάτῃ ἄγεσθαι ἑορτὴν, Σακέαν προσαγορευομένην. *Berossus autem, in libro primo Babyloniacorum, Loo mense inquit sexto decimo festum celebrari, Sacean dictum.*

BETON.

Vide, BITON.

BIALCON.

Plinius, *lib.* XXVIII. *cap.* XIX. *Bialcon (jubet)* E *cinerem ex eodem bibi, vel tauri a coitu urinam, lutoque ipso illini pubem.*

BIAS.

Περὶ Ιωνίας, τίνα μάλιστα ἂν τρόπον εὐδαιμονοίη. Diogenes Laertius, in *ejus Vita, lib.* I. Εποίησε δὲ Περὶ Ιωνίας, τίνα μάλιστα ἂν τρόπον εὐδαιμονοίη, εἰς ἔπη δισχίλια. *Composuit autem de Ionia, quo potissimum modo beata fuerit, ad versuum duo millia.*

BION.

F Περὶ δυνάμεων, *De potentiis.* Citat Plinius, *lib.* I. in Indice Auctorum, quibus est *lib.* XXVIII.

BION *Abderites*.

Mathematicus. Scripsit dialecto Attica, & Ionica. Diogenes Laertius, ubi recenset ejus nominis Auctores, *lib.* IV. Τέταρτος, Δημοκρίτειος, μαθηματικὸς, Αβδηρίτης, Ατθίδι γεγραφὼς, καὶ Ιάδι. *Quartus, Democriticus, mathematicus, Abderites, Attica dialecto scripsit, & Ionica.*

BION *Borysthenites*.

Plurimos reliquit libros, sed quorum titulos non habemus. Diogenes Laertius *in ejus Vita:* Πλεῖστά τε καταλέλοιπεν ὑπομνήματα. *Plurimosque reliquit commentarios.*

BION *Cæcilius*.

Vide infra, CÆCILIUS.

BION *Melicus Poeta*.

Diog. Laertius *l.* IV. in *Bione Borysthenite:* Εβδομος (Βίων) Μελικὸς ποιητής. *Septimus (Bion) Melicus poeta.*

BION *Proconnesius*.

Hic Cadmi Opera transscripsit, & in capita brevia redegit. Clemens, *Strom.* VI. Καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Προκοννήσιος Βίων, ὃς καὶ τὰ Κάδμου τοῦ παλαιοῦ μετέγραψεν κεφαλαιούμενος. *Et post illos Proconnesius Bion, qui etiam Cadmi antiqui opera in capita brevia redacta transscripsit.* Diog. Laertius *l.* IV. duos eum libros scripsisse auctor est: Γεγόνασι δὲ Βίωνες δέκα· πρῶτος, ὁ Φερεκύδει τῷ Συρίῳ συνακμάσας, οὗ φέρεται βιβλία δύο· ἔστι δὲ Προκοννήσιος. *Fuerunt autem Biones decem; primus, qui Pherecydis Syrii tempore floruit, cujus duo feruntur libri; est autem Proconnesius.*

BION *Rhetoricus*.

Ejus libri IX. fuerunt, inscripti Μοῦσαι. Diog. Laertius *loco citato:* Εκτος (Βίων) ῥητορικός· οὗ φέρεται ἐννέα βιβλία Μουσῶν ἐπιγραφόμενα. *Sextus (Bion) rhetoricus; cujus novem libri Musarum nominibus inscripti feruntur.* Hunc ipsum censeo esse, qui laudatur ab Agathia, *lib.* II. Ως που Βίωνι γέγραπται, καὶ Αλεξάνδρῳ τῷ Πολυΐστορι. *Ut alicubi a Bione scriptum est, & Alexandro Polyhistore.*

BION *Solensis*.

Hic scripsit Αἰθιοπικά. Diogenes Laertius *loco citato:* Πέμπτος (Βίων) Σολεὺς, Αἰθιοπικὰ γεγραφώς. *Quintus (Bion) Solensis, qui scripsit Æthiopica.* Laudat Athenæus *l.* XIII. Ως μέχρι νῦν οἱ Αθάνατοι καλούμενοι Αἰθίοπες, ὥς φησι Βίων ἐν Αἰθιοπικοῖς. *Sicut usque nunc Immortales appellati Æthiopes, ut ait Bion in Æthiopicis.* Ex his esse censeo, quæ citat Plinius *lib.* VI. *capp.* XXIX. XXX. Commemoratur quoque inter Rei Rusticæ Scriptores a Varrone *de Re Rust.* lib. I. cap. I.

BION *Syracusanus*.

Scripsit Τέχνας ῥητορικάς. Diog. Laertius loco *citato:* Δεύτερος (Βίων) Συρακούσιος, Τέχνας ῥητορικὰς γεγραφώς. *Secundus (Bion) Syracusanus, qui Artes rhetoricas scripsit.*

BION *Tragicus*.

Scripsit Tragœdias ex eo genere, quæ Tarsicæ appellatæ. Diog. Laertius *libro citato:* Εννατος (Βίων) ποιητὴς Τραγῳδίας τῶν Ταρσικῶν λεγομένων. *Nonus (Bion) Tragœdiæ poeta, ex illis quæ Tarsica dicuntur.*

BITHYNUS *Demosthenis*.

Laudatur ab Etymologici Auctore *in* Ηραία: Πειστέον δὲ μᾶλλον τῷ Βιθυνῷ Δημοσθένης ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ. *Credendum autem potius Bithyno Demosthenis in libro quarto.*

BITON.

Hic Bæton quoque, & Beton, ſcribitur. Opus unum eſt ad Attalum, Περὶ ὀργάνων. Athen. *l.* XIV. Καλεῖται δέ τι καὶ τῶν πολιορκητικῶν ὀργάνων σαμβύκη· οὗ τό τε σχῆμα καὶ τὴν κατασκευὴν ἀποδείκνυσι Βίτων ἐν τῷ πρὸς Ἄτταλον Περὶ ὀργάνων. *Aliqod autem inſtrumentorum obſidionalium ſambuca vocatur; cujus & formam & fabricam oſtendit Biton in libro ad Attalum De organis.* Heſychius: Σαμβύκη, οὐ μόνον τὸ μουσικὸν ὄργανον, οὗ μέμνηται Ἰόβας· ἀλλὰ καὶ πολιορκητικὸν, οὗ Βίτων. *Sambuca, non tantum muſicum inſtrumentum, cujus meminit Jobas; ſed etiam obſidionale, cujus Biton.* Ejuſdem Εἰσαγωγὴ Τακτικὴ commemoratur ab Æliano, *Tact.* cap. I. Ἄλλοι τε πλείους οἱ μὲν Εἰσαγωγὰς, ὡς Βίτων, οἱ δὲ καὶ Τοπικὰς Πραγματείας ἐξέδωκαν. *Aliique plures hi quidem Introductiones, ut Biton, alii autem etiam Topica Opera ediderunt.* Ita enim legendum illic cum Arcerio cenſeo, non Βίων. Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας. Athenæus *l.*X. Βίτων γοῦν, ὁ Ἀλεξάνδρου βηματιστής, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ, Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας, &c. *Biton igitur, Alexandri metator, in libro inſcripto, Manſiones Alexandri expeditonis,* &c. Perperam illic ſcribitur, Βαίτων. Plinius *l.*VI. *c.*XVII. *Verum, ut terrena demonſtratio intelligatur, Alexandri Magni veſtigiis inſiſtamus. Diognotus, & Biton, itinerum ejus menſores, ſcripſere, a portis Caſpiis Hecatompylon Parthorum, quot diximus, millia eſſe.* Citat eum etiam, ſed incerto Opere, Solinus *c.*LV. *Septentriones in eo tractu in anno ſemel, nec ultra quindecim dies, apparent, ſicuti auctor eſt Biton, qui perhibet hoc in pluribus Indiæ locis evenire.*

BLÆSUS.

Scripſit Σπουδογέλοια. Stephanus *in* Καπρίλιον: Ἐντεῦθεν ἦν Βλαῖσος, Σπουδογελοίων ποιητής. *Hinc erat Blæſus, Serio-ridiculorum poeta.* Laudatur Μεσοτρίβας Athenæo *l.* III. Βλαῖσος ἐν Μεσοτρίβᾳ, καὶ Ἀρχίλοχος ἐν Τηλέφῳ. *Blæſus in Meſotriba, & Archilochus in Telepho.* Item Σατοῦρνος, apud eundem *l.*XI. Βλαῖσος ἐν Σατούρνῳ φησίν·

Ἑπτὰ ματταλίδας ἐπίχεε ἡμῖν τῷ γλυκυτάτῳ.

Blæſus in Saturno dicit;

Septem pocula infunde nobis dulciſſimo.

Meminit ejus, ſed incerto Opere, Heſychius: Φυλατός· ἡ λέξις παρὰ Βλαίσῳ· σημαίνει δὲ ᾠδήν. Φυλατός· *Dictio apud Blæſum; notat autem carmen.*

BOCCHUS.

Citatur, ſed non expreſſo Operis titulo, a Solino *c.*VI. *Ob id ſtatim productus a gregis domino, Olympiade ſexta & quadrageſima, ut Bocchus auctor eſt.*

BOEOTUS.

Scripſit Παρῳδίας. Athenæus *l.*XV. Καὶ τὸν Βοιωτὸν δὲ καὶ τὸν Εὔβοιον, τοὺς Παρῳδίας γράψαντας, λογίους ἂν φήσαιμι, διὰ τὸ παίζειν ἀμφιδεξίως. *Sed & Bæotum & Eubœum, qui Parodias ſcripſerunt, memorabiles dicam, quia dextre admodum ludunt.*

BOETHUS.

Laudat eum incerto Opere Syrianus *in Metaphyſic.*XII. Meminit ejus Strabo *l.*XVI. Καθ' ἡμᾶς δὲ ἐκ Σιδῶνος μὲν ἔνδοξοι φιλόσοφοι γεγόνασι, Βόηθός τε, ᾧ συνεφιλοσοφήσαμεν ἡμεῖς τὰ Ἀριστοτέλεια· καὶ Διόδοτος, ἀδελφὸς αὐτοῦ. *Noſtro autem tempore ex Sidone illuſtres quidem philoſophi extiterunt, & Boethus, cum quo ad philoſophiam Ariſtotelicam ſimul animum noſtrum applicuimus; & Diodotus, ejus frater* Scripſit, Περὶ Πλάτωνος. Heſychius: Διὰ πάντων κριτής. Βόηθός φησιν ἐν τοῖς Περὶ Πλάτωνος, ὅτι ὁ νομοθέτης ἐκέλευσε τοῖς κρίνουσι γράφειν τὰ κεφάλαια ἕκαστον. *Per omnia judex. Boethus inquit in libris De Platone, legislatorem juſſiſſe judicantibus ſingulos ſcribere capita.* Ἐξήγησις Ἀράτου. Geminus: Καὶ Βόηθος ὁ φιλόσοφος, ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ τῆς Ἀράτου Ἐξηγήσεως, φυσικὰς τὰς αἰτίας ἀποδέδωκε τῶν τε πνευμάτων, καὶ ὄμβρων· ἐκ τῶν προειρημένων εἰδῶν τὰς προγνώσεις ἀποφαινόμενος. *Et Boethus philoſophus, in lib.*IV. *Explicationis Arati, phyſicas cauſas tradidit & ventorum, & imbrium; ex prædictis ſpeciebus præcognitiones demonſtrans.* Περὶ φύσεως. Diogenes Laertius in *Zenone, l.* VII. Βόηθος δὲ ἐν τῇ Περὶ φύσεως, οὐσίαν θεοῦ τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν. *Boethus autem in libro De natura, exiſtentiam dei ſphæram non errantium.* Item Περὶ εἱμαρμένης. Idem Diogenes *ibidem*: Βόηθος δὲ ἐν ιά. Περὶ εἱμαρμένης. *Boethus autem in lib.*XI. *De fato.* Etiam, Εἰς τὰς κατηγορίας. Porphyrius in *Expoſ. Categ.* Ἀλλὰ καὶ Βόηθος ἐν τοῖς Εἰς τὰς κατηγορίας εἴρηκε ταῦτα. *Sed etiam Boethus in libris Ad prædicamenta hæc dixit.* Citatque non ſemel Simplicius illic.

BOEUS.

Ejus eſt Ὀρνιθογονία. Athenæus *l.* IX. Βοῖος δ' ἐν Ὀρνιθογονίᾳ, ἢ Βοιώ, ὥς φησι Φιλόχορος, ὑπὸ Ἄρεως τὸν Κύκνον ὀρνιθωθῆναι. *Bœus autem in Avium generatione, vel Bœo, ut Philochorus inquit, Cygnum a Marte in avem mutatum eſſe.* Laudat non ſemel hujus Operis librum I. & II. Antoninus Liberalis in *Metamorph.* Et cenſeo nomen ejus reſtituendum apud Plinium *l.*X. *c.*III. ubi de aquilis ait, *Conſentit & Bœus.* Hodie editur, *C. & Boethus.* Eſtque hæc etiam ſuper hoc loco ſententia Fredenandi Nonii Pintiani, viri doctrinæ, quam famæ, majoris. Sic *l.*I. *Indic. Auctorum* l.X. *Ex auctoribus externis; Boetho, qui Ornithogoniam.*

BOLUS.

Sine Operis titulo nominat Stephanus *in* Ἀψυνθος: Ἔστι καὶ εἶδος φυτοῦ· περὶ οὗ Βῶλος ὁ Δημοκρίτειος. *Eſt etiam plantæ ſpecies; de qua Bolus Democriticus.*

BOTRYS.

Inter obſcænos Scriptores commemoratur a Suida, *in* Βοτρυσαγῆ ἔρνη, & Δημοχάρης.

BRONTINUS.

Ejus erat Πέπλος, & Φυσικά. Clemens *Strom.* I. Ἐπιγένης δὲ ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως, Κέρκωπος εἶναι λέγει Πυθαγορείου τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν, καὶ τὸν Ἱερὸν λόγον· τὸν δὲ Πέπλον, καὶ τὰ Φυσικά, Βροντίνου. *Epigenes autem in libris de poeſi in Orpheum, Cercopis Pythagorei dicit eſſe Deſcenſum ad inferos, & Sacrum ſermonem; Peplum autem, & Phyſica, Brontini.* Suidas in Catalogo Operum Orphei: Πέπλον, καὶ Δίκτυον· καὶ ταῦτα Ζωπύρου τοῦ Ἡρακλεώτου· οἱ δὲ, Βροντίνου. *Peplum, & Rete; & hæc Zopyri Heracleotæ; alii vero, Brontini.* Et mox: Ὕμνους, Κορυβαντικὸν, καὶ Φυσικά· ἃ Βροντίνου φασίν. *Hymnos, Corybanticum, & Phyſica; quæ Brontini dicunt.* Syrianus corrigendus *in Metaphyſ. lib.* XIII. *Brontinus vero, quod Juræus omne exſuperat & ſubſtantia, & virtute, & antiquitate.* Hodie ſcribitur illic, *Brotinus v.* Iterum alibi *eodem libro*: *Et apud Brontinum Pythagoricum, & apud omnes fere, qui a Scholis Pythagoricorum profecti ſunt.* Pejus multo ibi editur, *Crotinum P.* Et Diog. Laertius in *Alcmæone, l.*VIII. Ἀλκμαίων Κροτωνιάτης τάδε ἔλεξε, Πειρίθου υἱὸς, Βροντίνῳ, καὶ Λέοντι, καὶ Βαθύλλῳ. *Alcmæon Crotoniates hæc dixit, Perithi filius, Brontino, & Leonti, & Bathyllo.* Editur, Βροτίνῳ. Mentio ejus occurrit apud eundem in *Pythagora, & Empedocle.*

BRYSON.

Meminit ejus, nullo expresso Opere, Aristoteles *Rhetoric.* lib. III. cap. II. Laudat Οἰκονομικὸν Stobæus *Serm.* LXXXIII.

BUTORIDES.

Eum de Pyramidibus Ægyptiis scripsisse commemorat Plinius *lib.* XXXVI. *cap.* XII. *Qui de iis (Pyramidibus Ægyptiis) scripserunt, sunt Herodotus, Euhemerus, Duris Samius, Aristagoras, Dionysius, Artemidorus, Alexander Polyhistor, Butorides, Antisthenes, Demetrius, Demoteles, Apion.*

BYTHUS *Dyrrhachinus.*

Plinius incertum Opus laudat *lib.* XXVIII. *cap.* VII. *Bythus Dyrrhachinus hebetata aspectu specula recipere nitorem tradit, iisdem aversa rursus contuentibus.*

CADMUS.

Hujus Scripta in compendium redegit Bion Proconnesius. Clemens *Strom.* VI. Καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Προκοννήσιος Βίων, ὃς τὰ Κάδμου τοῦ παλαιοῦ μετέγραψε κεφαλαιούμενος. *Et post hos Proconnesius Bion, qui etiam Cadmi antiqui Opera in capita brevia redacta transscripsit.* Scripsit autem Historias. Josephus *Contra Apionem*, lib. I. Οἱ μὲν τοι τὰς ἱστορίας ἐπιχειρήσαντες συγγράφειν παρ' αὐτοῖς, λέγω δὲ τοὺς περὶ Κάδμον τε τὸν Μιλήσιον, καὶ τὸν Ἀργεῖον Ἀκουσίλαον, &c. *Qui quidem historias conscribere aggressi fuerunt apud se, dico autem & Cadmum Milesium, & Argivum Acusilaum,* &c. Quomodo autem scripserit, docet Strabo *lib.* I. Εἶτα ἐκείνην μιμούμενοι, λύσαντες τὸ μέτρον, τἄλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικά, συνέγραψαν οἱ περὶ Κάδμον, καὶ Φερεκύδην, καὶ Ἑκαταῖον. *Deinde illam imitantes, soluto metro, sed aliis poeticis servatis, scripserunt Cadmus, & Pherecydes, & Hecatæus.*

CÆCILIUS *Argivus.*

Scripsit Ἁλιευτικά. Suidas: Καικίλιος, Ἀργεῖος, ἐποποιός, Ἁλιευτικὰ γεγραφώς. *Cæcilius, Argivus, heroicorum poeta, Halieutica scripsit.* Hodie editur Κεκίλιος. Apud Athenæum male Cæclus dicitur *lib.* I. quod & Casaubono visum.

CÆCILIUS BION.

Inter Medicos recensetur a Plinio *lib.* XXVIII. *cap.* XIII. *Datur & equi lingua inveterata ex vino, præsentaneo medicamento, ut didicisse se ex barbaris Cæcilius Bion tradidit.* Hic est, cujus iterum postea meminit *lib.* XXIX. *cap.* III. *Quo dissecto, inveniri dicuntur intus vermiculi duo, adalligatique mulieribus cervina pelle ante solis ortum, præstare ne concipiant, ut Cæcilius in Commentariis reliquit.*

CÆCILIUS *Calantianus, Rhetor.*

Ejus meminit Scholiastes Alexandri Περὶ σχημάτων ῥητορικῶν: Καικίλιος δὲ ὁ Καλαντίτης ἀρίστατο οὕτω, *Cæcilius autem Calantites ita definivit.* Hic Romam captivus abductus, moxque ob doctrinam e servo iterum libertati restitutus, *Cæcilius* appellatus fuit, cum antea *Arcagathus* diceretur. Scripta ejus ista. Κατὰ Φρυγῶν, *Contra Phryges*, libri II. Κατὰ στοιχεῖον ἀπόδειξις τοῦ εἰρῆσθαι πᾶσαν λέξιν καλλιρρημοσύνης, *Secundum ordinem alphabeti demonstratio*

A *quæ dicit omnem dictionem elegantiæ.* Ἐκλογὴ λέξεων κατὰ στοιχεῖον, *Delectus dictionum juxta litteras.* Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος, *Comparatio Demosthenis & Ciceronis.* Τίνι διαφέρει ὁ Ἀττικὸς ζῆλος τοῦ Ἀσιανοῦ, *Qua in re differat Attica imitatio ab Asiatica.* Περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν δέκα ῥητόρων, *De nota orationis decem rhetorum.* Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Αἰσχίνου, *Comparatio Demosthenis & Æschinis.* Περὶ Δημοσθένους, ποῖοι αὐτοῦ γνήσιοι λόγοι, καὶ ποῖοι νόθοι, *De Demosthenis Scriptis, quot ejus sint genuinæ oratione, & quot spuriæ.* Περὶ τῶν κατὰ ἱστορίαν, ἢ παρ' ἱστορίαν, λεγομένων τοῖς ῥήτορσι. *De illis quæ ab rhetoribus juxta historiam, aut contra eam, dicta sunt.*

B Et alia plurima. Vide Suidam *in* Καικίλιος. Ad Comparationem quod attinet *Demosthenis & Ciceronis*, eam nominat Plutarchus quoque in *Demosthene*: Ἣν ὁ περιττὸς ἐν ἅπασι Καικίλιος ἀγνοήσας, ἐνεανιεύσατο Σύγκρισιν τοῦ Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος ἐξενεγκεῖν. *Quam ignorans nimius in omnibus Cæcilius, audacter aggressus est Comparationem Demosthenis & Ciceronis divulgare.* Ejusdem fuisse puto Opus Περὶ ὕψους. Meminit ejus initio sui de eodem argumento libri Dionysius Longius: Τὸ μὲν τοῦ Καικιλίου συγγραμμάτιον, ὃ Περὶ ὕψους συνετάξατο, ἀνασκοποῦμένοις ἡμῖν, ὡς οἶσθα, κοινῇ, Ποστούμιε Τερεντιανὲ φίλτατε, ταπεινότερον ἐφάνη τῆς ὅλης ὑποθέσεως. *Cæcilii*

C *quidem libellus, quem De sublimitate composuit, considerantibus nobis, ut nosti, communiter, Postumie Terentiane amicissime, tota hypothesi humilior apparuit.* Item illud Περὶ Ἀντιφῶντος. Plutarchus l. *de* X. *Rhet.* in *Antiphonte*: Καικίλιος δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ (τοῦ Ἀντιφῶντος) συντάγματι, Θουκυδίδου τοῦ συγγραφέως μαθητὴν τεκμαίρεται γεγονέναι. *Cæcilius autem in libro de illo, (Antiphonte) Thucydidis scriptoris discipulum fuisse significat.* Hunc ipsum esse censeo, cujus mememinit Dionysius Halicarn. in *Epist. ad Pompejum*, & Quintilianus *lib.* III. *cap.* I.

D CÆCILIUS *Caloactites.*

Et hic Rhetor, scripsitque Περὶ δουλικῶν πολέμων. Athenæus *lib.* VI. Σύγγραμμά τι ἐκδέδωκε Περὶ τῶν δουλικῶν πολέμων Καικίλιος ὁ ῥήτωρ ὁ ἀπὸ Καλῆς ἀκτῆς. *Ediditque librum De bellis servilibus Cæcilius rhetor Caloactites.* Item, Περὶ ἱστορίας. Idem Athenæus *l.* XI. Καικίλιος δ' ὁ ῥήτωρ ὁ ἀπὸ Καλῆς ἀκτῆς, ἐν τῷ Περὶ ἱστορίας. *Cæcilius autem rhetor Calpactites, in libro De historia.*

CÆCLUS.

E Scripsit Ἁλιευτικά. Athenæus *l.* I. Καίκλον λέγω τὸν Ἀργεῖον, καὶ Νουμήνιον τὸν Ἡρακλεώτην, Παγκράτιον τὸν Ἀρκάδα, Ποσειδώνιον τὸν Κορίνθιον, καὶ τὸν ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν γενόμενον Ὀππιανὸν τὸν Κίλικα. Τοσούτοις γὰρ ἐντετύχομεν ἐποποιοῖς Ἁλιευτικὰ γεγραφόσι. *Cæclum dico Argivum, & Numenium Heracleotam, Pancratium Arcadem, Posidonium Corinthium, & qui paulo ante nos fuit, Oppianum Cilicem. In tales enim heroicorum carminum scriptores indicimus, qui Halieutica scripserunt.* Sed scribendum est, Καικίλιον λέγω, τ. A. Vide in Cæcilio Argivo.

CÆNEAS, sive *Cæneus.*

F Nominat eum, sed non Opus, Diogenes Laertius in *Speusippo*, *l.* IV. Καὶ πρῶτος παρὰ Ἰσοκράτους τὰ καλούμενα ἀπόρρητα ἐξήνεγκεν, ὥς φησι Καινεύς. *Et primus ab Isocrate dicta arcana divulgavit, ut ait Cæneus.* Hic ipse, ut puto, est ille, qui Καινέας dicitur a Scholiaste Pindari *Pyth.* ode X. Πρότερον οἱ Κρανώνιοι Ἐφυραῖοι ἐκαλοῦντο· μαρτυρεῖ δὲ τούτῳ Καινέας. *Prius Cranonii Ephyræi nominabantur; id autem Cæneas testatur.* Nec scio, an idem sit, qui Κινέας aliis scribitur. De quo vide infra suo loco.

CALÆNUS.

Meminit ejus Pausanias in *Bœoticis:* Ἐποιήθη δὲ εἰς τὸν πόλεμον τοῦτον καὶ ἔπη Θηβαίοις. *τὰ δὲ ἔπη ταῦτα Καλαῖνος ἀφικόμενος αὐτῶν ἐς μνήμην, ἔφησεν Ὅμηρον τὸν ποιήσαντα εἶναι.Composita autem sunt in id bellum etiam carmina a Thebanis. Verum illa carmina in illorum memoriam veniens Calænus, Homerum esse dixit, qui composuerit.*

CALLIAS *Mitylenæus.*

Scripsit Περὶ τῆς παρ' Ἀλκαίῳ λεπάδος. Athenæus *lib.* III. Καλλίας δ' ὁ Μιτυληναῖος ἐν τῷ Περὶ τῆς παρ' Ἀλκαίῳ λεπάδος, παρὰ τῷ Ἀλκαίῳ φησὶν εἶναι ᾠδὴν, ἧς ἡ ἀρχή·

Πέτρας καὶ πολιᾶς θαλάσσης τέκνον.

Callias autem Mitylenæus in libro De lepade apud Alcæum, apud Alcæum carmen esse dicit, cujus initium;

Saxi & cani maris filius.

CALLIAS *Syracusanus, Historicus.*

De hoc vide Suidam *in* Καλλίας ὁ Συρακούσιος. Scripsit, Περὶ τῶν Σικελῶν. Josephus *Contra Apionem* l. I. Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν Σικελῶν τοῖς περὶ Ἀντίοχον, καὶ Φίλιστον, ἢ Καλλίαν, Τίμαιος συμφωνεῖν ἠξίωσεν. *Sed neque de Siculis Antiocho, & Philisto, aut Calliæ, Timæus consentire voluit*. Macrobius ejus Operis librum VII. citat, *Sat.* l. V. *Callias autem in septima Historia DE REBUS SICULIS ita scribit.* Et speciatim, Τὰ περὶ Ἀγαθοκλέα. Citatque librum decimum Scholiastes Apollonii *ad Argonaut.* III. Ἱστορεῖ Καλλίας ἐν δεκάτῳ Τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα. *Narrat Callias in libro decimo De Agathocle*. Festus in *Romam: Callias, Agathoclis Siculi qui res gestas conscripsit, arbitratur e manu Trojanorum fugientium Ilio capto cuidam fuisse nomen Latino.* Ælianus *Hist. Animal.* l. XVI. c. XXVIII. Καλλίας ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν περὶ τὸν Συρακούσιον Ἀγαθοκλέα λόγων φησὶ, τοὺς κεράστας ὄφεις δεινοὺς εἶναι τὸ δῆγμα. *Callias in libro decimo historiarum de Syracusano Agathocle, cerastas angues morsu graves esse.*

CALLICRATES *Tyrius.*

Ejus Μοσχίων laudatur ab Athenæo, *l.* XIII. Καὶ Ἄλεξις ἐν Κλεοβουλίνῃ, καὶ Καλλικράτης ἐν Μοσχίωνι. *Et Alexis in Cleobuline, & Callicrates in Moschione.* Meminit ejus Vopiscus in *Aureliano: Matrem quidem ejus Callicrates Tyrius, Græcorum longe doctissimus Scriptor, sacerdotem templi Solis, in eo vico, in quo habitabant parentes, fuisse dicit.*

CALLICRATIDAS.

Ejus insigne Fragmentum innominati Operis profert Stobæus *Serm.* LXVIII.

CALLIDEMUS.

Incerto Opere nominat Plinius, *l.* IV. *c.* XII. *Antea vocitata est (Eubœa) Chalcodontis, aut Macris, ut Dionysius & Ephorus tradunt: ut Aristides, Macra: ut Callidemus, Chalcis, ære ibi primum reperto*. Solinus *c.* XVII. *Chalcis eadem habitata est apud Priscos, ut Callidemus auctor est.*

CALLIMACHUS *Cyrenæus, Major.*

Hujus Opera commemorantur hæc a Suida: Ἰοῦς ἄφιξις, Σεμέλη, Ἄργους οἰκισμοὶ, Ἀρκαδία, Γλαῦκος, Ἐλπίδες, Σατυρικὰ δράματα, Τραγῳδίαι, Κωμῳδίαι, Μέλη, Ἶβις, Μουσεῖον, Πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων, Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων, Πίναξ τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων, Μηνῶν προσηγορίαι κατὰ ἔθνος καὶ πόλεις, Κτίσεις νήσων καὶ πόλεων, καὶ μετονομασίαι, Περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν, Περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμασίων καὶ παραδόξων, (vid. & Antigonus *Hist. Parad.* CXLIV.) Περὶ μετονομασίας ἰχθύων, Περὶ ἀνέμων, Περὶ ὀρνέων, Περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ποταμῶν, Θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν κατὰ τόπους ὄντων συναγωγή. *Ius adventus, Semele, Argi ædificationes, Arcadia, Glaucus, Spes, Satyricæ fabulæ, Tragœdiæ, Comœdiæ, Carmina, Ibis, Museum, Tabulæ illorum qui in omni doctrina claruerunt, Tabula & enumeratio doctorum, qui juxta tempora & ab initio fuerunt, Tabula glossarum & voluminum Democriti, Mensium appellationes secundum gentes & urbes, Origines insularum & urbium, & nominum mutationes, De fluviis in Europa, De admirabilibus & paradoxis in Peloponneso & Italia, De nominum mutatione piscium, De venti, De avibus, De fluviis in terra habitata, Admirabilium in tota terra secundum locos collectio*. Ex his Περὶ Ὀρνέων laudat quoque Athenæus bis terve *lib.* IX. Etiam Schol. Apollonii *lib.* I. Ἔστι δὲ ἱεράκων γένη ἕξ, ὡς Καλλίμαχος ἐν τοῖς Περὶ ὀρνέων. *Sunt autem accipitrum genera sex, ut Callimachus in libris De avibus*. Isaacius Tzetzes *ad Lycophronem:* Καλλίμαχος δ' ἐν τοῖς Περὶ ὀρνέων φησὶ, τοῖς γαμοῦσι δυσοιώνιστον εἶναι. *Callimachus autem in libris De avibus dicit, nuptias celebrantibus sinistrum esse auspicium*. Etymologici Auctor *in* Πέλεια: Εἰσὶ δὲ γένη ἱέρακος ὀκτὼ, ὥς φησι Καλλίμαχος ἐν τοῖς Περὶ ὀρνέων. *Sunt autem octo accipitris genera, ut ait Callimachus in libris De avibus*. Ubi observa obiter, diversa illum tradere a Scholiaste Apollonii, & confundi numerum. Æl. *Hist. Anim* 905. Ἐθνικαὶ Ὀνομασίαι nominantur ab Athenæo *lib.* VII. Καλλίμαχος δ' ἐν Ἐθνικαῖς Ὀνομασίαις γράφει οὕτως. *Callimachus autem in Appellationibus Gentilibus ita scribit*. Ejus Πίνακες allegantur a Diogene Laertio in *Eudoxo*, *lib.* VIII. Τὰ μὲν γεωμετρικὰ Ἀρχύτα διήκουσε· τὰ δὲ ἰατρικὰ, Φιλιστίωνος τοῦ Σικελιώτου, καθὰ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Πίναξί φησιν. *In geometricis quidem Archytam audivit; in medicis vero, Philistionem Siculum, sicut Callimachus in Tabulis inquit*. Intelligit Opus de Viris doctrina claris, eorumque Scriptis, quod CXX. libros complectebatur, ut discimus ex Suida. Idem est, quod Πίναξ παντοδαπῶν συγγραμμάτων, *Tabula omnigenorum librorum*, indigetatur Athenæo *libb.* VI. XV. Et citatur Πίναξ τῶν νόμων ab eodem *lib.* XIII. Ἀνέγραψε δ' αὐτὸν Καλλίμαχος ἐν τῷ τρίτῳ Πίνακι τῶν νόμων, καὶ ἀρχὴν αὐτοῦ τήνδε παρέθετο. *Adscribit autem ipsum Callimachus in Tabula tertia legum, & hoc ejus initium apposuit*. Laudat Θαυμάσια Stephanus *in* Κραννών: Ἐν ταύτῃ δύο κόρακας εἶναί φασι μόνους, ὡς Καλλίμαχος ἐν τοῖς Θαυμασίοις, καὶ Θεόπομπος. *In illa solos duos esse corvos inquiunt, ut Callimachus in Admirabilibus, & Theopompus*. Designat illud Opus, quod a Suida ultimo loco commemoratur. Ὑπομνήματα profert Harpocration *in* Ἀκή: Καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι, τὴν νῦν Πτολεμαΐδα καλουμένην φησὶν εἶναι. *Et Callimachus in Commentariis, nunc dictam Ptolemaidem esse dicit*. Apollonii Scholiastes *lib.* I. Ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν ἐν Ὑπομνήμασι, Νέμεσιν εἶναι τὴν τὸ πεδίον κατέχουσαν. *Callimachus autem inquit in Commentariis, esse Nemesin, quæ illum campum continet*. Et particulatim *Commentaria in Homerum* citat Strabo *libb.* I. VII. Porro Apollonii Scholiastes, quem dixi, *eodem libro* etiam nominat, Περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ποταμῶν. Καλλίμαχος δ' ἱστορεῖ περὶ τοῦ ποταμοῦ ἐν τῷ Περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ποταμῶν. *Callimachus autem narrat de fluvio in libro De fluviis in Asia*. Fuit pars Operis, Περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ποταμῶν, cujus Suidas meminit. Illud ipsum Συναγωγὴ τῶν ποταμῶν vocatur a Strabone

lib. IX. Οἷον ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν ποταμῶν ὁ Καλλίμαχος γελᾷν φησιν, εἴ τις θαῤῥεῖ γράφειν τὰς τῶν Ἀθηναίων παρθένους

—— ἀφύσσασθαι καθαρὸν γάνος Ἠριδάνοιο.

Quale in Collectione fluviorum Callimachus ridere se ait, si quis sustineat scribere Atheniensium virgines.

—— *haurire purum liquorem Eridani.*

Apud Etymologici Auctorem Χολίαμβοι nominantur *in* Ἀλες, & Θαλῆς. Quemadmodum Ἴαμβοι apud Zenobium *Cent.* I. *Adag.* XXXI. Ταύτης μὲν μέμνηται Καλλίμαχος ἐν Ἰάμβοις. *Ejus quidem meminit Callimachus in Jambis.* Schol. Pind. 70. Ἐλεγεῖαι, iterum apud Etymologici Auctorem *in* Δυσί. Jam Περὶ ἀγώνων meminit Harpocration: Ἀκτια, ἀγὼν παλαιὸς ἦν. ὡς δῆλον ποιεῖ Καλλίμαχος ἐν τῷ Περὶ ἀγώνων. *Actia, certamen erat antiquum: ut manifestat in libro De certaminibus Callimachus.* Περὶ Νυμφῶν. Stobæus *Eclogæ Phys.* l. I. Καλλίμαχος ἐν τῷ Περὶ Νυμφῶν συγγράμματι καὶ τὸ ἰδίωμα τοῦ ὕδατος ἀφηγεῖται. *Callimachus in libro de Nymphis eeiam aquæ proprietatem commemorat.* Πάρεδροι, apud Fulgentium *de Virg. Contin. Nec illa quæ aut Dardanus in Dinameris, aut Battiades in Paredris aut Campester in Catholicis infernalibusque cecinerunt.* Πισαῖα apud eundem *de Serm. Propr.* in *Tuceta*. Δαίδαλος legitur apud Stephanum *in* Αἴδηψος. Jam celeberrimum Opus, Αἴτια, passim ab Auctoribus dictum, Prisc. *l.* I. 551. & II. 572. Mart. *l.* X. Servius, 483. Epaphroditus in id commentatus est, Schol. Æschyli, 270. & Theocr. Etym. 207. 47. Ejus Βάκχος, e solo pentametro Poema, Hephæstion in *Enchiridio*: Καὶ τῷ πενταμέτρῳ δὲ Καλλίμαχος ὅλον ποίημα τὸν Βάκχον συνέθηκε. *Et pentametro autem Callimachus totum poema Bacchum composuit.* Citat Τὰ πρὸς Πραξιφάνην Anonymus in *Vita Arati*: Μέμνηται γοῦν αὐτοῦ καὶ Καλλίμαχος, ὡς πρεσβυτέρου, οὐ μόνον ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασιν, ἀλλὰ καὶ ἐν Τοῖς πρὸς Πραξιφάνην. *Meminit igitur ejus Callimachus quoque, utpote antiquioris, non tantum in Epigrammatibus, sed etiam in libris contra Praxiphanen.* Memoratur Ἑκάλη ab Olympiodoro *ad Meteora*, c. VI. Ὅτι γὰρ ὁ αὐτός ἐστι καὶ ἑῷος, καὶ ἑσπέριος, δηλοῖ καὶ Καλλίμαχος λέγων ἐν Ἑκάλῃ. *Eundem enim esse & orientalem, & occidentalem, Callimachus quoque ostendit dicens in Hecale.* Ita emendo; nam perperam editur, ἐν Αἰκάλλῳ. Ab Petronio, 109. Athenæo *lib.* II. Stephano *in* Ἰαπὶς, Αὔρκειον, Τελνεμεῖς, Schol. Aristophanis *ad Acharnenses*, Etymolog. *in* Ἀλῶα, & Ἑκάλη, Shol. Apollonii *l.* I. Γαλάτεια, iterum apud Athenæum *l.* VII. Ἀναγραφὴ τῶν ῥητορικῶν, *Commentarius de rhetoricis*, apud eundem *l.* XV. Νόμιμα Βαρβαρικὰ, *Jura Barbara*, apud Suidam, *in* Φασηλίς.

CALLIMACHUS *Cyrenæus, Minor.*

Scripsit carmine Περὶ νήσων. Suidas *in* Καλλίμαχος: Ἀδελφῆς δὲ αὐτοῦ παῖς ἦν, ὁ νέος Καλλίμαχος, ὁ γράψας Περὶ νήσων δι' ἐπῶν. *Illius autem sororis puer erat, Callimachus junior, qui De insulis scripsit versibus.*

CALLIMACHUS *Herophileus.*

Scripsit *Lexicon in Hippocratem*. Erotianus in suo *in Hippocratem Lexico* satis clare innuit in *Procemio*: Παρὰ ταύτην γε τὴν αἰτίαν πολλοὶ τῶν ἐλλογίμων οὐκ ἰατρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ γραμματικῶν, ἐσπούδασαν ἐξηγήσασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ τὰς λέξεις ἐπὶ τὸ κοινότερον τῆς ὁμιλίας ἀγαγεῖν. Ξενόκριτος γὰρ ὁ Κῷος, γραμματικὸς ὢν, ὥς φησιν ὁ Ταραντῖνος Ἡρακλείδης, πρῶτος ἐξελάβετο τὰς τοιαύτας ἐξαπλοῦν φωνάς· ὡς δὲ καὶ ὁ Κιτιεὺς Ἀπολλώνιος ἱστορεῖ, καὶ Καλλίμαχος ὁ ἀπὸ τῆς Ἡροφίλου οἰκίας. *Ob hanc vero causam multi doctorum non medicorum solum, verum etiam grammaticorum, virum explicare studuerunt, & dictiones adducere ad communiorem usum. Xenocritus enim Cous, grammaticus, ut ait Tarentinus Heraclides, primus suscepit tales voces explicare; ut vero etiam Cittieus Apollonius narrat, & Callimachus ex Herophilea domo.* Et hic ipse est, sine dubio, quem scripsisse Περὶ στεφάνων, *De coronis*, dicit Plinius, *lib.* XXI. *cap.* III.

CALLIMORPHUS.

Ejus sunt Ἱστορίαι Παρθικαί. Lucianus *de Scrib. Hist.* Τοῦτο μόνον ᾐτιασάμην αὐτοῦ, ὅτι οὕτως ἐπέγραψε τὰ βιβλία, τραγικώτερον ἢ κατὰ τὴν τῶν συγγραμμάτων τύχην, Καλλιμόρφου ἰατροῦ τῆς τῶν κοντοφόρων ἕκτης, Ἱστοριῶν Παρθικῶν· καὶ ὑπεγέγραπτο ἑκάστῃ ὁ ἀριθμός. *Hoc solum in illo reprehendi, quod ita inscripsit libros, magis tragice quam secundum librorum fortunam, Callimorphi medici in sexta hastatorum, Historiarum Parthicarum; & unicuique numerus subscriptus fuerat.* Scripsit quoque, Περὶ τῆς Σεβηριανοῦ τελευτῆς. Idem Lucianus *ibidem*: Ἔτι ὁ αὐτὸς οὗτος (Καλλίμορφος) Περὶ τῆς Σεβηριανοῦ τελευτῆς ἔγραψεν. *Adhuc ipse ille (Callimorphus) De Severiani morte scripsit.*

CALLINICUS *Sophista.*

Ejus hæc Scripta enumerat Suidas: Περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς, πρὸς Λοῦπον. Προσφωνητικὸν Γαλιηνῷ. Πρὸς Κλεόπατραν. Περὶ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἱστοριῶν βιβλία δέκα. Πρὸς τὰς φιλοσόφων αἱρέσεις, Περὶ τῆς Ῥωμαίων ἀνανεώσεως. Ἐγκώμια. Λόγοι. *De mala æmulatione rhetorica ad Lupum. Allocutio ad Galenum. Ad Cleopatram. De historiis circa Alexandriam libri decem. Contra philosophorum sectas. De Romanorum renovatione. Encomia. Orationes.* Ubi observa, Orationes quoque ejus memorari. Et apud Menandrum Rhetorem ejus Μέγας βασιλικὸς λόγος citatur, istis verbis: Μεθεὶς καὶ τοῦτο, ἀπ' αὐτοῦ βασιλέως τὴν ἀρχὴν ποιήσῃ· ὡς Καλλίνικος ἐποίησεν, ἐν τῷ Μεγάλῳ Βασιλικῷ. *Id quoque dimittens, ab ipso rege initium faciat; ut Callinicus fecit in Magno Regio.*

CALLINOUS *Ephesius.*

Hunc esse censeo, qui aliis dicitur

CALLINUS.

Ἐλεγεῖα. Athenæus *l.* XII. Ἀπώλοντο δὲ Μάγνητες οἱ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ, ὥς φησι Καλλῖνος ἐν τοῖς Ἐλεγείοις. *Perierunt autem Magnesii ad Mæandrum, ut ait Callinus in Elegiis.* Strabo *lib.* XIII. Οὓς πρῶτος παρέδωκε Καλλῖνος, ὁ τῆς Ἐλεγείας ποιητής. *Quos primus tradidit Callinus, Elegiæ poeta.* Scripsit quoque Ναξιακὰ, quæ Philetæ alii tribuunt. Eustathius *ad Odyss.* υ. Οἷς ἀκολουθεῖ, φησὶ καὶ ὁ τὰ Ναξιακὰ γράψας Φιλήτας, ἢ Καλλῖνος. *Quos sequitur, inquit etiam Philetas, qui Naxiaca scripsit, vel Callinus.* Meminerunt ejus Clemens *Strom.* I. Stobæus *Serm.* XLIX. Invenit autem hic, ut nonnulli volunt, carmen Elegiacum. Marius Victorinus *de Gramm.* lib. III. ubi de eo carminis genere: *Invenisse fertur Callinus Ephesius, alii vero Archilochum ejus auctorem tradiderunt.*

CALLIPPUS *Cyzicenus.*

Meminit ejus Achilles Tatius *in Aratum*: Κατὰ δέ τινας ἐν ἑβδομήκοντα ἔτεσιν. ἧς δόξης ἐστὶ καὶ Κάλλιππος. *Juxta quosdam vero in septuaginta annis: cujus opinionis est quoque Callippus.* Simplicius, *de Cælo* lib. II. Κάλλιππος δὲ ὁ Κυζικηνὸς, παρὰ Πολέ-

μαρχον, τὸν τοῦ Εὐδόξου γνώριμον, πεφοιτηκὼς, μετ' ἐκεῖνον Ἀθήναζε ἀφικόμενος, Ἀριστοτέλει συνδιέτριψε, τὰ ὑπ' Εὐδόξου εὑρεθέντα μετ' Ἀριστοτέλους διορθῶν, καὶ ἀναπληρῶν. *Callipus autem Cyzicenus, Polemarchum, Eudoxi discipulum, quum audisset, post illum Athenas veniens, cum Aristotele versatus est, quæ ab Eudoxo inventa sunt cum Aristotele emendans, & replens.* Citatur ab Athenæo ejus Παννυχὶς, quemadmodum Περίοδοι ab Anonymo in *Olymp. Descriptione*, Olymp. CXII. anno II. Ἐντεῦθεν αἱ Καλλίππου Κυζικηνοῦ Περίοδοι ἄρχονται. *Hinc Callipi Cyziceni Periodi incipiunt.*

CALLISTHENES *Sybarites.*

Meminit ejus, sine ullo Operis titulo, Tertullianus *de Anima*, cap. XLVI. *Et Balaridem Illyricum a Molossis usque Macedoniam ex somnio dominatum de Callisthene disco.* Sed Opera ejus plura commemorantur. In his Γαλατικά. Plutarchus *de Flum.* citat librum XIII. Καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθένης ὁ Συβαρίτης ἐν ιγ'. Γαλατικῶν. *Sicut narrat Callisthenes Sybarites in libro XIII. rerum Gallicarum.* Citat etiam Stobæus *Serm.* XCVIII. Ἑλληνικά. Harpocration *in* Σφοδρίας: Φησὶ δὲ αὐτὸν ὁ Καλλισθένης ἐν τῷ δευτέρῳ Ἑλληνικῶν, εὐήθη τε εἶναι λίαν, καὶ κοῦφον πρὸς τὰς ἐλπίδας. *Hunc vero Callisthenes dicit in libro secundo rerum Græcarum, & valde stultum esse, & surdum ad spes.* Aspasius in Arist. *Ethic.* lib. II. c. III. Τὸ δὲ περὶ Λακεδαιμονίων τοιοῦτον ἱστορεῖ Καλλισθένης ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἑλληνικῶν. *Id vero de Lacedæmoniis tale narrat Callisthenes in libro primo rerum Græcarum.* Athenæus *l.* X Τοιοῦτόν τι καὶ Καλλισθένης ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς φησίν. *Tale quid Callisthenes etiam in rebus Græcis ait.* Stephanus *in* Τεγύρα: Καλλισθένης ἐν γ'. τῶν Ἑλληνικῶν εἶναι μαντεῖά φησι. *Callisthenes in l. III. rerum Græcarum esse oracula inquit.* Orsus id Opus ad Olymp. XCVIII. anno II. libris X. annorum XXX. historiam complectebatur. Anonymus in *Descript. Olym.* ad istum annum ita notat: Καλλισθένης ὁ ἱστοριογράφος τὴν τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξιν ἀπὸ τῆς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν γενομένης εἰρήνης τοῖς Ἕλλησι πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα τὴν ἱστορίαν ἤρξατο γράφειν. διελθὼν δὲ τριακονταετῆ χρόνον ἔγραψε μὲν βίβλους δέκα, τὴν δὲ τελευταίαν κατέπαυσε τῆς συντάξεως εἰς τὴν ὑπὸ τοῦ Φιλομήλου τοῦ Φωκέως κατάληψιν τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ. *Callisthenes historiographus rerum Græcarum compositionem ab facta illo anno pace ab Græcis cum Artaxerxe Persarum rege historiam scribere incepit. Percurrens autem triginta annorum tempus scripsit quidem decem libros, ultimum vero operis finivit ad occupationem templi Delphici ab Philomelo Phocensi.* Et mox in Olymp. CV. anno IV. Καλλισθένης δὲ τὴν τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων ἱστορίαν γέγραφεν ἐν βιβλίοις δέκα, καὶ κατέστροφεν εἰς τὴν κατάληψιν τοῦ ἱεροῦ. *Callisthenes autem Græcarum rerum historiam decem libris scripsit, & ad occupationem templi desiit.* Περσικά. Apostolius: Σαρδαναπάλου βίος. Καλλισθένης ἐν δευτέρᾳ τῶν Περσικῶν δύο ἔφη γεγονέναι τοὺς Σαρδαναπάλους. *Sardanapali vita. Callisthenes in libro secundo rerum Persicarum duos Sardanapalos fuisse ait:* Suidas: Σαρδαναπάλους ἐν δευτέρᾳ Περσικῶν δύο φησὶ γεγονέναι Καλλισθένης. *Sardanapalos in libro secundo rerum Persicarum duos fuisse ait Callisthenes.* Cicero laudat BELLUM TROJANUM, *Ad Fam.* l. V. epist. XII. *Conjuncte ne malles cum cæteris rebus nostra contexere, an, ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicum Bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum: qui omnes a perpetuis sui historiis ea, quæ dixi, bella separaverunt.* Κυνηγετικά. Plutarchus *de Flum.* Θνήσκουσι, καθὼς ἱστορεῖ ἐν γ'. τῶν Κυνηγετικῶν. *Moriuntur, sicut narrat in l. III. Venatorum.* Περὶ ἱεροῦ πολέμου. Athenæus *l.* XIII. Καὶ ὁ Κρισαϊκὸς δὲ πόλεμος ὀνομαζόμενος, ὥς φησι Καλλισθένης ἐν τῷ Περὶ ἱεροῦ πολέμου, ὅτε Κιρραῖοι πρὸς Φωκεῖς ἐπολέμησαν, δεκαέτης ἦν. *Et Crisaicum autem bellum nominatum, ut ait Callisthenes, in libro De bello sacro, quum Cirræi contra Phocenses bellarent, decennale erat.* Περίπλους. Scholiastes Apollonii *l.* I. Καλλισθένης δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ Περίπλου, κατ' ἔχθραν φησὶ τοὺς οἰκοῦντας τὴν Κύζικον ἐπιθέσθαι νυκτὸς τοῖς Ἀργοναύταις. *Callisthenes autem in libro primo Peripli, ob inimicitias inquit Cyzicenos invasisse noctu Argonautas.* Μεταμορφώσεις. Laudat Stobæus *Serm.* VII. & Plutarchus in *Parallelis*: Τῆς δὲ ὡρισμένης προθεσμίας παρελθούσης, χρύσεος ὁρᾶται, ὡς Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ Μεταμορφώσεων. *Stato autem tempore præterito, aurea visitur, ut Callisthenes in libro secundo Metamorphosewn.* Μακεδονικά. Plutarchus *ibidem*: Ὁ δὲ ὀπίσω διανηξάμενος πρὸς τοὺς οἰκείους σώζεται, ἀπολέσας τὸν ὀφθαλμὸν, ὡς Καλλισθένης ἐν τρίτῳ Μακεδονικῶν. *Ille autem retro transnatans ad suos servatur, oculo amisso, ut Callisthenes in libro tertio rerum Macedonicarum.* Citat quoque Stobæus *Serm.* VII. Θρακικά. Apud eundem Plut. eo ipso *libro*: Οἱ δὲ ἐγχώριοι, ὡς προδότην ὑποπτεύσαντες, λιθόλευστον ἐποίησαν, ὡς Καλλισθένης ἐν τρίτῳ Θρακικῶν. *Indigenæ autem, tanquam proditorem suspectantes, eum lapidaverunt, ut Callisthenes in libro tertio Thracicarum.* Ἀποφθέγματα. Pollux *lib.* IX. *c.* VI. Φησὶ γοῦν ἐν τοῖς Ἀποφθέγμασιν ὁ Καλλισθένης, ὑπ' Εὐβούλου τοῦ Ἀταρνίτου τὸν ποιητὴν Πέρσιον ἀμελούμενον, εἰς Μιτυλήνην ἀπελθόντα θαυμάζοντα γράψαι. *Dicit igitur in Apophthegmatibus Callisthenes, ab Eubulo Atarnita Persium poetam contemtum, Mitylenen profectum admiranda scripsisse.* Scripsit quoque *de Helices & Buridis inundatione.* Innuit Seneca *Nat. Quæst.* l. VI. c. XXIII. *Callisthenes in libris, quibus describit, quemadmodum Helice Burisque mersæ sint, quis illas casus in mare, vel in illas mare immiserit, dicit id quod in priore parte dictum est.* Παρατηρήσεις citat Simplicius, *de Cælo*, 123. a.

CALLISTRATON.

Scripsit Μηχανικά. Athenæus, in *Mechanicis*: Καλλιστράτωνι δὲ, γράψαντι ὑπὲρ τῶν Μηχανικῶν, παραπλήσιόν τι συνέβη. *Callistratoni autem, de Mechanicis scribenti, simile quid contigit.*

CALLISTRATUS.

Περὶ Ἡρακλείας. Ejus Operis librum secundum allegat Schol. Apollonii *l.* I. Καλλίστρατος δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν καθ' Ἡράκλειαν, περὶ Τιτυοῦ φησί. *Callistratus autem in libro secundo Scripti De Heraclea, de Tityo inquit.* Item Æschyli, *ad Persas*: Καλλίστρατος ἐν δευτέρῳ Περὶ Ἡρακλείας, Τιτυοῦ παῖδας εἶναι φησὶ δύο, Πριόλαν καὶ Μαρυανδηνόν. *Callistratus in libro secundo De Heraclea, Tityi liberos duos esse ait, Priolan & Maryandenum.* Librum IV. citat Stephanus *in* Ἀρχιρόεσσα: Δομίτιος Καλλίστρατος ἐν τετάρτῃ Περὶ Ἡρακλείας. *Domitius Callistratus in libro quarto De Heraclea.* Iterum *in* Μοκάκατα: Βιθυνίας πόλις, ὡς Δομίτιος Καλλίστρατος, ἐν τῷ Περὶ Ἡρακλείας τετάρτῳ. *Bithyniæ urbs, ut Domitius Callistratus in libro quarto De Heraclea.* Sic sextum nominat in Ὀδιούπολις, septimum in Ὀλύμπη. Citatur sæpe incerto Opere apud Scholiasten Pindari, aliosque.

CALLISTUS.

Citatur a Poll. 96. 33. Videtur scripsisse Παραπήγματα Ἀστρονομικά. Vitruvius *lib.* IX. *cap.* VII. *Quorum inventa secuti siderum & occasus & ortus, tempestatumque significatus, Eudoxus, Eudæmon, Callistus, Melo, Philippus, Hipparchus, Aratus, cæterique, ex Astrologia Parapegmatorum disciplinas invenerunt.*

CALLIXENUS *Rhodius*.

Περὶ Ἀλεξανδρείας. Citat Harpocration *in* Ἐγγυθήκη: Ὡς Καλλίξενός τε ἐν τετάρτῃ Περὶ Ἀλεξανδρείας ὑποσημαίνει, καὶ Δαΐμαχος ὁ Πλαταιεὺς, ἐν δευτέρῳ Περὶ Ἰνδικῆς. *Sicut & Callixenus in libro quarto De Alexandria subsignificat, & Daimachus Platæensis, in libro secundo De India.* Citat quoque Περὶ ζωγράφων τε καὶ ἀνδριαντοποιῶν, *De pictoribus & statuariis*, Photius, in *Bibliotheca*, pag. 178. Athenæus locis pluribus.

CAMPESTER.

Καταβολικά. Fulgentius lib. *de Virg. Cont. Non illa in tuis Operibus quærimus, in quibus aut Pythagoras modulos, aut Heraclitus ignes, aut Plato ideas, aut Hermes astra, aut Chrysippus numeros, aut* ἐντελεχείας *Aristoteles inversat, nec illa quæ aut Dardanus in Dinameris, aut Battiades in Paredris, aut Campester in Catabolicis infernalibusque cecinerunt.*

CAPITO *Alexandrinus*.

Ἐρωτικὰ scripsit. Athen. *lib.* x. Τοῖς δὲ θεοῖς οἰνοχοοῦσαν τινὲς ἱστοροῦσι τὴν Ἁρμονίαν, ὡς Καπίτων ἱστορεῖ ὁ ἐποποιὸς, Ἀλεξανδρεὺς δὲ γένος, ἐν δευτέρῳ Ἐρωτικῶν. *Diis autem vinum infundere quidam narrant Harmoniam, ut Capito heroicorum scriptor, Alexandrinus autem genere, narrat, in libro secundo Amatoriorum.* Laudat quoque Ὑπομνήματα πρὸς Φιλόπαππον idem *lib.* VIII. Πτολεμαίου δὲ τοῦ βασιλέως περὶ Κιθαριστικῆς πρὸς αὐτὸν διαλεγομένου φιλονεικότερον, ἕτερόν ἐστιν, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον. ὥς φησι Καπίτων ὁ ἐποποιὸς ἐν τετάρτῳ τῶν πρὸς Φιλόπαππον Ὑπομνημάτων. *Ptolemæo autem rege de Citharistica arte adversus illum differente contentiosius, aliud est, dixit, o Rex, sceptrum, aliud vero plectrum: ut ait Capito heroicorum carminum scriptor in libro quarto Commentariorum ad Philopappum.* Et hunc puto esse, cujus meminit Clemens in *Protrept.* Ἄδει δέ γε ὁ Εὔνομος ὁ ἐμὸς οὐ τὸν Τερπάνδρου νόμον, οὐδὲ τὸν Καπίτωνος. *Celebrat autem Eunomus meus non Terpandri legem, nec Capitonis.* Alius fuit,

CAPITO *Lycius*.

Hic scripsit Ἰσαυρικὰ libris VIII. Μετάφρασιν τῆς Ἐπιτομῆς Εὐτροπίου, & Περὶ Λυκίας καὶ Παμφυλίας. Suidas docet: Καπίτων, Λύκιος, ἱστορικός. Οὗτος ἔγραψεν Ἰσαυρικὰ βιβλία η΄. Μετάφρασιν τῆς Ἐπιτομῆς Εὐτροπίου, Ῥωμαϊστὶ ἐπιτεμόντος Λίβιον τὸν Ῥωμαῖον. καὶ, Περὶ Λυκίας καὶ Παμφυλίας. *Capito, Lycius, historicus. Hic scripsit Isauricos libros* VIII. *Metaphrasin Epitomes Eutropii Romana lingua abbreviantis Livium Romanum, &, De Lycia & Pamphylia.* Ex Isauricis librum secundum citat Stephanus *in* Ἀλίμαλα, & alibi; tertium *in* Ἀρνεαί; sextum *in* Καυίδγανα. Ex Opere Περὶ Λυκίας ista videntur apud eundem Stephanum *in* Ἀκαρασσός; ubi ita inquit: Ἀκαρασσὸς, πόλις Λυκίας, ὡς Καπίτων. *Acarassus, urbs Lyciæ, ut Capito.*

CARCINUS *Agrigentinus*.

Tragicus fuit. Suidas: Καρκῖνος, Ἀκραγαντῖνος, τραγικός, *Carcinus, Agrigentinus, tragicus.* Floruit circa Olympiadis centesimæ annum primum. Annonymus in *Descript. Olymp.* ad istud tempus: Καρκῖνος, Ἀκραγαντῖνος, τραγικὸς, ἐγνωρίζετο, *Carcinus, Agrigentinus, tragicus, innotescebat.* Itaque de eo capienda sunt ista Suidæ: Ἤκμαζε κατὰ τὴν ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, πρὸ τῆς Φιλίππου βασιλείας τοῦ Μακεδόνος. *Floruit circa centesimam Olympiadem, ante regnum Philippi Macedonis.* Hæc confusiora illic leguntur, ita ut de Atheniensi Carcino potius capi debere videantur. De Fabulis ejus nihil certe dicere possumus.

CARCINUS *Atheniensis*.

Et hic quoque Tragicus. Ejus Tragœdiæ commemorantur a Suida, Ἀχιλλεὺς, & Σεμέλη. Ita enim inquit: Τῶν Δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν Ἀχιλλεὺς, ἢ Ἀρχή· ὡς Ἀθήναιός φησιν ἐν Δειπνοσοφισταῖς. *Inter Fabulas ejus est Achilles, aut Initium, ut Athenæus in Deipnosophistis inquit.* Sed mendum illic, per occasionem tollendum. Quid enim? an Fabula Σεμέλη etiam Ἀρχὴ inscripta fuit? Apage ineptias. Ita restituo, Σεμέλη, ἧς ἀρχὴ, Ὦ νύκτες. *Semele, cujus initium, O noctes.* Audi ipsum Athenæum, quem laudat, *lib.* XIII. Καρκῖνος δ' ὁ τραγικὸς ἐν Σεμέλῃ, ἧς ἀρχὴ, Ὦ νύκτες, φησί·

> Ὦ Ζεῦ τί χρὴ γυναῖκας ἐξειπεῖν κακόν;

Carcinus autem Tragicus in Semele, cujus initium, O noctes, inquit;

> *O Jupiter quod convenit fœminas dicere malum?*

Achillis meminit Athenæus *lib.* VI. Καρκῖνος μὲν Ἀχιλλεῖ.

> Βαθεῖαν αὐλῶνα περίδρομον στρατοῦ.

Carcinus quidem in Achille;

> *Profundam fossam circumeuntem castra.*

Laudatur ejus Κύπριος ab Hesychio: Ἀλαβή, λιγνὺς, σποδός. Καρκῖνος Κυπρίῳ. Ἀλαβή. *fuligo, cinis. Carcinus in Ciprio.* Et Θυέστης, ab Aristotele *de Poetica*: Ἢ ἀστέρας, οἵους ἐν τῷ Θυέστῃ Καρκῖνος. *Aut stellas, quales in Thyeste Carcinus.* Item, Μήδεια. Apud eundem *de Rhet.* lib. II. Οἷον ἐν τῇ Καρκίνου Μηδείᾳ, οἱ μὲν, κατηγοροῦσιν, ὅτι τοὺς παῖδας ἀπέκτεινεν, οὐ φαίνεσθαι γοῦν αὐτούς. *Quomodo in Carcini Medea, hi quidem, accusant, quod pueros interfecerit, non apparere itaque illos.* Et Οἰδίπους. Apud eundem *Rhet.* lib. III. Ἡ Ἰοκάστη ἡ Καρκίνου ἐν τῷ Οἰδίποδι, αἰεὶ ὑπισχνεῖται πυνθανομένου τοῦ ζητοῦντος τὸν υἱόν. *Jocasta Carcini in Oedipo, semper pollicetur interrogante illo qui quærebat filium.* Τηρεύς. Stobæus *Serm.* CI. Ἀλόπη nominatur iterum ab Aristotele *Ethic. Nicomach.* lib. VIII. c. VII. Ὥσπερ ὁ Θεοδέκτου Φιλοκτήτης ὑπὸ τοῦ ἔχεως πεπληγμένος· ἢ ὁ Καρκίνου ἐν τῇ Ἀλόπῃ Κερκύων. *Sicut Theodecti Philoctetes ab vipera percussus; vel Carcini in Alope Cercyon.* Ejus Fabulæ argumentum accipimus, ex Andronici Rhodii paraphrastæ verbis isto loco: Εἰσάγει Καρκῖνος ὁ ποιητὴς Κερκύονα ἐπὶ τῇ ὕβρει τῆς θυγατρὸς Ἀλόπης καρτεροῦντα μέχρι τινος, εἶτα ἡττηθέντα τῆς ἀλγηδόνος. *Introducit Carcinus poeta Cercyonem contumeliam filiæ Alopes patienter ferentem aliquo tempore, postea dolore victum.* Et plenius Aspasius ad eundem locum: Καὶ ὁ Καρκῖνος τραγικὸς ἦν. ὁ δὲ Κερκύων εἶχε θυγατέρα τὴν Ἀλόπην· μαθὼν δὲ, ὅτι ἐμοιχεύθη ἡ αὐτοῦ θυγάτηρ Ἀλόπη, ἐρώτησεν αὐτὴν, τίς ἦν ὁ μοιχεύσας· λέγων, εἰ μοι τοῦτον εἴποις, οὐδ' ὅλως ἂν λυπηθῶ. εἶτα εἰπούσης τῆς Ἀλόπης τὸν αὐτὴν μοιχεύσαντα, οὐκ ἔτι ὁ Κερκύων ὑπὸ τῆς λύπης ἔφερε ζῆν, ἀλλὰ καὶ τὸ ζῆν ἀπελέγετο. *Et Carcinus tragicus erat. Cercyon autem, filiam suam Alopen stupratam esse, illam interrogavit, quis esset stuprator; dicens, si mihi id dicas, non omnino tristis ero. Deinde Alope suum stupratorem indicante, Cercyon non amplius præ dolore vitam sustinuit, sed etiam vivere recusavit.* Porro, ut verum tibi dicam de his Fabulis, censeo eas non unius esse, sed utriusque. Ut autem distincte suam cuique recte adscribas, non est facile; quando veteres Scriptores omnes indistincte utrumque semper nominant. Proferunt quoque Carcini versus, sine patriæ Poetæ, aut Fabulæ nomine, Dio-

dorus Siculus *lib.* v. & Stob. *Serm.* XXXVI. CI. Quin Σκολιὸν quoque ejus quoddam laudat Athen. *l.* XV.

CARCINUS *Rhetor*.

Nam talis sine dubio fuit, cujus meminit Alexander, itidem Rhetor, Περὶ τῶν τῆς λέξεως σχημάτων, cap. Περὶ ἀναδιπλώσεως: Τοῦτο τὸ σχῆμα ὁ μὲν Καρκῖνος παλιλλογίαν καλεῖ. ἔνιοι δὲ, ἀναδίπλωσιν· οἱ δὲ, ἐπανάληψιν. *Hanc figuram Carcinus quidem verbi iterationem appellat; alii autem duplicationem; hi vero repetitionem.*

CARNEADES.

Τελεσιακόν. Fulgentius *de Cont. Virg. Nam & Carneades in libro Telesiaco ita ait;* Πᾶσα τύχη εἰς τὸν σύμφρονος νοῦν κατοικεῖ. *Omnis fortuna intra mentem consentientis habitat.*

CARNEADES *Philosophus*.

Ejus fuerunt, Ἐπιστολαὶ πρὸς Ἀριαράθην. Diogenes in *ejus Vita, lib.* IV. Φέρονται δὲ αὐτοῦ Ἐπιστολαὶ πρὸς Ἀριαράθην τὸν Καππαδοκίας βασιλέα. *Feruntur autem ejus Epistolæ ad Ariarathen Cappadociæ regem.* Alius ab eo,

CARNEADES *Poeta*.

Hujus Ἐλεγεῖαι commemorantur ab eodem Diogene, *loco citato:* Γέγονε μέντοι καὶ ἄλλος Καρνεάδης, Ἐλεγείας ποιητὴς ψυχρός. *Fuit utique alius etiam Carneades, Elegiæ poeta frigidus.*

CARPION.

Περὶ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς, τοῦ ἐν τῇ ἀκροπόλει, *De templo Minervæ in arce.* Observare est apud Vitruv. *lib.* VII. in *Præf. Item, De æde Minervæ Dorica, quæ est Athenis in arce,* (scripserunt) *Ictinus & Carpion.*

CARPUS *Antiochenus*.

Laudatur incerto Opere a Pappo, *Collect. Mathem.* lib. VIII. *Carpus autem Antiochensis quodam in loco dicit, Archimedem Syracusanum unum duntaxat librum mechanicum composuisse de Sphæræ constructione.* Et a Proclo *in Euclidem, lib.* II. Κάρπος δὲ ὁ Ἀντιοχεὺς, πόσον μὲν εἶναί φησι τὴν γωνίαν. *Carpus autem Antiochenus, quantum quidem esse angulum dicit.* Forte respexit illud, quod inscriptum erat, Ἀστρολογικὴ Πραγματεία. Ejus meminit mox idem Proclus *ad eundem Euclidem, lib.* III. Κάρπος δὲ ὁ μηχανικὸς ἐν τῇ Ἀστρολογικῇ Πραγματείᾳ τὸν περὶ τῶν προβλημάτων καὶ θεωρημάτων λόγον ἀνακινήσας, &c. *Carpus autem mechanicus in Opere Astrologico sermonem de problematibus & propositionibus movens,* &c. Simplicius *in Categorias:* Καὶ Κάρπος δὲ, διά τινος γραμμῆς, ἣν ἁπλῶς ἐκ διπλῆς κινήσεως καλεῖ. *Verum & Carpus, per unam litteram, quam simpliciter ex duplici motu vocat.* Corrigendus idem, *ad Phys. lib.* I. ubi Κάρπος editur, pro Κάρπος.

CARYSTIUS *Pergamenus*.

MORALIS LOCI CIRCA COMMUNEM sermonem, & artes ex eo consistentes, & virtutes, Scriptum primum.

Πρὸς τὰς ἀναζωγραφήσεις, πρὸς Τιμώνακτα, α'. *Adversus delineationes, ad Timonactem*, I.

Περὶ τοῦ, πῶς ἕκαστα λέγομεν καὶ διανοούμεθα, α'. *De eo quomodo singula dicamus & cogitemus*, I.

Περὶ τῶν ἐννοιῶν, πρὸς Λαοδάμαντα, β'. *De cogitationibus, ad Laodamantem*, II.

Περὶ ὑπολήψεως, πρὸς Πυθώνακτα, γ'. *De opinione, ad Pythonactem*, III.

Ἀποδείξεις, πρὸς τὸ μὴ δοξάζειν τὸν σοφὸν, α'. *Demonstrationes, adversus illud non opinari sapientem*, I.

Περὶ καταλήψεως, καὶ ἐπιστήμης, καὶ ἀγνοίας, δ'. *De comprehensione, & scientia, & ignorantia*, IV.

Περὶ λόγου, β'. *De sermone*, II.

Περὶ τῆς χρήσεως τοῦ λόγου, πρὸς Λεπτίναν, *De usu sermonis, ad Leptinem*.

Σύνταξις δευτέρα, *Scriptum secundum*.

Περὶ τοῦ εὖ κρίνειν τοὺς ἀρχαίους τὴν διαλεκτικὴν σὺν ταῖς ἀποδείξεσι, πρὸς Ζήνωνα, β'. *De eo bene judicare antiquos dialecticam cum demonstrationibus, ad Zenonem*, IV.

Περὶ τῆς διαλεκτικῆς, πρὸς Ἀριστοκρέοντα, δ'. *De dialectica, ad Aristocreontem*, IV.

Περὶ τῶν ἀντιδιαλεγομένων τοῖς διαλεκτικοῖς, γ'. *De iis, quæ contra objiciuntur dialecticis*, III.

Περὶ τῆς ῥητορικῆς, πρὸς Διοσκουρίδην, δ'. *De rhetorica, ad Dioscoridem*, IV.

Σύνταξις τρίτη, *Scriptum tertium*.

Περὶ ἕξεως πρὸς Κλέωνα, γ'. *De habitudine, ad Cleonem*, III.

Περὶ τέχνης καὶ ἀτεχνίας, πρὸς Ἀριστοκρέοντα, δ'. *De arte & inertia, ad Aristocreontem*, IV.

Περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν ἀρετῶν, πρὸς Διόδωρον, δ'. *De differentia virtutum, ad Diodorum*, IV.

Περὶ τοῦ ποιὰς εἶναι τὰς ἀρετὰς, α'. *De eo quales sint virtutes*, I.

Περὶ ἀρετῶν, πρὸς Πόλλιν, β'. *De virtutibus, ad Pollim*, II.

ΗΘΙΚΟΥ ΤΟΠΟΥ ΠΕΡΙ ΑΓΑΘΟΥ* καὶ κακῶν, Σύνταξις πρώτη.

MORALIS LOCI DE BONO ET malis, Scriptum primum.

Περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς, πρὸς Ἀριστοκρέοντα, ι'. *De honesto & voluptate, ad Aristocreontem*, X.

Ἀπόδειξις πρὸς τὸ μὴ εἶναι τὴν ἡδονὴν τέλος, δ'. *Demonstratio adversus id voluptatem non esse finem*, IV.

Ἀπόδειξις πρὸς τὸ μὴ εἶναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν, δ'. *Demonstratio adversus id voluptatem non esse bonum*, IV.

Περὶ τῶν λεγομένων, *De iis quæ dicuntur*.

Atque hæc quidem sunt Scripta ejus, quæ Diogenes recenset. Verum ego catalogum istum mutilum existimo, & deesse plurimos titulos. Nam ecce Suidas ait eum libros plures septingentis edidisse. Locus est *in* Χρύσιππος: *Συντέταχε βιβλία πλείω ἢ ἑπτακόσια, φιλόσοφά τε, καὶ ἱστορικὰ, καὶ γραμματικά. Composuit libros plures septingentis, & philosophicos, & historicos, & grammaticos.* Et ipse Diogenes distincte notat supra septingentos quinque fuisse: Φιλοπονώτατός τε παρ᾽ ὁντινοῦν γέγονεν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ, ἃ τὸν ἀριθμὸν ὑπὲρ πέντε καὶ ἑπτακόσιά ἐστιν. *Et laboriosissimus supra omnes fuit, ut manifestum est ex libris ejus, qui septingentesimum & quintum numerum excedunt.* A quo numero longe hic abest. Et indicium defectus istud esto; quod, cum dixerit, Ηθικοῦ τόπου Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν σύνταξις πρώτη, *Ethici loci De bonis & malis scriptum primum*, nullæ amplius συντάξεις sequantur. Atqui, cum dicit, σύνταξις πρώτη, satis certa conjectura est, etiam alias subjunctas fuisse, quæ sine dubio hic exciderunt. Et ut verum esse evincam, id quod dico; quosdam ego librorum titulos, mihi hic illic observatos, nunc proponam. In primis est liber, Περὶ νόμου, *De lege*. E quo Marcianus *l. 2. D. de Leg.* quædam profert, istis verbis: *Sed & philosophus summæ Stoicæ sapientiæ Chrysippus sic incipit, libro quem fecit*, Περὶ νόμου. Περὶ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν, *De animæ affectibus*, laudat passim Galenus in libris Περὶ τῶν καθ᾽ Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων, & Tertullianus *de Anima*. Περὶ χρησμῶν. Περὶ ἐνυπνίων. Commemorat Cicero *De Divin.* lib. I. *Accessit, acerrimo vir ingenio, Chrysippus, qui totam* De Divinatione *duobus libris explicavit sententiam; uno præterea*, De Oraculis: *uno*, De Somniis. Iterum: *Veniamus ad somnia; de quibus disputans Chrysippus, multis, & minutis, somniis colligendis, facit idem, quod Antipater: ea conquirens, quæ, Antiphontis interpretatione explicata, declarant illa quidem acumen interpretis, sed exemplis grandioribus decuit uti.* Prioris Operis meminit quoque Lactantius *lib. I. cap. VI. De qua Chrysippus loquitur, in eo libro, quem* De Divinatione *composuit*. Alterius, Περὶ Χρησμῶν, mentio est apud Suidam, *in* Νεοττόν: Ὅτι δὲ τὸ ὠχρὸν νεοττὸν ἔλεγον, μαρτυρεῖ καὶ Χρύσιππος, ἐν τῷ Περὶ χρησμῶν. *Luteum vero* νεοττὸν *dixisse, testatur quoque Chrysippus, in libro De oraculis.* Περὶ προνοίας καὶ θεῶν. Achilles Tatius *Prolegomenis in Aratum*: Πλάτωνι δὲ δοκεῖ ἐν Τιμαίῳ, καὶ Ἀριστοτέλει ἐν δευτέρῳ Περὶ οὐρανοῦ, καὶ Χρυσίππῳ ἐν τῷ Περὶ προνοίας, καὶ θεῶν. *Platoni autem in Timæo videtur, & Aristoteli in libro secundo De cælo, & Chrysippo in libro De providentia, & diis.* Agellius *lib. VI. cap. I. Adversus ea Chrysippus cum in libro* Περὶ προνοίας *quarto dissereret, Nihil est prorsus, inquit, istis imperitius.* Et mox ejusdem *libri cap. II. In libro enim* Περὶ προνοίας *quarto* Εἱμαρμένην (*Chrysippus*) *esse dicit* φυσικήν σύνταξιν τῶν ὅλων ἐξ ἀϊδίου τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἐπακολουθούντων. *Fatum esse naturalem omnium rerum ordinem ex æterno aliis alia subsequentibus.* Suidas commemorat Λόγους φυσικοὺς, in Πρόληψις: Χρύσιππος, ἐν τῷ ιβ'. τῶν Φυσικῶν Λόγων, τρία φησὶν εἶναι κριτήρια. *Chrysippus in XII. libro Physicorum Sermonum, tria inquit inquit esse judicandi instrumenta.* Plutarchus citat, Περὶ τῆς χρήσεως τοῦ λόγου, semel, iterumque, in libro Περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων. Apud Athenæum Opus Περὶ ὁμονοίας citatur, *lib. VI.* Διαφέρειν δέ φησι Χρύσιππος δοῦλον οἰκέτου, γράφων ἐν δευτέρῳ Περὶ ὁμονοίας. *Differre autem Chrysippus inquit servum a domestico, scribens in libro secundo De concordia.* Et, Περὶ τῶν δι᾽ αὐτὰ αἱρετῶν, *lib. VII.* Χρύσιππος δ᾽ ὁ φιλόσοφος, ἐν τῷ Περὶ τῶν δι᾽ αὐτὰ αἱρετῶν, τὴν ἀφύην, φησὶν, τὴν ἐν Ἀθήναις, διὰ μὲν τὴν δαψίλειαν ὑπερορῶσι, καὶ πτωχικὸν εἶναί φασιν ὄψον. *Chrysippus autem philosophus, in libro De optabilibus per se, apuam, inquit, Athenis, propter abundantiam contemnunt, & pauperis esse opsonium dicunt.* Item, Περὶ τῶν δι᾽ αὐτὰ μὴ αἱρετῶν, *lib. IV.* Οὐκ ἦν γὰρ τοιοῦτος, ὡς ἔοικεν, ὁ Καπανεὺς, οἷον ὁ καλὸς Χρύσιππος διαγράφει, ἐν τῷ Περὶ τῶν μὴ δι᾽ αὐτὰ αἱρετῶν. *Non erat enim talis, ut videbatur, Capaneus, quomodo*

* Sic Chirographum Meursii: vulgo legitur ἀγαθῶν; & ita habet ipse Meursius col. sequenti vers. 9.

A *bonus Chrysippus descripsit, in libro De non optabilibus per se.* Idque ipse Diogenes etiam citat in *Chrysippo* suo: Ταὐτὰ φησι καὶ ἐν τῷ Περὶ τῶν μὴ δι᾽ ἑαυτὰ αἱρετῶν, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ. *Eadem vero dicit etiam in libro De non optabilibus per se, statim in initio.* Jam Περὶ εἱμαρμένης laudatur a Fulgentio *Mytholog.* lib. I. *Chrysippus* De fato *scribens ait; Compulsationibus lubricis volvuntur incursus.* Περὶ Πολιτείας a Sexto Empirico, *Pyrrhon. Hypotyp.* lib. III. c. XXIV. *Chrysippus in* Politia *sua dogma hoc ponit, patrem ex filia, & matrem ex filio, & fratrem ex sorore liberos procreare.* Et ab ipso Diogene in *Chrysippo*; Ἐν δὲ τῷ Περὶ πολιτείας, καὶ μητράσι λέγει συνέρχεσθαι, καὶ θυγατράσι, καὶ υἱοῖς.
B *In libro autem De republica, & matribus, & filiabus, & filiis concumbere inquit.* Quin ille idem extra ordinem quædam quoque ejus refert, hic omissa. Tale est illud, Περὶ τῶν ἀρχαίων φυσιολόγων, cum inquit: Ἐν μὲν γὰρ τῷ Περὶ τῶν ἀρχαίων φυσιολόγων συγγράμματι αἰσχρῶς τὰ περὶ τὴν Ἥραν καὶ τὸν Δία ἀναπλάττει. *Nam in libro quidem De antiquis physiologicis illa turpiter de Junone & Jove effingit.* Item, Περὶ δικαίου. Et, Περὶ βίου καὶ πορισμοῦ, in istis verbis: Ἐν δὲ τῷ γ'. Περὶ δικαίου, κατὰ τοὺς χιλίους στίχους, καὶ τοὺς ἀποθανόντας κατεσθίειν κελεύων. ἐν δὲ τῷ β'. Περὶ βίου καὶ πορισμοῦ, προνοεῖν λέγων, ὅπως ποριστέον τῷ σοφῷ.
C *In libro autem* III. *De justo, ad mille versus, etiam mortuos devorare jubens. In* II. *autem De vita & actione acquirendi, providere dicens, quomodo acquirendus sapienti sit quæstus.* Περὶ ἀνομολογίας. Plutarch. Περὶ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς; Ἐν δὲ τοῖς Περὶ ἀνομολογίας ὁ Χρύσιππος εἰπὼν, ὅτι τυφλός ἐστιν ἡ ὀργή. *In libris autem De inconvenientia Chrysippus dicens, iram esse cæcam.* Συλλογιστικὴ πρώτη, & Galeni *in id Opus Commentarius*, a Galeno quoque ipso memoratur, in libro *De libris propriis*; Τῆς Χρυσίππου συλλογιστικῆς πρώτης Ὑπομνήματα γ'. *Chrysippi syllogisticæ primæ Commentaria tria.* Præterea ubi in hoc Catalogo Scriptum aliquod Historicum nominatur?
D & tamen scripsisse Historica Suidas ait, *loco citato.* Συντέταχε φιλόσοφά τε, καὶ ἱστορικὰ, καὶ γραμματικά. *Composuit & philosophica, & historica, & grammatica.* Ac verum sane ille dicit; fueruntque inter Chrysippi Opera etiam Historica; & sunt istius generis Ἰταλικὰ, quæ laudat Plutarch. in *Parallelis*: Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ὁ Ῥωμαῖος ἔπραξεν, ὡς Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ Ἰταλικῶν. *Idem vero Romanus quoque fecit, ut Chrysippus in libro primo Rerum Italicarum.* Nunc ad ea veniamus, quæ hic nobis Diogenes repræsentat; in quibus observare licet, Opera ejus universa per Συντάξεις distincta fuisse: idque ex Arriano etiam est discere, *Commentarii in Epictetum lib.* II. *cap.* XVII.
E Καὶ τὰς συντάξεις τοῦ Χρυσίππου μετὰ τῶν Ἀντιπάτρου καὶ Ἀρχεδήμου διέλθωμεν. *Et scripta Chrysippi post illa Antipatri & Archedemi perlegimus.* Dionys. Halicarn. *lib.* Περὶ συνθέσεως ὀνομάτων: Ἃς δὲ Χρύσιππος καταλέλοιπε συντάξεις. *Quæ vero Chrysippus reliquit scripta.* Legitur autem in Λογικοῦ τόπου τοῦ περὶ τὰ πράγματα Syntaxi prima, Περὶ τῶν κατὰ στέρησιν λεγόμενων, β'. Πρὸς Θέαρον, α'. Quid est illud, quod ad Thearum scripsit? Necessario aut mutilus locus, aut luxatus, legendumque, Περὶ τῶν κατὰ στέρησιν λεγομένων, πρὸς Θέαρον, α', β'. *De iis quæ per privationem dicuntur, ad Thearum,* I. II. Est id Opus, cujus meminit Simplicius, *in Categorias,* istis verbis: Πολλῆς
F δὲ οὔσης τῆς ἀνωμαλίας, Χρύσιππος μὲν, ἐν τοῖς Περὶ τῶν στερητικῶν λεγομένοις, ἐπεξῆλθεν αὐτήν. *Quum vero multa esset inæqualitas, Chrysippus quidem, in libris, qui dicuntur De privativis, illam enarravit.* Ibidem in Syntaxi secunda commemoratur Opus Περὶ δυνατῶν, πρὸς Κλεῖτον, δ'. Ejusque primum librum citat Arrianus *in Epictetum lib.* II. *cap.* XIX. Γέγραφε δὲ καὶ Χρύσιππος θαυμαστῶς ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ δυνατῶν. *Sed etiam scripsit Chrysippus mirabiliter in libro primo De possibilibus.* Et quartum Plutarch.

A *de Orac. def* Ταυτὶ γὰρ (ὁ Χρύσιππος) ἐν τῷ τετάρτῳ Περὶ δυνατῶν λέγει. *Hoc enim (Chrysippus) in libro quarto De possibilibus dicit.* Mox in Λογικοῦ τόπου περὶ τὰς λέξεις Syntaxi prima est, Περὶ τῆς κατὰ λέξεις ἀνωμαλίας, πρὸς Δίωνα, δ'. Ubi corruptus omnino numerus, scribendumque ς'. Nam libri ejus Operis sex fuerunt. Varro *de L.L.* lib. VIII. *Fretus Chrysippo, homine acutissimo, qui reliquit sex libros* Περὶ τῆς ἀνομαλίας. Ibidem in Syntaxi secunda est, Περὶ τῆς συντάξεως τῶν λεγομένων, δ'. Et, Περὶ τῆς συντάξεως καὶ στοιχείων τῶν λεγομένων πρὸς Φίλιππον, γ'. Puto utrobique pro λεγομένων, scribendum esse, λόγου μερῶν, *partium orationis.* Et utrumque illud Opus
B designari a Dionysio Halicarnasseo libro Περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, cum inquit Χρύσιππος καταλέλοιπε συντάξεις διττὰς, ἐπιγραφὴν ἐχούσας, Περὶ τῆς συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν. *Chrysippus binos reliquit libros, quorum inscriptio est, De constructione partium orationis.* Postea in Ἠθικοῦ λόγου τοῦ περὶ τὴν διόρθωσιν τῶν ἠθικῶν ἐννοιῶν, legendum censeo, Ἠθικοῦ τόπου, *Ethici loci,* quemadmodum ubique in toto isto Catalogo. Ibidem in Syntaxi prima nominantur Ὅρων libri varii; quorum mentio apud Plutarchum etiam occurrit, *de Plac. Philosoph.* lib. I. c. XXVIII. Καὶ πάλιν (ὁ Χρύσιππος) ἐν τοῖς Ὅροις,
C *Et rursus (Chrysippus) in Definitionibus.* In ista autem inscriptione, ὅρων τῶν πρὸς Μητρόδωρον τῶν κατὰ γένος, ζ'. existimem luxata esse verba, ac rescribendum, Ὅρων τῶν κατὰ γένος πρὸς Μητρόδωρον, ζ'. *Definitionum per genus, ad Metrodorum, septem.* Sic mox in Syntaxi sequenti tertia, Πιθανὰ πρὸς τὰς διαιρέσεις, καὶ τὰ γένη, καὶ τὰ εἴδη. Malim scribere, π. π. τ. διαιρέσεις κατὰ γένη, καὶ τ. εἴ. *Probabilia ad divisiones per genera & species.* Ibidem in Syntaxi quarta, Περὶ παροιμιῶν, πρὸς Ζηνόδοτον β'. Hoc mox commemorat ipse item initio *Zenonis*: Ὅθεν τὶς αὐτὸν εἶπεν Αἰγυπτίαν κληματίδα, καθά φησι Χρύσιππος ἐν πρώτῳ Παροιμιῶν. *Unde eum quidam Ægyptium palmi-*
D *tem dixit, ut ait Chrysippus in libro primo Proverbiorum.* Et respexit sine dubio Plutarch. initio *Arati*: Παροιμίαν τινὰ παλαιὰν, ὦ Πολύκρατες, δείσας μοι δοκεῖ τὸ δύσφημον αὐτῆς ὁ φιλόσοφος Χρύσιππος, οὐχ ὃν ἔχει τρόπον, ἀλλ᾽ ὡς αὐτὸς ᾤετο βέλτιον εἶναι, διατίθεσθαι. *Antiquum quoddam proverbium, Polycrates, veritus mihi videtur omen malum ejus philosophus Chrysippus, non prout erat, sed ut melius esse ille arbitrabatur, disposuisse.* Scholiast. Aristoph. *ad Equites*: Δοῖδυξ αὔξει. παροιμία, ἐπὶ τῶν λίαν μικρῶν, ἢ ἐπὶ τῶν αὐξανομένων, φησὶν ὁ Χρύσιππος. *Pistillum crescit. Proverbium in valde parvos, aut in crescentes, inquit Chrysippus.* Et Pindari, *Isthmionic.* ode II. Ἀπό-
E φθεγμα δὲ ἐστιν Ἀριστοδήμου, καθάπερ φησὶ Χρύσιππος, ἐν τῷ Περὶ παροιμιῶν. *Est autem Aristodemi apophthegma, sicut Chrysippus in libro De proverbiis ait.* Deinde in Ἠθικοῦ τόπου περὶ τὸν κοινὸν λόγον, καὶ τὰς ἐκ τούτου συνισταμένας τέχνας καὶ ἀρετὰς Syntaxi tertia est, Περὶ τῆς ῥητορικῆς πρὸς Διοσκουρίδην, δ'. Ejus meminit Cicero *de Fin.* lib. IV. *Scripsit* Artem rhetoricam *Cleanthes, Chrysippus etiam, sed sic, ut, si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat.* Plutarch. Περὶ Στοϊκῶν ἐναντιωμάτων: Χρύσιππος δὲ πάλιν, ἐν τῷ Περὶ ῥητορικῆς γράφων. *Chrysippus vero iterum, in libro De arte rhetorica scribens.*
F Denique in fine est, Ἠθικοῦ τόπου Περὶ ἀγαθοῦ καὶ κακῶν. Legendum numero plurali, Περὶ ἀγαθῶν, καὶ κ. *De bonis, & malis.* Ejus Εἰσαγωγὴ citatur ab Athenæo *lib.* IV. Χρύσιππος δ᾽, ἐν τῇ Εἰσαγωγῇ τῇ εἰς τὴν Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν πραγματείαν, νεανίσκον φησί τινα ἐκ τῆς Ἰωνίας σφόδρα πλούσιον ἐπιδημῆσαι ταῖς Ἀθήναις πορφυρίδα ἠμφιεσμένον. *Chrysippus autem in Introductione in librum ad considerationem eorum quæ bona & mala sunt, adolescentem quendam valde divitem ex Ionia mansisse inquit Athenis purpurea veste amictum.* Iterum *lib.* XI. Τὴν δὲ μανίαν τοὺς

πολλὰς φησὶν ὁ Χρύσιππος, ἐν τῇ Εἰσαγωγῇ τῇ εἰς τὴν Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν πραγματείαν, τοῖς πλείστοις προσάπτεσθαι. *Insaniam vero multos inquit Chrysippus, Introductione ad considerationem eorum quæ bona & mala sunt, pluribus rebus attribuere.* Sequitur autem illic in Syntaxi prima, Περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς, πρὸς Αριστοκρέοντα, *i.* Meminit Agellius *lib.* XIV. *c.* I. *Condigne mehercule, & condecore Chrysippus, in librorum, qui inscribuntur,* Περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς, *primo, os & oculos Justitiæ, vultumque ejus, severis atque venerandis verborum coloribus depinxit.* Et pluries Athen. *libris* III. IV. VIII. IX. XIII. XIV. Citant porro Scripta ejus Grammatica Etymol. Auctor, & Schol. Pindari.

CHRYSIPPUS *Tyaneus*.

Αρτοποιϊκόν. Athen. *l.* III. Καὶ ἄλλῳ Χρυσίππου τοῦ Τυανέως συγγράμματι ἐνέτυχον ἐπιγραφομένῳ Αρτοποιϊκῷ. *Et in alterum Chrysippi Tyanei librum incidi inscriptum Opificium panarium.* Idem Αρτοκοπικόν dicitur apud eundem *lib.* XIV. Χρύσιππος δὲ ὁ Τυανεὺς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Αρτοκοπικῷ εἴδη πλακούντων καὶ γένη τάδε ἀναγράφει. *Chrysippus autem Tyaneus in libro inscripto Opificio panario species & genera placentarum hæc recenset.*

CHRYSOGONUS.

Hinc auctor putatus est τῆς Πολιτείας, quæ Epicharmo falso adscripta. Athen. *l.* XIV. Τὰ δὲ ψευδεπιχαρμεῖα ταῦτα ὅτι πεποιήκασιν ἄνδρες ἔνδοξοι, Χρυσόγονός τε ὁ αὐλητὴς, ὥς φησιν Αριστόξενος ἐν ὀγδόῳ Πολιτικῶν νόμων, τὴν Πολιτείαν ἐπιγραφομένην, &c. *Illa autem, quæ Epicharmo falso adscribuntur, viros illustres & Chrysogonum tibicinem composuisse, sicut tradit Aristoxenus libro octavo Civilium legum, quem inscripsit Rempublicam.*

CINÆTHON *Lacedæmonius*.

Ejus fuerunt Γενεαλογίαι, carmine scriptæ. Pausanias in *Corinthiacis*: Κιναίθων δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος (ἐγενεαλόγησε γὰρ καὶ οὗτος ἔπεσι) Μῆδον καὶ θυγατέρα Εριῶπιν Ιάσονος εἶπεν ἐκ Μηδείας γενέσθαι. *Cinæthon vero Lacedæmonius (scripsit enim hic quoque genealogias versibus) Medum & Eriopin filiam Jasonis dixit ex Medea natos esse.* Iterum in *Messeniacis*: Πρὸς δὲ αὐτοῖς ὁπόσα Κιναίθων καὶ Ασιος ἐγενεαλόγησαν. *Ad hæc autem quales Cinæthon & Asius genealogias scripserint.* Ex eodem Opere est, quod rursum alibi in *Corinthiacis* citatis profert: Τὸν δὲ Ορέστου νόθον Πενθίλον Κιναίθων ἔγραψεν ἐν τοῖς ἔπεσιν Ηριγόνην τὴν Αἰγίσθου τεκεῖν. *Orestis vero nothum Penthilum Cinæthon in versibus Arigonen Ægisthi filiam peperisse scripsit.* Item illud in *Arcadicis*: Κιναίθων δὲ ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησεν, ὡς Ραδάμανθυς μὲν Ηφαίστου, Ηφαιστος δὲ εἴη Τάλω, Τάλων δὲ εἶναι Κρητὸς παῖδα. *Cinæthon vero in versibus scripsit, Rhadamanthum quidem Vulcani, Vulcanum vero Tali, Talum vero Cretis filium esse.* Illud quoque Scholiastæ Homeri *Iliad.* Γ. Κιναίθων δὲ φησὶ, Νικόστρατος καὶ Αἰθιόλας παρὰ Λακεδαιμονίοις Ελένης δύο παῖδες τιμῶνται. *Cinæthon vero dicit, Nicostratus & Æthiolas ab Lacedæmoniis ut Helenes duo filii coluntur.* Male est apud Marianum Scotum, *lib.* I. æt. IV. *Cinæthon Lacedæmonius, qui Telegoniam scripsit, cognoscitur.* Scrib. *qui Genealogiam scripsit.* Ejusdem fuit Ηράκλεια. Scholiastes Apollonii *ad extremum librum* I. Οτι δὲ Κιανοὶ ὅμηρα ἔδωσαν Ηρακλεῖ, καὶ ὤμοσαν μὴ λήξειν ζητοῦντες Υλαν, καὶ φροντίδα ἔχουσι Τραχινίων, διὰ τὸ ἐκεῖσε κατοικισθῆναι ὑφ' Ηρακλέους τοὺς ὁμηρεύσαντες, Κιναίθων ἱστορεῖ ἐν Ηρακλείᾳ. *Cianos vero Herculi obsides dedisse, & Hylam quærere non desituros juravisse, etiam Trachiniorum curam gerere, quia illuc obsides ab Hercule ad habitandum missi sunt, Cinæthon narrat in Heraclia.*

CINEAS *Rhetor*.

Stephanus *in* Εφύρα: Εστι καὶ ἄλλη Εφύρη, Κραννοὺς λεγομένη, ὥς φησι Κινέας ὁ ῥήτωρ, καὶ Επαφρόδιτος. *Est etiam alia Ephyra, Crannus dicta, ut Cineas rhetor tradit, & Epaphroditus.* Sed legendum, Κράνων λεγομένη, *Cranon dicta.* Idem est qui citatur Scholiastæ Pind. *Pyth.* ode X. Πρότερον οἱ Κρανώνιοι Εφυραῖοι ἐκαλοῦντο. μαρτυρεῖ δὲ τούτῳ Κινέας. *Prius Cranonii Ephyræi dicebantur. Id autem Cineas testatur.* Ita enim scribendum censeo Auctoris *, non Καινέας, ut illic editur. Et apud Diogenem Laert. in *Speusippo*, *lib.* IV. Καὶ πρῶτος παρὰ Ισοκράτους τὰ καλούμενα ἀπόρρητα ἐξήνεγκεν, ὥς φησι Κινέας. *Et primus illa, quæ ab Isocrate arcana vocabantur, extulit, ut inquit Cineas.* Etiam istic male vulgo editur, Καινεύς.

CINEAS *Tacticus*.

Scripsit Τακτικά. Cicero citat *Epistolarum ad Familiares* lib. IX. epist. XXV. *Summum me ducem literæ tuæ reddidere: plane nesciebam, te tam peritum esse rei militaris. Pyrrhi te libros, & Cineæ, video lectitasse.* Nempe in Epitomen redegerat Æneæ Στρατηγικά. Ælianus *Tact.* c. I. Εξειργάσαντο καὶ τὴν θεωρίαν Αἰνείας τε διὰ πλειόνων καὶ Στρατηγικὰ βιβλία ἱκανῶς συνταξάμενος· ὧν ἐπιτομὴν ὁ Θεσσαλὸς Κινέας ἐποίησε, &c. *Absolverunt autem quæstionem & Æneas pluribus & de Arte imperandi libros apte composuit; quorum epitomen Thessalus Cineas fecit*, &c.

CINESIAS.

Ejus Opus Πυῤῥίχη. Aristophanes Ranis.

Τὴν Πυῤῥίχην τίς ἔμαθε τοῦ Κινησίου;
Pyrrhicham quis didicit Cinesiæ?

Ubi Scholiastes: Κινησίας διθυραμβοποιὸς, ὃς ἐποίησε Πυῤῥίχην. *Cinesias dithyrambicus poeta, qui fecit Pyrrhicham.* Erotianus laudat Auctorem, sine Opere: Ρεμβοειδέα τρόπον. πλαγίως ἐπὶ τοῦ κατά τι μὲν κοίλου, κατά τι δὲ καμπύλου· ὡς Κινησίας τάσσει τὴν λέξιν. *Obliquum modum: incurve; in illud, quod ex parte cavum, ex parte vero curvum est; ut Cinesias ordinat dictionem.*

CLAUDIUS *Cæsar*.

Τυῤῥηνικὰ, & Καρχηδονικά †. Suetonius in *ejus Vita*, c. XLII. *Denique & Græcas scripsit Historias,* Τυῤῥηνικῶν XX. Καρχηδονιακῶν VIII. *Quarum causa veteri Alexandriæ Museo alterum additum ex ipsius nomine: institutumque, ut quotannis altero* Τυῤῥηνικῶν *libri, altero* Καρχηδονιακῶν *diebus statutis, velut in auditorio, recitarentur toti a singulis per vices.*

CLAUDIUS *Julius*.

Φοινικικά. Etymologici Auctor *in* Γάδειρα: Τὰ Γάδειρα λέγονται πληθυντικῶς, ἀπὸ τοῦ γῆ καὶ τοῦ δειρά, οἱονεὶ γῆς δειρά· τὰ γὰρ γάδειρα τῆς γῆς ἐξοχή ἐστιν· ἢ, ὥς φησι Κλαύδιος Ιούλιος ἐν ταῖς Φοινίκης ἱστορίαις, ὅτι Αρχαλεὺς υἱὸς Φοίνικος, κτίσας πόλιν, ὠνόμασε τῇ Φοινίκων γραφῇ. Γάδειρα *dicuntur pluraliter, ab* γῆ terra & δειρὰ cervix, *quasi terræ cervix.* Γάδειρα *enim terræ eminentia est; vel, ut ait Claudius Julius in Phœnices historiis, Archaleum Phœnicis filium, conditam a se urbem Phœnicum lingua nominavisse.* Stephanus *in* Ακη: Κλαύδιος δὲ Ιούλιος ἐν πρώτῃ Φοινικικῶν φησὶν, ὅτι ἐκλήθη ἀπὸ Ηρακλέους. *Claudius vero Julius in libro primo Rerum Phœniciarum, illam ab Hercule appellatam esse tradit.* Non recte illic scribitur, Κλαύδιος δὲ Ιουλος. Meminit ejus iterum *in* Λάμπη, ubi recte est: Κλαύδιος

* Sic Chirographum Meursii, qui videtur omisisse *nomen*, vel quid simile.
† Ita manus Meursii.

δὲ Ἰέλιος, Λαμπέας αὐτὲς φησιν, *Claudius autem Julius, Lampeas illos dicit*. In Ἰεδαία vero Ἰόλαος scribitur: Ὡς δὲ Κλαύδιος Ἰέλαος, ἀπὸ Ἰεδαίε Σπάρτωνος, ἐκ Θήβης, μετὰ Διονύσε ἐςρατευκότος. *Ut vero Claudius Iolaus, ab Judæo Spartone, oriundo Thebis, qui cum Baccho militavit*. Repone, Κλαύδιος δὲ Ἰέλιος.

CLAUDIUS *Philosophus*.

Etymologici Auctor *in* Ερωδιός: Αντιλέγει δὲ Κλαύδιος ὁ φιλόσοφος, ὅτι τὸ τέκμωρ ἐκ ἐγένετο ἀπὸ τῦ τέκμαρ, ἀλλὰ προυπάρχει. *Contradicit autem Claudius philosophus, quod* τέκμωρ *non factum fuerit ab* τέκμαρ, *signum, sed prius exstiterit*.

CLEÆNETUS.

Hujus duo Senarii leguntur apud Stobæum. Unus, *Serm.* LXXVII. Alter, XCVII.

CLEANDER.

Παροιμίαι, Schol. Theocriti *Idyll.* v. Φησὶ δὲ Κλέανδρος ἐν δευτέρῳ τῶν Παροιμιῶν, ὅτι Ηρακλῆς ἰδὼν ἱδρυμενον τὸν Αδωνιν, ἔφη, Οὐδὲν ἱερόν. *Cleander vero tradit in libro secundo. Proverbiorum, Herculem videntem statuam Adonis, dixisse, Nihil sacrum.*

CLEANTHES.

Scripta ejus ista enumerat in *Vita ejus* Diogen. Laert. *lib.* VII.

Περὶ χρόνε, *De tempore*.
Περὶ τῆς τῦ Ζήνωνος φυσιολογίας, β'. *De physiologia Zenonis*, II.
Τῶν Ηρακλείτε ἐξηγήσεις, δ'. *Expositiones librorum Heracliti*, IV.
Περὶ αἰσθήσεως, *De sensu*.
Περὶ τέχνης, *De arte*.
Πρὸς Δημόκριτον, *Ad Democritum*.
Πρὸς Αρίςαρχον, *Ad Aristarchum*.
Πρὸς Ηριλλον, *Ad Herillum*.
Περὶ ὁρμῆς, β'. *De appetitione*, II.
Αρχαιολογία. *Antiquitatis narratio*.
Περὶ θεῶν, *De diis*.
Περὶ γιγάντων. *De gigantibus*.
Περὶ Ὑμεναίε. *De Hymenæo*.
Περὶ τῦ ποιητῦ, *De poeta*.
Περὶ τῦ καθήκοντος, γ'. *De officio*, III.
Περὶ εὐβελίας, *De bono consilio*.
Περὶ χάριτος. *De gratia*.
Προτρεπτικός, *Exhortatorius*.
Περὶ ἀρετῶν, *De virtutibus*.
Περὶ εὐφυΐας, *De bona indole*.
Περὶ Γοργίππε, *De Gorgippo*.
Περὶ φθονερίας, *De invidia*.
Περὶ ἔρωτος, *De amore*.
Περὶ ἐλευθερίας, *De libertate*.
Ερωτικὴ τέχνη, *Amatoria ars*.
Περὶ τιμῆς, *De honore*.
Περὶ δόξης, *De gloria*.
Πολιτικός, *Politicus*.
Περὶ βελῆς, *De consilio*.
Περὶ νόμων, *De legibus*.
Περὶ τῦ δικάζειν. *De judicando*.
Περὶ ἀγωγῆς, *De instituto*.
Περὶ τῦ λόγε, γ'. *De Oratione*, III.
Περὶ τέλες, *De fine*.
Περὶ καλῶν, *De honestis*.
Περὶ πράξεων, *De actis*.
Περὶ ἐπιςήμης, *De scientia*.
Περὶ βασιλείας, *De regno*.
Περὶ φιλίας, *De amicitia*.
Περὶ συμποσίε, *De convivio*.
Περὶ τῦ ὅτι ἡ αὐτὴ ἀρετὴ καὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικός, *De eo quod eadem sit virtus & viri & mulieris.*
Περὶ τῦ τὸν σοφὸν σοφιςεύειν. *De ratiocinatione sapientum*.
Περὶ χρειῶν, *De chriis*.
Διατριβῶν, β'. *Disputationum*, II.
Περὶ ἡδονῆς. *De voluptate*.
Περὶ ἰδίων, *De propriis*.
Περὶ τῶν ἀπόρων, *De ambiguis*.
Περὶ διαλεκτικῆς, *De dialectica*.
Περὶ τρόπων. *De tropis*.
Περὶ κατηγορημάτων, *De prædicamentis*.

Ex hoc Catalogo Opus Περὶ θεῶν laudatur etiam ab Harpocratione *in* Λέσχαι: Κλεάνθης ἐν τῷ Περὶ θεῶν ἀπονενεμῆσθαι τῷ Απόλλωνι τὰς λέσχας φησίν. *Cleanthes in libro De diis attributa Apollini confabulationum loca tradit*. Inde esse censeo quæ profert Macrobius de Apollinis nomine differens, *Sat.* lib. I. cap. XVII. *Cleanthes* ὡς ἄλλων καὶ ἄλλων τόπων τὰς ἀνατολὰς ποιεμένε, *quod ab aliis atque aliis locorum declinationibus faciat ortus*. Et postea: *Cleanthes Lycium Apollinem appellatum denotat, quia, veluti lupi pecora rapiunt, ita ipse quoque humorem eripit radiis*. Ddinde *cap.* XVIII. ubi de Bacchi nomine agit, & cur Διόνυσος appelletur: *Cleanthes ita cognominatum scribit*, ἀπὸ τῦ διανύσαι, *quia quotidiano impetu ab oriente ad occasum, diem noctemque faciendo, cæli conficit cursum*. Et *cap.* XXIII. *Ideo enim, sicut & Possidonius & Cleanthes affirmant, soli meatus a plaga, quæ dicitur usta, non recedit*. Jam quod Περὶ γιγάντων Diogenes dicit, id puto illud ipsum esse, quod Θεομαχία inscribitur a Plutarcho *de Flum.* Μετὰ τὴν γιγαντομαχίαν, Κρόνος ἐκκλίνων τὰς Διὸς ἀπειλὰς, ἔφυγεν εἰς τὴν ἀκρώρειαν Βορέε κοίτης· καὶ εἰς κροκόδειλον μεταμορφωθεὶς ἕνα τῶν ἐγχωρίων ποιμένα Καύκασον ἀναπαύων, καὶ κατανοήσας αὐτῦ τὴν διάθεσιν τῶν σπλάγχνων, εἶπεν οὐ μακρὰν εἶναι τὰς πολεμίες. ὁ δὲ Ζεὺς ἐπιφανεὶς, τὸν μὲν πατέρα, δήσας πλεκτῷ ἐρίῳ, κατεταρτάρωσε· τὸ δὲ ὄρος, εἰς τιμὴν τῦ ποιμένος, Καύκασον μετωνομάσας, προσέδησεν αὐτῷ τὸν Προμηθέα, καὶ ἠνάγκασεν αὐτὸν ὑπὸ σπλαγχνοφάγε αἰετῦ βασανίζεσθαι, ὅτι παρηνόμησεν εἰς τὰ σπλάγχνα. ὡς ἱςορεῖ Κλεάνθης ἐν γ'. Θεομαχίας. *Post gigantum vero pugnam, Saturnus Jovis minas declinans, in verticem summum Boreæ lecti fugit; & in crocodilum mutatus aliquem accolarum pastorem Caucasum interficiens, & animadvertens viscerum ejus constitutionem, dixit non longe esse hostes. Jupiter vero cum apparuisset, patrem quidem, lana contexta vinctum, in tartarum dejecit. Montem vero, in honorem pastoris, Caucasum nominans, Promethea ei alligavit, eumque coegit ab viscera edente aquila torqueri, quod contra fas egerat de visceribus. Ut narrat Cleanthes in lib.* III. *Theomachiæ*. Sic Περὶ ἡδονῆς nominatur a Cicerone, *de Nat. Deor.* lib. I. *Idemque, (Cleanthes) quasi delirans, in iis libris, quos scripsit* Contra voluptatem, *tum fingit formam quandam, & speciem, deorum*. Laudatur quoque a Clemente *Strom.* II. Διὸ καὶ Κλεάνθης ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ ἡδονῆς τὸν Σωκράτην φησὶ παρ' ἕκαςα διδάσκειν, ὡς ὁ αὐτὸς δίκαιός τε καὶ εὐδαίμων ἀνήρ. *Quapropter Cleanthes quoque in lib. secundo De voluptate Socratem refert identidem docere, quam ipse & justus & felix est vir*. Citat ille idem eundem Cleanthem, sed ex quibusnam Operibus, id facilius divinare, quam asserere. Ejus Τέχνη memoratur Ciceroni, *De Fin.* lib. IV. *Scripsit ARTEM Rhetoricam Cleanthes*. Alius, ut puto, fuit, cujus Περὶ χαλκῦ citat Diogenes alibi in *Zenone*: Ενίες δὲ καὶ χαλκὸν εἰσέπραττε τὰς περιιςαμένες τὸ διδόναι μὴ ἐνοχλεῖν, καθά φησι Κλεάνθης ἐν τῷ Περὶ χαλκῦ. *Nonnullis vero etiam æs dare jubebat, veritos ne datio molesta esset, sicut ait Cleanthes in libro De ære*. Sic ille, cujus Μυθικὰ Athenæus *lib.* XIII. Πόρνης δὲ Αφροδίτης ἱερόν ἐςι παρὰ Αβυδηνοῖς, ὥς φησι Πάμφιλος. κατεχομένης γὰρ τῆς πόλεως δελείᾳ, τὲς φρερὲς τὲς ἐν αὐτῇ ποτὲ θύσαντας, ὡς ἱςορεῖ Κλεάνθης ἐν τοῖς Μυθικοῖς, καὶ μεθυσθέντας ἑταίρας πλείονας προσλαβεῖν, &c. *Meretricis autem Veneris templum est apud Abydenos*,

ut tradit Pamphilus. Quum enim servitute oppressa esset civitas, custodes sacro in illa aliquando peracto, ut narrat Cleanthes in Fabulosis, ebrios meretrices plures adsumpsisse, &c. Cicero, *de Nat. Deor.* lib. III. *Magnam molestiam suscepit, & minime necessariam, primus Zeno, post Cleanthes, deinde Chrysippus, COMMENTITIARUM FABULARUM reddere rationem.* Hujus Operum librum v. citat Porphyrius, qui *Malchus* scribitur, in *Vita Pythagoræ*: Κλεάνθης δὲ, ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Μυθικῶν Σῦρον (φησίν) ἐκ Πύρρου τῆς Συρίας. *Cleanthes autem, in libro quinto Fabulosorum Syrum (ait) ex Pyrrho Syriæ oppido.* Et Περὶ ὀρῶν est apud Plutarch. *de Flum.* Καθὼς ἱστορεῖ Κλεάνθης ἐν πρώτῳ Περὶ ὀρῶν. *Sicut narrat Cleanthes in libro primo De montibus.* Fortassis sunt philosophi nostri, exciderintque e Diogenis Catalogo, libri Περὶ μεταλήψεως, quos commemorat Athen. *lib.* XI. Κλεάνθης δ' ὁ φιλόσοφος, ἐν τῷ Περὶ μεταλήψεως, ἀπὸ τῶν κατασκευασάντων φησὶν ὀνομασθῆναι τήν τε Θηρίκλειον κύλικα, καὶ τὴν Δεινιάδα. *Cleanthes autem philosophus, in libro De transsumptione, inquit calicem Thericleum & Diniadem ita nominatum esse ab illis, qui fabricarunt.* Et mox *eodem libro*: Κλεάνθης δ' ἐν τῷ Περὶ μεταλήψεως συγγράμματί φησι, &c. *Cleanthes vero in libro De transsumptione inquit*, &c. Meminit τῶν Ἰαμβείων Simplicius, *in Epictetum*: Εὔχεται δὲ οὗτος (ὁ Κλεάνθης) ἐν τοῖς Ἰαμβείοις τούτοις, ἄγεσθαι ὑπὸ θεοῦ. *Precatur autem ille (Cleanthes) in illis Jambis, ut ab deo ducatur.* Laudat Ὑπομνήματα Φυσικὰ Plutarch. lib. *de Stoic. Contr.* Ὁ δὲ Κλεάνθης ἐν Ὑπομνήμασι Φυσικοῖς εἰπὼν ὅτι πληγὴ πυρὸς ὁ τόνος ἐστὶ, &c. *Cleanthes autem in Commentariis Physicis dicens, plagam ignis esse tonum*, &c. Περὶ τοῦ κυριεύοντος, Arrianus *in Epictetum*, *lib.* II. *cap.* XIX. Γέγραφε δὲ (περὶ τοῦ κυριεύοντος) καὶ Χρύσιππος θαυμαστῶς, ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ δυνατῶν. καὶ Κλεάνθης δ' ἰδίᾳ γέγραφε περὶ τούτου. *Scripsit autem (De dominante) etiam Chrysippus mirabiliter in libro primo De possibilibus. Sed Cleanthes peculiariter quoque de illo scripsit.* Περὶ μαντικῆς, meminit Cicero, *de Divin.* lib. I.

CLEARCHUS *Comicus.*

Ejus citatur Κιθαρῳδὸς ab Athen. *lib.* X. Καὶ ὁ Οὐλπιανὸς ἐκπιών, ἔφη, Ταῦτα μὲν Κλέαρχος ἐν Κιθαρῳδῷ, ἐγὼ δὲ κατὰ τοὺς Ἀμφίδος Ἐρίθους παρακελεύομαι. *Et Ulpianus, quum ebibisset, dixit, Hæc quidem Clearchus in Citharœdo, ego vero suadeo juxta Amphidis Lanificos.* Et Κορίνθιοι, apud eundem *lib.* XIV. Κλέαρχός τε ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν Κορινθίοις φησίν. *Et Clearchus comicus in Corinthiis inquit.* Deinde quoque *eodem libro* Πάνδροσος laudatur.

CLEARCHUS *Solensis*, *Philosophus.*

Hunc citat incerto Opere Pollux *lib.* II. *cap.* IV. *sect.* XXXI. Τῆς μὲν οὖν ὅλης χειρὸς ὀστᾶ ἓξ καὶ εἴκοσιν εἶναί φησιν ὁ Σολεὺς Κλέαρχος, εἷς τῶν Ἀριστοτέλους μαθητῶν. *Itaque totius quidem manus ossa sex & viginti esse Solensis refert Clearchus, unus ex discipulis Aristotelis.* Et mox *sect.* XXXIII. Μόνα δὲ ἐν στήθεσιν ἔχει μαστοὺς ἄνθρωπος, καὶ νυκτερὶς, καὶ ἐλέφας, καὶ οὕτω μὲν ὁ Σολεύς. *Solum vero in pectoribus homo mammas habet, & vespertilio, & elephas. Et ita quidem Solensis.* Deinde *sect.* XXXIX. Ὁ δὲ Κλέαρχος τοὺς ἔξωθεν κατὰ τῆς ῥάχεως μῦς οὕτως ὀνομάζει. *Clearchus vero exteriores circa spinam musculos ita nominat.* Varia ejus Opera passim laudantur ab Athen. Περὶ βίων *libris* IV. VIII. IX. XI. Γεργίθιος, *lib.* VI. Περὶ γρίφων, *libb.* X. XIV. Ἐρωτικὰ, *libris* II. VI. XII. XIII. XIV. XV. Ὅρος, *lib.* X. Περὶ θινῶν, *De arenosis solitudinibus*, *lib.* VIII. Περὶ παροιμιῶν, *De proverbiis*, *libris* IV. VII. VIII. X. XIII. XV. Περὶ νάρκης, *De torpedine*, *lib.* VII. Περὶ τοῦ πανικοῦ, *lib.* IX. Περὶ σκελετῶν, *De cadaveribus exsiccatis*, *eodem*. Περὶ τῶν ἐν τῷ ὑγρῷ, *De iis, quæ in humido vivunt*, *lib.* VII. Idem puto esse, quod inscribitur, Περὶ τῶν ἐνύδρων, *De aquatilibus*, *lib.* VIII. Περὶ τῶν ἐν τῇ Πλάτωνος Πολιτείᾳ μαθηματικῶν εἰρημένων, *De iis quæ mathematice in Platonis* Republ. *dicta sunt*, *lib.* IX. Περὶ παιδείας, *De institutione*, *lib.* XV. Περὶ φιλίας, *lib.* VIII. Ex his libri Περὶ βίων citantur quoque apud Zenobium, *Cent.* III. *Proverb.* XLI. Κλέαρχος δὲ ἐν τῷ πέμπτῳ Περὶ βίων φησί: τὰ πολυτελῆ βρώματα παρὰ τοῖς Πέρσαις Διὸς καὶ βασιλέως ἐγκέφαλον καλεῖσθαι. *Clearchus autem in libro quinto De vitis tradit, pretiosa edulia ab Persis Jovis & regis cerebrum appellari.* Et *Cent.* V. *Proverb.* XVIII. Ἱστορεῖται δὲ, ὅτι Τιθωνὸς κατ' εὐχὴν τὸ γῆρας ἀποθέμενος, τέττιξ ἐγένετο· ὥς φησι Κλέαρχος ἐν τῷ Περὶ βίων. *Narratur vero, quod Tithon, juxta preces senectute ei ablata, cicada factus sit; ut ait Clearchus in libro De vitis.* Sic Περὶ γρίφων, meminit Scholiastes Aristophanis *Vespis*: Ἑπτὰ δὲ ἀναγράφει αὐτῶν γένη ὁ Κλέαρχος, ἐν τῷ Περὶ γρίφων συντάγματι. *Septem vero eorum genera recenset Clearchus in libro De gripbis.* Et censeo emendandum Athen. initio *lib.* VII. Κλέαρχος, Ἀριστοτέλους μαθητὴς, Σολεὺς δὲ τὸ γένος, ἐν τῷ προτέρῳ Περὶ γρίφων (κρατῶ γὰρ καὶ τῆς λέξεως, διὰ τὸ σφόδρα μοι εἶναι προσφιλῆ) οὑτωσί πως εἴρηκε. *Clearchus, Aristotelis discipulus, genere autem Solensis, in priore De griphis libro (nam vocabulum etiam teneo, quia valde mihi est gratum) hoc fere modo dixit.* Ubi perperam hodie editur, ἐν τῷ προτέρῳ Περιγραφῶν, *in priore Circumscriptionum*. Simili modo librorum Περὶ φιλίας titulus apud eundem est corruptus *lib.* XII. Κλέαρχος δ' ἐν πρώτῳ Περὶ Φιγαλίας, τὸν Θεμιστοκλέα φησὶν ἐν Μαγνησίᾳ τρίκλινον οἰκοδομησάμενον περικαλλέστατον, ἀγαπῶν ἔφησεν, εἰ τοῦτον φίλων πληρώσει. *Clearchus autem in libro De Phigalia, Themistoclem tradit in Magnesia triclinio perpulcro condito, secum bene actum iri dixisse, si amicis id impleret.* Omnino rescribendum, ἐν πρώτῳ Περὶ φιλίας, *in libro primo De amicitia*, vel ex Themistoclis voto apparet, qui optabat, triclinium suum amicis implere posse. Περὶ θινῶν. Puto idem esse, quod Περὶ οἴνων, *De vinis*, citatur apud Suidam, *in* Νέοττον, corrupto titulo alterutro. Περὶ παροιμιῶν, designatur etiam a Zenobio, *Cent.* V. *Proverb.* XLVII. Οὐδὲν ἱερὸν ὑπάρχεις. Κλέαρχός φησιν, ὅτι Ἡρακλῆς ἰδὼν τὸν Ἄδωνιν ἱδρυμένον, ἔφη, Οὐδὲν ἱερόν. *Nihil sacrum es. Clearchus inquit Herculem videntem Adonis statuam dixisse, Nihil sacrum.* Iterum *Proverbio* sequenti XLVIII. Κλέαρχος ἐξηγούμενος τὴν παροιμίαν φησὶ τὸν Βριάρεων καλούμενον Ἡρακλέα ἐλθεῖν εἰς Δελφοὺς, & quæ sequuntur. *Clearchus proverbium explicans dicit Briarea appellatum Herculem Delphos venisse.* Περὶ παιδείας, occurrit quoque apud Diog. Laert. in *Proœmio*: Κλέαρχος δὲ ὁ Σολεὺς ἐν τῷ Περὶ παιδείας, καὶ τοὺς Γυμνοσοφιστὰς ἀπογόνους εἶναι τῶν Μάγων φησίν. *Clearchus autem Solensis in libro De institutione, Gymnosophistas ab Magis oriundos esse inquit.* Præter hæc Πλάτωνος ἐγκώμιον nominat idem Diogenes initio *Platonis*, *lib.* III. Καὶ Κλέαρχος ἐν τῷ Πλάτωνος ἐγκωμίῳ, *Et Clearchus in laude Platonis.* Hieronymus, *Adversus Jovinianum*, lib. I. *Clearchus in LAUDE PLATONIS, & Anaxilides in secundo libro PHILOSOPHIÆ, Perictionem, matrem Platonis, phantasmate Apollinis oppressam ferunt.* Item Περὶ ὕπνου, Josephus *Contra Apionem* lib. I. Κλέαρχος γὰρ, ὁ Ἀριστοτέλους ὢν μαθητὴς, καὶ τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου φιλοσόφων οὐδενὸς δεύτερος, ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ ὕπνου βιβλίῳ φησίν. *Clearchus enim, Aristotelis discipulus, & nulli peripateticorum philosophorum secundus, in primo De somno libro refert.* Eusebius *de Præp. Evang.* lib. IX. Κλέαρχος δὲ ὁ περιπατητικὸς φιλόσοφος, ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ ὕπνου βιβλίῳ, Ἀριστοτέλει τῷ φιλοσόφῳ τοιόνδε τινὰ περὶ Ἰουδαίων ἀνατίθησι λόγον. *Clearchus*

autem Peripateticus philosophus, in primo De somno libro, Aristoteli philosopho talem de Judæis sermonem attribuit. Alium autem fuisse censeo, quem Τακτικὰ scripsisse ait Ælianus, similis Operis *cap.* I. Πύῤῥος τε ὁ Ηπειρώτης Τακτικὰ συνέγραψε, καὶ Αλέξανδρος ὁ τούτου υἱὸς, καὶ Κλέαρχος. *Et Pyrrhus Epirota Tactica scripsit, & Alexander ejus filius, & Clearchus.*

CLEEMPORUS.

Laudatur ut Medicus apud Plinium *li.* XXII. *cap.* XXII. *Cleemporus nigro probibet vesci, ut morbos faciente, de albo consentiens.*

CLEMENS *Grammaticus.*

Etymologici Auctor *in* Ζάλη: Κλήμης, Δυύαται ζάλη τις εἶναι, μεγάλη συστροφὴ ἀνέμου. *Clemens, Potest* ζάλη *quædam esse, magna conversio venti.* Ejus Opera, Βασιλεῖς τῶν Ρωμαίων, *Reges Romanorum*, & Περὶ τῶν Ισοκρατικῶν σχημάτων, *De figuris Isocratis*, aliaque. Vide Suidam, *in* Κλήμης.

CLEO *Curiensis.*

Schol. Apollonii *Argonaut.* l. I. Οτι δὲ ἐνθάδε Θόας ἐσώθη, καὶ Κλέων ὁ Κουριεὺς ἱστορεῖ, καὶ Ασκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς, δεικνὺς ὅτι παρὰ Κλέωνος τὰ πάντα μετενήνοχεν Απολλώνιος. *Quod vero Thoas illic servatus sit, etiam Cleo Curiensis narrat, & Asclepiades Myrleanus, ostendens ab Cleone Apollonium omnia transtulisse.* Ecce, de ejus libris transtulit sua Apollonius; oportet ergo Αργοναυτικὰ etiam scripserit. Quod verum est. Nam citat clare idem Scholiastes paulo ante: Ο δὲ Δόλοψ, Ερμοῦ υἱὸς, ὃς ἐν Μαγνήσῃ τῇ πόλει ἀπώλετο, καὶ αὐτόθι τάφον παρὰ τῷ αἰγιαλῷ ἔχει· ὡς Κλέων ἐν πρώτῳ τῶν Αργοναυτικῶν. *Dolops autem, Mercurii filius, qui in urbe Magnessa periit, illic quoque sepulcrum juxta littus habuit; ut Cleo in libro primo Argonauticorum.* Et de eodem Opere est, quod statim initio *libri* primi citat idem Scholiastes: Τὸν Κάνθον καὶ ὁ Κλέων καταλέγει. ἔστι δὲ Κανήθου υἱός. *Canthum recenset etiam Cleo. Est autem Canethi filius.* Nescio an hunc eundem dicam, cujus Μέλη nominat Pollux *lib.* X. *cap.* XXV. Καὶ παρὰ Κλέωνι τῷ μελοποιῷ ἐν δευτέρῳ Μελῶν, κύπρος. *Et apud Cleonem poetam Odarum in libro secundo Odarum, cyprus.*

CLEO *Halicarnasseus.*

Hujus Orationem quandam laudat Plutarchus in *Agesilao*: Καὶ λόγον ἀναγνοὺς ἐν βίβλῳ ἀπολελειμμένον, ὃν ἔγραψε μὲν Κλέων ὁ Αλικαρνασσεὺς, &c. *Et legens relictam orationem in libro, quem scripsit quidem Cleo Halicarnasseus*, &c. Et habes eadem iterum verba apud eundem in *Apophthegm. Laconicis.*

CLEO *Magnesius.*

Incerto Opere eum nominat Pausanias *Phocicis*: Κλέων δὲ ἀνὴρ Μάγνης, οἳ τῷ Ερμῷ προσοικοῦσιν, ἔφασκεν ἐς τὰ παράδοξα ἀπίστους εἶναι τῶν ἀνθρώπων, οἷς ἂν μὴ παρὰ τὸν αὐτῶν γένηται βίον θεάμασιν ἐπιτυχεῖν λόγου μείζοσιν. *Verum Cleo, vir Magnesius, inter accolas fluvii Hermi, dixit aliquos homines paradoxa non credere, quibus non contingat incidisse in spectacula majora, quam ut enarrentur.*

CLEOBULINA.

Hæc filia erat Cleobuli Lindii. Ejus Αἰνίγματα commemorat Athen. *libr.* X. Τίνα δὲ Κλεοβουλίνη ἡ Λινδία προὔβαλεν ἐν τοῖς Αἰνίγμασιν. *Quædam vero Cleobulina Lindia in Ænigmatibus protulit.* Diogen. Laert. in *Cleobulo*, *lib.* I. Γενέσθαι τε αὐτῷ θυγατέρα Κλεοβουλίνην, Αἰνιγμάτων ἑξαμέτρων ποιήτριαν. *Eumque filiam habuisse Cleobulinam, Ænigmatum hexametrorum poetriam.* Et Suidas *in* Κλεόβουλος: Εγένετο δὲ αὐτῷ θυγάτηρ Κλεοβουλίνη, ἑξαμέτρων Αἰνιγμάτων ποιήτρια. *Erat autem ei filia Cleobulina, hexametrorum Ænigmatum poetria.* Ita locum illum restituo; nam perperam hodie editur, ἐ. δ. αὐ. θυγάτηρ Κλεοβούλη.

CLEOBULUS *Lindius.*

Ejus Ασματα, & Γρῖφοι, commemorantur a Diog. Laert. in *Vita ipsius*, *lib.* I. Εποίησεν Ασματα καὶ Γρίφους εἰς ἔπη τρισχίλια. *Cantica scripsit & Ænigmata ad tria millia versuum.* Suidas *in* Κλεόβουλος: Εγραψεν Ασματα καὶ Γρίφους εἰς ἔπη τρισχίλια. *Cantica scripsit & Ænigmata ad tria versuum millia.* Profert Diogenes Epigramma ejus unum, & Ænigma, item Epistolam ad Solonem. Alius fuit, ut existimo, quem inter Rei Rusticæ antiquos Scriptores recenset Columella *lib.* I. *cap.* I. *Nec minori fide pro virili parte tributum nobis intulerunt, Lysimachus, & Cleobulus.* Item qui a Plinio laudatur *lib.* V. *cap.* XXXI. *Æthaliam Ephorus prisco nomine appellat: Metrodorus, & Cleobulus, Chiam, a Chione Nympha.*

CLEODAMAS.

Scripsit Περὶ ἱππικῆς, &, Περὶ πωλοδαμαστικῆς. Stephanus *in* Αχαιαί: Εντεῦθεν ἦν Κλεοδάμας, ὁ Περὶ ἱππικῆς καὶ πωλοδαμαστικῆς γράψας. *Hinc erat Cleodamas, qui De re equestri & ratione domandi equuleos scripsit.*

CLEODEMUS.

Citatur Opere incerto a Theophrasto, *Hist. Plant.* lib. III. cap. II. De rebus Judaicis. Joseph. *Antiquit.* lib. I. cap. XVI.

CLEOMENES.

Επιστολὴ πρὸς Αλέξανδρον illius legitur apud Athenæum, *lib.* IX. Τῶν δὲ καλουμένων, μικρὸν δ' ἐστὶν ὀρτύγιον, μνημονεύει Κλεομένης ἐν τῇ πρὸς Αλέξανδρον Επιστολῇ. *Avium vero, quas Chennia nominamus, est autem parva coturnix, Cleomenes meminit in Epistola ad Alexandrum.* Sed incertum cujus hæc Cleomenis putanda, uti neque, quæ Περὶ Ησιόδου laudat Clemens *Strom.* I. Τὸ δ', Εγγύα, πάρα δ' ἄτα· Κλεομένης μὲν ἐν τῷ Περὶ Ησιόδου, Ομήρῳ φησὶ προειρῆσθαι. *Id vero, Sponde, presto est damnum; Cleomenes quidem in libro de Hesiodo, ab Homero antea dictum esse ait.* Aut etiam Παιδαγωγικὸς, cujus mentio apud Diog Laert. in *Vita Cynici* cognominis, *lib.* VI. Φησὶ δὲ Κλεομένης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Παιδαγωγικῷ, τοὺς γνωρίμους λυτρώσασθαι αὐτὸν θελῆσαι. *Cleomenes vero inquit in libro, qui Pædagogicus inscribitur, amicos ejus illum redimere voluisse.* Nam hoc nomine plures invenio. In his est,

CLEOMENES *Lamintbius.*

Ejus Ερωτικὰ Μέλη commemorantur apud Athenæum *lib.* XIII. Κἀγὼ δὲ κατὰ τὴν Επικράτους Αντιλαΐδα·

—— Ερωτικὰ
Μεμάθηκα ταῦτα παντελῶς Σαπφοῦς μέλη,
Η Κλεομένους Λαμυνθίου. ——

Verum ego etiam juxta Epicratis Antilaida,

—— Amatoria
Didici illa omnino Sapphus carmina,
Aut Cleomenis Lamintbii. ——

Ille ipse est, cujus mentio occurrit iterum apud eundem, *lib.* XIV. Ο δὲ τοὺς εἰς Χιονίδην ἀναφερομένους ποιήσας Πτωχοὺς, Γνησίππου τινὸς μνημονεύει παιγνιογράφου τῆς ἱλαρᾶς Μούσης, λέγων οὕτως·

Ταῦτ' οὐ μὰ Δία Γνήσιππος, οὐδ' ὁ Κλεομένης
Ἐν ἐννέα χορδαῖς κατεγλυκάνατο. ——

Mendicos autem, qui Chionidæ adſcribuntur, qui compoſuit, Gneſippi cujuſdam meminit, ſoliti ludicra ſcribere hilaris Muſæ, ita dicentis;

Hæc per Jovem non Gneſippus, nec vero Cleomenes
Novem fidibus edulcoraverit. ——

CLEOMENES *Libys*.

Videtur Ἱππιατρικὰ ſcripſiſſe. Hierocles *Hippiatricorum* lib. I. cap. XXIII. Ἐὰν αὐχὴν ὑποζυγίου παρατριφθῇ, καὶ ἐπαρθῇ, καλὸν χρῆσθαι τῇ θεραπείᾳ, ἣν ἐν τοῖς Κλεομένους τοῦ Λίβυος εὕρομεν. *Si cervix jumenti attrita ſit, & inflata, remedio, quod in Cleomenis Libyis libris invenimus, uti bonum eſt.* Mox iterum, *cap.* XXVII. Δεῖ τοίνυν τούτῳ θερμαντικὰ προσφέρειν, ὥς φησι Κλεομένης ὁ Λίβυς. *Oportet igitur huic calida applicare, ut ait Cleomenes Libys.*

CLEOMENES *Lindius*.

Et hic Ἱππιατρικὰ ſcripſiſſe videtur; eſtque colligere ex Hieroclis itidem verbis, *Hippiatric.* lib. I. cap. XXX. Κλεομένης δὲ ὁ Λίνδιός φησι δεῖν φλόμου ῥίζαν καύσαντα ἐν οἴνῳ συντρῖψαι, καὶ ὕδωρ ἴσον μίξαντα, κλύζειν διὰ τῆς ἕδρας. *Cleomenes vero Lindius ait debere verbaſci radicem aduſtam in vino conterere, & aquæ pari menſura mixtam, per inferiorem ventris meatum eluere.*

CLEOMENES *Rhegienſis*.

Ejus Διθύραμβοι, & ex iis Μελέαγρος producitur ab Athenæo, *lib.* IX. Πάλαι γὰρ τοῦ χηνὸς ἀνέγνωκὼς τοὺς Κλεομένους τοῦ Ῥηγίνου Διθυράμβους· ὧν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Μελεάγρῳ τοῦτο ἱστόρηται. *Olim enim perlegi Cleomenis Rhegienſis Dithyrambos; in quorum Meleagro inſcripto ia narratum eſt.*

CLEON *Curienſis*.

* Scripſit Ἀργοναυτικά. Schol. Apollonii 28. 29.

CLEON *Syracuſanus*.

Scripſit Περὶ λιμένων. Stephanus, *in* Ἀσπίς: Ἔστι καὶ ἄλλη, ὡς Κλέων ὁ Συρακούσιος, ἐν τῷ Περὶ λιμένων. *Eſt & alia, ut Cleon Syracuſanus, in libro De portubus.* Meminit ejus Avienus in *Ora Maritima*:

—— *multa rerum junximus*
Ex plurimorum ſumpta commentariis.
Hecatæus iſtic quippe erit Mileſius,
Hellanicuſque Lesbius, Phileus quoque
Athenienſis, Caryandenus Scylax,
Pauſimachus ille, priſca quem genuit Samos,
Quin & Damaſtus nobili natus Sige,
Rhodoque Bacoris ortus, Euſtemon quoque
Popularis urbis Atticæ, Siculus Cleon.

Et Curtius eum nominat, tanquam malum Poetam, & Alexandri Magni adulatorem, p. 215.

CLEOPATRA.

Hujus Κοσμητικὸν citatur a Galeno. Περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους, lib. I. Περὶ τῶν ὑπὸ Κλεοπάτρας γεγραμμένων πρὸς ἀχώρας ἐν τῷ Κοσμητικῷ. *De illis, quæ ab Cleopatra contra capitis ulcera in Scripto de ornando ſcripta ſunt.*

CLEOPHANTUS.

Hic Medicus fuit, laudatque eum, ſed incerto Opere, Plinius *lib.* XX. *cap.* V. & *lib.* XXIV. *cap.* XVI. Cæl. Aurelian. *de Morb. Acutis*, lib. II. cap. XXXIX

* Sic manus Meurſii. Sed hoc ipſum eſt quod poſuit in CLEO.

CLEOXENUS.

Περὶ Περσῶν. Suidas: Κλεόξενος, καὶ Δημόκλειτος, ἔγραψαν Περὶ Περσῶν, *Cleoxenus, & Democlitus, De Perſis ſcripſerunt.*

CLIADES.

Inter Scriptores Mechanicos numeratur a Vitruvio in *Præfatione libri* VII. *Non minus (conſcripſerunt)* DE MACHINATIONIBUS, *uti Cliades, Archytas, Archimedes.* Sed corruptum eſſe nomen omnino affirmo, legendumque, *uti Diades.* Ita nominatur ab eodem Vitruvio, *lib.* X. *cap.* XIX. & Herone in *Mechanicis*, capp XIII. XIV. Vide infra in Diade.

CLIDEMUS.

Citatur incerto Opere ab Etymologici Auctore: Ὕης, ἐπίθετον Διονύσου, ὡς Κλείδημος, ἐπειδὴ ἐπιτελοῦμεν τὰς θυσίας αὐτῷ καθ' ὃν ὁ θεὸς ὕει χρόνον. Ὕης, *pluvius, Bacchi epitheton, ut Clidemus, quoniam ſacrificamus ei quo tempore deus pluit.* Puto reſpectum ejus Ἐξηγητικὸν, quod Athenæus laudat *lib.* IX. Ἰδίως δὲ καλεῖται παρ' Ἀθηναίοις Ἀπόνιμμα, ἐπὶ τῶν εἰς τιμὴν τοῖς νεκροῖς γινομένων, καὶ ἐπὶ τῶν τοὺς ἐναγεῖς καθαιρόντων· ὡς καὶ Κλείδημος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἐξηγητικῷ. *Proprie autem apud Athenienſes appellatur* Ἀπόνιμμα, *ablutio, in illis quæ mortuis honoris cauſa fiebant, & quæ luſtrabant ſceleratos; ut Clidemus etiam in inſcripto Explicatorio.* Neque ex alio Opere fuit, quod Suidas profert: Ἄπεδα, τὰ ἰσόπεδα. Κλείδημος, *Plana, æqua. Clidemus.* Opus quoque ejus fuit Ἀτθίς. Athen. *lib.* VI. Κλείδημος δ' ἐν τῇ Ἀτθίδι φησὶ, καὶ παράσιτοι δ' ᾑρέθησαν τῷ Ἡρακλεῖ. *Clidemus autem in Atthide inquit, verum & paraſitis aſſumti ſunt Herculi.* Et *lib.* XIV. Ἐν δὲ τῇ πρώτῃ τῆς Ἀτθίδος Κλείδημος φῦλον ἀποφαίνει μαγείρων ἐχόντων δημιουργικὰς τιμάς. *In libro autem primo Atthidis Clidemus coquorum tribum publicos honores habentium declarat.* Ita recte illic emendat Caſaubonus. Corruptus quoque Heſychii locus: Ἀγαμεμνόνια φρέατα. ἱστοροῦσι τὸν Ἀγαμέμνονα περὶ τὴν Αὐλίδα, καὶ πολλαχῇ τῆς Ἑλλάδος, φρέατα ὀρύξαι. Κ. Δήμος δ' ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῆς Ἀτθίδος. *Agamemnonii putei. Agamemnonem narrant circa Aulidem, & in multis Græciæ locis, puteos fodiſſe. Et Demus autem in duodecimo Atthidis libro.* Reſcribendum cenſeo. φ. ὀρύξαι. Κλείδημος δ' ἐν τ. δ. τ. Α'. Harpocration *in* Μελανίππειον: Κλείδημος δ' ἐν πρώτῃ Ἀτθίδος, ἐν Μελίτῃ αὐτὸ λέγει εἶναι. *Clidemus autem in primo Atthidis libro, in Melite illud eſſe tradit.* Conſtantinus *Them. Occident.* II. Καὶ τὴν ὅλην Μακεδονίαν Μακετίαν οἶδεν ὀνομαζομένην Κλείδημος ἐν πρώταις Ἀτθίσιν. *Et totam Macedoniam Macetiam appellatam eſſe novit Clidemus in primis Atthidis.* Reſpexit Plutarch. *Theſeo*: Ἰδίως δέ πως καὶ περιττῶς ὁ Κλείδημος ἀπήγγειλε περὶ τούτων. *Alio vero modo & egregio Clidemus de illis pronunciavit.* Et mox: Ἱστορεῖ δὲ Κλείδημος, ἐξακριβοῦν τὰ καθέκαστα βουλόμενος. *Narrat autem Clidemus, accurate inquirere ſingula volens.* Ac laudat rurſum in *Themiſtocle*, & *Ariſtide*. Commemorantur quoque Νόστοι ejus ab Athenæo, *lib.* XIII. Ὡς Κλείδημος ἱστορεῖ ἐν ὀγδόῳ Νόστων, *Sicut Clidemus narrat in octavo Reverſionum libro.* Et Πρωτογονία. Apud eundem *lib.* XIV. Μαγείρων καὶ βουτύπων ἐπεῖχον τάξιν, ὥς φησι Κλείδημος ἐν Πρωτογονίας πρώτῳ. *Coquorum & lanionum ordinem obtinuerunt, ut inquit Clidemus in Primogenituræ libro primo.* Meminit Harpocration *in* Πνυκί: Κλείδημος δ' ἐν τρίτῳ Πρωτογονίας, Συνῆεσαν, φησιν, εἰς τὴν Πνύκα ὀνομασθεῖσαν, διὰ τὸ τὴν συνοίκησιν πυκνουμένην εἶναι. *Clidemus autem in tertio Primogenituræ libro, Coierunt, inquit, in locum appellatum* Πνύκα, *quia frequentia eſt habitationum.*

CLINIAS *Tarentinus*.

Incertum quid scripserit. Meminit ejus Anonymus in *Theologia Arithmetica*: Κλεινίας δὲ ὁ Ταραντῖνος, Ταῦτα γὰρ ἄρα μένοντα μὲν, φησὶν, ἀριθμητικὰν, καὶ γεωμετρίαν, ἐγέννασεν. *Clinias vero Tarentinus, At enim illa manentia, inquit, arithmeticam, & geometriam, peperit*. Schol. Apollonii *libr.* II. Κλεινίας δέ φησι καὶ τὸν ναόν ποτε οὕτως εἰρῆσθαι ἔνναιον, διὰ τὸ ἐνναίειν ἐν αὐτῷ τοὺς θεούς. *Clinias vero dicit, templum quoque* ἔνναιον *ita aliquando dictum esse, quia in illo habitant dii*.

CLITAGORA.

Poetria fuit. Suidas: Κλειταγόρα, ποιήτρια Λακωνική· ἧς μνημονεύει Ἀριστοφάνης ἐν Δαναΐσι. *Clitagora, poetria Laconica; cujus meminit Aristophanes in Danaidibus*.

CLITARCHUS.

Laudat eum incerto Opere Athenæus *lib.* XI. Σιληνὸς δὲ, καὶ Κλείταρχος, τοὺς Αἰολεῖς φασὶν οὕτω καλεῖν τὸ ποτήριον. *Silenus autem, & Clitarchus, Æolenses ita appellare poculum, ajunt*. Arbitror respexisse eum libros, qui inscripti Γλῶσσαι. Idem nominat *lib.* VI. Καλοῦνται δ' οἱ δοῦλοι, ὡς μὲν Κλείταρχος φησὶν ἐν ταῖς Γλώσσαις, ἄζοι καὶ θεράποντες. *Appellantur autem servi, ut quidem Clitarchus in Glossis inquit, placentes & colentes*. Laudatque iterum *libb.* VII. XI. Proclus *ad Hesiodi* Ἔργων β'. Κλείταρχος δ' ἐν Γλώσσαις τὸν πολύποδα ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀνόστεον φησὶ καλεῖσθαι. *Clitarchus autem in Glossis polypodem ab Lacedæmoniis exossem inquit nominari*. Etymologici Auctor *in* Ἀνόστεος: Κλείταρχος δὲ ἐν Γλώσσαις, τὸν πολύπουν ὑπὸ Λακεδαιμονίων (φησὶν) ἴουλον καλεῖσθαι. *Clitarchus autem in Glossis, polypodem ab Lacedæmoniis (inquit)* ἴουλον *appellari*. Inde puto esse, quæ profert Schol. Theocriti *Idyll.* II. Θρόνα Θεσσαλοὶ μὲν, τὰ πεποικιλμένα ζῶα· Κύπριοι δὲ, τὰ ἀνθινὰ ἱμάτια· Αἰτωλοὶ δὲ, φάρμακα· ὥς φησι Κλείταρχος. Θρόνα *Thessali quidem, variegata animalia; Cyprii vero, floridas vestes; Ætoli vero, pharmaca. Ut inquit Clitarchus*. Atque hinc Γλωσσογράφος a quibusdam nuncupatur. Aspasius *in Aristotelis Ethic. lib.* IV. *cap.* VII. Κλείταρχος μὲν ὁ Γλωσσογράφος τὸ σεμνὸν ἀποδέδωκεν. *Clitarchus quidem Glossographus manifestum reddidit*. Harpocration *in* Ἐπιβλῆτας: Ὡς δέ φησι Κλείταρχος ὁ Γλωσσογράφος, ποία τις δοκός. *Ut vero Clitarchus inquit Glossographus, qualis trabs*. Et Λεξικογράφος, ab Etymologici Auctore *in* Γάργαρος: Οὕτως Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήματι θ'. Ἰλιάδος, παρατιθέμενος Κλείταρχον Αἰγινήτην Λεξικογράφον. *Ita Epaphroditus in commentario* IX. *Iliados, adjuncto Clitarcho Æginensi Lexicographo*. Item quæ Joannes Tzetzes *Chil.* VII, *cap.* ς.

Γράφων οὕτως ὁ Κλείταρχος Περὶ τῆς τενθρηδόνος,
Ἡ τίς ἐστι ζωΰφιον παρεμφερὲς μελίσσῃ,
Ὡς εἴπερ περὶ λέοντος ἔγραφε τοῦ Νεμέας.
Ita scribens Clitarchus De tenthredone,
Quæ est animalculum simile api,
Tanquam si de leone scripserit Nemeæ.

Et rursum *Chil.* X. *cap.* CCCLXXXVI.

Ἡ τενθρηδὼν ζωΰφιον παρόμοιον μελίσσῃ.
Γράφει δὲ ὁ Κλείταρχος περὶ τῆς τενθρηδόνος,
Τοῦτον τὴν ἑκατοστὴν εὑρήσεις ἱστορίαν.
Tenthredon animalculum simile api.
Scribit autem Clitarchus de tenthredone,
Illorum centesimam invenies historiam.

Istud quoque Hesychii *in* Μητέρα: Καὶ ὁ Κλῆρος ὑπὸ Σολέων, ὡς Κλείταρχος, *Et Sors ab Solensibus, ut Clitarchus*. Aliud etiam Opus fuit, Ἱστορίαι περὶ Ἀλέξανδρον. Schol. Apollonii *lib.* II. Καὶ Κλείταρχος ἐν ταῖς περὶ Ἀλέξανδρον Ἱστορίαις. *Et Clitarchus in Historiis Alexandri*. Athen. *lib.* IV. Περὶ ὧν Κλείταρχος ἐν πρώτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον Ἱστοριῶν. *De quibus Clitarchus in libro primo Historiarum Alexandri*. Et *lib.* XII. Κλείταρχος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον, γήρᾳ τελευτῆσαι φησὶ Σαρδανάπαλον. *Clitarchus autem in libro quarto Historiarum Alexandri, senio Sardanapalum mortuum esse tradit*. Denique *lib.* XIII. Τὰ ὅμοια δὲ εἴρηκε καὶ Κλείταρχος ἐν ταῖς περὶ Ἀλέξανδρον Ἱστορίαις. *Similia vero dixit Clitarchus quoque in Alexandri Historiis*. Hinc petita sunt, quæ ait alibi *eodem libro*: Ὁ δὲ μέγας Ἀλέξανδρος οὐ Θαΐδα εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ τὴν Ἀττικὴν ἑταίραν, περὶ ἧς φησὶ Κλείταρχος, ὡς αἰτίας τοῦ ἐμπρησθῆναι τὰ ἐν Περσεπόλει βασίλεια. *Magnus autem Alexander Thaidem Atticam meretricem, de qua Clitarchus refert, tanquam quæ esset causa incensæ Persepolis regiæ, secum non habuit*. Harpocration *in* Ὁμηρεύοντας; Ἐπὶ τῶν ἀναπεμφθέντων Λακεδαιμονίων ὁμήρων Ἀλεξάνδρῳ. Κλείταρχος δέ φησιν ἐν τῇ πέμπτῃ, εἶναι τοὺς δοθέντας παρὰ τῶν Λακεδαιμονίων ὁμήρους. *De remissis Lacedæmoniis obsidibus ab Alexandro. Clitarchus vero inquit in libro quinto, datos esse ab Lacedæmoniis obsides*. Schol. Aristophanis: *Avibus*: Τοῦτο ἐξ ἱστορίας εἴληφε, πᾶσι γὰρ Πέρσαις ἐξῆν τὴν τιάραν φορεῖν, ἀλλ' οὐκ ὀρθήν· ὡς Κλείταρχος ἐν τῇ δεκάτῃ. *Illud ex historia sumsit. Omnibus enim Persis tiaram gestare licitum erat, sed non erectam; ut Clitarchus in libro decimo*. Diog. Laert. in *Proœmio*: Τοὺς γοῦν Γυμνοσοφιστὰς καὶ θανάτου καταφρονεῖν φησὶ Κλείταρχος ἐν τῇ δωδεκάτῃ. *Gymnosophistas igitur mortem quoque contemnere Clitarchus in libro duodecimo inquit*. Clemens *Strom.* I. Ἀπὸ τούτου ἐπὶ Εὐαίνετον ἄρχοντα, ἐφ' οὗ φασὶν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι, ὡς μὲν Φανίας, ἔτη ἑπτακόσια δεκαπέντε· ὡς δὲ Ἔφορος, ἑπτακόσια τριακονταπέντε· ὡς δὲ Τίμαιος, καὶ Κλείταρχος, ὀκτακόσια εἴκοσι. *Ab hoc ad Euænetum archontem, cujus tempore Alexandrum dicunt in Asiam trajecisse, ut quidem Phanias, anni septingenti quindecim; ut vero Ephorus, septingenti triginta quinque; ut vero Timæus, & Clitarchus, octingenti viginti*. Neque aliud etiam Opus in animo habuit Plutarchus in *Themistocle*, & *Alexandro*.

CLITODEMUS.

Etymologici Auctor *in* ἐπὶ Παλλαδίῳ: Κλειτόδημος φησὶν, ὅτι Ἀγαμέμνονος σὺν τῷ Παλλαδίῳ προσενεχθέντος Ἀθήναζε, Δημοφῶντα ἁρπάσαι τὸ Παλλάδιον. *Clitodemus inquit, Agamemnone cum Palladio Athenas appulso, Demophoontem Palladium rapuisse*. Opus ejus respexit, Ἀτθὶς inscriptum. Laudat id diserte Hesychius *in* Βοῦς ἕβδομος: Ὅτι δὲ πέμμα ἐστὶ καὶ τῆς Σελήνης ἱερὸν, Κλειτόδημος ἐν Ἀτθίδι φησί. *Libum vero etiam Lunæ sacrum esse, Clitodemus in Atthide inquit*. Antiquissimus autem eorum omnium fuit, qui de rebus Atticis scripserunt. Pausanias auctor est in *Phocicis*: Κλειτόδημος δὲ ὁπόσοι τὰ Ἀθηναίων ἐπιχώρια ἔγραψαν ὁ ἀρχαιότατος, οὗτος ἐν τῷ λόγῳ φησὶ τῷ Ἀττικῷ. *Clitodemus autem omnium, qui Res Atticas scripserunt, antiquissimus fuit, hic in oratione Attica dicit*. Et mox iterum ejus meminit: Ἀθηναίοις μὲν δὴ καὶ ἄλλα σημεῖα μὴ ἐκπλεῦσαι σφᾶς ἀπαγορεύοντα εἰς Σικελίαν διηγήσατο ὁ Κλειτόδημος. *Atheniensibus quidem sane & alia signa eos deterrentia, quominus in Siciliam enavigarent, Clitodemus exposuit*. Ejus vero Operis pars fuisse videtur, Περὶ τῶν δήμων τῆς Ἀττικῆς. Observo alibi apud Hesychium: Προοικίαι, παρὰ Κλειτοδήμῳ ἐν Ἴσῳ τῷ δήμῳ. *Vestibula domorum, apud Clitodemum in æquali populo*. Sed corruptus iste locus, & restituendum existimo, Ἐν Οἴῳ τῷ δήμῳ, *In Oeo populo*.

CLITOMACHUS.

Atheneus *l.* IX. Κλειτόμαχος γοῦν ὁ Καρχηδόνιος, οὐδενὸς δεύτερος τῶν ἀπὸ τῆς νέας Ἀκαδημίας κατὰ τὴν θεωρίαν ὤν, Θηβαῖόν τινα ἀθλητὴν ὑπερβαλεῖν ἰσχύϊ φησὶ τοὺς καθ' ἑαυτόν. *Clitomachus igitur Carthaginiensis, nulli ex nova Academia rebus examinandis secundus, Thebanum quendam athletam superasse viribus suæ ætatis homines inquit.* Scripsisse eum libros supra CCCC. testatur Diogenes Laertius in *ejus Vita*, extremo *l.* IV. Ὁ δὲ εἰς τοσοῦτον ἤλασεν ἐπιμελείας, ὥστε ὑπὲρ τὰ τετρακόσια βιβλία συνέγραψε. *Ad tantum vero studii provectus est, ut super quadringentos libros conscripserit.* Ex his nullum temere laudari invenias, nisi Περὶ τῶν αἱρέσεων. Ejus meminit idem Diogenes in *Aristippo*, *lib.* II. Μελέαγρος δ' ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ δοξῶν, καὶ Κλειτόμαχος ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ τῶν αἱρέσεων, φασὶν αὐτοὺς ἄχρηστα ἡγεῖσθαι τό τε φυσικὸν μέρος καὶ τὸ διαλεκτικόν. *Meleager autem in libro secundo De opinionibus, & Clitomachus in libro primo De sectis, illos dicunt inutiles arbitratos esse & physicam & dialecticam. De sustinendis assensionibus,* libros IV. scripsisse testatur Cicero, *Acad. Quæst.* l. IV. *A Clitomacho sumam, qui usque ad senectutem cum Carneade fuit; homo & acutus, ut Pœnus, & valde studiosus ac diligens: & quatuor ejus libri sunt, DE SUSTINENDIS ASSENSIONIBUS.* Scripsitque id Opus ad C. Lucilium Poetam. Cicero mox *ibidem*: *Accipe, quemadmodum ea dicantur a Clitomacho, in eo libro, quem ad C. Lucilium scripsit, poetam.* Intelligere autem eum hoc Opus, satis patet ex sequentibus, ubi, cum quædam inde verba protulisset, statim addit: *Quæ cum exposuisset, adjungit, dupliciter dici, ASSENSUS SUSTINERE sapientem.* Scripsit quoque *Consolationem* ad captos cives suos. Idem Cicero repræsentat, *Tusc. Quæst.* l. III. *Legimus librum Clitomachi; quem ille, eversa Carthagine, misit CONSOLANDI causa ad captivos cives suos.* Citat quædam ejus, sed incerti Operis, Stobæus *Serm.* XCVI. CIII.

CLITONYMUS.

Ἰταλικά. Plutarchus in *Parallelis*: Λιμῷ διέφθειρε, καὶ ἄταφον ἔρριψεν. ὡς Κλειτώνυμος ἐν * Ἰταλικῶν. *Fame interfecit, & insepultum projecit: ut Clitonymus in libro * Italicarum Rerum.* Ejusdem Συβαριτικά laudat idem mox in iisdem *Parallelis*: Τῶν δὲ δένδρων σεισθέντων, οἱ κύνες ἐπιδραμόντες διέσπασαν. ὡς Κλειτώνυμος ἐν δευτέρῳ Συβαριτικῶν. *Arboribus vero concussis, canes accurrentes dilacerarunt: ut Clitonymus in libro secundo Rerum Sybariticarum.* Item Τραγικά commemorantur ab eodem lib. *de Flum.* Ἱστορεῖ Κλειτώνυμος ἐν τῷ γ'. τῶν Τραγικῶν, *Narrat Clitonymus in lib.* III. *Rerum Tragicarum.*

CLITOPHON.

Scholiastes Homeri *Iliad.* υ. Ἡ ἱστορία παρὰ Κλειτοφῶντι, *Historia apud Clitophontem.* Scripsit Κτίσεις. Plutarchus *de Flum.* Ἱστορεῖ Κλειτοφῶν ἐν ιγ'. Κτίσεων. *Narrat Clitophon in lib.* XIII. *Originum.* Sic Ἰνδικά citat idem postea in fine istius Operis: Καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν ὁ Ῥόδιος ἐν ι'. Ἰνδικῶν. *Sicut narrat Clitophon Rhodius in libro* X. *Rerum Indicarum.* Et Stobæus *Serm.* XCVIII. Qui etiam Ἰταλικά ejus laudat *Serm.* X. Γαλατικά commemorat Plutarchus in *Parallelis*: Ποιησάντων δὲ, ὑπὸ τῆς δαψιλείας τοῦ χρυσοῦ ζῶσα κατεχώσθη. καθάπερ ἱστορεῖ Κλειτοφῶν ἐν πρώτῳ Γαλατικῶν. *Illis autem facientibus, præ auri abundantia viva obruta est: sicut narrat Clitophon in libro primo Rerum Gallicarum.*

CLITUS.

Περὶ Μιλήτου. Athenæus *l.* XII. Κλεῖτος δὲ ὁ Ἀριστοτελικὸς ἐν τοῖς Περὶ Μιλήτου, Πολυκράτη φησὶ τὸν Σάμιον τύραννον ὑπὸ τρυφῆς τὰ πανταχόθεν συνάγειν. *Clitus autem Aristotelicus in libris De Mileto, Polycratem inquit Samium tyrannum ob luxuriam illa undiquaque collegisse.* Iterum *l.* XIV. Κλεῖτος ὁ Μιλήσιος, Ἀριστοτέλους δὲ μαθητὴς, ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Μιλήτου γράφει περὶ αὐτῶν οὕτως. *Clitus Milesius, Aristotelis autem discipulus, in libro primo De Mileto ita de illis scribit.* Non recte illic scribitur, Κλύτος.

CLODIUS.

Ἔλεγχος χρόνων. Plutarchus in principio *Numæ*: Ἀλλὰ καὶ Κλώδιός τις ἐν Ἐλέγχῳ χρόνων (οὕτω γάρ πως ἐπιγέγραπται τὸ βιβλίον) ἰσχυρίζεται τὰς μὲν ἀρχαίας ἐκείνας ἀναγραφὰς ἐν τοῖς Κελτικοῖς πάθεσι τῆς πόλεως ἠφανίσθαι. *Sed etiam aliquis Clodius in Indice temporum (ita enim liber inscriptus est) antiquos illos commentarios in Gallicis urbis calamitatibus periisse affirmat.* Laudat Clodii Neapolitani librum, Πρὸς τοὺς ἀπεχομένους τῶν σαρκῶν, Porphyrius Περὶ ἀποχῆς l. I. Καὶ Κλώδιός τις Νεαπολίτης Πρὸς τοὺς ἀπεχομένους τῶν σαρκῶν βιβλίον κατεβάλετο. *Et Clodius quidam Neapolitanus contra abstinentes carnibus librum edidit.* Citatque mox iterum, *eodem libro*: Τοιαῦτα μὲν καὶ τὰ παρὰ Κλωδίῳ, καὶ Ἡρακλείδῃ τῷ Ποντικῷ, Ἑρμάχῳ τε τῷ Ἐπικουρείῳ. *Talia quidem apud Clodium, & Heraclidem Ponticum, Hermachumque Epicureum.* Prænomen illi Sextus, scripsitque Græce, Περὶ θεῶν. Arnobius *l* V. *Faunam igitur Fatuam, Bona quæ dicitur Dea, transeamus; quam myrteis cæsam virgis, quod marito nesciente seriam meri ebiberit plenam, Sextus Clodius indicat sexto* De diis *Græco.* Hoc ipsum Opus respexit Lactantius *l.* I. *c.* XXII. ubi de eadem Bona dea agit: *Sextus Clodius in eo libro, quem Græce scripsit, refert Fauni hanc uxorem fuisse.*

CLONAS.

Ἐλεγεῖαι, & Ἔπη. Plutarchus lib. *de Musica*: Ὁμοίως δὲ Τερπάνδρῳ Κλονᾶν, τὸν πρῶτον συστησάμενον αὐλῳδικοὺς νόμους, καὶ τὰ προσόδια, Ἐλεγείων τε καὶ Ἐπῶν ποιητὴν γεγονέναι. *Similem vero Terpando Clonam, qui primus tibicinum nomos & accentus instituit, Elegiacum & Epicum poetam fuisse.* Et occurrit ejus mentio illic pluries.

CNOSSUS.

Γεωγραφικά. Scholiastes Apollonii *l.* IV. Λέων ἐν πρώτῳ τῶν Πρὸς τὴν μητέρα, καὶ Κνωσὸς ἐν πρώτῳ Γεωγραφικῶν τῆς Ἀσίας, πάντων ἀρχαιοτάτους Αἰγυπτίους φασί. *Leo in libro primo Ad matrem, & Cnossus in libro primo Rerum Geographicarum Asiæ, omnium antiquissimos Ægyptios inquiunt.*

COLOTES.

Scripsit ad Ptolemæum regem, Περὶ τοῦ ὅτι κατὰ τὰ τῶν ἄλλων φιλοσόφων δόγματα οὐδὲ ζῆν ἐστιν. Adversus id Opus scripsit Plutarchus librum singularem, qui hodie exstat; ex ejusque principio istud discimus. Ita enim habet: Κολώτης, ὃν Ἐπίκουρος εἰώθει Κολωτάραν ὑποκορίζεσθαι, καὶ Κολωτάριον, ὦ Σατορνῖνε, βιβλίον ἐξέδωκεν, ἐπιγράψας, Περὶ τοῦ ὅτι κατὰ τὰ τῶν ἄλλων φιλοσόφων δόγματα οὐδὲ ζῆν ἐστιν. ἐκεῖνο μὲν οὖν Πτολεμαίῳ βασιλεῖ προσπεφώνηται. *Colotes, quem Epicurus solet Colotaran per diminutivum compellare, & Colotarium, Saturnine, librum edidit, inscribens, Non posse vivere secundum aliorum philosophorum opiniones. Itaque hic quidem Ptolemæo regi dedicatus est.*

CONIADES. A

De vini apparatu scripsisse eum tradit Plinius *l.* XIV. *c.* XIX. *Verum & de apparatu Vini dixisse conveniat, cum Græci privatim ea præcepta condiderint, artemque fecerint, sicut Euphronius, & Aristomachus, & Coniades.*

CONON *Grammaticus.*

Ἡράκλεια. Schol. Apollonii *lib.* I. Κόνων δὲ ἐν τῇ Ἡρακλείᾳ φησὶν, ὅτι Αἰγαίων καταγωνισθεὶς ὑπὸ Ποσειδῶνος, κατεποντίσθη εἰς τὸ νυνὶ λεγόμενον ὑπὸ τ' Ἀπολλωνίε ἠρίον Αἰγαίωνος. *Conon vero in Heraclea inquit, Ægæonem ab Neptuno certamine victum, submersum esse in nunc dictum ab Apollonio monumentum Ægæonis.* Περὶ τ̃ Νησιάδος. Idem Scholiastes *ibidem:* Περὶ δὲ τ̃ κλήσεως τ̃ Αἰγαίε πελάγες (ὁ αὐτὸς Κόνων) ἐν μὲν τῷ γ΄ τῷ Περὶ τ̃ Νησιάδος φησὶν ἐν τέτοις. *De appellatione Ægæi maris (ipse Conon) in libro quidem tertio De Nesiade in his dicit.* Ejus Διηγήσεις, & earum Excerpta, habemus apud Photium in *Bibliotheca.* Alius ab hoc fuit, B

CONON *Samius, Mathematicus.*

Cujus meminerunt plurimi. Hyginus in *Poet. Astronom. Sunt aliæ septem stellæ ad caudam Leonis in triangulo collocatæ, quas crines Berenices esse Conon Samius mathematicus, & Callimachus dicit.* Propertius *l.* IV. *eleg.* I. C

Me creat Archytæ soboles, Babylonius Horos;
Horos, & a proavo ducta Conone domus.

Catullus *de Coma Berenices:*

Idem me ille Conon cælesti numine vidit,
E Bereniceo vertice cæsariem.

Quod Græce prius Callimachus dixerat:

Ἠδὲ Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν ἠέρι τ̃ Βερονίκης
Βόστρυχον, ὃν κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς.

Theon in *Comment. ad Aratum:* Κόνων δὲ ὁ μαθηματικὸς, Πτολεμαίῳ χαριζόμενος, Βερονίκης πλόκαμον ἐξ αὐτῆ κατηστέρισε. *Conon vero mathematicus, Ptolemæo gratum faciens, Beronices comam ex eo in stellarum numerum retulit.* Archimedes in *Præfatione* libri Περὶ ἑλίκων *ad Dositheum:* Τῶν ποτὶ Κόνωνα ἀποσταλέντων θεωρημάτων, ὑπὲρ ὧν ἀεὶ τὰς ἀποδείξιας ἐπιστέλλεις μοι γράψαι, &c. *Missarum ad Cononem contemplationum, ad quas semper demonstrationes me jubes scribere,* &c. Mox de Scriptis ejus subjungit, quæ designat potius, quam nominat: Ποῖα γὰρ τ̃ ἐν γεωμετρίᾳ θεωρημάτων ἐκ ἐμέθοδα ἐν ἀρχᾷ φανέντα χρόνῳ τὰν ἐξεργασίαν λαμβάνοντι; Κόνων μὲν ἐχ ἱκανὸν λαβὼν ἐς τὰν μάστευσιν αὐτῶν χρόνον μετήλλαξεν τ̃ βίον, καὶ ἄδηλα ἐποίησεν. καὶ ταῦτα πάντα εὑρὼν, καὶ ἄλλα πολλὰ ἐξευρὼν, καὶ ἐπὶ τὸ προάγαγε γεωμετρίαν. ἐπιστάμεθα γὰρ ὑπάρξασαν αὐτῷ σύνεσιν ἐ τὰν τυχοῖσαν περὶ τὸ μάθημα, καὶ φιλοπονίαν ὑπερβάλλεσαν. *Quales enim in geometria contemplationes in initio non commoda via procedere visæ tempore perfectionem accipiunt? Conon quidem non satis temporis ad illarum inquisitionem nactus vitam commutavit, & incertas reliquit. Et illa omnia quum invenisset, & alia multa excogitavisset, etiam ad id geometriam adduxit. Novimus enim perspicaciam ejus, quam habebat, non vulgarem circa disciplinam, & laboris excellentem amorem.* Meminitque ejus iterum *ad eundem Dositheum* in *Præfat.* lib. cui titulus, Τετραγωνισμὸς παραβολῆς. Pappus *Collect. Mathem.* l. IV. *Theorema de helica, seu linea spirali, in plano describenda, proposuit quidem Conon Samius Geometra: Archimedes vero admirabili quadam aggressione demonstravit.* Apollonius Pergæus *Comic.* lib. IV. *Ex his quod primo loco dictum est, Conon Samius ad Thrasideum scribens explicavit, non recte in demonstrationibus versatus.*

CORAX *Rhetor.*

Inter antiquissimos Artis Rhetoricæ Scriptores recensetur a Quintiliano *l.* III. *c* I. *Artium autem scriptores antiquissimi Corax & Tisias Siculi: quos insecutus est vir ejusdem insulæ, Gorgias Leontinus.* Suidas: Κόραξ, εἶδος ὀρνέε· καὶ ὁ ῥήτωρ, ὁ τ̃ ῥητορικῆς εὑρετής. *Corax, avis species; & rhetor, artis rhetoricæ inventor.* Scholiastes Hermogenis in *Prolegomenis:* Μετὰ θάνατον Γέλωνος καὶ Ἱέρωνος ἐφεῦρεν ὁ Κόραξ τὴν ῥητορικήν. *Post mortem Gelonis & Hieronis Corax artem rhetoricam invenit.*

CORINNA.

Incerto Opere laudatur ab Athenæo *l.* IV. Εἰ μὴ ἄρα καὶ ἡ Καρία Φοινίκη ἐκαλεῖτο, ὡς παρὰ Κορίννῃ καὶ Βακχυλίδῃ ἐστιν εὑρεῖν. *Nisi etiam Caria Phœnice appellabatur, ut apud Corinnam & Bacchyliden invenitur.* Et *l.* VII. Poemation commemorat, de quo tamen dubitaretur, an ipsius esset: Κόριννά τε, ἢ ὁ πεποιηκὼς τὸ εἰς αὐτὴν ἀναφερόμενον Ποιημάτιον. *Corinnaque, aut qui fecit Poematium, quod huic adscribitur.* Schol. Apollonii, *l.* III. Κόριννα δὲ τ̃ Ὤγυγον Βοιωτε υἱὸν εἶπεν. *Corinna autem Ogygum Bœoti filium dixit.* Hesychius: Τόνθων, παρὰ Κορίννῃ ἐπὶ νωτιαίε κρέως τὸ ὄνομα. *Tonthon, apud Corinnam de carne tergi nomen.* Statius in *Epicedio patris:*

—— tu pandere doctus
Carmina Battiadæ, latebrasque Lycophronis atri,
Sophroneque implicitum, tenuisque arcana Corinnæ.

Propertius *l.* II. *eleg.* III.

Et sua antiquæ componit scripta Corinnæ,
Carminaque Erinnes non putat æqua suis.

De Scriptis ejus Suidas: Ἔγραψε βιβλία πέντε, καὶ Ἐπιγράμματα, καὶ Νόμες λυρικές. *Scripsit libros quinque, & Epigrammata, & Cantilenas lyricas.* Scripsit inter cætera libros V. Ex his quintum citat Hephæstion: Ἐστι μέντοι καὶ ἐν ἔπει, ὡς παρὰ Κορίννῃ ἐν τῷ πέμπτῳ. *Est porro etiam in versu, ut apud Corinnam, in libro quinto.* Et Ἑτεροῖα laudat Antoninus Liberalis in lib. Μεταμορφ. Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιεμένων δ΄. καὶ Κόριννα Ἑτεροίων α΄. *Narrat Nicander in libro Mutatorum* IV. *& Corinna Diversorum* I. Ejus Ἄσματα nominat Pausanias in *Bœot.* Κορίννης δὲ, ἣ μόνη δὴ ἐν Τανάγρᾳ ἄσματα ἐποίησε, ταύτης ἐστὶ μνῆμα ἐν περιφανεῖ τ̃ πόλεως. *Corinna vero, quæ sola in Tanagra Cantilenas composuit, hujus & monumentum in conspicuo urbis loco.* Item speciatim, εἰς Ποίμανδρον: Ποίμανδρον δὲ γυναῖκά φασιν ἀγαγέσθαι Τανάγραν θυγατέρα Αἰόλε· Κορίννῃ δέ ἐστιν ἐς αὐτὴν πεποιημένα, Ἀσωπε παῖδα εἶναι. *Pœmandrum vero dicunt uxorem duxisse Tanagram Æolifiliam. Corinna vero in eam composuit tanquam Asopi filiam.* Sed Corinnæ tres fuerunt. Prima,

CORINNA *Thebana*, sive *Tanagræa*, I.

De ea Suidas: Κόριννα, λυρική. ἐνίκησε δὲ πεντάκις. Ἀχελοδώρε, καὶ Προκρατίας. Θηβαία, ἢ Ταναγραία. μαθήτρια Μύρτιδος. ἐπωνόμαστο δὲ Μυῖα λυρική. Ἐνίκησε δὲ πεντάκις, ὡς λόγος, Πίνδαρον. ἔγραψε βιβλία πέντε, καὶ Ἐπιγράμματα, καὶ Νόμες λυρικές. *Corinna, lyrica: vicit autem quinquies. Achelodori, & Procratiæ filia. Thebana, seu Tanagræa. Myrtidis discipula. Cognominabatur autem Musca lyrica. Vicit autem quinquies (ut ferunt) Pindarum. Scripsit libros quinque, & Epigrammata, & Cantilenas lyricas.* Altera,

CORINNA *Thespia*, sive *Corinthia*.

De ea idem Suidas: Κόριννα, Θεσπία, λυρική. οἱ δὲ, Κορινθίαν εἰρήκασι. (ἔγραψε) Νόμους λυρικούς. *Corinna, Thespia, lyrica. Alii vero Corinthiam dixerunt. (Scripsit) Cantilenas lyricas.* Tertia,

CORINNA *Thebana* II.

Suidas: Κόριννα, νεωτέρα, Θηβαία, λυρική· ἡ καὶ Μυῖα κληθεῖσα. *Corinna, junior, Thebana, lyrica; quæ etiam Musca appellata est.*

CORINNUS.

Schol. Nicandri *Theriacis*: Κόριννος δὲ εὐσεβέστατον αὐτὸν λέγει, *Corinnus autem maxime pium illum dicit*. Erat hic Iliensis, poeta. Ejusque Poemata, Ἰλιάς, & Περὶ τοῦ Δαρδάνου πρὸς Παφλαγόνας πολέμου. Suidas: Κόριννος, Ἰλιεύς, ἐποποιός, τῶν πρὸ Ὁμήρου, ὥς τισιν ἔδοξεν. καὶ πρῶτος γράψας τὴν Ἰλιάδα, ἔτι τῶν Τρωϊκῶν συνισταμένων· ἦν δὲ Παλαμήδους μαθητὴς, καὶ ἔγραψε τοῖς ὑπὸ Παλαμήδους εὑρεθεῖσι Δωρικοῖς γράμμασιν. ἔγραψε καὶ τὸν Δαρδάνου πρὸς Παφλαγόνας πόλεμον. ὥστε ἐκ τούτου λαβεῖν καὶ τῆς ποιήσεως πᾶσαν τὴν ὑπόθεσιν Ὅμηρον, καὶ ἐντάξαι τοῖς αὐτοῦ βιβλίοις. *Corinnus, Iliensis, epicus, ex iis qui ante Homerum, ut quibusdam visum est. Et primus Iliada scripsit, Troja adhuc stante. Erat autem Palamedis discipulus, & scripsit ab Palamede inventis Doricis litteris. Scripsit etiam Dardani adversus Paphlagones bellum: ut ex illo totam poeseos materiam sumserit Homerus, & suis libris inseruerit.*

CORNELIANUS.

Ex ejus *contra Beronicen* libro hoc fragmentum citat Stobæus *Serm.* IV. Ἀλλ᾽ ὅμως τὰ μεγάλα ταῦτα καὶ δεινὰ ὡμολόγει Κοίτη καθ᾽ αὑτῆς. τοῦτο γὰρ αὐτῶν καὶ μόνον τῇ προαιρέσει πρόσεστιν ἀγαθὸν, ὅπερ ἐστὶ μέγιστον τῶν κακῶν, ὅτι περὶ ὧν πράττουσι κακῶς, καὶ παρρησιάζονται. *Attamen magna illa & gravia fatebatur Cœte de se ipsa. Id enim illorum sententiæ & solum adest bonum, quod maximum est malorum, quod quæ male faciunt, de iis quoque libere pronuncient.*

CORNUTUS.

Suidas: Κορνοῦτος, Λεπτίτης, φιλόσοφος· ἡ δὲ Λεπτὶς, πόλις Λιβύης. γεγονὼς ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος, καὶ πρὸ αὐτοῦ, ἀναιρεθεὶς σὺν τῷ Μουσωνίῳ. ἔγραψε δὲ πολλὰ φιλόσοφά τε καὶ ῥητορικά. *Cornutus, Leptinensis, philosophus; Leptis autem, Libyæ urbs. Vixit Romæ tempore Neronis, & ante eum, occisus cum Musonio. Scripsit autem multa & philosophica & rhetorica.* Ecce, scripsisse eum ait multa φιλόσοφά τε καὶ ῥητορικά. Et laudantur ejus Ῥητορικαὶ τέχναι; item, Ἡ πρὸς Ἀθηνόδωρον γραφὴ, a Porphyrio *in Categorias*: Κορνοῦτός τε ἐν ταῖς Ῥητορικαῖς Τέχναις, ἐν τῇ πρὸς Ἀθηνόδωρον γραφῇ. *Cornutusque in Rhetoricis Artibus, in scripto ad Athenodorum.* Simplicius *in Categorias*: Καὶ Κορνοῦτος δὲ ἐν οἷς πρὸς Ἀθηνόδωρον καὶ Ἀριστοτέλην ἐπέγραψε. *Verum etiam Cornutus in libris ad Athenodorum & Aristotelem scripsit.* Citat eum e Philosophico aliquo Opere Stobæus in *Eclogis Physicis*. Ejus Ἑλληνικὴ Θεολογία exstat, laudaturque a Theodoreto *de Provid.* l. II. & Etymologici Auctore *in* Ζεύς.

COSMES.

Αἰγυπτιακά. Schol. Apollonii *l.* IV. Κόσμης δ᾽ ἐν πρώτῳ Αἰγυπτιακῶν, καὶ Λέων ἐν πρώτῳ τῶν Πρὸς τὴν μητέρα, καὶ Κνωσσὸς ἐν πρώτῳ Γεωγραφικῶν τῆς Ἀσίας, πάντων ἀρχαιοτάτους. *Cosmes autem in libro primo Rerum Ægyptiacarum, & Leon in libro primo Ad matrem, & Cnossus in libro primo Rerum Geographicarum Asiæ, omnium antiquissimos.*

CRANTOR.

Ejus Ὑπομνήματα commemorat Diogenes Laertius in *ejus Vita, l.* IV. Κατέλιπεν Ὑπομνήματα εἰς μυριάδας στίχων τρεῖς, *Commentaria reliquit ad versuum triginta millia.* Etiam Ποιήματα quidam ipsi tribuebant. Diogenes *loco citato*: Λέγεται δὲ καὶ Ποιήματα γράψαι, καὶ ἐν τῇ πατρίδι ἐπὶ τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερῷ σφραγισάμενος αὐτὰ θεῖναι. *Verum etiam Poemata scripsisse dicitur, & in patria Minervæ in sacrario obsignata illa posuisse.* In primis vero in existimatione fuit ejus Opus Περὶ πένθους. Diogenes *ibidem*: Θαυμάζεται δὲ αὐτοῦ μάλιστα τὸ βιβλίον Περὶ πένθους, *Admirabilis autem ejus potissimum est liber De luctu.* Primus quoque *in Platonem Commentaria* scripsit. Proclus *in Timæum, l.* I. Τὸν περὶ τῶν Ἀτλαντίδων σύμπαντα τοῦτον λόγον οἱ μὲν ἱστορίαν ψιλὴν εἶναί φασιν, ὥσπερ ὁ πρῶτος τοῦ Πλάτωνος ἐξηγητὴς Κράντωρ. *Totum de Atlantidis sermonem illum alii quidem historiam esse nudam dicunt, ut primus Platonis commentator Crantor.*

CRATERUS.

Scripsit, περὶ ψηφισμάτων. Harpocration *in* Ἀνδρῶι: Κρατερὸς ἐν τῷ ἐνάτῳ τῶν Ψηφισμάτων, τὸν γράψαντα τὸ ψήφισμα, τὸ περὶ τοῦ Ἀντιφῶντος τοῦ ῥήτορος. *Craterus in libro nono Decretorum, illum, qui scripsit decretum de Antiphonte rhetore.* Ad quem locum quæcunque doctissimo Maussaco notata, mihi omnia, antequam sua ille vulgasset, observata, vere affirmare possum; & nunc eo Lectorem remitto. Hoc tantum addam; citari etiam Craterum nostrum, sed non nominato Opere, ab Aristophanis Scholiaste *Avibus*, & Zenobio *Cent.* II. *Proverb.* XXVIII.

CRATES.

Citatur inter Rei Rusticæ Scriptores a Varrone, & Columella, *de R.R.* l. I. c. I. Sed de patria ejus incertum est; quandoquidem plures eo nomine exstiterunt, patria, aut professione, distincti. In his,

CRATES *Epigrammatarius*.

Ejus meminit Diogenes, *libro citato*, in Catalogo Cratetum: Ἔνατος (Κράτης) Ἐπιγραμμάτων ποιητής, *Nonus (Crates) Epigrammatum poeta*.

CRATES *Geometra*.

Hic scripsit Γεωμετρικά. Diogenes *ibidem*: Ὄγδοος (Κράτης) Γεωμετρικὰ γεγραφώς, *Octavus (Crates) Geometrica scripsit*.

CRATES *Mallotes, Grammaticus, & Philosophus*.

Suidas de eo: Κράτης, Τιμοκράτους, Μαλλώτης, φιλόσοφος Στωϊκός. ὃς ἐπεκλήθη Ὁμηρικὸς, καὶ Κριτικὸς, διὰ τὴν περὶ τοὺς γραμματικοὺς καὶ ποιητικοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπίστασιν. σύγχρονος Ἀριστάρχου τοῦ Γραμματικοῦ, ἐπὶ τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος. συνέταξε Διόρθωσιν Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας, ἐν βιβλίοις θ΄. καὶ ἄλλα. *Crates, Timocratis filius, Mallotes, philosophus Stoicus. Qui cognominatus est Homericus, & Criticus, propter scientiam ejus in grammaticis & poeticis studiis. Æqualis Aristarchi Grammatici, Ptolemæi Philometoris tempore. Composuit Emendationem Iliadis & Odysseæ, in lib.* IX. *& alia.* Nominat eum incerto Opere Plin. *l.* IV. *c.* XII. Scripta ejus, ut in citatis Suidæ verbis est videre, Διόρθωσις Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας, aliaque. Et Menand. Rhetor Κύκλια laudat, cap. Πῶς δεῖ ἀπὸ ἐπιτηδεύσεων τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν. Verba ejus corrupta leviter ita restituo, Εἰ μὲν τυραννεῖ-

νεμεσὴ, ὡς βασιλευομένην ἐπαινεῖν, ὡς ἐν τοῖς Κυκλίοις ὁ Κράτης πεποίηκεν. *Siquidem tyrannide oppressa est, tanquam regi subjectam laudare, ut in Cycliis Crates fecit*. Hodie editur, ἐν τοῖς Κοκλείοις. Citatur quoque Crates aliquis, patria pariter librisque incertis, Harpocrationi *in* προκώνια, Scholiastæ Euripidis *ad Phœnissas*, Solino *c.* XVII. Scholiastæ Homeri *ad Iliad.* λ. Pindari *ad Pyth. od.* III. & *Nem. od.* II. Clementi *Strom.* I. Hesychio *in* ἐνώπια, aliis.

CRATES *Musicus*.

Hic antiquissimus omnium, Olympi discipulus. Plutarchus *de Musica:* Ἄλλοι δὲ Κράτητος εἶναί φασι τὸν πολυκέφαλον νόμον, γενομένου μαθητοῦ Ὀλύμπου. *Alii vero multorum capitum nomum Cratetis esse dicunt, qui fuit discipulus Olympi*. Citat ejus Μουσικά, & insigne ex his Fragmentum, Julianus *Orat.* VII. pag. 397.

CRATES *Pergamenus*.

Laudat eum, non expresso Operis titulo, Plinius *l.* VII. *c.* II. *Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocat, serpentem ictus contactu levare solitos*.

CRATES *Peripateticus*.

Meminit ejus Diogenes in *Cratete Atheniensi*, *l.* IV. de Scriptis autem nihil constat.

CRATES *Tarsensis*, *Academicus*.

Meminit hujus quoque Diogenes *loco citato*. Neque de hujus item Scriptis quicquam nobis exploratum.

CRATES *Thebanus*, *Cynicus*.

Hujus Vitam describit Diogenes *l.* VI. Vide illic.

CRATES *Trallianus*, *Rhetor*.

Hujus quoque mentio est apud Diogenem in *Cratete Atheniensi*, *lib.* IV.

CRATEUAS.

Laudat eum sine ullo Operis nomine Plinius *lib.* XXV. *c.* VI. *Ipsi Mithridati Crateuas adscripsit unam, Mithridation vocatam*. Schol. Nicandri *ad Theriaca:* Δύο εἴδη εἰσὶ Χαμαιλέου. ὁ μὲν λευκός· ὁ δὲ μέλας. ὃν ποικίλον τινές φασι, διὰ τὸ μέλαν, ὡς Κρατεύας. *Duæ sunt chamæleontis species: albus quidem alius; alius vero niger; quem varium quidam dicunt, propter nigredinem; ut Crateuas*. Et *ad Alexipharmaca:* Καλεῖται δέ φησιν ὁ Κρατεύας ἡ βρυωνία ὑπὸ μέν τινων σταφύλιον. *Appellatur autem inquit Crateuas vitis alba ab aliquibus quidem* σταφύλιον. Schol. Theocriti *Idyllio* II. Κρατεύας φησὶ τὸ φυτὸν ἔχειν καρπὸν ὡς σικύου ἀγρίου. *Crateuas inquit plantam habere fructum ut cucumeris agrestis*. Galenus in *Præfatione Glossarum Hippocratis:* Ἅπερ ὁ Διοσκουρίδης οὐκ αἰδεῖται μεταγράφων ἐκ τοῦ Νίγρου τε καὶ Παμφίλου, καὶ Διοσκουρίδου τοῦ Αναζαρβέως, καὶ πρὸ τούτων Κρατεύα τε καὶ Θεοφράστου. *Quæ Dioscoridem non pudet describere & ex Nigri & Pamphili, & Dioscoridis Anazarbensis, & ante illos & Crateuæ & Theophrasti libris*. Scripsit autem Περὶ ὕλης. Observare est apud Galenum, Περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως, l. VI. Ταῦτά τε οὖν ἀναγνώσκειν χρὴ, τὸν ἔμπειρον γενέσθαι τῆς ὕλης βουλόμενον, ἔτι τε πρὸς τούτοις, τά θ' Ἡρακλείδου τοῦ Ταραντίνου, καὶ Κρατεύα, καὶ Μαντείου. *Illaque igitur legere oportet, materia peritum fieri volentem, & adhuc præterea, & Heraclidæ Tarentini, & Crateuæ, & Mantiæ libros*. Et Θηριακὰ laudat idem, Περὶ ἀντιδότων, l. I. Ὁποῖα τά θ' Ἡρακλείδου τοῦ Ταραντίνου Θηριακὰ, καὶ Κρατεύα, καὶ Διοσκορίδου. *Qualia & Heraclidæ Tarentini Theriaca, & Crateuæ, & Dioscoridis*. Invenio etiam Ῥιζοτομικὸν ejus, apud Scholiasten Nicandri *ad Theriaca:* Κρατεύας δὲ ἐν Ῥιζοτομικῷ προστίθησιν, ὅτι καὶ αἱ ὄϊες τοὺς ἄρνας μὴ στέργουσαι, ἐάν τις τρίψας κοτυληδόνα δῷ μεθ' ὕδατος, στέργουσι. *Crateuas autem in libro De arte radicum secandarum apponit, oves etiam, quæ agnos non diligunt, si quis contritum Veneris umblicum det cum aqua, diligere*. Atque hinc est, quod Ῥιζοτόμος dicitur Dioscoridi initio *l.* I. Κρατεύας δὲ ὁ Ῥιζοτόμος, καὶ Ἀνδρέας ὁ ἰατρὸς, *Crateuas autem Radicum sectionis peritus, & Andreas medicus*.

CRATINUS *Comicus*, *Major*.

Hujus Fabulæ plurimæ feruntur. Ἀρχίλοχοι. Athen. *l.* III. Τῶν δὲ πιννῶν μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχοις, *Pinnarum vero meminit Cratinus in Archilochis*. Et non multo post: Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις·

Πίννῃσι καὶ ὀστρέοισιν ὁμοίη. ——

Cratinus in Archilochis;

Pinnis & ostreis similis. ——

CRATINUS *Grammaticus*.

Nam talem fuisse omnino existimo, & diversum ab utroque Comico, cujus Ἐπιτομὴ τῶν Βασιλείδου περὶ τῆς Ὁμηρικῆς λέξεως. laudatur ab Etymologici Auctore *in* Ἀρίζηλος: Οὕτω Κρατῖνος ἐν τῇ Ἐπιτομῇ τῶν Βασιλείδου περὶ Ὁμηρικῆς λέξεως. *Sic Cratinus in Epitome librorum Basilidis de Homerico stylo*. Ejusdem esse censeo, quæ Θετταλῶν πολιτεία citatur ab Athen. *l.* XIV. Ἱστορεῖ δὲ καὶ περὶ τῆς πολυτελείας αὐτῶν (τῶν Θετταλῶν) καὶ Κρατῖνος ἐν τῇ Πολιτείᾳ αὐτῶν. *Verum narrat etiam de illorum (Thessalorum) magnificentia Cratinus quoque in Republ. eorum*. Et Ψηφίσματα, quorum meminit Athenæus *in* Ἀρκτεῦσαι: Τὰ δὲ συντείνοντα εἰς τὸ προκείμενον εἴρηται παρά τε ἄλλοις, καὶ Κρατίνῳ ἐν τοῖς Ψηφίσμασιν. *Contendentia autem ad propositam materiam dicta sunt & apud alios, & Cratinum in Decretis*. Ejusdem fuerint Διδασκαλίαι: Suidas: Ἀναρύττειν, ἀναντλεῖν. ἀπὸ τοῦ ἀρύεσθαι. Κρατῖνος Διδασκαλίαις. Ὅτε σὺ τοὺς καλοὺς θριάμβους ἀναρύττουσα ἀπηχθάνου. *Haurire, exhaurire: ab hauriendo. Cratinus Doctrinis. Quando tu pulchros triumphos exhauriens invisa eras*.

CRATIPPUS.

Videtur scripsisse Περὶ ἐνυπνίων. Cicero innuit *de Divin.* l. I. *Dicæarchus Peripateticus cætera divinationis genera sustulit, somniorum, & furoris, reliquit: Cratippusque, familiaris noster, quem ego parem summis Peripateticis judico, iisdem rebus fidem tribuit, reliqua divinationis genera rejecit*. Et alibi, eodem libro: *Itaque ex ipsis exemplis verarum vaticinationum, & somniorum Cratippus solet rationem concludere*. Tertullianus *de Anima*, c. XLVI. ubi de somniiss agit: *Quanti Commentatores & adfirmatores in hanc rem, Artemon, Antiphon, Strato, Philochorus, Epicharmus, Serapion, Cratippus, & Dionysius Rhodius*.

CREON.

Sctipsit,

Ῥητορικά.

Suidas, *in* Ἐγκεκορδυλημένος: Κρέων δὲ, ἐν τῷ α. τῶν Ῥητορικῶν, κορδύλην φησὶ καλεῖσθαι παρὰ Κυπρίοις τὸ πρὸς κεφαλῆς κορδύλημα. *Creon autem, in l.* I *Rhetoricorum,* κορδύλην *appellari inquit apud Cyprios capitis involucrum*. Iterum, *in* Νιδάελον: Ὡς Κρέων, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ῥητορικῶν, *Sicut Creon, in libro primo Rhetoricorum*. Vide rursum, *in* Φακιόλιον.

CREOPHYLUS.

Ejus Opus, Ἐφεσίων ὧροι, citatur ab Athenæo *l.* VIII. Κρεώφυλος ἐν τοῖς Ἐφεσίων ὥροις, οἱ τὴν Ἔφεσον, φησι, κτίζοντες, καὶ πολλὰ ταλαιπωρηθέντες ἀπορίᾳ τόπου, τὸ τελευταῖον πέμψαντες εἰς θεοῦ, ἠρώτων ὅπου τὸ πόλισμα θῶνται. *Creophylus in Ephesiorum finibus, Ephesi conditores, inquit, & multa misera passos ob inopiam loci, postremo ad deum misisse rogantes, ubi oppidum statuerent.*

CREPERIUS *Calpurnianus*.

Scripsit Περὶ πολέμου Παρθυαίων καὶ Ῥωμαίων. Lucianus *de Scrib. Hist.* Ἕτερος δὲ Θουκυδίδου ζηλωτὴς ἄκρος, οἷος εὖ μάλα τῷ ἀρχετύπῳ εἰκασμένος, καὶ τὴν ἀρχὴν, ὡς ἐκεῖνος, σὺν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι ἤρξατο, χαριεστάτην ἀρχῶν ἁπασῶν, καὶ θύμου τῆς Ἀττικῆς ἀποπνέουσαν. ὅρα γάρ. Κρεπέρειος Καλπουρνιανὸς Πομπηϊουπολίτης συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Παρθυαίων καὶ Ῥωμαίων. *Alter autem Thucydidis summus æmulus, utpote optime archetypo similis, etiam principium, sicut ille, cum nomine suo incepit, elegantissimum omnium principiorum, & Atticum thymum spirans. Vide enim. Creperius Calpurnianus Pompejopolitanus bellum Parthorum & Romanorum conscripsit.*

CREXUS.

Inter Poetas antiquissimos commemoratur a Plutarcho l. *de Musica*: Κρέξος δὲ, καὶ Τιμόθεος, καὶ Φιλόξενος, καὶ οἱ κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἡλικίαν γεγονότες ποιηταὶ, φορτικώτεροι καὶ φιλόκαινοι γεγόνασι. *Crexus autem, & Timotheus, & Philoxenus, & poetæ, qui circa illam ætatem fuerunt, intolerabiliores & novitatis studiosos se gesserunt.*

CRINIS.

Inter Philosophos, qui Περὶ ἀξιωμάτων scripserunt, recensetur a Diogene Laertio in *Zenone*, *l.* VII. Τῶν ἀξιωμάτων τὰ μέν ἐστιν ἁπλᾶ, τὰ δ᾽ οὐχ ἁπλᾶ, ὥς φασιν οἱ περὶ Χρύσιππον, ἢ Ἀρχέδημον, καὶ Ἀθηνόδωρον, καὶ Ἀντίπατρον, καὶ Κρῖνιν. *Axiomatum alia quidem sunt simplicia, alia vero non simplicia, ut Chrysippus inquit, aut Archedemus, & Athenodorus, & Antipater, & Crinis.*

CRISPINUS.

Hic Κατὰ Διονυσίου citasur a Stobæo *Serm.* XLV.

CRITOLAUS.

Citatur incerto Opere ab Etymologici Auctore *in* Ἦ δ᾽ ὅς: Ὡς Χάρης δὲ, καὶ Κριτόλαος ἀντὶ τοῦ ἔφασαν, καὶ ἀντὶ τοῦ ὦ φίλε, σημαίνει, φασί. *Sicut autem Chares, & Critolaus, pro verbo dixerunt, & pro illo o amice, significat, dicunt.* Et Festus in *Salios*: *At Critolaus (ait) Saonem, ex Samothrace cum Ænea deos penates qui Lavinium transtulerit, Saliare genus saltandi instituisse.* Scripsit Ἠπειρωτικὰ, quæ laudat Plutarchus in *Parallelis*: Ὁ δὲ βωμὸς μαντεύεται κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καθ᾽ ὃν ἐνικήθη Πύρρος, ὡς ἱστορεῖ Κριτόλαος τρίτῃ Ἠπειρωτικῶν. *Ara autem vaticinatur circa illud tempus, quo Pyrrhus est victus, ut narrat Critolaus in libro tertio Rerum Epiroticarum.* Item Φαινόμενα. Ea nominat *citato Opere* idem Plutarchus: Δείκνυται ἀστὴρ πρὸ τῶν ποδῶν τῆς παρθένου, ὡς Κριτόλαος ἐν τετάρτῃ Φαινομένων. *Stella apparet ante Virginis pedes, ut Critolaus in libro quarto Phænomenωv.* Scripsit etiam De Rhetorica, ut est observare ex istis Quintiliani verbis, *l.* II. *c.* XV. *Quidam eam (Rhetoricam) neque vim, neque scientiam putaverunt; sed Critolaus usum dicendi.* Ex istis ejusdem *libri c.* XVII. *Idem & De arte Rhetorica tres libros scripsit, & in eorum primo non artem solum eam fatetur, sed ei particulam civilitatis, sicut Dialecticis assignat. Multa Critolaus contra, multa Rhodius Athenodorus.*

CRITON.

Incertum, quia patria. Laudantur ejus Γετικά. Suidas: Κρίτων, ἔγραψεν ἐν τοῖς Γετικοῖς, *Criton, scripsit in Rebus Geticis.* Et *in* Ἄρτι: Ἔτι περαιουμένοις, καὶ ἀρτίως ἀποβαίνουσιν, ἐπιτίθεσθαι. Κρίτων ἐν Γετικοῖς. *Adhuc trajicientes, & modo abeuntes, aggredi. Criton in Rebus Geticis.* Rursum Δεισιδαιμονία: Καὶ Κρίτων ἐν τοῖς Γετικοῖς φησὶν, *Et Criton in Rebus Geticis inquit.* Corrigendus autem *in* Βοώτιαις, ubi perperam editur, Κρότων ἐν τοῖς Γετικοῖς, *Croton in Rebus Geticis.* Vide eundem rursum *in* Γέσσοι, Καθιστάμενος. Stephanus *in* Γετία: Καὶ κτητικῶς λέγεται Γετικὸς, ἀφ᾽ οὗ Κρίτωνος Γετικά. *Et possessive dicitur Geticus, a quo Critonis Res Geticæ.* Sic Critonis cujusdam Ὀψαρτυτικὰ commemorat Athenæus *l.* XII. Πρῶτοι δὲ Λυδοὶ καὶ τὴν καρύκην ἐξεῦρον, περὶ ἧς τῆς σκευασίας οἱ τὰ Ὀψαρτυτικὰ συνθέντες εἰρήκασιν, Γλαῦκός τε ὁ Λοκρὸς, καὶ Μίθαικος, καὶ Διονύσιος, Ἡρακλεῖδαί τε δύο γένος Συρακούσιοι, καὶ Ἆγις, καὶ Ἐπαίνετος, ἔτι τε Ἡγήσιππος, καὶ Ἐρασίστρατος, καὶ Εὐθύδημος, καὶ Κρίτων. *Primi autem Lydi carycam* condimentum *quoque excogitaverunt, de cujus præparatione, qui composuerunt De opsoniis condiendis, dixerunt, & Glaucus Locrensis, & Mithæcus, & Dionysius, Heraclidæque duo Syracusani genere, & Agis, & Epænetus, præterea & Hegesippus, & Erasistratus, & Euthydemus, & Criton.* Et Galenus alterius etiam Περὶ φαρμάκων citat, Operis Περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους *l.* II. Τὰ ὑπὸ Κρίτωνος γραφέντα ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ Περὶ φαρμάκων. *Quæ ab Critone scripta sunt in libro primo De pharmacis.* Inde est quod legitur Operis citati *l.* I. Περὶ τῶν ὑπὸ Κρίτωνος γεγραμμένων φαρμάκων πρὸς ἀχῶρας. *De illis ab Critone scriptis pharmacis contra capitis ulcera.* Et mox *l.* V. ejus Κοσμητικὰ allegat: Κρίτων μὲν ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Κοσμητικῶν οὕτως ἔγραψεν. *Criton quidem in libro tertio Ornandi modorum ita scripsit.* Et Critonis Comici Φιλοπαίγμων citatur ab Athen. *l.* IV. Κρίτων δ᾽ ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν Φιλοπαίγμονι, παρασίτους τοῦ θεοῦ καλεῖ τοὺς Δηλίους. *Criton autem comicus in Lusus-amante, parasitos dei Delios appellat.* Item Μεσσηνία a Polluce, *l.* X. *c.* VII. Ἐν δὲ τῇ Κρίτωνος Μεσσηνίᾳ, καὶ τῷ Ῥίνθωνος Τηλέφῳ, καὶ κράββατον εἰρῆσθαι λέγουσιν. *In Critonis autem Messenia, & Rhinthonis Telepho, etiam grabbatum dictum esse ajunt.* Sed plures hoc nomine fuerunt; & jam quatuor tibi allegavi, innominata omnes patria, quæ de aliis nobis constat. In his primus

CRITON *Naxius*.

Ejus fuit Ὀκταετηρὶς, quam Eudoxio aliqui tribuunt. Suidas: Κρίτων, Νάξιος, ἱστορικός. ἔγραψεν Ὀκταετηρίδα, ἣν Εὐδόξου φασί. *Criton, Naxius, historicus. Octennium scripsit, quod Eudoxii dicunt.*

CRITON *Pieriotes*.

Ejus Opera, Παλληνικὰ, Συρακουσῶν κτίσις, Συρακουσῶν περιήγησις, Περσικὰ, Σικελικὰ, Περὶ ἀρχῆς τῶν Μακεδόνων. Suidas tradit: Κρίτων Πιεριώτης. πόλις δὲ αὕτη Μακεδονίας ἐστὶν ἡ Πιερία. ἱστορικός. ἔγραψε Παλληνικὰ, Συρακουσῶν κτίσιν, Περσικὰ, Σικελικὰ, Συρακουσῶν περιήγησιν, καὶ Περὶ τῆς ἀρχῆς τῶν Μακεδόνων. *Criton Pieriotes. Urbs autem illa est Macedoniæ Pieria. Historicus: scripsit Pallenica, Syracusarum originem, Persica, Sicula, Syracusarum periegesin, & De imperio Macedonum.* Et fortassis huic quoque Γετικὰ tribui debent, de quibus paullo ante dixi.

CROBYLUS.

Hic Comicus fuit, citaturque ab Harpocratione *in* Ὅτι χιλίας: Κρώβυλος δὲ ὁ κωμικός φησι τοῦ Φιλιππίδου τὸν νόμον εἶναι τὸν περὶ τούτων κείμενον. *Crobylus autem comicus inquit a Philippide legem de illis latam esse*. Suidas *in* Ὀψοφαγία: Καὶ Κρώβυλος φησίν·

Ἐγὼ δὲ πρὸς τὰ θερμὰ ταῦθ' ὑπερβολῇ
Τοὺς δακτύλους δήπουθεν Ἰδαίους ἔχω.

Et Crobylus inquit;
Ego vero ad calida illa abundanter
Dactylos nimirum Idæos habeo.

Ejus Ἀπαγχόμενος citatur ab Athenæo *lib.* III. Καὶ Κρώβυλος ἐν Ἀπαγχομένῳ·

—— Καὶ σκάφιόν λαβών τινα
Τῶν ἐσχαριτῶν τῶν καθαρῶν.

Et Crobylus in Strangulato;
—— *& sumpta quadam pelvi*
Focalium purorum. ——

Iterum *l.* VI. Αὐτόσιτον δ' εἴρηκε Κρώβυλος ἐν Ἀπαγχομένῳ·

Παράσιτον αὐτόσιτον αὐτὸν γοῦν τρέφων,
Τὰ πλεῖστα συνερανιστὴς εἶ δεσπότῃ.

Αὐτόσιτον *autem dixit Crobylus in Strangulato;*
Parasitum mero pane illum igitur alens,
Potissimum collector es domino.

Ejusdem Ἀπολείπουσα nominatur apud eundem bis *lib.* X. Ψευδυποβολιμαῖος *libb.* III. VIII. IX.

CRONIUS.

Ejus Ὑπομνήματα laudantur a Porphyrio in *Vita Plotini*: Ἐν δὲ ταῖς συνουσίαις ἀνεγινώσκετο μὲν αὐτῷ τὰ Ὑπομνήματα, εἴτε Σεβήρου εἴη, εἴτε Κρονίου, ἢ Νουμηνίου. *In conviviis autem legebantur ab eo quidem Commentaria, sive Severi essent, sive Cronii, sive Numenii*. Scripsit etiam Περὶ παλιγγενεσίας. Nemesius περὶ φύσ. ἀ. θρ. c. II. Κρόνιος μὲν γὰρ ἐν τῷ Περὶ παλιγγενεσίας, οὕτω δὲ καλεῖ τὴν μετενσωμάτωσιν, λογικὰς πάσας βούλεται. *Nam Cronius quidem in libro De renovatione vitæ, ita vero corporis in aliud mutationem appellat, rationales cunctas vult.*

CROTON.

Hujus Κατακολυμβητὴς citatur a Diogene Laertio in *Heraclito*, *l.* IX. Σέλευκος μέντοι φησὶν ὁ γραμματικὸς, Κρότωνά τινα ἱστορεῖν ἐν τῷ Κατακολυμβητῇ, Κράτητά τινα πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα κομίσαι τὸ βιβλίον. *Seleucus tamen grammaticus inquit, Crotonem quendam narrare in Urinatore, Cratetem quendam primum in Græciam librum intulisse.*

CTESIAS.

Scripsit Περσικὰ lib. XXIII. Suidas: Κτησίας, συνέγραψε Περσικὰ ἐν βιβλίοις κ'. καὶ τρισί. *Ctesias, conscripsit Res Persicas in libris tribus & viginti.* Diod. Siculus *Bibliothecæ* l. II. Κτησίας δὲ ὁ Κνίδιος φησὶν ἐκ τῶν βασιλικῶν διφθερῶν, ἐν αἷς οἱ Πέρσαι τὰς παλαιὰς πράξεις κατά τινα νόμον εἶχον συντεταγμένας, πολυπραγμονῆσαι τὰ καθ' ἕκαστα, καὶ συνταξάμενον τὴν ἱστορίαν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξενεγκεῖν. *Ctesias autem Cnidius inquit ex regiis membranis, in quibus Persæ antiqua acta secundum legem quandam habebant composita, quum singula curiose inquisivisset, & composuisset historiam inter Græcos se divulgavisse.* Inchoabat autem a Nino & Semiramide, & desinebat in Olympiadis XCV. anno III. Idem Diodorus testatur *l.* XIV. in ejus anni rebus gestis: Κτησίας δ' ὁ συγγραφεὺς τὴν τῶν Περσικῶν ἱστορίαν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν κατέστρεφεν, ἀρξάμενος ἀπὸ Νίνου καὶ Σεμιράμεως. *Ctesias autem, qui Rerum Persicarum historiam conscripsit, in illo anno finivit, incipiens ab Nino & Semiramide*. Citant hoc Opus plures. Athenæus *lib.* IV. Ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς, ὥς φασι Κτησίας καὶ Δίνων ἐν τοῖς Περσικοῖς, ἐδείπνει μετὰ ἀνδρῶν μυρίων πεντακισχιλίων. *Persarum vero rex, ut inquiunt Ctesias & Dinon in Rebus Persicis, cœnabat cum quindecim virorum millibus*. Iterum *l.* XIV. Μνημονεύει τῆς ἑορτῆς καὶ Κτησίας ἐν δευτέρῳ Περσικῶν. *Meminit festi Ctesias quoque in libro secundo Rerum Persicarum.* Plutarchus *de Flum.* Καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας ἐν ά. Περσηίδος, *Sicut narrat Ctesias in l.* I. *Persidis*. Habes quoque apud Apollonium *Hist. Mirab.* XX. Stephanum *in* Δυρβαῖοι, & Χωραμναῖοι, aliosque. Ejus præclarissimi Operis Excerpta est videre apud Photium in *Bibliotheca*; edititque anno CIↃ. IↃ. LVII. typographorum facile princeps, Henricus Stephanus. Alterum hujus Auctoris fuit, Περὶ ὀρῶν. Plutarchus *de Flum.* in descriptione montis Teuthrantis: Καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας Κνίδιος ἐν δευτέρῳ Περὶ ὀρῶν, *Sicut narrat Ctesias Cnidius in libro secundo De montibus*. Et censeo emendandum esse Scholiasten Apollonii *l.* II. Ὄρος οὕτω καλούμενον, τὸ καθῆκον εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον. μέμνηται αὐτοῦ καὶ Κτησίας ἐν τῷ ά. Περὶ ὀρῶν. *Mons ita dictus, pertinens ad Pontum Euxinum. Ejus meminit Ctesias quoque in l.* I. *De montibus*. Hodie editur, ἐν τῷ ά. Περιόδων, *in l.* I. *Periodorum*. Simile Opus, Περὶ ποταμῶν. Plutarchus iterum, libro citato *de Flum.* Καὶ ἀπαλλάττουσιν αὐτοὺς τῆς μανίας, καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας ἐν ά. Περὶ ποταμῶν. *Et liberant illos ab insania, sicut narrat Ctesias in l.* I. *De fluminibus*. Et, Περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν φόρων. Athenæus *l.* X. Τὰ δ' αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Κτησίας ἐν τῷ Περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν φόρων. *Illa vero Ctesias quoque narrat in libro De Asiæ vectigalibus*. Sic Περίπλων insigne Opus laudatur a Stephano: Σίγυνος, πόλις Αἰγυπτίων, ὡς Κτησίας ἐν πρώτῳ Περίπλων. *Sigynus, urbs Ægyptiorum, ut Ctesias in libro primo Periplων*. Ejus pars quædam fuerit, quæ nominatur ab Harpocratione, Περίπλους Ἀσίας. Locus est *in* Σκιάποδες: Ἔθνος ἐστὶ Λιβυκόν· Κτησίας ἐν Περίπλῳ Ἀσίας φησὶν, *Gens est Libyca; Ctesias in Periplo Asiæ inquit*. Scripserat item Ἰνδικὰ, habemusque ex his Excerpta apud Photium in *Bibliotheca*, vulgata item ab Henrico Stephano una cum *Persicis*.

CTESIBIUS *Historicus*.

Commemoratur inter longævos a Phlegonte Περὶ θαυμ. καὶ μακρ. Κτησίβιος ὁ ἱστοριογράφος, ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα. Ἐν περιπάτῳ δὲ ἐτελεύτα, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς δεδήλωκεν. *Ctesibius historiographus, annos centum quatuor. Inter deambulandum vero obiit, ut Apollodorus in Chronicis manifestavit.* Lucianus in *Longævis*: Συγγραφέων δὲ Κτησίβιος μὲν, ἑκατὸν εἴκοσι τεσσάρων ἐτῶν. ἐν περιπάτῳ ἐτελεύτησεν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς ἱστορεῖ. *Scriptorum vero Ctesibius quidem, centum viginti quatuor annorum, inter deambulandum obiit, ut Apollodorus in Chronicis narrat*. Ubi obiter observa dissidium, & annos ei CIV. a Phlegonte, CXXIV. a Luciano tribui. Historiæ ejus hactenus incognitæ; neque temere alibi citari videas. Scripsit quoque Περὶ φιλοσοφίας. Plutarchus in *Demosthene*: Ὡς δὲ Κτησίβιος φησὶν ἐν τῷ Περὶ φιλοσοφίας, διὰ Καλλίου τοῦ Συρακουσίου πορίσας τοῦ Ζήθου τοῦ Ἀμφιπολίτου τοὺς λόγους, διὰ δὲ Χαρικλέους τοῦ Καρυστίου τοὺς Ἀλκιδάμαντος ἀνέλαβεν αὐτούς. *Ut vero Ctesibius inquit in libro De philosophia, per Calliam Syracusanum cum emisset Zethi Amphipolitæ orationes, per Chariclem vero Carystium Alcidamantis eas recepit.*

CTESIBIUS *Mathematicus*.

Hujus meminit Vitruvius *l.* I. *c.* I. *Quicunque Ctesibii aut Archimedis libros, & cæterorum, qui ejusmodi generis præcepta conscripserunt, leget, cum iis sentire non poterit*. Et Μηχανικὰ ejus laudat in *Præfatione* libro VII. *Non minus* DE MA-

A CHINATIONIBUS, *uti Cliades, Archytas, Archimedes, Ctesibius Nymphodorus*. Vide eundem iterum *l.* IX. *c.* IX. & Plinium *l.* VII. *c.* XXXVII. Hero *de Mach. Bell.* c. XXIII. *Quemadmodum Ascræus Ctesibius, Heronis Alexandrini magister, in suis Commentariis declaravit, per hujuscemodi machinam*. Athenæus in *Mechanicis*: Κτησίβιος δὲ ὁ Ἀσκρηνὸς, (scribo, ut est apud Heronem in *citatis* statim *verbis*, Ἀσκραῖος) ὁ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μηχανικὸς, ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν, κατεχώρισεν, ὥστε ἐπὶ τεῖχος ἄνευ κλίμακος ἀναβαίνειν, διὰ μηχανήματος τοιούτου. *Ctesibius vero Acrenus, in Alexandria mechanicus, in Commentariis, collocavit, ut in murum sine scala adscenderet, per machinam hanc*.

B

CTESICLES.

Scripsit Χρονικά. Athenæus *l.* VI. Κτησικλῆς δ' ἐν τρίτῃ Χρονικῶν, τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν φησὶν Ὀλυμπιάδι, Ἀθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικήν. *Ctesicles vero in libro tertio Chronicorum, Olympiade inquit centesima decima, Athenis inquisitionem ab Demetrio Phalareo factam Atticæ incolarum*. Iterum *l.* X. Ὑπὸ μέθης ἀπέθανεν Εὐμένης ὁ Περγαμηνὸς, ὁ Φιλεταίρου τοῦ Περγάμου βασιλεύσαντος ἀδελφιδοῦς, ὡς ἱστορεῖ C Κτησικλῆς ἐν τρίτῳ Χρονικῶν. *Præ ebrietate mortuus est Eumenes Pergamenus, Philetæri Pergami regnantis nepos, ut narrat Ctesicles in libro tertio Chronicorum*.

CTESIPHON.

Περὶ φυτῶν. Plutarchus *de Flum.* Καθὼς ἱστορεῖ Κτησιφῶν ἐν τρίτῳ Περὶ φυτῶν, *Sicut narrat Ctesiphon in libro tertio De plantis*. Item, Περὶ δένδρων. *Ibidem*: Καθὼς Κτησιφῶν ἐν πρώτῳ Περὶ δένδρων, *Sicut Ctesiphon in libro primo De arboribus*. Et mox: D Κτησιφῶν ἐν ιγ'. Περὶ δένδρων, *Ctesiphon in l.* XIII. *De arboribus*. Περσικά. *Ibidem*: Ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Βάκτρον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἀράξης μετωνομάσθη. καθὼς ἱστορεῖ Κτησιφῶν ἐν α'. Περσικῶν. *Seipsum conjecit in fluvium Bactrum, qui ab illo Araxes denominatus est: sicut narrat Ctesiphon in l.* I. *Rerum Persicarum*. Βοιωτιακά. Laudat idem Plutarchus in *Parallelis*: Ὁ δὲ πατὴρ βαρέως ἐνέγκας, στεφανώσας ἐτραχηλοκόπησεν. ὡς Κτησιφῶν ἱστορεῖ ἐν τρίτῳ Βοιωτιακῶν. *Pater autem graviter ferens, coronatum illum decollavit: ut Ctesiphon narrat in libro tertio Rerum Bœoticarum*. Περὶ τοῦ Ἀρτέμιδος ναοῦ, τοῦ ἐν Ἐφέσῳ. Vitruvius in *Præf. l.* VII. *Postea Silenus De* E *symmetriis Doricorum edidit volumen. De æde Junonis, quæ est Sami, Dorica, Theodorus; Ionica Ephesi, quæ est Dianæ, Ctesiphon, & Metagenes*.

CTESIPPUS.

Σκυθικά. Plutarchus *de Flum.* Γῦπες δὲ ἐπιφανέντες αἰφνιδίως ἀόρατοι, τὸ μὲν κείμενον διαρπάζουσιν. ὡς ἱστορεῖ Κτήσιππος ἐν δευτέρῳ Σκυθικῶν. *Vultures* A *autem advenientes repente ita ut non cernantur, appositum quidem dilacerant: ut narrat Ctesippus in libro secundo Rerum Scythicarum*.

CYDIAS *Mylasseus*.

Erotianus *in* Ἰκταρ: Οἱ δὲ περὶ Ἰσχόμαχον, καὶ Κυδίαν τὸν Μυλασσέα, ἔγραψαν Ἴκμαρ. αἴτιον δὲ τούτου ἡ τῆς λέξεως ἄγνοια. *Ischomachus autem, & Cydias Mylasseus, scripserunt* Ἴκμαρ: *cujus rei causa est vocis ignorantia*.

CYDIPPUS *Mantinensis*.

B Scripsit Περὶ εὑρημάτων. Clemens *Strom.* I. Σκάμων μὲν οὖν ὁ Μιτυληναῖος, καὶ Θεόφραστος ὁ Ἐρέσιος, Κύδιππός τε ὁ Μαντινεὺς, ἐν τοῖς Περὶ εὑρημάτων ταῦτα ἱστόρησαν. *Itaque Scamon quidem Mitylenæus, & Theophrastus Eressius, Cydippusque Mantinensis, in libris De inventionibus hæc narraverunt*.

CYNETHUS *Chius*.

Hujus traditur Ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα, Homero inscriptus Scholiastes Pindari *Nem.* ode II. Ἐπιφανεῖς C δὲ ἐγένοντο, οἱ περὶ Κύναιθον· οὕς φασι πολλὰ τῶν ἐπῶν ποιήσαντας, ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ὁμήρου ποίησιν. ἦν δὲ ὁ Κύναιθος, Χῖος· ὃς καὶ τῶν ἐπιγραφομένων Ὁμήρου ποιημάτων, τὸν εἰς Ἀπόλλωνα γεγραμμένον Ὕμνον λέγεται πεποιηκέναι. οὗτος οὖν ὁ Κύναιθος πρῶτος ἐν Συρακούσαις ἐρραψῴδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ἐνάτην Ὀλυμπιάδα, ὡς Ἱππόστρατός φησιν. *Illustris autem erat Cynæthus; quem dicunt multos versus a se compositos immiscuisse Homericis Poematibus. Erat autem Cynæthus, Chius; qui etiam inter Homeri Poemata Hymnum in Apollinem scriptum dicitur composuisse. Hic igitur Cynæthus primus Syracusis Homeri Carmina recitavit sexagesima nona Olym-* D *piade, ut Hippostratus inquit*. De eo ita etiam Anonymus in *Descript. Olymp.* ad Olympiadis LXIX. a Pindari Scholiaste commemoratæ annum I. Κύναιθος Χῖος πρῶτος Συρακούσαις ἐρραψῴδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη, ὡς Ἱππόστρατος φησί. *Cynæthus Chius primus Syracusis Homeri Carmina recitavit, ut Hippostratus inquit*.

CYPSELAS.

Citatur Opere incerto a Joanne Grammatico lib. *de Dialectis*: Διαφέρει δὲ ἡ τῶν Κρητῶν Διάλεκτος, ᾗ νῦν κέχρηται Κυψέλας, καὶ ἡ τῶν Λακώνων, ᾗ κέχρηται E Ἀλκμὰν, Σώφρων. *Differt autem Cretensium Dialectus, qua nunc usus est Cypselas, & illa Laconum, qua usus est Alcman, Sophron*. Et a Corintho in ejusdem tituli Opere, verbis pene iisdem: Διαφέρει δὲ ἡ τῶν Κρητῶν Διάλεκτος, ᾗπερ Κυψέλας ἐχρήσατο, καὶ ἡ Λακώνων, ᾗπερ Ἀλκμὰν καὶ Σώφρων. *Differt autem Cretensium Dialectus, qua Cypselas usus est, & illa Laconum, qua Alcman & Sophron*.

JOANNIS MEURSII BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

LIBER TERTIUS,

SIVE,

THALIA.

DADIS.



INTER Rei Rusticæ Scriptores numeratur a Varrone, similis Operis *lib.* I. *c.* I. *De reliquis quorum quæ fuerit patria non accepi, sunt Androtion, Æschrion, Aristomenes, Athenagoras, Crates, Dadis, Dionysius.* Et ex eo Columella, itidem *lib.* I. *c.* I. *Et alii tamen obscuriores, quorum patrias non accepimus, aliquod stipendium nostro studio contulerunt. Hi sunt Androtion, Æschrion, Aristomenes, Athenagoras, Crates, Dadis, Dionysius.*

DAIMACHUS *Platæensis.*

Scripsit Περὶ Ἰνδικῆς. Harpocration *in* Ἐγγυθήκη: Καὶ Δαΐμαχος ὁ Πλαταιεὺς ἐν δευτέρῳ Περὶ Ἰνδικῆς. *Et Daimachus Platæensis in libro secundo De India.* Athen. *lib.* IX. Δαΐμαχος δ' ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς ἱστορεῖ, περιστερὰς μηλίνας γίνεσθαι ἐν Ἰνδοῖς. *Daimachus autem in Rebus Indicis narrat columbas luteas in India esse.* Strabo *lib.* II. ut vanissimum redarguit: Ἅπαντες μὲν τοίνυν οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ψευδολόγοι γεγόνασι. καθ' ὑπερβολὴν δὲ Δαΐμαχος. *Itaque omnes quidem qui De India scripserunt vel maxime mendaces fuerunt. Supra modum vero Daimachus.* Occurrit illic sæpe ejus nomen, & semper Δηΐμαχος scribitur. Videndusque iterum *lib.* XV. Ejus Ὑπομνήματα πολιορκητικὰ commemorat Stephanus *in* Λακεδαίμων: Τὸ δὲ Λύδιον καὶ αὐτὸ εἰς ῥίνας, καὶ μαχαίρας, καὶ ξυρία, καὶ ξυστῆρας· ὥς φησι Δαΐμαχος ἐν Πολιορκητικοῖς Ὑπομνήμασι. *Lydium vero & ipsum in limas, & gladios, & novaculas, & scalpra; ut inquit Daimachus in Poliorceticis Commentariis.* Ex eo opere fuisse censeo, quæ Plutarch. profert extremo *Publicola*: Τῶν μέν τοι πολεμικῶν Σόλωνι μὲν οὐδὲ τὰ πρὸς Μεγαρεῖς Δαΐμαχος ὁ Πλαταιεὺς μεμαρτύρηκεν. *Rerum quidem bellicarum quæ contra Megarenses sunt gestæ, nullum Soloni Daimachus Platæensis testimonium præbuit.* Alius ab hoc fuit,

DAIMACHUS *Platonicus, Philosophus.*

Hujus meminit Diogenes Laertius in *Thalete*, *lib.* I. Δαΐμαχος δ' ὁ Πλατωνικὸς, καὶ Κλέαρχος, φιάλην ἀποσταλῆναι (φασιν) ὑπὸ Κροίσου Πιττακῷ. *Daimachus autem Platonicus, & Clearchus, phialam misisse (ajunt) Crœsum Pittaco.* Colligi potest ex eo loco, scripsisse eum Vitas Philosophorum; quod & Clearchus fecerat, qui cum illo citatur. Neque alium esse censeo, cujus Περὶ εὐσεβείας laudatur a Plutarcho in *Lysandro*: Τῷ δ' Ἀναξαγόρᾳ μαρτυρεῖ καὶ Δαΐμαχος ἐν τοῖς Περὶ εὐσεβείας. *Anaxagoræ autem testimonium dat Daimachus quoque in libris De pietate.* Non sunt confundendi hi duo, neque Πλαταϊκὸς pro Πλατωνικὸς rescribendum apud Diogeem. Meminit Daimachi etiam, incertum cujus Schol. Apollon. *lib.* I. Δαΐμαχος, καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς, οὐ τὴν περὶ Ἀχιλλέως διεσπαρμένην ἀφῆκαν ἡμῖν ἐπὶ χώρας δόξαν· ἀλλὰ τοὐναντίον οἱ μὲν ἐκ Θέτιδος αὐτὸν νομίζουσι γεγονέναι τῆς Χείρωνος· Δαΐμαχος δὲ, ἐκ Φιλομήλης τῆς Ἄκτορος. *Daimachus, & Dionysius Chalcidensis, opinionem de Achille dispersam non in loco reliquerunt nobis. Sed ex contrario alii quidem ex Thetide Chironis filia illum natum esse putant; Daimachus autem, ex Philomela Actoris filia.* Sed ego hæc e prioris aliquo Opere, cujus titulum ignoramus, esse arbitror.

DALION.

Ut Geographus nominatur a Plinio in Æthiopiæ descriptione, *lib.* VI. *c.* XXIX. *Primus Dalion, ultra Meroen longe subvectus.* Alius est, Herbariæ rei Scriptor, quem nominat idem *lib.* XX. *c.* XVII. *Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum apio.*

DAMAGETUS.

Exstant ejus Epigrammata quædam *Anthologi.* lib. I. tit. I. lib. III. titt. V. VI.

DAMAS.

Βίος Εὐδήμου. Simplic. *in Physic. lib.* VI. Μαρτυρεῖ καὶ Δάμας, ὁ τὸν Βίον Εὐδήμου γράψας. *Testatur etiam Damas, qui Eudemi Vitam scripsit.*

DAMASCENUS.

Incertum an Damascius, an Joannes, an Nicolaus, an quis alius. Ejus Σωσανὶς Drama commemoratur ab Eustathio *ad Dionysium*: Καθὰ καὶ ὁ γράψας τὸ Δρᾶμα τῆς Σωσανίδος, οἶμαι, ὁ Δαμασκηνὸς, ὡς ἐκ τῆς ἐπιγραφῆς φαίνεται. *Sicut etiam qui scripsit Fabulam Sosanidis, arbitror, Damascenus, ut ex titulo apparet.*

DAMASCIUS *Damascenus.*

De hujus Scriptis vide Photii *Bibliothecam*, numeris CXXX. CLXXXI. Citat eum Suid. *in* Ἀκέραιον, & Ἀμήχανον; quem vide etiam *in* Δαμάσκιος.

DAMASTES.

Laudat eum, Opere incerto, Valer. Maxim. *lib.* VIII. *c.* XIII. *Eique subscribit Damastes, hoc amplius affirmans; Litorium quendam ex his maximarum virium, staturæque præcipuæ, trecentesimum annum cumulasse.* Avienus in *Ora Maritima*:

Quin & Damastes, nobili natus Sige;
Rhodoque Bacoris ortus. ——

Et mox:

Sed ad columnas quicquid interfunditur
Undæ æstuantis, stadia septem vix ait
Damastes esse.

Scripsit, Περὶ τῶν ἐν Ἑλλάδι γινομένων, *De rebus in Græcia gestis.* Περὶ γονέων, καὶ προγόνων, τῶν εἰς Ἴλιον

στρατευσαμένων, *De parentibus, & majoribus, qui contra Ilium bellaverunt*: Ἐθνῶν κατάλογον, καὶ πόλεων, *Gentium catalogum, & urbium*. Περὶ ποιητῶν, καὶ σοφιστῶν, *De poetis, & sophistis*. Et alia plura. Vide Suidam. Quod attinet ad libros Περὶ γονέων, καὶ προγόνων, τῶν εἰς Ἴλιον στρατευσαμένων, laudat id iterum *in* Πῶλος; ubi dicit, Poli Agrigentini fuisse: Ἔγραψε γενεαλογίαν τῶν ἐπὶ Ἴλιον στρατευσάντων Ἑλλήνων, καὶ Βαρβάρων· καὶ πῶς ἕκαστος ἀπήλλαξε. τινὲς δὲ αὐτὸ Δαμάστου ἐπιγράφουσι. *Scripsit genealogiam illorum, quæ contra Ilium bellaverunt, Græcorum, & Barbarorum; & quomodo quisque interiit. Quidam vero illud Damastæ adscribunt*. Ita enim ibi legendum: non τινὲς δὲ Αὐτοδαμάστου ἐπιγράφουσι: quod video facere per errorem viros doctos, dum non animadvertunt mendum. Opus Περὶ ἐθνῶν commemoratur apud Stephanum *in* Ὑπερβόρεοι: Δαμάστης δ' ἐν τῷ Περὶ ἐθνῶν· Ἄνω Σκυθῶν Ἰσσηδόνας οἰκεῖν, τούτων δ' ἀνωτέρω Ἀριμασπούς. *Damastes autem in libro De gentibus; Supra Scythas Issedonas habitare, superius quam illi Arimaspos*. Atque hoc Opus esse puto, unde multa in libros Νομίμων Βαρβαρικῶν transtulisse Hellanicum tradit Porphyrius in Fragmento libri primi Περὶ τῆς φιλολογίας ἀκροάσεως, apud Euseb. *de Præp. Euang.* lib. x. Τὰ Βαρβαρικὰ Νόμιμα Ἑλλανίκου ἐκ τῶν Ἡροδότου καὶ Δαμάστου (ita scribo, non Δαμάσου) συνῆκται. *Barbaræ leges Hellanici ex Herodoti & Damastæ libris collectæ sunt*. Citat etiam Plin. *lib.* VIII. *cap.* XLVIII.

DAMION.

Plin. *lib.* XX. *c.* IX. *Vulneribus quoque mire prosunt per se, aut, ut Damion, ex mulso, si quinto die solvantur*. Iterum *lib.* XXIV. *cap.* XIX. *Damion fœni græci semen acetabuli dimidia mensura, cum sapæ & aquæ novem cyathis, ad menses ciendos dedit potu*.

DAMIS.

Ejus Opus, Ἀποδημίαι Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως. Philostratus *de Vita Apollonii*, lib. I. c. III. Ἐγένετο Δάμις ἀνὴρ οὐκ ἄσοφος, τὴν ἀρχαίαν ποτὲ οἰκῶν Νῖνον. οὗτος τῷ Ἀπολλωνίῳ προσφιλοσοφήσας, Ἀποδημίας τε αὐτοῦ ἀναγέγραφεν, ὧν κοινωνῆσαι καὶ αὐτός φησι, καὶ γνώμας, καὶ λόγους, καὶ ὁπόσα εἰς πρόγνωσιν εἶπε. *Erat Damis vir non indoctus, antiquam Ninum aliquando inhabitans. Hic philosophatus est cum Apollonio, ejusque Peregrinationes conscripsit, in quibus se comitem fuisse dicit, & sententias, & sermones, & quæcunque ad præcognitionem pertinent, dixit*. Quæ totidem verbis hinc descripta, dissimulato Auctoris nomine, apud Suidam leguntur *in* Δάμις. Laudat eum Eusebius *contra Hieroclem*: Εἴτε τὶς Δάμις Ἀσσύριος, εἴτε Φιλόστρατος, εἴτε τις ξυγγραφεὺς, ἢ λογογράφος. *Sive Damis quidam Assyrius, sive Philostratus, sive scriptor aliquis, aut historicus*.

DAMOCRATES.

Hujus Πυθικὸν citat Galenus Περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους, *lib.* V. Ὁ Δαμοκράτης ἐπέγραψε Πυθικὸν, ἀπὸ τοῦ δόντος αὐτῷ τὰς τῶν στοματικῶν φαρμάκων συνθέσεις, ὀνομάσας οὕτω. *Damocrates Pythicum inscripsit, ab illo, qui dedit ei compositiones medicamentorum ad os pertinentium, ita appellans*. Item Φιλίατρος ejusdem Operis *lib.* VII. Ἐσκευάσθη δὲ τὸ φάρμακον τοῦτο, Δαμοκράτης φησὶν, ὑπὸ Θεμίσωνος πρώτου, γράφων οὕτως ἐν τῷ βιβλίῳ τῷ ἐπιγραφομένῳ, Δαμοκράτους Φιλίατρος. *Paratum vero est hoc medicamentum, Damocrates inquit, ab Themisone primo, ita scribens in libro inscripto, Damocrati Medicinæ studiosus*. Et Κλινικὸς ab eodem Galeno, ejusdem Operis, *lib.* X. Ἐπιγράφεται βιβλίον, Δαμοκράτους Κλινικὸς, *Inscribitur libellus, Damocratis Clinicus*

DAMON.

Scripsit Περὶ Βυζαντίου. Athen. *lib.* X. Καὶ μόλις ποτὲ ἐπαύσαντο λειποτακτοῦντες, ὥς φησι Δάμων ἐν τῷ Περὶ Βυζαντίου. *Et vix cessaverant ordines deserere, ut inquit Damon in libro De Byzantio*. Nescio an fuerit.

DAMON *Cyrenæus*.

Cujus Περὶ τῶν φιλοσόφων laudat Diogenes Laert. in *Thalete*, *lib.* I. Δάμων ὁ Κυρηναῖος, γεγραφὼς Περὶ τῶν φιλοσόφων, πᾶσιν ἐγκαλεῖ, μάλιστα δὲ τοῖς ἑπτά. *Damon Cyrenæus, qui De philosophis scripsit, omnes accusat, potissimum vero vero illos septem*. Apud Scholiast. Aristoph. *Pluto* citatur Damon Opere Περὶ παροιμιῶν; sed Demon illi Auctori nomen fuisse, itaque ibi rescribendum, ostendam infra, ubi de illo sum dicturus.

DAMOPHILUS.

Stephanus *in* Ψιττακή: Πόλις παρὰ τῷ Τίγρηδι, ἐν ᾗ τὸ φυτὸν τῶν ψιττακίων, ὡς Δαμόφιλος. *Urbs apud Tigrim, in qua planta pistaciorum, ut Damophilus*. Scripta ejus, Φιλόβιβλος πρῶτος, Περὶ τῶν ἀξιοκτήτων βιβλίων, πρὸς Λόλλιον Μάξιμον, Περὶ βίων ἀρχαίων, & alia plura. Suidas docet: Δαμόφιλος, φιλόσοφος σοφιστὴς, ὃν ἀνεθρέψατο Ἰουλιανὸς, ὁ ἐπὶ Μάρκου τοῦ βασιλέως ὕπατος. γράψας πάμπολλα, ἐξ ὧν ταῦτά μοι εὕρηται ἐπὶ τῶν ἀξιοκτήτων βιβλίων θήκαις, Φιλόβιβλος πρῶτος, Περὶ τῶν ἀξιοκτήτων βιβλίων, πρὸς Λόλλιον Μάξιμον, Περὶ βίων ἀρχαίων, καὶ ἕτερα πάμπολλα. *Damophilus, philosophus sophista, quem nutrivit Julianus, sub Marco Imperatore consul. Scripsit multa, ex quibus hæc a me in bibliothecis inventa sunt. Librorum-studiosus primus, De libris possessione dignis, ad Lollium Maximum, De vitis antiquorum, & alia plurima*.

DAMOSTRATUS.

Scripsit Ἁλιευτικὰ, libris XX. Περὶ τῆς ἐνύδρου μαντικῆς, & miscella alia multa. Suid. Δαμόστρατος, ἱστορικὸς, Ἁλιευτικὰ ἐν βιβλίοις εἴκοσι, καὶ, Περὶ τῆς ἐνύδρου μαντικῆς, καὶ ἕτερα σύμμικτα, ἐχόμενα ἱστορίας. *Damostratus, historicus, Piscatoria in libris viginti, & De arte vaticinandi aquatica, & alia miscellanea, historias continentia*. Citat quoque Ἁλιευτικὰ ejus Photius, 176.

DARDANUS.

Citatur in *Dinameris*, nisi corrupta Operis inscriptio, quod existimo, apud Fulgentium *de Cont. Virg. Nec illa, quæ aut Dardanus in Dinameris, aut Battiades in Paredris, aut Campester in Catabolicis, infernalibusque, cecinerunt*.

DECTADAS.

Laudatur ignoto Opere a Parthenio *Erotic.* XIII. Περὶ Ἁρπαλύκης ἱστορεῖ Εὐφορίων Θρακὶ, καὶ Δεκτάδας. *De Harpalyce narrat Euphorion in Thrace, & Dectadas*.

DECTION

Ejus fuit Ὑπόμνημα Λυκόφρονος. Etymologici Auctor *in* ἤπιος: Δεκτίων ἐν Ὑπομνήματι Λυκόφρονος, *Dection in Commentario Lycophronis*.

DEICHORUS *Cyzicenus*.

Stephanus citat Opere incerto, *in* Λάμψακος: Ἔστι δὲ Φωκαέων κτίσμα, πάλαι Πιτύουσα λεγομένη, ὡς

Δηΐχορος ὁ Κυζικηνός. *Est autem ab Phocæensibus condita, antiquitus Pityuſa dicta, ut Deichorus Cyzicenus.*

DEILOCHUS.

Citatur pluries Opere non laudato apud Scholiaſten Apollonii *lib.* I. Et corrigi debet ejus nomen initio iſtius *Commentarii:* Ἄλλοι φασὶ καὶ Θέστορα συμπλεῦσαι τοῖς Ἀργοναύταις. Δηΐλοχος δὲ καὶ Ἀμφιάραον. *Alii dicunt Theſtorem quoque navigaviſſe cum Argonautis. Deilochus autem Amphiaraum quoque.* Hodie mendoſe editur, Δηΐοχος δὲ καὶ Α΄. Scripſit autem Περὶ Κυζίκου. Laudat idem Scholiaſtes *Commentario* II. Δηΐλοχος δὲ ἐν πρώτῳ Περὶ Κυζίκου, καταπυκτευθῆναι φησὶν αὐτὸν ὑπὸ Πολυδεύκους. *Deilochus autem in libro primo De Cyzico, illum pugilatu victum eſſe inquit ab Polluce.* Emendandum etiam cenſeo Dionyſium Halicarn. Περὶ τῶν Θουκυδ. ἰδιωμάτων: Ἀρχαῖοι μὲν οὖν συγγραφεῖς πολλοὶ, καὶ κατὰ πολλοὺς τόπους ἐγένοντο, πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου. ἐν οἷς ἐστιν Εὐγέων τε ὁ Σάμιος, καὶ Δηΐλοχος ὁ Προικοννήσιος, καὶ Εὔδημος ὁ Πάριος. *Itaque antiqui quidem ſcriptores multi, & multis in locis fuerunt, ante Peloponneſiacum bellum. In quibus eſt Eugeon Samius, & Deilochus Proconneſius, & Eudemus Parius.* Hodie editur, καὶ Δηΐοχος ὁ Π.

DEIOCHUS *Proconneſius.*

Vide de eo in DEILOCHUS.

DEMAGETUS.

Ignoratur titulus Operis. Citat eum Schol. Apollonii *Comment.* I. Δημάγητος * δὲ (λέγει) ὅτι ἐκέλευσεν ὁ Πελίας τὴν Ἀργὼ ἀραιοῖς γόμφοις παγῆναι, ἵνα ταχέως ἀπολέσῃ αὐτούς. *Demagetus autem (inquit) juſſiſſe Peliam Argo raris clavis compingi, ut cito perderet illos.* Stephanus *in* ἀκτή: Ἔστι καὶ ἑτέρα Ἀκαρνανίας, ἧς μέμνηται Δημάγητος *, *Eſt & alia Acarnaniæ, cujus meminit Demagetus.*

DEMAGORAS.

Incerto Opere laudat Schol. Euripid. initio *Phœniſſarum:* Δημαγόρας δὲ (λέγει) ἀπὸ Λιβύης ἐλθοῦσαν τὴν Ἠλέκτραν οἰκῆσαι τὴν Σαμοθράκην. *Demagoras vero (dicit) ab Libya veniſſe Electram, & Samothracen habitaſſe.* Suidas *in* Ἀλκυονίδες ἡμέραι: Δημαγόρας δὲ ὁ Σάμιος ἑπτὰ, καὶ Φιλόχορος ἐννέα. *Demagoras vero Samius ſeptem, & Philocorus novem.*

DEMARATUS.

Citatur Opere non nominato apud Schol. Apollonii, *lib.* I. Ἴφικλος υἱὸς ἦν Φυλάκου καὶ Κλυμένης τῆς Μινύου. τοῦτον Ἡσίοδος ἐπὶ πυρίνων ἀθέρων τρέχειν φησί. Δημάρατος δὲ, ἐπὶ τῆς θαλάσσης. *Iphiclus erat filius Phylaci & Clymenes Minyi filiæ. Hunc Heſiodus ſuper triticeas ariſtas currere inquit. Demaratus autem, ſuper mare.* Iterum alibi eodem *Commentario:* Διονύσιος δὲ ὁ Μιτυληναῖος συμπεπλευκέναι φησὶ τὸν ἥρωα τοῖς ἀριστεῦσιν ἕως Κόλχων, καὶ τοῖς περὶ Μήδειαν συμπεπραχέναι τῷ Ἰάσωνι. ὁμοίως καὶ Δημάρατος. *Dionyſius vero Mitylenæus navigaſſe inquit heroem cum principibus uſque ad Colchos, & Medeam Jaſoni opitulatam eſſe. Similiter etiam Demaratus.* Apollodor. *lib.* I. Δημάρατος δὲ αὐτὸν εἰς Κόλχους πεπλευκότα παρέδωκε. *Demaratus autem illum ad Colchos navigaviſſe tradidit.* Nominat Περὶ ποταμῶν Plutarch. *de Flum.* Καθὼς ἱστορεῖ Δημάρατος ἐν τρίτῳ Περὶ ποταμῶν, *Sicut narrat Demaratus in libro tertio De fluminibus.* Ibidem laudatur Περὶ Φρυγίας. Verba iſta ſunt: Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Δημάρατος ἐν τετάρτῳ Φρυγίας. *Illorum vero meminit accuratius Demaratus in libro quarto Phrygiæ.* Idem quoque Ἀρκαδικῶν lib. IV. commemorat in *minoribus Parallelis:* Φόνου δὲ ἀγόμενος ὑπὸ τῆς μητρὸς ἀπελύθη τῶν ἐγκλημάτων, ὡς Δημάρατος ἐν δευτέρῳ Ἀρκαδικῶν. *Cædis autem accuſatus, a matre abſolutus fuit criminibus, ut Demaratus in libro ſecundo Rerum Arcadicarum.* Exſtat hujus Operis egregium fragmentum apud Stob. *Ecloga* XXXVIII. Clementi laudantur Τραγῳδούμενα in *Propt.* Ὡς Δημάρατος ἐν πρώτῃ Τραγῳδουμένων, *Sicut Demaratus in libro primo Tragicorum.* Laudat quoque librum tertium Stobæus *Ecloga citata.*

DEMARCHUS.

Inter Medicos veteres commemoratur Cælio Aureliano *Chron.* lib. I. c. IV. *Multi quoque vetuſtiores, iſtam curationem ordinantes, variis erroribus conciderunt, quos memorare ſuperfluum eſt; quippe cum eorum vires proditione temporis exſpiraſſe videantur: ex quibus eſt Menecrates Zeophlotenſis, item Tryphon, Philotimus, Chryſippus, Demarchus.* Citatur etiam ἐν τῷ περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων, apud Schol. Ariſtoph. *Avibus* ſed corrupte ibi Δήμαρχος edi, pro Δικαίαρχος, infra moneo, ubi de Dicæarcho agro.

DEMARETES.

Ei Τρίφυλλον a nonnullis aſſignatum. Athen. *lib.* XV. Καὶ γὰρ εἰς Δημαρέτην ἀναφέρεται τὸ Ποιημάτιον, ὃ ἐπιγράφεται Τρίφυλλον. *At enim Demaretæ attribuitur Poematium, quod Trifolium inſcribitur.*

DEMETRIUS.

Ejus Παμφυλιακὰ citat Scholiaſtes Lycophronis, Iſaacius Tzetzes: Ἡ δὲ Μέγαρσος, † τοῦ τὰ Παμφυλιακὰ γράψαντα, θυγάτηρ Παμφύλου, ἀφ' ἧς ἡ πόλις Μέγαρσος ἐκλήθη. *Megarſus autem, juxta Demetrium qui Pamphyliaca ſcripſit, Pamphyli filia, a qua urbs Megarſus appellata eſt.* Clemens *Protreptico* Ἀργολικὰ commemorat: Δημήτριος γὰρ ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀργολικῶν τοῦ ἐν Τίρυνθι τῆς Ἥρας ξοάνου, καὶ τὴν ὕλην ὄγχνην, καὶ τὸν ποιητὴν Ἄργον ἀναγράφει. *Demetrius enim in libro ſecundo Rerum Argolicarum ſimulacri Junonis in urbe Tirynthe, & materiam pirum, & artificem Argum recenſet.* Idem Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων citat, *Strom.* I. Δημήτριος δέ φησιν ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων, τὴν Ἰούδα φυλὴν, καὶ Βενιαμεὶν, καὶ Λευὶ, μὴ αἰχμαλωτισθῆναι ὑπὸ τοῦ Σεναχηρείμ. *Demetrius autem inquit in libro De regibus, qui in Judæa fuerunt, Tribum Juda, & Benjamin, & Levi ab Senacherim non eſſe in captivitatem abductas.* Laudat Περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον Athen. *lib.* XV. Δημήτριος δ' ἐν τῷ Περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον, Ἄβυλον πόλιν τὰς ἀκάνθας ταύτας εἶναι φησί. *Demetrius autem in libro De rebus in Ægypto, circa Abylum urbem ſpinas illas eſſe inquit.* Sed non unius ego hæc omnia fuiſſe cenſeo; quippe plures iſto nomine recenſentur. In his,

DEMETRIUS *Adramyttenus, Ixion.*

Qui cur hoc cognomen acceperit, tradit Diog. Laert. in *Demetrio Phalereo, lib.* V. Ἔνατος (Δημήτριος) Ἀδραμυττηνὸς, γραμματικὸς, ἐπικληθεὶς Ἰξίων, διὰ τὸ ἀδικῆσαί τι δοκεῖν περὶ τὴν Ἥραν. *Nonus (Demetrius) Adramyttenus, grammaticus, cognominatus Ixion, quia injuria aliqua affeciſſe Junonem videbatur.* Et Hſychius Mileſius Περὶ σοφῶν: Δημήτριός τις ἕτερος Ἰξίων ἐπεκλήθη, διότι λεπίδας χρυσᾶς κλέπτων τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῆς Ἥρας ἀγάλματος ἐφωράθη. *Demetrius quidam alius Ixion cognominatus eſt, quia laminas aureas furari ſimulacri Junonis, quod Alexandriæ erat, deprehenſus eſt.* Videndus quoque de eo Suidas. Scripſit, Περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου. Athenæus *lib.* IX. Ὡς ὁ Ἰξίων φησὶ Δημήτριος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου. *Sicut Demetrius Ixion inquit in libro de Alexandrinorum dialecto.* Et Ἐτυμολογούμενα. Athen. idem *lib.* III. Ὠνομάσθαι δὲ σικύους φησὶ Δημήτριος ὁ Ἰξίων ἐν πρώτῃ Ἐτυμολογουμένων, ἀπὸ τοῦ σεύεσθαι καὶ κύειν. *Appellatos autem eſſe cucumeres inquit Demetrius Ixion in libro primo Etymologiarum, ab* σεύεσθαι concitari, &

* Hic variat manus Meurſii in ſcribendo nomen Demageti.

† Omiſit κατὰ Δημήτριον.

κύειν osculari *vel* gravidam esse. Et *lib.* II. Ὡς Δημήτριος ὁ Ἰξίων λέγει ἐν Ἐτυμολογίᾳ, *Sicut Demetrius Ixion dicit in Etymologia*. Citantur Ἀττικαὶ Λέξεις a Scholiaste Aristophanis *Avibus*: Δημήτριον δὲ καὶ πάντες τὸν Ἰξίονα λέγουσιν ἐν ταῖς Ἀττικαῖς Λέξεσιν ὡς γλῶσσαν ἐξηγεῖσθαι. *Demetrium vero Ixionem omnes etiam dicunt in Atticis Dictionibus tanquam glossam explicare*.

DEMETRIUS *Amisenus*.

Hujus, ceu insignis mathematici, meminit Strabo *lib.* XII. ubi de urbe Amiso agit: Ἄνδρες δὲ γεγόνασιν ἄξιοι μνήμης κατὰ παιδείαν ἐνταῦθα. μαθηματικοὶ μὲν, Δημήτριος ὁ τοῦ Ραθηνοῦ, καὶ Διονυσόδωρος. *Viri autem memoria digni propter doctrinam illic fuerunt; mathematici quidem, Demetrius Rhatheni filius, & Dionysodorus*.

DEMETRIUS *Antigoni*.

Citatur a Stephano *in* Κύῤῥος: Δημήτριος δὲ ὁ Ἀντιγόνου τὸ Κυῤῥέστης διὰ τοῦ η φησί. *Demetrius autem Antigoni filius Cyrrestes per η dicit*.

DEMETRIUS *Apameensis*.

Cælius Aurelianus *Chron.* lib. III. c. VIII. *Sed melius Demetrius Apameus ab hydrope discrevit eum, qui sine dilatione potum liquorem per urinam egerit*. Scripsit περὶ σημείων. Idem Aurelianus citat, *Chron.* lib. V. c. IX. *Hujus autem passionis meminit Demetrius Apameus libro Signorum*. Corrupte scribitur *Demetrius Aponieus*, pro *Apameus*, apud eundem, *De morbis acutis*, lib. II. c. XXXIII.

DEMETRIUS *Aspendius*.

Meminit hujus, etsi sine ullo Opere, Diog. Laert. in *Phalereo*, in Demetriorum catalogo: Πέμπτος, Ἀσπένδιος, μαθητὴς Ἀπολλωνίου τοῦ Σολέως, *Quintus, Aspendius, Apollonii Solensis discipulus*.

DEMETRIUS *Attalensis*.

Cælius Aurelianus *Chron.* lib. II. c. II. *Paralysis supradictorum musculorum, non, ut Demetrius ait Attaleus, eo differt, quod non sit in canino raptu partium conversio*. Scripsit Περὶ σημείων. Cælius Aurelianus, *De morbis acutis*, lib. III. c. XVIII. *Ejus memor est, in libro SIGNORUM, Demetrius Attaleus*.

DEMETRIUS *Bithynus*.

Hic decimus tertius ponitur in Demetriorum catalogos a Diogene Laertio in *Demetrio Phalereo*, *lib.* V. Τρισκαιδέκατος, Βιθυνὸς, Διφίλου τοῦ Στωϊκοῦ υἱὸς, μαθητὴς δὲ Παναιτίου τοῦ Ῥοδίου. *Decimus tertius, Bithynus, Diphyli Stoici filius, Panætii autem Rhodii discipulus*. Exstat ejus Epigramma unum, atque alterum, in Myronis bovem, *Antolog.* lib. IV. tit. VII.

DEMETRIUS *Byzantius, Historicus*.

Commemoratur septimus inter Demetrios a Diogene; scripsitque Περὶ τῆς τῶν Γαλατῶν ἐξ Εὐρώπης εἰς Ἀσίαν διαβάσεως, libris XIII. Item, Τὰ περὶ Ἀντίοχον καὶ Πτολεμαῖον, καὶ τὴν Λιβύης ὑπ᾽ αὐτῶν διοίκησιν, libris VIII. Diogenis de eo ista ecce verba: Ἕβδομος, Βυζάντιος, ἐν τρισκαίδεκα βιβλίοις γεγραφὼς τὴν Γαλατῶν διάβασιν ἐξ Εὐρώπης εἰς Ἀσίαν· καὶ ἐν ἄλλοις ὀκτὼ, Τὰ περὶ Ἀντίοχον καὶ Πτολεμαῖον, καὶ τὴν Λιβύης ὑπ᾽ αὐτῶν διοίκησιν. *Septimus, Byzantius, tredecim libris Gallorum ex Europa in Asiam transitum complexus; aliisque octo, Res gestas Antiochi & Ptolemæi, & Libyæ sub illis administrationem*.

DEMETRIUS *Byzantius, Peripateticus*.

Tertius ponitur a Diogene in catalogo Demetriorum, *loco citato*: Τρίτος Βυζάντιος, περιπατητικὸς, *Tertius, Byzantius, peripateticus*. Et citatur ab eodem in *Socrate*, *lib.* II. Κρίτωνα δ᾽ ἀναστῆσαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἐργαστηρίου, καὶ παιδεῦσαι, τῆς κατὰ ψυχὴν χάριτος ἐρασθέντα, Δημήτριός φησιν ὁ Βυζάντιος. *Critonem vero ex officina eum excitavisse, & instituisse, venustate ingenii ejus captum, Demetrius inquit Byzantius*. Scripsit autem, Περὶ ποιητῶν. Athenæus *lib.* X. Καὶ τὰ Πυθαγόρου δὲ αἰνίγματα τοιαῦτά ἐστιν, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Βυζάντιος ἐν τετάρτῳ Περὶ ποιητῶν. *Pythagoræ autem ænigmata talia sunt, ut inquit Demetrius Byzantius in libro quarto De poetis*. Et, Περὶ ποιημάτων. Idem Athenæus *lib.* XII. Δημήτριος δὲ ὁ Βυζάντιος ἐν τῷ Περὶ ποιημάτων, &c. *Demetrius autem Byzantius in libro De poematibus*, &c. Iterum *lib.* XIV. Ἐκάλουν δὲ καὶ χορηγοὺς, ὥς φησιν ὁ Βυζάντιος Δημήτριος ἐν τετάρτῳ Περὶ ποιημάτων. *Appellabant autem choragos quoque, ut inquit Demetrius Byzantius in libro quarto De poematibus*.

DEMETRIUS *Callatianus* *.

Hic sextus est apud Diogenem Laertium in *Phalereo*, ac Περὶ Ἀσίας καὶ Εὐρώπης libros viginti scripsisse perhibetur: Ἕκτος, Καλατιανὸς, ὁ γεγραφὼς περὶ Ἀσίας καὶ Εὐρώπης εἴκοσι βίβλους. *Sextus, Calatianus, qui viginti libros de Asia & Europa scripsit*. Lucianus in *Longævis* incerto Opere laudat: Ἱέρων δὲ ὁ Συρακουσίων τύραννος δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν γενόμενος, ἐτελεύτα νοσῶν, βασιλεύσας ἑβδομήκοντα ἔτη, ὥσπερ Δημήτριός τε ὁ Καλατιανὸς, καὶ ἄλλοι λέγουσι. *Hiero autem Syracusanorum tyrannus duos & nonaginta annos natus ægrotans obiit, quum septuaginta annos regnavisset, sicut & Demetrius Calatianus, & alii dicunt*. Strabo *lib.* I. Δημήτριος δὲ ὁ Καλατιανὸς τοὺς καθ᾽ ὅλην τὴν Ἑλλάδα ποτὲ γενομένους σεισμοὺς διηγούμενος, &c. *Demetrius autem Calatianus de terræmotibus qui aliquando in tota exstiterunt Græcia disserens*, &c. Scholiastes Theocriti *Idyll.* I. Δημήτριος δὲ ὁ Καλατιανὸς τοῦ Βριάρεω, ἑνὸς τῶν Κυκλώπων, παῖδας γενέσθαι (φησὶ) Σικανὸν καὶ Αἴτνην. *Demetrius autem Calatianus Briarei, ex Cyclopibus unius, liberos fuisse (inquit) Sicanum & Ætnam*. Meminit quoque ejus Stephanus *in* Ἀντίκυρα.

DEMETRIUS *Carthaginensis, Rhetor*.

Primus omnium est in catalogo Demetriorum, apud Diogenem Laertium in *Phalereo*: Γεγόνασι δὲ Δημήτριοι ἀξιόλογοι εἴκοσι. πρῶτος, Καρχηδόνιος, ῥήτωρ, καὶ Θρασυμάχου πρεσβύτερος. *Fuerunt autem Demetrii memorabiles viginti. Primus, Carthaginensis, rhetor, & Thrasymacho antiquior*.

DEMETRIUS *Chlorus*.

Schol. Nicandri *ad Theriaca*: Δημήτριος δὲ ὁ Χλωρὸς βάτραχα αὐτὴν φησὶ καλεῖσθαι, ἐπειδὴ τὰ βοτὰ ἐλαύνει. *Demetrius autem Chlorus illam βάτραχα appellari inquit, quoniam pecora agitat*. Iterum: Δημήτριος δὲ ὁ Χλωρὸς φησὶν ὑπὸ ἔχεως πληγέντα τινὰ Ἀλκίβιον, &c. *Demetrius autem Chlorus inquit Alcibium quendam a serpente percussum esse*, &c.

* Ita Chirographum Meursii.

DE-

A DEMETRIUS *Cnidius*.

Schol. Apollonii *Commentario* I. Ὁ δὲ πρὸς τ̄ Αἰγαίωνα μῦθος, ὑπὸ Δημητρίου φέρεται τ̄ Κνιδίου. *Fabula vero de Ægæone, ab Demetrio Cnidio narratur.*

DEMETRIUS *Comicus*.

Primus recensetur inter Demetrios poetas a Diogene Laertio in *Phalereo*: Καὶ οὗτοι μὲν λογικοί. ποιηταὶ δὲ, πρῶτος ἀρχαίαν κωμῳδίαν πεποιηκώς. *Et hi quidem prosa oratione scripserunt. Poetæ autem, primus qui veterem comœdiam fecit.* Hujus, puto, est Ἀρεοπαγίτης Fabula, quam laudat B Athenæus *lib.* IX. Κατὰ τ̄ κωμικὸν Δημήτριον, ὃς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀρεπαγίτῃ ταῦτ' εἴρηκεν. *Juxta comicum Demetrium, qui in fabula Areopagita inscripta hæc dicit.* Item, Σικελία. Athenæus idem *lib.* III. Μνημονεύει δ' αὐτῶ καὶ Θουκυδίδης ἐν ἑβδόμῃ, καὶ Δημήτριος ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Σικελίᾳ. *Ejus vero meminit etiam Thucydides in libro septimo, & Demetrius comicus in fabula inscripta Sicilia.* Ælianus *Hist. Anim.* lib. XII. cap. X. Καὶ Δημήτριος μὲν ἐν τῇ Σικελίᾳ τῷ δράματι μέμνηται ὅτι καὶ τῇ πυγῇ λαλοῦσιν αἱ τρυγόνες. *Et Demetrius quidem in fabula Sicilia meminit, turtures* C *etiam natibus loqui.* Puto eandem ejusdem esse Fabulam, quæ Σικελοὶ inscribitur apud Etymologici Auctorem r Ἔμμηροι, οἱ ἐπὶ ἐνέχυρα διδόμενοι φιλίας. Δημήτριος ἐν Σικελοῖς. Ἔμμηροι, *qui in pignus amicitiæ traditi sunt. Demetrius in Siculis.*

DEMETRIUS *Cyrenæus, Stamnus*.

Decimus est Diogeni Laertio in catalogo Demetriorum: Δέκατος, Κυρηναῖος, γραμματικὸς, ὁ ἐπικληθεὶς Στάμνος, ἀνὴρ ἀξιόλογος. *Decimus, Cyrenæus, grammaticus, Stamnus cognominatus, vir memorabilis.* D

DEMETRIUS *Epicureus*.

Erotianus in *Lexico Hippocratis*, in κλαγγώδη: Δημήτριος μὲν ὁ Ἐπικούρειος, κλαγγώδη ὄμματα ὠνόμισε τὰ εὐκίνητα, δεινῶς ἁμαρτάνων. *Demetrius quidem Epicureus, oculos,* quos Græci *clangodeis* vocant, *bene mobiles existimavit, graviter peccans.*

DEMETRIUS *Epicus*.

Secundus inter poetas Demetrios numeratur a E Diogene: Δεύτερος, ἐπῶν ποιητὴς, οὗ μόνα σώζεται πρὸς τοὺς φθονεροὺς εἰρημένα τάδε. *Secundus, Epicus poeta, cujus illa sola servata sunt, quæ erga invidos sunt dicta.*

DEMETRIUS *Erythræus, Grammaticus*.

Hic inter Demetrios, qui oratione prosa scripserunt, duodecimus collocatur a Diog. Laertio: Δωδέκατος, γραμματικὸς, Ἐρυθραῖος, πολιτογραφηθεὶς ἐν Τήμνῳ. *Duodecimus, grammaticus, Erythræus, in Temno civis adscriptus.* Alter ab hoc,

DEMETRIUS *Erythræus, Poeta*.

Qui inter Demetrios poetas sextus numeratur a Diogene, variorum Scriptorum auctor: Ἕκτος, F Ἐρυθραῖος, ποικιλογράφος ἄνθρωπος, καὶ ἱστορικὰ καὶ ῥητορικὰ πεποίηκε βιβλία, *Sextus, Erythræus, homo qui varia scripsit, & historicos rhetoricosque composuit libros.*

DEMETRIUS *Graphicus*.

Hic quartus a Diogene ponitur in catalogo Demetriorum: Τέταρτος, καλούμενος Γραφικὸς, καὶ σαφὴς διηγήσασθαι. ἦν δὲ καὶ ὁ αὐτὸς ζωγράφος. *Quartus, Graphicus appellatus, & apertus in disserendo. Erat autem ipse quoque pictor.*

DEMETRIUS *Herophileus*.

Commemoratur a Cælio Aureliano *Chron.* lib. II. cap. X. *Demetrius, Herophili sectator, duas inquit esse principales differentias fluoris sanguinis.* Scripsit inter alia libros Περὶ παθῶν. Idem Cælius citat *Chron.* lib. III. cap. VIII. *Demetrius, Herophili sectator, undecimo libro DE PASSIONIBUS scribens, alium dixit hydropem constitui sine ulla humoris infusione.*

DEMETRIUS *Ixion*.

De hoc vide supra in DEMETRIO *Adramytteno*.

DEMETRIUS *Lacedæmonius*.

Sextus *Pyrrhon. Hypotyp.* lib. III. cap. XVII. *Epicurus, sicut Demetrius Lacedæmonius ait, accidens accidentium, consequens dies, & noctes, & horas, & passiones, & impassibilitates, & motus, & mansiones.* Commemoratur inter præcipuos Epicuri discipulos a Diog. Laert. in *ejus Vita, lib.* X. Ζήνων τε ὁ Σιδώνιος, ἀκροατὴς Ἀπολλοδώρου, πολυγράφος ἀνήρ· καὶ Δημήτριος, ὁ ἐπικληθεὶς Λάκων. *Zenoque Sidonius, Apollodori auditor, vir qui multa scripsit; & Demetrius, Lacedæmonius cognominatus.*

DEMETRIUS *Magnesius*.

Scripsit, Περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων. Ecce apud Diogenem Laert. in *Epimenide, lib.* I. Ἀλλὰ Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς Περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων, διελέγχειν πειρᾶται τ̄ ἐπιστολὴν ὡς νεαράν. *Sed Demetrius Magnesius in libris De poetis & scriptoribus æquivocis, arguere nititur epistolam tanquam recentem.* Iterum in *Aristotele, lib.* V. Ὥς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης, ἐν τοῖς Περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων. *Sicut ait Demetrius Magnesius, in libris De æquivocis & poetis & scriptoribus.* Et per compendium in *Thalete*: Καθά φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς Ὁμωνύμοις. *Sicut inquit Demetrius Magnesius in Æquivocis.* Harpocration *in* Ἰσαῖος: Δημήτριος δ' ἐν τοῖς Περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν Χαλκιδέα φησὶν αὐτὸν εἶναι. *Demetrius autem in libris De poetis æquivocis illum esse Chalcidensem inquit.* Sic Athenæus *lib.* XIII. Θεότιμος δὲ, ὁ γράψας τὰ κατ' Ἐπικούρου βιβλία, ὑπὸ Ζήνωνος τ̄ Ἐπικουρείου ἐξαιτηθεὶς ἀνῃρέθη, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς Ὁμωνύμοις. *Theotimus autem, qui libros contra Epicurum scripsit, ab Zenone Epicureo accusatus, occisus est: ut tradit Demetrius Magnesius in Æquivocis.* Corruptum Auctoris hujus nomen apud Dionysium Halicarnass. in *Dinarcho* Ἀλλὰ Δῆμος ὁ Μάγνης, ὃς ἔδοξε γενέσθαι πολυΐστωρ, ἐν τῇ Περὶ τ̄ ὁμωνύμων πραγματείᾳ, λέγων καὶ περὶ τούτου τ̄ ἀνδρὸς, &c. *Sed Demus Magnesius, qui polyhistor esse existimatus est in opere De æquivocis, dicens etiam de hoc viro,* &c. Rescribo, Ἀλλὰ Δημήτριος ὁ Μ. Scripserat per compendium librarius, idque non animadversum corrumpendo loco fuit. Cognomen quoque apud Photium in censura Demosthenis: Ἀλλὰ τοῦτο μὲν Δημήτριος ὁ Μάγνος λέγει, *Sed illud quidem Demetrius Magnus refert.* Omnino scribendum, Δ. ὁ Μάγνης. Quod etiam Andreæ Schotto visum. Scripsit quoque Περὶ τ̄ συνωνύμων πόλεων. Harpocration *in* Μεθώνη: Δημήτριος δ' ὁ Μάγνης ἐν ταῖς Συνωνύμοις πόλεσι, τέσσαρας εἶναι φησὶ Μεθώνας. *Demetrius autem Magnesius in Synonymis urbibus, quatuor esse Methonas inquit.* Stephanus hoc ipsum Opus designat: Ἀλαβών, πόλις καὶ ποταμός. ὡς Δημήτριος ἐν Συνωνύμοις. *Alabon, urbs & fluvius: sicut Demetrius in Synonymis.* Et Plutarchus in *Demosthene*: Οὐ μὴν ἔγημε ταύτην, ἀλλὰ Σαμίᾳ τινὶ συνῴκει, ὡς ἱστορεῖ Δημήτριος ὁ

Μάγνης ἐν τοῖς Περὶ συνωνύμων. *Non tamen illam duxit, sed Samiam quandam uxorem habuit, ut narrat Demetrius Magnesius in libris De synonymis.*

DEMETRIUS *Odessites*.

Scripsit Περὶ τῆς πατρίδος. Stephanus: Ὀδησσὸς, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, πρὸς τῷ Σαλμυδησσῷ. Ἀπολλόδωρος δ᾽ ὄρος μέγα τὸν Ὀδησσὸν φησίν. ὁ πολίτης, Ὀδησσίτης καὶ Ὀδησσεύς. ἐχρημάτιζον δ᾽ Ἡρακλείδης ἱστοριογράφος, καὶ Δημήτριος, ὁ Περὶ τῆς πατρίδος γράψας. *Odessus, urbs in Ponto, apud Salmydessum. Apollodorus autem montem magnum Odessum esse dicit. Civis, Odessites; & Odessensis. Appellati autem ita fuerunt Heraclides historicus, & Demetrius, qui De patria scripsit.*

DEMETRIUS *Physicus*.

Plinius *lib.* VIII. *cap.* XVII. *Æque memorandum & de panthera tradit Demetrius Physicus.*

DEMETRIUS *Pyctes*.

Scripsit Περὶ διαλέκτου. Etymologici Auctor *in* μώλωψ: Δημήτριος ὁ Πύκτης ἐν τῷ Περὶ διαλέκτου, βώλωψ ἐτυμολογεῖται ἀπὸ τοῦ βοὸς λέπος. *Demetrius Pyctes in libro De dialecto,* βώλωψ *deducit ab bovis corio.*

DEMETRIUS *Sagalassensis*.

Ejus Παρθονικὰ commemorat Lucianus *de Scrib. Hist.* Ἀνέγνων γὰρ Δημητρίου Σαγαλασσέως Παρθονικὰ, *Legi enim Demetrii Sagalassensis Parthonicica.*

DEMETRIUS *Salaminius*.

Vid. Steph. 160.

DEMETRIUS *Scepsius*.

Hic undecimus in Demetriorum numero apud Diogenem: Ἑνδέκατος, Σκήψιος, πλούσιος καὶ εὐγενὴς ἄνθρωπος, καὶ φιλολόγος ἄκρως. *Undecimus, Scepsius, dives & nobilis homo, & summe philologus.* Citatur incerto Opere ab Harpocratione *in* Ἀδράστειαν. Inter opera ejus, Τρωϊκὸς διάκοσμος. Strabo *lib.* XIII. Ἐκ δὲ τῆς Σκήψεως καὶ ὁ Δημήτριός ἐστιν, οὗ μεμνήμεθα πολλάκις, ὁ τὸν Τρωϊκὸν διάκοσμον ἐξηγησάμενος, γραμματικὸς, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονὼς Κράτητι καὶ Ἀριστάρχῳ. *Scepsius autem Demetrius quoque est, cujus sæpius meminimus, qui Trojanum apparatum exposuit, grammaticus, eodem tempore cum Cratete & Aristarcho florens.* Stephanus *in* Σιλίνδιον: Ὡς Δημήτριος ὁ Σκήψιος ἐν ἑκκαιδεκάτῳ τοῦ Τρωϊκοῦ διακόσμου. *Sicut Demetrius Scepsius in libro sexto decimo Trojani apparatus.* Citat Athenæus etiam *lib.* III. IV. VII. VIII. X. XV. Corrigendus Scholiastes Apollonii *lib.* I. Καλλίμαχος δ᾽ ἱστορεῖ περὶ τοῦ ποταμοῦ ἐν τῷ Περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ποταμῶν, καὶ Δημήτριος ὁ Σκήψιος ἐν τῷ αὐτῷ Διακόσμῳ. *Callimachus autem narrat de fluvio in libro De Asiæ fluviis, & Demetrius Scepsius in eodem Apparatu.* Locus procul dubio corruptus; neque enim antea citavit id Opus, ut diceret illic, ἐν τῷ αὐτῷ Διακόσμῳ. Scriptum fuerat a librario, ἐν τῷ α τῷ Διακόσμῳ. Hinc deformatio in αὐτῷ.

DEMETRIUS *Smyrnæus, Rhetor*.

Hic a Diogene in catalogo Demetriorum XIV. collocatur: Τεσσαρεσκαιδέκατος, ῥήτωρ, Σμυρναῖος. *Quartus decimus, rhetor, Smyrnæus.*

DEMETRIUS *Sophista*.

Octavus a Diogene ponitur; ejusque Scriptum, Τέχναι ῥητορικαί. Verba Diogenis ecce tibi: Ὄγδοος, ὁ διατρίψας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, σοφιστής, Τέχνας γεγραφὼς ῥητορικάς. *Octavus, qui Alexandriæ moratus est, sophista, qui Artes rhetoricas scripsit.*

DEMETRIUS *Stamnus*.

De hoc vide in DEMETRIO *Cyrenæo*.

DEMETRIUS *Trœzenius*.

Commemoratur Opere incerto ab Atheneo *lib.* I. Ἀριστοφάνους τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος Θεσμοφοριαζούσας ἐπιγράφει. *Aristophanis secundas Thesmophoriazusas Demetrius Trœzenius Thesmophoriazusas inscribit.* Iterum *lib.* VI. Καλεῖ δὲ τοῦτον Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος Βιβλιολάθαν, διὰ τὸ πλῆθος ὧν ἐκδέδωκε συγγραμμάτων. *Appellat autem hunc Demetrius Trœzenius Bibliolathan, propter librorum, quos edidit, multitudinem.*

DEMIPHILUS *Bithynus*.

Julianus in *Misopogone*: Δημιφίλῳ τῷ Βιθυνῷ πεποίηται συγγράμματα τοιαῦτα, ἐν οἷς δρεπόμενος ἐκ τῶν πολλῶν, εἰργάσατο λόγους ἡδίστους νέῳ φιληκόῳ καὶ πρεσβυτέρῳ. *Ab Demiphilo Bithyno hi libri compositi sunt, in quibus ex multis excerpens, effecit dulcissimas orationes adolescenti cupido audiendi & seniori.*

D E M O.

Laudatur mulier erudita incerto Opere ab Homeri Schol. *Iliad.* β΄. Ὁ τὰ ἀγκύλα καὶ δυσχερῆ πράγματα τῇ μήτι περιλαμβάνων, κορόνους τις ὢν, καὶ τέλειος νοῦς. ὥς φησι καὶ ἡ Δημώ. *Qui tortuosa & difficilia negotia comprehendens coranus quis* vel *animo ad satietatem præditus, & perfectus animus, ut etiam Demo ait.*

D E M O C L I D E S.

Sine certo Operis titulo nominatur ab Athenæo *lib.* I. Τὸν γὰρ Ἄδωνιν γίγγραν καλεῖτε ὑμεῖς οἱ Φοίνικες, ὡς ἱστορεῖ Δημοκλείδης. *Nam Adonim vos* γίγγραν *appellatis Phœnices, ut narrat Democlides.*

D E M O C L I T U S.

Περὶ Περσῶν. Suidas: Κλεόξενος, καὶ Δημόκλειτος, ἔγραψαν Περὶ Περσῶν. ὧν τὴν πραγματείαν ἐπεξειργάσατο Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης. *Cleozenus, & Democlitus, scripserunt De Persis: quorum opus amplius elaboravit Polybius Megalopolitanus.*

DEMOCRITUS *Abderita*.

Hunc alii Milesium faciunt. Itaque vide de eo infra in DEMOCRITO *Milesio*.

DEMOCRITUS *Chius*.

Hic Musicus fuit, Milesio coætaneus, & secundus inter ejus nominis Auctores commemoratur a Diogene in *Democrito*, *lib.* IX. Γεγόνασι δὲ Δημόκριτοι ἕξ· πρῶτος, αὐτὸς οὗτος. δεύτερος, Χῖος, μουσικός. *Fuere autem Democriti sex. Primus, hic ipse: Secundus, Chius, musicus.*

DEMOCRITUS *Ephesius*.

Scripsit, Περὶ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ ναοῦ. Athenæus *lib.* XII. Καὶ περὶ αὐτῶν δὲ τῶν Ἐφεσίων Δημόκριτος Ἐφέσιος, ἐν τῷ προτέρῳ Περὶ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ ναοῦ, διηγούμενος περὶ τῆς χλιδῆς αὐτῶν, καὶ ὧν ἐφόρουν βαπτῶν ἱματίων, γράφει καὶ τάδε. *Verum de illis quoque Ephesiis Democritus Ephesius, in libro primo De templo Ephesio, illorum luxum enarrans, & quales gestarent tinctas vestes, hæc quoque scribit.* Diogenes hunc quartum ponit, & Operis citati etiam me-

minit; additque ſcripſiſſe præterea: Περὶ τῆς πόλεως Σαμοθράκεως. *. Τέταρτος, Περὶ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ γεγραφὼς καὶ τῆς πόλεως Σαμοθράκης. *Quartus, De templo Epheſio ſcripſit, & urbe Samothrace.* A

DEMOCRITUS *Epigrammatarius.*

Hic quintus a Diogene commemoratur: Πέμπτος, ποιητὴς Ἐπιγραμμάτων, σαφὴς καὶ ἀνθηρός. *Quintus, Epigrammatum poeta, clarus & floridus.* Exſtat Epigramma ejus *Anthologiæ* lib. IV. tit. XII.

DEMOCRITUS *Mileſius.*

Ejus Scripta enumerat Diogenes *lib.* IV. Τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ καὶ Θράσυλλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν οὕτως, ὡσπερεὶ καὶ τὰ Πλάτωνος, κατὰ τετραλογίαν. Ἔστι δὲ ἠθικὰ μὲν, τάδε. *Libros vero ejus Thraſyllus etiam hoc ordine recenſuit, ſicut & illos Platonis, quadripartite. Sunt autem morales quidem, hi;* B

Πυθαγόρης, *Pythagoras.*
Περὶ τῆς τοῦ σοφοῦ διαθέσεως, *De affectu ſapientis.*
Περὶ τῶν ἐν ᾅδου, *De his quæ ſunt apud inferos.*
Τριτογένεια, (τοῦτο δέ ἐστιν, ὅτι τρία γίνεται ἐξ αὐτῆς, ἃ πάντα τὰ ἀνθρώπινα συνέχει) *Tritogenia. (hoc autem eſt, quod ex illa tria fiunt, quæ omnia humana continent)* C
Περὶ ἀνδραγαθίας, ἢ Περὶ ἀρετῆς, *De fortitudine, ſeu De virtute.*
Ἀμαλθείας κέρας, *Copiæ cornu.*
Περὶ εὐθυμίας, *De ſedatione animi.*
Ὑπομνημάτων, ἢ Οἴκων. *Commentariorum, vel Domorum.*
Ἡ γὰρ Εὐεστὼ οὐχ εὑρίσκεται. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ ἠθικά. φυσικὰ δὲ, τάδε. *Nam* Εὐεστὼ *non invenitur. Et iſti quidem morales. Phyſici vero, hi;*
Μέγας διάκοσμος, ὃν οἱ περὶ Θεόφραστον Λευκίππου φασὶν εἶναι, *Magnus apparatus, quem Theophraſtus Leucippi eſſe dicit.*
Μικρὸς διάκοσμος, *Parvus apparatus.* D
Κοσμογραφίη, *Coſmographia.*
Περὶ τῶν πλανήτων, *De planetis.*
Περὶ φύσεως πρῶτον, *De natura primus.*
Περὶ φύσεως ἀνθρώπου, ἢ Περὶ σαρκὸς, β΄. *De natura hominis, ſive De carne,* II.
Περὶ νοῦ, *De mente.*
Περὶ αἰσθήσεων, *De ſenſibus.*
Ταῦτά τινες, ὁμοῦ γράφοντες, Περὶ ψυχῆς ἐπιγράφουσιν, *Hos quidam, ſimul ſcribentes, De anima inſcribunt.*
Περὶ χυμῶν, *De humoribus.*
Περὶ χροῶν, *De coloribus.*
Περὶ τῶν διαφερόντων ῥυσμῶν, *De differentibus rugis.* E
Περὶ ἀμειψιρρυσμιῶν, *De rugarum mutatione.*
Κρατυντήρια, ὅπερ ἐστὶν ἐπικριτικὸν τῶν προειρημένων, *Firmamenta, qui eſt judicans de ante dictis.*
Περὶ εἰδώλου, ἢ Περὶ προνοίας, *De imagine, aut De providentia.*
Περὶ λοιμῶν κανὼν, α΄, β΄, γ΄. *De peſtibus norma,* I, II, III.
Ἀπορρημάτων, *Ambiguorum.*
Ταῦτα καὶ περὶ φύσεως. τὰ δὲ ἀσύντακτα, ἔστι τάδε, *Et hi de natura. Inordinati autem, ſunt iſti;*
Αἰτίαι οὐράνιαι, *Cauſæ cœleſtes.* F
Αἰτίαι ἀέριοι, *Cauſæ aeriæ.*
Αἰτίαι ἐπίπεδοι, *Cauſæ planorum.*
Αἰτίαι περὶ πυρὸς, καὶ τῶν ἐν πυρὶ, *Cauſæ de igne, & eorum quæ ſunt in igne.*
Αἰτίαι περὶ φωνῶν, *cauſæ de vocibus.*
Αἰτίαι περὶ σπερμάτων, καὶ φυτῶν, καὶ καρπῶν, *Cauſæ de ſeminibus, & plantis, & fructibus.*
Αἰτίαι περὶ ζώων, γ΄. *Cauſæ de animalibus,* III. †

* Ita Chirographum Meurſii.
† Ad oram appoſuit Meurſius (Plin. 302.)

Αἰτίαι σύμμικτοι, *Cauſæ promiſcuæ.*
Περὶ τοῦ λίθου, *De lapide.*
Ταῦτα καὶ τὰ ἀσύντακτα. μαθηματικὰ δὲ, τάδε, *Et hi inordinati. Mathematici autem, iſti;*
Περὶ διαφορᾶς γνώμης, ἢ Περὶ ψαύσεως κύκλου καὶ σφαίρας, *De differentia ſententiæ, ſeu De tactu circuli & ſphæræ.*
Περὶ Γεωμετρίας, ἢ Γεωμετρικὸν, *De Geometria, ſeu Geometricum.*
Ἀριθμοὶ, *Numeri.*
Περὶ ἀλόγων γραμμῶν καὶ ναστῶν, β΄. *De ratione carentibus lineis & ſolidis,* II.
Ἐκπετάσματα, *Explicationes.*
Μέγας ἐνιαυτὸς, ἢ Ἀστρονομίη, *Magnus annus, vel Aſtronomia.*
Παράπηγμα, *Parapegma.*
Ἅμιλλα κλεψύδρας, *Certamen clepſydræ.*
Οὐρανογραφίη, *Cæli deſcriptio.*
Γεωγραφίη, *Terræ deſcriptio.*
Πολογραφίη, *Poli deſcriptio.*
Ἀκτινογραφίη, *Radiorum deſcriptio.*
Τοσαῦτα καὶ τὰ μαθηματικά. Μουσικὰ δὲ, τάδε, *Et hi mathematici. Muſici autem, iſti;*
Περὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονίης, *De numeris & harmonia.*
Περὶ ποιήσεως. *De poeſi.*
Περὶ καλλοσύνης ἐπέων, *De venuſtate verſuum.*
Περὶ εὐφώνων καὶ δυσφώνων γραμμάτων, *De conſonis & diſſonis rebus.*
Περὶ Ὁμήρου, ἢ ὀρθοεπείης, καὶ γλωσσέων, *De Homero, ſive verſuum rectitudine, & linguis.*
Περὶ ἀοιδῆς, *De cantu.*
Περὶ ῥημάτων, ἢ Ὀνομαστικὸν, *De verbis, vel Dictionarium.*
Τοσαῦτα καὶ τὰ μουσικά. τεχνικὰ δὲ, τάδε, *Et hi muſici. Qui vero ſub artem cadunt, hi;*
Πρόγνωσις, *Prænotio.*
Περὶ διαίτης, ἢ Διαιτητικὸν, ἢ ἰατρικὴ γνώμη, *De ratione victus, ſeu De victu ordinando, ſeu medica ſententia.*
Αἰτίαι περὶ ἀκαιριῶν καὶ ἐπικαιριῶν, *Cauſæ de intempeſtivis & tempeſtivis.*
Περὶ γεωργίης, ἢ Γεωμετρικὸν, *De agricultura, ſeu Geometricum.*
Περὶ ζωγραφίης, *De pictura.*
Τακτικὸν, καὶ Ὁπλομαχικὸν, De re militari, & *De armorum exercitatione.*
Τοσαῦτα καὶ τάδε. τάττουσι δέ τινες κατ' ἰδίαν ἐκ τῶν ὑπομνημάτων καὶ ταῦτα, *De illis hactenus. Collocant vero quidam ſeorſim ex Commentariis iſtos;*
Τὸ Περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων, *De ſacris Babylone libris.*
Περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων, *De ſacris in Meroe libris.*
Περὶ ἱστορίης, *De hiſtoria.*
Χαλδαϊκὸς λόγος, *Chaldaicus ſermo.*
Φρύγιος λόγος, *Phrygius ſermo.*
Περὶ πυρετοῦ, καὶ τῶν ἀπὸ νόσου βησσόντων, *De febri, & illis qui ex morbo tuſſi agitantur.*
Νομικὰ αἴτια, *Legales cauſæ.*
Χερνικὰ, ἢ Προβλήματα, *Chernica, ſive Problemata.*

Hactenus Diogenes. Mirum eſt, Suidam duo tantum Opera ejus recenſere: Γνήσια δὲ αὐτοῦ βιβλία εἰσὶ δύο. ὅ, τε Μέγας διάκοσμος, καὶ τὸ Περὶ τῆς φύσεως κόσμου. *Genuini autem ejus libri duo ſunt: & Magnus apparatus. & de natura mundi.* Deinde addit: Ἔγραψε δὲ καὶ Ἐπιστολὰς, *Verum etiam Epiſtolas ſcripſit.* Quod autem Περὶ φύσεως κόσμου ille inſcribit, Diogenes indigetat, Περὶ ἀνθρώπου φύσεως. Niſi velimus dicere, Περὶ φύσεως πρῶτον, quod Diogenes nominat, Περὶ φύσεως κόσμου πρῶτον, inſcriptum fuiſſe: quod fieri poteſt, neque ego repugnaverim. Erit vero illud ipſum, quod *De rerum na-*

tura dicit Vitruvius *libr.* IX. *cap.* III. *Multas res attendens, admiror etiam Democriti* De rerum natura *Volumina*. Porro Operis, cujus inscriptio, Κρατυντήρια, meminit quoque alibi Suidas: Κρατυντήρια, ἔγραψε Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης βιβλίον, ὅπερ ἐστὶν ἐπικριτικὸν πάντων τῶν γραφέντων αὐτῷ βιβλίων. *Firmamenta, scripsit Democritus Abderita librum, qui est judicium ferens de omnibus ab eo libris scriptis*. Quod inscribitur Περὶ λοιμῶν κακῶν, omnino corrigendum est ex isto Agellii loco *lib.* IV. *cap.* XIII. *Refert etiam idem Democriti liber, qui inscribitur*, Περὶ λοιμῶν, ἢ, λοιμικῶν κακῶν, *De pestibus, aut pestiferis malis*. Opus Περὶ ψυχῆς citat Tertullianus, libro *de Anima*. Περὶ τῶν ἐν ᾅδου, & Μέγας διάκοσμος, citantur item ab Athenæo, *lib.* IV. Καὶ Δημόκριτον δ' Ἀβδηρῖται δημοσίᾳ κρίνοντες, ὡς κατεφθαρκότα τὰ πατρῷα, ἐπεὶ ἀναγνοὺς αὐτοῖς τὸν Μέγαν διάκοσμον, ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν ᾅδου, εἶπεν εἰς ταῦτα ἀνηλωκέναι, ἀφείθη. *Et Democritum Abderitæ publico judicio postulatum, ut qui patrimonium perdidisset, postquam lecto illis Scripto quod vocavit Magnum apparatum, & illa quæ Apud inferos sunt, dicit, in illa consumpsisse, absolverunt*. Fulgentius Φυσιολογούμενα laudat, *Mytholog.* lib. III. *Sicut Democritus in libris Physiologumenon scripsit*. Περὶ ἀστρονομίας, commemoratur etiam ab Apollonii Scholiaste, *lib.* II. Κατὰ τὴν ἐπιτολὴν τοῦ ἀρκτούρου σφοδροὶ καταχέονται ὄμβροι, ὥς φησι Δημόκριτος ἐν τῷ Περὶ ἀστρονομίας. *In ortu arcturi vehementes effunduntur imbres, ut inquit Democritus in libro De astronomia*. Jam corrupta inscriptio est, Περὶ γεωργίης, ἢ Γεωμετρικόν. Rescribe, Π. γ. ἢ Γεωργικόν. Sic antea enumerat, Περὶ γεωμετρίας, ἢ Γεωμετρικόν. Quod Χερνικὰ inscriptum memoratur, Χειροκμητὰ est apud Plinium *lib.* XXIV. *cap.* XVII. Χειροτονητὰ, apud Vitruvium *lib.* IX. *cap.* III. Plinius etiam De chamæleonte Opus peculiare scripsisse tradit, *lib.* XXVIII. *cap.* VIII. *Jungemus illis simillima, & peregrina æque animalia, priusquam chamæleontem, peculiari Volumine dignum existimatum Democrito*. Nempe hoc fuerit, quod *De vi & natura chamæleontis* nuncupat Agellius *lib.* X. *cap.* XII. *Librum esse Democriti, nobilissimi philosophorum, De vi & natura chamæleontis, eumque se legisse Plinius Secundus in Naturalis Historiæ vicesimo octavo refert*.

DEMOCRITUS *Pergamenus*.

Hic Orator fuit, & sextus a Diogene commemoratur: Ἕκτος, Περγαμηνὸς, ἀπὸ ῥητορικῶν λόγων, *Sextus Pergamenus, rhetor*.

DEMOCRITUS *Træzenius*.

Scripsit Κατὰ σοφιστῶν. Citat idem Diogenes in *Empedocle*, *lib.* VIII. Δημόκριτος δὲ ὁ Τροιζήνιος, ἐν τῷ Κατὰ σοφιστῶν βιβλίῳ, φησὶν αὐτὸν, καθ' Ὅμηρον,

Ἁψάμενον βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο κρανείης
Αὐχέν' ἀποκρεμάσαι, ψυχὴν δ' ἀΐδος δὲ κατελθεῖν.

Democritus autem Træzenius, in libello Contra sophistas, dicit illum, juxta Homerum.

Nexo laqueo gravi ex alto cornu
Cervicem suspendisse, animam vero ad orcum migrasse.

Et miror sane hunc præteritum in catalogo Democritorum.

DEMODAMAS.

Opus ejus Περὶ Ἁλικαρνασσοῦ laudat Athenæus *lib.* XV. Δημοδάμας γοῦν ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, ἢ Μιλήσιος, ἐν τῷ Περὶ Ἁλικαρνασσοῦ, Κύπρια Ἁλικαρνασσέως δ' αὐτὰ εἶναι φησὶ ποιήματα. *Demodamas enim Halicarnasseus, seu Milesius, in libro De Halicarnasso, Cypria Halicarnassensis autem illa esse dicit poemata*. Videtur etiam scripsisse Περὶ Ἀντισσης τῆς Ἰνδικῆς. Colligere est ex istis Stephani *in* Ἀντισσα: Καὶ τρίτη, Ἰνδικῆς· ἣν ἀναγράφει Φίλων, καὶ Δημοδάμας ὁ Μιλήσιος. *Et tertia, Indiæ; quam recenset Philo, & Demodamas Milesius*.

DEMODOCUS *Corcyreus*.

Ejus Poemata, Ἰλίου πόρθησις, &, Ἡφαίστου καὶ Ἀφροδίτης γάμος. Plutarchus *de Musica*: Γεγονέναι δὲ καὶ Δημόδοκον Κερκυραῖον παλαιὸν μουσικὸν (ἱστορεῖται.) ὃν πεποιηκέναι Ἰλίου τε πόρθησιν, καὶ, Ἀφροδίτης καὶ Ἡφαίστου γάμον. *Fuisse autem & Demodocum Corcyræum veterem musicum (narratur:) eumque composuisse Ilii vastationem, &, Veneris & Vulcani nuptias*. Meminit ejus Isaacius Tzetzes in *Prolegomenis in Lycophronem*: Οἷοί περ ἦσαν ποιηταὶ, ὡς ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος γράφει, Αὐτομήδης, καὶ Δημόδοκος. *Quales erant poetæ, sicut Demetrius Phalereus scribit, Automedes, & Demodocus*. Et Tatianus Πρὸς Ἕλληνας: Δημόδοκος δὲ, καὶ Φήμιος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ Τρωϊκῶν πολέμων γεγόνασι. *Demodocus autem, & Phemius, tempore Trojanorum bellorum exstiterunt*. Nescio an idem sit dicendus, cujus Ἡράκλεια citatur a Plutarcho *de Flum.* Καθὼς ἱστορεῖ Δημόδοκος ἐν πρώτῳ Ἡρακλείας, *Sicut narrat Demodocus in libro primo Heracliæ*.

DEMOLOGUS.

Citatur ejus Μήδεια a Polluce *lib.* IV. *cap.* XXIV. Ποτὲ δὲ σταθμόν τινα. ὡς Δημολόγος ἐν Μηδείᾳ. *Quandoque vero pretium aliquod: sicut Demologus in Medea*. Nisi forte legendum illic, ὡς Δεινολόχος. De Dinolocho vide infra.

DEMON.

Citat Opere incerto Etymologici Auctor *in* Τριτοπάτορες: Δήμων ἀνέμους εἶναι φησὶ, *Demon ventos esse dicit*. Scripsit Περὶ παροιμιῶν. Harpocration *in* Μυσῶν λείαν: Παροιμία τίς ἐστιν, οὕτω λεγομένη· ἣν φησὶ Δήμων ἐν τεσσαρακοστῇ Περὶ παροιμιῶν τὴν ἀρχὴν λαβεῖν ἀπὸ τῶν καταδραμόντων ἀστυγειτόνων τε καὶ λῃστῶν τὴν Μυσίαν. *Proverbium quoddam est, ita dictum; quod dicit Demon in libro quadragesimo De proverbiis initium sumpsisse ab urbi propinquis & latronibus qui Mysiam vastarunt*. Hinc est quod proferunt Plutarchus in *Theseo*, Appendix Vaticana *Cent.* IV. *Proverb.* XX. Schol. Homeri *ad Odyss.* ύ. Hesychius *in* Οἰναῖοι, Schol. Pindari *Nemeonic.* ode VII. Suidas locis pluribus, Apostolius *in* Δωδωναῖον χαλκεῖον. Eundem corrige *in* Σαρδώνιος γέλως: Καὶ Δήμων μὲν διαδοθῆναι, &c. *Et Demon quidem divisisse*, &c. Hodie perperam editur, Καδήμων μὲν δ. Et Schol. Aristophanis *Pluto*: Περὶ τῆς παροιμίας ταύτης Δήμων οὕτω φησὶ, *De hoc proverbio Demon ita dicit*. Hodie editur, Δάμων οὕτω φ. Scripsit quoque Περὶ θυσιῶν. Harpocration *in* Προκώνια: Δήμων δ' ἐν τῷ Περὶ θυσιῶν φησὶ, *Demon autem in libro De sacrificiis inquit*. Suidas etiam, *in* eadem dictione.

DEMONAX.

Ejus senarius iste citatur apud Stobæum *Serm.* XXII.

Θνητοὶ γεγῶτες, μὴ φρονεῖθ' ὑπὲρ θεούς.
Qui mortales fuistis, ne sapite supra deos.

DEMONICUS.

Citatur, sed sine Operis titulo, ab Etymologici Auctore *in* Γλαῦξ: Δημόνικος δὲ ἱστορεῖ, ὅτι μόνον τῶν γαμψωνύχων καὶ σαρκοφάγων μὴ τυφλὰ τίκτει. *Demonicus autem narrat, solum inter aves aduncos ungues habentes & carnivoras non cæca parere*. Nescio an idem sit, cujus Ἀχελώνιος citatur ab Atheneo *l*. IX. Δημόνικος δ' ἐν τῷ Ἀχελωνίῳ τὸ πρὸ τῶν δείπνων κατὰ χειρὸς φησὶ διὰ τούτων·

Ἐσπεύδακει δ' ἕκαστος ὡς ἂν ἑστιῶν
Ἅμα τ' ὀξύπεινον ἄνδρα καὶ Βοιώτιον.

Demonicus autem in Achelonio lavationem ante cœnam ad manus in his dicit;

Festinaverat autem quisque utpote convivio excipiens
Simul famelicum virum & Bœotium.

DEMOPHILUS.

Hic Ephori Historici filius, & ipse Historicus, supplevit inchoatum a patre Opus Περὶ ἱερῶ πολέμε. Anonymus in *Descript. Olymp.* ad Olymp. CIV. annum IV. Δημόφιλος ὁ Ἐφόρε τῶ ἱστοριογράφε υἱὸς τὸν παραλειφθέντα πόλεμον τῶ πατρὸς, ὀνομασθέντα δὲ ἱερὸν, συντεταγμένος ἐντεῦθεν ἦρκται ἀπὸ τῆς καταλήψεως τῶ ἐν Δελφοῖς ἱερῶ, καὶ τῆς συλήσεως τῶ μαντείε ὑπὸ Φιλομήλε τῶ Φωκέως. *Demophilus Ephori historici filius intermissum patris bellum, sacrum vero nominatum, componens inde incepit ab invasione templi Delphici, & spoliatione oraculi ab Philomelo Phocensi.* Nescio an idem sit, quem Περὶ συμμετριῶν scripsisse cognoscimus ex Vitruvio in *Præfatione* lib. VII. *Præterea minus nobiles multi præcepta symmetriarum scripserunt ut Nexaris, Theocydes, Demophilus, Pollis*. Item Περὶ τῶν παρ' ἀρχαίοις θυσιῶν, καὶ ἑορτῶν. Maximus Monachus in Dionysii Areopagitæ *ad Demophilum epist.* VIII. Ὥς φησὶ Δημόφιλος ἐν τῷ Περὶ τῶν παρ' ἀρχαίοις θυσιῶν, καὶ ἑορτῶν. *Sicut inquit Demophilus in libro De antiquorum sacrificiis, & festis.*

DEMOPHON.

Videtur scripsisse Ἐτυμολογίας. Scholiastes Nicandri, *ad Alexipharmaca:* Δημοφῶν δὲ, ἐτυμολογῶν, φησὶν οὕτω κεκλῆσθαι, διὰ τὸ δόρατι τῆς ταύτης ὀπὸν ἴσον εἶναι κατὰ τὴν ἀναίρεσιν. *Demophon autem, etymologiam exercens, ita appellatam esse inquit, quia hastæ æquales vires habet illius succus ad necem*. Suidas, *in* Δορύκνιον: Δημοφῶν δὲ ἐτυμολογεῖ, αὐτὸ οὕτω κεκλῆσθαι, διὰ τὸ δόρατι ἴσον εἶναι κατὰ τὴν ἀναίρεσιν. *Demophon autem derivat, illud ita appellatum esse, quia hastæ ad necem æquales habet vires.* Totidem verbis Auctor Etymologici, *in* Δορύκνιον. Ephippus Fabulam ejus memorat, Εἰς Κότυν. Athenæus, *l*. XI. Καὶ Ἔφιππος, ἐν Ὁμοίοις, ἢ ἐν Ὀβελιαφόροις·

Διονυσίε δὲ δράματ' ἐκμαθεῖν δέοι.
Καὶ Δημοφῶντος, ἅτ' ἐποίησεν Εἰς Κότυν.
Et Ephippus, in Similibus, aut in Verua-ferentibus;
Dionysii autem fabulas ediscere oportet;
Et Demophontis, quæque fecit In Cotyn.

Ita enim recte ibi a Casaubono emendatum esse arbitror.

DEMOSTHENES *Atheniensis*.

De hoc dixi in *Bibliotheca Attica*.

A

DEMOSTHENES *Bithynus*.

Meminit ejus Stephanus, *in* Ἡραία: Πιστεῖον δὲ μᾶλλον τῷ Βιθυνῷ Δημοσθένει, ἐν τῷ ιδ'. βιβλίῳ. *Credendum autem potius Bithyno Demostheni, in libro* XIV. Hujus sunt, sine ullo dubio, Τὰ Βιθυνιακὰ, quæ citantur ab eodem Stephano, *in* Ἀλεξάνδρεια, Ἀρτάκη, & Μαυσωλοί. Hic ipse est existimandus, qui ab aliis *Thrax* vocatur; siquidem ea pars Bithyniæ, quæ ad Pontum Euxinum spectat, a Bospori initio, usque ad urbem Heracleam, *Thracia Asiatica* dicta est. Ejus sunt, Μετάφρασις Ἰλιάδος, Ἐπιτομὴ τῶ Δαμαγήτε τῶ Ἡρακλεώτε, Περὶ διθυραμβοποιῶν, Μετάφρασις εἰς τὴν Ἡσιόδε Θεογονίαν. Suidas: Δημοσθένης, Θρᾷξ. ὗτος ἔγραψε Μετάφρασιν Ἰλιάδος, πεζῷ λόγῳ, Ἐπιτομὴν τῶ Δαμαγήτε τῶ Ἡρακλεώτε, Περὶ διθυραμβοποιῶν, Μετάφρασιν εἰς τὴν Ἡσιόδε Θεογονίαν. *Demosthenes, Thrax. Hic scripsit Iliadis Metaphrasin, soluta oratione, Epitomen Damageti Heracleotæ, De dithyrambicis, Metaphrasin in Hesiodi Theogoniam*. Ac fortasse sunt ejusdem Κτίσεις; quæ commemorantur Stephano, *in* Ὀλιζών.

C

DEMOSTHENES *Massiliensis*.

Galenus, περὶ συνθέσεως τῶν φαρμάκων τῶν κατὰ γένη, *lib*. V. παρὰ Δημοσθένει τῷ Μασσαλιώτῃ, τῷ τὸ φάρμακον συντεθέντι, ἐλαίε ἔχει κοτύλας β. *Apud Demosthenem Massiliensem, qui pharmacum composuit, olei habet duas cotylas*. Atque hunc ipse puto esse, qui Φιλαλήθης cognominatus, scripsit libros tres περὶ ὀφθαλμῶν. Idem Galenus, Περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν, *l*. IV. Πρότερόν γε παραγράψας τοὺς τῶ Δημοσθένους ὅρους, ὡσαύτως τῷ διδασκάλῳ Φιλαλήθους ἐπικληθέντος· ὗ καὶ τὰ τρία Περὶ ὀφθαλμῶν ἔστι συγγράμματα, παρὰ πολλοῖς δεδοκιμασμένα. *Primo describens Demosthenis*
D *definitiones, perinde ut magister Philalethis cognominati; cujus tria De oculis sunt opera, apud multos probata*. Meminitque ejus ibi aliquoties Gerbertus, *epist*. IX. & CXXX.

DEMOSTHENES *Thrax*.

Idem hic cum Demosthene Bithyno, ut statim ostendi, cum de eo agerem.

DEMOSTRATUS *Apameensis*.

Plutarchus *de Flum*. ubi de Mæandro agit;
E Δημόστρατος δὲ ὁ Ἀπαμεὺς ἱστορίας μέμνηται τοιαύτης. *Demostratus autem Apameensis illius historiæ meminit*. Ejus libros περὶ ποταμῶν citat mox idem Plutarchus, in eodem *Opere*, ubi de Scamandro agit: Καθὼς ἱστορεῖ Δημόστρατος, ἐν δευτέρῳ Περὶ ποταμῶν. *Sicut tradit Demostratus, in libro secundo De fluviis*: Citatur etiam Demostratus, sine Patriæ, aut Operis titulo, apud Plinium, *l*. XXXVII. *cap*. VI.

DEMOTELES.

F Laudatur sine certo Opere a Plinio, *lib*. XXXVI. *cap*. XII.

DEMOXENUS.

Athenæus *lib*. I. Δημόξενος δ' ὗν φησὶ·

Νεανίας τις ἐσφαίριζεν, ὢν ἐτῶν
Ἴσως ἑπτακαίδεκα. ——

Demoxenus igitur inquit;

Adolescens quidam pila ludebat, natus annos Fortasse septendecim.

DEMUS *Delius*.

Citatur Stephano, *in* Βιβλίνη: sed legendum est eo loco Σῆμος. Vide infra, in *Semus*.

DERCYLLIDES.

Ejus Opus, Περὶ τῆς Πλάτωνος φιλοσοφίας, citat Simplicius, *Phys.* l. I. Ἱστέον, ὅτι ὁ Πορφύριος ἱστορεῖ, τὸν Δερκυλλίδην, ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ τῆς Πλάτωνος φιλοσοφίας, ἔνθα περὶ ὕλης ποιεῖται τὸν λόγον, Ἑρμοδώρου, τοῦ Πλάτωνος ἑταίρου, λέξιν παραγράφειν. *Sciendum, Porphyrium narrare, Dercyllidem, in libro undecimo Platonis philosophiæ, ubi de materia facit sermonem, Hermodori, Platonis amici, dictionem adscribere.*

DERCYLLUS.

Opera ejus sunt complura. Περὶ ὀρῶν, citat Plutarchus, lib. *de Flum.* in Lycorma fluvio: Μαραίνεται, καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος, ἐν γ΄. Περὶ ὀρῶν. *Marcessit, sicut narrat Dercyllus, in libro* III. *De montibus.* Idem in eodem *Opere*, in Marsya, Σατυρικὰ laudat; Περὶ λίθων, in Alpheo; Αἰτωλικά, in Acheloo. Scripsit etiam Περὶ κτίσεων. Plutarchus, in *Parallelis*, ubi de Ilio: Ὕστερον δὲ, ἐξιλασάμενος, ἀνέβλεψεν· ὡς Δέρκυλλος, ἐν πρώτῳ Κτίσεων. *Postea vero, numine placato, visum recepit; sicut Dercyllus in libro primo Originum.* Inde est, quod profert Clemens Alexand. ubi de Ilio expugnato, *Strom.* I. Αἰγίας δὲ, καὶ Δέρκυλλος, (ita scribo, non Δερκύλος) ἐν τῇ τρίτῃ μηνὸς Πανέμου, ὀγδόῃ φθίνοντος. *Ægias autem, & Dercyllus in die tertio mensis Panemi, octava finientis.* In quibus verbis apud Eusebium *de Præparat. Evang.* lib. X. corrupte Κερκύλος scribitur. Ἰταλικὰ commemorantur eidem Plutarcho, in iisdem *Parallelis*: Ἐπιχειρήσας δὲ τῷ Ἡρακλεῖ, ἀνῃρέθη· ὡς Δέρκυλλος, ἐν τρίτῳ Ἰταλικῶν. *Aggressus autem Herculem, occisus est; ut Dercyllus, in libro tertio Rerum Italicarum.*

DEXIPPUS *Cous*.

Hippocratis discipulus. Scripsit, Ἰατρικὸν, &, Περὶ προγνώσεων. Suidas: Δέξιππος, Κῷος, ἰατρὸς, Ἱπποκράτους μαθητής. ἔγραψεν ἰατρικὸν βιβλίον α΄. καὶ, περὶ προγνώσεων β΄. *Dexippus, Cous, medicus, Hippocratis discipulus. Scripsit librum medicum unum, &, de præcognitionibus duos.*

DIADES.

Scripsit de machinis bellicis, ut accipere est e Vitruvio, *lib.* X. *cap.* XIX. *His tunc primis gradibus positis ad id genus machinationis, postea, cum Philippus, Amyntæ filius, Byzantium oppugnaret, Polyidus Thessalus pluribus generibus, & facilioribus, explicavit: a quo receperunt doctrinam Diades, & Chæreas, qui cum Alexandro militarunt. Itaque Diades scriptis suis ostendit, se invenisse turres ambulatorias, &c.* Et postea: *Quæ sunt ab Diade de machinis scripta, quibus sint comparationibus, exposui.* Athenæus in *Mechanicis*: Διάδης μὲν οὖν, αὐτός φησιν ἐν τῷ Μηχανικῷ αὐτοῦ συγγράμματι, εὑρηκέναι τούς τε φορητοὺς Πύργους, καὶ τὸ λεγόμενον τρύπανον. *Itaque Diades quidem, similiter inquit in Mechanico suo libro, invenisse se & portatiles turres, & quæ dicitur, terebram.* Citat quoque non semel Hero, *de Machinis*, capp. XIII. XIV.

DIAGORAS *Cyprius*.

Hic Medicus fuit. Erotianus, in *Lex. Hippocr.* Διαγόρας δὲ ὁ Κύπριος φησὶ, τὰ προαιρετικὰ νεῦρα περόνας αὐτὸν καλεῖν. *Diagoras autem Cyprius inquit, nervos voluntarios fibulas illum appellare.*

DICÆARCHUS *Lacedæmonius*.

Hic Grammaticus fuit, Aristarchi discipulus. Suidas: Δικαίαρχος, Λακεδαιμόνιος, γραμματικὸς, ἀκροατὴς Ἀριστάρχου. *Dicæarchus, Lacedæmonius, grammaticus, Aristarchi auditor.* Operum ejus nullum inveni.

DICÆARCHUS *Messenius*.

Hic discipulus Aristotelis, philosophus, orator, & geometra fuit. Ejusque Opera, Καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν, Ἑλλάδος βίος, Πολιτεία Σπαρτιατῶν. Suidas: Δικαίαρχος, Φειδίου, Σικελιώτης, ἐκ πόλεως Μεσσήνης, Ἀριστοτέλους ἀκουστὴς, φιλόσοφος, καὶ ῥήτωρ, καὶ γεωμέτρης· οὗτος ἔγραψε, Καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν, Ἑλλάδος βίον, ἐν βιβλίοις γ΄. Τὴν πολιτείαν Σπαρτιατῶν. *Dicæarchus, Phidiæ filius, Siculus, ex urbe Messene, Aristotelis auditor, philosophus, & rhetor, & geometra. Hic scripsit Dimensiones montium in Peloponneso, Græciæ vitam, in lib.* III. *Spartanam Rempublicam.* Ex his Ἑλλάδος βίος citatur a Stephano, *in* Χαλδαῖοι: Ἐκλήθησαν δὲ ἀπὸ Χαλδαίου τινὸς, ὡς Δικαίαρχος, ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου. *Appellati autem sunt ab Chaldæo quodam, ut Dicæarchus, in libro primo Græciæ vitæ.* Athen. *l.* XIII. Τριακοσίας πεντήκοντα περιήγετο παλλακάς, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος, ἐν τρίτῳ περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου. *Trecentas quinquaginta concubinas circumducebat, ut narrat Dicæarchus in libro tertio De vita Græciæ.* Et *l.* XIV. Περὶ ὧν φησὶ Δικαίαρχος, ἐν τοῖς Περὶ τοῦ Ἑλλάδος βίου. *De quibus dicit Dicæarchus, in libris De Græciæ vita.* Porphyrius, *de Abstinen. Anim.* l. IV. Τῶν τοίνυν συντόμως τε ὁμοῦ καὶ ἀκριβῶς τὰ Ἑλληνικὰ συναγαγόντων, ἐστὶ καὶ ὁ περιπατητικὸς Δικαίαρχος· ὃς τὸν ἀρχαῖον βίον τῆς Ἑλλάδος ἀφηγούμενος, τοὺς παλαιοὺς καὶ ἐγγὺς θεῶν φησὶ γεγονότας, βελτίστους τε ὄντας φύσει, καὶ τὸν ἄριστον ἐζηκότας βίον, ὡς χρυσοῦν γένος νομίζεσθαι. *Inter illos igitur, qui & breviter simul & accurate Res Græcas collegerunt, est quoque Dicæarchus peripateticus; qui antiquam Græciæ vitam enarrans, antiquos etiam inquit prope deos fuisse, naturaque optimos, etiam optimam vixisse vitam, ut aureum genus putaretur esse.* Et mox: Ἃ δὴ καὶ ἐξηγούμενος ὁ Δικαίαρχος, τὸν ἐπὶ Κρόνου βίον τοιοῦτον εἶναι φησίν. *Quæ sane enarrans quoque Dicæarchus vitam sub Saturno talem fuisse dicit.* Varro *de Re Rust.* l. I. c. II. p. 57. Aliud Opus fuit, Περὶ βίων; in quo Vitas Virorum clarorum pertractavit. Citat Diogenes Laertius, in *Platone, l.* III. Εἰσὶ δὲ, οἳ καὶ παλαῖσαι φασὶν αὐτὸν Ἰσθμοῖ· καθὰ καὶ Δικαίαρχος, ἐν πρώτῳ Περὶ βίων. *Sunt autem, qui etiam palæstra in Isthmo se exercuisse illum scribunt; sicut etiam Dicæarchus, in libro primo De vitiis.* Ex hoc ipso Opere fuerit, quæ Περὶ Ἀλκαίου citat Athenæus *lib.* XI. Δικαίαρχος μὲν γὰρ ὁ Μεσσήνιος, ὁ Ἀριστοτέλους μαθητὴς, ἐν τῷ Περὶ Ἀλκαίου, μικροῖς φησὶν αὐτοὺς ἐκπώμασι κεχρῆσθαι, καὶ ὑδαρέστερον πεπωκέναι. *Nam Dicæarchus quidem Messenius, Aristotelis discipulus, in libro De Alcæo, parvis illos poculis usos fuisse dicit, & cum aquæ majore copia bibisse.* Iterum *lib.* XV. Δικαίαρχος ὁ Μεσσήνιος, Ἀριστοτέλους μαθητὴς, ἐν τῷ Περὶ Ἀλκαίου, καὶ τὴν λάταγην φησὶν εἶναι Σικελικὸν ὄνομα. *Dicæarchus Messe-*

nius, Aristotelis discipulus, in libro De Alcæo, λατάγlω *quoque Siculum esse nomen dicit*. Quem locum respexit Scholiastes Aristophanis *Pace*; Αθηναῖος ᾗ ἐν τῇ ιέ. φησὶν, ὅτι φησὶ Κριτίας ἐν τοῖς Ἐλεγείοις·

Κότταβος ἐκ Σικελῆς ἐςὶ χθονὸς, ἐκπρεπὲς ἔργον.

Δικαίαρχος δὲ ὁ Μεσσήνιος, Ἀριςοτέλους μαθητὴς, ἐν τῷ Περὶ Ἀλκαίου, καὶ τὴν λάταγα αὐτὴν εἶναι Σικελικὸν ὄνομα. *Athenæus autem in libro* XV. *inquit, Critiam dicere in Elegiis*;

Cottabus ex Sicula est terra, decorum opus.

Dicæarchus autem Messenius, Aristotelis discipulus, in libro De Alcæo, & ipsam λάταγα *esse Siculum nomen*. Citatur quoque Περὶ Ἀλκμᾶνος, apud Athenæum, *dicto libro* decimo quinto; sed, legendum illic esse Περὶ Ἀλκαίου, recte visum Isaaco Casaubono. Scripsit præterea, Περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως. Athenæus *l.* XIII. Δικαίαρχος δὲ, ἐν τοῖς Περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως, φησί. *Dicæarchus autem, in libris De descensu in Trophonium, inquit*. Iterum *l.* XIV. Δικαίαρχος δὲ, ἐν πρώτῳ τῆς εἰς Τροφωνίου Καταβάσεως, φησὶν οὕτως. *Dicæarchus autem, in libro primo Descensus in Trophonium, ita dicit*. Item, Ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδου, καὶ Σοφοκλέους, μύθων. Sextus Empiricus, *Adversus Mathematicos*, l. III. Καθὸ καὶ τραγικὴν, καὶ κωμικὴν, ὑπόθεσιν εἶναι λέγομεν· καὶ Δικαιάρχου τινὰς ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδου, καὶ Σοφοκλέους, μύθων. *Sicut & tragicum, & comicum, argumentum esse dicimus; & Dicæarchi aliqua argumenta Euripidis, & Sophoclis, fabularum*. Ejusdem fuit, Περὶ τῆς ἐν Ἰλίῳ θυσίας. Athenæus *l.* XIII. Δικαίαρχος γοῦν, ἐν τῷ Περὶ τῆς ἐν Ἰλίῳ θυσίας, Βαγώου τοῦ εὐνούχου οὕτως αὐτόν φησιν ἡρᾶσθαι, ὡς ἐν ὄψει θεάτρου ὅλου καταφιλεῖν αὐτὸν ἀνακλάσαντα. *Dicæarchus igitur, in libro De sacrificio in Ilio, Bagoæ eunuchi ita eum amore captum esse inquit, ut in conspectu totius theatri illum oscularetur resupinans*. Item, Περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων. Scholiastes Aristophanis *Avibus*: Ἀντίπατρος ᾗ, καὶ Εὐφρόνιος, ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι, φασὶ, τοὺς κυκλίους χοροὺς στῆσαι πρῶτον Λάσον τὸν Ἑρμιονέα· οἱ ᾗ ἀρχαιότεροι, Ἑλλάνικος, καὶ Δικαίαρχος, Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον· Δικαίαρχος μὲν, ἐν τῷ Περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων. Ἑλλάνικος ᾗ, ἐν τοῖς Κραναϊκοῖς. *Antipater autem, & Euphronius, in Commentariis, dicunt, rotundos choros constituisse primum Lasum Hermionensem; antiquiores vero Hellanicus, & Dicæarchus, Arionem Methymnæum; Dicæarchus quidem in libro De Dionysiacis certaminibus; Hellanicus autem, in Cranaicis*. Ita enim ibi legendum; non, Δήμαρχος μέν. Etiam, Περὶ μουσικῶν ἀγώνων. Suidas, *in* Σκολιόν: Ὡς μὲν Δικαίαρχος, ἐν τῷ Περὶ μουσικῶν ἀγώνων, ὅτι τρία γένη ἦν ᾠδῶν. *Ut quidem Dicæarchus, in libro De musicis certaminibus, tria esse odarum genera*. Scholiastes Aristophanis *Ranis*: Δικαίαρχος, ἐν τῷ Περὶ μουσικῶν ἀγώνων, ὅτι τρία γένη ἦν ᾠδῶν. *Dicæarchus, in libro De musicis certaminibus, tria esse odarum genera*. Occurrit iterum, *ad Vespas*. Ac fortasse idem est, quod Περὶ Μουσικῆς laudatur eidem Scholiastæ, *ad Nubes Comici*: Δικαίαρχος, ἐν τῷ Περὶ Μουσικῆς, *Dicæarchus, in libro De Musica*. Commemorat vero Suidas, in citatis initio verbis, etiam Oratorem fuisse. Ac citantur ejus quædam Orationes; in quibus, Τριπολιτικός. Athenæus *l.* IV. Δικαίαρχος τάδε ἱςορεῖ, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τριπολιτικῷ. *Dicæarchus hæc narrat, in libro inscripto Tripolitico*. Ὀλυμπικός. Athenæus *l.* XIV. Τοὺς ᾗ Ἐμπεδοκλέους καθαρμοὺς ἐρραψῴδησεν Ὀλυμπίασι Κλεομένης ὁ ῥαψῳδὸς, ὥς φησι Δικαίαρχος, ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ. *Empedoclis autem expiationes tanquam rhapsodus recitavit in ludis Olympiacis Cleomenes rhapsodus, ut inquit Dicæarchus, in Olympico*. Παναθηναϊκός. Scholiastes Aristophanis, *Vespis*: Ὁ μέντοι Δικαίαρχος, ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ, οὐκ οἶδα ἐξ ὅτου ποτὲ, καὶ τὰς γραῦς ἐν τοῖς Παναθηναίοις, ὑπείληφε θαλλοφορεῖν. *Dicæarchus quidem, in Panathenaico, nescio ex quo, etiam vetulas in Panathenæis existimavit ramos virides gestare*.

DICÆOCLES
Cnidius.

Hujus Διατριβαὶ commemorantur ab Athenæo, *l.* II. Ὡς φησιν Εὐρύπυλος· καὶ Δικαιοκλῆς ὁ Κνίδιος, ἐν εἰκοςῷ καὶ πρώτῳ Διατριβῶν. *Ut inquit Eurypylus; & Dicæocles Cnidius, in libro vigesimo primo Commentationum*.

DICÆOGENES.

Ejus Τραγῳδίαι, & Διθύραμβοι, laudantur a Suida; cujus ista verba: Δικαιογένης, ὄνομα κύριον· ὃς τραγῳδίας, καὶ διθυράμβους, ἔγραψεν. *Dicæogenes, nomen proprium; qui tragœdias, & dithyrambos, scripsit*. Ex Tragœdiis, Μήδεια citatur, a Scholiaste Euripidis, *ad Medeam*: Δικαιογένης ᾗ, ἐν τῇ Μηδείᾳ, Μεταπόντιον αὐτὸν ὀνομάζει. *Dicæogenes autem, in Medea, Metapontium illum nominat*. Ejus Κύπριοι, Aristot. II. 241.

DICTYS.

Scripta ejus commemorat Suidas: Δίκτυς, ἱςορικός· ἔγραψεν Ἐφημερίδα. ἔςι δὲ τὰ μεθ᾽ Ὅμηρον καταλογάδην ἐν βιβλίοις θ᾽. Ἰταλικά. Τρωϊκὸν διάκοσμον. *Dictys historicus; scripsit Diarium. Sunt autem illa post Homerum prosa oratione in libris novem scripta. Italica. Troicum apparatum*. Sed plurali numero ibi scribendum, Ἐφημερίδας. Syrianus, *in Hermogenem*: Ἐπί τε τῶν Τρωϊκῶν ἠσκεῖτο, ὡς Δίκτυς ἐν ταῖς Ἐφημερίσι φησί. *Et in Trojanis se exercebat, sicut Dictys in Diariis inquit*.

DIDYMARCHUS.

Scripsit Μεταμορφώσεις. Antoninus Liberalis, in suo ejusdem tituli *Opere*, c. XXIII. Ἱςορεῖ Νίκανδρος, Ἑτεροιουμένων α΄. καὶ Ἡσίοδος, ἐν Μεγάλαις Ἠοίαις· καὶ Διδύμαρχος, Μεταμορφώσεων γ΄. *Narrat Nicander, Mutatorum libro* I. *& Hesiodus, in Magnis Eœis; & Didymarchus, libro* III. *Metamorphoseωn*.

DIDYMUS *Alexandrinus*,
Chalcenterus.

Scripsit libros ter mille quingentos; vel, ut alii, quater mille. Ex his paucorum vix tituli supersunt. Inter quos, Ἐξήγησις Σοφοκλέους. Athenæus *lib.* II. Δίδυμος δ᾽ ὁ γραμματικὸς, ἐξηγούμενος παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ τὸ κυνάρος ἄκανθα, μή ποτέ φησι τὸ κυνόσβατον λέγει. *Didymus autem grammaticus, explicans apud Sophoclem cynarus spina, fortasse, inquit, cynosbaton dicit*. Ἐξήγησις Πινδαρική, *Explicatio Pindarica*. Lactantius, *lib.* I. *c.* XXII. *Didymus, in libris* Ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς, *ait, Melissea, Cretensium regem, primum diis sacrificasse*. Ἐξήγησις Φρυνίχου. Athenæus *lib.* IX. Μνημονεύει Φρύνιχος, ἐν Κρόνῳ. ὅπερ ἐξηγούμενος δρᾶμα Δίδυμος, ὅμοιά φησι εἶναι τὰ γήθια τοῖς λεγομένοις ἀμπελοπράσοις. *Meminit Phrynichus, in Saturno: quam fabulam Didymus explicans, gethia similia esse ita dictis porris in vinetis nascentibus*. Ἐξήγησις Ἴωνος. Athenæus, postquam ex Ionis *Agamemnone* verba produxit, *lib.* XI. Βέλτιον δὲ λέγειν φησὶν ὁ

Δίδυμος, ἐν τῷ τοῦ δράματος ἐξηγητικῷ, ὅτι παρήκουσεν Ὁμήρου. *Melius autem dicere inquit Didymus in explicatione fabulæ, male intellexisse Homerum.* Ἀντεξηγήσεις πρὸς Ἴωνα. Athenæus *lib.* XIV. Δίδυμος ὁ γραμματικὸς, ἐν ταῖς πρὸς Ἴωνα ἀντεξηγήσεσιν. *Didymus Grammaticus, in contrariis explicationibus adversus Ionem.* Ἐξήγησις Ὀδυσσείας. Citatur ab Etymologici Auctore, *in* Περισκέπτῳ, & Σκῦρος. Exstant hodie *in Homeri Odyssseam Scholia* quædam, Didymi nomine insignita; sed, quæ hujus nostri non esse, liquido constat; cum Galenum, ac Pausaniam, qui posteriores ævo, ea laudent. Rectius itaque Didymo illa juniori tribuentur, itidem Alexandrino, quem præter Πιθανὰ, & Περὶ ὀρθογραφίας, alia plura scripsisse, testis nobis Suidas. Περὶ Καβασσοῦ. Stephanus, *in* Ἀγάθυρσοι: Ἀπὸ δὲ τοῦ Καβακησὸς, οἴεται Δίδυμος κατὰ συγκοπὴν Κάβασσος. πόλις δὲ αὕτη Ὀθρυονέως, περὶ ἧς βιβλίον ὅλον συνέγραψε. *Ab voce Cabacesos autem, putat Didymus per syncopen Cabassus derivari. Urbs autem illa Othryonei, de qua librum totum conscripsit.* Περὶ παρεφθορυίας λέξεως: Ἐπὶ ἡδύσματος ἡ παροψὶς κεῖται καὶ οὐχ, ὡς ὁ Δίδυμος, ἐν τῷ Περὶ παρεφθορυίας λέξεως, ἐπὶ τοῦ ἀγγείου. *De dulciario opere paropsis ponitur; & non, ut Didymus in libro De corrupta dictione, de vase.* Scholiastes Aristophanis, *ad Aves*: Εἰς τὸ αὐτὸ Δίδυμος ἐν τῷ Περὶ διεφθορυίας λέξεως. *Ad idem Didymus in libro De corrupta dictione.* Περὶ Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας. Clemens, *Strom.* I. Δίδυμος δ', ἐν τῷ Περὶ Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας, Θεανὼ τὴν Κροτωνιάτιν πρώτην γυναικῶν φιλοσοφῆσαι, καὶ ποιήματα γράψαι, ἱστορεῖ. *Didymus autem, in libro De Pythagorica philosophia, Theano Crotoniensem primam mulierum philosophatam esse, & carmina scripsisse, narrat.* Περὶ Λυρικῶν ποιητῶν. Etymologici Auctor, *in* Προσῳδίαι: Οὕτω Δίδυμος, ἐν τῷ Περὶ Λυρικῶν ποιητῶν, *Ita Didymus, in libro De poetis Lyricis*. Occurritque iterum apud eundem postea, *in* Ὕμνος. Ἱστορία ξένη. Eusebius, *Chron.* I. Γανυμήδην Τάνταλος ἁρπάσας, υἱὸν τοῦ Τρωὸς, ὑπ' αὐτοῦ κατεπολεμεῖτο Τρωός. ὡς ἱστορεῖ Δίδυμος, ἐν Ἱστορίᾳ ξένῃ. *Ganymeden Tantalus quum rapuisset, Trois filium, ab illo Troe ei bellum illatum est; ut narrat Didymus in Historia peregrina.* Et mox: Δίδυμος φησὶν, ἐν Ἱστορίᾳ ξένῃ. καὶ παρατίθεται τὸν ξυγγραφέα ταύτης. *Didymus inquit, in Historia peregrina; & apponit hujus scriptorem.* Συμποσιακά. Diogenes Laertius, *lib.* V. Δίδυμος δὲ, ἐν Συμποσιακοῖς, καὶ Χαριτοβλέφαρον, καὶ Λαμπετὼ, καλεῖσθαι αὐτόν φησιν. *Didymus autem, in Symposiacis, & Charitoblepharum,* palpebras gratas habentem, *& Lampeto, appellari illum dicit.* Stephanus, *in* Ἠτία: Δίδυμος δὲ, Συμποσιακῶν δεκάτῳ, Ἤτιον αὐτὸν καλεῖ. *Didymus autem, in libro decimo Symposiacorum, Etium illum appellat.* Etymologici Auctor, *in* Σκολιά: Δίδυμος φησὶ διαφόρους ἐτυμολογίας, ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Συμποσιακῶν. *Didymus inquit diversas etymologias, in libro Symposiacorum tertio.* Laudat etiam Clemens, *Strom.* IV. Περὶ τῶν ἀξόνων τοῦ Σόλωνος. Plutarchus, in *Vita Solonis*: Δίδυμος ὁ γραμματικὸς, ἐν τῇ Περὶ τῶν ἀξόνων τοῦ Σόλωνος ἀντιγραφῇ, πρὸς Ἀσκληπιάδην, Φιλοκλέους τινὸς τέθεικε λέξιν, ἐν ᾗ τὸν Σόλωνα πατρὸς Εὐφορίωνος ἀποφαίνει. *Didymus grammaticus, in rescripto De axibus Solonis, ad Asclepiadem, Philoclis cujusdam posuit sermonem; in quo Solonem patre Euphorione fuisse demonstrat.* Περὶ τραγῳδουμένης λέξεως. Macrobius, *Satyr.* lib. V. cap. XVIII. *Euripidis, nobilissimi Tragœdiarum scriptoris, addetur auctoritas; quam idem Didymus, grammaticus, in his libris, quos* Τραγῳδουμένης λέξεως *scripsit, posuit.* Περὶ ἀπορουμένης λέξεως. Harpocration, *in* Δερμηστής: Δίδυμος μὲν ἀποδίδωσι τὸν σκώληκα. οὕτω λέγεσθαι τῷ Σοφοκλεῖ ἐν Νιόβῃ, ἐν ἑβδόμῳ τῆς Ἀπορουμένης λέξεως. *Didymus quidem tradit lumbricum ita ab Sophocle nominari in Niobe, in libro septimo Dubiæ dictionis.* Γεωργικά. Suidas: Δίδυμος, Ἀλεξανδρεὺς, Γεωργικὰ (ἔγραψεν) ἐν βιβλίοις ιε'. *Didymus, Alexandrinus Georgica (scripsit) in libris* XV. Et citantur ii non semel in iis libris *Geoponicorum*, qui sine Auctore in lucem editi anno CIↃ IↃ XXXIX. Exstant quoque ejus Παροιμίαι, una cum Lucilii Tarrhæi editæ ab Aldo, anno CIↃ IↃ V. Sed sunt ista tantum Excerpta e libris tredecim, quos is scripserat. Helladius, in *Excerptis Chrestomath.* apud Photium: Δίδυμος Περὶ παροιμιῶν δεκατρία βιβλία συντέταχε, πρὸς τοὺς περὶ παροιμιῶν συντεταχότας ἐπιγράψας αὐτά. *Didymus De proverbiis tredecim libros composuit, illis, qui de proverbiis scripserunt, eos inscribens.*

DIDYMUS *Alexandrinus, Junior.*

Scripsit Πιθανὰ, & Περὶ ὀρθογραφίας. Suidas: Δίδυμος νέος, Ἀλεξανδρεὺς, γραμματικὸς, ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ. ἔγραψε Πιθανά. Περὶ ὀρθογραφίας· καὶ ἄλλα πλεῖστα, καὶ ἄριστα. *Didymus junior, Alexandrinus, grammaticus, qui Romæ sophista fuit. Scripsit Suasoria; De orthographia; & alia plurima, & optima.*

DIDYMUS *Atejus.*

Scripsit Πιθανῶν, & Σοφισμάτων λύσεις. Suidas: Δίδυμος, Ἄττιος χρηματίσας, φιλόσοφος Ἀκαδημαϊκός. Πιθανῶν, καὶ Σοφισμάτων λύσεις ἐν βιβλίοις β'. καὶ ἄλλα πολλά. *Didymus, Atejus nominatus, philosophus Academicus. Suasoriorum, & Sophismatum solutiones in libris duobus, & alia multa.*

DIDYMUS *Claudius.*

Scripsit περὶ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν Θουκυδίδῃ, Περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας, Ἐπιτομὴν τῶν Ἡρακλέωνος, & alia. Suidas: Δίδυμος, ὁ Κλαύδιος χρηματίσας, γραμματικός· Περὶ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν. Θουκυδίδῃ· Περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας· Ἐπιτομὴν τῶν Ἡρακλέωνος· καὶ ἄλλα τινα. *Didymus, Claudius nominatus, grammaticus; De illis in quibus ab Thucydide peccatum est contra analogiam; De Romanorum analogia; Epitomen librorum Heracleonis; & alia quædam.* Ex his Ἐπιτομὴ τῶν Ἡρακλέωνος citatur a Stobæo; qui Fragmentum ejus insigne habet, *Serm.* CI.

DIDYMUS *Heraclidis.*

Scripsit Μέλη. Suidas: Δίδυμος, ὁ τοῦ Ἡρακλείδου, γραμματικός. μουσικός τε ἦν λίαν, καὶ πρὸς μέλη ἐπιτήδειος. *Didymus, Heraclidis filius, grammaticus. Musicusque erat valde, & ad carmina idoneus.*

DIENECHUS.

Ejus Περσικὰ commemorat Athenæus, *libro de Machinis*: Κατανοήσει δ' ἄν τις τοῦτο ἀκριβέστατα ἐκ τῶν Διεινέχου Περσικῶν, καὶ τῶν δι' αὐτοῦ ἀκολουθησάντων Ἀλεξάνδρῳ. *Intelliget autem quis illud accuratissime ex Dienechi Persicis, & propter illum secutis Alexandrum.*

DIEUCHES.

Medicus fuit; quem sæpissime citat Plinius, etsi non expresso ullo Operis titulo. Vide *librum* XX. *capp.* V. IX. XVII. *lib.* XXIII. *cap.* II. *lib.* XXIV. *cap.* XVI. Meminitque ejus Athenæus *lib.* I.

Ga-

Galenus, Περὶ τ̃ τῆς ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως, *lib.* VI. & alibi.

DIEUCHIDAS.

Meminit ejus Stephanus, *in* Σκίρφαι. Scripsit Μεγαρικά. Diog. Laert. in *Solone lib.* I. Μᾶλλον ἂν Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν, ἢ Πεισίστρατος· ὥς φησι Διευχίδας, ἐν πέμπτῳ Μεγαρικῶν. *Magis igitur Solon quam Pisistratus Homerum illustravit; ut inquit Dieuchidas, in libro quinto Megaricorum.* Clemens *Strom.* V. Διευχίδας γὰρ, ἐν τετάρτῳ Μεγαρικῶν, περὶ τὸ διακοσιοστὸν ἐννενηκοστὸν ἔτος ὕστερον τ̃ Ἰλίου ἁλώσεως, τ̃ ἀκμὴν Λυκούργου φέρει. *Dieuchidas enim, in libro quarto Megaricorum, circa ducentesimum annum post Ilii expugnationem, vigorem Lycurgi tradit.* Emendandus Scholiastes Apollonii, *lib.* I. Διευχίδας δὲ, ἐν τοῖς Μεγαρικοῖς, ἱστορεῖ, ὅτι Ἀλκάθοος ὁ Πέλοπος, διὰ τ̃ Χρυσίππου φόνον φυγαδευθεὶς ἐκ Μεγάρων, ἀπήρχετο κατοικήσων εἰς ἑτέραν πόλιν. *Dieuchidas autem, in Megaricis, narrat, Alcathoum Pelopis filium, propter Chrysippi cædem exilio pulsum ex Megaris, discessit habitaturus in alia urbe.* Male hodie vulgatur, Διρηχίδας δὲ. Item Pindari, *Nem.* ode IX. Διευχίδας δὲ, ἐν τῷ τρίτῳ τ̃ Μεγαρικῶν, τὸ μὲν κενήριον τ̃ Ἀδράστου ἐν Σικυῶνι φησὶ, ἀποκεῖσθαι δὲ αὐτὸν ἐν Μεγάροις. *Dieuchidas autem, in libro tertio Megaricorum, monumentum quidem Adrasti in Sicyone esse tradit, Megaris vero eum sepultum esse.* Male editur, Διευτυχίδας. Meminit etiam Athenæus *lib.* VI.

DINARCHUS.

Poeta.

Scripsit Διονυσιακά. Eusebius, *Chron.* I. Διονύσου πράξεις, καὶ τὰ περὶ Ἰνδὰς, Λυκοῦργόν τε καὶ Ἀκταίωνα, καὶ Πενθέα, ὅπως τε Πέρσῃ συστὰς εἰς μάχην ἀναιρεῖται, φησὶ Δείναρχος ὁ ποιητὴς, οὐχ ὁ ῥήτωρ. *Bacchi acta, & quæ apud Indos, & Lycurgum & Actæonem, & Penthеum, & quomodo cum Perseа congressus ad pugnam interficiatur, refert Dinarchus poeta, non rhetor.* Cyrillus, *Adversus Julianum*, lib. X. *Etenim Dinarchus, poeta non ignobilis, acta Liberi enarrans, quæ ipse egit apud Indos.*

DINIAS.

Incerto Opere citatur a Plutarcho, in *Arato*, & Theocriti Scholiaste, *Idyll.* XIV. Scripsit Ἀργολικά. Scholiastes Apollonii, *lib.* II. Ὅτι δὲ τοὺς Παφλάγονας ὑπέταξεν Ἡρακλῆς τοῖς περὶ Λύκον, ἱστορεῖ Δεινίας, ἐν πρώτῳ Ἀργολικῶν. *Herculem vero Paphlagones subjecisse illis qui circa Lycum habitant, narrat Dinias, in libro primo Rerum Argolicarum.* Et Sophoclis, *ad Electram*: Οἱ Ἀργολικοὶ συγγραφεῖς τεσκαιδεκάτην εἶναι φασὶ μηνὸς Γαμηλιῶνος· ὡς Δεινίας, ἐν ἑβδόμῳ Ἀργολικῶν. *Argolici scriptores mensis Januarii ipsas idus esse dicunt; sicut Dinias, in libro septimo Rerum Argolicarum.*

DINOLOCHUS.

Scripsit Comœdias quatuordecim, dialecto Dorica; utpote Syracusanus, vel, ut aliis placet, Agrigentinus. Suidas: Δεινόλοχος, Συρακούσιος, ἢ Ἀκραγαντῖνος, κωμικός. ἦν ἐπὶ τ̃ ογʹ. Ὀλυμπιάδος. υἱὸς Ἐπιχάρμου· ὡς δέ τινες, μαθητής. ἐδίδαξε δράματα ιδʹ. Δωρίδι διαλέκτῳ. *Dinolochus, Syracusanus, vel Agrigentinus, comicus. Florebat Olympiade* LXXIII. *filius Epicharmi; ut vero quidam, discipulus: docuit fabulas* XIV. *Dorica dialecto.* Quæ totidem verbis Anonymus, in *Desc. Olymp.* ad Olympiadis LXXIII. annum I. Ejus Ἀμαζόνες citantur a Polluce, *libr.* X. *cap.* XLV. Δεινόλοχος ἐν Ἀμαζόσιν ἔφη, Καπηλικοῦ ζυγοῦ. *Dinolochus in Amazonibus inquit, Cauponarii jugi.* Corruptum censeo ejus nomen apud eundem, ubi Μήδεια citatur, *lib.* IV. *cap.* XXIV. Καὶ μὴν οἵ γε Δωριεῖς ποιηταὶ, τ̃ λίτραν ποτὲ μὲν νόμισμά τι λεπτὸν λέγουσιν· οἷον, ὅταν Σώφρων, ἐν τοῖς Γυναικείοις Μίμοις, λέγῃ· Ὁ μισθὸς δεκάλιτρον. καὶ πάλιν, ἐν τοῖς Ἀνδρείοις· Σῶσαι δὲ οὐδὲ τὰς δύο λίτρας δύναμαι· ποτὲ δὲ σταθμόν τινα, ὡς Δεινόλοχος, ἐν Μηδείᾳ. Τετρακονταλίτρους τινὶ νεανίσκῳ παῖδας. *Et sane Dorienses poetæ* vocem λίτραν *quandoque quidem nummum tenuem dicunt; sicut, cum Sophron, in Muliebribus Mimis, dicat; Merces decem litrarum. Atque iterum in Virilibus; Servare autem neque duas litras possum; aliquando autem pondus quoddam, sicut Dinolochus, in Medea; Quadraginta litrarum cuidam adolescenti pueros.* Hodie editur, ὡς Δημόλογος, ἐν M. Certe Demologus Comicus nusquam laudatur. Et firmat conjecturam meam, quod eum inter poetas Doricos nominat Pindarus: atque hic noster, ut jam dixi, Fabulas scripsit quatuordecim, dialecto Dorica usus. Laudatur, sine titulo Fabulæ, ab Hesychio, *in* Ἄδος, &, ὀλβάχιον, item a Suida, *in* Ὗς ὑπὸ ῥόπαλον.

DINOMACHUS.

Citatur, incerto Opere, apud Clementem, *Strom.* II. Δεινόμαχος δὲ, καὶ Καλλιφῶν, τέλος εἶναι ἔφασαν, πᾶν τὸ καθ' αὑτὸν ποιεῖν, ἕνεκα τ̃ ἐπιτυχεῖν ἡδονῆς. *Dinomachus autem, & Calliphon, finem esse dixerunt, omne quod ad ipsum attinet facere, voluptatis consequendæ causa.*

DINON.

Scripsit Περσικά. Athenæus *lib.* II. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ Δείνων, ἐν τῇ Περσικῇ πραγματείᾳ, ὅς γέ φησι, καὶ ἅλας Ἀμμωνιακὸν ἀπ' Αἰγύπτου ἀναπέμπεσθαι βασιλεῖ, καὶ ὕδωρ ἐκ τ̃ Νείλου. *Atqui nec Dinon, in Persico opere, qui dicit, etiam sal Ammoniacum ab Ægypto regi mitti, & aquam ex Nilo.* Iterum, *lib.* IV. Ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς, ὥς φησι Κτησίας, καὶ Δείνων, ἐν τοῖς Περσικοῖς, ἐδείπνει μετὰ ἀνδρῶν μυρίων πεντακισχιλίων. *Persarum vero res, ut Ctesias inquit, & Dinon, in Rebus Persicis, cum viris quindecim mille cœnabat.* Rursum, in sequentibus *libris* XI. XIII. XIV. Cicero, *de Divin.* lib. I. *Quid ego, quæ magi Cyro illi principi interpretati sunt, ex Dinonis PERSICIS libris proferam?* Atque hinc petita sunt, quæ proferunt Clemens, in *Protreptico*, Plutarchus, in *Themistocle*, & *Artoxerxe*, Lucianus, in *Longævis*, Diogenes Laertius, in *Proœmio*.

DINOSTRATUS.

Tractavit Geometrica. Proclus, *in Euclidem*, *lib.* II. Καὶ Μέναιχμος, ἀκροατὴς ὢν Εὐδόξου, καὶ Πλάτωνι δὲ συγγεγονὼς, καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δεινόστρατος, ἔτι τελεωτέραν ἐποίησαν τ̃ ὅλην γεωμετρίαν. *Et Menæchmus, Eudoxi auditor, & Platoni æqualis, & frater ejus Dinostratus, perfectiorem adhuc totam geometriam fecerunt.*

DIOCLES *Carystius*.

Hic Medicus celeberrimus fuit; ætate, & fama, ab Hippocrate secundus. Plinius, *lib.* XXVI. *cap.* II. *Hippocratis certe, qui primus medendi præcepta clarissime condidit, referta herbarum mentione invenimus volumina; nec minus Dioclis Carystii:*

qui secundus ætate, famaque, exstitit. Quin & citat A eum passim. Censorinus, *de die Natali* cap. VII. *Diocles tamen Carystius, & Aristoteles Stagirites, aliter senserunt.* Celsus in *Proœmio, l.* I. *Postquam Diocles Carystius, deinde Praxagoras, & Chrysippus.* Scripsit ὑγιεινὰ Παραγγέλματα, Antigono Regi dedicata. Hierocles, *Hippiatr.* l. II. c. XCVIII. Ενέτυχόν ποτε συγγράμματι Διοκλέους δοκιμωτάτῳ, προσφωνοῦντος τινὶ τῶν βασιλέων, Αντιγόνῳ οἶμαι, Υγιεινὰ Παραγγέλματα, οἷς χρώμενός τις εὐδοκιμήσει. *Incidi aliquando in probatissimum Dioclis librum, cuidam regum, Antigono arbitror, Salubria Præcepta dedicantis, quibus aliquis utens celebrabitur.* Respexit B Themistius, *Orat.* II. Εχοι δ' ἂν λέγειν, καὶ ὅσα Ιπποκράτης ὁ Κῷος, καὶ ὅσα Ερασίστρατος, καὶ ὅσα Διοκλῆς, ἐν τοῖς συγγράμμασι ΠΑΡΑΓΓΕΛΛΟΥΣΙΝ ΥΠΕΡ ΥΓΕΙΑΣ. *Habeat autem dicere, & quæcunque Hippocrates Cous, & quæcunque Erasistratus, & quæcunque Diocles in libris PRÆCIPIUNT DE SANITATE.* Aliud Opus erat, Υγιεινὰ, Plistarcho inscriptum. Athenæus *l.* VII. Διοκλῆς, ἐν πρώτῳ τῶν πρὸς Πλείσταρχον Υγιεινῶν, τῶν μὲν νεαρῶν φησὶν ἰχθύων ξηροτέρας εἶναι τὰς σάρκας. *Diocles, in libro primo De tuenda valetudine ad Plistarchum, recentibus quidem ait piscibus sicciores esse carnes.* Et citat sæpe, *libb.* II. III. IX. Dioscorides simpliciter Τὰ πρὸς Πλείσταρχον C indigetat, in *Theriacis*: Ικανῶς δ' ἐφώδευσε τοὺς τρόπους Διοκλῆς, ἐν τῷ πρὸς Πλείσταρχον Υπομνήματι. *Sufficienter autem tropos percucurrit Diocles, in Commentario ad Plistarchum.* Πάθος, Αἰτία, Θεραπεία. Galenus, Περὶ τῶν πεπονθότων τόπων, *lib.* III. Αρκέσει δέ μοι τὰ ὑπὸ Διοκλέους γεγραμμένα συνεδρεύειν αὐτῷ συμπτώματα, κατὰ τὸ βιβλίον, ὃ ἐπιγράφεται, Πάθος, Αἰτία, Θεραπεία. κατὰ τοῦτο γὰρ ὁ Διοκλῆς ἔγραψεν αὐτοῖς ὀνόμασιν οὕτως. *Mihi vero sufficiunt illa, quæ ab Diocle scripta sunt assidere illi accidentia, juxta librum, quem inscripsit, Passio, Causa, Curatio. Ad id enim Diocles scripsit ipsis nominibus sic.* Cælius Aurelianus, *Chron.* l. II. c. II. *Item Diocles,* D *libro, quo DE PASSIONIBUS, atque CAUSIS, & CURATIONIBUS, scripsit.* Ac meminerat etiam antea Operis *De Passionibus*, & *De Curationibus*, *Chron.* l. I. c. IV. Scripsit item Οψαρτυτικά. Athenæus *l.* XII. Περὶ ἧς τῆς σκευασίας οἱ τὰ Οψαρτυτικὰ συνθέντες εἰρήκασι, Γλαῦκός τε ὁ Λοκρὸς, καὶ Μίθαικος, καὶ Διονύσιος, Ηρακλεῖδαί τε δύο, γένος Συρακούσιοι, καὶ Αγις, καὶ Επαίνετος, καὶ Διονύσιος, ἔτι τε Ηγήσιππος, καὶ Ερασίστρατος, καὶ Εὐθύδημος, καὶ Κρίτων. πρὸς τούτοις δὲ Στέφανος, Αρχύτας, Ακέστιος, Ακεσίας, Διοκλῆς, Φιλιστίων. Τοσούτους γὰρ οἶδα γράψαντας Οψαρτυτικά. *De cujus apparatu, qui De condiendis obsoniis composuerunt, dixerunt, & Glaucus Locrensis, & Mi-* E *thæcus, & Dionysius, duoque Heraclidæ, Syracusani genere, & Agis, & Epænetus, & Dionysius, & adhuc Hegesippus, & Erasistratus, & Euthydemus, & Criton. Ad hos autem Stephanus, Archytas, Acestius, Acesias, Diocles, Philestion. Tot enim De condiendis opsoniis scriptores novi.* Scripsisse eum item Ανατομικά, indicat Galenus, Περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων, *l.* II. Εμπροσθεν δὲ οὐ μόνον ἐγχειρήσεων ἀνατομικῶν, ἀλλ' οὐδὲ συγγραμμάτων ἐδεῖτο τοιούτων, ὁποῖα Διοκλῆς μὲν ὧν οἶδα πρῶτος ἔγραψεν, ἐφεξῆς δ' αὐτῷ τῶν ἀρχαίων ἰατρῶν ἕτεροί τινες. *Antea autem non tantum demonstrationibus anatomicis, sed nec* F *talibus libris opus erat, quales Diocles quidem, ex illis quos scio, primus scripsit, & sequentes eum veterum medicorum alii quidam.* Ejus Ριζοτομικόν nominat Scholiastes Nicandri, *ad Theriaca*: Τὸν δὲ ἐρινὸν, τὸν καὶ ἐρινεὸν, Διοκλῆς, ἐν τῷ Ριζοτομικῷ, φησὶν εἶναι ὅμοιον ὠκίμῳ. *Caprificum, quem etiam erineum, Diocles, in libro De radicum secandarum peritia, inquit similem esse ocimo.* Citat etiam Τὸ κατ' ἰητρεῖον Erotianus, in *Lex. Hipp.* in Αμβην: Διοκλῆς δὲ, ἐν τῷ Κατ' ἰητρεῖον, ὑπόκοιλόν τινα χώραν. *Diocles autem, in* A *libro Ad medicam officinam, aliqua ex parte cavum locum.* Citat iterum, sed non nominato Opere, *in* Εκτόμου, & Φώδες. Hunc eundem esse arbitror, quem Οψαρτυτικὰ scripsisse auctor est Athenæus, *l.* XII. Item, qui Περὶ πυρίων. Eutocius, *in Archimedis de Sphæra, & Cylindro, l.* II. Διοκλῆς μέντοι καὶ αὐτὸ ἐν τῷ Περὶ πυρίων αὐτῷ συγγεγραμμένῳ βιβλίῳ ἐπηγγέλθαι νομίζων τὸν Αρχιμήδην, μὴ ποτε πεποιηκέναι δὲ τὸ ἐπάγγελμα, αὐτὸς ἀναπληροῦν ἐπεχείρησε. *Diocles utique idem quoque in libro illo De igniariis conscripto promisisse ratus Archimedem, nunquam vero perfecisse promissum, ipse replere aggressus est.* Et mox iterum: Γράφει δὲ καὶ ὁ Διοκλῆς, ἐν τῷ Περὶ B πυρίων, προλέγων τάδε. *Verum etiam Diocles scribit, in libro De igniariis, hæc præmonens.* Sine dubio est, Αρχίδαμος. Galenus, Περὶ ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως, *lib.* II. Καὶ πρῶτον, τὸ ὑπὸ Διοκλέους ἐν Αρχιδάμῳ λελεγμένον. *Et primum, illud ab Diocle in Archidamo dictum.* Et mox: Α μὲν οὖν ὁ Διοκλῆς ἐν Αρχιδάμῳ λέγει, ταῦτ' ἐστιν. *Quæ quidem igitur Diocles in Archidamo dicit, hæc sunt. Prognosticon,* & *De Egestionibus*, laudat Cælius Aurelianus, *Chron.* lib. IV. cap. VIII. *Diocles libro PROGNOSTICO, evomitos inquit lumbricos nihil alienum significare, nec esse absurdum. Item libro DE EGE-* C *STIONIBUS scripto, vivos, vel plenos, ac sanguinolentos, febriles dixit.*

DIOCLES *Eleates.*

Scripsit Μουσικά. Vide Suidam, *in* Αλκιδάμας, Fortassis ille ipse est, qui

DIOCLES *Grammaticus.*

commemoratur ab Artemidoro, *Onirocrit.* lib. IV. cap. LXXII.

D

DIOCLES *Magnesius.*

Ejus Επιδρομὴ τῶν φιλοσόφων commemoratur a Diogene Laertio, in *Zenone*, *lib.* VII. Καὶ αὐτὰ ἐπὶ λέξεως τίθησι Διοκλῆς ὁ Μάγνης, ἐν τῇ Επιδρομῇ τῶν φιλοσόφων. *Et illa ad verbum Diocles Magnesius ponit, in Adventu philosophorum.* Et in *Epicuro*, *lib.* X. Διοκλῆς δὲ, ἐν τῇ τρίτῃ τῆς Επιδρομῆς, φησὶν, εὐτελέστατα καὶ λιτότατα διαιτώμενοι. *Diocles autem, in libro tertio Adventus, vilissimis & tenuissimis cibis eos vesci inquit.* Hunc ipsum esse existimo, cujus Βίοι φιλοσόφων laudantur ab eodem E Diogene, in *Xenophonte*, *lib.* II. Καθά φησι Διοκλῆς, ἐν τοῖς Βίοις τῶν φιλοσόφων. *Sicut inquit Diocles, in philosophorum Vitis.* Et in *Aristippo*, *eodem libro*: Τοῦτο Διοκλῆς φησὶν, ἐν τῷ Περὶ βίων φιλοσόφων. *Hoc refert Diocles, in libro De vitis philosophorum.* Puto etiam esse, Περὶ ἡρώων; quod laudat Plutarchus, in *Quæstion. Græc.* Αναφέρει δὲ καὶ Διοκλῆς, ἐν τῷ Περὶ ἡρώων συντάγματι, δόγμα Ταναγραίων, περὶ ὧν ὁ Κλείδαμος ἀπήγγειλε. *Refert autem Diocles quoque, in opere De heroibus, Tanagræorum edictum, de quibus Clidamus renunciavit.* Nisi forte Operis ejus auctor putandus,

F

DIOCLES *Peparethius.*

Quod plane existimo; & inter Heroas, quorum Vitas describit, fuisse Romulum: e cujus Vita petierit Plutarchus, quæ in suo *Romulo* tradit, istis verbis: Τοῦ δὲ πίστιν ἔχοντος λόγου μάλιστα, καὶ πλείστους μάρτυρας, τὰ μὲν κυριώτατα πρῶτος εἰς τοὺς Ελληνας ἐξέδωκε Διοκλῆς Πεπαρήθιος. ᾧ καὶ Φάβιος Πίκτωρ, ἐν τοῖς πλείστοις, ἠκολούθησε. *Sed maxime cre-*

dibilis ſermonis, plurimoſque teſtes habentis, præcipua quidem primus inter Græcos Diocles Peparethius edidit; quem Fabius quoque Pictor in plurimis ſecutus eſt. Et poſtea Ὧν τὰ πλεῖστα καὶ Φαβίου λέγοντος, καὶ τοῦ Πεπαρηθίου Διοκλέους· ὃς δοκεῖ πρῶτος ἐκδοῦναι Ῥώμης κτίσιν. *Quorum plurima Fabio quoque dicente, & Peparethio Diocle; qui primus Romam conditam edidiſſe videtur.* Et Feſtus, in *Roma*: *Diocles Peparethius ait, Italiam, Numitoris Albani regis filiam, gemellos edidiſſe.* Fuit etiam,

DIOCLES *Phliaſius*.

Inter ultimos Pythagoreorum nominatur a Diogene Laertio, in *Pythagora, lib.* VIII. Τελευταῖοι γὰρ ἐγένοντο τῶν Πυθαγορείων, οὓς καὶ Ἀριστόξενος εἶδε, Ξενόφιλός τε ὁ Χαλκιδεὺς ἀπὸ Θρᾴκης, ὁ Φάντων καὶ Φλιάσιος, καὶ Ἐχεκράτης, καὶ Διοκλῆς, καὶ Πολύμναστος, Φλιάσιοι καὶ αὐτοί. *Ultimi enim Pythagorei, quos etiam Ariſtoxenus vidit, fuerunt, & Xenophilus Chalcidenſis, ex Thracia, & Phanton Philiaſius, & Echecrates, & Diocles, & Polymnaſtus, Phliaſii & ipſi.*

DIOCLES *Rhodius*.

Cujus Αἰτωλικὰ nominat Plutarchus, *de Flum.* ubi de Acheloo agit: Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Διοκλῆς ὁ Ῥόδιος, ἐν τοῖς Αἰτωλικοῖς. *Illorum vero accuratius meminit Diocles Rhodius, in Rebus Ætolicis.* Forte ejuſdem ſunt Περσικὰ, quæ Joſepho memorantur, *Antiq. Judaic.* lib. X. cap. XI. ubi obſeſſam a Nabuchodonoſoro Rege Tyrum urbem per tredecennium dicit: Καὶ Μεγασθένης δὲ, ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰνδικῶν, μνημονεύει αὐτῶν, δι' ἧς ἀποφαίνειν πειρᾶται, τοῦτον τὸν βασιλέα, τῇ ἀνδρείᾳ, καὶ τῷ μεγέθει τῶν πράξεων, ὑπερβεβηκότα τὸν Ἡρακλέα. καταστρέψασθαι γὰρ αὐτόν φησι Λιβύης τὴν πόλιν, καὶ Ἰβηρίαν. καὶ Διοκλῆς δὲ, ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Περσικῶν, μνημονεύει τούτου τοῦ βασιλέως· καὶ Φιλόστρατος, ἐν ταῖς Ἰνδικαῖς αὐτοῦ, καὶ Φοινικικαῖς, Ἱστορίαις, ὅτι οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐπολιόρκησε Τύρον ἔτη ιγ'. βασιλεύοντος κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν Ἰθωβάλου τοῦ Τύρου. *Sed etiam Megaſthenes, in libro quarto Indicorum, illorum meminit, per quem demonſtrare conatur, hunc regem fortitudine & rerum geſtarum magnitudine Herculem ſuperaviſſe. Illum enim ſubjugaviſſe dicit Africæ urbem, & Hiſpaniam. Sed etiam Diocles, in libro ſecundo Perſicorum hujus regis meminit; & Philoſtratus, in ſuis Indicis, & Phœnicicis, Hiſtoriis, hunc regem Tyrum per annos* XIII. *obſediſſe, Ithobalo Tyri per idem tempus regnante.* Quem locum cum verbo tenus transſcribat Freculphus, miror, eum pro *Perſicis* Dioclis, aliud Opus *De Coloniis* memorare. Ecce verba *Chron.* Tom. I. lib. III. c. XVII. *Nabuchodonoſor tantæ fuit fortitudinis, ut etiam Megaſthenes, in quarto INDICORUM libro, nitatur approbare, hunc regem, fortitudine, & actuum magnitudine, Herculem transſcendiſſe. Dicit enim, eum vaſtaſſe Libyæ civitates, & Heſperiam. Porro Diocles, in ſecundo COLONIARUM libro, meminit hujus regis; & Philoſtratus, in INDICIS & PHOENICICIS Hiſtoriis, dicit, quia iſte rex obſedit Tyrum annis decem & tribus: cum illo tempore Tyro regnaret Ioathabula.*

F I N I S.



JOANNIS MEURSII
BIBLIOTHECA
A T T I C A.
S I V E,
DE ANTIQUIS ATTICÆ
SCRIPTORIBUS,
EORUMQUE ITEM OPERIBUS,
L I B R I IX.

Ex ipsius Auctoris Chirographo nunc primum editi.

AUCTORUM, QUI HIC RECENSENTUR, SYLLABUS.

LIB. I.

Abron.
Æneas.
Æschines I.
Æschines II.
Æschines III.
Æschines IV.
Æschylus.
Agapius.
Alcæus I.
Alcæus II.
Alcibiades.
Alcimenes Atheniensis Comicus.
Alcimenes, Megarensis, Tragicus.
Amelesagoras.
Amipsias.
Ammonius.
Amphilochus.
Amphis.
Andocides.
Androtion.

LIB. II.

Anticlides.
Antiphanes.
Antiphon I.
Antiphon II.
Antisthenes.
Anytus.
Aphareus.
Apollodorus I.
Apollodorus II.
Apollonius I.
Apollonius II.
Apollophanes.
Apsines I.
Apsines II.
Araros.
Archelaus.
Archippus.
Aristandrus.
Aristogiton.
Aristomenes I.
Aristomenes II.
Ariston I.
Ariston II.
Aristophanes.
Aristophontes.
Astydamas I.
Astydamas II.
Augias.
Autocrates.

LIB. III.

Callias I.
Callias II.
Callippus.
Callistratus.
Cantharus.
Carcinus.
Carneades.
Cephalus.
Cephisodemus.
Cephisodorus I.
Gephisodorus II
Chæreas.
Chærephon.
Chæresteus.
Chionides.
Chœrilus.
Chrestus.
Cimon.
Cleophon.
Coccus.
Crates I.
Crates II.
Crates III.
Crates IV.
Cratinus I.
Cratinus II.
Critias.
Crito.
Daes.
Damoxenus.
Demades I.
Demades II.
Demeas.
Demetrius.
Demochares.
Demosthenes.
Dexicrates.
Dexippus.
Diagoras.
Diallus.
Dinarchus.
Diocles.
Diogenes.
Dionysius.
Diotimus.
Dioxippus.
Diyllus.
Dromoclides.
Dropides.

LIB. IV.

Ephippus.
Epicurus.
Epilycus.
Eubulus.
Eudemus.
Euetes.
Eumolpus.
Euphorion I.
Euphorion II.
Euphranius.
Euphron.
Eupithius.
Eupolis.
Euripides.
Euripides II.
Euripides III.
Euthydemus.
Euxenides.

LIB. V.

Glaucippus.
Glaucon.
Glaucus.
Gorgias.
Hedylogus.
Hedylus.
Heliodorus I.
Heliodorus II.
Heniochus.
Hermippus.
Herodes.
Heron.
Homerus.
Hyperides.
Iophon.
Iphicrates.
Isæus.
Isocrates.
Leucon.
Lycis.
Lycurgus.
Lysias.

LIB. VI.

Magnes.
Melanthius.
Melitus.
Menander I.
Menander II.
Metagenes.
Metrodorus.
Mnesitheus.
Morsimus.
Musæus I.
Musæus II.
Musæus III.
Mylus.
Myrtilus.
Neocles.
Nicochares.
Nicomachus.
Nicophon.
Onomacritus.

LIB. VII.

Palæphatus I.
Palæphatus II.
Pericles.
Pherecrates.
Pherecydes.
Philemon.
Philetærus.
Philippides.
Philochorus.
Philocles I.
Philocles II.
Philocles III.
Philon.
Philonides.
Philyllius.
Phrynichus I.
Phrynichus II.
Parynichus III.
Phylarchus.
Plato I.
Plato II.
Plutarchus.
Polemon I.
Polemon II.
Polyænus.
Polycrates.
Polyphradmon.
Praxagoras.
Prosnautides.
Pytheas.
Sannyrion.
Secundus.
Serenus.
Simon.
Sisarion.
Socrates.
Solon.
Sophilus.

LIB. VIII.

Sophocles.

LIB. IX.

Sosicles.
Sositheus.
Sotades I.
Sotades II.
Speusippus.
Stephanus.
Stesiclides.
Strattis.
Symmachus.
Teleclides.
Theætetus.
Theognis.
Theopompus.
Theramenes.
Thespis.
Thucydides Acherdusius.
Thucydides Alimusius.
Timocles.
Timotheus.
Tyrtæus.
Xenocles.
Xenophon I.
Xenophon II.

JOANNIS MEURSII
BIBLIOTHECÆ
ATTICÆ
LIBER I.



TTICAM, & in ea Athenas, urbem matrem, ingeniis excelluisse, nemo ita in his nostris studiis hospes, qui ignoret. Quando tamen, injuria temporis, perpaucorum scripta restent; nonnullorum etiam nomina, librorumque item tituli, vix sciantur; visum mihi & hos, & ista, ne omnino ignorentur, sedulo repraesentare. Primus in his erit

ABRON.

Scripsit,

Περὶ Εορτῶν, καὶ Θυσιῶν.

Stephanus: Βατὴ, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς· ὅθεν ἦν Αβρων ὁ Καλλίου, ἐξηγητὴς, Περὶ Εορτῶν καὶ Θυσιῶν γεγραφώς. *Bate, populus tribus Ægeidis; unde etiam erat Abron Calliæ filius, commentator, qui De Festis & Sacrificiis scripsit*. Ejusdem,

Περὶ Παρωνύμων.

Laudat saepe idem Stephanus; & Constantinus Porphyrogeneta, *de Administr. Imp.* c. XXIII. Τὸ αὐτὸ καὶ Αβρων ἐν Παρωνύμοις φησίν. *Idem etiam Abron in Denominativis dicit*. Item,

Περὶ ἀντωνυμίας.

Apollonius *de Syntaxi*, l. I. Αβρων μέντοι, ἐν τῷ Περὶ ἀντωνυμίας, οὐκ εἶναι φησὶ τὰ ἄρθρα τῶν ὑπακουομένων. *Abron tamen, in libro De antonymia, articulos, eorum, quæ subaudiuntur, non esse dicit*. At saepe memoratur in illis libris. Citatur quoque, incerto Opere, ab Etymologici Auctore *in* Ημικύκλιον, & Ομοκλήσασκεν. Quanquam illic Αμβρων male pro Αβρων editur. Hic ipse est, cujus meminit Plutarchus, in *Lycurgo rethore*: Εσχε δὲ τρεῖς παῖδας ἐκ Καλλιστοῦς τῆς Αβρωνος μὲν θυγατρὸς, Καλαιοῦ δὲ τοῦ Αβρωνος Βατῆθεν ἀδελφῆς, τοῦ ταμιεύσαντος στρατιωτικῶν ἐπὶ Χαρώνδου ἄρχοντος. *Habuit autem tres liberos ex Callistone Abronis quidem filia, Calæi autem Abronis filii ex Bate populo sorore, ejus qui Charonda archonte ærarii militaris quæstor fuit*. Sed corruptus iste locus, scribendumque Καλλίου, non Καλαιοῦ, auctore Stephano, in *citatis* statim *verbis*; qui ut Calliam illi patrem fuisse dicit, ita filium item ipsius nomine dictum habuisse, ex Plutarcho, sed emendato, est observare.

ÆNICUS.

Veteris Comœdiæ poeta. E Fabulis ejus fuit,

Αντεια.

Suidas: Αἴνικος, Αθηναῖος, κωμικός. ἔστι δὲ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. δράματα αὐτοῦ, Αντεια. *Ænicus, Atheniensis, comicus: est autem veteris comœdiæ. Fabulæ ejus, Antia*. Emendandus Pollux *l. x. c.* XXIV. Εἰδέναι δὲ οὐ φαῦλον, ὅτι καὶ χύτρα φιλήματος ἦν εἶδος, ὁπότε τὰ παιδία φιλοῖεν, τῶν ὤτων ἐπιλαμβανόμενα. ὑποδηλοῖ δὲ Αἴνικος, ἐν Αντεία·

Λαβοῦσα τῶν ὤτων φίλησον τὴν χύτραν.

Scire autem non vile, quod chytra etiam osculi species erat, quando pueros osculantur, auribus apprehensos. Subindicat autem Ænicus, in Antia;

Prebendens aures osculare chytram.

Hodie minus recte editur, ὡ. δὲ Εὔνικος ἐν Αντίᾳ.

ÆSHINES I. *Orator.*

Cujus *Orationes* feruntur quatuor; Κατὰ Τιμάρχου, Περὶ Παραπρεσβείας, Κατὰ Κτησιφῶντος, Δηλιακός. E quibus tres priores, quæ ipsius certo habentur, hodie exstant; quarta periit, neque ipsius esse credita. Plutarchus in *ejus Vita*: Φέρονται δ' αὐτοῦ λόγοι τέσσαρες. ὅ, τε κατὰ Τιμάρχου, καὶ ὁ τῆς Παραπρεσβείας, καὶ ὁ κατὰ Κτησιφῶντος. οἳ καὶ μόνοι εἰσὶ γνήσιοι. ὁ γὰρ ἐπιγραφόμενος Δηλιακὸς, οὐκ ἔστιν Αἰσχίνου. *Feruntur autem quatuor ejus orationes: & quæ contra Timarchum, & De male obita Legatione, & contra Ctesiphontem: quæ etiam solæ sunt genuinæ. Nam quæ Deliaca inscribitur, non est Æschinis*. Photius in *Bibliotheca*: Ανεγνώσθησαν Αἰσχίνου οἱ τρεῖς λόγοι, ὁ κατὰ Τιμάρχου, ὅς ἐστι καὶ πρῶτος τῶν αὐτοῦ λόγων, καὶ ὁ Παραπρεσβείας. τρίτος δὲ, ὃ καὶ τελευταῖος, ὁ κατὰ Κτησιφῶντος. τρεῖς γὰρ μόνους αὐτοῦ φασὶ γνησίους εἶναι, καὶ ἐννέα ἐπιστολάς. *Lectæ sunt Æschinis tres orationes, quæ contra Timarchum, quæ etiam prima est inter ejus orationes, & De male obita Legatione: tertia vero, quæ etiam ultima, contra Ctesiphontem. Tres enim solas illius genuinas esse dicunt, & novem epistolas*. Ecce habes *Epistolas* quoque ejus novem: quæ tamen duodecim hodie exstant. Commemorat & tres istas *Orationes*, & *Epistolas*, Philostratus quoque in *ejus Vita*, *Sophist.* l. I. Τρισὶ δὲ λόγοις περιωρίσθη ἡ Αἰσχίνου γλῶττα, τῷ τε κατὰ Τιμάρχου, καὶ τῇ Απολογίᾳ τῆς Πρεσβείας, καὶ τῇ τοῦ Κτησιφῶντος κατηγορίᾳ. ἔστι δὲ καὶ τέταρτον αὐτοῦ φρόντισμα, Επιστολαί. οὐ πολλαὶ μὲν, ἐπαιδευσίας δὲ μεσταὶ, καὶ ἤθους. *Tribus autem orationibus Æschinis lingua determinata est, & oratione contra Timarchum, & defensione Legationis, & Ctesiphontis accusatione. Est vero etiam quarta ejus commentatio, Epistolæ: non quidem multæ, sed eruditionis plenæ, & boni moris*. De Deliaca vero ita ait: Λόγοι δ' Αἰσχίνου κατ' ἐνίους μὲν, καὶ τέταρτός τις Δηλιακὸς, καταψευδόμενος τῆς ἐκείνου γλώττης. *Orationes autem Æschinis juxta aliquos quidem, & quarta quædam Deliaca, ejus linguam mentita*. Sed mutilus omnino iste locus, atque sic restituendus, Λόγοι δ' Αἰσχίνου τρεῖς, κατ' ἐνίους μὲν καὶ τέταρτός τις, Δηλιακὸς, κ. τ. ἑ. γ. *Orationes autem Æschinis tres, juxta aliquos quidem etiam quarta quædam, Deliaca, e. l. m.* Et Orationes quidem ejus, Χάριτες; *Epistolæ* autem, Μοῦσαι dictæ. Photius *loco citato*: Τοὺς μὲν λόγους αὐτοῦ τινὲς Χάριτας ὠνόμασαν, διά τε τὸ χαρίεν τῶν λόγων, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν Χαρίτων· Μούσας δὲ, τὰς Επιστολὰς, διὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐννέα Μουσῶν. *Orationes quidem ejus quidam Gratias appellaverunt, & propter elegantiam orationis, & numerum Gratiarum; Musas autem Epistolas, propter numerum novem Musarum*. Quod *Epistolas* ejus attinet, hodie duodecim illæ numerantur.

ÆSCHINES II. etiam *Orator.*

Huic tributa a Cæcilio Æschinis superioris illa Oratio, quæ Δηλιακὸς inscripta. Photius,

ibidem. Φέρεται δὲ αὐτοῦ καὶ ἄλλος λόγος, ὁ Δηλιακός. οὐκ ἐγκρίνει δὲ αὐτὸν ὁ Καικίλιος, ἀλλ' Αἰσχίνην ἄλλον, σύγχρονον τοῦδε, Ἀθηναῖον, τὸν πατέρα εἶναι τοῦ λόγου φησίν. *Fertur autem ejus quoque alia oratio, Deliaca. Illam vero Cæcilius non admittit, sed Æſchinem alium, hujus æqualem, Athenienſem, hujus orationis patrem eſſe dicit.*

ÆSCHINES III. *Philoſophus Socraticus.*

Hujus *Dialogi* feruntur ſeptem, Μιλτιάδης, Καλλίας, Ἀξίοχος, Ἀσπασία, Ἀλκιβιάδης, Τηλαυγής, Ρίνων. Diogenes Laertius in *ejus Vita*, l. II. Οἱ δ' οὖν (Διάλογοι) τοῦ Αἰσχίνου, τὸ Σωκρατικὸν ἦθος ἀπομεμαγμένοι, εἰσὶν ἑπτά· πρῶτος, Μιλτιάδης, Καλλίας, Ἀξίοχος, Ἀσπασία, Ἀλκιβιάδης, Τηλαυγής, Ρίνων. *Æſchinis igitur (Dialogi) Socratico more expreſſi, ſunt ſeptem; primus, Miltiades, Callias, Axiochus, Aſpaſia, Alcibiades, Telauges, Rhinon.* Ex his Ἀξίοχος extat inter Platonis nothos *Dialogos*. Idque Suidæ etiam notatum: Αἰσχίνη τῷ Σωκρατικῷ διάλογος ἐγράφη, Ἀξίοχος καλούμενος. Πλάτωνος ἐπιγέγραπται. *Ab Æſchine Socratico dialogus ſcriptus eſt, Axiochus dictus. Platonis inſcriptus eſt.* Sed Æſchini huic aſſcribit quoque Pollux *l.* VII. *c.* XXX. Τάχα δ' αὖ τούτοις προσήκοιεν καὶ οἱ ἀλεκτρυοφόροι, οὓς ὠνόμασεν ἐν Ἀξιόχῳ Αἰσχίνης. *Fortaſſe autem ad illos pertinent etiam, qui gallos ferebant, quos nominavit in Axiocho Æſchines.* Et Athen. *l.* V. Ἐν δὲ τῷ Ἀξιόχῳ (Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς) πικρῶς Ἀλκιβιάδου κατατρέχει, ὡς οἰνόφλυγος. *In Axiocho autem (Æſchines Socraticus) in Alcibiadem tanquam ebrioſum amare invehitur.* Deinde Ρίνων a Polluce commemoratur *l.* VII. *c.* XXIV. Ἀργυροκοπεῖον, ὡς Αἰσχίνης Ρίνωνι. *Pecuniæ ſignandæ officina, ut Æſchines in Rhinone.* Τηλαυγής, & Ἀσπασία, ab Athen. *l.* V. Ἀλκιβιάδης, ab eodem, *l.* XIV. & Priſciano, *l.* XVII. Μιλτιάδης, a Luciano, *de Paraſito*. A Suida commemorantur etiam, Ἀκέφαλοι dicti; Φαίδων, Πολύαινος, Δράκων, Ἐρυξίας, Περὶ ἀρετῆς, Ἐρασίστρατος, Σκυθικοί. Verba ejus ecce iſta: Αἰσχίνης, Χαρίνου ἀλλαντοποιοῦ, φιλόσοφος Σωκρατικός. τινὲς δὲ Λυσανίου παῖδα φασίν, Ἀθηναῖον, Σφήττιον. Διάλογοι δὲ αὐτοῦ, Μιλτιάδης, Καλλίας, Ρίνων, Ἀσπασία, Ἀξίοχος, Τηλαυγής, Ἀλκιβιάδης. καὶ οἱ καλούμενοι Ἀκέφαλοι, Φαίδων, Πολύαινος, Δράκων, Ἐρυξίας, Περὶ ἀρετῆς, Ἐρασίστρατος, Σκυθικοί. * *Æſchines, Charini fartoris filius, philoſophus Socraticus. Quidam vero Lyſaniæ filium dicunt, Athenienſem, Sphettium. Dialogi autem ejus, Miltiades, Callias, Rhinon, Aſpaſia, Axiochus, Telauges, Alcibiades; & qui Acephali ſunt dicti, Phædon, Polyænus, Dracon, Eryxias, De virtute, Eraſiſtratus, Scythici.* Sed Ἀκέφαλοι, eſſe Æſchinis omnino negabantur; & ſeptem vero iſtis plerique Paſiphontis Eretrienſis dicebantur. Diogenes Laertius *loco citato*: Διεβάλλετο δ' ὁ Αἰσχίνης, καὶ μάλιστ' ὑπὸ Μενεδήμου τοῦ Ἐρετριέως, ὡς τοὺς πλείστους Διαλόγους, ὄντας Σωκράτους, ὑποβάλλοιτο, λαβόμενος παρὰ Ξανθίππης. ὧν οἱ μὲν καλούμενοι Ἀκέφαλοι, σφόδρ' εἰσὶν ἐκλελυμένοι, καὶ οὐκ ἐπιφαίνοντες τὴν Σωκρατικὴν εὐτονίαν. οὓς καὶ Πεισίστρατος ὁ Ἐφέσιος ἔλεγε μὴ εἶναι Αἰσχίνου. καὶ τῶν ἑπτὰ δὲ τοὺς πλείστους Περσαῖος φησὶ Πασιφῶντος εἶναι τοῦ Ἐρετρικοῦ, εἰς τοὺς Αἰσχίνου δὲ καταταξαι. *Accuſabatur autem Æſchines, & potiſſimum a Menedemo Eretrienſi, tanquam plurimos Dialogos, qui Socratis eſſent, pro ſuis ſubjiceret, accipiens a Xanthippe. Quorum quidem qui Acephali ſunt appellati, valde diſſoluti ſunt, & Socraticam contentionem non demonſtrantes. Quos etiam Piſiſtratus Epheſius Æſchinis non eſſe dicit: verum & illorum ſeptem plurimos Paſiphontis Eretrici eſſe tradit Perſæus, eum vero inter Æſchinis collocaviſſe.* Erat quoque ejuſdem Ἀπολογία τοῦ πατρὸς Φαίακος, & Ἐπιστολὴ πρὸς Διονύσιον. Diogenes *ibidem*: Φέρεται δὲ καὶ Ἐπιστολὴ πρὸς Διονύσιον Αἰσχίνου. ἦν δὲ καὶ ἐν τοῖς Ρητορικοῖς ἱκανῶς γεγυμνασμένος, ὡς δῆλον ἔκ τε τῆς Ἀπολογίας τοῦ πατρὸς Φαίακος τοῦ στρατηγοῦ, καὶ δι' ὧν μάλιστα μιμεῖται Γοργίαν τὸν Λεοντῖνον. *Sed etiam fertur Epiſtola Æſchinis ad Dionyſium. Verum erat quoque ſufficienter exercitatus in Rhetoricis, ut manifeſtum eſt & ex Defenſione patris Phæacis ducis, & in quibus Gorgiam Leontinum potiſſimum imitatur.*

* Ita legitur apud Suidam. Meurſii vero chirographum, Διάλογοι δὲ αὐτοῦ, Μιλτιάδης, Καλλίας, Ρίνων, Ἀσπασία, Ἀλκιβιάδης, Τηλαυγής, Ρίνων, ἐξ αἱ, &c.

ÆSCHINES IV. *Rhetor.*

Ejus Opus.

Τέχναι Ρητορικαί.

Eſtque hic, qui ſecundus ponitur Diogeni Laertio, in Catalogo ejus nominis virorum: Δεύτερος δὲ (Αἰσχίνης) ὁ τὰς Τέχνας γεγραφὼς τὰς Ρητορικάς. *Secundus autem (Æſchines) qui Artes ſcripſit Rhetoricas.*

ÆSCHYLUS.

De iſto aliiſque ejuſdem nominis, ac de eorum Scriptis, vide noſtrum ÆSCHYLUM.

AGAPIUS.

Hic Philoſophus fuit; ſed de Scriptis ejus nihil compertum. Suidas: Ἀγάπιος, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος, μετὰ Πρόκλον ἀποιχόμενον ὑπὸ Μαρίνῳ. ὃς ἐθαυμάζετο ἐπὶ φιλομαθίᾳ ἀπορειῶν προβολῇ δυσεπιβόλων. *Agapius, Athenienſis, philoſophus, poſt Proclum mortuum ſub Marino. Qui in admiratione erat propter ſcientiæ cupiditatem propoſitione quæſtionum difficilium ad aggrediendum.*

ALCÆUS I. *Comicus.*

Mitylenæus cum eſſet, poſtea civitate donatus, merito quoque inter Athenienſes a me collocabitur. Scripſit Fabulas decem. Suidas: Ἀλκαῖος, Μιτυληναῖος, εἶτα Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας πέμπτος, υἱὸς δὲ Μικκοῦ. ἔγραψε δράματα δέκα. *Alcæus Mitylenæus, poſtea Athenienſis. Comicus veteris comœdiæ quintus, filius autem Micci. Scripſit Fabulas decem.* In his

Ἀδελφαὶ μοιχευόμεναι.

Athen. *l.* VII. Ἀλκαῖος Ἀδελφαῖς μοιχευομέναις·
Ἠλίθιον εἶναι, νοῦν τε πουλύποδος ἔχειν.
Alcæus in Sororibus adulteratis;
Stultum eſſe, mentemque polypodis habere.

Γανυμήδης.

Pollux *l.* VII. *c.* V. Ἀλκαῖος δὲ ἐν Γανυμήδει διπύρους ἄρτους εἶπεν. *Alcæus autem in Ganymede bis coctos panes dixit.* Athen. *l.* X. Ὠνόμασε δὲ ποτικὸν Ἀλκαῖος Γανυμήδει. *Appellavit autem bibacem Alcæus in Ganymede.*

Ἐνδυμίων.

Pollux *l.* IX. *c.* VI. Ὥσπερ ὅταν Ἀλκαῖος ὁ κωμικὸς εἴποι ἐν Ἐνδυμίωνι·
—— νοσημάτων
Ταλαντιαίων. ——
Quemadmodum quando Alcæus comicus in Endymione dicit;
—— *morborum*
Gravium. ——

Laudat quoque Priscianus *lib.* XVIII.

Ἱερὸς γάμος, *Sacræ nuptiæ*.

Athen. *lib.* IX. & X.

Καλλιςώ.

Athen. *lib.* IX.

Παλαίςρα.

Athenæus semel *lib.* III. & bis *lib.* IX.

ALCAEUS II. *Tragicus*.

De eo ita Suidas: Ἀλκαῖος, Ἀθηναῖος, τραγικός, ὅν τινες θέλουσι πρῶτον τραγικὸν γεγονέναι. *Alcæus, Atheniensis, tragicus; quem aliqui primum tragicum fuisse volunt.* Non invenio præter unam ejus tragœdiam, cui titulus

Οὐρανός.

Macrob. citat, *Sat.* lib. V. c. XX. *Testis Alcæus, qui in COELO tragœdia sic ait.* Commemorantur quoque Alcæi Κωμῳδοτραγῳδία ab Harpocratione in Ἀδδηφάγους: Ἀλκαῖος δὲ ἐν τῇ Κωμῳδοτραγῳδίᾳ, τοὺς πότας λύχνους, ἀδδηφάγους εἶπεν. *Alcæus autem in Comœdo-tragœdia, lychnos bibulos, addephagos dixit.*

ALCIBIADES.

Hic philosophus, & orator, commemoratur a Suida *in* Ἀλκιβιάδης. Inter oratores ponit, & commemorat Scripta quoque, Cicero *de Orat.* lib. II. *Antiquissimi fere sunt, quorum quidem Scripta constent, Pericles, atque Alcibiades, & eadem ætate Thucydides, subtiles, acuti, breves, sententiis magis, quam verbis, abundantes.* Iterum in Bruto: *Huic ætati suppares, Alcibiades, Critias, Theramenes.*

ALCIMENES, *Atheniensis, Comicus*.

Meminit ejus Suidas: Ἔςι δὲ καὶ ἕτερος Ἀλκιμένης, Ἀθηναῖος, Κωμικός. *Est autem quoque alter Alcimenes, Atheniensis, Comicus.*

ALCIMENES, *Megarensis, Tragicus*.

Suidas: Ἀλκιμένης, Μεγαρεὺς, Τραγικός, *Alcimenes, Megarensis, Tragicus.*

AMELESAGORAS.

Ejus Opus,

Ἀτθίς.

Commemoratur ab Antigono Carystio, *Hist. Mirab.* XII. Ἀμελησαγόρας δὲ ὁ Ἀθηναῖος, ὁ τὴν Ἀτθίδα συγγεγραφὼς, οὔ φησι κορώνην προσίπτασθαι πρὸς τὴν ἀκρόπολιν. *Amelesagoras autem Atheniensis, qui conscripsit Atthida, non ait cornicem advolavisse ad arcem.* Sed Auctoris hujus nomen varie scribitur. Vide quæ notata mihi ad istum locum.

AMIPSIAS.

Suidas: Ἀμειψίας, Ἀθηναῖος, κωμικός. *Amipsias, Atheniensis, comicus.* Inter Fabulas ejus fuerunt,

Ἀποκοτταβίζοντες.

Athen. *lib.* VII. Ἀμειψίας Ἀποκοτταβίζουσιν·

—— ἐγὼ δ' ἰδὼν πειράσομαι
Εἰς τὴν ἀγορὰν ἔργον λαβεῖν. ἧττον γ' ἂν ἦν
Νῆςις καθάπερ κεςρεὺς ἀκολουθήσεις ἐμοί.

A *Amipsias in Cottabum exercentibus;*

—— *ego autem videns tentabo*
In forum capere negotium. Minus sane igitur
Jejunus sicut mugil sequeris me.

Laudatque iterum *libb.* X. & XI. Etymologici Auctor *in* οὔχουσα: Καὶ Ἀμειψίας Ἀποκοτταβίζουσι.

Δυοῖν ὀβολοῖν ἔγχουσαν, καὶ ψιμμύθιον.

Et Amipsias in Cottabum exercentibus;
Duobus obolis enchusam, & cerussam.

Κατεσθίων.

B Athen. *lib.* VII. Ἀμειψίας Κατεσθίοντι·

—— δεῖ μὲν, ὡς ἔοικε, πολλῶν πουλύπων.

Amipsias in Devoranti.

—— *opus est quidem, ut videtur, multis polypis.*

Κόννος.

Athen. *lib.* VII. Ἀμειψίας δ' ἐν Κόννῳ·

Ὀρφοῖς, σελαχίοις, καὶ φάγροις, ἔςαι βορά.

Amipsias autem in Barba;
Orphis, selachiis, & phagris erit cibus.

Iterum *lib.* IX. Ἀμειψίας Κόννῳ·

—— δίδοται μάλιςθ' ἱερωσύνα
C Κωλῆ, τὸ πλευρὸν, ἡμίκραιρ' ἀριςερά.

Amipsias in Barba;

—— *datur potissimum sacerdotium*
Perna, latus, dimidia pars capitis læva.

Et emendandum eundem censeo *lib.* V. ubi

Κοινὸν

Fabula ista nunc inscribitur: Ἀμειψίας δ' ἐν τῷ Κοινῷ, δύο πρότερον ἔτεσι διδαχθέντι, οὐ καταριθμεῖ αὐτὸν ἐν τῷ φροντιςῶν χορῷ. *Amipsias autem in Communi, duo prius annos docta fabula, illum in prudentum numero non recenset.* Rescribe, ἐν τῷ Κόννῳ.
D Sic apud Anonymum in *Olymp. Descript.* Olymp. LXXXIX. anno I. Ἀμειψίας τὸ δρᾶμα Κόννον διδάσκει, *Amipsias fabulam Barbam docet.* Perperam etiam illic editur, τ. δ. Κοινὸν δ'. Apud Aristophanis Scholiasten, in *Argumento Nubium*, Κόννῳ scribitur: Κρατῖνος μὲν ἐνίκα, Πυτίνῃ. Ἀμειψίας δὲ, Κόννῳ. *Cratinus quidem vicit, Pytine; Amipsias autem, Cono.*

Μοιχοί.

Suidas *in* Ἀνεφύγετε: Λέγει καὶ Ἀμειψίας Μοιχοῖς, καὶ οἱ νεώτεροι πολλαχοῦ. *Dicit etiam Amipsias in Mœchis, & recentiores ubique.* Iterum, *in* Καββαλών:
E Ἀμειψίας, Μοιχοῖς. Καὶ σὺ μὲν ἦλθες, κάββαλε τριώβολον. *Amipsias in Mœchis; Et tu quidem venisti, abjice triobolum.* Vide iterum *in* Ἀναψυχῆναι. Itaque emendandus Pollux, apud quem corrupte Fabula hæc

Μυχοὶ

inscribitur, *lib.* VII. *cap.* XXIII. Ἀμειψίου δὲ ἐν Μυχοῖς μιλτωρυχίαν εἰπόντος, εἴη ἂν ἐν τοῖς μεταλλεῦσιν ὁ μιλτωρύχος. *Amipsia vero in Recessibus minii effossionem dicente, sit inter metalli fossores minii*
F *effossor.*

Σαπφώ.

Poll. *lib.* IX. *cap.* VII. Ἐν δὲ τῇ Ἀμειψίου Σαπφοῖ, καὶ νωθρότερον εὑρήκαμεν. *In Sappho autem Amipsiæ, etiam* νωθρότερον *(tardius) invenimus.*

Σφενδόνη.

Idem Pollux *lib.* IX. *cap.* VII. Ἐν δὲ τῇ Ἀμειψίου

Σφενδόνῃ, ὅ, τε τρόπος δεδήλωται τῆς κυβείας. *In Amipsiæ autem Funda, indicatur & modus ludendi tesseris*. Iterum *lib.* x, *c.* XXXI. Αμειψίας δ' ἐν Σφενδόνῃ·

—— τὸ μὲν δόρυ
Πρὸ τῆς ἐπιχάλκυ πρὸς πλατεῖς ἀπέβαλε.

Amipsias in Funda;

—— *hastam quidem*
Pro ærata Prospaltiis abjecit.

Athen. *lib.* VI. Κατὰ Αμειψίαν, ὃς ἐν Σφενδόνῃ ἔφη, περί σοῦ μαντευσάμενος, ὦ Λαρήνσιε. *Juxta Amipsiam, qui in Funda dixit, de te vaticinans, o Larenti.* Et emendandum omnino censeo eundem, *lib.* x. ubi.

Φείδων

Fabulæ huic titulus datur. Ita enim nunc vulgatur, Αμειψίας Φείδων·

Λαγὼν ταράξας πῖθι τὸ θαλάσσιον.

Amipsias in Phidone;

Leporem qui turbasti, bibe marinum.

Rescribo itidem, Αμειψίας Σφενδόνῃ. Idque Casaubono etiam in mentem venit.

Τρίβων.

Diogenes Laert. in *Socrate lib.* II. Αμειψίας δ', ἐν Τρίβωνι, παράγων αὐτὸν, φησὶν οὕτως. *Amipsias autem, in Pallio, inducens ipsum, ita dicit*.

AMMONIUS.

Scripsit, Περὶ βωμῶν, καὶ θυσιῶν. Harpocration, *in* Αμαζόνιον: Αμμώνιος ἐν τῷ Περὶ βωμῶν, καὶ θυσιῶν. *Ammonius in libro De aris, & sacrificiis*. Videndus iterum, *in* ἐσχάρα, & θόλος. Athen. *lib.* XI. Ιστορεῖ Αμμώνιος, ἐν τρίτῃ Περὶ βωμῶν, καὶ θυσιῶν. *Narrat Ammonius, in libro tertio De aris, & sacrificiis*. Ammonius alius, *De Diff. voc.* Βωμὸς, ἑστία, ἐσχάρα, καὶ μέγαρον, διαφέρουσι· καθὰ καὶ Αμμώνιος ὁ Λαμπρεὺς, ἐν πρώτῳ Περὶ θυσιῶν. *Ara, focus, ignis receptaculum, domus, differunt; prout etiam Ammonius Lamprensis, in primo de sacrificiis*. Schol. Hermogenis: Καὶ μετὰ τὴν νίκην Απάρχυ Αφροδίτης ἱερὸν ἱδρύσατο ἐν Πειραιεῖ· ὡς Αμμώνιος ὁ Λαμπρεὺς, ἐν τῷ Περὶ βωμῶν, φησί. *Et post victoriam Aparchi Veneris templum posuit in Piræeo; sicut Ammonius Lamprensis, in libro De aris, dicit*. Scripsit quoque Περὶ τῶν Αθήνησιν ἑταιρίδων, *De meretricibus quæ erant Athenis*: idque Opus citat Athen. *lib.* XIII.

AMPHILOCHUS.

Recensetur inter Rei Rusticæ Scriptores apud Varronem, ejus Operis *lib.* I. *c.* I. *De Philosophis, Democritus physicus, Xenophon Socraticus, Aristoteles, & Theophrastes, Peripatetici, Architas Pythagoreus, & Amphilochus Atheniensis*. Columella quoque ex eodem, *lib.* I. *c.* I. *Athenæ vero Scriptorum frequentiam pepererunt, e queis probatissimi Auctores, Chæreas, Aristandros, Euphron, Amphilochus*. Scripsit etiam,

Περὶ Μηδικῆς, καὶ Κυτίσυ.

Observo apud Plinium *lib.* XVIII. *c.* XVI. *Unum DE EA (MEDICA) ET CYTISO volumen Amphilochus fecit confusim*. Laudatur item, sed incerto Opere, ab Hesychio *in* Μύσχης.

AMPHIS.

Suidas de eo: Αμφις, κωμικὸς, Αθηναῖος, *Amphis, comicus, Atheniensis*. Comœdiæ ejus istæ mihi observatæ.

Αθάμας.

Athen. *lib.* XII. Αμφις δ' ἐν Αθάμαντι·

Εἶτ' οὖν γυναικός ἐστιν εὐνοικώτερον
Γαμετῆς ἑταίρα; πολύ γε, καὶ μάλ' εἰκότως.

Amphis autem in Athamanti;

An igitur fœmina est magis benevolum.
Conjuge meretrix? multo scilicet, & valde merito.

Αλείπτρια.

Pollux *l.* VII. *c.* III. Αμφιδος δὲ καὶ δρᾶμά ἐστιν, Αλείπτρια. *Verum Amphidis quoque fabula est Unctrix*.

Αλκμαίων.

Pollux *l.* X. *c.* XLI. Καὶ περιθέτην δὲ, ὡς ἐν Αμφιδος Αλκμαίωνι. *Verum etiam circumpositam, ut in Amphidis Alcmæone*.

Αμπελυργός.

Pollux *l.* VII. *c.* XXXIII. Κέρματα δὲ πολλῶν πληθυντικῶς εἰρηκότων, κέρμα ἑνικῶς εἴρηκεν Αμφις ἐν Αμπελυργῷ. *Quum vero multi pluraliter* κέρματα (*nummulos*) *dixerunt*, κέρμα (*nummulum*) *in singulari dixit Amphis in Vinitore*. Citatur etiam a Stobæo, *Serm.* LVII. & CII.

Βαλανεῖον.

Athen. *lib.* III. Καὶ Φιλήμων ἐν Κορινθίᾳ, Αμφις δ' ἐν Βαλανείῳ. *Philemon in Corinthia, Amphis autem in Balineo*.

Γυναικομανία.

Athen. *lib.* IX. Τοῦ μὲν ὀλβιογάστορος Αμφις μέμνηται ἐν Γυναικομανίᾳ. *Amphis quidem meminit* ὀλβιογάστορος (*ventre beati*) *in Muliebri insano amore*. Meminitque iterum *lib.* XV.

Γυναικοκρατία.

Athen. *lib.* VIII. Καὶ ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ δὲ Γυναικοκρατίᾳ (ὁ Αμφις) τὰ ὅμοια λέγει. *Et in ita inscripto Mulierum imperio (Amphis) similia dicit*.

Διθύραμβος.

Athen. *lib.* IV. Μνημονεύει τῶν γίγγρων αὐτῶν Αντιφάνης ἐν Ιατρῷ, καὶ Μένανδρος ἐν Καρίνῃ, Αμφις τε ἐν Διθυράμβῳ. *Meminit tibiarum illarum Antiphanes in Medico, & Menander in Carina, Amphisque in Dithyrambo*. Et *lib.* XIII. Περὶ δὲ τοῦ ἐρᾶν, Αμφις ἐν Διθυράμβῳ φησίν. *De amore autem, Amphis in Dithyrambo dicit*.

Επτὰ ἐπὶ Θήβαις.

Athen. *lib.* VII. Αμφις ἐν Επτὰ ἐπὶ Θήβαις·

Γλαῦκοι δ' ὅλοι ῥάχιστα κρανίων μέρη.
Εὔσαρκα. ——

Amphis in Septem ad Thebas;

Glauci autem toti sectæ craniorum partes
Carnosæ. ——

Εριθοι.

Athen. *lib.* X. Καὶ ὁ Οὐλπιανὸς ἐκπιὼν, ἔφη, ταῦτα μὲν Κλέαρχος ἐν Κιθαρῳδῷ. Εγὼ δὲ κατὰ τὰς Αμφιδος Εριθυς παρακελεύομαι. *Et Ulpianus cum ebibisset, dixit, hæc quidem Clearchus in Citharœdo; Ego vero juxta Amphidis Lanificos hortor*. Laudantur quoque a Stobæo, *Serm.* LIV.

Ιάλεμος.

Athenæus *lib.* II. Αμφις τε ἐν Ιαλέμῳ φησί. *Am-*

phisque in Ialemo ait. Iterum *lib.* VII. Ἄμφις δ᾽ ἐν Ἰαλέμῳ·

Ὅστις κορακῖνον ἐσθίει θαλάττιον,
Γλαύκου παρόντος, οὗτος οὐκ ἔχει φρένας.

Amphis autem in Ialemo;

Quicunque coracinum edit marinum,
Glauco præsente, ille est mente destitutus.

Et *lib.* VIII. Καὶ Ἄμφις δὲ ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν Ἰαλέμῳ φησίν. *Et Amphis autem comicus in Ialemo inquit.*

Κουρίς.

B Athen. *lib.* XIII. Τούτων τῶν ἑταιρῶν καὶ Ἄμφις μνημονεύει ἐν Κουρίδι. *Harum meretricum etiam Amphis meminit in Novacula.*

Κυβευταί.

Pollux *lib.* VII. *c.* XXXIII. Σκιράφια, καὶ τὸν σκιραφευτήν, Ἄμφις εἴρηκεν ἐν τοῖς Κυβευταῖς. *Foros aleatorios, & tesseris ludentem, Amphis dixit in Aleatoribus.*

Λευκάς.

Athen. *lib.* VII.

Ὅστις ἀγοράζων ὄψον ***
Ἐξὸν ἀπολαύειν ἰχθύων ἀληθινῶν,
Ῥαφανίδας ἐπιθυμεῖ πρίασθαι, μαίνεται.

Φησὶν Ἄμφις ἐν Λευκάδι.

C *Quicunque emens opsonium ****
Licet frui piscibus genuinis,
Raphanos desiderat emere, furit.

Inquit Amphis in Leucadi.

Ὀδυσσεύς.

Athen. *lib.* XV. Τοῦ Μεγαλλίου δὲ μύρου μνημονεύει καὶ Ἄμφις ἐν Ὀδυσσεῖ. *Megallii autem unguenti meminit etiam Amphis in Ulysse.*

Οὐρανός.

D Athen. *lib.* III. Καὶ Ἄμφις ἐν Οὐρανῷ·

—— ὡς τὴν ἑσπέραν
Χορταζόμενα πᾶσιν ἀγαθοῖς. ——

Et Amphis in Cælo;

—— ad vesperam
Pascentia omnibus bonis. ——

Πάν.

Athen. *lib.* X.

Δεῖπνον γὰρ εὐτελὲς οὐ ποιεῖ παροινίαν·
ὡς Ἄμφις φησὶν ἐν Πανί.

E *Convivium enim frugale non facit ebrietatem,*
ut Amphis ait in Pane.

Πλάνος.

Athen. *lib.* VI. Ἄμφις δ᾽ ἐν Πλάνῳ·

Τοὺς μὲν στρατηγοὺς τὰς ὀφρῦς ἐπὰν ἴδω
Ἀνεσπακότας, δεινὸν μὲν ἡγοῦμαι ποιεῖ. *

Amphis autem in Errone;

Duces quidem supercilia quum video
Contrahentes, infaustum quidem puto facere.

Ῥεῖθρα.

F Suidas: Νεανισκεύεται· Ἄμφις ἐν Ῥείθροις. *Juvenescit; Amphis in Fluentis.*

Φιλάδελφοι.

Athen. *lib.* X. Ἄμφις δ᾽ ἐν Φιλαδέλφοις παράγει φιλοπότην τινά. *Amphis autem in Philadelphis introducit quendam bibacem.*

* Ita chirographum Meursii; sed inspicienti Athenæum pag. 224. patebit hos esse Alexidis versus.

Φιλέταιρος.

Athen. *lib.* VII. Καὶ (Ἄμφις) ἐν Φιλεταίρῳ·

Ἔχειν καθαρίως ἐγχελύδιόν τι, καὶ
Γλαυκιδίου κεφάλαια, καὶ λαβρακίου
Τεμάχια. ——

Et (Amphis) in Philetæro;

Habere pure anguillulam aliquam, &
Glauci parvi capita, & labracii
Frustula. ——

ANDOCIDES.

Hujus Orationes quatuor, Περὶ τῶν μυστηρίων, *De mysteriis*, Περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου, *De suo reditu*, Περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης, *De pace cum Lacedæmoniis*, & Κατὰ Ἀλκιβιάδου, *Contra Alcibiadem*, etiam hodie exstant. Interciderunt,

Περὶ τῆς ἐνδείξεως,

Et,

Ἀπολογία πρὸς Φαίακα.

Plutarchus meminit, in *ejus Vita*: Σώζεται δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ Περὶ τῆς ἐνδείξεως λόγος, καὶ Ἀπολογία πρὸς Φαίακα. *Verum etiam servatur ejus De delatione oratio, & Defensio ad Phæacem.* Ac prior illa laudatur quoque ab Harpocratione, *in* ζητητής: Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους, καὶ Ἀνδοκίδης ἐν τῷ Περὶ τῆς ἐνδείξεως. *Demosthenes in oratione contra Timocratem, & Andocides in oratione De delatione.* Etiam

Περὶ τῆς ἀδείας.

Commemoratur ab eodem Harpocratione: Ὀρρωδεῖν, ἀντὶ τοῦ φοβεῖσθαι. Ἀνδοκίδης ἐν τῷ Περὶ τῆς ἀδείας. *Ὀρρωδεῖν pro metuere. Andocides in oratione De impunitate.* Quin & ejusdem

Πρὸς τοὺς ἑταίρους.

Scriptum laudatur Plutarcho, extremo *Themistocle*: Περὶ δὲ τῶν λειψάνων οὔτ᾽ Ἀνδοκίδῃ προσέχειν ἄξιον, τῷ Πρὸς τοὺς ἑταίρους λέγοντι, φωράσαντας τὰ λείψανα διαρρίψαι τοὺς Ἀθηναίους. *De reliquiis autem ejus non est audiendus Andocides, in oratione Ad socios dicens, quum reliquias furati essent dispersisse Athenienses.*

ANDROTION.

De eo Suidas: Ἀνδροτίων, Ἄνδρωνος, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, καὶ δημαγωγός, μαθητὴς Ἰσοκράτους. *Androtion, Andronis filius, Atheniensis, rhetor, & popularis, discipulus Isocratis.* Ejus

Ἀτθίς

celebratur. Pausan. *Eliac.* II. Τὰ δὲ ἐς τὸν Δωριέως τοῦ τελευτήν, ἔστιν ἐν τῇ συγγραφῇ τῇ Ἀτθίδι Ἀνδροτίωνι εἰρημένα. *Quæ vero ad Doriensis mortem pertinent, in libro Atthide ab Androtione sunt dicta.* Item *Phocicis*: Ἀνδροτίων δὲ ἐν τῇ Ἀτθίδι ἔφη συγγραφῇ, ὡς τὸ ἐξ ἀρχῆς ἀφίκοιντο ἐς Δελφούς. *Androtion vero in Atthide dixit libro, quod ab initio Delphos venerunt.* Marcellinus in *Vita Thucydidis*: Οὐ μέμνηται Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι λέγων εἶναι πατρὸς Ἀρίστωνος. *Cujus meminit Androtion in Atthide dicens esse patris Aristonis.* Harpocration *in* Διαψήφισις: Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι, *Androtion in Atthide.* Tributum hoc Opus in libros plures. Itaque ex iis tertium citat Harpocration *in* δέκα; quartum Stephanus *in* Ἀργεννοῦσσα; quintum Harpocration *in* Ἀγυιάς; sextum Stephanus *in* Γρηστίος, & Harpocration, *in* Νεῶν, Suidas, *in* Νεῶσι, octavum Stephanus *in* Ἀκόντιον; duodecimum Harpocrat. *in* Ἀμφίπολις. Scripsit quoque

Γεωργικόν.

Athen. *l.* III. Ανδροτίων δὲ ἐν τῷ Γεωργικῷ, τὰς δὲ μηλέας φησὶ φαυλίας καὶ στρουθείας. *Androtion vero in Georgico, malos autem dicit parvas & ſtrutbias.* Sed ut video, ejus Operis auctor olim controverſus; & Philippo erant qui aſſcriberent. Harpocration *in* Σταφυλοβολεῖον: Ως Ανδροτίων, ἢ Φίλιππος, ἐν τῷ Γεωργικῷ. *Sicut Androtion,, vel Philippus, in Georgico.* Alii etiam ad Hegemonem referebant. Athen. iterum alibi *libro* tertio, jam *citato*: Ανδροτίων δὲ, ἢ Φίλιππος, ἢ Ηγήμων, ἐν τῷ Γεωργικῷ γένη σύκων τάδε ἀναγράφει. *Androtion autem, ſeu Pbilippus, ſeu Hegemon, in Georgico bæc ficorum genera recenſet.* Certe Adrotionem, *de Agricultura*, eitat etiam Plin *lib.* I. *c.* I. in Elencho Auctorum, e quorum Operibus concinnavit libros, decimum, & decimumſeptimum; & Theophraſtus, *Hiſt. Plant.* lib. II, c. VIII. Et ob hoc nimirum ipſum a Varrone, & Columella, inter Rei Ruſticæ Scriptores recenſetur, *lib.* I. *c.* I.

ANTICLIDES.

Citatur ab Auctoribus multis incerto Opere. Sæpe autem commemorantur libri

Περὶ Νόστων.

Suidas: Αντικλείδης, οὗτος ἔγραψε Περὶ νόστων. *Anti-Clides. Hic ſcripſit De reditibus.* Ariſtoph. Schol. *ad Nubes*: Φέρει δὲ τὸν χρησμὸν τοῦτον Αντικλείδης ἐν Νόστοις. *Tradit autem boc oraculum Anticlides in Reditibus.* Clemens *Protreptico*: Λυκτίους γὰρ, Κρητῶν δὲ ἔθνος εἰσὶν, οὕτως Αντικλείδης ἐν Νόστοις, ἀποσφάττειν ἀνθρώπους τῷ Διί. *Lyctinos enim, Cretenſium vero ſunt gens, ſicut Anticlides in Reditibus, mactare bomines Jovi.* Athen. *lib.* IV. Καθάπερ ὁ παρὰ Αντικλείδῃ Ηρακλῆς. Φησὶ γὰρ οὗτος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Νόστων. *Quemadmodum apud Anticlidem Hercules. Dicit enim ille in libro ſecundo Redituum.* Fuitque ingens ſane Opus. Nam decimum ſextum ejus librum laudat idem Athen. *Dipnoſophiſt.* lib. X. Αντικλείδης ὁ Αθηναῖος ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ Νόστων. *Anticlides Atbenienſis in ſexto decimo Redituum.* Jam autem *lib.* IX. citat ſeptuageſimum octavum: Αντικλείδης δ᾽ ἐν ἑβδομηκοστῷ ὀγδόῳ Νόστων. *Anticlides autem in ſeptuageſimo octavo Redituum.* Ejuſdem

Δηλιακὰ

commemorat Scholiaſt. Apollon. *lib.* I. Αντικλείδης δ᾽ ἐν Δηλιακοῖς ἱστόρησεν, οὐ τὸν Υλαν εἰς τὴν ὑδρείαν ἐξεληλυθέναι, ἀλλὰ τὸν Υλλον, καὶ ἀνεύρετον γενέσθαι. *Anticlides autem in Deliacis narravit, non Hylam ad aquationem exiviſſe, ſed Hyllum, & non inventum eſſe.* Et mox iterum: Αντικλείδης ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Δηλιακῶν, Υλλον φησὶ, τὸν Ηρακλέους υἱὸν, ἀποβάντα ἐφ᾽ ὕδωρ, μὴ ὑποστρέψαι. *Anticlides in ſecundo Deliacorum Hyllum ait, Herculis filium, deſcendentem ad aquam, non reverſum eſſe.* Etiam ſcripſit

Περὶ Αλεξάνδρου.

Diogenes Laert. in *Pitbagora*, lib. VIII. Ως φησὶν Αντικλείδης ἐν δευτέρῳ Περὶ Αλεξάνδρου. *Ut ait Anticlides in ſecundo de Alexandro.* Et

Εξηγητικὸν

laudatur ab Athen. *lib.* XI. Αγγεῖον δ᾽ ἐστὶν, ἐν ᾧ τοὺς Κτησίους Δίας ἐγκαθιδρύουσιν, ὡς Αντικλείδης φησὶν ἐν Εξηγητικῷ. *Vas autem eſt, in quo Cteſios Joves ponunt, ſicut Anticlides in Exegetico inquit.* Sed Αὐτοκλείδης illic legendum eſſe, oſtendam alias, volente Deo, cum Bibliothecam ſum daturus. Citatur & incerto Opere apud Plin. *lib.* VII. *c.* LVI. *Anticlides Ægypto inveniſſe quendam, nomine Menona, tradit, quindecim annis ante Pboroneum, antiquiſſimum Græciæ regem.* Sch. Homeri, *ad Iliad.* H. Τοὺς δὲ παῖδας ἀμφοτέρους τῆς μαντικῆς οὕτω μεταλαβεῖν, ἱστορεῖ Αντικλείδης. *Pueros autem utroſque artis vaticinandi ita participes factos eſſe, narrat Anticlides.* Et Didymus, extremo *Commentario ad Odyſſ.* Π΄. Η δὲ ἱστορεῖ Αντικλείδης. *Pueros autem utroſque artis vaticinandi ita participes factos eſſe, narrat Anticlides.* Iſaacius Tzetzes, *ad Lycopbronem.* Αντικλείδης δὲ, ὑπὸ Πάριδος φησὶ τοξευθέντα ἀποθανεῖν. *Anticlides autem ab Paride arcu petitum periiſſe ait.*

ANTIPHANES.

Non hic Athenienſis quidem natus fuit, verum factus; & donatus civitate, ob ingenii magnas dotes. Itaque non injuria etiam in hoc numero a me collocari poterit. Suidas ait ſcripſiſſe comœdias CCCLXV. vel, ut alii tradidere, CCLXXX. Ex his nulla hodie exſtat; ac ne tituli quidem ipſi ad nos omnes pervenerunt. Invenitur

Αγροικος.

Pollux *lib.* VI. *c.* IX. Αντιφάνης δὲ τὸ ῥάφανον καὶ κραμβίδιον λέγει ἐν Αγροίκῳ. *Antipbanes autem rapbanum & braſſicam ait in Ruſtico.* Athen. *lib.* XIII. Εστι δὲ ἑταίρα, ὡς Αντιφάνης φησὶν ἐν Αγροίκῳ, τῷ τρέφοντι συμφορά. *Eſt autem meretrix, ut ait Antipbanes in Ruſtico, nutrienti calamitas.* Alibi plurali numero laudat. Ecce *lib.* X. Κατὰ τὸν Αντιφάνην, ὦ Φιλότης, ὅς ἐν Αγροίκοις φησιν. *Secundum Antipbanem, o Pbilota, qui in Ruſticis ait.* Et XV. Αντιφάνης μὲν γὰρ Αγροίκοισιν ἔφη. *Nam Antiphanes quidem in Ruſticis dixit.* Suidas: Ραγδαίους· κατὰ μεταφορὰν, ἀπὸ τῶν ὄμβρων· τοὺς κεκινημένους, καὶ σφοδροὺς, καὶ βιαίους. Αντιφάνης Αγροίκοις. *Rbagdæos; per metapboram, ab imbribus; motos, & vebementes, & violentos. Antipbanes in Ruſticis.* Alibi quoque gemino titulo,

Αγροικος, ἢ Βουταλίων.

Lib. VII. Τούτων τῶν ἰαμβείων ἔνιά ἐστιν εὑρεῖν καὶ ἐν (Αντιφάνους) Ακεστρίᾳ, καὶ ἐν Αγροίκῳ, ἢ Βουταλίωνι. *Aliqua borum jambicorum inveniuntur etiam in (Antipbanis) Medica fœmina, & in Ruſtico, ſeu Butalione.* Eſt & ubi Βουταλίων tantum dicitur: *lib.* VIII. Αλλὰ μὴν οὐδὲ οὕτως εἰμὶ φίλιχθυς, ὡς ὁ παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ (Αντιφάνει) ἐν Βουταλίωνι. *Verum tamen ne ſic amans ſum piſcium, ſicut apud eundem poetam (Antipbanem) in Butalione.*

Αθάμας.

Poll. *l.* X. *c.* XVI. Ο σαφέστερον ἄν τις ἐν τῷ Αντιφάνους Αθάμαντι κεκλῆσθαι λέγοιεν. *Quod ſi manifeſtius quis appellatum eſſe dicit in Antipbanis Athamonti.*

Αἴολος.

Athen. *lib.* X. Εν δὲ Αἰόλῳ (Αντιφάνης) διαβάλλων, ὅσα δεινὰ πράττουσιν οἱ πλέον πίνοντες, φησί. *In Æolo autem (Antipbanes) vituperans, quam borrenda faciunt nimium bibentes, inquit.* Et XII. Πολλῷ οὖν κάλλιόν ἐστι τοιοῦτόν τινα εἶναι τὴν ἰδέαν, ἢ, ὥς φησιν Αντιφάνης ἐν Αἰόλῳ.

—— τοῦτον οὖν
Διὰ οἰνοφλυγίαν, καὶ πάχος τοῦ σώματος,
Ασκὸν καλοῦσι πάντες οἱ ἐπιχώριοι.

Multo igitur pulcbrius eſt talem quemdam eſſe facie, quam ut ait Antipbanes in Æolo;

—— bunc igitur
Propter ebrietatem, & craſſitiem corporis,
Utrem vocant omnes incolæ.

Ακέ-

Ακέσεια.

Athen. *l.* VII. Τούτων τῶν ἰαμβείων ἐνιά ἐστιν εὑρεῖν καὶ ἐν (Αντιφάνους) Ακεστρίᾳ. *Quædam horum jambicorum invenire est etiam in (Antiphanis) Medica fœmina.* Iterum IX. Τὰ δὲ παρὰ τοῖς κωμῳδοποιοῖς λεγόμενα δεῖπνα, ἡδίστην ἀκοὴν παρέχει τοῖς ὠσὶ μᾶλλον, ἢ τῇ φάρυγγι· ὥσπερ τὰ παρὰ Αντιφάνει μὲν ἐν Ακεστρίᾳ. *Convivia autem dicta apud comicos dulcissimam auditionem auribus potissimum præbent, vel faucibus; quemadmodum illa apud Antiphanem quidem in Medica fœmina* Et XIII. Μνημονεύει δ' αὐτῆς Αντιφάνης ἐν Αρκάδι, καὶ ἐν Κηπουρῷ, ἐν Ακεστρίᾳ *Meminit autem illius Antiphanes in Arcade, & in Hortulano, in Medica fœmina.*

Ακοντιζομένη.

Athen. *lib.* X. Οἷαι δ' εἰσὶ παρὰ τοῖς Ελλησι μεθύουσαι αἱ γυναῖκες, παραδίδωσιν Αντιφάνης μὲν ἐν τῇ Ακοντιζομένῃ. *Sed quales ebriæ mulieres sunt apud Græcos, exponit Antiphanes quidem in Jaculis-petita.*

Αλιευομένη.

Poll. *l.* IX. *c.* V. Κέχρηται δὲ τῷ ὀνόματι Αντιφάνης ἐν Αλιευομένῃ. *Usus est autem eo nomine Antiphanes in Piscatrice.* Athen. *lib.* VIII. Αντιφάνης δ' ἐν Αλιευομένῃ, φιληδοῦντας τινὰς καταλέγων ἰχθύσι, φησίν. *Antiphanes autem in Piscatrice, piscibus delectantes aliquos recensens, ait.* Iterum XIII. Μνημονεύει δ' αὐτῆς Αντιφάνης ἐν Αλιευομένῃ. *Meminit autem ejus Antiphanes in Piscatrice.*

Αλκηστις.

Athen. *l.* III. Αντιφάνης τ' ἐν Αλκήστιδι ἔφη. *Et Antiphanes in Alcestide dixit.* Et XII. Αντιφάνης δὲ ἐν μὲν Αλκήστιδι, ἐλαίῳ τινὰ ποιεῖ χριόμενον τοὺς πόδας. *Antiphanes autem in Alcestide quidem, quemdam oleo pedes unctum fingit.*

Ανταῖος.

Athen. *l.* XII. Αντιφάνης δ' ἐν Ανταίῳ, περὶ τῆς τῶν φιλοσόφων τρυφερότητος διαλέγων, φησί. *Antiphanes autem in Antæo, de mollitie philosophorum disserens, ait.*

Αντεια.

Athen. *lib.* III. Λέξω δὲ περὶ τοῦ χόνδρου, Αντιφάνους παρατιθέμενος ἐξ Αντείας τάδε. *Dicam autem de grumo, ex Antiphanis Antia hæc proponens.* Et XV. Αντιφάνης δ' ἐν Αντείᾳ.

Πρὸς τῷ μυροπώλῃ γενόμενον κατελίμπανον.

Antiphanes autem in Antia;

Ad unguentarium quum accesseram relinquebam.

Αποκαρτερῶν.

Poll. *l.* X. *c.* XXXI. Κέχρηται δὲ τῷ ὀνόματι καὶ Αντιφάνης ἐν Αποκαρτεροῦντι. *Usus est autem illo nomine etiam Antiphanes in Abstinente-a-cibo.*

Αρκαδία.

Athen. *l.* X. Τὸ γὰρ παροινεῖν ἐκ τοῦ μεθύειν γίνεται· διὸ καὶ Αντιφάνης ἐν Αρκαδίᾳ φησίν. *Nam ex vino peccare ab inebriando fit; quapropter etiam Antiphanes in Arcadia inquit.* Iterum XIII. Μνημονεύει δ' αὐτῆς Αντιφάνης ἐν Αρκαδίᾳ. *Meminit autem ejus Antiphanes in Arcadia.*

Αρπαζομένη.

Athen. *l.* IX. Ἵν' οὖν μὴ καὶ σὺ ζητῶν τὸν Σύαγρον ἀφαυανθῇς, μάθε, ὅτι Αντιφάνης μὲν ἐν Αρπαζομένῃ οὕτως ὠνόμασε. *Itaque ne etiam tu Syagrum quærens marcescas, disce, quod Antiphanes quidem in Rapta ita nominavit.*

Αρχεστράτη.

Athen. *l.* VII. Αντιφάνης δὲ ἐν Αρχεστράτῃ.

— τίς δ' ἔγχελυν ἂν φάγοι,

Η κρανίον σινόδοντος. —

Antiphanes autem in Archestrata;

— quis autem anguillam edat,

Vel caput sinodontis.

Αρχων.

Athen. *l.* IV. Διακωμῳδῶν δ' Αντιφάνης τὰ Λακωνικὰ δεῖπνα, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Αρχων, φησὶν οὕτως. *Irridens autem Antiphanes Laconica convivia, in fabula Archon inscripta, ita dicit.*

Ασκληπιός.

Athen. *l.* X. Αντιφάνης δ' ἐν Ασκληπιῷ.

Τὴν δὲ γραῦν, τὴν ἀσθενοῦσαν πάνυ πάλαι.

Antiphanes autem in Æsculapio;

Anum vero, infirmam valde olim.

Αὐλητής.

Athen. *l.* XIV. Αστείως δὲ αὐτὴν Αντιφάνης φανερὰν ποιεῖ ἐν τῷ Αὐλητῇ. *Urbane vero illam conspicuam facit Antiphanes in Tibicine.* Et hanc puto Fabulam esse, quam in Batalum tibicinem ab eo compositam dicit Plutarch. in *Demosthene*, istis verbis: Ην δὲ ὁ Βάταλος, ὥς ἔνιοι φασὶν, αὐλητὴς τῶν κατεαγότων. καὶ δραμάτιον εἰς τοῦτο, κωμῳδῶν αὐτὸν, Αντιφάνης πεποίηκεν. *Erat autem Batalus, ut quidam dicunt, enervatorum tibicen. Et fabellam in illud, ipsum irridens, Antiphanes composuit.*

Αὐλητρὶς, ἢ Δίδυμοι.

Athen. *l.* VIII. Αντιφάνης δ' ἐν Αὐλητρίδι, ἢ Διδύμοις, Φοινικίδην τινὰ ἐπ' ὀψοφαγίᾳ κωμῳδῶν, φησίν. *Antiphanes autem in Tibicina, vel Geminis, Phœniciden quendam propter avidam opsoniorum devorationem perstringens, ait.*

Αφροδίσιος.

Stobæus *Serm.* CXXIII. & Athen. *lib.* X.

Αφροδίτης γοναί.

Ammonius *de Diff. Voc.* Λυχνίον λύχνου διαφέρει. Λυχνίον μὲν γάρ ἐστιν ἡ λυχνία, ὡς Αντιφάνης φησὶν ἐν Αφροδίτης γοναῖς. *Lychnium ab lychno differt. Nam lychnium quidem est candelabrum, ut Antiphanes ait in Veneris nativitate.* Poll. *l.* X. *c.* XXIII. Εν δὲ Αντιφάνους Αφροδίτης γοναῖς, πινακίσκιόν ἐστιν εἰρημένον. *In Antiphanis autem Veneris nativitate, tabella est dicta.* Athen. *l.* XI. Αντιφάνης Αφροδίτης γοναῖς·

Εγὼ ἐπιδείξω καθ' ὅσον ἂν τὸν κότταβον

Αφῇς ἐπὶ τὴν πλάστιγγα.

Antiphanes in Veneris nativitate;

Ego ostendam quomodo cottabum

Demittas in lancem. —

Et occurruit bis iterum *lib.* XV.

Βάκχαι.

Athen. *lib.* X. Αντιφάνης Βάκχαις.

Επεὶ δὲ τοῦτ', οὐκ ἔστι κακοδαίμων σφόδρα,

Οστις γαμεῖ γυναῖκα. —

Antiphanes in Bacchis;

Quoniam vero id, non est infelix valde,

Qui uxorem ducit. —

Βοιωτία.

Athen. *lib.* XI. Οτι δὲ τὸ γυναικεῖον κοσμάριόν ἐστι

κάνθαρος, Αντιφάνης εἴρηκεν ἐν Βοιωτίᾳ. *Quod vero etiam cantharus muliebre sit ornamentum, Antiphanes dixit in Bœotia.* Iterum *lib.* XIV. Alia ab hac laudatur masculino genere,

Βοιώτιος.

Apud eundem Athen. *lib.* III. Αντιφάνης μὲν ἐν Βοιωτίῳ.

Καὶ περὶ μὲν ὄψε γ' ἠλίθιον τὸ κ̀ λέγειν,
Ὥσπερ πρὸς ἀπλήστες. ——

Antiphanes quidem in Bœotio;

Et de opsonio quidem stultum id etiam dicere,
Tanquam ad insatiabiles. ——

Et *lib.* IX. Αντιφάνης Βοιωτίῳ.

Καλέσασά τε παρατίθησιν ἐν παροψίδι.

Antiphanes in Bœotio;

Vocansque apponit in paropside.

Sed utrobique rescribendum equidem puto, Βοιωτίᾳ. Nam, ecce, postremum hunc locum ejusdem Comici e *Bœotia* quoque profert Pollux, *lib.* X. *cap.* XXIII. Εν δὲ τῇ Αντιφάνες Βοιωτίᾳ σαφέστατα ἐπὶ τῦ ἀγγείυ ἐστὶν εἰρημένον·

Καλέσασά τε παρατίθησιν ἐν παροψίδι
Βόλβες. ——

In Antiphanis autem Bœotia manifestissime de vase est dictum;

Vocansque apponit in paropside
Bulbos. ——

Βομβύλιος.

Athen. *lib.* III. Τῦ κνισολοίχυ δ' κ̀ Αντιφάνης μνημονεύει ἐν Βομβυλίῳ. *Liguritoris autem Antiphanes quoque meminit in Bombylio.* Ac corruptum hujus Fabulæ nomen censeo apud Pollucem, *lib.* X. *cap.* XLVI. Σαφῶς δ' Αντιφάνης ἐν Βομβυλίῳ δηλοῖ, εἰπών·

Αγγεῖον ἀλφιτηρον, ὃ κόιξ ἐστίν.

Manifeste autem Antiphanes in Bombylio significat, dicens;

Vas farinarium, quod coix est.

Hodie minus recte editur, Αντιφάνης ἐν Βομβυκίοις.

Βύσιρις.

Poll. *lib. c.* XVIII. Καὶ κανῦν δὲ ἀναγκαῖον ὑπεῖναι, κ̀ χέρνιβας, εἰπόντος Αντιφάνυς ἐν Βυσίριδι·

Καὶ τὸ χερνίβιον τῦτο πομπῆς πρῶτον ἦ.

Verum etiam canistrum subesse necessarium est, & lebetes, dicente Antiphane in Busiride;

Et lebes ille pompæ primus sit.

Βυταλίων.

Vide supra in Αγροικος.

Βυζάντιος.

Pollux *lib.* VII. *cap.* XXXIII. Αντιφάνης δὲ ἐν Βυζαντίῳ κτ̀ τ̀ νῦν χρῆσιν εἴρηκε.

—— πορφυρας ὀκτὼ κύκλοι.

Antiphanes autem in Byzantio juxta hodiernum usum dixit.

—— *purpuræ octo circuli.*

Γάμοι.

Athen. *lib.* III. Αντιφάνης ἐν Γάμοις·

—— ἐκτεμὼν
Χορδῆς μέσατον. ——

Antiphanes in Nuptiis;

—— *exscindens.*
Chordæ medium. ——

Iterum *lib.* IV. Αντιφάνει τε τῷ κωμικῷ, ὃς ὑποκορισικώτερον αὐτὸν ὠνόμασεν ἐν Γάμοις. *Et Antiphani comico, qui magis diminutive illum appellavit in Nuptiis.*

Γανυμήδης.

Athen. *lib.* X. Επινον τῦτοι ἅλμην παραμισγομένην τῷ αὐτῶν ποτῷ, κ̀ ἔδει προσενέγκασθαι τὸ ποτήριον ἀπνευστὶ, ὡς Αντιφάνης δηλοῖ ἐν Γανυμήδει. *Bibebant illi salsuginem admixtam illorum potui, & debebant poculum sine respiratione deglutire, ut indicat Antiphanes in Ganymede.*

Γάστρων.

Vide infra, Κυοιθιδεία.

Βηρυτάδης.

Occurrit alibi apud Athenæum.

Γόργυθος.

Athen. *lib.* VIII. Αντιφάνης δ' ἐν Γοργύθῳ·

Ηττον τ' ἀποστάίην ἂν ὧν προειλόμην.

Antiphanes autem in Corgytho;

Minusque cesserim illis quæ præoccupavi.

Δευκαλίων.

Athen. *lib.* III. Αλλὰ μὴν καὶ Αντιφάνης ὁ ποιητὴς ἐν Δευκαλίωνι ταρίχων τῶνδε μέμνηται. *Atqui etiam Antiphanes poeta in Deucalione horum salsamentorum meminit.* Iterum XIV. Αντιφάνης Δευκαλίωνι·

Σησαμίδας, ἢ μελίπηκτα, ἢ τοιῦτό τι.

Antiphanes in Deucalione;

Sesamidas, seu mellitas placentas, vel tale quid.

Δίδυμοι.

Athen. *lib.* III. Τὰ δὲ ἐδέσματα ὠνόμασεν Αντιφάνης ἐν Διδύμοις ὕτωσί. *Edulia vero illa nominavit Antiphanes in Geminis hoc modo.* Et VI. Καὶ Αντιφάνης δ' ἐν Διδύμοις φησίν. *Sed & Antiphanes in Geminis ait.* Occurritque rursum *libb.* IX. X. Sed geminus huic Fabulæ titulus fuit, Αὐλητρὶς, ἢ Δίδυμοι. Vide supra.

Διπλάσιοι.

Athen. *lib.* XI. Ως Αντιφάνης παρίστησιν ἐν Διπλασίοις. *Sicut Antiphanes in Duplicibus probat.*

Δραπεταγωγός.

Athen. *lib.* IV. Ποιεῖ τε τ̀ σύνθεσιν κτ̀ τ̀ ἥδιστον Αντιφάνη. ὗτος γὰρ ἐν Δραπεταγωγῷ λέγει. *Facitque bucceam juxta dulcissimum Antiphanem. Hic enim in Fugitivario dicit.*

Δυσέρωτες.

Athen. *lib.* III. Τῦ δὲ ὀπῦ μέμνηται Αντιφάνης ἐν Δυσέρωσι, περὶ Κυρήνης τ̀ λόγον ποιύμενος. *Succi autem meminit Antiphanes in Perdite-amantibus, de Cyrene sermonem faciens.*

Δύσπρατος.

Athen *lib.* VI. Καὶ Αντιφάνης δ' ἐν Δυσπράτῳ φησίν. *Verum etiam Antiphanes in Infeliciter-vendito dicit.* Et XIV. Καὶ Αντιφάνης δ' ἐν Δυσπράτῳ, ἐπαινῶν τὰς Σικελικὺς μαγείρυς, λέγει. *Verum etiam Antiphanes in Infeliciter-vendito, Siculos coquos laudans, inquit.*

Δωδώνη.

Athen. *lib.* XII. Κοινῶς δὲ περὶ πάντων τ̀ Ιώνων τρυφῆς Αντιφάνης ἐν Δωδώνῃ τάδε λέγει. *Communiter autem de omnium Ionum luxuria in Dodone hæc ait Antiphanes.*

Εαυτῦ ἐρῶν.

Poll. *lib.* X. *c.* XXXII. Αρυβάλλυς δὲ ἐπὶ τ̀ ἐπισπάστυ βαλαντίυ ἐν Αντιφάνυς Εαυτῦ ἐρῶντι. Αρυβάλλυς vero

de attractili marsupio in Antiphanis Sui amante Athen. *lib.* X. Ἀντιφάνης δ' ἐν Ἑαυτοῦ ἐρῶντι φασί. *Antiphanes autem in Sui amante ait.* Iterum *lib.* XV. Μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Ἀντιφάνης ἐν Ἑαυτοῦ ἐρῶντι. *Meminit autem illius etiam Antiphanes in Sui amante.*

Εὐθύδικος.

Harpocrat. *in* Ξενιτευόμενος: Ἀντιφάνης Εὐθυδίκῳ·
  Ἐγὼ ξενιτευόμενος ἐστρατευόμην.
Antiphanes in Euthydico;
  Ego peregrinans militavi.
Athen. *lib.* IV. Βατάνειον δ' εἴρηκεν Ἀντιφάνης ἐν Εὐθυδίκῳ. Βατάνειον (*patellam*) *vero dixit Antiphanes in Euthydico.* Et *l.* VII. Ἀντιφάνης ἐν Εὐθυδίκῳ·
  —— πάνυ συχνὴ
  Σφύραινα, κέστραν Ἀττικιστὶ δεῖ λέγειν.
Antiphanes in Euthydico;
  —— *valde frequens*
  Sphyræna est, cestram Attice dicere oportet.
Poll. *lib.* X. *c.* XXIV. Καὶ ἐν Ἀντιφάνους Εὐθυδίκῳ·
  —— πουλύπους τετμημένος
  Ἐν παταvίοισιν ἑφθός. ——
Et in Antiphanis Euthydico;
  —— *polypus concisus.*
  In patellis coctus. ——

Εὔπλοια.

Stobæus *Serm.* XCVII. Ἀντιφάνης Εὐπλοίᾳ·
  Λυπηρὸν ἀνθρώποισι καὶ τὸ ζῆν κακῶς.
Antiphanes in Secunda-navigatione;
  Molestum hominibus etiam male vivere.
Harpocrat. *in* Ξυστίς: Γυναικεῖόν τι ἔνδυμά ἐστιν ἡ ξυστίς, πεποικιλμένον, ὡς δῆλον ποιοῦσιν ἄλλοι τε τῶν κωμικῶν, καὶ Ἀντιφάνης ἐν Εὐπλοίᾳ. *Muliebre quoddam vestimentum est xystis, variegatum, ut indicant & alii comicorum, & Antiphanes in Secunda navigatione.*

Ἐφεσία.

Stob. laudat *Ser.* LVII. Apostolius *Cent.* VIII. *Prov.* XXXVII. Ἐν γῇ πένεσθαι, μᾶλλον ἢ πλουτοῦντα πλεῖν. Ἀντιφάνους τοῦ Ἐφεσίου. *In terra pauperem esse, potius quam divitem navigare. Antiphanis Ephesii.* Rescribo, Ἀντιφάνους τῇ Ἐφεσίᾳ, *Antiphanis Ephesia.* Nam Antiphanem Ephesium qui commemoratet, nondum legi.

Ζάκυνθος.

Athen. *lib.* XII. Ἀντιφάνης δὲ ἐν μὲν Ἀλκήστιδι ἐλαίῳ τινὰ ποιεῖ χριόμενον τοὺς πόδας, καὶ ἐν Ζακύνθῳ. *Sed Antiphanes in Alcestide quidem oleo quendam pedes unctum fingit, & in Zacyntho.*

Ἡνίοχος.

Stobæus *Serm.* CVI.

Θαμύρας.

Athen. *lib.* VII. Ὅτι δὲ καὶ αἱ Στρυμόνιαι ἐγχέλεις διώνομαστοι ἦσαν, φησὶν ἐν Θαμύρᾳ Ἀντιφάνης. *Verum quod etiam Strymoniæ anguillæ celebres erant, Antiphanes ait in Thamyra.*

Θεογονία.

Irenæus *lib.* II. *c.* XIX. *Multo verisimilius, & gratius, de universorum genesi dixit unus de veteribus comicis Antiphanes in Theogonia.*

Θομβυκίων.

Athen. *l.* IV. Ἐξὸν κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτον ποιητὴν (Ἀντιφάνη) ἐν Θομβυκίωνι λέγοντα. *Licitum est juxta eum ipsum poetam (Antiphanem) in Thombycione dicentem.*

Θορίκιοι.

Athen. *lib.* XII. Ἀντιφάνης δὲ ἐν μὲν τῇ Ἀλκήστιδι ἐλαίῳ τινὰ ποιεῖ χριόμενον τοὺς πόδας, καὶ ἐν Θορικίοις. *Sed Antiphanes quidem in Alcestide oleo quendam pedes unctum fingit, & in Libidinosis.*

Ἰατρός.

Athen. *lib.* XI. Μνημονεύει τῶν γίγγρων αὐτῶν Ἀντιφάνης ἐν Ἰατρῷ. *Gingrorum illorum meminit in Medico Antiphanes.* Meminit Stobæus etiam *Serm.* XCVII.

Ἱππεῖς.

Athen. *lib.* XI. Ἀντιφάνης Ἱππεῦσιν.
  Πῶς οὖν διαιτώμεθα; τὸ μὲν ἐφίππιον
  Στρῶμ' ἐστὶν ἡμῖν.
Antiphanes in Equitibus;
  Quomodo igitur vivamus? ephippium quidem
  Stratum est nobis.

Καινεύς.

Athen. *lib.* X. Οὐκ ἂν ἁμάρτοι δέ τις καὶ τὸ ποτήριον αὐτοῦ λέγων φιάλην Ἄρεως, κατὰ τὸν Ἀντιφάνους Καινέα. *Verum non peccaret aliquis etiam poculum ejus dicens phialam Martis, juxta Antiphanis Cæneum.*

Κᾶρες.

Athen. *lib.* IV. Μήποτε δὲ καὶ Ἀντιφάνης ἐν Καρσὶ, κατὰ τὸ Ἀττικὸν ἔθος τῆς ὀρχήσεως, κωμῳδεῖ τινὰ τῶν σοφῶν, ὡς παρὰ δεῖπνον ὀρχούμενον. *Sed fortassis Antiphanes etiam in Caribus, juxta Atticam saltationis consuetudinem, comœdia irridet aliquem ex sapientibus, tanquam in convivio saltantem.*

Κάρνη.

Athen. *lib.* XI. Ἐν δὲ τῇ Κάρνῃ (Ἀντιφάνης) σαφῶς δηλοῦται, ὅτι τούτῳ ἐχρῶντο οἰνοχοοῦντες κυάθῳ. *In Carne autem (Antiphanes) manifeste declarat, illo pincernas cyatho usos fuisse.* Nisi forte legendum, Ἐν δὲ τῇ Καρίνῃ. Et hoc titulo Menandri quoque fabula legitur. Verum temere nihil mutavero.

Κηπουρός.

Athen. *lib.* XIII. Μνημονεύει δ' αὐτῆς Ἀντιφάνης ἐν Ἀρκαδίᾳ, καὶ ἐν Κηπουρῷ. *Meminit autem illius Antiphanes in Arcadia, & in Hortulano.*

Κιθαριστής.

Athen. *lib.* XV. Καλῶς περὶ αὐτῶν εἴρηκεν ὁ κωμῳδοποιὸς Ἀντιφάνης ἐν Κιθαριστῇ. *Bene de illis dixit comicus Antiphanes in Citharista.* An eadem fabula est, quæ huic ipsi Athenæo

Κιθαρῳδὸς

indigetatur, *lib.* VIII. Δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἀντιφάνης ἐν Κιθαρῳδῷ. *Indicat autem illud Antiphanes in Citharœdo.* Et Etymologici Auctori *in* Πόρκης: Καὶ Ἀντιφάνης Κιθαρῳδῷ.
  Εἰσδυόμενος εἰς πόρκον, ὅθεν ἔξω πάλιν
  Οὐ ῥαδίως ἔξειμι τὴν αὐτὴν ὁδόν.
Et Antiphanes in Citharœdo;
  Ingrediens in nassam, unde extra rursus
  Non facile egredior per eandem viam.

Κλεοφάνης.

Athen. *lib.* III. Κατὰ γὰρ τὸν Ἀντιφάνους Κλεοφάνη·
  —— τόδε τυραννεῖν ἐστιν, ἢ
  Τί δήποτε τὸ σπουδαῖον, ἀκολουθεῖν ἔρις.
Nam juxta Antiphanis Cleophanem;
  —— *illud est tyrannidem exercere, vel*
  Quid tandem serium, sequi lis est.

Κναφεύς.

Stobæus *Serm.* LIX. Ἀντιφάνης ἐν Κναφεῖ.
 Ὅστις τέχνην κατέδειξε πρῶτος τῶν θεῶν,
 Οὗτος μέγιστον εὗρεν ἀνθρώποις κακόν.
Antiphanes in Fullone;
 Quicunque artem monstravit primus deorum,
 Hic maximum invenit hominibus malum.

Κνοῖθις, ἢ Γάστρων.

Vide infra, *in* Κνοιθιδεία.

Κορινθία.

Athenæus *lib.* III. Ἀντιφάνης Κορινθίᾳ.
 —— ἔπειτα καὶ ἀκροκώλιον
 Ὕειον Ἀφροδίτῃ γελοῖον ἀγνοεῖς.
Antiphanes in Corinthia;
 —— deinde etiam extremitatem membrorum
 Suillam Veneri ridiculam ignoras?

Κοροπλάθος.

Pollux *lib.* X. *cap.* XXIV. Καὶ ἔτι σαφέστερον Ἀντιφάνης Κοροπλάθῳ. *Et clarius adhuc Antiphanes in Pupasfingente.*

Κουρίς.

Athen. *lib.* III. Εὐθύνου δὲ τοῦ ταριχοπώλου μέμνηται Ἀντιφάνης ἐν Κουρίδι. *Euthyni autem salsamentarii meminit Antiphanes in Novacula.* Iterum VII. Τῆς θυννίδος τὸ οὐραῖον ἐπαινεῖ καὶ Ἀντιφάνης ἐν Κουρίδι. *Thynnidis partem extremam laudat etiam Antiphanes in Novacula.*

Κρῆτες.

Athen. *lib.* III. Καὶ τὰς μυρρίνας δὲ φιβάλεως λέγουσιν· ὡς Ἀντιφάνης ἐν Κρησίν. *Sed myrtos etiam phibaleas dicunt; sicut Antiphanes in Cretensibus.*

Κυβευταί.

Pollux *lib.* X. *c.* XXXI. Παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις, ῥίσκοι· ὡς Ἀντιφάνης ἐν Κυβευταῖς. *Apud recentiores autem, ῥίσκοι, arculæ; sicut Antiphanes in Aleatoribus.*

Κύκλωψ.

Pollux *lib.* VII. *c.* XXXIII. Κέρματα δὲ πολλῶν πληθυντικῶς εἰρηκότων, κέρμα ἑνικῶς Ἄμφις εἴρηκεν ἐν Ἀμπελουργῷ, καὶ Ἀντιφάνης ἐν Κύκλωπι. *Quum multi* κέρματα *(nummulos) pluraliter dixerunt,* κέρμα *(nummulum) in singulari dixit Amphis in Vinitore, & Antiphanes in Cyclope.* Iterum *lib.* IX. *c.* VI. Εὕροι δ' ἄν τις αὐτὸ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς· ὥσπερ καὶ ἐν τῷ Ἄμφιδος Ἀμπελουργῷ,
 Μικρόν τι κερμάτιον. ——
καὶ παρ' Ἀντιφάνει ἐν τῷ Κύκλωπι. *Inveniat autem aliquis illud etiam parum Atticos; sicut etiam in Amphidis Vinitore,*
 Parvum quendam nummulum. ——
& apud Antiphanem in Cyclope. Athen. *lib.* VII. Ἀντιφάνης ἐν Κύκλωπι, ὑπερακοντίζων τὸν πένθιμον Ἀρχέστρατον, φησίν. *Antiphanes in Cyclope, exsuperans gulosum Archestratum, ait.* Ac citat iterum *lib.* IX.

Κνοιθιδεία.

Athen. *lib.* VII. Ἀντιφάνης δ' ἐν Κνοιθιδείᾳ.
 Τόπον τε κηρύττουσιν ἐν τοῖς ἰχθύσιν
 Κήρυγμα.
Antiphanes autem in Cnœsthidia;
 Locumque denunciant in foro piscario
 Præconium.

A Eadem sine dubio fabula est, quæ Κνοῖθις, ἢ Γάστρων, inscribitur apud hunc ipsum Athenæum, *lib.* X. Περὶ δὲ τῶν γρίφων Ἀντιφάνης μὲν ἐν Κνοίθιδι, ἢ Γάστρωνι. *De griphis autem Antiphanes quidem in Cnœthide, seu Ventricoso.*

Κώρυκος.

Athen. *lib.* IX. Ἀνηδύντων δὲ ἁλῶν πλήρεις οἱ Κυνικοί, παρ' οἷς κατὰ τὸν Ἀντιφάνην λέγει ἐν Κωρύκῳ τις ἄλλος κύων. *Inconditorum vero salium pleni Cynici, apud quos juxta Antiphanem alius quidam canis in Pera loquitur.* Et alibi, eodem *libro*: Ἐχρῶντο δὲ εἰς τὰς χεῖρας, ἀποπλύνοντες αὐτὰς, καὶ σμήγματι, ἀπορύψεως χάριν·
B ὡς παρίστησιν Ἀντιφάνης ἐν Κωρύκῳ. *Utebantur autem ad manus, illas abluentes etiam smegmate, purgationis gratia; ut docet Antiphanes in Sacco.* Apud eundem etiam

Κύριος Κώρυκος.

indigetatur, *lib.* IV. Κἀν τῷ Κυρίῳ Κωρύκῳ δ' ἐπιγραφομένῳ φησί. *Sic & in Domino Sacco inscripta ait:*

Λαμπάς.

Athen. *lib.* XI. Μετάνιπτρον· ἡ μετὰ τὸ δεῖπνον, ἐπὰν ἀπονίψωνται, μεταδιδομένη κύλιξ. Ἀντιφάνης Λαμπά-
C δι. *Metaniptrum; calix, qui post convivium, quando abluuntur, tradi solet: Antiphanes in Lampade.* Et occurrit mox iterum ibidem.

Λάμπων.

Athen. *lib.* VII. Ἀντιφάνης Λάμπωνι·
 Κεστρεῖς ἔχων ἄλλους στρατιώτας τυγχάνεις
 Νήστεις. ——
Antiphanes in Fulgente;
 Cestres habens alios milites assequeris
 Jejunos.
Citatque iterum *lib.* X.

Λευκάδιος.

D Suidas *in* Ἀνάριστος: Ἀντιφάνης Λευκαδίῳ·
 Ἐνταῦθα ἀνάριστος εὐθὺς κιθαριεῖ.
Antiphanes in Leucadio;
 Ibi impransus statim cithara cantabit.
Et corrigendus Poll. *lib.* VI. *c.* X. Εἴη δ' ἂν ἐκ τῶν ἡδυσμάτων καὶ λίτρον. Ἀντιφάνης ἐν Λευκαδίῳ. *Sit autem ex illis condimentis etiam litrum: Antiphanes in Leucadio.* Hodie editur, Α'. ἐν Λευκάδι.

Λεπτινίσκος.

Athen. *lib.* XIV. Ἐδίδοτο δὲ καὶ ᾠὸν ἐν τῇ δευτέρᾳ τραπέ-
E ζῃ, ὥσπερ καὶ λαγῷα, καὶ κίχλαι, κοινῇ μετὰ τῶν μελιπήκτων εἰσεφέρετο. ὡς Ἀντιφάνης ἐν Λεπτινίσκῳ φησίν. *Dabatur autem etiam ovum in secunda mensa, sicut etiam leporinæ, & turdi, communiter cum mellitis adducebantur: sicut ait Antiphanes in Leptinisco.*

Λεωνίδης.

Athen. *lib.* X. Καὶ Ἀντιφάνης ἐν Λεωνίδῃ.
 —— ἀλλὰ πρὶν δεδειπνάναι
 Ἡμᾶς, παρέσται. ——
Et Antiphanes in Leonida;
 —— sed antequam cœnavimus
F *Nos, aderit.*

Λημνίαι.

Athen. *lib.* VI. Ἐξήλαυνον γάρ τινες τὸν ἄργυρον καὶ τότε εἰς ὑμένος ἰδέαν. καὶ Ἀντιφάνης δὲ ἐν Λημνίαις φησίν. *Extendebant enim aliqui argentum etiam tunc ad formam membranæ: sed etiam Antiphanes in Lemniis ait.* Iterum postea: Ἀντιφάνης δ' ἐν Λημνίαις, τέχνην τινὰ εἶναι ὑποτίθεται τὴν κολακείαν. *Antiphanes autem in Lemniis, adulationem esse artem quandam supponit.*

Αυδὸς,

Athen. *l.* x. Επεὶ δὲ πάντων ἡμᾶς εὐθυνας σοι διδόναι, κέκειται, Αντιφάνης ἐν Λυδῷ εἴρηκεν. *Quoniam autem ab omnibus judicatum est, ut nos tibi rationes reddamus, Antiphanes in Lydo dixit.*

Λύκων.

Athen. *l.* VII. Αντιφάνης δ' ἐν Λύκωνι, κωμῳδῶν τὰς Αἰγυπτίας, φησίν. *Antiphanes autem Lycone, Ægyptios deridens, ait.*

Μαλθακή.

Clemens *Pædag.* II. Τοῦτο αὐτὸ γάρ τοι καὶ Αντιφάνης ὁ κωμικὸς ἐν Μαλθακῇ, τὸ ἑταιρικὸν τῶν γυναικῶν ἀποσκώπτει, τὰ κοινὰ πάσαις ῥήματα, εἰς τὴν κατατρίβην ἐξῃρημένα, λέγων. *Nam illud ipsum Antiphanes etiam comicus in Molli meretriciam mulierum indolem irridet, communia omnibus dicta, ad contritionem & ludibrium exempta, dicens.*

Μειλανίων.

Athen. *l.* x. Πρότερον δέ μοι λέξεται περὶ τοῦ ζωρότερον. Αντιφάνης Μειλανίωνι. *Prius autem a me dicetur de voce* ζωρότερον: *(meratius) Antiphanes in Melanione.*

Μελέαγρος.

Pollux *l.* x. *c.* XX. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο αὖ τις εὕροι ἐν Αντιφάνους Μελεάγρῳ. *Etenim illud aliquis inveniat in Antiphanis Meleagro.*

Μέτοικος.

Athen. *l.* IV. Τῶν δὲ μαγείρων διάφοροί τινες ἦσαν οἱ καλούμενοι τραπεζοποιοί. Εἰς ὃ δὲ οὗτοι παρελαμβάνοντο, σαφῶς παρίστησιν Αντιφάνης ἐν Μετοίκῳ. *Coquorum autem discreti erant quidam, qui mensæ structores appellabantur. Ad quod vero illi recipiebantur, docet manifeste Antiphanes in Inquilino.*

Μήδεια.

Pollux *l.* VII. *c.* XIII. Αντιφάνης δέ φησιν ἐν Μηδείᾳ·

—— ἦν χιτὼν Αμόργινος.

Antiphanes autem in Medea inquit;

—— erat vestis Amorgina.

Μητραγύρτης.

Athen. *l.* XII. Αντιφάνης δὲ ἐν μὲν Αλκήστιδι ἐλαίῳ τινὰ ποιεῖ χριόμενον τοὺς πόδας. ἐν δὲ Μητραγύρτῃ φησί. *Sed Antiphanes in Alcestide quidem oleo quendam fingit pedes unctum. In Stipem vero rogante Matri deum inquit.*

Μίδων.

Pollux *l.* x. *c.* XXXII. Αργυροθήκην δ' Αντιφάνης ἐν Μίδωνι εἴρηκεν. *Argenti autem repositorium Antiphanes in Midone dixit.* Non dubito, quin eadem sit fabula, quæ Μύλων rectius inscribitur, *l.* VII. *c.* XXXIII. Αντιφάνης δ' ἐν τῷ Μύλωνι εἴρηκε βιβλιδίου κόλλημα. *Antiphanes autem in Pistrino gluten libelli dixit.* Magnus Casaubonus legendum hoc loco putabat, ἐν τῷ Μειλανίωνι. Verum assentiri haud possum; quin Μίλωνι quoque supra legendum putem.

Μισοπόνηροι.

Athen. *l.* VI. Εμφανίζει δ' αὐτῶν καὶ τὸ σκαιὸν, ἔτι δὲ μισάνθρωπον, Αντιφάνης Μισοπονήρῳ, πρὸς τοὺς ἐν τῷ βίῳ κακίστους τὴν σύγκρισιν αὐτῶν ποιούμενος. *Declarat autem illorum etiam scævum & torvum & infestum hominibus ingenium, Antiphanes in Malorum osore, comparationem illorum faciens cum illis, qui pessimi in vita erant.*

Μνήματα.

Athen. *l.* IV. Μετὰ παῤῥησίας γὰρ πρὸς αὐτοὺς ἐρῶ, Εἰ αὐτάρκειαν ἀσπάζῃ, φιλόσοφε, τί οὐ τοὺς Πυθαγορικοὺς ἐκείνους ζηλοῖς, περὶ ὧν φησὶν Αντιφάνης μὲν ἐν Μνήμασι τάδε. *Nam cum libertate ad illos dicam, Si frugalitatem amplecteris, philosophe, cur non Pythagoricos illos æmularis, de quibus Antiphanes quidem in Monumentis hæc ait.*

Μοιχοί.

Athen. *l.* VI. Οτι δὲ καὶ νεκροὺς πωλοῦσι τοὺς ἰχθῦς, καὶ σεσηπότας, ἐπισημαίνεται ὁ Αντιφάνης ἐν Μοιχοῖς. *Quod vero etiam mortuos vendunt pisces, & putrefactos, significat Antiphanes in Mœchis.*

Μύλων.

Vide supra, in Μίδων.

Μύστις.

Porphyrius Περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, *l.* II. Οθεν καὶ τῶν ποιητῶν τὶς διὰ τὸ γνώριμον ἀποφαίνεσθαι ἐδόκει τὰ τοιαῦτα, ὡς Αντιφάνης ἐν Μύστιδι. *Unde etiam poetarum aliquis quia probe notum erat decernere talia opinabatur, sicut Antiphanes in Initiata.* Athen. *l.* x. Οἷαι δ' εἰσὶ παρὰ τοῖς Ελλησι μεθύουσαι αἱ γυναῖκες, παραδίδωσιν Αντιφάνης μὲν ἐν τῇ Ακοντιζομένῃ, καὶ ἐν Μύστιδι. *Sed quales ebriæ mulieres sunt apud Græcos, exponit Antiphanes quidem in Jaculis-petita, & in Initiata.* Iterum *l.* x. Οτι δέ ἐστι τὸ ὀξύβαφον εἶδος κύλικος μικρᾶς κεραμέας, σαφῶς παρίστησιν Αντιφάνης ἐν Μύστιδι. *Quod vero acetabulum est species calicis parvi figulini, perspicue docet Antiphanes in Initiata.* Pollux *l.* x. *c.* XIX. Καὶ τὸ ἐν Αντιφάνους Μύστιδι·

Εξ ὀξυβαφίων κεραμίων ἐπίνομεν.

Atque illud in Antiphanis Initiata;

Ex oxybaphiis figulinis bibimus.

Νεανίσκοι.

Athen. *l.* VI. Οἱ γὰρ ἐν τῇ Ρώμῃ ἰχθυοπῶλαι οὐκ ὀλίγον ἀποδέουσι τῶν κατὰ τὴν Αττικὴν ποτὲ κωμῳδηθέντων· περὶ ὧν Αντιφάνης μὲν ἐν Νεανίσκοις φησίν. *Nam Romæ piscium venditores non parum absunt ab illis, qui in Attica aliquando comœdia illusi sunt; de quibus Antiphanes quidem in Adolescentibus loquitur.* Laudantur quoque a Stobæo, *Serm.* XCV.

Νεοττίς.

Athen. *l.* III. Εφη μοι τὰ ἐκ Νεοττίδος Αντιφάνους τάδε. *Dixit mihi ex Antiphanis Pullastra hæc.* Iterum *l.* VI. Οπερ Αντιφάνης ἐν Νεοττίδι παιδιὰν θέμενος ἐρεσχελεῖ τόνδε τὸν τρόπον. *Quod Antiphanes in Pullastra per lusum ponens hoc modo litem movet.* Occurritque etiam XIII.

Οἰωνιστής.

Porphyrius in Fragmento libri primi Περὶ φιλολογίας ἀκροάσεως, apud Eusebium *de Præp. Evang.* l. x. Κεκίλιος δὲ, ὥς τι μέγα πεφωρακὼς, ὅλον δρᾶμα ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος Αντιφάνους τὸν Οἰωνιστὴν μεταγράψαι φησὶ τὸν Μένανδρον εἰς τὸν Δεισιδαίμονα. *Cecilius autem, tanquam magnum aliquod furtum deprehendisset, ab initio ad finem totam Antiphanis fabulam Auspicem Menandrum transscripsisse in Superstitiosum dicit.*

Οἰνόμαος, ἢ Πέλοψ.

Athen. *l.* IV. Καὶ Αντιφάνης ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν Οἰνομάῳ, ἢ Πέλοπι, διαπαίζων ἔφη. *Et Antiphanes comicus in Oenomao, seu Pelope, illudens ait.*

Ομοίαι.

Athenæus *libb.* IV. XI. XIV.

Ομοπάτριοι.

Athenæus *l.* XIV. Διὸ καὶ Αντιφάνης ἐν τοῖς Ομοπατρίοις φησίν. *Quapropter etiam Antiphanes in Fratribus ait.*

Ομφάλη.

Athenæus *l.* III. Τῶν δὲ Αττικῶν ἄρτων, ὡς διαφόρων, μνημονεύει Αντιφάνης ἐν Ομφάλῃ. *Atticorum vero panum, tanquam differentium, Antiphanes meminit in Omphale.* Iterum *eodem libro:* Κεῖται μὲν ὁ φιλοτάριχος, ἔφη, παρ' Αντιφάνῃ ἐν Ομφάλῃ. *Habetur autem salsamentorum amans, dixit, apud Antiphanem in Omphale.*

Ομώνυμοι.

Athen. *l.* III. Τῶν δὲ σύκων ἐστι γένη πλείονα. Αττικὸν μὲν, οὗ μνημονεύει Αντιφάνης ἐν Ομωνύμοις. *Ficuum autem plura sunt genera. Atticum quidem, cujus meminit Antiphanes in Homonymis.*

Ορφεύς.

Pollux *l.* X. *c.* XLIII. Τοῦτο δὲ βύσραν ἕτεροι κεκλήκασιν, ὡς Αναξανδρίδης Κιθαριστρίᾳ, καὶ Αντιφάνης Ορφεῖ. *Illud autem marsupium alii appellaverunt, sicut Anaxandrides in Citharistria, & Antiphanes in Orpheo.*

Παιδεραστής.

Athen. *l.* VII. Καὶ Αντιφάνης δ' ἐν Παιδεραστῇ·

— βελτίστας τὸ τοῦ
Μεσαῖον θυννάδος Βυζαντίας τέμαχος ἐν
Τεύτλου λακιστοῖς κρύπτεται στεγάσμασι.

Sed etiam Antiphanes in Puerorum amatore;

— *optimæ illud*
Medium Thynnadis Byzantiæ frustum in
Betæ laceris occultatur operimentis.

Παράσιτος.

Athen. *libb.* III. IV. VIII.

Παροιμίαι.

Athen. *l.* II. Κηφισόδωρος, ὁ Ισοκράτους μαθητὴς, ἐν τοῖς κατ' Αριστοτέλους, τέσσαρα δ' ἐστὶ ταῦτα βιβλία, ἐπιτιμᾷ τῷ φιλοσόφῳ, ὡς οὐ ποιήσαντι λόγου ἄξιον τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι, Αντιφάνους ὅλον ποιήσαντος δρᾶμα τὸ ἐπιγραφόμενον, Παροιμίαι. *Cephisodotus, Isocratis discipulus, in iis contra Aristotelem, quatuor autem sunt illi libri, objurgat philosophum, quasi qui operæ pretium non duxit proverbia colligere, quum Antiphanes totam composuerit fabulam inscriptam, Proverbia.*

Πλούσιοι.

Athen. *l.* VIII. Αντιφάνης δ' ἐν Πλουσίοις κατάλογον ποιεῖται ὀψοφάγων. *Antiphanes autem in Divitibus catalogum opsenia-edentium facit.*

Ποίησις.

Athen. *l.* VI. Υπομνήσομέν σε τὰ παρ' Αντιφάνει λεγόμενα ἐν Ποιήσει. *In memoriam tibi revocabimus illa, quæ apud Antiphanem dicta sunt in Poesi.*

Ποντικός.

Athen. *l.* VII. Αδηλον δὲ ἐπὶ τίνων ἔταξε τὸ ὑπογάστριον Αντιφάνης ἐν τῷ Ποντικῷ. *Non manifestum autem de quibus collocaverit imum ventrem Antiphanes in Pontico.*

Προβατεύς.

Athen. *eodem libro:* Καὶ Αντιφάνης δ' ἐν Προβατεῖ φησίν·

Βοιωτία μὲν ἔγχελυς, μῦς Ποντικός.

Sed etiam Antiphanes in Opilione dicit;

Bœotica quidem anguilla, mus Ponticus.

A Πρόβλημα.

Athen. *l.* X. Αντιφάνης δὲ ἐν τῷ Προβλήματί φησιν. *Antiphanes autem in Problemate ait.*

Πρόγονοι.

Athen. *l.* VI. Αντιφάνης δ' ἐν Προγόνοις·

— τὸν τρόπον μὲν οἶδά μου,
Οτι τῦφος οὐκ ἔνεστιν. —

Antiphanes autem in Majoribus;

— *modum quidem novi meum,*
Quod fastus non licitus sit. —

Προτρεπτικόν.

B Athen. *l.* XIV. Καὶ (Αντιφάνης) ἐν Προτρεπτικῷ δὲ, ἀντὶ δελφακίων τρέφεσθαι. *Antiphanes) in Exhortatorio, pro procellis nutriri.*

Σάμος.

Athen. *l.* IV. Πατάνειον δὲ διὰ τοῦ π Αντιφάνης (εἴρηκεν) ἐν Σάμῳ. Πατάνειον (*patellam*) *vero per* π *Antiphanes* (*dixit*) *in Samo.*

Σαπφώ.

Pollux *l.* VII. *c.* XXXIII. Βιβλιογράφος δὲ παρὰ Αντιφάνει ἐν Σαπφοῖ. *Librarius autem apud Antiphanem in Sappho.* Athen. *l.* X. Εν Σαπφοῖ δὲ ὁ Αντιφάνης αὐτὴν τὴν ποιήτριαν προβάλλουσαν ποιεῖ γρίφους. *In Sappho autem Antiphanes illam poetriam ænigmaticas quæstiones objicientem fingit.*

Σκληρίαι.

Athen. *l.* III. Καὶ Αντιφάνης ἐν Σκληρίαις·

Εστι παρ' αὐτὴν δίφορον συκῆν κάτω.

Antiphanes in Pervicaciis;

Est præter illam biferam ficum infra.

Σκύθης.

D Athen. *l.* VI. Αντιφάνης δ' ἐν Σκύθῃ·

Επὶ κῶμον, εἰ δοκεῖ, ἴωμεν. —

Antiphanes autem in Scytha;

Ad comessationem, si videtur, eamus. —

Occuritque postea iterum.

Στρατιώτης.

Athen. *l.* VI. Αντιφάνης δ' ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν Στρατιώτῃ τὰ ὅμοια λέγει περὶ τῆς τῶν ἐν Κύπρῳ βασιλέων τρυφῆς. *Antiphanes autem comicus in Milite similia de luxuria regum in Cypro dicit.* Ita laudatur etiam Polluci, *l.* IX. Sed geminus ei titulus fuit,

Στρατιώτης, ἢ Τύχων.

Atque ita citatur ab eodem Athen. *libb.* III. IX. XIV.

Τιμοκλῆς.

Citatur a Stobæo, *Serm.* LXXXIX.

Τίμων.

Athen. *l.* VII. Αντιφάνης δ' ἐν Τίμωνι ἐπαινῶν τοὺς κωβιοὺς, καὶ ὁπόθεν εἰσὶ κάλλιστοι, δηλοῖ διὰ τούτων. *Antiphanes autem in Timone gobios laudans, & unde sint pulcherrimi, manifestum per hæc facit.*

F Τραυματίας.

Pollux *l.* V. *c.* XXV. Εν δὲ Αντιφάνους Τραυματίᾳ, καὶ ταῦτα τῶν ἰατρικῶν σκευῶν κατεσκευασμένων. *In Antiphanis autem Saucio, & illa inter medica instrumenta præparata.* Iterum *l.* X, *c.* X. Επὶ δὲ τῶν παρὰ τοῖς ἰατροῖς παντοδαπῶν λεκανιδίων ὀνομαζομένων, Αντιφάνης ἐν Τραυματίᾳ. *Sed de pelvibus omnigenis apud medicos appellatis, Antiphanes in Saucio.* Athen. *l.* X. Αντιφάνης ἐν τῷ Τραυματίᾳ, *Antiphanes in Saucio.*

Τριταγωνιστής.

Athen. *lib.* XV. Ταῦτα καὶ ὁ Κυθήριος Φιλόξενος, ὃν

A ἐπαινῶν Ἀντιφάνης ἐν τῷ Τριταγωνιστῇ φησίν. *Illa etiam Cytherius Philoxenus, quem laudans Antiphanes in Tertias-partes-agente dicit.*

Τυῤῥηνός.

Athenæus *lib.* VI. Ἀντιφάνης Τυῤῥηνῷ·
—— καὶ γὰρ οὐκ
Αἰτεῖτο προῖκα τοῖς φίλοις ὑπηρετεῖν.
Antiphanes in Tyrrheno;
—— *etenim non*
Petebatur gratis amicis ministrare.
Occurrit iterum *lib.* VII.

B Τύχων.

Vide supra in Στρατιώτης.

Ὕδρα.

Athenæus *lib.* XIII. Ἀντιφάνης Ὕδρᾳ·
—— —— οὗτος δ' ὃν λέγω,
Ἐκ γειτόνων αὐτῷ κατοικούσης τινὸς
Ἰδὼν ἑταίρας εἰς ἔρωτ' ἀφίκετο
Ἀστῆς. —— ——
Antiphanes in Hydra;
—— —— *ille autem, quem dico,*
C *Ex vicinis illi adhabitantis cujusdam*
Videns meretricis in amorem venit
Urbicæ.
Eadem est, quæ inscribitur

Ὑδρία,

apud eundem Athenæum, *l.* III. Τὰ αὐτὰ (ὁ Ἀντιφάνης) εἴρηκε καὶ ἐν Ὑδρίᾳ. *Eadem (Antiphanes) dixit etiam in Urna.* Utra autem inscriptio rectior? Censeo ego hanc postremam.

Ὕπνος.

D Athenæus *l.* XV. Τὰ αὐτὰ ἰαμβεῖα φαίνεται καὶ παρ' Ἀντιφάνει ἐν Ὕπνῳ. *Eadem jambica exstant etiam apud Antiphanem in Somno.*

Φάων.

Pollux *l.* X. *c.* VIII. Ἐν δὲ τῷ Ἀντιφάνους Φάωνι, καὶ κατὰ τὴν κοινὴν χρῆσιν ἔστιν εὑρεῖν τὰς τύλας στρώματα. *In Antiphanis autem Phaone, etiam juxta communem usum invenies stragulas strata,* Locus, quem designat, est apud eundem hunc Pollucem, *lib.* VII. *c.* XXXIII.

Φιλέταιρος.

E Athenæus *lib.* IX.

Φιλίσκος.

Pollux *lib.* X. *cap.* XLV. Καὶ σκεῦός τι ὁλοσίδηρον, ὡς Ἀντιφάνης ἐν Φιλίσκῳ· καὶ ἄλλο μονόξυλον, ὡς ἐν Πλάτωνος Νόμοις. *Et vas aliquod totum ferreum Antiphanes in Philisco; & aliud totum ligneum, ut in Platonis Legibus.*

Φιλοθήβαιος.

Athenæo citatur, *libb.* IV. VI. XIV.

Φιλομήτωρ.

F Athenæus *lib.* III. Μνημονεύει τῆς μήτρας καὶ Ἀντιφάνης ἐν Φιλομήτορι. *Meminit vulvæ etiam Antiphanes in Matris-amante.*

Φιλοπάτωρ.

Apud eundem Athenæum, *lib.* XII.

Φιλῶτις.

Stobæus laudat, *Serm.* CXIV. & Athenæus, *libb.* VII. XIV.

Φρεάρριος.

Athenæus *l.* XV. Ἀντιφάνης δ' ἐν Φρεαρρίῳ στακτῆς τοῦ μύρου μνημονεύων, φησί. *Antiphanes autem in Phreario stactes unguenti mentionem faciens, dicit.*

Φυσιογνωμονικός.

Athenæus *l.* XIV. Ἀντιφάνης δ' ἐν Φυσιογνωμονικῷ.
Καὶ γὰρ ἐκεῖναι τὰ δελφάκια πρὸς βίαν
Χορτάζουσιν.
Antiphanes autem in Physiognomonico;
Etenim illæ porcellos ad robur
Alunt. ——

Χρύσις.

Athenæus *l.* IV. Ὅτι δὲ ἐκεχώριστο τὰ τῆς ὑπουργίας, πεμμάτων μὲν προνοούντων τῶν δημιουργῶν, ὀψαρτυτικῆς δὲ τῶν μαγείρων, Ἀντιφάνης διεσάφησεν ἐν Χρύσιδι. *Quod autem separatæ erant partes ministerii, placentas quidem procurantibus ministris publicis, opsonia vero præparantibus coquis, Antiphanes ostendit in Chryside.* Iterum occurrit *l.* XI.

ANTIPHON I. *Orator.*

Orationes ejus nomine olim LX. ferebantur; e quibus XXV. auctorem mentiri a Cæcilio putatæ. Plutarchus in *ejus Vita:* Φέρονται δὲ τοῦ ῥήτορος λόγοι ἑξήκοντα, ὧν κατεψευσμένους φησὶν Καικίλιος εἶναι τοὺς εἰκοσιπέντε. *Feruntur autem rhetoris orationes sexaginta, quarum viginti quinque spurias esse Cæcilius inquit.* Photius in *Bibliotheca;* ubi de eo judicium fert: Φέρονται δὲ αὐτοῦ λόγοι ἑξήκοντα, ὧν ὁ Καικίλιος εἴκοσι καὶ πέντε φησὶν αὐτοῦ καταψεύδεσθαι. ὡς εἶναι τοὺς διαφυγόντας τὸ νόθον, πέντε καὶ τριάκοντα. *Feruntur autem ejus orationes sexaginta, quarum quinque & viginti ejus falsas esse Cæcilius inquit: ut quæ effugerunt notam falsitatis, sint quinque & triginta.* Ex his XV. hodie exstant. Cæterarum, sed non omnium, isti tituli.

Περὶ Ὁμονοίας.

Meminit Hermogenes, Περὶ ἰδεῶν *l.* II. De ea Philostr. in *ejus Vita, Sophist.* l. I. Σοφιστικώτερος δὲ ὁ Ὑπὲρ τῆς Ὁμονοίας, ἐν ᾧ γνωμολογίαι τε λαμπραὶ, καὶ φιλόσοφοι. *Captiosior autem est oratio De Concordia, in qua sententiæ & splendidæ, & sapientes.* Citat quoque Etymologici Auctor *in* θεαιδέστατος; item Harpocration, & Suidas, locis pluribus.

Ἀπολογία τοῦ Μύρου.

Suidas, *in* Ἀττα: Ἀντιφῶν τῷ ἄττα κέχρηται, ἀντὶ τοῦ ἅτινα, ἐν τῇ Ἀπολογίᾳ τοῦ Μύρου. *Antiphon vocabulo* ἄττα *usus est pro* ἅτινα *(aliqua) in Defensione Myri.*

Κατ' Ἀλκιβιάδου λοιδορίας.

Athen. *l.* XII. Περὶ δὲ τῶν Ἀβυδηνῶν Ἀντιφῶν ἐν τῷ Κατ' Ἀλκιβιάδου λοιδορίας οὕτως. *Antiphon autem de Abydenis in oratione Contra Alcibiadem convicii sic.*

Περὶ τῆς μεταστάσεως.

Clemens *Strom*. VI. Πλάτων δὲ ὁ Κωμικὸς, καὶ Ἀριϛοφάνης ἐν τῷ Δαιδάλῳ, τὰ ἀλλήλων ὑφαιροῦνται. *Plato autem Comicus, & Aristophanes in Dædalo, sua invicem suffurantur*. Erotianus: Καὶ Ἀριϛοφάνης ἐν Δαιδάλῳ φησίν. *Et Aristophanes in Dædalo inquit*. Pollux *lib*. VII. *cap*. XXIII. Καὶ κογχυλίας δὲ λίθος, ἐν Ἀριϛοφάνους Δαιδάλῳ. *Verum & lapis conchyliæ, in Aristophanis Dædalo*. Hesychius: Δορυφόνον, τὸν δολοφονοῦντα. Ἀριϛοφάνης Δαιδάλῳ. Δορυφόνον, *dolo occidentem*. *Aristophanes in Dædalo*. Phrynichus: Κάκκαβον, διὰ τοῦ ο, ἀμαθές. καὶ γὰρ Ἀριϛοφάνης ἐν Δαιδάλῳ χρῆται διὰ τοῦ η. Κάκκαβον, *per* η κακκάβην *dic; nam per* ο *indoctum. Nam & Aristophanes in Dædalo per* η *utitur*. Meminit Suidas, *in* Ὄνου σκιά, & Ὑπηνέμια, Athenæus, locis pluribus.

ΔΑΙΤΑΛΕΙΣ.

Phrynichus in *Ecl. Dict. Attic*. Ἐϛι μὲν ἠπήσασθαι ἅπαξ παρ' Ἀριϛοφάνει ἐν Δαιταλεῦσι παίζοντι τὰς Ἡσιόδου Ὑποθήκας. *Est quidem* ἠπήσασθαι (*sarcire*) *semel apud Aristophanem in Convivatoribus Hesiodi Præcepta irridentem*. Etymologici Auctor: Δαιταλεὺς, ὁ εὐωχητής· ἀφ' οὗ δρᾶμα Ἀριϛοφάνους ὠνόμασαι Δαιταλεῖς. Δαιταλεὺς, *conviva; a quo fabula Aristophanis Convivatores nominata est*. Corrigendus est Gal. in *Lexico Hippocr*. in *Proœmio* Νομίζω δή σοι τὰ ὑπ' Ἀριϛοφάνους ἀρκέσειν, τὰ ἐκ τῶν Δαιταλέων. *Puto sane tibi illa ab Aristophane suffectura que ex Convivatoribus*. Et mox: Προβάλλει ἐν ἐκείνῳ τῷ δράματι ὁ ἐκ τοῦ δήμου τῶν Δαιταλέων πρεσβύτης. *Projicit enim in illa fabula ex Convi-*

vivatorum populo senex. Utrobique perperam scribitur, Δαιταλέων. Et ita recte etiam olim censuit Typographorum omnium maximus, Henricus Stephanus, cui nunquam pro tam præclaris in Remp. Literariam meritis docti viri dignas reddere gratias poterunt. Thomas Magister, in *Dict. Attic.* Καὶ Ἀριστοφάνης, ἐν Δαιταλεῦσι.

Καὶ κόσκινον ἠπήσασθαι ——

Et Aristophanes in Convivatoribus;

Et cribrum sarcire ——

Laudant pluribus locis Athenæus, & Pollux, item Harpocration *in* Ἐπίπεμπτον, & Ναυτοδίκαι, & Suidas *in* Ἀνάστατοι, Αἴγειον, Ραγδαῖος, Σεῖσαι, Στλεγγίς, Τοῦ.

ΔΑΝΑΙΔΕΣ.

Etymologici Auctor: *Ἀταλαίπωρον, ῥάθυμον, ὀλίγωρον. Ἀριστοφάνης Δαναΐσιν. Non miserum, desidem, negligentem. Aristophanes in Danaidibus.* Suidas: Ἀργύρειον δὲ, τὸ λεπτὸν νόμισμα καλοῦσιν. ὡς Ἀριστοφάνης Δαναΐσιν. *Argentum autem, tenuem nummum vocant: sicut Aristophanes in Danaidibus.* Iterum alibi: Κλειταγόρα, ποιήτρια Λακωνική. μέμνηται δὲ Ἀριστοφάνης ἐν Δαναΐσι. *Clitagora, poetria Laconica. Meminit autem Aristophanes in Danaidibus.* Vide eundem, *in* Ἀταλαίπωρον, & Λυγκέως. Laudat rursum *in* Χύτραις. Commemorat ipsius quoque Comici Scholiast. *ad Plutum*, & *Pacem*, item Athenæus, & Pollux, pluries.

ΔΗΛΙΑ.

Athen. *lib.* IX. Οὕτω δ' εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Δηλίᾳ. *Sic autem dixit Aristophanes in Delia.*

ΔΙΟΝΥΣΟΣ ΝΑΥΑΓΟΣ.

Pollux *lib.* X. *cap.* VIII. Καλεῖται δὲ καὶ τὸ κλινίδιον, καὶ κλιντήριον. ὡς ἐν Διοναυάγῳ Ἀριστοφάνης ἔφη. *Verum etiam appellatur clinidium, & clinterium,* lectulus: *sicut in Jove-naufrago Aristophanes dixit.*

ΔΡΑΜΑΤΑ.

Hesychius: Βύρσαν, τὴν πόλιν Ἀθηνῶν Ἀριστοφάνης ἐν Δράμασι παίζων ἔφη. *Byrsam, urbem Athenarum Aristophanes in Fabulis irridens dixit.* Ita restituo. Perperam editur, ἐν Ἀράμασι. Sed duplex inscriptio erat; una,

ΔΡΑΜΑΤΑ, ἢ ΚΕΝΤΑΥΡΟΣ.

Pollux *lib.* VII. *c.* V. Τῶν δὲ περὶ ἀρτοπωλίαν, ἀθρόα ἐν Ἀριστοφάνους Δράμασιν, ἢ Κενταύρῳ. *Quæ vero ad panis venditionem, conferta in Aristophanis Fabulis, vel Centauro.* Iterum *lib.* IX. *c.* V. Ἀριστοφάνης γοῦν ἐν μὲν Δράμασιν ἢ ἐν Κενταύρῳ ἔφη. *Aristophanes igitur in Fabulis quidem vel in Centauro dixit.* Occurrit rursum eodem *libro*, *c.* VI. *lib.* X. *c.* XLVIII. Hesych. Κύλλου πήρα· ζητοῦσι διά τι τὸ πορνεῖον Κύλλου πήραν Ἀριστοφάνης εἴρηκεν ἐν Δράμασιν, ἢ Κενταύρῳ. *Cylli pera. Quærunt quamobrem lupanar Cylli peram dixerit Aristophanes in Fabulis, seu Centauro.* Emendandus idem *in* Οὐ γὰρ ἀκανθαι, ubi perperam hodie editur, Καὶ ἐν Δράμασιν ἧκε ταύρῳ, *Et in Fabulis venit tauro.* Rescribo, Καὶ ἐν Δράμασιν, ἢ Κενταύρῳ, *Et in Fabulis, seu Centauro.* Athenæo simpliciter Κένταυρος indigetatur, *lib.* XIV. Ἧς μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει, καὶ Κηφισόδωρος ἐν Ἀμαζόσιν, Ἀριστοφάνης τ' ἐν Κενταύρῳ. *Cujus meminit Cratinus in Nemesi, & Cephisodorus in Amazonibus, Aristophanesque in Centauro.* Suidas: Πρόδικον· δικαστὴν ἐπὶ φίλων, καὶ διαιτητήν. Ἀριστοφάνης Κενταύρῳ. Πρόδικον; *judicem apud amicos & arbitrum. Aristophanes in Centauro.* Altera inscriptio,

ΔΡΑΜΑΤΑ, ἢ ΝΙΟΒΗ.

Pollux *lib.* X. *c.* XXVII. Σαφέστερον δὲ ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Δράμασιν, ἢ Νιόβῃ. *Manifestius autem in Aristophanis Fabulis, seu Niobe.* Cap. XXXVIII. Καί ἐστι τοὔνομα ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Δράμασιν, ἢ Νιόβῃ. *Et est nomen in Aristophanis Fabulis seu Niobe.* Cap. XLVIII. Πλινθεῖον καλεῖ ἐν Δράμασιν ἢ Νιόβῃ Ἀριστοφάνης. *Figulinam appellat in Fabulis seu Niobe Aristophanes.* Scholiastes Euripidis singulariter dixit, Δρᾶμα Νιόβης. Locus est *ad Phœnissas*: Ὅμως καὶ Αἰσχύλος ἐν Νιόβῃ, καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Δράματι Νιόβης, ὁμοίως ἑπτὰ αὐτὰς λέγουσιν. *Tamen etiam Æschylus in Niobe, sed & Aristophanes in Fabula Niobes, similiter septem illas dicunt.*

ΕΙΡΗΝΗ.

Exstat. Verum duplex ista fuit. Scholiastes Comici in *Argumento* ejus Fabulæ: Φέρεται ἐν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι καὶ ἑτέραν δεδίδαχεν ὁμοίως Ἀριστοφάνης Εἰρήνην. ἄδηλον οὖν φησὶν Ἐρατοσθένης, πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν, ἢ ἑτέραν καθῆκεν, ἥτις οὐ σώζεται. Κράτης μέντοι δύο εἶπε δράματα, γράφων οὕτως. Ἀλλ' οὖν γε ἐπὶ τοῖς Ἀχαρνεῦσιν, ἢ Βαβυλωνίοις, ἢ ἐν τῇ ἑτέρᾳ Εἰρήνῃ. καὶ σποράδην δέ τινα ποιήματα παρατίθεται, ἅπερ ἐν τῇ νῦν φερομένῃ οὐκ ἔστιν. *Fertur in doctrinis, etiam alteram similiter ab Aristophane edoctam fuisse Pacem. Non perspicuum igitur inquit Erathostenes, utrum eandem rursus docuerit, an aliam demiserit, quæ non extat. Crates vero duas fabulas dixit, ita scribens. At igitur in Acharnensibus, vel Babyloniis, vel in altera Pace. Etiam sparsim aliqua poemata apponit, quæ in illa, quæ nunc fertur, non sunt.*

ΕΚΚΛΗΣΙΑΖΟΥΣΑΙ.

Exstant.

ΗΡΩΕΣ.

Stephanus *in* Ἄργος: Λέγεται γὰρ καὶ Ἀργόλας. Ἀριστοφάνης Ἥρωσι. *Nam dicitur quoque Argolas Aristophanes in Heroibus.* Diogenes Laertius in *Pythagora*, *lib.* VIII. Ἀριστοφάνης δὲ τῶν ἡρώων φησὶν εἶναι τὰ πίπτοντα, λέγων ἐν τοῖς Ἥρωσι. *Aristophanes autem heroum esse ea quæ cadunt, in Heroibus inquiens.* Athenæus *lib.* IX. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἥρωσι χερνίβιον εἴρηκεν. *Aristophanes autem in Heroibus* χερνίβιον (*polubrum*) *dixit.* Citat quoque Suidas *in* Ἀμφορεαφόρους, Etymologici Auctor *in* Πίνω, & Pollux locis pluribus, Schol. Comici, *Avibus*.

ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ.

Exstant. Sed duplex eo nomine Comœdia fuit; & altera inscripta erat,

ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ ΔΕΥΤΕΡΑΙ.

Suid II. 6. 68. Quam Demetrius Trœzenius existimabat inscribi debere

ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΣΑΣΑΙ.

Athenæus *lib.* I. Ἀριστοφάνους τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος Θεσμοφοριασάσας ἐπιγράφει. *Aristophanis secundas Thesmophoriazousas Demetrius Trœzenius Thesmophoriasasas inscribit.* Quæ hodie exstant, sunt

ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ ΠΡΟΤΕΡΑΙ.

Et ex iis citat istos versus quosdam Agellius *lib.* XV.

cap. XX. *Ejus odii* (de Euripide loquitur, in quem est tota illa Fabula) *in mulieres Aristophanes quoque meminit* ἐν τῇ προτέραις Θεσμοφοριαζούσαις, *in his versibus*. Hephæstion 42. In has multa transtulerat de Cratini Ἐμπιπραμένοις. Clemens *Strom.* VI. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ κωμικὸς ἐν ταῖς πρώταις Θεσμοφοριαζούσαις τὰ ἐκ τῶν Κρατίνου Ἐμπιπραμένων μετενήνοχεν ἔπη. *Aristophanes autem comicus in primis Thesmophoriazousis carmina ex Cratini Venditis transtulit.*

ΙΠΠΕΙΣ.

Exstant.

ΚΕΝΤΑΥΡΟΣ.

Vide in Δράματα.

ΚΙΘΑΡΩΔΟΣ.

Hesychius: Στειλέαν, τὴν μακρὰν ῥάφανον, Ἀριστοφάνης ἐν Κιθαρῳδῷ. Στειλέαν, *longum raphanum, Aristophanes in Citharœdo.*

ΚΟΤΥΛΟΣ.

Pollux *lib.* X. *cap.* XXIII. Λέγει γοῦν ἔτι (Ἀριστοφάνης) ἐν Κοτύλῳ·

Καὶ πάντα κάνιστρα. ——

Dicit igitur præterea (Aristophanes) in Cotylo;
Et omnes cophini. ——

ΚΩΚΑΛΟΣ.

Athenæus *lib.* IV. Καὶ ὁ καλὸς δ' Ἀριστοφάνης ἐν Κωκάλῳ ἔφη. *Sed pulcher etiam Aristophanes in Cocalo dixit.* Et laudat iterum *lib.* XI. Erotianus: Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Κωκάλῳ φησὶ, παρέσο κατέτριβε ἱμάτια. *Et Aristophanes in Cocalo inquit, remitte confregit vestes.* Zenobius *Cent.* VI. *Proverb.* XLVII. Μέμνηται ταύτης Ἀριστοφάνης ἐν Κωκάλῳ. *Meminit illius Aristophanes in Cocalo.* Clemens *Strom.* VI. Τὸν μέντοι Κώκαλον, τὸν ποιηθέντα ἀραρότως τῷ Ἀριστοφάνει ποιεῖ Φιλήμων ὁ Κωμικὸς ὑπαλλάξας ἐν Ὑποβολιμαίῳ. *Cocalum porro apte compositum ab Aristophane fecit Philemon Comicus mutans in Suppostitio.* Hesychius: Ἰπνὸς, κάμινος, φοῦρνος, φαρὸς, κλίβανος, μαγειρίον, καὶ μέρος τι νεώς. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Κωκάλῳ, καὶ τὸν κοπρῶνα οὕτως εἶπεν. Ἰπνὸς, *caminus, furnus, pharus, clibanus, culina, & pars quædam navis. Aristophanes autem in Cocalo, etiam sterquilinium ita dixit.* Macrobius *Saturnal.* lib. V. cap. XVIII. *Aristophanes, vetus Comicus, in comœdia Cocalo sic ait.* Scholiastes Comici in *Argumento Pluti*: Τὰ ὑπόλοιπα δύο δι' ἐκείνου καθῆκε, Κώκαλον καὶ Αἰολοσίκωνα. *Reliquas duas per illum demisit, Cocalum & Æolosiconem.* Et in *Vita ejus*: Πρῶτος δὲ καὶ τῆς νέας κωμῳδίας τὸν τρόπον ἐπέδειξεν ἐν τῷ Κωκάλῳ· ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν λαβόμενοι Μένανδρός τε καὶ Φιλήμων ἐδραματούργησαν. *Verum etiam primus novæ comœdiæ modum ostendit in Cocalo; ex quo initium sumentes & Menander & Philemon fabulas fecerunt.* Scribendi occasionem narrat idem mox, *ibidem*: Ψηφίσματος γὰρ γενομένου χορηγοῦ, (lego, Μορυχίδου) ὥστε μὴ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν τινὰ, καὶ τῶν χορηγῶν οὐκ ἀντεχόντων τὸ χορηγεῖν, καὶ παντάπασιν ἐκλελοιπυίας τῆς ὕλης τῶν κωμῳδιῶν διὰ τούτων αὐτῶν· τὸ αἴτιον γὰρ κωμῳδίας, τὸ σκώπτειν τινάς· ἔγραψε κωμῳδίας τινὰς, Κώκαλον, ἐν ᾧ εἰσάγει φθορὰν, καὶ ἀναγνωρισμὸν, καὶ τἄλλα πάντα, ἃ ἐζήλωσε Μένανδρος. *Decreto enim facto Morychidis, ut ne nominatim comœdia quenquam perstringerent, & choragis sumptus præbere non sustinentibus, & omnibus derelicta comœdiarum materia propter hæc ipsa; (causa enim comœdiæ est, aliquos convitiis petere) scripsit*

A *comœdias quasdam, Cocalum, in quo introducit corruptionem, & agnitionem, & alia omnia, quæ Menander æmulatus est.* Citat quoque Pollux *lib.* VII. *cap.* XXXIII. Suidas, *in* Ὧδε, Harpocration *in* Πώμαλα.

ΛΗΜΝΙΑΙ.

Harpocration *in* Ἀρκτεῦσαι: Ὅτι δὲ αἱ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται, Εὐριπίδης Ὑψιπύλῃ, Ἀριστοφάνης Λημνίαις. *Quod vero* ἀρκτευόμεναι *(ursarum instar) agentes virgines* ἄρκτοι *(ursæ) appellantur, Euripides in Hypsipyle, Aristophanes in Lemniis.* Et in Μέτταυλος: Μέτταυλός ἐστιν ἡ ῥυπαρὰ λεγομένη αὐλὴ, οὗ ὄρνιθες ἦσαν. Ἀριστοφάνης Λημνίαις. Μέτταυλος *est sordida dicta area, ubi aves erant. Aristophanes in Lemniis.* Ammonius *in* Τύραννος: Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Λημνίαις·

Ἐνταῦθ' ἐτυράννευεν Ὑψιπύλης πατὴρ
Θόας, βραδύτερος τῶν ἐν ἀνθρώποις δραμεῖν.

Et Aristophanes in Lemniis;
Illic tyrannus erat Hypsipyles pater
Thoas, tardior inter homines currere.

Suidas *in* Ἀπεχρήσατο: Λημνίαις Ἀριστοφάνης·
Τοὺς ἄνδρας ἀπεχρήσαντο τοὺς παιδοσπόρους.

C *Aristophanes in Lemniis;*
Viros interfecerunt liberorum satores.

Quem versum citat etiam Auctor Etymologici, in eadem dictione, sed non nominata Fabula. Suidas iterum, *in* Ὦ νῦν θερμοὶ βωμοί: Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Λημνίαις·

—— τὴν κρατίστην δαίμον', ἧς
Νῦν θερμὸς ἔσθ' ὁ βωμός.

O nunc calidæ aræ: Aristophanes autem in Lemniis;
—— *optimam deam, cujus*
Nunc calida est ara. ——

Ita locus ille concipiendus. Idem *in* Ψαμμοκοσιογάργαρα corruptus:

D —— ὡς ἐν Λήμναις,
Ἀνδρῶν ἐπακτῶν πᾶσα γάργαιρ' ἑστία.
—— *sicut in Lemnis,*
Viris externis tota abundabat domus.

Rescribe, Ὡς ἐν Λημνίαις, *Sicut in Lemniis.* Vide rursum *in* χρή. Nominat autem Fabulam, & Auctoris nomen omittit. Idem facit Hesychius *in* Δορυαλλός: Δορυαλλὸς, τὸ τῶν γυναικῶν μόριον, ἀπὸ τοῦ δέρειν· ἢ ἐφ' ὕβρει τοῦ τραγῳδοποιοῦ Δοζύλλου, οὗ μέμνηται ἐν Λημνίαις. *Doryallus, mulierum membrum ab nudando; vel in contumeliam tragici Dozylli, cujus meminit Lemniis.* Qui loco corruptus, legendumque ἐφ' ὕβρει τοῦ τραγῳδοποιοῦ Δοριάλλου, *in contumeliam tragici Dorialli.* Et initio, Δορίαλλος,

E non Δορυαλλός. Ita scribitur apud Suidam, & Auctorem Etymologici. Versus autem Comici quem designat, iste est,

Αἱ μὲν γυναῖκες τὸν Δορίαλλον φράγνυνται.
Fœminæ quidem Doriallum sepiunt.

Exstat apud Etymolog. *in* Δορίαλλος, & Scholiasten Aristophanis *Ranis.* Meminerunt quoque locis pluribus Athenæus, & Pollux.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

F Exstat.

ΝΑΥΑΓΟΣ.

Hæc non tam Aristophanis, quam Archippi, est putata. Vide paullo post in Νιόβη.

ΝΕΦΕΛΑΙ.

Exſtant. Sed binæ hoc nomine Fabulæ erant. Itaque citantur

ΝΕΦΕΛΑΙ ΠΡΩΤΑΙ.

Scholiaſtes Comici in *Argumento Nubium*: Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει, ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου. *Primæ Nubes in urbe doctæ ſunt, archonte Iſarcho.*

ΝΕΦΕΛΑΙ ΔΕΥΤΕΡΑΙ.

Idem Scholiaſtes *ibidem*: Αἱ δὲ δεύτεραι Νεφέλαι (ἐδιδάχθησαν) ἐπὶ Ἀμεινίου ἄρχοντος. *Secundæ autem Nubes (doctæ ſunt) archonte Aminia.* Laudantur quoque ab Athenæo, *lib.* VII. Ἀριστοφάνης, δευτέραις Νεφέλαις·

Τὰς εἰκοῦς τῶν ἐγχέλεων τὰς ἐμὰς μιμούμενοι.

Ariſtophanes, ſecundis in Nubibus;

Imagines anguillarum meas imitantes.

Qui verſus exſtat pag. 159. Iterum *lib.* VIII. Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις δευτέραις, ὀψοφαγεῖν, οὐδὲ κιχλίζειν. *Ariſtophanes in Nubibus ſecundis, opſonia edere, non turdos epulari.* Exſtat pag. 179. Atque ex gemina hac citatione apparet, eſſe Νεφέλας δευτέρας, quæ nunc exſtant. Tertium quoque indicium habeo. Acta eſt hæc Fabula archonte Aminia, quem cum in Comœdia perſtringere lex vetaret, & tamen id facere vellet Ariſtophanes, Amyniam pro Aminia dixit, ne peccare contra legem videretur. Locus exſtat in hac ipſa Fabula:

Ἀτὰρ τί χρέος ἔβα με μετὰ τὸν Πασίαν;
Τρεῖς μναῖ διφρίσκου, καὶ τροχοῖν Ἀμυνίου.
Sed quodnam debitum reſtat poſt Paſiam?
Minæ tres pro ſella curuli, & pro rotis Amyniæ.

Ubi Scholiaſtes: Καὶ οὗτος τῶν ὑπὲρ ἵππους πταισάντων. μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ ἐν τοῖς Σφηξί. νῦν δὲ οὐκ ἐκείνου καθαπτόμενος μνημονεύει αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸν ἄρχοντα διασύρειν βουλόμενος, τῇ ἐκείνου προσηγορίᾳ ἐχρήσατο· τότε γὰρ ἦρχεν Ἀμινίας, Προνάπους υἱός· ἐκεῖνον οὖν ἐπισκῶψαι θελήσας, παρέτρεψε τὸ ι εἰς τὸ υ, καὶ παρεγραμμάτισε γελοίως· ἐπεὶ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ὁ νόμος φανερῶς ἐκώλυε τὸν ἄρχοντα κωμῳδεῖν. *Et ille unus eorum, qui ſuper equos offenderunt. Sed meminit ejus quoque in Veſpis. Nunc autem illum non laceſſens meminit ejus, ſed archontem perſtringere volens, illius appellatione uſus eſt; tunc enim Aminias Pronapi filius archon erat. Illum igitur convitiari volens, convertit ι in υ, & ridicule ſcripturam mutavit; quoniam apud Athenienſes lex palam probibebat archontem in comœdia irridere.*

ΝΗΣΟΙ.

Etymologici Auctor: Ἔλυμος, σπέρμα τι, ὃ ἕψοντες οἱ Λάκωνες ἤσθιον. Ἀριστοφάνης Νήσοις. *Elymos, ſemen quoddam, quod coquentes Lacones edebant. Ariſtophanes in Inſulis.* Et iterum alibi: Ἔνδημος, ὁ μὴ ἀποδημῶν· ἐπίδημος δὲ, ὁ ἐπιδημῶν ξένος· καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Νήσοις. Ἔνδημος, *non peregrinans;* ἐπίδημος, *verſans inter nos peregrinus; etiam apud Ariſtophanem in Inſulis.* Heſychius: Θύρσου κυνῆ. Ἀριστοφάνης ἐν Νήσοις, οὐ τοῦ αὐλητοῦ μνημονεύων, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ φύλλα εἰπεῖν καὶ κλάδους. *Thyrſi galea. Ariſtophanes in Inſulis, non tibicinis mentionem faciens, ſed ut loco foliorum & ramorum diceret.* Meminerunt etiam Stobæus *Serm.* LIII. Suidas, *in* ἐξέχειν, ξυνένοφεν, & Pollux loco non uno. Sed dubitatum fuiſſe video, an hæc Comici iſtius Fabula eſſet. Pollux *lib.* IX. *cap.* VI. Ἐγὼ δ' εὗρον ἐν ταῖς Νήσοις Ἀριστοφάνους, εἰ μὴ ὑποπτεύεται τὸ δρᾶμα, ὡς Ἀριστοφάνους γνήσιον. *Ego vero inveni in Ariſtophanis Inſulis, niſi in ſuſpicione eſſet fabula, ut Ariſtophanis genuina.*

Quidam Archippi eſſe putabant. Vide ſtatim infra, in Νιόβη.

ΝΙΟΒΗ.

Vide in Δράματα. Sed Archippi hæc putata eſt. Scholiaſtes in *ejus Vita*: Ἔγραψε δὲ δράματα μδ΄. ὧν ἀντιλέγεται τέσσαρα, ὡς οὐκ ὄντα αὐτοῦ. ἔστι δὲ ταῦτα· Ποίησις, Ναυαγὸς, Νῆσοι, Νιόβη· ἅ τινες ἔφασαν εἶναι τοῦ Ἀρχίππου. *Scripſit autem fabulas* XLIV. *quarum quatuor ejus eſſe negantur. Hæ autem ſunt, Poeſis, Naufragus, Inſulæ, Niobe; quas Archippi eſſe aliqui dixerunt.* Vide & Poll. 438.

ΟΒΡΙΜΟΣ.

Pollux *lib.* X. *cap.* III. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ὀβρίμῳ φησίν. *Ariſtophanes autem in Vehementi loquitur.*

ΟΛΚΑΔΕΣ.

Stephanus *in* Φάσις: Τὸ ἐθνικὸν Φασιάτης, καὶ Φασιατικὸς, καὶ Φασιατινός. Ἀριστοφάνης ἐν Ὁλκάσι. *Gentile Phaſiates, & Phaſiaticus, & Phaſiatinus. Ariſtophanes in Navibus onerariis.* Harpocration *in* Ἐπίγυον: Κέχρηνται τῷ ὀνόματι καὶ οἱ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταί. Ἀριστοφάνης Ὁλκάσιν. *Uſi ſunt illo nomine etiam veteris comœdiæ poetæ. Ariſtophanes in Navibus onerariis.* Emendandus eſt Suidas *in* Εὔαθλος: Εὔαθλος, ῥήτωρ ἦν πονηρός. Ἀριστοφάνης Ὁλκάσιν. *Euathlus rhetor erat malus. Ariſtophanes in Navibus onerariis.* Non recte editur, Ἀριστος Ὁλκάσιν. Et meminit iterum idem *in* Ηα Heſychius: Ἀπεσφακέλισεν, ἐσάπη. Ἀριστοφάνης Ὁλκάσιν. Ἀπεσφακέλισε, *(ſphacelo laboravit) putruit. Ariſtophanes in Navibus onerariis.* Citant quoque non ſemel ipſius Comici Scholiaſtes, Pollux, & Athenæus.

ΟΡΝΙΘΕΣ.

Exſtant.

ΠΕΛΑΡΓΟΙ.

Scholiaſtes Comici *ad Plutum*: Κακόβιός τις, καὶ φιλοχρήματος, καὶ σκνιφὸς κωμῳδεῖται· ὡς ἐν Πελαργοῖς εἴρηται περὶ τούτου. *Duriter quidam vivens, & avarus, & hebes viſu perſtringitur comœdia; quemadmodum in Ciconiis de illo dictum eſt.* Iterum *ibidem*: Εἴρηται δὲ καὶ Πελαργοῖς περὶ αὐτοῦ, ὅτι ῥήτωρ καὶ συκοφάντης. *Sed etiam dictum eſt de illo in Ciconiis, quod rhetor & ſycophanta erat.* Et meminit rurſum *ad Veſpas.* Harpocration *in* Οἰκίσκῳ: Ἐκάλουν δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὸ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον ὀρνιθοτροφεῖον οἰκίσκον. Ἀριστοφάνης Πελαργοῖς. *A nobis autem aviarium appellatum Attici domunculam nominabant. Ariſtophanes in Ciconiis.* Thomas Magiſter: Σημεῖον λέγοντες, Σημειοῦσθαι οὐ λέγομεν, ἀλλ' Ἀποσημαίνεσθαι. ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Πελαργοῖς.

Ἀπεσημηνάμην τὰς τῶν κακούργων οἰκίας.

Quum Σημεῖον *(ſignum) dicamus, non dicimus* Σημειοῦσθαι, *ſed* Ἀποσημαίνεσθαι; *(annotare) ſicut Ariſtophanes in Ciconiis;*

Annotavi maleficorum domos.

Pollux *lib.* VII. *cap.* XXIV. Ἱερὰ δὲ χαλκώματα Ἀριστοφάνης ἐν Πελαργοῖς καὶ Σφηξὶν εἶπε. *Sacra autem ærea vaſa Ariſtophanes in Ciconiis & Veſpis dixit.* Atheneus *lib.* IX. Ἐν δὲ Πελαργοῖς· (Ἀριστοφάνης) κεφαλάς τ' ἀρνῶν, κωλᾶς ἐρίφων. *In Ciconiis autem; Ariſtophanes) capitaque agnorum, armos hœdorum.* Iterum: Ἀριστοφάνης Πελαργοῖς·

—— ἀτταγᾶς ἥδιστον ἕψειν ἐν ἐπινικίοις κρέας.

Ariſtophanes in Ciconiis;

—— *attagæ dulciſſimam coquere in victoriæ epulis carnem.*

ΠΕΛΑΣΓΟΙ.

Athen. *lib.* VI. Ἀριστοφάνης Πελασγοῖς.

—— ἢν σωυδιώκης ἄνδρ' ἕνα
Ἄδικον, ἀντιμαρτυροῦσι δώδεκα
Τοῖς ἑτέροις ἐπισίτιοι.

Aristophanes in Pelasgis;

—— si persequaris virum unum
Injustum, contra testantur duodecim
Aliis illi, qui se alimentis elocarunt. ——

Ita versus illos ibi luxatos restituo. Pollux *lib.* X. *cap.* XLIV. Ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Πελασγοῖς, χαλκώματα προσκεφάλαια. *Sed etiam Aristophanes in Pelasgis, ænea vasa, pulvinos.* Sed valde equidem vereor, ne utrobique Πελαργοῖς scribendum sit, pro Πελασγοῖς. Judicium esto penes Senatum Rei Literariæ.

ΠΕΡΙΑΛΓΗΣ.

Scholiastes Comici *ad Aves*: Δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοφάνης ἐν Περιαλγεῖ. *Significat autem illud Aristophanes in Vehementer-dolente.* Ita emendo: non recte editur, ἐν Περιαγγεῖ. Est eodem titulo Platonis quoque Comici fabula. Vide infra.

ΠΛΑΤΑΝΙΣΤΑΙ.

Etymologici Auctor *in* Αἰδοιέστατος: Ἀριστοφάνης Πλατανισταῖς·

Ἳν' ἀπαλλαγῶμεν ἀνδρὸς ἁρπαγιστάτου.

Aristophanes in Platanistis;

Ut amoveamus virum rapacissimum.

ΠΛΟΥΤΟΣ.

Duplex hoc nomine Comœdia fuit; & invenitur

ΠΛΟΥΤΟΣ ΠΡΩΤΟΣ,

apud Scholiasten Comici *Ranis*: Καὶ ἐν Πλούτῳ ά.

Τῶν λαμπαδηφόρων τε πλείστων αἰτίαν
Τοῖς ὑστάτοις πλατειῶν. ——

Et in Pluto primo;

Et lampad ferorum plurimorum causam
Postremis platearum. ——

ΠΛΟΥΤΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ

apud Athenæum *lib.* IX. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ δευτέρῳ.

Οἴμοι δὲ κωλῆς, ἣν ἐγὼ κατήσθιον.

Aristophanes in Pluto secundo;

Hei hei autem pernæ, quam ego comedi.

Itaque observo primam *Plutum* periisse nobis, secundam autem superstitem esse; nam est iste versus, quem Athenæus inde laudat, in ea *Pluto* quæ hodie circumfertur, Scena Τίς ἔσθ' ὁ κόπτων. Scholiastes Comici *ad Plutum*: Τοῦτο οὖν ἔοικέ τις ἐκ τοῦ δευτέρου Πλούτου μετενεγκὼν ἐνθάδε, ὀλιγωρῆσαι τῆς ἀλογίας τῆσδε. *Illud igitur videtur aliquis ex secundo Pluto huc transferens, neglexisse hanc rationis tenuitatem.*

ΠΟΙΗΣΙΣ.

Hæc non Aristophanis, sed Archippi, est putata. Vide Scholiastæ verba paullo ante prolata in Νιόβη.

ΠΟΛΥΕΙΔΟΣ.

Etymologici Auctor *in* Ἔρημος: Ἔρημον ἐμβλέπειν, ἀκίνητον καὶ νωθρόν. οἷον, ὅταν εἰς ἐρημίαν ἢ πέλαγος
A μέγα καὶ ἀχανὲς βλέπωμεν. Ἀριστοφάνης Πολυείδῳ. *Solitarium inspicere, immobilem & pigrum. Quomodo, quando in desertum aut pelagus magnum & vastum respicimus. Aristophanes Polyido.* Iterum alibi: Θησειότριψ· ὁ ἐν τῷ Θησείῳ διατρίψας. Ἀριστοφάνης ἐν Πολυείδῳ. Θησειότριψ; *Qui in Thesei templo moratus est. Aristophanes in Polyido.* Laudat item Pollux *lib.* IX. *capp.* V. VIII. & *lib.* X. *cap.* IX. Suidas, *in* Ἀνάριστος, & ἔρημον ἐμβλέπειν.

ΠΟΑΣΤΡΙΑΙ.

B Scholiastes Comici *ad Aves*: Δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοφάνης ἐν Περιαλγεῖ·

Χρηστὸν μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον.

Λέγει δὲ ἐν Ποαστρίαις ὁ αὐτὸς, ὡς καὶ περὶ ἀλέκτορας αὐτοῦ ἐσπουδακότος. Ostendit autem illud Aristophanes in Vehementer-dolente;

Benignum non juxta Midiam coturnices cædentem.

Dicit autem in Runcatricibus idem, tanquam ipse circa gallos gallinaceos studiosus fuerit.

ΠΡΟΑΓΩΝ.

C Pollux *lib.* X. *cap.* IX. Ὅτι δὲ οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἀκινήτου ἀποπάτου τὰ λάσανα ὀνομαστέον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ τιθεμένου, μαρτυροῦσιν Ἀριστοφάνης μὲν ἐν Προαγῶνι εἰπὼν, &c. *Quod autem non tantum de immobili latrina matulæ nominandæ sunt, sed etiam de ea quæ ponitur, testantur Aristophanes quidem in Proludio certaminis dicens,* &c. Athenæus *lib.* III. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Προαγῶνι.

Κάμνοντα δ' αὐτὸν τοῦ θέρους ἰδών ποτε.

Aristophanes autem in Proludio certaminis;

Laborantem vero illum æstate videns aliquando.

D Et mox iterum: Ἀριστοφάνης ἐν Προαγῶνι·

Ἐγευσάμην χορδῆς ὁ δύστηνος τέκνον.

Aristophanes in Proludio certaminis;

Gustavi lactes miser o gnate.

Occurrit rursum *libb.* IX. X. XI. Laudat etiam Suidas, *in* Σταθερόν.

ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΙ.

Athenæus *lib.* IV. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Πυθαγορείοις·

Τί πρὸς θεῶν οἰόμεθα τοὺς πάλαι ποτὲ
Πυθαγοριστὰς γενομένους ὄντως ῥυπᾶν
Ἑκόντας, ἢ φορεῖν τρίβωνας ἡδέως;

E *Aristophanes autem in Pythagoreis;*

Quid per deos putamus eos, qui antiquitus aliquando
Pythagoristæ exstiterunt revera sordidos fuisse
Volentes, vel gestav sse pallia trita libenter?

ΣΕΡΙΦΟΙ.

Scholiastes Comici *ad Vespas*: Ὧδε μὲν ὡς φιλόκυβος ὁ Ἀμυνίας κωμῳδεῖται· ἐν δὲ Σερίφοις, ὡς ἀλαζὼν, καὶ συκοφάντης, καὶ κόλαξ. *Sic quidem tanquam aleæ cupidus Amynias perstringitur; in Virginibus*
F *autem senescentibus, tanquam jactator, & sycophanta, & assentator.*

ΣΚΗΝΑΣ ΚΑΤΑΛΑΜΒΑΝΟΥΣΑΙ.

Harpocration *in* Δήμαρχος: Ὅτι δὲ ἐνεχυρίαζον οἱ δήμαρχοι, δηλοῖ Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις. *Quod autem demarchi pignora capiebant, declarat Aristophanes in Tentoria occupantibus.* Hesychius: Οὐ γὰρ ἀκάνθαι· παροιμία. Ἀριστοφάνης Σκηνὰς καταλαμβανούσαις.

Οὐ γὰρ ἀντέλεγες τούτῳ τῷ δείπνῳ·
Οὐ γὰρ ἄκανθαι. ———

Non enim spinæ; proverbium. Aristophane Tentoria occupantibus;
Non enim contradixisti huic convivio;
Non enim spinæ. ———

Athen. *l.* IV. Τὴν χύτραν δ' Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις κακκάβην εἴρηκεν. *Ollam autem Aristophanes in Tentoria occupantibus caccaben dixit.* Et *l.* VII. Ἀριστοφάνης Σκηνὰς καταλαμβανούσαις·

——— ἀλλ' ἔχουσα γαστέρα
Μεστὴν βοάκων ἀπεβάδιζον οἴκαδε.

Aristophanes Tentoria occupantibus;

——— *sed habens ventrem*
Plenum boacis abibam domum.

Laudat etiam pluribus locis Julius Pollux.

ΣΦΗΚΕΣ.

Exstant.

ΤΑΓΗΝΙΣΤΑΙ.

Etymologici Auctor *in* Ἦτρον: Ἀριστοφάνης ἠτρεῖον λέγει ἐν Θεσμοφοριαζούσαις· καὶ ἠτρεῖα θηλυκὸν, ἐν Ταγηνισταῖς. *Aristophanes* ἠτρεῖον (*imus venter*) *in Thesmophoriazousis dixit; &* ἠτρεῖα *fœminum, in Sartagine-frigentibus.* Iterum *in* Κωνῆσαι: Καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Ταγηνισταῖς, τὸ περιενεγκεῖν * κωνῆσαι λέγει. *Sed & Aristophanes in Sartagine-frigentibus, contendere vertere dicit.* Harpocration *in* Ἀπολαχεῖν: Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς·

Οὐ μὴν ὅ γε σὸς ἀδελφὸς ἀπέλαχε ἀνεν.
Aristophanes Sartagine-frigentibus;
Non tamen tuus frater infeliciter sortitus est.

Occurrit quoque Fabulæ hujus mentio apud Comici ipsius Scholiasten *ad Ranas*, Athenæum, Suidam, & Pollucem, locis pluribus.

ΤΕΛΜΙΣΣΕΙΣ.

Athen. *l.* VII. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Τελμισσεῦσι μελανοπτερύγων ἔφη κορακίνων. *Aristophanes autem in Telmissensibus nigras pinnas habentium dixit coracinorum.* Iterum *l.* XV. Μνημονεύει δ' αὐτῶν Ἀριστοφάνης ἐν Τελμισσεῦσι, καὶ Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ. *Meminit autem illius Aristophanes in Telmissensibus, & Pherecrates in Petala.* Hesychius: Πύλαι. Ἀριστοφάνης Τελμισσεῦσιν ἀπὸ τῶν θυηπόλων λέγει. *Portæ. Aristophanes in Telmissensibus ab sacrificulis dicit.* Perperam editur, ἐν Τελμησσεῦσιν. Stephanus *in* Τελμισσός: Καὶ δρᾶμα Ἀριστοφάνης Τελμισσεῖς. *Et fabula Aristophanis Telmissenses.* Corrigendus quoque Etymologici Auctor *in* Ἀρίσυλλος, ubi editur, Ἀριστοφάνης ἐν Τελμισσοῖς, *Aristophanes in Telmisis*: pro, Α. ἐν Τελμισσεῦσι. Rectius apud eundem *in* Μετάλλειον: Ὁ καὶ διὰ τοῦ γ γράφει Ἀριστοφάνης Τελμισσεῦσιν. *Quod etiam per g Aristophanes scribit in Telmissensibus.* Aristides *Orat. Sacr.* I. Ἔλεγον δὲ ἀναφέρων εἰς τοὺς Τελμισσέας τοῦ Ἀριστοφάνους, ὡς ἐκεῖ λόγῳ τις ἠγωνίζετο, ἔργῳ δὲ οὔ. *Dixi autem referens ad Telmissenses Aristophanis, tanquam ibi vero quidam certaret, opere vero non.* Meminit quoque Harpocration *in* Σιπύα, Athenæus, & Pollux, pluries.

ΤΡΙΦΑΛΗΣ.

Athen. *l.* XII. Καὶ Ἀριστοφάνης Τριφάλητι, παρακωμῳδῶν πολλοὺς τῶν Ἰώνων. *Et Aristophanes in Triphalete perstringens multos Ionum.* Harpocration *in* Διὰ μέσου τείχους: Ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Τριφάλητι. *Sicut etiam Aristophanes dicit in Triphalete.* Hesychius: Ἑρμῆς τρικέφαλος. Ἀριστοφάνης ἐν Τριφάλητι τοῦτο ἔφη παίζων κωμικῶς. *Mercurius triceps. Aristophanes in Triphalete illud comice ludens dixit.* Iterum alibi: Ἰλάων, ἥρως, Ποσειδῶνος υἱὸς ἀφ' οὗ Ἀριστοφάνης ἐν Τριφάλητι Ἰλάονας ἔφη τοὺς φάλητας. *Ilaon, heros, Neptuni filius; a quo Aristophanes in Triphalete Ilaonas dixit phaletas.* Constantinus Porphyrogenneta *de Administr. Imp.* cap. XXIII. Καὶ Ἀριστοφάνης Τριφάλητι·

Μανθάνοντες τοὺς Ἴβηρας τοὺς Ἀριστάρχου πάλαι.

Et Aristophanes Triphalete;

Discentes Iberos Aristarchi antiquitus.

Laudat quoque Pollux *l.* IX. *c.* VII. *l.* X. *capp.* XXVI, XXXII. Suidas, *in* Τῶν τριῶν κακῶν.

ΦΙΑΛΑΙ.

Harpocration *in* Ξυστίς: Ἔστι δὲ καὶ ἱππικὸν ἔνδυμα, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Φιάλαις. *Est vero etiam equinum vestimentum, sicut Aristophanes in Phialis.* Nisi corruptus forte locus, legendumque, Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις, *Aristophanes in Nubibus.* Auctor mihi dubitandi Suidas, qui transscribere Harpocrationem solet; apud illum enim ita legitur: Ξυστίδα, προπαροξυτόνως οἱ Ἀττικοί. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Ὥσπερ Μεγακλέης ξυστίδ' ἔχων. ———
Porticum, acuta antepenultima Attici. Aristophanes Nubibus;
Sicut Megaclis porticum habens. ———

Quin immo exstat iste versus in ea *Fabula*, Act. I. Sc. I.

ΦΙΛΟΝΙΔΗΣ.

Commemoratur ab Athenæo, *l.* VIII.

ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ.

Athen. *l.* III. Τὰς δὲ κνίδας ὁ Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ ἀκαλήφας ὀνομάζει, ἔτι τε Ἀριστοφάνης ἐν Φοινίσσαις. *Κνίδας autem Eupolis in Autolyco* ἀκαλήφας (*urticas*) *appellat, & præterea Aristophanes in Phœnissis.* Iterum *l.* IV. Ὅτι δὲ ἀρχαῖον ἦν τὸ περὶ τοὺς μονομάχους, Ἀριστοφάνης εἴρηκεν ἐν Φοινίσσαις. *Quod autem antiquum erat circa gladiatores, Aristophanes dixit in Phœnissis.* Suidas: Ἀκαλήφη· ἡ κνίδη· καὶ ἡ χερσαία, καὶ ἡ θαλαττία, ἥτις ἐστὶ κογχυλίδιόν τι. Ἀριστοφάνης Φοινίσσαις. *Ἀκαλήφη; urtica; & terrestris, & maritima, quæ est concha quædam. Aristophanes Phœnissis.* Pollux *l.* VII. *c.* XXXIII. Ἐν δ' Ἀριστοφάνους Δαναΐσι, συρμαιοπῶλαι, καὶ ἐγκριδοπῶλαι, ὥσπερ ἐν τῶν Φοινίσσαις, θεατροπώλης. *In Aristophanis autem Danaidibus, raphanorum venditor & dulciariorum, sicut in Phœnissis, spectaculorum locator.* Iterum citat *l.* X. *capp.* II, XXXIV.

ΩΡΑΙ.

Hesychius: Ἀρᾶς ἱερὸν, ἱερὸν Ἀρᾶς, Ἀθήνησιν. Ἀριστοφάνης Ὥραις. *Exsecrationis templum, templum exsecrationis, Athenis. Aristophanes Horis.* Iterum: Δικαστικόν· Ἀριστοφάνης ἐν Ὥραις, τριόβολόν φησιν εἶναι. *Pretium litis; Aristophanes in Horis trium obolorum esse dicit.* Vide rursum *in* Ζεῦγος. Athenæus etiam citat *libb.* IX. XIV. & Pollux pluries.

* H. Stephanus eum locum in *Thes. Gr.* citans habet περιενεγκεῖν.

ARISTOPHONTES.

Δυσαρεστία. Fulgentius *Mytholog.* l. III. *Aristophontes Athenæus in libris, qui Dysarestia nuncupantur.*

ASTYDAMAS I.

Hic Morsimi Tragici filius, & ipse Tragicus, scripsit Fabulas CCXL. Suidas: Αστυδάμας, ὁ πρεσβύτης, υἱὸς Μορσίμου, τοῦ Φιλοκλέους, τραγικῶν ἀμφοτέρων, Ἀθηναῖος. ἔγραψε τραγῳδίας σμ'. *Astydamas, senex, Morsimi filius, Philoclis nepos, utriusque tragici, Atheniensis: scripsit Tragœdias* CCXL. Nec scio, an iste fuerit, de quo Anonymus in *Olymp. Descript.* in Olympiadis XCV. anno II. Αστυδάμας, ὁ τραγῳδοποιὸς, πρῶτον δρᾶμα ἐδίδαξεν. *Astydamas, tragicus, primam fabulam docuit.* Et, ut arbitror, ex ejus fabulis una fuit,

Ερμῆς.

Cujus meminit Athenæus, *l.* XI. Μνημονεύει δ' αὐτῶν Αστυδάμας ἐν Ερμῇ. *Meminit autem illorum Astydamas in Mercurio.*

ASTYDAMAS II.

Prioris filius, etiam Tragicus; ejusque Fabulæ a Suida commemorantur, Ηρακλῆς Σατυρικὸς, Επίγονοι, Αἴας μαινόμενος, Βελλεροφόντης, Τυρὼν, Αλκμέων, Φοῖνιξ, Παλαμήδης. Verba Suidæ ecce ista: Αστυδάμας ὁ νέος, υἱὸς τοῦ προτέρου, τραγικὸς καὶ αὐτός. δράματα αὐτοῦ Ηρακλῆς Σατυρικὸς, Επίγονοι, Αἴας μαινόμενος, Βελλεροφόντης, Τυρὼ, Αλκμέων, Φοῖνιξ, Παλαμήδης. *Astydamas junior, prioris filius, etiam ipse tragicus. Fabulæ ejus Hercules Satyricus, Epigoni, Ajax furens, Bellerophon, Tyro, Alcmena, Phœnix, Palamedes.* Ex istis autem

Ηρακλῆς Σατυρικὸς

citatur etiam ab Athenæo, *l.* X. Αστυδάμας ὁ τραγικὸς ἐν Ηρακλεῖ Σατυρικῷ. *Astydamas tragicus in Hercule Satyrico.* Memoratur etiam Astydamas, uter horum autem incertum, apud Scholiasten Sophoclis *Oed. Col.* Καὶ Ιστρος δὲ μνημονεύει τῆς χαλκῆς ὁδοῦ, καὶ Αστυδάμας. *Sed etiam Ister æneæ viæ meminit, & Astydamas.* Item apud Stobæum *Serm.* XXXVI. LXXXIV. CXIX. Eodem modo in incerto, cui tribui debeat

Αλκμαίων.

Meminit Aristoteles *de Poet.* cap. XIV. Οἷον ὁ Αλκμαίων, ὁ Αστυδάμαντος· ἢ ὁ Τηλέγονος, ὁ ἐν τῷ Τραυματίᾳ Οδυσσεῖ. *Prout Alcmæon Astydamantis; vel Telegonus, qui in Vulnerato Ulysse.*

AUGIAS.

Comicus. Ejus Fabulæ, Αγροικος, Πορφύρα, Δὶς κατηγορούμενος. Suidas: Αὐγίας, Ἀθηναῖος, κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ, Αγροικος, Πορφύρα, Δὶς κατηγορούμενος. ἔστι δὲ τῆς μέσης κωμῳδίας. *Augias, Atheniensis, comicus. Inter fabulas ejus, Rusticus, Purpura, Bis accusatus. Est autem mediæ comœdiæ.* Minus recte editur, Αὐγέας. Meminit ejus Clemens, *Strom.* VI. Αντιμάχου τε τοῦ Τηΐου εἰπόντος·

> Ἐκ γὰρ δώρων πολλὰ κακ' ἀνθρώποισι πέλονται·

Αὐγίας ἐποίησε,

> Δῶρα γὰρ ἀνθρώπων νόον ἤπαφεν, ἠδὲ καὶ ἔργα.

Antimachoque Tejo dicente;

> *Ex donis enim multa mala hominibus fiunt.*

Augias fecit,

> *Dona enim hominum mentem fallunt, atque etiam opera.*

Et corrigendus quoque Pollux *lib.* III. *c.* III. Καὶ διαπαρθένια δῶρα, τὰ ὑπὲρ τῆς τὴν παρθενίαν ἀφελέσθαι, ὠνόμασεν Αὐγίας ὁ κωμικός. *Et* διαπαρθένια *dona, illa, quæ pro ablata virginitate,* (dantur) *nominavit Augias comicus.* Perperam hodie editur, Αγίας.

AUTOCRATES.

Comœdias, & Tragœdias, scripsit. Et ex illis

Τυμπανισταὶ

laudantur Suidæ, cujus verba: Αὐτοκράτης, Ἀθηναῖος, κωμικὸς ἀρχαῖος. τῶν δραμάτων αὐτοῦ, Τυμπανισταί· ἔγραψε καὶ τραγῳδίας πολλάς. *Autocrates, Atheniensis, comicus antiquus. Inter fabulas ejus, Tympanistæ. Scripsit etiam tragœdias multas.* Meminitque Ælianus, *Hist. Anim.* lib. XII. cap. IX. Καὶ Αὐτοκράτης ἐν Τυμπανισταῖς·

> Οἷα παίζουσι φίλαι
> Παρθένοι. ——

Et Autocrates in Tympanistis;

> *Qualia ludunt amicæ*
> *Virgines.* ——

Citantur etiam Autocratis cujusdam

Αχαϊκὰ,

apud Athenæum *l.* IX. Αὐτοκράτης ἐν τοῖς Αχαϊκοῖς καὶ τὸν Δία ἱστορεῖ μεταβάλλειν τὴν μορφὴν, ἐρασθέντα παρθένου, Φθίας ὄνομα. *Autocrates in Achaicis Jovem quoque narrat mutavisse formam, quum virginem Phthiam nomine amaret* Iterum *l.* XI. Τιμᾶται δὲ ἐν Αχαΐᾳ Δημήτηρ Ποτηριοφόρος, κατὰ τὴν Ανθέων χώραν, ὡς Αὐτοκράτης ἱστορεῖ ἐν δευτέρῳ Αχαϊκῶν. *Colitur autem in Achaia Ceres Poculum-ferens, in Anthensium regione, sicut Autocrates refert in secundo Achaicorum.*

JOANNIS MEURSII
BIBLIOTHECÆ
ATTICÆ
LIBER II.

CALLIAS I.



HIC Comicus, de quo ita Suidas: Καλλίας, Ἀθηναῖος, κωμικὸς, υἱὸς Λυσιμάχου, ὃς ἐπεκλήθη Σχοινίων, διὰ τὸ σχοινοπλόκου εἶναι πατρός. οὗ δράματα, Αἰγύπτιος, Αταλάντη, Κύκλωπες, Πεδῆται, Βάτραχοι, Σχολάζοντες. *Callias, Atheniensis, comicus, Lysimachi filius, qui cognominatus est Schœnion, quia pater ejus funes ex junco plectebat. Ejus fabulæ Ægyptius, Atalanta, Cyclopes, Vincti, Ranæ, Otiantes.* Ex his

Κύκλωπες

laudantur ab eodem Suida *in* Ἀράχνη: Λέγουσι δὲ καὶ ἀραχνικὰ, ἀπὸ τῆς ἀράχνης ὀρθῆς. Καλλίας Κύκλωψι. *Verum etiam* ἀραχνικὰ *dicunt ab* ἀράχνης *(araneæ) recto. Callias in Cyclopibus.* Et a Polluce *l.* VII. *c.* XXIV. Καλλίας δὲ ἐν Κύκλωψι·

—— κεχαλκεῦσθαί γε τοίνυν ἑσπέρας.

Callias autem in Cyclopibus;

—— *fabricatum esse igitur vesperi.*

Mox *c.* XXVI. Τὰ δὲ ἴχνη τῶν τροχῶν, ἃ Ὅμηρος ἁρματοτροχίας εἴρηκε, Καλλίας ἐν Κύκλωψιν ἁμαξοτροχίας λέγει. *Vestigia vero rotarum, quæ Homerus* ἁρματοτροχίας *dixit, Callias in Cyclopibus* ἁμαξοτροχίας *dicit.* Athenæus quoque citat *l.* VII. Καλλίας Κύκλωψιν·

Πρὸ τῆς ἀφύης τῆς ἡδίστης. ——

Callias Cyclopibus;

Pro aphya dulcissima. ——

Et *l.* XI. Καλλίας δ' ἐν Κύκλωψι·

—— καὶ δέξαι τηνδὶ μετανιπτρίδα
Τῆς ὑγιείας. ——

Callias autem in Cyclopibus;

—— *& accipe hanc metaniptrida*
Bonæ valetudinis. ——

Πεδῆται.

Commemorantur ab eodem Athen. *l.* IV. Τῶν δὲ ἐλύμων αὐλῶν μνημονεύει καὶ Καλλίας ἐν Πεδήταις. *Buxarum vero tibiarum meminit etiam Callias in Vinctis.* Et *l.* VIII. Καὶ Λάμπωνα δὲ τὸν μάντιν ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις κωμῳδοῦσι, Καλλίας Πεδήταις, καὶ Λύσιππος Βάκχαις. *Sed etiam Lamponem vatem propter similia perstringunt, Callias Vinctis, & Lysippus Bacchis.* Diogenes Laertius, in *Socrate l.* II. Καὶ Καλλίας Πεδήταις·

Ἤδη σὺ σεμνὴ, καὶ φρονεῖς οὕτω μέγα;
Ἔξεστι γάρ μοι· Σωκράτης γὰρ αἴτιος.

Et Callias Vinctis;

Jam tu veneranda, etiam cogitas tam magnum?
Licet enim mihi; Socrates enim auctor.

A Etymologici Auctor: Εἰσῆμεν, ἀντὶ τοῦ Εἰσήειμεν, σὺν τῷ ι. Καλλίας Πεδήταις. Εἰσῆμεν (*ingressi eramus*) *pro* εἰσήειμεν, *cum* ι. *Callias Vinctis.* Pollux *l.* VII. *c.* XXVI, Καλλίας οὖν ἐν Πεδήταις λέγει·

Τῆς πατρικῆς ῥίνης ἀρίδος. ——

Callias igitur in Vinctis dicit;

Patriæ scobinæ. ——

Scholiastes Aristophanis *Avibus* corrupte hodie habet: Καλλίας μὲν ἐν Παιδήταις, *Callias in Pædetis.* Rescribo, ἐν Πεδήταις.

B Αταλάντη,

corrupto nomine apud Zenobium etiam legitur, *Cent.* IV. *Proverb.* LXVII. Ταύτης μέμνηται Καλλίας ἐν Αταλεστῇ. *Illius meminit Callias in Ataleste.* Restituo, Καλλίας ἐν Αταλάντῃ. Alius, ut puto, est

CALLIAS II.

Cujus

Τραγῳδία γραμματική

memoratur Athenæo, *l.* VII. Καλλίαν ἱστορεῖ τὸν Ἀθη-
C ναῖον γραμματικὴν συνθεῖναι τραγῳδίαν, ἀφ' ἧς ποιῆσαι τὰ μέλη, καὶ τὴν διάθεσιν, Εὐριπίδην ἐν Μηδείᾳ, καὶ Σοφοκλέα τὸν Οἰδίπουν. *Calliam narrat Atheniensem composuisse litterariam tragœdiam, a qua fecisse carmina, & dispositionem, Euripidem in Medea, & Sophoclem Oedipum.* Et *l.* X. Κατὰ τὴν Καλλίου τοῦ Ἀθηναίου ἐπιγραφομένην γραμματικὴν τραγῳδίαν. *Secundum Calliæ Atheniensis inscriptam litterariam tragœdiam.* Citatur Callias, quis, incertum; sæpe etiam a Clemente, Polluce, Hesychio, Suida, Scholiaste Aristophanis, sine ullo Operis titulo.

CALLIPPUS.

D Philosophus fuit, de quo Suidas: Κάλιππος, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος, Πλάτωνος μαθητὴς, ὃς ἐν Συρακούσαις ἀνῃρέθη, τυραννεῖν ἐπιχειρήσας, πονηρός. οὗτος ἱστόρηται παρὰ Πλουτάρχῳ καὶ Δίωνος τοῦ Συρακουσίου προδότης. *Callippus, Atheniensis, philosophus, Platonis discipulus, qui Syracusis interfectus est, tyrannidem aggressus, malus. Hic apud Plutarchum quoque Dionis Syracusani proditor narratur.* Citatur ejus

Τέχνη

E ab Aristotele, *Rhet.* l. II. c. XXIII. Ὁ τόπος οὗτός ἐστιν ἡ Καλλίππου Τέχνη. *Locus hic est Callippi Ars.* Et mox iterum: Ἔστι δὲ ὁ τόπος οὗτος, ὅλη Τέχνη ἥτε Παμφίλου, καὶ ἡ Καλλίππου. *Est autem locus hic, tota Ars & Pamphili, & Callippi.* Est de eo videre apud Plutarchum in *Timoleonte*, & *Dione*.

CALLISTRATUS.

Plutarchus ejus meminit, in *Vita Demosthenis*: Ἵνα

Καλλιςράτε Εμπαίδε Αφιδναίε, ῥήτορος δοκίμε, κ) ἱππαρχήσαντος, κ) ἀναθέντος τ̄ βωμὸν τȣ̃ Ερμῆ τῷ Αγοραίῳ, μέλλοντος ἐν τῷ δήμῳ λέγειν, ἀκȣ́σῃ. *Ut Callistratum Empædi filium Aphidnæum, rhetorem celebrem, & quondam equitum præfectum, qui posuerat aram Mercurio Forensi, qui ad populum dicturus esset, audiret*. A. Gellius *l.* III. *c.* XIII. *Is Callistratus Athenis orator in rep. fuit: illi* δημαγωγȣ̀ς *appellant*. Et hujus puto esse

Εκφράσεις,

quæ exstant. Citantur quoque Callistrati,

Περὶ Αθlωῶν.

Schol. Aristophanis *Avibus*: Οἱ ἐν τῷ πολέμῳ ἀναιρȣ́μενοι, ἐν τῷ Κεραμεικῷ ἐθάπτοντο, ὡς Μενεκλῆς, κ) Καλλίςρατος, ἐν τοῖς Περὶ Αθlωῶν συγγράμμασι, φασί. *Qui in bello perierunt, in Ceramico sepeliebantur. Sicut Menecles, & Callistratus in scriptis De Athenis dicunt*. Laudat quoque Harpocration *in* Εκατόμπεδον, & Κεραμεικὸς. Corrigendusque idem, *in* Ερμαί: ubi male editur, Περὶ Αθlωαίων, *De Atheniensibus*. Quo mendo laborat etiam ejus exscriptor Suidas.

Περὶ ἑταιρῶν.

Athen. *l.* XIII. Ιςορεῖ Καλλίςρατος ἐν τῷ Περὶ ἑταιρῶν. *Narrat Callistratus in libro De meretricibus*.

Υπομνήματα Θραττῶν
Κρατίνȣ.

Athen. *l.* XI. Καλλίςρατος ἐν Υπομνήμασι Θραττῶν Κρατίνȣ, ἀποδίδωσι κύλικα. *Callistratus in Commentariis De Thracis Cratini, explicat calicem*.

Σύμμικτα.

Ex his librum sextum citat Erotianus: Χεῖαι γάρ εἰσιν ὑποδήματος γυναικείȣ εἶδος. καθά φασιν Ερατοσθένης, & Καλλίςρατος ἐν ἕκτῳ Σιμμίκτων. *Χεῖαι enim sunt muliebris calceamenti species: sicut ajunt Eratosthenes, & Callistratus in libro sexto Miscellaneorum*. Librum septimum Athenæus *l.* III. Καλλίςρατος δ' ἐν ἑβδόμῳ Συμμίκτων φησίν. *Callistratus autem in libro septimo Miscellaneorum inquit*. Oratio quædam ejus, in Messeniaco conventu habita, laudatur ab Aristotele, *Rhet.* l. III. c. XVII. Αν δὲ πολύχȣς ᾖ ἡ ἐναντίωσις, πρότερον τὰ ἐναντία. οἷον ἐποίησε Καλλίςρατος ἐν τῇ Μεσσlωιακῇ ἐκκλησίᾳ. *Si vero diffusa sit contentio, prius contraria. Prout fecit Callistratus in Messeniaca concione*. Actio quoque *in Melanopum* commemoratur ab eodem, ejusdem Operis *l.* I. *c.* XIV. Οἷον ὁ Μελανώπȣ Καλλίςρατος κατηγόρει, ὅτι παρελογίσατο τρία ἡμιωβόλια ἱερὰ τȣ̀ς ναοποιȣ́ς. *Prout quod Melanopum Callistratus accusabat, quod fraudavit tribus semiobolis sacris templi fabros*. Et

Περὶ Ωρωπȣ̃

laudat A. Gellius, *l.* III. *c.* XIII. *Venit, inquit, atque audit* Callistratum *nobilem illam* τ̄ Περὶ Ωρωπȣ̃ δίκlω *dicentem*.

CANTHARUS.

Comicus fuit, ejus Comœdiæ fuerunt, Μήδεια, Τηρεὺς, Συμμαχίαι, Μύρμηκες, Αηδόνες. Suidas: Κάνθαρος, Αθlωαῖος, κωμικός. μνημονεύεται τȣ́τȣ δράματα, Μήδεια, Τηρεὺς, Συμμαχίαι, Μύρμηκες, Αηδόνες. *Cantharus, Atheniensis, comicus. Memorantur ejus fabulæ, Medea, Tereus, Societates in bello, Formicæ, Lusciniæ*. Ex his

Μήδεια

laudatur quoque ab eodem *in* Αράβιος αὐλητής: Κάνθαρος Μηδείᾳ·

Κιθαρῳδὸς ἐξηγείρατο τȣ̃τον τ̄ χορὸν
Αράβιος, ——

Cantharus in Medea;

Citharœdus excitavit hunc chorum
Arabius. ——

Ita locum illum restituo. Meminit quoque Apostolius *Cent.* IV. *Proverb.* XXII. sed corruptis admodum Canthari verbis, quæ ad hanc faciem corrigenda. Citat Cantharum, non expresso Fabulæ nomine, Pollux *l.* IV. *c.* IX.

CARCINUS.

Tragicus fuit; ejusque Tragœdiæ, Αχιλλεὺς, & Σεμέλη, commemorantur a Suida: Καρκῖνος, Θεοδέκτȣ, ἢ Ξενοκλέȣς, Αθlωαῖος, τραγικός δράματα ἐδίδαξε ρξ'· ἐνίκησε δὲ ά. ἤκμαζε κτ̀ τ̀ ἑκατοςlὼ Ολυμπιάδα, πρὸ τ̄ Φιλίππȣ βασιλείας τ̄ Μακεδόνος. τῶ δραμάτων αὐτȣ̃ ἐςὶν, Αχιλλεὺς, Σεμέλη, ἢ Αρχὴ, ὡς Αθlώαιος φησὶν ἐν Δειπνοσοφιςαῖς. *Carcinus, Theodecti filius, vel Xenoclis, Atheniensis, tragicus. Fabulas docuit* CLX. *vicit autem* I. *Florebat Olympiade centesima, ante Philippi Macedonis regnum. Inter ejus fabulas est, Achilles, Semele, vel Principium, sicut Athenæus in Deipnosophistis inquit*. Sed in postremis verbis mendum est, ac restituo, Σεμέλη, ἧς ἀρχlὼ ὁ Αθlώαιος φ. ἐ. Δ. *Semele, cujus principium Athenæus i. D. i.* Athenæi locus, quem respexit, iste est, *Deipnosophist.* l. XI. Καρκῖνος δ' ὁ τραγικὸς ἐν Σεμέλῃ, ἧς ἀρχή·

—— ὦ νύκτες, ὦ.
Ω Ζεῦ, τί χρὴ γυναῖκα σ' ἐξειπεῖν κακόν·
Αρκȣ̃ν ἂν εἴη κἂν γυναῖκ' εἴπης μόνον.

Carcinus autem tragicus in Semele, cujus initium;

—— *o noctes, o*.
O Jupiter, quid oportet mulierem te dicere malum;
Sufficiens fuerit si etiam mulierem dicas tantum.

Ecce autem, scripsit Tragœdias CLX. Ex his pauci isti tituli supersunt,

Αλόπη.

Aristoteles *Ethic. Nicomach.* l. VII. c. VII. Ωσπερ ὁ Θεοδέκτȣ Φιλοκτήτης, ὑπὸ τ̄ ἔχεως πεπληγμένος· ἢ ὁ Καρκίνȣ ἐν τῇ Αλόπῃ Κερκύων. *Quemadmodum Theodecti Philoctetes, ab serpente percussus; seu Carcini in Alope Cercyon*.

Αχιλλεὺς.

Nominatur Suidæ, in *citatis verbis*: meminitque ejus Athenæus l. V. Καρκῖνος μὲν Αχιλλεῖ·

Βαθεῖαν αὐλῶνα περίδρομον ςρατȣ̃.

Carcinus quidem in Achille;

Profundam fossam circumdantem exercitum.

Θυέςης.

Aristoteles *de Poet.* cap. XIII. Τȣ́των δὲ τὰ μὲν σύμφυτα, οἷον λόγχη, lὼ φορȣ̃σι γηγενεῖς· ἢ ἀςέρες, οἵȣς ἐν τῷ Θυέςῃ Καρκῖνος. *Illorum vero alia quidem cognata, prout lancea, quam ferunt terra-nati; seu stellæ, quales in Thyeste Carcinus*.

Κύπειος.

Hesychius: Αλαβὴ, λιγνὺς, σποδός. Καρκῖνος Κυπρίῳ. *Alabe, fuligo, cinis. Carcinus Cyprio.*

Μήδεια.

Aristoteles *Rhet.* lib. II. cap. XXIII. Οἷον ἐν τῇ Καρκίνου Μηδείᾳ, οἱ μὲν κατηγοροῦσιν, ὅτι τοὺς παῖδας ἀπέκτεινεν. *Prout in Carcini Medea, alii quidem accusant, quod filios occidit.*

Οἰδίπους.

Apud eundem ibidem, *lib.* III. *cap.* XVI. Ἡ Ἰοκάστη ἡ Καρκίνου ἐν τῷ Οἰδίποδι ἀεὶ ὑπισχνεῖται. *Jocasta Carcini in Oedipode semper pollicetur.*

Σεμέλη.

De ea in initio dixi.

Τηρεύς.

Stobæus *Serm.* CI. Ut tamen verum ingenue dicam, cum Carcini duo fuerint, præter hunc Atheniensem alter quoque Agrigentinus, Tragici ambo, censeo hasce non unius, sed utriusque. Ut autem distincte suam cuique adscribam, non est facile.

CARNEADES.

Philosophus, Anaxagoræ discipulus. Suidas: Καρνεάδης ἕτερος, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος, Ἀναξαγόρου μαθητής. *Carneades alter, Atheniensis, philosophus, Anaxagoræ discipulus.* De Scriptis ejus nihil liquet Meminit ejus inter Sophistas Philostratus, *Sophist.* lib. I.

CEPHALUS.

Orator fuit. Suidas: Κέφαλος, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, καὶ δημαγωγός. οὗτος πρῶτος προοίμια, καὶ ἐπιλόγους, συνέθηκε. *Cephalus, Atheniensis, rhetor, & popularis. Hic primus proœmia, & epilogos, constituit.* Etymologici Auctor *in* Ἐπιτιμία: Κέφαλος ῥήτωρ Ὁσάκις αὐτὸν κινδυνεύοντα περὶ τῆς ἐπιτιμίας, ἢ τῆς πατρίδος, ἢ τοῦ βίου παντὸς, διεσώσατε. *Cephalus rhetor. Quoties illum existimatione, vel patria, vel vita omni, periclitantem servavistis.* Scripsit

Ἐγκώμιον τῆς Λαΐδος.

Athenæus *lib.* XIII. Ἡττᾶτο δὲ καὶ ὁ Λυσίας Λαΐδος τῆς ἑταίρας, ἧς ἔγραψεν Ἐγκώμιον Κέφαλος ὁ ῥήτωρ. *Verum etiam inferior erat Lysias Laide meretrice, cujus Laudationem scripsit Cephalus rhetor.*

CEPHISODEMUS.

Et hic Orator. Suidas: Κηφισόδημος, Ἀθηναῖος, λάλος ῥήτωρ, δεινὸς περὶ τὰς δίκας, ἀντιπολιτευόμενος Περικλεῖ. *Cephisodemus, Atheniensis, loquax rhetor, vehemens in judiciis, in republica Pericli adversarius.* An hic ipse, de quo Scholiastes Aristophanis *Avibus*? Φησὶ δὲ Κηφισόδημος, ὅτι Αἰγυπτίων ἡ λέξις. *Ait autem Cephisodemus, esse Ægyptiorum dictionem.*

CEPHISODORUS I.

Orator, Isocratis discipulus. Meminit ejus Dionysius Halicarnasseus in *Isæo*: Οὐδέ γε περὶ τῶν συμβιωσάντων Ἰσοκράτει, καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ἑρμηνείας ἐκείνου ἐκμιμησαμένων οὐθενὸς, Θεοδέκτου λέγω, καὶ Θεοπόμπου, καὶ Ναυκράτους, Ἐφόρου τε, καὶ Φιλίστου, καὶ Κηφισοδώρου, καὶ ἄλλων συχνῶν. *Nec utique de illis, qui cum Isocrate vixerunt, & de nemine eorum, qui characterem elocutionis ejus imitati sunt, Theodectem dico, & Theopompum, & Naucratem, &*

A *Ephorum, & Philistum, & Cephisodorum, & alios frequentes.* Scripsit

Παραγγέλματα τεχνικά.

Dionysius Halicarn. in *Epistola ad Ammæum*: Παραγγελμάτων τεχνικῶν συγγραφεῖς, καὶ ἀγωνισταὶ λόγων ῥητορικῶν, οἱ περὶ Θεοδέκτην, καὶ Φίλιστον, καὶ Ἰσαῖον, καὶ Κηφισόδωρον. *Præceptorum artificialium scriptores, & certatores orationum rhetoricarum, Theodectes, & Philistus, & Isæus, & Cephisodorus.* Item

B

Πρὸς Ἀριστοτέλην.

Idem Dionysius in *Isocrate*: Ἱκανὸν δὲ ἡγησάμενος εἶναι τῆς ἀληθείας βεβαιωτὴν τὸν Ἀθηναῖον Κηφισόδωρον. ὃς καὶ συνεβίωσεν Ἰσοκράτει, καὶ γνησιώτατος ἀκουστὴς ἐγένετο, καὶ τὴν ἀπολογίαν, τὴν πάνυ θαυμαστὴν, ἐν ταῖς Πρὸς Ἀριστοτέλην ἀντιγραφαῖς ἐποιήσατο. *Sufficientem vero confirmatorem veritatis Atheniensem Cephisodorum ratus, qui etiam cum Isocrate vixit, & maxime germanus auditor fuit, & omnino admirabilem illam defensionem in libris Adversus Aristotelem fecit.* Constabatque ea libris IV. Athenæus *lib.* II. Κηφισόδωρος ὁ Ἰσοκράτους μαθητὴς ἐν τοῖς Κατὰ Ἀριστοτέλους,
C τέσσαρα δ᾽ ἐστὶ ταῦτα βιβλία, ἐπιτιμᾷ τῷ φιλοσόφῳ, ὡς οὐ ποιήσαντι λόγου ἄξιον, τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι. *Cephisodorus Isocratis discipulus in libris Adversus Aristotelem (quatuor autem erant illi) objurgat philosophum, tanquam proverbia colligere non esse operæ pretium existimantem.* Ac laudat iterum *lib.* III. Κηφισόδωρος γοῦν, ὁ Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος μαθητὴς, καὶ τῷ τρίτῳ τῶν Πρὸς Ἀριστοτέλην, λέγει. *Cephisodorus igitur, Isocratis rhetoris discipulus, in libro tertio Adversus Aristotelem, dicit.* Et *lib.* VIII. Ἀλλ᾽ οὐδὲ Κηφισόδωρος τοιοῦτόν τι ἐτόλμησεν εἰπεῖν Κατὰ τοῦ Σταγειρίτου. *Sed nec Cephisodorus tale quid Adversus Stagiritam dicere sustinuit.* An hic
D ipse est, qui scripsit,

Περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου.

Eustratius citat, *ad Aristotelis Ethic.* l. III. c. VIII. Ἱστοροῦσι περὶ τῆς μάχης ταύτης Κηφισόδωρος ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν Περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου, καὶ Ἀναξιμένης ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Περὶ Φίλιππον. *Narrant de pugna hac Cephisodorus in libro duodecimo De bello sacro, & Anaximenes in libro quarto De Philippi rebus.*

CEPHISODORUS II.

Tragicus; ejusque Fabulæ feruntur, Ἀντιλαΐς, Ἀμαζόνες, Τροφώνιος, Ὗς. Suidas: Κηφισόδωρος,
E Ἀθηναῖος, τραγικὸς, τῆς ἀρχαίας τραγῳδίας. ἔστιν αὐτοῦ τῶν δραμάτων, Ἀντιλαΐς, Ἀμαζόνες, Τροφώνιος, Ὗς. *Cephisodorus, Atheniensis, tragicus, veteris tragœdiæ. Inter Fabulas ejus est Antilais, Amazones, Trophonius, Sus.* Ejus

Ἀμαζόνες

citantur quoque ab Athenæo, *l.* XIV. Ἧς μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει, καὶ Κηφισόδωρος ἐν Ἀμαζόσιν. *Cujus meminit Cratinus in Nemesi, & Cephisodorus in Amazonibus.* Et Suidas alibi: Ὄνος ὕεται. ἐπὶ τῶν μὴ ἐπιστρεφομένων. Κηφισόδωρος Ἀμαζόσι. *Asinus compluitur. De illis, qui non convertuntur. Cephisodo-*
F *rus Amazonibus.*

Τροφώνιος.

Pollux *lib.* VII. *cap.* XI. Τὴν δὲ σμηκτρίδα, Κηφισόδωρος ἐν Τροφωνίῳ εἴρηκεν. Σμηκτρίδα, *cimoliam, vero, Cephisodorus in Trophonio dixit.* Et *cap.* XXII. Καὶ Κηφισόδωρος Τροφωνίῳ, *& Cephisodorus in Trophonio.* Athenæus *l.* XV. Ὁμοίως δὲ διεξέρχονται Κηφισόδωρος ἐν Τροφωνίῳ, καὶ Καλλίας, ἢ Διοκλῆς, ἐν Κύκλωψι. *Similiter autem explicant Cephisodorus*

in Trophonio, & Callias, vel Diocles in Cyclopibus. Et mox: Καὶ Κηφισόδωρος ἐν Τροφωνίῳ. *Et Cephisodorus in Trophonio.*

Ὗς.

Occurrit apud eundem Athen. *libb.* III. VIII XV. Sed ego errare Suidam censeo, qui Tragicum hunc Cephisodorum nobis facit; cum tituli ipsi Fabularum, quos allegat, Comœdiarum potius quam Tragœdiarum, fuisse videantur. Et diserte Comicum appellat Athenæus *lib.* XI. Ἄγε δή τίς ἀρχὴ τῶν λόγων γενήσεται, κατὰ τὸν κωμῳδοποιὸν Κηφισόδωρον, ἑταῖρε Τιμόκρατες; *Age sane quodnam initium sermonum erit, juxta comicum Cephisodorum, amice Timocrates?* Item Pollux *lib.* IV. *cap.* XXIV. Τὰ δὲ ὀνομαζόμενα στάθμια, σταθμὰ, στάσιμα, καὶ ἐπίσταθμα ὠνόμασε Κ. φισόδωρος ὁ κωμικός. *Ita vero dicta* στάθμια *libræ,* σταθμὰ *trutinæ,* στάσιμα *pondera, etiam* ἐπίσταθμα *appellavit Cephisodorus comicus.*

CHÆREAS.

Citatur, sine Operis titulo, ab Athenæo *lib.* I. Χαιρέας δὲ, ἐν Βαβυλῶνι οἶνον φησὶ γενέσθαι, τὸν καλούμενον νέκταρ. *Chæreas autem Babylone vinum nasci ait nectar dictum.* Meminit ejus, tanquam Historici, & quidem inepti, Polybius *Hist.* lib. III. Πρὸς μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα τῶν συγγραμμάτων, οἷα γράφει Χαιρέας, καὶ Σώσιλος, οὐδὲν ἂν δέοι πλέον λέγειν. οὐ γὰρ ἱστορίας, ἀλλὰ κουρεακῆς καὶ πανδήμου λαλιᾶς, ἐμοί γε δοκοῦσι τάξιν ἔχειν, καὶ δύναμιν. *Adversus illa igitur scripta, qualia scribit Chæreas, & Sosilus, nihil amplius dicere opus est. Non enim historiæ, sed e tonstrina vel plebe fabularum, ordinem & vim mihi videntur habere.* Coætaneum fuisse Alexandro, &

Μηχανικὰ

scripsisse, observare est apud Vitruvium, *lib.* X. *cap.* XIX. *His tunc primis gradibus positis ad id genus machinationis, postea, cum Philippus, Amyntæ filius, Byzantium oppugnaret, Polyidus Thessalus pluribus generibus, & facilioribus, explicavit; a quo receperunt doctrinam Diades, & Chæreas, qui cum Alexandro militaverunt.* Corrupte *Charias* pro *Chæreas* nuncupatur apud Heron. *de Mars. Bell.* semel cap. XIII. ter vero XIV. Inter Rei Rusticæ Scriptores commemoratur a Varrone *de Re Rust.* lib. I. cap. I. &, qui eum transscripsit, Columella, similis Operis *lib.* & *cap.* ejusdem numeri. Et hic ipse est, quem Plinius laudat, *lib.* XX. *cap.* XXIII. ubi de carduis agit: *Ita enim Chæreas Atheniensis scripsit, & Glaucias, qui circa carduos diligentissimus videtur.*

CHÆREPHON.

Philosophus, Socratis auditor. Suidas: Χαιρεφῶν, Ἀθηναῖος, τὸν δῆμον Σφήττιος, Σωκράτους ἀκουστής. *Chærephon, Atheniensis, ex populo Sphettensi, Socratis auditor.* Meminit ejus Aristophanes *Nub.* & *Vespis*, & Philostratus *Sophist.* lib. I. Scriptorum ejus nondum laudari quicquam vidi. Scholiastes Aristophanis *Nubibus* ait, Scripta ejus intercidisse: Τῶν πάνυ γνωρίμων Σωκράτους ὁ Χαιρεφῶν· οὐδὲν δὲ αὐτοῦ διασέσωσται τῶν συγγραμμάτων. *Chærephon inter familiarissimos Socratis. Ejus autem scripta nulla servata sunt.*

CHÆRESTEUS.

Inter Rei Rusticæ Scriptores commemoratur a Varrone *lib.* I. *cap.* I. Idem est, qui Chræstus dicitur Columellæ.

CHIONIDES.

Inter Comicos fuit. Vitruvius in *Præfatione lib.* VI. *Non minus etiam poetæ, qui antiquas comœdias Græce scripserunt, & easdem sententias in scena versibus pronuntiaverunt, Eucrates, Chionides, Aristophanes.* Aristoteles *de Poet.* cap. III. Ἐκεῖθεν γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς, πολλῷ πρότερος ὢν Χιωνίδου, καὶ Μάγνητος. *Hinc enim erat Epicharmus poeta, multo prior Chionide, & Magnete.* Anonymus in *Descript. Olymp.* dicit eum floruisse Olympiade LXXIII. Ita enim ad istius Olympiadis annum primum scribit: Χιονίδης, ὁ κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, ἤκμαζε. *Chionides, comicus veteris comœdiæ, floruit.* Ejus Comœdiæ a Suida commemorantur, Ἥρωες. Πέρσαι, ἢ Ἀσσύριοι, Πτωχοί· Verba ejus ista sunt: Χιωνίδης, Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. ὃν καὶ λέγουσι πρωταγωνιστὴν γενέσθαι τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, διδάσκειν δὲ ἔτεσιν ὀκτὼ πρὸ τῶν Περσικῶν. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι καὶ ταῦτα, Ἥρωες, Πτωχοὶ, Πέρσαι, ἢ Ἀσσύριοι. *Chionides, Atheniensis, comicus veteris comœdiæ. Qui etiam dicitur primarum histrio veteris comœdiæ fuisse, docuisse autem octo annos ante Persica bella. Inter fabulas ejus hæ quoque sunt, Heroes, Pauperes, Persæ, vel Assyrii.* Ex his

Πτωχοὶ

laudantur ab Athenæo *libr.* II. Ἀττικοὶ δὲ οὐδετέρως λέγουσι, καὶ γίνεται ἡ γενικὴ, τοῦ ταρίχους. Χιωνίδης Πτωχοῖς. *Attici autem neutraliter dicunt, & fit genitivus* ταρίχους, *salsamenti. Chionides Pauperibus.* Qui & de auctore fuisse dubitatum ait, *lib.* XIV. Ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιωνίδην ἀναφερόμενος Πτωχοὺς Γνησίππου τινὸς μνημονεύει. *Qui vero Chionidæ adscriptos Pauperes* composuit, *Gnesippi cujusdam meminit.*

Ἥρωες.

Apud Suidam citantur, *in* Ἀγνος: Χιωνίδης Ἥρωσι·

> Καὶ μὴν μὰ τὸν Δί' οὐδὲν ἔτι γε μοι δοκῶ
> Ἄγνου διαφέρειν, ἐν χαράδρᾳ πεφυκότος.

Chionides in Heroibus;

> *Attamen per Jovem nihil amplius mihi videor*
> *Ab agno differre, in torrente nato.*

Pollux *lib.* X. *cap.* VIII. Ἔστι δὲ ὁ σάμαξ, ῥὶψ καλάμου. μάλιστα δὲ ἐπὶ στρατιᾶς τούτῳ ἐχρῶντο. ὡς Χιωνίδης ἐν Ἥρωσι. *Est autem* σάμαξ, *arundinis lanugo. Maxime autem in exercitu ea utebantur. Sicut Chionides in Heroibus.*

CHOERILUS.

Tragicus, ediditque Fabulas CL. Suidas: Χοίριλος, Ἀθηναῖος, τραγικὸς, ξδ'. Ὀλυμπιάδι. ἐδίδαξε μὲν δράματα πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. *Chœrilus, Atheniensis, tragicus,* LXIV. *Olympiade. Docuit quidem fabulas quinquaginta & centum.* Ex his

Ἀλόπη.

Citatur a Pausania, in *Atticis*: Χοιρίλῳ δὲ Ἀθηναίῳ, δρᾶμα ποιήσαντι Ἀλόπην, ἐστὶν εἰρημένα, Κερκύονα εἶναι καὶ Τριπτόλεμον ἀδελφούς. *A Chœrilo autem Atheniensi, qui fabulam fecit Alopen, dictum est, Cercyonem & Triptolemum esse fratres.*

CHRÆSTUS.

Inter Rei Rusticæ Scriptores numeratur Columellæ, *lib.* I. *cap.* I.

CIMON.

Scripsit

Ιπποσκοπικόν.

Suidas *in* Αψυρτος: Εγραψε δὲ Κίμων Αθηναῖος Ιπποσκοπικὸν, βιβλίον θαυμάσιον. *Scripsit autem Cimon Atheniensis Artem inspiciendorum equorum, librum admirabilem*. Quem vide iterum *in* Κίμων. Sed legendum illic existimo Σίμων. Nam si Cimon tale quippiam scripsisset, non Plutarchus, cum describeret accurate *ejus Vitam*, id monere neglexisset: denique Simon alibi idem dicitur, *in* Τρίλλη. Vide infra, quæ in eo nomine dicimus.

CLEOPHON.

Ejus

Ποίησις

nominatur Aristoteli *de Poet*. cap. XXII. Παράδειγμα δὲ ἡ Κλεοφῶντος ποίησις, καὶ Σθενέλου, *Exemplum autem Cleophontis poesis, & Stheneli*. Erat autem Tragicus, & Fabulæ ejus ferebantur, Ακταίων, Αμφιάραος, Αχιλλεὺς, Βάκχαι, Δεξαμενὸς, Ηριγόνη, Θυέστης, Λεύκιππος, Περσίς, Τήλεφος, *Actæon, Amphiaraus, Achilles, Bacchæ, Dexamenus, Erigone, Thyestes, Leucippus, Persis, Telephus*. Vide Suidam *in* Κλεοφῶν. Præterea.

Μανδρόβουλος

quoque ejus laudatur ab Aristotele, *Sophist. Elench.* lib. I. cap. XIV. Οἷον καὶ ὁ Κλεοφῶν ποιεῖ ἐν τῷ Μανδροβούλῳ. *Prout etiam Cleophon facit in Mandrobulo*.

COCCUS.

Rhetor. Scripsitque Λόγους ῥητορικούς. Suidas: Κόκκος, ῥήτωρ, Αθηναῖος, μαθητὴς Ισοκράτους. (ἔγραψε) Λόγους ῥητορικούς. *Coccus, rhetor, Atheniensis, Isocratis discipulus. (Scripsit) Orationes rhetoricas*.

CRATES I.

Philosophus. *Ejus Vitam* nobis tradit Diogen. Laertius, *lib*. IV. Ejus Scripta, Φιλοσοφούμενα, Περὶ κωμῳδίας, Λόγοι δημηγορικοὶ, καὶ πρεσβευτικοί. Diogenes *loco cit*. Τελευτῶν δὲ ὁ Κράτης, ἀπέλιπε βιβλία· τὰ μὲν, Φιλοσοφούμενα· τὰ δὲ, Περὶ κωμῳδίας· τὰ δὲ, Λόγους δημηγορικοὺς, καὶ πρεσβευτικούς. *Moriens autem Crates, reliquit libros; alios quidem Philosophicos; alios vero De comœdia; alios item, Orationes populares & de legationibus*. Etiam Επιστολαὶ laudantur alibi ab eodem Diogene in *Hipparchia*, *lib*. VI. Φέρεται δὲ τοῦ Κράτητος βιβλίον, Επιστολαί· ἐν αἷς ἄριστα φιλοσοφεῖ· τὴν λέξιν ἐστὶν ὅτε παραπλησίως Πλάτωνι. *Fertur autem Cratetis liber, Epistolæ: in quibus optime philosophatur. Aliquando stylus similis est Platoni*.

CRATES II.

Comicus; ejusque Comœdiæ Γείτονες, Ηρωες, Θηρία, Λαμία, Ποδῆται, Σάμιοι. Suidas: Κράτης, Αθηναῖος, κωμικός. οὗ ἦν ἀδελφὸς Επίλυκος, ποιητὴς ἐπῶν. δράματα αὐτοῦ εἰσιν G'. Γείτονες, Ηρωες, Θηρία, Λαμία, Ποδῆται, Σάμιοι. ἔγραψε καὶ καταλογάδην τινά. *Crates, Atheniensis, comicus. Hujus frater erat Epilycus, epicus poeta. Fabulæ ejus sunt* XC. *Vicini, Heroes, Bestiæ venenatæ, Lamia, Podetæ, Samii. Scripsit etiam quædam prosa oratione*. E quibus

A Γείτονες

nominantur a Polluce, *lib*. VII. *cap*. XXXIII. Τὸ δὲ πεττοῖς παίζειν, πεττονομεῖν Κράτης εἶπεν ἐν Γείτοσι. *Calculis autem ludere*, πεττονομεῖν *Crates dixit in Vicinis*. Et *lib*. X. *cap*. XXVI. Ωσπερ καὶ ὅταν Κράτης φῇ ἐν τοῖς Γείτοσι. *Quomodo etiam quando Crates dixit in Vicinis*. Citat etiam Athenæus *lib*. IX.

Ηρωες

ab ipso iterum Suida laudantur *in* Αθάρα: Κράτης Ηρωσιν·

B Οὐκοῦν ἔτνους χρὴ δεῦρο τρύβλιον φέρειν,
Καὶ τῆς ἀθάρης. ——

Crates in Heroibus;

Nonne igitur leguminis pultis opus est huc catinum ferre,
Et pultis fabaceæ. ——

Item a Polluce *lib*. III. *cap*. XXX. *lib*. X. *capp*. XXIII. XLV

Θηρία.

Habes etiam apud Pollucem *lib*. VI. *cap*. IX. Εστι δὲ καὶ γαστρίδιον ἡδυσμένον, ὃ καὶ πύκωνας ἐνιοι κεκλῆσθαι οἴονται παρὰ Κράτητι τῷ κωμικῷ μόνῳ, καὶ ἅπαξ εἰρηκότι, ἐν Θηρίοις. C *Est vero etiam ventriculus conditus, quem etiam* πύκωνας *alii appellatum esse putant apud Cratetem comicum solum, qui etiam semel dixit, in Bestiis venenatis*. Et apud Athenæum *libb*. III. VI. Ab eodem

Λαμία

quoque in partes vocatur, *lib*. X. Οτι δὲ καὶ πάντες Θετταλοὶ, ὡς πολυφάγοι, διεβάλλοντο, Κράτης φησὶν ἐν Λαμίᾳ·

Επη τρίπηχυ, Θετταλικῶς τετμημένα.

D *Quod vero etiam omnes Thessali, tanquam voraces, incusabantur, Crates ait in Lamia*;

Carmina tricubitalia, Thessalice secta.

Et a Polluce *lib*. IX. *cap*. VI. Οἱ μέντοι ὀκτὼ ὀβολοὶ ἡμίεκτον ὠνομάζοντο, ὡς φησὶν ἐν Λαμίᾳ Κράτης. *Verum octo oboli* ἡμίεκτον, *dimidius sextarius, appellabantur, ut ait Crates in Lamia*.

Σάμιοι

a Zenobio laudantur, *Cent*. IV. *Proverb*. XLI. Ταύτης μέμνηται Κράτης ὁ κωμικὸς Σαμίοις. *Hujus meminit Crates comicus in Samiis*. Et Athenæo, *lib*. III. E Παρέλιπεν ὁ ποιητὴς Αρχέστρατος συγκαταλέξαι ἡμῖν καὶ τὸ παρὰ Κράτητι τῷ κωμῳδοποιῷ ἐν Σαμίοις λεγόμενον ἐλεφάντινον τάριχος. *Omisit Archestratus belluo recensere nobis etiam apud Cratetem comicum in Samiis dictum elephantinum salsamentum*. Item Polluce *lib*. VII. *cap*. XIV. Κράτης δ' ἐν Σαμίοις περὶ πορφυρῶν ἱματίων, ταύτας οἶδε τὰς πορφυροβαφεῖς ἐσθῆτας. *Crates autem in Samiis de purpureis vestibus, illas novit purpura tinctas vestes*. Quæ vero Fabula

Ποδῆται

F apud Suidam dicitur, corruptum habere nomen puto, & esse eam, quæ

Παιδιαὶ

aliis nuncupatur. Ecce enim apud Pollucem *lib*. IX. *cap*. VII. Η δὲ κυνητίνδα, ἀπὸ τοῦ κυνεῖν, ὅ ἐστι καταφιλεῖν, ὠνόμασται· ὅπερ ὑποδηλοῦν ἔοικε Κράτης ἐν Παιδιαῖς. *Cynetinda vero, ab* κυνεῖν, *quod est osculari, nominata est. Quod subindicare videtur Crates in Lusibus*. Sic apud Athenæum, *lib*. XI. Μνημονεύει

δ' αὐτοῦ Κράτης ἐν Παιδιαῖς, καὶ Ἕρμιππος ἐν Θεοῖς. A
Meminit autem illius Crates in Lusibus, & Hermippus in Diis. Apud Suidam ipsum alibi: Ἄλλο, ἕτερον, ἐκ παραλλήλου. Μένανδρος Μέθῃ·

Οὔτ' εἶχεν οὐ πῦρ, οὐ λίθον τ', ἄλλο τι,
Οὔθ' ἕτερον. ——

Κράτης Παιδιαῖς·

Τοῖς μὲν τραγῳδοῖς σεμνὸς ἕτερος πᾶς λόγος,
Ἄλλος μὲν ἐστιν. ——

Ἄλλο, ἕτερον, *aliud, ex parallelo. Menander in Ebrietate;*

Nec habuit ignem, nec lapidem, nec aliud quid, B
Nec alterum. ——

Crates in Lusibus;

Tragœdis quidem venerabilis altera omnis oratio,
Alia quidem est. ——

Præter has commemorantur, Suidæ præteritæ,

Ἑορταί.

Apud Pollucem *lib.* VII. *cap.* XXII. Κράτης δ' ἐν Ἑορταῖς ἔφη. *Crates autem in Festis dixit.*

Μέτοικοι. C

Etymologici Auctor, *in* Πωγωνιήτης: Κράτης γοῦν ἐν Μετοίκοις, λειποπωγωνία ἔφη. *Crates igitur in Inquilinis, defectum barbæ dixit.*

Ὀδυσσεῖς.

Item *in* Ἐπὶ Χαριξένης: Κράτης Ὀδυσσεῦσιν·

Οὐχ ἴδια ταῦτ', οὐκ ἔτ' ὄν τοι τἀπὶ Χαριξένης.

Crates in Ulyssibus;

Non privatim hæc, non verum utique quæ de Charixene. D

Πανόπται.

Scholiastes Aristophanis *Nubibus:* Ταῦτα δὲ πρότερος Κράτης, ἐν Πανόπταις δράματι, περὶ Ἵππωνος τοῦ φιλοσόφου, κωμῳδῶν αὐτὸν, λέγει. *Hæc autem prior Crates in Omnia-videntibus fabula, de Hippone philosopho, illum irridens, inquit.*

Παρακαταθήκη.

Pollux *lib.* IV. *cap.* XXIV. Δίκελλαν δὲ πέντε στατήρων Κράτης ἐν Παρακαταθήκῃ τὸ πεντάλιτρον (λέγει.) *Ligonem vero quinque staterum Crates in Deposito pentalitrum (dicit.)* E

Πυτίνη.

Etymologici Auctor *in* Διακαυνιῶσαι: Καῦνος γὰρ λέγεται ὁ κλῆρος. Κράτης Πυτίνῃ·

Ἀπὸ προτέρου τὸν καῦνον ἀριθμήσεις. ——

Καῦνος *enim dicitur sors. Crates Pytine;*

Ab priore sortem numerabis. ——

Ῥήτορες. F

Athenæus *lib.* IX. Κηφισιακῶν δὲ γογγυλίδων μνημονεύει Κράτης ἐν Ῥήτορσιν. *E Cephisso autem raparum meminit Crates in Rhetoribus.*

Σέρριφοι.

Scholiastes Aristophanis *Nubibus:* Κράτης δὲ ἐν Σερρίφοις ὡς ἀλαζόνα, καὶ κόλακα, καὶ συκοφάντην. *Crates autem in Serriphis tanquam ostentatorem, & assentatorem, & sycophantam.*

Συναριστῶσαι.

Athenæus *lib.* VI. Ἰδίως δ' ἐν Συναριστώσαις (Κράτης) ἔφη·

—— ἀστεῖον τὸ μὴ
Συνάγειν γυναῖκας, μηδὲ δειπνίζειν ὄχλον,
Ἀλλ' οἰκοσίτους τοὺς γάμους πεποιηκέναι,

Proprie autem in Simul-prandentibus (Crates) dixit;

—— *urbanum non*
Congregare fœminas, nec convivio excipere turbam,
Sed domesticas facere nuptias.

Τόλμαι.

Idem *eodem libro:* Ἐπισιτίου δὲ (μνημονεύει) Κράτης Τόλμαις. *Illius autem, qui si victus causa alicui locavit, (meminit) Crates in Audaciis.* Et *lib.* XIV. Καὶ τῶν μισθωτῶν δέ τις ἦν ᾠδὴ τῶν εἰς τοὺς ἀγροὺς φοιτώντων, ὡς Τηλεκλείδης φησὶν ἐν Ἀμφικτύοσι· καὶ βαλανέων ἄλλαι, ὡς Κράτης ἐν Τόλμαις. *Et mercenariorum aliquis erat cantus illorum, qui in agros veniebant, ut ait Teleclides in Amphictyonibus; & balneatorum alii, ut Crates in Audaciis.* Corruptus in hujus fabulæ nomine locus Pollucis, *lib.* IX. *cap.* VI. Τὸ οὖν τοῖς κρατιστοστόλοις, πρῶτον μὲν ταλαντιαῖος, &c. *Illud autem in* κρατιστοστόλοις *primum quidem* ταλαντιαῖος, *talentum æquans,* &c. Interpres doctus videtur legisse, ἐν τοῖς Κρατίνου Στολαῖς, *in Cratini Stolis.* Seberus vero, ἐν ταῖς Κράτητος Ἐπιστολαῖς, *in Cratetis Epistolis.* Ego legendum esse arbitror, ἐν ταῖς Κράτητος Τόλμαις, *in Cratetis Audaciis.*

Τροφώνιος.

Etymologici Auctor: Διαρρικνοῦσθαι, τὸ τὴν ὀσφὺν φορτικῶς περιάγειν. Κράτης Τροφωνίῳ. Διαρρικνοῦσθαι, *lumbos graviter circumagere. Crates Trophonio.*

Χείρωνες.

Athenæus *lib.* IX. Ἡ δὲ ὀρτυγομήτρα καλουμένη, ἧς μνημονεύει Κράτης ἐν Χείρωσι. *Ortygometra vero appellata, cujus meminit Crates in Chironibus.*

Φοινίσσαι.

Scholiastes Aristophanis *Vespis:* Ἣν καὶ ἀκαλήφην λέγεσθαί φησι Κράτης Φοινίσσαις. *Quam etiam urticam dici ait Crates Phœnissis.*

Sed nescio tamen, an hæ fabulæ omnes omnino unius Cratetis. Nam, ecce, erat

CRATES III.

item Comicus. Suidas: Κράτης, Ἀθηναῖος, κωμικὸς ἕτερος, καὶ αὐτὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. *Crates Atheniensis, comicus alter, & ipse veteris comœdiæ.* Verum quid Diogene Laertio faciemus, qui in *Vita Cratetis philosophi*, ubi alios etiam ejusdem cum ipso nominis refert, unum tantum, eumque primum, veteris Comœdiæ poetam statuit. Nam ita inquit: Γεγόνασι δὲ Κράτητες δέκα. Πρῶτος, ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητής. *Fuerunt autem Cratetes decem. Primus, veteris comœdiæ poeta.* Posterioris hujus fabulæ tres a Suida numerantur, Θησαυρὸς, Ὄρνιθες, Φιλάργυρος, *Thesaurus, Aves, Argenti-amans.* Sed quis fidem ei habebit, non plures fuisse? cum utriusque tantum nomen ille referat, ego autem viginti duas percensuerim. Ait porro Suidas de secundo, eum, præter Comœdias, multa etiam soluta oratione scripsisse: Συνέγραψε δὲ καὶ καταλογάδην τινά. *Verum conscripsit etiam quædam prosa oratione.* Ea necdum observare mihi licuit. Et, an recte? Nam fuit aliquis

CRATES IV.

Grammaticus; cujus meminit Scholiastes Sophoclis *Oed. Col.* Κράτης μὲν οὖν ὁ Ἀθηναῖος τὰ μὴ ἀμπέλινα τῶν ξύλων πάντα νηφάλια φησὶ προσαγορεύεσθαι. *Itaque Crates quidem Atheniensis non vitiginea ligna omnia sobria ait appellari.* Ejusque puto Opus,

Περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν.

Suidas citat, *in* Εἰρεσιώνη: Κράτης δὲ ὁ Ἀθηναῖος, ἐν τῷ Περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν, ἀφορίας ποτὲ, &c. *Crates autem Atheniensis, in libro De sacrificiis Atheniensium, sterilitates aliquando,* &c. Vide iterum in Κυνήειος. Et ex eo Scholiastes Aristophanis *Equitibus*, in ejusdem dictionis explicatione; item Apostolius *Cent.* XXI. *Prov.* XXIV. Ejusdem arbitror fuisse,

Περὶ τῆς Ἀττικῆς διαλέκτου.

Athenæus citat *lib.* III. Κράτης δ' ἐν δευτέρᾳ Ἀττικῆς διαλέκτου (φησὶ) θάργηλον καλεῖσθαι, τὸν ἐκ τῆς συγκομιδῆς πρῶτον γινόμενον ἄρτον. *Crates autem in secunda De Attica dialecto (ait)* θάργηλον *appellari panem, qui primus ex collectione frugum fieri solet.* Et *lib.* VI. Κράτης δ' ἐν δευτέρῳ Ἀττικῆς διαλέκτου φησί. *Crates autem in libro secundo De Attica dialecto inquit.* Item,

Περὶ τῆς Ἀττικῆς λέξεως.

Laudatur eidem Athenæo, in initio *l.* III. Κράτης δ' ἐν τοῖς Περὶ τῆς Ἀττικῆς λέξεως, Ἀριστοφάνην παρίστησι λέγοντα. *Crates autem in libris De Attica stylo Aristophanem exhibet dicentem.*

Περὶ τῆς ἀνωμαλίας.

A. Gellius *l.* II. *c.* XXV. *Duo autem Grammatici Græci illustres, Aristarchus, & Crates, summa ope, ille* ἀναλογίαν, *hic* ἀνωμαλίαν *defensitavit.* Hunc ipsum censeo, cujus meminit Clemens *Strom.* I. Κἂν ἕπεσθαί τις βουληθῇ τῷ γραμματικῷ Κράτητι, καὶ λέγῃ περὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον Ὅμηρον γεγονέναι, μετὰ ἔτη ὀγδοήκοντα τῆς Ἰλίου ἁλώσεως, εὑρεθήσεται πάλιν Σολομῶνος μεταγενέστερος. *Et si quis sequi velit grammaticum Cratetem, & dicat circa Heraclidarum adventum Homerum fuisse, post octoginta annos expugnationis Ilii, invenietur rursus Salomone junior.* Scholiastes Euripidis *Phœnissis*: Ὁ δὲ Κράτης φησὶν αὐτὰς δηλοῦν τὴν ὥραν. καθ' ἣν ἐκομίσθησαν εἰς τὴν Ἑλλάδα, τὴν μετὰ Ζεφύρου πνοὰς, τὴν φαινομένην κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον. *Crates vero ait illas significare tempus. Et deinde devectæ sunt in Græciam, quæ sita est post Zephyri flatus, qui apparet in Ionio sinu.* Et Apollonii, *l.* II. Μέλαθρον, τὴν ὀροφήν. Κράτης δὲ τὴν δοκὸν ἐδέξατο. *Melathron, tectum. Crates vero trabem accepit.* Homeri quoque *ad Iliad.* λ'. *Odyss.* γ'. Pindari, *Pyth.* ode III. & *Nem.* ode II. Solinus Polyhist. *cap.* XVII. Suidas, & Etymologici Auctor, locis pluribus. Ac fortassis est hic ipse, quem inter Rei Rusticæ Scriptores ponunt Varro & Columella.

CRATINUS I.

Comicus, cujus Fabulæ satis multæ memorantur. In his

Ἀρχίλοχοι.

Athenæus *l.* III. Τῶν δὲ πιννῶν μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχοις. *Pinnarum vero Cratinus meminit in Archilochis.* Et non multo post: Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις·

Πίννῃσι καὶ ὀστρείοισιν ὁμοίη. ——

Cratinus Archilochis;

Pinnis & ostreis similis. ——

Occurrit etiam *libb.* IV. IX. Plutarchus in *Cimone*: Ὡς δὴ καὶ Κρατῖνος ὁ κωμικὸς ἐν Ἀρχιλόχοις ἔοικε μεμνῆσθαι. *Quorum sane Cratinus enim comicus in Archilochis meminisse videtur.* Harpocration *in* ἰθύφαλλοι: Ἐλέγετο δὲ κυρίως ἰθύφαλλος, τὸ ἐντεταμένον αἰδοῖον, ὡς Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχοις. *Dicebatur autem proprie* ἰθύφαλλος, *erectum pudendum, sive Cratinus in Archilochis.* Clemens *Strom.* I. Κρατῖνος γοῦν ἐν τοῖς Ἀρχιλόχοις, ποιητὰς καταλέξας, ἔφη. *Cratinus igitur in Archilochis, poetas recensens, dixit.* Ita recte illic emendant viri docti. Et omnino emendandus item Pollux, *l.* VII. *c.* XI. Κρατῖνός που φησὶ, καὶ ἶπον μὲν ἐν Κλεοβουλίνῃ· καὶ Ἀρχιλόχοις δ' ἔφη, Κεῖται ἐν ἶπῳ. *Cratinus alicubi dicit, &* ἶπον *quidem in Cleobulina; & in Archilochis autem dixit, Jacent in* ἶπῳ. Usus est, inquit, Cratinus bis voce ἶπος; semel, in Cleobulina: iterum autem, in Archilochis. Hodie certe perperam editur, καὶ Ἀρχίλοχος δ' ἔφη, *sed etiam Archilochus dixit.* Quasi Archilochus citaretur. Diogenes Laertius in *Proœmio* citat singulari numero: Καθὰ καὶ Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχῳ. *Quomodo etiam Cratinus in Archilocho.* Et sic puto fuisse apud Hesychium *in* Ἐδοντι, pro quo nunc mendose editum, Κρατῖνος Ἀντιλέγω, *Cratinus Contradico.* Occurrit quoque hujus Fabulæ mentio apud Suidam, & Apostolium, *in* Διὸς ψῆφος.

Βουκόλοι.

Athenæus *l.* XIV. Σκώπτει δ' αὐτὸν εἰς τὰ ποιήματα καὶ (Κρατῖνος) ἐν Βουκόλοις. *Convitiis autem lacessit illum propter carmina etiam (Cratinus in Bubulcis.* Suidas: Ἀνδρακὰς, κατ' ἄνδρα, χωρίς. Κρατῖνος Βουκόλοις. Ἀνδρακὰς, *viritim, separatim. Cratinus Bubulcis.*

Βούσιρις.

Pollux *l.* X. *c.* XXIII. Κρατῖνος δὲ ἐν Βουσίριδι εἴρηκεν·

Ὁ βοῦς ἐκεῖνος, χ' ἡ μαγὶς, καὶ τἄλφιτα.

Cratinus autem in Busiride dixit;

Bos ille, & mactra, & farinæ.

Γείτονες.

Idem *l.* VII. *c.* XXXIII. Καρδοπογλύφος, ὡς Κρατῖνος εἴρηκεν ἐν Γείτοσι. Καρδοπογλύφος, *qui mactras polit, sicut Cratinus dixit in Vicinis.*

Γλαῦκος.

Athenæus *lib.* II. Κρατῖνος Γλαύκῳ.

Οὐ παντὸς ἀνδρός ἐστιν ἀρτῦσαι καλῶς.

Cratinus Glauco;

Non omnis viri est apparare bene.

Δηλιάδες.

Hesychius: Βοῦς ἐν αὐλίῳ, παροιμία ἐπὶ τῶν ἀχρήστων. Κρατῖνος Δηλιάσιν. *Bos in stabulo, proverbium de inutilibus. Cratinus Deliadibus.* Schol. Aristophanis *Vespis*: Μνημονεύει τοῦ ἔθους Κρατῖνος μὲν ἐν Δηλιάσι, Φερεκράτης δ' ἐν Ἐπιλήσμοσι. *Meminit illius moris Cratinus quidem in Deliadibus, Pherecrates autem in Obliviosis.* Athenæus *l.* IX. Κρατῖνος δ' ἐν Δηλιάσι·

—— τῷ δ' ὑποστρίψας τι μέρος
Πνίξων καθαρύλλως. ——

Cratinus autem in Deliadibus;

A —— *huic vero quum subtriveris aliquam partem*
Suffocaturus nitidule.
Suidas, *in* Ραζεῖν.

Διδασκαλίαι.

Suidas *in* Αναρύττειν: Κρατῖνος Διδασκαλίαις·

Οτε σὺ τοὺς καλοὺς θριάμβους ἀναρύττουσ' ἀπηχθάνου.
Cratinus Doctrinis;
Quando tu pulchros triumphos exhauriens invisa eras.

Διονυσαλέξανδρος.

B Etymologici Auctor: Βῆ, τὸ μιμητικὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς, οὐχὶ βαὶ λέγεται Αττικῶς. Κρατῖνος Διονυσαλεξάνδρῳ. Βῆ, *imitativum vocis ovium, non* βαὶ *dicitur Attice. Cratinus Bacchalexandro.* Suidas: Ανεπάγγελτος, ἄκλητος. Κρατῖνος Διονυσαλεξάνδρῳ. Ανεπάγγελτος, *non vocatus. Cratinus Bacchalexandro.* Vide iterum *in* Βῆ. Athenæus *l.* III. Κρατῖνος μὲν ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ·

Εν σαργανοισιν ἄξω ταρίχους Ποντικούς.
Cratinus quidem in Bacchalexandro;
In sportis adferam salsamenta Pontica.

C Et habes apud Pollucem, locis pluribus.

Δραπέτιδες.

Athenæus, *l.* VIII. Κρατῖνος δ' ἐν Δραπέτισιν, εἰπὼν περὶ αὐτοῦ. *Cratinus autem in Fugitivis, de illo loquens.* Et *l.* XI. Κρατίνου δ' εἰπόντος ἐν Δραπέτισι·

Δέχεσθε φιάλας τάσδε βαλανειομφάλους.
Cratino autem dicente in Fugitivis;
Accipite phialas has balneorum umbilicis similes.

D Apud Etymologici Auctorem *in* Απόπατος scribendum est, Κρατῖνος Δραπέτισι; quemadmodum etiam in *citato* Athenæi *loco*: ut recte monitum est a Sylburgio. Et corruptus omnino Hesychii locus: Αγερσικύβηλος. Κρατῖνος Ανδραπέτησιν ἐπὶ Λάμπωνος τὸν αὐτὸν ἀγύρτην, καὶ κυβηλιστὴν εἶπεν. Αγερσικύβηλος, *qui securim in se concitat. Cratinus Andrapetesin de Lampone eundem agyrtam, & circulatorem dixit.* Restituo, Κρατῖνος ἐν Δραπέτισι. Itaque apud Etymologici Auctorem *in* Αγερσικύβηλιν pro Κρατῖνος ἐν Δραπέταις, reponendum censeo, Κ. ἐν Δραπέτισι. Laudatur etiam Suidæ *in* Κυβηλίζειν, Ονος ὕεται, Ωδε.

E Εμπιπράμενοι.

Clemens *Strom.* VI. Αριστοφάνης γὰρ ὁ κωμικὸς ἐν ταῖς Πρώταις Θεσμοφοριαζούσαις τὰ ἐκ τοῦ Κρατίνου Εμπιπραμένων μετενήνεγκεν ἔπη. *Aristophanes autem comicus in Primis Thesmophoriazusis, versus ex Cratini Venundatis transtulit.*

Ερίφια.

Pollux *l.*VII. *c.*XIV. Σῦρον δὲ ἱμάτιον Κρατῖνος φησὶν Ερίφιοις. *Syrum vero vestimentum Cratinus ait in Hædis teneris.* Hesychius: Αἴδρυτον κακόν. Κρατῖνος
F Ερίφιοις. *Implacabile malum. Cratinus Hædis teneris.* Nisi forte pro Ερίφιοις utrobique Σεριφίοις scribendum esse quispiam censeat; quod non abnuo. Vide infra, in illius Fabulæ titulo.

Εὐμενίδες.

Scholiastes Aristophanis *Equitibus:* Τέκτονες εὐπαλάμων. Τέκτονες, πάντες οἱ τεχνῖται. καὶ τοῦτο δὲ ἐκ τῶν Εὐμενίδων Κρατίνου. *Fabri artificum peritorum.* Τέκτονες, *omnes artifices. Verum hoc quoque ex Cratini Eumenidibus.* Sed legendum ego censeo, ἐκ τῶν Εὐνειδῶν Κρατίνου. Nam erat Fabula hujus Comici, inscripta

Εὐνεῖδαι.

De qua vide, quæ notavi *Attic. Lect.* lib. V. cap. X. Citat quoque Stobæus *Serm.* L.

Ηρωες.

Pollux *l.* X. *c.* XVII. Καὶ ἐν γε τοῖς Κρατίνου Ηρωσι τὴν ἀσάμινθον κιβωτὸν νοοῦσιν. *Et in Cratini Heroibus solium balneatorium cistam intelligunt.* Suidas, *in* Ανεκάς: Κρατῖνος Ηρωσι·

Τὸν αὐχέν' ἐκ γῆς ἀνεκὰς εἰς αὐτοὺς βλέπων.
Cratinus Heroibus;
Cervicem ex terra sursum in illos respiciens.

Θράσων.

Hesychius: Απέφρησαν, ἀφῆκαν. Κρατῖνος Θράσωνι. Απέφρησαν, *dimiserunt. Cratinus in Trasone.* Ita enim locum illum restituendum existimo. Hodie corrupte editur, Κρατῖνος Θράσων.

Θρᾶτται.

Harpocration: Αρκυς λέγονται πάντα τὰ κυνηγετικὰ λίνα. Ξενοφῶν Κυνηγετικῷ. Κρατῖνος Θράτταις. Αρκυς *dicuntur omnia venatoria retia. Xenophon in Venatorio. Cratinus Thressis.* Plutarch. in *Pericle:* Διὸ καὶ πάλιν Κρατῖνος ἐν Θράτταις παίζει πρὸς αὐτόν. *Unde etiam rursus Cratinus in Thressis illum irridet.* Pollux *l.* X. *c.* XIX. Προσθετέον δὲ τὰς ἐν Θράτταις Κρατίνου πελίχας. *Apponendæ vero in Cratini Thressis illæ pelichæ.* Iterum mox, *c.* XXXVI. Καὶ καλιὰ δὲ, καὶ καλιὸς, ὁ τοιοῦτος οἰκίσκος, ὡς Κρατῖνος Θράτταις. *Sed etiam nidus, & cavea, talis domuncula, sicut Cratinus Thressis.* Hesychius: Δίλογχον, τὴν βένδιν οὕτω Κρατῖνος ἐν Θράτταις ἐκάλεσεν. *Duas lanceas gestantem,* βένδιν *sic appellavit Cratinus in Thressis.* Occurrit quoque apud Scholiasten Euripidis, *Hecuba*, Suidam, *in* Οκτώπους. In hanc Fabulam *Commentarium* scripsit Callistratus, citante Athenæo. Vide supra, in Callistrato.

Ιλιάδες.

Hesychius: Αἴθρια. Κρατῖνος Ιλιάσιν·

Υπερβορέους, αἴθρια τιμῶντας στέγη.
Subdialia. Cratinus Iliadibus;
Hyperboreos, subdialia colentes tecta.

Κλεοβουλῖναι.

Diogenes Laertius in *Cleobulo*, *l.* I. Γενέσθαι δὲ αὐτῷ θυγατέρα Κλεοβουλίνην, αἰνιγμάτων ἑξαμέτρων ποιήτριαν. ἧς μέμνηται καὶ Κρατῖνος, ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι, πληθυντικῶς ἐπιγράψας. *Sed fuisse ei filiam Cleobulinam, ænigmatum hexametris versibus poetriam. Cujus meminit etiam Cratinus, in cognomine fabula, quam pluraliter inscripsit.* Zenob. *Cent.* V. *Prov.* XIV. Μέμνηται αὐτῆς Κρατῖνος ἐν Κλεοβουλίναις. *Meminit illius Cratinus in Cleobulinis.* Hephæstion in *Enchiridio:* Εδείξαμεν ἔτι καὶ παρ' αὐτῷ τῷ Κρατίνῳ πολλάκις οὔσας, ὡς ἐν Κλεοβουλίναις. *Ostendimus amplius etiam apud ipsum Cratinum sæpius esse, sicut in Cleobulinis.* Athen. *l.* IV. Παροψωνεῖν δὲ ἔφη Κρατῖνος ἐν Κλεοβουλίναις. *Opsonia vero emere Cratinus in Cleobulinis dixit.* Corrigendus est Pollux *l.* VII. *c.* XI Κρατῖνος που φησὶ καὶ ἴπον μὲν ἐν Κλεοβουλίναις. *Cratinus alicubi ait; & ἴπον quidem in Cleobulinis.* Male numero singulari hodie editur, ἐν Κλεοβουλίνῃ. Et *lib.* X. *cap.* XXIV. Αβακον δ' εἰ βούλειό τι τῶν μαγειρικῶν

A σκευῶν καλεῖν, προχρηστέον σοι Κρατίνῳ ἐν Κλεοβουλίναις. *Abacum vero si velis aliquod coquinariorum vasorum appellare, utendum est tibi Cratino in Cleobulinis.* Hodie vulgatur, ἐν Κλεοβούλῳ. Quasi in Cleobulum etiam fabulam aliquam Comicus iste conscripsisset. Quod si esset, Diogenes Laertius, qui de filia accurate monet, non de patre omisisset. Restituendum quoque hoc nomen apud Hesychium: Αἴθης πέπλος. Κρατῖνος Κλεοβουλίναις. *Αἴθης peplum. Cratinus Cleobulinis.* Hodie corruptum est in vulgatis, Κρατῖνος Κλεοβουλ. ναις. Mendose item apud Scholiasten Aristophanis *Avibus*: Κρατῖνος ἐν Κλεοβούλοις·

B
—— Ἀκέστορα γὰρ ὅμως εἰκὸς λαβεῖν
Πληγὰς, ἐὰν μὴ συστρέψῃ τὰ πράγματα.

Cratinus in Cleobulis;

—— Medicum enim tamen merito accepturum
Plagas, nisi converterit actiones.

Repone ad eandem faciem, K. ἐν Κλεοβουλίναις.

Κρῆσσαι.

Hesychius *in* Κωνῆσαι: Καὶ πισσοκώνητον μόρον λέγουσιν, ὅταν πίσσῃ καταχρισθέντες τινὲς ὑπὸ πυρὸς ἀποθάνωσιν. Αἰσχύλος, καὶ Κρατῖνος ἐν Κρήσσαις. *Et pice illitam mortem dicunt, quando pice inuncti aliqui igne pereunt. Æschylus, & Cratinus in Cretensibus.* C

Μαλθακοί.

Etymologici Auctor: Κάβαισος, ὁ ἄπληστος, διὰ διφθόγγου, προπαροξύνεται. παρὰ τὸν κάβον, ὅ ἐστι μετασιτικόν. Κρατῖνος Μαλθακοῖς. *Κάβαισος, insatiabilis, per diphthongum, antepenultima acuitur. Ab cabo, mensura frumenti, quæ est metasiticum. Cratinus Mollibus.* Constantinus Porphyrogenneta *de Administr. Imp.* c. XXIII. Καὶ αὐτὸς Ἴβηρος ὁ τραγοπώγων ἐν Μαλθακοῖς εἴρηται τοῦ Κρατίνου. *Et ipse Iberus ὁ τραγοπώγων, hircinam barbam habens, in Mollibus ab Cratino dictus est.* Habes pluries apud Pollucem, & Athenæum, item Suidam, *in* Κύλλου πήραν. D

Νέμεσις.

Theocriti Scholiastes *Idyll.* XI. Κρατῖνος ἐν Νεμέσει·

Ὡς ἐσθίων οὖν τοῖς σιτίοις ἥδομαι.
Ἅπαντα δ' εἶναι μοὶ δοκεῖ ῥοδωνιὰ,
Καὶ μῆλα, καὶ σέλινα, καὶ σισύμβρια.

Cratinus in Nemesi; E

Sicut edens igitur frumentis delector.
Omnia vero esse mihi videntur roseta,
Et mala, & apium, & sisymbria.

Ita versus illos restituo. Pollux *l.* X. *c.* XLV. Κρατίνου δὲ εἰπόντος ἐν Νεμέσει·

Ἐν τῷ κύφωνι τὸν αὐχέν' ἔχων. ——

Cratino autem dicente in Nemesi;

In catasta cervicem habens. ——

Iterum *c.* XLIX. Καὶ τοῦτο Κρατῖνος ἐν Νεμέσει λέγει. *Atque hoc Cratinus in Nemesi dicit.* Scholiastes Aristophanis *Avibus*: Κρατῖνος ἐν τῇ Νεμέσει οἶδεν αὐτὸν ζῶντα. *Cratinus in Nemesi novit illum vivere.* F Iterum alibi ad eandem fabulam. Ἔστι καὶ ἕτερος αὐλητὴς, οὗ μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει. *Est etiam alter tibicen, cujus meminit Cratinus in Nemesi.* Habes etiam apud Stephanum *in* Ψύρα, & Athenæum *libb.* IX. XIV. XV.

Νόμοι.

Hesychius: Λυκαμβὶς ἀρχή. ὁ Κρατῖνος ἐν Νόμοις, τὸν πολέμαρχον δηλῶν. *Lycambis dignitas. Cratinus in Legibus, belli ducem significans.* Suidas: Ἀλώπηξ, ὄνομα κύριον. καὶ παροιμία· ἀλώπηξ οὐ δωροδοκεῖται. Κρατῖνος Νόμοις. *Alopex, nomen proprium: & proverbium; Vulpes donis non capitur. Cratinus in Legibus.* Scholiastes Aristophanis *Equitibus*: Κρατῖνος δὲ αὐτὸν ἐν Νόμοις χώνιον ἠθμὸν καλεῖ. *Cratinus vero ipsum in Legibus instrumentum fusorium colum vocat.* Meminit item Athenæus *libb.* XI. XIV.

Ὀδυσσεῖς.

Priscianus extremo *l.* XVIII. Κρατῖνος Ὀδυσσεῦσιν·

Ἧσθε πανημέριοι χορταζόμενοι γάλα λευκόν.

Cratinus Ulyssibus;

Sedetis per totos dies pascentes lacte albo.

Hephæstion in *Enchiridio*: Ὅτι μέντοι καὶ ἐν τῷ Ἀριστοφανείῳ καλουμένῳ ἀδιαφόρως εὑρίσκεται ὁ παραλήγων ἀνάπαιστος, ἢ σπονδεῖος, δηλώσει Κρατῖνος. Εἰς γὰρ τοὺς Ὀδυσσέας εἰσβάλλων, τούτῳ τῷ μέτρῳ ἐχρήσατο. *Quod vero etiam in Aristophanio appellato sine discrimine invenitur penultimus anapæstus, vel spondeus, indicabit Cratinus. Aggrediens enim Ulysses hoc metro usus est.* Et mox; Κρατῖνος δ' ἐν Ὀδυσσεῦσι συνεχεῖ τούτῳ ἐχρήσατο. *Cratinus autem in Ulyssibus continuo eo usus est.* Pollux *l.* VI. *c.* X. Καὶ σκόροδον, καὶ σκοροδάλμη, καὶ ὀξάλμη, ὡς Κρατῖνος ἐν Ὀδυσσεῦσι. *Et allium, & muria cum intrito allio, & muria acida, sicut Cratinus in Ulyssibus.* Et *l.* X. *c.* VII. Ἡ κλινίδα, ὡς ἐν Ὀδυσσεῦσι Κρατῖνος. *Vel lectulum, sicut Cratinus in Ulyssibus.* Scholiastes Aristophanis *Pluto*: Ὅμοιον τῷ Κρατίνου ἐν Ὀδυσσεῦσιν·

Σιγὰν νυν ἅπας ἔχε, σιγάν. ——

Simile huic Cratini in Ulyssibus;

Silentium nunc omnis tene, silentium.

Occurrunt pluries apud Suidam, & Athenæum. Meminit quoque Platonius *de diff. Com.*

Πανόπται.

Hephæstion: Ἡ δὴ μέντοι ἡ διὰ τοῦ μν σύνταξις ἐποίησέ που καὶ βραχεῖαν, ὡς παρὰ Κρατίνῳ ἐν Πανόπταις. *Jam utique constructio per mn fecit alicubi etiam brevem syllabam, sicut apud Cratinum in Omnia-cernentibus.* Et mox: Καὶ πάλιν (Κρατῖνος) ἐν Πανόπταις. *Et rursus (Cratinus) in Omnia-videntibus.* Suidas, *in* Κηκείδιος: Μέμνηται αὐτοῦ Κρατῖνος, ἐν Πανόπταις. *Meminit illius Cratinus, in Omnia-videntibus.* Meminit iterum, *in* Παιδικά. Aristophanis Scholiastes *Nubibus*: Ἀρχαῖος διθυραμβοποιὸς, οὗ μέμνηται Κρατῖνος ἐν Πανόπταις. *Antiquus dithyrambicus, cujus meminit Cratinus in Omnia-videntibus.* Iterum *Vespis*: Καὶ Κρατῖνος Πανόπταις·

—— μισεῖς
Γὰρ τὰς γυναῖκας, πρὸς δὲ παιδικὰ νῦν τρέπεις.

Et Cratinus in Omnia-videntibus;

—— *odisti*
Enim mulieres, ad pueros vero animum vertis.

Ita enim fragmentum illud Comici ibi constituo, & emendo.

Πλοῦτοι.

Pollux *l.* II. *c.* IV. Εἴρηκε δὲ Ξενοφῶν καὶ οὐδετέρως, ἀνάπηρα. Κρατῖνος δ' ἐν Πλούτῳ καὶ ἀναπηρίαν. *Dixit autem Xenophon quoque neutraliter, ἀνάπηρα mutila. Cratinus autem in Pluto etiam ἀναπηρίαν, mutilationem.* Athenæus *l.* III. Κρατῖνος Πλούτοις·

A Περὶ σιαγόνος βοείαις μαχόμενος.——
Cratinus Plutis;
De maxilla bovina pugnans.

Iterum *l.* IV. Πολέμων δ' ἐν τῷ παρὰ Ξενοφῶντι κανάθρῳ, τοῦ παρὰ Λάκωσι καλουμένου δείπνου, κοπίδος, μνημονεύοντα Κρατῖνον ἐν Πλούτοις λέγει. *Polemon autem in sirpea apud Xenophontem, convivium apud Lacones copidem dictum memorantem Cratinum in Plutis inquit.* Habesque etiam apud eundem, *libb.* VI. VII. Et apud Stobæum, *Serm.* CI.

Πυθαγορίζουσα.

B Suidas *in* Ξενοφάνης: Ἔσκωψε δ' αὐτὸν καὶ Κρατῖνος ἐν Πυθαγοριζούσῃ. *Dicteriis vero illum lacessebat quoque Cratinus in Pythagorizusa.* Nisi forte legendum, ἐν Πυθαγορίζουσι. Ut titulus fuerit, Πυθαγορίζοντες; sive,

Πυθαγορικοί.

Nam ita citatur a Diogene Laertio in *Pythagora*, l. VIII. Ἔσκωψε δ' αὐτὸν Κρατῖνος μὲν ἐν Πυθαγορικοῖς. *Conviciis autem illum petiit Cratinus quidem in Pythagoricis.* Nihil tamen decerno.

Πυλαία.

C Scholiastes Aristophanis *Pace*: Κρατῖνος δὲ ἐν τῇ Πυλαίᾳ δηλοῖ, ὅτι ἓξ ἐστι ζυγὰ τοῦ χοροῦ. *Cratinus autem in Pylæa indicat, chori sex esse juga.* Hesychius: Γοργῶπες. Κρατῖνος ἐν Πυλαίᾳ, λίμνην φησὶν εἶναι ἐν Κορίνθῳ, εἰληφέναι δὲ τοὔνομα, διὰ τὸ Γόργην ἐμπεσεῖν εἰς αὐτήν. *Gorgopes. Cratinus in Pylæa, paludem ait esse Corinthi, nomen vero accepisse, quia Gorge in illam incidit.* Iterum alibi: Ζωπύρου τάλαντα. Κρατῖνος ἐν Πυλαίᾳ. *Zopyri talenta. Cratinus in Pylæa.* Maximus Monachus in Dionysii Areopagitæ *ad Demophilum epist.* VIII. Ὡς Κρατῖνος δηλαδὴ ἐν Πυλαίᾳ δράματι. *Sicut Cratinus manifeste in Pylæa fabula.* D Apud Suidam *in* Ἀμφιάσασθαι pluraliter, & quasi neutro genere, legitur, Κρατῖνος Πυλαίοις, *Cratinus Pylæis.* Non recte. Corrigendus idem, *in* Εὔερον: Κρατῖνος Πυλαίᾳ. Γλῶσσαν εὔερον βοτῶν. *Cratinus Pylæa. Linguam bene lanatarum pecudum.* Male editur, Κρατῖνος. Πυλαίαν γλῶσσαν εὔερον βροτῶν. *Cratinus Pylæam linguam bene lanatam mortalium.* Et in partem emendavit vir doctissimus, Franciscus Portus.

Πυτίνη.

Clemens *Strom.* VI. Κρατίνου ἐν Πυτίνῃ εἰπόντος.

E Τὴν μὲν παρασκευὴν ἴσως γινώσκετε.
Cratino in Lagena dicente;
Apparatum quidem fortasse novistis.

Scholiastes Sophoclis *Ajace*: Δεσμώτης λέγεται ὁ αὐτὸς καὶ δέσμιος, ὡς ὁ δεσμώτης Προμηθεύς· καὶ ὁ δεσμῶν, ὡς Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ. Δεσμώτης, *vinctus, dicitur idem quoque* δέσμιος, *sicut vinctus Prometheus; &* δεσμῶν, *sicut Cratinus in Lagena.* Plutarchus in *Antiphonte*: Καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ τοῦ πονηροῦ μνημονεύει. *Et Cratinus in Lagena non mali meminit.* Scholiastes Aristophanis *Equitibus* corrigendus est: F Ταῦτα ἀκούσας ὁ Κρατῖνος, ἔγραψε τὴν Πυτίνην, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐλήρησεν ἐν οἷς κακῶς λέγει τὸν Ἀριστοφάνην, ὡς τὰ Εὐπόλιδος λέγοντα. *Quum illa audisset Cratinus, scripsit Lagenam, ostendens non se nugas agere in quibus maledicit Aristophani, tanquam Eupolidis verba dicenti.* Hodie editur, ἔ. τὴν Πιτυώνην. Rectius est apud eundem *Pace*: Πρὸς ταῦτα καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ πεποίηκεν. *Ad illa quoque Cratinus in Lagena fecit.* Observandum autem illud est, in verbis illis Scholiastæ *ad Equites*, causam scribendæ hujus Comediæ Cratino dedisse Aristophanem, cum

A eum illic perstrinxisset. Suidas *in* Κώδιον: Ὡς ἐνουρητὴν ὄν, καὶ μέθυσον, ἐξέβαλλε (ὁ Ἀριστοφάνης) τὸν Κρατῖνον. ὅθεν καὶ παροξυνθεὶς ἐκεῖνος, καίτοι τοῦ ἀγωνίζεσθαι ἀποστὰς, καὶ συγγράφειν, πάλιν ἀγωνίζεται, καὶ γράφει δρᾶμα τὴν Πυτίνην, εἰς αὐτόν τε καὶ τὴν μέθην. οἰκονομίᾳ δὲ κέχρηται τοιαύτῃ. τὴν κωμῳδίαν ἐπλάσατο ὁ Κρατῖνος εἶναι αὐτοῦ γυναῖκα, καὶ ἀφίστασθαι τοῦ συνοικεσίου τοῦ σὺν αὐτῷ θέλειν, καὶ κακώσεως αὐτοῦ δίκην λαβεῖν. φίλους δὲ παρατυχόντας τοῦ Κρατίνου, δεῖσθαι μηδὲν προπετὲς ποιεῖσθαι, καὶ τῆς ἔχθρας ἀνερωτᾷν τὴν αἰτίαν. τὴν δὲ, μέμφεσθαι αὐτῷ, ὅτι μὴ κωμῳδεῖ μηκέτι, μηδὲ συγγράφει, σχολάζει δὲ τῇ μέθῃ. *Tanquam imminctorem igitur & ebrium Cratinum incusat (Aristophanes.) Unde* B *etiam ira percitus ille, etsi certare & conscribere cessaverat, iterum aggreditur certamen, fabulamque Lagenam & in ipsum & ebrietatem scribit. Tali vero usus est dispositione. Comœdiam finxit Cratinus esse suam uxorem, & velle secum divortium facere, & ab se malitiæ pœnas sumere. Verum Cratini amicos forte præsentes, oportere nihil præceps agere, verum interrogare inimicitiæ caussam; illam vero queri de ipso, quod non amplius comœdias agit, nec scribit, sed quod ebrietati vacat.* Ubi habes totum Fabulæ argumentum. Est autem ultima omnium, quas scripsit; composita ab ipso paullo ante mortem, anno ætatis XCVII. Lucianus docet in *Longævis*: C Κρατῖνος δὲ, ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, ἑπτὰ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε. καὶ πρὸς τὸ τέλος τοῦ βίου διδάξας τὴν Πυτίνην, καὶ νικήσας, μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτα. *Cratinus autem comicus juxta septem & nonaginta annos vixit; & quum in fine vitæ Lagenam docuisset, & vicisset, non multo post mortuus est.* Acta autem ab eo fuit Olympiadis LXXXIX. anno I. Anonymus in *Descript. Olymp.* ad illud tempus diserte notat: Κρατῖνος νικᾷ Πυτίνῃ, *Cratinus vicit Lagena.* Meminerunt etiam τῆς Πυτίνης hujus pluribus locis, Athenæus, Pollux, & Suidas in Δεσμώτης.

D Σάτυροι.

Scholiastes Aristophanis in *Argumento Equitum* Πρῶτος ἐνίκα. δεύτερος, Κρατῖνος Σατύροις. *Pri[illegible] vincebat. Secundus, Cratinus Satyris.*

Σέριφοι.

Scholiastes Aristophanis *Vespis*: Ἀνδροκλέα δὲ Κρατῖνος Σερίφοις φησὶ δοῦλον, καὶ πτωχὸν, ἡταιρηκότα αὐτόν. *Androclem vero Cratinus in Virginibus vetulis servum ait, & pauperem, eum corrupisse.* Hephæstion: Παρὰ δὲ Κρατίνῳ ἐν τοῖς Σερίφοις, οὐκ ἔτι ἀκατάληκτόν E ἐστι τὸ δακτυλικὸν, τὸ ἡγούμενον τοῦ ἰθυφαλλικοῦ. *Apud Cratinum vero in Virginibus vetulis, non amplius acatalectum est dactylicum, quod dominatur in ithyphallico.* Hesychius in Βρίκελοι: Δίδυμος δὲ, τὰ τραγικὰ προσωπεῖα παρὰ Κρατίνῳ, οἷον βροτοείκελοι, ἐν Σερίφοις. *Didymus autem tragicas personas apud Cratinum, ut homini similes, in Virginibus vetulis.* Suidas, *in* Σπαθερόν: Καὶ Κρατῖνος δ' ἐν Σερίφοις, ἐπὶ τοῦ ὀξέος, ἢ ἰσχυροῦ. *Sed Cratinus quoque in Virginibus vetulis, de celeri, vel valido.* Alibi Σερίφιοι scribitur, ut apud eundem Hesychium: Διονυσοκουροπυρώνην. Κρατῖνος ἐν Σεριφίοις. *Bacchum puerum igne emptum Cratinus in Seriphiis.* Apud Pollucem *lib.* X. F *cap.* XXXIV. Τὴν δὲ Ἀνδρομέδαν Κρ[illegible] Σεριφίοις δελεάστραν καλεῖ. *Andromedam vero Cratinus in Seriphiis inescatoriam decipulam vocat.* Item apud Suidam: Ἀμοργοὶ, πόλεως ὄλεθρος Κρατῖνος Σεριφίοις. *Amorgi, urbis pernicies. Cratinus in Seriphiis.* Neque aliter est apud Stephanum *in* Δούλων πόλις.

Ταραντῖνοι.

Suid. *in* Ξενοφάνης: Ἔσκωψε δ' αὐτὸν Κρατῖνος ἐν Πυθαγοριζούσῃ, καὶ ἐν Ταραντίνοις. *Conviciis vero petebat illum Cratinus in Pythagorizusa, & in Tarentinis.*

Τροφώνιος.

Athen. *l.* VII. Κρατῖνος δ' ἐν Τροφωνίῳ φησίν·
Οὐδ' Αἰξωνίδ' ἐρυθρόχρων ἐσθίειν ἔτι
Τρίγλην. ——
Cratinus autem in Trophonio ait;
Nec Æxonidem colore rubentem edere amplius
Mullum. ——

Hephæstion: Καλεῖται δὲ ὑπ' αὐτῶν τῶν ποιητῶν Κρητικόν· ὥσπερ ὑπὸ Κρατίνου ἐν Τροφωνίῳ. *Appellatur autem ab ipsis poetis Creticum; quemadmodum ab Cratino in Trophonio.* Pollux *l.* VII. *c.* XXV. Αργυροκοπιστῆρας δὲ λόγων, ἐν Τροφωνίῳ παίζει Κρατῖνος. *Argentifabros autem orationum, ludit in Trophonio* B *Cratinus:* Iterum *l.* X. *c.* XXVI. Καὶ Κρατῖνος δὲ ἐν Τροφωνίῳ, καὶ Μένανδρος ἐν Θετταλικῇ. *Verum Cratinus quoque in Trophonio, & Menander in Thessalica.* Citat quoque Suidas *in* Αἵρεσθαι. Harpocration Ἐπιθέτους ἑορτάς, & Παρεῖαι ὄφεις.

Χειμαζόμενοι.

Scholiastes Aristophanis in *Argumento Acharnensium:* Ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου, καὶ πρῶτος ἦν. δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις. *Docta est archonte Euthymene in Lenæis per Callistratum, & primus erat. Secundus* C *Cratinus in Tempestate-jactatis.*

Χείρωνες.

Athen. *l.* XII. Κρατῖνός τ' ἐν Χείρωσι, τὴν τρυφὴν ἐμφανίζων τὴν τῶν παλαιοτέρων, φησίν. *Cratinusque in Chironibus, luxuriam antiquiorum declarans, ait.* Hephæstion: Διὰ τοῦτο καὶ Κρατῖνος ἐν Χείρωσι πεποίηκε. *Propterea etiam Cratinus in Chironibus fecit.* Diogenes Laertius in *Solone*, *l.* I. Ὅθεν καὶ Κρατῖνος ἐν τοῖς Χείρωσι φησίν, αὐτὸν ποιῶν λέγοντα. *Unde etiam Cratinus in Chironibus ait, illum faciens dicentem.* Plutarchus *Pericle*: Τῶν δὲ κωμικῶν ὁ μὲν D Κρατῖνος ἐν Χείρωσι φησί. *Inter comicos vero Cratinus quidem in Chironibus ait.* Schol. Aristophanis *Nubibus:* Μέμνηται τοῦ Πανδελέτου καὶ Κρατῖνος Χείρωσι. *Pandeleti meminit etiam Cratinus Chironibus.* Iterum *Vespis*: Αρμόδιος δὲ ἐν τοῖς Κωμῳδουμένοις καὶ τὸν Αδμητον ἀνάγει, γραφὴν παραθεὶς Κρατίνου ἐκ Χειρώνων. *Harmodius autem in Comicis etiam Admetum adducit, apposita Cratini scriptura ex Chironibus.* Laudat quoque Pollux, *l.* VI. *c.* XVI. & *l.* VII. *cap.* XXXIII. Suidas, *in* Οὐρανία αἴξ, Ραδαμάνθυος ὅρκος.

Ὧραι.

E Harpocration *in* Πυροί: Ομοίως Κρατῖνος ἐν Ὥραις, *Similiter Cratinus in Horis.* Hesychius *in* Κήτιον: Ὅπερ ἀντὶ πυρῶν καθίεσαν εἰς τὸ στόμα, ὡς Κρατῖνος ἐν Ὥραις σημαίνει. *Quod pro frumentis demiserunt in os, sicut Cratinus in Horis ostendit.* Et alibi: Μυσικάρφοι. Κρατῖνος ἐν Ὥραις, *Mysicarphi. Cratinus in Horis.* Citant etiam Suidas, *in* Μαρίλη, & Πυροφάγης, Hephæstion, Pollux, & Athenæus, non uno loco. Habes universim Fabulas Cratini aliquot triginta; ergo aut erravit Suidas, aut corrupti omnino numeri; ait enim, Ἔγραψε δὲ Δράματα κά. *Scripsit autem Fabulas* XXI. F

CRATINUS II.

Suidas unum tantum Cratinum nobis tradit, cum diserte tamen etiam junior alter commemoretur apud Auctores. Et Fabulæ ejus,

Γίγαντες.

Athen. *l.* XIV. Ἐσεμνύνει δὲ τὴν τέχνην καὶ ὁ νεώτερος Κρατῖνος ἐν τοῖς Γίγασι. *Artem vero extollebat junior quoque Cratinus in Gigantibus.* Hesychius: Πααμύλης, Αἰγύπτιος θεός. Κρατῖνος ὁ νεώτερος Γίγασιν·

—— ὡς σφοδρὸς
Ὁ Αἰγυπτιώδης Σώχαρις Παμύλης.

Paamyles, Ægyptius deus. Cratinus junior Gigantibus;

—— *tanquam vehemens*
Ex Ægypto Socharis Paamyles.

Θηραμένης.

Athen. *l.* IV. Χρῆσθαι δ' αὐτοῖς καὶ Κυπρίους φησὶ Κρατῖνος ὁ νεώτερος ἐν Θηραμένει. *Illis vero quoque uti Cyprios ait Cratinus junior in Theramene.*

Ὀμφάλη.

Pollux *l.* VII. *c.* XIII. Ἐν δὲ τῇ τοῦ νεωτέρου Κρατίνου Ὀμφάλῃ εἴρηται. *In junioris vero Cratini Omphale dictum est.* Athen. *l.* XV. Κατὰ τὸν νεώτερον Κρατῖνον, ὅς ἐν Ὀμφάλῃ φησί. *Juxta juniorem Cratinum, qui in Omphale ait.*

Τιτᾶνες.

Athen. *l.* VI. Κρατῖνος δ' ὁ νεώτερος ἐν Τιτᾶσι, *Cratinus autem junior in Titanibus.*

Ὑποβολιμαῖος.

Pollux *l.* VII. *c.* XXXIII. Παρὰ δὲ τῷ νεωτέρῳ Κρατίνῳ ἐν Ὑποβολιμαίῳ, βιβλιοθήκη. *Apud juniorem vero Cratinum in Supposititio, bibliotheca.*

Χείρων.

Athen. *l.* XI. Κρατῖνος δ' ὁ νεώτερος ἐν Χείρωνι·
—— πολλοστῷ δ' ἔτει
Ἐκ τῶν πολεμίων οἴκαδ' ἥκω συγγενεῖς,
Καὶ φράτορας, καὶ δημότας. ——
Cratinus autem junior in Chirone;
—— *multesimo autem anno*
Ex hostibus domum venio cognatos,
Et tribules, & populares. ——

Citant etiam Scholiastes Sophoclis *Oed. Col.* Zenobius *Cent.* V. *Proverb.* IX. Hesychius *in* Αὐτόφυτροι. Habes itaque manifesto Cratinos duos.

CRITIAS.

Hic e triginta tyrannis unus fuit, celebresque ejus

Ἐλεγεῖαι.

Plutarchus in *Vita Cimonis:* Κριτίας δὲ, τῶν τριάκοντα γενόμενος, ἐν ταῖς Ἐλεγείαις εὔχεται·
Πλοῦτον μὲν Σκοπαδῶν, μεγαλοφροσύνην δὲ Κίμωνος.
Critias autem, ex triginta unus, in Elegiis optat;
Divitias quidem Scopadarum, magnum vero animum Cimonis.

Et in *Alcibiadis*: Τὸ μὲν οὖν ψήφισμα τῆς καθόδου πρότερον ἐκεκύρωτο Κριτίου τοῦ Καλλαίσχρου γράψαντος, ὡς αὐτὸς ἐν ταῖς Ἐλεγείαις πεποίηκεν, ὑπομιμνήσκων τὸν Ἀλκιβιάδην τῆς χάριτος. *Itaque decretum quidem reditus primum firmabatur Critia Callæschri filio scribente, sicut ipse in Elegiis fecit, Alcibiadi suum beneficium in memoriam referens.* Athen. *l.* XV. Ἡ τῶν κοττάβων εὕρεσις Σικελική ἐστι παιδιά, ταύτην πρώτων εὑρόντων Σικελῶν, ὡς Κριτίας φησὶν ὁ Καλλαίσχρου ἐν τοῖς Ἐλεγείοις. *Cottaborum inventio Siculus est lusus, quem primum venerunt Siculi, sicut ait Critias Callæschri filius in E-*

legiis. Quem locum respexit Scholiastes Aristophanis *Pace*: Κότταβος. Ἀθηναῖος ἐν τῇ ιε. φησὶν, ὅτι Σικελική τίς ἐστι παιδιὰ, πρώτων εὑρόντων Σικελῶν· ὡς φησὶ Κριτίας ἐν τοῖς Ἐλεγείοις. *Cottabus. Athenæus in* XV. *ait, esse Siculum lusum, quem primi Siculi invenerunt; ut ait Critias in Elegiis.* Exstatque Elegiæ cujusdam Fragmentum apud Athenæum, *l.* I. Ac speciatim inter cæteras fuit,

Ἐλεγεία εἰς Ἀλκιβιάδην.

Laudat Hephæstion in *Enchiridio*: Ἐν δὲ τοῖς ἔπεσι σπανίως. ὥσπερ Κριτίας ἐν τῇ εἰς Ἀλκιβιάδην Ἐλεγείᾳ οὐκ ᾤετο ἐγχωρεῖν τὸ Ἀλκιβιάδου ὄνομα. *In hexametris autem rarius. Sicut Critias in Elegia in Alcibiaden non putabat admittendum Alcibiadis nomen.* Scripsit quoque,

Περὶ φύσεως ἔρωτος, ἢ ἀρετῶν.

Galenus in *Lexico Hippocratis*: Δυσανίης. Κριτίας ἐν τῷ Περὶ φύσεως ἔρωτος, ἢ ἀρετῶν, οὕτως ἐξηγεῖται τοὔνομα. *Graviter mœrens. Critias in libro De natura amoris, vel virtutum, ita explicat nomen illud.* Ex eo Opere videntur ista apud Stobæum, *Serm.* XIV.

Ὅστις δὲ τοῖς φίλοισι πάντα πρὸς χάριν
Πράσσων ὁμιλεῖ, τὴν παραυτίχ' ἡδονὴν
Ἔχθραν καθίστησ' εἰς τὸν ὕστερον χρόνον.
Quicunque autem cum amicis omnia ad gratiam
Faciens versatur, statim voluptatem
Inimicam statuit in posterum tempus.

Laudatur etiam

Ἀταλάντη.

Pollux *l.* VII. *c.* X. Κριτίας δὲ ἐν Ἀταλάντῃ, Ἀρπεδόνην τε λύσιν ἱστοῦ, τραγικώτερον. *Critias autem in Atalanta, Funemque solutionem telæ, nimis tragice.* Et

Πολιτεῖαι

commemorantur ab eodem, ejusdem *libri c.* XIII. Τὸ μὲν ὄνομα καὶ παρὰ Κριτίᾳ ἐστὶν ἐν Πολιτείαις. *Nomen quidem etiam apud Critiam est in Rebuspublicis.* Hujus Operis pars fuit,

Πολιτεία Λακεδαιμονίων.

Citatur ab Harpocratione, *in* Λυκηργεῖς: Κλίνη Μιλησιουργὴς, Κριτίας φησὶν ἐν τῇ Λακεδαιμονίων Πολιτείᾳ. *Lectus Milesii operis, Critias ait in Lacedæmoniorum Republica.* Etiam ab Athenæo, *l.* XI. Τρόποι εἰσὶ πόσεων κατὰ πόλεις ἴδιοι, ὡς Κριτίας παρίστησιν ἐν τῇ Λακεδαιμονίων Πολιτείᾳ. *Modi sunt potationum per urbes proprii, ut exponit Critias in Lacedæmoniorum Republica.* Iterum: Κριτίας δ' ἐν τῇ Λακεδαιμονίων Πολιτείᾳ, κλίνη Μιλησιουργὴς, καὶ τράπεζα Ῥηνειοεργής. *Critias autem in Lacedæmoniorum Republica, lectus Milesii operis, & mensa operis Rheniaci.* Et rursum: Κώθων, Λακωνικὸν ποτήριον, οὗ μνημονεύει Ξενοφῶν ἐν πρώτῳ Κύρου Παιδείας. Κριτίας δὲ, ἐν τῇ Λακεδαιμονίων Πολιτείᾳ, γράφει οὕτως. *Cothon, Laconicum poculum, cujus meminit Xenophon in libro primo Institutionis Cyri. Critias autem, in Lacedæmoniorum Republica, ita scribit.* Atque hunc Critiæ locum respexit Plutarchus in *Lycurgo*: Καὶ κώθων ὁ Λακωνικὸς εὐδοκίμει μάλιστα πρὸς τὰς στρατείας, ὥς φησι Κριτίας. *Et cothon Laconicus probatur maxime ad expeditiones, ut ait Critias.* A nonnullis putabatur item

Πειρίθους

ipsius esse, cum Euripidi a quibusdam tribueretur. Athen. *l.* X. Μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ ὁ τὸν Πειρίθουν γράψας, εἴτε Κριτίας ἐστὶν ὁ τύραννος, ἢ Εὐριπίδης. *Meminit autem illorum etiam ille qui Pirithoum scripsit, sive Critias est tyrannus, sive Euripides.* Scripta Critiæ, verum sine inscriptione, laudat Cicero *de Orat.* l. II. *Consecuti sunt hos Critias, Theramenes, Lysias. Multa Lysiæ scripta sunt, nonnulla Critiæ. De Theramene audivimus.* Ejus Orationes commemorat Dionysius Halicarnasseus in *Lysia*. Citat quoque Clemens *Strom.* VI. Theodoretus *Therap.* V. Stobæus *Serm.* XIV. XXIX. XCV. Aliis placuit, Critiam hunc sophistam fuisse, non istum e Triginta tyrannis. Joannes Grammaticus *in Aristotelem de Anima*, l. I. Κριτίαν ἔτι, τὸν ἕνα τῶν τριάκοντα, ὃς καὶ Σωκράτους ἠκροάσατο· ἢ καὶ ἄλλον τινὰ λέγει. οὐδὲν γὰρ διαφερόμεθα. φασὶ δὲ καὶ ἄλλον Κριτίαν γεγονέναι, σοφιστὴν οὗ καὶ τὰ φερόμενα συγγράμματα εἶναι, ὡς Ἀλέξανδρος. *Adhuc Critiam, unum e triginta, qui etiam Socratem audivit; sive etiam alium quendam dicit: nihil enim controvertimus. Verum alium quoque Critiam fuisse sophistam ajunt; cujus etiam Scripta feruntur esse, sicut Alexander.* Sed sciendum, Critiam tyrannum cum sophista eundem esse. Ponit quoque inter sophistas Philostratus, Operis, quod de iis scripsit, *l.* I.

CRITO.

Philosophus fuit, Socratis discipulus. De eo, & ejus Scriptis, vide Diogenem Laertium, *l.* II. Præter quæ commemoratur item a Suida

Ἀπολογία Σωκράτους.

Verba Suidæ ecce ista: Κρίτων, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος, Σωκράτους μαθητὴς, ὃς καὶ γνησίως διετέθη πρὸς Σωκράτην, καὶ τὰ πρὸς τὴν χρείαν πάντα ἐδίδου αὐτῷ. ἔγραψε Σωκράτους Ἀπολογίαν. *Crito, Atheniensis, philosophus, Socratis discipulus, qui etiam bene erga Socratem affectus fuit, atque omnia sua ad usum dabat. Scripsit Socratis Defensionem.* Ejusdem arbitror fuisse,

Περὶ προνοίας, καὶ ἀγαθῆς τύχης,
De providentia, & bona fortuna.

Meminit Stobæus *Serm.* III.

DAES *Colonensis*.

Citatur Opere incerto a Strabone *l.* XIII. Φησὶ δὲ Δάης ὁ Κολωνεὺς, ἐν Κολώναις ἱδρυθῆναι πρῶτον ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος πλευσάντων Αἰολέων τὸ τοῦ Κιλλαίου Ἀπόλλωνος ἱερόν. *Daes autem Colonensis ait, in Colonis primum ab Æolensibus ex Græcia navigantibus positum esse Cillei Apollonis templum.*

DAMOXENUS.

Comicus; de quo Suidas: Δαμόξενος, Ἀθηναῖος, κωμικός. τῶν Δραμάτων αὐτοῦ Σύντροφοι, ὡς Ἀθήναιος λέγει ἐν τρίτῳ Δειπνοσοφιστῶν· καὶ, Ἑαυτὸν πενθῶν, ὡς πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν ἑνδεκάτῳ. *Damoxenus, Atheniensis, comicus. Inter Fabulas ejus Simul-nutriti, sicut Athenæus ait in libro tertio Deipnosophistarum. Et, Seipsum lugens, ut rursus idem in undecimo.* Ecce, Fabulæ ejus duæ ab Athenæo citantur. Et

Σύντροφοι

quidem, *l.* III. istis verbis: Καὶ ἐσθίειν παρακελεύεται, τὰ, καὶ τὰ, οὐδὲν ἀποδέων τοῦ παρὰ Δαμοξένῳ τῷ κωμῳδοποιῷ μαγείρου, ὃς ἐν Συντρόφοις φησίν. *Et edere hortatur, illa, & illa, nihil differens ab coquo apud Damoxenum comicum, qui in Simul-nutritis ait.*

Ἑαυτὸν πενθῶν,

lib. XI. istis verbis: Ἐλέφας. οὕτως ἐκαλεῖτο ποτήριόν τι, ὡς Δαμόξενος φησὶν ἐν Ἑαυτὸν πενθοῦντι. *Elephas. Sic appellabatur poculum aliquod, sicut Damoxenus ait in Seipsum lugente.*

DEMADES I.

Orator. Scripsit,

Ἀπολογισμὸν τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας, πρὸς Ὀλυμπιάδα.

Et,

Ἱστορίαν περὶ Δήλου, καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων.

Suidas: Δημάδης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, καὶ δημαγωγός· πανοῦργος, καὶ εὐτυχὴς, πρότερον ναύτης ὤν. ἔγραψεν Ἀπολογισμὸν πρὸς Ὀλυμπιάδα τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας. Ἱστορίαν περὶ Δήλου, καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων. *Demades, Atheniensis, rhetor, & popularis; callidus, & felix, antea nauta. Scripsit Defensionem ad Olympiadem sui duodecennii. Historiam de Delo, & nativitate liberorum Latonæ.* Et Ἀπολογισμὸς quidem τῆς δωδεκαετίας, exstat. Meminit ejus Syrianus *in Hermogenem*: Οἷον Δημάδου, τοῦ ἀπὸ τῆς κώπης ἀνίπτοις τὸ τοῦ λόγου χερσὶν ἐπὶ τὸ βῆμα πηδήσαντος. *Prout Demadis. qui ab remo illotis, ut ajunt, manibus ad tribunal transiluit.* Quintilianus *l.* II. *c.* XVII. *Ad cujus rei confirmationem afferunt Demadem remigem, & Æschinem hypocriten, oratores fuisse.* Hujus filius adoptivus fuit,

DEMADES II.

item orator. Suidas de eo: Δημάδης, Λακιάδης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ. τοῦτον εἰσεποίησεν ὁ πρότερος Δημάδης. *Demades, Laciades, Atheniensis, rhetor, Hunc adoptavit prior Demades.* An quid scripserit, minus certum, & jam Ciceronis tempore nulla ipsius Scripta exstabant. Testatur ille in *Bruto*: *Huic (Demostheni) Hyperides proximus, & Æschines fuit, & Lycurgus, & Dinarchus; &, is cujus nulla exstant Scripta, Demades.* Nam de Demade secundo capienda ista verba, cum prior scripserit. Quintilianus simpliciter ait, nihil scriptum reliquisse, *l.* XII. *c.* X. *Plures eruditorum aliam esse dicendi rationem, aliam scribendi, putaverunt; ideoque in agendo clarissimos quosdam nihil posteritati, mansurisque mox literis, reliquisse: ut Periclem, & Demadem.* Hujus filius,

DEMEAS,

etiam orator. Suidas, ubi de Demade secundo: Τοῦτον εἰσεποιήσατο ὁ πρότερος Δημάδης, ὁ καὶ δημαγωγὸς, ἀπὸ αὐλητρίδος τεχθέντα. πατὴρ δὲ καὶ αὐτὸς Δημέου τοῦ ῥήτορος γέγονε. *Hunc adoptavit prior Demades, qui etiam popularis, ex tibicina natum. Ipse vero quoque Demeæ rhetoris pater fuit.* Meminerunt ejus Plutarchus in *Phocione*, & Athen. *lib.* XIII. De Scriptis ejus nihil constat.

DEMETRIUS,

Phalereus cognomento appellatus, a Phalero, Atticæ populo, ubi natus. Videndus de eo Diogenes Laertius, qui *Vitam* quoque *ejus* scripsit, & Scriptorum indicem ponit, *l.* V. Ex quibus,

Περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας.

citatur etiam ab Harpocratione, *in* Ἑρκεῖος Ζεύς: Καὶ Δημήτριος ἐν τοῖς Περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας. *Et Demetrius in libris De legislatione Atheniensi.* Iterumque in Παράστασις: Δημήτριος δ' ὁ Φαληρεὺς ἐν τοῖς Περὶ νομοθεσίας, τοὺς διαιτητὰς φησὶ λαμβάνειν τὰς δραχμάς· μίαν μὲν, ἀπὸ τῆς λήξεως, ἣν παράστασιν ἐκάλουν· ἑτέραν δὲ, καθ' ὑπωμοσίαν ἑκάστην. *Demetrius autem Phalereus in libris De legislatione, arbitros ait drachmas accipere; unam quidem, ab sortitione, quam parastasin appellabant; alteram vero, propter unumquodque dilatorium jusjurandum.* Totidem verbis Suidas, in eadem dictione.

Σωκράτης,

Hephæstion in *Enchiridio*: Εὔπολις δὲ, ἐν τοῖς Ἀστρατεύτοις, καὶ ἀτακτότατα συνέθηκε τὸ εἶδος. *Eupolis autem in Non-militantibus, etiam inordinatissime illam speciem composuit.* Diog. Laert. in *Platon. l.* III. Προάστειον ἀλσῶδες, ἀπό τινος ἥρωος ὀνομασθὲν Ἀκαδήμου, καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Ἀστρατεύτοις φησίν. *Suburbanum nemorosum, ab heroe aliquo Academo appellatum, sicut Eupolis quoque in Non-militantibus ait.* Athen. *l.* IX. Εὔπολις δ' ἐν Ἀστρατεύτοις φησὶ περὶ αὐτοῦ οὕτως. *Eupolis autem in Non-militantibus de eo sic loquitur.* Scholiast. Aristoph. *Pace*: Προείρηται δὲ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις. *Ante dictum est apud Eupolidem in Non-militantibus.* Verum genuina inscriptio erat,
C

Ἀστράτευτοι, ἢ Ἀνδρόγυνοι.

Suidas, ubi de Eupolide: Τὰ δὲ Δράματα αὐτοῦ, Αἶγες, Ἀστράτευτοι, ἢ Ἀνδρόγυνοι, καὶ ἄλλα. *Fabulæ vero ejus, Capræ, Non-militantes, vel Viro-fœminæ, & aliæ.*

Αὐτόλυκος.

Etymologici Auctor, *in* Φιτύω: Λέγεται δὲ καὶ τὸ γέννημα, φίτυ. Εὔπολις Αὐτολύκῳ·

D
—— ἤγαγεν καινὸν φίτυ.

Dicitur vero etiam progenies, φίτυ. *Eupolis Autolyco;*

—— *duxit novam progeniem.*

Suidas: Ἀναφλασμοὶ, τὰ Ἀφροδίσια. Εὔπολις Αὐτολύκῳ. Ἀναφλασμοὶ, *Venerea. Eupolis Autolyco.* Et alibi pluries. Schol. Aristophanis *Nubibus*, & *Pace*, in re eadem, sed paullo aliter: Φίτυ, σπέρμα. καὶ φιτῦσαι, γεννῆσαι. καὶ τὸ γέννημα, φίτυμα. Εὔπολις Αὐτολύκῳ·

—— αὐτὰρ ἤγαγες
E
Καινὸν φίτυμα βοῶν. ——

Φίτυ, *semen: &* φιτῦσαι, *gignere: & progenies,* φίτυμα. *Eupolis Autolyco;*

—— *verum duxisti*
Novam progeniem boum. ——

Harpocrat. *in* Ἐπιδέκατον: Καὶ ἐπίπεμπτον εἰώθασι λέγειν τὸ πέμπτον. ὡς καὶ Εὔπολις Αὐτολύκῳ. *Et* ἐπίπεμπτον *soliti sunt dicere quintum. Sicut etiam Eupolis Autolyco.* Edita hæc Fabula, archonte Aristione. Hoc, & argumentum Fabulæ, Athenæus nobis tradit, *l.* V. Ἔστι δὲ οὗτος ὁ καιρὸς, καθ' ὃν Ἀριστίων ἄρχων
F
ἦν. ἐπὶ τούτου γὰρ Εὔπολις, τὸν Αὐτόλυκον διδάξας, διὰ Δημοστράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου. *Illud autem tempus est, quo Aristion archon erat. Sub illo enim Eupolis, Autolycum docens, per Demostratum victoriam Autolyci irridet.* Factum autem Olymp. LXXXIX. anno IV. Anonymus in *Descript. Olymp.* ad id tempus diserte notat: Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον ἐδίδαξεν, *Eupolis Autolycum docuit.* Citatur quoque alibi non semel apud Athenæum, quem dixi, & Pollucem. Verum gemina isto nomine Fabula fuit, &

Αὐτόλυκος α΄.

A
citatur Polluci, *l.* VII. *c.* XXXIII. Τὸ δὲ πορεύεσθαι ῥῆμα, ἐν τῷ πρώτῳ Εὐπόλιδος Αὐτολύκῳ. Πορεύεσθαι *autem verbum in primo Eupolidis Autolyco.*

Αὐτόλυκος β΄.

Schol. Aristoph. *Nubibus*: Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ β΄. ὡς καὶ διὰ Μυῤῥίνην ἑταίραν τὰ χρήματα ἀποβέβληκε φησίν. *Eupolis in Autolyco secundo, ut etiam per Myrrhinam meretricem eum bona perdidisse ait.*

B
Βάπται.

Ammon. *de Diff. Voc. in* Ὑπάγειν: Κέχρηται τῇ λέξει Εὔπολις ἐν Βάπταις. *Usus est hac dictione Eupolis in Tinctoribus.* Hesych. Βάστας, ὁ Χῖος, Δημοκρίτου ἐπώνυμον, καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Βάπταις. *Bastas, Chius, Democriti cognomen, sicut & Eupolis in Tinctoribus.* Hephæstion in *Enchiridio*: Ἔνια δὲ παίζουσιν οἱ κωμικοὶ, ὡς Εὔπολις ἐν Βάπταις. *Aliqua vero ludunt comici, sicut Eupolis in Tinctoribus.* Priscianus *de Metris Com. Eupolis* Βάπταις, *cum in aliis jambis ejusdem Fabulæ recta est observatione metrorum usus, hos tamen posuit, in fine habentes spondeos.* Harpocr.
C
in Παλιναίρετος: Εὔπολίς τε ἐν Βάπταις δηλοῖ, καὶ Ἄρχιππος ἐν τοῖς Ἰχθύσι. *Eupolisque in Tinctoribus notat, & Archippus in Piscibus.* Habes quoque apud Athenæum, Pollucem, Priscianum *l.* XVIII. Scholiasten Aristophanis *Pluto*. Argumentum Fabulæ, & poetæ ob istam etiam mortem, narrat Interpres Juvenalis, *Sat.* II. *Baptæ, titulus libri, quo impudici describuntur ab Eupolide; qui inducit viros Athenienses, ad imitationem fœminarum saltantes, lassare psaltriam. Baptæ ergo molles, quo titulo Eupolis comœdiam scripsit, ob quam ab Alcibiade, quem præcipue perstrinxerat, necatus est.* Mortem etiam Plato-
D
nius narrat, *de Diff. Com.* Ἴσμεν γοῦν τὸν Εὔπολιν, ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς Βάπτας, ἀποπνιγέντα εἰς τὴν θάλασσαν ὑπ' ἐκείνων, εἰς οὓς καθῆκε τοὺς Βάπτας. *Scimus igitur Eupolim, quia Tinctores docuerat, ab illis, in quos composuerat Tinctores, in mari suffocatum esse.* Sed falso id dictum, ex Eratost. docet Cic. *ad Atticum*, l. VI. ep. I. *Quis enim non dixit,* Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας, *ab Alcibiade, navigante in Siciliam, dejectum esse in mare? Redarguit Eratosthenes: affert enim, quas ille post id tempus Fabulas docuerit.*

Δῆμοι.

E
Plutarchus in *Camillo*: Δοκεῖ δὲ καὶ τὸν νόθον ἐκ ταύτης τεκνῶσαι, περὶ οὗ πεποίηκεν Εὔπολις ἐν Δήμοις αὐτὸν μὲν οὕτως ἐρωτῶντα. *Videtur autem spurium ex illa procreavisse, de quo Eupolis in Populis illum quidem ita rogantem fecit.* Iterum in *Pericle*: Ὁ δ' Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις, πυνθανόμενος περὶ ἑκάστου τῶν ἀναβεβηκότων ἐξ ᾅδου δημαγωγῶν, ὡς ὁ Περικλῆς ὠνομάσθη τελευταῖος·

Ὅ, τι περ κεφάλαιον τῶν κάτωθεν ἤγαγες;

Eupolis autem in Populis, quum intellexisset de singulis oratoribus, qui ab inferis adscenderant, Periclem ultimum nominatum esse;

Quodnam caput ab inferis adduxisti?

F
Harpocr. *in* Ἀσπασία: Δοκεῖ ἐξ αὐτῆς ἐσχηκέναι ὁ Περικλῆς τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ Περικλέα, τὸν νόθον. ὡς ἐμφαίνει καὶ Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις. *Videtur ex illa habuisse Pericles cognominem sibi Periclem, spurium. Sicut ostendit Eupolis in Populis.* Et in Μεῖον: Περὶ δὲ τοῦ μειαγωγοῦ, Εὔπολις ἐν Δήμοις. *De minus-ducente, Eupolis in Populis.* Aphthonius, c. Περὶ ἠθοποιΐας: Ὡς ἐν Δήμοις Εὔπολις ἔπλασεν, καὶ Ἀριστείδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ τεσσάρων. *Sicut in Populis Eupolis finxit, & Aristides in oratione Pro quatuor.* Emendandus est Am-

monius *de Diff. Voc. in* Τύραννος: Ἐσθ' ὅτε καὶ τὸν τύραννον βασιλέα ἔλεγον, ὡς Εὔπολις ἐν Δήμοις, ἐπὶ τοῦ Πεισιστράτου. *Aliquando etiam tyrannum regem dicebant, sicut Eupolis in Populis, de Pisistrato.* Hodie editur, ἐν Δόμοις. Idemque mendum est apud Stobæum, *Serm.* XXXV. Occurrit etiam apud Athenæum, & Pollucem, locis pluribus; etiam Suidam, & Scholiasten Aristophanis *Acharn.* & Priscianum *l.* XVIII.

Δραπέται.

Etymologici Auctor: Ἀφαδὸς, ἐχθρός· παρὰ τὸ ἀφαδαίνειν. καὶ ἀφαδία, ἡ ἀπαρέσκουσα ἔχθρα. Εὔπολις ἐν Δραπέταις. Ἀφαδὸς, *inimicus; ab* ἀφαδαίνειν: *&* ἀφαδία, *implacabilis inimicitia. Eupolis in Fugitivis.*

Δυάς.

Pollux *l.* IX. *c.* IV. Τὸν δὲ ἀστὸν Εὔπολις ἐν τῇ Δυάδι εὔπολιν εἴρηκεν, οἷον ἐγχώριον. *Civem vero Eupolis in Binario* εὔπολιν *dixit, tanquam incolam.* Sed scribendum illic censeo, ἔμπολιν εἴρηκεν, *civitatem incolentem dixit.* Dictum erat a poeta, in hac Fabula, Ἔμπολις, quo modo Ἐγχώριος. Id monere voluit Pollux; sed corrupta hodie verba rem obscurant.

Εἵλωτες.

Athenæus *l.* IV. Καὶ Εὔπολις ἐν Εἵλωσι·

—— καὶ γένηται τοῖσδε σάμερον
Κοπίς. ——

Et Eupolis in Helotibus;
—— *& erit illis hodie*
Convivium. ——

Pollux *l.* IX. *c.* VI. Ἐν δὲ τοῖς Εὐπόλιδος Εἵλωσιν εἴρηται·

Ὀβολὸν τῆς καλλιχελώνου. ——

In Eupolidis autem Helotibus dictum est;
Obolum pulchra cum testudine. ——

Κλοπαί.

Erotianus: Ἡδύσμασι, τοῖς χλωροῖς, καὶ ξηροῖς, ἀρτύμασιν. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις. ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἱππεῦσι, καὶ Εὔπολις ἐν Κλοπαῖς. *Condimentis, viridibus, & aridis, apparatibus. Attica autem dictio. Sicut etiam Aristophanes in Equitibus, & Eupolis in Furtis.*

Κόλακες.

Phrynichus in *Ecloga Dict. Attic.* Ἐνδυμενία, ἀμαθῶς. δέον διττῶς λέγειν, ὡς Εὔπολις Κόλαξι. *Vestitus, indocte: cum oporteat dupliciter dicere, sicut Eupolis in Assentatoribus.* Harpocration *in* Περίστατοι: Τὸ ὄνομα καὶ ἐν Ἀρχιδάμῳ ἐστὶ, καὶ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Κόλαξι. *Nomen etiam in Archidamo est, & apud Eupolidem in Assentatoribus.* Macrob. *l.* VII. *c.* XV. *In pulmonem defluere potum, nec poetæ nobiles ignorant; ait enim in Fabula, quæ inscribitur* Κόλακες. Diog. Laert. in *Protagora l.* IX. Ὡς δ' Εὔπολις ἐν Κόλαξι, Τήϊος, *Sicut vero Eupolis in Assentatoribus, Tejus.* Scholiast. Aristoph. *Nubibus:* Λαφυγμὸν γὰρ λέγει, τὸ ἀπλήστως ἐσθίειν. Εὔπολις Κόλαξι. *Liguritionem enim dicit, insatiabiliter edere. Eupolis in Assentatoribus.* Iterum *Pace:* Καὶ πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς Κόλαξιν Εὔπολις, ὡς κίναιδον αὐτὸν διαβάλλει, καὶ κόλακα. *Et multo magis in Assentatoribus Eupolis, tanquam cinædum illum criminatur, & assentatorem.* Acta est hæc Fabula archonte Alcæo, Olymp. LXXXIX. anno III. Anonymus in *Olymp. Descript.* ad illud tempus: Εὔπολις τοὺς Κόλακας ἐδίδαξε, *Eupolis Assentatores docuit.* Sæpe meminerunt Athenæus, Pollux, Suidas. Mendose

Κόρακες

scribitur apud Hephæstionem: Τούτῳ μὲν οὖν τῷ ὑστάτῳ κέχρηται Ἀριστοφάνης, καὶ ἐν ἄλλοις Δράμασι, καὶ ἐν Σφηξίν. ἀλλὰ καὶ Εὔπολις ἐν Κόραξι. *Hoc quidem igitur postremo usus est Aristophanes, & in aliis Fabulis, & in Vespis. Sed etiam Eupolis in Corvis.* Omnino restituendum, Εὐ. ἐν Κόλαξι.

Λάκωνες.

Erotianus: Μυττωτόν. οἱ μὲν Ἀττικοὶ ὑπότριμμά τι μετὰ σκόρδου γινόμενον λέγουσιν. Εὔπολις δὲ ἐν Λάκωσι, τὸ ἄμυλον λέγων, φησίν·

Τὰ συκάρι' ἐποίησε μυττωτὸν πολύν.

Μυττωτόν. *Attici quidem intritum aliquod cum allio fieri solitum dicunt. Eupolis autem in Laconibus,* ἄμυλον *dicens, loquitur;*

Ficus parvas fecit intritum multum.

In hac Fabula perstringebantur, qui Laconibus studerent, interque illos etiam Cimon. Inde etiam petita conjicio, quæ apud Plutarchum occurrunt in *ejus Vita:* Τὸν δῆμον ἐξηρέθιζον, ἐκεῖνά τε τὰ πρὸς τὴν ἀδελφὴν ἀνανεούμενοι, καὶ Λακωνισμὸν ἐπικαλοῦντες. εἰς ἃ καὶ τὰ Εὐπόλιδος διατεθρύλληται περὶ τοῦ Κίμωνος, ὅτι

Κακὸς μὲν οὐκ ἦν, φιλοπότης δὲ, κἀμελής·
Κἀνίοτ' ἀπεκοιμᾶτ' ἂν ἐν Λακεδαίμονι,
Κἂν Ἐλπινίκην τήνδε καταλιπὼν μόνην.

Populum exstimulaverunt, & illa quæ adversus sororem commissa erant renovantes, & Laconibus eum studere acclamantes. Ad quæ etiam hæc Eupolidis vulgata sunt de Cimone;

Malus quidem non erat, sed bibax, & negligens;
Et interdum dormiebat Lacedæmone,
Et Elpinicen hanc derelinquens solam.

Corrigendus est Anonymus in *Argumento in Cimonem Aristidis:* Δίδυμος δὲ φησὶν, οὐχ ὅτι ἐλακώνιζεν, ἀλλ' ὅτι ἐν Πυκνὶ τῇ ἀδελφῇ συνῆν. αἴτιοι δὲ τῆς διαβολῆς οἱ κωμικοὶ, μάλιστα Εὔπολις. *Didymus vero ait, non quod Laconibus studuerit, sed quod in Pnyce cum sorore rem habuerit. Comici vero hujus calumniæ auctores sunt, potissimum Eupolis.* Corrupte editur, μάλιστα ἐν πόλεσι, *potissimum in urbibus.*

Μαρικᾶς.

Aristophanes *Nubibus:*

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν.
Eupolis quidem Maricam primum protraxit.

Ælianus *Var. Hist.* l. XII. c. XXX. Ὁμολογεῖ δὲ καὶ Εὔπολις ἐν τῷ Μαρικᾷ, *Fatetur vero etiam Eupolis in Marica.* Stephanus *in* Γάδειρα: Λέγεται καὶ Γαδειρίτης, ὡς ἀπὸ Γάδειρα θηλυκοῦ, καὶ Γαδειρανοὶ, καὶ κτητικὸν, Γαδειρικός. Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ. *Dicitur etiam Gadirita, tanquam ab Gadira fœminino genere, & Gadirani, & possessivum Gadiricus. Eupolis in Marica.* Iterum *in* Θεσσαλία: Λέγεται καὶ Θετταλίζω, ὡς Δωρίζω. ἀφ' οὗ τὸ ἐνθετταλίσμεθα, παρὰ τῷ Εὐπόλιδι ἐν Μαρικᾷ. *Dicitur etiam* Θετταλίζω, *sicut* Δωρίζω: *a quo etiam* ἐνθετταλίσμεθα, *apud Eupolidem in Marica.* Harpocrat. *in* Ταμίαι: Ὅτι δὲ καὶ τοῖς τριηράρχαις παρείποντο ταμίαι, δεδήλωκεν Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ. *Trierarchos vero etiam quæstores sequi, significavit Eupolis in Marica.* Hesyc. Δούλων πόλις. Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ κώμην εἶναι λέγει. *Dulon urbs. Eupolis in Marica vicum esse ait.* Plutarch. in *Nicia:* Ὁ δ' ὑπ'

Εὐπόλιδος κωμῳδούμενος ἐν τῷ Μαρικᾷ, παράγων τινὰ τῶν ἀπραγμόνων, καὶ πενήτων, λέγει. *Qui vero ab Eupolide ludificatur in Marica, aliquem otiosorum & pauperum inducens, ait.* Pollux *l.* x. *c.* xx. Εὔπολις δὲ ἐν τῷ Μαρικᾷ, σαμνάριον εἴρηκεν. *Eupolis autem in Marica,* σαμνάριον, *hydriam, dixit.* Scholiastes Sophoclis *Oed. Col.* Εὐχλόου Δήμητρος ἱερόν ἐστι πρὸς τῇ ἀκροπόλει. καὶ Εὔπολις Μαρικᾷ. *Bene-herbascentis Cereris templum est in arce: etiam Eupolis in Marica.* In hac Fabula Maricas erat, mutato nomine, Hyperbolus, qui ibi perstringebatur. Quintilianus *l.* I. *c.* X. *Tum Eupolis, apud quem Prodamus & Musicen, & literas, docet; & Maricas, qui est Hyperbolus, nihil se ex Musicis scire, nisi literas, confitetur.* Huc pertinent ista Scholiastæ Aristophanis *Pluto*: Τοῦτο τί ἐστιν, οὐκ οἶδα. ὅτι δὲ συμβάλλεται ἐν τῷ Μαρικᾷ Εὐπόλιδος, οἶδα. κἀκεῖ γὰρ τὴν Ὑπερβόλου μητέρα πλίᾳ εἰκάζει, τῇ πλατείᾳ σανίδι. *Illud quid sit, nescio; conjici vero in Eupolidis Marica, novi. Illic enim Hyperboli matrem* πλίᾳ *adsimilat, latæ tabulæ.* Item *Nubibus*: Καὶ γὰρ Εὔπολις μετὰ θάνατον Κλέωνος τὸν Μαρικᾶν ἐποίησε. καὶ μὴν ὡς μετὰ θάνατον Κλέωνος φαίνεται γεγραφὼς τὸ Δρᾶμα, ὅπου γε τοῦ Μαρικᾶ Εὐπόλιδος μέμνηται· ὃ ἐδιδάχθη καθ' Ὑπερβόλου, μετὰ τὸν Κλέωνος θάνατον. *Etenim Eupolis post mortem Cleonis Maricam composuit. Et sanequam post Cleonis mortem apparet eum scripsisse Fabulam, in qua Maricæ Eupolidis meminit; quæ docta est contra Hyperbolum, post Cleonis mortem.* Et *Ranis*: Ὑπέρβολος δὲ, εἰς ὃν καὶ Εὔπολις ἔγραψε τὸν Μαρικᾶν. *Hyperbolus autem, in quem etiam Eupolis scripsit Maricam.* Meminit Fabulæ hujus præterea Erotianus: Ψάγδας, μύρου εἶδος, οὗ μέμνηται καὶ Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ. Ψάγδας, *unguenti species, cujus meminit etiam Eupolis in Marica.* Æschyli Scholiast. *Persis*: Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ.

> Πεπέρακε μὲν ὁ περσέπτολις ἤδη Μαρικᾶς.

Eupolis in Marica;

> *Transiit quidem urbium vastator jam Maricas.*

Occurrit quoque apud Athenæum, *lib.* XV. emendante illic viro insigni, & insigniter de Auctore isto merito, Isaaco Casaubono.

Νουμηνίαι.

Scholiastes Aristophanis in *Argumento Acharnensium*: Ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου, καὶ πρῶτος ἦν. δεύτερος, Κρατῖνος Χειμαζομένοις. τρίτος, Εὔπολις Νουμηνίαις. *Docta est Euthymene archonte in Lenæis per Callistratum, & primus erat. Secundus, Cratinus in Tempestate-jactatis. Tertius, Eupolis in Novis-Lunis.*

Πόλεις.

Athenæus *l.* IX. Ὑποκοριστικῶς δὲ Εὔπολις ἐν Πόλεσιν αὐτοὺς κέκληκεν ὀρτύγια. *Diminutive autem Eupolis in Urbibus illos appellavit parvas coturnices.* Iterum X. Ἀρχὴ γοῦν ἐστὶν οἱ Οἰνόπται παρὰ Ἀθηναίοις, ἧς μνημονεύει ἐν ταῖς Πόλεσιν Εὔπολις. *Magistratus igitur est Vini-inspectores apud Athenienses, cujus meminit in Urbibus Eupolis.* Harpocration in Ἀπόκρισις: Εὔπολις Πόλεσιν·

> —— ὡς ὑμῖν ἐγὼ
> Ἀποκρινοῦμαι πρὸς τὰ κατηγορούμενα
> Πάντως. ——

Eupolis Urbibus;

> —— *quomodo vobis ego*
> *Respondebo ad accusata*
> *Omnino.* ——

Et in Λογισταί: Μέμνηνται τῆς ἀρχῆς καὶ οἱ κωμικοί. Εὔπολις Πόλεσιν. *Meminerunt hujus magistratus Comici quoque. Eupolis in Urbibus.* Stephanus: Μαρδόνες, Ἠπειρωτικὸν ἔθνος. Εὔπολις Πόλεσιν. *Mardones, Epirotica gens. Eupolis Urbibus.* Citatur quoque a Polluce, *l.* II. *c.* IV. *l.* VII. *capp.* II. X. *l.* X. *c.* LIII. Item a Scholiaste Aristophanis *ad Ranas*, *Acharnenses*, *Vespas*. Fallorne vero, an &

Πρόδαμος

inter Comici hujus Fabulas una fuit, ut Μαρικᾶς? Libet conjecturam facere e Quintiliani verbis, *l.* I. *c.* X. *Tum Eupolis, apud quem Prodamus & musicen, & literas, docet. Et Maricas, qui est Hyperbolus, nihil se ex musicis scire, nisi literas, confitetur.*

Προσπάλτιοι.

Corruptum Fabulæ hujus nomen apud Athenæum *l.* VII. Priscianum *l.* XVIII. Aristophanis Scholiasten *Vespis*, & *Nebulis*: ac recte emendat Casaubonus *ad Athenæum*, *l.* VII. *c.* XXII. Incorruptum tamen exstat apud eundem Priscianum alibi, eodem *libro*: *Attici* ἀκούω, πείθομαί σοι, καὶ κατακροᾶσθαι τούτου καὶ τοῦτον. *Eupolis* Προσπαλτίοις·

> Τί κατακροῶνταί μου τὰ μισοδονήματα;

Attici audio, persuadeo tibi, & audire illud & illud. Eupolis in Prospaltiis;

> *Quid audiunt me musarum agitationes?*

Et Scholiast. Aristoph. *Avibus*: Ἀποδὺς, ὄργασον. κυρίως, πίσσωσαι. ὀργὴ γὰρ παρ' Ἴωσιν ἡ πίσσα. σημαίνει δὲ καὶ τὸ σπαργᾶν ὀργίζεσθαι. νῦν δὲ, ἀντὶ τοῦ μάλαξον. Εὔπολις Προσπαλτίοις. *Exue, incita: proprie, pice line.* Ὀργὴ *enim apud Iones pix. Notat autem quoque tumere* ὀργίζεσθαι. *Nunc autem, pro molli. Eupolis Prospaltiis.*

Πύλαι.

Scholiastes Aristophanis *Avibus*: Καὶ Εὔπολις ὡς λάλον ἐν Πύλαις διασύρει.

> Συρακούσιος δ' ἔοικεν, ἡνίκ' ἂν λέγῃ
> Τοῖς κυνιδίοισι τοῖς ἐπὶ τῶν τειχέων,
> Ἀναβὰς γὰρ ἐπὶ βῆμ' ὑλακτεῖ περιτρέχων.

Et Eupolis in Portis tanquam loquacem perstringit;

> *Syracusanus autem videtur, quum dicat*
> *Cuniculis qui in muris,*
> *Adscendens enim in suggestum latrat circumcurrens.*

Στεφανοπώλιδες.

Athenæus *l.* IX. Χηνείων δὲ ἡπάτων, περισπούδαστα δὲ ταῦτα κατὰ τὴν Ῥώμην, μνημονεύει Εὔπολις ἐν Στεφανοπώλισι. *Anserinorum vero jecinorum, illa autem maxime Romæ expetita, meminit Eupolis in Coronarum-venditricibus.* Nam quod, Εὔβουλος ibi reponit, nullo libro præeunte, magnus Casaubonus, minus placet; neque se argumentis satis validis tuetur: nam & plures duorum Comicorum Fabulas uno titulo est observare; & multas quoque, quarum tantum semel mentio.

Σφίγγες.

Suidas: Νεανισκεύεται. Ἄμφις ἐν Ῥείθροις· Ποσείδιππος, Δημόταις· Εὔπολις, Σφιγξίν. *Juvenescit. Amphis in Fluentis; Posidippus in Tribulibus; Eupolis in Sphingibus.*

Ταξίαρχαι, sive Ταξίαρχοι.

Ita sæpe indifferenter Pollux citat. Athenæus *lib.*

IV.

IV. Ἐπεσθίειν, εἴρηκε Τηλεκλείδης Πρυτάνεσιν· Ἐπιφαγεῖν δ', Εὔπολις Ταξιάρχοις. *Insuper edere, dixit Teleclides in Prytanibus; Ἐπιφαγεῖν vero, Eupolis Centurionibus.* Ammon. *de Diff. Voc.* in Ἀμυγδαλῆ: Καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Ταξιάρχοις φησὶ, *Sicut etiam Eupolis in Centurionibus ait.* Schol. Aristoph. *Avibus:* Δίδυμος ὡς τοιούτου τὴν ὄψιν ὄντος μνημονεύει αὐτοῦ, καὶ μέγα ῥύγχος ἔχοντος· καὶ ὁ τὰς Ἀταλάντας γράψας, καὶ Εὔπολις ἐν Ταξιάρχαις. *Didymus illius meminit tanquam tali facie prædìti, & magnum rictum habentis; & qui Atalantas scripsit, & Eupolis in Centurionibus.* Et habes non semel apud Suidam.

Ὑβρισοδίκαι.

Photius in *Excerptis* e Ptolemæi Hephæstionis Καινῆς Ἱστορίας l. VI. Τὰς δὲ Κολυμβώσας Ἀλκμᾶνος, πρὸς τῇ κεφαλῇ Τιτωνυχου Χαλκιδέως φασὶν εὑρεθῆναι· τὰς δὲ Ὑβρισοδίκας Εὐπόλιδος, πρὸς τῇ Ἐφιάλτου· τοὺς δὲ Εὐνείδας Κρατίνου, πρὸς τῇ Ἀλεξάνδρου, τοῦ βασιλέως Μακεδόνων. *Urinantes autem fœminas Alcmanis, ad caput Titonychi Chalcidensis dicunt inventas esse; Actiones contra contumeliosos vere Eupolidis, ad Ephialtis; Eunidas vero Cratini, ad Alexandri, regis Macedonum.*

Φίλοι.

Athen. *l.* VI. Μήποτ' οὖν διὰ ταῦτα καὶ ἡ παροιμία, Χῖος δεσπότην ὠνήσατο, ἧ κέχρηται Εὔπολις ἐν Φίλοις. *Forsan inde etiam proverbium, Chius herum emit, quo usus est Eupolis in Amicis.* Pollux *l.* VII. *c.* XXIX. Τούτῳ δ' ἄρ ἔοικε καὶ τὸ ἐν τοῖς Φίλοις Εὐπόλιδος. *Huic verisimile est etiam illud in Amicis Eupolidis.* Et lib. X. *c.* XIII. Καὶ τὸ ἐκκενῶσαι, ἢ ἐκπιεῖν, κανάξαι λέγουσι, καὶ ἐκκανάξαι. ὡς Εὔπολις ἐν τοῖς Φίλοις. *Et evacuare, seu ebibere, κανάξαι dicunt, & ἐκκανάξαι: sicut Eupolis in Amicis.* Ammonius *de Diff. Voc.* Σχισταὶ, τὰ ὑποδήματα. Εὔπολις Φίλοις: *Σχισταὶ, calceamenta. Eupolis Amicis.* Harpocration *in* Κατάστασις: Παρεμφαίνει καὶ τοῦτο Εὔπολις Φίλοις, *Manifestat illud etiam Eupolis Amicis.* Occurrit quoque apud Scholiasten Comici *Acharnensibus*.

Χρυσογένης.

Harpocrat. *in* Σιπύα: Ἔστι δὲ πολλάκις παρὰ τοῖς ἀρχαίοις κωμικοῖς. Εὔπολις Χρυσογένει. Ἀριστοφάνης Τελμισσεῦσιν. *Est autem sæpius apud veteres comicos. Eupolis Chrysogene. Aristophanes Telmissensibus.* Zenob. *Cent.* II. *Prov.* XIX. Εὔπολις δὲ ἐν Χρυσογένει ἑτέρως φησὶν ἔχειν τὴν παροιμίαν. *Eupolis autem in Chrysogene aliter se habere proverbium ait.* Et *Cent.* VI. *Prov.* II. Μέμνηται αὐτῆς Εὔπολις ἐν Χρυσογένει, *Meminit illius Eupolis in Chrysogene.* Priscianus corrigendus, lib. *de Metris Comicis: Ut est apud Eupolim in Fabula, quæ dicitur* Χρυσογένης. Non rectum est, quod vulgo editum, *quæ dicitur* Χρυσὸς γένος. Suidas: Ἀποπάτημα. αὐτὸ τὸ σκύβαλον. Εὔπολις Χρυσογένει, *Excrementum: ipsum σκύβαλον. Eupolis Chrysogene.* Vide eundem, *in* Τοῦ Διὸς τὸ σάνδαλον. Emenda eundem *in* ὤμιλλα, & ψαμμακοσιογάργαρα, ubi male, Χρυσῷ γένει. Eodem modo peccatum apud Athenæum ter *lib.* IX. semel XIV. Et apud Hephæstionem: Μάλιστα δ' ἐν αὐτῷ ἀταξία πολλὴ, ἡ τοὺς σπονδείους ἐπὶ ἀρτίους χώρας ἔχουσα τῶν ἰαμβικῶν συζυγιῶν, οἷον παρ' Εὐπόλιδι ἐν Χρυσῷ γένει. *Potissimum vero in illo confusio multa, spondeos in paribus locis*

A *jambicarum conjugationum habet, prout apud Eupolidem in Aureo genere.* Scribe itidem, ἐν Χρυσογένει. Etiam apud Pollucem, *l.* VII. *c.* XXII. Ὥσπερ καὶ τὸ σανδάλιον Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει, *Sicut etiam sandalium Eupolis in Aureo genere.* Corrigendum, ἐν Χρυσογένει. Recte est apud eundem, *l.* IX. *cap.* IV. Κατ' Εὔπολιν, τὸν λέγοντα ἐν Χρυσογένει, νεοκάτοικος. *Juxta Eupolim, in Chrysogene dicentem,* νεοκάτοικος, *recenter habitans.* Et *l.* X. *c.* XVII. Εὔπολις δὲ ἐν Χρυσογένει·

Ἀλλ', ὦ φίλε Ζεῦ, κατάχυτλον τὴν ῥῖν' ἔχεις.

B *Eupolis autem in Chrysogene;*

Sed, o amice Jupiter, situlam nasum habes.

Quin plurali quoque numero,

Χρυσογένεις,

habes apud Pollucem eundem, *l.* X. *c.* XXXI. Ἐν δὲ Χρυσογένεσιν Εὐπόλιδος·

Ἔπειθ' ὁ κουρεὺς, τὰς μαχαιρίδας λαβὼν,
Ὑπὸ τῆς ὑπήνης κατακερεῖ τὴν εἰσφοράν.

C *In Chrysogenibus vero Eupolidis;*

Deinde tonsor, cultellis arreptis,
Sub mento detondebit lanuginem.

Et puto equidem non unam fuisse; nam, ecce, observata mihi;

Χρυσογένης α'.

Apud Etymologici Auctorem, *in* Ἀπόπατος: Εὔπολις Χρυσογένει α'.

Τί γάρ ἐστ' ἐκεῖνο; ἀποπάτημ' ἀλώπεκος.

D *Eupolis Chrysogene primo;*

Quid enim est hoc? excrementum vulpis.

Ita enim ibi restituendum censeo, pro, Εὔπολις Χρυσογενείᾳ.

EURIPIDES I.

De hoc Suidas: Εὐριπίδης, Ἀθηναῖος, τραγικός· πρεσβύτερος τοῦ ἐνδόξου γενομένου. ἐδίδαξε δράματα ιβ'. εἷλε δὲ νίκας β'. *Euripides, Atheniensis, tragicus; E celebri illo antiquior. Docuit fabulas* XII. *victorias autem* II. *tulit.*

EURIPIDES II.

Suidas de eo: Εὐριπίδης, τραγικὸς, τοῦ προτέρου ἀδελφιδοῦς· ὡς Διονύσιος ἐν Χρονικοῖς. ἔγραψε δὲ Ὁμηρικὴν ἔκδοσιν, εἰ μὴ ἄρα ἑτέρου ἐστί. Δράματα αὐτοῦ, ταῦτα· Ὀρέστης, Μήδεια, Πολυξένη. *Euripides, tragicus, prioris sororis filius; sicut Dionysius in Chronicis. Scripsit autem Homericam expositionem, nisi alterius sit. Fabulæ ejus, hæ; Orestes, Medea, Polyxena.*

F

EURIPIDES III.

De hoc videndus item Suidas. Trium autem horum Fabulas esse putandum est, quæ vel exstant, vel laudantur. Recensebo *.

* Ita Chirographum Meursii, sed habetur in libro quinto.

* Sic Chirographum Meursii, qui videtur hinc demsisse folia ad hanc rem pertinentia, & ad scriptum de Euripide retulisse.

JOANNIS MEURSII
BIBLIOTHECÆ
A T T I C Æ
L I B E R III.

GLAUCIPPUS.



HYPERIDIS filius, Orator, avo cognominis; scripsitque Orationes item, ad exemplum patris. Plutarchus in *Hyperide*: Ἔσχε δὲ υἱὸν, ὁμώνυμον τῷ πατρὶ, Γλαυκίππον, ῥήτορα, καὶ λόγους συγγράψαντα. *Habuit autem filium, patri cognominem, Glaucippum, rhetorem, qui etiam Orationes conscripsit.* Photius in *Bibliotheca*, ubi de Hyperide agit: Ἔσχε δὲ καὶ ὁμώνυμον υἱὸν τῷ πατρὶ Γλαυκίππον, ῥήτορα· ὃς καὶ λόγους συνεγράψατο. *Verum habuit etiam filium patri cognominem Glaucippum, rhetorem; qui etiam conscripsit Orationes.* Non recte Suidas avum pro nepote Oratorem facit, cum inquit: Ὑπερίδης, υἱὸς Γλαυκίππου, τοῦ ῥήτορος, *Hyperides, filius Glaucippi, rhetoris*. Nam, si is Orator fuisset, non Plutarchus tacuisset, qui de filio annotavit. Hujus quoque, ut puto, fuit, quod

Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἱερῶν

Macrobius citat, *Sat.* l. I. c. XIII. *Quod etiam ipsum de Græcorum imitatione faciebant: nam & illi ultimo anni sui mensi superfluos interserebant dies, ut refert Glaucippus, qui* De sacris Atheniensium *scribit*. Laudat eum, sed sine ullo Operis titulo, Plutarchus in *Phocione*.

GLAUCON.

De eo, Scriptisque, ita Diogenes Laertius, *l.* II. Γλαύκων, Ἀθηναῖος· καὶ τούτου φέρονται ἐν ἑνὶ διάλογοι ἐννέα. Φείδυλος, Εὐριπίδης, Ἀμυντιχος, Εὐθίας, Λυσιθείδης, Ἀριστοφάνης, Κέφαλος, Ἀναξίφημος, Μενέξενος. φέρονται καὶ ἄλλοι δύο καὶ τριάκοντα, οἳ νοθεύονται. *Glaucon, Atheniensis; hujus etiam feruntur in uno novem dialogi. Phidylus, Euripides, Amyntichus, Euthias, Lysithides, Aristophanes, Cephalus, Anaxiphemus. Menexenus, Feruntur etiam alii duo & triginta, qui spurii existimantur.* An hic ipse est? cujus

Γλῶσσαι

Athenæo citantur, *l.* XI. Γλαύκων δ' ἐν ταῖς Γλώσσαις, Κυπρίους φησὶ τὴν κοτύλην κύλικα καλεῖν. *Glaucon autem in Glossis, Cyprios inquit* κοτύλην *calicem appellare*. Laudatur & Glaucon Comicus Πρέσβεσι, apud Scholiasten Comici, in *Argumento Vesparum*. Alius quoque, Homeri Interpres, apud Platonem in *Ione*.

GLAUCUS.

Hujus

Ἐπιγράμματα

aliquot exstant *Anthol.* l. I. c. LXVIII. l. III. c. XXII. l. IV. capp. III. VIII.

GORGIAS.

Scripsit,

Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων.

Athen. *l.* XIII. Περιφέρων ἀεὶ τοιαυτὶ βιβλία Ἀριστοφάνους, καὶ Ἀπολλοδώρου, καὶ Ἀμμωνίου, καὶ Ἀντιφάνους, ἔτι δὲ Γοργίου τοῦ Ἀθηναίου· πάντων τούτων συγγεγραφότων, Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων. *Circumferens semper tali modo libros Aristophanis, & Apollodori, & Ammonii, & Antiphanis, adhuc autem Gorgiæ Atheniensis, omnium illorum, qui De meretricibus, quæ erant Athenis, conscripserunt*. Et mox *eodem libro*: Ὥς φησι Γοργίας ἐν τῷ περὶ ἑταιρῶν, *Sicut ait Gorgias in libro De meretricibus*.

HEDYLOGUS.

Hic, etsi Samius a nonnullis existimatus, a nobis tamen in hunc numerum referetur. Meminit ejus incerto Opere Athen. *l.* VII. Ἡδύλογος δ' ὁ Σάμιος, ἢ Ἀθηναῖος, Μελικέρτου φησὶν ἐρασθέντα τὸν Γλαῦκον, ἑαυτὸν ῥίψαι εἰς τὴν θάλασσαν. *Hedylogus autem Samius, seu Atheniensis, Glaucum Melicertæ amore captum, seipsum dicit in mare projecisse*. Sed corruptum illic locum, &

HEDYLUS

verum Auctori nomen fuisse, vult Casaubonus. Cujus

Ἐπιγράμματα

Athenæo eidem laudantur, locis pluribus; item *Anth…* l. II. c. XXII. l. VI. c. VIII. Et,

Εἰς τὴν Καλλιμάχου ἐπιγραφὴν

commemorantur ab Etymologici Auctore *in* Ἀλυτάρχης: Ἡδύλος δὲ, εἰς τὴν ἐπιγραφὴν Καλλιμάχου, διὰ δύο λάμβδα ὀνομάζει τοὺς ἀλύτας ἀλλύτας. *Hedylus autem, in inscriptionem Callimachi, per duo lambda* ἀλύτας *nominat* ἀλλύτας. Ejus quoque

Ὑποθετικὰ

nominantur bis apud Diogenem Laertium in *Chrysippo*, *lib.* VII.

HELIODORUS I.

Cognomento Περιηγητής. Scripsit,

Περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως.

Harp. *in* Θετταλός: Εἷς τῶν Κίμωνος παίδων, Θετταλὸς ἐκαλεῖτο· ὥς φησιν Ἡλιόδωρος, ἐν τῷ περὶ ἀκροπόλεως. *Unus ex Cimonis liberis, Thessalus appellabatur; sicut ait Heliodorus, in libro De arce*. Iterum *in* Νίκη Ἀθηνᾶ: Ὅτι δὲ ἐτιμᾶτο παρ' Ἀθηναίοις, δεδήλωκεν Ἡλιόδωρος ὁ Περιηγητὴς, ἐν τῇ πρώτῃ περὶ ἀκροπόλεως. *Quod vero ab Atheniensibus colebatur, manifestavit*

Heliodorus Periegetes, in libro primo De arce. Et in Προπύλαια: Ἡλιόδωρος δ' ἐν πρώτῳ Περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως μεθ' ἕτερα καὶ ταῦτα φησίν. *Heliodorus autem in libro primo De Athenarum arce post alia etiam hæc dicit.* Restituendum ejus nomen apud Plutarchum, in *Cimone:* Ἡλιόδωρος δ' ὁ Περιηγητὴς καὶ τούτους φησὶ, καὶ τὸν τρίτον τοῦ Κίμωνος υἱῶν Θεσσαλὸν, ἐξ Ἰσοδίκης γεγονέναι. *Heliodorus autem Periegetes etiam illos dicit, & tertium ex Cimonis liberis Thessalum, ex Isodice natos esse.* Hodie editur, Διόδωρος δ' ὁ Π. Certe libros Περὶ τῆς ἀκροπόλεως laudat etiam Athen. *l.* IX. Ἡλιόδωρος δ' ὁ Περιηγητὴς ἐν πρώτῳ Περὶ ἀκροπόλεως, &c. *Heliodorus autem Periegetes in libro primo De arce,* &c. Anonymus in *Descript. Olymp.* Ὡς Ἡλιόδωρος ἐν πρώτῃ Περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως. *Sicut Heliodorus in libro primo De Athenarum arce.* Eratque id Opus libris quindecim distinctum. Athen. *l.* VI. Ἀριστοφάνης δ' ὁ κωμῳδοποιὸς, ὃν φησὶν Ἡλιόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς Περὶ ἀκροπόλεως, (πεντεκαίδεκά ἐστι ταῦτα τὰ βιβλία) Ναυκρατίτην εἶναι γένος. *Aristophanes autem comicus, quem Heliodorus Atheniensis dicit in libris De arce, (quindecim sunt illi libri) Naucratiten esse genere.* Scripsit quoque,

Περὶ δήμων.

Sed corruptum ejus nomen apud Harpocrationem *in* Θημακεῖς, & emendandum: Δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἐρεχθηΐδος Θήμακος, ὡς φησὶν Ἡλιόδωρος ὁ Περιηγητὴς, ἐν τῷ Περὶ τῶν δήμων. *Populus est Tribus Erechtheidis Themacus, sicut ait Heliodorus Periegetes, in libro De populis.* Editur hodie, ὡς φησὶ Διόδωρος ὁ Π. Et petita inde fuerint, quæ Ulpianus habet, *in Orat. de Corona:* Ἐκλήθη δὲ Μουνύχιοι, ὡς φησὶν Ἡλιόδωρος, παραφέρων τὰ Ἑλλανίκου. *Appellabatur autem Munychium, sicut ait Heliodorus, Hellanici verba proferens.* Hujus item fuit,

Περὶ ἀναθημάτων τῶν Ἀθηναίων.

Plinius, *lib.* I. in Indice *Auctorum*, quibus usus est, *l.* XXXIII. *Ex Auctoribus externis, Democrito, Metrodoro Scepsio, Menæchmo, qui DE TOREUTICE scripsit: Xenocrate, qui item: Antigono, qui item: Heliodoro, qui DE ATHENIENSIUM ANATHEMATIS.*

Περὶ τῶν μνημάτων.

Plutarch. lib. *de* X. *Rhet.* in Hyperide: Τοὺς δὲ οἰκείους, τὰ ὀστᾶ λαβόντας, θάψαι τε ἅμα τοῖς γονεῦσι, πρὸ τῶν Ἱππάδων πυλῶν, ὡς φησὶν Ἡλιόδωρος, ἐν τῷ τρίτῳ Περὶ μνημάτων. *Cognatos autem accepta ossa apud parentes sepelivisse ante portam Equestrem, prout inquit Heliodorus, in tertio De monumentis.* Ac corrigendus ille ipse, extremo *Themistocle:* Ἡλιόδωρος δ' ὁ Περιηγητὴς ἐν τοῖς Περὶ τῶν μνημάτων εἴρηκεν. *Heliodorus autem Periegetes in libris De monumentis dixit.* Vulgatur illic, Διόδωρος δ' ὁ Π. Quo modo in extremo *Theseo:* Καὶ ταῖς ἄλλαις ὀγδόαις τιμῶσιν αὐτὸν, ἢ διὰ τὸ πρῶτον ἐκ Τροιζῆνος ἀφικέσθαι τῇ ὀγδόῃ τοῦ Ἑκατομβαιῶνος, ὡς ἱστόρηκε Διόδωρος ὁ Περιηγητής. *Etiam aliis octavis diebus eum colunt, seu quia primum ex Trœzene venit octavo die Hecatombæonis, sicut narravit Diodorus Periegetes.* Etiam illic rescribendum, ὡς ἱστόρηκεν Ἡλιόδωρος ὁ Π. Ejusdem fuit,

Περὶ τῶν Ἀθήνησι τριπόδων.

Harpocr. *in* Ὀνήτωρ: Ὅτι δὲ τῶν χορηγησάντων ἦν εἷς, Ἡλιόδωρος (φησὶν) Περὶ τῶν Ἀθήνησι τριπόδων. *Quod vero unus ex choragis erat, Heliodorus (inquit) De tripodibus qui sunt Athenis.* Citatur item, sine certo Operis titulo, apud Isaacium Tzetzem *in Lycophronem:* Δελφίνιος μὲν, (ὁ Ἀπόλλων) ὅτι τὸν ἐν Πυθῶνι Δελφῖνα δράκοντα τοξεύσας ἀνεῖλε, Λητὼ βιάζοντα, ὡς φησὶν Ἡλιόδωρος. *Delphinius quidem, (Apollo) quia in Pythone Delphinum draconem jaculatus sustulit, Latonæ vim inferentem, sicut ait Heliodorus.* Et occurrit pluries in Hesychii *Glossis.* Neque alium puto, qui, tanquam

Περὶ μέτρων

etiam scripsisset, *Metricus* appellatur Prisciano, *de Metris Com. Necessarium autem esse duximus, multo exquisita labore, inventaque, exempla diversorum nominatissimorum Græciæ auctorum, quorum quædam etiam Heliodorus protulit metricus, & Hephæstion, subjicere.* Citaturque illic pluries. Alius ab hoc,

HELIODORUS II.

Tragœdiarum auctor. Ejus meminit Galenus περὶ ἀντιδότων, lib. II. Καὶ Ὦρος ὁ Μενδήσιος, ὁ νεώτερος· καὶ Ἡλιόδωρος ὁ Ἀθηναῖος, τραγῳδιῶν ποιητής. *Et Orus Mendesius, junior; & Heliodorus Atheniensis, tragicus.* Ejusdem mox

Ἀπολυτικὰ πρὸς Νικόμαχον,

carmine heroico scripta, citat *ibidem:* Ὥσπερ καὶ Ἡλιόδωρον ἐν τοῖς πρὸς Νικόμαχον Ἀπολυτικοῖς ἐναρχόμενόν ἐστιν εὑρεῖν. *Quemadmodum etiam Heliodorum in Dissolutoriis ad Nicomachum incipientem est invenire.* Item

Πρωτεσίλαος

laudatur a Stephano, *in* Φυλάκη: Καὶ τὸ ἐκ τόπου ἐπίρρημα, Ἡλιόδωρος ἐν Πρωτεσιλάῳ·

Ἀργείων τελέεσσιν, ὅσοι Φυλακῆθεν ἕποντο.

Et adverbium ex loco, Heliodorus in Protesilao;
Argivorum optimatibus, quotquot ex Phylace sequebantur.

Citat aliquot item ejus versus heroicos ex Opere *de Spectaculis Italicis* Stobæus *Serm.* XCVIII.

HENIOCHUS.

Ejus Comœdiæ a Suida citantur istæ: Τροχίλος, Ἐπίκληρος, Γόργονες, Πολυπράγμων, Θωρύκιον, Πολύευκτος, Φιλέταιρος, Δὶς ἐξαπατώμενος, Ἀποφράς, Ἡμιγυναῖος, Θεοστυγής, Βαρυόργητος, Κωκυτός. *Trochilus, Epiclerus, Gorgones, Curiosus, Thorycium, Polyeuctus, Philetærus, Bis deceptus, Nefastus, Semi-muliebris, Diis invisus, Graviter-iracundus, Cocytus.* Vide eum *in* Ἡνίοχος. Ex his

Γοργόνες,

citantur Athenæo, *lib.* XI.

Πολύευκτος,

lib. IX.

Πολυπράγμων,

lib. VI.

Τροχίλος,

lib. IX. Exstat insigne quoque ipsius fragmentum, sed non indicatur Fabula, apud Stobæum, *Serm.* XXXIX.

HERMIPPUS.

Hunc Comœdias XL. scripsisse, ait Suidas: Ἕρμιππος, Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, ἑτερόφθαλμος, ἀδελφὸς δὲ Μυρτίλου τοῦ κωμικοῦ, δράματα διδάξας μ'. *Hermippus, Atheniensis, comicus veteris comœdiæ, cocles, Myrtili autem comici frater, fabulas docuit* XL. Ex his,

Ἀθηνᾶς γοναί.

Citantur Suidæ: Ἀνθέων, τῆς γενικῆς ὁμοίως τοῖς Ἴωσιν οἱ Ἀττικοί. Ἕρμιππος Ἀθηνᾶς γοναῖς. *Florum, genitivum similiter Ionibus Attici. Hermippus Minervæ nativitate.* Vide eundem, *in* ἡ δ' ὅς. Etymologici Auctor *in* Ἀρναῖος: Διὰ τοῦ ι γράφεται, καὶ προπαροξύνεται, ὡς παρὰ Ἑρμίππῳ ἐν Ἀθηνᾶς γοναῖς. *Per ι scribitur, & acuto accentu antepenultima notatur, sicut apud Hermippum in Minervæ nativitate.*

Ἀρτοπώλιδες.

Hesychius: Δοκικῶ, ἀντὶ τοῦ, δοκῶ. ἔπαιξε δὲ Ἕρμιππος ἐν Ἀρτοπώλισι. Δοκικῶ, *pro* δοκῶ, *videor. Lusit autem Hermippus in Panis-venditricibus.* Ita scribo; nam perperam illic editur, Ἕρμιππος. Pollux *l.* VII. *c.* XXXIII. Ὥσπερ ἐν Ἀρτοπώλισιν Ἑρμίππου τὸ γελγοπωλεῖν. *Tanquam in Panis-venditricibus Hermippi scruta vendere.* Et mox: Ὁ αὐτὸς (Ἕρμιππος) ἐν Ἀρτοπώλισι φησὶν, *Idem (Hermippus) in Panis-venditricibus dicit.* Athen. *l.* III. Ἰδίως δὲ ἐσχημάτισται παρ' Ἑρμίππῳ ἐν Ἀρτοπώλισι, *Peculiariter autem formatum est apud Hermippum in Panis-venditricibus.* Suidas *in* Ἀγῆλαι: Ἕρμιππος Ἀρτοπώλισι·

> Φέρε νῦν ἀγήλω τοὺς θεοὺς, οὓς ἐγὼ,
> Καὶ θυμιάσω, τοῦ τέκνου σεσωσμένου.

Hermippus Panis-venditricibus;

> *Fer nunc ornem deos, quos ego,*
> *Et sacrificabo, filio servato.*

Sed corruptum illic priorem versum sic restituo,

> —— τ. θεοὺς ἰοῦσ' ἔσω,
> —— *deos adiens intus.*

Emendationis mihi fundus Scholiastes Euripidis *Medea:* Φρύνιχος ἀγῆλαι ἀντὶ εὔξασθαι. καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει·

> Διὰ παντὸς, ὦ δέσποιν', ἀγηλοῦμεν σ' ἀεὶ
> Ἡμεῖς. ——

Καὶ Ἕρμιππος ἄρτοπώλισιν·

> Φέρε νῦν ἀγήλω τοὺς θεοὺς ἰοῦσ' ἔσω.

Phrynichus ἀγῆλαι *pro* εὔξασθαι, *precari. Et apud Aristophanem;*

> *Per omne, o domina, precabimur te semper*
> *Nos.* ——

Et Hermippus panis polœsin;

> *Fer nunc ornem deos adiens intus.*

Verum etiam ibi omnino restituendum, Καὶ Ἕρμιππος Ἀρτοπώλισιν. Respexit Scholiast. Aristophanis *Nubibus:* Ἕρμιππος μὲν, Δρᾶμα οὐκ ἐποίησεν εἰς Ὑπέρβολον. ἔοικε δὲ τὸ πλείστας ἀρτοπώλιδας λεχθὲν κατ' αὐτοῦ σημαίνειν. *Hermippus quidem, in Hyperbolum Fabulam non fecit. Videtur autem plurimas panum-venditrices dictum contra eum indicare.*

Δημόται.

Athenæus *l.* VII. Ἐπὶ τοῦ ἑνικοῦ, Ἕρμιππος Δημόταις, *In singulari, Hermippus Tribulibus.* Hesychius: Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. παροιμία, ἧς μέμνηται καὶ Ἕρμιππος Δημόταις. *Nulla cura Hippoclidæ. Proverbium, cujus meminit etiam Hermippus Tribulibus.* Pollux *l.* VII. *c.* XXII. Αὐτοσχεδὲς δ' ὑπόδημα, τὸ ἁπλῶς εἰργασμένον εἴρηκεν Ἕρμιππος Δημόταις. Αὐτοσχεδὲς *vero calceamentum, simpliciter factum dixit Hermippus Tribulibus.* Occurritque iterum apud eundem *l.* IX. *c.* VI. *l.* X. *c.* XXXVIII. & apud Suidam, *in* Ἀπτολογία, Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.

Δίμετροι.

Vide infra *in* Ἴαμβοι.

Εὐρώπη.

Suidas: Ῥάζειν, καὶ Ῥύζειν, τὸ ὑλακτεῖν. Ἕρμιππος Εὐρώπῃ. Ῥάζειν, & Ῥύζειν, *latrare. Hermippus Europa.*

Θεοί.

Pollux *l.* IX. *c.* VII. Τὸ δὲ ῥῆμα τὸ Πενταλιθίζειν, ἔστιν ἐν τοῖς Ἑρμίππου Θεοῖς. *Verbum autem Quinque lapillis ludere, est in Hermippi Diis.* Hesychius: Μίλαξ, ἡλικία. ἔνιοι δὲ, μέλλα. καὶ παρ' Ἑρμίππῳ ἐν Θεοῖς. Μίλαξ, *ætas: alii vero,* μέλλα: *& apud Hermippum in Diis.* Scholiastes Aristophanis *Vespis*, & *Avibus.* Athen. *libb.* X. XI. XIV. Stephanus *in* Ταίναρος.

Θεσμοφόροι.

Pollux *l.* X. *c.* XXVI. Καὶ Ἕρμιππος ἐν Θεσμοφόροις τὸν κύαθον, τὴν οἰνοχόην, καὶ τὸ λύχνιον, καὶ τὰ τοιαῦτα σκεύη, χαλκίδια, καὶ χαλκεῖα, καλεῖ. *Et Hermippus in Thesmophoris, cyathum, trullam, & candelabrum, & talia vasa,* χαλκίδια, *&* χαλκεῖα, *dicit.*

Ἴαμβοι.

Athen. *l.* III. Μνημονεύει δ' αὐτῆς Ἕρμιππος ἐν Ἰάμβοις, *Meminit autem illius Hermippus in Iambis.* Iterum XV. Ὁμοίως δὲ διεξέρχονται Κηφισόδωρος ἐν Τροφωνίῳ· καὶ Καλλίας, ἢ Διοκλῆς, ἐν Κύκλωψι· καὶ Εὔπολις, Ἕρμιππός τε ἐν τοῖς Ἰάμβοις. *Similiter autem explicant Cephisodorus in Trophonio; & Callias, seu Diocles, in Cyclopibus; & Eupolis, Hermippusque in Iambis.* Et mox: Ἕρμιππος δὲ ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν Ἰάμβοις τὸ στρατιωτικὸν λυχνεῖον σύνθετον οὕτως ὀνομάζει. *Hermippus autem comicus in Iambis militare candelabrum compositum sic nominat.* Ex hac Fabula fuisse censeo, qui citantur Δίμετροι ab Scholiaste Aristophanis *Vespis:* Ὁμοίως δ' ἐστὶ καὶ παρ' Ἑρμίππῳ ἐν Διμέτροις, *Similiter autem est etiam apud Hermippum in Dimetris.* Et qui Τρίμετροι, apud eundem *Pluto.* Ἕρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ ἰάμβῳ τῶν Τριμέτρων Ἀσκληπιοῦ καὶ Λαμπετίας τῆς Ἡλίου λέγει Μαχάονα. *Hermippus in primo iambo Trimetrorum Æsculapii & Lampetiæ Solis filiæ Machaonem filium dicit.* Iterum *Avibus:* Τοιοῦτον γάρ τοι καὶ Ἕρμιππος ἐν τοῖς Τριμέτροις ἐμφανίζει. *Tale quid enim etiam Hermippus in Trimetris ostendit.*

Κέρκωπες.

Athen. *l.* III. Ὀνομάζει δὲ καὶ Ἕρμιππος ἐν Κέρκωψι φρεατιαῖον ὕδωρ. *Nominat autem etiam Hermippus in Cercopibus putealem aquam.* Iterum *libb.* X. XI. Hesyc. Κολακοφοροκλείδης. Ἱεροκλείδης, ὃν ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδοῦσιν· Ἕρμιππος μὲν, ἐν Κέρκωψιν· Φρύνιχος δὲ, ἐν Κωμασταῖς. *Colacophoroclides. Hieroclides, quem ob malitiam perstringunt; Hermippus quidem, in Cercopibus; Phrynichus autem, in Comessatoribus.* Laudat quoque Schol. Aristophanis *Avibus.*

Κόθορνοι.

Pollux *l.* VII. *c.* XXXIII. Πορνεύτειαν δὲ, ἐν τοῖς Γεωργοῖς Ἀριστοφάνης εἴρηκεν· Ἕρμιππος δὲ ἐν τοῖς Κοθόρνοις, πορνοτελῶναι. *Meretricem vero in Agricolis Aristophanes dixit; Hermippus autem in Cothurnis, meretricum publicani.*

Μοῖραι.

Athen. *lib.* VIII. Νόθιππον δὲ τὸν τραγῳδοποιὸν, ὃν Ἕρμιππος ἐν ταῖς Μοίραις φησίν. *Nothippum vero tragicum, quem Hermippus in Fatis dicit.* Idem *libb.* X. XI. XV. Pollux *l.* VII. *c.* XXXIII. & *l.* X. *c.* XXXI. Suidas, *in* Ἴακχος. An diversa Fabula?

Μῦρα.

Habes apud Athenæum, *lib.* XI. Ερμιππος Μύροις, *Hermippus in Unguentis*. An vero legendum? Ερμιππος Μοίσαις.

Στρατιῶται.

Zenobius *Cent.* II. *Proverb.* XXIII. Ανερίνεος εἶ. τάττεται ἡ παροιμία παρ' Ερμίππῳ ἐν Στρατιώταις. *Incaprificatus es. Ponitur proverbium apud Hermippum in Militibus*. Scholiastes Aristophanis *Pace*: Περὶ μὲν οὖν τῆς ῥάβδου, Ερμιππος ἐν Στρατιώταις. *Itaque de virga quidem, Hermippus in Militibus*. Pollux *lib.* X. *cap.* XLVII. Τοῖς δὲ στρατιώταις καὶ ἀντὶ μάκτρας ὑπουργεῖ, ὅπερ ἐν Στρατιώταις Ερμιππος ὑποδηλοῖ. *Militibus autem etiam pro mactra inservit, quod in Militibus Hermippus subsignificat*. Habes quoque apud Hesych. *in* Πλύνικτον, & Athen. locis pluribus.

Τρίμετροι.

Vide supra in Ιαμβοι.

Φορμοφόροι.

Pollux *lib.* VII. *cap.* XXII. Οὗ Ερμιππος ἐν Φορμοφόροις μνημονεύει, ὥσπερ καὶ τῶν καρκίνων Φερεκράτης. *Cujus Hermippus in Sportas-ferentibus meminit, sicut etiam cancrorum Pherecrates*. Et *lib.* IX. *cap.* VI. Ο μὲν Ερμιππος ἐν Φορμοφόροις λέγει·

Παρὰ τῶν καπήλων λήψομαι τὸ σύμβολον.

Hermippus quidem in Sportas-ferentibus dicit;

Ab cauponibus accipiam symbolum.

Scholiastes Aristoph. *Avibus*: Οὗ μέμνηται Ερμιππος ἐν Φορμοφόροις, ὡς ἀλλότρια ὑποβαλλομένου ποιήματα. *Cujus meminit Hermippus in Sportas-ferentibus, tanquam aliena subjicientis poemata*. Suidas: Απεδημηκότες, ἀντὶ τοῦ, ἀποδεδημηκότες. Ερμιππος Φορμοφόροις. Απεδημηκότες, *pro* ἀποδεδημηκότες, *qui peregrinati sunt. Hermippus Sportas-ferentibus*. Habes etiam apud Athen. *lib.* XV. Et Hesych. emendandus *in* Διὸς βάλανοι; ubi perperam Ερμιππος Φορφόροις. pro, Ερμιππος Φορμοφόροις, editur.

HEROES.

De hoc Suidas: Ηρώδης χρηματίσας, υἱὸς Αττικοῦ, τοῦ Πλουτάρχου. γένος Αἰακίδης, Αθηναῖος, τὸν δῆμον Μαραθώνιος. *Herodes, Julius appellatus, Attici filii, Plutarchi filius: Æacides genere, Atheniensis, populum Marathonius*. Scripta ejus,

Εφημερίδες.

Et,

Επιστολαί.

Item,

Λόγοι αὐτοσχέδιοι.

Suidas: Καὶ ἔγραψεν Εφημερίδας, σύγγραμμα πολυμαθὲς, καὶ Επιστολὰς, καὶ Λόγους αὐτοσχεδίους. *Et scripsit Ephemerides, doctum opus, & Epistolas, & Orationes extemporaneas*. Philostratus in *ejus Vita, Sophist.* lib. II. Επιστολαὶ δὲ πλεῖσται Ηρώδου, καὶ Διαλέξεις, καὶ Εφημερίδες. Εγχειρίδιά τε καίρια, τὴν ἀρχαίαν πολυμάθειαν ἐν βραχεῖ ἀπηνθισμένα. *Epistolæ autem plurimæ Herodis, & Dissertationes, & Ephemerides: Enchiridiaque opportuna, veterem scientiam breviter deflorantia*.

HERON.

De eo, Scriptisque, ita Suidas: Ἥρων, Κότυος, Αθηναῖος, ῥήτωρ, τὰς ἐν Αθήναις δίκας γεγραφὼς, εἶτα ἐξήγησιν Δεινάρχου, ὑπομνήματα εἰς Ηρόδοτον, Ξενοφῶντα, Θουκυδίδην, κεκριμένων ὀνομάτων βιβλία γ΄. ἐπιτομὴν τῶν Ηρακλείδου ἱστοριῶν, περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων, καὶ τῶν λόγων, οἷς ἐνίκησαν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζόμενοι. *Heron, Cotyis filius, Atheniensis, rhetor, qui judicia Athenis facta scripsit, deinde explicationem Dinarchi, commentaria in Herodotum, Xenophontem, Thucydidem, selectorum nominum libros* III. *epitomen historiarum Heraclidis, de antiquis rhetoribus, & orationibus, quibus vicerunt invicem certantes*.

HYPERIDES.

Inter decem Athenis Oratores valde celebris. Feruntur ejus Orationes LXXVII. e quibus LII. genuinæ, cæteræ XXV. dubie ipsi attributæ. Plutarch. in *ejus Vita*: Φέρονται δὲ αὐτοῦ Λόγοι ἑβδομηκονταέπτα, ὧν γνήσιοί εἰσι πεντηκονταδύο. *Feruntur autem ejus Orationes septuaginta septem, quarum genuinæ sunt quinquaginta duo*. Photius in *Bibliotheca*: Ανεγνώσθησαν Υπερίδου Λόγοι διάφοροι. τούτων οἱ μὲν εἰς τὸ ῥήτορος ἀναφερόμενοι γνήσιον, δύο καὶ πεντήκοντά εἰσιν· οἱ δὲ παρασχόντες ἀμφισβήτησιν, πέντε καὶ εἴκοσι. *Lectæ sunt Hyperidis Orationes diversæ. Quarum quidem, quæ genuinæ rhetoris existimantur, duo & quinquaginta sunt; quæ vero in controversia sunt, quinque & viginti*. Ac citatur Oratio XXX. Harpocrationi, *in* Κομιστικὰ πλοῖα: Εοικε καλεῖσθαι κομιστικὰ πλοῖα, ἐν οἷς ἐκόμιζον οἱ τύραννοι τὰ ληφθέντα λάφυρα, ὡς αὐτὸς ὁ ῥήτωρ ὑποσημαίνει ἐν τῷ τριακοστῷ Λόγῳ. *Videntur appellari vectoria navigia, in quibus tyranni ferebant captas prædas, sicut ipse rhetor subindicat in trigesima Oratione*. Unde colligere est, numero suo distinctas Orationes fuisse. E genuinis ejus erant,

Κατὰ Πολυεύκτου, περὶ τοῦ διαγράμματος.

Etymologici Auctor *in* Συμμορία: Οτι δὲ καὶ οἱ δημοποίητοι ἐνεγράφοντο εἰς τὰς συμμορίας, δεδήλωκεν Υπερίδης ἐν τῷ Κατὰ Πολυεύκτου. *Quod vero etiam illi, qui cives fiebant, inscribebantur in classes, significavit Hyperides in oratione Adversus Polyeuctum*. Harpocration *in* Αγορᾶς: Υπερίδης ἐν τῷ Κατὰ Πολυεύκτου, περὶ τοῦ διαγράμματος. *Hyperides in oratione Adversus Polyeuctum, de edicto*. Habes apud eundem *in* Διάγραμμα, Ηγεμὼν, Θαργήλια, Κυδαντίδης, Οβολοστατεῖ, Συμμορία. An eadem est? quæ,

Περὶ τοῦ Πολυεύκτου στρατηγεῖν.

De Polyeucti ducatu,

inscribitur apud eundem, *in* Ακνια, & Ρόθιον.

Δηλιακός.

Plutarch. in *ejus Vita*: Συστάντος δὲ πρὸς Δηλίους ἀμφισβητήματος, ποτέρους δεῖ προΐστασθαι τοῦ ἱεροῦ, αἱρεθέντος Αἰσχίνου συνειπεῖν, ἡ ἐξ Αρείου πάγου βουλὴ Υπερίδην ἐχειροτόνησε. καί ἐστιν ὁ λόγος, Δηλιακὸς ἐπιγεγραμμένος. *Exorta autem adversus Delios controversia, utri præessent sacris, delecto ad dicendum Æschine, senatus ex Areopago Hyperidem creavit: & exstat oratio, Deliaca inscripta*. Narrat iisdem pene verbis etiam Photius. Athen. *lib.* X. Υπερίδης Δηλιακῷ. Καὶ τὸν κρατῆρα τὸν Πανιώνιον κοινῇ οἱ Ελληνες κεραννύουσιν. *Hyperides Deliaca. Et craterem Panionium communiter Græci miscent*. Meminit quoque Sopater in *Hermogenem*: Εχεις δὲ διπλοῦν στοχασμὸν παρὰ Υπερίδῃ, ἐν τῷ Δηλιακῷ. *Habes autem duplicem conjecturam apud Hyperidem, in Deliaca*. Et Anonymus *in eundem*: Διόπερ τὰς ἐν Δηλιακῷ Υπερίδου πόρρω πού των ἑστάναι φησί. *Quapro-*

pter illas in Deliaca Hyperidis procul ab his stare dicit. Laudant item Priscianus, *lib.* XVIII. Harpocration *in* Ἀγοράσαι, Ἄνετον, Ἀποικία, Ἀρτεμίσιον, Προηροσία, Ῥηναία, Σύνταξις. Corrigendum autem censeo Aristophanis Scholiasten *Avibus*: Ὁ δὲ Ὑπερίδης ἐν τῷ Δηλιακῷ, καὶ ὅτι Χῖοι ηὔχοντο Ἀθηναίοις, δεδήλωκε. *Hyperides autem in Deliaca, etiam quod Chii precabantur Atheniensibus, significavit.* Hodie editur, Ὑπερίδης ἐν τῷ Χαλκῷ, *Hyperides in Ære.*

Πρὸς Τίμανδρον.

Suid. *in* Παιδάριον: Οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἀρρένων κέχρηνται τῷ ὀνόματι οἱ ῥήτορες, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν παρθένων. Ὑπερίδης, ἐν τῷ πρὸς Τίμανδρον. *Non tantum de maribus usi sunt rhetores eo nomine, sed etiam de virginibus. Hyperides, in oratione Adversus Timandrum.*

Ὑπὲρ Χαιρεφίλου, περὶ τοῦ ταρίχους.

Harpocration *in* Καταχειροτονία: Ἔστι δὲ πολλάκις τοὔνομα παρά τε Δημοσθένει, ἐν τῷ Κατὰ Μειδίου· καὶ Ὑπερίδει, ἐν τῷ Ὑπὲρ Χαιρεφίλου, περὶ τοῦ ταρίχους. *Est autem nomen illud sæpius & apud Demosth. in oratione Adversus Midiam; & Hyperidem, in oratione pro Chærephilo, de salsamento.* Alibi simpliciter inscribitur.

Ὑπὲρ Χαιρεφίλου.

Apud eundem Harpocrationem *in* Παλλωνίς: Ὑπερίδης ἐν τῇ Ὑπὲρ Χαιρεφίλου ἀπολογίᾳ, *Hyperides in defensione Pro Chærephilo.* Sæpissime etiam,

Περὶ τοῦ ταρίχους.

Pollux *lib.* IX. *cap.* V. Παρ' Ὑπερίδῃ, ἐν τοῖς Ὑπὲρ τοῦ ταρίχους, *Apud Hyperidem, in orationibus Pro salsamento.* Harpocr. *in* Ἀκτὴ, Κεστρῖνοι, Ναύκληρος, Προμεξηνῆς. Priscianus *lib.* XVII. *Hyperides*, ἐν τῷ περὶ τοῦ ταρίχους· Μετὰ ταῦτα ὕστερον ἦλθον, ὠνηθησομένη τὸ τάριχος. *Hyperides, in oratione De salsamento; Post hæc deinde veni, appositura salsamentum.* Sed non unica hac de re Oratio fuit; & plurali numero dicit, *loco* jam *cit.* Pollux, ἐν τοῖς Ὑπὲρ τοῦ ταρίχους, *In orationibus Pro salsamento.* Ac diserte,

Περὶ τοῦ ταρίχους α'.

laudatur Harpocrationi: Ἀφεὶς τὴν ὑπέραν, τὸν πόδα διώκει. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Περὶ τοῦ ταρίχους πρώτῳ. *Relicto fune, pedem persequitur. Hyperides, in oratione De salsamento prima.* Eodem modo,

Ὑπὲρ Χαιρεφίλου α'.

Apud eundem Harpocrationem, *in* Πυκνί: Ὑπερίδης, ἐν τῷ ὑπὲρ Χαιρεφίλου πρώτῳ, φησὶ, *Hyperides, in oratione Pro Chærephilo prima, dicit.* Et hæc est Oratio, quam designat Athenæus, *lib.* III. Τοσαύτην δ' Ἀθηναῖοι σπουδὴν ἐποιοῦντο περὶ τὸ τάριχος, ὡς καὶ πολίτας ἀναγράψαι τοὺς Χαιρεφίλου τοῦ ταριχοπώλου υἱούς. μνημονεύει αὐτῶν καὶ Ὑπερίδης ὁ ῥήτωρ. *Tale autem studium Athenienses impenderunt salsamento, ut inter cives etiam asscriberent Chærephili salsamentarii filios. Meminit illorum etiam Hyperides rhetor.*

Ὑπὲρ Χαιρεφίλου, περὶ τοῦ ταρίχους β'.
Pro Chærephilo, de salsamento, II.

Nondum vidi, qui citaret. Sed fuisse, illud certum

Κατὰ Ἀρισταγόρας.

Athenæus *lib.* XIII. Ὑπερίδης δὲ ἐν τῷ Κατὰ Ἀρισταγόρας φησὶν, καὶ πάλιν τὰς ἀφύας καλουμένας ἔστιν τὸν τρόπον ἐκαλέσατο. *Hyperides autem in oratione Adversus Aristagoram dicit, & rursum aphyas dictas tali modo appellavit.* Recte Harpocrationem *in* Ἀφύας emendat Vir Cl. Philippus Maussacus. Emendandus quoque Theon, ut monui nuper *Attic. Lect.* lib. III. cap. VIII. Duplex autem Oratio hæc fuit; itaque

Κατὰ Ἀρισταγόρας β'.

citatur Athenæo, *lib.* XIII. Καὶ Ὑπερίδης μέμνηται, ἐν τῷ Κατὰ Ἀρισταγόρας δευτέρῳ. *Et Hyperides meminit, in oratione Adversus Aristagoram secunda.* Et mox: Οὗ Ὑπερίδης μνημονεύει, ἐν τῷ Κατὰ Ἀρισταγόρας δευτέρῳ. *Cujus Hyperides meminit, in oratione Adversus Aristagoram secunda.* Alia erat, ne confundas,

Κατ' Ἀρισταγόρου, ἀπροστασίου,
Adversus Aristagoram, neglecti patrocinii.

Cujus meminit Harpocration, *in* Δωροξενία, & Μετοίκιον. Et hæc item duplex;

Κατ' Ἀρισταγόρου, ἀπροστασίου, α'.
Adversus Aristagoram, neglecti patrocinii, I.

Qui citaret nondum legi.

Κατὰ Ἀρισταγόρου, ἀπροστασίου, β'.
Adversus Aristagoram, neglecti patrocinii, II

Harpocration *in* Ἀπροστασίου, Διαμαρτυρία, Νοθεῖα, Ὅτι χιλίας, Πωληταὶ, Φαλάγγια.

Κατὰ Δημάδου.

Porphyrius *Quæst. Hom.* I. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Δημάδου· Μηδέποτε πολέμου, μήτε πολιτείας, ἐπηβόλους γενέσθαι. *Hyperides, in oratione Adversus Demadem; Numquam belli, nec reipublicæ, compotes fieri.* Corrigendus est Etymologici Auctor *in* Ἐπίβολος, ubi cum hoc ipso fragmento citatur Hypedes ἐν τῷ Κατὰ Δημάρχου. Rescribe, ἐν τῷ Κατὰ Δημάδου. Videndus etiam Suid. *in* Ἀττή. Athen. *lib.* X. Καὶ ἐν τῷ Κατὰ Δημάδου δὲ ὁ Ὑπερίδης εἴρηκε ῥᾳδιεστέραν τὴν πόλιν. *Et in oratione Adversus Demadem Hyperides dixit faciliorem urbem.* Harpocr. *in* Ἀλκίμαχος: Ἕτερος δέ ἐστιν Ἀλκίμαχος Μακεδὼν, οὗ μνημονεύει Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Δημάδου. *Alius autem est Alcimachus Macedo, cujus meminit Hyperides, in oratione Adversus Demadem.* Vide eundem *in* Βουφόνια, Δειπνοφόρος, Θεριπηδεστάτου, Ἀττή, Μηλοβέρνα, Ὀξυθύμια, Παλαμναῖος, Παρεῖαι.

Κατὰ Δημοσθένους.

Athenæus *lib.* X. Τῷ δὲ ἀκρατέστερον Ὑπερίδης κέχρηται, ἐν τῷ Κατὰ Δημοσθένους. *Vocabulo autem* ἀκρατέστερον, *magis merum, usus est Hyperides, in oratione Adversus Demosth.* Meminit quoque Plutarch. in *ejus Vita*, & *Demosthenis*, Priscian. *lib.* X. Harpocr. *in* Ἀρισίων, Διάθεσις, Ἐπιστάτης, Κατατομὴ, Νικάνωρ, Παραγραφὴ, Suid. præterea *in* Ἀρισταῖος, Νικάνωρ.

Πρὸς Ἀπελλαῖον περὶ θησαυροῦ.

Pollux *lib.* III. *cap.* II. Καὶ παρ' Ὑπερίδῃ, Ἐξέδωκε τὴν πρόγονον τὴν αὐτοῦ, ἐν τῷ πρὸς Ἀπελλαῖον περὶ θησαυροῦ. *Et apud Hyperidem, Prostituit suam ipsius privignam, in oratione Adversus Apellæum de thesauro.* Harpocr. *in* Κολωνάιτας: Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀπελλαῖον περὶ τοῦ θησαυροῦ, *Hyperides in oratione Adversus Apellæum de thesauro.* Vide iterum *in* Κτισίου, Πύθια, Πῶλας.

Κατὰ Κόνωνος.

Harpocration: Ἄνδηρα· Ὑπερίδης ἐν τῷ Κατὰ Κόνωνος. τὰ χείλη τῶν ποταμῶν ἄνδηρα λέγουσι. Ἄνδηρα; *Hyperides in oratione Adversus Cononem. Ripas fluviorum* ἄνδηρα *dicunt.* Et *alibi*: Ἐν Διομείοις Ἡρακλείων. Ὑπερίδης Κατὰ Κόνωνος, *In Diomiis Heracleorum. Hyperides Adversus Cononem.*

Ὑπὲρ Φρύνης.

Harpocration: Ανεπόπτευτος: Ὑπερίδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ Φρύνης, *Non initiatus. Hyperides, in oratione Pro Phryne*. Vide eundem *in* Εποπτευκόπων, Εὐθίας, Ισοδαίτης. Quintilianus *lib.x. cap.v. Id Messalæ placuit; multæque sunt ab eo ad hunc modum scriptæ orationes: adeo ut etiam cum illa HYPERIDIS PRO PHRYNE difficillima Romanis subtilitate contenderet*. Meminit quoque Plutar. in *ejus Vita*: Ὡς εἰκὸς δὲ καὶ δίκη Φρύνη τῇ ἑταίρα, ἀσεβεῖν κρινομένῃ, συνεξητάσθη. αὐτὸς γὰρ τοῦτο ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου δηλοῖ. *Ut autem verisimile, judicium etiam cum Phryne meretrice, impietatis accusata, constitutum est. Ipse enim illud in initio orationis significat*. Athen.*lib.*XIII. Ὁ δὲ Ὑπερίδης, συναγορεύων τῇ Φρύνῃ, ὡς οὐδὲν ἤνυε λέγων, &c. *Hyperides autem, Phrynen defendens, cum nihil proficeret dicendo*, &c.

Κατὰ Δημητρίας, ἀποστασίου.

Harpocration *in* Αποστασίου: Πολλάκις δ' ἐστὶ τοῖς ῥήτορσι· παρὰ τῷ Λυσίᾳ, ἐν τῷ πρὸς Αριστόδημον. καὶ Ὑπερίδῃ, ἐν τῷ Κατὰ Δημητρίας, ἀποστασίου. *Sæpius autem est apud rhetores; apud Lysiam, in oratione Adversus Aristodemum; & Hyperidem, in oratione Adversus Demetriadem, defectionis*.

Ὑπὲρ Μηκάλου.

Pollux *lib.*VII. *cap.* XXIII. Ὑπερίδης δὲ, ἐν τῷ Ὑπὲρ Μηκάλου, ἔφη· Εμισθώσατο τυληφάντας. *Hyperides autem, in oratione Pro Mecalo, dixit; Locavit artifices culcitrarum*.

Κατ' Αθηνογένους.

Harpocration: Ομόσε ἰέναι. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Αθηνογένους. *Aggredi. Hyperides, in oratione Adversus Athenogenem*. Habes iterum apud eundem, *in* Προδοσράβη. Sed duplex erat.

Κατ' Αθηνογένους α'.

Harpocration: Κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν, Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Αθηνογένους πρώτῳ. *In foro non mendacem esse. Hyperides, in oratione Adversus Athenogenem prima*.

Κατ' Αθηνογένους β'.

Idem: Απρόσκλητον, τὴν οὐ προσκεκλημένην. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Αθηνογένους β'. Απρόσκλητον, *non advocatam, Hyperides, in oratione Adversus Athenogenem* II. Et *alibi*: Τὰ τῶν φώρων κρείττω. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Αθηνογένους δευτέρῳ. *Furum caussa potior est. Hyperides, in oratione secunda Adversus Athenogenem*. Emendandus Apostolius *Cent.*XVIII. *Proverb.*XI. Ubi male hodie editur, Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Εὐθυνογένους δευτέρῳ, *Hyperides in oratione Adversus Euthynogenem secunda*.

Κατ' Αντίου.

Harpocr. Ασήμαντα, τὰ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα ἀσφράγιστα. σημεῖα γὰρ ἔλεγον τὰς σφραγῖδας. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Αντίου. Ασήμαντα, *a nobis dicta non signata: σημεῖα enim dicebant sigilla. Hyperides, in oratione Adversus Antiam*. Vide eundem *in* Βάσανος, Σεσημασμένῳ, Ὑποστήσας.

Πρὸς Επικλέα.

Pollux *lib.* VII. *cap.* XXVII. Ὑπερίδης γὰρ, ἐν τῷ πρὸς Επικλέα, ταῦτ' εἴρηκεν, *Hyperides enim, in oratione Adversus Epiclem, illa dixit*. Harpocration *in* Γρύλλος: Ὑπερίδης, ἐν τῷ πρὸς Επικλέα, *Hyperides, in oratione Adversus Epiclem*. Occurritque iterum apud eundem *in* Διάγραμμα.

Ὑπὲρ Καλλίππου.

Plutarch. in *ejus Vita*: Επέμφθη δὲ καὶ πρὸς Ηλείους, ἀπολογησόμενος Ὑπὲρ Καλλίππου τοῦ ἀθλητοῦ, ἔχοντος αἰτίαν τοῦ φθεῖραι τὸν ἀγῶνα, καὶ ἐνίκησε. *Sed etiam missus est ad Eleos, dicturus Pro Callippo athleta, corrupti certaminis accusato, & vicit*. Harpocr Ελευσίνια. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ Καλλίππου, *Eleusinia. Hyperides, in oratione Pro Callippo*. Habensque iterum *in* Ελλανοδίκαι.

Πρὸς Ὑγιαίνοντα.

Harpocr. Ενη, καὶ νέα. Ὑπερίδης, ἐν τῷ πρὸς Ὑγιαίνοντα. *Trigesima. Hyperides, in oratione Adversus Hygiænontem*. Et *alibi*: Θέσθαι, ἀντὶ μὲν τοῦ, ὑποθήκην λαβεῖν. Ὑπερίδης, ἐν τῷ πρὸς Ὑγιαίνοντα. Θέσθαι, *pro pignus capere. Hyperides, in oratione Adversus Hygiænontem*.

Πρὸς Χάρητα.

Pollux *lib.*VIII.*cap.*XII. Ὑπερίδης δὲ, ἐν τῷ πρὸς Χάρητα, ἔφη· ἀποδόμενος, ἀντὶ τοῦ, ὑποθείς. *Hyperides autem, in oratione Adversus Chareten, dixit; dans, pro supponens*. Ita scribo. Non recte editur, ἐν τῷ πρὸς Χαρύτα. Harpocr. *in* Επιδιετὲς ἡβῆσαι: Επειτα τῷ ληξιαρχικῷ ἐγγράφονται γραμματείῳ, καθά φησιν Ὑπερίδης, ἐν τῷ πρὸς Χάρητα ἐπιτροπικῷ. *Deinde inscribuntur in libro lexiarchico, sicut ait Hyperides, in oratione Adversus Charetem tutelari*.

Κατὰ Πασικλέους.

Etymologici Auctor, *in* Συμμορία: Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν, πῶς ὁ μὲν Δημοσθένης φησὶν, ἑξήκοντα ἄνδρας ἔχειν τὴν συμμορίαν· ὁ δὲ Ὑπερίδης, δεκαπέντε· ἐν γὰρ τῷ Κατὰ Πασικλέους, λέγων τὴν αἰτίαν, γράφει. *Verum non est quod miremur, quomodo Demosthenes quidem dicat, sexaginta viros habere curiam; Hyperides vero, quindecim; nam in oratione Adversus Pasiclem, caussam dicens, scribit*. Quæ totidem verbis Harpocration *in* ejusdem dictionis explicatione; videndusque idem *in* Ενδεια. Pollux *lib.* IX. *cap.* V. Καὶ παρ' Ὑπερίδῃ, ἐν τῷ περὶ ἀντιδόσεως πρὸς Πασικλέα. *Et apud Hyperidem, in oratione de remuneratione Adversus Pasiclem*. Laudat item Priscianus, *lib.* XVIII.

Περὶ τῶν Εὐβούλου δωρεῶν.

Harpocr. *in* Εὔβουλος: Ὑπερίδου λόγος ἐστὶ περὶ τῶν Εὐβούλου δωρεῶν, *Hyperidis oratio est De Eubuli donis*. Vide eundem, *in* Πεντηκοστή. Porphyrius in *Fragmento* libri primi περὶ Φιλολογίας ἀκροάσεως, apud Eusebium *de Præp.Evang.*lib.x. Μηνύω κᾳὐτὸς Ὑπερίδην τὸν καλὸν πολλὰ παρὰ Δημοσθένους κεκλοφότα, ἔν τε τῷ πρὸς Διώνδαν λόγῳ, κᾂν τῷ περὶ τῶν Εὐβούλου δωρεῶν. *Indicio & ipse Hyperidem pulcrum multa ab Demosthene furatum esse, & in oratione Adversus Diondam, & in illa De Eubuli donis*. Ubi etiam,

Πρὸς Διώνδαν,

Oratio observari debet.

Περὶ τῆς φυλακῆς τῶν τριήρων.

Harpocr. Κομιστικὰ πλοῖα. Ὑπερίδης, ἐν τῷ περὶ τῆς φυλακῆς τῶν τριήρων. *Vectoriæ naviculæ. Hyperides, in oratione De custodia triremium*. Corruptissima est hujus Orationis inscriptio, apud eundem *in* Προβόλιον: Ὑπερίδης, ἐν τῷ περὶ τῆς φυλακῆς τῶν Τυρρηνῶν Τροπικῶν, ἐκ μεταφορᾶς ἐχρήσατο τῷ ὀνόματι. *Hyperides, in oratione De custodia Tyrrhenorum, per metaphoram usus est eo nomine*. Emendo, ἐν τῷ περὶ τῆς φυλακῆς τῶν τριήρων ἐπιτροπικῷ, *In oratione tutelari De custodia triremium*. Meminit ejus Plutarch. in *ejus Vita*; Καὶ Περὶ τῶν στρατηγῶν, ὧν ᾔτει παρ' Αθηναίων, ἀντεῖπε καὶ, περὶ τῶν τριήρων. *Et De*

ducibus, quos postulabat ab Atheniensibus, contradixit; & , De triremibus.

Πρὸς Θασίους.

Pollux *lib.* VII. *cap.* XXXII. Ὑπερίδης, ἐν τῷ πρὸς Θασίους· Εὐθὺς δὲ καρποῦσθαι ἀγαθῆς καὶ πλείστης χώρας. *Hyperides, in oratione Adversus Thasios; Statim vero frui bona & plurima regione.*

Ὑπὲρ Σιμμίου, πρὸς Πυθέαν, καὶ Λυκοῦργον.

Harpocr. Ἐπιχειροτονία. ἡ τῶν χειροτονητῶν κατάστασις. Ὑπερίδης ἐν τῷ Ὑπὲρ Σιμμίου, πρὸς Πυθέαν, καὶ Λυκοῦργον. Ἐπιχειροτονία: *constitutio illorum qui per manuum suffragia facti: Hyperides, in oratione Pro Simmia, adversus Pytheam, & Lycurgum.*

B

Κατὰ Μαντιθέου.

Athen. *lib.* VI. Ὑπερίδης γοῦν ὁ ῥήτωρ, ἐν τῷ Κατὰ Μαντιθέου, αἰκίας, φησὶν, ἔθεσαν, οὐ μόνον ὑπὲρ τῶν ἐλευθέρων, ἀλλὰ κἂν ἐάν τις εἰς δούλου σῶμα ὑβρίσῃ, γραφὰς εἶναι κατὰ τοῦ ὑβρίσαντος. *Hyperides igitur rhetor, in oratione Adversus Mantitheum, pulsationis, dicit, statuerunt, ut non tantum pro liberis, sed etiam si quis servi corpus contumelia afficiat, accusationes in contumeliæ auctorem sint.* Et *lib.* XIII. Ὁ δ' αὐτὸς Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Μαντιθέου, αἰκίας, περὶ Γλυκέρας τάδε λέγει. *Ipse autem Hyperides, in oratione Adversus Mantitheum, pulsationis, de Glycera hæc dicit.* Harpocr. Ποσειδεών, Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Μαντιθέου. *Neptunus. Hyperides, in oratione Adversus Mantitheum.* Et vide iterum apud eundem *in* Σχεδοποιοῦντα.

C

Περὶ τῶν στρατηγῶν, πρὸς Ἀλέξανδρον.

Plutarch. in *ejus Vita*: Ἐπολιτεύσατο Ἀθήνησι, καθ' ὃν χρόνον Ἀλέξανδρος τῶν Ἑλληνικῶν ἥπτετο πραγμάτων· καὶ περὶ τῶν στρατηγῶν, ὧν ᾔτει παρ' Ἀθηναίων, ἀντεῖπε. *Rempublicam gessit Athenis, quo tempore Alexander Græcas res aggrediebatur; & De ducibus, quos postulabat ab Atheniensibus, contradixit.*

D

Ἐπιτάφιος.

Dionysius Longinus, περὶ ὕψους: Τὸν δ' Ἐπιτάφιον (ὁ Ὑπερίδης) ἐπιδεικτικῶς, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος, διέθετο. *Funebrem vero sermonem (Hyperides) ostentatorie, quod sciam nullus alius, disposuit.* Dionysius Halicarn. in *Arte*, cap. VI. cui titulus, Μέθοδος ἐπιταφίων: Λυσίας τε, καὶ Ὑπερίδης, καὶ ὁ Παιανιεὺς, καὶ ὁ τοῦ Σωκράτους ἑταῖρος Ναυκράτης, πολλὰς ἡμῖν τοιαύτας ἰδέας παρέσχοντο. *Lysiasque, & Hyperides, & Pæaniensis, & Socratis amicus Naucrates, multas nobis tales formas præbuerunt.* Vide, si tanti est, *Atticas Lectiones* nostras, lib. IV. cap. IV.

Ὑπὲρ Λυκόφρονος.

Pollux *lib.* II. *cap.* IV. Ὑπερίδης δὲ, ἐν τῷ Ὑπὲρ Λυκόφρονος, καὶ τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν ὀνομαζόμενον χειρόγραφον, χεῖρα ὠνόμασεν. *Hyperides autem, in oratione Pro Lycophrone, etiam ab multis nominatum chirographum, manum nominavit.* Habes item apud eundem, *lib.* VIII. *cap.* VI. *lib.* IX. *cap.* VIII. semel, iterumque.

Ὑπὲρ Ξενίππου.

Harpocr. Μεταγειτνιών. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ Ξενίππου. *Metageitnion. Hyperides in oratione Pro Xenippo.*

Ὑπὲρ μιμικῆς.

Pollux *lib.* X. *cap.* VIII. Ὧν καὶ τοὺς τεχνίτας εἰπεῖν Ὑπερίδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ μιμικῆς, ὀνομάζειν, εἰπεῖν. Ἐμισθώσατο τυλιφάντας. *Quorum etiam artifices videtur Hyperides, in oratione Pro mimica, nominare, dicens; Locavit culcitrarum textores.* Nisi corruptus forte locus, quod existimo; supra enim, apud eun-

A dem Pollucem, *lib* VII. *cap.* XXXIII. idem fragmentum ex Oratione Ὑπὲρ Μηχάλου profertur. Itaque etiam hoc nunc loco rescribendum esse arbitror, ἐν τῷ Ὑπὲρ Μηχάλου, aut Μικάλου. Facta est prioris syllabæ duplicatio, & posterioris item depravatio. Utrobique autem pro τυληφάντας, aut τυλιφάντας, scribendum censeo, τυλυφάντας, *culcitrarum textores.*

Ὑπὲρ Φορμισίου.

Harpocr. *in* Πανδιωνίς: Ὡς ἄλλοι τε πολλοὶ λέγουσι, καὶ Ὑπερίδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ Φορμισίου. *Prout aliique multi dicunt, & Hyperides, in oratione Pro Phormesia.*

Πρὸς Δάμιππον.

Harpocr. *in* Πανδιονίς: Δημοσθένης, ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου, καὶ Ὑπερίδης, ἐν τῷ Πρὸς Δάμιππον, *Demosthenes, in oratione De Hagniæ hæreditate; & Hyperides, in oratione Adversus Damippum.*

Κατὰ Φιλιππίδου.

Athenæus *lib.* XII. Λεπτὸς δ' ἦν καὶ Φιλιππίδης· καθ' οὗ λόγος ἐστὶ Ὑπερίδου τοῦ ῥήτορος, λέγων, αὐτὸν εἶναι τῶν πολιτευομένων εἶναι. *Tenuis autem Philippides quoque erat; adversus quem Hyperidis rhetoris oratio est, dicens, esse eum inter illos, qui rempublicam gerunt.*

Κατ' Αὐτοκλέους.

Harpocr. Ἔργα νέων. τοῦτο καὶ Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Αὐτοκλέους, Ἡσιόδου φησὶν εἶναι. *Opera juvenum Illud etiam Hyperides, in oratione Adversus Autoclem, Hesiodi dicit esse.* Habesque iterum apud eundem, *in* Εὔδωρος, Κατέλυσαν, Κολωνέτας, Μυρρινοῦς, Ποσειδεών, Σεμνοῖς. Apostolius *Cent.* IX. Proverb. VI. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Αὐτοκλέους, Ἡσιόδου φησὶν εἶναι παροιμίαν. *Illud Hyperides, in oratione Adversus Autoclem, Hesiodi proverbium esse dicit.*

Ὑπὲρ Ἀκαδήμου.

Harpocr. Ἡφαιστία. Ὑπερίδης ἐν τῷ Ὑπὲρ Ἀκαδήμου, *Vulcanalia: Hyperides, in oratione Pro Academo.*

Περὶ ὀχετῶν.

Pollux *lib.* X. *cap.* V. Καὶ ὀχετόκρανα δ' ἂν εἴποις, τὰς τῶν ὀχετῶν ἀρχὰς, ὡς Ὑπερίδης, ἐν τῷ περὶ ὀχετῶν. *Etiam* ὀχετόκρανα *dicas, canalium initia; sicut Hyperides, in oratione De canali.*

Ὑπὲρ τοῦ Πυρράνδρου κλήρου.

E Harpocr. *in* Κακώσεως: Καὶ Λυσίας, ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἡγησάνδρου κλήρου, καὶ Ὑπερίδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ τοῦ Πυρράνδρου κλήρου. *Et Lysias, in oratione De Hegesandri hæreditate; & Hyperides, in oratione Pro hæreditate Pyrandri.*

Πρὸς Ἀριστογείτονα.

Idem: Εὐρυσάκειον. Ὑπερίδης, ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα, *Eurysacis templum. Hyperides, in oratione Adversus Aristogitonem.* Iterum alibi: Οἰνηίς. Ὑπερίδης, ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα, *Oeneis. Hyperides, in oratione Adversus Aristogitonem.* Vide rursum in Οἰνοῦς. Ulpianus *in Olynth* II. Ἰσαῖος, ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα. Μετὰ ταύτην τοίνυν τὴν ἀπόκρισιν ἑτέραν συνθήκην ἐκόμισαν, ἣν ἔφασαν Ἀρχέπολιν ἐν Λήμνῳ διαθέσθαι. *Isæus, in oratione Adversus Aristogitonem. Post hanc ergo responsionem aliud fœdus tulerunt, quod dicebant Archepolin in Lemno composuisse.* Habes quoque apud Suid. *in* Ἀπεψηφίσατο.

F

Πλαταϊκός.

Plutarchus *De Gloria Athen.* Ἆρα οὖν ἄξιον προκρῖναι τὸν Ὑπερίδου Πλαταϊκὸν τῆς Ἀριστείδου παραγγελίας νίκης. *Sane igitur dignum præponere Hyperidis Plataicam Aristidis annunciationi victoriæ.*

Πρὸς

Πρὸς Πάγκαλον.

Harpocration, *in* Μαστῆρες: Ὑπερίδης, ἐν τῷ πρὸς Πάγκαλον, *Hyperides, in oratione Adversus Pancalum.*

Ὑπὲρ Ξενοφίλου.

Harpocration, *in* Μουνυχιών: Ὑπερίδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ Ξενοφίλου. Vide iterum, *in* Τυρμεῖδαι, & Ὁσίαι. Neque una hæc Oratio fuit; nam ecce,

Ὑπὲρ Ξενοφίλου ά. *Pro Xenophilo* I.

Laudatur ei Harpocrationi, *in* Κεραμεῖς. Fuerit itaque etiam,

Ὑπὲρ Ξενοφίλου β'. *Pro Xenophilo* II.

Quam adhuc quæro.

Συνηγορικός.

Pollux *lib.* III. *cap.* XXV. Ὑπερίδης δὲ πράτην εἴρηκεν, ἐν τῷ Συνηγορικῷ. *Hyperides autem venditorem dixit, in Defensoria.*

Πρὸς τὴν Δημέου γραφήν.

Harpocration, *in* Λουσιεύς: Ὑπερίδης, ἐν τῷ πρὸς τὴν Δημέου γραφήν. *Hyperides, in oratione Adversus Demeæ accusationem.* Ita enim ibi scribendum. Vide *Attic. Lect.* lib. I. cap. V.

Ὑπὲρ Λυκούργου.

Apsines, lib. *de Arte Rhet.* cap. περὶ προσωποιίας: Κέχρηται τούτῳ τῷ τόπῳ καὶ Ὑπερίδης, Ὑπὲρ Λυκούργου, λέγων. *Hoc loco etiam usus est Hyperides, Pro Lycurgo, dicens.*

Ὑπὲρ τοῦ Ἱππέως κλήρου, *Pro Hippei hæreditate.*

Harpocration, *in* Κυδαθηναιεύς, & Τετρακώμοι. Sed hæc quoque gemina Oratio fuerit; & quidem,

Ὑπὲρ τοῦ Ἱππέως κλήρου ά. *Pro Hippei hæreditate* I.

Necdum mihi observata.

Ὑπὲρ τοῦ Ἱππέως κλήρου β'.

Laudatur ab Harpocratione, *in* Παρακαταβολή: Περὶ δὲ τῶν κληρικῶν, ἄλλοι τε πάλιν εἰρήκασι ῥήτορες, καὶ Ὑπερίδης, ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἱππέως κλήρου δευτέρῳ. *De hæreditariis autem, & alii rursus dixerunt rhetores, & Hyperides, in oratione secunda De Hippei hæreditate.*

Κατ' Ἀρχεστρατίδου.

Ammonius *de Diff. Voc.* Ἱερά, τούς τε περιβόλους τῶν νεῶν, καὶ τὰ σφάγια, καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν ἀνθρώπων· ὡς Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Ἀρχεστρατίδου. Ἱερά (*sacra*) vox, *& septa templorum, & victimas, & ossa hominum; sicut Hyperides, in oratione Adversus Archestratidem.* Harpocration, *in* Εὔβουλος: Ἕτερος δ' ἐστὶν ὁ κωμικός, οὗ μνημονεύει Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Ἀρχεστρατίδου. *Alius autem comicus est, cujus meminit Hyperides, in oratione Adversus Archestratidem.* Videndus idem *in* Θεωρικά, Ἰθύφαλλοι, Ξυπεταιόνες, Πάραλος, Στειριεύς. Ac emendandus Apsines, lib. *de Arte Rhet.* cap. περὶ τῶν τελικῶν: Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Ἀρχεστρατίδου, ἐπέξεισι, *Hyperides, in oratione Adversus Archestratidem, enarrat.* Perperam editur, ἐν τῷ Κατὰ Ἀρχεστράτου: natum mendum e compendio scriptionis.

Κατὰ Δημάρχου.

Ita citatur apud Etymologici Auctorem, *in* Ἐπίβολος. Sed legendum esse, κατὰ Δημάδου, supra ostendi, cum de illa Oratione agerem. Habes ecce de LII. genuinis Orationum L. inscriptiones; quibus si addatur etiam,

Περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν, *De fœdere cum Alexandro,*

quæ, cum hodie in Demosthenis numeretur, a Libanio tamen, in *Argumento*, huic Hyperidi attribuitur, unica tantum requiretur. De XXV. cæteris, dubiæ fidei, solas quinque observavi.

Ὑπὲρ Ἁρπάλου.

Pollux, *lib.* X. *cap.* XXXVI. Εἰ δὲ μὴ ψευδὴς ὁ Ὑπερίδου λόγος Ὑπὲρ Ἁρπάλου, ἐν αὐτῷ γέγραπται. *Verum nisi falsa Hyperidis oratio Pro Harpalo, in ea scriptum est.*

Κατὰ Δωροθέου.

Harpocration, *in* Ἐπὶ κόρρης: Ὑπερίδης οὖν, ἢ Φιλῖνος, ἐν τῷ Κατὰ Δωροθέου, προειπών, ῥαπίσαντα τὸν Ἱππόνικον ἐπὶ κόρρης, γραφῆναι ὕβρεως· ἐν τοῖς ἑξῆς ὥσπερ ἐξηγεῖται τοὔνομα. *Hyperides igitur, seu Philinus, in oratione Adversus Dorotheum, cum prædixisset, post percussum Hipponicum in maxilla, contumeliæ actionem illi intentatam esse; in sequentibus velut explicat nomen.*

Κατὰ Πατροκλέους.

Athenæus *lib.* XIII. Ὑπερίδης δ', ἐν τῷ Κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, τοὺς Ἀρεοπαγίτας φησὶν ἀριστήσαντά τινα ἐν καπηλείῳ κωλῦσαι ἀνιέναι εἰς Ἄρειον πάγον. *Hyperides autem, in oratione Adversus Patroclem, si genuina oratio, dicit Areopagitas aliquem qui pransus erat in popina prohibuisse in Areopagum adscendere.* Suidas, *in* Αὐλαία: Κέχρηται δὲ αὐτῷ Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Πατροκλέους. *Illo autem usus est Hyperides, in oratione Adversus Patroclem.* Harpocration, *in* Ναύνιον: Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Πατροκλέους. εἰ γνήσιος. *Hyperides, in oratione Adversus Patroclem, si genuina.* Ac vide item *in* Νεμέα, Πάνδημος. Citatur tamen, sine ulla exceptione, a Polluce *lib.* IV. *cap.* XIX. & Etymologici Auctore, *in* Φορβαντεῖον. Emendandus est Suidas: Νεμέας αὐλητρίδος μνημονεύει Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος. *Nemeæ tibicinæ meminit Hyperides, in oratione Adversus Patroclem, si genuina.* Editur hodie, ἐν τῷ Κατὰ Προκλέους.

Ὑπὲρ δημοποιήτου.

Harpocration, *in* Ἑρκεῖος Ζεύς: Ὅτι δὲ τούτοις μετῆν τῆς πολιτείας, οἷς εἴη Ζεὺς Ἑρκεῖος, δεδήλωκε, καὶ Ὑπερίδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ δημοποιήτου, εἰ γνήσιος. *Illos vero participes fuisse civitatis, quibus esset Jupiter Herceus, significavit etiam Hyperides, in oratione Pro eo, qui civis factus erat, si genuina.*

Κατὰ Φιλοκράτους.

Designatur a Demosthene in *Orat.* Περὶ παραπρεσβείας: Ἴστε δήπου, πρώην, ὅτε εἰσήγγειλεν Ὑπερίδης Φιλοκράτην, ὅτι παρελθὼν ἐγώ, δυσχεραίνειν ἔφην ἕν τι τῆς εἰσαγγελίας, εἰ μόνος Φιλοκράτης τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀδικημάτων αἴτιος γέγονεν. *Scitis sane, nuper, quum Philocratem Hyperides detulit, me accedentem dixisse, unum quoddam hujus delationis mihi molestum esse, an tantorum & ejusmodi delictorum solus Philocrates auctor esset.*

Κατὰ Δημέου, ξενίας.

Harpocration: Κυρία ἐκκλησία. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Δημέου, ξενίας, εἰ γνήσιος. *Legitima concio. Hyperides, in oratione Adversus Demeam, hospitalitatis, si genuina.* Idem videndus, *in* Ὀσχοφόροι.]

IOPHON.

Tragœdiarum scriptor, Sophoclis F. Scripsit Tragœdias L. e quibus, VII. a Suida commemorantur, Ἀχιλλεύς, Τήλεφος, Ἀκταίων, Ἰλίου πέρσις, Δεξαμενός, Βάκχαι, Πενθεύς, *Achilles, Telephus, Actæon, Ilii excidium, Dexamenus, Bacchæ, Pentheus.* E quibus

Βάκχαι,

laudantur Stobæo, *Ecloga* II.

IPHICRATES.

Orator, & dux exercitus. Suidas: Ἰφικράτης, σκυτέως πατρός, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, καὶ στρατηγός. *Iphicrates, sutore patre, Atheniensis, rhetor, & dux.* Scripsit

Τακτικά.

Ælianus *Tactic.* cap. I. Πύῤῥος τε ὁ Ἠπειρώτης Τακτικὰ συνέγραψε, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ τούτου υἱός, ἔτι δὲ Παυσανίας, Εὐάγγελός τε, καὶ Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης, ἀνὴρ πολυμαθής, Σκιπίωνι συγγενόμενος, Εὐπόλεμός τε, καὶ Ἰφικράτης. *Et Pyrrhus Epirota Tactica conscripsit, & Alexander hujus filius, adhuc autem Pausanias, & Euangelus, & Polybius Megalopolita, vir doctus, Scipionis æqualis, & Eupolemus, & Iphicrates.* Et inde petita, sine dubio, quæ

Plutarchus ex eo profert, in *Pelopida:* Ὡς Ἰφικράτης διῄρει, χερσὶ μὲν ἐοίκασιν οἱ ψιλοὶ, ποσὶ δὲ τὸ ἱππικὸν, αὐτὴ δὲ ἡ φάλαγξ στέρνῳ, καὶ θώρακι. *Quomodo Iphicrates distinxit, manibus quidem similes sunt leviter armati, pedibus autem equitatus, ipsa vero phalanx pectori, & thoraci.* Hujus quoque Orationes duas,

Περὶ τῆς εἰκόνος,

Item,

Περὶ τῆς προδοσίας,

Lysiæ alias attributas, Dionysius Halicarnass. attribuit, in *Lysia:* Ὅτι μὲν οὖν εἰσι λόγοι τοῦ ῥήτορος Περί τε τῆς εἰκόνος, καὶ (Περὶ) τῆς προδοσίας, οὐκ ἔχω βεβαίως εἰπεῖν· ὅτι δ' ἑνὸς ἀμφότεροι, πολλοῖς τεκμηρίοις ἔχοιμ' ἂν εἰπεῖν. ἡ γὰρ αὐτὴ προαίρεσίς τε καὶ δύναμις ἐν ἀμφοτέροις, ὑπὲρ ὧν οὐ καιρὸς ἐν τῷ παρόντι σκοπεῖν. εἰκάζω δὲ Ἰφικράτους εἶναι αὐτούς. καὶ γὰρ τὰ πολέμια δεινὸς ὁ ἀνὴρ, καὶ ἐν λόγοις οὐκ εὐκαταφρόνητος. *Hujus quidem igitur rhetoris orationes esse & De imagine, & (De) proditione, non firmiter dicere possim; unius vero utramq; esse, multis signis dicere possim. Eadem enim mens & vis in utraque est, quas in præsenti tempus non est considerandi. Verum Iphicratis illas esse conjicio. Etenim in bellicis peritus est vir, & in orationibus non spernendus.* Ad priorem illam quod attinet; eadem inscripta erat,

Πρὸς Ἁρμόδιον.

Aristoteles *Rhet.* lib. II. cap. XXIII. Ὡς Ἰφικράτης, ἐν τῇ Πρὸς Ἁρμόδιον, *Sicut Iphicrates, in oratione Adversus Armodium.* Inspiciendus ibi locus. Citatur, incerto Opere, a Varrone *de Ling. Lat.* lib. IV.

ISÆUS.

Hunc nonnulli quanquam Chalcidensem faciant, ego tamen, eos sequutus, qui Atheniensem tradunt, in hoc ordine recensebo. Orationes ejus Plutarch. genuinas quinquaginta esse tradit; quatuordecim autem alias, de inscritione quarum, an sit certa dubitetur. Verba ejus ecce ista: Καταλέλοιπε δὲ (ὁ Ἰσαῖος) λόγους ἑξήκοντα τέσσαρας, ὧν εἰσι γνήσιοι πεντήκοντα. *Reliquit autem (Isæus) sexaginta quatuor orationes, quarum genuinæ sunt quinquaginta.* Et Photius in *Bibliotheca:* Ἀνεγνώσθησαν Ἰσαίου διάφοροι λόγοι· οὗτοι δὲ, ἁπλῶς εἰπεῖν, εἰς τέσσαρας καὶ ἑξήκοντα συναριθμοῦνται. τούτων δὲ οἱ τὸ γνήσιον μαρτυρηθέντες, πεντήκοντα καταλείπονται μόνοι. *Lectæ sunt Isæi diversæ orationes; quæ, ut, simpliciter dicam, ad quatuor & sexaginta numerantur. Inter has, quas genuinas testantur, quinquaginta solæ relinquuntur.* Genuinarum isti tituli.

Ὑπὲρ τοῦ Μενεκλέους κλήρου.

Harpocration: Ἀγενής, ἀντὶ τοῦ ἄπαις. παρ' Ἰσαίῳ, ἐν τῷ Ὑπὲρ τοῦ Μενεκλέους κλήρου. Ἀγενής, *pro, liberis orbus. Apud Isæum, in oratione Pro Meneclis hæreditate.*

Τεμενικός.

Idem: Ἄμιπποι. Ἰσαῖος Τεμενικῷ. οἱ σὺν ἵπποις στρατευόμενοι, Ἄμιπποι. *Isæus Temenico: qui equis militant.*

Ὑπὲρ Εὐμαθοῦς.

Dionysius Halicarnass. in *Isæo:* Ἔστι δέ τις Ἰσαίου λόγος Ὑπὲρ Εὐμαθοῦς, μετοίκου τινὸς τῶν τραπεζιτευόντων Ἀθήνησιν. *Est autem Isæi quædam oratio Pro Eumathe, inquilino uno trapezitarum Athenis.* Harpocration: Ἄγειν, τοῦτο πολλὰ σημαίνει. Ἰσαῖος δὲ, ἀντὶ τοῦ φέρειν, καὶ ἐνάγειν, καὶ ἐνέλκειν, ἔλαβεν· ἐν τῷ οὕτως ἐπιγραφομένῳ, Ὑπὲρ Εὐμαθοῦς, εἰς ἐλευθερίαν ἀφαίρεσις. Ἄγειν, *illud multa notat. Isæus autem, pro ferre, & inducere, & intus-trahere, accepit; in oratione hoc modo inscripta, Pro Eumathe, in libertatem assertio.* Iterum alibi: Ἐπέσκηψεν, ἀντὶ τοῦ, ἐνετείλατο. Ἰσαῖος, ἐν τῇ Ὑπὲρ Εὐμαθοῦς εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρέσει. Ἐπέσκηψεν, *pro, mandavit. Isæus in habita Pro Eumathe in libertatem assertione.* Vide item *in* Ἐξαιρέσεως δίκη. Apostolius *Cent.* VIII. *Proverb.* XX. Ἰσαῖος δὲ, ἀντὶ τοῦ, ὑπόγυιον, καὶ ἐν χερσί. φησὶ γὰρ ἐν τῇ Ὑπὲρ Εὐμαθοῦς εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρέσει. *Isæus autem, pro, recens, & in manibus. Dicit enim in habita Pro Eumathe in libertatem assertione.*

Περὶ τῶν ἐν Μακεδονίᾳ ῥηθέντων.

Harpocration: Ἀλκέτας, Μολοττῶν βασιλεύς. Ἰσαῖος ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Μακεδονίᾳ ῥηθέντων. *Alcetas, Molossorum rex. Isæus in oratione De dictis in Macedonia.* Vide iterum, *in* Ἐπικράτης, & Πέπλος.

Πρὸς Ἀπολλόδωρον.

Harpocration: Ἀνατεὶ, ἀντὶ τοῦ, ἄνευ ἄτης. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Ἀπολλόδωρον. Ἀνατεὶ, *pro, sine damno, Isæus, in oratione Adversus Apollodorum.* Occurrit etiam apud eundem *in* Ἀπεργασάμενος, & Πολέμαρχος.

Πρὸς δημότας, περὶ χωρίου.

Dionysius Halicarn. in *Isæo:* Καθάπερ ἐφ' ᾧ πρὸς Μέδοντα ποιεῖ λόγῳ, καὶ ἐν τῷ Πρὸς Ἀγνόθεον, καὶ ἐν τῇ Πρὸς τοὺς δημότας ἀμφισβητήσει περὶ τοῦ χωρίου. *Quemadmodum facit in oratione Adversus Medontem, & in illa Adversus Agnotheum, & in disceptatione de prædio Adversus populares.* Harpocration: Σφηττός. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Πρὸς δημότας περὶ χωρίου. *Sphettus. Isæus, in oratione Adversus populares de prædio.*

Πρὸς Στρατοκλέα.

Harpocration: Διωλύγιον. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Στρατοκλέα· πράγματα διωλύγια, ἀντὶ τοῦ, μεγάλα. Διωλύγιον. *Isæus, in oratione Adversus Stratoclem; acta* διωλύγια, *pro, magna.* Vide eundem iterum *in* Μεῖον, & Ὀθνεῖος.

Πρὸς Καλλικράτην.

Idem: Διασκευάσασθαι, ἀντὶ τοῦ, σκευάσασθαι. Ἰσαῖος, ἐν τῷ πρὸς Καλλικράτην. Διασκευάσασθαι. *pro, parare. Isæus, in oratione Adversus Callicratem.* Iterum alibi: Ἐκδικάσασθαι, ἀνάδικον ἐκπρᾶξαι διὰ τὸ δικάσασθαι. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Καλλικράτην. Ἐκδικάσασθαι, *damnatum exsequi quia sententia pronunciata est. Isæus, in oratione Adversus Callicratem.*

Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου.

Exstat. Emendandus est Harpocration: Εἰς ἕω, ἀντὶ τοῦ, ἀρχομένην ἡμέραν. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. *Ad auroram, pro, incipientem diem. Isæus, in oratione De Cironis hæreditate.* Hodie editur, περὶ τοῦ Ἥρωνος κλήρου. Locus, quem respexit, in ea Isæi *Oratione* est iste: Νῦν δὲ τοιοῦτον μὲν οὐδὲν εἶπεν, εἰς ἕω δὲ τἀργύριον ἐκέλευεν εἰσενεγκεῖν. *Verum nunc quidem tale non dixit, ad auroram vero argentum inferre jussit.* Sic *in* Ἐξηγητής, male etiam, Περὶ τοῦ Σκίρωνος κλήρου. Idque etiam Philippo Maussaco animadversum. Emendandus est Porphyrius in Fragmento libri primi περὶ τῆς φιλολογίας ἀκροάσεως, apud Eusebium *de Præp. Evang.* lib. X. Τὰ περὶ βασάνων εἰρημένα παρὰ τῷ Ἰσαίῳ ἐν τῷ Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου, καὶ παρὰ Ἰσοκράτει ἐν τῷ Τραπεζιτικῷ κεῖται. *Quæ de tormentis apud Isæum dicta sunt in oratione De Cironis hæreditate, etiam apud Isocratem in Trapezitico habentur.* Editur hodie perperam, Περὶ τοῦ Κύλωνος κλήρου.

Πρὸς Ὀργεῶνας.

Harpocration, *in* Ἀποφορὰν, Γειτονῶν(?), Εἰσεπόδιζον, Ὀργεῶνας, Παλίνσκιον. Iterum corruptus illic titulus, sed ad hanc faciem emendandus, ut recte monuit V. CL. Philippus Maussacus, optime de Auctore meritus.

Περὶ μετοικισμοῦ.

Idem: Συλλογὴ, ὄνομα ἀρχῆς. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Περὶ μετοικισμοῦ, σαφέστατα δηλοῖ. *Sylloge, nomen magistratus. Isæus, in oratione De translatione habitationis, manifestissime declarat.*

Περὶ τοῦ Κλεωνύμου κλήρου, *De Cleonymi hæreditate.*

Exstat.

Πρὸς Μέδοντα.

Dionys. Halicarn. in *Isæo:* Αὐτίκα δὲ τὰς διηγήσεις, τότε μὲν, ἀπροσκατασκεύαστους, καὶ συντόμους, καὶ οὐδὲν προκαταλαμβανούσας τῶν ἀποδεικτικῶν, ἐν τῇ προσηκούσῃ

A τίθησι χώρᾳ, καθάπερ ἐφ᾽ ᾧ πρὸς Μέδοντα ποιεῖ λόγῳ. *Statim autem enarrationes, tunc quidem, non apparatas, & concisas, & nihil præoccupantes ex demonstrativis, in conveniente loco ponit, quemadmodum facit in oratione Adversus Medontem.* Occurrit quoque apud Harpocrationem, *in* Αἰξωνεῖς, Πανδαισία, Ψευδεγγραφή.

Κατὰ Θεοτίμου.

Harpocration *in* Περγασῆθεν; Ἰσαῖος, ἐν τῷ Κατὰ Θεοτίμου, *Isæus, in oratione Adversus Theotimum.*

Ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου, *Pro Pyrrhi hæreditate.*

Exstat.

Πρὸς Λυσίβιον.

B Hephæstion, *in* Ἐπίδικος: Ὁ δὲ Ἰσαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Λυσίβιον, τὴν ἐπίκληρον, ἐπικληρῖτιν κέκληκεν. *Isæus autem, in oratione Adversus Lysibium, virginem, ad quam pertinet hæreditas,* ἐπικληρῖτιν *appellavit.* Laudatque iterum *in* Νοθεῖα. Vide *Lectionum Atticarum* lib.v.cap. II.

Πρὸς Σάτυρον.

Hephæstion, *in* Ἐπίδικος.

Ὑπὲρ τοῦ Νικοστράτου κλήρου, *Pro Nicostrati hæreditate.*

Exstat. Et eandem hanc esse censeo, quæ Dionysio Halicarnasseo, in *Isæo*,

Πρὸς Ἁγνόθεον,

C indigetatur. Liquet id ex argumento Orationis.

Κατὰ Ἀριστάρχου.

Pollux *lib.* II.*cap.* IV. Ἀνάπηρος δέ ἐστιν, ὁ πᾶν τὸ σῶμα πεπηρωμένος· ὡς Ἰσαῖος, ἐν τῷ Κατὰ Ἀριστάρχου. Ἀνάπηρος *autem est, toto corpore mutilatus, quemadmodum Isæus, in oratione Adversus Aristarchum.*

Πρὸς Πύθωνα.

Harpocration, *in* Διαμαρτυρία: Ἰσαῖος δ᾽, ἐν τῷ πρὸς Πύθωνα, ἀποστασίου, φησὶν ὅτι οὐχ οἷόν τε διαμαρτυρεῖν οὐσίαν. *Isæus autem, in oratione Adversus Pythonem, defectionis, dicit; quod non possit testimonium opum dare.* Alia fuit,

Ὑπὲρ Πύθωνος, ἀποστασίου.

D Laudatur ab eodem, *in* Κλητῆρες: Καί ἐστιν ἐπιτίμιον κατ᾽ αὐτῶν δραχμαὶ χίλιαι, ὡς Ἰσαῖος, ἐν τῷ Ὑπὲρ Πύθωνος, ἀποστασίου. *Et est contra illos pœna drachmæ mille, sicut Isæus, in oratione Pro Pythone, defectionis.* Habes quoque apud Suid. *in* eadem dictione.

Κατ᾽ Ἐλπαγόρου, καὶ Δημοφάνους.

Harpocration: Ἀραφήνιος. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Κατ᾽ Ἐλπαγόρου, καὶ Δημοφάνους. δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Αἰγηΐδος. *Araphenius. Isæus, in oratione Adversus Elpagoram, & Demophanem. Populus est tribus Ægeidis.* Occurrit etiam Διαμεμετρημένη ἡμέρα, Ἐπιστάτης, Ἐπωνία, Ἰκαριεῖς, Κηρυκεία, Κηφισιεῖς, Μετοίκιον, Οἴηθεν, Σύνδικοι. Alibi simpliciter citatur,

Κατ᾽ Ἐλπαγόρου.

E Apud Etymologici Auctorem, *in* Σύνδικοι; apud hunc ipsum Harpocrationem, *in* Ἐπιδέκατον, Ἰσοτελὴς, Πωληταί.

Περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου, *De Dicæogenis hæreditate.*

Exstat.

Πρὸς Διοκλέα, ὕβρεως.

Pollux *lib.* VII. *cap.* XXXII. Τὰ δὲ ὀνόματα ταῦτά ἐστιν ἐκ τοῦ Ἰσαίου πρὸς Διοκλέα, ὕβρεως. *Nomina autem illa sunt ex Isæi Adversus Dioclem oratione, contumeliæ.* Harpocr. *in* Ἀμαζόνιον: Ἰσαῖος διείλεκται, ἐν τῷ F Πρὸς Διοκλέα, *Isæus disseruit, in oratione Adversus Diocl.* Vide eundem *in* Διαγορεύων, Ἐκπλινθεύσας, Ἔπιπλον, Καταδικασάμενος, Κατῳκοδόμησεν, Ὅρον, Προστιμήματα, Σταφυλοβολεῖον, Τοπεῖον, Τρίπτῆρα.

Πρὸς Νικοκλέα.

Ecce enim apud eundem *in* Ψευδοκλησία: Ἔστι δὲ παρά τε ἄλλοις ῥήτορσι, καὶ Ἰσαίῳ, ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα, περὶ χωρίου. *Est autem & apud alios rhetores, & Isæum, in oratione Adversus Nicoclem, de prædio.* Et vide *in* Θυργωνίδαι, Τιτακίδαι.

Κατὰ Ποσιδίππου.

A Harpocration: Θορίκιος. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Κατὰ Ποσιδίππου. δῆμός ἐστι τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. *Thoricus. Isæus, in oratione Adversus Posidippum. Populus est Acamantidis tribus.*

Περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου, *De Philoctemonis hæreditate.*

Exstat.

Πρὸς Ἀριστογείτονα, καὶ Ἄρχιππον.

Dionysius Halicarn. in *Isæo*: Ὡς ἐν τῇ λύσει τῇ πρὸς Ἀριστογείτονα, καὶ Ἄρχιππον, εὑρίσκεται πεποιηκώς. *Quomodo in solutione Adversus Aristogitonem, & Archippum, fecisse invenitur.* Harpocr. Ἐνεσκευασμένην. B Ἰσαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Ἀριστογείτονα, καὶ Ἄρχιππον, ἀντὶ τοῦ, ἐσκευασμένην, καὶ πεπλασμένην. Ἐνεσκευασμένην. *Isæus, in oratione Adversus Aristogitonem, & Archippum, pro, paratam, & fucatam.*

Κατὰ Καλλιφῶντος α΄. *Adversus Calliphontem prima.*

Nondum vidi, qui citaret.

Κατὰ Καλλιφῶντος β΄.

Etymologici Auctor, *in* Ἐπιτρίταις: Ἰσαῖος, ἐν τῷ δευτέρῳ Κατὰ Καλλιφῶντος. Ἑξακοσίαις δραχμαῖς ἐπιτρίταις, ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ ὀκτὼ ὀβολοῖς. *Isæus, in oratione secunda Adversus Calliphontem. Sexcentis drachmis epitritis, pro, ad octo obolos.* Suidas, *in* C ἐπιτρίταις, omisso Oratoris nomine, citat: Ἐν τῷ Κατὰ Καλλιφῶντος. Ἑξακοσίαις δραχμαῖς ἐπιτρίταις. *In oratione Adversus Calliphontem. Sexcentis drachmis epitritis.* Vide *Attic. Lect.* lib. II. cap. II.

Πρὸς Διοφάνην, ἀπολογία.

Harpocration, *in* Ἱερὰ ὁδός: Ἰσαῖος, ἐν τῇ πρὸς Διοφάνην ἀπολογίᾳ, *Isæus, in defensione Adversus Diophanem.* Habes iterum apud eundem, *in* Παρεγγύησις.

Πρὸς Βοιωτόν.

Harpocration, *in* Κειριάδης, & Λῆξις.

Ὑπὲρ Εὐφιλήτου, πρὸς τὸν Ἐρχιέων δῆμον.

Dionysius Halicarn. in *Isæo*: Ταύτης ἐστὶ τῆς ἰδέας καὶ ἡ Ὑπὲρ Εὐφιλήτου πρὸς τὸν Ἐρχιέων δῆμον ἔφεσις. *Hujus* D *quoque formæ est provocatio Pro Euphileto adversus Erchiensium populum.* Et mox: Εἰ δ᾽ ἔτι δεῖ καὶ παραδείγμασι χρῆσθαι, μή τις ἀναπόδεικτα δόξῃ λέγειν ἡμᾶς, ποιήσω καὶ τοῦτο, προχειρισάμενος τὸν Ὑπὲρ Εὐφιλήτου λόγον, ἐν ᾧ τὸν Ἐρχιέων δῆμον εἰς τὸ δικαστήριον προκαλεῖταί τις τῶν ἀποψηφισθέντων, ὡς ἀδίκως τῆς πολιτείας ἀπελαυνόμενος. *Verum si etiam adhuc exemplis uti opus est, ne quis existimet nos dicere ea quæ demonstrata non sunt, etiam illud faciam, delecta Pro Euphileto oratione, in qua Erchiensium populum in judicium aliquis suffragio ejectorum provocat, tanquam injuste a republica remotus.*

Περὶ τοῦ Ἀστυφίλου κλήρου, *De Astyphili hæreditate.*

E Exstat.

Πρὸς Καλλιππίδην.

Harpocration: Ἀντεπιτίθησιν, ἀντὶ τοῦ, ἀντεπιστέλλει. Ἰσαῖος, ἐν τῷ πρὸς Καλλιππίδην. Ἀντεπιτίθησιν, *pro rescribit. Isæus, in oratione Adversus Callippidem.*

Κατὰ Κλεομέδοντος.

Idem *in* Κλητῆρες: Κλητεῦσαι δέ ἐστι, τὸ κλητῆρα γενέσθαι· ὡς Ἰσαῖος, ἐν τῷ Κατὰ Κλεομέδοντος. Κλητεῦσαι *vero est, vocatorem fieri; quomodo Isæus, in oratione Adversus Cleomedontem.*

Πρὸς Ξεναίνετον, περὶ τοῦ Ἀριστάρχου κλήρου, *Adversus Xenænetum, de Aristarchi hæreditate.*

F Exstat. Corrupta est inscriptio apud Harpocrationem, *in* Ὅτι παιδί. Vide *Attic. Lect.* lib. II. cap. IV.

Πρὸς Ἰσχόμαχον.

Harpocration: Χίλιοι διακόσιοι. Ἰσαῖος, ἐν τῷ πρὸς Ἰσχόμαχον, φησίν· Οὐδεὶς Λυσίδης ἐστὶ τῶν διακοσίων καὶ χιλίων. *Mille ducenti. Isæus, in oratione Adversus Ischomachum, dicit; Nullus Lysides est ducentorum & mille.*

Πρὸς Ἀνδοκίδην.

Pollux *lib.* VII.*c.*II. Τὸ δὲ ἀντιμᾶσθαι, καὶ τὸ τῷ πλέον δόντι θέλειν πιπράσκειν, πλειστηριάζειν ἂν λέγοιτο,

ὡς Ισαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Ανδοκίδην. *Supra autem æstimare, & plus danti velle vendere*, πλειστηριάζειν *dicat, sicut Isæus, in oratione Adversus Andocidem.* A

Πρὸς Μενεκράτην.

Harpocration, *in* Περιοίκιον: Ισαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Μενεκράτην. Καὶ τὸ περιοίκιον, καὶ τὴν οἰκίαν. *Isæus, in oratione Adversus Menecratem. Et domus circuitum, & domum.* Quæ totidem verbis occurrunt apud Suidam, *in* eadem dictione.

Πρὸς Δωρόθεον.

Idem Harpocration, *in* Οὐσίας δίκη: Ταῦτα δέ ἐστι μὲν καὶ παρ' ἄλλοις ῥήτορσιν. ἀκριβέστατα δὲ εἴρηται Ισαίῳ, ἔν τε τῷ Πρὸς Τιμωνίδην, περὶ χωρίου· καὶ ἐν τῷ Πρὸς Δωρόθεον, ἐξούλης. *Illa vero quidem apud alios quoque sunt rhetores. Diligentissime autem dicta sunt ab Isæo, & in oratione Adversus Timonidem, de prædio, & Adversus Dorotheum, unde vi.* B

Ὑπὲρ Νικίου.

Harpocration: Απορρήξαντες, ἀπόμοιράν τινα διδόντες. Ισαῖος, ἐν τῇ Ὑπὲρ Νικίου συνηγορίᾳ. Απορρήξαντες, *partem aliquam dantes. Isæus, in defensione Pro Nicia.* Iterum *in* Χίλιοι διακόσιοι: Λυσίας δὲ, ἐν τῷ Πρὸς Κλεινίαν, καὶ Ισαῖος, ἐν τῇ Ὑπὲρ Νικίου συνηγορίᾳ, τῷ ἀπηρτισμένῳ ἀριθμῷ ἐχρήσαντο, χιλίους εἰπόντες. *Mille ducenti: Lysias autem, in oratione Adversus Cliniam, & Isæus, in defensione Pro Nicia, perfecto numero utebantur, mille dicentes.* C

Περὶ τοῦ Αρχιπόλιδος κλήρου.

Pollux *lib.* x. *cap.* i. Τάχα δὲ ἀπὸ τούτων, καὶ ἡ σκευοποιΐα, καὶ σκευωρία, καὶ ἐσκευοποιημένον πρᾶγμα, ὡς Ισαῖος, ἐν τῷ Περὶ τοῦ Αρχιπόλιδος κλήρου. *Fortasse autem ab illis, etiam vasorum confectio, & fallacia, & instructum negotium, sicut Isæus, in oratione De Archipolidis hæreditate.*

Περὶ τῆς ποιήσεως.

Harpocration *in* Οἷον: Ισαῖος, ἐν τῷ Περὶ τῆς ποιήσεως, *Isæus, in oratione De Poesi.*

Περὶ τοῦ Αγνίου κλήρου, *De Hagniæ hæreditate.* D

Exstat.

Περὶ τοῦ Αλεξάνδρου κλήρου.

Harpocration: Ὅτι παιδὶ, καὶ γυναικὶ, οὐκ ἐξῆν συμβάλλειν περὶ * μεδίμνου κριθῶν, Ισαῖος, ἐν τῷ Περὶ τοῦ Αλεξάνδρου κλήρου, φησίν. *Quod puero, & fœminæ, licitum non erat contrahere ultra medimnum hordei, Isæus, in oratione De Alexandri hæreditate, tradit.* Sed corruptam inscriptionem, & legendum illic esse, ἐν τῷ Περὶ τοῦ Αριστάρχου κλήρου, docui nuper, *Attic. Lect.* lib. ii. cap. iv.

Πρὸς Τιμωνίδην, περὶ χωρίου, *Adversus Timonidem, de prædio.*

Harpocration, *in* Οὐσίας δίκη, Suidas, *in* Διάθεσις. E

Ὑπὲρ τοῦ Απολλοδώρου κλήρου, *Pro Apollodori hæreditate.*

Exstat.

Πρὸς Ερμωνα.

Dionysius Halicarn. in *Isæo*: Ταύτης ἐστὶ τῆς ἰδέας, ἥ τε Πρὸς Ερμωνα ὑπὲρ τῆς ἐγγύης ἀπολογία, καὶ ἡ Πρὸς Εὐκλείδην ἀμφισβήτησις. *Illius formæ est, & defensio Adversus Hermonem pro sponsione, & disceptatio Adversus Euclidem.* Meminit etiam Harpocration, & Suidas, *in* Αναγκαῖον, Ανδραποδοκάπηλος, Αφοσιῶ, Βόθυνος, Διεσπαθισάμην.

Πρὸς Καλυδῶνα. F

Harpocration, *in* Ανθεμόκριτος, Αφ' ἑστίας, Ιππία Αθηνᾶ, Κεφαλῆθεν, Χρῆσαι, Apostolius *Cent.* v. *Proverb.* xx.

Ὑπὲρ Μνησιθέου θυγατρός.

Harpocration: Απορώτατος, ἀντὶ τοῦ, πρὸς ὃν οὐδένα πόρον εὑρεῖν ἐστίν. Ισαῖος, ἐν τῷ Ὑπὲρ Μνησιθέου θυγατρός. Απορώτατος, *pro, apud quem nullus meatus invenire est. Isæus, in oratione Pro Mnesithei filia.*

* Ita Meursii Chirographum, quum in editis sit πέρα.

Πρὸς Νεοκλέα, περὶ χωρίου.

Harpocration, *in* Κληπῆρες: Ισαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Νεοκλέα, *Isæus, in oratione Adversus Neoclem.*

Habes omnium genuinarum inscriptiones, sed de reliquis quatuordecim, tres duntaxat mihi inventæ.

Κατὰ Μεγαρέων.

Harpocration, *in* Σφοδρίας: Ισαῖος, ἐν τῷ Κατὰ Μεγαρέων, εἰ γνήσιος. *Isæus, in oratione Adversus Megarenses, si genuina.*

Πρὸς Εὐκλείδην τὸν Σωκρατικόν.

Harpocration: Ὅτι τὰ ἐπικηρυττόμενά τισι χρήματα ἐπὶ τῶν βωμῶν ἐτίθετο, εἴρηκεν Ισαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Εὐκλείδην τὸν Σωκρατικὸν, εἰ γνήσιος ὁ λόγος. *Quod vero per præconem impositæ quibusdam pecuniæ in aris ponebantur, dixit Isæus, in oratione Adversus Euclidem Socraticum, si genuina oratio.* Meminit iterum *in* Αγνίας, Βουλεύσεως, Ῥητορικὴ γραφὴ, Τετρακέφαλος. Ac laudat præterea Dionysius Halicarn. in *Isæo*, Pollux, *lib.* viii. *cap.* vi. Priscianus *lib.* xvii.

Κατ' Αριστοκλέους.

Harpocration, *in* Ὑπερήμεροι: Ὡς ὑποσημαίνεται ἐν τῷ Κατ' Αριστοκλέους Ισαῖος, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, ἐστίν. *Quomodo subindicat Isæus in oratione Adversus Aristoclem, si genuina est oratio.*

ISOCRATES.

Orationes ejus fuerunt xxv. vel, ut alii, xxviii. Vide Plutarchum, in *ejus Vita*, lib. *de x. Rhet.* Exstant pene omnes: de cæteris non liquet. Citatur Πρὸς Εὐδοθέαν, apud Suidam, *in* Χιάζειν.

LEUCON.

Ejus Fabulæ memorantur, Ονος ἀσκοφόρος, & Φράτερες. Suidas: Λεύκων Αγνούσιος. γεγονὼς ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι ταῦτα. Ονος ἀσκοφόρος, Φράτερες. *Leucon Hagnusius: tempore bellorum in Peloponneso natus. Inter fabulas ejus hæ sunt: Asinus utrem-ferens, Tribules.* Ac Φράτερες quidem laudantur item Athen. *lib.* viii. Κωμῳδοῦσι δ' αὐτὸν ἐπὶ ὀψοφαγίᾳ, Λεύκων ἐν Φράτερσιν, Αριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ. *Eum vero irrident propter opsoniorum devorationem, Leucon in Tribulibus, Aristophanes in Pace.* Hesychius: Παάπις. οὗτος ποτήριά τινα τοῖς Αθηναίοις ἔπεμψε δῶρα. Λεύκων Φράτερσιν·

Ατὰρ ὁ Μεγακλέους ὑστάτου Παάπιδος
Ὑπέρβολος τὰ κπώματα καταδήδοκε.

Paapis. Hic Atheniensibus pocula quædam dono misit. Leucon Tribulibus;

Verum Megaclis postremi Paapidis
Hyperbolus pocula deglutivit.

LYCIS, sive, LYCUS.

Meminit ejus Aristophanes, initio *Ranarum*:

Εἴπερ ποιήσω μηδὲν, ὧνπερ Φρύνιχος
Εἴωθε ποιεῖν, καὶ Λύκις, κ' Αμειψίας.
Quoniam nihil eorum faciam, quæ Phrynichus
Solitus est facere, & Lycis, & Amipsias.

Ubi Scholiastes: Λύκις, κωμῳδίας ποιητὴς, ὡς ψυχρὸς κωμῳδεῖται. λέγει δὲ αὐτὸν καὶ Λύκον· οὗ οὐδὲν φέρεται. *Lycis, comœdiæ poetæ, tanquam frigidus irridetur. Dicit autem ipsum etiam Lycum, cujus nihil exstat.* Videndus etiam Suidas, *in* Λύκις.

LYCURGUS.

De Orationibus ejus dixi nuper *Attic. Lect.* lib. iii. cap. iii. Hic refingam. Feruntur illæ numero quindecim. Plutarchus in *ejus Vita*: Φέρονται δὲ τοῦ ῥήτορος λόγοι δεκαπέντε. *Feruntur autem illius rhetoris orationes quindecim.* Photius in *Bibliotheca*: Λυκούργου δὲ, οὐδενὸς τῶν ἄλλων, ὅσα γε τελεῖν εἰς ῥήτορας καὶ δημαγωγοὺς, τοὔλαττον φερομένου, οὔπω παρέσχεν ἡμῖν ὁ χρόνος λόγους ἀναγνῶναι. φέρεσθαι δὲ αὐτοῦ

A ἐξ ἱστορίας πεντεκαίδεκα μεμαθήκαμεν. *Lycurgi vero, nullo aliorum, quantum facit ad ea ut numeretur inter rhetores & demagogos, inferioris, orationes legere nunquam tempus nobis concessit. Ex historia vero quindecim ejus exstare didicimus.* Habeo titulos.

Κατ' Ἀριστογείτονος,

Harpocration, *in* Ἄγραφίυ: Διδάσκουσι δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχειν Δημοσθένης τε καὶ Δείναρχος, ἐν τῷ Κατὰ Θεοκρίνου· καὶ Λυκοῦργος, ἐν τῷ Κατ' Ἀριστογείτονος. *Illud autem se ita habere docent Demosthenes & Dinarchus, in oratione Adversus Theocrinum; & Lycurgus, in oratione Adversus Aristogitonem.* Vide eundem *in* Ἡλικία, Ὄρυγμα, Τρίγωνον, Χιλιωθεῖσα, Ψευδεγγραφή. Meminit quoque Suidas, *in* Λυκοῦργος, & Μητρῷον.

B Περὶ διοικήσεως.

Suidas laudat, *in* Λυκοῦργος, & Ὀχεῖον, & Harpocration, *in* Αἰγὶς, Δοκιμασθεὶς, Ἐπικράτης, Λυσίμαχος, Ὀχεῖον, Σειρῖνα.

Κατὰ Λεωκράτους.

Exstat. Corruptus autem est Plutarchus in hoc nomine, in *Lycurgi* istius *Vita:* Εὐθύνας Ἀριστογείτονα, καὶ Κλεωκράτην, καὶ Αὐτόλυκον, δουλείας. *Accusans Aristogitonem, & Cleocratem, & Autolycum, servitutis.* Rescribe, καὶ Λεωκράτην.

C Περὶ τῆς ἱερείας, *De sacerdote fœmina.*

Harpocration, *in* Ἀλόπη, Διηλλαξεν, Ἐπίβοιον, Ἐπιμελεῖα, Ἐπιπλεῖν, Ἐσχάρα, Κύρβεις, Νίκη Ἀθηνᾶ, Παράκλησις, Πάρεδρος, Πέλανος, Πλυντήρια, Πολύγνωτος, Προτέλεια, Τραπεζοφόρος, Τειτομηνὶς, Ὑγεία Ἀθηνᾶ, Priscianus, *l.* XVIII. Suidas, non uno loco; qui corrigendus tamen *in* Λυκοῦργος, ubi editur, Περὶ τῆς ἱερατείας, *De sacerdotio.*

Κατὰ Λυκόφρονος.

Etymologici Auctor, *in* Ἐμποδών: Λυκοῦργος, ἐν τῷ Κατὰ Λυκόφρονος, ἀντὶ τοῦ, φανερόν. *Lycurgus, in oratione Adversus Lycophronem, pro, manifestum.* Theon in *Progymn.* cap. Περὶ τῆς τῶν νέων ἀγωγῆς: Ἔτι δὲ καὶ Λυκούργου Κατὰ Μόσχου, ἐν τῷ Κατὰ Λυκόφρονος.

D *Verum adhuc etiam Lycurgi Adversus Moscum, in oratione Adversus Lycophronem.* Harpocration, *in* Ἀνδραποδιστής, Ἵππαρχος, Κανηφόροι, Μελανίππειον, Περασμένης, Υακινθίδαις, Apostolius *Cent.* VIII. *Proverb.* XX. Sed gemina fuit, teste Suida; & citatur,

Κατὰ Λυκόφρονος α'.

Apud Athenæum, *l.* VI. Τὰ ὅμοια εἴρηκε καὶ Λυκοῦργος, ἐν τῷ Κατὰ Λυκόφρονος προτέρῳ. *Similia dixit etiam Lycurgus, in oratione prima Adversus Lycophronem.* Harpocration: Ἰπνος. Λυκοῦργος, ἐν τῷ Κατὰ Λυκόφρονος προτέρῳ, *Furnus. Lycurgus, in oratione Adversus Lycophronem prima.*

E Κατὰ Λυκόφρονος β'.

Harpocration, *in* Ὀρκανη: Λυκοῦργος, ἐν τῷ Κατὰ Λυκόφρονος δευτέρῳ. *Lycurgus, in oratione secunda Adversus Lycophronem.* Habes quoque apud Suidam, qui transscripsit, in eadem voce.

Κατ' Αὐτολύκου τοῦ Ἀρειοπαγίτου, περὶ ἱερῶν.

Plutarchus in *ejus Vita:* Εἶπε δὲ καὶ περὶ ἱερῶν πολλάκις, γραψάμενος Αὐτόλυκον τὸν Ἀρειοπαγίτην, καὶ Λυσικλέα τὸν στρατηγὸν, καὶ Δημάδην τὸν Δημέου, καὶ Μενέσαιχμον. *Sed etiam de sacris sæpe dixit, Autolycum Areopagitam accusans, & Lysiclem prætorem, & Demadem Demeæ filium, & Menesæchmum.* Ita autem ibi scribo, non Δ. τοῦ Δημίου. Meminit item Harpocration, *in* Αὐτόλυκος, & Ἠρία; quemadmodum Suidas, *in* Λυκοῦργος. Contra hunc ipsum porro Autolycum alia quoque ejus fuit,

F Κατ' Αὐτολύκου, δουλείας.

Animadverto apud Plutarchum, qui *ibidem* seorsum memorat: Εὐθύνας Ἀριστογείτονα, καὶ Λεωκράτην, (ita enim legendum esse, jam admonui) καὶ Αὐτόλυκον, δουλείας. *Accusans Aristogitonem, & Leocratem, & Autolycum, servitutis.* Et observa in Plutarchi paullo ante *citatis verbis*, fuisse item quandam ejus Orationem,

Κατὰ Λυσικλέους.

Citat Harpocration, *in* Ἐπὶ Δηλίῳ μάχη, & Δεμβάδεια. Corrigendus autem Suidas, *in* Λυκοῦργος; ubi,

Κατὰ Πασικλέους,

inscribitur. Porro in *citato* jam Plutarchi *loco* etiam apparet, scripsisse

Κατὰ Δημάδου.

Laudatque Athenæus, *l.* XI. Λυκοῦργος δ' ὁ ῥήτωρ, ἐν τῷ Κατὰ Δημάδου, Φίλιππον φησὶ τὸν βασιλέα προπίνειν κέρατι τούτοις, οἷς ἐφιλοφρονεῖτο. *Lycurgus autem rhetor, in oratione Adversus Demadem, Philippum ait regem illis cornu propinare, quos comitate prosequebatur.* Scholiastes Aristophanis, *Pluto:* Μέμνηται ... Δημοσθένης, τοὺς ὄφεις τοὺς παρείας φάσκων· καὶ ...ργος, ἐν τῷ Κατὰ Δημάδου λόγῳ. *Illius vero Demosthenes etiam meminit, serpentes pareias dicens; & Lycurgus, in oratione Adversus Demadem.* Vide Harpocrationem quoque, *in* Ἀποβάτης, & Τοὺς ἑτέρους Τραγῳδοὺς ἀγωνιεῖται. Denique indicat etiam Plutarchus Orationem

Κατὰ Μενεσαίχμου.

Emendandus est Pollux, *l.* VII. *c.* XXXI. Καὶ σπογγοκολυμβηταὶ δὲ Λυκοῦργος εἴρηκεν, ἐν τῷ Κατὰ Μενεσαίχμου. *Sed etiam spongiarum urinatores Lycurgus dixit, in oratione Adversus Menesæchmum.* Hodie editum est, ἐν τῷ Κατὰ Μενεσέμου. Male quoque apud Suidam est,

Κατὰ Μεναίχμου.

Vide Harpocrationem, *in* Ἀρχυωρὸς, Δηλιασταὶ, Ἑκάτης νῆσος, Κηφισόδωρος, Προκώνια, Πυανοψίαι, Suidam etiam, in iisdem vocibus, & Πρωηροσίαι. Alia est, quæ,

Ἀπολογισμὸς ὧν πεπολίτευται, *Defensio administrationis reipublicæ,*

inscribitur apud Harpocrationem, *in* Δερματικὸν, Ἐξωλιάσαι, Ἑκατόμπεδον, Νεώρια. Nam Lycurgus, moriturus, in Metroum, & curiam, deferri se jussit; cupiens illic reip. administratæ rationem reddere: ubi cum nemo, præter Menesæchmum, accusare ipsum auderet, dilutis hac apologia calumniis, domum suam est relatus. Plutarchus in *ejus Vita:* Μέλλων δὲ τελευτήσειν, εἰς τὸ Μητρῷον, καὶ τὸ βουλευτήριον, ἐκέλευσεν αὐτὸν κομισθῆναι, βουλόμενος εὐθύνας δοῦναι τῶν πεπολιτευμένων. οὐδενὸς δὲ κατηγορῆσαι τολμήσαντος, πλὴν Μενεσαίχμου, τὰς διαβολὰς ἀπολυσάμενος, εἰς τὴν οἰκίαν ἀπεκομίσθη. *Moriturus autem, in Metroum, & curiam, jussit deferri se, rationes gestæ reipublicæ redditurus. Verum nullo accusare sustinente, excepto Menesæchmo, calumniis depulsis, domum reportatus est.* Habes eadem apud Photium, in *Bibliotheca.* Apud Suidam quoque distinguuntur Oratio Κατὰ Μενεσαίχμου, & Ἀπολογία πρὸς τὸν αὐτὸν, ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν. Nam verba ejus transpositione esse corrigenda, monui *Attic. Lect.* l. III. c. III.

Πρὸς τὰς μαντείας, *Adversus oracula.*

Suidas laudat, *in* Λυκοῦργος. Eadem,

Περὶ μαντειῶν, *De oraculis,*

inscribitur apud eundem, *in* Καυχᾷ.

Κατὰ Διφίλου.

Hanc Orationem nemo laudat, quod quidem meminí; scriptam tamen, Plutarchus indicat, in *ejus Vita:* Εἷλεν δὲ καὶ Δίφιλον, ἐκ τῶν ἀργυρίων μετάλλων τοὺς μεσοκρανεῖς, οἳ ἐβάσταζον τὰ ὑπερκείμενα βάρη, ὑφελόντα, καὶ ἐξ αὐτῶν πεπλουτηκότα παρὰ τοὺς νόμους. *Sed etiam Diphilum accusavit, qui ex argentariis metallis medias pilas, quæ superjectas moles ferebant, abstulerat, & ex illis contra leges dives factus erat.*

Πρὸς Ἰσχυρίαν.

Ita apud Suidam est, *in* Λυκοῦργος. Eadem est, quæ

Κατ' Αἰσχυρίου,

apud Harpocrationem inscribitur, *in* Σωτήρ. Quem e Suida corrigendum esse puto.

Habes, ecce, quindecim ejus Orationes. Sed & duæ* referuntur, dubiæ fidei.

Διαδικασία Κροκωνιδῶν, πρὸς Κοιρωνίδας.

Harpocration, *in* Κοιρωνίδαι: Ἔστι Λυκούργου λόγος, οὕτως ἐπιγραφόμενος. Κροκωνιδῶν διαδικασία πρὸς Κοιρωνίδας, ὃν ἔνιοι Φιλίνου νομίζουσιν. *Est Lycurgi oratio sic inscripta. Croconidarum disceptatio Adversus Cœronidas, quam nonnulli Philini existimant.* Laudatque idem *in* Θεοίνιον, Κωμίδας, Προχαιρητήρια, Σκαμβωνίδαι.

Κατὰ Δεξίππου.

Idem, *in* Σύνδικοι: Καὶ Λυκοῦργος, ἐν τῷ Κατὰ Δεξίππου, εἰ γνήσιος. *Et Lycurgus, in oratione Adversus Dexippum, si genuina.* Citatur quoque ejusdem,

Κατὰ Αὐτοκλέους.

Suidas, *in* Μηλόβοτος: Κεῖται δὲ τοὔνομα καὶ τῷ Λυκούργῳ, ἐν τῷ Κατ' Αὐτοκλέους. *Habetur autem nomen illud etiam apud Lycurgum, in oratione Adversus Autoclem.* Item,

Κατὰ Τιμοκράτους.

Suidas, *in* Πεπορπημένος: Κεῖται παρὰ Λυκούργῳ, ἐν τῷ Κατὰ Τιμοκράτους. *Habetur apud Lycurgum, in oratione Adversus Timocratem.*

LYSIAS.

Ejus Orationes feruntur CCCCXXV. & ex istis genuinæ CCXXX. Plutarchus in *ejus Vita*: Φέρονται δ' αὐτοῦ λόγοι τετρακόσιοι εἴκοσι πέντε. τούτων γνησίους φασὶν οἱ περὶ Διονύσιον, καὶ Καικίλιον, εἶναι διακοσίους τριάκοντα. *Feruntur autem ejus orationes quadringentæ viginti quinque. Harum genuinas dicunt Dionysius, & Cæcilius, esse ducenta triginta.* Photius in *Biblioth.* commemorat genuinas CCXXXIII. Ἀνεγνώσθησαν Λυσίου λόγοι διάφοροι. Φέρονται δὲ αὐτοῦ εἰκοσιπέντε καὶ τετρακόσιοι· ὧν τοῖς γνησίοις τρεῖς καὶ τριάκοντα καὶ διακόσιοι ἐγκρίνουσιν. *Lectæ sunt orationes Lysiæ diversæ. Illius autem viginti quinque & quadringentæ feruntur; quarum genuinis tres & triginta & ducentas immittunt.* In Suida corrigendus numerus, nimium exerrans: Λόγοι δ' αὐτοῦ λέγονται εἶναι γνήσιοι ὑπὲρ τοὺς σ'. καὶ ἕτεροι πρὸς τούτοις ἀμφιδοξούμενοι. *Verum ejus orationes genuinæ super* CC. *esse dicuntur; & alia præter has controversæ.* Editur hodie, ὑπὲρ τοὺς τ'. *super* CCC. Harum exstant paucæ aliquot. De genuinis isti tituli supersunt.

Κατ' Εὐθυδίκου.

Harpocration, *in* Ἀμφιδέαι: Ἰδίως δὲ Λυσίας, ἐν τῷ Κατ' Εὐθυδίκου, φησίν· Οὐ δυνάμενος δ' ἐκβαλεῖν, διὰ τὸ ἀμφιδέαις δεδέσθαι τὰς θύρας. *Proprie autem Lysias, in oratione Adversus Euthydicum, dicit; Quum autem non posset ejicere, quia vinculis ligatæ erant fores.* Suidas in eadem voce.

Ἐρωτικός.

Harpocration: Ἀπαγορεύειν, ἀντὶ τοῦ, κάμνειν, καὶ ἀδυνάτως ἔχειν. Λυσίας ἐν Ἐρωτικῷ. *Ἀπαγορεύειν, pro, defatigari, & invalidum esse. Lysias in Amatoria.* Maximus Tyrius, *Dissert.* VIII. Ἐπιδειξαμένου γὰρ αὐτῷ τοῦ Μυρρινουσίου Φαίδρου λόγον, ὑπὸ Λυσίου τοῦ Κεφάλου συγγεγραμμένον, Ἐρωτικὸν, οὐκ ἔφη θαυμάζειν, πλῆρες τὸ στῆθος ἔχων, ὥσπερ ἀγγεῖον, ἀλλοτρίων ναμάτων. *Ostendente enim ei Myrrhinusio Phædro orationem, ab Lysia Cephali filio conscriptam, Amatoriam, non mirari dicebat, habere eum pectus plenum, tanquam vas, alienis fluentis.* Multoties meminit Plato, in *Phædro*.

Πρὸς Μέδοντα.

Athenæus *l.* XIII. Ἐν δὲ τῷ Κατὰ Φιλωνίδου βιαίων, ὁ Λυσίας, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, καὶ Ναΐδος τῆς ἑταίρας μέμνηται· καὶ ἐν τῷ Πρὸς Μέδοντα ψευδομαρτυριῶν. *In oratione autem Adversus Philonidem de vi, Lysias, si genuina oratio, etiam Naidis meretricis meminit; & in oratione Adversus Medontem falsorum testimoniorum.* Harpocration, *in* Ἀντίκυρα, & Ἀπήχεια.

Ὑπὲρ Ἐρατοσθένους, *Pro Eratosthene.*

Exstat.

Κατὰ Ποσειδίππου.

Harpocration: Ἀπολαχεῖν, ἀντὶ ἁπλοῦ, τοῦ λαχεῖν. Ἀντιφῶν ἐν τῷ Κατὰ Φιλίνου. Λυσίας Κατὰ Ποσειδίππου. *Ἀπολαχεῖν, pro simplici, sortiri. Antiphon in oratione Adversus Philinum. Lysias Adversus Posidippum.*

Πρὸς Καλλικλέα.

Harpocration, *in* Ἀπόμισθοι: Κεῖται δὲ ἡ λέξις παρὰ Λυσίᾳ, ἐν τῷ Πρὸς Καλλικλέα. *Habetur autem dictio apud Lysiam, in ratione Adversus Calliclem.* Item Suidas, *in* eadem dictione.

Κατὰ Μικίνου.

Vide quæ de hac Oratione annotavi nuper, *Attic. Lect.* lib. III. cap. XXI.

Κατὰ τῶν σιτοπωλῶν.

Suidas, *in* Ἄξιον: Τάσσουσι δὲ τὸ ἄξιον, καὶ ἐπὶ τῶν ὠνίων, ὅταν εὐωνόν τι πιπράσκεται. Λυσίας, ἐν τῷ Κατὰ τῶν σιτοπωλῶν. *Ponunt autem ἄξιον, etiam de venalibus, quum vili pretio aliquid venditur. Lysias, in oratione Adversus frumentarios.* Exstat.

Περὶ τοῦ Διογένους κλήρου.

Harpocration, *in* Δέκα: Ἐκαλεῖτο μέν τοι τούτων ἕκαστος τῶν ἀρχόντων, Δεκαδοῦχος· ὡς δῆλον ποιεῖ Λυσίας, ἐν τῷ Περὶ τοῦ Διογένους κλήρου. *Appellabatur vero unusquisque illorum archontum Decaduchus; quemadmodum manifestum reddit Lysias, in oratione De Diogenis hæreditate.* Vide eundem iterum *in* Μόλπος, & Priscianum *l.* XVIII.

Πρὸς Διοκλέα, ὑπὲρ τοῦ κατὰ τῶν ῥητόρων νόμου.

Theon, in *Progymn.* Κατασκευῶν δὲ, παρά τε ἄλλοις, καὶ παρὰ Λυσίᾳ, ἐν τῷ Πρὸς Διοκλέα, ὑπὲρ τοῦ κατὰ τῶν ῥητόρων νόμου. *Adstructionum vero, & apud alios, & apud Lysiam, in oratione Adversus Dioclem, pro lege contra rhetores.* Truncate est apud Harpocrationem, *in* Δώρων γραφή: Λυσίας, ἐν τῷ Κατὰ τῶν ῥητόρων νόμου, διείλεκται περὶ τούτων. *Lysias, in oratione Adversus rhetorum legem, disseruit de his.*

Πρὸς Λεπτίνην.

Harpocration, *in* Ἀρδηττός: Λυσίας, ἐν τῷ Πρὸς Λεπτίνην, *Lysias, in oratione Adversus Leptinem.*

Πρὸς Πολέμωνα.

Suidas, *in* Ἐπὶ καλάμῃ ἀρῶν: Λυσίας, ἐν τῷ Πρὸς τὸν Πολέμωνα λόγῳ, διαβάλλων τινὰ τῶν ἀπλήστων γεωργῶν, τὰ ἐν τῇ γῇ καταχρωμένων, καὶ κατ' ἔτος ἐξαναλίσκοντα τὴν ἰσχὺν αὐτῆς, φησίν· οὗτοσὶ δὲ πυροὺς ἐπὶ καλάμης ἀροῖ. *Lysias, in oratione Adversus Polemonem, criminans aliquem insatiabilium rusticorum, agri proventibus abutentium, & iis quæ singulis annis vim ejus exhauriunt, ait; Hic autem frumenta in stipula arat.*

Κατ' Αὐτάνδρου, καὶ Πυθέου, ξενίας.

Harpocration: Ἀρχιδάμιος πόλεμος. Λυσίας, ἐν τῷ Κατ' Αὐτάνδρου, καὶ Πυθέου, ξενίας. *Archidamium bellum. Lysias, in oratione Adversus Autandrum, & Pytheum, hospitalitatis.* Aliter est apud Apostolium, *Cent.* IV. *Proverb.* XXX. Καὶ Λυσίας, ἐν τῷ Κατ' Ἀνδροτίωνος, καὶ Πυθίου, ξενίας. *Et Lysias, in oratione Adversus Androtionem, & Pythium, hospitalitatis.* Emenda, ad Harpocrationis præscriptum.

Περὶ τραύματος ἐκ προνοίας, *De vulnere dedita opera.*

Exstat.

Ὑπὲρ Καλλίου.

Hujus exstat exordium.

Κατὰ Κτησιφῶντος.

Suidas, *in* Ἀπείπατο: Λυσίας, ἐν τῷ Κατὰ Κτησιφῶντος, *Lysias, in oratione Adversus Ctesiphontem.*

* Sic Chirographum Meursii, cum debuisset ponere *quatuor*, quot sequuntur. Sed post hæc conscripta duas postremas demum repperit, & in margine annotavit diverso prorsus atramento.

Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικόν. A

Harpocration, *in* Ἀσωτία, Ἀσικτον χωρίον, Καταπλήξ. Duæ erant; una, inscripta

Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικόν, χρέους.

Ἐπιτομὴ τῶν ῥιζοτομουμένων, *Epitome radicumsectarum.*

Plinius laudatur, *lib.* XX. *cap.* XX. *Metrodorus, qui* Ἐπιτομὴν τῶν ῥιζοτομουμένων *scripsit, purgationibus a partu dandam censuit.*

Περὶ αἰσθήσεων, πρὸς Τιμοκράτην.

An idem Opus est, quod Τιμοκράτης simpliciter inscribitur apud eundem mox Diogenem, *eodem libro?* Ὁμοίως δὲ καὶ Διογένης, ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τῶν Ἐπιλέκτων· καὶ Μητρόδωρος, ἐν τῷ Τιμοκράτει. *Similiter vero etiam Diogenes, in libro sexto decimo Electorum, & Metrodorus, in Timocrate.*

Περὶ τῆς ἐπὶ σοφίαν πορείας.

Idemne, quod Περὶ φιλοσοφίας indigetat Plutarch. πρὸς Κολώτην; Ἃ δὲ Μητρόδωρος, ἐν τῷ Περὶ φιλοσοφίας, ἐξορχούμενος πολιτείαν, γέγραφεν, οὐκ ᾤμην δεῖν παρεῖναι. *Quæ vero Metrodorus, in libro De philosophia, deridens rationem administrandæ reipublicæ scripsit, non putarem prætermittenda.*

Περὶ εὐγενείας.

Commemorantur ab eodem Diogene, *Epicuri* initio: Ἐπίκουρος, Νεοκλέους καὶ Χαιρεστράτης, Ἀθηναῖος, τῶν δήμων Γαργήττιος, γένους τῶν Φιλαϊδῶν, ὥς φησι Μητρόδωρος, ἐν τῷ Περὶ εὐγενείας. *Epicurus, Neoclis & Chærestratæ filius, Atheniensis, populum Gargettius, e genere Philaidarum, ut ait Metrodorus, in libro De nobilitate.*

MNESITHEUS.

Scripsit,

Περὶ ἐδεστῶν.

Athenæus, *lib.* II. Μνησίθεος δ' ὁ Ἀθηναῖος, ἐν τῷ περὶ ἐδεστῶν, τῶν Εὐβοϊκῶν φησι καρύων, ἢ καστάνων, ἀμφοτέρως γὰρ καλεῖται, δύσπεπτος μὲν ἡ κατεργασία τῇ κοιλίᾳ, καὶ φυσώδης ἡ πέψις γίνεται. *Mnesitheus autem Atheniensis, in libro De eduliis, Euboicarum juglandium inquit, seu castanearum, (utroque enim modo appellantur) difficilis quidem confectio ventri, & naturalis fit coctio.* Et mox: Μνησίθεος ὁ Ἀθηναῖος, ἰατρός, ἐν τῷ Περὶ ἐδεστῶν, ὀστρακίδας καλεῖ τῶν κώνων τοὺς πυρῆνας. *Mnesitheus Atheniensis, medicus, in libro De eduliis, ostracidas appellat nucum pinearum nucleos.* Laudatque item quinquies *lib.* III. semel VIII. Non dubitandum est, quin ex illo ipso Opere sint posita, quæ Galenus laudat, *lib.* I. Περὶ τροφῶν δυνάμεως, *cap.* Περὶ τυφῶν, καὶ ὀλύρων, καὶ ζειῶν. Est ejusdem,

Περὶ κωθωνισμοῦ ἐπιστολή.

Athenæus, *lib.* XI. Μνησίθεος ὁ Ἀθηναῖος, ἰατρός, ἐν τῇ Περὶ κωθωνισμοῦ ἐπιστολῇ, φησὶν οὕτως. *Mnesitheus Atheniensis, medicus, in epistola De potatione ita loquitur.*

MORSIMUS.

Tragicus: de quo vide Suidam *in* Μόρσιμος, & Φιλοκλῆς, Schol. Aristoph. *Ranis, Equitibus*, & *Pace.*

MUSÆUS I.

Antiphemi filius. Scripsit plurima; in quibus fuerunt,

Ὑποθῆκαι Εὐμόλπῳ τῷ υἱῷ.

Suidas: Μουσαῖος, Ἐλευσίνιος, ἐξ Ἀθηνῶν, υἱὸς Ἀντιφήμου, μαθητὴς Ὀρφέως, ἐποποιός. ἔγραψεν Ὑποθήκας Εὐμόλπῳ τῷ υἱῷ ἔπη δ'. καὶ ἄλλα πλεῖστα. *Musæus, Eleusinius, Atheniensis, Antiphemi filius, Orphei discipulus, epicus. Scripsit Præcepta Eumolpo filio versus* MMMM. *& alia plurima.* Hæc ipsa sunt, quæ

Εὐμόλπια

Pausan. dicuntur, in *Phocicis*: Ἔστι δὲ ἐν Ἕλλησι ποίησις, ὄνομα μὲν τοῖς ἔπεσίν ἐστιν Εὐμόλπια. Μουσαίῳ δέ, τῷ Ἀντιφήμου, προσποιοῦσι τὰ ἔπη. *Est vero apud Græcos poesis, nomen quidem carminibus est Eumolpia.*

Musæo autem, Antiphemi filio, illa vindicant carmina. At vero, an Ἔπη illa recte ipsi tribuantur, ambigit in *Atticis*: Ἔπη δὲ ᾄδεται Μουσαίου μὲν, εἰ δὴ Μουσαίου καὶ ταῦτα, Τριπτόλεμον παῖδα Ὠκεανοῦ καὶ Γῆς εἶναι. *Carmina autem Musæi canunt quidem, si vero etiam ista Musæi, Triptolemum Oceani & Terræ filium esse.* Postea alio quodam loco ait, nihil certo Musæi affirmari posse; sed, quæ sub nomine ejus circumferantur, Onomacriti omnia esse, præter *Hymnum in Cererem*, Lycomidis scriptum: Ἐγὼ δὲ ἔπη μὲν ἐξελεξάμην, ἐν οἷς ἐστὶ πέτεσθαι Μουσαῖον ὑπὸ Βορέου δῶρον· δοκεῖν δέ μοι, πεποίηκεν αὐτὰ Ὀνομάκριτος. καὶ ἔστιν οὐδὲν Μουσαίου βεβαίως, ὅτι μὴ μόνον Ὕμνος εἰς Δήμητρα Λυκομίδαις. *Ego vero versus quidem legi, in quibus potest volare Musæus donum ab Borea; sed ut mihi videtur, illos fecit Onomacritus. Et nihil firmiter est Musæi, nisi tantum Hymnus in Cererem Lycomidis.* Ita enim ibi legendum, monui *Attic. Lect.* lib. II. cap. XIX. Ecce, fuit inter ejus Opera, de quo uno nullo modo dubitandum,

Ὕμνος εἰς Δήμητρα.

Meminitque ejus Pausanias iterum, in principio *Messenicorum*: Ὁμολογεῖ δέ σφισι καὶ Ὕμνος Μουσαίου Λυκομίδαις ποιηθεὶς εἰς Δήμητρα. *Illis autem assentitur etiam Hymnus Musæi Lycomidis factus in Cererem.*

Ἐξακέσεις νόσων.

Commemorantur ab Aristophane, in *Ranis*:

Μουσαῖος δ' Ἐξακέσεις τε νόσων, καὶ Χρησμούς.
Musæus autem Sanationesque morborum, & Oracula.

Eustathius in *Proœmio Commentariorum ad Iliada*: Καὶ ἕτεροι πρὸ αὐτῶν ἦσαν ποιηταί, ὧν καὶ Μουσαῖος, Ἀκέσεις νόσων συγγραψάμενος. *Et alii ante illos erant poetæ, inter quos etiam Musæus, qui Sanationes morborum conscripsit.* Occurrunt quoque in citato Aristophanis versu

Χρησμοί.

Horum mentio est apud Clementem, *Strom.* I. Καὶ τοὺς μὲν ἀναφερομένους εἰς Μουσαῖον Χρησμοὺς Ὀνομακρίτου εἶναι λέγουσι. *Et quæ quidem in Musæum transferuntur Oracula Onomacriti esse dicunt.* Et apud Pausaniam, *Phocicis*: Τὰ δὲ ἕτερα ἐκ Μουσαίου Χρησμῶν μνημονεύουσι. *Alia vero ex Musæi Oraculis memorant.* Philostratus *Heroicis*, in *Protesilao*: Ὀρφέα δὲ ἐν πολλοῖς τῶν κατὰ θεολογίαν ὑπερῆρε, Μουσαῖον δὲ ἐν ᾠδαῖς Χρησμῶν. *Orpheum vero in multis, quæ ad theologiam superavit, Musæum vero in cantilenis Oraculorum.* Et observa in Clementis istis verbis, Onomacrito illud Opus a quibusdam attributum. Alii Orpheo adscribebant. Suidas in Ὀρφεύς: Χρησμοὺς (ἔγραψεν) οἳ ἀναφέρονται εἰς Ὀνομάκριτον. *Oracula (scripsit) quæ Onomacrito adscribuntur.* Sed exponit rem Herodotus, *lib.* VII. Καὶ δή τι πρὸς τούτοισι ἔτι πλέον προσωρέγοντο οἱ ἔχοντες Ὀνομάκριτον, ἄνδρα Ἀθηναῖον, Χρησμολόγον τε, καὶ διαθέτην Χρησμῶν τῶν Μουσαίου. ἀναβεβήκεσαν γὰρ τὴν ἔχθρην προκαταλυσάμενοι. ἐξηλάθη γὰρ ὑπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθηναίων, ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλοὺς ὑπὸ Λάσου τοῦ Ἑρμιονέος ἐμποιέων εἰς τὰ Μουσαίου Χρησμόν, ὡς αἱ ἐπὶ Λήμνου ἐπικείμεναι νῆσοι ἀφανιζοίατο ἐν τῇ θαλάσσῃ. *Et sane adhuc aliquid amplius ad hæc præbuerunt illi, qui Onomacritum habebant, virum Atheniensem, fatidicumque, & Oraculorum Musæi explanatorem. Adscenderant enim inimicitiis ante abolitis. Expulsus enim est Athenis sub Hipparcho Pisistrati filio Onomacritus, in furto deprehensus ab Laso Hermionensi inter illa Musæi Oraculum inserens, quod Lemno adjacentes insulæ inconspicuæ e mari futuræ essent.* Hinc Pausanias in *Phocicis* eum Χρησμολόγον appellat: Χρησμολόγους δὲ ἄνδρας, Κύπριόν τε Εὔκλεον, καὶ Ἀθηναῖον Μουσαῖον, τὸν Ἀντιφήμου. *Fatidicos autem viros, & Cyprium Eucleum, & Atheniensem Musæum, Antiphemi filium.* Etiam Sophocles, ut discimus ex Scholiaste Aristophanis, ad citatum paullo ante versum: Σοφοκλῆς Χρησμολόγον αὐτὸν (τὸν Μουσαῖον) φησί. *Sophocles fatidicum illum (Musæum) dixit.* Neque alia de causa Chalcidius, *in Timæum Platonis: Simul exponit ea, quæ Orpheus, & Linus, & Musæus, de divinis potestatibus VATICINATI sunt; non quod delectaretur, aut crederet; sed quod tanta esset auctoritas VATICINANTIUM, ut iis asseverantibus parcius credi non oporteret.*

MUSÆUS II.

Hujus, ex Eumolpo filio, & Selene, nepos. Ejus Opera,

Θεογονία,

&,

Σφαῖρα.

Diogen. Laert. in *Proœmio*: Παρὰ μὲν Ἀθηναίοις, γέγονε Μουσαῖος· παρὰ δὲ Θηβαίοις, Λῖνος. καὶ τὸν μὲν, Εὐμόλπου παῖδά φασι. ποιῆσαι δὲ Θεογονίαν, καὶ Σφαῖραν, πρῶτον. *Apud Athenienses quidem, fuit Musæus; apud Thebanos autem Linus. Atque cum quidem Eumolpi filium dicunt; & fecisse Theogoniam, & Sphæram, primum.* Atque ex *Theogonia* esse arbitror, quod profert Harpocr. *in* Μελίτη: Κεκλῆσθαι δέ φησι τὸν δῆμον Φιλόχορος ἐν τρίτῃ, ἀπὸ Μελίτης, θυγατρὸς κατὰ μὲν Ἡσίοδον Μύρμηκος, κατὰ δὲ Μουσαῖον Δίου τοῦ Ἀπόλλωνος. *Appellatum vero esse populum Philochorus ait in libro tertio, ab Melite, juxta Hesiodum quidem Myrmecis filia, juxta Musæum vero Dii Apollinis filii.* Ejusdem fuerunt,

Καταλύσεις,

&,

Τελεταί,

item,

Καθαρμοί.

Soholiastes Aristophanis *Ranis*: Τὸν Μουσαῖον παῖδα Σελήνης καὶ Εὐμόλπου Φιλόχορός φησιν. οὗτος δὲ Παραλύσεις, καὶ Τελετὰς, καὶ Καθαρμοὺς, συντέθεικεν. *Musæum filium Selenes & Eumolpi Philochorus dicit; hic autem Resolutiones, & Initiationes, & Purgationes, composuit.* Ex his Τελεταὶ nominantur etiam Luciano, *de Saltat.* Ἐῶ λέγειν, ὅτι Τελετὴν ἀρχαίαν οὐδεμίαν ἔστιν εὑρεῖν, ἄνευ ὀρχήσεως· Ὀρφέως δηλαδὴ, καὶ Μουσαίου. *Omitto dicere, nullam antiquam Initiationem inveniri, sine saltatione; Orphei scilicet, & Musæi.* A Selene vero matre est, quod Σεληνιακὸς vocatur Proclo *in Timæum, Comment.* I. Ἐπείπερ καὶ ἀπὸ Μουσαίου τοῦ Σεληνιακοῦ τὸ γένος τοῖς ἐν Ἐλευσῖνι τῶν μυστηρίων ἡγεμόσιν εἶναί φησι. *Quoniam etiam ab Musæo Seleniaco genus Eleusine mysteriorum antistitibus esse dicit.* Et, estne hujusdem?

Τιτανογραφία.

Laudatur ab Apollonii Scholiaste, *lib.* III. Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τῆς Μουσαίου Τιτανογραφίας λέγεται, ὡς Κάδμος ἐκ τοῦ Δελφικοῦ ἐπορεύετο, προκαθηγουμένης αὐτῷ τῆς βοός. *In libro autem tertio Titanum-descriptionis Musæi dicitur, quod Cadmus ex Delphico profectus est, ducente eum vacca.* Fortassis item ille ipse est, quem descivisse a Titanibus, affectumque honoribus quibusdam, tradit Diodorus Siculus, *lib.* V.

MUSÆUS III.

Orphei filius, Cereris Eleusiniæ antistes. Diodorus Siculus ejus meminit, *lib.* IV. Πρὸς δὲ τοῦτο ἆθλον, ὑπολαβὼν συνοίσειν αὐτῷ, παρῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ μετέσχε τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων, Μουσαίου, τοῦ Ὀρφέως υἱοῦ, τότε προεστηκότος τῆς τελετῆς. *Ad hunc vero laborem, utile sibi fore suspicans, Athenas transiit, & mysteriorum Eleusine particeps*

factus est Musæo, Orphei filio, tunc initiationis antistite. Et Justinus Martyr, *Exhort. ad Gentes*: Ορφεὺς γοῦν, ὁ τῆς πολυθεότητος ὑμῶν, ὡς ἂν εἴποι τις, πρῶτος διδάσκαλος γεγονὼς, οἷα πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μουσαῖον, καὶ τοὺς λοιποὺς γνησίους ἀκροατὰς, ὕστερον περὶ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ κηρύττει λέγων, ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι ὑμᾶς. *Orpheus igitur, qui maltitudinis vestræ deorum, ut ita quis dicat, primus doctor fuit, qualia ad filium suum Musæum, & reliquos genuinos auditores; postremo de uno & solo deo prædicaverit dicens, necesse est vobis in memoriam referre.*

MYLUS.

Comicus fuit; meminitque ejus Suidas, *in* Επίχαρμος.

MYRTILUS.

Comicus fuit, ejusque

Τιτανόπαιδες,

&,

Ερωτες,

recensentur a Suida: Μυρτῖλος, Αθηναῖος, κωμικός· υἱὸς Λύσιδος, ἀδελφὸς δὲ τοῦ κωμικοῦ Ερμίππου. δράματα αὐτοῦ, Τιτανόπαιδες, Ερωτες. *Myrtilus, Atheniensis, comicus; Lysidis quidem filius, Hermippi autem comici frater. Fabulæ ejus, Titanum-pueri, Amores.* Ita emendo. Nam hodie illic mendose editur, Τεπανοπαῦες, Ε΄. Aspasius, *in Aristotelis Ethic. lib.* IV.*cap.* II. Συνήθες ἐν κωμῳδίᾳ παραπετάσματα δέρρεις ποιεῖν, οὐ πορφυρίδας. Μυρτῖλος ἐν Τιτανόπαισι. *Consuetum in comœdia vela pelles facere, non purpureas vestes. Myrtilus in Titanum-pueris.* Corrigendus quoque Scholiastes Aristophanis, *Avibus*: Ὡς Μυρτῖλος ἐν Τιτανόπαισι φησὶ, *Sicut Myrtilus in Titanum-pueris dicit.* Male editur, Μυρτῖλος ἐν τῇ Ταυοπάσῃ Meminit ejus, sed incerto Opere, Phrynichus, in *Ecloga Dict. Attic.* in Καταφαγὰς, item Pollux, *lib.*VI.*cap.*VII.

NEOCLES.

Philosophus, Epicuri frater, scripsitque,

Υπὲρ τῆς ἰδίας αἱρέσεως.

Suidas: Νεοκλῆς, Αθηναῖος, φιλόσοφος, ἀδελφὸς Επικούρου. ἔγραψεν Υπὲρ τῆς ἰδίας αἱρέσεως. *Neocles, Atheniensis, philosophus, Epicuri frater. Scripsit Pro propria secta.* Citatur sine titulo Operis ab Hermogenis Scholiaste: Επιχείρημά ἐστιν, ὡς, φησὶ Νεοκλῆς, συλλογισμὸς μετὰ τῆς οἰκείας τῶν μερῶν ἀποδείξεως. *Epicherema est, ut ait Neocles, syllogismus cum propria partium demonstratione.* Et mox: Τούτων δὲ Νεοκλῆς φησὶ τυγχάνειν εἴδη τρία, εἰκόνα, παραβολὴν, παράδειγμα. *Horum vero tres esse species ait Neocles, imaginem, comparationem, exemplum.*

NICOCHARES.

Comicus, Philonidis filius; cujus Fabulæ a Suida decem enumerantur: Νικοχάρης, Φιλωνίδου τοῦ κωμικοῦ, Αθηναῖος, κωμικὸς, σύγχρονος Αριστοφάνους. τῶν δραμάτων αὐτοῦ, Αμυμώνη, Πέλοψ, Γαλάτεια, Ηρακλῆς γαμῶν, Ηρακλῆς χορηγὸς, Κρῆτες, Λάκωνες, Λημνίαι, Κένταυροι, Χειρογάστορες. *Nicochares, Philonidis comici filius, Atheniensis, comicus, Aristophanis coævus. Inter fabulas ejus, Amymone, Pelops, Galatea, Hercules uxorem-ducens, Horcules choragus, Cretenses, Lacones, Lemniæ, Centauri, Manibus-victum-quærentes.* Ex his,

Αμυμώνη,

citatur etiam Atheneo, *lib.* X. Νικοχάρης. γοῦν ἐν Αμυμώνῃ, πρὸς τοὔνομα παίζων, ἔφη. *Nicochares igitur in Amymone, ad nomen ludens, dixit.*

A Γαλάτεια.

Scholiastes Aristophanis, *Pluto*: Κωμῳδεῖται δὲ ὡς εὔπορος, καὶ ὡς μέγας τὸ σῶμα, καὶ ἠλίθιος. Νικοχάρης Γαλατείᾳ·

Ηδη τ᾽ ἀπαιδευτότερος εἶ Φιλωνίδου.
Τοῦ Μελιτέως. ——

Perstringitur autem tanquam dives, & corpore magnus, & stultus. Nïcochares Galatea;

Jamque indoctior es Philonide
Melitensi. ——

Et mox iterum: Ταῦτα δὲ εἰς Φιλωνίδην τὸν Μελιτέα, ὡς οὐ μόνον μέγαν, ἀλλὰ καὶ ἀμαθῆ, καὶ ὑώδη. καὶ Νικοχάρης ἐν Γαλατείᾳ. *Hæc vero in Philonidem Meli-* B *tensem, utpote non modo magnum, sed etiam indoctum, & porcinum: & Nicochares in Galatea.* Ita enim ibi scribendum; non, καὶ Νικόχαρις. Et corruptum etiam Auctoris hujus nomen, in Fabulæ hujus mentione, apud Polluc. *lib.*X.*cap.* XXIII. Εἴποις δ᾽ ἂν καὶ τὴν ἐδεσματοθήκην, κυμινοθήκην. Νικοχάρμου εἰπόντος, ἐν Γαλατείᾳ. *Dicas vero etiam penuariam cellam, cyminothecam: Nicochare dicente, in Galatea.* Emenda, Νικοχάρους εἰπόντος.

Ηρακλῆς γαμούμενος.

Pollux, *lib.*VII.*cap.*XI. Ἡ δὲ πλυντρὶς, παρὰ Νικοχάρῃ ἐν Ηρακλεῖ γαμουμένῳ. *Lotrix vero, apud Ni-* C *cocharem in Hercule uxorem-ducente.*

Ηρακλῆς χορηγός.

Athenæus, *lib.* XIV. Καὶ τῶν πτισσουσῶν ἄλλη τὶς, ὡς Αριστοφάνης, ἐν Θεσμοφοριαζούσαις καὶ Νικοχάρης, ἐν Ηρακλεῖ χορηγῷ. *Et pinsentium mulierum alia quædam, sicut Aristophanes, in Thesmophoriazusis; & Nicochares, in Hercule chorago.* Meminit quoque alibi Pollux.

Κρῆτες.

Pollux, *lib.*VII.*cap.*XXI. Τὰ ὀπήτεια, ἐν Κρησὶ Νικοχάρης ἐκάλει. *Subulas, in Cretensibus Nicochares appellabat.* Vide eundem iterum, *lib.*X.*cap.*XXXI.

Λάκωνες.

D Schol. Aistophanis, in *Argumento Pluti*: Εδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Αντιπάτρου· ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους Λάκωσιν. *Docta est archonte Antipatro; certante cum eo Nicochare Laconibus.*

Λημνίαι.

Athenæus, *libb.* VII. X. Pollux, *lib.* X. *cap.* XXIV. Etymologici Auctor, *in* Κώδιον.

Χειρογάστορες.

Athenæus, *lib.*XIV. Νικοχάρης, ἐν Χειρογάστορσιν·

Εγὼ μὲν ἄρτους, μάζαν, ἀθάρην, ἄλφιτα,
Κόλλικας, ὀβελίαν, καὶ μελιττοῦταν, ἐπιχύτους,
Πτισάνην, πλακοῦντας, δενδαλίδας, τηγανίας.

Nicochares, in Manibus-victum-quærentibus;

E *Ego quidem panes, mazam, atharam, farinas,*
Collicas, obelian, & mellitam, epichytos,
Ptisanam, placentas, dendalidas, teganias.

Præterea

Δηλιάς.

huic tribuitur ab Aristotele Περὶ ποιητικῆς, *cap.* II.

NICOMACHUS.

Tragicus; cujus

Οἰδίπους

F commemoratur Suidœ, istis verbis: Νικόμαχος, Αθηναῖος, τραγικός· ὃς παραδόξως Εὐριπίδην, καὶ Θέογνιν, ἐνίκησε. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστὶν Οἰδίπους. *Nicomachus, Atheniensis, tragicus; qui præter opinionem Euripidem, & Theognidem, vicit. Inter fabulas ejus est Oedipus.* Et an Comœdias etiam scripsit? Arbitror. Talis enim omnino fuerit

Ναυμαχία:

cujus meminit Stobæus *Serm.* XXXVIII.

Item,

Εἰλείθυια.

Laudatur Athenæo, *lib.*VII. Νικόμαχος δ' ἐν Εἰλειθυίᾳ καὶ αὐτὸς παράγει τινὰ μάγειρον, ὑπερβάλλοντα τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας. *Nicomachus autem in Lucina etiam ipse producit aliquem coquum, scenicos artifices superantem.* Etiam,

Μεταλλεῖς.

Harpocr. *in* Μεταλλεῖς: Ἔστι δὲ καὶ δρᾶμα Φερεκράτους, Μεταλλεῖς· ὅπερ Νικόμαχον φησὶ πεποιηκέναι Ἐρατοσθένης, ἐν ἑβδόμῳ περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. *Est vero etiam fabula Pherecratis, Operantes-in-fodinis; quam Nicomachum fecisse refert Eratosthenes, in libro septimo De veteri comœdia.*

NICOPHON.

Comicus. De eo, Fabulisque, ita Suidas: Νικοφῶν, Θήρωνος, Ἀθηναῖος, κωμικὸς, σύγχρονος Ἀριστοφάνους τοῦ κωμικοῦ. τῶν δραμάτων αὐτοῦ καὶ ταῦτα. Ἐξ ᾅδου ἀνιὼν, Ἀφροδίτης γοναὶ, Πανδώρα, Ἐγχειρογάστορες, Σειρῆνες. *Nicophon, Theronis filius, Atheniensis, comicus, Aristophanis comici coævus. Inter fabulas ejus etiam hæ: Ex inferis rediens, Veneris nativitas, Pandora, Manibus victum quærentes, Sirenes.* Mendose illic editur, Νικόφρων. E Fabulis ejus,

Ἀφροδίτης γοναὶ,

citantur etiam Polluci, *lib.* x. *cap.* XXXIV. Νικοφῶν δὲ τὰς τοιαύτας πάγας ἐν Ἀφροδίτης γοναῖς δελέαστρα εἴρηκεν. *Nicophon autem tales decipulas in Veneris nativitate* δελέαστρα *dixit.* Scholiastes Aristophanis, *Avibus*: Καὶ ἡ παροιμία·

Ἔνεστι καὶ μύρμηκι κἂν σέρφῳ χολή.

Νικοφῶν ἐν Ἀφροδίτης γοναῖς. *Et proverbium;*

Inest etiam formicæ & culici bilis.

Nicophon in Veneris nativitate. Iterum alibi, *ad eandem Fabulam*: Ἔνθα καὶ τὸ Νικοφῶντος ἐξ Ἀφροδίτης γονῶν παρετέθη. *Illic etiam illud Nicophontis ex Veneris nativitate appositum est.*

Πανδώρα.

Pollux *lib.*VII. *cap.*X. Athenæus *lib.* VII.

Σειρῆνες.

Athenæus *libb.*III. VI. IX.

Χειρογάστορες.

Ita enim scribendum in citatis Suidæ verbis; non, Ἐγχειρογάστορες. Laudantur Polluci, *lib.* IV. *cap.* VII. Athenæo, *lib.*III. IX. XIII. Etymologici Auctori, *in* Ἐπίχυτος. Aristophanis Scholiastes, *Avibus*, non Χειρογάστορας hanc Fabulam indigetat, sed Χειρογαστόρων γένναν. Verba ejus *ad Aves* Comici ista sunt: Νικοφῶν δ' ἐν Χειρογαστόρων γέννᾳ. *Nicophon autem in Manibus victum quærentium progenie.* Præter istas etiam fuit,

Ἄδωνις.

Scholiastes Aristophanis, in *Argumento Pluti*: Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου· ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους μὲν, Λάκωσιν· Ἀριστομένους δὲ, Ἀδμήτῳ· Νικοφῶντος δὲ, Ἀδώνιδι. *Docta est archonte Antipatro; certante cum eo Nicochare quidem, Laconibus; Aristomene autem, Admeto; Nicophonte vero, Adonide.*

ONOMACRITUS.

Huic tribuuntur *Poemata* Orphei. Clemens *Strom.* I. Ναὶ μὴν Ὀνομάκριτος ὁ Ἀθηναῖος, οὗ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα Ποιήματα λέγεται εἶναι, κατὰ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα εὑρίσκεται. *Certe tamen Onomacritus Atheniensis, cujus Poemata, quæ Orpheo adscribi solent, esse dicuntur, in Pisistratidarum imperio circa quinquagesimam Olympiadem invenitur.* Tatianus *Orat. ad Græcos*: Ἄλλως τε καὶ τὰ εἰς αὐτὸν (τὸν Ὀρφέα) ἐπιφερόμενα, φασὶν ὑπὸ Ὀνομακρίτου τοῦ Ἀθηναίου συντετάχθαι. *Aliterque & illa, quæ ei (Orpheo) adscribi solent, ab Atheniensi Onomacrito composita esse dicunt.* Sextus *Pyrrh. Hypotyp.* lib. III. cap. IV. *Onomacritus vero in Orphicis, ignem, & aquam, & terram.* Meminit quoque Suidas, in Ὀρφεύς, & Anonymus, in *Olymp. Descript.* in Olympiadis L. anno I. Musæi etiam Χρησμοὶ hujus putati. Clemens *Strom.* I. Καὶ τοὺς μὲν ἀναφερομένους εἰς Μουσαῖον Χρησμοὺς, Ὀνομακρίτου εἶναι λέγουσι. *Et Oracula quidem, quæ in Musæum transferuntur, Onomacriti esse dicunt.*

JOANNIS MEURSII BIBLIOTHECÆ ATTICÆ

LIBER V.

PALÆPHATUS I.



POETA epicus. Ejus Scripta,
Κοσμοποιΐα,
versibus MMMMM.
Απόλλωνος, καὶ Αρτέμιδος, γοναὶ,
versibus MMM.
Αφροδίτης, & Ερωτος, φωναὶ, καὶ λόγοι,
versibus MMMMM.

Αθηνᾶς, καὶ Ποσειδῶνος, Ερις, *Minervæ, & Neptuni, Contentio,*

versibus M. Item,

Λητῦς πλόκαμος.

Suidas de eo: Παλαίφατος Αθηνῆσιν ἐποποιός. ἔγραψε δὲ Κοσμοποιΐαν, εἰς ἔπη έ. Απόλλωνος, καὶ Αρτέμιδος, γονὰς, ἔπη γ'. Αφροδίτης, καὶ Ερωτος, φωνάς, καὶ λόγυς, ἔπη ά. Λητῦς πλόκαμον *. *Palæphatus Athenis epicus. Scripsit autem mundi fabricationem, ad versus* MMMMM. *Apollinis, & Dianæ, nativitatem, versus* MMM. *Veneris, & Amoris, voces, & sermones, versus* M. *Latonæ capillum.*

PALÆPHATUS II.

Grammaticus; & a nonnullis Ægyptius putatus. De eo, Scriptisque, ita Suidas: Παλαίφατος, Αἰγύπτιος, ἢ Αθηναῖος, γραμματικὸς, Αἰγυπτιακὴν θεολογίαν μυθικῶν, βιβλίον ά. Λύσεις τῶν μυθικῶς εἰρημένων. Υποθέσεις εἰς Σιμωνίδην. Τρωϊκὰ, ἅ τινες εἰς τὸν Αθηναῖον, τινὲς δὲ εἰς τὸν Πάριον, ἀνηνέγκαν. *Palæphatus, Ægyptius, seu Atheniensis, grammaticus, Ægyptiacam theologiam rerum fabulosarum, librum* I. *Prædas eorum quæ fabulose dicta sunt. Hypotheses in Simonidem. Troica, quæ aliqui in Atheniensem, aliqui vero in Parium, transtulerunt.* Ex his Τρωϊκὰ citantur etiam Harpocrationi, *in* Δυσαύλης: Παλαίφατος δ' ἐν πρώτῳ Τρωϊκῶν, σὺν τῇ γυναικί φησιν αὐτὸν ὑποδέξασθαι τὴν Δήμητραν. *Palæphatus autem in libro primo Troicorum, cum uxore ipsum suscepisse Cererem refert.* Iterum, *in* Μακροκέφαλοι: Παλαίφατος δ' ἐν ἑβδόμῃ Τρωϊκῶν, ἐν τῇ Λιβύῃ φησιν, ὑπεράνω Κόλχων, οἰκεῖν τὰς Μακροκεφάλυς. *Palæphatus autem in libro septimo Troicorum, in Africa, super Colchos, habitare Macrocephalos inquit.* Stephanus: Χαριμάναι, ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ. Παλαίφατος ἐν ἑβδόμῃ Τρωϊκῆς. *Charimatæ, gens prope Pontum. Palæphatus libro septimo Troicæ.* Et corrigendum censeo Isaacium Tzetzem, *Commentario in Lycophronem*: Παλαίφατος δὲ Τρωϊκοῖς, ψυχρῶς μὲν, ὅμως δὲ ἀλληγορικῶς, ὀδόντας ἔχειν ἐλεφάντων τὸν Κάδμον λέγει, ἐλθόντα ἐκ Φοινίκης, καὶ τύτυς διασπείραντα, συμμαχίαν χεῖν κατὰ τῦ ἀδελφῦ αὐτῦ. *Palæphatus autem in Troicis, frigide quidem, verumtamen allegorice, dentes elephantorum habuisse Cadmum dicit, ex Phœnice venientem, cumq; illos disseminavisset, auxilium contra fratrem suum obtinuisse.* Hodie editur, Παλαίφατος δὲ ὁ Στωϊκὸς, ψυχρῶς μ. *Palæphatus autem Stoicus, frigide q.* Nam Stoicum fuisse Palæphatum, nemo Veterum unquam dixit. Joannes Tzetzes, Isaacii hujus frater, Peripateticum illum facit, *Chil.* I. *c.* XX.

Ὁ δὲ σοφὸς Παλαίφατος, ἀνὴρ ἐκ περιπάτυ,
Αλληγορεῖ τεμμάχιον, ἢ μέρος τεμμαχίυ.
Sapiens autem Palæphatus, vir peripateticus,
Allegorice dicit frustulum, seu partem frustuli.

Quemadmodum etiam Theon, in *Progymn.* Καὶ Παλαιφάτῳ τῷ περιπατητικῷ ἐστιν ὅλον βιβλίον, Περὶ τῶν ἀπίστων ἐπιγραφόμενον· ἐν ᾧ τὰ τοιαῦτα ἐπιλύεται. *Et Palæphato peripatetico est totus liber, De incredibilibus inscriptus; in quo talia dissolvuntur.* Nonnulli enim &

Απίστων βιβλία έ.

quorum hodie fragmentum est, quod exstat, huic tribuerunt; aliis Pario, aut Prienensi, adscribentibus. Suidas: Παλαίφατος, Πάριος, ἢ Πριηνεύς, γεγονὼς κατὰ Αρταξέρξην. (ἔγραψεν) Απίστων βιβλία έ. τινὲς δὲ ταῦτα εἰς Αθηναῖον ἀναφέρυσι. *Palæphatus, Parius, seu Prienensis, vixit sub Artaxerxe. (Scripsit) Incredibilium libros* V. *Quidam vero illos in Atheniensem referunt.* Laudatur Virgilio quoque, in *Ciri*:

Docta Palæphatia testatur voce papyrus.

PERICLES.

Orator fuit, ejusque Orationes commemorantur a Cicerone, *de Orat.* l. II. *Antiquissimi fere sunt, quorum quidem Scripta constent, Pericles, atque Alcibiades; & eadem ætate Thucydides, subtiles, acuti, breves, sententiis magis, quam verbis abundantes.* Quintilianus negat fama ejus digna fuisse, quæ circumferrentur; itaque cum iis sentire, qui putarent, nihil ab eo scriptum esse. Verba ecce *l.* III. *c.* I. *Cicero in Bruto negat, ante Periclem scriptum quicquam, quod ornatum oratorium habeat: ejus aliqua ferri. Equidem non reperio quicquam, tanta eloquentiæ fama dignum: ideoque minus miror esse, qui nihil ab eo scriptum putent: hæc autem, quæ feruntur, ab aliis esse composita.*

PHERECRATES.

Suidas ait, Comœdias eum XVII. scripsisse: Φερεκράτης, Αθηναῖος, κωμικὸς, ὃς Αλεξάνδρῳ συνεστράτευσε. ἐδίδαξε δράματα ιζ'. *Pherecrates, Atheniensis, comicus, qui cum Alexandro militavit. Docuit fabulas* XVII. inquiramus.

Αγαθοί.

Pollux, *l.* VII. *c.* XXXIII. Ισχαδοπώλας δὲ Φερεκράτης ἐν τοῖς Αγαθοῖς ἐπὶ ἰσχάδων ἔφη. *Caricarum-venditores autem Pherecrates in Bonis de caricis dicit.*

Αγριοι.

Athenæus, *l.* VI. Φερεκράτης μὲν γὰρ ἐν Αγρίοις φησὶν, *Nam Pherecrates quidem in Agrestibus dicit.* I-

* Ita habebat Chirographum Cl. Meursii, quum in ipso Suidæ loco ante voces ἔπη ά. omiserit, ἔπη έ. Αθηνᾶς, καὶ Ποσειδῶνος, Ερις.

terum VII. *Ων εἷς ἐστι καὶ ὁ κωμῳδοποιὸς* Φερεκράτης. A *οὗτος γὰρ ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις φησὶν* Αγρίοις. *Quorum unus est etiam comicus Pherecrates; hinc enim in inscriptis Agrestibus inquit.* Pollux, *l.* VII. *c.* XXXIII. Φερεκράτης δ' εἴρηκεν ἐν Αγρίοις, *βύρσας γλυκαγωγούς. Pherecrates autem dixit in Agrestibus, utres mustigeros.* Scholiastes Aristophanis, *Avibus* : *Φαίνονται* τὸν Λυκοῦργον Αἰγύπτιον εἶναι νομίζοντες, ἢ τὸ γένος, ἢ *τοὺς τρόπους.* Φερεκράτης Αγρίοις. *Apparent Lycurgum Ægyptium esse putantes, seu genere, seu moribus. Pherecrates Agrestibus.* Et *ad Concion.* Καὶ ἐν Αγρίοις Φερεκράτης·

Πρὶν ἀνακυκῆσαι τοὺς ἀπίους ἁρπαζέτω. B

Et in Agrestibus Pherecrates;

Antequam pyra permiscuerint rapito.

Corrige eundem, *ad Equites* : Δηλοῦται δὲ ὑπὸ Φερεκράτους, ἐν τοῖς Αγρίοις, *Declaratur ab Pherecrate, in Agrestibus.* Hodie editur, ἐν τοῖς ἀγροῖς, *in agris.* Iterum *ad Aves* : Μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Φερεκράτης ἐν Αγρίοις, *Ejus vero meminit etiam Pherecrates in Agrestibus.* Etiam illic editur, ἐν Αγροῖς. Fœdius mendum alibi apud eundem, *ad Vespas*: Δῆλον δὲ ἐκ τῶν Φερεκράτους ἀγγείων, *Manifestum vero ex Pherecratis vasis.* Rescribendum, ἐκ τῶν Φερεκράτους Αγρίων. Et apud Themistium, in *Orat.* Υπὲρ τοῦ λέγειν : Αὐτοὺς δὲ ἰλιγγιᾶν πρὸς τὸ πλῆθος, καθάπερ τοὺς Αγρίους, οὓς ἐδίδαξε Φερεκράτης. C *Illos vero vertigine corripi apud multitudinem, quemadmodum Agrestes, quos docuit Pherecrates.* Editur, τοὺς Αργοὺς. Sed hoc quoque Viro erudito ibi in *Notis* observatum. Designat hanc ipsam Fabulam Plato, in *Protagora*: Αλλ' εἰσὶν ἄγριοί τινες, οἷοί περ οὓς πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ. *Sed sint quidam agrestes, qualescunque quos superiore anno Pherecrates poeta in Lenæo docuit.* Edita autem fuit prætore Aristione. Observo apud Athenæum, *l.* V. Εδιδάχθησαν δὲ οἱ Αγριοι (τοῦ Φερεκράτους) ἐπ' Αριστίωνος ἄρχοντος. *Docti autem sunt Agrestes (Pherecratis) Aristione archonte.* Id autem fuit Olymp. LXXXIX. anno IV A- D nonymus in *Descript. Olymp.* ad illud tempus ita notat : Φερεκράτης τοὺς Αγρίους ἐδίδαξε, *Pherecrates Agrestes docuit.* Ita emendo; nam hodie corrupte itidem ibi excusum est, τοὺς Αργείους. Corrigendus quoque Suidas, *in* Χαῖρις, ubi male editur, Φερεκράτης Αγροῖς, pro, Φ. Αγρίοις.

Αὐτόμολοι.

Clemens *Strom.* VII. Καὶ ὅγε κωμικὸς ἐκεῖνος Φερεκράτης ἐν Αὐτομόλοις χαριέντως αὐτοὺς πεποίηκε τοὺς θεοὺς καταμεμφομένους τοῖς ἀνθρώποις. *Et comicus ille Pherecrates in Transfugis eleganter illos finxit deos de hominibus querentes.* Suidas corrigendus est, *in* E Πασυδί : Εστὶ καὶ ἐν Αὐτομόλοις Φερεκράτους, *Est etiam in Transfugis Pherecratis.* Hodie editur, ἐν αὐτομολεῖς. Ac vide eundem, *in* Ακαλήφη, & Σξαγγαλίδες. Laudant etiam Pollux, *l.* VII. *c.* XXXII. Athenæus, *libb.* III. IX. Harpocration, *in* Καρκῖνος, Schol. Aristoph. *Equitibus.*

Γραῦς.

Athenæus, *l.* VI. Φερεκράτης Γραυσί·

Σοὶ δ' οὐδὲ θᾶσσον Σμικυθίων ἐπισιτιεῖ.

Pherecrates Vetulis;

Tibi vero neque ocius Smicythion cibum dabit.

Suidas, *in* Αθηναία : Αλλ' ἰδού, Φερεκράτης ἐν Γραυσὶ F φησιν·

Αθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς συμμάχοις.

Sed ecce Pherecrates in Vetulis ait;

Atheniensibus fœminis ipsisque & sociis.

Iterum : Αρπὶρ. ὑποδήματος γένος. Φερεκράτης Γραυσίν. Αρπὶρ: *calceamenti genus. Pherecrates Vetulis.*

Γραφεῖς.

Athen. *l.* IX. Φερεκράτης ἐν Γραφεῦσι φησίν·

Απόπεμψον ἀγγέλλοντα τὴν περιστερόν.

Pherecrates in Pictoribus ait;

Dimitte nunciantem columbam.

Corruptum censeo Suidæ locum: Εδίδαξε δράματα Φερεκράτης πετάλη γραφεῖ. *Docuit fabulas* XVII. *Pherecrates tenera scribit.* Etiam mutilum. Videtur enim instituisse catalogum Fabularum, e quo duo tantum tituli superstites. Itaque rescribendum, Φερεκράτης * * * Πετάλη. Γραφεῖς, *Pherecrates* * * * *Tenera. Pictores.* Mendum etiam apud Pollucem, *l.* X. *c.* XXXVI. Αορτῆρα δὲ τὸν ζωστῆρα Φερεκράτης ἐν Γράμμασι κέκληκε. *Aortera autem balteum Pherecrates in Litteris appellavit.* Scrib. Φ. ἐν Γραφεῦσι.

Δουλοδιδάσκαλος.

Pollux, *l.* X. *c.* XII. Καὶ ἐγκεντρίδας δὲ τοῖς ποσὶ κατὰ τὰς πτέρνας οἱ ἱππεύοντες περιεδέοντο, Φερεκράτης εἴρηκεν ἐν Δουλοδιδασκάλῳ. *Et calcaria vero pedum calcaneis circumligabant equitantes, Pherecrates dixit in Servo-magistro.* Occurrit quoque apud Athen. *libb.* VI. VII. IX. XI.

Επιλήσμων, ἢ Θάλασσα.

Athen. *l.* VIII. Εμφανίζει δὲ Φερεκράτης περὶ τούτων ἐν Επιλήσμονι, ἢ Θαλάσσῃ, οὕτως. *Manifestat autem Pherecrates de his in Oblivioso, seu Mari, sic.* Simpliciter citat, ἐν Επιλήσμονι, iterum *libb.* III. VII. Corrigendus Scholiastes Aristophanis, *Vespis* : Μνημονεύει τοῦ ἔθους Κρατῖνος μὲν ἐν Δηλιάσι, Φερεκράτης τε ἐν Επιλήσμονι. *Memorat hunc morem Cratinus quidem in Deliadibus, Pherecratesque in Oblivioso* Iterum alibi, *ad eandem Fabulam*: Φερεκράτης ἐν Επιλήσμονι, *Pherecrates in Oblivioso.* Utrobique editur, ἐν Επιλήσμοσι. Ac monstrum mendi est apud eundem, *ad easdem Vespas* : Καὶ Φερεκράτης ἐν Επιστολῇ μονιός τις παρέθηκε κρανέαν. Χαρακτηρίζει δὲ τοὺς μικροκλέπτας. *Et Pherecrates in Epistola; solitarius aliquis apposuit cranen. Exprimit autem parvos fures.* Restituo, Καὶ Φερεκράτης ἐν Επιλήσμονι. ὅστις παρέθηκε κράνη. *Et Pherecrates in Oblivioso. Quicunque apposuit galeas.*

Ιπνός, ἢ Παννυχίς.

Harpocration, *in* Ιπνός : Εστι γὰρ δρᾶμα Φερεκράτει, Ιπνός, ἢ Παννυχίς. *Est itaque Pherecrati fabula, Furnus, seu Pervigilans.* Athenæus extremo *libro* XIII. Διὸ καὶ Φερεκράτης ἐν Ιπνῷ, ἢ Παννυχίδι, φησί. *Quapropter etiam Pherecrates in Furno, seu Pervigilante, ait.* Ita recte emendavit V. CL. Isaacus Casaubonus. Corruptus quoque Julii Pollucis locus, *l.* X. *c.* XLVII. Φερεκράτης δὲ ἐν Ιππῶνι, καταλέγων τὰ ἐργαλεῖα τῆς παιδοτριβικῆς. *Pherecrates autem in Hippone, recensens instrumenta institutionis puerorum.* Rescribe, Φ. δὲ ἐν Ιπνῷ, καταλέγων τ. Suidas, *in* Απέδρα : Δεῦρο κἀπέδραν. Φερεκράτης Ιπνῷ, *Huc aufugerunt. Pherecrates Furno.* Scholiastes Aristophanis, *ad Pacem* : Μέμνηται δὲ καὶ Φερεκράτης ἐν Παννυχίδι τῶν κυμβείων, καὶ τοῦ κατακτοῦ κοττάβου. *Meminit vero etiam Pherecrates in Pervigilante cymbeorum, & dejecti cottabi.* Eustatius *ad Iliad.* μ'. Φερεκράτης Ιπνῷ·

Ανέπλησα τὼ ὀφθαλμὼ πάλης φυσῶν τὸ πῦρ.

Pherecrates Furno;

Implevi oculos cinere sufflans ignem.

Ιστός.

Suidas : Αξιος, ὁ εὔωνος. Φερεκράτης Ιστῷ·

Ο δὴ στέφους πετεινὸς πυρὸς ἄξιος.

Dignus, qui vilis est pretii. Pherecrates Tela;

Sane coronæ volatile frumentum vile.

Κοριαννώ.

Hephæstion, in *Enchiridio*, ubi de metro Elegiaco : Καὶ τὸ ἐκ τῶν ἀντισπαστικῶν δὲ, καταληκτικῶν διμέτρον, δικατάληκτον ὁ Φερεκράτης ἐν ὤτοις, σύμπτυκτον ἀνάπαιστον καλεῖ, ἐν τῇ Κοριαννοῖ. Pollux, *lib.* X.

c. XLVI. Οἱ δὲ Ἀττικοὶ, κοῖκα. ὡς Φερεκράτης Κοριανοῖ. *Attici vero coicem: sicut Pherecrates Coriano.* Etymologici Auctor, *in* Τοσκύαμος; Καὶ ὑοσκυαμᾷν, τὸ μεμηνέναι, καὶ παραπαίειν. ὡς Φερεκράτης Κοριανοῖ. *Et ὑοσκυαμᾷν, insanire, & delirare: sicut Pherecrates in Coriano.* Ita recte emendatum a Sylburgio. Occurrit apud Athenæum, locis pluribus, & apud Suidam, *in* Τε.

Κραπατάλλοι.

Scholiastes Aristophanis, *Pluto:* Καὶ Φερεκράτης ἐν Κραπατάλλοις. *Et Pherecrates in Crapatallis.* Iterum, *ad Vespas:* Φερεκράτης Κραπατάλλοις·

Ω̃ δέσποτ' Ἀγυιεῦ, ταῦτά σου μέμνησό μοι.

Pherecrates Crapatallis;

O domine Vialis, illa tu memora mihi.

Laudat Pollux etiam, *l.* VII. *c.* XXXII. *l.* IX. *c.* VI. Suidas pluries.

Λαμία.

Scholiastes Aristophanis, *Pace:* Ἀρσενικῶς δὲ τὸν Λαμίαν· ὑπὲρ ἧς ὁ Φερεκράτης λέγει ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι, ὅτι σκυτάλην ἔχουσα ἐπέρδετο. *Masculine vero Lamiam; de qua Pherecrates dicit in cognomine fabula, quod scuticam tenens pedebat.*

Λῆροι.

Athen. *l.* III. Φερεκράτης Λήροις·

Ως οὐχὶ πτι ῥύγχος ἀπεχνῶς ἐσθ' ὑός.

Pherecrates Nugis;

Sicut non illud rostrum simpliciter est suis.

Et *l.* X. Φερεκράτης δ' ἐν Λήροις, ἀργυροῦν κυάθιον ὀνόμασε. *Pherecrates autem in Nugis, argenteum parvum cyathum appellavit.* Pollux *l.* VI. *c.* XIX. Φερεκράτης δὲ ἐν Λήροις εἴρηκε· καὶ κυάθιον δι' ἀργύρου, ᾧ τὸ μύρον ἐκχέομεν. *Pherecrates autem in Nugis dixit; & parvum cyathum ex argento, ex quo unguentum effundimus.* Et *l.* X. *c.* XXII. Τὸν δὲ πυθμένα, καὶ πυίνδακα, ἄλλο τε, καὶ Φερεκράτης ἐν Λήροις. *Pythmena vero, & pyndaca, fundum, & alii, & Pherecrates in Nugis.* Itaque corrigendus Athenæus, *l.* VI. Τήγανον δὲ, ὦ βέλτιστε, εἴρηκεν ἐν μὲν Λήροις Φερεκράτης. *Sartaginem vero, o optime, Pherecrates quidem dixit in Nugis.* Nauci non est, quod editur, ἐν Μένδηροις Φερεκράτης. Quasi

Μένδηροι

Fabulæ alicujus nomen esset; quod nequaquam verum. Laudat etiam Suidas, *in* Χρή.

Μεταλλεῖς.

Erotianus: Ἀρμοῖ, ἡσυχῆ, μικρῶς. ὡς καὶ Φερεκράτης ἐν Μεταλλεῦσιν. Ἀρμοῖ, *paulatim, parum. Sicut etiam Pherecrates in Metallicis.* Athen. *l.* III. Φερεκράτης ἐν Μεταλλεῦσι.

Σχελίδες δ' ὁλόκνημοι πλησίον ταχερώταται

Ἐπὶ πινακίσκοις, καὶ δίεφθ' ἀκροκώλια.

Pherecrates in Metallicis;

Pernæ autem cum integris prope tibiis mollissimæ

In scutellis, & biscocta extrema membra.

Et *l.* VI. Ων εἷς ἐστὶν ὁ Ἀττικώτατος Φερεκράτης, ὃς ἐν μὲν τοῖς Μεταλλεῦσιν φησί·

Πλούτῳ δ' ἐκεῖ ἦν πάντα συμπεφυρμένα.

Inter quos unus erat maxime Atticus Pherecrates, qui quidem in Metallicis ait;

Opibus autem illa omnia erant permixta.

Sed auctorem Fabulæ hujus controverti animadverto, & Nicomacho quosdam adscribere. Harpocration, *in* Μεταλλεῖς: Ἐστι δὲ καὶ δρᾶμα Φερεκράτους, Μεταλλεῖς· ὅπερ Νικόμαχον φησὶ πεποιηκέναι Ἐρατοσθένης, ἐν ἑβδόμῳ Περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. *Est vero etiam Pherecratis fabula, Metallici; quam Nicomachum composuisse ait Eratosthenes, in libro septimo De veteri comœdia.*

Μυρμηκάνθρωποι.

Etymologici Auctor: Τεθολωμένος, καὶ ἐπὶ χαρᾶς. Φερεκράτης Μυρμηκανθρώποις·

Γελῶντα, καὶ χαίροντα, καὶ τεθολωμένον.

A Τεθολωμένος, *etiam de gaudio. Pherecrates Formicis-hominibus;*

Ridentem, & gaudentem, & perturbatum.

Zenobius, *Cent.* IV. *Prov.* XXIII. Ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβοι, ἡ παροιμία παρὰ Φερεκράτει, ἐν τοῖς Μυρμηκανθρώποις. *Vel ter sex, aut tres tesseræ. Proverbium apud Pherecratem, in Formicis-hominibus.* Scholiast. Aristophanis, *Vespis:* Τὸ δὲ λαγαρίζεσθαι, ἕτερόν τι ἔοικεν ἐμφαίνειν. Φερεκράτης Μυρμηκανθρώποις. Λαγαρίζεσθαι *autem, laxum fieri, aliud quid denotare videtur. Pherecrates Formicis-hominibus.* Occurrit etiam apud Athenæum, *libb.* VII. VIII. & Suidam, *in* Τεθολωμένος.

B Πέρσαι.

Pollux, *l.* VII. *c.* II. Ὅτι Φερεκράτης εἴρηκεν ἐν Πέρσαις, *Quod Pherecrates dixit in Persis.* Sed controversa quoque hæc Fabula. Athen. *l.* III. Φερεκράτης, ἢ ὁ πεποιηκὼς τὰς Πέρσας, φησίν. *Pherecrates, seu qui Persas composuit, dicit.* Et *l.* XI. Φερεκράτης δὲ, ἢ ὁ πεποιηκὼς τὰς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένας Πέρσας, φησίν. *Pherecrates autem, seu qui fecit Persas, tragœdiam ipsi attributam, inquit.* Aristophanis Scholiastes, *Ranis:* Ἢ Ἀφροδίσιόν τι φρούριον. πρὸς τὸν ποιήσαντος τὰς Φερεκράτους Πέρσας. *Aut produnt castellum: adversus illum qui Pherecratis Persas composuit.*

C Πετάλη.

Harpocration, *in* Κολωνάιτας: Οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ τῶν ἱππέων. Φερεκράτης, ἐν Πετάλῃ. *Hic autem sit equitum. Pherecrates, in Tenera.* Pollux *l.* VII. *c.* XXXIII. Ἀπὸ δὲ τῶν πίθων, ὁ πιθών· Φερεκράτους εἰπόντος, ἐν Πετάλῃ. *Ab doliis autem, cadus; Pherecrate dicente, in Tenera.* Iterum, *l.* X. *c.* XX. Ἐκ δὲ τούτων καὶ ἡ χώνη, ὅταν εἴπῃ Φερεκράτης, ἐν Πετάλῃ. *Ex his autem etiam infundibulum, quum dicat Pherecrates, in Tenera.* Corrigendus Priscianus, *l.* XVIII. *Priscianus** ἐν Πετάλῃ. Perperam editur, ἐν Πετάλοις. Quod video etiam Viro magno, Isaaco Casaubono, in mentem

D venisse. Meminit item Athenæus, *libb.* VIII. IX. Hesychius, *in* Μεταλλεῖον. Suidas, *in* Ἀίρειν.

Τυραννίς.

Athen. *l.* XI. Καὶ Φερεκράτης ἐν Τυραννίδι·

Κρεῖττον μί' χιλίων ποτηρίων.

Et Pherecrates in Tyrannide;

Melior una est mille-poculis.

Et mox alibi, *eodem libro:* Ὅτι δὲ μεγάλοις ποτηρίοις αἱ γυναῖκες ἐχρῶντο, αὐτὸς εἴρηκε Φερεκράτης, ἐν Τυραννίδι. *Quod vero magnis poculis mulieres utebantur, ipse dixit Pherecrates, in Tyrannide.* Harpocration, *in* Βωμολοχεύεσθαι: Φερεκράτης Τυραννίδι·

E Καὶ ἔπειθ' ἵνα μὴ πρὸς τοῖσδε βωμοῖς πανταχοῦ

Ἀεὶ λοχῶντες βωμολόχοι καλώμεθα,

Ἐποίησεν ὁ Ζεὺς καπνοδόκην μεγάλην πάνυ.

Pherecrates in Tyrannide;

Et deinde ut ne ad has aras ubique

Semper insidiantes sacrilegi appellemur,

Fecit Jupiter caminum magnum plane.

Ita tres illos versus, e latibulo protractos, restituo. Laudatur Fabula hæc etiam Suidæ *in* Ἀράχνη, & alibi. Emendandus autem Hesychius *in* Γυμνοφυλακεῖν, ubi plurali numero editur, Φερεκράτης Τυραννίσι. *Pherecrates Tyrannidibus.* Laudat item

F Suidas, *in* Συκυάσι.

Χείρων.

Nicomachus, Ἁρμ. Ἐγχειρ. *l.* II. Καὶ Φερεκράτης ὁ κωμικὸς, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Χείρωνι, καταμεμφόμενος αὐτῶν τὴν περὶ τὰ μέλη ῥᾳδιουργίας φαίνεται. *Et Pherecrates comicus, in fabula inscripta Chirone, videtur reprehendere eorum circa membra malitiam.* Corrigendus est in ejus mentione Priscian. *l.* XVIII. *Attici multa per ellipsin proferunt, vel Pleonasmon.*

*Ita Chirographum Meursii: cum legi debeat *Pherecrates.*

Pherecrates ἐν Χείρωνι. Hodie editur, ἐν Χείροσι. Et Auctor Etymologici, *in* Αττα: Φερεκράτης δὲ ἐν Χείρωνι, *Pherecrates autem in Chirone*. Non recte vulgatur, Φ. δὲ ἐκ χειρῶν, *Ph. autem ex manibus*. Quod doctissimo quoque Sylburgio observatum animadverto. Sed dubitatum aliis video, an Pherecratis ista Fabula. Athenæus, *l.* IX. Καὶ παρὰ τῷ τὸν Χείρωνα πεποιηκότι, τὸν εἰς Φερεκράτην ἀναφερομένον, ἐπὶ ἡδύσματος ἡ παροψὶς κεῖται. *Et apud Chironis, qui Pherecrati adscribitur, auctorem, de condimento paropsis posita est*. Et mox: Φερεκράτης, ἢ ὁ πεποιηκὼς τὸν Χείρωνα, *Pherecrates, seu qui Chironem composuit*. Rursum *l.* XIV. Ὁ δὲ τὸν Χείρωνα πεποιηκώς, τὸν εἰς Φερεκράτην ἀναφερόμενον, φησί. *Qui vero Chironem, Pherecrati adscriptum, composuit, inquit*. Erant qui Nicomachum rhythmicum auctorem facerent. Idem Athenæus docet, extremo *l.* VIII. Ἐπὶ νοῦν οὐ λαμβάνοντες τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ τὸν Χείρωνα πεποιηκότος, εἴτε Φερεκράτης ἐστὶν, εἴτε Νικόμαχος ὁ ῥυθμικὸς, ἢ ὅστις δὴ ποτε. *Non considerantes ea, quæ dicta sunt ab eo, qui Chironem composuit, sive Pherecrates est, sive Nicomachus rhythmicus, sive quicunque alius*.

Ψευδηρακλῆς.

Athen. *l.* III. Κατὰ γὰρ τὸν Φερεκράτους Ψευδηρακλέα εἴποι τις ἂν τῶν πάνυ δοκησιδεξίων. *Nam juxta Pherecratis Falsum-Herculem dixerit aliquis eorum, qui sibi omnino dextri videntur*. Habes Fabulas Pherecratis XX. cum XVII. Suidas dicat. Quibus si tres eximantur controversiæ, Μεταλλεῖς, Πέρσαι, Χείρων, supererunt XVII.

PHERECYDES.

De eo, Scriptisque, ita Suidas: Φερεκύδης, Ἀθηναῖος, πρεσβύτερος τοῦ Συρίου. ὃν λόγος τὰ Ὀρφέως συναγαγεῖν. ἔγραψεν Αὐτόχθονας· ἔστι δὲ Περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας ἐν βιβλίοις δέκα. Παραινέσεις δι' ἐπῶν. *Pherecydes, Atheniensis, Syrio antiquior: quem sermo est Orphei carmina collegisse. Scripsit Indigenas; est autem De Atticæ antiquitatis sermone in libris decem. Adhortatio per carmina*. Et

Αὐτόχθονες,

commemorantur Etymologici Auctori, *in* Βοηδρομιῶν: Φερεκύδης δὲ, ἐν τοῖς Αὐτόχθοσι, διὰ τῆς φωνῆς σημεῖον οὗ τὸ πρότερον ἀξύνετον ὑπάρχον εὗρε, καὶ διηρθρώσεν. *Pherecydes autem, in Indigenis, per vocis signum; quam ante non intellectam invenit, & accurate distinxit*. Multa ex illis, etsi non diserte nominent, proferunt Theon *in Aratum*, Plutarchus *Theseo*, Dionysius Halicarn. *l.* I. Cicero *de Orat.* l. II. Scholiastæ Homeri, & Pindari, Stephanus quoque Περὶ πόλεων, Germanicus in *Arateis*, & Hyginus in *Poetico Astronomico*. Meminit vero etiam ejus Diogenes Laertius, in *Pherecyde Syro*, *l.* I. Ἄνδρων, δ' ὁ Ἐφέσιος δύο φησὶ γεγονέναι Φερεκύδας, Συρίους· τὸν μὲν, ἀστρολόγον· τὸν δὲ, θεολόγον, υἱὸν Βάδυος, ᾧ καὶ Πυθαγόραν σχολάσαι. Ἐρατοσθένης δ', ἕνα μόνον· καὶ ἕτερον Ἀθηναῖον, γενεαλόγον. *Andron vero Ephesius duos refert fuisse Pherecydes, Syrios; alterum quidem astrologum; alterum vero theologum, Badyis filium, cui Pythagoras quoque operam dedit. Eratosthenes autem, unum modo; & alterum Atheniensem, genealogias facientem*.

PHILEMON.

Scripsit,

Περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων, ἢ Γλωσσῶν.

Athen. *l.* XI. Ἔφηβος. τὸ καλούμενον ποτήριον ἐμβασικοίταν, ὥς φησι καλεῖσθαι Φιλήμων ὁ Ἀθηναῖος, ἐν τῷ Περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων, ἢ Γλωσσῶν. *Ephebus. Appellatum poculum embasicœten, sic dicit nominari Atheniensis Philemon, in libro De Atticis nominibus, seu Glossis*. Mox id Opus,

Ἀττικαὶ φωναὶ

indigetatur apud eundem, *eodem libro*: Κύμβη. Φιλήμων ἐν ταῖς Ἀττικαῖς φωναῖς, κύλικος εἶδος. *Cymbe. Philemon in Atticis vocibus, calicis species*. Et,

Ἀττικαὶ λέξεις.

Lib. III. Φιλήμων δ', ἐν Ἀττικαῖς Λέξεσι, καλεῖσθαι φησί τινα σῦκα βασίλεια. *Philemon autem, in Atticis dictionibus, appellari aliquos ficus regios inquit*. Item,

Περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων.

Lib. XIV. Ἐπίδαιτρον. πλακούντων ἐδεσμάτιον, ἐπὶ τῷ δείπνῳ ἐσθιόμενον, ὥς φησι Φιλήμων ἐν τῷ Περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων. *Epidætron. Placentarum cibus, qui post cœnam edi solet, ut ait Philemon in libro De Atticis nominibus*. Ac mox iterum: Φιλήμων δ' ἐν τῷ Περὶ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων, Αἰγιλίδας φησὶν εἶναι τὰς καλλίστας ἰσχάδας. *Philemon autem in libro De Atticis nominibus, Ægilidas optimas caricas esse dicit*.

Περὶ παντοδαπῶν χρηστηρίων.

Laudat idem Athen. *l.* III. Φιλήμων δ' ἐν πρώτῳ Παντοδαπῶν χρηστηρίων, πυρνὸν φησὶ καλεῖσθαι τὸν ἐκ πυρῶν ἀσήστων γενόμενον ἄρτον, καὶ πάντα ἐν ἑαυτῷ ἔχοντα. *Philemon vero in libro primo Omnigenorum oraculorum, pyrnum appellari inquit panem ex tritico non cribrato factum, & omnia in se continentem*. An eadem censebimus?

Σύμμικτα.

Porphyr. *Quæst. Hom.* VIII. Ἐν τοῖς Φιλήμονος Συμμίκτοις περὶ Ἡροδοτείου διορθώματος ὁ γραμματικὸς διαλεγόμενος, πειρᾶται καὶ Ὁμηρικά τινα σαφηνίζειν. *In Philonis Miscellaneis de Herodotia correctione grammaticus differens, etiam Homerica quædam declarare tentat*. Hic ipse sine dubio est, qui Philemon Æxonensis, quia nempe ex eo Atticæ populo natus, Ammonio dicitur, lib. *de Diff. Voc.* in Πόνηρον: Εἰ δ' οἱ Ἀττικοὶ βαρυτονοῦσιν, οὐ θαυμαστόν ἐστιν. χαίρουσι γὰρ τῇ βαρύτητι. Ἄδελφε γοῦν λέγουσι, τὴν πρώτην ὀξυτονοῦντες, ὡς ἄπελθε· φησὶν ὁ Τρύφων παρατιθέμενος Φιλήμονα τὸν Αἰξωνέα. *Si vero Attici accentu gravi notant, non est mirandum. Gaudent enim gravitate*. Ἄδελφε *igitur, frater, dicunt, primam acuentes, prout* ἄπελθε, *abi; inquit Tryphon qui Philemonem Æxionensem apponit*. Ita enim ibi scribendum; non, Αγξωνέα. Nullum dubium est, quin Philemonem hunc citaverit Tryphon, ex Opere Περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων, ἢ Γλωσσῶν; quod jam mihi commemoratum.

PHILETÆRUS.

De hoc, ejusque Comœdiis, ita Suidas: Φιλέταιρος, ὄνομα κύριον. Ἀθηναῖος, κωμικός· υἱὸς Ἀριστοφάνους τοῦ κωμικοῦ. δράματα δὲ αὐτοῦ κα. ὧν ἐστι καὶ ταῦτα. Ἀχιλλεύς. Κορινθιατής. Κυνηγίας. Φίλαυλος. Κέφαλος. Τηρεύς. Οἰνοπίων. Ἀντυλλος, καὶ Αὐτοφιλέταιρος. ὡς δέ τινες, Νικοστράτη. Ἀταλάντη. Λαμπαδηφόροι. *Philetærus, nomen proprium. Atheniensis, comicus; Aristophanis comici filius. Fabulæ autem ejus* XXI. *Inter quas etiam hæ: Achilles. Corinthiates. Cynegias. Tibiæ-amator. Cephalus. Tereus. Oenopion. Antyllus: & Autophiletærus: ut vero aliqui, Nicostrata. Atalanta. Lampadiferi*. Sed non pauca hic corrupta. Videamus. Initio enim Κορινθιαστὴς scribendum; non, Κορινθιατής. Athenæus, *l.* XIII. Φιλέταιρος Κορινθιαστῇ·

Ὡς τακερὸν, ὦ Ζεῦ, καὶ μαλακὸν τὸ βλέμμ' ἔχει.

Philetærus Corinthiaste;

Quam tenerum, o Jupiter, & mollem vultum habet.

Deinde, Κυνηγὶς, non Κυνηγίας. Ita scribitur apud Athen. semel *l.* VII. ter *l.* XIII. Quæ sequuntur, ea & transposita sunt, & non parum depravata. Restituo hunc in modum, Τηρεύς, Ἀντυλλος. Οἰνωπίων.

καὶ αὐ-

ϗ αὐτὸς Φιλεταίρȣ· ὡς δέ τινες, Νικοςράτȣ. *Oenopion*, inquit; quæ Fabula *etiam ipſa Philetæri eſt; vel, ut alii volunt, Nicoſtrati*. Erat enim de auctore ejus fabulæ controverſia; & nonnulli Philetæro, alii Nicoſtrato adſcribebant. Et hoc ipſum admonere Suidas voluit. Certe Οἰνοπίων Philetæro attribuitur ab Athenæo, *libb*. IV. VII. Nicoſtrato vero a Suida, *in* voce Ἀμφίας. Sed corrupte quoque illic, Νικόςρατος Οἰνοποιῷ, *Nicoſtratus Vini-confectore*, pro N. Οἰνοπίωνι. Quod cæteras attinet,

Ἀταλάντη,

laudatur etiam Athenæo, *lib*. X.

Λαμπαδηφόροι,

ibidem.

Τηρεὺς,

lib. III. Ἑξῆς εἰσεκομίσθη ταγηνιςὰ ἥπατα, περιειλημμένα τῷ καλȣμένῳ ἐπίπλῳ, ὃν Φιλέταιρος ἐν Τηρεῖ ἐπίπλοιον εἴρηκεν. *Deinde introlata ſunt ſartagine frixa jecinora, comprehenſa ita dicto omento, quod Philetærus in Tereo* ἐπίπλοιον *dixit*.

Φίλαυλος,

lib. XIV. Ἐγὼ δ' ἔχων ἔτι πολλὰ λέγειν περὶ μȣσικῆς, αὐλῶν ἀκȣ́ων βόμβȣ, καταπαύσω τὸ πολυλογεῖν, τὰ ἐκ Φιλαύλȣ Φιλεταίρȣ ἐπειπών. *Ego vero cum adhuc multa habeam dicere de muſica, tibiarum ſonitum audiens, multa dicere deſinam, illa ex Philetæri Tibiæ-amatore addens*. Præterea, quæ omiſſa eſt Suidæ,

Ἀσκληπιός.

Laudatur eidem, *lib*. VIII. Φιλέταιρος δ' ἐν Ἀσκληπιῷ τὸν Ὑπερίδην πρὸς τῷ ὀψοφαγεῖν ϗ κυβεύειν αὐτὸν φησί. *Philetærus autem in Æſculapio Hyperidem præterquam quod piſces edat etiam ipſum teſſeris ludere ait*. Occurritque iterum *lib*. XI.

Μελέαγρος.

Apud ipſum Suid. commemoratur, *in* Ἀμπαλίνορος: Ἀναςρέφων τὴν αὐτὴν ὁδόν. Φιλέταιρος Μελεάγρῳ. *Revertens eandem viam. Philetærus Meleagro*.

PHILIPPIDES.

Novæ comœdiæ poeta, ſcripſit Fabulas XLV. Suidas: *Φιλιππίδης, Ἀθηναῖος, κωμικὸς ϗ αὐτὸς τῆς νέας κωμῳδίας, ὑὸς φιλοκλέȣς. ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ρια'. Ὀλυμπιάδος· ἐδίδαξε δὲ ϗ αὐτὸς δράματα με'. Philippides, Athenienſis, comicus & ipſe novæ comœdiæ, Philoclis filius. Florebat autem Olympiade* CXI. *Docuit autem & ipſe fabulas* XLV. Ex his,

Ἀδωνιάζȣσαι,

citantur a Polluce, *l*. V. *c*. XVI. Καὶ μασχαλιςήρ. ὡς φιλιππίδης, ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, ἐν Ἀδωνιαζȣ́σαις. *Et faſcia axillaris: ſicut Philippides, comœdiæ poeta, in Adoniazuſis*.

Ἀμφιάραος.

Athen. *l*. III. Τῆς μέντοι θαλασσίας ἀκαλήφης μνημονεύει ϗ φιλιππίδης, ἐν Ἀμφιαράῳ. *Marinæ utique urticæ meminit etiam Philippides, in Amphiarao*.

Ἀνανέωσις, *Renovatio*.

Idem, *libb*. VI. IX. Stobæus *Serm*. I. LXVI.

Ἀργυρίȣ ἀφανισμός.

Idem *lib*. VI. Φιλιππίδης δ', ἐν Ἀργυρίȣ ἀφανισμῷ, ὡς φορτικȣ̃ μέμνηται τȣ̃ τοιȣ́τȣ, ϗ σπανίȣ, ζηλȣμένȣ δὲ ὑπό τινων νεοπλȣ́των μετοίκων. *Philippides autem, in Argumenti abolitione, ejus tanquam moleſti, &*

A *rari, mentionem facit, ſed qui tamen a quibuſdam recens ditatis inquilinis probatus eſt*.

Αὐλοί.

Pollux, *l*. VI. *cap*. IX. Φιλιππίδης δ', ἐν Αὐλοῖς, ϗ πυρίεφθα εἴρηκεν. *Philippides autem, in Tibiis, & igne-cocta dixit*. Athen. *lib*. XIV. Πυριεφθῶν δὲ μνημονεύει, ȣ̃τω δὲ καλεῖται τὸ πρῶτον γάλα, φιλιππίδης ἐν Αὐλοῖς. *Igne-coctorum vero meminit, ſic autem appellatur primum lac, Philippides in Tibiis*.

Λακιάδαι.

Pollux, *lib*. X. *cap*. VII. Καὶ Θȣκυδίδης δὲ φησίν. Ἔκλινον τοῖς σπάρτοις ἀπαχθόμενος. Φιλιππίδης δὲ, ἐν
B Λακιάδαις·

Κράτιςόν ἐςι τȣ̃τον ἐκτεμεῖν, γύναι,
Τὸν δίφρον.

Sed etiam Thucydides inquit: Inclinabam funibus gravatus. Philippides autem in Laciadis;

Optimum eſt hanc exſcindere, mulier,
Bigam.

Male editur, ἐν Λακυάδαις. Corruptiuſque eſt apud eundem, *lib*. IX. *cap*. V. Φιλιππίδȣ δ' ἐν Φιλευριπίδῃ (εἰπόντος)

—— πόςην ὑφ' ὁδȣ̃
Ὡ'ς εἶναι παιδάριον ῥύμην τρίτην. ——

C Ὁ γὰρ ςενωπὸς ȣ̃τος Ἀθήνησιν ἦν. Καὶ Λακιάδης·

Ὀρθῶς γε τὴν ῥύμην ὁδοιπορήκαμεν.

Philippide autem in Euripidis-amante (dicente)

—— *quota in via*
Ut ſit puerulus platea tertia. ——

Angiportus enim hic Athenis erat. Et Laciades;

Recta ſane plateam pertranſivimus.

Reſtituo, Καὶ Λακιάδαις. Non enim ibi Laciades aliquis citatur, cujus nomen nuſquam lectum; ſed Laciadæ, Fabula Philippidis, cujus nomen ex præcedentibus ἀπὸ κοινȣ̃ repeti debet.

D Συνεκπλέȣσα.

Pollux, *lib*. IX. *cap*. V. Ἤπȣ δὴ καὶ παραγώγιον τέλȣς ὄνομα, εἰ δεῖ πρὸς ἀπολογίαν τῆς κοινῆς χρήσεως παρέχεσθαι, τὸ ἐν τῇ φιλιππίδȣ Συνεκπλεȣ́σῃ εἰρημένον. *Aut ſane etiam* παραγώγιον *vectigalis nomen, ſi opus eſt ad communis uſus defenſionem præberi illud, quod in Philippidis Simul-enavigante dictum eſt*. Plurali numero,

Συμπλέȣσαι,

citantur ab Athen. *l*. XV. Φιλιππίδης Συμπλεȣ́σαις·

Ὁ φανὸς ἡμῖν ȣ̓κ ἔφαινεν, ȣ̓δὲ ἕν·
Ἔπειτα φυσᾶν δυςυχὴς ȣ̓κ ἠδύνω.

E *Philippides Simul-navigantibus;*

Fax nobis non illuxit, nec unum;
Deinde inflare infelix non potui.

Φιλάδελφοι.

Stobæus, *Serm*. CVI.

Φιλάργυρος.

Athen. *lib*. XIV. Τραγήματα Κράτης φησὶ Φιλιππίδην λέγειν, ἐν φιλαργύρῳ. *Bellaria Crates ait Philippidem dicere, in Avaro*.

Φιλευριπίδης.

F Pollux, *lib*. IX. *cap*. V. Vide locum, paullo ante productum, in Λακιάδαι.

Φίλιππος.

Stobæus, *Serm*. CXXIII.

PHILOCHORUS.

Hujus Scripta a Suida *in* Φιλόχορος enumerantur iſta:

Ατθίδος βιβλία ιζ΄. *Atthidis libri* XVII.
Περὶ μαντικῆς, δ΄. *De vaticinandi arte*, IV.
Περὶ θυσιῶν, α΄. *De sacrificiis*, I.
Περὶ τῆς Τετραπόλεως, *De Tetrapoli*.
Σαλαμῖνος κτίσις, *Salaminis origo*.
Επιγράμματα Αττικὰ, *Epigrammata Attica*.
Περὶ τῶν Αθήνησιν ἀγώνων. ιζ. *De Atheniensium certaminibus*, XVII.
Περὶ τῶν Αθήνησιν ἀρξάντων ἀπὸ Σωκρατίδου μέχρι Απολλοδώρου, β΄. *De Archontibus Atheniensium, ab Socratide usque ad Apollodorum*, II.
Πρὸς τὴν Δήμωνος Ατθίδα, *Adversus Demonis Atthidem*.
Επιτομὴ τῆς ἰδίας Ατθίδος, *Compendium suæ Atthidis*.
Επιτομὴ τῆς Διονυσίου πραγματείας, *Compendium operis Dionysii*.
Περὶ ἱερῶν, *De sacris*.
Περὶ τῶν Σοφοκλέους μύθων, ε΄. *De Sophoclis fabulis*, V.
Περὶ Εὐριπίδου, *De Euripide*.
Περὶ Αλκμᾶνος, *De Alcmane*.
Περὶ μυστηρίων τῶν Αθήνησι, *De mysteriis Atheniensium*.
Συναγωγὴ ἡρωίδων, ἤτοι Πυθαγορείων γυναικῶν, *Collectio heroidum, seu Pythagoricarum fœminarum*.
Δηλιακὰ, β΄. *Deliaca*. II.
Περὶ εὑρημάτων, *De inventis*.
Περὶ καθαρμῶν, *De expiationibus*.
Περὶ συμβόλων, *De symbolis*.

Ex his Ατθίδος libri passim citantur, a Dionysio Halicarn. Athenæo, Harpocratione, Macrobio, Etymologici Auctore, Suida, Stephano, Aulo Hellio, Scholiastis Poetarum.

Περὶ μαντικῆς, δ΄.

Laudat Athen *lib.* XIV. Φιλόχορος δ᾽ ἐν τοῖς περὶ μαντικῆς Αξιόπιστον, τὸν εἴτε Λοκρὸν γένος, ἢ Σικυώνιον, τὸν κανόνα, καὶ τὰς γνώμας πεποιηκέναι φησίν. *Philochorus autem in libris De arte vaticinandi Axiopistum, sive Locrensem genere, seu Sicyonium, canonem, & sententias composuisse ait*. Clemens, *Strom.* I. Ηδη δὲ καὶ Ορφέα Φιλόχορος μάντιν ἱστορεῖ γενέσθαι, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ μαντικῆς. *Jam vero etiam Orpheum vatem fuisse Philochorus tradit, in libro primo De arte vaticinandi*. Scholiastes Euripidis *in Alcestin*: Φιλόχορος ἐν πρώτῳ περὶ μαντικῆς ἐκτίθησιν αὐτοῦ ποιήματα, ἔχοντα οὕτως. *Philochorus in libro primo De arte vaticinandi exponit ejus poemata, sic se habentia*. Apostolius *Cent.* VII. *Proverb.* XLVIII. Φιλόχορος ἐν τῇ τρίτῃ περὶ μαντικῆς, καὶ γυναῖκας ἐγγαστριμύθους καλεῖ. *Philochorus autem in libro tertio De arte vaticinandi, etiam fœminas ventriloquas appellat*. Transscripsit ille ex Suida, *in* eadem voce. In his autem quatuor libris censeo fuisse etiam *De divinatione e somniis*. Tertullian. hanc partem citat, lib. *de Anima*, *cap.* XLVII. *Cæterum Epicharmus etiam summum apicem inter divinationes somniis extulit cum Philochoro Atheniensi*. Fulgentius, *Mythologici* lib. I. *At vero amica Apollinis (laurus) ob hanc rem vocitata est, quia illi, qui de interpretatione somniorum scripserunt, ut Antiphon, Philochorus, & Artemon, & Serapion Ascalonites, promittant in libris suis, laurum si dormientibus ad caput posueris, vera somnia esse visuros*.

Περὶ θυσιῶν, α΄.

Scholiast. Apollonii, *l.* I. Φιλόχορος δὲ ἐν τῷ περὶ θυσιῶν φησὶν, ὅτι τὸ κάλλιστον τοῦ σώματος καὶ πρωτεῦόν ἐστι. *Philochorus autem in libro De sacrificiis pulcherrimum & præcipuum corporis esse inquit*.

Περὶ τῆς Τετραπόλεως.

Athen. *lib.* VI. Ταῦτα ἱστορεῖ καὶ Φιλόχορος, ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Τετραπόλει, μνημονεύων τῶν καταλεγομένων τῷ Ηρακλεῖ παρασίτων. *Illa etiam tradit Philochorus in inscripta Tetrapoli, memorans Herculi adscriptos parasitos*. Scholiastes Sophoclis *Oed. Col.* Ιστορεῖ περὶ τούτων Φιλόχορος ἐν τῇ Τετραπόλει, *Refert de his Philochorus in Tetrapoli*. Suidas, *in* Τιτανίδα γῆν: Μόνος οὐκ ἐστράτευσεν ἐπὶ τοὺς θεοὺς, ὡς Φιλόχορος, ἐν Τετραπόλει. *Solus non militavit contra deos, sicut Philochorus, in Tetrapoli*.

Περὶ τῶν Αθήνησιν ἀρξάντων, ἀπὸ Σωκρατίδου μέχρι Απολλοδώρου, β΄.

Anonymus in *Descript. Olymp.* ad Olympiadis CI. annum III. quo magistratum hic Socratides Athenis gessit: Φιλόχορος, Κύκνου, Αθηναῖος, πραγματείαν συνεστήσατο Περὶ τῶν Αθήνησιν ἀρξάντων, ἀπὸ Σωκρατίδου, καὶ μέχρι Απολλοδώρου. *Philochorus, Cycni filius, Atheniensis, commentarium composuit De Archontibus Atheniensium ab Socratide, etiam usque ad Apollodorum*.

Πρὸς τὴν Δήμωνος Ατθίδα.

Harpocr. *in* Ηετιωνεία: Ὡς φησὶ Φιλόχορος, ἐν τῇ πρὸς Δήμωνα ἀντιγραφῇ, *Sicut ait Philochorus in rescripto Adversus Demonem*.

Prœter ista, quæ Suidæ dicta, invenio etiam,

Επειρωτικά.

Harpocr. *in* Βούχετα: Πόλις ἐστὶ τῆς Ηπείρου, πληθυντικῶς οὐδετέρως λεγομένη· Φιλόχορος ἐν τοῖς Ηπειρωτικοῖς ὠνομάσθαι φησὶ, διὰ τὸ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖσε, κατὰ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν. *Urbs Epri est, pluraliter neutro genere dicta; quam Philochorus in Epiroticis appellatam esse inquit, quia Themis bove vecta illuc venerit Deucalionis diluvio*. Ita est in utraque editione Aldina; a qua cur discedam, causam non video. Nam quod Vir præstantissimus, qui pro Philochoro *Philostephanum* hic substituit, pro se Stephanum allegat *in* vocibus Αβιοι, Ανθάνα, & Αντρῶν, ignoscat mihi, si dissentio: nihil enim ille juvat. Citat quidem istis locis Philostephanum, tamen nihil Epiroticorum meminit. Contra vero Harpocrationis priscam lectionem Etymologici quoque Auctor *in* eadem voce tuetur, cum inquit: Βούχετα, ἢ Βουχέτιον. ἔστι δὲ πόλις τῆς Ηπείρου, οὐδετέρως καὶ πληθυντικῶς λεγομένη· ἥν φησι Φιλόχορος ὠνομάσθαι, διὰ τὸ τὴν Λητὼ, ἤτοι Θέμιν, ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖ, *Bucheta, seu Buchetium. Est autem Epiri urbs, neutro genere & pluraliter dicta; quam Philochorus appellatam esse inquit, quia Latona, vel Themis, bove vecta illuc venerit*. Suidas etiam, *in* hac voce, Philochorum nobis, & non Philostephanum, citat. Nam quod neget idem ille Vir doctrina præcellenti, Ηπειρωτικὰ a Philochoro scripta esse, quia Suidas non recenset, qui librorum absolutissimum syllabum dederit, neque istud me deterret: quippe haud esse syllabum istum absolutissimum, ex eo ipso Suida evincam, qui etiam citat,

Περὶ ὀργεώνων.

Ecce enim, *in* Οργεῶνες: περὶ δὲ τῶν Οργεώνων γέγραφε καὶ Φιλόχορος. *De sacerdotibus autem scripsit etiam Philochorus*. Nulla tamen hujus Operis in catalogo Suidæ mentio; quemadmodum neque item istius.

Περὶ ἑορτῶν.

Laudat autem Harpocr. is qui Ηπειρωτικὰ in Χύτροι: Ηγετο δὲ ἡ ἑορτὴ Ανθεστηριῶνος τρίτη ἐπὶ δέκα, ὥς φησι Φιλόχορος ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν. *Celebrabatur autem festum Anthesterionis tertio decimo, ut ait Philochorus in libro De festis.*

PHILOCLES I.

Comicus. De eo ita Suidas: Φιλοκλῆς, κωμῳδίας ποιητὴς, αἰσχροπρόσωπος. ἦν δὲ προκέφαλος, ὡς ἔποψ· ἤγουν ὀξυκέφαλος. Αἰσχύλου δὲ ἀδελφῆς υἱός. *Philocles, comœdiæ poeta, turpis facie. Erat autem capite prominens, tanquam upupa; seu acuto capite. Æschyli autem sororis filius.* Sed non constat ipse sibi, & paullo ante Tragicum dicit: Φιλοκλῆς, Πολυπείθους, Αθηναῖος, τραγικὸς, τοῖς χρόνοις μετ' Εὐριπίδην. ἐπεκαλεῖτο δὲ Χολὴ, διὰ τὸ πικρόν. ἔγραψε τραγῳδίας ἑκατόν. ὧν ἐστι καὶ ταῦτα. Ηριγόνη, Ναύπλιος, Οἰδίπους, Οἰνεὺς, Πρίαμος, Πηνελόπη, Φιλοκτήτης. Αἰσχύλου δὲ τοῦ τραγικοῦ ἦν ἀδελφιδοῦς. *Philocles, Polypithis filius, Atheniensis, tragicus, post Euripidis tempora. Cognominabatur autem Bilis, propter amaritudinem. Scripsit tragœdias centum. Inter quas etiam hæ: Erigone, Nauplius, Oedipus, Oeneus, Priamus, Penelope, Philoctetes. Æschyli autem tragici sororis erat filius.* Ineptit autem, & se confundit; nam Comicus iste, non Tragicus, fuit. Et sane Comicum hunc ipsum facit Scholiastes Aristoph. *Avibus:* Εστι δὲ Φιλοκλῆς, κωμῳδίας ποιητὴς, καὶ Φιλοπείθους υἱὸς ἐξ Αἰσχύλου ἀδελφῆς. *Est autem Philocles, comœdiæ poeta, & Philopithis ex Æschyli sorore filius.* Verum erant isto nomine duo alii, uterque Tragicus; unus, hujus Comici pronepos: alter, ei coætaneus. Distinguendus itaque a priore,

PHILOCLES II.

De quo Scholiastes Comici, *loco citato*: Γεγόνασι δὲ Φιλοκλεῖς δύο, τραγῳδιῶν ποιηταί. εἷς μὲν, ὁ Φιλοκλέους ἀπόγονος. ἐκείνου μὲν γὰρ Μόρσιμος. ἐκ τούτου δὲ, Αστυδάμας· ἐκ τούτου, Φιλοκλῆς. *Fuerunt autem Philocles duo, tragœdiarum poetæ. Unus quidem, e Philoclis posteris Nam illius quidem Morsimus; ex hoc vero, Astydamas; ex hoc, Philocles.* Ab hoc alius,

PHILOCLES III.

Tragicorum alter. De quo ita Scholiastes idem, *eodem loco*: Καὶ ἕτερος, (Φιλοκλῆς) ὁ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν περιπεπτωκὼς τῷ νεωτέρῳ Φιλοκλεῖ, *Et alter, (Philocles) qui in eandem ætatem cum juniore Philocle incidit.*

Ergo Tragœdiæ, quæ a Suida unius esse commemorantur, utriusque sunt putandæ. Et adjungi illis debet, Τηρεὺς, ἢ Εποψ. Meminit *eodem loco* idem Scholiast. Comici: Φιλοκλεῖ ἐστι δρᾶμα Τηρεὺς, ἢ Εποψ, *Philocli est fabula Tereus, seu Upupa.*

PHILON.

Hujus, sine certo ullo Operis titulo, meminit Diog. Laert. in *Pyrrhone, lib.* IX. Αλλὰ καὶ Φίλων ὁ Αθηναῖος, γνώριμος αὐτοῦ γεγονὼς, ἔλεγεν ὡς ἐμέμνητο μάλιστα μὲν Δημοκρίτου, εἶτα καὶ Ομήρου. *Sed etiam Philo Atheniensis, familiaris ipsi factus, dixit, quod maxime quidem reminiscebatur Democriti, deinde etiam Homeri.*

PHILONIDES.

Comicus. De quo, ejusque Fabulis, Suidas hunc in modum: Φιλωνίδης, Αθηναῖος, κωμικὸς ἀρχαῖος. πρότερον ἦν γναφεύς. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Κόθορνοι, Απήνη, Φιλέταιρος. *Philonides, Atheniensis, comicus antiquus. Antea erat fullo. Inter fabulas ejus erant, Cothurni, Currus, Philetærus.* Ex his.

Κόθορνοι,

citantur Polluci, *lib.* IX. *cap.* V. *lib.* X. *cap.* XXVI. Athenæo bis, *lib.* VI. semel, XV.

PHILYLLIUS.

Item Comicus. Suidas: Φιλύλλιος, Αθηναῖος, κωμικὸς τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας. Τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν, Αἰγεὺς, Αὐγὴ, Αντεια, ἑταίρας ὄνομα, Δωδεκάτη, Ηρακλῆς. Πλυντρια, ἢ Ναυσικάα, Πόλις φρεωρύχος, Αταλάντη, Ελένη. *Philyllius, Atheniensis, comicus veteris comœdiæ. Inter ejus fabulas sunt, Ægeus, Auge, Antia, meretricis nomen, Duodecima, Hercules, Lotrix, seu Nausicaa, Urbs puteos-fodiens, Atalanta, Helena.* Ex his

Αἰγεὺς,

laudatur alibi etiam Suidæ: Ανάλφιτον. Φιλύλλιος Αἰγεῖ, *Farina carens. Philyllius Ægeo.* Et Stephano, *in* Γαλεῶται: Φιλύλλιος Αἰγεῖ.

Ο πάππος ἦν μοι γαλεὸς, ἀστερίας ἴσως
Διαπεποίκιλται παίζων. ——

Philyllius Ægeo;

Avus erat mihi mustellus, stellaris forsan
Variatus est ludens. ——

Αὐγή.

Athenæus, *lib.* III. Φιλύλλιος ἐν Αὐγῇ παρίστησιν
Αὐτὸς φέρων πάρειμι πυρῶν ἔκγονον,
Τριμήνων. ——

Philyllius in Auge docet;

Ipse ferens adsum tritici prolem
Trimestris. ——

Iterum, *lib.* IX. Φιλύλλιος ἐν Αὐγῇ, κατὰ χειρῶν εἴρηκεν, *Philyllius autem in Auge, per manus dixit.* Occurritque etiam *lib.* XI.

Ηρακλῆς.

Athen. *lib.* IV. Καὶ Φιλύλλιος ἐν Ηρακλεῖ.
Βούλεσθε δῆτ' ἐγὼ φράσω τίς εἰμ' ἐγώ;
Η' τῶν προτενθῶν δορπία καλουμένη.

Et Philyllius in Hercule;

Vultis videlicet ego dicam quis sum ego?
Prægustatorum cœna appellata.

Πλυντρια, ἢ Ναυσικάα,

Plurali numero;

Πλύντριαι,

inscribuntur apud Scholiasten Comici, *ad Aves*: Μέμνηται αὐτοῦ Φιλύλλιος, ἐν ταῖς Πλυντρίαις, ὡς φιλοδίκου. *Meminit hujus Philyllius, in Lotricibus, tanquam litigiosi.* Ita scribo. Male editur, Εν ταῖς Πλυντηρίαις.

Πόλις φρεωρύχος.

Ita male est apud Suidam. Rescribo, Πόλεις, φρεωρύχος, *Urbes, Puteos-fodiens.* Nam duarum illic Fabularum sunt nomina; & prioris etiam plurali numero exprimendum. Ac

Πόλεις

quidem, commemorantur Athenæo, *lib.* III. Πλατείας δὲ καρίδας αὖ εἴη λέγων τοὺς ἀστακοὺς καλουμένους, ὧν μνημονεύει Φιλύλλιος ἐν Πόλεσι. *Latas vero squillas dicat astacos appellatos, quorum mentionem facit Philyllius in Urbibus.* Et *lib.* IX. Φιλύλλιός τε, ὁ ποιήσας τὰς πόλεις, φησίν.

—— ὅτι ἂν τύχῃ
Μάγειρος ἀδικήσας τὴν αὐλητὴν λαβεῖν
Πληγάς. ——

Philylliusque, qui Urbes composuit, inquit;

—— *quod si*
Coquus peccaverit tibicinem accepturum
Plagas. ——

Pollux, *lib.* VII. *cap.* XXIV. Φιλύλλιος δὲ, ἐν Πόλεσι, δακτυλιουργὸν ὠνόμασε. *Philyllius autem, in Urbibus, annuli artificem nominavit.* Meminitque iterum mox, *capite* sequenti XXV. etiam *lib.* X. *capp.* XIV. XXVIII.

Φρεωρύχος.

Pollux, *lib.* VII. *cap.* XXXIII. Φιλυλλίῳ γὰρ δρᾶμά τι ὁ Φρεωρύχος. *Philyllii enim fabula quædam Puteos-fodiens.* Athen. *lib.* XIV. Φιλύλλιος δὲ, ἐν Φρεωρύχῳ, περὶ τῶν δευτέρων τραπεζῶν λέγων. *Philyllius autem, in Puteos-fodiente, de secundis mensis dicens.*

Laudatur quoque, incerta fabula, sed corrupto nomine, apud Scholiasten Comici, *Pluto*: Περὶ δὲ μεγέθους, Φύλλιος φησίν·

Ἤτις κάμηλος ἔτεκε τὸν Φιλωνίδην.

De magnitudine autem Phyllius inquit;

An camelus aliquis peperit Philonidem.

Rescribe, Φιλύλλιος φησίν.

PHRYNICHUS I.

Comicus. De quo, Fabulisque ejus, ita Suidas: Φρύνιχος, Ἀθηναῖος, κωμικὸς, τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. ἐδίδαξε γοῦν τὸ πρῶτον ἐπὶ πϛʹ. Ὀλυμπιάδι. δράματα δ' αὐτοῦ ἐστι ταῦτα. Ἐφιάλτης, Κόννος, Κρόνος, Κωμασταί, Σάτυροι, Τραγῳδοὶ, ἢ Ἀπελεύθεροι. Μονότροπος, Μοῦσαι, Μύστης, Ποαστρίαι. *Phrynichus, Atheniensis, comicus, ex altero antiquæ comœdiæ ordine. Docuit igitur primum Olympiade* LXXXVI. *Hæ autem sunt fabulæ ejus: Ephialtes, Barba, Saturnus, Comessatores, Satyri, Tragœdi, seu Liberti, Solitarius, Musæ, Mysta, Runcatrices.* Ex his,

Ἐφιάλτης,

Athenæo memoratur, *lib.* IV. Φρύνιχος ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν τῷ Ἐφιάλτῃ μνημονεύει τοῦ ἡδυλόγου. *Phrynichus comicus in Ephialte suaviloqui meminit.* Occurritque mox iterum, in fine *ejusdem libri*. Pollux, *lib* VII. *cap.* XXIV. Ἀπὸ δ' ἀργύρου, ἀργυροκόπος ὡς Φρύνιχος, ἐν Ἐφιάλτῃ. *Ab argento autem, argenti-signator: sicut Phrynichus, in Ephialte.* Scholiastes Aristophanis, *Avibus*: Κόβαλός τε εἶναι ἐλέγετο, καὶ πτωχαλαζών, ὡς Φρύνιχος, ἐν Ἐφιάλτῃ. *Vaferque esse dicebatur, & mendicus ostentator, sicut Phrynichus, in Ephialte.*

Κόννος.

Hujus Fabulæ corruptum nomen apud Hesych. Ἀεὶ, ἀντὶ τοῦ, ἕως. Φρύνιχος Κοννώῃ, καὶ Εὐριπίδης Μηδείᾳ. *Semper, pro, donec. Phrynichus Connoe, & Euripides Medea.* Rescribe, Φρύνιχος Κόννῳ, *Phrynichus in Barba.*

Κρόνος.

Pollux, *lib.* VII. *cap.* XXX. Φρύνιχος μὲν γὰρ, ἐν Κρόνῳ, καὶ ἀλεκτρυοπωλητήριον εἴρηκεν. *Nam Phrynichus quidem, in Saturno, etiam locum ubi gallinæ venduntur dixit.* Athen. *lib.* IX. Οἱ δὲ τὸ γήθειον καλούμενον τοῦτό φασιν εἶναι, οὗ μνημονεύει Φρύνιχος ἐν Κρόνῳ. *Hi vero gethium illud appellatum esse dicunt, cujus meminit Phrynichus in Saturno.* Erotianus: Ὑποτεταμένον, τὸ ὑποκείμενον ξύλον, τὸ οἷον βάθρον, ὡς καὶ Φρύνιχος ἐν Κρόνῳ φησί. *Subtensum, subjectum lignum, tanquam basis, sicut etiam Phrynichus in Saturno inquit.* Emendandus Hesychius *in* Σεσιλλίσαι: Φρύνιχος ἐν Κρόνῳ, *Phrynichus in Saturno.* Editur hodie, Φ. ἐν Κρονίῳ, *Ph. in Saturnio.*

Κωμασταί.

Hesychius: Κολακοφοροκλείδης. Ἱεροκλείδης. ὃν ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδοῦσιν· Ἕρμιππος μὲν, ἐν Κέρκωψι. Φρύνιχος δὲ, ἐν Κωμασταῖς. *Colacophoroclides. Hieroclides: quem ob malitiam perstringunt; Hermippus quidem, in Cercopibus; Phrynichus vero, in Comessatoribus.* Pollux, *lib.* IV. *cap.* VII. Καὶ ἕτερον (αὔλημα) πτιστικὸν, ὡς Φρύνιχος ἐν Κωμασταῖς φησὶν ὁ κωμικός. *Et alterum (tibiale carmen) pinsentium, sicut Phrynichus in Comessatoribus inquit comicus.*

Μονότροπος.

Scholiastes Aristoph. *Avibus*: Ἴσως δὲ ἐν Κολωνῷ κρήνην τινὰ κατεσκευάσατο, φησὶν ὁ Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. *Fortasse autem in Colono rivum aliquem paravit, Phrynichus ait in Solitario.* Pollux, *lib.* VII. *cap.* V. Τὸ δὲ ῥῆμα τὸ ἀρτοκοπεῖν, ἐν Φρυνίχου Μονοτρόπῳ. *Verbum autem* ἀρτοκοπεῖν, *pistrinam-exercere, in Phrynichi Solitario.* Iterum, *cap.* XXXIII. Φρύνιχος δ' εἴρηκεν ἐν Μονοτρόπῳ.

Ἔπειτ' ἐπειδὰν τὸν λύχνον κατακοιμίσῃ.

Phrynichus autem dixit in Solitario;

Quoniam postquam lucernam consopiverit.

Laudat quoque Athenæus, *lib.* VI. & Suidas, *in* Ὑπερακοντίζεις.

Μοῦσαι.

Harpocr. *in* Καδίσκος: Ἀγγεῖόν τι, εἰς ὃ ἐψηφοφόρουν οἱ δικασταὶ, οὕτως ἔλεγον. Φρύνιχος Μούσαις. *Vas aliquod, in quod suffragia conjiciebant judices, ita dicebant. Phrynichus Musis.* Occurrit item apud Suidam, *in* eadem *dictione*, Athen. *lib.* VII. Pollucem, *lib.* VII. *cap.* XXXIII. *lib.* X. *cap.* XXII. Schol. Aristophanis, in *Argumento Ranarum*.

Μύσται.

Suidas laudat, *in* Τευτάζειν.

Ποαστρίαι.

Harpocr. *in* Ἐξούλης: Καὶ Φρύνιχος ἐν Ποαστρίαις δῆλον ποιεῖ. *Et Phrynichus in Runcatricibus manifestum facit.* Pollux, *lib.* VII. *cap.* V. Ἄρτους δὲ πυρίτας ἐρεῖς, ὡς ἐν Ποαστρίαις Φρύνιχος. *Panes autem triticeos dices, sicut in Runcatricibus Phrynichus.* Meminitque idem iterum, *libb.* III. X. Priscianus, *lib.* XVII.

Σάτυροι.

Phrynichus Grammaticus, in *Ecloga Dict. Attic.* Φρυνίχου δὲ τοῦ κωμῳδοποιοῦ εἰπόντος ἐν τοῖς Σατύροις οὕτως·

Ὅτι πρὶν ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς βουλὴν, ἔδει
Καὶ ταῦτ' ἀπαγγείλαντα πάλιν πρὸς τὸν θεὸν
Ἥκειν. ——

Phrynicho autem comico ita in Satyris dicente;

Quod priusquam veniret ipse in senatum, oportebat
Etiam hæc cum annunciasset rursus ad deum
Venire. ——

Athenæus, *lib.* III. Παραπλησίως δ' εἴρηκε καὶ Φρύνιχος Σατύροις. *Similiter autem dixit etiam Phrynichus Satyris.* Laudat etiam Scholiastes Aristophanis, *Nubibus*, & *Vespis*.

Τραγῳδοὶ, ἢ Ἀπελεύθεροι.

Harpocr. *in* Διάθεσις: Φρύνιχος Τραγῳδοῖ, τῇ διαθέσει τῶν ἐπῶν φησί. *Phrynichus Tragœdis, dispositione versuum dicit.* Pollux, *lib.* VII. *cap.* XXXIII. Τὰ δ' ἐπὶ τοῦ πιπράσκειν, ἐστὶν εἰπεῖν ἐπ' αὐτῶν τὸ τιμιοπῶλαι, εἰρηκότος Φρυνίχου ἐν Τραγῳδοῖς.

Σὺ δὲ τιμιοπώλης, ὡς Ἀχιλλεὺς οὐδὲ εἷς.

Quæ vero ad vendendum pertinent, in illis licet dicere pretiosarum rerum venditores, quum loquutus fuerit Phrynichus in Tragœdis;

Tu vero pretiosarum rerum venditor, ut Achilles neque unus.

Athenæus *libris.* III. VI. VII. IX. XIII.

PHRYNICHUS II.

Polyphradmonis, aut Minyræ, aut Choroclis, filius, Tragicus. De illo. Fabulisque ejus, ita Suidas: Φρύνιχος, Πολυφράδμονος, ἢ Μινύρου, οἱ

δὲ, Χοροκλέυς. Ἀθηναῖος, τραγικός. μαθητὴς Θέσπιδος, A τ πρώτυ τὴν τραγικὴν εἰσενέγκαντος. τραγῳδίαι δ' αὐτῷ εἰσὶν ἐννέα αὗται. Πλευρωνία, Αἰγύπτιοι, Ἀκταίων, Ἀλκηστις, Ἀνταῖος, ἢ Λίβυες, Δίκαιοι, Συώθωκοι, Πέρσαι. Δαναΐδες. *Phrynichus, Polyphradmonis, seu Minyræ, filius, alii vero, Choroclis. Atheniensis, tragicus. Thespidis, qui primus tragicam introduxit, discipulus. Tragœdiæ vero ejus sunt hæ novem; Pleuronia, Ægyptii, Actæon, Alcestis, Antæus, seu Afri, Justi, Synthoci, Persæ, Danaides.* Harum

Πλευρωνία,

B laudatur quoque, sed corrupto paulum nomine, a Pausania, in *Phocicis:* Τῶτον τ λόγον Φρύνιχος ὁ Πολυφράδμονος πρῶτος ἐν δράματι ἔδειξε Πλευρῶνι. *Talem orationem Phrynichus Polyphradmonis filius primus in fabula Pleurone ostendit.* Rescribe, ἐ. Πλευρωνίᾳ. Plurali numero citatur ab Isaacio Tzetze, *in Lycophronem:* Μέμνηται δ' τ ἔθνυς τέτυ καὶ Φρύνιχος ὁ τραγικὸς, ἐν δράματι Πλευρωνίαις, λέγων κράτος ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπεστρώφα ποδὶ ὕαντος, ὃς γῆν ναίειν ἀρχαῖος λέως, παιδίας πάντα καὶ παράκτιον πλάκα, ὠκεῖα μάργοις φλὸξ ἐδαίνυντο γνάθοις. *Hanc vero gentem memorat etiam Phrynichus tragicus, in fabula Pleuroniis dicens; robur aliquando in* C *hanc terram erravit pede hyantis, qui terram habitavit antiquus populus, pueritiæ omnia & maritimum tractum velox insanis flamma consumebat maxillis.* Ubi latentes Phrynichi versus eruo, corrigo, & constituo;

Κράτος ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπεστρώφα ποδὶ
Ὕαντος, ὃς γῆν ναίειν ἀρχαῖος λέως·
Πεδία τε πάντα, καὶ παράκτιον πλάκα,
Ὠκεῖα μάργοις φλὸξ ἐδαίνυτο γνάθοις.
Robur aliquando in terram hanc erravit pede
Hyantis, qui terram habitavit antiquus populus;
Camposque omnes, & maritimum tractum,
D *Velox insanis flamma consumebat maxillis.*

Αἰγύπτιοι.

Hesychius: Ἰαίνεται, χολῦται, ἐπικραίνεται, παρὰ τ ἰόν. Φρύνιχος Αἰγυπτίοις. Ἰαίνεται, *ira incenditur, perficitur, ab sagitta. Phrynichus Ægyptiis.* Sed corrupta illic verba, sic restituo, χολῦται, ἢ πικραίνεται, παρὰ τ. *ira incenditur, seu exacerbatur, ab s.*

Ἀλκηστις.

Hesychius, *in* Ἀθαμβές.

Ἀνταῖος, ἢ Λίβυες.

E Scholiastes Aristophanis, *Ranis:* Φρύνιχος, Ἀνταίῳ δράματι, περὶ παλαισμάτων πολλὰ διεξῆλθεν. *Phrynichus, Antæo fabula, de luctationibus multa explicavit.*

Δαναΐδες.

Apud Hesychium, *in* Ἐγχαρπα, corrupte editur Fabulæ hujus nomen; Φρύνιχος Δανίσιν, *Phrynichus Donis.* Restitue, Φ. Δαναΐσιν. Et, estne ejusdem?

Τάνταλος.

Meminit idem Hesychius, *in* Ἐφέδρανα. An vero scribendum? Φρύνιχος Ἀνταίῳ· Hodie editur, Φρύνιχος Ταντάλῳ. An etiam?

Φοίνισσαι.

F Laudantur Athenæo, *l.* XIV. Καὶ Φρύνιχος δ' ἐν Φοινίσσαις εἴρηκε·

Ψαλμοῖσιν ἀντίσπας' ἀείδοντες μέλη.
Sed etiam Phrynichus in Phœnissis dixit;
Psalmis in contrarium ducta canentes carmina.

Scholiast. Comici, *Vespis:* Φρύνιχος δ' ἐγένετο τραγῳδίας ποιητὴς, ὃς ἔγραψε δρᾶμα Φοινίσσας, ἐν ᾧ μέμνηται Σιδωνίων. *Phrynichus autem comœdiæ erat poeta, qui scripsit fabulam Phœnissas, in qua Sidoniorum meminit.* Item Æschyli, *Persis:* Γλαῦκος ἐν τοῖς Περὶ Αἰσχύλυ μύθων, ἐκ τ Φοινισσῶν φησὶ Φρυνίχυ τὰς Πέρσας παραπεποιῆσθαι. *Glaucus in scriptis de Æschyli fabulis, ex Phrynichi Phœnissis inquit fabulam Persas detortam esse.* An vero harum duarum Fabularum auctor?

PHRYNICHUS III.

Res incerta est: neque enim Suidas meminit: cujus verba de secundo jam produxi; de hoc tertio autem, hæc sunt: Φρύνιχος, Μελάνθα, Ἀθηναῖος, τραγικός. ἐςὶ δ' καὶ τ δραμάτων αὐτῦ ταῦτα. Ἀνδρομέδα, Ἠριγόνη. ἐποίησε καὶ Πυρρίχας. *Phrynichus, Melanthæ filius, Atheniensis, tragicus. Verum inter fabulas ejus hæ quoque sunt: Andromeda, Erigone. Fecit etiam Pyrrhichas.* Quæ pene totidem verbis Scholiastæ etiam Comici memorantur, in *Commentario ad Vespas.* Præterea erat,

Μιλήτις.

Libanius laudat, *Declam.* XIII. Καὶ τὸ Εὐριπίδυ δρᾶμα πρὸς Ἡρακλείδας, καὶ τὸ Φρυνίχυ τὴν Μιλήτιν. *Et Euripidis fabulam adversus Heraclides, & Phrynichi Miletin.* In hac Fabula pertractarat ἅλωσιν Μιλήτυ; mulctatusque ab Atheniensibus fuit eo nomine mille drachmis. Scholiast. Comici, *Vespis:* Πτήσσει Φρύνιχος. παροιμία, ἐπὶ τ κακόν τι παχόντων. ἀπὸ Φρυνίχυ τ τραγικῦ, ὃν Ἀθηναῖοι χιλίαις ἐζημίωσαν, ἅλωσιν Μιλησίων τραγῳδήσαντα. ὁ δ' Φρύνιχος ὗτος Ἀθηναῖος ἦν, υἱὸς Μελάνθα. *Expavescit Phrynichus. Proverbium, de illis, qui aliquid mali patiuntur. Ab Phrynicho tragico, quem Athenienses mille mulctarunt, quum Milesiorum expugnationem tragice cantavisset. Verum hic Phrynichus Atheniensis erat, Melanthæ filius.* Suidas a Persis irrogatam hanc mulctam dicit: Φρύνιχον οἱ Πέρσαι χιλίαις ἐζημίωσαν, ἅλωσιν τραγῳδήσαντα Μιλησίων. *Phrynichum Persæ mille mulctarunt, quum Milesiorum expugnationem tragice cantavisset.* Sed erat Grammaticus. Johannes Tzetzes, *Chil.* VIII. *c.* CLVI.

Τὴν ἅλωσιν Μιλήτυ δ' Φρύνιχος Ἀθηναῖος,
Ὢν τραγικὸς, ἐδίδαξεν οἰκτρὰ τῇ τραγῳδίᾳ,
Ὡς πᾶν θρηνῆσαι θέατρον, καὶ μελανηφορῆσαι.
Χιλίαις δ' ἐζημιῶτο δραχμαῖς τοῖς Ἀθηναίοις·
Οἳ καὶ μηδένα ἔγραψαν τῷ δράματι κεχρῆσθαι.
Expugnationem autem Mileti Phrynichus Atheniensis,
Existens tragicus, docuit misera tragœdia,
Ut totum lugeret theatrum, & nigras indueret vestes.
Mille autem mulctabatur drachmis ab Atheniensibus;
Qui etiam scripserunt, ne quis fabula uteretur.

Meminit Plutarch. in *Præceptis Politicis:* Οἷόν ἐςι τὸ ψήφισμα τὸ τ ἀμνηςίας ἐπὶ τοῖς τριάκοντα, καὶ τὸ ζημιῶσαι Φρύνιχον, τραγῳδίᾳ διδάξαντα τ Μιλήτυ ἅλωσιν. *Quale est decretum oblivionis post triginta, & quod mulctarunt Phrynichum, qui Mileti expugnationem tragœdia docuerat.* Et Strabo, *l.* XIV. Καί φησί γε Καλλισθένης, ὑπ' Ἀθηναίων χιλίαις δραχμαῖς ζημιωθῆναι Φρύνιχον, τ τραγικὸν, διό τι δρᾶμα πεποίηκε Μιλήτυ ἅλωσιν ὑπὸ Δαρείυ. *Et dicit utique Callisthenes, ab Atheniensibus mille drachmis mulctatum esse Phrynichum, tragicum, quoniam composuit fabulam Mileti expugnationem sub Dario.*

PHYLARCHUS.

Hunc alii Naucratitem faciunt, alii Ægyptium, alii etiam Sicyonium. Ego eos hic nunc sequar, qui Atheniensem statuunt. De ipso, & Scriptis item ejus, ita Suidas: Φύλαρχος, Ἀθηναῖος, ἢ Ναυκρατίτης. οἱ δ', Σικυώνιον, ἄλλοι δ', Αἰγύπτιον ἔγραψαν,

ἱστορικός. (ἔγραψε) τὴν ἐπὶ Πελοπόννησον Πύῤῥου τοῦ Ηπειρώτου στρατιὰν, ἐν βιβλίοις κή. κατάγει δὲ καὶ μέχρι Πτολεμαίου τοῦ Εὐεργέτου κληθέντος, καὶ τῆς Βερενίκης τελευτῆς, καὶ ἕως τοῦ θανάτου Κλεωνύμου τοῦ Λακεδαιμονίου, ἐπιστρατεύσαντος αὐτῷ Αντιγόνου. τὰ κατὰ τὸν Αντίοχον, καὶ τὸν Περγαμηνὸν Εὐμενῆ. Επιτομὴν μυθικὴν περὶ τῆς τοῦ Διὸς ἐπιφανείας, Περὶ εὑρημάτων, Παρεμβάσεων βιβλία θ'. *Phylarchus, Atheniensis, seu Naucratites. Hi vero, Sicyonium, alii vero, scripserunt Ægyptium. Historicus. (Scripsit) expeditionem Pyrrhi Epirotæ in Peloponnesum*, in libris XXVIII. *Deducit autem etiam usque ad Ptolemæum Euergetem appellatum, & Berenices mortem, & usque ad obitum Cleonymi Lacedæmonii, quum adversus eum Antigonus expeditionem sumpsisset. Res quæ ad Antiochum, & Pergamenum Eumenem, Epitomen fabularum de Jovis apparitione, De inventis, Parembasium libros* IX. Ex his

Ιστορίαι,

citantur pluries Athenæo. Varie etiam Auctorem laudant, sed non Opus, Scholiastæ Apollonii, *l.* IV. Euripidis, *ad Alcesten*, Sophoclis, *ad Oed. Col* Parthenius, *Erot.* XV. XXV. Sextus Empiricus *Adversus Mathem.* cap. XVI. Etymologici Auctor, *in* Βόσπορος, & Φυλάσιοι.

PLATO I.

Philosophus; cujus Vitam describit, ac Scripta recenset, quæ omnia exstant, Diogenes Laertius, *lib.* III.

PLATO II.

Veteris Comœdiæ poeta. Ejus Fabulæ istæ fuerunt.

Αδωνις.

Pollux, *l.* X. *c.* XXIV. Ων ἡ μὲν τυροκνῆστις, ἔστιν ἐν Πλάτωνος Αδώνιδι. *Quorum quidem hæc casei radula, est in Platonis Adonide.* Athen. *l.* X. Πλάτων δ' ἐν τῷ Αδώνιδι χρησμὸν δοθῆναι λέγων Κινύρᾳ ὑπὲρ Αδώνιδος τοῦ υἱοῦ φησίν. *Plato autem in Adonide dicens oraculum datum esse Cinyræ de Adonide filio inquit.* Scholiast. Aristoph. *Vespis*: Ο δ' ἄχειρος, παρ' Εὐπόλιδι ἐν Χρυσογενεῖ· ὅπου καὶ τὸ Πλάτωνος παράκειται, ἐξ Αδώνιδος. *Manibus autem carens, apud Eupolidem in Chrysogene; ubi etiam illud Platonis appositum est, ex Adonide.* Meminit etiam Suidas in hoc *Platone*, & Αφοδεῦσαι; ubi male numero plurali scribitur, Πλάτων Αδώνισι. Repone, Π. Αδώνιδι.

Αἱ ἀφ' ἱερῶν.

Hesychius, *in* Ασπαλιεύς: Λίνον δὲ, ἡ ὁρμιά, ὡς Πλάτων ἐν Ταῖς ἀφ' ἱερῶν. *Linum vero, funiculus piscatorius, sicut Plato in Iis quæ ab sacris.* Pollux, *l.* VII. *c.* XIII. Πλάτων δ' ἐν Ταῖς ἀφ' ἱερῶν, καὶ μαλλωτὰς χλαμύδας εἴρηκεν· ὥστε οὐδὲν ἂν κωλύοι εἰπεῖν καὶ μαλλωτὸν χιτῶνα. *Plato autem in Iis quæ ab sacris, lanatas etiam chlamydes dixit; ut adeo nihil vetet etiam dicere lanatam tunicam.* Athenæus, *l.* X. Ενίοτε δὲ καὶ συστέλλουσι τὸ ι, ὡς Πλάτων ἐν Ταῖς ἀφ' ἱερῶν. *Interdum vero etiam aliquando corripiunt* ι, *sicut Plato in Iis quæ ab sacris.* Mendose apud Suidam, in elencho Fabularum Platonis, Αφιέρων scribitur. Repone, Αφ ἱερῶν.

Αμφιάραος.

Laudatur Scholiastæ Aristophanis, *Pluto.*

Ανδροφόνος.

Athen. *l.* VII. Καὶ ἐν τῷ Ανδροφόνῳ δὲ ἐπιχαρόμενος ὁ αὐτὸς Πλάτων διαπαίξας τινὰ τῶν ἐπιεικῶν φιλοσόφων, ἐπιφέρει. *Sed etiam in fabula Homicida inscripta idem Plato aliquem modestiorum illorum philosophorum perstringens, subjicit.* Suidas: Καὶ Ανδροφόνος ἐστὶ δρᾶμα Πλάτωνος, *Et Homicida est fabula Platonis.*

Γρῦπες.

Harpocration, *in* Πληστηριάσαντες: Κέχρηται τῷ ὀνόματι καὶ Πλάτων ὁ κωμικὸς ἐν Γρυψίν. *Usus est eo nomine etiam Plato comicus in Grypibus.* Laudat etiam Athenæus, *l.* IX. Suidas in elencho. Corruptissimus autem Zenobii locus, *Cent.* II. *Prov.* XXXI. Καθάπερ ἐν Κρυψίοις λέγεται Πλάτων, *Sicut in Crypsiis dicit Plato.* Quæ eodem modo etiam apud Tarrhæum in *Collectaneis* inveniuntur. Rescribe utrobique, Καθάπερ ἐν Γρυψὶ λέγεται Π.

Δαίδαλος.

Clemens, *Strom.* VI. Πλάτων δὲ ὁ κωμικὸς, καὶ Αριστοφάνης, ἐν τῷ Δαιδάλῳ, τὰ ἀλλήλων ὑφαιροῦνται. *Plato autem comicus, & Aristophanes, in Dædalo, invicem suffurantur.* Aristoph. Schol. *Nubibus*: Καὶ ἐν τῷ Πλάτωνος Δαιδάλῳ·

Ενίοτε πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων καλαὶ
Υπηνέμια τίκτουσιν ὠὰ πολλάκις·
Ο γὰρ παῖς ἔνδον τὰς ἀλεκτρυόνων σοβεῖ.

Et in Platonis Dædalo;

Interdum multæ gallinarum pulchræ
Ventosa pariunt ova sæpius;
Nam puer intus aliquas gallinarum expellit.

Ita enim versus illos ibi latentes eruo, constituo, emendo.

Ελλάς.

Etymologici Auctor, *in* Φάλαγγες: Λέγεται δὲ καὶ θηλυκῶς, ἡ φάλαγξ. Πλάτων ἐν Ελλάδι. *Verum etiam dicitur fœminino genere, hæc phalanx: Plato in Hellade.* Pollux, *l.* X. *c.* I. Καίτοι με οὐ λέληθεν, ὅτι τὰ πρὸς θεωρίαν, ἢ θυσίαν, σκεύη ὠνόμαζον χρηστήρια· ὡς καὶ Πλάτων ἐν τῇ Ελλάδι εἴρηκεν ὁ κωμικός. *Atqui me non latuit, quod vasa ad sacram legationem, seu sacrificium, pertinentia* χρηστήρια *appellabant; sicut etiam Plato comicus in Hellade dixit.* Iterum, *cap.* XXXI. Πλεκτὴν δὲ οἱ Αττικοὶ τὴν σειρὰν ὠνόμαζον, ὡς Πλάτων ἐν Ελλάδι. *Plexam enim Attici catenam nominabant, sicut Plato in Hellade.* Et *c.* XXXIX. Δεσμὸς μέντοι σιδηροῦς καὶ σκύλαξ, οὗ μέμνηται Πλάτων ἐν Ελλάδι. *Vinculum ferreum utique etiam scylax, cujus meminit Plato in Hellade.* Laudat Suidas etiam, in elencho Fabularum; ubi

Ελλὰς, ἢ Νῆσοι. *Hellas, seu Insulæ,*

plenius inscribitur.

Εορταί.

Clemens, *Strom.* VII. Οὐ κακῶς Πλάτων ἐν ταῖς Εορταῖς τῷ δράματι φησὶ, *Non male Plato in Festis fabula inquit.* Pollux, *l.* VII. *c.* XXVII. Στυλοβάτην δ' ἐν τῇ οἰκίᾳ Πλάτων εἴρηκεν ὁ κωμικὸς, ἐν Εορταῖς. *Columnæ autem basin in domo Plato comicus dixit, in Festis.* Iterum, *c.* XXXIII. Τὸ δὲ τοῦ ἀστραβηλάτου ῥῆμα, ἀστραβεύειν Πλάτων εἴρηκεν ἐν Εορταῖς. *Mulionis autem verbum, jumenta agere Plato dixit in Festis.* Et *l.* X. *c.* VII. Οὕτω τὴν κατακεκολλημένην ὠνόμασεν ἐν ταῖς Εορταῖς Πλάτων, *Ita agglutinatam nominavit Plato in Festis.* Scholiastes Aristophanis, *Avibus*: Πλάτων δὲ, ἐν Εορταῖς, καὶ ξένον τὸν μαινόμενον, τὸν Κρῆτα, τὸν μόγις Αττικόν. *Plato autem, in Festis, & hospitem furentem, Cretensem, vix Atticum.* Habes quoque apud Suidam, in elencho, Δεινὸν, Διφθέρας.

Εὐμενίδες.

Etymologici Auctor, *in* Αναζυγῆ: Λέγεται ἀναζυγὴ, καὶ ἡ τῆς θύρας ἄνοιξις. καὶ κλίνεται, τῆς ἀναζυγῆς. Πλάτων Εὐμενίσι·

Εὐθὺς ἀναζυγῆς γενομένης. ———

Αναζυγὴ *dicitur etiam apertio januæ. Et declinatur, hujus* ἀναζυγῆς. *Plato Eumenidibus;*

A *Statim apertione facta.* ——

Εὐρώπη.

Athen. *l.* VII. Πλάτων Εὐρώπῃ·

Ἁλιευόμενος ποτ' αὐτὸν εἶδεν Ἀνδράχμη
Μετὰ τριμμάδων, κἄπειτ' ἀφῆκεν, ὅτ' ἦν βόαξ.

Plato Europa;

Piscans aliquando ipsum vidit Andrachme
Cum premadibus, & deinde dimisit, quia erat boax.

Iterum, *l.* IX. Ἐν δὲ Εὐρώπῃ πάλιν (ὁ Πλάτων) ἐπὶ παροψήματος διὰ πλειόνων εἴρηκεν. *In Europa vero iterum (Plato) de secunda mensa pluribus dixit.* Agnoscit quoque Suidas.

B Ζεὺς κακούμενος.

Occurrit apud Athenæum, *libb.* III. XI. XV. & Suidam, in elencho. Emendandus Pollux, *l.* VII. *c.* XXIX. Τὸ δὲ ξύλον, ἐφ' ὃ τὰ σκεύη καμπτημένα ἔφερον, σκευοφορεῖον ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Διὶ κακουμένῳ ὠνόμασται. *Lignum vero, quo vasa appensa ferebant, ab Platone in Jove afflicto* σκευοφορεῖν *nominatum est.* Hodie vulgatur, ἐν Διὶ καλουμένῳ. Idem mendum est apud Scholiasten Comici, *Pace:* Πλάτων δὲ, ἐν Διὶ καλουμένῳ, παιδιᾶς εἶδος παροίνιον κότταβον εἶναι ἀποδίδωσιν, ἐν ᾗ ἐξέπιπτον ἐκ τῶν σκευαρίων οἱ διακυβεύοντες. *Plato autem, in Jove appellato, lusus speciem inter vina cottabum esse tradit, in quo etiam ab vasculis dejiciebantur alea ludentes.* Corrigendum eodem C modo, ἐν Διὶ κακουμένῳ.

Ἰώ.

Athenæo laudatur, *l.* XV. Meminitque item Suidas.

Κλεοφῶν.

Pollux, *l.* X. *c.* XIII. Ὁ μέντοι Πλάτων ὁ κωμικὸς, ἐν Κλεοφῶντι, μαράγναν τὴν μάστιγα ὠνόμασεν. *Tamen Plato comicus, in Cleophonte, maragnam flagellum nominavit.* Athenæus, *l.* III. Σέλευκος δ' ἐν τῇ Γλώσσαις, καὶ γλυκυσίδην τινὰ καλεῖσθαι φησὶ, σύκῳ τὴν μορD φὴν μάλιστα ἐοικυῖαν· φυλάττεσθαι δὲ τὰς γυναῖκας ἐσθίειν, διὰ τὸ ποιεῖν ματαϊσμούς· ὡς καὶ Πλάτων ὁ κωμῳδοποιός φησιν, ἐν Κλεοφῶντι. *Seleucus autem in Glossis, etiam glycysiden quandam appellari ait, quæ fici figuram maxime similis est. Sed cavendum ne mulieres edant, quia ineptas producit actiones. Sicut etiam Plato comicus in Cleophonte refert.* Et *l.* VII. Πλάτων Κλεοφῶντι·

—— σὲ γὰρ, γραῦ, συγκατῴκισεν σαπρὰν
Ὀρφοῖσι σελαχίοις τε καὶ φάγροις βοράν.

Plato Cleophonte;

—— *te enim, vetula, contubernalem fecit putidam*
E *Orphis & cartilaginosis & phagris escam.*

Scholiastes Comici, in *Argumento Ranarum:* Φιλωνίδης ἐπεγράφη, καὶ ἐνίκα. Φρύνιχος δεύτερος, Μούσαις, Πλάτων τρίτος, Κλεοφῶντι. *Philonides adscriptus est, & vicit. Phrynichus secundus, Musis, Plato tertius, Cleophonte.* Et postea, ad illam ipsam Fabulam: Κλεοφῶν, στρατηγὸς τῶν Ἀθηναίων. καὶ εἰς τοῦτον τὸν δημαγωγὸν δρᾶμα φέρεται Πλάτωνος· καὶ ἐπιγράφεται ὁμωνύμως αὐτῷ, Κλεοφῶν. *Cleophon, dux Atheniensium. Et in hunc popularem Platonis fabula fertur; & inscribitur eodem cum eo nomine, Cleophon.* Iterum: F Καὶ Πλάτων, ἐν Κλεοφῶντι δράματι, βαρβαρίζουσαν πρὸς αὐτὸν πεποίηκε τὴν μητέρα. *Et Plato, in fabula Cleophonte, barbare ad eum loquentem finxit matrem.* Mentio quoque ejus est apud Suidam.

Κρύφιοι.

Zenobius, *Cent.* II. *Proverb.* XXXI. Καθάπερ ἐν Κρυφίοις λέγεται Πλάτων·

Ἀνήρπακας ἀπαξάπαντ' αὐτῷ κανῷ.

Quemadmodum in Abditis dicit Plato;

Rapuisti simul & semel omnia ipso canistro.

Λάϊος.

Laudat Suidas, in elencho; & Athenæus, *l.* II.

Λάκωνες.

Scholiastes Comici, *Avibus:* Ὁ δὲ κωμικὸς Πλάτων καὶ ἀναβιῶσαι αὐτὸν φησὶν, ἐν τοῖς Λάκωσιν. *Comicus autem Plato etiam revixisse eum tradit, in Laconibus.* Athen. *l.* IX. Καὶ Πλάτων δ' ἐν Λάκωσιν ἔφη, Πάσας περιφέρετω. *Sed etiam Plato in Laconibus dixit, Omnes circumferto.* Iterum *lib.* XV. Εἰπόντος τινὸς τῶν ἑταίρων τὰ ἐκ τῶν Λακώνων Πλάτωνος ἰαμβεῖα. *Dicente aliquo amicorum illa ex Platonis Laconibus jambica.* Sed dubitatum fuisse videtur, an hæc ejus Fabula esset. Animadverto apud Harpocrationem, cujus ista verba, *in* Σθένελος: Εκωμῴδει δὲ αὐτὸν καὶ ὁ τοὺς Πλάτωνος Λάκωνας γράψας, ὡς τἀλλότρια ἐπισφετεριζόμενον. *Perstringebat autem illum etiam is qui Lacones Platonis scripsit, tanquam aliena sibi vindicantem.* Plenius autem,

Λάκωνες, ἢ Ποιηταί,

inscribitur apud Suidam, in elencho.

Μαμμάκυθος.

Hesychius: Μαμμάκυθος, μωρός. ἔστι δὲ καὶ δρᾶμα πεποιημένον Πλάτωνι. *Mammacythus, stultus. Est vero etiam fabula a Platone composita.* Verum etiam de hac Fabula dubitatum olim video, an Auctoris hujus esset. Scholiastes Comici, *Ranis:* Καὶ δρᾶμα ὅλον οὕτως ἐπιγέγραπται, Μαμμάκυθος· ὅ τινες Πλάτωνος λέγουσιν. *Et fabula tota sic inscripta est, Mammacythus; quam aliqui Platonis dicunt.* Habes etiam apud Suidam.

Μενέλαος.

Athenæus, *l.* III. Ἐν δὲ τῷ Μενελάῳ ἐπιγραφομένῳ, ἀγελαίους τινὰς ἄρτους (ὁ Πλάτων) καλεῖ. *In fabula vero Menelao inscripta, gregarios quosdam panes (Plato) appellat.* Habesque iterum tertiumque, apud eundem, *libb.* IV. XIV. Laudatur etiam a Suida, in elencho, & iterum, *in* Τί οὐκ.

Μέτοικοι.

Nominantur a Suida, in elencho Fabularum.

Μύρμηκες.

Etiam hujus Fabulæ titulus apud Suidam est, in elencho.

Μωμοθήρα.

Hesychius: Παλινδορία, τὸ σκῦτος. Πλάτων Σύρφακι, καὶ Μωμοθήρᾳ. *Palindoria, corium. Plato in Colluvie-hominum, & Ridiculi-venatione.*

Νῖκαι.

Aristophanis Scholiastes, *Avibus:* Διαβάλλεται δὲ εἰς τε πονηρίαν, ὡς Πλάτων ἐν Νίκαις· καὶ κλοπῆς δημοσίων, ὡς Μεταγένης ἐν Ὁμήρῳ. *Perstringitur autem & ob malitiam, sicut Plato in Victoriis; & ob furtum publicarum pecuniarum, sicut Metagenes in Homero.* Mentio etiam hujus Fabulæ est apud Suidam.

Νὺξ μακρά.

Athen. *l.* III. Πλάτων δ' ὁ κωμῳδοποιὸς, ἐν Νυκτὶ μακρᾷ, τοὺς μεγάλους ἄρτους, καὶ ῥυπαροὺς, Κιλικίους ὀνομάζει. *Plato autem comicus, in Nocte longa, magnos panes, & sordidos, Cilicios nominat.* Meminitque iterum, *l.* XV. Pollux, *l.* VI. *c.* XXXIII. Τὸ δὲ ἐν τῇ Νυκτὶ μακρᾷ Πλάτωνος αὐτοσχεδίασμα, φαῦλον. *Platonis autem illud in Nocte longa extemporaneum opus, vile.* Recensetur item a Suida.

Ξανταί, ἢ Κέρκωπες.

Suidæ commemorantur, in elencho, & iterum, *in* Τανταλίζειν.

Ξάνθιαι.

Hephæstion, in *Enchiridio*: Γίνεται δὲ καὶ τριπενθημιμερὲς ἐκ τούτων, τὸ καλούμενον Πλατωνικόν· ἐν ᾧ, τὰ μὲν ἑκατέρωθεν δύο δακτυλικά εἰσι πενθημιμερῆ· τὸ δὲ μέσον, ἰαμβικόν. κέχρηται δὲ αὐτῷ Πλάτων, ἐν Ξανθίαις. *Fit autem ex illis etiam tripenthemimeres, Platonicum appellatum; in quo utrimque quidem duo dactylica sunt penthemimera; medium vero, jambicum. Eo autem usus est Plato in Carminatricibus.*

Παιδάριον.

Aristophanis Scholiastes, *Ranis*: Ὡς καὶ Πλάτων ἐν Παιδαρίῳ ποιεῖ, *Sicut etiam Plato in Puerulo facit.* Iterum, *Pace*: Πλάτων ἐν Παιδαρίῳ·

Εἰ μὲν μὴ λίαν, ἄνδρες, ἠναγκαζόμην
Στρέψαι δεῦρ', οὐκ ἂν παρέβην εἰς τοιάνδ' ἐπῶν
Λέξιν. ——

Plato in Puerulo;

Nisi quidem valde, viri, cogebar
Vertere huc, non transivissem ad hanc versuum
Dictionem. ——

Et alibi, eadem Fabula: Πλάτων Παιδαρίῳ·

—— φέρε τοῦτ' ἐμοί
Δεῖξον τὸ κανοῦν μοι δεῦρο, ποῦ μάχαιρ' ἔνι.

Plato Puerulo;

—— *fer illud mihi*
Ostende canistrum mihi huc, ubi ensis inest.

Suidas, *in* Παράβασις: Πλάτων ὁ κωμικὸς, ἐν τῷ Παιδαρίῳ, *Plato comicus, in Puerulo*. Eidem, in elencho Fabularum ejus Comici,

Παιδίον

inscribitur. Apud Athenæum est,

Παῖς.

Lib. VII. Πλάτων Παιδί·

—— ὥσπερ τοὺς πολύποδας πρώτιστά σε.

Plato in Puero;

—— *tanquam polypodes primum te.*

Πανηγυρισταί.

Suidas, in elencho: Καὶ Ἀνδροφόνος ἐστὶ δρᾶμα Πλάτωνος, καὶ Συνεξαπατῶν, καὶ Πανηγυρισταί. *Et Homicida Platonis fabula est, & Simul-decipiens, & Panegyristæ.*

Πείσανδρος.

Athenæus, *l.* IX. Ὀψάριον δὲ τῶν μὲν ζώντων ἡμεῖς λέγομεν, ἀτὰρ καὶ Πλάτων ἐπὶ τοῦ ἰχθύος, ἐν Πεισάνδρῳ. *Opsarium vero nos quidem de animalibus dicimus, sed etiam Plato de pisce in Pisandro.* Emendandus Plutarchus, in *Antiphonte*: Κεκωμῴδηται δὲ εἰς φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος, ἐν Πεισάνδρῳ. *Comœdia autem ludificatus est propter pecuniæ cupiditatem ab Platone, in Pisandro.* Hactenus editum est, ὑπὸ Πλάτωνος, σὺν Πεισάνδρῳ, *ab Platone, cum Pisandro.* Estque id Casaubono etiam animadversum, *ad hunc Athenæi locum*: Scholiastes Comici, *Vespis*: Μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Πλάτων, ἐν Πεισάνδρῳ. *Illius vero meminit etiam Plato in Pisandro.* Meminit etiam *ad Nubes*, item Suidas, in elencho, & Ἀρεοπαγίτης, Apostolius quoque, *Cent.* IV. *Proverb.* XXV.

Περιαλγής.

Scholiastes Aristophanis, *Nubibus*: Κωμῳδεῖται γὰρ ὁ Λεωγόρας ὡς γαστρίμαργος, ὑπὸ Πλάτωνος, ἐν Περιαλγεῖ. *Perstringitur autem Leogoras, tanquam ventri-deditus, ab Platone, in Vehementer-dolente.* Quæ totidem verbis ille sumpsit ab Athenæo, *l.* IX. Laudatur item Suidæ.

Ποιητής.

Occurrit apud Athenæum, *l.* IX. Πλάτων δ' ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν Ποιητῇ ἀρρενικῶς ἔφη. *Plato autem comicus in Poeta masculine dixit.* Et *l.* XIV. Μνημονεύων οὖν ὁ κωμικὸς Πλάτων εἴρηκεν ἐν τῷ Ποιητῇ. *Recordans igitur comicus Plato dixit in Poeta.* Habesque alibi iterum, *eodem libro*, & apud Pollucem, *l.* X. *c.* LII. Recensetur etiam Suidæ.

Πρέσβεις.

Maximus, in *Scholiis ad Dionysium Areopagitam*: Περὶ ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας, *c.* III. Καὶ ἁρμοστῆρας πάλιν ἐκάλουν Ἀθηναῖοι, τοὺς εἰς τὸ εὖ ζῆν διατάττοντας· ὡς σαφῶς Πλάτων ὁ κωμικὸς δηλοῖ, ἐν Πρέσβεσι τῷ δράματι. *Et* ἁρμοστῆρας *rursus appellabant Athenienses, qui ad bene vivendum formarent; sicut manifeste significat comicus Plato, in fabula Legatis.* Occurrit etiam apud Athenæum, *libb.* VI. VII. X. nominaturque Suidæ, in elencho.

Σκευαί.

Habes in elencho Suidæ. Sed an rectius erit?

Σκύθαι.

Ecce apud Scholiasten Comici, *Avibus*: Πλάτων δὲ αὐτὸν ἐν Σκύθαις ὡς λάλον σκώπτει. *Plato autem ipsum tanquam loquacem in Scythis cavillatur.*

Σοφισταί.

Suidas, in elencho, Κηρύλος, & Σοφιστής. Scholiastes Aristophanis, *Nubibus*: Πλάτων γὰρ οὖν ὁ κωμικός, ἐν δράματι Σοφισταῖς, καὶ τὸν Ὀπούντιον αὐλητὴν Βακχυλίδην εἰς τοὔνομα κατέταξε τῶν σοφιστῶν. *Itaque enim Plato comicus, in fabula Sophistis, etiam Opuntium tibicinem Bacchylidem in nomen sophistarum retulit.* Iterum, *Vespis*: Δρακοντίδης. πονηρὸς οὗτος, καὶ πλείσταις καταδίκαις ἐνεχόμενος, ὡς Πλάτων, Σοφισταῖς. *Dracontides. Malus hic, & pluribus condemnationibus obnoxius, sicut Plato, in Sophistis.* Etiam *Pace*: Ξενοκλῆς γὰρ, ὁ Καρκίνου, δοκεῖ μηχανὰς, καὶ τερατείας, εἰσάγειν ἐν τοῖς δράμασι. Πλάτων, Σοφισταῖς. *Xenocles enim, Carcini filius, videtur machinas, & prodigia, introducere in fabulis. Plato Sophistis.* Occurrit etiam apud Athenæum, *l.* VII.

Συμμαχία.

Pollux, *l.* II. *c.* IV. Ὠτογλυφὶς δὲ εἴρηται παρὰ Πλάτωνι τῷ κωμικῷ, ἐν Συμμαχίᾳ. *Auriscalpium autem dictum est apud Platonem comicum, in Societate-belli.* Iterum, *l.* VI. *c.* II. Καὶ τοῦτ' ἂν εἴη τὸ εἰρημένον ἐν τῇ τοῦ Πλάτωνος τοῦ κωμικοῦ Συμμαχίᾳ. *Atque illud sit dictum in Platonis comici Societate-belli.* Et *lib.* VII. *c* XXXIII. Τὸ δὲ πορνεύεσθαι ῥῆμα, ἐν τῷ πρώτῳ Εὐπόλιδος Αὐτολύκῳ· ὡς τὸ πορνοβοσκῆσαι ἐν τῇ Πλάτωνος Συμμαχίᾳ. *Scortari autem verbum, in primo Eupolidis Autolyco; sicut lenocinium facere in Platonis Societate-belli.* Commemoratur etiam Suidæ.

Συνεξαπατῶν.

Suidas: Καὶ Ἀνδροφόνος ἐστὶ δρᾶμα Πλάτωνος, καὶ Συνεξαπατῶν. *Et Homicida est fabula Platonis, & Simul-decipiens.* Athen. *l.* III. Καὶ Πλάτων δ', ἐν Συνεξαπατῶντι, δυσχεραίνοντα ποιήσας μειρακίου πατέρα, ὡς διαφθαρέντος κατὰ τὴν δίαιταν ὑπὸ τοῦ παιδαγωγοῦ, φησίν. *Sed etiam Plato, in Simul-decipiente, quum indignantem finxisset adolescentuli, tanquam in ratione vivendi ab pædagogo corrupti patrem, inquit.* Iterum, *l.* XV. Καθάπερ οἱ παρὰ Πλάτωνι τῷ κωμῳδοποιῷ ἐν Συνεξαπατῶντι φιλόσοφοι. *Quemadmodum philosophi apud Platonem comicum in Simul-decipiente.*

Σύρφαξ.

Laudatur a Suida, in elencho, & *in* Τελέας. Hesychius: Παλινδορία, τὸ σκύτος. Πλάτων Σύρφακι. *Palindoria, corium. Plato in Colluvie-hominum.* Scholiastes Comici, *Avibus*: Πλάτων Σύρφακι, ἐπὶ τοῦ Τελέου·

Νοεῖ μὲν ἕτερ', ἕτερα δὲ τῇ γλώττῃ λέγει.

Plato Colluvie-hominum, de Teleo;

Cogitat quidem alia, alia autem lingua loquitur.

Athe-

Athen. *lib.* VIII. Μιννίσκος, ὁ τραγικὸς ὑποκριτὴς, κωμῳδεῖται ὑπὸ Πλάτωνος, ἐν Σύρφακι, ὡς ὀψοφάγος. *Meniscus, tragicus histrio, ab Platone ludificatur, in Colluvie-hominum, tanquam piscium-vorator.* Iterum, *lib.* X. Ἐνίοτε δὲ καὶ συστέλλουσι τὸ ι, ὡς Πλάτων Ταῖς ἀφ' ἱερῶν·

Οὐδ' ὅστις αὐτῆς ἐκπίεται τὰ χρήματα.

Καὶ ἐν Σύρφακι·

—— καὶ πιεθ' ὕδωρ πολύ.

Interdum vero etiam corripiunt ι, sicut Plato in Iis quæ ab sacris;

Nec quicunque illius ebibit pecunias.

Et in Colluvie-hominum;

—— & bibete aquam multam.

Ὑπέρβολος.

Commemoratur Suidæ, in elencho, & Εὔπορ. Laudatur etiam Athenæo, *lib.* II. Ὑποκοριστικῶς δ' εἴρηκε Πλάτων, ἐν Ὑπερβόλῳ, *Diminutive autem dixit Plato, in Hyperbolo.* Sine dubio ex hac Fabula sunt ista, quæ Plutarchus profert, in *Alcibiade*: Ἐπεὶ δὲ δῆλον ἦν, ὅτι ἑνὶ τῶν τριῶν τὸ ὄστρακον ἐποίσουσι, συνήγαγε τὰς στάσεις εἰς ταὐτὸν ὁ Ἀλκιβιάδης· καὶ διαλεχθεὶς πρὸς τὸν Νικίαν, τὸν Ὑπέρβολον κατὰ τὴν ὀστρακοφορίαν ἐξέωσεν. ὡς δ' ἔνιοι φασὶν, οὐ πρὸς Νικίαν, ἀλλὰ πρὸς Φαίακα, διαλεχθεὶς· καὶ τὴν ἐκείνου προσλαβὼν ἑταιρίαν, ἐξήλασε τὸν Ὑπέρβολον, οὐδ' ἂν προσδοκήσαντα. φαῦλος γὰρ οὐδεὶς ἐνέπιπτεν εἰς τοῦτον τὸν κολασμὸν, οὐδ' ἄδοξος· ὥσπερ καὶ Πλάτων ὁ κωμικὸς εἴρηκε, τοῦ Ὑπερβόλου μνησθείς·

Καίτοι πέπραχε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,

Αὐτοῦ δὲ, καὶ τῶν στιγμάτων, ἀνάξια.

Οὐ γὰρ τοιούτων εἵνεκ' ὄστραχ' εὑρέθη.

Postquam vero manifestum erat, uni ex illis tribus testam illaturos esse, factiones in unum convocavit Alcibiades; & collocutus cum Nicia, Hyperbolo infra permisit testæ suffragium. Ut nonnulli dicunt, non cum Nicia, sed cum Phæace, collocutus; & assumta ejus societate, Hyperbolum ejecit, qui nequaquam exspectaverat. Vilis enim nemo in talem inciderat pœnam, nec inglorius; sicut etiam comicus Plato dixit Hyperboli mentionem faciens;

Verum passus est moribus quidem digna,

Se ipso autem, & stigmatibus, indigna.

Non enim propter hos testæ inventæ sunt.

Quæ eadem habes iterum apud eundem, in *Nicia*.

Φάων.

Harpocration: Ἀναίνεσθαι. κοινῶς μὲν, τὸ ἀρνεῖσθαι· ἰδίως δὲ, ἐπὶ τῶν κατὰ τοὺς γάμους, καὶ τὰ ἀφροδίσια, λέγεται. Δημοσθένης, ἐν τῇ ὑπὲρ Φορμίωνος Παραγραφῇ. Πλάτων, Φάωνι. Ἀναίνεσθαι: *communiter quidem, negare; proprie vero, de rebus circa nuptias, & Venerea, dicitur. Demosthenes, in Præscriptione pro Phormione; Plato, Phaone.* Memorat Suidas etiam, in elencho, ἀπρόσωπον, γλυκὺς ἀγκὼν, Athen. *lib.* IV. VII. IX. X. Apostolius, *Cent.* VI. *Proverb.* XXXIII.

PLUTARCHUS.

Nestorii F. De quo ita Suidas: Πλούταρχος, Νεστορίου, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος, διδάσκαλος Συριανοῦ, τοῦ γενομένου ἐξηγητοῦ Πρόκλου τοῦ Λυκίου, τοῦ προστάντος τῆς ἐν Ἀθήναις φιλοσόφου σχολῆς· καὶ Μαρῖνος διάδοχος. ἔγραψε πολλά. *Plutarchus, Nestorii filius, Atheniensis, philosophus, Syriani magister, qui explanator fuit Procli Lycii, qui Athenis philosophi scolæ præpositus fuit. Cujus successor Marinus. Scripsit multa.* Meminitque ejus iterum, *in* Δομνῖνος, & Πρόκλος. Etiam Marinus, in *Vita Procli*: Προσλαβὼν δὲ αὐτὸν ὁ Συριανὸς, προσάγει τῷ μεγάλῳ Πλουτάρχῳ, τῷ Νεστορίου. *Assumtum vero illum Syrianus ad magnum Plutarchum Nestorii filium adducit.* Laudat eum incerto Opere Isaacius Tzetzes *ad Lycophronem*: Ὁ δὲ νεώτερος Πλούταρχος ἑταιρίδας ταύτας φησὶ κατεχούσας

A αἱμυλίαις τοὺς παραπλέοντας. *Junior vero Plutarchus illas meretrices inquit præternavigantes illecebris suis retinentes.* Porro hunc ipsum esse censeo, de quo Artemidorus, *Onirocritic.* lib. IV. c. LXXVI. Philostratus, in *Epistola ad Juliam Augustam*, Stephanus, *in* Ἀνδανία, & Κορόπη.

POLEMON I.

Philosophus, Xenocratis discipulus. Scripsit satis multa. Diog. Laert. in *ejus Vita*, *lib.* IV. Ἐτελεύτησε δὲ γηραιὸς ἤδη ὑπὸ φθίσεως, ἱκανὰ συγγράμματα καταλιπών. *Jam senex autem phthisi mortuus est,*

B *multa scripta relinquens.* Suidas de eodem: Πολλὰ μὲν συνέγραψε βιβλία, οὐδὲν δὲ αὐτοῦ φέρεται. *Multos quidem scripsit libros, nihil vero ejus exstat.* Ex his fuit,

Περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου.

Clemens, *Serm.* VII. Καὶ Πολέμων, ἐν τοῖς Περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου συντάγμασι, σαφῶς (δοκεῖ) λέγειν, ὡς ἀσύμφορόν ἐστιν ἡ διὰ τῶν σαρκῶν τροφή. *Et Polemon, in libris De vita secundum naturam, manifeste (videtur) dicere, tanquam non proficuum sit carnium alimentum.* Cicero *de Fin.* lib. IV. *Cum enim superiores,*

C *e quibus planissime Polemo, SECUNDUM NATURAM VIVERE, summum bonum esse dixissent, his verbis significari tria Stoici dicunt.*

POLEMON II.

Hic, etsi Iliensis fuerit, quia tamen civitate donatus, merito quoque isthoc loco memorabitur. Ejus Opera, Περιήγησις Ἰλίου. Κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων. Περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων. Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων. Κοσμικὴ περιήγησις. *Periegesis Ilii. Origines urbium in*

D *Phocide. De urbium in Ponto cum Atheniensibus cognatione. De urbibus in Lacedæmone. Mundi periegesis.* Vide Suidam.

POLYÆNUS.

Incerto Opere laudatur ab Eusebio, *Chron.* lib. I. Οὗτος Ἀμενῶφθις ἐστὶν ὁ Μέμνων εἶναι νομιζόμενος, καὶ φθεγγόμενος λίθος· ὃν λίθον χρόνοις ὕστερον Καμβύσης ὁ Περσῶν τέμνει, νομίζων εἶναι γοητείαν ἐν αὐτῷ, ὡς Πολύαινος ὁ Ἀθηναῖος ἱστορεῖ. *Hic Amenophthis est, qui Memnon esse putabatur, & vocalis lapis; quem lapidem posterioribus temporibus rex Persarum*

E *Cambyses secavit, in illo præstigias existere ratus, sicut Polyænus Atheniensis tradit.* Citat quoque in re eadem Auctor *Chronici Alexandrini*, in Olympiade LX. An hic ipse est, qui insignis mathematicus, Epicuro familiaris, commemoratur Ciceroni, *Acad. Quæst.* lib. IV. item *de Fin.* lib. I.

POLYCRATES.

Rhetor. Scripsit Orationes

Κατὰ Σωκράτους.

F Suidas: Πολυκράτης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, δεινός τε, καὶ τοὺς Κατὰ Σωκράτους λόγους δεύτερος Ἀνύτῳ, καὶ Μελίτῳ, γράψας. *Polycrates, Atheniensis, rhetor, & gravis, & orationes Adversus Socratem Anyto secundus & Melito scripsit.* Diogenes Laertius in *Socrate*, *lib.* II. Ἀπηνέγκατο μὲν οὖν τὴν γραφὴν ὁ Μέλιτος, εἶπε δὲ τὴν δίκην Πολύευκτος, ὡς φησὶ Φαβωρῖνος, ἐν τῇ Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. συνέγραψε δὲ τὸν λόγον Πολυκράτης ὁ σοφιστής. *Itaque Melitus quidem accusavit, jus autem dixit Polyeuctus, ut inquit Phavorinus in Omnifaria historia. Orationem vero*

conscripsit Polycrates sophista. Quintilianus *lib.* III. *cap.* I. *Etiam Polycrates, a quo scriptam IN SOCRATEM diximus ORATIONEM.*

Λακωνικά.

Laudat Athen. *lib.* IV. Πολυκράτης, ἐν τοῖς Λακωνικοῖς ἱστορεῖ, ὅτι τὴν μὲν τῶν Ὑακινθίων θυσίαν οἱ Λάκωνες ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας συντελοῦσιν. *Polycrates, in Laconicis narrat, Hyacinthiorum quidem sacrificium tribus diebus Lacedæmonios perficere.* Certe non alius est putandus, cujus meminit Dionys. Halicarnass. in *Isæo*: Τούτων δὲ τοὺς ἀκριβεῖς προαιρουμένων λόγους, καὶ πρὸς τὴν ἐναγώνιον ἀσκούντων ῥητορικὴν, ἐγένετο Ἀντιφῶν τε ὁ Ῥαμνούσιος, καὶ Θρασύμαχος ὁ Χαλκηδόνιος, καὶ Πολυκράτης ὁ Ἀθηναῖος. *Illorum vero qui accuratas orationes præsumunt, & ad contentiosam rhetoricam se exercent, fuit & Antiphon Ramnusius, & Thrasimachus Chalcedonius, & Polycrates Atheniensis.* Iterum, *lib.* Περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος: Ἀντιφῶν γὰρ δὴ, καὶ Θεόδωρος, καὶ Πολυκράτης, Ἰσαῖός τε, καὶ Ζωΐλος, καὶ Ἀναξιμένης, καὶ οἱ κατὰ τοὺς αὐτοὺς γενόμενοι τούτοις χρόνους, οὐδὲν οὔτε καινὸν, οὔτε περιττὸν, ἐπετήδευσαν. *Sane enim Antiphon, & Theodorus, & Polycrates, Isæusque, & Zoilus, & Anaximenes, & qui circa eadem ipsis tempora fuerunt, nihil nec novum, nec eximmium studuerunt.* Et Demetrius Phalereus, ut hodie inscribitur, Περὶ ἑρμηνείας: Ἐγὼ δὲ Πολυκράτει μὲν τῷ ῥήτορι συγχωρῶ, ἐγκωμιάζοντι, ὡς Ἀγαμέμνονα, ἐν ἀντιθέτοις, καὶ μεταφοραῖς, καὶ πᾶσι τοῖς ἐγκωμιαστικοῖς τρόποις. ἔπαιζε γὰρ, οὐκ ἐσπούδαζε. *Ego autem Polycrati rhetori quidem assentior, tanquam Agamemnonem, in antithetis, & translationibus, & omnibus laudatoriis modis laudanti. Ludebat enim, non studebat.* Athenæus tradit, eum quoque obscœnissimi *de rebus Venereis* Operis; atque id Philænidi, fæminæ gravissimæ, per calumniam affinxisse: & Auctorem hujus rei laudat Æschrionem Samium, cujus quoque Jambos profert. Vide ipsum, *l.* VIII.

POLYPHRADMON.

Tragicus, filius Phrynichi, etiam Tragici, de quo supra a me dictum. Meminit ejus Suid. in *Phrynicho*, ipsius patre. Fabularum ejus nulla mihi in hunc diem observata est.

PRAXAGORAS.

Scripsit τὰ κατὰ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον ἱστορίας βιβλία δύο, *Constantini magni historiæ libros duos*. Vide Photium in *Bibliotheca*, editionis Augustanæ p. 30.

PROSNAUTIDES.

Inter Scriptores Homero antiquiores commemoratur Tatiano, in *Orat. Contra Græcos*: Τὸ δὲ συνέχον πάντων μετὰ πάσης ἀκριβείας σαφηνίζειν, ὡς οὐχ Ὁμήρου μόνον πρεσβύτερός ἐστιν ὁ Μωϋσῆς, ἔτι δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων, Λίνου, Φιλάμμονος, Θαμύριδος, καὶ Εὐμίκλου τοῦ Κυπρίου, καὶ Ὤρου τοῦ Σαμίου, καὶ Προσναυτίδου τοῦ Ἀθηναίου. *Quod vero præcipuum omni diligentia studendum est declarare, non tantum Homero antiquiorem esse Mosem, sed etiam, qui ante illum fuerunt, istis scriptoribus, Lino, Philammone, Thamyride, & Eumicle Cyprio, & Oro Samio, & Prosnautide Atheniensi.*

PYTHEAS.

Orator fuit; de quo Suidas: Πυθέας, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ. ἔγραψε λόγους δημηγορικοὺς, καὶ δικανικοὺς, καὶ ἄλλα τινά. *Pytheas, Atheniensis, rhetor. Orationes scripsit concionales, & judiciales, & alia quædam.* Ejus Oratio.

Κατὰ Ἀδειμάντου.

citatur ab Harpocratione, *in* Ὀξυθύμια: Ἔστι τοὔνομα καὶ παρὰ Πυθέᾳ, ἐν τῷ Κατὰ Ἀδειμάντου. *Est istud quoque nomen apud Pytheam, in oratione Adversus Adimantem.* Etiam,

Πρὸς τὴν ἔνδειξιν ἀπολογία.

Apud eundem, *in* Ἀγραφίου: Ἔτι τε Πυθέας, ἐν τῇ Πρὸς τὴν ἔνδειξιν ἀπολογίᾳ. *Præterea Pytheas, in defensione Adversus delationem.* Observo quoque,

Κατὰ Δημοσθένους.

Suidas, & Athen. *libb.* VI. X.

Ἰκάριοι Σάτυροι.

Suidas, & Athen. *libb.* VIII. IX.

Καύνιοι.

Laudat Athen. *lib.* VI. & Suidas.

Κένταυρος, ἢ Δεξαμενός.

Athen. *lib.* VI. item Suidas.

Κονίσαλος.

Athen. *lib.* X. & Suidas.

Λήθη.

Laudatur Suidæ, & Athenæo, *lib.* IX.

Μαραθωνίαι.

Ita est apud Athen. *lib.* XIII. At masculino genere,

Μαραθώνιοι,

est apud Suidam.

Νέαιρα.

Athenæus *lib.* XIII. Καὶ θρηνῶν τις αὐτὸν παράγεται ὑπὸ Τιμοκλέους, ἐν Νεαίρᾳ. *Et seipsum lugens aliquis adducitur ab Timocle, in Neæra.* Recensetur etiam a Suida.

Ὀρέστης.

Commemoratur Suidæ.

Πολυπράγμων.

Occurrit apud Suidam, & Athen. *lib.* VIII.

Πορφύρα.

Sed hæc Xenarchi esse putata est. Suidas in catalogo Fabularum hujus Timoclis: Πορφύρα. ἥτις καὶ δοκεῖ Ξενάρχου εἶναι. *Purpura: quæ etiam Xenarchi esse videtur*. Eique Auctori attribuitur ab Athenæo, *lib.* VI.

Πύκτης.

Athen. *lib.* VI. Κοινῇ δὲ περὶ παρασίτων εἰρήκασι, Τιμοκλῆς μὲν, ἐν Πύκτῃ, ἐπισιτίους καλῶν αὐτοὺς, ἐν τοῖσδε. *Communiter autem de Parasitis dixerunt, Timocles quidem, in Pugile, episitios illos appellans, in his*. Meminit etiam ejus Suidas.

Σαπφώ.

Meminerunt Suidas, & Athen. *lib.* VIII.

Φιλοδικαστής.

Athen. *lib.* VI. Ὅτι δ' ἦν ἔθος, τοὺς γυναικονόμους ἐφορᾷν τὰ συμπόσια, καὶ ἐξετάζειν τὸν τῶν κεκλημένων ἀριθμὸν, εἰ ὁ κατὰ νόμον ἐστὶ, Τιμοκλῆς ἐν Φιλοδικαστῇ φησίν. *Morem vero fuisse, ut mulierum curatores convivia inspicerent, & vocatorum numerum exquirerent, an secundum legem esset, Timocles in Judicandi-cupido inquit*. Nominatur item Suidæ.

Ψευδολῃσταί.

Athen. *lib.* III. Παρὰ δὲ τὰς ὀπτήσεις ὀνομάζεσθαι ἰπνίτην, οὗ μνημονεύειν Τιμοκλέα, ἐν Ψευδολῃσταῖς. *Ab tostionibus vero fornaceum appellari, cujus mentionem facere Timoclem, in Falsis-prædonibus*.

TIMOTHEUS.

Scripsit,

Περὶ Βίων.

Diogenes Laert. in *Platone*, *lib.* III. Ἰσχνόφωνός τε (φασὶν) ἦν, ὡς καὶ Τιμόθεός φησιν ὁ Ἀθηναῖος, ἐν τῷ Περὶ Βίων. *Gracilique voce (dicunt) erat, sicut etiam Timotheus Atheniensis, in libro De vitis, tradit*. Laudatque iterum in *Speusippo*, *lib.* IV. in *Aristotele*, *lib.* V. in *Zenone*, *lib.* VII.

TYRTÆUS.

Scripsit, ut ait Suidas, Πολιτείαν Λακεδαιμονίοις, καὶ Ὑποθήκας, διὰ ἐλεγείας, καὶ Μέλη πολεμιστήρια, βιβλία ε΄. *Rempublicam Lacedæmoniis, & Præcepta, per elegias, & Carmina bellica, libros* V. Quod ad τὴν Πολιτείαν attinet, quam Lacedæmoniis eum scripsisse Suidas ait; idem fuisse Opus puto, cui titulus Εὐνομία: ut ex Aristotele disco, *Politic.* lib. V. cap. VII. Συνέβη δὲ καὶ τοῦτο ἐν Λακεδαίμονι, ὑπὸ τὸν Μεσσηνιακὸν πόλεμον· δῆλον δὲ καὶ τοῦτο ἐκ τῆς Τυρταίου ποιήσεως, τῆς καλουμένης Εὐνομίας. *Verum accidit id quoque Lacedæmone, sub tempus belli Messe-*
A *niaci. Sed illud etiam notum ex Tyrtæi poesi, quæ Bonarum legum constitutio appellatur*.

XENOCLES.

Tragicus, Carcini F. Meminit ejus Aristopha-
B nes, *Nubibus* *.

HP. Ὁ δὲ Ξενοκλῆς; ΔΙ. ἐξόλοιτο νὴ Δία.

HE. Xenocles vero? BA. perierit per Jovem.

Ubi Scholiastes: Καρκίνου δὲ παῖδες, Ξενοκλῆς, Ξενότιμος, καὶ Δημότιμος. καὶ οἱ μὲν χορευταί. Ξενοκλῆς δὲ τραγῳδίας ποιητής. *Carcini autem filii, Xenocles, Xenotimus, & Demotimus. Atque hi quidem saltatores. Xenocles autem tragœdiæ poeta*. Et mox: Φασὶν, ὡς ὁ Καρκῖνος οὗτος, ποιητὴς ὢν τραγικὸς, εἰσήγαγέ τινας τῶν θεῶν ἔν τινι δράματι δεινοπαθοῦντας. *Ajunt, quod hic Carcinus quum esset poeta tragicus, aliquos deorum introduxit in quadam fabula lamentantes*. Et duos istos nomine fuisse, ait idem mox
C *ad Ranas*: Εἰσὶ δὲ, ὥς φασι, δύο Ξενοκλεῖς, τραγῳδοὶ γεγονότες. *Sunt autem, ut ajunt, duo Xenocles, qui tragici fuerunt*. Meminit hujus, Carcini filii, etiam Suidas, *in* Ἄξεστος.

XENOPHON I.

Maximus simul imperator, & philosophus. Cujus *Vitam* scripsit Diogenes Laertius, *lib.* II. ubi Scripta quoque ejus memorat, quæ hodie omnia etiam exstant. Citantur præterea,

Περὶ Ἀληθείας, *De Veritate*,

item,

Τέχναι ῥητορικαί, *Artes rhetoricæ*,

apud Pollucem, *lib.* VI. *cap.* XXXIII. Laudatur in-
D super, an hic ipse?

Ἐν ταῖς διαμετρήσεσι τῶν ὅλων,

In dimensionibus universi,

apud Stephanum, *in* Ὠρωπός.

XENOPHON II.

Scripsit præter cætera,

Βίον Ἐπαμινώνδου, καὶ Πελοπίδου.

Diogenes, in priori *Vita*, ubi alios ejusdem nominis enumerat: Δεύτερος, Ἀθηναῖος, ἀδελφὸς Πυθοστράτου, τοῦ τὴν Θησηΐδα πεποιηκότος, γεγραφὼς ἄλλα τε, καὶ Βίον Ἐπαμινώνδου, καὶ Πελοπίδου. *Secundus, Athe-*
E *niensis, Pythostrati, qui Theseidem composuit, frater, scripsit & alia, & Vitam Epaminondæ, & Pelopidæ*.

* Ita Chirographum Meursii: sed extat versus in *Ranis* A. I. S. II.

F I N I S.

LEONIS ALLATII
DE
PATRIA HOMERI
LIBER.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO BARBERINO,

S. R. ECCLESIÆ CARDINALI VICE CANCELLARIO,

LEO ALLATIUS F.



QUANTUM reliquas literas Græcæ exſuperent, Græcorumque ſtudia inter alia & decore & fructu commendatiora emineant, EMINENTISSIME PRINCEPS, jam multo ante omnes ſatis perſpectum habuere, & nunc magnitudine & utilitate metiuntur: ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ, ἅτε διαπρέπει νυκτί. Dum tantæ rei cauſam curioſius inveſtigo, illud potiſſimum occurrit, nec via egredior, ſummi Principis, nec degeneris ἀετιδεῦς in illis excolendis & lucubrandis curam, tantam illis ſtudiis dignitatem conciliaſſe, ut jam probri loco ſit probo viro, ſi quæ Maximus ille ſua exercitatione celebrat, iis ipſe in exemplo laudatiſſimo pro modulo virium non inhæreat. Summum Principem, quem cultu in terris adoro. ſilentio veneror.

Te vero, tuamque in ſtudiis hiſce ac artibus promovendis induſtriam, quin & indefeſſam in illis illuſtrandis conſtantiam, is qui in earum ſplendore velut primas ante alios tenens, caput non ſine omnium admiratione extollit HOMERUS meus, impenſe admiratus, jam jam in lucem e tenebris erumpere geſtiens, ut Patriam ſibi jampridem multis nobiliſſimarum urbium contentionibus ereptam, nunc tandem redditam invitat. TE EMINENTISSIME PRINCEPS, Patronum adoptat, ne recuperatam rurſum contentioſorum diſſenſionibus amittat, atque iterum peregrinus & extorris exulare cogatur,

ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον,

ajebat alter Philoſophorum ſummus, & merito. Similitudo namque ſtudiorum animos hominum benevola charitate divincit. Opem ergo tuam, nec illam tardam expectat. Patriam, quam tuo beneficio habet, & a tuis, quando ego tuus ſum, & quidquid vel ingenio, vel calamo, vel vigiliis molior, id totum non aliunde, quam e penu locupleti tuo promatur, enixe ut defendas peroptat ac rogat.

Σοὶ δ' ἔπι μὲν μορφὴ ἐπέων, ἔπι δὲ φρένες ἐσθλαί,
Μῦθον δ' ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ἐπισταμένως κατέλεξαι.

Et hæc quidem de Homero. De Auctore tantum dixero, eum in re tenuiſſima, a qua ne diſcederet, materiæ ipſa continuatio ſuaſit, experiri voluiſſe ingenium ſuum, & ſcriptione ipſa opus in tantam molem excreviſſe: & quanquam in eo argumenta agnoſcit, quibus a nuncupatione tanti nominis abſterreatur, id demum Humanitate Tua, & in omnes propenſa beneficentia, a ſemet impetraſſe, ut volumen, qualecunque illud fuerit, vel Tui Nominis claritate emergeret, lucemque compararet ſibi, ſi unquam, dum per graviora negotia anterioribus ſtudiis immorari licet, lectione tua dignatum, omnibus teſtatum faciet ſe non ingratum Tibi, nec mihi indecorum ad Amplitudinis tuæ manus acceſſiſſe. Vive diu felix, & quos in bene proſpereque gerenda Republica annos inſumis, ἑκατονταπλασίονας feliciter imple.


AUCTOR
LECTORI.



UM de Patria Homeri Opuſculum concinnarem, &, quæ in rem meam facere videbantur, hinc & illinc recolligerem, examinaremque ſingula, præcipuum illud, nec in hac materia contemnendum, Numiſma nempe Chiorum, quo ſibi vindicabant Homerum, expendens, una mecum & non ſine ſuſpirio indolui, tam improbe cum Chiis a tempore geſtum eſſe, ut cum alii ſimilia vero viderint, vel exſculpta in publicum emiſerint, hac ætate nullum ſupereſſet, quod oculatis, nec tam facile credentibus hominibus fidem faceret. Et licet in Muſeis Romanis ſedulus perquiſierim, ſemper tamen irrito labore ad aliorum teſtimonia recurrendum mihi fuit. Hinc, ut potui, ex ſententia aliorum, quod ipſe non videram, Numiſma Chiorum in Opuſculum retuli: illudque Typographis Lugdunenſibus, ut evulgarent, tranſmiſi. Dum Liber aliorum miſeranda & lacrymabili noxa, peſte ſcilicet, bono tamen ſuo in longiores moras protrahitur, factum eſt, ut interea, & Libri edendi defectus, & deſiderium meum Eminentiſſimo Principi FRANCISCO BARBERINO *exponeretur. Is ſtatim recordatur, (nemo enim omnium eſt, qui vel a ſe lecta, vel percepta auribus, accuratius comprehendat, & acriori memoria animo affigat) in opulentiſſimo ſuo, ac rerum antiquarum, earumque prope innumerarum, Cimeliarcheo, Numiſma Chiorum extare; imperatque pro ſua humanitate, ut de eo mihi copia fieret. Ut jam uno eodemque tempore videas immenſam Principis pro ſimilibus rebus conquirendis pecuniarum profuſionem, & in adjuvandis aliorum ſtudiis non minorem humanitatem ac largitatem. Ut enim verum fatear, plus ille de commodis publicis bene merens gaudet, quam de rerum reconditarum poſſeſſione.*

Numiſma quamvis non ita magnum, affabre tamen & ſatis concinne ex ære factum eſt. Figuræ in eo perbellæ, non quas ſequiora ſæcula, ſed quas antiquitas ipſa dum artes florerent omnes & ſculptura potiſſimum, non ſine poſteriorum admiratione in aliorum exempla effinxit; ut hinc manifeſto appareat Numiſma illud ante Chriſti tempora, florentibus rebus Chiis, cuſum fuiſſe: in effingenda enim Homerica imagine artifex, ſententia probatiſſimorum, qui hac tempeſtate vigent, ſculptoris operam non illaudabilem inſumpſit.

Videntur vero ex una parte Civitatibus inſignia, Sphinx ſcilicet tricorpor, puella forma, & vultu lepido ac venuſto, viribus integra, habitu nonnihil efferata, capillamento ſpiſſo, crinibus intortis tæniaque colligatis, quæ demum per utramque colli partem effunditur, mammis prominulis, alis expanſis ſublatiſque, pedibus ac unguibus leoninis, cujus imaginem, in quam & deſint, adamuſſim repræſentat, cauda elata incurvataque adverſum S referens, pedibus poſterioribus plicatis quaſi accumberet, anteriori ſiniſtro recto terram calcat, dexter lyræ ſubjacenti declinatæque, ſive illa trichordos ſit, ſive tetrachordos, fugiunt enim oculorum aciem chordæ, cornu innititur. Lyra eſt duorum cornuum ut e bovino capite in ima parte erumpentium, quæ ſenſim expanſa antequam in ſuprema parte extenuata in ſemicyclum deſinant, in ſeſe inclinata jugum ſuſtinent, in quo chordæ appenſæ in ima deferuntur cum cornibus in baſim non admodum quadratam, ſec circa cornua paulum acuminatam: in extrema parte ſub Sphingis baſi ſtellula eſt. Circum inter caudam, alas, faciem, & pedes anteriores non junctim, ſed diviſim ΧΙΩΝ *inſcribitur. Et hæc quidem ex una parte Numiſmatis ſunt. In altera homo provectæ ætatis, manibus volumen evolutum tenens, ſellæ inſidet, barbæ impexæ, nec adeo longæ, concreti cinni promittuntur. Oculi cavi ac fixi, ſupercilia hirſuta contractaque, rugæ frontis, plicæ denique faciei omnes meditantis ac aliquid parturientis ſunt: totus denique eſt in lectione voluminis: ab humeris & pectore ad ipſos pedes, & vincturas manuum tunica talari fluentique contegitur: ab humero pallium ſub brachio, coxendiceque, ſed magnifice plicatum, late diffunditur. Sella variæ ſtriata nodis, iiſque variis, exornatur, quæ a floſculis veluti liliorum incipiens, in eoſdem floſculos deſinens baſi fixos extenuatur; ſellæ pedes; ut firmiores ſint, vinculo ex eadem materia colligantur, quemadmodum & brachia, in quæ ſedens Homerus humeris innititur: ante Homeri faciem, & poſt terga, diviſim legitur* ΟΜΗΡΟΣ. *Et hoc quidem Numiſma Chiorum eſt. Id ut attentius conſideres, uſurpes etiam oculis, prout libitum fuerit, hic ex æreo Barberino non minus eleganter, quam feliciter ab Andrea Sacco, Pictore hac ætate præſtantiſſimo laudatiſſimoque delineatum tibi repreſentamus.*



Hoc eſt, ut vides, Barberinum Chiorum Numiſma, longe ab aliis, quæ in hunc diem impreſſa ſunt, diverſum, de quibus plura dicere alius erit opportunior locus. Modo tamen hoc, ſed quam breviſſime fieri poterit, examinabimus. Chiorum itaque inſigne, ſed magis præcipuum, Sphinx fuit, quam varie non tantum Chios, ſed alios etiam effinxiſſe, antiquitatis ipſa reliqua monumenta teſtantur. Attamen Chiorum non ea fuit, quam Troglodytria, & Æthiopia inter ſimias, ut refert Plinius, uno ſi excipias pilo, feritateque, homini ſimillimam, fuſco pilo, & mammis in pectore geminis, in theſauros maxillarum cibum condentem, moxque inde ad mandendum manibus expromentem, generant: nec diſſentiunt Solinus, Ælianus, Diodorus, & ante hos Agatharchides in Excerptis *apud Photium in* Bibliotheca, *qui eam placidam, verſutam, artis non incapacem, & docilem ad feritatis oblivionem eſſe affirmant. Non hæc, inquam, Chiorum Sphinx fuit, ſed quam fabuloſa Poetarum commenta, & Thebanorum acerbiſſimæ clades nobilitant, corpore triformem. Auſonius in* Griſo Ternarii.

> Terruit Aoniam volucris, Leo, Virgo triformis,
> Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

De ea Palæphatus de Incredibilibus, *Apollodorus lib.* III. Bibliothecæ, *Diodorus Siculus* lib. IV. *Statius in* Thebaide, *Michael Pſellus in* Allegoria, *& ex recentioribus Bellonius, Pierius Valerianus, Antonius Auguſtinus, Michael Mercatus, Laurentius Pignorius, Franciſcus Sanctius, & alii.*

P R Æ F A T I O

Hinc mendum esse in Diodoro lib. III. *qui Sphingem* δίμορφον θηρίον, biformem feram, *vocat*, *suspicabar*, *& loco illius* τρίμορφον *reponendum. Sed cum postea comperissem in Æliano* Histor. Anim. *l.* XVIII. *c.* XXXVIII. *alatam ab omnibus depingi*: Τὴν σφίγγα ὑπόπτερον γράφουσί τε, καὶ πλάττουσι πᾶν ὅσον περὶ χειρουργίαν σπουδαῖον, καὶ πεπονημένον. Sphingem quicunque vel picturæ, vel plasticæ operam dant fingere alatam solent. *Et antea eam* διφυῆ, καὶ δίμορφον *vocarat*; καὶ τὴν σφίγγα μέντοι τὴν διφυῆ Αἰγύπτιοί τε χειρουργοὶ γλύφοντες, καὶ Θηβαῖοι μῦθοι κομπάζοντες δίμορφον ἡμῖν πειρῶνται δεικνύναι, σεμνοῦντες τῇ τε τοῦ παρθενωποῦ καὶ τῇ τοῦ λεοντώδους σώματος κράσει αὐτήν. Sphingem quoque Ægyptii, qui sculpturam exercent, & Thebanæ fabulæ duplici naturæ conformantes, biformem nobis conantur repræsentare, ipsam ex corpore virginis & leonis compositam architectantes. *Bene Ælianum & Diodorum locutos existimo, neque sibi ipsis, neque aliis in exponenda figura Sphingis contraire: ideoque neque aliquid immutandum. In Sphinge siquidem, si feram consideremus, biformis tantum est, cum duplicem eam & leonis & virginis speciem præ se ferat, a qua omnino alæ excluduntur, quæ inter feras locum non habent, licet partes feræ sint, non ita tamen ut feram indicent, cujus partes sunt, quemadmodum & facies humana puellam, & pars posterior leonem: quare licet tricorpor vere sit, biformis tamen non incommode dici etiam poterit.*

Josephus Scaliger Animadvers. in Chron. Eusebii, *cujus verba in hoc Opusculo* c. XIII. *exscripsimus, Sphingem Græcorum a Sphinge Ægyptia differre scribit, quod illa sit capite velato sine alis; Græca capite nudo, capillis compositis, pennata. Hæc tamen, si* Tabulæ *nos* Isiacæ *a Pignorio editæ, &* Thesaurus Hieroglyphicorum *a Joanne Georgio Hervarto evulgatus non fallant, ut non fallunt, a vero aversa sunt; in illis enim Sphingas, easque frequentes, & capillitio in cæsariem convoluto, etsi non demisso, sed supra caput in aere effuso, & alas extensas, easque maximas intuemur. Quamvis autem in platea Capitolii, vel alibi Sphinx sine alis, &, ut apparet, capite velato videatur, non inde tamen argumentari licet, semper eodem modo fabrefactas apud Ægyptios fuisse. Et Græcam cum Ægyptia eandem fuisse indicio etiam erit; nam in bisce Tabulis conspicitur alia quædam Sphinx, quæ non puellam, sed barbatum hominem, eumque provectæ ætatis refert, eandem tamen absque ullo discrimine apud Græcos in usu fuisse, vel Numismata ipsa Chiorum, qui Sphingem offerunt, ad probandum satis esse possunt, cum loco puellaris faciei, barbati hominis circumducant.*

Causa, ob quam Sphingem hujuscemodi Chii in Numismatibus posuere, aut Delphis ab Oraculo, aut ab Hammone, vel Dodona petenda esset, quando & Oedipus ipse conjector hæreret. Quis in Chiorum animos, cum monumenta non suppetunt, penetrare modo poterit, ut sensum ac scopum inde extorqueat? eoque potissimum quod Sphingem non tum primum, cum Homerum sibi vindicarent, sed multo etiam ante, ut probabile est, pro insigni habuere. Dicam quæ modo memoria suggerit. Sphinx ab Oedipo ipso, vel etiam antiquior, quando ab Ægyptiis promanavit, sapientiam & naturæ arcana significat: ideoque de rebus naturæ quæstiones proponit, quas ubi segniora ingenia non deprehendunt, ac si nulla essent, necesse est, ut occidant: si secreta acumine deprehenderint, quasi superiora facta, naturæ ipsius vires enervant, hinc ea intermori dicitur. Psellus item Sphingem pro natura humana allegoria non illepida accepit, acuteque partes illius in homine componendo, uniusque cum alia communionem exposuit. Allegoriam *Psellianam alias editam legi etiam in pervetusto ac misere lacero Codice Manuscripto Viri cum liberali eruditione in Philosophicis expertissimi, in illisque colligendis ingeniosissimi Alexandri Cherubini, in quo præter* Allegorias *Psellianas, & aliorum elegantissima Scripta, alia ejusdem Pselli rara & præclara monumenta tum Philologica, tum Philosophica continentur, & mihi adhuc alibi invisa, licet ubique tineis carieque exesa mutilaque sese objiciant, quibus Diatriba mea* de Psellis *multo auctior fieri posset, & spero aliquando futuram. Propterea etiam Sphinges pro foribus templorum apponi solebant, quasi rerum sacrarum conservatrices: neque nisi illas transilierit, aditus alicui in ipsa sacrorum adyta patebat. An ergo Chii sapientiam sibi præ aliis vindicantes Sphingem universæ Græciæ proponebant, quasi dicerent, se avitam religionem conservare, & sapientiæ arcana non nisi Chiis* πρωτογενέσιν *haberi posse?*

At Sphingem ignorantiam esse alii tradunt. Alciatus Emblem. LXXXVII.

Quod monstrum id? Sphinx est. Cur candida virginis ora,
  Et volucrum pennas, crura leonis habet?
Hanc faciem assumpsit rerum ignorantia: tanti
  Scilicet est triplex causa & origo mali.
Sunt quos ingenium leve, sunt quos blanda voluptas,
  Sunt & quos faciunt corda superba rudes.

Et ante Alciatum Gebes Thebanus· Ἡ δὲ ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώποις σφίγξ ἐστιν. Stultitia hominibus Sphinx est. *Et confirmat Diogenes apud Dionem Chrysostomum* Orat. x. Ἐγὼ δὲ ἤκουσα λέγοντος, ὅτι ἡ σφίγξ ἀμαθία ἐστί. ταύτην ἂν καὶ πρότερον διαφθεῖραι τοὺς Βοιωτούς. καὶ νῦν οὐδὲν αὐτοὺς ἐῶσαν εἰδέναι ἅτε ἀνθρώπων ἀμαθεστάτους. At ego audivi quendam, qui diceret Sphingem esse inscitiam. Illa quidem & antea perdidit Bœotos: & modo eos nihil sivit nosse utpote hominum indoctissimos. *Chios propterea dicerem bonis artibus, ignorantia ex urbe ejecta, contra ignorantiam triumphum erexisse, idque palam omnibus Numismate fecisse.*

Si ad historiam referendum esset, dicerem Chios, de dominio maris cum reliquis Græciæ urbibus decertantes, pugna inita cum Bœotis illos debellasse, ideoque suæ victoriæ signum, Numismate tunc excuso, ad alias Græciæ civitates demandasse. Vel etiam hoste, aut duce quopiam forte etiam sic appellato, qui eos latrociniis vexabat, devicto, memoriam tanti facinoris Sphingis imagine expressisse; quemadmodum & Demochares Atheniensis in Ithyphallico. Demetrio Poliorcetæ dicto, ut ex Duride Samio scribit Athenæus, ducem nescio quem Cassandri Sphingem vocavit: Τὴν δ' οὐχὶ Θηβῶν, ἀλλ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος σφίγγα περὶ κρατοῦσαν Αἰτωλίδα. Verum non Thebanorum, sed universæ Græciæ Sphingem dominantem Ætolida. *Neque novum id fuerit, cum moris fuerit Antiquorum etiam ad pedes Deorum effingere monstra ab eis domita, ut de dracone ad pedes Palladis effícto scribit Pausanias, quæ postea aliquando vel in clypeis, vel in scutis, vel in aliquo alio loco apposita sunt, ne singula commemorem. Ced de Chiorum Sphingis varia forma, aliisque cum ea conjunctis alibi plura.*

Lyram, cum de Homero tractaretur, Sphingi, cui alias vasculum, vel assarium, alias racemum uvæ dederunt, appinxere. Non enim convenientius Poetæ instrumentum Lyra est, aut Cithara, & Homero præcipue, qui Lyræ a Mercurio inventæ narrationem in Hymnis *decantaverat: vel Lyram applicasse Ho-*

mero: nam quemadmodum Lyræ variis ac diſcordibus ſonis unus ſuaviſque concentus abſolvitur, nec disjunctiſſima illa tonorum diverſitate & vocum contentione animus humanus in varia abſonaque diſtrahitur, ſed in diſſidenti modulo emollitus, concordans ſibi, ac paſſionibus temperans, & fera alias corda bona diſciplinarum fruge moderans, diſſona a concinnis diſcernit, & rationi morigerus libens ſervit; ita Homerica doctrina homines alioquin immanes ac immiſericordes feritatem exuunt, & vires improbitate efferatas reprimunt, poſtmodum veluti eodem prognati ſanguine in mutuam conſuetudinem ſe inſinuant; & amicitiæ ac concordiæ vinculo conſtricti, veluti cives ſumma beneficiorum neceſſitudine muniuntur. Hinc ſaxa, & arbores, & quod difficilius eſt, excordes hominum mentes Lyræ Orphicæ modulamine conſopitas, Orpheo morigeratas obſequenteſque fuiſſe finxit Antiquitas: & Amphionis uſque ad extructionem urbis ſaxa proſecuta imperium, humeroſque vice cathedræ ſubjeciſſe delphinos Arioni: quibus ne hilo quidem inferiorem ſuum Chios Homerum exiſtimans, Lyram Homero appinxit. Niſi id etiam innui cenſeas, poſt hoſtem debellatum, quem ſub Sphingis imagine repræſentarunt, Lyram ideo appoſuiſſe, ut unanimem civium, vel amicorum inter ſe ad expellendos adverſarios conſenſum ſignificarent, quos non tubis, aut claſſico, ſed Lyræ concentu, quemadmodum Lacedæmonii, propulſuri erant.

De ſtellula quæ conſpicitur in ima parte Numiſmatis etſi plura dicere poſſim, illud ſatis eſſe exiſtimo, ſi dixero, ſtellulam illam nihil aliud eſſe, quam ſignum, quemadmodum & hoc temporis fit, vel ſculptoris, vel fuſoris, vel illius, qui numis cudendis præerat.

Volumen in manibus Homericis explicatum, in quod Homerus oculos figit, quaſi ea, quæ in eo ſunt, percurrat, Poemata ipſius Homeri notat. Et male ſine dubio ab aliis, quid inter Antiquorum volumina, & libros hoſce noſtros in paginas diſſectos interſit, neſcientibus, liber, qualis noſtra tempeſtate fieri ſolet, manibus Homeri apponitur: Ævo namque Homerico quemadmodum & poſteriori, per multa ſæcula Voluminibus, aut Tabellis, non Libris noſtris utebantur, quorum tantum uſum ab ipſa charta inventa promanaſſe non dubito. Sed illud non ita omnibus obvium eſt. Volumina enim Antiquorum a ſummo vertice ad imam partem, quam umblicum dixerunt, legebantur, & dum inferior pars evolvebatur, convolvebatur ſuperior, ne extenſione Voluminis lectores impedirentur: hac enim ratione pars, quæ legebatur, ſolum patebat, qua lecta, explicabatur inferior, complicabatur ſuperior. At in Homerico Volumine, quod nobis Chiorum numus repræſentat, aliter fit. Volumen namque non a ſuprema parte ad imam percurritur, ſed apertum, ita ut ſiniſtræ initium operis adhæreat, reliqua dexteræ ut σελίδας, & καταβατὰ ex adverſo legenti exhibet, quibus perlectis & complicatis aliud καταβατὸν explicabatur. Pagina enim, ſive pars Voluminis a ſupremis ad ima ſcripta καταβατὸν, quaſi e loco ſuperiori ad inferiorem deſcendens dicitur: vacuum inter paginas ſcriptas σελίδες ſunt Heſychio, & Suidæ: σελίδες τὰ μεταξὺ διαφράγματα τῶν διαστημάτων τῆς νεώς. καθάπερ καὶ ἐν τοῖς βίβλοις τὰ μεταξὺ τῶν περιγραφῶν. *Et,* Σελὶς τὸ μέσον τῶν δύο καταβατῶν ἄγραφον τυγχάνον.

Hinc mirari ſubeſt, quanam ratione ex Suida Criſpinus, Scapula, aliique in Lexicis *aſſerunt eſſe ſpatium, & vacuum, ſive mundum inter duas lineas, cum lineæ non deorſum legantur, & cum καταβατὸν, & σελὶς, ſive σελίδιον pro eodem aliquando uſurpentur, modum illius legendi a lectione verſuum diſcriminans Suidas ſcripſit:* Στίχον δὲ τὸ κατὰ τὸ κοινὸν ἔθος ὀνομαζόμενον ἀπὸ ἀριστερῶν ἐπὶ δεξιὰ ἀναγινωσκόμενον. σελίδιον δὲ τὸ ἀπὸ τῶν ἄνωθεν ἐπὶ τὰ κάτω. *nihil accomodatius dici potuit. Hæc quippe conſiderantur in pagina ſcripta, verſus, & ſcriptura ipſa verſibus paginam quaſi aream implens: in his illam differentiam ponit, verſus a ſiniſtris in dexteram progrediendo, ut nunc moris eſt, legitur; paginam ipſam ſcriptam, quæ eſt καταβατὸν, licet a nonnullis etiam dicatur σελὶς, a ſuperiori parte in inferiorem gradum facientes legimus; ſpatium vero mundum, quod eſt inter duas areas ſcriptas, quas Heſychius vocavit περιγραφὰς, quaſi literis, & verſibus circumſcriptas, σελίδα, non album inter verſus nominarunt. Et alia comminiſci, & aliam atque aliam linearum legendarum rationem excogitare, præter mentem Auctorum eſt. Volumen ergo hoc Homericum in paginas ſeu perigraphas diſtinctum, una pagina ſeu περιγραφὴ expedita, convoluta ea parte Voluminis in capulo, alteram, quæ ad umbilicum ducit, explicat, quod non ita commune eſt, cum ſaltem hac noſtra ætate Volumina etiam antiqua, quæ ad manus pervenere, legantur omnia ut jam diximus a capite ad pedes, circumſcribanturque una tantum περιγραφῇ ſeu pagina, in quibus fruſtra σελίδα conquiſiveris, cum unius καταβατοῦ, & potiſſimum ſi non eſt opiſthographum, volumen ſit.*

Adnotarunt alii ante me in aliis etiam non tantum Numiſmatibus, ſed Marmoribus ad nos tranſvectis Homericas imagines, ut plurimum vitta, ſeu tænia capite cinctas conſpici. Ne plura hic congeram, Capita Victorum, Regum, Imperatorum, Sacerdotum, Vatum, Poetarum, Virginum redimiri vitta, vel tænia teſtatiſſimum eſt. Hinc honos Homero a Chiis delatus, & tænia hujuſcemodi propoſitus, eum ſententia Chiorum primum locum inter alios, propter facinora, quæ tænia cohoneſtantur, occupaſſe, & ut Victorem, & ut Ducem, & ut Sacerdotem, & ut Vatem, & ut Poetam, & ut Virginem demum; quando, ut in Opuſculo noſtro innuimus, & fere explicat Suidas, ob eandem cauſam, quod voluptatibus non ceſſit, Cæcus appellatus ſit: eum non tantum, ut de tota Græcia benemeritum, ſed etiam ut Doctorem omnium & προπάτορα, & ἀρχέγονον τῶν φιλοσοφικῶν καὶ πολιτικῶν λόγων, primum parentem, auctoremque philoſophicorum & civilium ſermonum: & κορυφὴν ἁπάντων.

Καὶ σκοπὸν, ἐξ ὅπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα,
Καὶ πᾶσαι κρῆναι.
Verticem omnium, & quaſi ſcopum, ex quo cuncta flumina, cuncta maria,
Cunctique fontes.

Tænia, vittaque non aliter ac Reges, & Imperatores coronant.

Et ne illi ſublimius & auguſtius inter ſummorum Principum ornamenta deeſſet, ſellæ inſidentem exprimunt, ut ipſe ſcilicet quieſcens, cæteris honoribus firmis ac perennibus gaudeat, & imperium ſine fine poſſideat. Doctrinæ etiam cauſa cathedram decernunt, & ſeſſione Judicis officium indicant: qui enim judicium adminiſtrat, ſedet, majeſtatem ſibi conciliant, & gravitatem. Gregorius Papa Homil. XXXVI. *Radulfus Ardens* Serm. LXVIII. *Chryſologus* Serm. LXXXIII. *& alii. Et ut magis admireris, ſella hac, quaſi apotheoſi quadam, inter Deos ſuos collocant, non inſueto aliis exemplo.*

Nota in hoc Numiſmate, alieno a Romanis more, tunicam manicatam. Veteres enim, ut auctor eſt Gellius, non ſine probro manicatis tunicis indui ſolebant: & Virgilius Numanum Phrygibus exprobrantem inducens IX. Æneidos *ſcribit:*

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Tunicis itaque manicatis uti, ex Gellio aliiſque, turpe fuit. Ergo Græci, qui eas deferunt, turpitudine

non vacant. Nolo hic disputationem ingredi, honestiusne sit & decentius, artus quoquo modo coopertos habere, an discoopertos, & ante oculos omnium proponere. Illud certum est, Romanis etiam ipsis non abnuentibus, non omnibus omnia eadem esse turpia atque honesta, sed multa, quæ apud Græcos indecora institutis Majorum existimantur, ea apud Romanos in laudibus esse, & multa, quæ apud Romanos ab honestate remota ponuntur, ea apud Græcos & grata & laudabilia duci. Hinc apud Græcos pugilem Olympionicen esse prope majus & gloriosius fuit, quam Romæ triumphasse: Lacedæmoniis pueris furari, modo laterent, & non deprehenderentur in furto manifesto, honestum: Musice apud eos & saltatio, neque a Principis, neque a Philosophici persona absuit; quæ omnia moribus Romanis in vitiis ponebantur. Sic Romanorum uxores in convivium duci, & matremfamilias primum locum tenere ædium, & in celebritatibus versari non pudebat, quæ multo aliter fiebant in Græcia. Vide, quæ optime super hanc rem animadvertit Cornelius Nepos in principio Operis de Vitis excellentium Imperatorum. *Et conclude ex Plutarcho in* Themistocle: Νόμοι διαφέρουσιν ἀνθρώπων, ἄλλα δὲ ἄλλοις καλά. καλὸν δὲ πᾶσι τὰ οἰκεῖα σώζειν καὶ κοσμεῖν. Leges hominum inter se differunt, alia autem aliis pulchra atque honesta. Honestum porro omnibus est, quæ propria sunt servare & ornare. *Et Constantinus Porphyrogenneta* de Administr. Imper. *c.* XIII. Εκαστον ἔθνος διάφορα ἔχον ἔθη, καὶ διαλλάττοντας νόμους τε, καὶ θεσμοὺς, ὀφείλει τὰ οἰκεῖα κρατεῖν, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἔθνους τὰς πρὸς ἀνάκρισιν βίου κοινωνίας ποιεῖσθαι, καὶ ἐνεργεῖν. Unaquæque gens cum diversos habeat mores, diversas item leges, ac instituta, retinere sua, & ex propriis illius gentis publicam vitæ communionem instituere debet.

Non itaque Græcis probro tribuendum est, licet id in vitiis ponatur apud Romanos, manicatis tunicis uti.

Pallio tandem ut Naturæ Mystam amiciunt, & quem jam animo Philosophum noverant, Philosophorum etiam indumento cohonestant. Quam apposite nunc diceret Herodes, Nunc vere Philosophum sub barba & pallio video. Sed quando de barba sermo incidit, non silebo, in plerisque Hermis, ac Icunculis Homericis, barbam longam propexamque in pectore conspici, unam si excipias, quam in statua nobis Fulvius Ursinus in Imaginibus Illustrium *exhibuit, quæ huic nostræ Chii Numismatis proxime respondet: quare qui utramvis recte noscit, ambas noverit. Et cum videam reliquas Homeri facies, quæ nobis ut plurimum hic Romæ offeruntur, tam consimiles esse, quam possunt, suspicor eas omnes ab Asinii Pollionis ingenio emanasse. Is Homeri effigiem, ut sibi videbatur aptior, & pro decore tanti hominis, ex ingenio effinxit, Hanc vero, quæ in Numismate Chiorum, & in Ursino conspicitur, eam fuisse dico, quam antiquitas, sibi traditam per manus, conservarat: in quo Chios Pollione ipso multo potuit esse felicior, cum, ut verosimile est, non tantum in Theatris, ac Templis, sed in rerum suarum pretiosarum Cimelophylacio, dictam Homeri effigiem, qualis tunc erat, cum ipse vivebat, ære perenniorem edidisset.*

Et hæc sunt Chiorum officia in Numismate erga Homerum humanitatis ac devotionis argumenta, quibus sane neque grandius, neque augustius dici potest. Alii Homeri tantum capite, vel nomine, Homericam laudem videntur deturpasse potius quam extulisse. Chios, cui plus intererat, prodiga in eum obsequii profusione, toto Homerico corpore sententiam suam abunde patefecit: dum eum & pallio, & barba Philosophum; tunica manicata suum, Græcum scilicet; Volumine adaperto Doctorem, ac Magistrum, tænia & vitta Poetam, Vatem, Sacerdotem, Ducem, & quod non? Sella Judicem nomine perpetuum, & gloria ævo comparem, immo, quod omnium maximum est, Deum veneraretur & coleret. An majus humana fragilitas, vel superba majestas tradere exhibereque possit, dicant alii. Ego in tanto Homericarum prærogativarum cumulo stupens hæreo, & in humanitatis monumentis quam maximis reprimo me; ne ægre quidpiam ex me reliquæ urbes, Homerum sibi plena commentitiæ futilitatis summæque vanitatis alacritate usurpantes, audiant.

LECTORI.

CUM in hoc Opusculo sæpissime vitam Homeri a Proclo, aliisque Anonymis, ad dicta comprobanda, verbis etiam ex iis exscriptis laudaverim; pergratum me tibi facturum existimavi, si ad hunc diem ἀνεκδότους, & in Bibliotaphiis latitantes, cum eas habendi facultas omnibus non sit, uti similia conquirentium labori consulerem, hic Græce & Latine ederentur. Proclum meæ mihi qualescunque Schedæ, Anonymam utramque studio ac cura eruditissimi mihique amicissimi Ioannis Bourdelotii τοῦ μακαρίτου, Bibliotheca Regia Parisiensis ex Codicibus DLIII. & DCX. suppeditarunt.

ΠΡΟΚΛΟΥ.

ΓΕΝΟΣ ΟΜΗΡΟΥ.

ΟΜΗΡΟΣ ὁ ποιητὴς τίνων μὲν γονέων, ἢ ποίας ἐγένετο πατρίδος, οὐ ῥᾴδιον ἀποφήνασθαι. Οὔτε γὰρ αὐτός τι λελάληκεν. ἀλλ' οὐδὲ οἱ περὶ αὐτοῦ εἰπόντες συμπεφωνήκασιν. ἀλλ' ἐκ τοῦ μηδὲν ῥητῶς ἐμφαίνειν περὶ τούτων τὴν ποίησιν αὐτοῦ μετὰ πολλῆς ἀδείας ἕκαστος, οἷς ἐβούλετο, ἐχαρίσατο. καὶ διὰ τοῦτο οἱ μὲν Κολοφώνιον αὐτὸν ἀνηγόρευσαν, οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, οἱ δὲ Ἰήτην, οἱ δὲ Κυμαῖον. καὶ καθόλου πᾶσα πόλις ἀντιποιεῖται τοῦ ἀνδρός. ὅθεν εἰκότως ἂν Κοσμοπολίτης λέγοιτο. Οἱ μὲν οὖν Σμυρναῖον αὐτὸν ἀποφαινόμενοι Μαίονος μὲν πατρὸς λέγουσιν εἶναι, γεννηθῆναι δὲ ἐπὶ Μέλητος τοῦ ποταμοῦ. Ὅθεν καὶ Μελησιγενῆ ὀνομασθῆναι. δοθέντα δὲ Χίοις εἰς ὁμηρείαν Ὅμηρον κληθῆναι. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς τῶν ὀμμάτων πηρώσεως τούτου τυχεῖν αὐτόν φασι τοῦ ὀνόματος· τοὺς γὰρ τυφλοὺς ὑπὸ Αἰολέων Ὁμήρους καλεῖσθαι. Περὶ δὲ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ λόγος τις φέρεται τοιοῦτος. ἀνελεῖν φασὶν αὐτῷ τὸν θεὸν χρωμένῳ περὶ ἀσφαλείας τάδε·

> Ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρίς, ἥ σε θανόντα
> Δέξεται. ἀλλὰ νέων ἀνδρῶν αἴνιγμα φύλαξαι.

Λέγουσιν οὖν αὐτὸν εἰς Ἴον πλεύσαντα διατρῖψαι μὲν παρὰ Κρεωφύλῳ, γράψαντα δὲ Οἰχαλίας ἅλωσιν τούτῳ χαρίσασθαι, ἥτις νῦν ὡς Κρεωφύλου περιφέρεται. καθεζόμενον δὲ ἐπί τινος ἀκτῆς θεασάμενον ἁλιεῖς προσειπεῖν αὐτοὺς, καὶ ἀνακρῖναι τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν.

> Ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης θηρήτορες, ἦρ' ἔχομέν τι;

Ὑποτυχόντα δὲ αὐτῶν ἕνα εἰπεῖν·

> Οὓς ἕλομεν λιπόμεσθ', οὓς οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

Οὐκ ἐπιβάλλοντος δὲ αὐτοῦ διελέσθαι τὸ αἴνιγμα, ὅτι ἐπ' ἰχθύων καταβάντες ἀφήμαρτον. φθειρισάμενοι δὲ, ὅσους μὲν ἔλαβον τῶν φθειρῶν ἀποκτείναντες ἀπολείπουσιν, ὅσοι δὲ αὐτοὺς διέφυγον τούτους ἀποκομίζουσιν. οὔπω δὲ ἐκεῖνον ἀθυμήσαντα συννοοῦντα ἐπιστῆναι τοῦ χρησμοῦ ἔννοιαν λαβόντα, καὶ οὕτως ὀλισθόντα περιπταῖσαι λίθῳ, καὶ τριταῖον τελευτῆσαι. Τυφλὸν δὲ ὅσοι τοῦτον ἀπεφήναντο, αὐτοί μοι δοκοῦσι τὴν διάνοιαν πεπηρῶσθαι. τοσαῦτα γὰρ κατεῖδεν ὁ ἄνθρωπος, ὅσον οὐδεὶς πώποτε. εἰσὶ δέ τινες οἱ ἀνεψιὸν αὐτὸν Ἡσιόδου παρέδοσαν ἀτριβεῖς ὄντες ποιήσεως. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχουσι τῷ γένει προσήκειν, ὅσον ἡ ποίησις διέστηκεν αὐτῶν. ἀλλ' ὡς δ' οὐδὲ τοῖς χρόνοις συνεπέβαλον ἀλλήλοις. φαίνεται δὲ γήρᾳ ἐκλελοιπὼς τὸν βίον. ἡ γὰρ ἀνυπέρβλητος ἀκρίβεια τῶν πραγμάτων προβεβηκυῖαν ἡλικίαν παρίστησι. πολλὰ δὲ ἐπεληλυθὼς μέρη τῆς οἰκουμένης ἐκ τῆς πολυπειρίας τῶν τόπων εὑρίσκεται. τοῦτο δὲ προσυπονοητέον, καὶ πλούτου πολλὴν περιουσίαν γενέσθαι. αἱ γὰρ μακραὶ ἀποδημίαι πολλῶν ἀναλωμάτων δέονται, καὶ ταῦτα κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους οὔτε πάντων πλεομένων ἀκινδύνως, οὔτε ἐπιμισγομένων ἀλλήλοις πως τῶν ἀνθρώπων ῥᾳδίως. γέγραφε δὲ ποιήσεις δύο, Ἰλιάδα, καὶ Ὀδύσσειαν. προστιθέασι δέ τινες αὐτῷ καὶ παίγνιά τινα, Μαργίτην, Βατραχομυομαχίαν, ἑπτα* πακτιὸν Αἶγα, Κέρκωπας κενούς.

* Forte ἑπταπέκτιον. Hesychius: ἑπταπέκτιος, ἡ βαθείας τρίχας ἔχουσα.

ΑΛΛΩΣ

ΑΝΟΝΥΜΟΥ.

ΟΜΗΡΟΣ ὁ ποιητὴς πατρὸς μὲν ἦν Μέλητος, μητρὸς δὲ Κρηθηΐδος. τὸ γένος κατὰ μὲν Πίνδαρον Σμυρναῖος, κατὰ Σιμωνίδην Χῖος, κατὰ δὲ Ἀντίμαχον καὶ Νίκανδρον Κολοφώνιος, κατὰ δὲ Βακχυλίδην καὶ Ἀριστοτέλην τὸν φιλόσοφον Ἰήτης, κατὰ δὲ Ἔφορον καὶ τοὺς ἱστορικοὺς Κυμαῖος, κατὰ δὲ Ἀρίσταρχον καὶ Διονύσιον τὸν Θρᾷκα Ἀθηναῖος. τινὲς δὲ καὶ Σαλαμίνιον αὐτὸν εἶναι

PROCLUS

DE VITA HOMERI.

HOMERUS Poeta quibus sit ortus parentibus, aut qua patria fuerit, haud facile est determinare. Neque enim de se aliquid dixit, neque, qui de eo scripsere, inter se omnes consentiunt. Verum cum nihil de hisce in ejus Poematibus manifesto habeatur, unusquisque mira omnia audendi libertate, cui collibitum fuit, donavit. Ideoque hi quidem illum Colophonium, alii Chium, alii Smyrnæum, alii Ietem, alii Cumanum fecere: & in universum unaquæque urbs virum sibi vindicat: quare non immerito Orbis totius civis dici poterit. Qui eum Smyrnæum esse asserunt, Mæone patre prope Meletem fluvium natum affirmant: indeque illi Melesigenes nomen inditum. At ubi postmodum Chiis obses datus esset, Homerum cognominatum. Alii a læsione oculorum hoc nomine insignitum tradunt. Cæcos namquæ Æolensium dialecto Homeros dici. De ejus morte talis sermo circumfertur. Eum, cum pro sua incolumitate a Deo sciscitaretur, responsum accepisse:

> *Insula Ios matris patria est, quæ colliget ossa*
> *Exsanguis: sed enim puerorum ænigma caveto.*

Narrant itaque eum, cum Ion advenisset apud Creophylum commoratum, Oechaliæ excidium a se conscriptum illi donasse, quod nunc quasi Creophyli esset, manibus hominum teritur. Cum vero in littore sedens quiesceret, piscatores, quos viderat, salutans hisce carminibus compellat;

> *Viri ex Arcadia venatores, habemusne aliquid?*

Ex illis unus sic respondit;

> *Quæ cepimus amisimus, quæ non cepimus portamus.*

Cum ænigmatis mentem non potuisset deprehendere, ad piscationem namque verba referebat, & illi de pediculis loquebatur, captos siquidem occisos amiserant, portarent vero secum eos omnes, qui aufugerant, mœrore confectus, cogitabundus discessit, Oraculi sententiam considerans, sicque lapsus in saxum offendit, & tertium post diem obiit. Quicunque autem eum cæcum fuisse asseverarunt, næ ipsi, ut mihi videtur, cogitatione læsi sunt. Tot enim vir ille vidit, quot nec cæteri homines omnes unquam sunt: præterea qui eum Hesiodi fratris filium fuisse perhibuerunt rerum poeticarum inexpertes: tantum enim a se ipsi genere distant, quantum eorum poesis una ab alia disjungitur. Adde non in eadem tempora concurrisse. Videtur senio vita functus: exquisita enim & sine comparatione summa rerum tractatio provectam innuit ætatem. Multas eum Orbis partes lustrasse ingens locorum experientia testatur. Illud etiam animadvertendum est, divitiis eum abundasse. Longæ namque peregrinationes multis expensis indigent, & illis temporibus præcipue cum sine periculo quocunque adnavigandi facultas non esset, nec inter se homines facili negotio coirent. Scripsit Poemata duo, Iliadem, & Ulysseam. Quidam ipsi præterea attribuunt & ludicra quædam, Margitem scilicet, Batrachomyomachiam, Heptapection Capram, Cercopas inanes.

ALIA

AUCTORE ANONYMO.

HOMERUS Poeta patre Melete, matre Critheide natus, natalibus, ut Pindarus ait, Smyrnæus; ut Simonides, Chius; ut Antimachus & Nicander, Colophonius; ut Bacchylides & Aristoteles Philosophus, Ietes; ut Ephorus & Historici, Cumanus; ut Aristarchus & Dionysius Thrax, Athueniensis; quidam eum Salaminium fecerunt, alii Argivum, alii Ægyptium e The-

φασὶν· ἄλλοι δὲ Ἀργεῖον, ἄλλοι δὲ Αἰγύπτιον ἀπὸ Θηβῶν. Τοῖς δὲ χρόνοις κατὰ μέν τινας πρὸ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν ἐγένετο καθόδου. ὥστε ἕνεκεν τούτου γιγνώσκεσθαι ὑπ' αὐτοῦ τοὺς ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσαντας. τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν Τρωϊκῶν ἐπὶ τὴν κάθοδον τῶν Ἡρακλειδῶν ὀγδοήκοντα ἔτη. τοῦτο δὲ ἀπίθανον ὑπάρχει· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Ὅμηρος ὑστεροῦντα πολλοῖς χρόνοις ἑαυτὸν ἀποδείκνυται λέγων·

Ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν.

Τινὲς λέγουσιν αὐτὸν τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας ἀπολείπεσθαι ἔτεσιν ἑκατὸν πεντήκοντα. οὐδὲν δὲ αὐτοῦ θετέον ἔξω τῆς Ἰλιάδος καὶ τῆς Ὀδυσσείας. ἀλλὰ δὲ καὶ τοὺς ὕμνους, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν εἰς αὐτὸν φερομένων ποιημάτων, ἡγητέον ἀλλότρια, καὶ τῆς φύσεως, καὶ τῆς δυνάμεως ἕνεκα. τινὲς δὲ αὐτοῦ φασὶν εἶναι καὶ τὰ φερόμενα δύο γράμματα, τήν τε Βατραχομυομαχίαν, καὶ τὸν Μαργίτην. τάδε δὴ ποιήματα αὐτοῦ ἀληθῆ σποράδην πρότερον ᾀδόμενα Πεισίστρατος Ἀθηναῖος συνέταξε, καὶ δηλοῖ τὸ φερόμενον ἐπίγραμμα Ἀθήνησιν ἐπιγεγραμμένον ἐν εἰκόνι αὐτοῦ τοῦ Πεισιστράτου. ἔχει δὲ ὧδε·

Τρίς με τυραννήσαντα τοσαυτάκις ἐξεδίωξε
Δῆμος Ἐρεχθειδῶν, καὶ τρὶς ἐπεσπάσατο·
Τὸν μέγαν ἐν βουλαῖς Πεισίστρατον, ὃς τὸν Ὅμηρον
Ἤθροισα σποράδην τὸ πρὶν ἀειδόμενον.
Ἡμέτερος γὰρ ἐκεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης,
Εἴπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἐπῳκίσαμεν.

Πλανηθέντα δὲ τὸν Ὅμηρον ἐν Ἰθάκῃ πολὺν φασὶ διατρῖψαι χρόνον, καὶ πολλὰς χώρας ἀμείψαντα, ὕστερον ἐν Ἴῳ τῇ νήσῳ τελευτῆσαι ἐκ τοιᾶς δὲ αἰτίας. καθημένου γὰρ ποτὲ τοῦ Ὁμήρου ἐν αἰγιαλῷ τυφλοῦ αὐτοῦ ὄντος, αἰσθάναι φασὶν ἁλιεῖς παρερχομένους, πρὸς οὓς εἶπεν·

Ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης ἁλιήτορες ἦρ' ἔχομέν τι;
Τοὺς δὲ ἀποκριθέντας εἰπεῖν.
Ὅσσ' ἕλομεν λιπόμεσθ', ὅσα δ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

Τὸ δὲ λεγόμενον ἐστὶ τοιοῦτον. ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν ἦσαν ἔχοντες τότε ἐξ ἁλείας ἐφθειρίζοντο, καὶ οὓς μὲν ἔλαβον ἐκ τῶν φθειρῶν, φονεῦσαι καὶ μὴ ἔχειν· οὓς δὲ οὐκ ἔλαβον ἐν τῇ ἐσθῆτι περιφέρειν. οὐ νοήσας δὲ τὸ λεγόμενον ἀπὸ θλίψεως ἐτελεύτησεν ἐν Ἴῳ τῇ νήσῳ. ἔθαψαν δὲ αὐτὸν μεγαλοπρεπῶς οἱ Ἰῆται, χαράξαντες ἐπὶ τῷ τάφῳ τὸ ἐπίγραμμα τοῦτο παρ' αὐτοῦ ζῶντος ἐπιγεγραμμένον εἰς αὐτόν·

Ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει
Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.

ΑΛΛΩΣ.

ΟΜΗΡΟΣ ὁ ποιητὴς υἱὸς ἦν κατὰ μὲν τίνας Μάρωνος καὶ Μυρινθοῦς. κατὰ δὲ ἐνίους Μέλητος τοῦ ποταμοῦ καὶ Κρηθηΐδος Νύμφης. ἄλλοι δὲ αὐτοῦ τὸ γένος εἰς Καλλιόπην τὴν Μοῦσαν ἀναφέρουσι. Φασὶ δὲ αὐτὸν Μελησιγενῆ, ἢ Μελισιάνακτα κεκλῆσθαι. Τυφλωθέντα δὲ αὐτὸν ὕστερον Ὅμηρον κληθῆναι. οἱ γὰρ Αἰολεῖς τοὺς τυφλοὺς Ὁμήρους καλοῦσι. πατρίδα δὲ αὐτοῦ οἱ μὲν Σμύρναν, οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Κολοφῶνα, οἱ δὲ Ἀθήνας λέγουσιν. περιιὼν δὲ τὰς πόλεις ᾖδε τὰ ποιήματα. ὕστερον δὲ Πεισίστρατος αὐτὰ συνήγαγε, ὡς τὸ ἐπίγραμμα τοῦτο δηλοῖ·

Τρίς με τυραννήσαντα τοσαυτάκις ἐξεδίωξε
Δῆμος Ἐρεχθειδῶν, καὶ τρὶς ἐπεσπάσατο·
Τὸν μέγαν ἐν βουλαῖς Πεισίστρατον, ὃς τὸν Ὅμηρον
Ἤθροισα σποράδην τὸ πρὶν ἀειδόμενον.
Ἡμέτερος γὰρ ἐκεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης,
Εἴπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἐπῳκίσαμεν.

Φασὶ δὲ αὐτὸν ἐν Ἴῳ τῇ νήσῳ διὰ λύπην ἀποκαρτερή-

A *Thebis. Ante Heraclidarum descensum, ut quidam aiunt, floruit; ideoque, qui Ilium copias duxerunt, illi innotuisse: a Troicis enim ad Heraclidarum descensum octoginta anni numerantur. Sed hoc haud vero simile est; cum Homerus ipse multos se annos posteriorem indigitat illis verbis;*

Nos autem famam solum audimus, nec quidquam præterea novimus.

Alii fuerunt eum post Ionicam Coloniam annos centum & quinquaginta superfuisse. Nihil illi præter Iliadem & Ulysseam ascribendum est: quin immo & Hymnos, & Poemata reliqua omnia, quæ ipsi referuntur, omnino aliena tum ob genium, tum ob facultatem virium existimanda esse. B *Nonnullorum tamen sententia, quæ circumferuntur duo Opuscula, Batrachomyomachia, & Margites, ejusdem Homeri sunt. Poemata autem germana ipsius, cum prius hinc inde dispersa canerentur, Pisistratus Atheniensis in unum veluti corpus redegit, ut ex Epigrammate Athenis sub illius imagine inciso manifestum fit;*

Quem ter Cecropidæ quondam ejecere Tyrannum,
Et totidem scitis restituere suis;
C *Collegi ingenio Pisistratus acer Homeri*
Quæ sparsim fuerant Carmina sueta cani.
Noster erat civis vates, namque aureus ille,
Mopsopidæ Smyrnam si coluistis avi.

Erro tandem Homerus, ut fertur, Ithacæ multo tempore commoratur, & per varias urbes peregrinatus, demum in Io insula hanc ob causam vita functum fuisse tradunt. Nam cum aliquando Homerus luminibus orbatus in littore sederet, & piscatores inde gradientes persentisceret, eos interrogavit;

Viri ex Arcadia piscatores, num habemus aliquid?
Piscatores responderunt;
D *Quæcunque accepimus amisimus, quæ vero non accepimus, portamus.*

Cum enim illi tunc nihil possiderent post piscationem pediculos venabantur, &, quos ipsi accepissent, occisos cum non haberent, non se habere; quos non acceperant, eos in vestimentis circumferre dixerunt. Dictum cum non percepisset Homerus mœrore vitam finiit in Io insula, quem magnifice admodum Ietæ sepelierunt, Epigrammate, quod ille sibi vivus composuerat, in lapide exciso:

Condit humus caput hæc sacrum, qui versibus arma
Fortia divinis Heroum ornavit, Homerum.

E ALIA AUCTORE INCERTO.

HOMERUS *Poeta nonnullorum sententia filius fuit Maronis & Myrinthus: aliorum Meletis fluvii & Critheidis Nymphæ: alii genus ipsius ad Calliopem Musam referunt. Tradunt porro eum Melesigenem, aut Melesianactem appellatum. Postmodum luminibus orbatum Homeri nomen habuisse. Æolenses namq; cæcos Homeros nominant. Patriam ipsius quidam Smyrnam, alii Colophonem, alii Athenas dicunt fuisse. Vagus ac erro per urbes Poemata cantitabat: postmodum Pisistratus ea in unum composuit, ut Epigramma de eo editum indicat,*

F

Quem ter Cecropidæ quondam ejecere Tyrannum,
Et totidem scitis restituere suis;
Collegi ingenio Pisistratus acer Homeri
Quæ sparsim fuerant Carmina sueta cani.
Noster erat civis vates, namque aureus ille,
Mopsopidæ Smyrnam si coluistis avi.

Ferunt ipsum in Io insula mœrore obrutum vita

σαυτα τελευτῆσαι διὰ τὸ μὴ λύσαι τὸ ζήτημα τὸ ὑπὸ τῶν ἁλιέων αὐτῷ προτεθέν. ὁ μὲν γὰρ ἐπιστὰς ἤρετο·

Ἄνδρες ἀπ᾽ Ἀρκαδίης ἁλιήτορες, ἦ ἔχωμέν τι;

Οἱ δὲ ἀπεκρίναντο·

Ὅσσ᾽ ἕλομεν λιπόμεσθ᾽, ὅσα δ᾽ οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

Ἐπιγέγραπται δὲ ἐν τῷ μνήματι αὐτοῦ·

Ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει,

Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.

A *excessisse, quod quæstionem sibi a piscatoribus propositam solvere nescivisset. Ipse namque occurrens interrogavit;*

Viri ab Arcadia piscatores num habemus aliquid?

Piscatores responderunt;

Quæ cepimus amisimus, quæ vero non accepimus portamus.

Inscriptum est in ejus sepulcro hoc Epigramma;

B *Condit humus caput hæc sacrum, qui versibus arma*

Fortia divinis Heroum ornavit Homerum.

INDEX CAPITUM.

INDEX CAPITUM.

Illius inſcriptionis auctor. Varronis epigramma apud Gellium varie ab aliis, ab Auctore ad mentem Varronis expoſitum. Ariſtotelis lectio defenditur. Detegitur Wolfangi Lazii, aliorumque hallucinatio.

XII. *Smyrnæi item ſuum eſſe confirmant, Meletis & Critheidis Nymphæ filium. Ortelii inſcitia. Alii eum apud Meletem fluvium natum patre Mæone. Hinc Meleſigenes, & Mæonides. Poteſt dici etiam a Mæonia. Smyrnæi ut Homerum ſibi civem aſſerentem Homereum extruxerunt, nummumque Homericum dictum publicarunt. Hæc tamen non uſquequaque probant. Zoili propter maledicentiam in Homerum a pluribus mors accelerata.*

XIII. *Chii ſuum vindicant. Homeridarum genus quodnam in ea inſula? Chiorum in Homerum ſtudium. Seleuci de Homeridis opinio refellitur. Domus item in ea Homerica, in qua habitaſſe vetus traditio eſt. Illius elogium. Chiorum Numiſma Homericum, ut Homerum ſibi aſſererent. Chius Patria Homeri Argivorum decreto, & tacita Homeri confeſſione.*

XIV. *Homerus Chius eſt, auctoritate Simonidis, Pindari, Theocriti, Euthymenis, Conſtantini Imperatoris, Themiſtii, Claudiani, Pauli Silentiarii, aliorumque recentiorum.*

XV. *Homerus ſua confeſſione Chius eſt. Quare Hymnum in Apollinem ſcripſerit? De Homericis Hymnis dubitatio. Cynæthus Chius.* Οἰκεῖν, Οἶκος, Οἰκεία, *apud Homerum ſæpiſſime ad exprimendam patriam poni. Julii Scaligeri fœda* ἀνιστορησία. *Ionem Tragicum Chium, ab Ione Epheſio Rapſodo longe diverſum: in eo Hymno patriam expoſuiſſe ſuam Homerum eruditiſſimorum hominum teſtimonio comprobatur. Joannis Spondani hallucinatio. Hymnos, qui ſub Homeri nomine circumferuntur, Homeri ſcriptoris Iliados eſſe demonſtratur. Pauſanias expoſitus.*

XVI. *Multi auctoritate Pſeudo-Archilochi Anniani tantas lites ſe dirimere putant: ſed fruſtra. Homeri apud Veteres quot, & quinam fuerint? Concluditur Homerum, de quo ſermo eſt, Auctorem ſcilicet Iliados & Odyſſeæ, quidquid alii dicant, Chium fuiſſe. Cæteras Urbes admiratione tanti hominis motas honorario Civis titulo ſibi uſurpaſſe: Chium aliis illum admirandum & exoptandum in lucem protuliſſe.*



LEONIS ALLATII DE PATRIA HOMERI LIBER.

CAP. I.

Homero propria & peculiaris laus fuit, cum nihil ipse de sua Patria prodidisset, tot nobilissimas urbes pro eo contendisse. Plures enim pro eo sibi cive asserendo decertant. Cephalæo idem quod Homerus, sed impari successu tentavit. Cephalo, Cephalio, & Cephalæo idem; patria fuit Gergethius. Suidæ error in historia notatur a Joanne Vossio, & ante Vossium a Scaligero. In quo reprehendit Suidam, in eodem Vossius labitur, sed locupletiori mensura Cephalæonis. Troica quæ. Fœdissimus Abrahami Ortelii lapsus. Homeri multiplex Patria.



AD Homericarum laudum immanem cumulum, illud non minus amplissimum accessit, communi omnium consensu caruisse patria, quam non desideravit: Urbes nobilissimas ambitiosa nimis contentione eum sibi civem exoptasse, mutuoque certamine sibi vindicasse. Amplissimus hic honorum congestus: abundantissimam sibi gloriam parasse, conservasse partam, conservatam adeo redundasse, ut & alii concupierint laudem ab eo profectam, ut essent laudati: cæteris, ut ita dicam, honoribus præ hoc uno sordescentibus. Quid ad hæc generosa parentum familia? quid generis clarissimus splendor? quid divitiarum inexhaustæ copiæ? quid sceptra? quid stemmata? Optabilior est unius integerrima laus, inopis, profugi, atque hominis advenæ natalis. Prudens sane consilium. Illa temporis, fortunæ, hominumque fraude non longis intervallis succumbunt, abeuntque concussa. Solida isthæc laus æternitati σύγχρονος, tempus etiam ipsum cæterorum edax eludit. Sic dum ad immortalitatem anhelant, eam Homerica sibi fama vindicare conantur. Laudabiles conatus:

Οὐ νέμεσις Τρῶας τε, καὶ εὐκνήμιδας Ἀχαιὺς,
Τοιῇ δ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν
Αἰνῶς ἀθανάτοισι Θεοῖς εἰς ὦπα ἔοικεν.

Id est:

—— decuit tot funera Teucros
Argolicosque pati, longoque in tempore bellum.
Tantus in ore decor, cui non mortalis in artus
Est honor, & vultu divina efflagrat imago.

Difficilis procis Penelope, Hippodameia, & Atalanta pluribus ambita, non cedit, nisi superetur: superari nequit. Urbes non dedignatæ a tanto vinci, illud student, an dono, vel beneficio devincant. Pomum illud pulcherrimum aureumque ἔρι-δος πρωτόσπορος ἀρχὴ, *dissidii primo seminatum initium*, per ostium in nuptiis Pelei & Thetidos immissum, cujus gratia, & Venus, & Juno, &

A Pallas, quibus cæteræ minores Deæ cesserant, in Idæ montibus corpora judicio Paridis ingentibus donis solicitati supposuere. Appion Grammaticus, cum Homeri patriam humana experientia assequi minime posset, (adeo res ardua fuit, latuitque in obscuro) ad Homericos ipsos manes, eorumque evocationem conversus est. *Quærat aliquis*, scribit Plinius *lib.* XXX. *cap.* II. *quæ sint mentiti veteres Magi, cum adolescentibus nobis visus Appion grammaticæ artis prodiderit Cynocephaliam herbam, quæ in Ægypto vocaretur Osyrites, divinam, & contra omnia veneficia: sed si ea erueretur, statim eum, qui eruisset, mori. Seque evocasse umbras ad percontandum Homerum, qua patria, quibusque parentibus genitus esset, non tamen ausus profiteri, quid sibi respondisse diceret.* Nec etiam B infando negotio rem adeo difficilem expedivit. Scelestissimi homines, qui pro libidine rem, quam natura, & Deus ipse occultare voluit, per omne nefas, naturæ viribus summotis, arcanisque detectis aggrediuntur. Non minori audacia recentiorum nescio quis, nefariis sacris, de Petronio, utrum is alicubi integer extaret, consuluit. Et Patrum nostrorum memoria Cicchus Asculanus *Commentar. de Sphæra* cap. IV. tradit Floron spiritum C naturæ nobilissimæ ex Cherubinica Hierarchia, quærenti quæ esset illa umbra, quæ in Luna conspiceretur, respondisse: Ut terra est, sic idea humiditatum est terra, si totam umbram habueris, te non decipiet sicut umbra. Rursumque ab alio de Christo interrogatum dixisse, Carnem sumpsit humanam, ut per ipsum salvaretur omnis caro. Augustinus Niphus Disput. III. *de struct.* quæst. IV. scribit quendam Joannem Neapoli in artibus Necromanticis multum vacantem continuo Dæmonas excantasse, ut sibi auri conficiendi artem indicarent: tandem ei quendam barbatum in somniis chartam in tabula existentem indicasse, D qua edoctus admirabilia in ea arte operatum fuisse, & argentum, quod ipse Niphus experimento optimum didicerat, fecisse. Cum deinceps quæ in charta erant, non rescripsisset, sed loco quo invenerat reposuisset, Dæmonis furto ea sublata, artem sibi tam utilem perdidisse: nec deinceps in posterum, licet id multoties tentasset, aliquid efficere potuisse. Fama est, ut refert Joannes Kepplerus *Epistola Dedicatoria ad Rudolphum secundum Imperatorem* in Astronomia nova de motibus stellæ Martis, Georgium Joachimum Reticum non incelebrem Copernici discipulum, E & qui restaurationem Astronomiæ primum ausus concupiscere, mox non spernendis observationibus & inventionibus affectaverat: dum in motu Martis hæret mirabundus, neque se explicat, ad Genii sui familiaris oraculum confugisse, seu ejus eruditionem exploraturus, sive veritatis impotenti desiderio: atque hinc exasperatum immitem patronum, importuni sciscitatoris alternis capillitio arreptis caput ad imminens laquear adflixisse, iterumque dimissi corpus in pavimentum proturbasse, addito responso: *Hunc esse motum Martis*. Petrus Crinitus *Honestæ Discipl.* lib. XV. cap. XI.

narrat Hermolaum Barbarum dicere ſolitum, vocem ſe Dæmonis pertenuem & pene ſubſibilantem audiſſe, qua ille de Ariſtotelis forte Entelechia interrogatus ſibi ipſi & Georgio Placentino reſponſitavit. Notiora ſunt quam quæ hic referri debeant, quæ Cardanus ipſe de patre paſſim commemorat. His quam ſimillima inter quotidianos congreſſus, quibus utor familiariſſimis, ab omnis honeſtioris eruditionis Myſta Gabriele Naudero de Victore, Palma Cajetano, & Conſtantino Chymiſta frequenter audivi. Nos pudendis infamis artis conatibus rejectis, ſi quid ex humana hiſtoria reliquum eſt, in medium afferamus, quid unaquæque earum urbium afferat, quæ pro Homero ſibi afferendo certant, exponamus, vindicemuſque Homerum, Urbi, cujus civis eſt, & quæ alienum expetant, declaremus. Studium noſtrum fortaſſe improbaverit Seneca, quod etiam in aliis contumelioſe tractavit, quippe qui de Scriptis Didymi Grammatici agens *epiſt.* LXXXIX. ſcribit: *Quatuor millia librorum Didymus Grammaticus ſcripſit: miſer ſi tam multa ſupervacua legiſſet. In his libris de patria Homeri quæritur: in his, de Æneæ matre vera: in his, libidinoſior Anacreon, an ebrioſior vixerit? in his, an Sappho publica fuerit? & alia quæ erant dediſcenda, ſi ſcires.* Et licet execratio Senecæ, ut ita dicam, in aliquibus ex jam commemoratis locum habeat, quæ parum refert, utrum ſcias, vel neſcias, de patria tamen celebrium virorum, & Homeri potiſſimum, audiendus non eſt. Seneca homo Stoicus, ac ſui ipſius, verbis ſaltem, oſor, in virtute omnia ponit; bonitatem morum ſuſcipit, ſine qua cætera omnia illi puſilla ſunt, & puerilia. Bene. An propterea Artes liberales, & ſtudia reliqua homine libero digna, ducenda ſunt nihili? An ſemper arcus tendetur, remittetur nunquam? At frangetur omnino. Homines ſumus, non Dii, ajebat ille, & ut virtuti intenſius incumbamus, relaxandus eſt quandoque animus ab excelſioribus ad humiliora. Riſit etiam Apollo ſemel in anno. Verum pro ſtudiis liberalibus contra Senecam dicent alii, & obtrectatoris calumnias traducent; nos Patriæ Homeri, ne in cæteris divagemur, opem feremus. Sive enim Patria nobis laudi eſt, ſive nos Patriæ, profecto modis omnibus Patria, quia noſtra eſt, non quia magna & ſplendida, eodem Seneca aſſerente, amanda eſt, quod ante eum Homerus in Ulyſſe demonſtraverat, qui ad Ithacæ ſuæ ſaxa, quid ſaxa? fumum dicam exilientem, non minus Agamemnone ad aureos Mycenarum muros properat. Vel naufragus ad illam navigare, vel poſtquam navigavit, vitam ponere gliſcit, accenſa quaſi violentia cupiditatis. Tela vel ignes itionem ad illam, eoque magis, ſi juvandæ illius gratia iter amplectimur, non interrumpunt. Nulla cognatio Patria propior eſt, nulla familiaritas ſanctior, pro qua, & templa nudantur, & ſacrificia ſuſtolluntur. Digna ergo eſt Homeri Patria, quæ quæratur, non dediſcatur: dignus Homerus, qui tantopere Patriam juvit, ut Patriam habeat, in tot Civitatum diſſidio non ambiguam, ſed certam. Prudentior item Seneca eſſe poſſum. Lapſus ille eſt in multis, plerumque etiam corpus ſine pectore fuit, & ſolus: Civitates, quæ de Homero contendunt, plurimas, ſapientes, dignitate maximas, quis adduci poteſt, ut credat, pro puſillis, contemnendis, nulliuſque pretii rebus pertinaciter adeo pugnaſſe; dicam verius inſaniſſe? An ſupervacuum fuerit, in tanta animorum contentione, quæ ex illis palmam acceperit, quæ coronam, addiſcere? An id ſcire adeo execrabile fuerit, ut poſtquam didiceris, dediſcendum ſit? Aliud eſt, An Sappho publica, An Anacreon libi-

A dinoſior, an ebrioſior, aliud quænam inter univerſas in orbe terrarum Civitates a Deo dilecta adeo, fortunataque fuit, ut talem in aliis virum, quem reliquæ ambiunt omnes, dederit. Si exemplo ad bene vivendum Herculeo lapide validius trahimur, quis in tanta laude & concertatione orbis Homericam æmulationem non excitabitur? An parum inde Civitatibus commodi veniet? Virtutem omnes, quæ tantopere Homerum ſpectabilem amabilioremque reddit, ſi ad illius quoque gloriam aſcendere cupiunt, amplecti debent, & amplectentur, quidquid Seneca dicat, ſi ſapiunt. Et ut verba conferam maxime ad compendium. Ut B ornamento Urbium cedit, cives progeneraſſe ingenio ac induſtria pollentes, Ennodius *Epiſtola ad Adeodatum*, de Fauſto loquens: *Habuit de origine ejus Roma jactantiam, Liguria de profectu:* ſic locorum ſplendor non parum honoris civibus adjicit. Ammianus *lib.* XIV. cum dixiſſet Senatus Romani canitiem ubique reverendam, addit: *Sed lætatur hic cœtus magnificus ſplendor levitate paucorum incondita, ubi nati ſunt, non reputantium, ſed tanquam indulta licentia ad errores lapſorum ad laſciviam.* Hinc Simonides docebat: Beate victuro ante alia patriam convenit eſſe C glorioſam: & Rutilius Claudius *Itinerar.* lib. I.

O quantum, & quoties poſſem numerare beatos,
Naſci felici qui meruere ſolo.
Qui Romanorum procerum generoſa propago
Ingenitum cumulant urbis honore decus.
Semina virtutum demiſſa & tradita cœlo
Non potuere aliis dignius eſſe locis.
Felices etiam, qui proxima munera primis
Sortiti Latias obtinuere domos.

Ut etiam adnotabat Franciſcus Juretus *Notis in Symmachi epiſt. lib.* I.

D Plures itaque pugnaſſe Urbes inter ſe de Homero; & ejus Patriam incertam ac dubiam fuiſſe, inter alios Dio Chryſoſtomus *Orat.* LV. *de Homero, & Socrate*: ubi de præceptore Homeri: Ὁμήρου μὲν γὰρ ὥσπερ τὰ ἄλλα τὰ περὶ ἑαυτὸν, καὶ τοῦτο ἄδηλον τοῖς Ἕλλησι. Id eſt, *De Homero quidem, ſicut alia, quæ illi contigerunt, ita & hoc incertum apud Græcos.* Cicero *pro Archia* ſic aſſerit: *Homerum Colophonii civem eſſe dicunt ſuum; Chii ſuum vendicant; Salaminii repetunt; Smyrnæi vero ſuum eſſe confirmant, itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt. Permulti alii præterea pugnant inter ſe, atque contendunt.* Strabo *lib.* I. Εἰ δὲ μὴ E ἐμνήσθη τούτων, οὐ τοῦτο σημεῖον τοῦ ἀγνοεῖν· οὐδὲ γὰρ τῆς αὐτοῦ πατρίδος ἐμνήσθη, οὐδὲ ἄλλων πολλῶν. Ἀλλὰ μᾶλλον τὰ λίαν γνώριμα ὄντα φαίη τις δόξειν οὐκ ἄξια μνήμης εἶναι πρὸς τοὺς εἰδότας. Id eſt, *Quod autem oſtiorum Nili non meminit, id non certum eſt argumentum, quod ea ignoraverit; nam & patriam ſuam, & multa alia reticuit. Sed ideo potius judicaſſe ea memoratu indigna videri poteſt, quod nimis eſſent nota.* Plutarchus *de Vita Homeri*: Περιττὸν ἴσως δόξειε τισὶ πολυπραγμονεῖν περὶ Ὁμήρου ποίων τε τῶν γονέων, καὶ πόθεν. Ἐπεὶ μηδ' αὐτὸς ἠξίωσε εἰπεῖν τὰ περὶ αὐτοῦ. ἀλλ' οὕτως ἐγκρατῶς ἔχειν, ὡς μηδὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ ὀνόματος ἐπιμνησθῆναι. Ἐπεὶ δὲ ὡς πρὸς εἰ-F σαγωγὴν τῶν ἀρχομένων παιδεύεσθαι χρήσιμος ἡ πολυπειρία, πειρασώμεθα εἰπεῖν ὅσα ἱστόρηται τοῖς πάλαι περὶ αὐτοῦ. Id eſt, *Supervacaneum nonnullis fortaſſe videbitur, de Homeri patria, parentibuſque inquirere, cum ne ipſe quidem de ſuis rebus quicquam dicere dignatus ſit: imo adeo ſe continuerit, ut ne nominis quidem ſui ullam faceret mentionem. Attamen quandoquidem multarum rerum peritia facit ſaltem ad inſtitutionem eorum, qui erudiri incipiunt, conabimur exponere, quæ de eo antiquis*

memoriæ prodiderunt. Certaminis Homeri, & Hesiodi Auctor: Ομηρον καὶ Ησίοδον τοὺς θειοτάτους ποιητὰς πάντες ἄνθρωποι πολίτας ἰδίους εὔχονται λέγεσθαι, ἀλλ' Ησίοδος μὲν τὴν ἰδίαν ὀνομάσας πατρίδα, πάντας τῆς φιλονεικίας ἀπήλλαξεν. εἰπὼν, ὡς ὁ πατὴρ αὐτοῦ, Εἵσατο δ' ἄγχ' Ελικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ, Ασκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει δ' ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ. Ομηρον δὲ πᾶσαι, ὡς εἰπεῖν, αἱ πόλεις καὶ οἱ ἔποικοι αὐτῶν παρ' ἑαυτοῖς γεγενῆσθαι λέγουσιν. Id est, *Homerum atque Hesiodum divinissimos poetas omnes sibi cives exoptant. Verum Hesiodus, cum patriæ suæ meminisset, omnes a certandi studio semovit. Fatetur siquidem patrem prope Heliconem in misero oppido Ascra, quæ hyberno tempore mala, æstivo molesta ac gravis, & numquam bona, domicilium habuisse. Homerum vero omnes, ut ita dicam, urbes & earum accolæ apud ipsos natum fuisse commemorant*. Proclus *de Vita Homeri*: Ομηρος ὁ ποιητὴς τίνων μὲν γονέων, ἢ ποίας ἐγένετο πατρίδος, οὐ ῥάδιον ἀποφήνασθαι. Οὔτε γὰρ αὐτός τι ἐλάλησεν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ περὶ αὐτοῦ εἰπόντες συμπεφωνήκασιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ μηδὲν ῥητῶς ἐμφαίνειν περὶ τούτων τὴν ποίησιν αὐτοῦ μετὰ πολλῆς ἀδείας ἕκαστος, οἷς ἐβούλετο, ἐχαρίσατο. καὶ διὰ τοῦτο. οἱ μὲν Κολοφώνιον αὐτὸν ἀνηγόρευσαν, οἱ δὲ Σμυρναῖον, οἱ δὲ Ιήτην, οἱ δὲ Κυμαῖον, καὶ καθόλου πᾶσα πόλις ἀντιποιεῖται τοῦ ἀνδρὸς, ὅθεν εἰκότως ἂν Κοσμοπολίτης λέγοιτο. Id est, *Poeta Homerus quibus sit ortus parentibus, aut qua patria fuerit, non est facile determinare. Neque enim ipse de se aliquid dixit, neque qui de eo scripsere, convenerunt. Sed cum nihil de hisce in ejus Poematibus manifesto habeatur, unusquisque mira omnia audendi libertate, cui collibitum fuit, donavit. Ideoque hi quidem illum Colophonium, alii Chium, alii Smyrnæum, alii Ietem, alii Cumanum, & in universum unaquæque urbs sibi virum vindicat, quare non immerito dici poterit Mundi universi civis*. Eustathius *Prolegomenis in Homeri Iliad.* Ομήρου δὲ γένος οὐδ' αὐτοὶ περιεργασόμεθα. Εἴρηται γὰρ πολλοῖς ἑτέροις, ὡς οὐκ ἂν ἡμεῖς κρειττόνως εἴπωμεν. εἰ μὴ ἄρα τοῦτο, καὶ μόνον ῥητέον κατὰ τὸ ἐπιτρέχον, ὅτι ἐπικρύψας ἑαυτὸν ὁ ποιητὴς, καὶ σιγήσας ὅ τις ποτὲ, καὶ ὅθεν ἦν, περιμάχητος μᾶλλον ἐγένετο, καὶ πολύπατρις. Ετι γὰρ κατὰ τὴν τῶν ποθούντων ἔφεσιν, καὶ Ιήτης, καὶ Σμυρναῖος, καὶ Αθηναῖος, καὶ Αἰγύπτιος, ἤδη δὲ καὶ Ιταλός. Αμφισβητοῦσι δὲ αὐτοῦ καὶ Χῖοι μαρτύριον προχειριζόμενοι τοὺς καλουμένους Ομηρίδας, ὧν καὶ Πίνδαρος μέμνηται. καὶ ἕτεροι δὲ πολλοὶ Ομήρου μεταποιοῦνται σφετεριζόμενοι, καὶ ἀβρυνόμενοι αὐτὸν ἔχειν πολίτην, ἢ ἑτέροις ἀγαθοῖς σεμνύνεσθαι. Id est, *Homeri genus neque nos nimis anxie investigabimus: de quo a plerisque aliis dictum est, ut meliora non habeamus. Illud tantum quod in præsenti occurrit dicendum est, eum, cum se ipsum abscondisset, nec cujas esset, aut unde natus propalasset, majorem sui cupiditatem aliis injecisse, & multarum patriarum civem factum. Est enim, ut desideria aliorum ferunt, Ietes, Smyrnæus, Atheniensis, Ægyptius, & si Diis placet Italus. Certant de eo & Chii suæque sententiæ argumenta Homeridas illos, quorum meminit Pindarus, præbent. Plurimi item alii Homerum sibi vindicant, eoque cive magis, quam bonis aliis superbiunt & jactant*. Philostratus *Heroicis* in *Euphorbo*: Φοι. Πατρίδα δὲ Ομήρου, ὦ Αμπελουργὲ, καὶ τίνων ἐγένετο, ἤρου ποτὲ τὸν Πρωτεσίλεων; Αμπ. Καὶ πολλάκις ξένε. Φοι. Ο δὲ τί; Αμπ. Φησὶ μὲν εἰδέναι, Ομήρου δὲ παραλιπόντος αὐτὰ, ἵνα αἱ σπουδαῖαι τῶν πόλεων, πολίτην αὐτὸν σφῶν ποιοῖντο. Ισως δὲ καὶ θεσμοῦ Μοιρῶν ἐπὶ Ομήρῳ ὄντος ἄπολιν αὐτὸν δοκεῖν, οὔτ' ἂν ταῖς Μοίραις, οὔτ' ἂν ταῖς Μούσαις φίλα γε ἔφη αὐτὸν πράττειν, εἰ τοῦτ' ἐκφέροι, περιεστηκὸς λοιπὸν. Εἰς ἔπαινον τῷ Ομήρῳ. Προσίθενται μὲν γὰρ αὐτῷ πᾶσαι μὲν πόλεις, πάντα δὲ ἔθνη, καὶ δικάσαιντο δ' ἂν περὶ αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλας ἐγγράψασαι τῷ Ομήρῳ ἑαυτὰς οἷον πολίτῃ. Id est, Phœ. *Homeri Patriam, & a quibus esset genitus, numquid, o Vinitor, Protesilaum unquam rogasti?* Vin. *Sæpenumero hospes*. Phœ. *Ipse vero quid?* Vin. *Ait quidem novisse; sed cum Homerus hæc omiserit, ut studiosæ civitates ipsum sibi civem adsciscerent, fatorum etiam lege Homero fortasse existente, ut nullam habere civitatem videatur, nec Parcis, nec Musis se gratificaturum dixit, si hoc, quod ad Homeri laudem reliquum esset, enunciaret. Omnes enim civitates cunctæque gentes ipsi se addicunt, invicemque in judicia subirent, se ipsas Homero, ut civi, adscribentes*. Alphæus Mitylenæus *Epigramm.* lib. I. c. LVII.

Ανδρομάχης ἔτι θρῆνον ἀκούομεν, εἰσέτι Τροίην
 Δερκόμεθ' ἐκ βάθρων πᾶσαν ἐρειπομένην.
Καὶ μόθον Αἰάντειον ὑπὸ στεφάνῃσι πόληος
 Ηδὲ τὸν ἐξ ἵππων Εκτορα συρόμενον,
Μαιονίδαο διὰ Μοῦσαν, ὃν οὐ μία πατρὶς ἀοιδὸν
 Κοσμεῖται, γαίης δ' ἀμφοτέρης κλίματα.

Quæ ita vertit Venatorius:

Andromaches etiamnum hodie lamenta supersunt,
 Troja, licet bello diruta, vivit adhuc.
Conspicitur labor Ajacis, visuntur & illi
 Hectora, qui revehunt, flebile funus, equi:
Carmine Mæonii, quem patria non colit una,
 Sed potius gemini climata bina soli.

Gaspar. Conrad. Silesius *Prosopograph. Melicæ Millen.* II.

Mæonium Vatem civem voluisse tot urbes,
 Quid mirum? Est perpes totius orbis honos.

Franciscus Patrarcha *epistol. rerum Senil.* lib. XIII epist. III. ad Joannem Aretinum: *De Homero quidem dubitatio vetus est & multis indecisa lis gentibus, dum unaquæque illum sibi vindicat, & tanti civis gloriam adse trahit*. Scipio Carteromachus Epigrammat. de Angelo Politiano inter *Epist.* Politiani lib. XII.

De patra magni certatum est semper Homeri,
 Vindicet ut tantum hunc Urbs sibi quæque virum.
Tu majoris eris certaminis, Angele, causa:
 Terra etenim ac cœlum te volet esse suum.

Martialis Monerius Lemovicensis *Epigram. de Patria Homeri*:

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios,
 Argos, Athenæ,
 Natales magni cedite Mæonii.
At quia vir fuerat, vestrum juratis alumnum,
 Jupiter esse Deum clamat ubique suum:
Mens Jovis est, patriam probet his ex Urbibus una:
 Vindicias, dum jus non liquet, Orbis habet.

Hieronymus Carera Lusitanus *in Nonnum Panopolitan.*

Syrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios,
 Argos, Athenæ,
 Orbis de patria certat, Homere, tua.

Synesius *de Insomniis*: Ομηρος καὶ Στησίχορος τὸ μὲν ἡρωϊκὸν φῦλον διὰ τὰς ποιήσεις αὐτῶν ἐπικυδέστερον ἔθεσαν. καὶ ἡμεῖς οἰόμεθα τοῦ ζήλου τῆς ἀρετῆς. αὐτοὶ δὲ τό γε ἐφ' ἑαυτοῖς ἠμελήθησαν, περὶ ὧν οὐδὲ ἔχομεν εἰπεῖν, ἢ ὅτι ποιηταὶ δεξιοί. Id est, *Homerus & Stesicho-*

rus, qui Heroum quidem genus poematibus suis gloriosius atque illustrius reddiderunt, nosque ad studium virtutis inde utilitatem aliquam cepimus; ipsi autem quod ad se pertinet neglecti jacuerunt, de quibus nihil aliud dicere possumus, nisi quod elegantes Poetæ extiterunt. Id templo Homero extructo significavit Ptolemæus Philopator: namque circumcirca illius simulacrum eas civitates apposuit, quæ sibi Homerum asserebant. Ælianus *de Varia Historia* lib. XIII. cap. XXI. Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ κατασκευάσας Ὁμήρῳ νεὼν, αὐτὸν μὲν καλῶς ἐκάθισεν, κύκλῳ δὲ τὰς πόλεις περιέστησε τοῦ ἀγάλματος, ὅσαι ἀντιποιοῦνται τοῦ Ὁμήρου. Id est, *Ptolemæus Philopater extruens Homero templum, ipsum decore sedentem collocavit. Circumcirca vero juxta simulacrum eas civitates posuit, quæ Homerum sibi vindicant.* Plures ejus patrias A. Gellius *libr.* III. *capit.* XI. enumerat: *De patria quoque Homeri multo maxime dissensum est. Alii Colophonium, alii Smyrnæum. Sunt qui Atheniensem, sunt qui Ægyptium dicant fuisse. Aristoteles tradit in Insula Io natum, M. Varro in libro de Imaginibus primo, Homeri imagini hoc epigramma apposuit. Capella Homeri candida hæc tumulum indicat, quod ariete mortuo faciunt sacra.* Suidas: Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν πατρίδα ἀμφίβολος διὰ τὸ ἀπιστηθῆναι ὅλως εἶναι θνητὸν τῷ μεγέθει τῆς φύσεως. Οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν γενέσθαι Σμυρναῖον, οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Κολοφώνιον, οἱ δὲ Κυμαῖον, οἱ δὲ ἐκ Τροίας ἀπὸ χώρας Κεγχρέων, οἱ δὲ Λυδὸν, οἱ δὲ Ἀθηναῖον, οἱ δὲ Ἰθακήσιον, οἱ δὲ Κύπριον, οἱ δὲ Σαλαμίνιον, οἱ δὲ Κνώσσιον, οἱ δὲ Μυκηναῖον, οἱ δὲ Αἰγύπτιον, οἱ δὲ Θετταλὸν, οἱ δὲ Ἰταλιώτην, οἱ δὲ Λευκανὸν, οἱ δὲ Γρύνιον, οἱ δὲ Ῥωμαῖον, οἱ δὲ Ῥόδιον. Id est, *Itemque de patria ejus ambigitur eo quod non creditum est, eum esse mortalem ob magnitudinem ingenii. Nam alii Smyrnæum, alii Chium, alii Colophonium, alii Cumanum, alii Trojanum ex agro Cenchrorum, alii Lydum, alii Atheniensem, alii Ithacensem, alii Cyprium, alii Salaminium, alii Gnossium, alii Mycenæum, alii Ægyptium, alii Thessalum, alii Italum, alii Lucanum, alii Gryinum, alii Romanum, alii Rhodium esse tradiderunt.* Epiphanius lib. I. *contra Hæreses* Tom. III. Πόσοι πόσα λέγουσι περὶ Ὁμήρου; ἄλλοι μὲν Αἰγύπτιον φάσκοντες, ἄλλοι Χῖον, ἄλλοι δὲ Κολοφώνιον, ἄλλοι Φρύγα, ἄλλοι Σμυρναῖον Μέλητος καὶ Κρηθηΐδος. Ἀθηναῖον δὲ αὐτὸν οἱ περὶ Ἀρίσταρχον ἀπεφήναντο, ἄλλοι δὲ Λυδὸν Μαίονος, ἄλλοι δὲ Κύπριον ἀποπεδιάδος περιοικίδος τῆς Σαλαμινίων περιμέτρου, καίτοιγε ἄνθρωπον. διὰ δὲ τὸ ἐν πολλαῖς πατρίσι γεγενῆσθαι πολλοὺς εἰς διάφορον ὑφήγησιν ἐλήλακεν. Id est, *Quam varia de Homero dicuntur a multis? Quem Ægyptium alii faciunt, alii Chium, Colophonium aliqui, nonnulli Phrygem, alii Smyrnæum Meletis & Critheidis filium: Atheniensem fuisse prodit Aristarchus, alii Lydum e Mæonia, alii denique Cyprium e suburbano Salaminis agro, qui ad montis radices circumfusus est. Atqui homo quidem ille extitit. Verum quoniam oppida multa peragravit, plerosque varias in sententias opinionesque distraxit.* Et Auctor Anonymus *Vitæ Homericæ*, quam humanissimi itemque doctissimi Joannis Bourdelotii beneficio habeo: Ὅμηρος ὁ ποιητὴς πατρὸς μὲν ἦν Μέλητος, μητρὸς δὲ Κρηθηΐδος. τὸ γένος κατὰ μὲν Πίνδαρον Σμυρναῖος, κατὰ δὲ Σιμωνίδην Χῖος, κατὰ δὲ Ἀντίμαχον καὶ Νίκανδρον Κολοφώνιος, κατὰ δὲ Βακχυλίδην καὶ Ἀριστοτέλην τὸν φιλόσοφον Ἰήτης, κατὰ δὲ Ἔφορον καὶ τοὺς ἱστορικοὺς Κυμαῖος, κατὰ δὲ Ἀρίσταρχον καὶ Διονύσιον τὸν Θρᾷκα Ἀθηναῖος. τινὲς δὲ καὶ Σαλαμίνιον αὐτὸν εἶναι φασὶν ἄλλοι δὲ Ἀργεῖον, ἄλλοι δὲ Αἰγύπτιον ἀπὸ Θηβῶν. *Homerus Poeta patre Melete, matre Critheide natus; natalibus, ut Pindarus ait, Smyrnæus, ut Simonides, Chius, ut Antimachus & Nicander, Colophonius, ut Bacchylides & Aristoteles Philosophus, Ietes, ut Ephorus & historici, Cumæus, ut Aristarchus & Dionysius Thrax, Atheniensis. Quidam eum Salaminium fecerunt, quidam Argivum, alii Ægyptium e Thebis.* Et alius: Πατρίδα δὲ αὐτοῦ οἱ μὲν Σμύρναν, οἱ δὲ Κολοφῶνα, οἱ δὲ Ἀθήνας λέγουσιν. *Patriam vero ipsius hi quidem Smyrnam, alii Chium, alii Colophonem, alii Athenas, fuisse dicunt.* Et ex recentioribus Angelus Politianus *Præf.* in Homerum: *Homero autem Vati hæc est propria peculiarisque tribuenda laus, quod neque ipse de patria sua quidquam prodidit, & pleræque illum nobilissimæ civitates suum quæq; fuisse alumnum contendunt. Nam & Rhodii, & Thessali, & Ietæ, & Chii, & Salaminii item, & Colophonii asserunt sibi, & Argivi, Milesii, Smyrnæi, Cumæique contra vindicant, repetuntque eundem ad se, quasi Licinia & Mutia lege, Athenienses. Itaque in medio positus literarum Princeps, ceu Atalanta illa, aut Hippodamia, a tot tamque egregiis civitatibus, quasi a generosissimis procis, certatim expetitur.* Neque dubium est, fuisse Auctores, qui hæc assererent, unde sua hausit Suidas, & ex Suida alii partim ita rem se habere existimantes; partim contentionis studio ac ostentatione ingenii, ut alios vel eluderent, vel quod numquam fuit in natura, fieri potuisse, & fuisse demonstrarent, imponentes. Quod Lucanus fuerit, aut Romanus, aut Italus, aut Gnossius, aut Gryinus, aut Trojanus, non memini me uspiam alibi præterquam in ipso Suida legisse; vel in iis, qui sua habent e Suida.

Homeri exemplo, auctore Photio in *Biblioth.* tmem. LXVIII. Cephalæo Gergethius genus suum & patriam silentio pressit, at non eodem successit: præterquam quod enim in aliis reprehenditur a Photio, patria ejus certa est; nec is fuit, pro quo civitates & urbes contenderent, licet immensam in historia conscribenda auctorum lectionem pueriliter sane jactasset. Sed cum Cephalæonis hujus mentio facta sit Homerici æmuli, non abs re fuerit, quæ de eo furtim adnotavimus, in medium afferre. Cephalæonem, Cephalionem, & Cephalonem eundem esse scriptorem nemini dubium esse debet. Cum Photius in *Biblioth.* quem Cephalæonem vocarat, inferius tmem. LXX. Cephalionem vocat: Ἔστι δὲ πολλῷ πλατύτερος, Diodorus Siculus, τοῦ Κεφαλίωνος ἐν οἷς τοὺς αὐτοὺς χρόνους συμβαίνει αὐτοῖς ἀναγράφειν. Id est, *Est Cephalione longe uberior, saltem cum eadem refert.* Et tmem. CLXI. de Eclogis Sopatri: Ὁ δέκατος δὲ συνηθροίσθη ἐκ τῆς Κεφαλίωνος Ἐρατοῦς διαλαμβανούσης τὰ κατ' Ἀλέξανδρον. Id est, *Decimus vero coaluit ex Cephalionis Erato, quo libro Alexandri gesta referuntur.* Et Eusebius *Chron* lib. I. Ὅτι δὲ ἀσυμφώνως οἱ τῶν Ἑλλήνων ἱστορικοὶ γεγράφασι περὶ τῶν χρόνων, καὶ βασιλέων τούτων παρέστω Κεφαλίων ἐπίσημος εἷς, οὐχ ὁ τυχὼν οὕτω φάσκων. Id est, *Græcos historicos de annis, & regibus hisce diversa scripsisse adsit Cephalio, non e trivio, sed celebris vir hæc habens.* Stephanus, Suidas, Etymologus, & alii Cephalonem. Patria Gergethius fuit Strabo *lib.* XIII. Ἦν δὲ καὶ πόλις Γέργηθα ἐκ τῶν ἐν τῇ Κυμαίᾳ Γεργήθων. Ἦν γὰρ κἀκεῖ πόλις πληθυντικῶς καὶ θηλυκῶς λεγομένη Γέργηθες, ὅθεν περ ὁ Γεργήθιος ἦν Κεφάλων. Id est, *Fuit & urbs Gergetha a Gergethis in agro Cumano; nam & ibi fuit urbs plurali numero ac fœminino genere dicta Gergethes, patria Cephalonis Gergethii.* Dionysius Halicarnasseus *Antiquit. Rom.* lib. I. Τὰ δὲ μετὰ τὴν ἔξοδον ἔτι πλείω παρέχει τοῖς πολλοῖς ἀπορίαν. Οἱ μὲν γὰρ ἕως Θρᾴκης ἀγαγόντες αὐτὸν, ἐκεῖ λέγουσι τελευτῆσαι τὸν βίον. ὧν ἐστὶ Κεφάλων τε Γεργήθιος, καὶ Ἡγήσιππος ὁ περὶ Παλλήνης γράψας, ἄνδρες ἀρχαῖοι, καὶ λόγου ἄξιοι. Et inferius: Κεφάλων μὲν γὰρ ὁ Γεργήθιος ὁ συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ δευτέρᾳ γενεᾷ μετὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον ἐκτίσθαι λε-

γει τὸν πόλιν ὑπὸ τῶν ἐξ Ἰλίου διασωθέντων σὺν Αἰνείᾳ. Id est, *Alii Thracia tenus eum perducunt, ibique vitam finiisse affirmant: quorum e numero sunt Cephalo Gergithius, & Hegesippus, qui de Pallene scripsit, viri graves, & Scriptores veteres.* Et: *Nam Cephalo Gergithius scriptor antiquissimus, secunda ætate post bellum Trojanum, ait urbem conditam ab iis, qui cum Ænea ex Ilio se proripuerant.* Et festus, *Romam appellatam esse Cephalon Gergithius.*

Videmus hic, licet Cephalo patriam occultare tentarit, ab aliis evulgatam, eumque scriptorem antiquissimum, magnique nominis fuisse ante Strabonem & Dionysium Halicarnasseum, cujus ipse uti antiquissimi meminit. Quare somnia sibi fingit in primis Suidas, qui Cephalæonem hunc sub Adriano Imperatore exilio mulctatum, Siculam oram appulisse, ibique historiam suam texuisse tradit: Κεφαλίων, ἢ Κεφάλων, Γεργήθιος ῥήτωρ, καὶ ἱστορικὸς γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ. Ἔφυγε δὲ τὴν πατρίδα διὰ ἀπεχθείας δυναστῶν, καὶ ἐβίωσεν ἐν Σικελίᾳ. Ἔγραψε παντοδαπὰς ἱστορίας ἐν βιβλίοις θ'. ἅτινα ἐπιγράφουσι Μούσας Ἰάδι διαλέκτῳ, Μελέτας ῥητορικὰς, καὶ ἄλλα τινα. Id est, *Cephalion, sive Cephalon, Gergethius orator, & historicus sub Adriano fuit. Exulavit patria ob inimicitias principum, & in Sicilia degit. Scripsit varias historias libris* XI. *quæ Musæ inscribuntur Ionica dialecto, Declamationes Rhetoricas, & alia quædam.*

Joannes Gerardus Vossius *de Histor. Græci* lib. II. cap. XII. scribit Suidam male confudisse duos istos, Cephalæonem, & Cephalonem; Cephalæonis enim patria ignota erat: Cephalon autem Gergethius, multoque erat antiquior. Facem, sive potius tenebras, Vossio prætulit Josephus Scaliger *Not. in Euseb.* Παντοδαπὴν ἱστορίαν. *Sed puerilis*, inquit, *sane Suidæ hallucinatio illa quod eundem facit* Κεφάλωνα, καὶ Κεφαλαίωνα. Κεφαλίων, ἢ Κεφάλων Γεργίθιος, &c. Verba Suidæ habes supra. *Sed ut imperitia non parva est ex duobus unum facere, ita illa major, ei attribuere patriam Gergithum, qui suam patriam ignorari affectarit. Porro tam apud Suidam, quam apud Georgium,* (Syncellum) Κεφαλίων, *non* Κεφαλαίων *scribitur. Nos Photium sequimur.*

Vossius non minus Suida male duos istos Cephalæonem & Cephalonem confundit *libr.* III. cum Cephalonis Gergethii historiam vult esse eam, quam adfert Photius, cum auctorem illius historiæ dicat Photius patriam siluisse. Quare illa historia ad Cephalonem referri deberet, cujus patria ignoratur, ut ipse sibi autumat, non ad antiquissimum illum, qui Gergethius apud jam dictos laudatur. Et jam non duo, sed tres erunt hi auctores. Unus antiquissimus ille, qui Gergethius nuncupari voluit: alter Photianus, qui patriam silentio occultavit. Tertius hic ipse, qui sub Adriano exilio mulctatus in Sicilia historiam composuit; quæ omnia historiæ adversantur, quæ tertium hunc, & secundum unum facit: vide Photium.

Secundo videtur errasse Vossius, quis Cephalonis Gergethii Troica diversum quid esse putat ab ejus historia, Musarum nominibus nuncupata. Existimo namque eandem fuisse, sed rerum tractatarum diversitate, nomina etiam diversa habuisse. Quare ea pars, quæ res Troicas exequebatur, Troica appellata fuit, sicut etiam quæ de aliis nationibus ageret, ab illis gentibus nomen sortitam fuisse non dubito. Exemplis id probare supersedeo, cum in Philone Byzantio, ex Philone, & Pausania satis probarim.

Ridicule item dubitat Hieronymus Wolphius in Suida voce Κεφαλίων, *Utrum Herodotus an hic eum imitatus?* Manifestum etenim est Herodotum Cephalæone antiquiorem fuisse. Herodotus namque ante Alexandri tempora ἐγνωρίζετο. Et hic Cephalæo in *Erato* res gestas Alexandri prosequebatur: ut ex Photio adnotabam in Eclogis Sopatri: Ὁ δέκατος δὲ συνειλέγη ἔκ τε τῆς Κεφαλίωνος Ἐρατοῦς διαλαμβανούσης τὰ κατ' Ἀλέξανδρον. Id est, *Decimus vero coaluit e Cephalionis Erato, quo libro Alexandri gesta referuntur.*

Fœdissime omnium lapsus est Abrahamus Ortelius in *Thesauro Geographico*, qui Cephalonem hunc in caput, non illepida transformatione, & patriæ nomen in proprium commutavit. *Etsi Festus*, ait, *eam primo Valentiam dictam, item auctore Gergithio Cephalon*, (Audi reliqua, risum contine, si potes, Lector) *appellatam scribit; hoc ejus epitheton fuisse, illud ejus nominis vim potius explicasse reor. Fab. Pictor enim Romam Valentiam sonare testis est, & Cephalon, quod caput significat, ex rei dignitate, quemadmodum per excellentiam Urbs Poetis dicitur, vocatam quis dubitet?* Eximiam urbis dignitatem, qua caput Orbis esse contendit, stolidissima textus eversione vere defensam. Festus scripserat: *Romam appellatam esse Cephalo Gergithius, qui de adventu Æneæ in Italiam videtur conscripsisse, ait, ab homine quodam comite Æneæ, cum enim occupato monte, qui nunc Palatinus dicitur, Urbem condidisse, atque eam Romam nominasse.* Quid hic apertius dici potest? Cephalo Gergithius est, qui ait a comite Æneæ Romam denominatam: non Gergithius scribit Romam Cephalon nuncupatam, quasi caput. Cephalos qui caput sit in lingua Græca monstrum nescio, undenam Ortelio innotuerit.

Quando vero in capite a Cephalæone didicto mira rerum metamorphosi oratio est: habe Lector alterius Cephalæonis non dissimilem in *Capitum* mutationem supina Ambrosii Camaldulensis, & Thomæ Aldobrandini oscitantia, quam non animadverterunt, neque Benedictus Brognolus, neque Henricus Stephanus, nec Isaacus Casaubonus, qui versionem Diogenis Laertii recognovere, multaque in ea correxere, & operam impendere minime inutilem. Laertius itaque cum *lib.* VI. in *Diogenis Vita* prope finem, de illius scriptis monumentisque pertractaret, enumeraretque, ea habet: Φέρεται δὲ αὐτοῦ βιβλία τάδε, Διάλογοι Κεφαλαίων, Ἰχθύας, Κολοιὸς, Πάρδαλις, &c Omnes traducunt, *Feruntur ejus ista volumina, Dialogi Capitum, Ichthyas, Graculus, Pardus*, &c. Quid hoc novum monstrum sit *Dialogi capitum* nondum capio. Volumina Diogenis in varias classes subdividit Laertius, quippe qui una eorum pars erant Dialogi, altera Epistolæ, tertia Tragœdiæ: Dialogos enumerans scribit inter eos connumerari, *Cephalæonem, Ichthyam*, &c. Cephalæo nomen personæ, a quo Dialogo nomen fuit, ut auctori arriserat, sicuti & Ichthyas, & ni me fallo Clœus, non Κολοιός: & certum id esse ducor novo ipsius Laertii testimonio, qui infra de iisdem agens Cephalionem repetit, ex Sotione in VII. Σωτίων δὲ ἐν τῷ ἑβδόμῳ ταῦτα μόνα φησὶ Διογένους εἶναι, περὶ Ἀρετῆς, περὶ Ἀγαθοῦ, Ἐρωτικὸν, Πτωχὸν, Τολμαῖον, Πάρδαλιν, Κάσανδρον, Κεφαλίωνα, Φιλίσκον, &c. *Sotion autem in septimo hæc sola Diogenis esse ait, de Virtute, de Bono, Amatorium, Mendicum, Tolmæum, Pardum, Casandrum, Cephalionem, Philiscum*, &c. Nec puto eos ignorasse eundem esse Cephalæonem, & Cephalionem, ut nos superius adnotavimus: & Κεφάλαια *capita* esse satis novi, non tamen in hoc loco; sed Homeri Patriam investigemus.

CAP.

CAP. II.

Homeri dignitas in causa fuit, ut illi cœlum pro patria assignaretur, & ejus poesim ob divinitatem, quidam Jovi, alii Apollini, alii Musis adscripserint. Aristoteles illi Dæmonium pro patre dedit: a calumnia Spondani defenditur: & Spondani detegitur multiplex error.

MUlti, ut difficultatem effugerent, &, quod sibi vendicare non possent, auferrent etiam aliis, propter item Poetæ dignitatem & excellentiam cœlum Homero patriam fuisse testati sunt, & ipsum immortalem quempiam, & quasi Deum: quemadmodum & ejus poesim ob divinitatem Jovi quidam adscripserunt. Lepide sciteque Sannazarius *Epigram.* l. II. de Patria Homeri:

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chios, Argos, Athenæ
Cedite, jam cœlum patria Mæonidæ est.

Sic enim legit Julius Salinerius *Annot. in Cornel. Taciti Agricolam*. Etsi non me lateat apud nonnullos alios loco *Chios* legi *Ios*. De qua re tamen inferius multa: & *Epigr. Græc.* lib. III.

Τίς ποθ' ὁ τὸν Τροίης πόλεμον σελίδεσσι χαράξας,
Ἢ τίς ὁ τὴν δολιχὴν Λαρτιάδαο πλάνην.
Οὐκ ὄνομ' εὑρίσκω σαφὲς, οὐ πόλιν, οὐράνιε Ζεῦ,
Μήποτε σῶν ἐπέων δόξαν Ὅμηρος ἔχει;

Quæ sic verti possent:

Ecquis perpetuis commisit prælia chartis
Dardana, jactatum Dulichiumque ducem?
Patria adhuc nomenque latet me, Juppiter alte,
Num tua condecorant carmina Mæonidem?

Alii Apollini, & Musis: tritum illud: Τίνας ἂν εἴποι λόγους Ἀπόλλων περὶ Ὁμήρου·

Ἤειδον μὲν ἐγὼ, ἐχάρασσε δὲ θεῖος Ὅμηρος.

Id est,

Hæc modulabar ego, scripsit divinus Homerus.

Quo usus est etiam Synesius *oratione in Dionem*, & illud:

Οὐχὶ πέδον Σμύρνης ἐλοχεύσατο θεῖον Ὅμηρον,
Οὐ Κολοφὼν τὸ φαεινῆς ἄστρον Ἰωνίης.
Οὐ Χίος, οὐκ Αἴγυπτος εὔσπορος, οὐ Κύπρος ἁγνὴ,
Οὐ νῆσος κραναὴ Λαρτιάδαο πάτρη.
Οὐκ Ἄργος Δαναοῖο, Κυκλωπείη τε Μυκήνη,
Οὐδὲ τὸ Κεκροπίων ἄστυ παλαιογόνων.
Οὐ γὰρ ἔφυ χθονὸς ἔργον, ἀπ' αἰθέρος ἀλλά ἑ Μοῦσαι
Πέμψαν, ἵν' ἡμερίοις δῶρα ποθητὰ φέρει.

Hoc est, interprete Fausto Sabæo Brixiano Bibliothecæ Vaticanæ Custode,

Non Smyrnæus ager sacrum produxit Homerum,
Non Colophon alma sidus in Ionia;
Non tu Ægypte ferax, non Cypros pura, Chiosque,
Nec saxosa fuit patria Laertiadæ;
Non Argos Danai, non Cyclopeia Mycene,
Nec quæ nomen habet docta Minerva tuum.
Non telluris opus, verum mortalibus alto
Miserunt munus æthere Castalides.

Nec non:

Ὁπποίας τὸν Ὅμηρον ἀναγραψώμεθα πάτρης,
Κεῖνον, ἐφ' ᾧ πᾶσαι χεῖρ' ὀρέγουσι πόλεις;
Ἢ τὸ μὲν ἐστὶν ἄγνωστον, ὁ δ' ἀθανάτοις ἴσως ἥρως.
Ταῖς Μούσαις ἔλιπεν πατρίδα, καὶ γενεήν.

A Id est,

Ecquam num patriam tandem adscribemus Homero,
Pro quo olim urbes conseruere manus?
Quod te nescimus, divisque simillimus ille est;
Jam liquit Musis, & genus, & patriam.

Μελίγλωττος Ælianus in Herma Homero sacro apud suos hortos hæc inscripserat, quæ primus publicavit Gerartus Falkemburgius *Notis in Nonnum*:

B Οὐκ ἔθος ἐστὶν ἐμοὶ φράζειν γένος, οὐδ' ὄνομ' αὐτὸ,
Νῦν δ' εἵνεκ' Αἰλιανοῦ πάντα σαφῶς ἐρέω.
Πατρὶς ἐμοὶ χθὼν πᾶσα, τὸ δ' οὔνομα φασὶν Ὅμηρον,
Ἐκ δὲ Μουσάων οὐκ ἐμὸν οὐδὲν ἔπος.

Eorum hæc videtur sententia:

Non genus, & nomen solitum mihi dicere cuiquam,
Sed tamen Æliano non reticebo meo.
Omnis terra mihi patria est, & nomen Homero,
Ipsi autem carmen non Helicone fluit.

C In eandem sententiam Michael Marullus:

Vane quid affectas patriam mihi dicere terram?
Metirisque hominum conditione Deos?
Non me Smyrna creat, non me Colophonia tellus,
Non Pylos, æquoreis non Chios icta minis:
Non Ithace, prænobile equis non Argos alendis,
Non quæ de dominæ nomine dicta Deæ est.
Non Salamis, non chara sua Rhodos aurea Phœbo,
Aut Ius, aut Pharii fertilis ora soli.
Mortalis sunt ista viri: me lucidus æther
Parturit, & natum terra fretumque colunt.

D Omnium elegantissime Antipater:

Οἱ μέν σευ Κολοφῶνα τιθηνήτειραν Ὅμηρε,
Οἱ δὲ καλὰν Σμύρναν, οἱ δ' ἐνέπουσι Χίον·
Οἱ δ' Ἴον, οἱ δ' ἐβόασαν εὔκλαρον Σαλαμῖνα,
Οἱ δέ νυ τὰν Λαπιθῶν ματέρα Θεσσαλίην.
Ἄλλοι δ' ἄλλην γαῖαν ἀύταχον. εἰ δέ με Φοίβου
Χρὴ λέξαι πινυτὰς ἀμφαδὰ μαντοσύνας.
Πάτρα σοὶ τελέθει μέγας οὐρανός. ἐκ δὲ τεκούσης
Οὐ θνατᾶς, ματρὸς δ' ἔπλεο Καλλιόπας.

E Hæc sic vertebat Guilielmus Xylander:

Sunt Colophona tibi patriam qui rentur Homere,
Sunt & qui Smyrnam, quique fuisse Chium;
Quidam & Ion dicunt, alii Salamina beatam,
Ast alii Lapithas, quæ tulit Æmoniam.
Diversi diversa ferunt. Oracula Phœbi
Quod si jam pleno mî licet ore loqui.
Omnipotens cœlum est tibi patria: nec mulier te
Mortalis peperit, sed Dea Calliope.

Et Hieronymus Aleander Junior ad Antonium Quærengum:

F *Incertus Grajorum urbes natalis Homeri*
Dissidio fertur sollicitasse gravi.
Nunc agitat lis non dispar, Quærenge, Camœna.
Dum tua vult credi qualibet esse parens.
Certamen sed enim vanum tam Græcia quondam
Culmina quam docti nunc Heliconis alunt.
Nam veluti cœlum peperit, non Hellas Homerum,
Sic non Aoniæ te genuere Deæ.
Sed Phœbum Aonidum patrem te jure vocandum
Ex adytis clamant enthea scripta tuis.

Hocque antiquitati, si carminum rerumque gestarum vim ac modum divinum consideres, non fuit difficile suadere. Namque ea omnia novisse, non hominis, sed Dei cujuspiam videbatur. Hæc ita consideravit Philostratus in *Heroicis*, ut non, quemadmodum multi insane sibi persuaserant, omnia divinæ virtuti, nihil humanæ, attribuentes, Homerum de medio tolleret: namque subdit revera Homerum fuisse, eumque carmina, quæ nunc sub ejus nomine circumferuntur, composuisse. Et ego semper eorum opinionem nihili feci, qui ex ingenio & temere contendunt, nos ad hæc tempora Homericis carminibus carere, & loco eorum carmina, nescio a quo in unum, veluti in molem congesta habere, spuria illa quidem & illegitima; eaque nos fovere, & pro Homericis frui. Sed Philostratum audiamus: Ὅθεν τὸ ὑπ' ἐνίων λεγόμενον, ὡς Ἀπόλλων μὲν αὐτὰ ποιήσας, τὸν Ὅμηρον ἐπέγραψε τῇ ποιήσει, σφόδρα μοι δοκεῖ ἐρρῶσθαι. Τὸ γὰρ γινώσκειν ταῦτα Θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώπῳ ἔοικεν. Αμπ. Τὸ μὲν Θεοὺς ἡγεμόνας εἶναι τοῖς ποιηταῖς, ξένε, τῆς πάσης ᾠδῆς, αὐτοί που οἱ ποιηταὶ ὁμολογοῦσιν. οἱ μὲν γὰρ τὴν Καλλιόπην, οἱ δὲ πάσας, οἱ δὲ καὶ τὸν Ἀπόλλω, πρὸς ταῖς ἐννέα παρατυχεῖν αἰτούμενοι τῷ λόγῳ. τὰ δὲ Ὁμήρου ταῦτα οὐκ ἄθεα μὲν εἴρηται, οὐ μὴν Ἀπόλλωνί γε αὐτῷ, ἢ Μούσαις αὐταῖς ᾖσται. Γέγονε γὰρ, ξένε, γέγονε ποιητὴς Ὅμηρος καὶ ᾖδεν, ὡς μὲν φασιν ἔνιοι μετὰ τέτταρα καὶ εἴκοσιν ἔτη τῶν Τρωϊκῶν. οἱ δὲ μετὰ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι πρὸς τοῖς ἑκατὸν, ὅτε τὴν ἀποικίαν οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Ἰωνίαν ἔστειλαν. Hoc est, *Unde quod a nonnullis dictum est, Apollinem scilicet hæc composuisse, sed Homerum poesi inscripsisse, mihi vehementer invaluisse videtur. Nam hæc Deum potius, quam hominem, novisse verisimile est.* Vin. *Quod Dii, hospes, totius cantus duces sint Poetis, ipsimet minime inficiantur Poetæ. Hi quidem Calliopen, hi vero universas, nonnulli & Apollinem, & novem Musas, ut orationi adsint invocantes. Hæc autem Homeri poemata non absque Deorum numine dicta sunt, non tamen ab Apolline ipso, aut Musis decantata. Fuit enim, hospes, fuit Poeta Homerus, &, ut nonnulli ajunt, quarto ac vicesimo post res Trojanas cecinit: alii septimo ac vicesimo post centum, cum Athenienses coloniam in Ioniam deduxerunt.* Et Gregorius Archiepiscopus Thessalonicensis, *Oratione* prima contra Barlaamum Monachum, Dæmonis instrumentum vocavit Homerum: Θεὰν δὲ Ὅμηρος ᾄδειν δι' αὐτοῦ τὴν Ἀχιλλέως ἀνδροφόνον μῆνιν προτρέπεται παρέχων ἑαυτὸν, ὡς ὀργάνῳ χρῆσθαι τῷ δαίμονι. Id est, *Deam vero Homerus per semetipsum Achillis homicidam iram canere exhortatur, præbens se Dæmoni, ut veluti instrumento utatur.*

Hinc non immerito Aristoteles lib. III. *de Poetica*, ut refert Plutarchus, scripserat, in insula Io, quo tempore Neleus Codri filius coloniæ in Ioniam ducendæ præfuit, puellam quandam indigenam a genio quodam, ex eorum numero, qui cum Musis choros ducunt, compressam, tandem a prædonibus Smyrnam devectam Homerum peperisse: Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Ποιητικῆς ἐν Ἴῳ φησὶ τῇ νήσῳ καθ' ὃν καιρὸν Νηλεὺς ὁ Κόδρου τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας ἡγεῖτο, κόρην τινὰ τῶν ἐπιχωρίων γενομένην ὑπό τινος Δαίμονος τῶν συγχορευτῶν Μούσαις ἐγκύμονα, αἰδεσθεῖσαν τὸ συμβὰν διὰ τὸν ὄγκον τῆς γαστρὸς ἐλθεῖν εἴς τι χωρίον τὸ καλούμενον Αἴγιναν, εἰς ὃ καταδραμόντας λῃστὰς ἀνδραποδίσαι τὴν προειρημένην, καὶ ἀγαγόντας εἰς Σμύρναν οὖσαν ὑπὸ Λυδοῖς τότε τῷ βασιλεῖ τῶν Λυδῶν ὄντι φίλῳ τοὔνομα Μαίονι χαρίσασθαι. τὸν δὲ ἀγαπήσαντα τὴν κόρην, διὰ τὸ κάλλος γῆμαι, ἣν διατρίβουσαν παρὰ τῷ Μέλητι, καὶ συσχεθεῖσαν ὑπὸ τῆς ὠδῖνος ἔτυχεν ἀποκυῆσαι τὸν Ὅμηρον ἐπὶ τῷ ποταμῷ, ὃν ἀναλαβὼν ὁ Μαίων, ὡς ἴδιον ἔτρεφεν. Id est, *Aristoteles tertio de Poetica scribit in insula Io, quo tempore Neleus Codri filius coloniæ in Ioniam ducendæ præfuit, puellam quandam indigenam a genio quodam ex eorum numero qui cum Musis choros ducunt compressam, cum intumescente utero, facti pudore moveretur, devenisse in quendam locum, cui nomen est Ægina. Ibi a prædonibus qui eo excursionem fecissent captam, Smyrnamque adductam ab his, Lydorum, sub his enim tunc erat Smyrna, Regi Mæoni socio suo dono datam, ab hocque pulchritudinis causa in matrimonium eam ascitam. Hanc cum ad Meletem fluvium commoraretur partui doloribus circumventam ad ipsum fluvium peperisse Homerum, statimque expirasse. Infantem a Mæone susceptum, filiique loco enutritum.*

Joannes Spondanus *Prolegom.* de Homero, miratur hoc ausum Aristotelem naturæ peritissimum prodere, nisi ille vulgarem est sequutus errorem de Dæmonum cum mulieribus coitu, quem nec etiam ipse negat, ex copulatione quippe Dæmonum cum mortalibus nihil procreatur. Quod si fiat, Diabolum in carne, non hominem fore. Solus enim homo hominem generare potest. Diabolus si generet, Diabolum, hoc est, spiritus spiritum generaret. Licet enim ex una specie, diversam in natura fieri intelligat, ut ex tritico hordeum in Boemia, ex arboribus lapides, & alia id genus; negat hoc tamen in generatione hominis accidere posse, licet etiam interdum natura in monstris edendis ludat. Negat igitur Homero hunc parentem posse tribui, nisi quatenus hic illius ingenii divinitas indicetur; idque tantum fuisse dictum ad exprimendum divinum hominis ingenium.

In his Spondanus nimis perplexus & anxius, nescio an quid novum nobis obtrudat. Quippe non veretur asserere ex coitu Dæmonum cum mulieribus nullam fieri generationem, quæ si fiat, non homo, sed Diabolus generaretur. Utrumque falsum. Nam ex hujusmodi concubitu Dæmonis incubi prolem posse nasci, omnium temporum historiæ non longe petitis exemplis confirmant. Et illud sane quod nascitur, neque erit Dæmon, neque filius ipsius Dæmonis, sed illius hominis, a quo semen illud excisum; quicquid alii in contrarium afferre solent. Dæmon enim agilitate, qua est, necnon naturalium rerum peritia, calorem seminis prolificum, una cum semine conservatum, matrici exhibet attrahendum, quæ receptum debito modo, ac fotum, tandem in hominem perfectum, in lucem profert; & tunc diceretur hominem ex homine, cujus erat semen, natum fuisse. Quid inde? potuit ergo genius ille non dissimili ratione semen, quod perfectissimum cognoscebat, ideoque hominem perfectissimum producturum ex quopiam homine desumptum Critheidis matrici infudisse, indeque natum Homerum ingenio divinum. Quod cum sciret Aristoteles, eoque præcipue, quod vulgo circumferebatur in libris suis retulit. Nec propterea illum asseruisse existimabimus Genium illum vi sua & ex propria substantia hominem potuisse generare; quemadmodum Spondanus posse spiritum, Basilidis errorem sequutus, & Procli Philosophi in *Elementis Theologicis*, qui docuit minores Angelos a majoribus generari, existimavit. Et ante hos Epimenides, Eudoxus, & Xenocrates in eam videntur iisse sententiam, Deos nempe cum mulieribus conjunctos filios filiasque suscepisse: ideoque Apollinem cum Parthedine consuevisse, ex eaque Pythagoram procreasse tradiderunt: sententiam refellit Jamblichus *de Vita Pythag.* lib. I. cap. II. qui quanam id ratione fieri potuerit ibidem abunde explicat: quæ generationi Homericæ non incongrue possent applicari. Sed de Pythagora, Apollonio, Alexandro, aliisque hac

ratione procreatis fuse alibi agemus. Quare cessat admiratio, quæ ex hujus ignoratione facta est.

Illud præterea animadvertendum erat, Philosophum quandoque Historicum, sicuti & Historicum Philosophum agere, multaque ab Aristotele prolata, ut rumor populi, non ut veritatis studium ferebat. Quare in referendis aliis fidum se præstitit interpretem. Neque dubium est, Aristotelem φασὶν illud, quod Plutarchus omisit, adjecisse: populi auram scilicet, rumoremque illud fuisse. Vel sit natus Homerus patre Dæmone, cum ipse δαιμονίας τινὸς φύσεως fuerit; sicut & multi alii illius qui ob sui præstantiam a Diis geniti traduntur, cum manifestum sit illos patres habuisse, matresque mortales, quos hic recensere supersedeo.

CAP. III.

Homerum Tigranem dictum, & Babylonium fuisse refellitur ex eodem Luciano. Non fuisse Syrum contra Meleagri Gadarensis sententiam defenditur. Ejus argumentum ut ridiculum rejicitur. Homerici Heroes quare a piscibus abstinuerint?

Lucianus in *Encomio Demosthenis* cum serio ageret, Homeri patriam, genus, & tempora incerta esse dicit, & de iis ancipitem esse litem inter mortales, cum illi alia atque alia patria tributa sit: Τὰ δ᾽ ἄλλα τὰ μὲν ἀσαφῆ, πατρὶς, καὶ γένος, καὶ χρόνος. Εἰ γοῦν τι σαφὲς αὐτῶν ἦν, οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις, πατρίδα μὲν διδόντων αὐτῷ Ἰωνικὴν Κολοφῶνα, καὶ Κύμην, ἢ Χῖον, ἢ Σμύρνην, ἢ Θήβας τὰς Αἰγυπτίας, ἢ μυρίας ἄλλας. πατέρα δὲ Μαίονα τὸν Λυδὸν, ἢ ποταμὸν, καὶ μητέρα Μελανώπην φασὶν, &c. Id est, *Nam cætera pleraque incerta sunt, patria, & genus, & tempus. Nam si quid his de rebus constaret, non esset anceps lis inter mortales, qui patriam ei tribuunt Ionicam Colophonem, aut Cumam, aut Chium, aut Smyrnam, aut Thebas Ægyptias, aut alias infinitas. Patrem autem Mæonem Lydum, aut fluvium, & matrem Melanopen dicunt.* Tamen cum de more in *Vera Historia* luderet, Babylona ei patriam adstruit, nomenque Tigranis confingit *lib.* II. Καὶ προσελθὼν ἐγὼ Ὁμήρῳ τῷ ποιητῇ, σχολῆς οὔσης ἀμφοῖν, τά τε ἄλλα ἐπυνθανόμην, καὶ ὅθεν εἴη λέγων, τοῦτο μάλιστα παρ᾽ ἡμῖν εἰσέτι νῦν ζητεῖσθαι. Ὁ δὲ αὐτὸς μὲν ἀγνοεῖν ἔφασκεν. οἱ μὲν γὰρ Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, πολλοὶ δὲ Κολοφώνιον αὐτὸν νομίζουσιν. εἶναι μέντοι ἔλεγε Βαβυλώνιος, καὶ παρά γε τοῖς πολίταις οὐχ Ὅμηρος, ἀλλὰ Τιγράνης καλεῖσθαι. ὕστερον δὲ ὁμηρεύσας παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀλλάξαι τὴν προσηγορίαν. Hoc est, *Cum accederem ad Homerum Poetam, namque utrique otium erat, & cum alia multa, tum illud rogabam, cujas esset, illud maxime apud nos ad hunc usque diem esse in controversia. Nam quidam Chium, alii Smyrnæum, alii Colophonium arbitrantur: ipse vero se Babylonium esse dicebat, siquidem a civibus suis, non Homerum, sed Tigranem vocatum fuisse: postea vero cum apud Græcos obsidis officio functus esset, pristinam appellationem mutasse.* Quod respexisse videtur & Joannes Tzetzes, Ἑτέροις Βαβυλώνιος, Χῖος δοκεῖ τοῖς ἄλλοις, id est, *Aliis Babylonius, Chius aliis videtur.* Jocatur sane Lucianus, qui enim potuit se fuisse Babylonium asserere, cum id ignorare fassus fuisset? Inde sumitur occasio joci, dum nescius & ignorans de patria & nomine determinat: Ὁ δὲ αὐτὸς μὲν ἀγνοεῖν ἔφασκεν, *Ipse vero se id ignorare fatebatur.* Verba lepidissimo quodam modo lectoribus risum extorquentia, nescio quanam ratione ab Interprete omissa. Ignoranti nulla fides in iis, quæ se ignorare dicit, adhibetur. Verum hæc vel eodem Luciano teste sua ruunt inanitate. Cum ab eo habeamus mendacium confictum illud fuisse: *libro* enim primo in *Proœmio* ait: Ἐπεὶ μηδὲν ἀληθὲς ἱστορεῖν εἶχον, οὐδὲ γὰρ ἐπεπόνθειν ἀξιόλογον, ἐπὶ τὸ ψεῦδος ἐτραπόμην πολλῷ μᾶλλον εὐγνωμονέστερον. Κἂν ἓν γὰρ δὴ τοῦτο ἀληθεύων λέγω, ὅτι ψεύδομαι. Οὕτω δ᾽ ἄν μοι δοκῶ, καὶ τὴν περὶ τῶν ἄλλων κατηγορίαν ἐκφυγεῖν, αὐτὸς ὁμολογῶν μηδὲν ἀληθὲς λέγειν. Γράφω τοίνυν περὶ ὧν μήτε εἶδον, μήτε ἔπαθον, μήτε παρ᾽ ἄλλων ἐπυθόμην, ἔτι δὲ μηδὲ ὅλως ὄντων, μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι δυναμένων. Διὸ δεῖ τοὺς ἐντυγχάνοντας μηδαμῶς πιστεύειν αὐτοῖς. Hoc est, *Nihil enim memoratu dignum, quod vere narrare possem, mihi contigerat, ad mendacium me transtuli, atque, ut mea quidem fert opinio, multo tolerabilius, quam cæteri. Nam cum hoc ipsum, quod mentior, vere dicam, idcirco me aliorum reprehensiones jure ac merito effugere existimavi. Quoniam nihil me veri narraturum polliceor. Ea igitur scribo, quæ nec ipse vidi, neque passus sum, neque ab aliis audivi, quæ propterea omnino non sunt, neque ab initio esse potuerunt. Quare qui hæc legerit, nullam his fidem adhibeat, oportet.* Ergo Homerus Babylonius est, dum memoriæ prodatur in hoc *libro* a Luciano, mendacium est: non est verum, non fuit, non potuit esse, Lucianus mentitur, nulla ei fides adhibenda.

Meleager Gadarensis in *Gratiis*, ut legitur apud Athenæum *Dipnosoph.* lib. IV. Homerum Syrum facit ea ratione, quod suos Heroas introduxerit a piscibus abstinentes, qui Syrorum mos erat: Καὶ ἢ Νίκιον ἔφη οὐδεὶς ὑμῶν ἄνδρες γενειοσυλλεκτάδαι ἰχθὺν ἐσθίει. ἢ καθάπερ ὁ πρόγονος ὑμῶν Μελέαγρος ὁ Γαδαρεὺς ἐν ταῖς Χάρισιν ἐπιγραφομέναις ἔφη τὸν Ὅμηρον Σύρον ὄντα τὸ γένος κατὰ τὰ πάτρια ἰχθύων ἀπεχομένους ποιῆσαι τοὺς Ἀχαιοὺς δαψιλείας πολλῆς οὔσης κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον. Id est, *Ac tum Nicium, vestrum, inquit, nemo, o viri barbæ alendæ colligendæque studiosissimi, piscibus vescitur. Hoc autem an ob eam causam, propter quam, ut in opere, quod Gratias vocavit, scribit vester avus Meleager Gadarensis, Homerus genere Syrus patriæ suæ more, priscos Heroas piscibus abstinuisse fingit, cum eorum magna sit in Hellesponto copia.* Id non inverisimile duxit aliquando Hieronymus Magius *Miscellan.* lib. III. cap. I. & innuisse Varronem illo carmine: *Capella Homeri candida hæc tumulum indicat:* de quo plura inferius. Quod capras Syrias præcellentes in magno habitas pretio ipse idem Athenæus tradat *libb.* I. & XII.

Sane probabilior est Dionis Chrysostomi ratio *Orat.* II. *de Regno*, qui ait id ab Homero factum fortitudinis causa, quæ ex bubularum carnium, quibus vescentes Heroas inducit, conciliari soleat. Idem adnotasse Platonem alii commemorarunt: ideoque alios maritimis abstinuisse, ut pie casteque viverent, veritos forsan, ne qui delicias omnes aversarentur, illis piscis & cibus esset simul, & condimentum. Nam lib. III. *de Republ.* veram victus in gymnastica formam eam laudat, quæ non sit πολυποίκιλος, sed ἁπλῆ, quæ sanitati minime adversatur: idque Homeri testimonio probat, qui nunquam suos Heroes, licet in littore Hellespontico, piscium omnis generis abundantissimo, castra haberent, piscium neque exquisitissimorum, aliorum ciborum, ac condimentorum esu, sublevavit, sed carnibus tantum assis, iisque continuis, vires bello laboribusque fractas tutatus est: Καὶ παρ᾽ Ὁμήρου τά γε τοιαῦτα μάθοι ἄν τις. Οἶσθα γὰρ ὅτι ἐπὶ στρατιᾶς ἐν ταῖς τῶν Ἡρώων ἑστιάσεσιν, οὔτε ἰχθύσιν αὐτοὺς ἑστιᾷ, καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ ἐν Ἑλλησπόντῳ ὄντας, οὔτε ἑφθοῖς

κρέασιν, ἀλλὰ μόνον ὀπτοῖς, ἃ δὴ μάλιστα ἂν εἴη στρατιώταις εὔπορα. πανταχοῦ γὰρ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, αὐτῷ τῷ πυρὶ χρῆσθαι εὐπορώτεροι, ἢ ἀγγεῖα ξυμπεριφέρειν. οὐδὲ μὴν ἡδυσμάτων, ὡς ἐγῷμαι, Ομηρος πώποτε ἐμνήσθη. ἢ τοῦτο μὲν καὶ οἱ ἄλλοι ἀσκηταὶ ἴσασιν, ὅτι τῷ μέλλοντι σώματι εὖ ἕξειν ἀφεκτέον τῶν τοιούτων ἁπάντων. Id est, *Et ab Homero quilibet hæc didicerit. Nosti enim Homerum in ipso exercitu ad Heroum convivia non pisces adducere, quamvis in ipso maris Hellesponti littore essent Græci. Neque elixas carnes, neque exquisitis aliis cibis, eorum mensas instruere, sed assas carnes illis tantum exhibere, quæ quidem militibus paratu essent facillimæ. Ubique enim, ut ita dicam, expeditius est igne uti, quam vasa quædam circumvectare. Neque vero condimentorum, arbitror, ullum apud Homerum verbum: & hoc etiam norunt quicumque corpori firmando sese exercent, abstinendum esse ab hujusmodi omnibus his, siquidem futurum est, ut corpus validius reddatur.* Subdunt alii, Homerum, quod magis mirum est, neque molles illos Phæaces, neque mari circumfusos Ithacenses, piscibus usos fuisse unquam prodidisse. Nec aliud respexisse videtur Ovidius lib. VI. *Fastor.* ubi prisci sæculi frugalitatem his versibus commendat, de Dea Carna:

Prisca Dea est, aliturque cibis, quibus ante solebat,
Nec petit adscitas luxuriosa dapes.
Piscis adhuc illi populo sine fraude natabat,
Ostreaque in conchis tuta fuere suis.

Propagata scilicet luxuria, & gula sæviente, avare etiam piscibus statuta sunt, & in piscinas ad mare usque prolatas revocati, obsoniis omnibus antepositi sunt. Propterea Romanos harum rerum studiosissimos ita carpit Juvenalis:

Atque ita defecit nostrum mare, dum gula sævit.
Retibus assiduis, penitus scrutante macello,
Proxima, nec patimur Tyrrhenum crescere piscem.

Certe si Meleagro hoc concederemus, multas de novo patrias Homero dare necesse erit, cum multas alias nationes præter Syros ab esu piscium abstinuisse historia compertum sit. Nam & Pythagorei sibi temperabant ab esu piscium, hinc symbolum, ἰχθύων μὴ γεύεσθαι, *pisces non gustato:* & Ægyptii abstinebant. Plutarchus lib. VIII. *Symposiac.* quæst. VIII. Ὅθεν οὐ παρ' Αἰγυπτίοις μόνον, οὔτε Σύροις, ἀλλὰ καὶ παρ' Ἕλλησι γέγονεν ἁγνείας μέρος, ἀποχὴ ἰχθύων. Id est, *Itaque apud Ægyptios non solum, neque Syros, sed etiam apud Græcos sanctimoniæ pars erat, piscibus abstinere.* Et lib. de *Iside & Osiride* narrat sua ætate grave bellum exarsisse in Ægypto, quod Cynopolitæ piscem oxyrinchum edissent, & Oxyrinchitæ carnem. Lucianus *Dialogo de Astrologia* docet, Ægyptios, qui piscium signum observaverant, piscibus non vesci; nec hircum mactare, qui Capricornum viderant. Et Herodotus in *Euterpe*: Ἰχθύων δὲ οὔ σφι ἔξεστι πάσασθαι. *Nefas est illis pisces comedere.* Jejunium tale indixerat rerum sacrarum veneratio, & pisces apud illos sacri & numina, etsi non omnes. Nec ab hac insania alii abfuere. De qua re vide Ludovicum Nonnium *Ichthyophagiæ* cap. III. Nulla ergo major ratio, quare Syris potius quam aliis Homerus concedi debeat.

Quin ex Athenæo ipso lib. I. *Deipnosoph.* Homerus nec dulciaria ex melle, neque alia ciborum lenocinia, sed tantum ea proposuit, quorum usu valerent, & corpore, & animo; quod nec petulantissimis procis concessit, culinarum cupedias resecans, quæ Menander ὑποβινητιῶντα βρώματα *titillantia Veneremque irritantia cibaria*, & Chrysippus λασταυροκάκαβον, *Lastaurocacabum*, quasi diceres *Prodigorum lebetem*, vocavit: Οὐ μνημονεύει δὲ τοιαύτης ἐδωδῆς ἐπὶ τῶν δείπνων, ὡς οὐκ οἰκείας νομιζομένης τῆς τροφῆς τοῖς ἐν ἀξιώμασιν Ἥρωσι κειμένοις. *At ejusmodi cibariorum in cœnis heroum* (Homerus) *nusquam meminit, quod Heroibus in dignitatibus ejusmodi fercula congruere non censerent.* Pisces scilicet non fuisse habitos alimentum conveniens Heroibus in dignitate constitutis; qui non piscibus tantum, sed etiam ostreis utebantur, neque admodum salubribus, neque gustu suavibus: Οὐ μόνον δὲ ἰχθύσιν, ἀλλὰ καὶ ὀστρέοις ἐχρῶντο, καίτοι τὸ τοιοῦτον ἐδωδῆς οὐ πολὺ ἐχούσης τὸ ὠφέλιμον καὶ ἡδὺ, ἀλλὰ κἂν τῷ βυθῷ κατὰ βάθος κειμένων, καὶ οὐκ ἔστιν εἰς ταῦτα ἄλλῃ τινὶ τέχνῃ χρήσασθαι, ἢ δύντα κατὰ βυθοῦ, ἢ μάλα ἐλαφρὸς ἀνὴρ ὃς ῥεῖα κυβιστᾷ, ὃν καὶ λέγει πολλοὺς ἂν κορέσαι τήθεα διφῶντα. Aliam hujus rei causam vide apud Plutarchum VIII. *Sympos.* quæst. VIII. *Cum præter injustitiam piscatio videatur, intemperantiam quandam, & gulæ incontinentiam secum trahere, sumptuosa, & curiosa.*

Argumentum Meleagri, si recte consideretur, ridiculum pluribus modis omnino est. Homerus suos Heroas abstinere facit ab esu piscium, & Syri abstinent etiam a piscibus, ergo Homerus Syrus est. Etiamsi Syri soli a piscibus abstinerent, adhuc argumentum non concludit; & quod magis ridiculum est, Homerus nusquam meminit usus piscium, nec quisquam apud illum, qui pisces comederit, commemoratur; ergo tunc temporis homines, vel Heroes ipsi Homerici, pisces non comedebant. Ergo etiam fructus, quos ipse summopere laudat, cum nulla talis comestionis mentio apud ipsum. Et, ut verum fatear, ineptissimus ille argumentandi modus videtur, quo vel Iliacis, vel Homeri temporibus, ejus rei nullum usum fuisse, cujus apud illum nulla mentio est, probatur: quasi nihil prætermiserit ille, & tempus illud plenissime posteris descripserit. Non potuit vir ille omnes nationum omnium mores & instituta in duobus voluminibus perexiguis admodum, si rem consideras ad amussim circumscribere. Res argumento proximas & materiæ concinnavit; instituto suo alienas, quarum potiorem partem fuisse verosimile est, silentio suo aliis etiam tradendas commisit. Eo tamen usus est Plinius, qui Trojano sæculo nullum annuli usum extitisse, Josephus, nullas leges, & alii alia, quod neque annuli, neque legis, neque aliorum Homerus meminerit. Et ex recentioribus nescio quis veteribus Græcis ceræ & olei usum negat, sed ad lumen faciendum lignis aridis & siccis, quæ per noctem famulus solebat accendere, usos fuisse solo illorum silentio, horum mentione persuadere conatur, Ὀδυσσ. Σ.

Τοῖσι δὲ τερπομένοισι μέγας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθεν.
Αὐτίκα λαμπτῆρας τρεῖς ἵστασαν ἐν μεγάροισιν
Ὄφρα φαείνοιεν, περὶ δὲ ξύλα κάγκανα θῆκαν
Αὖα πάλαι, περίκηλα, νέον κεκεασμένα χαλκῷ,
Καὶ δαΐδας κατέμισγον.

Id est, Simone Lemnio Interprete.

Dumque ita se exercent, obscuro serus Olympo
Hesperus accessit: tunc ternas sedibus altis
Constituere faces, noctem funalibus arcent,
Lucentes aulæ flammis: hinc arida circum
Ligna focis ponunt, quæ sicca humore relicto,
Duraque jam nuper fulgenti scissa securi,
Miscebantque faces igni.

Hoc tamen ab Athenæo, Etymologo, & Eustathio notatum animadverti. Pisces nihilominus Antiquos illos esitasse ex ipso Homero nonnulli probant: inter eos Marsilius Cognatus *Observat.* lib. III. cap. XIX. Namque *Odyss.* XII. & XIX. piscium meminit: hic Ulyssis socii dicuntur, postquam viaticum defecisset, ad piscatum & aucupium conversi:

Ἀλλ' ὅτε δὴ νηὸς ἐξέφθιτο ἤια πάντα,
Καὶ δὴ ἄγρην ἐφέπεσκον ἀλητεύοντες ἀνάγκῃ,
Ἰχθῦς, ὄρνιθάς τε φίλας, ὅτι χεῖρας ἵκοιτο,
Γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν· ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμός.

Et:

—— φέρῃσι δὲ γαῖα μέλαινα
Πυροὺς καὶ κριθάς, βρίθῃσι δὲ δένδρεα καρπῷ.
Τίκτει δ' ἔμπεδα μῆλα, θάλασσα δὲ παρέχει ἰχθῦς.

Id est,

Utque dapes navis consumptæ accingere prædæ
Sectarique cibos palantes æquore toto
Constituunt: nam dira fames cogebat, & hami:
Pisces in juncis, volucresque per aera lapsæ
Captantur, quæcumque volant in retia rara.

Et:

—— fert terra benigno
Nigra agro fruges, frumentaque larga per oras
Triticeam in messem, segetesque ex ubere glebæ,
Ordeaque, & spicas, pendentque ex arbore poma,
Et gravibus frondes onerantur fructibus arvo,
Spesque gregis pecorum fœcundant gramine partus,
Et pariunt fœtus, augentque caprilia vires
Prole sub assidua, multos dant æquora pisces.

Idemque ciborum varietatem Heroicis quoque temporibus placuisse ex eodem Homero ostendit. Argumento lepide satis ac comice respondet Eubulus apud Athenæum *ibidem:* Καί τοι Εὔβουλος κατὰ τὴν κωμικὴν χάριν φησὶ παίζων.

Ἰχθὺν δὲ ποῦ γ' Ὅμηρος ἐσθίοντ' εἴρηκέ γε
Τινὰ τῶν Ἀχαιῶν; κρέα δὲ μόνον ὤπτων. Ἐπεὶ
Ἕψοντά γ' οὐ πεποίηκεν αὐτῶν οὐδένα.
Ἀλλ' οὐδεμίαν ἄλλην ἑταίραν εἶδέ τις
Αὐτῶν, ἑαυτοὺς δ' ἔδερον ἐνιαυτοὺς δέκα
Πικρὰν στρατείαν δ' εἶδον, οἵτινες πόλιν
Μίαν λαβόντες, εὐρυπρωκτότεροι πολὺ
Τῆς πόλεως ἀπεχώρησαν, ἧς εἷλον τότε.

Id est, *Eubulus comico sale lepide per jocum ait;*

Piscem ubinam comedisse Homerus dixit
Quendam e Græcis? carnes assabant illi tantummodo:
Etenim nullum elixasse ex ipsis refert.
Quin nec scortum in castris ullum fuit,
Itaque per annos Achivi mastuprati sunt decem.
Acerba prorsus militia, qui oppido
Uno potiti, latiore multo podice
Recesserunt, quam capta urbs ipsa foret.

Adde Syros, quidquid Meleager affirmat, & Porphyrius περὶ ἀπ. ἐμψύχων, lib. II. Καὶ γὰρ δεινὸν ἂν εἴη Σύρους μὲν τῶν ἰχθύων μὴ ἂν γεύσασθαι, μηδὲ Ἑβραίους συῶν, Φοινίκων δὲ τοὺς πολλούς, καὶ Αἰγυπτίων βοῶν θηλειῶν, &c. & alii pisces esitasse, non omnes, sed complures tantum, Hyginus in *Astronom. Poet. Itaque Syri complures pisces non esitant, & eorum simulacra inaurata pro Diis Penatibus colunt: de hoc & Hegesias scribit.* Ii scilicet, qui Astartem venerabantur, vel pisces ob beneficia accepta inter Deorum numerum referebant, ideoque ab illis veluti sacris abstinebant. Id innuit Artemidorus *Onirocrit.* libr. I. Ἰχθύες πάντες ἐσθίουσι, πλὴν Σύρων τινῶν τῶν τὴν Ἀστάρτην σεβομένων. Id est, *Pisces edunt omnes, exceptis Syris quibusdam qui Astartem colunt.* Xenophon *lib.* I. *Ἀναβ.* de Chalo amne: Πλήρη δὲ ἰχθύων μεγάλων καὶ πραέων, οὓς οἱ Σύροι θεοὺς ἐνόμιζον, καὶ ἀδικεῖν οὐκ εἴων, οὐδὲ τὰς περιστεράς. Id est, *Multitudo ibi magnorum ac mansuetorum piscium, quos Syri pro Diis habent, neque lædi eos patiebantur, sicuti neque columbas.* Hujus rei causam alii aliam assignant. Theon *in Arati Phænomena:* Οἵτινες Δέρκην τὴν Ἀφροδίτης θυγατέρα ἐμπεσοῦσαν εἰς θάλασσαν. Ὅθεν εἰς τιμὴν τῆς Θεᾶς οἱ Σύροι ἰχθύων ἀπέχονται. *Pisces Dircen Veneris filiam in mare lapsam servarunt, quare in Deæ honorem Syri piscibus abstinent.* Joannes Tzetzes *chiliad.* IX. *hist.* CCLXXV. de Semiramide:

Σύρων γραφαὶ δὲ λέγουσιν ἰχθὺν γενέσθαι
Ὅθεν οὐδ' ἐσθίουσιν τινῶν ἰχθύων Σύροι.

Et ne plura recenseam, vide Hyginum in *Poet. Astronom.* in Piscibus, Germanicum *in Aratum*, Plutarchum, & alios. Quare ratio Meleagri inanis omnino est. Concludamus itaque cum Casaubono *Animadvers. in Athenæum libr.* IV. *cap.* XIV. *Homerum fuisse Syrum tam verum esse, quam fuisse Indum, aut, quod multi tamen crediderunt, Ægyptium.*

CAP. IV.

Homerum Ægyptium Thebis ortum nonnulli crediderunt. Mira de ejus infantia ex Alexandro Paphio. Homerum a Phantasia Memphite sua Poemata suffuratum. Ejus tamen Poemata Græcam, non Ægyptiam, sapiunt eloquentiam, & doctrinam. Ante Homerum Poetæ plures fuere, qui carmine scripserunt, inter eos Palamedes, Musæus, Orœbantius Trœzenius, Melisander Milesius: plures item qui Trojanam historiam carmine complexi sunt, Phantasia Memphitis, Helena Atheniensis, Daphne Thebana, Syagrus, Sisyphus Cous, Dictys Cretensis, Dares Phrygius, Corinnus Palamedis discipulus. Homerus tamen a se ipso magnus, & sine exemplo. Plures insulsissimi errores Julii Scaligeri in historia & judicio. Heliodori sententia & Olympiodori de Homero Ægyptio refellitur. Homerum etsi non Ægyptium, in Ægypto tamen fuisse verisimile est.

AT multi crediderunt Ægyptium. Clemens lib. I. *Stromatum.*: Ὅμηρον γὰρ οἱ πλεῖστοι Αἰγύπτιον φαίνουσιν. *Homerum enim plurimi ostendunt Ægyptum.* Gellius, *sunt qui Ægyptium dicant fuisse.* Οἱ δὲ Μυκηναῖον, οἱ δὲ Αἰγύπτιον, οἱ δὲ Θετταλόν. *Alii Mycenæum, alii Ægyptium, alii Thessalum.* Heliodorus *Æthiopic.* lib. II. Ἡ γὰρ Ὁμήρου τοῦ Αἰγυπτίου ποίησις, τὸν Ἀχιλλέα Φθιώτην ἐνδείκνυται. *Homeri enim Ægyptii poesis Achillem Phthiotam esse ostendit.* Et *lib.* III. Ἃ δὴ καὶ Ὅμηρος εἰδὼς ἅτε Αἰγύπτιος, καὶ τὴν ἱερὰν παίδευσιν ἐκδιδαχθείς. Id est, *Quæ etiam Homerus sciens, ut Ægyptius, & doctrina sacra instructus.* Alexander item Paphius, ut refert Eustathius *in Homeri Odyss.* M. historiæ prodidit, Homerum Ægyptiis Dmasagora & Æthra satum, a Vace quadam Hori Isidis Sacerdotis filia enutritum, cujus quandoque ab uberibus in os pueri mel instillatum. Puerulum noctu novem voces emisisse, Hirundinis, Pavonis, Columbæ, Cornicis, Perdicis, Porphyrionis, Sturni, Lusciniæ, Merulæ. Puerum in lecto una cum novem columbis jocantem inventum; & quæ apud illius pedes, vel fruebatur epulis,

vel animo indulgebat Sibylla, furore percitam ex A tempore carmina illa effudisse, quorum illud erat initium Δμασαγόρα πολυώνικε, in quibus inter cætera illum, & Μεγαλεῆ, & Στεφανίτην consalutasse, jussisseque nomen Pegridis, innuebat Musas, fanum extruere. Dmasagoram jussa essequutum puero, viro jam facto rem omnem manifestasse. Ideoque Poetam animantia, quibuscum puerulus lusisset, extulisse, finxisseque ea Jovi ambrosiam asportare:

Τῇ μέν τ' οὐδὲ ποτητὰ παρέρχεται, οὐδὲ πέλειαι
Τρήρωνες, ταί τ' ἀμβροσίην Διὶ πατρὶ φέρουσιν. B

Eustathius: Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Πάφιος ἱστορεῖ τὸν Ὅμηρον υἱὸν Αἰγυπτίων Δμασαγόρου καὶ Αἴθρας, τροφὸν δὲ αὐτοῦ προφῆτίν τινα θυγατέρα Ὥρου ἱερέως Ἴσιδος. ἧς ἐκ τῶν μαστῶν μέλι ῥεῦσαι ποτὲ εἰς τὸ στόμα τοῦ παιδίου, καὶ τὸ βρέφος ἐν νυκτὶ φωνὰς ἐννέα προέσθαι, Χελιδόνος, Ταῶνος, Περιστερᾶς, Κορώνης, Πέρδικος, Πορφυρίωνος, Ψαρὸς, Ἀηδόνος, καὶ Κοττύφου. Εὑρεθῆναί τε τὸ παιδίον μετὰ περιστερῶν ἐννέα παῖζον ἐπὶ κλίνης, δεῖπνον ποιουμένης δὲ παρὰ τοῖς τοῦ παιδὸς, τὴν Σίβυλλαν ἐμμανῆ γενομένην ἔπη σχεδιάσαι, ὧν ἀρχὴ, Δμασαγόρα πολυώνικε. Ἐν οἷς καὶ Μεγακλεῆ, καὶ Στεφανίτην αὐτὸν προσειπεῖν, καὶ ναὸν κτίσαι ἐννέα Πιγειδῶν, ἐδήλου δὲ τὰς Μούσας. τὸν δὲ καὶ τοῦτο ποιῆσαι, καὶ τῷ παιδὶ ἀνδρωθέντι ἐξειπεῖν τὸ πρᾶγμα. καὶ C τὸν ποιητὴν οὕτω σεμνῦναι τὰ ζῷα, οἷς βρέφος ὢν συνέπαιζε, καὶ ποιῆσαι αὐτὰ τῷ Διὶ τὴν ἀμβροσίαν νομίζοντα.

Nec satis illis fuit Ægyptium ostendisse Homerum; patriam illi, certam urbem demonstrant, eamque nobilissimam Thebas centiportes, & nescio quæ etiam de ejus generatione, si Diis placet, gravi supercilio in medium afferunt. *Epigrammat.* lib. III. Quod in nonnullis Codicibus M. S. Antipatro Sidonio tribuitur: D

Ἐνθάδε θεῖος Ὅμηρος, ὃς Ἑλλάδα πᾶσαν ἀείσει
Θήβης ἐκγεγαὼς τῆς ἑκατονταπύλου.

Id est,

Hellada divinum, qui totam cantat Homerum
Theba tulit, centum quæ patuit foribus.

Lucianus: Ἢ Σμύρνην, ἢ Θήβας τὰς Αἰγυπτίας, *Aut Smyrnam, aut Thebas Ægypti*. Olympiodorus Thebanus in *Excerptis Historicis* apud Photium: Φησὶ δὲ καὶ Ὅμηρον ἐκ τῆς πρὸς ταύτῃ Θηβαΐδος ἕλκειν τὸ γένος. *Ait autem & Homerum ex vicina huic Thebaide genus ducere*. Joannes Tzetzes: λέγεται γὰρ ἐκ τῶν Θηβῶν ὑπάρχειν τῆς Αἰγύπτου, *Dici-* E *tur enim ex Thebis esse Ægyptiis*. Joannes Pediasimus *Schol. in Hesiodi Scutum*: Τρεῖς εἰσὶ Θῆβαι. Αἱ Ἑπτάπυλοι πρὸ τῆς Πελοποννήσου, ἃς Κάδμος ἔκτισεν. αἱ Ἑκατοντάπυλοι ἐν Αἰγύπτῳ, ἐξ ὧν καὶ Ὅμηρος. καὶ αἱ Ὑποπλάκιοι, ὅ ἐστι τὸ Ἀτραμύτιον. *Tres sunt Thebæ. Septemportæ ante Peloponnesum, quas Cadmus condidit: centumportæ in Ægypto, ex quibus Homerus: & Hypoplaciæ, quod est Atramytium*. Chalcidius *Comment. in Timæum Platonis*: *Homerus denique, qui idem fuerit Ægyptius, siquidem Thebanus fertur, quæ civitas est apud Ægyptum nobilissima, id ipsum latenter exe-* F *quitur in Iliadis exordio, cum dicit propter iram Achillis, cujus pater Peleus, mater vero maritima fuerit Dea, morbum atque interitum, non modo clarorum virorum, sed aliorum quoque animalium, & pecorum bello necessariorum extitisse, quo quidem sumpto exordio cætera poetica licentia finxit*. Et Heliodorus *l.* III. Ὅμηρος, ὦ φίλος, ὑπ' ἄλλον μὲν ἄλλοθεν ὀνομαζέσθω. καὶ πατρὶς ἔστω τῷ σοφῷ πᾶσα πόλις. Ἦν δὲ εἰς ἀλήθειαν ἡμεδαπὸς, Αἰγύπτιος, καὶ πόλις αὐτῷ Θῆβαι αἱ ἑκατόμπυλοι εἰσὶ κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον. Πατὴρ δὲ, τῷ μὲν δοκεῖν, προφήτης· τὸ δὲ ἀψευδὲς Ἑρμῆς. ὑπὲρ οὗ ὁ δοκῶν πατὴρ προφήτης. Τῇ γὰρ τούτου γαμετῇ τελούσῃ τινὰ πάτριον ἁγιστείαν, καὶ κατὰ τὸ ἱερὸν καθευδούσῃ συνῆλθεν ὁ Δαίμων, καὶ ποιεῖ τὸν Ὅμηρον φέροντά τι τῆς ἀνομοίου μίξεως σύμβολον. Id est, *Homerus ab aliis quidem aliunde nominetur: & patria cordato sit urbs quævis viro. Erat autem revera nostras, Ægyptius; & urbs illi Thebæ centiportes, ut ex ipso cognoscere licet. Pater autem opinione hominum antistes; sed non mentitus Mercurius. At qui erat illius existimatus pater antistes, eo quod cum ejus uxore celebrante quædam sacra patria, & in templo dormiente coivit Deus, & Homerum procreavit ferentem notam incestæ consuetudinis*. Hoc ex ipsa Poematis structura, quæ non nisi Æyptia esse potuit, concludit: Ταῦτα μὲν εὖ τε καὶ ἀληθῶς μοι λέγειν ἔδοξας τεκμαιρομένῳ τῆς τε ποιήσεως τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἀνειμένον τε, καὶ ἡδονῇ πάσῃ σύγκρατον, ὡς Αἰγύπτιον, καὶ τὸ τῆς φύσεως ὑπερέχον. ὡς οὐκ ἂν οὕτω τοὺς πάντας ὑπερβαλλόμενον, εἰ μή τινος θείας, καὶ δαιμονίας ὡς ἀληθῶς μετέσχε καταβολῆς. Hoc est, *Hæc quidem recte, & vere dicere mihi visus es, facienti conjecturam ex poemate viri, cum omni voluptate & oblectatione, quasi Ægyptia, temperato, & ex naturæ excellentia: quæ certe ita omnes non superaret, nisi e divinis quibusdam revera fundamentis extitisset*.

Hoc sane paradoxon in historia, nugis aliis absurdioribus portentosiora meditati sunt, Phantasiam nescio quam Memphitidem Nicarchi filiam ante Homerum, & bellum Iliacum, & de Ulysse narrationem composuisse, deposuisseque tale opus Memphide. Eo profectum Homerum a Phanita sacro scriba commodato illud accepisse, ejusque ordinem insecutum. Ptolemæus Hephæstio in *Excerpt.* lib. V. apud Photium: Ὅτι Φαντασία τις Μεμφῖτις Νικάρχου θυγάτηρ συνέταξε πρὸ Ὁμήρου τὸν Ἰλιακὸν, καὶ πόλεμον, καὶ τὴν περὶ Ὀδυσσείας διήγησιν, καὶ ἀποκεῖσθαι φασὶ τὰς βίβλους ἐν Μέμφιδι. Ὅμηρον δὲ παραγενόμενον, καὶ τὰ ἀντίγραφα λαβόντα παρὰ Φανίτου τοῦ ἱερογραμματέως συντάξαι ἐκείνοις ἀκολούθως.

Non negarim Homerum, quemadmodum & plures alios Græciæ sapientes, ad Ægyptios commeasse, multaque ex eis delegisse arcana, secretiorisque doctrinæ mysteria hausisse, indeque postea, ut sese obtulit occasio, sicut & aliarum nationum ritus laudabiles in Poematibus suis distribuisse, ut adnotavit Diodorus Siculus *Biblioth.* lib. I. Τῆς δ' Ὁμήρου παρουσίας ἄλλα τε σημεῖα φέρουσι, καὶ μάλιστα τὴν τῆς Ἑλένης γενομένην παρὰ Μενελάῳ Τηλεμάχου φαρμακείαν, καὶ λήθην τῶν συμβεβηκότων κακῶν. Τὸ γὰρ Νηπενθὲς φάρμακον, ὃ λαβεῖν φησὶν ὁ ποιητὴς τὴν Ἑλένην ἐκ τῶν Αἰγυπτίων παρὰ τῆς Πολυμνήστης τῆς Θῶνος γυναικὸς, ἀκριβῶς ἐξητακὼς φαίνεται. Ἔτι γὰρ καὶ νῦν τὰς ἐν ταύτῃ γυναῖκας χρῆσθαι τῇ προειρημένῃ δυνάμει λέγουσιν, καὶ παρὰ μόναις ταῖς Διοπολίτισιν ἐκ παλαιῶν χρόνων ὀργῆς καὶ λύπης φάρμακον εὑρῆσθαι φασί. Τὰς δὲ Θήβας καὶ Διόσπολιν τὴν αὐτὴν ὑπάρχειν. τήν τε Ἀφροδίτην ὀνομάζεσθαι παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις, Hoc est, *Quod autem Homerus eo loci venerit, cum aliis argumentis, tum pharmaco per Helenam Telemacho apud Menelaum, ad inducendam exantlatorum oblivionem exhibito, probant. Nepenthes enim pharmacum, quod Helenam a Polymneste Thonis uxore acceptum ex Thebis Ægyptiis asportasse memorat, poeta diligenter exploratum habuisse videtur. Nam & nunc efficaci hoc remedio mulieres illic uti, & apud solas Diopolitanas iræ & tristitiæ medicamentum inveniri. Thebas autem & Diospolim unam & eandem esse civitatem asserunt: Veneremque ab indigenis ex vetusta quadam traditione Auream vocari*, &c. Vide quæ subdit Diodorus, & ex Diodoro Justi-

nus Martyr *Parænetico ad Gentes*. Nusquam tamen eum Ægyptium, vel ab Ægyptio sua Carmina suffuratum credam. Structura illa orationis, sententiarum dispositio, figurarum splendor, doctrinæ expositio, morum humanitas, rerum gestarum narratio, secretioris sapientiæ velamenta, dictorum methodus, ars ipsa plusquam humana, aliud nobis, quam genium Ægyptium, & vires, & facultates, subolent. Næ ego Ægyptius sim, si credam. Nugatores isti saltem verisimilia prodidissent. Ego sane:

Ψεύδοιμλω ἀΐοντος ἄκων πεπίθασι ἀκυλώ.

Id est,

Mentirer factura fidem, quandoque legenti.

Homericis temporibus nulla apud Ægyptios Græcæ linguæ, qua Homerus ipse sua conscripsit Poemata, nec vestigium erat; quomodo potuit ea lingua ab Ægyptio scribi, & Græcum hominem non illaudatum illud quidem, sed celebrem ab externo, quæ sua erant, aliosque potuerat docere, didicisse? Verisimilius narrassent, si Homerum ex Ægyptiaca lingua, sive symbolis, vel hieroglyphicis, in Græcam linguam transtulisse dixissent. Nonnisi post Alexandri tempora Græcorum scholis atque disciplinis aditus patuit in Ægypto. Et parum caute argumentatur Heliodorus, sic namque & Lycurgus Spartanus, & Solon Atheniensis, & Democritus Abderita, & Oenopides Chius, & Eudoxus Cnidius, aliique complures Ægyptii forent, tamquam qui Ægypto penetrata, & Ægyptiorum doctrina imbuti, scriptis suis ac monumentis Ægyptiorum plurimos ritus arcanaque Græcis prodidere.

Nec minus ridendi sunt, qui ut tanto viro detrahant, alios volunt ante eum eadem, vel similia, exequuntos, ut Musæum, Orpheum, Linum, aliosque ante Trojana tempora, quorum exemplo factum meliorem Homerum. Iisdem vel subsecutis temporibus Palamedem, quem carmine varia scripsisse narrat Suidas, eaque suppressa a posteris Agamemnonis, & ab Homero ipso: Τὰ δὲ ποιήματα αὐτοῦ ἠφανίσθη ὑπὸ τῶν Αγαμέμνονος ἀπογόνων διὰ βασκανίαν, ὑπολαμβαίνω δὲ τὸ ποιήσασθαι. Ηφανίσθη τὰ Παλαμήδους ποιήματα διὰ βασκανίαν ὑπὸ Ομήρου. Locum Suidæ mutilum, ex ingenio sic puto supplendum, ὑπολαμβαίνω δὲ καὶ τὸν Ιλιακὸν πόλεμον ποιήσασθαι. Cujus erit illa sententia,. *Poemata autem ipsius a posteris Agamemnonis deleta sunt. Suspicor vero & Iliacum bellum eundem composuisse, quod poema una cum reliquis odio atque invidia ab Homero suppressa sunt.* Hominem etenim ingenio atque consilio gravem, & quem immerito Ulyssis, Agamemnonisque, adde etiam plurimorum Græcorum, artes pravæ, vel dolosa ingenia miseris modis vexarant, verissimile est, res eas carmine prosecutum, quæ hostibus dedecori esse poterant. Quare nil mirum si ea Agamemnonis posteri insectati, non passi sunt apud posteros memoriam eorum extare: idemque affectasse Homerum Agamemnonis Ulyssisque causa, quorum beneficiis devinctam voluntatem habebat.

Orœbantii Trœzenii & Melisandri Milesii meminit Ælianus *libr.* XI. *cap.* II. Οτι ἦν Ορoιβαντίου Τροιζηνίου ἔπη πρὸ Ομήρου, ὥς φασιν οἱ Τροιζήνιοι λόγοι. Et inferius: Μελίσανδρος ὁ Μιλήσιος Λαπιθῶν καὶ Κενταύρων μάχην ἔγραψεν. Id est, *Orœbantii Trœzenii poemata ante Homerum extiterunt, ut ferunt Trœzenii.* Et: *Melisander Milesius Lapitharum & Centaurorum pugnam literis prodidit.*

Thaletam ante Homerum carmine conscripsisse, A auctor est Suidas: Θαλήτας Κρής, ἢ Ιλλυριός, Λυρικὸς γεγονὼς πρὸ Ομήρου, μέλη. *Thaletas Cretensis, aut Illyricus, Lyricus fuit ante Homeri tempora, Carmina.* Hunc Thaletem vocavit Strabo *lib.* X. & iisdem cum Homeri temporibus, vel paulo infra, floruisse innuit, de Lycurgo verba faciens: Ταύτην μὲν δὴ λέγεσθαι τῆς ἀποδημίας αἰτίαν. ἐλθόντα δὲ πλησιάσαι Θάλητι μελοποιῷ ἀνδρὶ καὶ νομοθετικῷ. ἱστορήσαντα δὲ παρ' αὐτοῦ τὸν τρόπον, ὃν Ραδάμανθύς τε πρότερον, καὶ ὕστερον Μίνως, ὡς παρὰ τοῦ Διὸς τοὺς νόμους ἐκφέρει εἰς τοὺς ἀνθρώπους, &c. *Hæc peregrinationis ejus causa fertur. Lycurgus ut in Cretam venit, adjunxit se ad Thaletem, qui* B *Lyrica carmina & leges condebat: cumque ex eo didicisset modum, quem Rhadamanthus prius, deinde Minos usurpaverunt, ut leges se ab Jove acceptas promulgare dicerent*, &c. De eo etiam Sextus Empiricus *adversus Mathematicos* lib. II. de Rhetorica: Ο δὲ Σπαρτιάτης Λυκοῦργος, ὃς αὖ ζηλωτὴς Θάλητος τοῦ Κρητὸς, τὸν αὐτὸν τοῖς Σπαρτιάταις νόμον εἰσηγήσατο. *Spartanus autem Lycurgus, ut qui Thaletis Cretensis esset æmulator, Spartanis eandem sanxit legem.*

De Phantasia Memphite, quid Hephæstio Ptolemæus prodat supra adnotavimus. De Helena C Musæi Atheniensis filia idem scribit: Ων καὶ ἡ πρὸ Ομήρου Ελένη, ἡ τὸν Ιλιακὸν συγγραψαμένη πόλεμον Μουσαίου, τοῦ Αθηναίου θυγάτηρ γενομένη, παρ' ἧς καὶ Ομηρον λέγεται λαβεῖν ὑπόθεσιν, καὶ κτήσασθαι τὸ δίγλωσσον ἀρνίον. Id est, *In quibus & ea Homero antiquior est Helena, quæ bellum Trojanum conscripsit, Musæi Atheniensis filia, a qua & Homerus accepisse argumentum creditur, & bilinguem agnum possedisse.*

Daphne item Tiresiæ filia Delphis consecrata, divinandi scientia patri non cedens magna indole, & quod sæpius divino afflatu correpta vaticinia ederet Sibyllæ cognomentum accepit, variis ora- D culis singulari artificio conscribendis operam dedit, a qua non pauca mutuatus Homerus poeta carmina ad poeseos suæ ornatum transtulit. Diodorus Siculus *lib.* IV. Αὕτη δὲ τὴν μαντικὴν τοῦ πατρὸς οὐδὲν ἧττον εἰδυῖα πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς Δελφοῖς διατρίψασα τὴν τέχνην ἐπηύξησε, φύσει δὲ θαυμαστῇ κεχορηγημένη Χρησμοὺς ἔγραψε παντοδαποὺς, διαφόρους ταῖς κατασκευαῖς, παρ' ἧς, φασὶ, καὶ τὸν ποιητὴν Ομηρον πολλὰ τῶν ἐπῶν σφετερισάμενον κοσμῆσαι τὴν ἰδίαν ποίησιν. Ενθεαζούσης δὲ αὐτῆς πολλάκις, καὶ χρησμοὺς ἀποφαινομένης φασὶν ἐπικληθῆναι Σίβυλλαν, τὸ γὰρ ἐνθεάζειν κατὰ γλῶσσαν Σιβυλλαίνειν. An hæc illa ea- E dem est, quæ se dolet quodammodo ab Homero carminum elegantia superatam iri? manifestoque fatetur suis cum carminibus meliorem fore *libro tertio*:

Αὐτὸς καὶ γράψει τὰ κατ' Ιλιον, οὐ μὲν ἀληθῶς,
Αλλὰ σαφῶς. ἔπεσι γὰρ ἐμοῖς μέτρων τε κρατήσει.
Πρῶτος γὰρ χείρεσσιν ἐμὰς βίβλους ὀνομήνῃ,
Αὐτὸς δ' αὖ μάλα κοσμήσει πολέμοιο κορυσάς.

Id est, ut vertebat nescio quis:

Hic res Iliacas scribet, non sicut habebunt,
Sed clare verbisque meis utendo modisque;
Primus enim volvet librorum scripta meorum:
F *Isque vel in primis ornabit belligerantes.*

Joannes Tzetzes *Chil.* V. *Hist.* XXIX. ex Joanne Chronographo refert Sisyphum Coum Scribam Teucri bellum Trojanum composuisse, & ab eo Homerum sua accepisse:

Σίσυφον Κῶον λέγουσιν τοῦ Τεύκρου γραμματέα
Καὶ πρὸ Ομήρου γράψαι δὲ τοῦτον τὴν Ιλιάδα,
Τεύκρῳ συνεκστρατεύσαντα, καὶ καθορῶντα πάντα.
Αφ' οὗ πρὸς πλάτος ὕστερον Ομηρον μεταφράσαι

[A] Ταῦτα μὲν Ιωαννης τὶς Μελέλης χρονογράφος.

Id est,

Sisyphon Coum dicunt Teucri scribam,
Et ante Homerum autem hunc scripsisse Iliada,
Quod cum Teucro una militasset, vidissetque omnia.
A quo ad latitudinem postea Homerum transtulisse.
Hæc enim Joannes quidam Meleles temporum scriptor.

Et Chronographus nescio quis M. S. Ομηρος συγγραφὴν εὑρὼν Σισύφου τοῦ Κώου τὰ ἐς τὴν Τροίαν ἅπαντα [B] συλλαμβάνουσαν συμπαρόντος τῷ πολέμῳ ἐξέθετο τὴν Ιλιάδα. Ωσαύτως καὶ Βιργίλιος τὰ λοιπὰ ἅτινα καὶ ἐν ταῖς ῥαψῳδίαις Δικτυος φέρεται, ὅπερ πόνημα ἐπὶ Κλαυδίου καὶ Νέρωνος εὑρέθη ἐν κασσιτερίνῳ κιβωτίῳ. Id est, *Homerus cum invenisset Sisyphi Coi, qui bello interfuerat, commentarium res omnes in Ilio gestas continentem, in Iliade expressit. Eadem ratione & Virgilius reliqua, quæ in Dictyos rapsodiis ferebantur, cujus scripta sub Claudio & Nerone in arcula stannea inventa sunt.*

Corinnus præterea Iliensis Palamedis discipulus scripsit *Iliada*, a quo Homerus sua dicitur desumpsisse. Suidas: [C] Κόριννος Ιλιεὺς ἐποποιὸς τῶν πρὸ Ομήρου, ὥς τισιν ἔδοξε, καὶ πρῶτος γράψας τὴν Ιλιάδα, ἔτι τῶν Τρωϊκῶν συνισταμένων. Ην δὲ Παλαμήδους μαθητὴς, καὶ ἔγραψε τοῖς ὑπὸ Παλαμήδους εὑρεθεῖσι Δωρικοῖς γράμμασιν. Εγραψε καὶ τὸν Δαρδάνου πρὸς Παφλαγόνας πόλεμον, ὡς ἐκ τούτου λαβεῖν καὶ τὴν ποιήσεως πᾶσαν ὑπόθεσιν Ομηρον, καὶ ἐντάξαι τοῖς αὐτοῦ βίβλοις. Id est, *Corinnus Iliensis poeta ante Homerum, ut quibusdam visum est, primus Iliadem scripsit, Trojano bello adhuc durante. Discipulus Palamedis, literisque Doricis a Palamede repertis sua conscripsit.* (non, ut Interpres habet, *Cujus inventa literis Doricis descripsit*) *Dardani item bellum adversus* [D] *Paphlagonas, ut ex hoc Homerus totum suæ Poesis argumentum sumpserit, inque suos libros retulerit.*

Dictys Cretensis, qui cum Idomeneo militavit, eadem quæ & Homerus scripsisse traditur. Isaacius Porphyrogeneta in *Characteribus Græcorum & Trojanorum*: Αλλὰ ταῦτα τὰ περὶ τοὺς ἄνδρας ἐκγεγραμμένα καὶ θεωρούμενα ὁ σοφώτατος ἐκεῖνος Δίκτυς ὑπεμνημάτισεν ἀληθῶς ἐκ τῆς Κρήτης ὁρμώμενος. Ου μὴν μόνα ταῦτα τὰ ἰδιώματα τῶν ἀνδρῶν φημὶ, ἀλλὰ καὶ τὰ γεγονότα πάντα περὶ τὴν Τροίαν παρά τε τῶν Ελλήνων καὶ τῶν Τρώων ἐρρηξάντων τὸν περιβόητον πόλεμον. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ συγγραφεὺς τότε μετὰ τοῦ Ιδομενέως ἐκείνου [E] τοῦ προμάχου τῶν Δαναῶν τοῖς Ελλησιν συστρατεύσαντος. Καὶ γὰρ καὶ τούτων ὁ Δίκτυς αὐτὸς συνεγράψατο ὡς παρὼν, καὶ ὄψει καθιστορήσας πάντα τὰ παρ᾽ αὐτοῦ γεγραμμένα. ναὶ μὴν καὶ τοὺς προσταχθέντας ὑπὸ Αγαμέμνονος καὶ Μενελάου τῶν αὐταδέλφων βασιλέων ἀποπλεῦσαι, καὶ κατελθεῖν σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν Ιλιον, ὁ Δίκτυς αὐτὸς συνεγράψατο. Hoc est, *Atque hæc quidem omnia, quæ scriptis de his viris sunt tradita, & considerari merentur, sapientissimus ille Dictys commentario complexus est revera e Creta oriundus. Non has, inquam, virorum proprietates tantum, sed & quidquid Græci simul ac Trojani in illustri illo ad Trojam bello gessere. Quippe cum auctor ipse cum cele-* [F] *berrimo illo Idomeneo, Danaorum duce, una cum Græcis fecerit stipendia, atque hoc ipsum quoque scripto testatus sit Dictys, se & interfuisse illi bello & quæcumque scripsit, coram inspexisse. Eos quoque ipsos jussu Agamemnonis atque Menelai germanorum regum, & navigasse, seque cum iis ad Ilium venisse, idem Dictys scripto prodidit.*

Neque dissimilia sunt quæ habet Cedrenus in *Synopsi Historica*: Ιδομενέως τοῦ προμάχου τῶν Ελλήνων ὑπογραφεὺς ἦν ὁ Δίκτυς ἀνὴρ ἀξιόλογος καὶ συνετὸς, [A] ὃς ἀπὸ τῆς Κρήτης τοῖς Ιλιον ἥκουσι συνεστρατεύετο. Οὗτος τὸν τοῦ πολέμου χρόνον πάντα συνὼν τῷ Ιδομενεῖ τὰ παρακολουθήσαντα πάντα ἀπ᾽ ἀρχῆς ἄχρι τέλους μετ᾽ ἀληθείας συνέγραψε· καὶ τοὺς χαρακτῆρας τῶν προμάχων, ὡς πάντας ἑωρακὼς, ὑπέγραψε, καὶ ἀκριβῶς ὑπεμνημάτισε. τοὺς δὲ χρόνους, καὶ τόπους, καὶ τὰ ἐκείνου τοῦ πολέμου διαστάσεων μετ᾽ ἀκριβείας ἱστοριογραφῶν, καὶ καθ᾽ ἕνα τῶν ἀρχόντων μεθ᾽ ὅσων νηῶν παρεγένετο συνέταξεν. Id est, *Idomenei, qui unus de ducibus Græcorum fuit, scriba fuit Dictys, vir præclarus & prudens inter eos, qui ex Creta ad Ilium belli causa profecti sunt. Is toto belli tempore cum Idomeneo fuit, & omnium, quæcumque ab initio ad finem usque gesta sunt, ve-* [B] *ram historiam conscripsit. Ductores etiam Græcorum, quos omnes viderat, suis quemque notis expressit, accurateque depinxit: tempora quoque, loca, circumstantiasque omnes omnium, quæ illo bello evenerunt, perspicue adnotavit, & quas quique Principum naves secum adduxerit.* Et alius nescio quis in margine: Δίκτυς, ἐξ οὗ ὁ Ομηρος ἀφορμὴν εἰληφὼς, τὴν Ιλιάδα συνέταξε μετὰ ϞΘʹ. ἔτη τῆς ἁλώσεως Τροίας. Id est, *Dictys, a quo sumpta ansa Homerus Iliadem composuit annis post captam Trojam nonaginta novem.* Et Joannes Tzetzes *Chiliad.* v. *Hist.* xxx. ex Joanne Melele:

[C]

Οὗτος ὁ Χρονικὸς φησὶ, καὶ Δίκτυν δὲ τὸν Κρῆτα
Ιδομενεῖ ἕπεσθαι, καὶ τὰ τῆς μάχης γράψαι,
Εξ ὧν, ὡς ἔφην, ὕστερον Ομηρον μεταφράσαι.

Id est,

Iste Chronicus inquit Dictyn quoque Cretensem
Idomenea sequutum, & pugnæ gesta scripsisse,
Ex quibus, ut dixi, postea Homerum transtulisse.

Fuit patria Cnossius apud Trojam militans, rerum a Græcis Trojanisque gestarum commenta- [D] rios literis Phœniceis conscripsit, postea domum reversus in arcula, ut una secum in sepulchro post obitum conderentur, mandavit. Tandem cum Neronis imperio terræ motus Cnosson conquassasset, confractis monumenti compagibus arcula illa in apertum venit perlataque ad civitatis dominum Eupraxidem, ut ajunt, referataque ære perennius monumentum tandiu tenebris obsitum divulgavit. Imperator commutari literas, & Græcam orationem, Græco etiam charactere, cum Phœniceæ tunc in usu non essent, describi jussit, ut esset omnibus familiaris. Suidas: Δίκτυς ἱστορικὸς ἔγραψεν Εφημερίδα, ἔστι δὲ τὰ μεθ᾽ Ομηρον [E] καταλογάδην ἐν βιβλίοις θʹ. Ιταλικὰ Τρωϊκοῦ διακόσμου. Οὗτος ἔγραψε τὰ περὶ τῆς ἁρπαγῆς Ελένης, καὶ περὶ Μενελάου, καὶ πάσης Ιλιακῆς ὑποθέσεως, ὑπὸ Κλαυδίου τῆς Κρήτης ὑπὸ σεισμοῦ κατενεχθείσης, καὶ πολλῶν ἀνεῳχθέντων εὑρέθη ἐν ἑνὶ τούτων τὸ σύνταγμα τῆς ἱστορίας Δίκτυος, τὸν Τρωικὸν περιέχον πόλεμον, ὅπερ λαβὼν Κλαύδιος ἐξέδωκε γράφεσθαι. Id est, *Dictys historicus scripsit Ephemerida, prætermissa ab Homero novem libris, Res Italicas, de Trojana Republica, de raptu Helenæ, & Menelao, & universa Trojana historia. Cum autem sub Claudio Imperatore Creta terræ motu discessisset, multis sepulchris apertis in* [F] *quodam opus historicum Dictyos est repertum, quod bellum Trojanum contineret, quod Claudius descriptum edi jussit.* In quibus licet omnes alii Ιταλικὰ unanimes legant, mihi tamen mendum subesse videtur; neque Dictyn hunc puto Troicis temporibus æqualem *Italica* potuisse scribere, cum tunc Italicæ res in obscuro essent, & sævis illa Europæ pars immanium hominum latrociniis rapinisque vexata, neq; civili actione, neque publico, neq; privato jure regeretur, &, si Dionysio curioso harum rerum perscrutatori fides aliqua habenda est, Italiæ

liæ

liæ nomen tunc primum, vel paulo ante natum, rude, ac pene ignotum in incunabulis incubabat. Quare libentius legerem Ἰλιακὰ, titulum scilicet generalem Operis illum fuisse, novem libris distinctum, in quo de rebus Troicis, aliisquæ, quæ Suidas commemorat, tractabat: & hæc obiter. Anonymus in *Prolegomenis Rhetoricis* adhuc ineditis: Καὶ γὰρ Δίκτυς ὁ Κνώσσιος συμπλεύσας Ἰδομενεῖ τῷ τῶν Κρητῶν βασιλεῖ ἦλθεν εἰς Τροίαν, καὶ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον συγγράψας Φοινίκων γράμμασιν, οἷς Ἕλληνες τότε ἀπὸ Κάδμου μαθόντες ἐχρῶντο, δῆλός ἐστιν εἰδέναι τέχνην Ῥητορικήν. Δημηγοροῦντας γὰρ εἰσάγει τοὺς Ἥρωας, Παλαμήδην ἐκεῖνον, καὶ Ὀδυσσέα, καὶ Μενέλαον ἐν τῇ κατὰ Τρώων βουλῇ, καὶ ἐν τῇ πρὸς Τρῶας πρεσβείᾳ, καὶ πολλοὺς ἄλλους, ἄλλως πως ῥητορεύοντας. Id est, *Dictys enim Cnossius una cum Idomeneo Cretensium rege Trojam adnavigavit, & bello Trojano Phœniceis literis, quibus tunc Græci a Cadmo edocti utebantur, descripto, manifeste se prodit artis Rhetoricæ gnarum. Nam Heroes Palamedem, Ulyssem, Menelaum, & plerosque alios in sententia adversus Trojanos ferenda, nec non ad eosdem legatione eloquenter artificioseque disserentes, ac oratorio modo concionantes introducit.* Vide etiam quæ ex Chronographo M. S adnotabamus in Sisypho: Ἅτινα καὶ ἐν τῇ Ῥαψωδίαις Δίκτυος φέρεται, ὅπερ πόνημα ἐπὶ Κλαυδίου καὶ Νέρωνος εὑρέθη ἐν κασσιτερίνῳ κιβωτίῳ. Id est, *Quæ in libris Dictys Cretensis circumferuntur. Inventi autem sunt sub Claudio & Nerone in arcula stannea.* Quintus Septimius Romanus, qui illum e Græco, non ex lingua Punica, ut falso tradit Paulus Bolduanus in *Bibliotheca Historica* pag. 148. in sermonem Latinum vertit, in paucissimis verbis sibi ipsi nimis incaute adversatur. Nam in *Vita Dictyos* ait, Neronem libris hujus auctoris acceptis, cum animadvertisset Phœniceas esse literas, interpretes ad se vocasse, jussisseque in Græcum sermonem transferre; in *Epistola* vero *ad Q. Arcadium*, tradit Eupraxidem Cnossi dominum, commutatos libros literis Atticis, *nam oratio Græca fuerat*, Neroni Romano Cæsari obtulisse. Nec mirum id videri debet, cum & Samaritani, qui lingua Hebraica loquebantur, sententiasque animi exprimebant, scripta charactere Phœniceo delineabant. Et ego vidi in Bibliotheca Vaticana Pentateuchum Moysis antiquissimum literis Phœniceis exaratum, lingua tamen Hebraica differens. Et dum Asiæ Minoris oram ac Ægæas insulas ἔρωτι πολυμαθείας lustrarem, Judæos eorum locorum accolas lingua Hispanica loquentes differentesque audivi, dicta tamen charactere Hebraico, qui in usu apud illos est, exprimentes, quia alium nesciunt, ut plurimum vidi. Quare ævo etiam, quo Commentarii Dictys mortalibus innotuere, ut Græci haberent & evolverent sola characteris literarumque mutatio satis superque erat, nec erat opus, ut in Græcum sermonem transferrentur, licet ut Latinis communicarentur, præter characteris, sermonis quoque immutatio necessario requiebatur. Verum cum videam illius Commentarios a posterioribus Græcis summopere laudari, magna spes me tenet, eos quandoque in lucem venturos, & licet modo alicubi lateant, usui publico Græce etiam edendos, quidquid Constantinus Lascaris asserat apud Franciscum Faragonium *Epistola ad Cernardum Rictium Messanensem*: *Ad hoc nulli profecto mirum videri debet; quum Constantinus Lascaris vir utraque lingua peritissimus mihi asseruerit superiorum temporum incuria Dictyn apud Græcos ne quidem inveniri. Retulit tamen hæc paucula ex Suida asserente, Dictym Cretensem, Cnossium historicum, Belli Trojani Ephemeridem; id est, diurnalem, literis Punicis, quibus universa Græcia tunc utebatur, absolvisse sub Idomeneo merentem. Dein post multum temporis apud Cnosson monumento terræ motu, seu vetustate, collapso repertos libellos, Atticisque literis commutatos Claudio Cæsari Neroni oblatos, demum Latine conversos.* Hæc ille.

Notanda item sunt verba Jani Rutgersii *Var. Lect.* lib. v. cap. xx. Isaacium Porphyrogenetam, qui suos e Dicty Heroum characteres sumpsisse dicit, aut memoria lapsum fuisse, alium Dictym, quam nos habemus, habuisse, cum in hoc nostro non reperiantur. Turpissime item illi decipiuntur, qui scriptorem hunc Merione, quem filium Idomenei somniant, natum, & Phœnicum lingua Bellum Iliacum scripsisse tradunt: nec veriti sunt similia ἀνιστορησίας portenta *Thesauro Latinæ linguæ* inserere, *Dictys Cretensis, peritus Phœnicum literarum, natus Merione filio Idomenei, scripsit Bellum Trojanum, in quo ipse militavit, Phœnicum lingua.* Vide quot errores incauto Lectori obtrudunt. Dictym Græce scripsisse ex jam dictis manifestum est, licet characteribus Phœniceis usus sit, & ipse fatetur in fine *lib.* v. *Hæc ego Cnossius Dictys come Idomenei conscripsi oratione ea, quam maxime inter diversa loquendi genera consequi ac comprehendere potui literis Puniceis a Cadmo Danaoque traditis. Neque sit mirum cuiquam, si quamvis Græci omnes tamen diverso inter se sermone agunt, quando nec nos quidem unius ejusdemque insulæ simili lingua, sed varia permixtaque, utamur.* Meriones filius Idomenei nunquam fuit, sed Moli, aperte Homerus eum υἱὸν Μόλου vocat, & Idomenei ὀπάονα καὶ θεράποντα, & Aristoteles, sive *Epitaphiorum Homericorum Heroum* Auctor; etsi Idomeneo consanguinitate conjunctum fuisse non negem, erat enim Idomenei ἀδελφιδοῦς fratris filius. Eustathius *in Iliad.* B. affinitatis seriem eam scribit: Θεῖος δὲ Μηριόνου κατὰ τὴν ἱστορίαν ὁ Ἰδομενεύς. Διὸς γὰρ Μίνως, οὗ καὶ Πασιφάης Δευκαλίων, οὗ Μόλος, καὶ Ἰδομενεύς, Μόλου δὲ Μηριόνης. *Patruus*, scilicet *Meriones secundum historiam Idomeneus fuit. Jovis siquidem Minos, hujus & Pasiphaes Deucalion, hujus Molus, & Idomeneus, Moli Meriones.* Postremo si Dictys Meriones filius fuisset, difficile Bello Trojano interesse potuit, & cum dicitur militare in aliena regione infans ipse in propriis cum æqualibus pueris ineptias agebat, & falsus esset, cum profitetur ea, quæ vidisset, conscribere: cum per ætatem ad Troadem accessus illi denegetur: *Dein haud multo post Idomeneus & Meriones summa inter se vincti concordia. Eorum ego secutus comitatum, ea quidem, quæ ante apud Trojam gesta sunt, ab Ulysse cognita, quam diligentissime retuli, & reliqua, quæ deinceps insecuta sunt, quoniam ipse interfui, quam verissime potero exponam.* Et: *Igitur ea, quæ in bello evenere Græcis ac Barbaris, cuncta sciens, perpessusque magna ex parte, memoria edidi.* Unde eum provecta tunc fuisse ætate colligimus.

Dares item Phrygius, ut retulit Antipater Acanthius, ante Homerum *Iliada* scripsit. Ptolemæus Hephæstio apud Photjum: Ἀντίπατρος δέ φησιν ὁ Ἀκάνθιος Δάρητα πρὸ Ὁμήρου γράψαντα τὴν Ἰλιάδα μνήμονα γενέσθαι Ἕκτορος ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀνελεῖν ἑταῖρον Ἀχιλλέως. Id est, *Cæterum Antipater Acanthius refert Daretum, qui ante Homerum Iliadem conscripsit, monitorem fuisse Hectoris, auctoremque, ne Achillis socium interimeret.* Ælian. *lib.* XI. *c.* II. Καὶ τὴν Φρύγα δὲ Δάρητα, οὗ Φρυγίαν Ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα, πρὸ Ὁμήρου καὶ τοῦτον γενέσθαι λέγουσιν. Id est, *Item Dares Phrygius, ut dicunt, ante Homerum vixit, cujus Phrygiam Iliadem usque in hunc diem conservari scio.* Sed ante quam alia connectamus, mira Cæsaris Scaligeri improbitas, & ingenium ad omnia audax propalandum est; cum

enim totus in Homeri calumnias incumberet, sententiam Æliani peracuta fraude in aliam mentem detorsit. Scribit siquidem lib. I. *de Poetica* cap. II. *Orœbantium quoque Trœzenium itemque Phrygium Daretem, ante Homerum scribit floruisse Ælianus, suisque temporibus illius Iliadem in honore habitam*. Nusquam id dixit Ælianus. En ipsius verba: Οὗ Φρυγίαν Ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα. *Cujus Phrygiam Iliadem etiam nunc conservari scio*. Aliud est conservari, aliud in honore haberi: neque id Scaligerum latuit. Sed voluit ingeniosus iste vir hac mala fide alieni poematis laudatione Homeri poesim nobis minus laudabilem insinuare. Cornelius Nepos *ad Salustium*: *Optimum ergo duxi, ita ut vere fuit, & simpliciter perscripta, sic eam ad verbum in Latinitatem transverterem, ut legentes cognoscere possint, quomodo res gestæ essent, quas Dares Phrygius memoriæ commendavit, qui per id tempus vixit & militavit, quo Græci Romanos oppugnarent. Minime Homero credendum, qui post multos annos natus est*. Sed bene est, quod in manibus jam de Bello Trojano poema a Cornelio versum, Dareti falso suppositum censent eruditi. Recte igitur sensit Ludovicus Vives in v. *de tradendis Disciplinis*, cum ait, Daretem & Dictym istum esse *figmenta eorum, qui de bello famosissimo voluerunt ludere*. Gulielmus Xylander *Not. in Cedrenum* adnotat. 67. *Ego ut non negem Dictym, atque etiam Daretem, historiam Belli Trojani composuisse, ita persuaderi mihi nunquam patiar, ut qui hodie istis titulis circumferuntur libelli pro genuinis, aut fide, vel etiam lectu dignis habeam.* Gaspar Barrerius *Censura in Fragmenta Portii Catonis*: *Nonne, quia de Bello Trojano scripsisse Dictym Cretensem, Daretem item Phrygium inaudierat non nemo, ab inferis excitare nescio qua arte tentavit, & falsas pro verbis historias vendicavit, Q. Septimio nescio quo & Cornelio Nepote Interpretibus. O facinus audax, & flagris vindicandum! Ubi nunc lex Cornelia, quæ de plagiariis lata erat, dormis?* Et Joannes Vossius eruditissimo Opere *de Scriptoribus Latinis* in Joannem Mariam Catanæum animadvertit, lib. I. cap. XIV. Sed de illius operis Auctore plura nos in opere *de Apocryphis*, in quo jam dudum insudamus.

Ilii vastationem, & Græcorum post illam cladem naufragia, & in patriam reditum, carmine cecinisse commemorantur ab Homero Demodocus Corcyræus & Phemius Ithacensis, Troicis temporibus σύγχρονοι; nisi fallit Homerus, & poetica licentia, sicuti viros bello strenuos, & eloquentia præstantes, ita quoque & poetas, eorumque carmina, ut sibi placuit, finxerit. Quod & in aliis præstitisse docuerunt alii aperto temporis ἀναχρονισμῷ, nam quæ sua ætate evenerant ad Troica tempora detulit. Eustathius, Ὀδυσσ. Α. ex veteri historia: Τὸν δὲ Φήμιον ἡ παλαιὰ ἱστορία διδάσκαλον γενέσθαι λέγει τοῦ Ποιητοῦ, ἄνδρα σοφὸν, καὶ Μούσαις κάτοχον. Διὸ καὶ τὸν Ἰθακήσιον ἀοιδὸν ὁ Ποιητὴς οὕτω πλάττει καλεῖσθαι ἐγκατιθέμενος τῇ ποιήσει τὸ τοῦ διδασκάλου ὄνομα, οἷα κενηρίῳ λαμπρῷ εἰς κλέος ἀείμνηστον. Φασὶ δὲ καὶ ὅτι τὴν τοῦ Ὁμήρου μητέρα Κρηθηΐδα ἐκεῖνος ὁ ἀληθὴς Φήμιος ἔπεισε συνοικήσειν αὐτῷ. Ἐπιμαρτύρεται δὲ ὁ Ποιητὴς τῷ Φημίῳ τούτῳ οὐ μόνον σύνεσιν, εἴπερ ἀνάγκῃ τοῖς μνηστῆρσιν ἀείδει, ἀλλὰ καὶ σοφίαν, ἐν οἷς πολλὰ λέγει αὐτὸν εἰδέναι βροτῶν θελκτήρια. Et: Οὐ μόνον δὲ τὸ τοῦ Φημίου ἐνταῦθα ὄνομα ἐξ ἀληθοῦς τινος Φημίου οἱ ἱστοροῦντες μετενηνέχθαι φασὶν, ἀλλὰ καὶ τὸν ῥηθέντα Μέντην. ναὶ μέντοι καὶ τὴν τοῦ μετὰ ταῦτα ῥηθησομένου Μέντορος κλῆσιν. Φασὶ γὰρ καὶ αὐτοὺς ἑταίρους φίλους γενέσθαι τῷ Ποιητῇ, τὸν μὲν ναύκληρον ὄντα τὸν Μέντην, πεπαιδευμένον ἄνδρα, καὶ πολυΐστορα, ᾧ συμπλέων ὁ Ποιητὴς ἱστορίαν συνῆγε· τὸν δὲ Μέντορα Ἰθακήσιον, παρ' ᾧ κατελήφθη, καὶ ἐνοσοκομήθη ὁ Ποιητὴς, ὅτε πλέων ἐξ Ἰβηρίας μετὰ τοῦ Μέντου δεινῶς ἐνόσησε τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτοὺς ἀπεσεμνύνεν ὁ Ποιητὴς τῷ εἰς αὐτοὺς μετασχηματισμῷ τῆς Ἀθηνᾶς. Ὅτι δὲ καὶ ὁ Θερσίτης, καὶ ὁ Τύχιος, καὶ ὁ Ἔχετος ἐπὶ Ὁμήρου γενόμενοι ἀνεχρονίσθησαν ὡς παλαί ποτε γεγονότες, ἐν ταῖς παλαιαῖς ἱστορίαις εὑρίσκεται. Id est, *Phemium Antiquorum monumenta tradunt, magistrum Homeri fuisse, virum doctum, & Musis afflatum. Quapropter cantorem Ithacensem Poeta ita nomine ficto denominat, in poesi magistri sui nomen inserens, quasi monumento quodam illius famam perennans. Tradunt præterea Homeri matrem Critheida verum Phemium sibi matrimonio conjunxisse. Phemii prudentiæ luculentus testis est Homerus in his, quæ vi quadam adactus Procis canit, & præterea sapientiæ, dum illum multas hominum illecebras callere dicit*. Et: *Non solum hic ex vero quodam Phemio historici nomen asportatum tradunt, & etiam Mentis prædicti, sic & infra memorandi Mentoris. Eos siquidem comites amicosque Poetæ fuisse narrant, Mentem navicularium, eruditum virum, ac multiscium, quocum Poeta adnavigans historiam colligebat; Mentorem Ithacensem, apud quem diversatus est, & propriæ infirmitatis remedia habuit, dum ex Iberia progrediens cum Mente, oculorum morbo quam maxime afflictatus est, ideoque eos celebravit Poeta, in eos Minervam transformans. Thersitem item, Tychium, & Echetum a temporibus Homericis, quibus vivebant, ad antiqua illa, quasi tunc temporis viverent, translatos esse, in veterum auctorum monumentis legitur*. Similia habet Herodotus *de Vita Homeri*. Verum de his agere non est præsentis negotii. Vere tamen illos Poetas fuisse tradit Plutarchus lib. *de Musica*: Γεγονέναι δὲ καὶ Δημόδοκον Κερκυραῖον παλαιὸν μουσικὸν, ὃν πεποιηκέναι Ἰλίου τε πόρθησιν, καὶ Ἀφροδίτης καὶ Ἡφαίστου γάμον, ἀλλὰ μὴν καὶ Φήμιον Ἰθακήσιον νόστον τῶν ἀπὸ Τροίας μετ' Ἀγαμέμνονος ἀνακομισθέντων ποιῆσαι. Οὐ λελυμένην δὲ εἶναι τῶν προειρημένων τὴν τῶν ποιημάτων λέξιν, καὶ μέτρον οὐκ ἔχουσαν, ἀλλὰ καθάπερ Στησιχόρου τε, καὶ τῶν ἀρχαίων μελοποιῶν, οἳ ποιοῦντες ἔπη τούτοις μέλη περιετίθεσαν. Id est, *Fuisse etiam Demodocum Corcyræum veterem musicum, qui carmine expresserit Ilii excidium, & Veneris cum Vulcano nuptias, sed & Phemium Ithacensem de reditu eorum, qui cum Agamemnone fuerant ad Trojam profecti, versus fecisse. Neque vero jam commemoratorum poematum solutam fuisse dictionem, aut quæ mensura careret, sed Stesichori, aliorumque veterum Lyricorum poematis similem, qui versibus modos, quibus canerentur, adjecerunt*. Et hæc se habuisse fatetur ex Heraclidis συναγωγῆς τῶν ἐν Μουσικῇ. Et Timolaus Poetam Clytæmnestræ custodem, & Phemium fratres germanos facit apud Eustathium *Odyss.* Γ. Τιμόλαος δὲ τὸν ἀοιδὸν τοῦτον ἀδελφὸν ἱστορεῖ τοῦ Φημίου, ὃν ἀκολουθῆσαι φησὶ τῇ Πηνελόπῃ εἰς Ἰθάκην φύλακα· διὸ καὶ βίᾳ παρὰ τοῖς μνηστῆρσιν ᾄδει. Id est, *Timolaus cantorem hunc fratrem Phemii fuisse refert, quem ajunt Penelopen apud Ithacam sequutum custodem; ideoque apud procos coactum canere*.

Martin. Delrius *Advers. in Senecæ Troada*, tradit Homerum res Iliacas sub Priamo gestas non primum, quod vulgo creditur, pertractasse: *Nam Plutarch. lib. de Musica refert, Phemium Ithacensem ante Homerum scripsisse de Græcorum reditu a Troja, & Dionysius Halicarnasseus lib. I. Antiquit. est auctor, Atratinum quendam omnium antiquissimum Poetam Trojanas res scripsisse*, &c. In his nonnulla consideranda sunt. Primum illud apud Dionysium legi bis *Aratinum*, non *Atratinum*. Secundum in nonnullis Codicibus *Arctinum* legi, quos sequutus est etiam Lapus, & Joann. Canabutius tractatu *de Samothrace*, verba Dionysii exponendo, bis illius Auctoris

nomen repetens, *Arctinum* vocat. Tertium nullo modo e Dionysio colligi hunc scriptorem ante Homerica tempora res Iliacas scripsit mandasse. Verba Dionysii sunt: Ορᾷν μὲν δὴ ταῦτα ἔξεστιν, ἀκούειν δὲ, καὶ γράφειν ὑπὲρ αὐτῶν, ἃ Καλλίστρατός τε ὁ περὶ Σαμοθρᾴκης συνταξάμενος ἱστορίαν, καὶ Σάτυρος ὁ τοὺς ἀρχαίους μύθους συναγαγὼν, καὶ ἄλλοι συχνοί. Παλαιότατος δὲ ὧν ἡμεῖς ἴσμεν ποιητὴς Αρατῖνος. Λέγουσι γοῦν ὧδε. Id est, *Hæc igitur videre fas est, fas etiam audire de illis, & scribere quæ extant in Callistrati historia, quam edidit de rebus Samothraciæ, & apud antiquarum fabularum collectorem Satyrum, & cum alios multos, tum Aratinum poetam omnium, quos scimus, antiquissimum, apud quos ita legitur.* Quibus licet antiquissimum faciat Arctinum, non ita tamen, ut eum Homerum præcessisse in Trojana historia conscribenda affirmet; sed tantum eorum antiquissimum, quos ipse sciret, qui de Palladio tractassent: in Homero siquidem de hac re altum silentium. Quare cum ipse primus Palladii historiam tradidisset, nec alius suppeteret Dionysio, jure merito antiquissimus illi poetarum est; & illum de Palladio egisse series ipsa Dionysianæ historiæ fatetur. Falluntur ergo, qui ob verba hæc Dionysii Arctinum Homero antiquiorem faciunt. Hic in Eusebiano *Chronico* circa primam Olympiadem floruisse dicitur, patria Milesius, versibus faciendis clarissimus, & apud Suidam testimonio Artemonis Clazomenii discipulus Homeri: Αρκτῖνος Τήλεω τοῦ Ναύτεω ἀπογόνου, Μιλήσιος ἐποποιὸς, μαθητὴς Ομήρου, ὡς λέγει ὁ Κλαζομένιος Αρτέμων ἐν τῷ περὶ Ομήρου, γεγονὼς μετὰ τὴν θ'. Ολυμπιάδα, μετὰ υ. ἔτη τῶν Τρωϊκῶν. Id est, *Arctinus Telei filius a Naute oriundi, Milesius poeta, Homeri discipulus, auctore Artemone Clazomenio, vixit Olympiade nona,* CCCC. *post bellum Trojanum annos.*

Syagrus tandem, ut finem hisce rebus imponam, post Orpheum & Musæum, ante tamen Homerum, Trojanum bellum scripsit. Ælianus *lib.* XIV. *cap.* XXI. Οτι Σύαγρός τις ἐγένετο ποιητὴς μετ' Ορφέα καὶ Μουσαῖον, ὃς λέγεται τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον πρῶτος ᾆσαι. μεγίστης οὗτος ὑποθέσεως λαβόμενος, καὶ ἐπιτολμήσας ταύτῃ. Id est, *Poeta quidam nomine Syagrus extitit post Orpheum & Musæum, qui dicitur primus Trojanum bellum cecinisse: maximum argumentum carmine ausus tractare.* Et ex Æliano Eustathius in *Proleg. Homericis*: Οτι δὲ καὶ ἕτεροι πρὸ αὐτοῦ ἦσαν ποιηταὶ, ὧν καὶ Μουσαῖος ἀκέσεις νόσων συγγραψάμενος. Καὶ ὅτι, ὡς καὶ Αἰλιανὸς ἱστορεῖ, μετὰ Ορφέα καὶ Μουσαῖον Σύαγρος γέγονε ποιητὴς, ὃς πρῶτος τὸν Τρωϊκὸν ᾖσε πόλεμον. Καὶ τοῦτο ἐς τοσοῦτον εἰρήσθω. Id est, *Multi præterea ante eum poetæ fuere, inter quos annumeratur Musæus, qui morborum medicamenta conscripsit: &, ut Ælianus auctor est, post Orpheum & Musæum Syagrus poeta floruit, qui primus Iliacum bellum cecinit. Et hæc sint satis dicta.*

Non minus ergo ridendi sunt, qui, ut de tanti viri laudibus adimant, alios volunt ante eum eadem argumenta executos; eorumque exemplo meliorem factum Homerum. Demus enim ante Homerum complures, sicut etiam post, argumentum non dissimile tentasse, scripsisse, ut ea tempora ferebant, & vires auctoris patiebantur, poema non illaudabile illud quidem: ideone Homericum ingenium vel aliena sustulit, vel per eorum labores profecit? Nemo ante Homerum poeta, nemo postea ad eum. Vellejus Paterculus *lib.* I. *Clarissimum deinde Homeri illuxit ingenium, sine exemplo maximum: qui magnitudine operum & fulgore carminum solus appellari poeta meruit. In quo hoc maximum est, quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque ante illum qui eum imitari posset, inventus est: neque quemquam alium, cujus operis primus author fuerit, in eo perfectissimum, præter Homerum, & Archilochum, reperiemus.* Velleii judicium amplexatus est & deosculatus Justus Lipsius *Animadv.* ibidem: *Utrumque verum est. Nam & Homerus,* primus doctrinarum & antiquitatis parens, *nec post eum natus, qui germanius exprimeret, aut referret. Non ergo ipse Virgilius? Non Vellejo quidem judice: atque etiam acri illo Fabio, cujus hæc verba:* In verbis, sententiis, figuris, humani ingenii modum excedit, ut magni viri sit virtutes ejus, non æmulatione, quod fieri non potest, sed intellectu sequi. *Et profecto ita est. Omnium rerum, omnium artium, omnis non prudentiæ solum, sed sapientiæ vestigia, aut expressa, aut recondita sunt in illo. Quemadmodum Themistius temere dixit* προπάτορα, καὶ ἀρχέγονον τῶν Πλάτωνος καὶ Αριστοτέλους λόγων, primum parentem, auctoremque Platonis & Aristotelis sermonum. *Et Dionysius*: Κορυφὴν ἁπάντων, καὶ σκοπὸν, ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι κρῆναι. Verticem omnium, & quasi scopum, ex quo cuncta flumina, cuncta maria, cuncti fontes. *Sed diffundor in laudes viri, quem fateor me non æstimare, sed venerari; nec venerari, sed pene dicam adorare.* Hæc huc adduxi, non ut Homerum cum Virgilio conferam, nec ut Homerum Virgilio superiorem demonstrem. Meas in hac re considerationes habebis, Lector, fusius alibi; sed ut illud convincam, Homerum non aliunde suas laudes aucupatum, sed ipsum se ipso sine exemplo maximum factum, exempli loco aliis fuisse. Vidit, & fassus est hoc idem Julius Scaliger, antequam furor & audacia ejus effrenatum animum importunamque naturam ita oppressisset, ut, pudore omni metuque abjecto, in innocentissimos Homeri Manes furibundus ac fatuus mente præcipiti ac indomita delirasset ac insanisset in Heroibus.

Mortales, me etiam mortali semine cretum,
Et paria ausi estis credere fata mibi.
Ac non naturæ superatas carmine leges?
Versaque in humanas jura superna vices?
Non bomines, non me Musæ peperere: sed a me
Principium Musæ patre tulere suum.

Hæc Scaliger prudens ac animi compos: cum furit & debacchatur, vide ejus pessimos errores atque insulsissimos; eos sine stomacho non audies Lector. Ipse enim lib. V. *Poet.* cap. II. ut argumenta Homericorum Poematum non esse ab ipso Homero excogitata probaret, ad famam vulgi, qua circumferebantur, refert. Ideoque tantum Homero tribui ait, quod Antiquorum monumenta non extant, quæ si extarent, non primum sibi locum in omnibus vindicasset. Ferenda hæc, licet pro libidine furentis insanientisque hominis dicta: qui non quod est probat, sed aliud sibi fingit, quod ita vellet esse, ut sibi probata aliis comprobaret. Quæ sequuntur, bruto potius, quam homine digna, qui in hac rerum luce vel senserit aliquid, vel viderit, & in rationis ductu omnino ratione non fuerit destitutus. Audi decoctoris argumenta; & primum quæ habet *Poetices* lib. I. cap. I. *Tertii sæculi Homerus auctor, & parens. Hesiodus quoque, & alii. Quamquam si historiæ non extarent, putare potueris Musæum Homero juniorem, adeo ille cultior & politior*

A *est*. Et *lib. v. Arbitror enim ego Musæi stylum longe esse Homerico politiorem atque comptiorem; quod, ut clarius pateat, aliquot versus adducere coactus sum. Nam quemadmodum omnes sunt incomparabiles, solique e Græcanicis Virgilio digni, ita nonnulli adeo compositi, ut ab ejus gentis nullo alio, quam a Musæo dici potuisse videantur. Quare neque Homerum, neque Orpheum, sed Musæum fecit ille principem Elysiacarum cantionum*, &c. Et Musæi nonnullis carminibus mirum quantum laudatis, subdit; *Quod si Musæus ea, quæ Homerus scripsit, scripsisset, longe melius eum scripturum fuisse judicamus. Nam*
B *cum a Musæo accepisset illa munda simul & aucta*;

> Κύπρει φίλη μετ' Κύπρειν, Αθίωαίη μετ' Αθίωὴν,
> Οὐ γὰρ ἐπιχθονίοισιν ἴσίω καλέω σε γυναιξὶν,
> Αλλά σε θυγατέρεσσι Διὸς Κρονίωνος ἐίσκω.
> Ολβιος ὅς σ' ἐφύτευσε, καὶ ὀλβίη ἥ τέκε μήτηρ,
> Γαστὴρ ἥ σ' ἐλόχευσε μακαρτάτη. ἀλλὰ λιπαίων,
> Ημετέρων ἐπάκουε.

Hæc cum accepisset, multo leviore sono, abjectioribus laxioribusque numeris ita reddidit;

> Γουνοῦμαί σε ἄνασσα. Θεός νύ τις, ἤ βροτός ἐσσι.
C > Εἰ μέν τοι Θεός ἐσσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν
> Αρτέμιδί σε ἔγωγε Δίος κούρῃ μεγάλοιο.
> Εἶδός τε, μέγεθός τε, φυήν τ' ἄγχιστα ἐίσκω,
> Εἰ δέ τις ἐσσι βροτῶν, τοὶ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσιν,
> Τρισμάκαρες μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ.

Tandem concludit: *Utinam igitur alia quoque extarent monumenta Priscorum! non enim dubito, quin judicium meum præferretur*. A te, a te, o Scaliger, judicium tuum semper præfertur, non sine *φιλαυτίας*, illiusque cæcutientis, vitio. Quis hæc tua, dummodo non sit a Musis omnibus aversus, judicia nimis improba probabit? Orationis structuram,
D qua historia Leandri & Heronis satis culte depicta est, ad Priscorum illam antiquam simplicitatem & puram *ἀφέλειαν* defers? Non is es, qui illibatam illam Antiquorum sermonis normam, non ascititiis verborum ac figurarum splendoribus, sed natura sua atque ingenio fluentem, a posteritatis affectatione atque artificiosa industria discernere possis. Cum nec Recentiorum fucum, nec Antiquorum puram ac nativam dictionem agnoscas. Nimis nugax est censoria isthæc virgula, quam tute arrogas; quæ dum characteres hosce non discernit, undenam poterit de aliis judicium ferre? Musæum antiquissimum illum sacrorum Atheniensium
E Hierophantam, ea dictione usum, at oratione, nec stultissimus quidem, nisi tu, qui nimium tibi sapis, Scaliger, diceret. Abhorruit veneranda antiquitas, verborum & artis lenocinia, & voluit magis esse, quam videri, cultu forma, naturaque illustris, quæ omnia posteritas in unum confusa inani verborum ac sententiarum strepitu pipere sesamoque consperlit, & in alienum cœlum, ut ita dicam, transtulit immutata. Sed ut videas, quænam fuerit illius ævi, quænam Musæi in scribendo solertia & modus, quantum a Musæanis hisce tuis diversus, accipe nonnulla, quæ
F ex illius carminibus tempus edax nobis reliqua fecit:

> Ως αἰεὶ τέχνη μέγ' ἀμείνων ἰσχύος ἐστίν.

Et:

> Ως δ' αὔτως καὶ φύλλα φύει ζείδωρος ἄρουρα,
> Αλλα μὲν ἐν μελίῃσιν ἀποφθίνει, ἄλλα δὲ φύει.
> Ως δὲ καὶ ἀνθρώπου γενεὴ, καὶ φύλλον ἑλίσσει.

Item illud:

> Ηδὺ δὲ καὶ τὸ πυθέσθαι ὅσα θνητοῖσιν ἔδειμαν
> Αθάνατοι δειλῶν τε, καὶ ἐσθλῶν τέκμαρ ἐναργές.

Et illud;

> Καὶ γὰρ Αθίωαίοισιν ἐπέρχεται ἄγριος ὄμβρος
> Ηγεμόνων κακότητι, παραιφασίη δέ τις ἔσται
> Ην γ' ἄλις ἠμύσουσι πόλιν, τίνουσι δὲ ποινήν.

Illud tandem ex Aristotele de aquila, *Ος τρία μὲν τίκτει, δύο δ' ἐκλέπει, ἓν δ' ἀλιβάζει*. Vides hunc auctorem hiatus admittere, lectis non uti semper verbis, nec versus claudere bisyllabis, trisyllabisve, ut ipse in recentiori adnotaras: qui omnes in hisce, quæ tu dicis, nimium fuere addicti ad superstitionem usque. Exempla in promptu sunt apud Nonnum, Coluthum, Joannem Gazæum, Christodorum Copitem, aliosque posterioris ævi scriptores, quæ non offendes in Tryphyodoro, qui antiquior fuit, aliisque qui sua laude, eaque maxima, non caruerunt, aliunde tamen quam ab accentibus & numeratione syllabarum petita. Vidit hoc idem Henricus Stephanus *Dissertatione* de sua editione Poetarum Græcorum principum: *Id autem mihi affirmans sententiam meam confirmabat. Quum enim antiquum poema mihi non videri, nihilque me τὸ ἀρχαῖον χνοῦ ποιητικοῦ, ut ita loquar, in eo reperire dicerem, tantum abest, ut vetustissimo illi poetæ adscribendum putarem, hoc ille testimonio dubitationem omnem mihi aliisque pariter sustulit*. Fulvius Ursinus in Virgilio collato, an Poemation hoc Musæo Atheniensi tribuendum sit, non semel dubitavit. Casaubonus *Not. in Laertium* pluribus argumentis refellit; ab his enim vehementissime dissidet, quibus placet Musæum Eleusinium esse carminis, quode de Leandro & Herone circumfertur, auctorem. Memini præterea me legisse carmina, quæ Musæi inscribuntur, Onomacritum fecisse: nihilque illius extare certi præter *Hymnum in Cererem*, quem Lycomedi fecit.

Sed quisnam fuit hic Musæus, qui de Leandro & Herone scripsit? Nota alium Scaligeri errorem, *πάνυ* historicam. Dormitat ergo quandoque Scaliger omnihistor? Sæpissime & fœdissime. Musæum hunc recentiorem circumcirca tempora Coluthi, Tryphyodori, Joannis Gazæi, Nonni, Christodori, Leonis Magistri, multis scilicet post Christum natum annis floruisse certissimum est præter orationis structuram ipso Operis titulo, ubi se Grammaticum appellat, *Μουσαίου τοῦ Γραμματικοῦ τὰ καθ' Ηρὼ καὶ Λέανδρον*, & istiusmodi inscriptionem in pluribus me legisse memini Manuscriptis Codicibus. Hoc & Henrico Stephano Michael Sophianus testatus est: *Affirmavit mihi olim Michael Sophianus coram aliis plurimis se vidisse Genuæ librum veterem, qui inter alia poemata haberet istud ita inscriptum*, Μουσαίου τοῦ Γραμματικοῦ τὰ καθ' Ηρὼ καὶ Λέανδρον, *eumque in cujus manibus liber erat nominavit*. Sane Grammatici nomen Musæo illo Eleusinio longe inferius est. Et si conjecturæ omnes & argumenta ad id probandum deessent, vel solo aurium non inelegantium, illarum quidem judicio veritatem discernes.

Sed quando Scaliger in scena est, immoremur adhuc paulum, amice Lector, non a materia proposita aberrabimus. Oculatissimus quippe Scaliger cæcutit, &, ni demus illi manus, præceps corruet, pessumque abibit. Nescio quis illi Græculas putidasque literulas, ita ipsi pro ea, qua est literatura, Atticæ ipsæ Athenæ olent, e crebro depulit, ita ut rudibus talium rerum manifesta, tantum hominem lateant. Delirium Scaligeri propalemus. *Poet.* lib. I. cap. I. de Musæo, & aliis, qui ante Homerum poemata conscripserunt, tractans ait: *Ante Orphe-*

A *um quoque & Musæum, idem auctor est, (Ælianus) fuisse Syagrum poetam, qui Trojanum bellum primus scripserit.* Μετὰ Scaligero non est *Ante*, sed *Post*: & Ælianus dicit, Syagrum, licet ante Homerum fuerit, fuisse tamen post Orpheum & Musæum. Sed *Ante*, & *Post* idem erit Scaligero, cui unum omnia sunt, sive asserant, sive negent. Et ut acumen ingenii exerceas, responde sodes, Quanam ratione, qui ante Orpheum & Musæum poemata scripsit, bellum Trojanum cecinit? Orpheus & Musæus Trojanis temporibus antiquiores. Lepidissimus hic poeta, vere poeta per te, quod B nondum in rerum natura fuit, conscripsit, scripsit tamen, quia poterat esse: sed bene actum cum eo. Poemata, dicas etiam si vis vaticinia, effectu comprobata sunt. φλυάφος.

Nugæ itaque meræ sunt, ut Homericam dignitatem imminuas, alium tibi Homero antiquiorem fingere, sive Græcum, sive Ægyptium, cui sua debeat Homerus. Qui sicut non ab aliis accepit, multo minus a Phanite Ægyptio, ita & Ægyptius non fuit. Novum istud auditu ad Heliodori tempora fuit, nec, licet a plerisque dictum fuisset, palam innotuerat, Homerum C scilicet Ægyptium fuisse, eodemmet Heliodoro, qui illum Ægyptium facit, fatente: Αἰγύπτιον δὲ Ὅμηρον ἀποκαλοῦντός σου πολλάκις, ὃ τῶν πάντων ἴσως οὐδεὶς ἀκήκοεν εἰς τὴν σήμερον, οὐδὲ ἀπιστεῖν ἔχω, καὶ σφόδρα θαυμάζων ἱκετεύω, μὴ παραδραμεῖν σε τοῦ λόγου τὴν ἀκρίβειαν. Id est, *Cum vero sæpe Homerum Ægyptium appelles, quod ad hunc diem nemo forte audiit, neque credere non possum, & vehementer admirans obsecro, ne prætereas hanc partem orationis inexcussam.*

Et quænam in historia fides habenda est Heliodoro, qui omnia Poetarum more confixerit, idque tantum præ oculis habuerit, ut omnia nova præter usum, præter expectationem, D præter opinionem traderet: sicque delectaret, cieretque admirationem. Si quod revera erat de patria Homeri disseruisset, narratio illa quasi auribus familiaris, neque excitasset Lectorem, neque in admirationem induxisset. Ut induceret nova via res plana, & aperta tentanda erat: & quod omnes nec inopinati essent, verum esse aliqua apparenti ratione in medium adduxit: Homerum scilicet fuisse Ægyptium, quod vel auditione tantum admirationem excussit, voluitque ancipitiis commendari. *Vides*, scribebat Plinius Luperco *lib.* IX. *epist.* E XXVI. *qui per funem in summa nituntur, quantos soleant excitare clamores, cum jam jamque casuri videntur. Sunt enim maxime mirabilia, quæ maxime insperata, maxime periculosa, utque Græci magis exprimunt* παράδοξα, *quæ grandi sunt subjecta discrimini; ideo nequaquam par gubernatoris est virtus, cum placido, & cum turbato mari vehitur: tunc admirante nullo illaudatus, inglorius subit portum. At cum stridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus, & Diis maris proximus.* Et Cicero lib. II. *de officiis*: *Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quæ magna, &* F *præter opinionem suam animadverterunt. Separatim autem in singulis, si perspiciunt, nec inopinata quidem bona.* Novo itaque, inexpectato, καὶ ἀποξενωμένῳ τῆς διανοίας, etiam in illis, quæ ad patriam Homeri pertinent, Heliodorus disseruit. Hoc Heliodoro fuisse familiare ante alios optime adnotavit Michael Psellus in judicio, quod ipse confecit de historiis Charicleæ & Leucippes, elegantissimo ac probatissimo illo quidem, sed adhuc, quod sciam, inedito: Ἀλλὰ τῷ μεγαλοπρεπεῖ διαπρέπον, οὐδὲ τοῦ ἀτερποῦς, καὶ τοῦ πρὸς ἡδονὴν ἐστέρηται, ὀνόμασί τε πεποίκιλται ἁβροῖς καὶ ὡραίοις, σχημάτων τε ταῖς ἀλλαγαῖς, καὶ τῇ καινοτομίᾳ τῆς φράσεως πρὸς τὸ ὑψηλότερον ἐγκεκρότηται. Ἥρμοσται δὲ πάνυ χαριέντως, καὶ ἐννοίαις παραδόξοις καὶ συντόμοις ἐψύχωται. Id est, *Sed quod magnificentia præcellit, minime injucundum est, & legentium animos voluptate permulcet, nominibus delicatis pulchrisque undequaque inspersum, figurarum item varietate, & novæ dictionis affectatione in sublimiorem quandam formam comparatur. Concinnatur porro admodum gratiose, & sententiis præter expectationem & brevibus animatur.* Non ideo tamen reprehendendus est Heliodorus, cum similibus παραδόξοις commentitiam historiam illustrare licitum sit: quemadmodum & præstigiatoribus multa falsa pro veris spectatoribus proponere, quæ dedecerent philosophum, & veritatis amatorem. Id docuit me Strabo *l.* I. contra Eudoxum Cyzicenum scribens: Οὐ πολὺ οὖν ἀπολείπεται ταῦτα τῶν Πυθέου, καὶ Εὐημέρου, καὶ Ἀντιφάνους ψευσμάτων. ἀλλ' ἐκείνοις μὲν συγγνώμη τοῦτ' αὐτὸ ἐπιτηδεύουσιν, ὥσπερ τοῖς θαυματοποιοῖς. τῷ δ' ἀποδεικτικῷ, καὶ φιλοσόφῳ, σχεδὸν δὲ καὶ περὶ πρωτείων ἀγωνιζομένῳ, τίς ἂν συγγνοίη; Ταῦτα μὲν οὐκ εὖ. Id est, *Hæc igitur non multum absunt a Pytheæ, Eumeri, & Antiphanis mendaciis. Verum hi quidem digni sunt venia, quibus idem fuit, quod præstigiatoribus, propositum: demonstratori autem, philosopho, ac nonnihil etiam de palma certanti, quis ignoscat? Hæc itaque male.* Heliodorum similem conditionem θαυματοποιοῖς per totam historiam profiteri sciunt omnes.

Et, ut verum fatear, ita Homerus Ægyptius est, ac Persinam Hydaspis regis Æthiopiæ uxorem fuisse, & Charicleam puellam infantem exposuisse: eamque a Sisimithræ sublatam, a Sacerdote Delphico educatam, a Theagene raptam, Calasiridi commendatam, post varios prædonum raptus, cædes, incursiones in patriam relatam, & Theageni conjugio junctam. Argumenta, historiaque, quibus id probat Heliodorus, quam sint inania, levia, tute judica Lector: aliunde quam a fabulosis & ridiculis erant petenda.

Eadem ratione responderi posset Alexandro Paphio, qui nobis nonnisi somnia & prodigia fingit, nullo testimonio, nulla auctoritate, quæ fidem faciant, fulta.

Olympiodorus alter ignobilis Auctor Thebanus ipse nil mirum si patriæ suæ gratum facere conatus sit, Homerum illi mendicando. Photius in *Bibliotheca*: Οὗτος ὁ συγγραφεὺς Θηβαῖος μέν ἐστιν ἐκ τῶν πρὸς Αἴγυπτον Θηβῶν τὸ γένος ἔχων. Ποιητής, ὡς αὐτός φησι, τὸ ἐπιτήδευμα, Ἑλλήνων τὴν θρησκείαν. Σαφὴς μὲν τὴν φράσιν, ἄτονος δὲ, καὶ ἐκλελυμένος, καὶ πρὸς τὴν πεπατημένην κατενηνεγμένος χυδαιολογίαν. Ὥστε μηδ' ἄξιος εἰς συγγραφὴν ἀναγράφεσθαι ὁ λόγος. ὃ καὶ αὐτὸς ἴσως συνιδὼν, οὐ συγγραφὴν αὐτῷ ταῦτα κατασκευασθῆναι, ἀλλὰ ὕλην συγγραφῆς ἐκπορισθῆναι διαβεβαιοῦται. Οὕτως ἄμορφος, καὶ ἀνείδεος, καὶ αὐτῷ τοῦ λόγου ὁ χαρακτὴρ κατεφαίνετο. Id est, *Scriptor hic ortum ducit Ægyptiacis Thebis. Professione poeta, ut de se ipse fatetur, religione vero Gentium imbutus. Dictio illi clara, remissa tamen, ac dissoluta, & in protritam devoluta verborum affluentiam. Oratio itaque indigna, ut historiæ adnumeretur: cujus ipse fortasse conscius, non historiam hanc a se adornari, sed materiam duntaxat, seu commentarium historiæ suppeditari contendit. Adeo informis, ac specie carens, etiam ipsimet dictionis suæ character visus est.* Adde etiam Olympiodorum non ex propria sententia id affirmasse, sed ex alio-

rum retulisse. Quippe apud Photium etiam legitur, φασὶ, loco, φησί: Φασὶ δὲ καὶ Ὅμηρον ἐν τῇ πρὸς ταύτῃ Θηβαΐδος ἕλκειν τὸ γένος. Hoc est, *Ajunt autem & Homerum ex vicina huic Thebaide genus ducere*. Postquam enim Olympiodorus de Oasi, ejusque regione, incredibilia sane multaque percurrisset, id quoque ex vulgi rumore & fama addidit, Homerum ex vicina Oasidis regione fuisse.

CAP. V.

Quomodo nullum scriptum opus Homeri poesi antiquius fuerit, cum multi ante eum scriptores. Lycurgus Lacedæmoniorum legumlator primus omnium ex Ionia in Græciam Homeri Carmina invexit. Temporibus Homericis literas per totam Græciam fuisse. Homerici Poematis partes, & earum nomina. Solon & Pisistratus, ut in unum Carmina Homerica componerent, maxime incubuere. Quid sit ex ὑποβολῆς ῥαψῳδεῖσθαι. *Pisistrati artes in hac re. Commentatorum Dionysii Thracis, Eustathii, & aliorum recentiorum anachronismi. Alii hæc omnia Hipparcho tribuunt. Post hos a Cinætho Chio, & aliis Carmina Homerica male habita correxerunt Aristoteles Stagirita, Zenodotus Ephesius, Aratus Solensis, Aristophanes Byzantius, Aristarchus, & postremis temporibus Comatas. Eorum variæ* Ἐκδόσεις, *& quænam emendatior fuerit? Criticorum recentiorum temeritas. Quomodo Solon plus luminis ipso Pisistrato Homero attulerit.*

MULTI itaque ante Homeri tempora, si quæ scriptoribus fides adhibenda est, non tantum poetæ, sed belli etiam Iliaci cantores fuere. Id Josepho lib. I. *contra Appionem* non placet, sed ait apud Græcos certum esse, nullum scriptum opus Homeri poesi antiquius fuisse: & neque hunc literis suum poema reliquisse, sed cantibus memoria reservatum postea fuisse compositum: ideoque in eo multam dissonantiam comperiri. Neque probabile est hunc hominem contra Græcos in florentissima civitate & sæculo apprime erudito differentem temere, sed certissimis nixum argumentis & auctoritatibus similia protulisse: ne mendacii compertus laudem omnem in historiæ veritate, quam sibi tantopere vindicat, amitteret, pœnasque falsi daret. Non ergo ante Homerum scriptores jam recensiti fuerunt? Non. Licet Homericæ laudis æmuli disrumpantur, si recte Josephi prudentissimi historici verba considerentur. Flocci enim homines, ac nullius dignationis, etiamsi fuerint, cum inter sapientes locum non occupent, non fuisse, & scripta eorum cum in pretio non habeantur, neque etiam extare dicuntur. Semper magna ingenia præferuntur, & uti prima laude, ita etiam numero prima, licet ætate posteriora judicantur. Et natales sive celeres, sive tardiores, sicuti de dignitate non minuunt, si est, ita nec eam addunt, si non est. Fuerint ergo plures ejusdem argumenti scriptores ante Homerum, cum non ea laude scripserint, ut nomen scriptoris apud posteritatem assequerentur, scriptores non sunt, & Homerus, qui pro dignitate rerum scriptis se gessit, primus scriptor, & licet ætate posterior, antiquissimus omnium habitus est. An non horum Thersitas, & vilissimos homines ad contumeliam datos, potius quam aliorum Achilles, & strenuissimos ad invidiam usque laudatos esse felicissimos Reges præoptasse scimus? Major itaque laus Homerica post tot scriptores, & ingenia, ipsum primum esse.

Nec alio sensu Horatius *Carm.* lib. IV. ode IX.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: sed omnes illacrymabiles
Urgentur ignotique longa
Nocte, carent quia vate sacro.

Reges enim, aliique fortes ac generosi viri, quales ante Troica tempora permultos fuisse verisimile est, quod poetam non habuerint sacrum, qui quasi Deorum aliquo dono atque munere eos commendaret, ac consecraret immortalitati, omnes illacrymabiles urgentur, sine ullo præconio, & veluti vita indigni judicati ab hominibus sine lacrymis una cum memoria prætereuntur. Rei enim amissæ, si proficua fuerit, quotiescumque memoria subit, etiam ab invitis lacrymas extorquet. Non debet itaque dubitari quin fuerint ante Homerum poetæ, quod ex iis ipsis carminibus intelligi potest, quæ apud illum, & in Phæacum, & in Procorum epulis, canuntur, sed quia rigidiores erant, & rudiores, & ab omni ornamento & laude, quibus aliis honori esse poterant, nudi, ac si non fuissent judicantur. Et fuit primus Homerus, in quo ars ipsa non balbutiens, sed solida perfectaque deprehensa est. Et hoc voluisse Aristotelem lib. *de Poetica* verbis illis: Τῶν μὲν οὖν πρὸ Ὁμήρου οὐδενὸς ἔχομεν εἰπεῖν τοιοῦτον ποίημα, εἰκὸς δ' εἶναι πολλούς. Id est, *Ante vero Homerum nullum omnino tale poema habemus, tametsi plura extitisse credere par est*. Certissimum est: quicquid alii perstrepant, & inanium difficultatum dubiis obruantur.

Non erit ergo abs re, sicut in superiori de poetis ante Homerum nonnulla collegimus, ita & in hoc capite rationem quomodo poesis Homerica apud Græcos innotuerit, & quibus Auctoribus carmina illius hinc inde dispersa, & recitantium, sive etiam scriptorum incuria male habita, in unum veluti corpus collecta in ordinem, in quo nunc conspiciuntur, digesta sint, & ab erroribus expurgata, disseramus.

Primus omnium obscura & nondum evulgata Homeri carmina apud Græcos transtulisse fertur Lycurgus Lacedæmoniorum Legumlator. Eorum enim non solum illecebris, sed prudentia atque eruditione pellectus a Creophyli posteris in patriam detulit, & evulgavit. Plutarchus in *Lycurgo*: Ἐκεῖ δὲ καὶ τοῖς Ὁμήρου ποιήμασιν ἐντυχὼν πρῶτον, ὡς ἔοικε, παρὰ τοῖς ἐγγόνοις τοῖς Κρεωφύλου διατηρουμένοις, καὶ κατιδὼν ἐν αὐτοῖς τῆς πρὸς ἡδονὴν καὶ ἀκρασίαν διατριβῆς τὸ πολιτικὸν καὶ παιδευτικὸν οὐκ ἐλάττονος ἄξιον σπουδῆς ἀναμεμιγμένον, ἐγράψατο προθύμως, καὶ συνήγαγεν ὡς δεῦρο κομιῶν. Ἦν γάρ τις ἤδη δόξα τῶν ἐπῶν ἀμαυρὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. Ἐκέκτηντο δὲ οὐ πολλοὶ μέρη τινὰ σποράδην τῆς ποιήσεως, ὡς ἔτυχε διαφερομένης, γνωρίμην δὲ αὐτὴν καὶ μάλιστα πρῶτος ἐποίησε Λυκοῦργος. Id est, *Ibi cum legisset primum, ut arbitror, versus Homeri, qui apud Creophyli posteros asservabantur, ubi animadvertit dispersam in iis non minorem ob oblectamento illecebrarum & crapulæ, quam civilem prudentiam, eruditionemque, descripsit, consarcinavitque eos ad deferendum domum studiose: jam enim obscurum quoddam apud Græcos illius poematis erat nomen, & rari fragmenta habebant, quæ sparsim & incondite circumferebantur; primus autem omnium vulgavit ea Lycurgus*. Hæc quæ de Lycurgo traduntur, qua ratione vera esse possint, non facile intelliges: si omnia Lycurgi, & natales, & peregrinatio, & obitus, dubia & incerta sunt. Non inverisimilia tamen erunt, si cum Timæo dicamus, Lycurgum fuisse non longe infra Homeri ætatem; & nonnullorum etiam

traditione cum eo congressum, quos sequutus est Cicero in *Bruto*: Homeri *etsi incerta sunt tempora, tamen annis multis fuit ante Romulum; siquidem non infra superiorem Lycurgum fuit, a quo est disciplina Lacedæmoniorum adstricta legibus*. Et *Tusculan. Quæst.* lib. v. *Itaque & illos septem, qui a Græcis* σοφοὶ*, sapientes a nostris, & habebantur, & nominabantur, & multis ante sæculis Lycurgum, cujus temporibus Homerus etiam fuisse ante hanc Urbem conditam traditur, etiam heroicis ætatibus Ulyssem & Nestorem accepimus fuisse, & habitos esse sapientes.* Potuit enim esse, ut Homero extincto, cujus per totam Græciam propter carmina laus maxima erat divulgata, ipse Lycurgus ab illius posteris carmina reposita ingenti etiam mercede obtenta in Græciam asportarit. Nisi eorum sententiam sequi velimus, quam refert Strabo *lib.* x. asserentium Lycurgum peregrinationis causa, Chium accedentem, cum Homero collocutum fuisse? tunc enim non a posteris Creophyli, sed ab eodem Homero Carmina Homerica desumpta in Græciam attulisse dicemus: Ἐντυχόντα δὲ, ὥς φασί τινες, καὶ Ὁμήρῳ διατρίβοντι ἐν Χίῳ, κατᾶραι πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν. *Et cum Homero quoque, ut nonnulli autumant, in Chio degente collocutus esset, domum est reversus.*

Et sane dum Josephus antiquitati Judaicæ nimium tribuit, Græcæ ad invidiam usque detrahit, ludos facit, & post tot monumenta rursus repuerascere videtur. Tradit enim, nec inficiatur, Homerum poema suum literis scriptum non reliquisse, sed tantum memoria hominum reservatum; quod vanissimum est. Temporibus enim Homericis literæ per totam Græciam erant. Quamvis enim eas a Barbaris accepisse non dubito; non adeo tamen ea ætate Græci pueri erant, ut in perfectissimis scientiis literarum subsidio destituerentur, memoria re fugacissima solum contenti. Sive enim Cadmus, sive quis alius, illas in Græciam advexit, certum est, ante Trojana tempora earum usum per totam Græciam divulgatum, etsi in figura cum illis, quas nunc scribimus, vel scripsere posteriores, non conformarentur. Philostratus in *Heroicis*, si nos non fallit, Herculem in Asboli Centauri sepulchro a se confecto carmina inscripsisse tradit. Carminum μεγαληγορίαν lege apud ipsum. Herodotus etiam *lib.* v. tradit, Ionas a Phœnicibus, qui cum Cadmo in Bœotiam appulerunt, literas didicisse, & forma paulum immutata illis usos fuisse, refertque epigrammata tria, quæ ipse legerat, in Ismenii Apollinis templo, quæ ab Ionicis literis non longe aberant. Ea vero scripta fuerant ante Trojana tempora. Non video itaque quare temporibus Homericis usum Græcarum literarum negare debeamus. Vel si Græci non fuerint, alii saltem characteres, quibus Græci uterentur, & consequenter Homerus sua scripserit poemata. Sed de his in tractatu nostro *de Origine Græcarum literarum*, ubi earum antiquitatem, & usum, & ut immutatæ fuerint, abunde explicavimus. Nunc sufficiat hæc innuisse, ne diutius extra materiam divagemur.

Primus ergo omnium ex Ionia poesim Homeri universam, cum antea non integra esset, Lycurgus in Peloponeso importavit, ex Heraclide περὶ Πολιτειῶν: Καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν παρὰ τῶν ἀπογόνων Κρεοφύλου λαβὼν πρῶτος διεκόμισεν εἰς Πελοπόννησον. Id est, *Is Homeri poemata apud Creophyli posteros nactus primus in Peloponesum asportavit*. Et Æliano *l.* XIII. *c.* XIV. Ὀψὲ δὲ Λυκοῦργος ὁ Λακεδαιμόνιος ἀθρόαν πρῶτος εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐκόμισε τὴν Ὁμήρου ποίησιν. τὸ δὲ ἀγώγιμον τοῦτο ἐξ Ἰωνίας ἡνίκα ἀπεδήμησεν, ἤγαγεν. Id est, *Sero autem Lycurgus Lacedæmonius universam Homeri poesim simul in Græciam importavit: has veluti sarcinas secum ex Ionia, cum eo peregrinationem suscepisset, referens.*

Et sic deinceps, quamvis omnes partes poematis Homerici inter Græcos haberentur, in suas partes tamen dissectum sub diverso nomine divisim recitabarur. Hinc Λοιμὸς, καὶ Μῆνις. Ὄνειρος, καὶ Κατάλογος. Βοιωτία. Ὅρκοι, καὶ Μονομαχία. Ὅρκων σύγχυσις, καὶ Ἐπιπώλησις. Διομήδους ἀριστεία. Ἕκτορος, καὶ Ἀνδρομάχης ὁμιλία. Ἕκτορος, καὶ Αἴαντος μονομαχία. Θεῶν ἀγορά. Λιταί. Νυκτεγερσία. Δολωνοφονία. Δολώνεια. Ἀγαμέμνονος ἀριστεία. Τειχομαχία. Ἡ ἐπὶ ταῖς ναυσὶ μάχη. Διὸς ἀπάτη. Παλίωξις. Πατρόκλεια. Ἀριστεία Μενελάου. Ὁπλοποιΐα. Μήνιδος ἀπόρρησις. Θεῶν μάχη. Παραποτάμιος μάχη. Ἕκτορος ἀναίρεσις. Ἀγὼν ἐπιτάφιος. Ἕκτορος λύτρα. Ἰθακησίων ἐκκλησία, καὶ Τηλεμάχου. Ἄφιξις Τηλεμάχου εἰς Πύλον. Τηλεμάχου ἄφιξις εἰς Σπάρτην. Ἀπόπλους Ὀδυσσέως παρὰ Καλυψοῦς. Ὀδυσσέως ἄφιξις εἰς Φαίακας. Ὀδυσσέως εἴσοδος πρὸς Ἀλκίνοον. Τῶν παρὰ Ἀλκινόῳ προδιήγησις. Τὰ περὶ Κικόνας, καὶ Λωτοφάγους, καὶ Κύκλωπας. Τὰ περὶ Αἰόλου, Λαιστρυγόνων, καὶ Κίρκης. Νεκυομαντεία, ἢ Νεκυία. Τὰ περὶ Σειρῆνας, καὶ Σκύλλαν, καὶ Χάρυβδιν, καὶ Βόας Ἡλίου. Ὀδυσσέως ἀπόπλους ἀπὸ Φαιάκων, καὶ ἄφιξις εἰς Ἰθάκην. Ὀδυσσέως πρὸς Εὔμαιον ὁμιλία. Τηλεμάχου ἐπάνοδος. Ἀναγνωρισμὸς Ὀδυσσέως. Ἐπάνοδος Τηλεμάχου εἰς Ἰθάκην. Ὀδυσσέως καὶ Ἴρου πυγμή. Ὀδυσσέως καὶ Πηνελόπης ὁμιλία, καὶ ὑπὸ Εὐρυκλείας ἀναγνωρισμός. Τὰ πρὸ τῆς Μνηστηροφονίας. Τόξου θέσις. Μνηστηροφονία. Ὀδυσσέως ὑπὸ Πηνελόπης ἀναγνωρισμός. Σπονδαὶ, ἢ Νεκυΐα. Multos etiam breviores comptioresque titulos partium poematis enumerat Ælianus *dicto loco*: Ὅτι τὰ Ὁμήρου ἔπη πρόπαλαι διῃρημένα ᾖδον οἱ παλαιοί. Οἷον ἔλεγον, Τὴν ἐπὶ ναυσὶ μάχην, καὶ Δολωνίαν τινὰ, καὶ ἀριστείαν Ἀγαμέμνονος, καὶ νεῶν κατάλογον, καί που Πατρόκλειαν, καὶ Λύτρα, καὶ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα, καὶ Ὁρκίων ἀφάνισιν. ταῦτα ὑπὲρ τῆς Ἰλιάδος. ὑπὲρ δὲ τῆς ἑτέρας, Τὰ ἐν Πύλῳ, καὶ Τὰ ἐν Λακεδαίμονι, καὶ Καλυψοῦς ἄντρον, καὶ Τὰ περὶ τὴν Σχεδίαν, Ἀλκίνου ἀπόλογοι, Κυκλωπίαν, καὶ Νεκυίαν, καὶ Τὰ τῆς Κίρκης νίπτρα, Μνηστήρων φόνοι, Τὰ ἐν ἀγρῷ, Τὰ ἐν Λαέρτου. Id est, *Veteres Homeri carmina in certas partes distributa cecinerunt. Nominabant enim ab argumento diversas partes, ut, Pugnam juxta naves, Doloniam, strenuitatem Agamemnonis: adhæc navium catalogum, & Patrocliam, & Redemptionis mercedem, & certamina in honorem Patrocli instituta, & Juramentorum violationem: atque hæc quantum ad Iliada pertinet. Quod vero ad alteram, Res in Pylo gestas, aut Lacedæmone, & Calypsus specum, & Ratem, Alcinoi Apologos, Cyclopiam, Necyam, & Circes lavacrum, Procorum cædes, De iis, quæ in agro facta sunt, vel apud domum Laertii.*

Et sic ad Solonis & Pisistrati tempora Homeri poesis adhuc membris discerptis in unum non coaluerunt corpus; quod ut fieret, variis modis Principes hi Græciæ incubuere. Solon Homeri versus ex ὑποβολῆς decreto etiam edito ῥαψῳδεῖσθαι præcepit. Laertius in *Solone*: Τὰ τοῦ Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι: quod ex ὑπολήψεως Plato in *Hipparcho*, quamvis Hipparcho Pisistrati F. id tribuat. Ubi animadvertendum est, idem esse ῥαψῳδεῖσθαι Laertii, ἐφεξῆς αὐτὰ διεξιέναι Platonis, & ᾄδειν Æliani l. VIII. *de Var. Hist.* c. II. quod erit *consuere, ordine debito recitare, canere*, versus Homericos dispersos ac inordinatos pro sententiæ modulo, & auctoris instituto, nec alia ratione efferre. Hinc subsequutum est, ut vera poematis facies, concinna, & genuina restituerunt; id enim ex ὑποβο-

A λῆς; & ex ὑπολήψεως notat: quod cum non intellexissent Interpretes, variis modis nugati sunt. Ambrosius, & Benedictus Brognolus: *Homeri poemata ut ordine resarcirentur scripsit, ut esset versuum sensuumque consequentia*. Thomas Aldobrandinus: *Homeri versus ex subjectione recitari decrevit, ut ubi primus desierat, inde proximus inciperet*. Marsilius Ficinus in *Platonis Hipparcho*: *Et Homeri etiam libros in hanc regionem primus invexit, & recitatores impulit, ut Panathenæis alternis & ordine pronunciarent, quod usque ad hæc tempora observant*. Nicolaus Serranus: *Primus in hanc regionem poemata Homeri intulit, & effecit, ut Rapsodi festis Panathenæis alternis carmina recitarent: quod etiam nunc factitant*. Sed hæc tolera- B bilia, illa quæ Casaubonus, *in Laertium* notat portenti loco habenda sunt: *Explicat τὸ ἐξ ὑποβολῆς, Plato melius ἐξ ὑπολήψεως. Nam illud quidem potius significat alio verba præeunte, & quasi dictante subsequi. Hinc est ἐξ ὑποβολῆς διιέναι τὸν ὅρκον, quod Latini dicunt conceptis verbis, & præeunte alio jurare. Polemo de mirabilibus Siciliæ fluviis, ἐσταμμένος, ἄζωστος, καὶ μονοχίτων ἐφαπτόμενος τοῦ κρατῆρος ἐξ ὑποβολῆς διέεισι τὸν ὅρκον*. Licet enim verum sit ἐξ ὑποβολῆς varios habere significatus posse, in hoc tamen loco aliud nobis indicat. Et mirum est Laertium non persuasisse Casaubono, C quid illud ἐξ ὑποβολῆς sit, & quid ille in animo habuerit, cum eo vocabulo uteretur, Οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον. Nec aliud Plato innuit, etsi obscure ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διεξιέναι. An hoc est alio verba præeunte, & quasi dictante subsequi? Esto: quod ex Polemone notat, alio verba juramenti suggerente, & formulam verbatim subministrante, juramentum recitare: id tamen in Carminibus Homericis nullum erit. Neque enim ea mens fuit Soloni, aut Pisistrato, ut alio carmina præeunte, alii recitarent, sed ut alius alium sequeretur, & carmina carminibus ab alio dictis ordine tamen con- D jungeret, ut sic ubi unus desiisset canere, alter inde quod sequeretur auspicaret, & unum Homericæ poesos corpus conflaretur.

Quod postea a Pisistrato Tyranno, recollectis in unum Homericis Carminibus, effectum est. Ut enim Commentatores Dionysii Thracis referunt, Pisistrati magno sumptu Homerica Carmina collecta, eruditissimorum ac sapientissimorum hominum judicio ita disposita fuere, ut Iliadem & Odysseam conficerent. Eorum verba eo libentius hic exscribo, quod adhuc inedita sunt: Ἦν γὰρ, ὥς φασιν, ἀπολλύμενα τὰ τοῦ Ὁμήρου, τότε γὰρ οὐ γραφῇ παρεδίδοντο, ἀλλὰ μόνῃ διδασκαλίᾳ, καὶ ὡς ἂν μνήμῃ μό- E νῃ ἐφυλάττετο. Πεισίστρατος δέ τις Ἀθηναίων τύραννος ἐν ἅπασιν ὢν ἐ[illegible]γενής, καὶ ἐν τούτῳ θαυμασθῆναι ἐβουλήσατο. Ἠθέλησε γὰρ καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἔγγραφον διαφυλάττεσθαι, προθεὶς ἀγῶνα δημοτελῆ, καὶ κηρύξας, καὶ δοὺς ἄδειαν τοῖς εἰδόσι καὶ βουλομένοις τὰ Ὁμήρου ἐπιδείκνυσθαι, καὶ μισθὸν τάξας στίχου ἑκάστου ὀβολὸν, συνήγαγεν ὁλοσχερεῖς τὰς λέξεις, καὶ παραδέδωκεν ἀνθρώποις, ὡς Ἐπίγραμμα δηλοῖ. Τρεῖς με, καὶ τὰ ἑξῆς. Id est, *Prope interitura erant, ut referunt, Homeri Carmina. Tunc enim scripto non consignabantur, sed magisterio quodam memoriæ tradita con-* F *servabant. Pisistratus vero Atheniensium Tyrannus vir apprime nobilis, hinc quoque sui admirationem posteris commendavit. Homeri enim poemata nonnisi scripto conservandis percupidus, certamen publicum indixit, & per præconem omnibus, qui versus Homericos tenebant, si vellent, facultatem dedit, ut publice eorum specimen ederent. Pretio quoque pro quolibet versu, obolo scilicet, constituto, integram verborum seriem conquisivit, & hominibus tradidit, ut Epigrammate docemur. Ter-*

A *me, &c.* Et alius: Ἀναγκαῖον δὲ μετὰ τὴν ἐτυμολογίαν τῆς Ραψῳδίας μνησθῆναι κἀκείνου, ὅτι ἔν τινι χρόνῳ τὰ Ὁμήρου ποιήματα παρεφθάρη, ἢ ὑπὸ πυρὸς, ἢ ὑπὸ ὑδάτων ἐπιφορᾶς, ἢ ὑπὸ σεισμοῦ, καὶ ἄλλων ἄλλως τῶν βιβλίων διασκεδασθέντων, καὶ φθαρέντων, εὑρέθη ὁ μὲν ἔχων τυχὸν ἑκατὸν στίχους Ὁμηρικοὺς, ὁ δὲ χιλίους, ἄλλος διακοσίους, ἄλλος ὅσους αὖ ἔτυχε, καὶ ἤμελλε λήθῃ παραδίδοσθαι ἡ τοιαύτη ποίησις. Ἀλλὰ Πεισίστρατός τις Ἀθηναίων στρατηγὸς, θέλων καὶ αὐτῷ δόξαν περιποιήσασθαι, καὶ τὰ τοῦ Ὁμήρου ἀνανεῶσαι, τοιοῦτόν τι ἐβουλεύσατο. Ἐκήρυξεν ἐν πάσῃ τῇ Ἑλλάδι τὸν ἔχοντα Ὁμηρικοὺς στίχους αγαγεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπὶ μισθῷ ὡρισμένῳ καθ' ἕκαστον. Πάντες οὖν οἱ ἔχοντες ἐπέφερον, καὶ ἐλάμβανον ἀδια- B στρόφως τὸν ὁρισθέντα μισθόν. Οὐκ ἀπεδίωκε δὲ οὐδὲ τὸν φέροντα, οὓς ἤδη προειλήφει παρ' ἑτέρου στίχους, ἀλλὰ κἀκείνῳ τὸν αὐτὸν ἐπεδίδου μισθόν. Ἐνίοτε γὰρ ἐν αὐτοῖς ἕνα, ἢ δύο στίχους εὕρισκε περιττόν. Ὅθεν τις ἔσθ' ὅτε καὶ ἰδίους παρεισέφερε τοὺς νῦν ὀβελιζομένους, καὶ μετὰ πάντας συναγαγεῖν παρεκάλεσεν ἑβδομήκοντα Γραμματικοὺς συνθεῖναι τὰ τοῦ Ὁμήρου ἕκαστον κατ' ἰδίαν, ὅπερ ἐὰν δόξῃ τῷ συντελεσθέντι καλῶς ἔχειν ἐπὶ μισθῷ πρέποντι λογικοῖς ἀνδράσι, καὶ κριταῖς ποιημάτων ἑκάστῳ δεδωκὼς κατ' ἰδίαν πάντας τοὺς στίχους, ὅσους ἦν συναγαγών. Καὶ μετὰ ἕκαστον συνθεῖναι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, εἰς ἓν συνήγαγε πάντας τοὺς προλεχθέντας γραμματικοὺς ὀφείλοντας ἐπιδεῖ- C ξαι αὐτῷ ἕκαστον τὴν ἰδίαν σύνθεσιν, παρόντων ὁμοῦ πάντων. Οὗτοι οὖν ἀκροασάμενοι οὐ πρὸς ἔριν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀληθὲς, καὶ πᾶν τὸ τέχνῃ ἁρμόζον ἔκριναν πάντες κοινῇ, καὶ ὁμοφώνως ἐπικρατῆσαι, τὴν σύνθεσίν τε, καὶ διόρθωσιν Ἀριστάρχου, Ζηνοδότου. καὶ πάλιν ἔκριναν τῶν δύο συνθέσεών τε, καὶ διορθώσεων βελτίονα τὴν Ἀριστάρχου. Ἐπειδὴ δέ τινες τῶν συναγαγόντων τοὺς Ὁμηρικοὺς στίχους πρὸς τὸν Πεισίστρατον διὰ τὸ πλείονα μισθὸν λαβεῖν, καὶ ἰδίους στίχους, ὡς προείρηται, σκεψάμενοι προσέθηκαν. Καὶ ἤδη ἐν συνηθείᾳ ἐγίνετο τοῖς ἀναγινώσκουσιν, οὐκ ἔλαθε τοῦτο τοὺς κριτάς. ἀλλὰ διὰ μὲν τὴν συνήθειαν, καὶ πρόληψιν ἀφῆκαν αὐτοὺς κεῖσθαι. ὀβελίσκον δὲ ἑκάστῳ τῶν ἀδοκίμων, καὶ ἀλλοτρίων, καὶ D ἀναξίων τοῦ Ποιητοῦ στίχον περιτιθέμενοι, τοῦτο αὐτὸ ἐνεδείξαντο, ὡς ἀνάξιοι εἰσὶ τοῦ Ὁμήρου. Φέρεται δὲ Ἐπίγραμμα εἰς τὸν Πεισίστρατον σπουδάσαντα συναγαγεῖν τὰ Ὁμήρου τοιοῦτον. Τρεῖς με, καὶ τὰ ἑξῆς. Id est, *Necesse autem est post Rhapsodiæ etymon; illius etiam meminisse, quondam Homeri Poemata, sive igne, sive aquarum irruptione, sive terræ motu abolita fuisse, sicque hinc atque hinc dispersis libris, corruptisque, hunc scilicet inventum, qui centum forte versus Homericos, alium mille, alium ducentos, alium quotquot nancisci potuerat, haberet. Et poesis illa tantum non oblivioni tradita est. Verum Pisistratus Atheniensium Dux, gloriæ percupidus, tali ratione* E *Homericam poesim renovavit. Per universam Græciam voce præconis edixit, ut quicumque versus haberet Homericos adse conferret, certo pretio unumquemque versum æstimans. Quicumque igitur habebant, deferebant, & absque repulsa, statuto pretio, potiebantur, nec ullum, licet eosdem, quos & alius advexerat, asportaret, remittebat, sed illi idem pretium persolvebat. Sæpe enim in illis unum, vel alterum versum de novo inveniebat. Quare non nemo aliquando & proprios tradebat, qui nunc obelisco notantur. Recollectis omnibus septuaginta Grammati-* F *cis, pretio viris eruditis convenienti, & poematum censoribus, conductis, & quotquot in unum ipse versus collegerat, unicuique consignatis, imposuit, ut proprie ac seorsim quilibet versus in unum, ut melius ipsi visum fuisset, componeret. Postquam omnes pro sua quisque sententia poesim concinnarunt, Pisistratus convocavit, ut in conspectu omnium unusquisque propriam compositionem ostenderet. Qui ubi omnes omnium consideræssent, sine ulla altercatione, sed veritate obsequentes, & arti maxime idoneum considerantes,*

rantes omnes una simul nemine discrepante Aristarchi ac Zenodoti compositionem emendationemque comprobarunt: quarum postea eam, quæ Aristarchi erat, Zenodotea potiorem esse acclamarunt. Cum vero nonnulli ex iis, qui ad Pisistratum Homericos versus detulere, ut majus pretium haberent, versus proprio ingenio emendicatos, ut jam diximus, addidissent usu jam receptos, id quoque Censores non latuit. Eos tamen propter usum & opinionem, uti erant, reliquerunt, verum obelisco veluti improbatos, spurios, & Poetæ indignos notantes, id demonstrarunt, eos Homero dignos non esse. In Pisistratum etiam, cujus studium in recolligendis Homeri carminibus narravimus, epigramma tale quid circumfertur. Ter me, &c. Auctor *Homericæ Vitæ*: Τὰ δὲ ποιήματα αὐτοῦ ἀληθῆ σποράδην πρότερον ᾀδόμενα Πεισίστρατος Ἀθηναῖος συνέταξεν, ὡς δηλοῖ τὸ φερόμενον Ἐπίγραμμα Ἀθήνησιν ἐπιγεγραμμένον ἐν εἰκόνι αὐτοῦ τοῦ Πεισιστράτου. Ἔχει δὲ ὧδε. Τρεῖς με, καὶ τὰ ἑξῆς. *Poemata vero ipsius genuina, cum prius hinc inde dispersa canerentur, Pisistratus Atheniensis in unum veluti corpus redegit, ut ex Epigrammate Athenis sub imagine illius inciso manifestum fit. Ter me*, &c. Et alius: Περιιὼν δὲ τὰς πόλεις ᾖδε τὰ ποιήματα· ὕστερον δὲ Πεισίστρατος αὐτὰ συνήγαγεν, ὡς τὸ Ἐπίγραμμα τοῦτο δηλοῖ. Τρίς με, καὶ τὰ ἑξῆς. *Per urbes vero pererrans poemata canebat; postmodum Pisistratus ea in unum composuit, ut Epigramma de eo editum indicat. Ter me*, &c.

In his videre est, Commentatores hosce rem antiquissimam in medium proferre, atque, ut rudioribus rem admirabiliorem efficiant, nonnulla de suo addere præter historiæ fidem. Simile est illud temporibus Homericis non fuisse usum literarum, sed memoria solum illius carmina conservata, ut etiam superius contra Josephum adnotabamus. Et illud Aristarchum & Zenodotum inter alios dispositiones Homericorum carminum Pisistrato obtulisse, quæ meliores ab aliis judicatæ sunt; cum Aristarchum & Zenodotum multis sæculis præcesserit Pisistratus. Quare multis aliis recentioribus fucum fecerunt. Nam Eustathius *in Iliados* Α, idem asserit: Οἱ δὲ συνθέμενοι ταύτην κατ' ἐπιταγὴν, ὥς φασι Πεισιστράτου τοῦ τῶν Ἀθηναίων Τυράννου Γραμματικοὶ, καὶ διορθωσάμενοι κατὰ τὸ ἐκείνοις ἀρέσκον. ὧν κορυφαῖος Ἀρίσταρχος, καὶ μετ' ἐκεῖνον Ζηνόδοτος. Id est, *Qui vero eam composuerunt Grammatici, jussu, ut tradunt, Pisistrati Atheniensium Tyranni, & ut sibi melius visum est correxerunt: quorum princeps Aristarchus, & post eum Zenodotus*. Et inferius: Τοῦ δὲ ἀπαγγέλλειν τὴν Ὁμήρου ποίησιν σκεδασθεῖσαν ἀρχὴν ἐποιήσατο Κίναιθος ὁ Χῖος. Ἐλυμήναντο δὲ, φασὶν, αὐτὴν πάμπολλα οἱ περὶ τὸν Κίναιθον, καὶ πολλὰ τῶν ἐπῶν αὐτοὶ ποιήσαντες παρενέβαλον. Διὸ καὶ διορθώθησαν αἱ Ὁμηρικαὶ βίβλοι, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται. Id est, *Homeri vero poesim dispersam recitandi principium fecit Cinæthus Chius. Verum illam multis modis Cinæthi sectatores depravarunt, multaque a se conscripta carmina indiderunt. Quare libri Homerici correcti sunt, ut superius diximus*. Gilbertus Genebrardus *Chron*.lib. II. *Pisistrati jussu Aristarchus Homeri rhapsodiam recensuit, & in* XXIV. *partes pro numero elementorum distribuit*. Jason de Nores *in Artem Poeticam Horatii: Aristarchus miro quodam acumine castigabat Veterum Scripta, atque ideo colligendis Homeri versibus præpositus fuit*. In quibus vides viros anachronismos. Primus, qui Aristarchum sub Pisistrato collocat. Secundus, qui Cinæthum Chium asserit primum Homeri poesim dispersam recitasse. Cum uterque post Pisistrati tempora floruerit. Cinæthus enim, si Pindari Scholiastæ credimus *in Nemeon oden* II. sub Olympiade sexagesima nona apud Syracusas Homeri Carmina ἐραψῴδησε, & testimonio Hippostrati probat: Ἦν δὲ ὁ Κίναιθος Χῖος, ὃς καὶ τῶν ἐπιγραφομένων Ὁμήρου ποιημάτων τὸν εἰς Ἀπόλλωνα γεγραμμένον Ὕμνον λέγεται πεποιηκέναι. Οὗτος οὖν ὁ Κίναιθος πρῶτος ἐν Συρακούσαις ἐραψῴδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ἐνάτην Ὀλυμπιάδα, ὡς Ἱππόστρατός φησιν. Id est, *Erat autem Cinæthus Chius, qui ex poematibus, quæ Homero tribuuntur, Hymnum Apollini dictum conscripsisse traditur. Hic itaque Cinæthus primus apud Syracusas Homeri carmina sexagesima nona Olympiade, ut Hippostratus ait*, ἐραψῴδησε. Ergo *Iliade* & *Odyssea* jam concinnata atque compacta a Pisistrato multo recentior est. Cum Hipparchus Pisistrati filius in paterna tyrannide per multos annos successor, Olympiade sexagesima tertia, ut Chronicum Alexandrinum refert, ab Harmodio & Aristogitone occisus fuerit. Puto tamen Cinæthum hunc sub Hipparcho floruisse, & in expurgandis Carminibus Homericis, ut sui generis auctori Homero lumen adderet, Homerida namque erat, Principi in Homerum tam bene affecto, operam navasse. Hinc primam Pisistrati editionem multo elegantiorem redditam, primi compositoris nomine amisso, Hipparchi sibi vendicasse. Quare a nonnullis creditum, correctionis Homericæ Hipparchum primum auctorem fuisse. Plato in *Hipparcho*: Ἵππαρχος τῶν Πεισιστράτου παίδων ἦν πρεσβύτατος, καὶ σοφώτατος, ὃς ἄλλα τε πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα σοφίας ἀπεδείξατο, καὶ τὰ Ὁμήρου πρῶτος ἐκόμισεν εἰς τὴν γῆν ταυτηνί, καὶ ἠνάγκασε τοὺς Ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διιέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι οἵδε ποιοῦσιν. Et Ælianus ex Platone *de Var. Histor*. lib. VIII. cap. II. Ἵππαρχος ὁ Πεισιστράτου παῖς πρεσβύτατος ὢν τοῦ Πεισιστράτου, καὶ σοφώτατος ἦν Ἀθηναίων, οὗτος καὶ τὰ Ὁμήρου ἔπη ἐκόμισε πρῶτος εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἠνάγκασε τοὺς Ῥαψῳδοὺς τοῖς Παναθηναίοις αὐτὰ ᾄδειν. Id est, *Hipparchus filius Pisistrati, cum esset maximus natu inter suos fratres, omnium Atheniensium erat sapientissimus, & Homeri carmina primus attulit Athenas, coegitque Rhapsodos ea in Panathenæis canere*. Inter eos forte præcipuum fuisse Cinæthum credo, cujus opera in eadem poesi expolienda antea usus fuerat.

Studia in Homerum Pisistrati fuse etiam alii prosequuti sunt. Cicero *de Orat*. lib. III. *Quis doctior iisdem illis temporibus, aut cujus eloquentia literis instructior, quam Pisistrati? Qui primus Homeri libros confusos antea sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus*. Pausanias in *Achaicis*, ubi de Donusa oppido loquitur: Πεισίστρατον δὲ ἡνίκα ἔπη τὰ Ὁμήρου διεσπασμένα τε, καὶ ἄλλα ἀλλαχοῦ μνημονευόμενα ἠθροίζετο, ἢ αὐτὸν Πεισίστρατον, ἢ τῶν τινα ἑταίρων μεταποιῆσαι τὸ ὄνομα ὑπὸ ἀγνοίας. Id est, *Sed enim Pisistratum, cum dissipata Homeri carmina, & passim per alia literarum monimenta dispersa in unum colligeret, vel ipsum, vel operis illius adjutorem loci ignoratione nomen immutasse*. Ælianus *lib*. XIII. *c*. XIV. Ὕστερον δὲ Πεισίστρατος συναγαγὼν ἀπέφηνε τὴν Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν. *Postmodum vero Pisistratus collectis in unum omnibus Iliadem & Odysseam confecit*. Et Libanius *Panegyrico* Imperat. Juliano Cos. dicto: Εἰ δὲ Πεισίστρατον ἐπαινοῦμεν ὑπὲρ τῆς τῶν ἑτέρῳ πεποιημένων συλλογῆς, ποῦ θήσομεν τὸν Ὁμήρου μιμητήν. Id est, *Quod si Pisistratum laudamus ob collecta metra, quæ alius ediderat; ubi satis honorifice collocabimus Homeri æmulatorem?*

Hipparcho postea defuncto, qui Cinæthum sequebantur liberiori usi audacia, ut fieri sæpe solet, inter genuina Homeri carmina, quædam etiam de suo addere, & post Cinæthum alii at-

que alii, & pro libitu verba ac hemistichia immutare. Quare majori periculo Opus Homericum expositum dolebant viri sapientes, donec primus φιλομηρικωτάτῳ Alexandro ingeniorum illud lumen Aristoteles gratissimum faciens, Homericam *Iliadem* similium hominum nugis scatentem, horrentemque sentibus, labore improbo, ut par erat, & opportuna diligentia repurgavit correxitque: quod ubi postea vidisset Alexander optime cessisse, multaque inde commoda legentibus non absque oblectatione objecta fuisse, studium Aristotelis æmulatus, Callisthene & Anaxarcho philosophis ad hoc adscitis, reliqua Homeri Opera, non minori astu emendata, in Narthecio sumptuoso ac undique ornato, quod ex Darii spoliis sibi conquisiverat, conservavit: ex quo postea editio illa ἀπὸ τοῦ νάρθηκος dicta est, eo cognomine ab aliis non paucis, quas eo sæculo fuisse, easque celebres, verosimillimum est, distincta. Et hac ratione Plutarchi ac Strabonis loca, quæ nonnullis tantum inter se dissidere visa sunt, conciliantur. Plutarchus enim in *Alexandro* refert: Καὶ τὴν μὲν Ἰλιάδα τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον καὶ νομίζων καὶ ὀνομάζων, ἔλαβε μὲν, Ἀριστοτέλους διορθώσαντος, ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν. Εἶχε δὲ ἀεὶ μετὰ τοῦ ἐγχειριδίου κειμένην ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, ὡς Ὀνησικράτης ἱστόρηκεν. *Iliada autem virtutis bellicæ & credens & appellans institutionem, accepit ab Aristotele correctam, quam ex narthecio vocant. Eam semper cum pugione, ut prodidit Onesicrates, repositam habebat sub pulvino.* Strabo *lib.* XIII. Φέρεται γοῦν τις διόρθωσις τῆς Ὁμήρου ποιήσεως, ἡ ἐκ τοῦ νάρθηκος λεγομένη, τοῦ Ἀλεξάνδρου μετὰ τῶν περὶ Καλλισθένην καὶ Ἀνάξαρχον, ἐπελθόντος, καὶ σημειωσαμένου τινὰ, ἔπειτα καταθέντος εἰς νάρθηκα, ὃν εὗρεν ἐν Περσικῇ γάζῃ πολυτελῶς κατεσκευασμένον. *Fertur quidem emendatio quæ ex narthecio vocatur, ab Alexandro una cum Callisthene & Anaxarcho elaborata, cum aliqua illius percurrisset, atque adnotasset, (Alexander) postquam illam in narthecio reposuisset, quod repererat in gaza Persica sumptuose elaboratum.* Nec alio respexit Interpres vetus *Vitæ Aristotelis, Et Iliadis dictamen, quod dedit Alexander.* Errorem Xylandri in vertenda Strabonis sententia plane crassum animadverterunt & notarunt Casaubonus *in locum Strabonis*, & Joannes Nunnesius *Notis in dictam Aristotelis Vitam*, quæ tamen accuratissime exponit Petrus Victorius *Var. Lectionum* lib. XXXI. cap. XIX. Narthecium hoc ex ferula confectum, unde & illi nomen, & Axandri in Homericum ingenium munificentiam Plinius *lib.* VII. *cap.* XXIX. ita expressit: *Ingeniorum gloriæ, quis possit agere delectum, per tot disciplinarum genera, & tantam rerum operumque varietatem? Nisi forte Homero vate Græco nullum felicius extitisse convenit, sive operis fortuna, sive materia æstimetur. Itaque Alexander Magnus (etenim insignibus judiciis optime citraque invidiam tam superba censura peragetur) inter spolia Darii Persarum Regis unguentorum scrinio capto, quod erat auro, gemmisque, ac margaritis pretiosum, varios ejus usus amicis demonstrantibus, (quando tædebat unguenti bellatorem, & militia sordidum) imo Hercule, inquit, librorum Homeri custodiæ detur, ut pretiosissimum humani animi opus quam maxime diviti opere servaretur.*

Æque atque Alexander Homeri studiosus, Cassander Macedoniæ Rex Homeri Poemata, præter quam quod plurimos Poetæ versus memoria tenebat, habebat ἰδίως γεγραμμένα. Athenæus *Dipnosophistarum* lib. XV. de Laurentio: Ἔχαιρε γὰρ τοῖς Ὁμήρου ὁ Λαρηνσιος, ὡς ἄλλος οὐδὲ εἷς, ὡς λῆρον ἀποφαίνειν Κάσανδρον τὸν Μακεδονίας βασιλεύσαντα, περὶ οὗ φησι Καρύστιος ἐν ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασιν, ὅτι οὕτως ἦν φιλόμηρος, ὡς διὰ στόματος ἔχειν τῶν ἐπῶν τὰ πολλὰ, καὶ Ἰλιὰς ἦν αὐτῷ, καὶ Ὀδύσσεια ἰδίως γεγραμμέναι. *Laurentius enim, si quis alius, Homeri versibus tam impense oblectabatur, ut præ illo nugas egisse Cassandrum Macedoniæ Regem putes, quem in historicis Commentariis tradit Carystius Homeri fuisse adeo studiosum, ut in ore magnam ejus Carminum partem haberet, & privatim tum Iliadem sibi, tum Odysseam descriptas haberet.* Putantque Viri docti id voluisse Athenæum. Homeri Poemata a Cassandro fuisse emendata, quemadmodum ante fuerant ab Alexandro & Aristotele: & Cassandrum habuisse utramque Homeri Poesim non ex publicis & vulgatis Codicibus, sed propria ipsius industria correctam.

Et sub Ptolemæis Ægypti Regibus Zenodotus Ephesius operis emendationem aggressus malo medicinam afferre conatus est. Suidas: Ζηνόδοτος Ἐφέσιος, ἐποποιὸς, καὶ γραμματικὸς, μαθητὴς τοῦ Φιλητᾶ, ἐπὶ Πτολεμαίου γεγονὼς τοῦ πρώτου, ὃς καὶ πρῶτος τῶν Ὁμήρου διορθωτὴς ἐγένετο, καὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Βιβλιοθηκῶν προέστη, καὶ τοὺς παῖδας Πτολεμαίου ἐπαίδευσεν. Id est, *Zenodotus Ephesius, versificator, & grammaticus, Philetæ discipulus, sub Ptolemæo primus Homeri corrector, Bibliothecis Alexandrinis præfectus, & filiorum Ptolemæi præceptor.*

Aratus item sub iisdem temporibus, vel paulo junior, propriam ejusdem Poematis editionem confecit. Auctor *illius Vitæ*: Καὶ τὴν Ὀδύσσειαν δὲ διώρθωσε, καὶ καλεῖταί τις διόρθωσις οὕτως Ἀράτειος, ὡς Ἀριστάρχειος, καὶ Ἀριστοφάνειος. Τινὲς δὲ αὐτὸν εἰς Συρίαν ἐληλυθέναι φασὶν, καὶ γεγονέναι παρ' Ἀντιόχῳ, καὶ ἠξιῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ, ὥστε τὴν Ἰλιάδα διορθώσασθαι διὰ τὸ ὑπὸ πολλῶν λελυμάνθαι. Id est, *Odysseam quoque correxit, & vocatur quædam correctio Aratea, quemadmodum Aristarchica, & Aristophanica. Nonnulli tradunt eumdem in Syriam pervenisse, & apud Antiochum commoratum, in ejus gratiam Iliadem, quod a multis pessime depravata fuerat, correxisse.* Et Suidas in *Arato*: Συνέγραψε διόρθωσιν Ὀδυσσείας, *Conscripsit correctionem Odysseæ.*

Aristophanes Byzantius præterea, dicti Zenodoti & Callimachi auditor, novam Homerici Poematis correctionem tentavit, a quo nomen habuit, & Aristophanios dicta est, ut vidimus ex Auctore *Vitæ Arati*. Aristophanis meminit Suidas, in quo obiter Librariorum error in Olympiade notandus est. Ipse namque habet, Γέγονε δὲ κατὰ τὴν μέ. Ὀλυμπιάδα, quæ Hieronymus Wolphius vertit, *Vixit Olympiade* XLV. cum omnino bendum sit ρμέ. id est, CXLV.

Hæc cum non satisfacerent Aristarcho, Aristarchi filio, genere Samothracio, sed Alexandrina civitate donato, Aristophanis Grammatici discipulo sub Ptolemæo Philometore, cujus filium secundum Evergetem erudiit Olympiade CLVI. ut Suidas tradit, ipse pro ingenio acri & eruditione, quibus præstabat, Homeri Poema de novo correxit, & expurgavit, & in pristinum nitorem restituit; indeque Ἀριστάρχειος ἔκδοσις dicta est. Carmina enim omnia, quæ sub Homeri nomine circumferebantur, adeo expendit & judicavit, ut Homerica ab adulterinis subjunxerit. Eo respexit Cicero *ad Famil.* lib. IX. ep. X. *Profert alter, ut opinor, duobus versiculis expensum Niciæ: alter Aristarchus hos ὀβελίζει: ego tamquam Criticus antiquus judicaturus sum, utrum sint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι.* Et *lib.* III. *epist.* XI. *Ut*

enim Aristarchus Homeri versum negat, quæ non probat: sic tu, libet enim mihi jocari, quod disertum non erat, ne putaris meum.

Aristarchi porro judicium adeo probavit Antiquitas, ut Homeri versus non putarentur, quos ipse non probaret, & deinceps sequentibus temporibus censores rerum aliorum & judices Aristarchi dicti fuerint. Idem Cicero *ad Atticum* lib. I. epist. XIV. *Totum hunc locum, quem ego varie meis orationibus, quarum tum Aristarchus es, soleo pingere.* Et Horatius in *Arte*.

> *Arguet ambigue dictum, mutanda notabit:*
> *Fiet Aristarchus.*

Hac tamen editione Homerica Aristarcus non omnibus placuit, sed a multis, sæpeque, nec uno in loco, acriter reprehensus est, ut apud Athenæum *lib.* v. Plutarchum *de audiendis Poetis*, & Didymum *Scholiis in Homerum*, si tamen ejus sunt. Librum etiam edidit de Aristarchi correctione in *Odyssea* Ptolemæus Ascaltonites Grammaticus. Suidas: Ἔγραψε περὶ τῆς ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἀριστάρχου διορθώσεως. Et Zenodotus alter Alexandrinus ideo advocatus est, ut de reprobatis ab Aristarcho Homericis carminibus judicium ferret. Idem: Ζηνόδοτος Ἀλεξανδρεὺς γραμματικὸς ὁ ἐν ἄστει κληθεὶς πρὸς τὰ ὑπ' Ἀριστάρχου ἀθετούμενα τοῦ Ποιητοῦ. Nec tantum in Homerum, sed in alios etiam Auctores, suam operam dependit hic Auctor, ideoque apud Hephæstionem habetur Ἀριστοφάνειος, καὶ Ἀριστάρχειος ἔκδοσις τοῦ Ἀλκαίου. Et Aristarchi exemplo alii aliorum scriptorum editionem evulgarunt, qualis ad hunc usque diem Euclides ex editione Theonis circumfertur. Et Apollonii Pergæi libri quatuor Conicorum ex editione Eutocii Ascalonitæ leguntur.

Fuere & aliæ Homericæ poesis ἐκδόσεις: in divino enim Poemate non satis fuit unum licet exactissimi judicii laborasse. Complures enumerat Eustathius initio *Iliadis*: Ἀλλὰ καὶ ἕτεραι Ὁμηρικαὶ διορθώσεις μνημονεύονται, οἷον καὶ ἡ ἱστορουμένη ἀπὸ τοῦ νάρθηκος, καὶ Μασσαλιωτική δέ τις, καὶ Σινωπική, Urbes scilicet ex hoc sibi laudem quæsisse, ideoque Massaliotica, & Sinopica. Quid e Poematis Homericis non expectes?

Postremis temporibus Cometas nescio quis libros Homeri indistinctos, variis erroribus, multumque confusos, atque accentibus deficientibus impervios, expurgatos, atque lima meliori correctos, in publicum ediderat. De qua editione nimium ipse diverso carminum genere gloriatur:

> Σεῖο βίβλους μεγάθυμε Κομητᾶς Ὅμηρε δὺ ἄρδην
> Εὑρὼν γηραλέας τεύξατο ὁπλοτέρας.
> Γῆρας ἀποξύσας δὲ ἀριπρεπέας τε βροτοῖσιν
> Πάμπαν ἔδειξε σοφοῖς, οἷσιν ἄεστι νόος.

Et illo:

> Ἀμφοτέρας πολύμυθε Κομητᾶς σεῖο ἀθροίσας
> Κύρβεις γηραλέας, θῆκεν ἀειθαλέας.

Et illo:

> Εὑρὼν Κομητᾶς τὰς Ὁμηρείους βίβλους
> Ἐφθαρμένας τε κοὐδαμῶς ἐστιγμένας
> Στίξας διεσμίλευσα ταύτας ἐντέχνως
> Τὴν σαπρίαν ῥήξας μὲν ὡς ἀχρηστίαν.
> Ἐντεῦθεν οἱ γράφοντες οὐκ ἐσφαλμένως
> Μαθητιῶσιν, ὡς ἔοικε μανθάνειν.

Hujus Opus quonam in pretio habitum sit, nescio: illud scio, carmina illius contumeliose tractari, & maledictis celebrari:

> Ἄκοσμα ταῦτα δυσκόμιστα πάντ' ἔπη.

Et illis:

> Ἄκοσμα ταῦτα τοῦ Κομητᾶ πάντ' ἔπη
> Κομητᾶ Θερσίτης μένηθα, πῶς δέ γε
> Ἀχιλλέως πρόσωπον εἰς δύσω τάλαν.
> Ἅπαντα ταῦτα τῆς ἀμούσου καρδίας
> Καὶ βάλλ' ἐς κόρακας, ἢ κύφων ὕφων ὕπερ
> Τὰ κοπρίας γέμοντα σαθρίαν ἔπη.

Carmina supradicta Cometæ, vel adversus Cometam, ingeniosus antiquitatis indagator Joannes Argolus Andreæ filius Latine expressit:

> *Hosce tuos geminos invenit, Homere, Cometas*
> *Libros, & juvenes reddidit e senibus.*
> *Abrasit canos, concinnosque esse peritis*
> *Exhibuit, quibus acre est cor & ingenium.*

Et:

> *Utrosque ingeniosa tuos comit arte Cometas*
> *Libros, atque ipsa pulsa senecta coma est.*

Et:

> *Cernens Cometas hos Homericos libros*
> *Jum putrientes, nullibi & scriptos notis*
> *Punctis notatos ordinans rectos dedit,*
> *Marcoris ipsas abscidit putredines:*
> *Ex quo periti non errantibus viis*
> *Discant, quod est par discere, & licet bonis.*

Et:

> *Incompta Vatis verba Cometæ omnia*
> *Putent. Cometas stas quid, & frontem induis*
> *Achillis, & Thersitis es par? heu miser!*
> *I disce, quæ sic en avibus usque ingratiis*
> *Effutis, abi in laqueum, & in corvos malos.*
> *Opplens poesim fæce sterquilinii.*

Si petas quenam harum editionum accuratior, melior, ἀσφαλεστέρα, ac magis genuina fuerit? Dico, Antiquitatis judicio, emendatiorem fuisse Aristarchicam: meo, nullam; sed illam omnium optimam existimo, quæ a nullo fuerat correcta. Ita etiam Simonem Philosophum Arato petenti, quænam sine mendo Homeri poesis sit, respondisse memoriæ tradidit Diogenes Laertius *lib.* IX. *Vitis*, antiquam scilicet, non eam, quæ ab aliis esset emendata: Φασὶ δὲ καὶ Ἄρατον πυθέσθαι αὐτοῦ πῶς τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀσφαλῶς κτήσαιτο, τὸν δὲ εἰπεῖν, εἰ τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι, καὶ μὴ τοῖς ἤδη διορθωμένοις. *Ajunt Aratum ab illo quæsisse, quo pacto quispiam Homeri poema sine menda consequi posset, illumque dixisse antiqua si incidat in exemplaria, non ea, quæ nuper emendata sunt.* Ea enim est Censorum rabies, & gustus, ut dum Auctores corrigunt, mentem illius, & quid dixerit, non inquirant, sed quid debuisset dicere, & modum illum præscribant, quem ipsi rectum judicant, non quem Auctor ille servavit. Quare superstitiosa quamdam & lima plus æquo iniqua ita Auctorum dicta pertractant, ut in alium cœlum deferant; & Auctores ipsi, si revivişcerent, propria scripta, uti sibi incognita, detestarentur. Ne exemplis rem satis notam confundam, & Plauti aliorumque poetarum manes novis quæstibus exturbem, quid intentatum recentiores isti Censores argutulis sententiolis & otiosis ad nequitiam usque correctionibus in uno Tacito reliquerunt? Fere omnia a prima illa facie, & antiquo prospectu, quo in publicum primum venit, in venustiorem ac placidiorem, ut ipsis placet, immutarunt. Quorum studium, sicuti, ubi opus fuit, & lacera ac inversa Auctoris verba

remedium poscebant, eoque præcipue, si aliorum Codicum auxilio id factum sit, laudo: ita ubi similis necessitas non urget, sed ut ingenium ostentent ex ingenio corrigunt & supplent, diligentiam vitupero. Id cum considerassem attentius, & recentiorum emendationis ut plurimas cum primis illis & antiquis Taciti editionibus comparassem, tanti Auctoris sortem miseratus, singulari de hoc libello, veterem Taciti lectionem ex eodem Tacito, & sententiæ ac verborum serie defendi, & aliorum correctiones examinatas nullas omnino esse, nisi fallor, demonstravi. Simili ratione, & in Homerica poesi, dum quilibet, quod probat, pro Homerico venditat, quod improbat, tamquam spurium damnat, multa Homerica sic obliterata sunt, multa immutata, pleraque etiam, quæ Homerica non sunt, veluti Homerica circumferuntur. Quare satius fuisset, si nobis Homerica Carmina, neque correcta, neque immutata, sed uti invenerant Censores illi atque Aristarchi transmisissent. Quando autem id factum non est, nobis quoque id satis erit Homerica nunc habere, uti jacent.

Reliquum est, ut Laertii verba super hac re examinemus. Ait namque Solonem plus luminis ipso Pisistrato attulisse Homero, cum scripsit, ut ex ὑποβολῆς illius Carmina a Rhapsodis recitarentur: Τά τε Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον. Μᾶλλον οὖν Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισε, Πεισίστρατος, ὥς φησι Διευχίδας ἐν πέμπτῳ Μεγαρικῶν. Ἦν δὲ μάλιστα τὰ ἔπη ταυτί. Οἳ δ' ἄρ Ἀθήνας εἶχον, καὶ τὰ ἑξῆς. Si carminum copia esset, mentem etiam Laertii haberemus, quæ cum ille omiserit, nobis obscurus omnino factus est. Ratio namque dicti sui, quæ in carminibus contineretur, & sententiam exponebat, cum carminum eorum silentio intercepta una secum & orationis sensum absorpsit. Thomas Aldobrandinus *in hunc Laertii locum: Quomodo Homerum Solon magis, quam Pisistratus, illustravit? Nam Pisistratus quidem, Cicerone teste in* III. *de Oratore, Homeri libros confusos antea sic disposuit, ut nunc habemus, Solon nihil aliud quam ejus verba recitari decrevit. An quia quod lege decernitur, quodque publice fit, illustrius est, quam quod privatim & ab uno?*

Quamvis autem verum sit, id, quod publice & lege lata decernitur, illustrius haberi, non propterea tamen, ut existimo, Solon plus lucis Homero, quam Pisistratus, attulit. Quin imo illustrius videtur partes avulsas disjectasque, & ob sui molem exiles & contemptibiles, in unum corpus integrum absolutumque omnibus suis partibus construere, & sic dispositum universo in prospectum objicere, quam, etiamsi decreto id imperetur, & præmiis propositis homines ad simplicem recitationem impellere, quod fecisse Solonem ex eodem Laertio cognoscimus. Verum enimvero, si Laertii verba, ut superius adnotavimus, considerentur, major in restituendo Homero laus Soloni, quam Pisistrato, debetur. Nam sine Solonis conatibus studium Pisistrati nullum fuisset: quippe super ea recitatione tota ratio Pisistrati fundata exitum, quem voluit ipse, res habuit. Cum enim ante Solonem omnia Homeri Carmina confusa & sine ordine apud plerosque palarent, nec eorum series sine labore & acri judicio excogitari posset, recitatio illa ex ὑπολήψεως id effecit, ut eorum rectus ordo haberetur, & quænam carmina, quæ sequerentur, & sententia sententiam exciperet. Qua diligentia in unum, sed ad auctoris mentem digesta Pisistratus postea divisit in libros. Quare majus Homericæ poesi, quæ obscura & confusa tantum non contemptui erat, ex Solonis

A studio lumen, cum tunc clara apertaque per ora virum vagari cœperit, quam ex Pisistrati accessit. Et hanc fuisse mentem Laertii, sive potius Dieuchidæ, existimo.

CAP. VI.

Cyprium nonnulli Homerum fecere; Themistonem matrem: perquam ridicule. Pausanias nihil certi de Patria Homeri se habere fatetur. Vaticiniorum priscorum inconstantia. Non solidiori argumento evincitur Trojanum fuisse. Potissi- B *mum tamen septem Urbes de eo decertant. Quænam illæ fuerint? Non easdem ab omnibus connumeratas.*

CYPRII item sibi vindicarunt Homerum. *Epigram.* lib. IV.

Οὐ Χίος, οὐκ Αἴγυπτος εὔσπορος, οὐ Κύπρος ἁγνή.

Et Themistonem quandam mulierem indigenam matrem ejus fuisse affirmant, & Euclum omnia, quæ ad natales Homericos pertinebant, prævaticinatum. Pausanias in *Phocicis*: C Κύπριοι δὲ οἰκεῖον, αὐτοὶ γὰρ δὴ καὶ Ὅμηρον, Θεμιστώ τε αὐτῷ μητέρα εἶναι τῶν τινα ἐπιχωρίων γυναικῶν λέγουσι, καὶ ὑπὸ Εὔκλου προθεσπισθῆναι τὰ ἐς τὴν γένεσιν τὴν Ὁμήρου φασὶν ἐν τοῖς δέ·

Καὶ τότ' εἰναλίῃ Κύπρῳ μέγας ἔσσετ' ἀοιδὸς,
Ὅντε Θεμιστὼ τέξει ἐπ' ἀγροῦ δῖα γυναικῶν
Νόσφι πολυκτεάνοιο πολύκλειτον Σαλαμῖνος,
Κύπρον δὲ προλιπὼν, διερὸς θ' ὑπὸ κύμασιν ἀρθεὶς
Ἑλλάδος εὐρυχόρου, μοῦνος κακὰ πρῶτος ἀείσας,
Ἔσσεται ἀθάνατος, καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.

D Id est, *Cyprii vero (nam & hi sibi Homerum vindicant) Themisto indigenam fœminam Homeri fuisse matrem dicunt, Euclum vero de ipsius ortu hisce versibus fuisse vaticinatum;*

Fluctisona in Cypro tunc vatem dia Themisto
Altiloquum pariet Ditis Salaminos in agris
Posthabita hic Cypro longe provectus in altum,
Grajugenum terras lustrabit, carmine sævos
Heroum casus & tristia funera dicens,
Nec senium metuet, nec inexorabile fatum.

E Homerum item Cyprium origine fuisse poterit probari, cum pater illius nonnullorum opinione Cyprius fuerit, locoque obsidis tamquam civis a Cypriis Persis missus. Unde postea Homero tamen inditum fuit. Certamen Homericum, Τινὲς δὲ Ὅμηρον διὰ τὸ τὸν πατέρα αὐτοῦ ὅμηρον δοθῆναι ὑπὸ Κυπρίων Πέρσαις. Id est, *Nonnulli Homerum quod pater illius* ὅμηρος, *obses, a Cypriis Persis datus sit.* Adde Homerum, ut verisimile est, ut patri suæ gratificaretur, nec aliam ob causam Cypriaca conscripsisse. Suidas, Ἐπιθαλάμια, Κύκλος, Ὕμνοι, Κύπρια, *Epithalamia, Cyclos, Hymni, Cypria.* Ajunt quippe ideo Cyprium Homerum fuisse, tan- F quam qui noverit illam insulam locustis infestari. Manuel Moschopulus, sive alius. ἐν ταῖς ἐξηγήσεσιν εἰς τὸν Ὅμηρον, Ιλ. Φ. Ὡς δ' ὅτε ὑπαὶ ῥιπῆς πυρὸς αἱ περὶ τὸν ποταμὸν ὄχθαι ἀμφίαλον. Ἡ πρὸς ἔμφασιν, αἱ δύο κεῖνται προθέσεις, τὸ μέγεθος καὶ πλῆθος τῆς βοῆς παραδηλοῦσαι. Ὄχθη γὰρ καὶ κρημνὸς ταυτά. Φησὶ γὰρ, μεσοπαγὲς γὰρ εἰάθηκε κατ' ὄχθης, καὶ οὐ δύναται ἐκ κρημνοῦ ἐρύσασθαι. Ὅθεν τινὲς Κύπριον φασὶ τὸν Ποιητὴν, ὡς κατὰ καιροὺς ἐνοχλουμένης τῆς νήσου ὑπὸ τῶν ἀκρίδων. Id est, *Ut quando impetu ignis, quæ*

circa fluvium ripæ sunt perstrepunt, ad majorem rei expressionem, bina adnectitur præpositio, magnum ac uberem vocis strepitum indicans: ripa enim & præcipitium idem sunt. Ait enim, infixam posuit ad ripas, nec potuit e præcipitio salvare. Hinc nonnulli Cyprium Poetam fuisse asserunt, cum ea insula aliquando a locustis vexaretur. Quod aliqui probare conati sunt ex similitudine illa locustarum, qua *Iliad.* Φ. utitur:

Ὡς δ' ὅθ' ὑπαὶ ῥιπῆς πυρὸς ἀκρίδες ἠερέθονται
Φευγέμεναι ποταμόνδε. τὸ δὲ φλέγει ἀκάματον πῦρ
Ὄρμενον ἐξαίφνης, ταὶ δὲ πτώσσουσι καθ' ὕδωρ.

Id est,

Ac veluti incensos flammis urentibus agros
Aeriæ exiliunt repetentes nota locustæ
Flumina, mox alis subeunt pernicibus undas.

Argumentum hoc ridiculum sane ita elusit Eustathius *ibidem*: Ἰστέον δὲ, ὅτι ἐντεῦθεν τινὲς ὁρμώμενοι, καὶ μικροῖς μεγάλα τεκμαιρόμενοι, Κύπριον φασὶν εἶναι τὸν Ποιητήν. διὸ καὶ εἰδέναι αὐτὸν, ὡς κατά τινας καιροὺς ὀχλεῖται ὑπὸ ἀκρίδων ἡ νῆσος, καθὰ καὶ ἡ Κυρήνη καὶ ἡ Βάρκη αἱ Λιβυκαί. Ἀλλ' εἴτις τούτοις καὶ πύθοιτο, καὶ διότι εἶδε πάθος τῆς νήσου Κύπρου, διὰ τοῦτο νομίζεται Κύπριος, μυριόπατρις ἄρα ὁ Ποιητὴς, ὡς πολλῶν ἔθη καὶ πάθη πόλεων ἱστορῶν. Id est, *Sciendum est, hinc nonnullos occasionem sumentes, & parvis magna æstimantes, Cyprium fuisse Poetam asseverasse. Ideoque eum callere eam insulam nonnunquam & certis temporibus a locustis divexari, quemadmodum & Cyrenem & Barcam Libycas urbes. Si quis vero his suaderi patiatur, & quod insulæ incommodum norit, ideo Cyprius haberi debeat, certe Poeta innumerarum patriarum erit civis, tamquam qui multarum urbium mores & noxas prosequatur.* Et vaticinium Eucli nihil pro Cypriis concludere ex eodem Pausania aperte convincitur. Is enim illius esse tantam vim opinatus est, ut nihil certi de Patria Homeri suggereret. En illius verba, quæ oraculo subdit: Ταῦτα ἡμεῖς ἀκούσαντές τε, καὶ ἐπιλεξάμενοι τοὺς χρησμοὺς. ἰδίᾳ δὲ οὐδένα αὐτῶν λόγον, οὔτε ἐς πατρίδα, οὔ περὶ ἡλικίας Ὁμήρου γράφομεν. Id est, *Hæc nos de Homero partim audivimus, partim etiam ex oraculis collegimus. Nihil omnino autem, neque de patria, neque de ejus ætate, certi ex nobis ipsis in medium afferimus.* Et certe in tanto Oraculorum conflictu, neque determinata patriæ affirmatione, quid veri statuam animus hæret; & nescio qua ratione Divinorum antiquorum effata, enunciataque Deorum tam varia, atque sibi ipsis contraria in veritate, quæ una esse potuit, pondus habere possint. Sed in his etiam multiformis illius serpentis technas dolosque, quibus humanum divexabat genus, his quidem hæc, aliis alia, quin etiam contraria temere effutientis deprehendes.

Neque solidiori argumento nescio quis Homerum Trojanum fecit. Suidas: Οἱ δὲ ἐκ Τροίας, ἀπὸ χώρας Κεγχρέων, *Alii ex Troja, ex Cenchreorum oppido.* Fortasse quod Cenchris Homerus diu commoratus sit, & ea, quæ Trojanis contigerant, addiscere potuit. Stephanus *de Urbibus*: Κεγχρέαι πόλις Τρωάδος, ἐν ᾗ διέτριψεν Ὅμηρος, μανθάνων τὰ κατὰ τοὺς Τρῶας. *Cencreæ urbs Troadis, in qua Homerus est commoratus, dum res Trojanas addisceret.* Si ubi Homerus perduravit patriam nactus sit, multo plures erunt Homeri patriæ, quam quæ recensentur. Neotichenses apud se diu commoratum Homerum, plurimaque carmina composuisse contendunt, & usque ad tempora Herodoti locus, in quo carmina ediderat, maxima veneratione ostendebatur. Herodotus *de Vita Hom.* Τέως μὲν οὖν κατεῖχεν ὁ Μελησιγενὴς περὶ τὸ Νεοντεῖχος ἀπὸ τῆς ποιήσεώς γε τοῦ βίου τὴν μηχανὴν ἔχων. ἐδείκνυον δὲ οἱ Νεοτειχεῖς μέχρις ἐπ' ἐμοῦ τὸν χῶρον, ἐν ᾧ καθίζων τῶν ἐπέων τὴν ἐπίδειξιν ἐποιέετο. καὶ κάρτα ἐσέβοντο τὸν τόπον, ἐν ᾧ καὶ αἴγειρος, ἣν ἐκεῖνοι ἔφασαν, ἀφ' οὗ ὁ Μελησιγενὴς ἦλθεν αὐτοῖς πεφυκέναι. Id est, *Atq; jam tum apud Neontichos agens e poesi victus subsidia habebat: ostenditurq; ad nostra usque tempora ibidem locus, ubi Melesigenes sedens carmina sua exhibuerit; qui locus in magna illic habetur veneratione ab incolis, in quo & populus arbor adnata est, quam ab adventu Homeri natam commemorant.* Neque ob id talem unquam aliquis Homeri patriam somniavit. Item apud Chios diu commoratum fuisse, discipulis instruendis operam dedisse, uxorem duxisse, procreasse liberos, potiorem suorum Poematum partem composuisse, inter alios narrat idem Herodotus *ibid.* Χρόνου δὲ προϊόντος δεηθεὶς τοῦ Χίου πορεῦσαι αὐτὸν εἰς τὴν Χίον, ἀπίκετο εἰς τὴν πόλιν, καὶ διδασκαλεῖον κατασκευασάμενος, ἐδίδασκε παῖδας τὰ ἔπεα. καὶ κάρτα δεξιὸς ἐδόκει εἶναι τοῖς Χίοις, καὶ πολλοὶ θαυμασταὶ αὐτοῦ κατεστήκεσαν. Συλλεξάμενος δὲ βίον ἱκανὸν γυναῖκα ἔγημεν, ἐξ ἧς αὐτῷ θυγατέρες δύο ἐγένοντο. καὶ ἡ μὲν αὐτῶν ἄγαμος ἐτελεύτησε. τὴν δὲ συνῴκησεν ἀνδρὶ Χίῳ. Id est, *Deinde progressu temporis imperata ab hero Chium visendi copia, urbem adiit, ludumque illic instituens, pueros carmina docebat. Id cum magna dexteritate Chiis facere videretur, multos sibi admiratores conciliavit. Hinc igitur cum satis superque facultatum comparasset, uxorem duxit, e qua duas suscepit filias: quarum una decessit innupta, alteram viro Chio elocavit.* Pessime cum Chiis actum esset, si nullo alio fulcro suam de patria Homeri sententiam comprobarent: sed ridicula hæc.

Potissimæ, quæ de Homero decertarunt, urbes septem commemorantur. *Epigramm.*

Ἑπτὰ τ' ἐριδμαίνουσι πόλεις διὰ ῥίζαν Ὁμήρου·
Κύμη, Σμύρνα, Χίος, Κολοφὼν, Ῥόδος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Fausto Sabæo Interprete,

Patriam Homero uni septem contenditis urbes;
Cumæ, Smyrna, Chios, Colophon, Rhodos, Argos, Athenæ.

Et illud quod Antipatro Sidonio in nonnullis Codd. M. S. tribuitur:

Ἑπτὰ πόλεις μάρναντο σοφὴν διὰ ῥίζαν Ὁμήρου·
Σμύρνα, Χίος, Κολοφὼν Ἰθάκη Πύλος Ἄργος, Ἀθῆναι.

Ita reddidit Henricus Stephanus,

Urbes Mæonide sibi dant cunabula septem;
Smyrna, Chios, Colophon, Ithace, Pylus, Argos, Athenæ.

Vel ut habentur apud Gellium,

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου·
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Χίος Ἄργος, Ἀθῆναι.

Hoc est,

Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri;
Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Chius, Argos, Athenæ.

Janus Gebhardus *Antiq. Lect.* lib. II. cap. XXIII, tradit in Palatino Cod. M. S. legi,

Ἑπτὰ πόλεις ἐρίζουσι κλυτοῦ περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,

ad idque respexisse Latinam versionem, *Septem urbes certant*, & ratione metri corrigit ἐρίζουσι: non placet. Non enim de rebus futuris, sed præteritis, sermo est. In his, ut vides, variant Cuma, Pylos, Ithaca, Rhodos, Salamin: illæ perpetuæ sunt, Smyrna, Chios, Colophon, Argos, Athenæ. Et in ultimo Gellii *Chios*, non *Ios*, legunt Georgius Braudius *Commentar. in Solini c.* XLIII. Jacobus Crucius Bononiensis *Adnotat. in Gellium*, Bibliotheca Hispanica *Tom.* III. in *Damiano a Goes*:

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ,

Editio Gelliana Sebastiani Gryphi anno 1550. & anni 1555. in 8. Joannes Crispinus *epist. præfat.* τοῖς φιλομήσοις in Homerum, Petrus Gualterus Chabetius *Enarratione Grammatica* IX. Odæ Horatianæ tertii libri, Julius Salinerius *Annot. in Comm. Taciti Agricolam*, Angelus Politianus in *Manto*, Franciscus Feu-ardentius *Annot. in cap* XIX. *lib.* II. *Irenæi adversus Hæreses*. Lelius Bisciola *Horarum Subces.* lib. IV. cap. VI. Et nos inferius demonstrabimus omnino *Chius* legendum; sed singula horum versuum examinemus.

CAP. VIII.

Ephori sententia Homerus Cumæus est. Idem sed diversa ratione Herodotus insinuat. Conjecturæ Herodoti, quibus eum Æolium facit. Ephorus & Herodotus suspecti, quia patriæ favent levissimis conjecturis. Homerus gentium omnium moribus Poemata sua inspersit. Herodoti in exponendo Homero mira hallucinatio. Agamemnonem, Ulyssem, Chrysen, Apollini Smintheo, vel Cilleo, veluti Æolii Æolio more sacrificasse. Chrysa Æolensium colonia; & Æolidis in Troade fines. Chrysæ duæ, altera Troica, altera Lemnia; male a nonnullis confusæ. Stephanus correctus. Contra Salmasium fuisse, & insulam Chrysen divisam a Lemno prope Lemnum adnotatur. Cillei Apollinis fanum ab Æolensibus extructum. In eo tractu Apollinis unanimis veneratio. His Herodoti conjecturæ refelluntur.

Plutarchus lib. *de Homero* refert, Ephorum Cumæum in libro, quem *de Cumæis rebus* inscripsit, ut Homerum Cumæum ostenderet, Atellem, Mæonem, & Dium fratres Cuma oriundos tradidisse; ex his Dium, æris alieni causa, Ascram, qui est Bœotiæ pagus, commigrasse, ibique Pycimeda uxore ducta, Hesiodum procreasse. Atellem Critheidis filiæ tutela Mæoni commendata in patria vitam cum morte commutasse: ab hoc avunculo vitiatam puellam, ab eodem ob perpetratum facinus damnationem metuente, Phemio Smyrnæo literas docenti nuptum traditam. Porro eam, cum ad lavacra, quæ propter amnem Meletem sunt, deambularet, partu Homerum edidisse juxta ipsum amnem. Inde Melesigenem filium appellatum: mutato autem nomine Homerum usurpasse, cum luminibus esse captus, tales enim a Cumæis & Ionibus Ομηροι vocantur, quod ὁμηρεύοντων indigeant. Εφορος μὲν οὖν ὁ Κυμαῖος ἐν συντάγματι τῷ ἐπιγραφομένῳ ἐπιχωρίῳ Κυμαῖον αὐτὸν ἀποδεικνύναι πειρώμενος, φησὶν, ὅτι Ατελλῆς, καὶ Μαίων, καὶ Δῖος ἀδελφοὶ Κυμαῖοι τὸ γένος, ὧν Δῖος μὲν διὰ χρέα μετῴκησεν εἰς Ασκρὴν κώμην τῆς Βοιωτίας, κἀκεῖ γήμας τὴν Πυκιμήδην ἐγέννησεν Ησιόδον. Ατελλῆς δὲ τελευτήσας ἐν τῇ πατρίδι Κύμῃ κατέλιπε θυγατέρα Κρηθηΐδα τοὔνομα προστησάμενος αὐτῇ τὸν ἀδελφὸν Μαίονα. ὃς διακορεύσας τὴν προειρημένην, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πολιτῶν ἐπὶ τῷ γεγονότι δείσας κατάγνωσιν, ἔδωκεν αὐτὴν πρὸς γάμον Φημίῳ Σμυρναίῳ διδασκάλῳ γραμμάτων. Φοιτῶσα δὲ αὐτὴ ἐπὶ τοὺς πλυνοὺς, οἳ ἦσαν παρὰ τῷ Μέλητι, ἀπεκύησε τὸν Ομηρον ἐπὶ τῷ ποταμῷ, καὶ διὰ τοῦτο Μελησιγένης ἐκλήθη. Μετωνομάσθη δὲ Ομηρος, ἐπειδὴ τὰς ὄψεις ἐπηρώθη. Οὕτω δὲ ἐκάλουν οἵτε Κυμαῖοι καὶ οἱ Ιωνες τοὺς τὰς ὄψεις πεπηρωμένους, παρὰ τὸ δεῖσθαι τῶν ὁμηρευόντων, ὅ ἐστι τῶν ἡγουμένων. Ταῦτα μὲν Εφορος. (Auctor *Vitæ Homericæ* sine nomine, κατὰ δὲ Εφορον, καὶ τοὺς ἱστορικοὺς, Κυμαῖος, *ut existimat Ephorus, & historici, Cumaaus*) Et Proclus *de Vita Homeri*, Οἱ δὲ Ιήτην, οἱ δὲ Κυμαῖον. Et: Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς τῶν ὀμμάτων πηρώσεως τούτου τυχεῖν αὐτὸν φασὶν τοῦ ὀνόματος· τοὺς γὰρ τυφλοὺς ὑπὸ Αἰολέων Ομήρους καλεῖσθαι. Id est, *Alii Ietem, alii Cumæum*. Et: *Nonnulli vero ex læsione oculorum hoc habuisse nomen tradunt: cæcos enim* Ομήρους *Æolenses vocant*.

Idem nobis, sed alia ratione, Herodotus libello *de genere vitaque Homeri*, si Herodoti γνήσιον, obtrudit. Dum Æolensium, inquit, Cuma primum conderetur, eo cum aliis permultis omnis generis gentibus e Magnesia confluxit Melanopus, Ithagene Critonis filio genitus, tenuium fortunarum vir. Melanopus Homyretis Cumani filia uxore ducta Critheidem procreavit, quam vita ipse functus Cleanactis Argivi tutelæ committit. Interea accidit, ut puella e furtivo concubitu prægnans deprehenderetur, quod cum Cleanax rescivisset, rei indignitate commotus, accersita Critheide, ut infamiam excuteret adhortatur: ideo ad Hermæi sinum, quem tum Cumani ædificabant, Ismeniæ Bœotio in primis sibi amico exportandam tradit. Progressu temporis Critheis cum aliis mulierculis ad festum egressa, juxta Meletem fluvium, cum partui jam vicina esset, Homerum peperit, quem Melesigenem a fluvio appellavit; quem industria sua Critheis apud Ismeniam aliunde alia sumens opera aluit, & honestis disciplinis educandum curavit. Tandem a Phemio, viro non illaudato, nec abjectioris literaturæ, tamquam qui Smyrnæorum pueros disciplinis instituеret, conducta, Homerum non tantum ut in filium adoptaret, sed ut apprime erudiret, obtinuit: ita ut omnes sui ordinis adolescentes facile superaret, neque in instituendis pueris grandior factus Phemio ipsi esset inferior. Ex hac Herodoti narratione habes progenitores Homeri Magnesios, parentes Cumanos, puerum natalibus Smyrnæum. Quare non solum dictis Homerum esse Æolium, non Ionem, neque Doriensem, sed his etiam conjecturis in fine illius libelli deprehendi posse putat Herodotus. Siquidem Poetam, qui peculiares mores in suam poesim transferre studuerit, par est, aut laudatissimos excogitasse aut patrios commemorasse: sed cum sacrificii ritum hujusmodi quendam refert, aut ipse eundem tamquam probatissimum excogitavit, aut quod cum patriis institutis conveniret: sic enim inquit:

Αὐέρυσαν μὲν πρῶτα, κατά τε καὶ ἔσφαξαν, καὶ ἔδειραν,
Μηρούς τ᾽ ἐξέταμον, κατά τε κνίσῃ ἐκάλυψαν.
Δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ᾽ αὐτῶν δ᾽ ὠμοθέτησαν.

Id est,

Protractas jugulant pecudes, & tergora costis
Diripiunt, femorumque toros & crura recidunt,

In partesque secant geminas: tum pinguia nidor
Viscera nube tegit densa.

In his nonnisi Æolicas cærimonias, & quæ tantum illius gentis essent, recenset. Illa quippe sola ilia animalium non cremabat. Indicat præterea his quoque versibus, quod Æolius existens suæ gentis ritibus usus sit:

Καῖε δ' ἐπὶ σχίζῃς ὁ γέρων, ἐπὶ δ' αἴθοπα οἶνον.
Λεῖβε. νέοι δὲ παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσίν.

Id est,

—— tum segmina carnium
Ipse focis multo crepitantibus admovet igni
Cruda senex, & vina super nigrantia fundit.
Quem verubus quinis juvenes onerata tenentes
Brachia circumstant.

Æoles enim soli intestina quinque verubus defixa torrebant, reliqui Græci tribus. Et Epitomator *Vitæ Homeri* ab Herodoto scriptæ: Ὅτι δὲ ἦν Αἰολεὺς Ὅμηρος δῆλον, ἐν ταῖς ἱεροποιΐαις γράφησιν, Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐν τούτοις ὑπὲρ ὀσφύος οὐδὲν εἴρηται. Μονώτατον γὰρ τῶν Ἑλλήνων τὸ Αἰολικὸν ἔθνος οὐ καίει ὀσφύν. Δῆλον δὲ καὶ ἀπὸ τούτων, Νέοι δὲ παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσίν. Αἰολέες γὰρ μόνοι τὰ σπλάγχνα ἐπὶ πέντε ὀβολῶν ὀπτῶσιν, οἱ δὲ ἄλλοι Ἕλληνες ἐπὶ τριῶν. Id est, *Æolensem vero fuisse Homerum perspicuum est. In sacrificiorum enim ritu ait*, Protractas jugulant, &c. *In his de illis nulla mentio, quibus in sacrificiis tamen utebantur præter unam Æolicam gentem. Indicat præterea & his quoque versibus*, Quem verubus quinis juvenes. *Æoles enim soli intestina quinque verubus defixa torrebant, reliqui Græci tribus.* In eadem sententia fuit Andreas Laurentius *Histor. Anatom.* lib. VIII. quæst. XXX. ubi dicit, Homerum Æolium fuisse, certum esse. Josephus Scaliger *Ausonian. Lection.* lib. I. cap. XXVIII. *Homerum autem Æolem fuisse, & in Æolide scripsisse, puto; nemo dubitabit, qui eum aut Cumæum, aut Smyrnæum fuisse mihi concedet.* Et Franciscus Junius *in Manilii lib.* II. *Jura enim Homerus petiit, id est, alimentum justum meritumque ex mercede & humanitate: mercede, quod Poeta gratus: humanitate, quod civis & cæcus esset. Huic ergo jura petenti, & quasi πρυτανεῖα laboris sui*, jura dabat patria, *nimium Cume, iniquam sententiam ferens consilio publico, & per prætorem denuncians, de alimentis ipsi non præstandis. Quapropter vehementer commotus, & indignatione percitus, Cumanis suis imprecatus est, ne unquam illic poeta nobilis existeret, qui celebraret illos, & latices illos voto suo eripuit illis.* Præterea Æolensium morem nobis inculcat Eustathius *in Iliad.* A. Πᾶσιν οἱ παλαιοί, ὡς οἱ μὲν ἄλλοι τρισὶν ἔπειρον ὀβολοῖς, οἳ λέγοιντο ἂν τριώβολα. μόνοι δὲ οἱ Κυμαῖοι, Αἰολικὸν δὲ οὗτοι ἔθνος, πεμπωβόλοις ἐχρῶντο. Ἔστι δὲ ἡ τοῦ πεμπωβόλου λέξις Αἰολική, καθὰ καὶ ἡ χρῆσις. Πέμπε γὰρ Αἰολεῖς τὰ πέντε φασίν. Ὅθεν καὶ πεμπάζειν κυρίως τὸ κατὰ πεντάδας ἀριθμεῖν. Et Etymologus adnotavit Homerum multis Æolicis uti *in* Ἀλαλύκτημαι: Ἐπεὶ ὁ Ποιητὴς πολλοῖς Αἰολικοῖς χρῆται.

Herodotus undenam habuerit, quæ de parentibus Homeri prosequitur, ipse viderit, quemadmodum & Cumanus Ephorus. Digni certe sunt eorum conatus, qui laudentur ab aliis, si veritatis studio tantum opus aggressi, veritatem exposuissent. Sed cum patriæ amore & propriæ gentis id egerint, eorum dicta non immerito suspecta esse debent. Ubi enim ratio affectu ducitur, & lin-
A gua cupiditatum ductu moderatur, veritas ipsa claudicat & cæcutit: quæ a nudo & ab omni studio libero homine tantum expectanda est. Sint ergo in patriam, in gentiles grati, sint accepti: sint callidi, solertes in rebus, quæ pro veris probari possunt, inveniendis. Veraces, ingenui, sincerique nullo modo esse poterunt. Herodoti sunt, quam levissima deprehenduntur. Homerus enim illa ratione, qua semel atque iterum ritus Æolensium ἐπιχωρίους ut proprios universæ Græcorum nationi adscripsit, eadem & Ionicas & Doricas cærimonias, & antiquos omnium Græcorum ritus in Poematibus inspersit. Quare non magis his
B quam illis favet; vel ideo se illorum concivem affirmat. Non plura hic refero. Pleni sunt Græcorum libri, seduloque insinuant graves viri, omnes omnium mores laudabiles, licet essent uni tantum peculiares, Homerum in suam poesim transportasse: ut omnibus una esset ipsa sola recta magistra & moderatrix.

Quid plura? Vim Homericæ divinitatis in iis ipsis exemplis, quæ pro se adduxit Herodotus, nescio an pergustavit, certe nullo modo intellexit. An mirum de Herodoto similia pronunciari? Non mirum. Nec mentimur. Sis una mecum Le-
C ctor. Certum est, ad frugem applicabis animum. Post pugnacem Achillis & Agamemnonis concionem, dissoluto Græcorum Senatu, Achilles cum sociis sese in tentoria sua recepit; Agamemnon instructam navem cum Chryseide & Hecatombe ad Pelidem primum, ut Briseida deferant, inde ad Chrysam, ut Chryseida patri restituant, in mare deduxit. Interea lustravit exercitum, sacrificavit Apollini perfectas Hecatombas taurorum & caprarum, ita ut nidor ad cœlum perveniret. Græci Græco more & loco proprio sacrificarunt Apollini. Præcones & famuli huic provinciæ destinati una cum Ulysse ducta prius Briseide ab Achille ad
D Chrysam perveniunt. Ubi Chryseide patri restituta, res ad sacrificandum deductas exposuerunt. Sicque sacrificium perpetratur: ritu Æolico, infert Herodotus, inquam: quia illum inter alios optimum judicarat Homerus. Esto. Sed propria quis judicat meliora & laudabiliora. Quid inde? Ergo Homerus Æolius est? Minime gentium. Velim responderet mihi Herodotus: qui Hecatombam adduxerant Talthybius & Eurybates famuli, & Ulysses Ithacensium dux, cum Sacerdotes non essent, poterantne sacrificium ipsi Deo Apollini facere? Ministri ipsi Sacerdoti sacrificaturo res eo conductas præpararunt, Sacerdos in ea provincia
E primus, quod potissimum in sacrificiis erat, absolvit. Precatur, super lignis mactatas hostias, excoriatas, & abscissas in frusta adolet, libatque insuper vinum. Sacerdos est, qui modum sacrificii imperat, Græci obtemperant. At Sacerdos non potuit alio ritu, quam Æolio, cum Chrysæ id ageretur, & Apollini Smintheo, vel Cillæo præcipere. Ergo Homerus non Æolium ritum tamquam patrium & laudabiliorem in Græcos transtulit; sed dum Æolios facit sacrificantes, necesse erat, eos proprio ritu sacrificium perpetrantes inducere. Non ergo quia optimus ille ritus videbatur, sed quia conveniens in poesim introductus
F est. Et inter præcipuas Poetæ virtutes illa non minima est, si servet decorem: id autem non in sententiis tantum, & verbis, & moribus animi, sed etiam in ritibus nationum & sacrorum cærimoniis servandum est.

At quomodo Sacerdos ille Æolius? quomodo sacrificium illud Æolio more peragendum erat? Ostendam satis aperte. Sacrum illud Chrysæ factum fuisse habemus ex eodem Homero:

—— αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Εἰς Χρύσην ἵκανεν ἄγων ἱερὴν ἑκατόμβην.

Id est,

—— *at Ulysses*
Chrysam pervenit ducens sacram hecatomben.

Ipsi Apollini Chryseo:

Κλῦθί μευ ἀργυρότοξε, ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας.

Id est,

Audi me argenteum habens arcum, qui Chrysam tueris.

Scylax Caryandenus in *Periplo*: Καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἵνα Χρύσης ἱερᾶτο. *Et fanum Apollinis, in quo Chryses sacrificia conficiebat*. At Chrysa erat Æolensium colonia, vel civitas, vel sub jure Æolensium, & Chryseo Apollini nonnisi more Æolio sacrificabatur. De Chrysa ait Strabo *lib.* XIV. Ἐν δὲ τῇ Ἀδραμυττηνῇ ἐστὶ καὶ ἡ Χρύσα, καὶ ἡ Κίλλα, *In Adramyttena est & Chrysa, & Cilla*. De qua regione superius dixerat: Ἀμφότεραι δὲ ἦσαν ἐν τῷ κληθέντι μετὰ ταῦτα Θήβης πεδίῳ, ὃ διὰ τὴν ἀρετὴν περιμάχητον γενέσθαι φασὶ Μυσοῖς μὲν καὶ Λυδοῖς τοῖς πρότερον, τοῖς δ' Ἕλλησιν ὕστερον. τοῖς ἐποικήσασιν ἐκ τῆς Αἰολίδος καὶ τῆς Λέσβου. Ἔχουσι δὲ νῦν Ἀδραμυττηνοὶ τὸ πλέον. ἐνταῦθα καὶ ἡ Θήβη, &c. Id est, *Ambæ autem fuerunt in campo, qui deinde Thebes dictus fuit, de quo ob ejus præstantiam certamina fuerunt Mysis & Lydis ante, postea Græcis, qui ex Æolide & Lesbo migraverunt. Nunc Adramyteni majorem partem obtinent: ibi enim Theba est.* Quin Cilla ipsa inter urbes Æolias enumeratur ab Herodoto *lib.* I. Αἱ δὲ, αἱ Αἰολίδες, Κύμη ἡ Φρικωνὶς καλεομένη, Λήρισαι, Νέον τεῖχος, Τῆμνος, Κίλλα, Νότιον, Αἰγιρόεσσα, Πιτάνη, Αἰγαῖαι, Μύρινα, Γρύνεια. αὗται ἕνδεκα Αἰολέων πόλιες ἀρχαῖαι. Id est, *Æolicæ autem civitates sunt, Cumæ, quæ & Phriconis vocatur, Larissæ, Neon tichos, Temnus, Cilla, Notium, Ægiroessa, Pitana, Ægeæ, Myrina, Grynia. Atque hæ undecim Æolicæ fuerunt priscæ civitates.* Eoque præcipue si Promontorium Lectum disterminat Æolida & Troada. Præterea juris Æolici erat non tantum quæ Æolis dicebatur, sed major pars Troadis Alexandrinæ, & Adramyttenæ ipsius, in qua erat hæc Chrysa. Ideo non male Plinius *lib.* V. *cap.* XXX. Æolida & Troada, quasi una esset, confundit. Strabo etiam *lib.* XIII. fatetur per Troicam regionem Æolenses dispersos: Τῶν Αἰολέων τοίνυν καθ' ὅλην σκεδασθέντων τὴν χώραν, ἣν ἔφαμεν ὑπὸ τοῦ Ποιητοῦ λέγεσθαι Τρωικήν. οἱ δ' ὕστερον οἱ μὲν πᾶσαν Αἰολίδα προσαγορεύουσιν, οἱ δὲ μέρος. καὶ Τροίαν οἱ μὲν ὅλην, οἱ δὲ μέρος αὐτῆς, οὐδὲν ὅλως ἀλλήλοις ὁμολογοῦντες. Id est, *Ergo cum Æolenses per totam sint dispersi eam regionem, quam a Poeta Troicam vocari diximus: posteriorum alii totam eam Æolidis nomine afficiunt, alii partem ejus: itemque Trojam alii totam, alii partem, neque inter se quidquam iis convenit.*

Interim animadvertas velim Lector, Claudium Salmasium acute satis adnotasse *Notis in primam & secundam Aram*, Chrysam hanc Troicam, in qua Apollinis Sminthii templum, & ara, ad quam occisus Achilles ab Apolline & Praide, memoratum Auctorem Βωμίσκου, & Stephanus *de Urbibus*, confudisse una cum Chrysa, quæ circa Lemnon, non Apollini, sed Minervæ ab Jasone ara dedicata est. Stephani verba sunt: Χρύση βαρυτόνως ἡ πόλις τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγγὺς Λήμνου. Σοφοκλῆς Λημνίαις·

Ὦ Λῆμνε Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγοι.

Καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσι.

Ταύτην ἐγὼ Χρύσην τε, καὶ Κίλλαν.

In priore versu de Chrysa Lemno vicina, in posteriore de Troica accipi debet. Nec minus acute corrigit Stephanum *ibidem*: Καὶ Πανηφαιστία τῆς Λήμνου ἀκρωτήριον πρὸς Τένεδον βλέπον. Sic, Καὶ περὶ Ἡφαιστίαν τῆς Λήμνου ἀκρωτήριον. Ἡφαιστία etenim urbs Lemni, eodem ipso Stephano referente: Λῆμνος νῆσος πρὸς τῇ Θράκῃ δύο πόλεις ἔχουσα, Ἡφαιστίαν, καὶ Μύριναν, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ptolemæus lib. III. *Geograph.* in Macedoniæ situ: Λῆμνος νῆσος, ἐν ᾗ πόλεις δύο, Μύρινα, καὶ Ἡφαιστία μεσόγειος. Plinius *lib.* IV. *cap.* XII. *Oppida habet Hephæstiam & Myrinam*. Unde nomen habuerit, Martianus, sive quis alius, in *Periplo*:

Ἐν τῷ πελάγει Λῆμνος Ἡφαίστου τροφὸς,
Ἣν ὁ Διονύσου πρῶτος ᾤκισεν Θόας.

Circa hanc Hephæstiam promontorium collocat una cum Stephano Salmasius Chrysen, de qua Sophocles,

Ὦ Λῆμνε Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγοι.

Et subdit: *Sic igitur statuendum est, nullam urbem fuisse Chrysen Lemno vicinam, sed promontorium tantum hoc nomine prope Hephæstiam urbem Lemni, in quo promontorio collocata ara, & Minervæ consecrata ab Jasone fuit.* Et inferius: *Vehementer etiam erravit Stephanus, qui Chrysen urbem Lemni Apollini sacram esse dixerit, cum de Troica tantum Chryse hoc verum sit, & nullam hoc nomine in Lemno, vel prope Lemnum, urbem fuisse constat, sed promontorium* περὶ Ἡφαιστίαν, *quem* πάγον Χρύσης *Sophocles appellat* ἐν Λημνίαις.

Id statuendum minime esse vel sola Pausaniæ auctoritas non sinit, qui prope Lemnum insulam Chrysam nomine, in qua Philoctetes dicitur a serpentis ictu graviter laborasse, agnovit, diversam ab ipsa Lemno, æstuque maris abolitam in *Arcadicis*: Λήμνου γὰρ πλοῦν ἀπεῖχεν οὐ πολὺν Χρυσῆ νῆσος, ἐν ᾗ καὶ τῷ Φιλοκτήτῃ γενέσθαι συμφορὰν ἐκ τοῦ ὕδρου φασίν. Ταύτην κατέλαβεν ὁ κλύδων πᾶσαν, καὶ κατέδυ ἡ Χρυσῆ, καὶ ἠφάνισται κατὰ τοῦ βυθοῦ. Νῆσον δὲ ἄλλην καλουμένην Ἱερὰν, τὸν δὲ οὐκ ἦν χρόνον. Οὕτω μὲν τὰ ἀνθρώπινα πρόσκαιρά τε καὶ οὐδαμῶς ἐστὶν ἐχυρά. Id est, *Chrysa enim insula fuit, in quam e Lemno modicus erat navigationis ventus. Ibi olim Philoctetes a serpentis ictu dicitur laborasse: eam insulam æstus alluvies ad ima maris depressam abolevit. Alia vero, cui Hiera nomen, tunc emersit, cum ante nulla omnino fuisset eo in loco insula. Caducæ nimirum & fluxæ res humanæ sunt, neque est quicquam stabile perpetuo & firmum.* En igitur Chrysam insulam vicinam Lemno, a Lemno separatam atque sejunctam, non in promontorio Lemni collocatam, diversam a promontorio περὶ Ἡφαιστίαν. Et quo magis in qua Philoctetes pessimo hydri ictu laborabat, & in qua erat ara Minervæ, a qua postea delatus, & expositus fuit in Lemno, licet sciam alios etiam præter Salmasium Minervæ aram in ipsa Lemno posuisse. Manifeste etiam colligitur hæc insula ex ipso Sophocle; narrans quippe Philoctetes quæ fuerat passus a Græcis subdit:

Ξὺν τῇδέ μ' ἐκεῖνοι παῖ προθέντες ἐνθάδε,
Ὤχοντ' ἔρημον. ἡνίκ' ἐκ τῆς Ποντίας
Χρύσης κατέσχον δεῦρο ναυβάτῃ στόλῳ.

Id est, *Cum quo morbo, o fili, hoc in loco desertum exponentes abierunt, quando ex marina Chrysa huc venerunt cum navali exercitu.* Prius enim Chrysæ fuere, ποντίας, marinæ scilicet insulæ, quæ undique mari alluitur, indeque Philoctetem in Lemnum deportarunt, ibique fœtore ulceris & ejulatibus illius offensi in deserto littore sopitum exposuere. Ideoque Scholiastes exposuit: Ποντίας τῆς παραθαλασσίας. ὅτε ἀπὸ Χρύσης ἦλθον εἰς

Λῆ-

Λήμνον. *Marinæ, cum e Chrysa Lemnum venisset*. A
Et superius dixerat: Χρύση νῆσος πρὸ τῆς Λήμνου, ἔνθα διέτριβε Χρύση τὶς Νύμφη, ἣ ἐρασθεῖσα τοῦ Φιλοκτήτου, καὶ μὴ πείσασα κατηράσατο αὐτῷ, διὸ καὶ ὠμόφρονα αὐτὸν ἐκάλεσεν. Et: Χρύσης Ἀθηνᾶς ἄγαλμα οὕτω καλεῖται. Ἔστι δὲ καὶ πόλις Χρύση πλησίον Λήμνου, ἔνθα ὑπὸ τοῦ ὄφεως ἐδήχθη τὸν βωμὸν ζητῶν, ἐν ᾧ ἔθυσεν Ἡρακλῆς, ἡνίκα κατὰ Τροίας ἐστράτευσεν. Id est, *Chryse Insula ante Lemnum, in qua morabatur Nympha Chrysa nomine, quæ cum amasset Philoctetem, nec eum pellexisset, illi maledixit, ideoque crudelem vocavit*. Et: *Chrysæ Minervæ statua sic dicitur. Est porro & urbs penes Lemnum, ubi a serpente ictus est aram quærens, in qua Hercules sacrificavit, cum in Trojanos arma duceret*. B Nec abnuit Eustathius *in Iliados A*. Καὶ ὅτι πολλαὶ Χρύσαι λέγονται δηλοῦσιν οἱ παλαιοί, ἐγγύς τε γὰρ Λήμνου πόλιν Χρύσην ἱστοροῦσιν, καὶ περὶ Σκῦρον, καὶ ἐν Ἑλλησπόντῳ οὐ μακρὰν Ἀβύδου. Ἐλέγετο δὲ φασὶ Χρύση καὶ ἀκρωτήριον περὶ τὴν Ἡφαιστίαν τῆς Λήμνου βλέπον πρὸς Τένεδον. Id est, *Plerasque præterea fuisse Chrysas antiqui narrant, tradunt enim Chrysam Lemno propinquam, & circa Scyrum, & in Hellesponto non longe ab Abydo. Dicebatur præterea, ut ajunt, & Chrysa promontorium circa Hephestiam Lemni in Tenedum prospiciens*. Qua auctoritate probatur correctio Stephani a Salmasio feliciter tentata. C

Quidquid tamen sit de Chryse Lemnia, Troica certe Æolensium juris erat, ideoque more etiam Æolensium Apollini sacrificabat. Eoque præcipue, quod fanum illud erat Apollini Cillæo sacrum a Græcis Æolensibus extructum. Strabo *l.* XIII. Φησὶ δὲ Δάης ὁ Κολωνεὺς ἐν Κολωναῖς ἱδρυνθῆναι πρῶτον ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος πλευσάντων Αἰολέων τὸ τοῦ Κίλλου Ἀπόλλωνος ἱερόν. καὶ ἐν Χρύσῃ δὲ λέγουσι Κίλλεον Ἀπόλλωνα ἱδρῦσθαι. Ἄδηλον εἴτε τῷ αὐτῷ τῷ Σμινθεῖ, εἴθ' ἕτερον. Ἡ δὲ Χρύσα ἐπὶ θαλάττῃ πολίχνιον ἦν ἔχον λιμένα. Πλησίον δ' ὑπέρκειται ἡ Θήβη. Id est, *Daes Colonensis ait, Cillei Apollinis templum primum Colonis fuisse positum e Græcis advectis Æolensibus. Chrysæ quoque Cilleum Apollinem dedicatum fuisse ferunt. Idemne sit cum Sminthеo, aut aliud ab eo, incertum. Chrysa oppidulum fuit ad mare situm portum habens. Paulo supra jacet Thebe*. D Et in freto, quod inter Lesbum est atque Asiam, insulæ parvæ sunt ad XX. Timosthenes XL. dicit, eæque uno nomine Hecatonesi dicuntur, quasi Apollinis insulæ, qui Hecato usurpatur, & in tota illa ora colitur usque ad Tenedum cognomento Sminthei, Cillei, Grynæi. Idem *ibidem*: Ἐκατος γὰρ ὁ Ἀπόλλων, παρὰ πᾶσαν γὰρ τὴν παραλίαν ταύτην ὁ Ἀπόλλων ἐκτετίμηται μέχρι Τενέδου Σμινθεὺς, ἢ Κιλλαῖος καλούμενος, ἢ Γρυνεύς, ἤ τινα ἄλλην ἐπωνυμίαν ἔχων. E

Possem hic non incongrue demonstrare Cillei hujusce Apollinis in sacrificiis ritus a Græcis Æolensibus, qui Thessaliam primum, deinde Bœotiam, & fere totam Peloponnesum occuparunt, a Cillo Pelopis auriga, cujus tota hæc regio fuit in ditione, & a quo nomen & urbi, & Apollini inditum, dimanasse. Quæ hic referre supersedeo brevitati studens. Nil itaque mirum est, si Homerus Æolenses faciat Æolico more sacrificantes.

Audio nescio quem insusurrantem non ea vice tantum, cujus meminit Herodotus, sed aliis etiam, F quando non Chryses, nec Cilleo, aut Sminthеo Apollini sacrificat, sed ipse summus Græcorum imperator Agamemnon alias ob causas Æolico ritu eadem sacrificia peragit. Sciat hic Agamemnonem, quia Peloponnesium, Æolium fuisse, ritibusque Æolensium imbutum, quare eorum mores servasse nihil mirum est.

Conjecturæ ergo Herodoti non tanti sunt, ut Homerum Æolensibus vindicent. De quo dubitari, nec certum esse, ipse etiam Strabo *libro dicto* scripsit, postquam Cumanis Hesiodum & Ephorum historicum Isocratis discipulum dedisset: Ὅμηρος δὲ οὐχ ὁμολογουμένως. πολλοὶ γὰρ ἀμφισβητοῦσιν αὐτοῦ. *Homerum fuisse Cumæum non est in confesso apud omnes. Multi enim de eo dubitant*. Et Epigramma:

> Κύμη δ', ἢ Κολοφὼν πατρὶς, Ὅμηρε, σέθεν;
> Οὐδετέρη.

Id est,

> *Patria, Homere, tibi Cumæne, vel Colophon?*
> *Neutra urbs*.

CAP. VIII.

Homeri nomen, quod Cumæorum esse contendunt, Cumæis non suffragari. Illius imponendi rationes diversæ ab aliis afferuntur. Homerum etiam Meletem, Melesigenem, Auletem, Tigranem vocatum. Cæcum eum fuisse. An a puero, morbo, vel senio? Nova de ejus cæcitate figmenta Platonis & Politiani.

ADDE his, nomen etiam Homeri Cumæos Homero, qui prius Melesigenes appellabatur, indidisse. Nam cum videret Cumæos poesim suam amplecti, versibusque suis oblectari, ut narrat Herodotus, sermonem intulit, si eum publice alere vellent, se civitatem eorum celeberrimam redditurum. Itaque collecto Cumæorum Senatu, in Curiam processit, de alimentis præstandis verba proposuit. Omnes petitionem Homeri admittendam ducunt. Unus calculo suo repugnat; inter alia illa quoque commemorat, quod si semel ὁμήρους, id est, *cæcos*, alendos suscepissent, futurum ut continuo turbam & multam & inutilem haberent. Atque hic primum Homeri nomen Melesigeni inditum est, a cæcitatis videlicet calamitate: Τῶν βουλευτέων ἕνα λέγεται ἐναντιωθῆναι τῇ χρήμῃ αὐτοῦ, ἄλλα τε πολλὰ λέγοντα, καὶ ὡς εἰ τοὺς Ὁμήρους δόξει τρέφειν αὐτοῖς, ὅμιλον πολλόν τε καὶ ἀχρεῖον ἕξουσιν. Ἐντεῦθεν δὲ καὶ τοὔνομα Ὅμηρος ἐπεκράτησε τῷ Μελησιγενεῖ ἀπὸ τῆς συμφορῆς. Οἱ γὰρ Κυμαῖοι τοὺς τυφλοὺς Ὁμήρους λέγουσιν. Ὥστε πρότερον ὀνομαζόμενος αὐτοῦ Μελησιγενέος, τοῦτο γενέσθαι τοὔνομα Ὅμηρος, καὶ οἱ ξεῖνοι διήνεγκαν, ὅτε μνήμην αὐτοῦ ἐποιοῦντο. Quæ ultima verba omiserunt Interpretes. Eorum vero sententia est. Id quoque ad exteros usum obtinuit, ut quotiescumque illius mentio fieret, Homerum appellarent. Ephorus item apud Plutarchum: Μετωνομάσθη δὲ Ὅμηρος, ἐπειδὴ τὰς ὄψεις ἐπηρώθη. οὕτω δὲ ἐκάλουν οἵ τε Κυμαῖοι καὶ οἱ Ἴωνες τοὺς τὰς ὄψεις πεπηρωμένους, παρὰ τὸ δεῖσθαι τῶν ὁμηρευόντων, ὅ ἐστι τῶν ἡγουμένων. Id est, *Mutato autem nomine Homerum usurpatum fuisse, cum luminibus esset captus. Tales enim a Cumæis & Ionibus ὅμηροι vocantur, quod ὁμηρευόντων, id est, ductorum, indigeant*. Et Certamen Homericum: Οἱ δὲ διὰ τὴν πήρωσιν τῶν ὀμμάτων, παρὰ γὰρ τοῖς Αἰολεῦσιν οὕτως οἱ πηροὶ καλοῦνται. Proclus: Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς τῶν ὀμμάτων πηρώσεως τοῦτο τυχεῖν αὐτόν φασιν τὸ ὄνομα, τοὺς γὰρ τυφλοὺς ὑπὸ Αἰολέων Ὁμήρους καλεῖσθαι. *Quidam ex læsis oculis hunc nomen sortitum tradunt. Cæcos enim Homeros ab Æolensibus vocari*. Et Auctor anonymus: Φασὶ δὲ αὐτὸν Μελησιγενῆ, καὶ Μελησιανάκτα κεκλῆσθαι. τυφλωθέντα δὲ αὐτὸν ὕστερον Ὅμηρον κληθῆναι. οἱ γὰρ Αἰολεῖς τοὺς τυφλοὺς Ὁμήρους καλοῦσιν. *Ferunt eum Melesigenem, & Melesianactem vocatum fuisse; sed cum postmodum luminibus*

orbatus fuisset, Homerum nuncupatum. Æolenses namque cæcos Homeros appellant. Nonnulli ex læsione oculorum hoc habuisse nomen tradunt. Cæcos enim Ὁμήρους *Æolenses vocant.*

A

Cumæum Homerum affirmare ratio nominis nos non cogit. Nam non tantum Cumæorum is mos fuit cæcos Homeros appellandi, sed Ionum etiam, ut Ephorus ipse fatetur. Quare non excludendæ erunt urbes Ionicæ a prætentione hac, sola nominis impositione.

Præterea scias diversas ab aliis hujusce rei caussas afferri, & ab aliis quam a Cumæis nomen impositum fuisse tradi. Aristoteles ait Lydos ab Æolensibus afflictos, dum de Smyrna relinquenda cogitarent, per præconem sequi jussisse eos, qui vellent urbe exire, Homerum puerulum etiamnum se quoque ὁμηρεῖν, id est, *sequi*, velle dixisse. Inde pro Melesigene Homerum appellatum: Τῶν δὲ Λυδῶν καταπονουμένων ὑπὸ τῶν Αἰολέων, καὶ κελευσάντων καταλιπεῖν τὴν Σμύρναν, καὶ κηρυξάντων τῶν ἡγεμόνων τὸν βουλόμενον ἀκολουθεῖν ἐξιέναι τῆς πόλεως. Ἔτι νήπιος ὢν Ὅμηρος ἔφη, καὶ αὐτὸς βούλεσθαι ὁμηρεῖν, ὅθεν ἀντὶ Μελησιγενοῦς Ὅμηρος προσηγορεύθη. Certamen Homericum, ideo Homerum vocatum, quod pater illius obsidis loco a Cypriis Persis datus fuerit, ex aliis narrat: Ἐκαλεῖτο δὲ Μέλης, ὡς δέ τινές φασι, Μελησιγενής, ὡς δὲ ἔνιοι Αὐλητὴν ὀνομασθῆναι αὐτόν φασιν. Τινὲς Ὅμηρον διὰ τὸ τὸν πατέρα αὐτοῦ ὅμηρον δοθῆναι ὑπὸ Κυπρίων Πέρσαις. Auctor præterea illius Certaminis eum non a Cumæis, sed a Smyrnæis Homerum vocatum fuisse, quasi luminibus orbatum: Φασὶ δὲ πρότερον Μελησιγενῆ, ὕστερον μέντοι τυφλωθέντα Ὅμηρον μετονομασθῆναι διὰ τὴν παρ' αὐτοῖς Σμυρναίοις ἐπὶ τῶν τοιούτων προσηγορίαν. Idem asserit Suidas, sed alia ratione: Ἐκλήθη δὲ Ὅμηρος διὰ τὸ πολέμου ἐνιστάμενου Σμυρναίοις πρὸς Κολοφωνίους ὅμηρον δοθῆναι, ἢ τὸ βουλευομένων Σμυρναίων δαιμονίᾳ τινὶ ἐνεργείᾳ φθέγξασθαι, καὶ συμβουλεῦσαι ἐκκλησιάζουσι περὶ τοῦ πολέμου. Hoc est, *Vocatus autem Homerus est, sive quod, cum bellum Smyrnæis adversus Colophonios esset, obses datus fuerit: sive quod consultantibus Smyrnæis divino quodam afflatu exclamarit, & consilium dederit in concione de bello.* Et Proclus, quod Chiis a Smyrnensibus obses datus fuisset: Οἱ μὲν οὖν Σμυρναῖον αὐτὸν ἀποφαινόμενοι, Μαίονος μὲν πατρὸς λέγουσιν εἶναι, γεννηθῆναι δὲ ἐπὶ Μέλητος τοῦ ποταμοῦ· ὅθεν καὶ Μελησιγενῆ ὀνομασθῆναι· δοθέντα δὲ Χίοις εἰς ὁμηρείαν Ὅμηρον κληθῆναι. Id est, *Qui itaque eum Smyrnæum asserunt, Mæonis filium tradunt, natumque in Melete fluvio; hinc Melesigenes illi nomen fuisse; cum vero obses Chiis traditus fuisset, Homerum vocatum.*

B C D

Lepidissima omnium est, quam narrat Heliodorus, a femore scilicet, qui Græce ὁ μηρὸς dicitur, in quo ingentem longitudinem crinium habebat: Καὶ ποιεῖ τὸν Ὅμηρον φέροντά τι τῆς ἀνομοίου μίξεως σύμβολον. Θατέρῳ γὰρ τοῖν μηροῖν αὐτόθεν ἐξ ὠδίνων πολύ τι μῆκος τριχῶν ἐπεπόλαζεν, ὅθεν παρ' ἄλλοις τε, καὶ οὐχ ἥκιστα παρ' Ἕλλησιν ἀλητεύων, καὶ τὴν ποίησιν ᾄδων τοῦ ὀνόματος ἔτυχεν, αὐτὸς μὲν τὸ ἴδιον οὐ λέγων, ἀλλ' οὐδὲ πόλιν, ἢ γένος ὀνομάζων, τῶν ἐγνωκότων τὸ περὶ τὸ σῶμα πάθος εἰς ὄνομα κρατησάντων. Id est, *Et Homerum procreavit ferentem notam incestæ consuetudinis: in utroque enim femore inde usque ab ipso partu ingens longitudo crinium innatabat. Unde cum inter alios, tum inter Græcos oberrans, & poema canens, nomen est nactus: ipse quidem nomen proprium non dicens, neque patriam, aut genus nominans, cæterum iis, qui sciebant illam corporis affectionem, ut in nomen illi verteretur, perficientibus.*

E F

Vides ergo ex ipso nomine nullam posse desumi rationem, qua Cumæus Homerus sit, sive Smyrnæus, sive alterius civitatis. Et opinor nomen Homeri illi impositum fortuito, & ut parentibus libuit, morisque est nominum imponendorum, non ab aliqua re, quæ illi contigerit. Et vere Homerum ab ipsis natalibus dictum. At qui de eo scripserunt, ut omnia ad miraculum afferrent, & nova inducerent, causas etiam, quare id nomen noster Poeta habuerit, commenti sunt. Non ideo tamen nego, quandoque id usu venisse, ut unum nomen in aliud transmutatum sit. Talium enim rerum plena historia est. Plato prius Aristocles, Theophrastus Tyrramus, & alii alio modo dicti, vel ab eventu, vel quod ita placuit aliis, nomina sibi immutarunt.

Quando vero cæcitatis Homericæ, unde & nomen illi videtur inditum, ut aliis placet, mentio facta est, videamus quid alii hac de re afferant. Cæcum enim illum fuisse existimavit Antiquitas, & præter ejus imagines in nummis, qui ad hæc tempora supersunt, cæci hominis effigiem præseferentes & statuas, Christodorus cecinit:

> —— ἀμφὶ δ' ἄρ ὀφρῦς
> Ἀμφοτέρας προβλῆτας εὔσκοπος ἔπλασε τέχνη.
> Οὔτι μάτην· φαέων γὰρ ἐρημάδες ἦσαν ὀπωπαί.
> Ἀλλ' οὐκ ἦν ἀλαῷ ἐναλίγκιος ἀνδρὶ νοῆσαι.
> Ἕζετο γὰρ κενεοῖς χάρις ὄμμασιν. ὡς δὲ δοκεύω,
> Τέχνη τοῦτο πέλεσσεν, ὅπως πάντεσσι φαείη
> Φέγγος ὑπὸ κραδίην σοφίης ἄσβεστον ἀείρων.

Id est,

> *—— circum autem supercilia*
> *Utraque prominentia bene considerata confinxit ars.*
> *Nec immerito; luminibus enim erant orbati visus:*
> *Sed dum comprehendebatur, non videbatur cæco similis.*
> *Insidebat namque vacuis gratia oculis: & ut mihi videtur,*
> *Ars illud confecerat, ut omnibus appareret*
> *Lumen sapientiæ sub corde inextinguibile portans.*

Hæc postea Homeri statua in seditione illa tempore Justiniani, quæ ΝΙΚΑ dicta est, una cum multis aliis conflagravit, ita referente Cedreno in *Synopsi historica*: Ῥὶς μὲν ἦν μετρίως ἔχουσα πρὸς ἅπαντα. Ὄμματα δὲ συνημμένα τοῖς βλεφάροις, οἷον καὶ ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος ἔχει, τυφλὸν ἐμφαίνοντα. Id est, *Nasus ad reliquas partes proportione æquali: oculi palpebris affixi, ita ut cæci formam præseferrent, qualem eum fuisse fama fert.*

Dubium tamen est, An cæcus fuerit ab ipsis natalibus, vel puero, an vero grandi natu, morbo, vel senio infortunium tale contigerit. Hæret Lucianus in *Demosthenis Encom.* Ὅπουγε καὶ τοὔνομα πρὸ τοῦ γνωρίμου τὸ Μελησιγενῆ προκρίνουσι, τύχην δὲ πενίας, ἢ πάθος ὀμμάτων. *Quin etiam nomen Melesigenis huic usitato anteponunt, quod sive ob fortunam paupertatis, sive ob cladem oculorum acceperit.* Cicero *Quæst. Tuscul.* ult. cæcum fuisse refert: *Traditum est etiam Homerum cæcum fuisse. At ejus picturam, non poesim videmus. Quæ regio, quæ ora, qui locus Græciæ, quæ species formæ, quæ pugna, quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita expictus est, ut, quæ ipse non viderit, non ut videremus effecerit? quid ergo aut Homero ad delectationem animi, ac voluptatem, aut cuiquam docto defuisse unquam arbitramur?* Ciceroni aperte refragatur Vellejus Paterculus *Hist.* lib. 1. *Quem si quis cæcum genitum putat, omnibus sensibus orbus est.* Proclus in *Vita Homeri*: Τυφλὸν δὲ ὅσοι τοῦτον ἀπεφήναντο, αὐτοί μοι δοκοῦσι τὴν διάνοιαν πεπηρῶσθαι. Τοσαῦτα γὰρ κατεῖδεν ὁ ἄνθρωπος ὅσον οὐδεὶς πώποτε. Εἰσὶ δέ τινες, &c. *Quicumque vero eum cæcum*

fuisse asseverarunt, næ ipsi, ut mihi videtur, cogitatione læsi sunt. Tot enim vir ille vidit, quot nec cæteri homines unquam. Sunt præterea nonnulli, &c. Et Auctor M. S. nescio quis in illud Christodori Copitæ, Φαέων γὰρ ἐρημάδες ἦσαν ὀπωπαί. *Epigr. lib.* v. Τυφλὸς ἦν ὁ πλάσας αὐτὸν, ἐπεὶ Ὅμηρος πολλῶν ἀνδρῶν ἔβλεπε κρείττω. *Cæcus erat qui illum confixerat, quandoquidem Homerus multis hominibus videbat præstantius*. Hesychius Milesius de iis, qui eruditionis fama claruerunt: Ὅμηρος ἱστορεῖται γενέσθαι τυφλὸς, ὡς μὴ ἡττηθεὶς ἐπιθυμίας, ἣ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἔρχεται. *Homerus: hunc tradunt historiæ captum oculis fuisse, quod cupiditati, quæ per oculos irrepit, non cesserit victus*. Et Suidas: Γηραιὸς δὲ τελευτήσας ἐν τῇ Ἴῳ τῇ νήσῳ τέθαπται. Τυφλὸς ἐκ παίδων γεγονὼς, τὸ δ᾽ ἀληθὲς, ὅτι οὐχ ἡττήθη ἐπιθυμίας, ἣ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἄρχεται, καὶ διὰ τοῦτο ἱστορήθη τυφλός. Id est, *Senex defunctus in Io insula sepultus est. Cæcus a puero natus, sed quod verius est, eo nomine dictus cæcus, quod cupiditate, quæ ab oculis incipit, victus non est*.

Joannes Tzetzes id senectute factum esse scribit: Πένης τελῶν δὲ ὁ ἀνὴρ, καὶ γε τυφλὸς ἐκ γήρως. *Cum autem esset pauper Homerus, & cæcus ob senectutem*. Morbo Pausanias in *Messeniacis*: Διεφθάρη δὲ ὁ Θάμυρις, ἐμοὶ δοκεῖν, ὑπὸ νόσου τοὺς ὀφθαλμοὺς, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ Ὁμήρῳ συνέπεσεν ὕστερον. Ἀλλ᾽ ὁ μὲν καὶ ἐς ἅπαν διετέλει ποιῶν, οὐ γάρ τι εἶκε τῇ συμφορᾷ. Θάμυρις δὲ καὶ τὴν ᾠδὴν ὑπὸ κακοῦ τοῦ παρόντος ἐξέλιπεν. Id est, *Ego vero ex morbo luminibus captum Thamyrim crediderim, cum idem etiam post Homero acciderit; qui tamen infortunio non succubuit, neque idcirco, quæ instituerat, non perfecit. At malo victus Thamyris prorsus desiit carmina facere*. Herodotus sanis oculis natum & videntem narrat, deinceps laborasse apud Ithacenses, sed morbo non ingravescente, remediis adhibitis infirmitati medicina facta est, verum Colophone, gravi periculosoque denuo facto, nulla tali incommodo medicina reperta. Quare lumine amisso, cæcus in posterum vagari coactus fuit: Ἤδη ἐπίτοκος οὖσα τίκτει τὸν Ὅμηρον, οὐ τυφλὸν, ἀλλὰ δεδορκότα. Et: Ἀνακομιζόμενοι δὲ ἐκ Τυρσηνίας καὶ τῆς Ἰβηρίης ἀπικνέονται εἰς Ἰθάκην, καὶ τῷ Μελησιγενεῖ συνέβη νοσήσαντι τοὺς ὀφθαλμοὺς κάρτα δεινῶς ἔχειν, καὶ αὐτὸν θεραπείης εἵνεκα πλεῖν μέλλων εἰς τὴν Λευκάδα, καταλιπεῖν ὁ Μέντης παρὰ ἀνδρὶ φίλῳ ἑωυτοῦ ἐς τὰ μάλιστα Μέντορι τῷ Ἀλκίμου Ἰθακησίῳ, πολλὰ δεηθεὶς ἐπιμελίην ἔχειν, ἐπαναπλώσας δὲ ἀναλήψεσθαι αὐτόν. Ὁ δὲ Μέντωρ ἐνοσήλευεν αὐτὸν ἐκτενέως. καὶ γὰρ τοῦ βίου ἀρκεόντως εἶχε, καὶ ἤκουεν εὖ ἐς δικαιοσύνην τε καὶ φιλοξενίην μακρῷ μάλιστα τῶν ἐν Ἰθάκῃ ἀνδρῶν. Ἐνταῦθα συνέβη τῷ Μελησιγενεῖ περὶ Ὀδυσσέως ἐξιστορῆσαι, καὶ πυθέσθαι. Οἱ μὲν δὴ Ἰθακήσιοι λέγουσι τότε μιν παρ᾽ ἑωυτοῖς τυφλωθῆναι. Ὡς δὲ ἐγὼ φημὶ, τότε μὲν ὑγιῆ γενέσθαι, ὕστερον δὲ ἐν Κολοφῶνι τυφλωθῆναι. Συνομολογοῦσι δέ μοι καὶ Κολοφώνιοι τούτοις. Ὁ δὲ Μέντης ἀναπλέων ἐκ τῆς Λευκάδος προσέσχεν εἰς τὴν Ἰθάκην, καὶ ἀνέλαβε τὸν Μελησιγενέα. χρόνον τε ἐπὶ συχνὸν συμπεριέπλει αὐτῷ. ἀπικομένῳ δὲ ἐς Κολοφῶνα συνέβη πάλιν νοσήσαντα τοὺς ὀφθαλμοὺς, μὴ δύνασθαι διαφυγεῖν τὴν νόσον, ἀλλὰ τυφλωθῆναι ἐνταῦθα. Id est, *Cum partui jam vicina esset, Homerum peperit, non cæcum, sed videntem*. Et: *Porro cum ex Iberia Tusciaque delati in Ithacam deveherentur, contigit, Melesigenem oculis jam ante parum valentem, extreme laborare: ita ut Mentes negotiorum gratia in Leucadem trajecturus, eum apud Mentorem Alcimi filium Ithacensem reliquerit hominem sibi vehementer amicum: multis precibus adigens eundem, quo Melesigenis curam haberet tantisper, dum e Leucade reverteretur ipse. Mentor vero ægrotantem Melesigenem sedulo curavit, vir nimirum facultatibus pollens, quique ob egregiam æquitatem hospitalitatemque inter cæteros Ithacenses maxime prædicaretur. Atque id accidit, ut de Ulysse multa Melesigenes percontando cognosceret. Narrantque ipsi Ithacenses, tum visum eum amisisse ibidem. Atqui ego affirmare non dubitem, jam tum eundem convaluisse, ac postea apud Colophonem prorsus cæcum factum fuisse, id quod ipsi quoque Colophonii mecum fatentur. At vero Mentes e Leucade Ithacam reversus Melesigenem recepit, cum quo jam inde diu ultro citroque navigavit: donec Colophonem appellenti eveniret, ut in veterem morbum recideret, quem cum effugere non daretur, visu putatur privatus fuisse*. Heraclides in *Politiis* apud Ithacam oculorum detrimentum passum narrat: Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἐκ Τυρρηνίας Ὅμηρος παραβαλεῖν εἰς Κεφαλληνίαν καὶ Ἰθάκην, ὅτε τοὺς ὀφθαλμοὺς λέγεται διαφθαρῆναι νοσήσας. *Testatur etiam Homerus ex Tyrrhenia in Cephaleniam & Ithacam trajecisse, quum morbo correptus oculos amisisset*.

Cæcitatis Homericæ causam Plato non explicat in *Phædro*. Ait tamen Stesichorum expiationem adversus eos, qui in fabulis peccant, novisse, Homerum ignorasse; ideo Stesichorum, quod παλινῳδίαν recantasset, visum recuperasse, Homerum non item. An eadem, quæ & Stesichoro, Homero cæcitatis fuit causa, ideoque ad eam depellendam eadem, quibus Stesichorus remediis usus fuit, adhibenda erant? An non Homerus de Helena male mentitus, pœnas, quas harum rerum prævaricatores, luit? An in hoc deterior, ignavior, hebetior Stesichoro? Stesichorum plus in rebus agendis ac sacris meditandis ipso Homero vidisse non credam. Sed audiendus Plato: Ἐμοὶ μὲν οὖν, ὦ φίλε, καθήρασθαι ἀνάγκη. Ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ᾔσθετο, Στησίχορος δὲ· τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν ὥσπερ Ὅμηρος, ἀλλ᾽ ἅτε Μουσικὸς ὢν ἔγνω τὴν αἰτίαν, καὶ ποιεῖ εὐθύς. Οὐκ ἔστ᾽ ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, οὐδ᾽ ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ᾽ ἵκεο Πέργαμα Τροίας, ποιήσας δὴ πᾶσαν τὴν καλουμένην Παλινῳδίαν, παραχρῆμα ἀνέβλεψεν. Id est, *Mihi igitur, Phædre, expiari necesse est. Est autem antiqua quædam expiatio adversus eos, qui in fabularum commemoratione peccant: quam rationem expiandi ignoravit Homerus, sed eam tamen novit Stesichorus; cum enim oculis orbatus esset, propterea quod de Helena contumeliose fuerat loquutus, non ignoravit cæcitatis causam, ut Homerus, sed utpote Musicus eam agnovit, idcirco continuo hæc carmina composuit. Non verus fuit ille sermo, neque cavis navibus excessisti, neque adisti Pergama Trojæ, eoque edito poemate, quod* παλινῳδίαν, id est, *Recantationem, vocant, confestim visum recuperavit*. Nota hic obiter de Stesichori cæcitate eadem habere Isocratem in *Helenæ laudatione*: Ἐπεδείξατο δὲ καὶ Στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν. ὅτε μὲν γὰρ ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς, ἀνέστη τῶν ὀφθαλμῶν ἀπεστερημένος. Ἐπειδὴ δὲ γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς, τὴν καλουμένην Παλινῳδίαν ἐποίησε, πάλιν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτὴν φύσιν κατέστησεν. Id est, *Ostendit etiam Stesichoro poetæ suam potentiam: qui cum initio sui carminis eam nonnihil perstrinxisset maledictis, surrexit oculis orbatus: sed ubi causa ejus calamitatis intellecta, Palinodiam, quam vocant, fecit, illius beneficio visum recepit*. Cononem *narrat*. 18. de Autoleonte Crotoniata: Κἀκεῖθεν ἐξιόντα αὐτὸν ἀπαγγέλλειν Στησιχόρῳ Ἑλένη κελεύει τὴν εἰς αὐτὴν ᾄδειν, εἰ φιλεῖ τὰς ὄψεις, Παλινῳδίαν. Στησίχορος δ᾽ αὐτίκα ὕμνους Ἑλένης συντάττει, καὶ τὴν ὄψιν ἀνακομίζεται. *Decedenti autem inde Helena negotium dedit Stesichoro ut nunciaret, si oculos amaret, Palinodiam eorum caneret, quæ in se conscripsisset. Stesichorus igitur confestim Hymnos in Helenæ laudem composuit, ocu-*

lorumque lumen recuperavit. Dionem Chrysostomum *Orat.* II. *de Regno* & XI. *Troica*, Suidam, & alios. Unus tamen, quod sciam, Ptolemæus Hephæstio falsam esse hanc de Stesichori cæcitate narrationem contendit apud Photium ex Archelao Cyprio: Ἀρχέλαος δὲ ὁ Κύπριος Στησιχόρου φησὶ τοῦ ποιητοῦ Ἑλένην ἱμεραίαν ἐρωμένην γενέσθαι Μικύθου θυγατέρα, ἀποστᾶσαν δὲ Στησιχόρου, καὶ πρὸ Βούπαλον προσθεῖσαν, ἀμυνόμενον τῆς ὑπεροψίας τὴν ποιητὴν γράψαι, Ἑλένη ἑκοῦσα ἀπῆρε. Ψευδῆ δὲ τὸν περὶ τῆς πηρώσεως εἶναι λόγον. Id est, *Archelaus porro Cyprius, Stesichori poetæ amicam unice dilectam fuisse, ait Helenam quandam Micythi filiam, & discessisse hanc a Stesichoro, atque ad Bupalum se contulisse, iratum ergo hinc sui contemptu poetam scripsisse*, Gelena volens discessit. *Falsam autem esse vult narrationem illam de Stesichoro excæcato*.

Angelus Politianus in Ambra Callimachi æmulatione divinam nescio quam hujus cæcitatis Homeri causam prosequitur. Nam quemadmodum ille *Eleg.* Εἰς Λουτρὰ τῆς Παλλάδος argute nimis Tiresiæ calamitatem simul & felicitatem prosequitur. Ait quippe Tiresiam, cum sitiens ad fontem accessisset, vidisse nudam Palladem, statimque oculos amisisse. Nam Saturni legibus cautum erat, ne quis Deum invitum cerneret, sin minus ingenti mercede cerneret. Mota deinceps lacrymis Chariclus matris Tiresiæ Pallas, & vatem eum, & longævum, & post obitum quoque prudentem præstitit: & baculo insuper donavit, quo veluti duce vestigiis inoffensis graderetur. Eadem ratione Politianus non illepide finxit Homerum Achillem conspicatum, statim oculis captum fuisse: cujus infortunium miseratus Achilles augurio baculoque Tiresiæ donat:

Ipse ardens clypeo ostentat, terramque, fretumq;
Atque indefessum solem, solisque sororem
Jam plenam, & tanto volventia sidera mundo.
Ergo bis defixus vates, dum singula visu
Explorat miser incauto, dum lumina figit,
Lumina nox pepulit; tum vero exterritus hæsit,
Voxque repressa metu, & gelidos tremor impulit artus.
At juvenem sacer Aonium miseratus Achilles,
Quandoquidem, Saturne, tuas inflectere leges
Haud licitum cuiquam, clypeo excipit, oraque jungens
Inspicit augurium, baculum dat deinde potentem
Tiresiæ magni, qui quondam Pallada nudam
Vidit, & hoc raptam pensavit munere lucem,
Suetus inoffensos baculo duce tendere gressus.
Nec deest ipse sibi, quin sacro instincta furore
Ora movet, tantique parat solatia damni.
Æacidem tamen, Æacidem cœlo æquat, & astris, &c.

Varios tamen de cæcitate Homerica rumores in unum nobis Hermias collegit *in Phædrum* Platonis, a quo sua Politianus, aliique recentiores habuere. Illius verba, quia inedita sunt, lege per me, Lector: Περὶ τῆς Ὁμήρου τυφλώσεως διάφοροι φέρονται ἱστορίαι. Αἱ μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ τυφλὸν ἐκ γενετῆς λέγουσι, καὶ οὕτω τετέχθαι. Οἱ δὲ ποιμαίνοντα παρὰ τῷ τάφῳ τοῦ Ἀχιλλέως πολλάς τινας καταβάλλεσθαι εἰς τὸν Ἥρω χοὰς καὶ στεφάνους, καὶ παρακαλεῖν αὐτὸν ὀφθῆναι αὐτῷ. Ὁ δὲ Ἥρως ὤφθη μετὰ τῆς πανοπλίας λάμπων, καὶ ὁ Ὅμηρος μὴ ἐνεγκὼν τὴν θέαν, καὶ τὴν λαμπηδόνα τῶν ὅπλων, ἐτυφλώθη. Οἱ δὲ ὅτι ἐπειδὴ εἶπε περὶ τῆς Ἑλένης ὅτι ἡρπάσθη, καὶ ἠγάγετο αὐτὴν Ἀλέξανδρος εἰς τὸ Ἴλιον, καὶ εἶχεν ὡς γυναῖκα κατὰ μῆνιν τῆς Ἡρωΐνης, ὡς ὑβρισθείσης παρ' αὐτοῦ, ἐτυφλώθη. Ἀλλὰ πῶς καὶ αὐτὰ καὶ ὁ Στησίχορος εἰπὼν εἰς αὐτὴν, καὶ τυφλωθεὶς ἀνέβλεψε, φασὶν ὅτι Λοκροὶ καὶ Κροτωνιᾶται ἐπολέμουν πρὸς ἀλλήλους. Ἔθος δὲ ἦν τοῖς Λοκροῖς μέρος τῆς στρατιᾶς ἀφρούρητον ἀνιεροῦν τοῖς Ἥρωσιν, ὡς ἐκείνων φρουρούντων αὐτό. Τὸν οὖν Λεώνυμον τὸν στρατηγὸν τῶν Κροτωνιατῶν ἐπιθέσθαι ἐκείνῳ τῷ μέρει ὡς ἀφρουρήτῳ, καὶ τρωθέντα ἐξ ἀδήλου ἀναχωρῆσαι χαλεπῶς διακείμενον ὑπὸ τοῦ τραύματος. Ἐλθεῖν οὖν αὐτὸν εἰς τὸ ἐν Δελφοῖς Μαντεῖον διὰ θεραπείας καὶ λαβεῖν χρησμὸν, ὅτι ὁ τρώσας, καὶ γὰρ ἦν ἄδηλον ἀκοῦσαι, ὅτι ὁ Ἀχιλλεύς. Ἀπελθόντα οὖν αὐτὸν εἰς Λεύκην τὴν νῆσον, ἣν δὲ αὕτη ἀνειμένη τῷ Ἀχιλλεῖ ἱκετεῦσαι τὸν Ἥρωα, καὶ ἰδεῖν κοιμηθέντα τινὰς τῶν Ἡρώων, καὶ λαβεῖν μὲν παρὰ τοῦ Ἀχιλλέως θεραπείαν, ἀκοῦσαι παρ' αὐτῶν εἰπεῖν τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι οὐδὲν λανθάνει Θεοὺς, οὐδὲ Ἥρωας, ὧν πράττετε ὦ ἄνθρωποι. Ἐλθεῖν δὲ καὶ τὴν Ἑλένην, καὶ εἰπεῖν ἀπαγγεῖλαι Στησιχόρῳ, Παλινῳδίαν ᾆσαι, ἵνα ἀναβλέψῃ. καὶ γὰρ τὸν Ὅμηρον δι' αὐτὸ τοῦτο τετυφλῶσθαι, ὡς κατηγορήσαντά με. Καὶ οὕτω τὸν Στησίχορον ἀκούσαντα παρὰ τοῦ Λεωνύμου γράψαι τὴν Παλινῳδίαν, καὶ οὕτως ἀναβλέψαι. Id est, *De cæcitate Homeri varii varia tradunt. Quidam enim ajunt eum cæcum a nativitate fuisse, & sic natum. Alii circa Achillis sepulchrum oves pascentem pluribus Heroi libaminibus etiam coronis parentasse, supplicasseque, ut sibi se videndum præberet. Heros undique armis tectus se cum ingenti lumine præbuit. Homerus neque aspectum, neque armorum fulgorem sustinuit, sed obcæcatur. Alii odio Helenes id contigisse fatentur: scribunt namque eum scripsisse Heroidam illam ab Alexandro raptam, in Ilium conductam, ac matrimonio cum eo collocatam, quod ægre ferentem, tamquam quæ injuriose tractari videretur, Homero cæcitatem intulisse. Sed cum Stesichorus eadem in eam cantaverit, undenam factum est, ut oculos amissos recuperarit? Narrant Locros & Crotoniatas mutuo bello contendisse, Locros suevisse partem militiæ nulla custodia vallatam, Heroibus consecrare, veluti quæ ab illis conservaretur. Ducem ergo Crotoniatarum Leonymum parti illi custoditæ impetum fecisse, & non comperto auctore vulneris vulneratum secessisse. Cum male tractaretur a vulnere in Oraculum Delphicum pervenisse, ut mali remedium haberet, ibique ex Oraculo accepisse: Qui te vulneravit, curabit. Cum rursus exposceret vulneris auctorem, in obscuro namque erat accepisse, Achillem fuisse. Quare in Leucen insulam Achilli sacram profectum Heroem supplicasse, & inter dormiendum nonnullos Heroes vidisse, & ab Achille quidem sanatum, ab aliis audisse, quæ hominibus essent edicenda. Nihil scilicet eorum, quæ homines patrant, Deos, atque Heroes latere. Accessisse præterea Helenam, ac jussisse, ut nunciaret Stesichoro, si lumen recuperare vellet, Palinodiam caneret. Namque Homerum, quod me accusasset, nec aliam ob causam, oculos amisisse. Hæc cum audisset Stesichorus a Leonymo, Palinodiam recantavit, visumque amissum recuperavit.*

CAP. IX.

Homerum quidam Pylium, alii Rhodium, alii Salaminium faciunt; & an ex Salamine Cypri? Salamin duplex. Ithacensem Oraculum Delphicum pronunciavit. Quanam ratione potuerit esse Colophonius?

PRÆTEREA Pylium & Rhodium nonnulli fecere, quorum auctoritas levis ideo judicatur, quod nondum literis demandata sit. Præter enim distichon Anonymi in *Florilegio*, quod inter urbes, quæ sibi Homerum asserunt, Pylon enumerat, & inter alios, qui Homerum repeterent, Rhodios ponit, nondum alium,

qui in Antiquorum monumentis id assereret, vidi. Et Faustus Sabæus, dum apud Rhodios Homerum natum, in Io insula tumulatum asserit, acutus potius est, quam verax, & eorum opinionis, quos refert Plutarchus in *Sertorio*, prodigus potius inversor, quam fidus interpres, deprehenditur: de qua nos infra:

Qui cœlum illustrat, mortales instruit, æquor
Demulcet dulci carmine Mæonides.
Perpetuo terram qui vestit suave rubenti
Vere, in Io vitam liquit & ossa senex,
Ut quem nascentem perfudit odore rosarum
Jam Rhodos, in violis post tumularet Ios.

Sed his neglectis, qui jura sua defendere non valent, ad alios accedamus.

Salaminium alii fecerunt, eadem, qua Pylium & Rhodium, ratione. Cicero, *Salaminii repetunt*. Antipater,

Οἱ δ' Ἴον, οἱ δ' ἐβέασαν εὔκλαρον Σαλαμῖνα.

Dubium est, an hic Salaminius idem sit cum Cyprio. Est namque Salamis urbs in Cypro a Teucro ejecto extructa. Strabo *lib.* XIV. Εἰς ᾗ Σαλαμῖνα ὑπέρβασις σαδίων ἑβδομήκοντα, εἶθ' Ἀχαιῶν Ἀκτή, ὅπου Τεῦκρος προσωρμίσθη πρῶτον Σαλαμῖνα κτίσας τὴν ἐν Κύπρῳ, ἐκβληθεὶς, ὥς φασιν, ὑπὸ τοῦ πατρὸς Τελαμῶνος. Id est, *Transitu ad Salaminam stadiorum* LXX. *deinde Achæorum Acta, ubi Teucer primum appulit, cum a patre, ut fertur, Telamone domo ejectus Salaminam in Cypro condevet*. Et quam patriam Aristi historici facit: Καὶ κατὰ ταύτας ἡ Σαλαμὶς, ὅθεν ἦν Ἀρισος ὁ συγγραφεύς. Eustathius *in Homeri* B. Ἔστι δὲ καὶ Κυπρία Σαλαμὶν, ἣν Τεῦκρος οἰκήσας μετὰ Τροίας ἅλωσιν ὁμωνύμως τῇ πατρίδι, καὶ αὐτὴν Σαλαμῖνα ἐκάλεσεν. Vellejus Paterculus lib. I. *Histor. Teucer non receptus a patre Telamone ob segnitiem non vindicatæ fratris injuriæ Cyprum appulsus cognomine patriæ suæ Salamina constituit*. Isocrates in *Evagora*: Τεῦκρος δὲ ἐπειδὴ Τροίαν συνεξεῖλεν, ἀφικόμενος εἰς Κύπρον, Σαλαμῖνά τε κατῴκησεν ὁμώνυμον ποιήσας τῆς πρότερον αὐτῷ πατρίδος οὔσης, καὶ τὸ γένος τὸ νῦν βασιλεῦον κατέλιπεν. *Teucer vero postquam una cum aliis Trojam cepisset, veniens Cyprum, Salamina ibi condidit, cognominem veteri suæ patriæ, & genus, quod nunc ibi regno potitur, reliquit*. Est & altera Salamis Attica, e regione Eleusinis sita, ad Megarici etiam agri fines pertinens, cui a Salamine Asopi matre nomen inditum tradunt, Ajace Telamonis filio nobilem, & pro qua diu inter Athenienses & Megarenses certatum est. A quanam ergo Salaminius Homerus dictus? Plutarchus ex nonnullorum sententia refert a Salamine Cypria dictum: Οὐκ ὤκνησαν δέ τινες Σαλαμίνιον αὐτὸν εἰπεῖν ἀπὸ Κύπρου. *Quidnam Salamina Cypri urbe oriundum dicere non dubitarunt*. Euclus Vates in *Homeri natalibus* Salaminis etiam meminit:

Ὄντε Θεμιστὼ τέξει ἐπ' ἀγροῦ δῖα γυναικῶν
Νόσφι πολυκτεάνοιο πολύκλειτον Σαλαμῖνος.
Quem Themisto parturiet in agro diva mulierum
Longe divitiis affluentis gloriosum Salaminis.

Et Epiphanius: Ἄλλοι δὲ Κύπριον Προποδιάδος περιοικίδος τῆς Σαλαμινίων περιμέτρου. Epiphanii locum ita vertit vetus Interpres: *Alii Cyprium Propodiadis, & vicina in ambitu, circa Salaminicos*. Dionysius Petavius: *Alii denique Cyprium e suburbano Salaminis agro, qui ad montis radices circumfusus est*. Et in *Notis* fatetur, se haud scire,

A an oppidi nomen, an eum agrum significet, qui est pro ποδὸς montis alicujus. Existimo potius oppidi nomen fuisse in territorio Salaminis siti, in quo etiam Epiphanii ætate constanti fama vulgatum erat Homerum natum fuisse, quod nomen, licet aliis ignotum, & ξένον, potuit Epiphanio innotescere, cui regio illa veluti Antistiti plus satis patebat. Et id mihi sententiæ ac verbis magis consonum videtur, Propodias scilicet isthæc erat ex ambitu & territorio ipsius Salaminis. Sane Periœcidos nomen, & Episcopatum lego in subscriptionibus *Epistolæ Encyclicæ* Gennadii Patriarchæ Constantinopolitani, *Ne ob pecunias fiat manuum*
B *impositio*. An ea quæ Epiphanii, & quare Propodias dici potuit, aliorum expecto judicium. Refragari videtur Suidas: Οἱ δὲ Ἰθακήσιον, οἱ δὲ Κύπριον, οἱ δὲ Σαλαμίνιον, οἱ δὲ Κνώσσιον. *Alii Ithacensem, alii Cyprium, alii Salaminium, alii Cnossium*. Certum item est apud Auctores Salaminis nomine, nullo alio adjecto, Salaminem Atticam intelligi. Quidquid tamen sit, neque Attica hæc, neque illa Cypria, nisi argumentis validioribus instruatur, negotium facessit. Et sane licet Homerum repetant, numquam tamen sibi vindicabunt.

Habet inter easdem urbes suum locum Ithaca,
C adeo Homero dilecta, solo quidem illa inamœno ac aspero, verum divini poetæ cantu felicissima, ipsis etiam fortunatissimis urbibus nulla ipsa, illæ ipsi invident. Ne ergo tantum de se bene merito esset ingrata, Homerum sibi civem agnovit. Suidas: Οἱ δὲ Ἰθακήσιον, οἱ δὲ Ῥωμαῖον, *Alii Ithacensem, alii Romanum*. Epigramma:

Οὐ νῆσος κραναὴ Λαρτιάδαο πάτρη.
Non insula aspera Laertiadæ patria.

Hoc probat Auctor, quisquis ille fuerit, *Certaminis Homerici*: Ὅπερ δὲ ἀκηκόαμεν ἐπὶ τοῦ θειοτάτου Αὐτοκράτορος Ἀδριανοῦ εἰρημένον ὑπὸ τῆς Πυθίας ἐκθησόμεθα. τοῦ γὰρ Βασιλέως πυνθανομένου, πόθεν
D Ὅμηρος, καὶ τίνος, ἀπεφοίβασε δι' ἑξαμέτρου τόνδε τὸν τρόπον.

Ἀγνωστόν μ' ἔρεαι γενεὴν, καὶ πατρίδα γαῖαν·
Ἀμβροσίου Σειρῆνος. ἕδος δ' Ἰθακήσιός ἐστι
Τηλέμαχος δὲ πατὴρ, καὶ Νεστορίη Ἐπικάστη
Μήτηρ, ἥ μιν ἔτικτε βροτῶν πολὺ πάνσοφον ἄνδρα.

Οἷς μάλιστα δεῖ πιστεύειν, διά τε τὸν πυθόμενον, καὶ τὸν ἀποκρινάμενον. Ἄλλως τε οὕτως τοῦ Ποιητοῦ μεγαλοφυῶς τὸν προπάτορα διὰ τῶν ἐπῶν δεδοξακότος. *Verum quod sub divinissimo Imperatore Adriano a Pythia dictum est in medium afferemus. Sciscitan-*
E *te enim Imperatore, undenam esset Homerus, & quibus parentibus ortus, Pythia hoc modo carmine hexametro respondit;*

Ignotam a me quæris generationem, & patriam terram.
Ambrosiæ Sirenis: solo Ithacensis est.
Telemachus illi pater, & Nestoria Epicaste
Mater, quæ eum generavit mortalium quam sapientissimum hominem.

Quibus sane fides adhibenda est, & propter sciscitantem, & propter respondentem; cum etiam ipse
F *Poeta suum progenitorem tam magnifice carminibus celebrarit*. Supra demonstravimus quam fuerit inane oraculis hujuscemodi, Dæmonumque nugis fidere, qui pro libidine alia atque alia effutiunt, nec ullum in dicendo modum servant. Ithacensem fuisse Homerum aperte negavit Hermesianax Colophonius in III. *Elegiacωn*, referente Athenæo *Dipnosophist.* lib. XIII.

Αὐτὸς δ' οὗτος ἀοιδὸς, ὃν ἐκ Διὸς αἶσα φυλάσσει
Ἥδιστον πάντων δαίμονα μουσοπόλων.

Λεπτὴν γ' εἰς Ἰθάκην ἀνετείνετο θεῖος Ὅμηρος
  Ὠδῇσιν πινυτοῖς εἵνεκα Πηνελόπης.
Ἣν διὰ πολλὰ παθὼν ὀλίγην ἐστενάσατο νῆσον
  Πολλὸν ἀπ' εὐρείης λειπόμενος πατρίδος.
Ἔκλαιεν δ' Ἰκάρου τε γένος, καὶ δῆμον Ἀμύκλου,
  Καὶ Σπάρτην, ἰδίων ἁπτόμενος παθέων.

Id est, Interprete Natali Comite,

Cantor & ipse, Jovis quem servat Parca, poesis
  Dulcior, & Musis gloria summa sacris,
Mox Ithacam cantu petiit divinus Homerus,
  Prudentis movit gratia Penelopes.
Ob quam multa tulit spatiosis patriæ, & arvis
  Desertis, tenuit insulam is exiguam.
Hic genus Icarium, populum hic deflebat Amyclæ,
  Et Sparten, captus deinde dolore suo.

Antimachus & Nicander Colophonium fuisse dicunt. Plutarch. Ἀντίμαχος δὲ καὶ Νίκανδρος Κολοφώνιον, *Antimachus & Nicander Colophonium*. Auctor anonymus *Vitæ Homericæ*: Κατὰ δὲ Ἀντίμαχον καὶ Νίκανδρον Κολοφώνιος, *Opinione Antimachi & Nicandri Colophonius*. Suidas: Οἱ δὲ Χῖον οἱ δὲ Κολοφώνιον, *Alii Chium, alii Colophonium*. Epigramma:

Κύμη δ', ἢ Κολοφὼν πατρὶς Ὁμήρου σέθεν;
Cuma-ne, an Colophon patria Homere tibi?

Et:

Οὐ Κολοφὼν γαίης ἄστρον Ἰωνίης.
Non Colophon fertilis sidus Ioniæ.

Antipater:

Οἱ μὲν σεῦ Κολοφῶνα τιθηνήτειραν Ὅμηρε,
  Οἱ δὲ καλὰν Σμύρναν, οἱ δ' ἐνέπουσι Χίον.
Quidam tui Colophonem nutricem Homere,
Alii pulchram Smyrnam, alii dicunt Chium.

Proclus: Καὶ διὰ τοῦτο οἱ μὲν Κολοφώνιον αὐτὸν ἀνηγόρευσαν, οἱ δὲ Χῖον, οἱ Σμυρναῖον. *Propterea que nonnulli ipsum Colophonium dixerunt, alii Smyrnæum.* Joannes Tzetzes: Ἑτέροις Βαβυλώνιος, Χῖος δοκεῖ τοῖς ἄλλοις, Ἰήτης Κολοφώνιος, Σμυρναῖος, Ἀθηναῖος. *Aliis Babylonius, Chius videtur aliis, Ietes, Colophonius, Smyrnæus, Atheniensis.* Auctor *Certaminis Homerici* ad hoc probandum ait, Colophonios locum ostendere, in quo dicunt Homerum poesim suam exorsum, cum pueros institueret, primumque Margitem composuisse: Κολοφώνιοι δὲ καὶ τόπον δεικνύουσιν, ἐν ᾧ φασὶν αὐτὸν γράμματα διδάσκοντα, τῆς ποιήσεως ἄρξασθαι, καὶ ποιῆσαι πρῶτον τὸν Μαργίτην. *Colophonii vero locum ostendunt, in quo narrant eum literas docentem, poeticæ exordia fecisse, & primum Margitem conscripsisse.* Et maximum illius esse argumentum opinantur versus sub statua ejus exsculpti. Plutarchus: Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ Κολοφώνιον αὐτὸν ἀποδεικνύνται μεγίστῳ τεκμηρίῳ χρώμενοι πρὸς ἀπόδειξιν τῷ ἐπὶ τοῦ ἀνδριάντος ἐπιγεγραμμένῳ Ἐλεγείῳ. Ἔχει δὲ οὕτως·

Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε, σὺ γὰρ κλέος Ἑλλάδι πάσῃ,
  Καὶ Κολοφῶνι πάτρῃ θῆκας εἰς ἀΐδιον.
Καὶ τάς δ' ἀντιθέῳ ψυχῇ γεννήσαο κούρας
  Δισσὰς ἡμιθέων γραψάμενος σελίδας.
Ὑμνεῖ δ' ἡ μὲν νόστον Ὀδυσσῆος πολύπλαγκτον,
  Ἡ δὲ τὸν Ἰλιακὸν Δαρδανιδῶν πόλεμον.

Id est, ex versione Xylandri, *Non desunt qui Colophonium fuisse demonstrent, maximo utentes argumento Elegiacis versibus, qui inscripti sunt statuæ. Eorum hæc est sententia:*

Nate Meletis Homere, ornasti nomine Grajos
  Æterno, & patriam qui Colophona tuam.
Semideum gemino complexe volumine laudes
  Divinæ mensis prole viges duplici.
Una vagum duplicis reditum decantat Ulyssis,
  Altera luctiferæ prælia Dardaniæ.

Idem asserit Epigramma *in Nicandrum*:

Καὶ Κολοφὼν ἀρίδηλος ἐνὶ πτολίεσσι τέτυκται
  Δοιοὺς θρεψαμένη παῖδας ἀριστονόους.
Πρωτότοκον μὲν Ὅμηρον, ἀτὰρ Νίκανδρον ἔπειτα,
  Ἀμφοτέρους Μούσαις οὐρανίοισι φίλους.

Id est, Fausto Sabæo Interprete,

Et Colophon urbes inter celeberrima facta est,
  Quæ peperit sacri pignora bina animi.
Mæonidem primo, Nicandrum denique, amicos
  Phœbe tibi, sacro Pieridumque choro.

Jacobus Augustus Thuanus *de Re Accipitriaria* lib. II.

Tuque adeo immaneis spacioso pectoris antro
Finge sonos, qualeis vicinum reddere littus
Assolet, intenso cum nauta celeusmate portum
Prensandum monet, & propiori adpellere terræ,
Stentorea aut qualeis olim sub imagine Juno
(Si Colophoniaco fas quicquam credere Homero)
Edidit, & scopulos vocali terruit ore,
Cum pavidos iterum ad pugnam revocavit Achivos.

Petrus Halloix *Not. in Vit. S. Ignatii cap.* IV. *Est autem Colophon Ionica civitas, Homeri ortu, ut quidem ipsi Colophonii decertant, & Maronis testimonio obtinent, nobilis: ita enim in Ciri:*

Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.

Jacobus Cardinalis Papiensis *epistola* DCI. videtur etiam Colophonium facere: *Vereor, inquam, ne, Homerus, respondeat, malle se Colophonium quam Florentinum haberi, & pallium quam togam Græcis membris aptius convenire.*

At quomodo fuerit Colophonius Homerus ex his iisdem versiculis, quibus ipsi maxime fidunt, colligere est: non origine scilicet, aut natalibus, sed meritis propriis & beneficio Colophoniorum, qui hominem de tota Græcia, deque ipsa Colophone bene meritum in civium suorum numerum adsciverunt. Quare erit adscititius, & illa eadem ratione, qua & Atheniensis, & Argivus, &, ut verbo omnia complectar, Græcus, sive Hellen, hoc est, omnium Græcarum urbium & universæ Helladis civis, ut infra dicemus. Nota illa verba,

Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε, σὺ γὰρ κλέος Ἑλλάδι πάσῃ,
  Καὶ Κολοφῶνι πάτρῃ θῆκας εἰς ἀΐδιον.

Fili Meletis Homere. Si Meletis, non ergo Colophonius: si Colophonius, quomodo Meletis? Meles Smyrnæorum ditionis fluvius. Sententia igitur Epigrammatis fuit, Melete oriundum, grato Colophoniorum animo Colophonium fuisse.

CAP. X.

Homerum Atheniensem fuisse alii contendunt: ab iisdem mulctatum. Hæc veluti nugamenta exploduntur; cum Homerus Athenis non fuerit. Sicut & illud quod per Minervam juraverit Imperator Græcorum. Magnus tamen honor illi semper habitus in ea Republica. Argivi idem cum aliis tentarunt. Quomodo in Argivorum albo Homerus scriptus sit? Homerus universæ Græciæ magister & civis.

Aristarchus & Dionysius Thrax Atheniensem fecerunt. Plutarchus: Ἀρίσαρχος δὲ καὶ Διονύσιος ὁ Θρᾷξ Ἀθηναῖον, *Aristarchus & Dionysius Thrax Atheniensem*. Auctor anonymus *Homericæ Vitæ*: Κατὰ δὲ Ἀρίσαρχον, καὶ Διονύσιον τὸν Θρᾷκα, Ἀθηναῖος, *Dictu Aristarchi, & Dionysii Thracis, Atheniensis*. Epiphanius: Ἀθηναῖον δὲ αὐτὸν οἱ περὶ Ἀρίσαρχον ἀπεφήναντο, *Qui Aristarchum sequuti sunt, cum Atheniensem fecere*. His adstipulari Diomedem Grammaticum tradit Gyraldus. Suidas: Οἱ δὲ Λύδον, οἱ δὲ Ἀθηναῖον, οἱ δὲ Ἰθακήσιον, *Alii Lydum, alii Atheniensem, alii Ithacensem*. Joannes Tzetzes: Ἑτέροις Βαβυλώνιος, Χῖος δοκεῖ τοῖς ἄλλοις, Ἰήτης, Κολοφώνιος, Σμυρναῖος, Ἀθηναῖος. *Aliis Babylonius, Chius aliis videtur, Ietes, Colophonius, Smyrnæus, Atheniensis*. Epigramma:

Οὐδὲ τὸ Κεκροπίδων ἄσυ παλαιγενέων.
Neque Cecropidarum ars antiquorum.

Gellius, *Sunt qui Atheniensem*. Et in ejus certamine Athenis ab Atheniensium Rege Medonte optime exceptum narratur: Παραγενόμενος δὲ ἐκεῖθεν εἰς Ἀθήνας αὐτὸν ξενισθῆναι φασὶ παρὰ Μέδοντι τῷ Βασιλεῖ τῶν Ἀθηναίων. Ἐν δὲ τῷ βουλευτηρίῳ ψύχους ὄντος, καὶ πυρὸς καιομένου, σχεδιάσαι λέγεται τούσδε τοὺς σίχους·

Ἀνδρος μὲν σέφανοι παῖδες, πύργοι δὲ πόληος,
Ἵπποι δ᾽ αὖ πεδίου κόσμος, νῆες δὲ θαλάσσης.
Λαὸς δ᾽ εἰν ἀγορῇσι καθήμενος εἰσοράασθαι·
Αἰθομένου δὲ πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι
Ἤματι χειμερίῳ, ὁπόταν νίφῃσι Κρονίων.

Id est, *Cum inde Athenas commigrasset, tradunt a Medonte Atheniensis rege hospicio exceptum; cum vero in curia frigus esset, & ignis arderet, hæc carmina ex improviso effudit;*

Patris nati sunt corona, turres urbis,
Equi vero campi decus, naves maris.
Populus autem in concionibus sedens dignus est qui videatur.
Ardente igne multo est augustior domus
Tempore hyberno, cum ningit Juppiter.

Pseudo-Cornelius Nepos narrat Athenienses aliquando L. drachmis mulctasse, quod Deos cum hominibus belligerantes in suis carminibus induxisset *Præfatione* ad Daretem Phrygium; *Minime Homero credendum, qui post multos annos natus est: de quo Athenis judicium fuit, cum pro insano Homerus haberetur, qui Deos cum hominibus belligerasse descripserit*. Et Diogenes Laertius ex Heraclide *lib.* II. in *Socrate*: Οὐ μόνον δὲ ἐπὶ Σωκράτους Ἀθηναῖοι πεπόνθασι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλείστων ὅσων. Καὶ γὰρ Ὅμηρον, καθά φησιν Ἡρακλείδης, πεντήκοντα δραχμαῖς ὡς μαινόμενον ἐτίμησαν. *Nec vero in Socrate tantum, sed etiam in multis aliis hoc idem Atheniensibus accidit. Nam & Homerum, ut ait Heraclides, tamquam insanum quinquaginta drachmis mulctarunt*.

Hæc veluti nugamenta Gyraldus exsibilat: & si vera sunt, quæ de Homero in *ejus Vita* ab Herodoto enarrantur, Homerus nunquam Athenis fuit: in ipso enim itinere, dum Athenas navigaret, mortuus est; quod etiam adnotaverat Thomas Aldobrandinus *Annot. in Diogenem Laert. lib.* II. *num.* 95. Erravit tamen in eo, quod eum dicat Sami in ægritudinem incidisse, ibique mortuum, antequam enim Athenas perveniret, Samo discedens ad Ion insulam appulit, ubi ingravescente infirmitate, non diu post obiit. De quo nonnulla inferius dicemus. Herodotus: Ἀρχομένου δὲ τοῦ ἔαρος ἐπεχείρησε πλεῖν Ὅμηρος εἰς τὰς Ἀθήνας ἐκ τῆς Σάμου, καὶ ἀναχθεὶς μετά τινων ἐγχωρίων ἀπηνέχθη εἰς τὴν Ἴον, καὶ ὡρμίσθησαν οὐ κατὰ πόλιν, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἀκτῆς. συνέβη δὲ τῷ Ὁμήρῳ κατὰ πολύ τι ἄρξασθαι μαλακῶς ἔχειν. *Ineunte deinde vere moliebatur Homerus e Samo Athenas proficisci, solvensque una cum popularibus quibusdam ad Ion appulit, ubi stationem non ad urbem, sed in littore habebant. Hinc contigit, Homerum graviter ægrotare.*

Non minus ridiculi sunt, qui Homerum Atheniensem faciunt ob id, quod per Minervam jurantem, & usurpantem Ἀθηναίης nomen, introduxerit imperatorem *Iliad.* B. quorum alterum moris, alterum dialecti esset Atticæ. Scholia antiqua Græca in illud, Αἲ γὰρ Ζεῦς τε πατὴρ: Ἐντεῦθεν δέ τινες νομίζουσιν Ἀθηναῖον γεγονέναι τὸν Ποιητήν. τὸ γὰρ Ἀθηναίη Ἀττικὸν, καὶ ἴδιον εἶναι τὸν ὅρκον Ἀθηναίοις. *Hinc nonnulli Athenis ortum Homerum Poetam existimant.* Ἀθηναίη *namque dialecti Atticæ est, jusque jurandum id Atheniensibus proprium*. Id etiam notavit Joachimus Camerarius; cum multo certior conjectura esse potuerit, mentionis φυλῶν, καὶ φητρῶν. Nam Atheniensium civitas distributa fuit in tribus quatuor, & harum quæque rursus in φρατρίας tres. Quo etiam pacto censet Nestor tributim & curiatim exercitum esse distinguendum. Similium enim morum, & dialectorum, non Atheniensium solum, sed & cæterorum Græcorum, pleni sunt Homeri libri. Et honor, quem aliquando Athenienses Homero exhibuerunt, non arguit illum Atheniensem fuisse; cum alios item minime Athenienses in honore habuerint; & potius illius Poemata, quam Homerum, plurimi fecerunt; tamquam quæ judicarent utilia esse ad juventutis animos inflammandos, ut honestatem ac dignitatem sectarentur. Ideo, *legem tulerunt*, ut animadvertit Muretus *lib.* VI. *cap.* VI. *ut quinto quoque anno in Panathenæis unius ex omni Poetarum numero carmina publice canerentur, ita enim cogitabant leges præcipere quidem quid faciendum, fugiendumve sit, sed propter brevitatem non docere. At poetas, qui vitam hominum imitantes res præclare ac fortiter gestas copiose exponerent, easque propemodum ante oculos constituerent, aptiores esse ad persuadendum*.

Non est ergo Atheniensis Homerus, licet Atheniensis a quibusdam vocetur; eo namque nomine non originem & patriam Homeri, sed jus Atheniensium innuunt. Nodum ipse ex eorum dictis, qua potero brevitate, dissolvam. Smyrna Atheniensium fuit Colonia, inde Smyrnæi Athenienses appellabantur; erant enim veluti Coloni in Atheniensium civium numerum adsciti. Quare propter Smyrnæorum originem & productionem, quidquid Smyrnæum erat, Atheniensium quoque juris erat. Homerus multorum opinione Smyrnæus fuit; non veriti sunt ergo Athenienses vel hac sola causa Atheniensem nominare. Non est mea hæc conjectura, & suspicio. Palam id fassus est Aristides *Panathenaica Orat.* Εἰ δὲ δεῖ καὶ τοῦ Ὁμήρου μνησθῆναι, μετέχει καὶ ταύτης τῆς φιλοτιμίας ἡ πόλις, οὐ μόνον διὰ τῆς ἀποικίας πόλεως, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἡ φω-

νὴ σαφῶς ἐνθένδε. *Tum etiam Homericæ laudem sibi urbs vendicat, non tam coloniæ gratia, quam quod illius sermo vester est.* Et ante Aristidem vetus Epigramma, εἰς Εἰκόνα Πεισιστράτου·

Τρίς με τυραννήσαντα, τοσαυτάκις ἐξεδίωξε
  Δῆμος Ἐρεχθειδῶν, καὶ τρὶς ἐπηγάγετο.
Τὸν μέγαν ἐν βουλῇ Πεισίστρατον, ὃς τὸν Ὅμηρον
  Ἤθροισα σποράδην, τὸ πρὶν ἀειδόμενον.
Ἡμέτερος γὰρ ἐκεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης
  Εἴπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἀπῳκίσαμεν.

Hoc ita vertit Franciscus Lucidus:

Quem ter Cecropidæ quondam ejecere Tyrannum,
  Et totidem scitis restituere suis,
Collegi ingenio Pisistratus acer Homeri
  Quæ sparsim fuerant carmina sueta cani.
Noster erat civis vates, namque aureus ille,
  Mopsopidæ Smyrnam si coluistis avi.

Argumentare ergo, Lector, At Smyrnam Atheniensium fuisse Coloniam in dubio est, & dubitavit etiam Pisistratus, ergo & in dubio est, Homerum esse Atheniensem. Præterea, sed Homerus Smyrnæus non fuit, ut inferius patebit, ergo multo minus Atheniensis. Adde: Smyrna fuit Atheniensium colonia, & Athenienses conditores illius existimati sunt; & Homerus ipse esto Smyrnæus; conclusio illa, ergo erit Atheniensis, nulla est. Si coloniarum conditores respici deberent, jam Homerus non Atheniensis, quin & Atheniensis, & Macedo, & Romanus, & Gallus, & Germanus, & Geta erit. Nugæ.

Non minus Argivi ac Mycenenses sibi Homerum asserere conati sunt. Epigramma:

Οὐκ Ἄργος Δαναοῖο, Κυκλωπείη τε Μυκήνη.
Non Argos Danai, & Cyclopeia Mycene.

Suidas: Οἱ δὲ Κνώσσιον, οἱ δὲ Μυκηναῖον, οἱ δὲ Αἰγύπτιον, *Alii Cnossium, alii Mycenæum, alii Ægyptium*: Plutarchus: Τινὲς δὲ Ἀργεῖον, *Nonnulli vero Argivum.* Rationes, quibus id probetur, nullas habeo. Sed undenam factum est, ut nobilissimæ civitates, quod suum non erat, sed manifesto alienum, tam impudenter sibi arrogarent? Non fuit, nec erit Homerus, neque Atheniensis, neque Argivus, neque Cyprius, neque Colophonius, neque Ægyptius, neque Babylonius, neque si uspiam pejus hisce monstrum est. Non potuit esse, licet in mille partes dissectus. Unus unicam patriam habuit. Gloria hominis id egit, splendor, divinitas. Quod natura negavit, humanitas depulit, beneficio hominem externum sibi devinxerunt. Officii affluentia fecerunt, ut advena indigena esset, & quem natales civem non dabant, beneplaciti gratia, & favoris largitione civem adsciverunt. Ideo & Argos, ex quo non fuit, & Athenæ, & Colophon, & aliæ urbes Homerum inter cives suos scripserunt. Hac ratione Argos ob laudes, quas Homerus illi impartitus est, non tantum eum munificis & abundantibus donis prosequutum est, sed & ærea illius statua erecta, certo anni die & mense sacrificium illi destinarunt. Certamen Homericum: Τιμηθεὶς δὲ μεγάλως παραγίνεται εἰς Ἄργος, καὶ λέγει ἐκ τῆς Ἰλιάδος τὰ ἔπη τάδε·

Οἵ τ' Ἄργος εἶχον, Τίρυνθά τε τειχιόεσσαν,
Ἑρμιόνην τ', Ἀσίνην τε βαθὺν κατὰ κόλπον ἐχούσας,
Τροιζῆν', Ἠϊόνας τε, καὶ ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον,
Νῆσόν τ', Αἴγιναν τε, Μάσητά τε κοῦροι Ἀχαιῶν.
Τῶν δ' αὖθ' ἡγεμόνευε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης
Τυδείδης, οὗ πατρὸς ἔχων μένος Οἰνείδαο.
Καὶ Σθένελος Καπανῆος ἀγακλειτοῦ φίλος υἱός.
Τοῖσι δ' ἅμ' Εὐρύπυλος τρίτατος κίεν ἰσόθεος φώς
Μηκιστέως υἱὸς Ταλαϊονίδαο ἄνακτος.
Ἐκ πάντων δ' ἡγεῖτο βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης.
Τοῖσι δ' ἅμ' ὀγδώκοντα μέλαιναι νῆες ἕποντο·
Ἐν δ' ἄνδρες πολέμοιο δαήμονες ἐστιχόωντο·
Ἀργεῖοι λινοθώρηκες, κέντρα πτολέμοιο.

Τῶν δὲ Ἀργείων οἱ προεστηκότες ὑπερβολῇ χαρέντες ἐπὶ τὸ ἐγκωμιάζεσθαι τὸ γένος αὐτῶν ὑπὸ τοῦ ἐνδοξοτάτου τῶν ποιητῶν, αὐτὸν μὲν πολυτελέσι δωρεαῖς ἐτίμησαν. εἰκόνα δὲ χαλκῆν ἀναστήσαντες ἐψηφίσαντο θυσίαν ἐπιτελεῖν Ὁμήρῳ καθ' ἡμέραν, καὶ κατὰ μῆνα, καὶ κατ' ἐνιαυτὸν, ἄλλην θυσίαν πενταετηρίδα ἐς Χίον ἀποστέλλειν. Ἐπιγράφουσι δὲ ἐπὶ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ·

Θεῖος Ὅμηρος ὅδ' ἐστὶν, ὃς Ἑλλάδα τὴν μεγαλαύχην
  Πᾶσαν ἐκόσμησεν καλλιεπεῖ σοφίῃ·
Ἔξοχα δ' Ἀργείους, οἳ τὴν θεοτειχέα Τροίην
  Ἤρειψαν ποινὴν ἠϋκόμου Ἑλένης.
Οὗ χάριν ἔστησεν δῆμος μεγαλόπτολις αὐτὸν
  Ἐνθάδε καὶ τιμαῖς ἀμφέπει Ἀθανάτων.

Id est, *Maximum vero consecutus honorem Argos pervenit, recitatque ex Iliade carmina illa;*

Qui Argos habitabant, Tirynthaque bene muratam,
Hermionem, Asinenq; profundum sinum habentes,
Trœzena, Eionasque, & vitibus consitam Epidaurum,
Quique habitabant Nesum, Æginamque, Masetaque filii Achivorum.
His præerat bello strenuus Diomedes,
Et Stenelus Capanei inclyti dilectus filius.
Una vero cum his Euryalus tertius ibat similis Deo vir
Mecistei filius Talaioniadæ Regis.
Omnibus autem præerat bello strenuus Diomedes.
Hos autem octoginta nigræ naves sequebantur;
Et in illis homines belli gnari ibant.
Argivi lineo thorace induti aculei belli.

Argivorum primates maximo elati gaudio, quod genus eorum a gloriosissimo poeta celebraretur, eum magnificis donis cohonestarunt; & ærea statua erecta determinarunt sacrificium Homero offerre, secundum diem, & mensem, & annum, aliudque sacrificium quinquennale Chium mittere, & sub statua inscribunt;
Divinus Homerus hic est, qui fastu tumentem Græciam
  Universam adornavit eloquenti sapientia;
Et præcipue Argivos, qui a Deo conditam Trojam
  Solo æquarunt, propter bene comatam Helenam pœnas sumentes.
Quapropter erexit populus ingentis urbis illum
  Hic, & honoribus honestat Immortalium.

Neque aliud innuisse videtur Ælianus *de Var. Hist.* lib. IX. cap. XV. Ὅτι ποιητικῆς ἁπάσης Ἀργεῖοι τὰ πρῶτα Ὁμήρῳ ἐδίδοσαν, δευτέρους δὲ αὐτοῦ ἔταττον πάντας. Ποιοῦντες δὲ θυσίαν ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλουν τὸν Ἀπόλλωνα καὶ Ὅμηρον. *Argivi Poeticæ totius primam Homero palmam tribuebant, ab eo reliquos omnes secundos ponebant: & si quando rem divinam facerent in hospitalitiis invocabant Apollinem & Homerum.* Sic etiam Iones Deli die Apollini sacro, post gratissimum hymnum ab homero decantatum, communem omnium civem voluerunt ut esset. Certamen Homericum: Ἐπιδημήσας δὲ τῇ πόλει χρόνον τινὰ διέπλευσεν εἰς Δῆλον ἐς τὴν πανήγυριν, καὶ σταθεὶς ἐπὶ τὸν Κεράτινον Βωμὸν λέγει Ὕμνον εἰς Ἀπόλλωνα, οὗ ἡ ἀρχή· Μνήσομαι, οὐδὲ λάθωμαι Ἀπόλλωνος ἑκά.

ἑκάτοιο. Ρηθέντος δὲ τῦ Ὕμνυ οἱ μὲν Ἴωνες πολίτlω αὐτὸν κοινὸν ἐποιήσαντο. Δήλιοι δὲ γράψαντες τὰ ἔπη εἰς λεύκωμα ἀνέθηκαν ἐν τῷ τ̃ Ἀρτέμιδος ἱερῷ. *Per aliquod tempus in urbe commoratus Delum adnavigavit, ut celebritati interesset, & penes aram corneam in Apollinem Hymnum cecinit, cujus illud est principium, Recordabor, nec obliviscar Apollinis longe sagittas ejaculantis. Quo finito Iones communem eum omnium civem declararunt. Delii vero carmina in albo scripta templo Dianæ dedicarunt.* Idque neque novum, neque infrequens Græcis fuisse, qui aliquo honesto studio excellentes, etsi prorsus alienos, vel ob ingens beneficium acceptum, civitate donabant, manifestum fit ex Isocratis *Epistola ad Mitylenæorum Magistratum*: Καὶ τὺς μὲν ἄλλυς Ἕλλlωας τὺς διαφέροντας ἐπὶ τῷ τῶ̃ καλῶν ἐπιτηδευμάτων, κ̀ μηδὲν προσήκοντας ποιεῖϑαι πολίτας. Sic Polygnotus Thasius, qui gratis Porticum Pisianactiom, cum partem ejus mercede Mycon pinxisset, præter hospitia illi gratuita ab Amphictyonibus decreta, civitate Atheniensi donatus est. Philo Byzantius, Architectus ille, qui armamentarium mille navium Atheniensibus fecit, quique rationem operis populo adeo diserte reddidit, ut existimatus fuerit non minorem laudem eloquentiæ quam artis consecutus fuisse, suffragio Atheniensis populi, civis Atheniensis factus est. Apollonius Alexandrinus *Argonauticorum* Author albo Rhodiorum, Appion Chalcidensis Atheniensium adscribitur. Appion Grammaticus, qui sub C. Cæsare tota circumlatus est Græcia, in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus est, ut scribit Seneca *epist.* LXXXIX. *Carneadem Cyrenæum & Pœnum Clicomachum Atheniensis Curia societate dignata est: itidem ut nostri Zaleucum legum Locrensium conditorem civitate donarunt.* Symmachus *epist.* XVIII. *lib.* X.

Non diutius te moror, Lector. Habe Melchioris Incoferi Antiquitatis Ecclesiasticæ peritissimi verba ex Mantissa ad eruditissimum itemque accuratissimum ipsius Opus. De *epistola B. M. Virginis ad Messanenses de Abbate Catinensi*, num. CVIII. *Idem dictus Panormitanus merito & dignitate. Exemplum non infrequens. Et ritum illud Tullii, omnibus municipibus duas esse patrias, unam naturæ, seu loci, alteram civitatis, seu juris. Hinc Junii Attici, Cato Tusculanus, & Romanus, ipse Tullius Arpinas, item & Romanus.* Nos & eam, *inquit*, patriam dicimus, ubi nati, & illam, qua excepti sumus. *Et sapientum ille patriam sibi forte dixit, ubi diem obivisset, aut etiam sepulchrum accepisset; ut jam diem mortis recte natalem & locum patrium appellaris. Sic Antonium Ulyssipone ortum, vulgo Patavinum vocamus, & Nicolaum oppidi S. Angeli in Piceno civem, Tolentinatem, pluraque id genus Martyrologia præ se ferunt. Denique Salvator noster Bethleemi in Judæa natus, Galilæi & Nazareni vocabulum tulit, nec Capharnaum patriam suam dici dedignatus.* Hinc multiplex Authorum patria, & magna confusio: dum enim unaquæque civitas ingeniis non mediocribus grata videri conatur, nec alio majori beneficio, quam si virum inter proprios cives referat, id se demonstrari posse existimat, factum est, ut certi hominum natales, & patria, incerti apud posteros redderentur: uti & Homero contigisse, nemo est, qui ambigat. Adde etiam hominum ambitionem, qui oppidorum, in quibus erant nati, vilitate dedignati, ad celebriores atque illustriores patrias se conferebant, ut scriptis etiam editis natale solum respuerent, quorum amentiam prudentissime Nicolaus Damascenus in *Excerptis*, de virtutibus & vitiis per Constantinum Porphyrogenetam collectis, exagitavit: Πόλεως μὲν ὕπω τ' ἀφ' ἑτέρας οἰόμενος δεῖν, ἀλλ' ἀπὸ τ̃ αὐτῦ προσαγορεύεσϑαι. κατεγέλα δὲ ϛ̀ τῶ̃ κατ' αὐτὸν Σοφιςῶν, οἱ μεγάλοις τιμήμασιν ἐωνοῦντο Ἀϑlωαῖοι, ἢ Ῥόδιοι καλεῖϑαι βαρυνόμενοι τlὼ ἀδοξίαν τῶ̃ πατρίδων. Ἔνιοι δὲ κ̀ συνέγραψαν περὶ τῦ μὴ εἶναι ἀφ' ἧς πόλεως ἦσαν, ἀλλ' ἀπό τινος τ̃ δι' ὀνόματος Ἑλλlωίδων. ὁμοίυς τε ἀπέφηνε τοῖς τὰς ἑαυτῶν γονέας βαρυνομένοις. *Qui nunquam alterius civitatis, quam patriæ suæ civem se appellare voluit, & sui temporis Sophistas deridere erat solitus, qui obscuritate oppidorum suorum gravati, titulum civis Atheniensis, aut Rhodii maximo pretio emebant. Nonnulli etiam libros scripsere, quibus probarent haudquaquam se ex illa civitate esse, ex qua revera erant oriundi, sed ex alia celebriori urbe Græca: eos vero similes ajebat esset illorum, quos parentum suorum puderet.* Ergo quemadmodum fuit communis omnium civis, ita communis Græcorum poeta. Aristides in *Panathenaica*: Ἀλλ' ὁ κοινὸς τῶν Ἑλλlωων Ποιητὴς ἐν τῷ καταλόγῳ τ̃ νεῶν τε κ̀ πόλεων τῶν Ἀϑηναίων ςρατηγὸν εἰς ἄκρον φησὶν ἐλϑεῖν, κοσμῆσαι ἵππυς τε, κ̀ ἀνέρας ἀσπιδιώτας. *Communis etenim Græcorum Poeta in urbium & navium numero Atheniensium ducem ait peritissimum fuisse, scutatos armare viros, & corpora equorum.* Et: Κοινὸς τ̃ Ἑλλlωικῆς σοφίας πρόγονος, *Communis Græcæ sapientiæ parens*. Libanius *in* Κατασκευῇ: Ὅτι εἰκότα τὰ κτ̀ τlὼ Ἀχιλλέως ὀργlὼ. Πᾶσι δ' οὖν, οἶμαι, δεῖ βοηϑεῖν τοῖς Ποιηταῖς, Ὁμήρῳ δὲ κ̀ πρὸ τ̃ ἄλλων δίκαιον κοινῷ προγόνῳ τ̃ Ἑλλlωικῆς σοφίας γεγενημένῳ. *Omnibus itaque Poetis, ut existimo, auxilia ferenda sunt, præcipue vero ante alios Homero, qui communis Græcæ sapientiæ parens fuit.*

CAP. XI.

Ietæ Homerum suum esse confirmant. Aristotelis a Jacobo Crucio tentata correctio. Oraculo ex Io matrem Homeri fuisse. Homerus in Io tumulatus. Illius inscriptionis auctor. Varronis epigramma apud Gellium varie ab aliis, ab Auctore ad mentem Varronis expositum. Aristotelis lectio defenditur. Detegitur Wolfgangi Lazii, aliorumque, hallucinatio.

PARVULA item, & exigua, si Diis placet, abjectaque insula tanto cive gloriatur, sed conatu veneranda & memoranda. Ea Ios est. Plutarchus: Ἀριςοτέλης δὲ ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Ποιητικῆς ἐν Ἴῳ φησὶ τῇ νήσῳ, καϑ' ὃν καιρὸν Νηλεὺς ὁ Κόδρυ τ̃ Ἰωνικῆς ἀποικίας ἡγεῖτο κόρlω τινὰ τ̃ ἐπιχωρίων γενομένlω ὑπό τινος Δαίμονος τ̃ συγχορευτῶν Μύσαις ἐγκύμονα αἰδεσϑεῖσαν τὸ συμβὰν διὰ τ̃ ὄγκον τ̃ γαςρὸς, ἐλϑεῖν ἔς τι χωρίον, τὸ καλύμενον Αἴγιναν, εἰς ὃ καταδραμόντας λῃςὰς, ἀνδραποδίσαϑαι τlὼ προειρημένlω. Id est, *Aristoteles tertio de Poetica scribit, in insula Io, quo tempore Neleus Codri filius coloniæ in Ioniam ducendæ præfuit, puellam quandam indigenam a Genio quodam ex eorum numero, qui cum Musis choros ducunt, compressam, cum intumescente utero facti pudore moveretur, devenisse in quendam locum, cui nomen est Ægina. Ibi a prædonibus, qui eo excursionem fecissent, captam.* Et: Ἀριςοτέλης δὲ ὁ φιλόσοφος Ἰήτlω, *Aristoteles vero philosophus Ietem*. Auctor anonymus *Homericæ Vitæ*: Κατὰ δὲ Βακχυλίδlω κ̀ Ἀριςοτέλlω τ̃ φιλόσοφον Ἰήτης, *Sententia Bacchylidis & Aristotelis philosophi Ietes*. Proclus: Οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, οἱ δὲ Ἰήτlω, οἱ δὲ Κυμαῖον. *Alii Chium, alii Smyrnæum, alii Ietem, alii Cumæum*. Joannes Tzetzes: Ἑτέροις Βαβυλώνιος, Χῖος δοκεῖ τοῖς ἄλλοις, Ἰήτης, Κολοφώνιος, Σμυρναῖος, Ἀϑlωαῖος. *Aliis Babylonius, Chius aliis videtur, Ietes, Colo-*

phonius, *Smyrnæus*, *Athenienſis*. Antipater in *Epigramm.*

Οἱ δ' Ιον, οἱ δ' ἐβόασαν εὔκλαρον Σαλαμῖνα.
Alii Ion, alii dixerunt bene fortunatam Salaminem.

Gellius: *Ariſtoteles tradit in inſula Io natum*. Et in *diſticho*:

Σμύρνα, Ρόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Ιος, Αργος, Αθῆναι.
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ.

In quem locum Jacobus a Cruce Bononienſis adnotavit, ubi legitur *Ios*, reponendum eſſe *Chios*, ſecundum illud,

Diceris a multis Colophonis alumnus, Homere,
Hic te Smyrnæum credit, at ille Chium.

Nullumque, quod ipſe ſciat, Ion tradidiſſe Patriam Homeri, at multi Chion. Ideoque ita corrigendum arbitratur, necnon illud, *Ariſtoteles tradit in inſula Io natum*, *Chio* enim, non *Io*, audacter contendit. Hæc correctio in carmine licet locum habeat, & vera ſit; in Ariſtotele tamen nimis audacter tentatur. Licet enim in primo Ariſtotelis loco, illud Ιῳ, in Χίῳ facile poſſe transmutari videatur, ſicuti & in Gelliana lectione, tamen in ſecundo, cum Ιήτην dicat, neſcio qua ratione ita poſſit inverti, ut *Chium* intrudere poſſis. Niſi id aſſeras, textum Ariſtotelis non heri aut hodie interpolatum, ſed jam ante Plutarchi tempora, qui id ita inventum expreſſit. Quod & veriſimilius eſſet Eoque præcipue quod Suidas in enarrandis urbibus, quæ Homerum ſibi aſſerunt, diligentiſſimus, de Ietis nullam habuit mentionem. Ego tamen exiſtimo Ariſtotelem non Χίῳ, ſed Ιῳ poſuiſſe, cum ejus videatur ſententia, Homerum Ietem fuiſſe. Neque enim adduci poſſum, ut credam, Ariſtotelem nobis illud inſinuare voluiſſe, quod aperte negavit. At aperte negavit Homerum fuiſſe Chium II. *Rhetor.* cap. XXIII. Καὶ ὡς Αλκιδάμας, ὅτι πάντας τοὺς σοφοὺς τιμῶσιν. Πάριοι γοῦν Αρχίλοχον καίπερ βλάσφημον ὄντα τετιμήκασι, καὶ Χῖοι Ομηρον οὐκ ὄντα πολίτην, καὶ Μιτυληναῖοι Σαπφώ, καίπερ οὖσαν γυναῖκα, καὶ Λακεδαιμόνιοι Χίλωνα τῶν γερόντων ἐποίησαν ἥκιστα φιλόλογοι ὄντες. *Et ut Alcidamus, quod omnes Sapientes honorant. Parii igitur Archilochum quamvis maledicum honorarunt, & Chii Homerum, qui non erat civis, & Mitylenæi Sapphonem, quamvis eſſet mulier, & Lacedæmonii Chilonem in Senatorum numerum receperunt, cum eſſent minime ſtudioſi eruditionis.* Quare Illud Ιῳ in Χίῳ immutantes non laudo. Verum quænam ſit ſententia verborum Ariſtotelis, inferius examinabimus.

Item cum fabuloſa ſint, quæ ex Ariſtotele traduntur, nullam in hiſtoria fidem faciunt. Probabiliuſque eſt, quæ ab eo aſſeruntur, in Chio inſula, quam Io, eveniſſe. Et notat Crucius, præter hanc Ariſtotelis auctoritatem a Plutarcho & Gellio relatam, Antipatrum etiam, ſive ex Ariſtotelis, ſive ex aliorum opinione, id repetiiſſe. Quare erit aliquis, qui dixerit Homerum fuiſſe Ietem; & ex Oraculo diſcimus matrem Homeri ex Io jam dicta fuiſſe. Oraculum recitat Pauſanias in *Phocicis*: Θεάσαιο δ' ἂν καὶ εἰκόνα Ομήρου χαλκῆν ἐπὶ στήλῃ, καὶ ἐπὶ λέξει τὸ μάντευμα, ὃ γενέσθαι τῷ Ομήρῳ λέγουσιν.

Ολβιε καὶ δύσδαιμον, ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι,
Πατρίδα δίζηαι. Μητρὶς δέ τοι, οὐ πατρὶς ἐστιν.
Εστιν Ιος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα
Δέξεται. ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι.

Δεικνύουσι δὲ οἱ Ιῆται καὶ Ομήρου μνῆμα ἐν τῇ νήσῳ. καὶ ἑτέρωθι Κλυμένης, τὴν Κλυμένην μητέρα εἶναι τοῦ Ομήρου λέγοντες. Id eſt, *Videas ibidem & æream columnæ ſuperimpoſitam Homeri ſtatuam. In eadem columna leges illud Apollinis reſponſum, quod ipſi Poetæ editum memorant*;

Felix atque miſer, nam ſors te ad utrumque creavit,
De patria quæris: tibi materia, non patria illa eſt.
Inſula Ios matris patria eſt, quæ colliget oſſa
Exſanguis: ſed enim puerorum ænigma caveto.

Monſtrant Ietæ in inſula & Homeri ſepulchrum: & ſeorſum Clymenes, Homeri Clymenen matrem fuiſſe dictitantes. Eadem habet Stephanus *de Urbibus*: Ιος νῆσος τῶν Κυκλάδων ἀπὸ Ιώνων οἰκησάντων, ὅθεν ἦν ἡ Ομήρου μήτηρ, ὡς ὁ Χρησμός, Ολβιε καὶ δυσδαιμον, &c *Ios una e Cycladibus ab Ionibus incolis, ex ea mater Homeri, ut in Oraculo eſt, Felix, atque miſer*, &c. Euſtathius *in Iliad.* H. Ην δέ ποτε περίπυστον, καὶ ὡς ἀπὸ Χρησμοῦ μάλιστα τοῖς Ιωσι τὸ τῆς Ιου ὄνομα, ἣν καὶ Ομήρου ματρίδα ὁ Χρησμὸς ὠνόμασεν. *Erat tunc temporis nomen Ii inſulæ celebre, tamquam quod ex Oraculo Ionibus innotuerit, quam & Homeri matridem Oraculum vocavit*. Certamen Homericum: Ελθόντα δὲ καὶ εἰς Δελφοὺς περὶ τῆς πατρίδος αὐτοῦ πυνθάνεσθαι τίς εἴη, τὴν δὲ Πυθίαν εἰπεῖν·

Εστιν Ιος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα
Δέξεται ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι.

Τὸν δὲ ἀκούσαντα περιίστασθαι μὲν τὴν εἰς Ιον ἄφιξιν, διατρίβειν δὲ περὶ τὴν ἐκεῖ χώραν. *Cum acceſſiſſet ad Delphos de patria ſua ſciſcitatum, & quiſnam ipſe eſſet, & Pythiam reſpondiſſe*;

Inſula Ios matris patria eſt, quæ colliget oſſa
Exſanguis: ſed enim puerorum ænigma caveto.

Hæc cum audiſſet acceſſum in Ion retardaſſe, & circa ea loca moras traxiſſe. Plutarchus nobis uberius vaticinii reſponſum conſervavit: Γενόμενος δὲ ἐν ἡλικίᾳ, καὶ δόξαν ἐπὶ Ποιητικῇ κεκτημένος ἤδη, ἐπηρώτα τὸν Θεὸν τίνων τε εἴη γονέων, καὶ πόθεν, ὁ δὲ ἀνεῖλεν οὕτως·

Εστιν Ιος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα
Δέξεται. ἀλλὰ νέων ἀνδρῶν αἴνιγμα φύλαξαι.

Φέρεται καὶ ἕτερος Χρησμὸς τοιοῦτος.

Ολβιε καὶ δύσδαιμον, ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισιν,
Πατρίδα δίζηαι. μητρὸς δέ τοι, οὐ πατρός ἐστι,
Μητρόπολις ἐν νήσῳ ἀπὸ Κρήτης εὐρείης
Μινωος γαίης, οὔτε σχεδὸν, οὔτ' ἀπὸ τηλοῦ·
Εν τῇ σῇ μοῖρ' ἐστὶ τελευτῆσαι βιοτοῖο,
Εὖτ' ἂν ἀπὸ γλώττης παίδων μὴ γνῷς ἐπακούσας
Δυσξύνετον σκολιοῖσι λόγοις εἰρημένον ὕμνον.
Δοιὰς γὰρ ζωῆς μοίρας λάχες. τὴν μὲν ἀμαυρὰν
Ηελίων δοιῶν, τὴν δ' ἀθανάτοις ἰσόμοιρον,
Καὶ ζῶν, καὶ φθίμενος, φθίμενος δ' ἔτι πολλὸν ἀγήρως.

Id eſt, *Adultus jam, & Poetica arte nomen conſecutus, de parentibus, & patria Deum conſuluit, iſque ſic reſpondit*;

Inſula Ios matris patria eſt, vita hæc quoque functum
Accipiet. Sed tu juvenile ænigma caveto.

Alterum quoque Oraculum tale fertur;

Felix & miſer, ad ſortem es quia natus utramque,
Perquiris patriam: matris tibi, non patris extat
Patria, in undoſo jacet hæc ponto inſula, Cretæ
Non adeo vicina, & non longe uſque remota.
Hic te fata tua cogent decedere vita,

Cum pueri ignotis obscurum ambagibus olim
Sermonem involvent, teque hunc evolvere poscent.
Quippe duplex vitæ fatum tibi contigit: orbum
Luminibus, superis Musa immortalibus æquat:
Post mortem te vita manet secura senectæ.

Incerta hæc: nec minus dubia, quæ sequuntur, quidquid Oliverius Arziganensis *in Valerium Maximum* dicat, qui postquam dixisset in Io insula tumulatum, subdit: *Cum in aliis de Homero sit magna dissensio, de morte tamen convenire.* Sed neque in hoc conveniunt. Martianus Capella in *Nupt. Philolog.* lib. VI. eum in Naxo sepultum ait. Joannes Tzetzes in ora Arcadiæ, cum piscatorum ænigma non potuisset dissolvere:

Τοιάδε τῷ Ομήρῳ δὲ ἡ τελευτὴ συνέβη.
Ην προχρησθὲν αυτὸν θανεῖν, ὅταν ἠρωτημένος
Οὐ δυνηθῇ τὸ αἴνιγμα ἐκεῖνο ἐπιλύσαι.
Πένης τελῶν δὲ ὁ ἀνὴρ καίγε τυφλὸς ἐκ γήρως,
Τὰ μυθικὰ ληρήματα τὶς γὰρ φρονῶν ἐγγράφοι;
Απανταχοῦ διήρχετο τὰς χώρας τῆς Ελλάδος,
Λέγων αὐτοῦ ποιήματα, δεχόμενος ἐντίμως.
Πὶς δ' Αρκαδίαν ξενισθεὶς παρὰ τοῦ Κρεωφύλου
Περιπατήσων ἔρχεται περὶ τὴν παραλίαν.
Ες δ' εἶπεν· Ανδρες ἁλιεῖς Αρκαδες ἔχομέν τι;
Οἵδ' ἀπεκρίθησαν αὐτῷ περὶ φθειρῶν λαλοῦντες,
Ως οὓς εἵλον οὐκ ἔχουσιν, ἔχουσι δ' οὓς οὐχ εἷλον.
Υπέστρεφε λυπούμενος, ὡς μὴ νοήσας τοῦτο,
Ωηλοῦ δ' ὄντος ὠλίσθησε, καὶ κεκρουκὼς εἰς πέτραν
Κλᾶται πλευρὰν τὴν δεξιὰν, καὶ τελευτᾷ τριταῖος.

Id est,

Talis autem Homero vitæ exitus contigit.
Erat illi prævaticinatum tum mortem oppetiturum, cum interrogatus
Non posset ænigma illud dissolvere.
Verum cum esset pauper & cæcus ob senectutem,
Fabulosa namque deliramenta quis prudens scripto tradet?
Per omnia loca & urbes Græciæ vagabatur,
Recitans propria poemata, ideoque honorifice accipiebatur.
Sed in Arcadia a Creophylo hospitio exceptus
Obambulaturus descendit in littus maris.
Cum vero dixisset; Viri piscatores Arcades habemus aliquid?
Illi responderunt Homero de pediculis verba facientes,
Quos cepimus non habemus, quos non cepimus habemus.
Reversus est mœrens, tamquam qui illos non intellexisset.
Et in luto lapsus, & in saxum offendens
Latus dextrum fregit, & post tres dies extinguitur.

Hoc Tzetzes, licet in historia novum videatur, habuit tamen a Nazianzeno *Orat.* I. *in Julianum: Laudes insuper in Homero discendi amorem circa Arcadicam quæstionem, ut in Aristotele philosophiam, & diutinam moram, ad Euripi fluxus & refluxus, seu reciprocationes, quibus uterque occubuit.* Idem narrat Nonnus Abbas in *Collectione*, seu *Expositione profanarum Historiarum*, quarum meminit Gregorius Nazianzenus in *prima adversus Julianum Invectiva: Homerus poeta profectus in Arcadiam, quæ Peloponnesi regio est, incidit in piscatores quosdam, qui pediculos a corporibus suis excutiebant. Cumque ex ipsis quæsivisset: Viri Arcades, qui piscandi artem profitemini, aliquidne cepistis? illi hoc carmine responderunt,*

Liquimus acceptos, non captos ferre necesse est.

Quo quidem versu hoc volebant, se pediculos eos, quos ceperant, occidisse: quos autem capere nequiverant, vestibus suis ferre. Quod quidem ænigma cum Homerus non intellexisset, exiguo tempore illic versatus, mœrore oppressus est. Ferunt autem editum fuisse Homero oraculum, tum ipsi vitæ finem fore, cum propositam quæstionem solvere non potuisset. Wolfgangus Lazius *Rerum Græcarum* lib. II. scribit Homerum in Chio insula diem obiisse extremum: sic enim scribit de Chio: *Celebratur eadem insula, & in Homeri morte,* &c. Et: *Historia de Homero sic habet, ut Philostratus adnotavit: Cum ex Smyrna Homerus, in qua natus fertur, forte in Chium navigasset, incidens in piscatores, eos interrogavit, ecquid cepissent? Responderunt illi ænigmate: quæcumque cepimus, non habemus, quæ vero non cepimus, ea habemus, pedunculos, quibus vestes purgaverant, intelligentes. Hoc ænigma cum solvere Homerus inquireret, mœrore animi contabuit, ac obiit in Chio civitate insulæ cognomine* LXXX. *navium capace.* Nescio tamen unde nam sua hauserit Gyraldus, ridenda sane, & ex Gyraldo Spondanus: *Inconstans hac in re Plinius: nam alicubi quidem in Io, alicubi in Scyro tumulatum scribit, Solinus in Chio.* Constans enim hac in re videtur Plinius, qui ejus sepulchrum in Io, non in Scyro ponit: & Solinus Ion, non Chion appellat, ut infra videbitur. Neque hisce melius Sebastianus Munsterus *Cosmograph.* lib. IV. cap. LII. cum referat, *Scyrus insula clara Homeri sepulchro.*

Sed missa hæc, communior eorum fuit opinio, qui in Io insula Homerum mortuum, & ibidem sepultum tradunt. Scylax Caryandensis in *Periplo*: Πρὸς πόντου Ιος λιμὴν, ἐν ταύτῃ Ομηρος τέθαπται. Herodotus: Τελευτήσας δὲ ἐν τῇ Ιῳ, αὐτοῦ ἐπ' ἀκτῆς ἐτάφη ὑπό τε τῶν συμπλεόντων, καὶ τῶν πολιτέων, ὅσοι ἐν διαλογῇ ἐγένοντο αὐτῷ, καὶ Ελεγεῖον τόδε ἐπέγραψαν Ιῆται ὕστερον χρόνῳ πολλῷ ὡς ἤδη ἡ τε ποίησις ἐξεπεπτώκεε, καὶ ἐθαυμάζετο ὑπὸ πάντων. Οὐδὲ Ομήρου ἐστίν.

Ενθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει
Ανδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ομηρον.

Id est, *Extinctus vero in Io Homerus a comitibus suis, atque civibus, qui ex urbe in colloquium cum eodem venerant, in littore ibidem honorifice sepultus est. Cujus sepulchro multo post tempore Ienses, ubi poesis ejus jam publicata ab omnibus celebraretur, hujusmodi inciderunt carmen elegiacum, quod Homeri non est;*

Condit humus caput hæc sacrum qui versibus arma
Fortia divinis heroum ornavit Homerum.

Chronographus anonymus MS. Θνήσκει ὁ Ομηρος ἐτῶν γεγονὼς ἐννενήκοντα παρὰ Ιωνία, (lego, Ιῳ τῇ νήσῳ) καὶ Επίγραμμα ἐν τῷ τάφῳ τοῦτο γράφονται. Ενθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν, &c. *Moritur Homerus annos nonaginta natus in Io insula, & in tumulo Epigramma illud inscribunt: Hic sacrum caput,* &c. Pausanias: Δεικνύουσι δὲ Ιῆται καὶ Ομήρου μνῆμα ἐν τῇ νήσῳ, καὶ ἑτέρωθι Κλυμένης, τὴν Κλυμένην μητέρα εἶναι τοῦ Ομήρου λέγοντες. *Ostendunt vero Ietæ & Homeri sepulchrum in insula, & in alio loco Clymenes, Clymenen matrem Homeri fuisse asseverantes.* Proclus *de Vita Homeri*: Περὶ δὲ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ λόγος τις φέρεται τοιοῦτος. Ανελεῖν φασὶν αὐτῷ τὸν Θεὸν χρωμένῳ περὶ ἀσφαλείας τάδε.

Εστιν Ιος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα
Δέξεται. ἀλλὰ νέων ἀνδρῶν αἴνιγμα φύλαξαι.

Λέγουσιν οὖν αὐτὸν εἰς Ιον πλεύσαντα διατρίψαι μὲν παρὰ Κρεωφύλῳ, γράψαντα τὴν Οἰχαλίας ἅλωσιν τούτῳ χαρίσασθαι, ἥτις νῦν ὡς Κρεωφύλου περιφέρεται) Καθεζόμενον

δὲ ἐπί τινος ἀκτῆς θεσάμενον ἁλιεῖς προσειπεῖν αὐτοὺς καὶ ἀνακρῖναι τοῖς ἔπεσιν.

Ανδρες ἀπ' Αρκαδίης θηρήτορες ἦρ' ἔχομέν τι.

Υποτυχόντα δὲ αὐτῶν ἕνα εἰπεῖν·

Οὓς ἕλομεν λιπόμεσθ', οὓς οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

Οὐκ ἐπιβαλλόντος δὲ αὐτοῦ διελέσθαι τὸ αἴνιγμα, ὅτι ἐπ' ἰχθυΐαν καταβάντες ἀφήμαρτον. Φθειρισάμενοι δὲ ὅσους μὲν ἔλαβον τῶν φθειρῶν ἀποκτείναντες ἀπολείπουσιν, ὅσοι δὲ αὐτοὺς διέφυγον, τούτους ἀποκομίζουσιν. Οὕτω δὲ ἐκεῖνον ἀθυμήσαντα σύννουν ἐπιέναι τοῦ Χρησμοῦ ἔννοιαν λαβόντα, καὶ οὕτως ὀλισθέντα περιπτῶσαι λίθῳ, καὶ τριταῖον τελευτῆσαι. *De ejus morte talis sermo circumfertur. Tradunt eum, cum pro sua incolumitate a Deo sciscitaretur, responsum accepisse;*

Insula Ios matris patria est, quæ colliget ossa
Exsanguis: sed enim puerorum ænigma caveto.

Narrant itaque eum, cum Ion advenisset apud Creophylum commoratum, Oechaliæ excidium a se conscriptum illi donasse, quod nunc quasi Creophyli esset manibus hominum teritur: cum vero in littore sedens quiesceret, piscatores, quos viderat, salutans, hisce carminibus compellat;

Viri ex Arcadia venatores, an habemus aliquid?

Ex illis unus sic respondit;

Quæ cepimus amisimus, quæ non cepimus portamus.

Cum ænigmatis mentem non potuisset deprehendere, ad piscationem namque referebat, illi de pediculis loquebantur, captos siquidem occisos amiserant, portarent vero secum eos omnes, qui aufugerant: mœrore confectus cogitabundus discessit oraculi sententiam considerans, sicque lapsus in saxum offendit, & tertium post diem obiit. Auctor *Certaminis* Homerici: Αναμνησθεὶς δὲ τοῦ μαντείου, ὅτι τὸ τέλος αὐτοῦ ἥκει τοῦ βίου, ποιεῖ τὸ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐπίγραμμα. Αναχωρῶν δὲ ἐκεῖθεν ὄντος πηλοῦ ὀλισθὼν καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν πλευρὰν τριταῖος, ὥς φασι, τελευτᾷ, καὶ ἐτάφη ἐν Ἴῳ. Εστι δὲ τὸ Επίγραμμα τόδε.

Ενθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν, &c.

Recordatus itaque oraculi, & finem vitæ proximam tenens, inscriptionem tumuli facit. Inde secedens in luto lapsus, & in latus procumbens post tres dies, ut fama est, moritur, sepultusque est in Io. Inscriptio autem illa est;

Condit humus caput hæc sacrum, &c.

Et nota hunc Auctorem afferere Epigramma illud ab Homero, antequam moreretur, compositum, quod expresse negat Herodotus, qui ait multo post tempore, cum poesis Homerica maximo cum honore publicaretur, hoc carmen ab Iensibus fuisse incisum. Et consentit Suidas: Εκ δὲ τῆς ἀσθενείας ταύτης συνέβη τὸν Ομηρον τελευτῆσαι ἐν τῇ Ἴῳ, οὐ παρὰ τὸ μὴ γνῶναι τὸ παρὰ τῶν παίδων λεχθὲν, καθάπερ οἴονταί τινες. ἀλλὰ τῇ μαλακίᾳ, καὶ ἐτάφη ἐν τῇ Ἴῳ ἐπ' ἀκτῆς, καὶ ἐπέγραψαν οἱ Ἰῆται Επίγραμμα. *Accidit autem ut Homerus ex eo morbo moreretur in Io, non quod minus posset intelligere, quæ a pueris essent dicta, ut quidam putant: sed morbo, & sepultus est in Io in littore, cui Ietæ hanc Inscriptionem addiderunt: Condit humus,* &c. Auctor anonymus *Vitæ Homeri*: Πλανηθέντα δὲ τὸν Ομηρον ἐν Ἰθάκῃ πολλὴν φασὶ διατρίψαι χρόνον, καὶ πολλὰς χώρας ἀμείψαντα ὕστερον ἐν Ἴῳ τῇ νήσῳ τελευτῆσαι, ἐκ τοιᾶσδε αἰτίας. Καθημένου γὰρ ποτε τοῦ Ομήρου ἐν αἰγιαλῷ τυφλοῦ αὐτοῦ ὄντος, αἰσθάνεσθαι φασὶν ἁλιεῖς παρερχομένους, πρὸς οὓς εἶπεν. Ανδρες ἀπ' Αρκαδίης. τοὺς δὲ ἀποκριθέντας εἰπεῖν. Οὓς ἕλομεν. Τὸ δὲ λεγόμενον ἐστὶ τοιοῦτον. Επειδὴ γὰρ οὐδὲν ἦσαν ἔχοντες τότε ἐξ ἁλείας ἐφθειρίζοντο. καὶ οὓς μὲν ἔλαβον ἐκ τῶν φθειρῶν φονεῦσαι, καὶ μὴ ἔχειν, οὓς δὲ οὐκ ἔλαβον ἐν τῇ ἐσθῆτι περιφέρειν. Οὐ νοήσας δὲ τὸ λεγόμενον ἀπὸ θλίψεως ἐτελεύτησεν ἐν Ἴῳ τῇ νήσῳ. Εθαψαν δὲ αὐτὸν μεγαλοπρεπῶς οἱ Ἰῆται, χαράξαντες ἐπὶ τῷ τάφῳ τὸ Επίγραμμα τοῦτο παρ' αὐτοῦ ζῶντος ἐπιγεγραμμένον εἰς αὐτόν. *Erro autem Homerus, ut fertur, Ithacæ multo tempore commoratur, & per varias urbes peregrinatum tandem in Io insula hanc ob causam vita functum fuisse tradunt. Nam cum aliquando Homerus luminibus orbatus in littore sederet, & piscatores inde gradientes persentisceret, eos interrogavit. Viri ab Arcadia: Piscatores responderunt: Quæcunque accepimus. Carminis sententia est. Cum enim illi tunc nihil possiderent post piscationem pediculos venabantur, & quos ipsi accepissent, occisos cum non haberent, non se habere, quos non acceperant, eos in vestimentis circumferre dixerunt: dictum cum non percepisset Homerus, mœstitia vitam finiit in insula Io, quem magnifice admodum Ietæ sepelierunt, Epigrammate, quod ille sibi vivus composuerat, in lapide exciso.* Et alius: Φασὶ δὲ αὐτὸν ἐν Ἴῳ τῇ νήσῳ διὰ λύπην ἀποκαρτερήσαντα τελευτῆσαι, διὰ τὸ μὴ λῦσαι τὸ ζήτημα τὸ ὑπὸ τῶν ἁλιέων αὐτῷ προτεθέν. Ο μὲν γὰρ ἐπιστὰς ἤρετο. Ανδρες ἀπ' Αρκαδίης. οἱ δὲ ἀπεκρίναντο Οὓς ἕλομεν. Επιγέγραπται δὲ ἐν τῷ μνήματι αὐτοῦ. Ενθάδε τὴν ἱεράν. *Ferunt ipsum in Io insula mœrore obrutum vita excessisse, quod quæstionem sibi a Piscatoribus propositam solvere nescisset. Ipse namque occurrens interrogavit: Viri ab Arcadia. Piscatores responderunt: Quæcumque cepimus. Inscriptum est & in ejus sepulchro hoc Epigramma. Hic sacrum,* &c. Strabo *lib.* x. Τούτων δ' ἰσον ἑκάστῃ ἀπέχει νησίδιον Ἴος, ἐν ᾧ κεκηδεῦσθαι φασί τινες τὸν Ποιητὴν Ομηρον. *His æque distat insula Ios, in qua sepultum ferunt nonnulli Homerum Poetam.* Plinius *lib.* IV. *cap.* XII. *Ios a Naxo viginti quatuor mill. pass. Homeri sepulchro veneranda, longitudinis viginti quinque mill. antea Phœnice appellata.* His forte ambiguis verbis Plinii lapsus est Martianus Capella, qui in Naxo scribit mortuum Homerum, & tumulatum. Solinus *cap.* XVII. *Ios Homeri tumulo cæteras antecedit.* Alcæus Messenius in *Epigrammate*:

Ηρώων τὸν ἀοιδὸν Ἴῳ ἔνι παῖδες Ομηρον
Ηκαχον ἐκ Μουσέων γρῖφον ὑφηνάμενοι.
Νέκταρι δ' εἰνάλιαι Νηρηΐδες ἐχρίσαντο,
Καὶ νέκυν ἀκταίῃ θῆκαν ὑπὸ σπιλάδι.
Οττι Θέτιν κύδηνε, καὶ υἱέα, καὶ μόθον ἄλλων
Ηρώων, Ἰθακοῦ τ' ἔργματα Λαρτιάδεω.
Ολβίστη νῆσος πόντῳ Ἴος, ὅττι κέκευθε
Βαιὴ Μουσάων ἀστέρα καὶ Χαρίτων.

Id est, cultissima sodalitii mei Salvii Angrisani interpretatione.

Abstulit Heroum cantorem griphus Homerum
Mire intortus, Ios qua jacet in pelago.
Nectare perfusum Nereides inde marina
Texerunt corpus littoreo lapide.
Ille etiam Thetim, & natum, Heroumque labores
Concinit, aque Ithaci facta operosa ducis.
Parva licet, pelagi felix Ios insula, namque
Musarum sidus continet, & Charitum.

Antipater Sidonius:

Τὰν μερόπων πειθὼ, τὸ μέγα στόμα, τὰν ἴσα Μούσαις
Φθεγξαμέναν κεφαλὰν, ὦ ξένε, Μαιονίδεω,
Αδ' ἔλαχον νασῖτις Ἴη σπιλάς. οὐ γὰρ ἐν ἄλλᾳ
Ἱερὸν, ἀλλ' ἐν ἐμοὶ πνεῦμα θανὼν ἔλιπεν.
Ω νεῦμα Κρονίδαο τὸ παγκρατὲς, ᾧ καὶ Ολυμπον
Καὶ τὰν Αἴαντος ναύμαχον εἶπε βίαν.

Καὶ τ̃ Ἀχιλλείοις Φαρσαλίσιν Ἕκτορα πώλοις
Ὀστέα Δαρδανικῷ δρυπτόμενον πεδίῳ.
Εἰ δ' ὀλίγα κρύπτω τ̃ τηλίκον, ὅσθ' ὅτι κεύθει
Καὶ Θέτιδος γαμέταν ἀβραχύβωλος Ἴκος.

Id eſt,

Flexanimum, Muſiſque parem, linguaque potentem,
Hoſpes, Ios ſcopulo contego Mæonidem.
Non aliam tanto dignatus munere terram,
Hic ſacram liquit mortuus ille animam:
Hac Jovis horrendos nutus, hac dixit Olympum,
Prælia pro tranſtris hac Telamoniadæ.
Hac & Achilleis raptatus ut Hector equabus
Omnia Dardanico fregerit oſſa ſolo.
Parva autem tantum ſi celo; nonne maritum
Et Thetidos glebarum indiga condit Icos.

Agnoſcis, mi Lucide, verſionem tuam. Macte vir ingenio. Proprios Græcorum theſauros ac flores elegantiſſimis hiſce Muſis tuis etiam Latinis auribus fac communes. Paulus Silentiarius:

Ἐνθάδε Πιερίδων τὸ σοφὸν στόμα, θεῖον Ὅμηρον
Κλεινὸς ἐπ' ἀγχιάλῳ τύμβος ἔχει σκοπέλῳ.
Εἰ δ' ὀλίγη γεγαῦα τόσον χάδεν ἀνέρα νῆσος
Μὴ τόδε θαμβήσῃς ὦ ξένε δερκόμενος.
Καὶ γὰρ ἀλητεύουσα κασιγνήτη ποτὲ Δῆλος
Μητρὸς ἐπ' ὠδίνων δέξατο Λητοΐδην.

Hæc ita verti poſſent,

Hic, os Pieridum, divus tumulatur Homerus,
Qua Nereus ſcopulum ſpumeus urget aquis.
Quiſquis ad hæc oculos jacis hoſpes, ne tibi mirum,
Quod capiam tam ingentem inſula parva virum;
Nam ſoror & Delus fluitans per cærula quondam
Latonæ occuluit ſola puerperium.

Et cum de Io ſit ſermo, M. Varronis Epigramma ex primo libro *de Imaginibus*, quod Homeri imagini appoſuit, ut patriam Homeri indicaret, refertur a Gellio *lib.* III. *cap.* XI. Id ita ſe habet: *M. Varro libro de Imaginibus primo, Homeri imagini hoc Epigramma appoſuit:*

Capella Homeri candida tumulum indicat
Quod ariete mortuo faciunt ſacra.

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου·
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίς, Χίος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Hoc, inquam, Epigramma explicandum eſt.

Hieronymus Magius *Miſcellan.* lib. III. cap. I. ait, multis obductum tenebris, longeque difficillimum hoc eſſe Epigramma: dicit ſe inſudaſſe quærendo, quonam pacto ad Homeri patriam indicandam Varronis diſtichon faceret. Demum ſuſpicatur ideo dictum, mortuo ariete fieri Homeri Manibus ſacrum, ut vaga Homeri natura, & patriæ ipſius obſcuritas ac incertitudo induceretur, quod hoc animal rei plurimum congruere videretur. Probat hiſtoria Liberi Africam oppugnantis, cui errans aries ex inſperato aquam oſtendit apud Hyginum. Ideoque optime Poetas finxiſſe Phryxum & Hellen in exilium ejectos, ut vagarentur a matre fuiſſe arieti impoſitos. Ad hæc arietis ſignum obſcurum eſſe traditur, ideoque, ut refert Hyginus, triangulum ſuper caput ejus poſitum, ut illius ſplendore, quo loco eſſet aries non admodum

A conſpicuus ſignificaretur. Homerum vero fuiſſe vagum & peregrinum, ex vitæ ejus lectione, Pauſania, & Epiphanio manifeſtum eſt; ita ut ejus etiam parentes ignoraverit Antiquitas, & Homerus ipſe, qui de hac re Apollinis oraculum conſuluiſſe dicitur. Præterea aries quadrat Homero, quia quemadmodum aries cœleſtis inter ſigna cœleſtia, & terreſtris in grege, Columella lib. *de Hort.* de Ariete,

Signorum & pecorum princeps caput efferet undis;

B ita etiam Homerus princeps Poetarum ſemper habitus eſt. Et Varronis teſtimonio, ariete apud Romanos principatus ſignificabatur, Plutarchi ſupremus locus. Ideo Iſocratis ſepulchro inſculptus fuerat aries, qui ſignificatus ex Hilario communis eſt etiam Hebræis. Dicitur candida, quia marmorea fingebatur, neque hic occultum aliquod ac latens indicabat. Sed aliis etiam alia indicaſſe hiſtoria compertum eſt. Aliquando idem Magius in ea fuerat ſententia ut his verbis Homerus Syrus fuiſſe indicaretur ob Syrias capras præcellentes ac in pretio habitas. Verum hæc opinio
C quam firmitatem habeat, ſuperius examinavimus.

Chriſtophorus Bethicus longa commentatione, quam Franciſcus Luiſius lib. II. *Parergon* c. XVII. magni fecit, & Magius ibidem refert, hoc Epigramma exponere conatus fuit. Ea autem fuit propter Arietis ſignum cæcum & obſcurum lumen, Homeri cæcitatem obſcuritatemque ſignificari, ejuſque nomen abſtruſum. Capellam Mathematici in trigeſimo Arietis gradu collocant, influentem mentis concuſſionem animique vertiginem, quo fit, ut quos Horoſcopo invadit, rerum ii facile ſatagant, & mendicando ſollicitentur, vexenturque, quod uſuveniſſe Homero, ænigmate piſca-
D torum manifeſtum fit, licet alii aliter ſentiant. Et quemadmodum Diis animalia illis infeſta ſacrificabant, ſic & hanc capellam Homero infenſiſſimam, cujus vertigine, ut pleriſque placuit, periit. Et conſtruendum eſt. Hoc indicat tumulum Homeri, quod faciunt ſacra capella candida, ariete mortuo, id eſt, mactato. Et ea ſententia, Hoc indicat eſſe tumulum Homeri, cujus eſt ſtirps dubia, quia faciunt ei ſacra ſacrificio ancipiti. Sed quomodo hi verſus ad rei ſeriem ſpectant, quæ de Homeri ſolo natali, aliquid, ut afferatur, requirit.

Quinctinus Acanthius ait poſteriorem verſiculum corruptum eſſe, & pro *Ariete*, *Ietæ* legen-
E dum, cum ſatis conſtet in Io inſula Homerum obiiſſe, illique Ienſes ſepulchrum conſtruxiſſe. Huic correctioni plaudit Magius, multique alii; certum enim videtur, & nos ſupra oſtendimus, Ienſes Homero mortuo, & ſepulchro illius carmen feciſſe; nec difficile eſt inventu apud Auctores, aras prope ſepulcra conſtrui conſueviſſe. Quare legendum putant *Aræ Ietæ*, vel *Ara Ietæ*.

Adhuc hæc correctio non ſatisfacit, quippe *Ara* illa neſcio quomodo invita Minerva per vim intruſa ſententiæ mentem non uſquequaque aperit: quin ſententiam ipſam veluti obſtaculo interſectam plane fluentem impedit, reflectitque. Quis
F enim unquam facere mortuo ſacra ara, vel aræ audivit? Quare diligentius verba Varronis examinanda. Et ut concedamus Magio, & Bethico, aliiſque, ſi qui ſunt, Varronem in Epigrammate, quod imagini Homericæ appoſuit, Homeri patriam indicare voluiſſe, ideoque a Gellio relatum, ut quid de ea Varro ſenſerit, nobis innoteſceret, adhuc nihil obſtat, qui claram apertamque Varronis ſententiam habeamus. Dixerat ergo Gellius plurimas urbes pro Homero maxima diſſenſione decertaſſe.

Optime illud quidem. Quid Varro de eo dixerit, Epigrammate illo, quod imagini apposuit, nobis aperuit. Quod fuit Epigramma? Illud,

Capella Homeri candida hoc tumulum indicat.
Quod ariete mortuo faciunt sacra.
Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶς, Χίος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Hoc totum fuit Epigramma Varronis: cave illud dividas, distichonque Latinum a Græco sejungas. Varronis is mos fuit, Latinæ orationi sæpissime Græca committere, & sententiam, quæ minus feliciter Latinis verbis cadere videbatur, Græcis exposuit: ut magis varie, venuste, aucteque orationem totam intexeret. Quare & hoc Epigramma Latinis simul & Græcis carminibus absolvit: quo nobis suam de Homeri patria opinionem palam fecit; quæ certa erant pro certis, quæ dubia pro dubiis afferens. Itaque Epigrammatis significatus ille erit. Viator, sive hujus imaginis spectator, hic, quem intueris tumulum, Homeri est: argumento sit capella candida, idque ea ratione, quod Ietæ, apud quos dicitur ille tumulatus, dum sacra Homero faciunt, nonnisi capella faciunt. Ideoque secundum carmen variis male habitum, namque *Ariete* legi, versus ratio, *Ara*, vel *Aræ Ietæ* sententiæ non patitur, ita corrigo, *Quod*, vel *Quoi capra Ietæ mortuo faciunt sacra*. Sic enim in primo versu dicti rationem reddit. Quare capella candida indicat Homeri tumulum? Quia Ietæ capella Homero faciunt sacra. Itaque de tumulo Homeri ac morte, quæ pro certis Varro ipse habebat, expositis, ad incerta procedit; & ait se nihil certi statuere posse, cum septem sint urbes, quæ pro eo contendant, quas ipse disticho Græco numeravit; ne ut ille alter de Homero dicebat, aliquid firmum decernens, vel certum, quod ipse non habebat, εἰπὼν, ἕξει τὰς ἄλλας αὐτῷ ἀπεχθομένας. Inania ergo sunt, quæ pro invenienda patria Homeri, a jam dictis de ariete hinc inde petita adducuntur; cum non in eo, ut ipsi male sibi autumant, Homeri patria lateat. Quare ergo Ietæ Homero mortuo capella faciunt sacra? Ab Ietis ipsis potes petere, quorum instituti ratio nondum liquet: si liqueret, ad rem nostram minime faceret. Dicas, si placet, ideo id fieri, quia Homerus Apollini Musisque gratissimus, & Apollini capris albis auratis sacrum fieri Græco ritu consuevisse demonstrat Liv. *lib.* v. *Decad.* III. sic etiam Jovi Deorum primo capræ immolabantur, ut Aristoteles lib. v. *Ethicor.* & Herodotus in *Euterpe* testantur. Quare non incongruum erit Poetarum principi iisdem capris immolari. Sed rationem sui facti Ietæ ipsi secum habeant.

Sic item certum est, Varronem scripsisse Χίος, non Ἴος. Quamvis enim, ut nos etiam superius notabamus, nonnulli Homerum Ietem statuerent, quæ opinio cum dubia satis, non sibi constaret, tamen Varro, quod etiam verisimilius est, communiorem in hac re sententiam secutus Chium posuit, cum distichon illud nonnisi ad aliorum distichorum normam, quæ de patria Homeri tractant, probabile sit, composuisset, nec unquam omisisset Chion, cujus in afferendo sibi Homero ea jura sunt, ut cæteris omnibus antecedat, sicut etiam nec alias omisit, quæ in hac re sunt potioris juris. Et ridiculi omnino essent, si qui rationes Chiorum cum Ietarum de patria Homeri vel solum conferre auderent. Accedit plurimorum Manuscriptorum, eorumque antiquissimorum fides, qui Χίος, non Ἴος, legunt. Et existimo mutationis hujus originem non aliunde ortam, quam a prava hujus Epigrammatis Varroniani intelligentia. Qui cum ex illius sententia Ietem Homerum concluderent, non potuerunt sibi parcere, quin etiam in disticho Græco, in quo non erat, intruderent. Pessimam pessimorum hominum audaciam, qui cum Auctorum dicta, habete ipsi ingenio ac infelici, non intelligant, ad perniciosam, quam sibi fingunt, opinionem audacter, verbis immutatis, vel additis, vel detractis, distrahunt, sicque seriem orationis pervertunt, ut nusquam ad primam illam, quam Auctor scripserat, formam restitui spes ulla sit. Ideo deinceps felicioribus ingeniis provincia illa incumbit, ut quæ illi depravarunt, non sine maximis vigiliis restituant. Pereant fanatici isti homines cum suis male feriatis correctionibus, in perniciem tantum Reipublicæ literariæ nati.

CAP. XII.

Smyrnæi item suum esse confirmant, Meletis & Critheidis Nymphæ filium. Ortelii inscitia. Alii eum apud Meletem fluvium natum patre Mæone. Hinc Melesigenes, & Mæonides. Potest dici etiam a Mæonia. Smyrnæi ut Homerum sibi civem assererent Homereum extruxerunt, nummumque Homericum dictum publicarunt. Hæc tamen non usquequaque probant. Zoili propter maledicentiam in Homerum a pluribus mors accelerata.

ADEST jam urbs Asiæ nobilissima, qua odeis, qua gymnasiis, qua porticibus, qua omni structura platearum ac domorum spectabilis Smyrna, fœcundorum ingeniorum altrix, & Homerum non vulgaribus repetit rationibus. Plutarchus: Ὅμηρον τοίνυν Πίνδαρος μὲν ἔφη Χῖόν τε καὶ Σμυρναῖον γενέσθαι. *Homerum itaque Pindarus dixit Chium & Smyrnæum fuisse.* Auctor *Homericæ Vitæ*: Τὸ γένος κατὰ μὲν Πίνδαρον Σμυρναῖος, *Genere sententia Pindari Smyrnæus.* Chium cur tacuerit, cum alii dicant, ipse non quæro. Suidas: Οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν Σμυρναῖον, οἱ δὲ Χῖον, *Alii enim dixerunt Smyrneum, alii Chium.* Gellius: *Alii Colophoniam, alii Smyrnæum.* Cicero: *Smyrnæi suum esse confirmant.* Scylax Caryandenus in *Periplo*: Καὶ Σμύρνα, ἐν ᾗ (lego ἐξ ἧς) Ὅμηρος ἦν, Φώκαια, καὶ λιμὴν. *Et Smyrna, ex qua Homerus fuit, Phocæa, & portus.* Proclus Οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, οἱ δὲ Ἰήτην, οἱ δὲ Κυμαῖον. *Alii Chium, alii Smyrnæum, alii Ietem, alii Cumæum.* Eustathius in *Proœmio Iliad.* Ἔστι γὰρ κατὰ τὴν τῶν ποθούντων ἔφεσιν, καὶ Ἰήτης, καὶ Σμυρναῖος, καὶ Ἀθηναῖος, καὶ Αἰγύπτιος. *Secundum uniuscujusque desiderium est, & Ietes, & Smyrnæus, & Atheniensis, & Ægyptius.* Epigram.

Χῖος ἔφυς; οὐ φημί. Τί δὲ, Σμυρναῖος; Ἀπαυδῶ.
Chius es? Nequaquam. Quid porro, Smyrnæus? Inficior.

Et aliud:

Οὐχὶ πέδον Σμύρνης ἐλοχεύσατο θεῖον Ὅμηρον.
Non solum Smyrnes parturiit divinum Homerum.

Antipater:

Οἱ δὲ καλὰν Σμύρναν, οἱ δ' ἐνέπουσι Χίον.
Alii pulchram Smyrnam, alii dicunt Chium.

Silius *lib.* IV.

Mantua Musarum domus, usque ad sidera cantu
Evecta Andino, & Smyrnæis æmula plectris.

Joannes Tzetzes:

Ὁ Ὅμηρος ὁ πάνσοφος ἡ θάλασσα τῶν λόγων,
Πλὴν γέμουσα τοῦ νέκταρος οὐχ ἁλμυρῶν ὑδάτων,
Ἑπτὰ πατρίδων λέγεται τυγχάνειν ἀμφιβόλων,
Ἑπτὰ πατέρων, γέννημα, καὶ τούτων ἀμφιβόλων.
Σὺ δὲ Σμυρναῖον γίνωσκε τὸν Ὅμηρον ὑπάρχειν.

Et alibi:

Ἑτέροις βαβυλώνιος, Χῖος δοκεῖ τοῖς ἄλλοις,
Ἰήτης, Κολοφώνιος, Σμυρναῖος, Ἀθηναῖος,
Σὺ δὲ Σμυρναῖον γίνωσκε τὸν Ὅμηρον τυγχάνειν.

Id est,

Homerus omniſcius mare ſermonum,
Sed plenum nectaris non ſalſarum aquarum,
E ſeptem patriis dicitur eſſe ambiguis;
Septem patrum fœtum, & illis ambiguis:
Tu vero Smyrnæum agnoſce Homerum eſſe.

Et alibi:

Alii Babylonius, Chius videtur aliis,
Ietes, Colophonius, Smyrnæus, Athenienſis,
Tu vero Smyrnæum agnoſce Homerum eſſe.

Auſonius in *Moſella*:

—— Quod ſi tibi dia Moſella
Smyrna ſuum vatem, vel Mantua clara dediſſet,
Cederet Iliacis Simois memoratus in oris,
Nec præferre ſuos auderet Tibris honores.

Ariſtides Rhetor *Monodia in Smyrnam* Ὦ πάντα ἀνόμοια τοῖς πρότερον. τὰ μὲν ἀρχαῖα, Κουρήτων χοροί, καὶ τροφαὶ καὶ γενέσεις Θεῶν, καὶ Πέλοπες διαβαίνοντες ἐνθένδε, καὶ Πελοπόννησος ἀποικία, καὶ Θησεὺς οἰκιστὴς τῶν ὑπὸ τὸν Σίπυλον τόπων, καὶ Ὁμήρου γοναί, καὶ ἀγῶνες, καὶ τρόπαια, καὶ νῖκαι παρὰ τοῖς ἄρχουσιν. *O quam ſunt omnia prioribus diſſimilia! Antiqua quidem erant illa, Corybantum chori, educationes, ac natales Deorum, Pelopes hinc tranſeuntes, Peloponneſus colonia, Theſeus conditor locorum ſub Sipylo, Homeri ortus, certamina, trophæa, victoriæ apud ſummos Principes.* Et in *Epithaphio Alexandri*: Καὶ μὴν εἰ Ὅμηρον Σμυρναίοις παρασχέσθαι, καὶ Παρίοις Ἀρχίλοχον, καὶ Βοιωτοῖς Ἡσίοδον, καὶ Κίοις δὲ Σιμωνίδην, καὶ Στησίχορον Ἱμεραίοις, καὶ Θηβαίοις Πίνδαρον, καὶ Μιτυληναίοις Σαπφὼ καὶ Ἀλκαῖον, καὶ ἑτέροις ἑτέρους τινὰς φέρει φιλοτιμίαν. Τὰς γὰρ Ἀθήνας ἐῶ τανῦν. Εἰποῦ καὶ ὑμᾶς μέγα φρονεῖν εἰκὸς ἐπὶ τῷ τούτους ἅπαντας κοσμήσαντι καὶ δείξαντι. *Quin imo ſi Smyrnæis Homeri, Pariis Archilochi, Bœotiis Heſiodi, Ceis Simonidis, Himeræis Steſichori, Thebanis Pindari, Mitylenæis Sapphonis, & Alcæi, aliiſque populis aliorum virorum ortus glorioſus fuit. Athenas enim nunc omitto, vos etiam merito de illo, qui hos omnes exornavit & patefecit, jactare vos poteſtis.* Idem innuit *Oratione Panathenaica*: Εἰ δὲ δεῖ καὶ τοῦ Ὁμήρου μνησθῆναι, μετέχει καὶ ταύτης τῆς φιλοτιμίας ἡ πόλις, οὐ μόνον διὰ τῆς ἀποίκου πόλεως, ἀλλ' ὅτι καὶ ἡ φωνὴ σαφῶς ἐνθένδε. *Tum etiam Homericæ laudem ſibi urbs vindicat, non tam coloniæ gratia, quam quod illius ſermo veſter eſt.* In quem locum Scholiaſtes: Σμυρναῖος Ὅμηρος. Σμύρνα δὲ Ἰωνικὴ πόλις. Ἴωνες δὲ Ἀθηναίων ἄποικοι, ἧς, ὡς Ἀριστείδης ἐν τῇ Σμύρνης Μονῳδίᾳ φησί, Θησεὺς οἰκιστὴς γέγονε ταύτης. *Smyrnæus Homerus. Smyrna vero Jonica urbs. Iones Athenienſium colonia, cujus, ut Ariſtides in Monodia de Smyrna dicit, Theſeus conditor fuit.* Quamvis alius ἄποικον πόλιν ad Chion & Colophona detorſit, unde Homerus eſſe dicitur: Ἀποίκου πόλεως τὴν Χίον φησίν, ἢ Κολοφῶνα, ὅθεν Ὅμηρος εἶναι νομίζεται. Ἄποικος δὲ αὕτη Ἀθηναίων, καὶ τοῦ Ὁμήρου. καὶ γὰρ καὶ ἔπος ἀττικίζει εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ στίχῳ λέγων Πηληϊάδεω, Ἀττικὸν γάρ ἐστιν, ὡς τὸ Μενέλεω. *Coloniæ Chium, vel Colophonem intelligit, unde Homerus eſſe exiſtimatur.*

A *Colonia vero ea fuit Athenienſium. Et Homeri. More enim ipſo primo verſu Atticorum loquitur* Πηληϊάδεω *dicens, quod Atticum eſt, ſicut & illud* Μενέλεω. C. Julius Solinus *Polyhiſtoris* cap. XLIII. *Smyrna unde præcipue nitet, Homero Vati patria extitit, qui poſt Ilium captum anno ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo humanis rebus exceſſit, Agrippa Silvio Tiberini filio Albæ regnante anno ante urbem conditam centeſimo ſexageſimo.* Nec diſſimili ſententia Epigramma *in Piſiſtratum*:

Ἡμέτερος γὰρ ἐκεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης,
Ἥνπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἀπῳκίσαμεν.

B Hoc eſt,

Noſter erat civis Vates; namque aureus ille,
Mopſopidæ Smyrnam ſi coluiſtis avi.

Smyrna namque Athenienſium colonia, quam ipſi Homeri patriam fuiſſe fatebantur. Plutarchus item in *Sertorio*: Δυεῖν ἐπωνύμων τοῖς εὐωδεστάτοις φυτοῖς πόλεων, Ἴου, καὶ Σμύρνης, τὸν Ποιητὴν Ὅμηρον, ἐν ᾗ μὲν γενέσθαι λέγουσιν, ἐν ᾗ δ' ἀποθανεῖν. *Ion & Smyrna duarum fragrantiſſimarum plantarum cognomines urbes, altera Poetam Homerum protulit, altera ſepelivit, ut narrant.* Hæc elegantiſſime imitatus eſt M. Antonius Caſanova Epigrammate *de*
C *Homero*:

An Smyrna eſt, quæ te naſcentem excepit, Homere?
Anne fuit vatem quæ tumulavit Ios?
Altera nomen habet Violæ, tenet altera Myrrhæ,
Fata tuum his decorant ortum obitumq; locis.
Quid magis eſt, quod te divine deceret Homere,
Quam naſci in Myrrha, decedere in Viola?

Hinc manifeſte colligitur error Stephani Nigri *Præfat. in Homerum*, qui ex Plutarcho, loco *Ios*,
D *Chios* per nefas obtrudit: *Plutarchus in Sertorii Vita de ortu atque obitu Homeri hoc refert: Chios & Smyrna opulentiſſimarum civitatum nomina habent, quarum in altera natus eſt Homerus, in altera deceſſit.* Libro item IV. *Antholog.* epigramm. cap. XXXI. Incertus:

Νεῖκος Ἀριστείδης Ἰάδων κατέπαυσε πολήων
Τὸ πρὶν Ὁμηρείης εἶχον ὑπὲρ γενεῆς.
Φασὶ γὰρ πᾶσαι, Σμύρνη τέκε θεῖον Ὅμηρον,
Ἡ καὶ Ἀριστείδην ῥήτορα γειναμένη.

Id eſt, ex interpretatione Andreæ Bajani,

E *Lis ab Ariſtida periit, quæ ingentis Homeri*
De Patria Ioniis urbibus ante fuit.
Namque omnes perhibent Smyrnam peperiſſe Poetam,
Quæ quoque Ariſtidem Rhetora digna tulit.

Et cap. XXVIII. εἰς Σωτῆρια ἐν Σμύρνῃ;

—— ἐκ ῥαθίων γὰρ
Τερπωλὴν ἀκόρητον ἐν ἄστει θῆκεν Ὁμήρου.

Ubi ἄστυ Ὁμήρου Smyrnen vocat.

Dubitavit Themiſtius *Orat.* XIX. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τοῖς τόποις, ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσι προσέχειν· Καὶ ἐγὼ τὰ Ὁμήρου ἔπη, εἴτε ἐν Σμύρνῃ, τῶν Ἀθήνησι γενομένων
F ἁπάντων προτιμῶ τε, καὶ πλεῖστου ἀναγινώσκειν ἐθέλοιμι. *Et ego ſane nunc verſus Homeri, ſive in Chio, ſive Smyrnæ illos forte fecerit, omnibus, qui Athenis ipſis compoſiti fuere, priores habeo, ac legere malim.* Sed de ſententia Themiſtii inferius dicemus. Tanti enim, prudentiſſimi, ac eruditiſſimi viri auctoritate, Homerus, quicquid alii dicant, Chius eſt. Et ex recentioribus Federicus Urbini Dux in Muſeo ſuo ornatiore, inter præſtantium virorum imagines Homero ſub-

ſcripſit, ut Natan Chytræus in *variorum in Europa itinerum Deliciis*, & Franciſcus Sweertius Antuerpienſis in *ſelectis Chriſtiani orbis Deliciis* tradunt: HOMERO *Smyrnæo, cujus poeſim ob divinam diſciplinarum varietatem omnis ætas admirata eſt, aſſecutus nemo, Gratitudo P.* Elias Vinetus *Not. in Moſellam Auſonii: Smyrna urbs Ioniæ patria Homeri, ut Mantua Virgilii. Tamen*

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου, &c.

Philetius lib. *de Poetis antiquis* in Theocrito:

Quantum Smyrnæi magno lætantur Homero,
Heſiodo quantum nobilis Aſcra ſuo.
Culta Syracuſiæ tantum quoque mœnia terræ
Simichida campis Siculis ora tuis.

Laurentius Pignorius *Symbol. Epiſtol. epiſt.* XLVIII. *ad Hieronymum Aleandrum: Neque ſane decebat Muſas non habitare Smyrnæ, quæ patria Homero fuit, parentibus Melete amne & Chritheide Nympha, ut quidem habent nummi veteres, & Philoſtratus cum Arnobio.* Paulus Merula *Carmine in Agathiam:*

Lares mihi Smyrnæ paterni, quæ ſuum
Civem eſſe Homerum principem vatum omnium
Princeps probavit olim, & ante cæteras,
Quæ inierant certamen, urbes Græciæ.

Petrus Halloix *Not. in Vitam S. Polycarpi* cap. I. de Smyrna: *Sed laus major, quamvis & hæc profana, quod Homerum Poetam & Ariſtidem hunc ipſum Oratorem tulerit. Ac Homerum quidem tametſi multi ſibi arrogant juxta illud apud Gellium,* Ἑπτὰ πόλεις, &c. *tametſi inquam multi populi Homerum ſibi civem arrogent, tamen eum ſibi præcipue vindicant Smyrnæi, teſte, ut dixi, præter complures alios, Strabone lib.* XIV. *Geograph. ubi inter alia ſic de Smyrna,* Ἐστι δὲ καὶ βιβλιοθήκη, &c. *De templo meminit & Cicero in Orat. pro Archia. Huc facit & illud Lucani lib.* IX. *de Bello Civili:*

Invidia ſacræ Cæſar ne tangere famæ,
Quantum Smyrnæi durabunt Vatis honores,
Venturi me teque legent: Pharſalia noſtra
Vivet, & a nullo tenebris damnabitur ævo.

Ubi per Smyrnæum Vatem *intelligit Homerum. De Ariſtide vero juniore & æquali S. Polycarpi teſtatur hoc ſubjectum Epigramma antiqui, ſed incerti, Auctoris in ejus ſtatuam,* Νεῖκος Ἀριστείδης Ἰάδων, &c. Hæc reſpexiſſe videtur Auguſtinus Beatianus in *lacrymis de funere Petri Bembi ad Coſmum Medicem:*

Unica & evadat Florentina regia Phœbi,
Unde petant quibus ora rigent ſitibunda Poetæ
Flumina, quæ Smyrna hauſit, quæ Mantua poſtquam
Hauſit, cygnæos auſa eſt emittere cantus.

Et neſcio quis *in eundem:*

Hic tantum Muſis faſtus afflavit Hetruſcis,
Mantua quæ tacuit, Smyrnaque docta ſilet.

Simon item Lemnius Emporicus *Præfatione in Odyſſeam ad Annam de Montmorenci Equitem Auratum:*

Smyrnæi campos miratur Græcia Vatis,
Hoc etiam obſtupuit decolor Indus opus.

Smyrnæum quoque facit Virgilius Caracciolus in *Compendio Deſcriptionis Univerſi* in prima tabula Aſiæ. Joannes Brodæus *Not. in tertium Epigramm. cap.* XXV. *Quin vero Smyrnæus fuerit, ſi tamen graviſſimum eſt multitudinis teſtimonium, non ambigo: licet Chii numiſma ferirent, in cujus poſtica parte Homeri facies erat inſculpta; Lesbii olim Sapphus effigiem, hodie Mantua Virgilii in numexprimit.* Angelus Politianus grandi ſane cothurno, ſed lepidis Poetarum fabellis Homericos apud Smyrnæos natales ſic exornavit, in *Ambra:*

Hermæo prætenta ſinu fuit inclyta quondam
Urbs toti prælata Aſiæ, Bœbejus illam
Conjugis extinctæ monimentum nobile Theſeus
Eſſe dedit Smyrnes; artemque in monte locavit
Proſpectantem undas ſemel, & ſua tecta tuentem,
Quo flet mœſta ſilex Niobe, Niobeſque ſepulchrum.
Hic placido fluit amne Meles, auditque ſub altis
Ipſe tacens antris meditantes carmina cygnos.
Hæc vatem eximium tellus, ita ſancta vetuſtas
Credidit, hæc illum dias in luminis oras
Prima tulit, pater Aonii Deus incola luci
Ductare aſſuetus thyaſos, ſacriſque ſororum
Reſponſare choris, & pars contendere Phœbo,
&c.

Eum Melete fluvio, qui ipſius urbis mœnia lambens in mare influit, & Critheide Nympha natum, & ab eo Meleſigenem dictum aſſerunt. Certamen Homericum: Καὶ πρῶτοί γε Σμυρναῖοι Μέλητος ὄντα τοῦ παρ' αὐτοῖς ποταμοῦ, καὶ Κριθηΐδος Νύμφης κεκλῆσθαί φασι πρότερον Μελησιγενῆ· ὕστερον μέντοι τυφλωθέντα Ὅμηρον μετονομασθῆναι διὰ τὴν παρ' αὐτοῖς ἐπὶ τῶν τοιούτων συνήθη προσηγορίαν. *Et primi quidem Smyrnenſes a Melete, qui prope urbem fluit, & Critheide Nympha dicunt prius Meleſigenem vocatum: cum deinceps oculos amiſiſſet, Homerum denominatum propter communem apud illos uſum loquendi.* Et inferius: Μαίονος δὲ θυγατρὸς καὶ Μέλητος τοῦ ποταμοῦ Ὅμηρον. *Mæonis vero filiæ & Meletis fluvii Homerum.* Philoſtratus in *Melete:* Τί οὖν αἱ Μοῦσαι δεῦρο; Τί δὲ ἐπὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ Μέλητος; Ἀθηναῖοι τὴν Ἰωνίαν ὅτε ἀπῴκιζον, Μοῦσαι ἡγοῦντο τοῦ ναυτικοῦ ἐν εἴδει μελιττῶν. Ἔχαιρον γὰρ τῇ Ἰωνίᾳ διὰ τὸν Μέλητα, ὡς Κηφισοῦ καὶ Ὀλμειοῦ ποτιμώτερον. Ἔδοξεν μὲν οὖν αὐταῖς καὶ χορεύσαις ποτὲ ἐνταῦθα. Νυνὶ δὲ γένεσιν τῷ Ὁμήρῳ αἱ Μοῦσαι κλώθουσι, Μοίραις δοκοῦν, καὶ δώσει διὰ τοῦ παιδὸς ὁ Μέλης Πηνειῷ μὲν ἀργυροδίνῃ εἶναι, &c. *Quidnam hæc Muſæ? Quid ad Meletis fontes? Cum Athenienſes Jonicas colonias ducerent, Muſæ claſſis duces fuere ſub apum ſpecie. Jonia namque ob Meletem gaudebant, utpote qui & Cephiſſo & Olmeo ſit potu ſuavior. Ipſis igitur hic choreas ducentibus quandoque occurres. Nunc vero Muſæ Parcis ita jubentibus Homero ortum nent, & per filium Meles Peneo quidem dabit ut argenteis vorticibus ſit,* &c. Ortelius in *Theſauro Geograph.* inſulſe nimis ex hac imagine Philoſtrati notat: *Critheis, fluminis nomen fortaſſe apud imagines Philoſtrati in Melete.* Critheis non fontis, aut fluminis ullius, ſed ipſiuſmet Homeri matris nomen eſt, quam Philoſtratus eo loco introducit. Hanc ſententiam ſequuti ſunt omnes, qui eum Meletis filium vocant. Heſiodus in certamine quoties Homerum alloquitur:

Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε, εἴπερ τιμῶσί σε Μοῦσαι.
Filii Meletis Homere, ſi te Muſæ honorant.

Et:

Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε, Θεῶν ἄπο μήδεα εἰδώς.
Fili Meletis Homere, Deorum conſilia bene noſcens.

Epigramma:

Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε, σὺ γὰρ κλέος Ἑλλάδι πάσῃ,
Καὶ Κολοφῶνι πάτρῃ θῆκας ἐς ἀΐδιον.

Id

Id est,

Nate Meletis Homere, ornasti nomine Grajos
Æterno, & patriam qui Colophona tuam.

Nonnus *Dionys*. lib. xxv.

Παμφαὲς υἱὲ Μέλητος Ἀχαιΐδος ἄφθιτε κήρυξ
Ἰλήκοις. Σέο βίβλος ὁμόχρονος ἠελιγενείη.
Omnia illustrans fili Meletis Achivæ immortalis præco
Sis propitius. Tuus liber coævus ipsi auroræ.

Joannes Tzetzes:

Σὺ δὲ Σμυρναῖον γίνωσκε τὸν Ὅμηρον ὑπάρχειν,
Υἱὸν δὲ δὴ τοῦ Μέλητος ὄντα καὶ Κριθηΐδος.
Tu vero Smyrnæum agnosce Homerum fuisse,
Filium scilicet Meletis & Critheidos.

Christodorus Copites in *Ecphrasi*:

Ἵστατο δ' ἄλλος Ὅμηρος, ὃν οὐ πρόμον ἠπιάων
Θέσκελον υἷα Μέλητος ἐϋρρείεντος ὀΐω.
Stabat vero alius Homerus, quem non ducem carminum
Divinum filium Meletis bene fluentis existimo.

Himerius *Declamat.* εἰς τοὺς Ἴωνας ξένους, dum Ioniæ laudes prosequitur: Ἐκεῖ ποταμοὶ καὶ Ποιητὰς γεννῆσαι λέγονται, καὶ τὴν Ὁμήρου φύσιν Μέλητι πάντες χαρίζονται. *Ibi flumina & Poetas generasse dicuntur, & Homerum Meleti omnes donant.* Et *Oratione Propemptica*: Ὁ γὰρ δὴ Μέλης οὗτος, οὐ γὰρ δὴ θέμις σιωπῇ παρελθεῖν γλῶσσαν τοσαύτην γεννήσαντα, ἀνίσχει μὲν ἐκ προαστείων τῆς Σμύρνης, &c. *Meles enim hic, neque fas est eum, qui tantam linguam genuit, silentio involvere, ex suburbiis Smyrnæ oritur.* Et Agathangelus Byzantius de Rhodo:

Λίνδον, Ἰηλυσσόν τε, καὶ ἀργινόεντα
Κάμειρον, ὧν ἡ τοῦ Μελησιγενοῦς
Ὁμήρου μέμνηται Καλλιόπη.

Hinc & Meletæ chartæ, quasi Homericæ. Tibullus *lib.* IV. *ad Messalam*:

—— nostri si parvula cura
Sit tibi quanta libet, si sit modo, non mihi regna
Lydia, non magni potior sit fama Gylippi.
Posse Meleteas nec mallem mittere chartas.

Alii non Melete fluvio natum, sed prope Meletem, ideoque Melesigenem dictum. Herodotus: Χρόνου δὲ προϊόντος, ἐξελθοῦσα ἡ Κριθηῒς μετ' ἄλλων γυναικῶν πρὸς ἑορτήν τινα ἐπὶ τὸν ποταμὸν καλούμενον Μέλητα, ἤδη ἐπίτοκος οὖσα τίκτει τὸν Ὅμηρον, οὐ τυφλὸν, ἀλλὰ δεδορκότα, καὶ τίθεται ὄνομα τῷ παιδὶ Μελησιγενέα ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τὴν ἐπωνυμίαν λαβοῦσα. *Progressu deinde temporis, Critheis cum aliis mulierculis ad festum quoddam egressa juxta fluvium Meletem, cum partui jam vicina esset, Homerum peperit, non cæcum, sed videntem, nominavitque eum Melesigenem a fluvio videlicet, prope quem editus esset.* Ephorus apud Plutarchum de Critheide: Φοιτῶσα δὲ αὐτὴ ἐπὶ τὰς πλύσεις, αἳ ἦσαν παρὰ τῷ Μέλητι, ἀπεκύησε τὸν Ὅμηρον ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ διὰ τοῦτο Μελησιγενὴς ἐκλήθη. *Porro ea cum ad lavacra, quæ propter amnem Meletem sunt, deambularet, partu Homerum edidit juxta ipsum amnem: inde Melesigenes filius appellatus.* Et Aristoteles de Mæone: Τὸν δὲ ἀγαπήσαντα τὴν κόρην διὰ τὸ κάλλος γῆμαι, ἣν διατρίβουσαν παρὰ τῷ Μέλητι, καὶ συσχεθεῖσαν ὑπὸ τῆς ὠδῖνος, ἔτυχεν ἀποκυῆσαι τὸν Ὅμηρον ἐπὶ τῷ ποταμῷ. *Ab hocque pulchritudinis causa in matrimonium eam adscitam Hanc, cum ad Meletem fluvium commoraretur, partus doloribus circumventam, ad ipsum fluvium peperisse Homerum.* Proclus: Οἱ μὲν οὖν Σμυρναῖον αὐτὸν ὑποφαινόμενοι Μαίονος μὲν πατρὸς λέγουσιν εἶναι. γεννηθῆναι δὲ ἐπὶ Μέλητος τοῦ ποταμοῦ, ὅθεν καὶ Μελησιγενῆ ὀνομασθῆναι. Δοθέντα δὲ Χίοις εἰς ὁμηρείαν, Ὅμηρον κληθῆναι. *Qui vero eum Smyrnæum esse asserunt, Mæone patre natum affirmant in Melete fluvio; indeque illi Melesigenes nomen fuisse. Porro cum Chiis obses datus esset, Homerus cognominatus est.* Jacobus Pontanus *in Ovid. Metamorph. lib.* II. v. 420. *Apud Homerum quoque ad ripas & flumina quidam pariuntur, ut ipsemet ad Meletem fluvium, ex quo & Melesigenes ei nomen factum.* Patremque Mæona in eadem Smyrna illi assignant nonnulli. Vide Ephorum, & Aristotelem apud Plutarchum, indeque Mæonides dictus. Antiphilus in *Epigram.*

Αἱ βίβλοι τίνος ἐστέ; Τί κεύθετε; Θυγατέρες μὲν
Μαιονίδου, μύθων δ' ἵστορες Ἰλιακῶν.

Libri cujus estis? Quid absconditis? Filiæ sumus
Mæonidæ, fabularum narratrices Iliacarum.

Philippus:

Ἤ ποτε Μαιονίδαο βαθυκλεὲς οὔνομ' Ὁμήρου
Λήθη γηραλέων ἁρπάσεται σελίδων.
Vel aliquando Mæonidæ longe gloriosum nomen Homeri
Oblivio senescentium rapiet chartarum.

Antipater Sidonius:

Τὰν μερόπων Πειθώ, τὸ μέγα στόμα, τὰν ἴσα Μούσαις
Φθεγξαμέναν κεφαλὰν ὦ ξένε Μαιονίδεω.
Flexanimum, Musisque parem, linguaque potentem,
Hospes Ios scopulo contego Mæonidem.

Ovidius III. *Amor.*

Vivet Mæonides, Tenedos dum stabit, & Ide.

Martialis *lib.* V.

Et sua riserunt sæcula Mæonidem.

Hic etiam Mæonius dictus, & ejus carmen Mæonium pro Homerico. Joann. Bat. Plautius *in Persii Sat.* VI. vult ita appellatum a Mæone, a quo loco filii educatus est. Et Joannes Britannicus *ibidem* ab eodem Mæone, non autem, ut multi putavere, a Mæonia regione. Nam Aristoteles in III. *de Poetica* lib. dicit *in Ionia insula*; corrigo sic, *in Io insula*. Tandem subdit: *Mæonidem igitur intelliges dictum, sive a vitrico, sive a patre.* Non dubito tamen etiam ab ipsa regione dici posse. Nam cum Colophon, Cuma, Smyrna in Lydia, seu Mæoniæ regioni proximæ sint, non videtur absurdum, Homerum ex illa regione, ex qua genus duxisse existimatur, nomen accipere; & certe si Mæonides a Mæone, nullo modo video quare ab eo Mæonius dici posset. Mæonius enim est, qui ex Mæonia, non qui ex Mæone patre; quemadmodum & ex Ionia Homerum Ionium nobis in *Meletis imagine* Philostratus fecit.

Ut concivem sibi Homerum fuisse confirmarent, Homereium erexerunt, quod erat porticus quadrata, templum habens Homeri & simulachrum. Strabo *l.* XIV. Ἔστι δὲ καὶ Βιβλιοθήκη, καὶ τὸ Ὁμήρειον, στοὰ τετράγωνος, ἔχουσα νεὼν Ὁμήρου καὶ ξόανον. ἀντεποιοῦντο γὰρ καὶ οὗτοι διαφερόντως τοῦ Ποιητοῦ. καὶ δὴ καὶ νόμισμά τι χαλκοῦν παρ' αὐτοῖς Ὁμήρειον λέγεται. *Est & Bibliotheca, & Homerium, scilicet porticus quadrata, templum habens Homeri & simulachrum. Nam Smyrnæi quoque Homerum sibi acriter vindicant: & nomisma quoddam æreum apud eos Homerium vocatur.* Cicero: *Smyrnæi quoque suum esse confirmant, itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt. Permulti alii præterea pugnant in-*

ter se, atque contendunt. Scribunt aliqui apud Fulvium Ursinum nummum æreum fuisse, qui ex una parte figuram habebat Meletis Smyrnæorum fluvii sedentis. Fluvius dextra lyram tenebat, sinistra ramum, & vasi aquam effundenti innixus cum literis ΜΕΛΗΣ, & altera parte ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ, & in alio eorumdem Amastrianorum nummo Homeri effigies, fasciam habens in capite usitata Homeri figura. Ex alia parte Victoria palmam manu tenens. Forte ut Smyrnæorum colonia Smyrnæis in hoc gratificarentur, qui Homerum illis vindicarent. M. Antonius Muretus *Var. Lect. lib.* XII. cap. XV. de Smyrnæorum nummo hæc habet: *Cujus me loci admonuit, unumque ejus generis æreum nummum perveterem ostendit idem ille, quem antea nominavit, summe doctus, & summe in amicos officiosus Ursinus*. Non ita tamen insaniam, ut, quem ipsi sub Amastrianorum nomine nummum proferunt, Homericum illum Smyrnæum esse putem. Joannes Goropius lib. IX. *Originum Antuerp.* in Venet. & Hyperboreis aliter philosophatur: *Hæc itaque vocabula antiquissimæ Cimbricæ loquelæ monumenta, majorem in modum nos Homero obligant, & ni fallor arctius Poetæ devinciunt, quam ipsos Amastrianos, qui hæc tria oppida una civitate comprehenderunt, & quod illorum nominum, quæ nobis vernacula sunt, non Amastrios fecerit mentionem. Hi tamen, quo Poetæ de vetustissima memoria grati essent, nummum excuderunt, in cujus altera parte Homeri effigies est barbata, & capillos diademate, sive tenui vittula, obvinctos habens cum inscriptione* ΟΜΗΡΟΣ. *altera Meles fluvius urna innixus, & dextra lyram super genu erectam tenens cum inscriptione subtus* ΜΕΛΗΣ, *in circuitu* ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ. *Quanta ambitione Græci homines ex Homeri carminibus quæsiverint, si variis diversarum gentium exemplis docere velim, & supervacaneam, & odiosam operam suscepero. Amastris cum ex tribus oppidis, quorum Homerus claram famam ex opere suo per omnium eruditorum aures sparsit, fuerit constituta, ingrati animi notam effugere non potuit, nisi publico signo gratias egisset. Nec est quicquam magis idoneum ad nominis beneficiique celebritatem, quam si nummus in memoriam ejus excudatur; quoniam is per omnium manus volitat, & omnium oculis obversatur. Qua de causa Smyrnæi melius de Homero meriti videntur, dum nummum ei sub proprio ipsius nomine dedicarunt, quam dum templum, vel statuam ei erexerunt. Propterea quod ille quovis gentium transportaretur. Hæc vero quo semel loco sunt posita & consecrata, eodem semper cogantur hærere, illis solis ad recordandum utilia, qui præsentes coram ea intuentur. Qualis vero hic Smyrnæorum nummus fuerit, quem Homerum vocabant, quando Strabo non adscripsit, conjicere potius possum, quam existimare. Quamvis opinor utraque facie similem Amastriano fuisse cum inscriptione Smyrnæorum. Lyra vero, quam Meles dextra tenet, non septem est, vel novem, sed trium dumtaxat cordarum. Eadem, ni fallor, ratione, qua Eumelus Corinthius, atque Ephorus tres tantum Musas esse dixere: fortasse quia tres soni Dorius, Phrygius, & Lydius in musica numerentur*, &c.

Adde etiam in flumine Melete speluncam a Smyrnæis monstrari, in qua dicunt Homerum sua Poemata composuisse. Pausanias in *Achaicis*: Σμυρναίοις δὲ ποταμὸς Μέλης ὕδωρ ἐστὶ κάλλιστον, καὶ σπήλαιον ἐπὶ ταῖς πηγαῖς, ἔνθα Ὅμηρον ποιῆσαι τὰ ἔπη λέγουσιν. Præterea contra Homeromastiga Zoilum, qui injuriis maledictisque virum illum lacessebat, acri ejus defendendi studio, sic & verbo & opere Smyrnæi invecti sunt, ut mortis atrocissimo genere de medio sustulerint, rati Homeri concivis defensionem ad nullum alium, quam ad semetipsos, pertinere. Vitruvius *lib.* VII. in *Proœmio*: *Insequentibus annis a Macedonia Zoilus, qui adaptavit cognomen, ut Homeromastix vocitaretur, Alexandriam venit, suaque Scripta, contra Iliadem & Odysseam comparata, Regi recitavit. Ptolemæus vero cum animadvertisset Poetarum parentem, philologiæque omnis ducem, absentem vexari, & cujus ab cunctis gentibus Scripta suspicerentur, ab eo vituperari, indignatus nullum ei dedit responsum. Zoilus autem cum diutius in regno fuisset inopia pressus summisit ad Regem postulans, ut aliquid sibi tribueretur. Rex vero respondisse dicitur, Homerum, qui ante annos mille decessisset, ævo perpetuo multa millia hominum pascere, item debere, qui meliori ingenio se profiteretur, non modo se unum, sed etiam plures alere posse. Et ad summam mors ejus, ut parricidii damnati, varie memoratur. Alii eum scripserunt a Philadelpho esse in crucem fixum; nonnulli in eum lapides esse conjectos; alii Smyrnæ vivum in pyram conjectum, quorum ei utrum acciderit, merenti digna constitit pœna. Non enim aliter videtur promereri, qui citat eos, quorum responsum quid senserint scribentes, non potest coram judicari.*

Quid plura? Frustra hinc inde argumenta emendicamus. Rem apertam & claram suo testimonio Homerus certiorem facit. Et dum de Patria Homeri sermo est, si Homerus ipse loquatur, nugæ erunt cæterorum argumenta. Solus ipse Homerus in hujusce rei determinatione reliquis omnibus, ni insanire velimus, potior est. Homerus itaque Cumanorum sententia, qua illi alimenta publica negabantur, vehementer commotus, & calamitatem suam deplorans, inter alia carmina, hæc quoque effudit, quæ in *ejus Vita* refert Herodotus:

Οἵην μ' αἴσην δῶκε πατὴρ Ζεὺς κύρμα γενέσθαι,
Νήπιον αἰδοίης ἐπὶ γούνασι μητρὸς ἀτάλλων,
Ἥν ποτ' ἐπύργωσαν βουλῇ Διὸς αἰγιόχοιο
Λαοὶ Φρίκωνος, μάργων ἐπιβήτορες ἵππων.
Ὁπλότεροι μαλεροῖο πυρὸς κρίνοντες Ἄρηα
Αἰολίδα Σμύρνην ἁλιγείτονα ποντοτίνακτον.
Ἥν τε δι' ἀγλαὸν εἶσιν ὕδωρ ἱεροῖο Μέλητος,
Ἔνθεν ἀπορνύμεναι κοῦραι Διὸς, ἀγλαὰ τέκνα,
Ἠθελέτην κλῄσαι δῖαν χθόνα καὶ πόλιν ἀνδρῶν.
Οἱ δ' ἀπανηνάσθην ἱερὴν ὄπα, φῆμιν ἀοιδῆς.

Id est,

Hei mihi quam fatum dat Juppiter almus iniquum,
Infanti mihi lac venerandæ ex ubere matris
Præbuit, Æolicæ Smyrnæ, quam Martia quondam
Gens Phriconitis, certamine fortis equestri,
Condidit ad pelagus præterlabente Melete.
Docta Jovis proles mecum hinc digressa volebat
Carminibus celebrare urbem, quam nomine dicunt
Cumam, quosque viros intra sua mœnia claudit.
Illi audire sacræ spreverunt carmina vocis.

Cum ergo Homerus in his carminibus Smyrnam fateatur esse suam patriam, abeant cum suis rationibus urbes reliquæ, quæ tantopere eum sibi civem exoptant. Et sola sibi Smyrna tanto cive gratuletur.

Hæc, ut vides, Lector, ab ingeniosis, iisque

lepidis, hominibus conficta, ad rem arduam probandam solide quidem & vere ne hilum faciunt. Fluviorum & Nympharum filios non agnosco; non amplector adscititios partus. Fabulosa illa sunt, veluti fabulæ explodenda. Qui id asserit, simplicia ac elumbia ingenia ludit. Fuerit pater ejus Mæon, quod adhuc incertum, certe Smyrnæus non erit. Quis id ait? Si recte consideres, omnes, uno vel altero excepto aliorum dicta referunt. Fuerunt Smyrnæorum conatus maximi. Optarunt sibi Homerum concivem. Ut ut potuerunt, moliti sunt, ut aliis etiam id ita se habere credendum traderent. Sed præsumptio illa non adeo in animis hominum invaluit, ut id pro certo affirmarent. Levis rumor, vel aura in felicissima civitate, illud tantum profecit, ut Smyrnæus diceretur Homerus, non ut esset. Idque alii monimentis consignarunt aliorum sententia, vel nonnullorum rumore Homerum Smyrnæum fuisse. Argumenta, quibus id probaretur, non habuerunt. Fanum Homericum, simulacra, nummi, nonnisi præsumptionem illorum probant. Id non negamus. Voluerunt quippe Homerum, licet contra jus, rapere, hoc tantum ad eorum summam felicitatem erat reliquum. At non fecere, ut id, quod non esset, fieret, ut scilicet eorum civis esset. Homerus. Sed esto: sit Smyrnæus, quemadmodum & Argivus, & Atheniensis, & communis Ionum omnium civis, affectu dumtaxat, & merito. Smyrnæis sic Homerum habentibus non invidemus: scilicet habeant & Indi, & Garamantes, & quisquis per universum hunc orbem ubique solis fruitur luce. Laus ea Homerica est. Homeri miram dignitatem extollit, qua se illi exornare contendunt; at illorum tantum erit erga Manes illos pius affectus, sin maxima ambitio, & rerum alienarum per fas & nefas usurpatio. Furtum merum. An non crimine Plagii tenentur? Sed tuti sunt, pœnam non metuunt. Nimis commune omnibus crimen, quod illicitum est, fecit ut esset licitum. Porro quæ de Melete fluvio & Homerico partu conficta sunt, quem sensum & allegoriam contineant, explicavit Eustathius *in Iliad.* A. Μήποτε δὲ διὰ τοῦτο ϗ Μέλητος ποταμοῦ υἱὸν τὸν Ποιητὴν ἐπλάσαντο οἱ παλαιοί. Μέλητος μὲν κατά τινα ἐν τοῖς ἑξῆς φανησομένην παρῳδίαν, ἢ καινοτέραν παρήχησιν διὰ τὴν μελιτόεσσαν ἡδυέπειαν. Ποταμοῦ δὲ διὰ τὸ πολύῤῥουν τῆς φράσεως, ϗ διὰ τὸ οἷον ποταμηδὸν προβάλλειν τὰς τοῦ λόγου ῥοάς. Διὸ καί τις τῶν παλαιῶν καλῶς ἠρώτησε, τίς ἀμείνων Ομήρου φράσαι, πρὸς ὃν ἀποτείναιτ' ἄν τις θαῤῥούντως, ὅτι οὐδείς. Innuit etiam Joannes Tzetzes multis fabulosis inspersa fuisse, quæ de Homericis natalibus traduntur:

Υἱὸν δὲ δὴ τοῦ Μέλητος ὄντα ϗ Κριθηΐδος.
Εῶ τὰ μυθωδέστερα γονῆς τῆς τούτου λέγειν.

Id est,

Filium vero Meletis & Critheidos existentem.
Neque enim fabulosiora de partu illius narrare mihi in animo est.

Incerti Epigramma *de Aristide* sane futile est, ejusque ratiocinatio ἄλογος. Aristides Smyrnæus est, ergo & Homerus. Non potuit scilicet nisi una eademque civitas lumina isthæc in mundum producere. Sed vidimus majora Aristide lumina, certe majus Homero in scientiis lumen vidit nemo, ab aliis urbibus edita. Neque enim Aristides, quamquam & ipse sua laude, eaque maxima, non caret in Rhetoricis, sive docendo; τεχνικώτατος namque fuit, ϗ πολὺς θεωρήμασι primas obtinet. Quare qui potuit majus Aristidæo ingenium hominibus dare, potuit & Homerum. Erunt igitur Athenæ, vel Stagira, vel Chios, & multæ aliæ patriæ Homeri. Sed missa hæc. Aristidis patria erit quoque patria Homeri. Sed Smyrnam præter te nullus unquam somniavit patriam Aristidis. Et notamentum illud, nescio cujus, *in Oration. Aristidis Smyrnaicam*, principio, in illa, Ο μὲν λόγος οὐκ ἐξ ἴσου τῇ τε πόλει, ϗ τοῖς ἄλλοις. Οἱ μὲν γὰρ οὐδὲν ἂν δείξαιεν τοσοῦτον ὅσον εἴπειεν ἄν, ἡμεῖς δ' οὐδὲν εἴποιμεν ἂν ὅσον δεῖξαι πάρεστιν. Δέον εἰπεῖν τοῖς πολίταις τῇ πόλει εἶπεν. Εἶτα ἐπειδὴ ϗ αὐτὸς εἰς τὴν τῶν τῆς πόλεως ἐπήγαγεν, ἡμεῖς δ' οὐδὲν εἴποιμεν ἄν. Inane omnino est. Orator enim non solum personam oratoris, sed sæpe sæpius civium personam induit, ut necessitudinis nomine dicenda probabiliora reddat. Non ergo Smyrna Homeri patria fuit. Adriani in Mysia non magna civitas Aristidis patria commemoratur ab omnibus, quos ipse vidi. A Philostrato in *Vitis Sophistarum*: Ἀριστείδην δὲ τὸν εἴτε Εὐδαίμονος, εἴτε Εὐδαίμονα Ἀδριανοὶ μὲν ἤνεγκαν. Οἱ δὲ Ἀδριανοὶ πόλις οὐ μεγάλη ἐν Μυσοῖς. Ἀθῆναι δὲ ἤσκησαν κατὰ τὴν τοῦ Ηρώδου ἀκμήν. *Aristidem sive Eudæmonis, sive Eudæmona Adriani tulerunt. Adriani urbs non magna in Mysis. Athenæ excoluerunt, cum Herodes floreret.* Suida: Ἀριστείδης Ἀδριανεὺς Σοφιστής, Ἀδριανοὶ δὲ πόλις Μυσίας τῆς νῦν Βιθυνίας, Πολέμονος τοῦ Σμυρναίου Ῥήτορος μαθητής. *Aristides Adrianensis Sophista, Adriani urbs Mysiæ, quæ nunc Bithynia est, Polemonis Smyrnæi Oratoris auditor.* Auctor *Argumenti in Panathenaicum*, neque ineruditus, neque inelegans, eos etiam reprehendit, qui Aristidem Smyrnæum dicunt, & erroris originem exponit: Ἐγένετο δὲ ἀπὸ Ἀδριανουπόλεως τῆς Ἰωνίας Ἀδριανοὶ γὰρ οἱ πολῖται αὐτῆς λέγονται. Τινὲς δὲ Σμυρναῖον αὐτὸν λέγουσι, πλανηθέντες ἀπὸ τοῦ ἐκεῖσε φοιτᾶν τῷ Πολέμονι διδασκόμενον. Ἔπειτα ὅτι ϗ μεγίστην εἰς αὐτὴν εὐεργεσίαν κατεβάλετο· σεισμοῦ γὰρ κατενεγκόντος αὐτὴν, &c. *Fuit vero ex Adrianopoli Ionica: Adriani namque illius cives dicuntur. Nonnulli Smyrnæum illum faciunt, decepti quod inde ad Polemonem audiendum proficisceretur. Præterea quod magno beneficio Smyrnam sibi devinxit; terræ motu enim ea prostrata*, &c. Ergo si patria Aristidis est Homeri patria, non jam Smyrnæus Homerus erit, sed Ἀδριανεύς. Vel si ea ratione Homerus Smyrnæus erit, qua & Aristides, Homerus beneficio & usurpatione Smyrnæus erit, non natura, neque natalibus, quod nos etiam libentissime concedimus. Nec alia ratione respondere possumus ad id, quod supra *cap.* IX. ex patria Nicandri Colophonii patriam Homeri Colophonem fuisse asseverabatur. Quamvis enim plurimorum sententia Nicander Colophonius dicitur, hoc tamen non ita certum est, ut de eo ab aliquibus dubitatum non fuerit. Plerique enim eum Ætolum fecerunt. Suidas: Νίκανδρος Ξενοφάνους Κολοφώνιος, κατὰ δέ τινας Αἰτωλός. *Nicander filius Xenophanis Colophonius, & secundum quosdam Ætolus.* Et Auctor anonymus de genere Nicandri id idem ex Dionysii Phaselitæ sententia scribit: Νίκανδρον τὸν Ποιητὴν Διονύσιος ὁ Φασηλίτης ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀντιμάχου ποιήσεως Αἰτωλὸν εἶναι φησὶ τὸ γένος. *Nicandrum Poetam Dionysius Phaselita tradit tractatu de Antimachi poesi Ætolum genere fuisse.* Videturque id affirmare ex diuturna mora, quam in Ætolia habuit: Διέτριψε δὲ ἐν Αἰτω-

λία τὰς πλειόνας χρόνους, ὡς φανερὸν ἐκ τῶν περὶ Αἰτωλίας Συγγραμμάτων, καὶ τῆς ἄλλης ποιήσεως, ποταμῶν τε τῶν περὶ Αἰτωλίαν, καὶ τόπων ἐκεῖσέ τε, καὶ ἄλλων διαφόρων διηγήσεως, ἔτι δὲ καὶ φυτῶν ἰδιότητος. *Complures annos in Ætolia commoratus est, ut planum fit ex Commentariis, quos de Ætolia scripsit, & aliis carminibus, necnon ex fluviorum in Ætolia, ibique locorum, & aliorum diversorum, item plantarum proprietatis narratione.* Si erit ergo Colophonius Homerus ea ratione, qua & Nicander Colophonius est, nunquam, vel in ambiguo, Colophonius erit.

Conjectura de Zoilo levis admodum est. In pessimum enim hominem, temereque oblatrantem contra totius Græciæ benefactorem, omnes, qui stimulo gloriæ eriguntur, officiisque retinendis diligentes acerbe, & penitus, atque animo hostili inflammati, si occasio data fuisset, idem quod Smyrnæi aggressi, crudeliori etiam exitu absolvissent. Sed ipsi pœnas sumpserint, non ideo Smyrnæ natus est. Themistius auctor est *Oratione* II. *in obitum patris*, Heracleotas, qui in Ponto habitant, Anytum profugum propter Socratis mortem lapidibus obruisse, illiusque rei monimentum signum quoddam extitisse, quo palam omnibus innotesceret, & Heracleotarum in Socratem studium, & Anyti in eundem improbitas: Καὶ ἔφυγεν Ανυτος ἐκ τοῦ ἄστεος, καὶ αὐτὸν κατέλευσαν διὰ Σωκράτην οἱ Ηρακλεῶται οἱ ἐν τῷ Πόντῳ, καὶ νῦν δείκνυται ἄνευ τοῦ αὐτόθι σῆμα ἐν τῷ προαστείῳ οὐ μακρὰν θαλάττης, οὐ περιέβαλον τὸν Ανυτον οἱ Ηρακλεῶται. Hæc sic recenset Petavius: *Et ex urbe Anytus cessit, & postremo eumdem propter Socratem Heracleotæ, qui in Ponto habitant, lapidibus obruerunt, hodieque Anyti sepulchrum in suburbano illic ostenditur non longe a mari, ubi ab Heracleotis Anytus est sepulchro conditus.* Qui locus, ut obiter etiam hoc admoneam, cum sit mutilus, ita restituendum judico, καὶ νῦν δείκνυται ἄνευ τοῦ σώματος αὐτόθι σῆμα. Neque enim puto infames illas exosasque reliquias ab Heracleotis tumulo quopiam contectas fuisse, sed misere discerptas, vel in mari projectas, aut ibidem derelictas, ut bestiis alitibusque præda fierent, & in hujus facinoris memoriam cippum, vel columnam, vel simile erexisse, quod posteris factum indicaret. Ideoque Themistium usum ea voce σῆμα, quasi esset neque τύμβος, neque τάφος, sed σημεῖον. Ideone Socrates Heracleotes erit? & ob pessime trucidatum Zoilum a Smyrnæis, Homerus Smyrnæus? Sorte ergo sua atque fortuna, non animo, aliis feliciores Smyrnæi fuerunt, quibus præ aliis Homericas injurias vindicandi facultas facta fuit. Si ipsi etiam vindicarunt, quod dubium omnino est ex eodem Vitruvio, qui mortem ejus varie memorat. Addit Suidas: Διὸ αὐτὸν διώξαντες ἐν τῇ Ολυμπίᾳ κατὰ τῶν Σκιρωνίδων πετρῶν ὤθησαν. *Quapropter Olympiæ spectatores de Scironiis rupibus præcipitem egerunt.* Quid hic rursum communem universæ Græciæ pro Homero vindictam, veluti & ipsum Homerum satis audacter tibi arrogas Smyrna? Quid communem gloriam, unum affectum, unam in impudentem Homeromastiga conspirationem tibi soli usurpas? Commune Græciæ decus, quasi indignum sit, refugis, non commune, sed tibi proprium, ideoque optimum rata ambitiosa contentione, e Græcorum omnium visceribus deprædaris? Fac sedulo. Cura probe; in confirmando tibi Homero labori ne parcas; in eum affectus, studia, officia, si quæ potes, potes autem plurima, quia maxima es, etiam præter æquum, confer, insume. Frustra sumpsisti operam. Tuis hisce Homerus officiis non flectitur. Durus, immitis, inexorabilis, nescio quo fato Smyrnæos odit, quorum etiam nomen exosum est, ita ut cum in divinis illis operibus ignobilissimarum quandoque meminerit urbium, tui nullam, etiam cum se offerret occasio, fecerit mentionem. Rerum, quas in *Iliade* ipse prosequitur, tute ipsa vicina spectatrix, neque ignobilis dijudicabas; voces, ut ita dicam, strepitusque bellatorum accepisti auribus, stentoreaque voce, missæque Peliados sibilo pertinnire aures tuas subsensisti. Forte etiam incommodo tuo ruinam illam Troicam, dum vel in juvandis Græcorum copiis, vel hostium deterrendis abolendisque operam impendis, lustrati: & tamen Musis Homericis tacita, in dubio est, an ea ætate fueris, an Homero cognita, qui ejus patria esse vis. Esto, Troicis temporibus non fueris, Homericis certe fuisti, si in te ille natus est. Undenam ergo tui nominis tam altum silentium? Homeri ea videtur opinio, salutem patriæ, ac dignitatem posteriorem debere esse dominatione, & domesticis commodis. Nam major ei profecto, quam parenti debetur gratia. Quare licet ipsi silere patriam in animo fuerit, nec cujus esset publicare, innato tamen in eam amore, ac propensione, nunquam illam in suis Poematibus innominatam reliquisset. Næ ille omnino ingratus esse judicaretur, nisi eam in hac rerum luce extare quoquo modo, licet alia occasione, manifestasset. In hac re patriæ studium, quam liberæ voluntatis determinatio potius fuisset; Tacuit, siluit. Dicas tute ipsa quid causæ fuerit? Plures hic adduces, sed veram illam, Patria non fuisti, ideo neglecta, ideo cum communi Græcorum gloria, parum illi curæ fuit, si quid haberes commune. Quando igitur ab Homero nulla habes amoris testimonia, nullum benevolentiæ pignus, ne sola inter Græcas urbes ludibrio sis, tanquam cum illis minime connumerata, ex te ipsa in eum virum, quem tuum esse confirmas, omnem quam potes solicitudinem adhibe. Statuas sub ejus nomine erige, templa extrue, porticus, aras numismata cude; speluncas hospitibus ostende, ubi ille sua Poemata conscripserit, Meletem patrem, fluvium illum tuum, & Critheida Nympham matrem confinge; Cives tuos deinceps in testimonium voca, quibus Homerum tuum fuisse demonstra. Non id facies, ut inter alias Græciæ urbes nobilissimas, licet etiam tu nobilissima sis, in Poematibus Homericis locum habeas. Quam fortunata cæteris rebus fuisti, absque hoc uno tui Homerico silentio! Non usquequaque a Deo dilecta es.

Testimonium Homericum nulli dubium est, controversiam hanc de Patria Homeri tollere, si carmina illa Homeri essent, & non ab Herodoto, vel Auctore *Vitæ illius*, vel alio etiam conficta. Nemo ad hunc diem ambigit de fide historica Herodoti: multa ab eo falsa pro veris narrantur. An non prudentibus suspecta est? eoque præcipue quod liber ille, an Herodoti sit, a plerisque in dubium vertatur. Conjecturam auget, quod qui de patria Homeri varias disceptationes in medium attulere, nullo modo carminum horum meminerunt; quorum omnino meminisse operæ pretium erat. Neque probabile est eos isthæc vel ignorasse, vel non intellexisse. Præterea stultum esset asserere urbes tot eruditissimas, quæ pro Homero decertarunt, ea latuisse, adeo ut nec cui favebant in confirma.

tionem sui dicti, adduxerit, & reliquas tam impudenter contra tam manifestam declarationem sibi civem alienum usurpasse: temere namque egisset. Sed cum omnes continuo dissidio ab ipsis temporibus Homericis pro asserendo sibi tanto cive contenderent, manifestum est illis carminibus, tanquam spuriis, fictisque, & nullius dignationis, animum non applicasse, (quibus non applicavit nec ea laudans Herodotus, qui eum Cumæum, non Smyrnæum, facit) applicaturas, si pro Homericis judicassent: ac eorum testimonium aliquid ponderis habere existimassent. Auctoris & referentis claritas ingenium præcipuarum Græciæ urbium non obscurasset. Quare nos etiam eorum vestigiis insistentes flocci facimus, & tamquam levissimas nugas explodimus. Nolo dicere verba illa nimis esse ambigua ac distorta, ut quæ sit vera auctoris sententia in patria afferenda sua difficile intelligi possit. Quæ enim erant illa γοῦνατα μητρὸς αἰδοίης, *genua matris reverendæ*, in quibus Juppiter ἀτάλλε, *nutriebat*, quibus postea inconcinna sententia addit, ἣν ποτὲ ἐπύργωσαν λαοὶ Φρίκωνος, *quam populi Phriconis ædificarunt*. Sane quid sibi velit Auctor, nondum capio: quid debuisset dicere, jam percipio. Sed modus iste dicendi neque prudens, neque Homericus est, sed junioris nescio cujus ludentis, sive potius ineptientis, a recto & proprio Græcorum dicendi more deflexus.

Cap. XIII.

Chii suum vindicant. Homeridarum genus quodnam in ea insula? Chiorum in Homerum studium. Seleuci de Homeridis opinio refellitur. Domus item in ea Homerica, in qua habitasse vetus traditio est. Illius elogium. Chiorum Numisma Homericum, ut Homerum sibi assererent. Chius Patria Homeri Argivorum decreto, & tacita Homeri confessione.

Una nobis reliqua est Chios, Ægæi maris insula, si Stephano credimus, ἡ περιφανεστάτη πόλις τῶν Ἰώνων, *celeberrima Ionum urbs*. Si Straboni, exiguo stadiorum ambitu circumscripta, Τὸ ναυτικὸν ἐκέκτητο, καὶ αὐθήψατο τῆς κατὰ θάλατταν ἀρχῆς, καὶ ἐλευθερίας. *Classem aliquando habuerunt, & imperium maris, libertatemque attentarunt*. Si Herodoto, pro Græcorum libertate tuenda, pro fide sociis data conservanda, pessime ab hoste, contra quem mirum in modum se gesserat, tractata. Si Thucydidi, Græcorum ditissima, Καὶ μόνη μετὰ Λακεδαιμονίους εὐδαιμονήσασα ἅμα, καὶ ὅσῳ ἐπὶ τὸ μεῖζον ἐπιδιδοῦσα, τόσῳ καὶ ὀχυρώτερον κοσμηθεῖσα. *Et sola post Lacedæmonios simul & beata, & modesta existens, & quo magis crescebat, eo magis modestiæ operam dans, ut magis esset munita*. Hæc, inquam, quondam totius Joniæ belli pacisque artibus princeps non minus aliis, sed validioribus rationibus Homerum frustra ab aliis, & ut ita dicam per vim abreptum, ut suum repetit, & vindicatum fovet. Chiorum ergo studium continuum in asserendo sibi Homero exposuit Cicero, *Chii suum vindicant*. Suidas: Οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν γενέσθαι Σμυρναῖον, οἱ δὲ Χῖον, *Alii dixerunt, fuisse Smyrnæum, alii Chium*. Proclus: Καὶ διὰ τοῦτο οἱ μὲν Κολοφώνιον αὐτὸν ἀνηγόρευσαν, οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, οἱ δὲ Ἰήτην. *Et propterea alii Colophonium dixerunt, alii Chium alii Smyrnæum, alii Ietem*. Joannes Tzetzes: Ἑτέροις Βαβυλώνιος, Χῖος δοκεῖ τοῖς ἄλλοις, *Aliis Babylonius, Chius videtur aliis*. Epigram.

Οὐ Χῖος, οὐκ Αἴγυπτος ἐΰσπορος, οὐ Κύπρος ἁγνὴ,

Non Chius, non Ægyptus fœcunda, non Cyprus casta.

Et;

Χῖος ἔφυς; Οὔ φημι. Τί δὲ Σμυρναῖος; Ἀπαυδῶ,

Chius es? Nequaquam? Smyrnæus? Inferior.

Antipater:

Οἱ δὲ καλὰν Σμύρναν, οἱ δ᾽ ἐνέπουσι Χίον.

Alii pulchram Smyrnam, alii dicunt Chion.

Epiphan. Πόσοι πόσα λέγουσι περὶ Ὁμήρου; ἄλλοι μὲν Αἰγύπτιον φάσκοντες, ἄλλοι δὲ Χῖον, ἄλλοι δὲ Κολοφώνιον. *Multi multa dicunt de Homero; alii quidem Ægyptium asserentes, alii Chium, alii Colophonium*. Et alii.

Prima eorum ratio valida sane & firma, si rationem in histora spectas. Diu post Homeri tempora in ea insula successores Homeri, ab eodem Homero Homeridæ dicti, in maxima fuere existimatione, non minus ac Cypselidæ Corinthi, Æacidæ, Athenis, & Heraclidæ in Peloponneso. Eorum meminit Plato in *Ione*: Καὶ μὴν ἄξιον ἀκοῦσαι, ὦ Σώκρατες, ὡς εὖ κεκόσμηκα τὸν Ὅμηρον, ὥστε οἶμαι ὑπὸ Ὁμηριδῶν ἄξιος εἶναι χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθῆναι. *Et res certe digna est auditu, quam scite ego Homerum expoliverim, ut quidem me dignum maxime censeam qui illo nomine ab Homeridis aurea doner corona*. Isocrates etiam in *Helenes laudatione*: Λέγουσι δέ τινες τῶν Ὁμηριδῶν, ὡς ἐπιστᾶσα νυκτὸς Ὁμήρῳ προστάξαι ποιεῖν περὶ τῶν στρατευσαμένων ἐπὶ Τροίαν, βουλομένη τὸν ἐκείνων θάνατον ζηλωτότερον, ἢ τὸν βίον τῶν ἄλλων καταστῆσαι. Καὶ μέρος μέν τοι καὶ διὰ τὴν Ὁμήρου τέχνην, μάλιστα δὲ διὰ ταύτην, οὕτως ἐπαφρόδιτον, καὶ παρὰ πᾶσιν ὀνομαστὴν τὴν ποίησιν. *Quin etiam Homeridarum quidam ajunt eam noctu Homero astitisse, ac mandasse, ut de iis scriberet, qui ad Trojam militassent, quo mors eorum optabilior, quam aliorum vita redderetur: ac poesim ejus ex parte quidem Homeri etiam solertia, inprimis vero propter Helenam, ita gratiosam, & apud omnes celebrem esse factam*. Unus ex his in historia satis notus est Parthenius Chius, de quo Suidas: Παρθένιος Χῖος ἐποποιὸς, υἱὸς Θέστορος, ὃς ἐπεκαλεῖτο Χάος. Ὁμήρου ἦν ἀπόγονος. Ἐποίησεν εἰς Θέστορα τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. *Parthenius Chius versificator, Thestoris filius, cognomento Chaos, ab Homero oriundus, scripsit de Thestore patre suo*. Strabo *lib.* XIV. Ἀμφισβητοῦσι δὲ καὶ Ὁμήρου Χῖοι μαρτύριον μὲν τοὺς Ὁμηρίδας καλουμένους ἀπὸ δὲ τοῦ ἐκείνου γένους προχειριζόμενοι, ὧν καὶ Πίνδαρος μέμνηται. ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πολλ᾽ ἀοιδοί. *Homeridarum, qui a stirpe Homeri sunt, horum & Pindarus meminit Unde & Homeridæ sutilium cantores carminum*. Certamen Homericum: Χῖοι δὲ πάλιν τεκμήρια φέρουσιν ἴδιον εἶναι πολίτην λέγοντες, καὶ περισώζεσθαι τινὰς ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ παρ᾽ αὐτοῖς Ὁμηρίδας καλουμένους. *Chii rursum conjecturas afferunt civem suum asserentes, & adhuc apud eos conservari nonnullos ex illius stirpe, qui apud eos Homeridæ dicuntur*. Eustathius in *Prolegom. Homer.* Ἀμφισβητοῦσι δὲ αὐτοῦ καὶ Χῖοι, μαρτύριον προχειριζόμενοι τοὺς καλουμένους Ὁμηρίδας, ὧν καὶ Πίνδαρος μέμνηται. *Contendunt vero de eo & Chii in testimonium afferentes Homeridas, quorum etiam Pindarus meminit*. Harpocratio in *Lexico*: Ὁμηρίδαι. Ἰσοκράτης Ἑλένῃ. Ὁμηρίδαι γένος ἐν Χίῳ, ὅπερ Ἀκουσίλαος ἐν τρίτῃ, Ἑλλάνικος ἐν τῇ Ἀτλαντιάδι, ὑπὸ τοῦ Ποιητοῦ φασὶν ὠνομάσθαι. *Homeridæ*. *Iso-*

crates in Helena. Homeridæ genus in Chio. Acusilaus lib. III. *Hellanicus in Aglantiade, e Poeta dicunt nomen traxisse*. Locus Isocratis ille est, quem superius descripsimus. Idem existimavit Crates ἐν Ἱεροποιΐαις. Scholiastes Pindari: Ὁμηρίδας ἔλεγον τὸ μὲν ἀρχαῖον τοὺς ἀπὸ Ὁμήρου γένους, *Homeridas antiquitus dicebant eos, qui ex genere Homeri erant*. Et: Ὁμηρίδαι πρότερον μὲν οἱ Ὁμήρου παῖδες, *Homeridæ prius quidem Homeri filii dicebantur*. De Homeridis & præcipue Chii tractat abunde Erasmus Schmidius *in Nemeon. Pindari*. Vide sis Lector: in aliis urbibus, quæ de eo contendunt, nec fuisse quidem Homerum certum est, & inani quadam conjectura ita fuisse, recentiores lusit ignara Antiquitas. At Chii vixisse, diutius commoratum, filios procreasse hæredes ac successores reliquisse, familiæ nomen diutius in ea sola insula protractum manifestum facit. Cives illius dicimur civitatis, in qua familiæ nomen relinquimus. Habes Chii Homeridas ab Homero ipso genitos, procreatos, & diuturniore tempore conservatos; quid patriam quæris? quid natales in ea ipsa civitate negas, aliunde ignotos adsciscis? Homericæ laudis Chios æmula diu relictam sibi usu hæreditario gloriam feliciter sustinuit, nec passa est, aut aliorum nequitia, aut sua ignavia, aboleri. Videor jam mihi videre Senatum illum omnibus officiis Homeridas illos prosequi, & veluti sua παιδικὰ alere, instituere, fovere, semper animo saucium, semper timidum, anxium, ne alio transvolantes diutinam & natalem sibi gloriam amitterent. Quantas propterea putas Chiis turbas livore aliorum vel invidia excitatas: cautam satis, fortiter munitam omnibus adactis machinis non possunt prosternere; non possunt a fide illa & studio amovere. Quid ergo tentant? Dicunt, Homeridas illos non ab Homero dictos, sed ab aliis nescio quibus ὁμήροις *pignoribus*: neque gloriam conantur sufferre tantum, sed & ignominiam impingunt. Quondam Dionysiacis Chiorum mulieres furore percitæ cum viris in contentionem veniunt: ne pactiones initæ frangerentur, ὅμηρα quædam, sive *pignora*, invicem sibi tradiderunt. Eorum successores ab homeris illis Homeridæ dicti sunt. Lepidum sane inventum! Idem Harpocratio: Σέλευκος δὲ ἐν δευτέρῳ περὶ Βίων, Ἁμαρτάνειν φησὶ Κράτητα νομίζοντα ἐν ταῖς Ἱεροποιΐαις Ὁμηρίδας ἀπογόνους εἶναι τοῦ Ποιητοῦ. Ὠνομάσθησαν γὰρ ἀπὸ τῶν ὁμήρων, ἐπεὶ αἱ γυναῖκες ποτὲ τῶν Χίων ἐν Διονυσίοις παραφρονήσασαι εἰς μάχην ἦλθον τοῖς ἀνδράσι, καὶ δόντες ἀλλήλοις ὅμηρα νυμφίους καὶ νύμφας ἐπαύσαντο, ὧν τοὺς ἀπογόνους Ὁμηρίδας λέγουσιν. Jam Chii omnes Homeridæ dicendi erunt. Sed quis Seleucum hunc Acusilao, Hellanico, Crateti, Straboni, aliisque præferret, nisi iniquus esse velit? Non me fugit præterea in alium quoque usum Homeridarum nomen translatum, in eos scilicet, qui Homeri Carmina per vicos decantabant, & tandem Ῥαψῳδοὶ dicti sunt. Suidas: Ὁμηρίδαι, οἱ τὰ Ὁμήρου ὑποκρινόμενοι. Οἱ δὲ γένος ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ ὀνομασμένον ἐν Χίῳ. *Homeridæ, qui Homeri carmina repræsentant. Alii genus a Poeta in Chio sic dictum.* Vide quæ adnotavit Scholiastes Pindari *Nemeon.* II. & alii.

Adde Chiorum officia in Homerum non cum ejusdem vita extincta fuisse, quin oblata occasione splendidius exarsisse. Nam cum Scindapsus Homericus servus debita in Homerum obsequia ac justa post mortem non exsolvisset, sed quasi neglectum corpus illud incombustum reliquisset, a Chiis mille drachmis mulctatus fuit. Ptolemæus Hephæstio in *Excerptis* apud Photium ex Hypermene Historico: Ὑπερμένης ἐν τῷ περὶ Χίου φησὶ γενέσθαι θεράποντα Ὁμήρου Σκινδαψὸν ὀνόματι, καὶ τοῦτον ζημιωθῆναι ὑπὸ Χίων χιλίας δραχμὰς, διὰ τὸ μὴ καῦσαι τελευτήσαντα τὸν δεσπότην. *Hypermenes in sua de Chio narratione, Homeri famulum fuisse refert, Scindapsum nomine, huncque mille drachmis a Chiis mulctatum, quod herum mortuum non exussisset*. Hinc collige, Lector, Homericas facultates apud Chios non fuisse exiguas, nec contemnendas, sed ita auctas, ut & famulum haberet, qui tanta pecunia mulctari potuit. Quare minime audiendi sunt, ut hoc etiam obiter hic admoneam, qui Homerum adeo inopem conconstituunt, ut, cibum lucrandi causa, civitates Græcas circumire, Poemata sua canere necesse illi fuerit: ut inter alios innuisse videtur Dio Chrysostomus *Orat.* XLVII. habita in Patria: Ἀ μοι δοκεῖ διανοηθεὶς Ὅμηρος οὐ μόνον Ποιητὴς ἀγαθὸς ὢν, ἀλλὰ καὶ τῷ τρόπῳ Φιλόσοφος, τὸν ἅπαντα ἀποδημεῖν χρόνον, ὥστε μηδένα γνῶναι τὴν πατρίδα αὐτοῦ. Καὶ μᾶλλον, ὡς ἔοικεν, αἱρεῖσθαι πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς προσαιτῶν λαμβάνειν, καὶ ταῦτ᾽ ὡς μαινόμενος, οἴκοι διάγειν. *Quæ mihi animadvertisse videtur Homerus, cum non solum bonus Poeta esset, sed & moribus Philosophus: atque adeo omne vitæ tempus peregre exegisse, ut nemo illius patriam cognoscat: maluisseque, ut verisimile est, quinque & viginti drachmas mendicando accipere, atque hoc, ut mente captus, quam domi degere*. Et *Orat.* II. *Troica*: Πρῶτον μὲν οὖν φασὶ τὸν Ὅμηρον ὑπὸ πενίας τε καὶ ἀπορίας προσαιτεῖν τῇ Ἑλλάδι. *Primum igitur ajunt Homerum ob inopiam & egestatem mendicasse in Græcia*. Et Joannes Tzetzes Carmine *de educatione filiorum*:

Ὅμηρος αὐτὸς ἡ θάλασσα τῶν λόγων,
Τυφλὸς, προσαιτῶν, τὴν ἔχων τροφὴν μόλις,
Ἄλλων τρυφώντων οὐδὲ ζῆν ἐπαξίων.

Homerus ipse mare sermonum,
Cæcus, mendicans, vix cibum possidebat,
Cum aliis abunde ac laute suppetat, qui nec vivere quidem digni sunt.

Famulum enim habuit, cujus meminit hic Hypermenes. Seneca *Consolatione ad Helviam* cap. XII. *Unum fuisse Homero servum, tres Platoni, nullum Zenoni, a quo cœpit Stoicorum rigida ac virilis sapientia, satis constat*. Et Joannes Tzetzes:

Καὶ δοῦλος δὲ τῷ Ποιητῇ κλῆσιν ὑπῆρξε Βύκκων,
Ὃν Βύκλωνα, καὶ Φλάσκωνα παίζων ὁ Τζέτζης λέγει.

Id est,

Et servus etiam Poetæ nomine Bycco fuit,
Quem Byclonem, & Phasconem ludens Tzetzes dicit.

Et famulum, cui nummorum facultas ea fuit, ut pensionem tantam potuerit solvere. Magnam Chiorum in Homerum benevolentiam & liberalitatem! Licet ipse existimem Homero in patria ipsa nihil defuisse, sed fortunæ muneribus, quemadmodum & naturæ commodis, abundasse: & divini illius ingenii fœtus non inopem & miserrimam, sed familiam bonis omnibus opulentam demonstrant. Idem ante me etiam animadverterat Proclus *de Vita Homeri*: Φαίνεται δὲ γῆρας ἐκλελοιπὼς τὸν βίον. Ἡ γὰρ ἀνυπέρβλητος ἀκρίβεια τῶν πραγμάτων προβεβηκυίας ἡλικίας παρίστησι. Πολλὰ δὲ ἐπεληλυθὼς μέρη τῆς οἰκουμένης ἐκ τῆς πολυπειρίας τῶν τόπων εὑρίσκεται. Τοῦτο δὲ προσυπονοητέον, καὶ πλούτῳ

A *πολλὴν περιηγησίαν γενέσθαι, αἱ γὰρ μακραὶ ἀποδημίαι πολλῶν ἀναλωμάτων δέονται, καὶ ταῦτα κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους οὔτε πάντων πλεομένων ἀκινδύνως, οὔτε ἐπιμισγομένων ἀλλήλοις τῶν τότε ἀνθρώπων ῥᾳδίως.* Id est. *Videtur autem senectute vitam finiisse. Exquisita enim ad summum rerum disquisitio provectam ætatem indicat. Multas vero partes terræ visitasse, accurata locorum experientia testatur. Illud etiam animadvertendum est, divitiis abundasse. Longæ namque peregrinationes expensis indigent, & illis temporibus præcipue, cum sine periculo quocumque adnavigandi facultas non esset, nec inter se homines facili negotio coirent.* Vide etiam Dionis *Orationem Troicam*.

B Secunda ratio desumi potest a vico quodam Bolisso proximo in eadem insula, qui ad hæc tempora nomen tam amicum & carum servat Homeri. Homeri enim dicitur, idque non alia ratione, nisi quod, ut ipsi jam traditione verissima per manus a patre filio in universum tradita, Homeri ibi incunabula, vitæ progressus, ac potior vitæ pars transacta fuerit. Convenientibus veluti arcanum ostendunt rudera quædam, ac muros temporis edacitate consumptos, jam nutantes, & tantum non inopina quadam materiæ dissolvendos laxatione. Ibi vitam egisse Homerum tradunt. Ut hoc C audivi, dum essem Chii, confestim Homeros versus advolavi: ingressus vicum, a magistratu quæsivi, ut mihi Thesaurum tam antiquum recenter ostenderent. Ducunt hilares, commonstrant. Ut vidi, loci illius aura atque antiquitate commotus, memor illius tubæ, cui tantum debent omnes nationes, & præcipue Græcia tota, a me ipso distractus steti, præsentem Græciæ calamitatem, effusis etiam lacrymis, commiseratus sum. Advenerat una mecum ejusdem visendi desiderio motus N. N. lepidum sane caput ac festivum. Servire numeris, longius etiam contexere carmen, si liceret: acutus: & promptus ad delicias, ad Ve- D neres, ad omnia. Tunc ille quasi furens, erosos illos muros amplexatus, exosculatur: Felix solum, (quantum poterat voce contendebat, quasi universus orbis exaudiret) felicissima rudera, regiis ipsis aulicisque sumptuosis machinis desiderabiliora, quolibet mihi thesauro potiora, septem Orbis Spectaculis admirabiliora. Levi unius æstus marini impetu urbes & insulæ sunt absorptæ, præcipiti montium decursu tot Regum diademata, tot Heroum insignia, tot magnorum hominum, eorum etiam, quos Deos suos putavit & adoravit Antiquitas, colossi, quassata atque distra- E cta conciderunt. Nihil est sub hoc cœlo, quod non pulsetur ruinis. Tu, sic duras adhuc ab Homero ipso annis fere ter mille pene inexpugnabilis.

—— non Jovis ira, nec ignis,
Non potuit ferrum, nec edax abolere vetustas.

Felix solum, felicissima rudera, quæ spirans illud eloquentiæ simulacrum, doctrinarum omnium fontem, omnibus, qui post eum, sermonis usum F ac rationis habentibus, ut bene loquerentur, beneque ratiocinarentur, exemplar unicum a cœli & temporum incommodis immunem ac liberum conservastis. Quam mihi invidiam concitatis, quam isto meo pectore, isto animo vellem defensum. Hic forte post nocturnas illas vigilias, post tot exantlatos labores in disponenda vel componenda *Iliade* quiescebat: hic cervical forte erat: hic defessum caput declinabat; illuc distenti pedes respiciebant. Ubi, ubi calamus ille, ubi chartæ illæ sæpius lenitis literis conspurcatæ, sericis aureisque pannis æquiparandæ, occludebantur. Hic primum assurgentem solem excipiebat, illic occidentem venerabatur. Felix solum, felicissima rudera, felices vos homines, quibus hæc continuo aspicere ac frui posse datum est. Plura conantem dicere, & raucum quiddam sonantem, risus noster ex improviso ortus compressit. Hortamur, ut elogio locum exornet: quæ dixerat non ad dignitatem Homericæ tubæ dicta, si quid præterea haberet, ediceret. Addimus currenti calcaria: tunc ille: Purissimum istum Musarum hortulum, cum tempore ipso atque antiquitate decertantem, ne conspurcetis: ne sedem Gratiarum polluatis. Servate vobis, servate universo orbi ab omni injuria intactum, si fieri potest, divinum Opus. Huc nonnisi Musarum alumnis aditus sit. Longe sint pecora, longe sint sordes. Lapis si quis ceciderit, suo loco, sed caute, restituatur. Cæmenta ipsa, quæ tempus extorquet, quando in aurea urna conservari non possunt, in uno angulo, sed modeste, reponantur. Pulvis iste literarius ne male abeat, cavete. Araneas, si quæ fuerint, pluma, sed leniter, dimovete. Semel in anno hedera, myrto, lauroque coronate; flosculis terram aspergite; vino libate. Si quis contra temerario ausu jussa hæc nostra violarit, illi aqua ignique interdictum esto.

Sit flagri reus & mortis: sit quidquid ubique
Pœnarum potis est ferre patique reus.
Sit reus & plusquam mortis: sit quidquid in omni
Invenisse potes crimine supplicii.

Animanti bruto, & venenoso hic minime pateat, nullus locus sit. Si fuerit intra horam, medium disrumpatur. Non vobis regna,

Lydia, non magni potior sit fama Gylippi.

Nondum finis; & nos distraximus vel invitum. Ille novis osculis atque iteratis amplexibus Homerio salutato, domi se recepit. Quid hic referre suspiria? quid lacrymas? quid motus, quibus ille per totam noctem omnes inquietavit? Summo mane lauro hederaque collectis locum coronavit. Non diu & in urbem venimus.

Ergo ad hunc diem in insula Chio signa habitationis Homericæ perdurant, & perpetua traditio, Homerum ibi natum, enutritum, ac Chiorum pueros instituisse. Quod satis probabile redditur, cum historia comprobatum etiam sit Homerum in Bolisso, altero proximo ibi pago, quandoque divertisse, literasque docuisse. Herodotus in *Vita Homeri*: Ὁ δὲ Ὅμηρος ἤθελε πορεύεσθαι. Ἀναλαβὼν οὖν αὐτὸν ὁ Γλαῦκος ἤγαγε πρὸς τὸν δεσπότην. Διὰ λόγων δὲ ἰὼν τῷ Ὁμήρῳ ὁ Χῖος εὑρίσκει ἐόντα δεξιὸν, καὶ πολλῶν ἔμπειρον. Ἐπειθέ τε αὐτὸν μένειν, καὶ τῶν παίδων ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι. Ἦσαν γὰρ τῷ Χίῳ παῖδες ἐν ἡλικίῃ. Τούτους οὖν αὐτῷ παρατίθησι παιδεύειν. Ὁ δὲ ἐποίησε ταῦτα, καὶ τοὺς Κέρκωπας, καὶ Βατραχομυομαχίαν, καὶ Ἐπικιχλίδας, καὶ τἄλλα πάντα ὅσα παίγνιά ἐστιν Ὁμήρου, ἐνταῦθα ἐποίησε παρὰ τῷ Χίῳ ἐν Βολισσῷ. Id est, *Quibus non gravatim assentiens Homerus, Caprarium sequitur. Hic Chius Glauci herus ubi in colloquium cum Homero venisset, reperissetque hominem esse cordatum, multaque rerum peritia instructum, cœpit suadere ei, ut apud se commoraretur, liberorumque, quos habebat adolescentes, formandorum curam susciperet. Ille accepta conditione, pueros sibi concreditos erudivit. Interim Cercopas, Batrachomiomachiam, Epicichlidas, & alia omnia quæcum-*

que juvenilia ludicraque ejus extant, apud Chium illum condidit in Bolisso. Et Stephanus *de Urbibus:* Βολισσὸς πόλις Αἰολικὴ ἐπ' ἄκρυ Χίυ πλησίον. Θυκυδίδης Βολίσκον αὐτὴν καλεῖ ἐν ὀγδόῳ. Καὶ φασὶ, ὅτι Ὅμηρος ἐν τούτῳ τῷ πολίσματι τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο, ὡς Ἔφορος. *Bolissus urbs Æolica in montanis prope Chium. Thucydidis Boliscum illam vocat lib.* VIII. *Ajuntque Homerum in hoc oppido moras duxisse, ut Ephorus tradit.*

Tertia ratio est numisma Chiorum, in quo ex una parte Homerus, ex alia Sphinx insigne illius urbis excusum erat. Julius Pollux *lib.* IX. *cap.* VI. Οἱ Μιτυληναῖοι μὲν Σαπφὼ τῷ νομίσματι ἐνεχάραττον, Χῖοι δὲ Ὅμηρον, Ἄσις δὲ παῖδα δελφῖνι ἐποχούμενον. Δαρδανῖς δὲ ἀλεκτρυόνων μάχην. *Mitylenæi Sapphonem in nummis imprimebant, Chii Homerum, Asis puerum delphino invectum, Dardanis gallorum pugnam.* Mitylenæi, ut civem suam Sappho exornarent, assererentque civem suam, Chii ut Homerum. Et eodem modo Homerus Chius erit, ac Sappho Mitylenæa. At certum est Sapphonem esse Mitylenæam, ergo erit certum, & Homerum esse Chium. Alexander ab Alexandro *lib.* IV. *cap.* XV. *Apud Chios ænea moneta fuit, cui nomen Homerus.* In quem locum Andreas Tiraquellus: *Pollux ubi supra, Strabo lib.* XIV. *Homerum inquit, Poetam Chii maxime sibi vindicant, unde & nummus quidam æneus apud eos Homerus vocatur.* In quo memoriæ lapsu, quæ Smyrnæis Strabo tradit, ipse refert ad Chios. Et apud Fulvium Ursinum æreus nummus erat, in cujus una parte erat Sphinx Chiorum insigne cum inscriptione ΧΙΩΝ: in altera Homerus, sedens, & librum manu tenens cum literis ΟΜΗΡΟΣ. Josephus item Scaliger *Animadversionibus in Eusebii Chronicon: Sphinx Græcorum differt a Sphinge Ægyptiaca, quod illa sit capite velato, sine alis, Græca capite nudo, capillis compositis, pennata. Ægyptias multas vidimus tam marmoreas, quam in marmoribus sculptas Romæ. Græcam habes in nummis Chiorum, quorum insigne erat Sphinx, ut Carthaginensium* ἵππυ προτομὴ, *Rhodiorum rosa, Siciliæ tricrurium. Duo numismata Chiorum apud antiquarios visuntur, æreum, & argenteum. In ærei altera superficie est Sphynx alata, racemum pede sinistro anteriore tenens, in altera superficie* σκαπάνη *luctatorum cum inscriptione,* Λαμπρὸς Χῖος, *nimirum Lamprus* παλαιστὴς *erat. Et ex ligone ostendit se lucta vicisse Olympia, ut de Milone Theocritus dixit:*

Ὤχετ' ἔχων σκαπάναν τε, καὶ εἴκατι τουτόθι μᾶλα.

In argentea nummi altera superficie est Homeri caput cum titulo ΟΜΗΡΟΣ, *in altera Sphinx pennata, & titulus* ΧΙΩΝ. *apparet plane, ut diximus, Chiorum insigne Sphinga fuisse.* Sed de Chiorum insignibus alibi commodiore loco nos etiam fusius dicemus. Hæc ratio, quamvis in Smyrnæis lævis est, in Chiis tamen non nimium habet momenti. Nam præter hoc numisma habent alias rationes sane graves, quibus & hæc, quæ per se quibusdam futilis esse videretur, fulcitur. Homeridarum dumtaxat familia, domus Homeri, vicus Homeri dicti, & quæ inferius addentur gravissimorum hominum testimonium, & quod maximum est in hoc negotio, ipsius Homeri. Illud etiam hic obiter adnotandum, non Chium solum & Smyrnam ad civem suum sibi asserendum numismate, in quo effigies vindicandi, & nomen urbis exsculptum cernebatur, usas fuisse in ea antiquitate, sed posterioribus etiam temporibus ab aliis id ipsum usurpatum, ut videmus satis manifeste in nobilissima Parthenope, quæ complures abhinc annos, ut litem, quæ ab aliis moveri poterat de cive suo sancto Januario Præsule Beneventano, penitus dirimeret, nummum cudit, in cujus una parte Divi Januarii effigiem, & nomen: alia nomen suum exsculpsit: idque nobis, qui nihil nisi sapientia, Antonius Caracciolus Clericus Regularis in *Historica Demonstratione*, de patria sancti Januarii, repræsentavit: & ante eum Franciscus Antonius Purpura J. C. præstantissimus, & nunc Montis Marani Præsul in *Responso pro Monachis Basilianis contra Cassinates* p. 24. expressit: *Extant nummi ærei, quorum nonnulli apud me servantur, in altera quorum parte adest D. Januarii effigies, & Latinis literis nomen, altera Græcis literis* ΝΕΑΠΟΛΙΣ. Hoc argumentum nisi aliunde quid obstat, nec leve nec futile judicabitur. Numismata enim sic visa non privatim, sed publice per manus omnium etiam exterorum volitant, ingentique astu ab eruditioribus conquiruntur, quibus cum omnes acquieverint, nec vel verbo, vel scripto edito contradixerint, manifeste animorum omnium etiam prætendentium tacitus consensus in re illa, de qua agitur, asserenda concluditur. Qui enim fieri potest, in eo dissidio, ut uno sibi causam asserente, & victoriam signo illo publico veluti buccina promulgante, alter cum eo decertans, sciens taceat, nec hiscere audeat?

Unus, quod ipse sciam, Alcidamas Rhetor nescio quis, ut refert Aristoteles II. *Rhet.* cap. XXIII. temere satis tot in Homerum officia Chios ideo contulisse fatetur, non quod civem suum assererent, defenderentque sibi propria ab usurpantibus, sed quod hominem carum, & eruditum, sive sapientem honore afficerent, more aliarum gentium, quæ sapientes honorare suescunt. En verba: Καὶ ὡς Ἀλκιδάμας, ὅτι πάντας τοὺς σοφοὺς τιμῶσι. Πάριοι γοῦν Ἀρχίλοχον καίπερ βλάσφημον ὄντα τετιμήκασι. καὶ Χῖοι Ὅμηρον οὐκ ὄντα πολίτην, καὶ Μιτυληναῖοι Σαπφὼ, καίπερ οὖσαν γυναῖκα, καὶ Λακεδαιμόνιοι Χίλωνα τῶν γερόντων ἐποίησαν, ἥκιστα φιλολόγοι ὄντες, καὶ Ἰταλιῶται Πυθαγόραν, καὶ Λαμψακηνοὶ Ἀναξαγόραν ξένον ὄντα ἔθαψαν, καὶ τιμῶσιν ἔτι καὶ νῦν, καὶ Ἀθηναῖοι τοῖς Σόλωνος χρησάμενοι νόμοις εὐδαιμόνησαν, καὶ Λακεδαιμόνιοι τοῖς Λυκούργου, καὶ Θήβησιν ἅμα οἱ προστάται φιλόσοφοι ἐγένοντο, καὶ εὐδαιμόνησεν ἡ πόλις. Id est, *Et ut Alcidamas, quod omnes sapientes honorant. Parii igitur Archilocum quamvis maledicum honorarunt, & Chii Homerum, qui non erat civis, & Mitylenæi Sapphonem, quamvis esset mulier, & Lacedæmonii Chilonem in Senatorum numerum receperunt, cum essent minime studiosi eruditionis, & Itali Pythagoram, & Lampsaceni Anaxagoram, qui peregrinus erat, sepeliverunt, & honorant etiam nunc, & Athenienses Solonis usi legibus felices fuerunt, & Lacedæmonii legibus Lycurgi, & Thebis simul atque præsides Philosophi electi sunt, & felix fuit civitas.* Ergo dicto Alcidamantis Homerus Chius minime fuit, licet a Chiis honoratus. Etsi concederem verum esse, apud omnes sapientes in honore esse, quod sane dubium est, & confessione omnium apud paucissimos id in usu esse, pro certo habeatur, Alcidamantis tamen argumentatio nihil concludit, cum adducta ab ipso exempla omnia, saltem major eorum pars, aliud nobis innuant. Neque enim Parii Archilochum, & Lacedæmonii Chilonem, & Sappho Mitylenæi, & alii alios maximi fecerunt, quod ingenio omnique doctrina præstarent. Nam non deerant alii, qui iis artibus æquæ, ne plus adden-

dendo nonnullorum manes offendam, valerent, quibus honos ſimilis deferendus videbatur; ſed quod cives ſuos, etſi in aliis rebus non ita perfectos, in ſcientiarum tamen artibus ac prudentia, præter alios abſolutiſſimos experirentur. Ideoque aliis nationibus, quæ ſummos viros ſe habuiſſe gloriabantur, inferiores eſſe judicarentur, invito ſæpe ſæpius genio, quo ſimiles artes averſabantur, cives ſuos multis officiis collatis, minime aliis viliores eſſe demonſtrarunt. Parii ergo Archilochum quamvis, maledicum, Sappho Mitylenæi licet fœminam, Chilonem & Lycurgum Lacedæmonii, licet ſapientiæ minime animum adverterent, & Solonem Athenienſes, omnes cives ſuos (de Anaxagora ac Pythagora alia ratio eſt) honore debito affecerunt. Soline Chii nullum, qui ſaperet, habuerunt, quem colerent? & plurimos habuiſſe, ſi hiſtoriæ fides vera eſt, hiſtoria ipſa comprobatur, ſed aliunde avocato immortales ac ſingulares honores decernunt? Non potuit id eſſe. Quare fraus Alcidamantis in eo eſt, Homerum Chiis eripit, ut Smyrnæis, ſive aliis civitatibus Aſiæ, ex quibus ipſe genus ducit, concedat. Et tamen alterius urbis jura in Homero ſibi vindicando leviora ſunt. Tollatur Chiis, reliquæ urbes ſibi Homerum aſſerendo non ita ἄλογοι judicabuntur. Quin imo argumento Alcidamantis Homerus Chius eſt, quod ita efformo. Parii Archilochum quamvis maledicum, Mitylenæi Sappho quamvis fœminam, Lacedæmonii Chilonem & & Lycurgum quamvis rerum, quas illi profitebantur, ignari, Thebani Philoſophos, & Athenienſes Solonem, omnes cives ſuos, quia ſapientes, in pretio habuere: ergo & Chii civem ſuum Homerum virum ſapientia præclariſſimum ſummis honoribus ac officiis complexi ſunt. Quem, ſi civis non fuiſſet, honoraſſent quidem ſed ut ſapientem, nec ita ſtuduiſſent, ut reliquas urbes cultu ſimili anteverterent. Pythagoræ vero multa ſunt in Italos beneficia. Anaxagoræ mortuo, ne impii eſſent, Lampſaceni juſta perſolverunt. At nihil ſimile de Homero in Chios commemoratur. Ideo reliquum eſt, eos, ut Chium, & civem ſuum, honoraſſe.

Quarta ratio primo quidem intuitu non ita gravis: verum ſi penitius conſideretur, maxima illa quidem eſt, ab hiſtoria ipſa petita. Certamen quippe Homericum tradit Argivorum Senatus conſulto Homero, quia de illis optime in *Iliade* eſſet loquutus, munificis donis excepto, & ærea ſtatua illi erecta, certis die, menſe, & anno ſacrificium decretum fuiſſe. Quod cum illis non videretur ſatis, aliud ſacrificium quinquennale Chium mittendum: Τῶν δὲ Ἀργείων οἱ προεστηκότες ὑπερβολῇ χαρέντες ἐπὶ τὸ ἐγκωμιάζεσθαι τὸ γένος αὐτῶν ὑπὸ τοῦ ἐνδοξοτάτου τῶν Ποιητῶν, αὐτὸν μὲν πολυτελέσι δωρεαῖς ἐτίμησαν, εἰκόνα δὲ χαλκῆν ἀναστήσαντες ἐψηφίσαντο θυσίαν ἐπιτελεῖν Ὁμήρῳ καθ᾽ ἡμέραν, καὶ κατὰ μῆνα, καὶ κατ᾽ ἐνιαυτὸν, ἄλλην θυσίαν πενταετηρίδα ἐς Χίον ἀποστέλλειν. *Argivorum primates maximo elati gaudio, quod genus eorum a glorioſiſſimo Poeta celebraretur, eum magnificis donis cohoneſtarunt, & ærea ſtatua erecta determinarunt ſacrificium Homero offerre ſecundum diem, & menſem, & annum, aliudque ſacrificium quinquennale Chium mittere.* Dic ſodes, quænam cauſa Argivos impulit, ut eo decreto ſtatuerent Homero etiam Chii ſacrificandum? Dignitas urbis non potuit, quæ licet maxima eſſet, erant nihilominus in Græcia nobiliores, excellentiores, Argivis viciniores; multæ etiam aliæ ob Deorum delubra & frequentem Græcorum Senatum Auguſtiores, ſanctiores. In quibus ſi ſacrificium factum fuiſſet, major utique Homeri laus emerſiſſet. Et Chios inſula parvi circuitus ſpatio circumſcribitur, ita non poterat cæteras alias ſuas magnitudine antevertere. O prudens Argivorum Senatus! intra domeſticos parietes habes πολυχρύσους Μυκήνας, unde etiam Homerus Μυκηναῖος audiri meruit; proximam Athenarum arcem venerandam, quæ etiam ſibi Homerum aſſerunt, & adhuc decertant, ad eas ſacrificium mittendum. Delos ipſa Apollini ſacra, Rodos Coloſſo ſpectabilis, vel Smyrna Æolenſium colonia minime erant Chio poſtponendæ. Cave ne hoc ſacrificio Homerum ipſum, cui gratus eſſe conaris, excrucies, ac reliquas Orbis urbes reddas infenſas. Tantumne Chii honor tibi cordi eſt? Prudentiſſimum hoc Argivorum Senatuſconſultum, non unius, aut alterius, qui & affectibus vinci, nec modum ſibi in extollenda Chio præſcribere poterant, ſed omnium civium unanimi conſenſu firmatum, quid aliud nobis, quam Homerum eſſe Chium, innuit, quando neglectis cæteris urbibus Chion ſolam elegit, in quam quinquennale mitteret ſacrificium? Cum de Homero ageretur, & res illius tractaretur, non ad externos & advenas, ſed ad amicos & concives recurrendum erat. Noluit paternos Homeri manes, noluit avita illius ſimulacra, ac Deos protectores, ſi ſibi ſacrificium ſoli reſervaſſet, offendere. Voluit ſacrificio etiam Chii peracto, quo ſe aliena ſibi non vindicare quodammodo fatebatur, infenſos placare. Et certum hujus argumentum a quonam potius, vel melius habere potuit, quam ab Homero ipſo, præſente tunc ad omnia, & laudante, & plaudente. Cujas eſſet Homerus Carminum illorum auctor, ut non tantum illi, ſed & patriæ, ita uti meritus erat gratiam, & haberent, & referrent, ab Homero ipſo ſæpius ſciſcitantes extorquent. In tanta rerum neceſſitate vinci paſſus eſt; nec potuit quod ſuæ debebatur patriæ in alienarum urbium honorem exſolvere. Quare patriam, pro qua, ſi ea frui liceat, mortem oppetendam eſſe ſæpius enunciarat, aperit, & Argivis manifeſtat. Chius ſum. Honos, ſi quis eſt, Chiis tribuendus. Chion, quæ me genuit ac fovit, & in qua majorum meorum quæ reliqua ſunt requieſcunt, collatis beneficiis ac meritis officiis honorare. Argivi igitur eo ipſo audiente & laudante ſacrificium quinquennale Chium mittendum edicunt: Ἐψηφίσαντο θυσίαν ἐπιτελεῖν Ὁμήρῳ καθ᾽ ἡμέραν, καὶ κατὰ μῆνα, καὶ κατ᾽ ἐνιαυτόν. ἄλλην θυσίαν πενταετηρίδα ἐς Χίον ἀποστέλλειν. *Determinarunt ſacrificium Homero offerre ſecundum diem, & menſem, & annum: aliudque ſacrificium quinquennale Chium mittere.* Quis autem ſit hic mos Græcorum καθ᾽ ἡμέραν, καὶ μῆνα, & κατ᾽ ἐνιαυτὸν, pleniſſime egimus Tractatu *De temporum antiquorum, & præcipue Græcorum, menſura*.

CAP. XIV.

Homerus Chius eſt, auctoritate Simonidis, Pindari, Theocriti, Euthymenis, Conſtantini Imperatoris, Themiſtii, Claudiani, Pauli Silentiarii, aliorumque recentiorum.

QUINTA ratio, quæ in hiſtoriæ fide aſſerenda potiſſima eſt, erit magnorum virorum non minus recentiorum, quam antiquiſſimorum, auctoritas, qui uno ore omnes Homerum Chium fuiſſe confitentur.

Primum inter eos locum obtinet Simonides. Plutarchus: Σιμωνίδης δὲ Χῖον, *Simonides autem Chium:* Et *Vitæ Homericæ* Auctor: Κατὰ δὲ Σιμωνίδην Χῖος, *Ut opinatur Simonides, Chius*. Id autem affirmavit carmine Elegiaco *de Brevitate Vitæ* apud Stobæum:

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί.
Ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ.
Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Quod ita vertebat Georgius Buchananus:

Rebus in humanis nulla est constantia certa,
Veridico Vates Chius ut ore canit.
Non minus est foliis hominis gens fluxa caducis.

Certe nullus alius est hic vir Chius, sive Vates, qui foliis genus hominum comparavit, quam ille, cujus erit carmen illud,

Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν,

At ille versus Homericus est ex *Iliados* ζ. desumptus. Ibi enim Hippolochus ad Diomedem:

Τυδείδη μεγάθυμε τίη γενεὴν ἐρεείνεις.
Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Erit ergo, secundum antiquissimi Poetæ Simonidis, qui non multo post Homerica tempora vixit, sententiam, Homerus Chius.

Secundus Pindarus. Plut. Ὅμηρον τοίνυν Πίνδαρος μὲν ἔφη Χῖον τε καὶ Σμυρναῖον γενέσθαι. *Homerum itaque Pindarus dixit Chium & Smyrnæum fuisse.* Ubinam Smyrnæum vocarit nobis non constat. Illa quæ ipse habet *Nemeor.* II. Ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδοί, *Unde & Homeridæ futilium carminum ut plurimum cantores*, ad Chios refert Strabo *lib.* Ἀμφισβητοῦσι δὲ καὶ Ὁμήρου Χῖοι, μαρτύριον μὲν τοὺς Ὁμηρίδας καλουμένους ἀπὸ δὲ τοῦ ἐκείνου γένους προχειριζόμενοι. ὧν καὶ Πίνδαρος μέμνηται. Ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδοί. *Homerum quoque Chii sibi vindicant, argumento Homeridarum, qui e stirpe Homeri sunt. Horum & Pindarus meminit. Unde & Homeridæ futilium carminum ut plurimum cantores.* Vide Eustathium in *Prolegomenis Homericis*.

Tertius erit Theocritus, antiquissimus item & vetustissimus scriptor. Is enim in *Dioscuris* Homerum vocavit Chium vatem:

—— φίλοι δέ τε πάντες ἀοιδοί.
Τυνδαρίδαις, Ἑλένᾳ τε, καὶ ἄλλοις ἡρώεσσιν,
Ἴλιον οἳ διέπερσαν, ἀρήγοντες Μενελάῳ.
Ὑμῖν κῦδος ἄνακτες ἐμήσατο Χῖος ἀοιδὸς
Ὑμνήσας Πριάμοιο πόλιν, καὶ νῆας Ἀχαιῶν,
Ἰλιάδας τε μάχας, Ἀχιλῆά τε πύργον ἀϋτῆς.

Id est,

Tyndaridis, & Helenæ, & aliis Heroibus,
Qui Trojam exciderunt, auxilium ferentes Menelao,
Vobis, o Reges, gloriam peperit Chius Vates
Carmine celebrans urbem Priami, & naves Græcorum,
Et prælia Iliaca, & Achillem turrim belli.

Et in *Thalysiis*.

Ὥς μοι καὶ τέκτων μέγ' ἀπέχθεται, ὅστις ἐρευνῇ
Ἶσον ὄρευς κορυφᾷ τελέσαι δόμον Ὠρομέδοντος,
Καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες, ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν
Ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι.

Nam & fabrum valde odi, qui conatur
Extruere domum tam altam, quam est vertex montis Oromedontis,
Et Musarum aves, quæcumque contra Chium vatem
Ex adverso stridentes incassum laborant.

Non alio sensu, quam Isocrates *Oratione Panathenaica*, dum Philolacon ille singulare Isocratis reconditumque artificium explicat ingeniose omnino ac eleganter. Infert inter cætera, reliquos Oratores suis declamatiunculis, scriptis ab Isocrate orationibus longius abesse, quam ab Homeri gloria illi, qui in eodem poesis genere elaborarunt: Καὶ προσδοκῶντας ἢν παραχρήσωνται τοὺς πολλοὺς, ἐναμίλλους τοῖς ὑπὸ σοῦ γεγραμμένοις γεγενῆσθαι, τοῖς ὑπὸ σοῦ γεγραμμένοις, κακῶς εἰδότες, ὅτι πλεῖον ἀπολελειμμένοι τῶν σῶν εἰσὶν, ἢ τῆς Ὁμήρου δόξης, οἱ περὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ ποίησιν γεγονότες. *Quique sperant si vulgus hominum deceperint suas declamatiunculas cum scriptis a te orationibus posse contendere: ignari nimirum se longius abesse ab excellentia tua, quam gloria Homeri vincuntur illi, qui in eodem genere poesis elaborarunt.* In locum Theocriti Zacharias Calliergus Scholiastes: Ἤγουν ἀπέχθονται πλεῖστον ἐμοὶ, καὶ οἱ ὄρνιθες τῶν Μουσῶν πάντες, τουτέστιν οἱ Ποιηταὶ, ὅσοι πρὸς τὸν ποιητὴν Χῖον, ἤτοι τὸν Ὅμηρον, ἀπεναντίας ᾄδοντες ὁμοῦ, ἀντὶ τοῦ ἐρίζοντες, μάταια μοχθοῦσιν, ἀντὶ τοῦ ματαιοπονοῦσιν. Et Daniel Heinsius *Theocrit. Lect.* cap. XII. post novam ab eodemmet interpretationem tentatam, subdit: *Nihil suavius, aut urbanius, quam ita vocare Poetarum omnium Principem.* Neque aliud innuisse Theocritum ex his verisimile est, cum Jonicum appellavit Homerum:

—— ἐστιγάθη δ' αὖ ὑφορβὸς
Εὔμαιος, καὶ Βουσὶ Φιλοίτιος ἀμφ' ἀγελαίαις
Ἔργον ἔχων, αὐτός τε περιπλαγχνος Λαέρτης,
Εἰ μὴ σφας ὤνασαν Ἰάονος ἀνδρὸς ἀοιδαί.

Silentio etiam obrutus esset bubulcus
Eumæus, & Philætius circa boves armentales
Opus habens, ipseque magnanimus Laertes,
Nisi eos juvissent carmina viri Jonici.

Nec alia mente, nec sensu, Diotogenes Pythagoræus lib. *de Regno*, Homerum poetam Jonicum appellavit, nempe ut Chiis quemadmodum & Theocritus ab aliis frustra arreptum civem restitueret suum: Χρηστὸς δὲ ὑπὸ τὸ εὐεργετικὸς τε ἦμεν, καὶ ἀγαθοδότας, ὅκως δὴ καὶ λέγεται ὑπὸ τῶ Ἰωνικῶ Ποιητᾶ, ὡς κ' εἴη Πατὴρ ἀνδρῶν τε, Θεῶν τε. *Benignus est ut qui beneficia conferat, & bona distribuat, unde ab Jonico Poeta recte Pater appellatur hominum, Deumque.* Et Chium primum locum inter Jonias urbes habuisse certum est in historia, & nos superius indicavimus.

Euthymenes in *Chronicis*, quem sequutus est etiam Archemachus in III. *Euboicorum*, ut refert Clemens Alexandrinus lib. I. *Stromatum*, Homerum tempore Acasti in Chio insula natum tradidit: Εὐθυμένης δὲ ἐν τοῖς Χρονικοῖς συνακμάσαντα Ἡσιόδῳ, ἐπὶ Ἀκάστου ἐν Χίῳ γενέσθαι περὶ τὸ διακοσιοστὸν ἔτος ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως, ταύτης δὲ ἐστὶ τῆς δόξης, καὶ Ἀρχέμαχος ἐν Εὐβοϊκῶν τρίτῳ, ὡς εἶναι αὐτόν τε, καὶ τὸν Ἡσίοδον, καὶ Ἐλισαίου τοῦ Προφήτου νεωτέρους. *Euthymenes autem in Chronicis dicit eum floruisse cum Hesiodo tempore Acasti, & natum fuisse in Chio circiter annum ducentesimum post Trojam captam. In hac autem sententia est & Archemachus in tertio Euboicorum*, &c. Hos laudat Guilandinus *de Papyro* p. 70. *Archemachus in* III. *Euboicorum, & Euthymenes in Chronicis dicunt, eum floruisse cum Hesiodo, tempore Acasti, & natum fuisse in Chio circiter annum ducentesimum post Trojam captam.*

Constantinus Imperat. *Epistola ad Porphyrium Optatianum*, quæ præfigitur ejusdem Porphyrii Panegyrico eidem Constantino dicto: *Si tantum pondus & gravitas spectarentur in carmine, & Græca post Chium, Mæoniumve Vatem, & Latina post rusticum Mantuanum, eloquentia siluisset.* Id innuit, mea sententia, Homerus Chius est. Non temere dico, & certe scio, quod sine con-

troversia tale est, cum tamen ab aliquibus id in dubio verti novi, ne pluribus, ubi verbis opus non est, agam, ex aliorum sententia Mæonius sit, id namque parum ad rem nostram facere videtur. Neque enim eodem momento Chius, & Mæonius esse potuit; & constat apud probatos Authores cum in oratione particulæ disjunctivæ adduntur, *ve*, *vel*, *aut*, quod ante illas enunciatum est, haberi aut certius, aut notius, saltem ex mente ipsius enunciantis. Cic. *de Divinat. Omnia, quæ fiunt, quæve futura sunt*: enunciavit præsentia tamquam notiora, futura tamquam minus certa. Idem *de natura Deorum*: *Bestiæ, quæ in Rubro mari Indiave gignuntur*. Præposuit Indiæ mare Rubrum tamquam magis cognitum. Hoc ipsum patet cum particula *vel*. Cicero *pro Ligario*: *Cujus ego industriæ gloriæque faveo, vel propter propinquam cognationem, vel quod*, &c. Cognationem prius exposuit tamquam rem magis e suo sensu, & quæ illi benevolentiæ officium certius suaderet. Idem cum particula *aut*, 1. *Philipp. Res ipsa aut me ipsum, aut alium quempiam invitabit, aut dehortabitur*. De se ipso enuntiat, tamquam de re sibi magis explorata. Cum vero Auctores per hujusmodi particulas secundo additas enunciare volunt aliquid magis certum, consuevere illis subjungere particulam *potius*, aut huic similem. Cicer. *ad Q. Fratrem*: *Sunt ista quidem vel magna, vel potius maxima*. Hoc potissimum confirmatur ex doctrina Diomedis antiquissimi Grammatici, qui de particula *aut*, post primam enuntiationem semel addita, ita loquitur ad nostram sententiam aptissime, tamquam illa indicet rem minus certam: *At si semel pronuncietur, diminutiva est, & gradum habet ad inferiora tendentem: ut dicimus eum librum volo, aut pretium, ut si liber quem potissimum volo, minime reddatur, tu quod secundum pretium.*

Themistius, cujus singularis amor & studium Philosophiæ ac veritatis ab omnibus prædicatur, & βασιλεὺς τῶν λόγων non immerito audiit a Nazianzeno, *Oratione* XIX. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τοῖς τόποις, ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσι προσέχειν, quamvis videretur nihil certi statuisse: Καὶ ἐγὼ τὰ ἐκείνου ἔπη εἴτε ἐν Χίῳ αὐτὰ ἐποίησεν, εἴτε ἐν Σμύρνῃ, τῶν Ἀθήνησι γενομένων ἁπάντων προτιμῶ τε, καὶ πλεῖστα ἀναγινώσκειν ἐθέλοιμι. *Et ego sane nunc versus Homeri sive in Chio, sive Smyrnæ, illos forte fecerit, omnibus, qui Athenis ipsis compositi fuere, priores habeo, ac legere malim*. Inferius tamen apertissime Chion Homeri patriam fatetur. Et ut rationis Themistianæ vis melius intelligi possit, repetam altius ejus verba: Ἀλλ' οὐδὲν ἴσως κωλύει, τὰ παρ' ἑτέροις ἀρχὴν λαβόντα, πλείονος σπουδῆς παρ' ἄλλοις τυγχάνειν. Ἐπεὶ καὶ Κωμῳδία τὸ παλαιὸν ἤρξατο μὲν ἐκ Σικελίας. ἐκεῖθεν ἤστην Ἐπίχαρμός τε, καὶ Ἄμορφος· κάλλιον δὲ Ἀθήναζε συνηυξήθη. καὶ Τραγῳδίας εὑρεταὶ μὲν Σικυώνιοι, τελεσιουργοὶ δὲ Ἀττικοὶ Ποιηταί. σὺ δὲ τὸν μὲν Δία τὸν Φειδίου τὸν Ὀλυμπίασι θεασάμενος, οὐ δεήσῃ τῆς Ἀττικῆς πρὸς τὸ Φειδίαν θαυμάσαι. τὰ δὲ Πλάτωνος ἐνταῦθα ἔχων δημιουργήματα, οὐκ ἀγαθήσῃ τὸν δημιουργὸν τῶν ἀγαλμάτων, εἰ μὴ καὶ τὴν πατρίδα αὐτοῦ, καὶ τὴν οἰκίαν καταμάθῃς; ἔπειτα καὶ ἐν Χίῳ σοὶ παιδευτέον ἂν εἴη διʼ Ὅμηρον, καὶ διʼ Ἡσίοδον ἐν Ἄσκρῃ, καὶ διὰ Πίνδαρον ἐν Βοιωτίᾳ. Πῶς δὲ Στάγειραν ἀτιμάσεις τὸν Σταγειρίτην γινώσκων, πῶς δὲ τὴν Κύπρον, ὅθεν ἦν Ζήνων ὁ Κιττιεύς. Id est, *Sed nequicquam fortasse obstat, quo minus quæ apud alios principium habuerunt, apud alios majori studio fuerint exculta. Quando & Comœdia quondam in Sicilia cœpit. Unde & Epicharmus, & Amorphus fuerunt; Athenis tamen majus incrementum est nacta. Tragœdiæ inventores Sicyonii extitere, atque illam suis numeris perfectam reddiderunt Attici Poetæ. Tu autem Jovem Phidiæ opus, quando Olympiæ vides minime Atticæ indigebis, quo Phidiam admireris. At vero cum Platonis hic opera habes, nunquid auctorem talium signorum non suspicies, nisi patriam ejus, laresque domesticos recognoscas? Atqui hoc argumento in Chio tibi institutio capienda Homeri causa, in Ascra Hesiodi, in Bœotia Pindari. Quid? nunquid Stagiram nobis probro aliquo afficies, licet non videris, cum ipsum Stagiritam noscas? Num Cyprum, unde Zeno Cittiensis ortus?* En ut vides nullam illustrium virorum patriam perquirendam, dummodo monumenta habeas, & traditas ab illis disciplinas æque bene possis haurire extra illorum patriam & Lares. Nam si patria Auctoris perquirenda esset, Chion esset adnavigandum, ut Homeri institutionem capessas, Ascram ut Hesiodi, Bœotiam ut Pindari. Licet enim nullus talium virorum patrias, quod ipsas non noverit, neque ad illas permearit, probro afficiet, non erit tamen eruditionis causa ad illas commeandum, dum alibi eorum disciplina in promptu sit. Quemadmodum ergo Hesiodi patria Ascra, Pindari Boœtia, Stagira Aristotelis, Zenonis Cypros, Phidiæ & Platonis Athenæ communi omnium suffragio est, ita & Homeri Chios, ad quam minime adnavigandum, ut Homericum ingenium recognoscas. Non enim apud quos principium res habuere, ab iisdem etiam exculta sunt. Neque Patriæ semper suorum civium studia æmulatæ sunt, sed quandoque apud exteras nationes majora incrementa illa studia nacta sunt; quare non in patria, sed ubi florent, captanda.

Claudianus *Epigramma ad Probinum*, quamvis asteriscus nebulam infundat, ego tamen omni pignore, dicebat ad me acris censor Joannes Argolus, sanam esse lectionem contenderim. Ait se Poeta ad scribendum Probino viro spectatissimo modo verecundari, modo impelli ab amore ad audendum, adductis subinde versiculis:

Fors juvat audentes, Chii sententia vatis;
Hac duce non dubitem, te reticente loqui.

Ubi pro *Chii* in margine *Prisci* legitur. At Claudianus Chium vatem intelligit Homerum, qui sententiam eam ante expresserat *Odyss. n.*

—— θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων
Ἔργοισιν τελέθει.

Quod maxime, ut credam, adducor similitudine exemplorum: nam ut Claudianum compellandi Probinum per literas, utpote virum principem, pudor retinebat, ita & Ulyssem sistendi se coram rege Minoo, ex quo trepidum Pallas excitat. Unde fit, ut omnino de Homero ibi intelligi debeat. Nam si reponatur vox *Prisci*, & Virgilius cum illa sententia sua, *Audentes fortuna juvat*, indicatur, cur priscus vates sit Virgilius Claudiano præsertim non video: *Ego enim*, ut cum Scriptore *Dialogi de Oratoribus* sentiam, *cum audio antiquos, quosdam veteres, & olim natos intelligo, ac mihi versantur ante oculos Ulysses & Nestor*, non Petrarcha, aut Boccatius.

Octavus Paulus Silentiarius, elegans sane scriptor, nec contemnendus, Homerum pertinaciter Chiis ipsis asserit in *Epigrammate*:

Οὐδ' εἴμι χρύσειον ἀπὸ ῥαιστῆρος Ὅμηρον
Σθήσῃ τε φλογέαις ἐν Διὸς ἀστεροπαῖς.
Οὐκ εἰμ' οὐδ' ἔσομαι Σαλαμίνιος οὐδ' ὁ Μέλητος
Δημαγόρου. μὴ ταῦτ' ὄμμασιν Ἑλλὰς ἴδοι.
Ἄλλον ποιητὴν βασανίζετε· τ' ἀμὰ δὲ Μοῦσαι,
Καὶ Χίος Ἑλλήνων παισὶν ἀείσατ' ἔπη.

A Hoc est, Fausto Sabæo Interprete,

Non si me ex auro fuso statuetis Homerum,
Hic ubi fulmineus Juppiter irradiat.
Non Salaminus ero, nec sum natusque Meletis
Demagori. Hoc oculis Græcia non videat.
Quærite vatem alium. Nam vos mea metra canetis,
O Musæ, atque Chios pignoribus Danaum.

Ut vides Lector, Silentiarius ad hoc incumbit, ut Homerum nobis in Chio insula procreatum persuadeat. Probare & planum facere nititur, Homerum non fuisse Salaminium, sed omnimode B Chium. In Manuscripto antiquissimo, quod e Palatina in Vaticanam Bibliothecam allatum est, in quo Corona Meleagri, Philippi, & Agathiæ Sylloge Epigrammatum Græcorum a Constantio Cephala in capita secundum materiam reducta hoc Silentiarii epigramma sub nomine ἀδήλου, vel Alcæi Mitylenæi legitur: Ἀδήλου, οἱ δὲ φασὶν, Ἀλκαίου Μιτυληναίου, *Ignotum, nonnulli tradunt, Alcæi Mitylenæi*. Quod si verum est, & verum esse tanti Codicis fide mihi persuadeo, Auctor, qui Chiis Homerum vindicat, multo, Paulo Silentiario, qui sub ætate Justiniani scribebat, longeque C antiquior est, ideoque & gravior, & fide dignior, & ad patriam Homeri comprobandam aptior; plus enim in historia antiquitati tribuimus, quæ ut rei gestæ vicinior, & fraude ac malitia hominum; sive etiam amore, & odio minus corrupta, & prima illa vivendi ratione simplicior rerum successus verius aperit, ac posteris tradit. Alcæum vero Mitylenæum Pittaco uni e septem Græciæ Sapientibus Olympiade XLII. temporibus Crœsi Lydorum regis ἀντιπολιτεύσασθαι, ideoque vetustissimum esse trita res in historia est. Quare cum in hoc epigrammate ad aliorum differentiam addatur illud, *Mitylenæi*, non incongrue quis dixerit Auctorem hu- D jus epigrammatis esse unum ex novem Lyricis, quos Græcia ante alios admirata est; ideoque hoc epigramma conscripsisse tunc cum primum industria ad diligentia Pisistrati Homerica Poesis in unum coaluit, dispersa antea, &, ut ita dicam, περιεχόμενη. Tunc enim cum novitate ac præstantia rei omnes excitarentur, Auctoremque admirarentur, & vitio gentis humanæ unusquisque talis Poeseos opificem sibi vindicaret, & patriam aliis, quam vellet, ediceret, orationeque tum prosa, tum versa etiam publicaret; Alcæus stupore & impudentia nonnullorum commotus, testa E tam aliis a se voluit esse hoc epigrammate veritatem, & Chiis testimonio suo, licet alii oblatrarent, & pertinaciter contenderent, civem Homerum restituit. Quod solum Alcæi testimonium sexcentis Silentiarii gratius mihi & Chiis accedet. Verum cum jam nonnullos videam, & testimonio, & conjecturæ obsistere, illis utcumque satisfaciam, & dicamus errore Scriptoris id factum esse, ut pro Messenio, vel aliquo alio, *Mitylenæi* obtruderetur. Quare auctoritas non erit tam antiqua, nec Scriptoris testimonium tam certum recipi debet. Esto hoc. Rem accuratius discutiamus & breviter. Epigrammatum Auctores Alcæi, quorum copia in Coronis Meleagri & Philippi, & Sylloge F Agatiæ omnibus facta est, duo tantum esse possunt, alter Mitylenæus hic, de quo diximus, alter Messenius. Alcæum item Messenium satis vetustum nobis insinuat auctoritas Meleagri Gadareni, qui sub ultimo Seleuco floruit, & epigrammata illa concinnavit, hic siquidem dum Auctores, ex quibus epigrammatum Coronam adornavit, recenset, Alcæi hujusce meminit carminibus *ad Dioclem*:

Ἀλκαίου τε λάληθρον ἐν ὑμνοπόλοις ὑάκινθον
Καὶ Σαμίου δάφνης κλῶνα μελαμπέταλον.

Et series ipsa temporum, qua comperitur Alcæum Messenium ætate Philippi Regis Macedonum anno Urbis conditæ DL. vel circiter devicti, cui ipse sæpius oblatrat, & Victori Flaminio blanditur. Alcæorum varietatem adnotavit etiam nescio quis in eodem Codice *in illud Epigramma lib.* III. Ἡρώων τὸν ἀοιδόν. Οὗτος ὁ Ἀλκαῖος οὐκ ἔστιν ὁ Μιτυληναῖος, ὃ ἦν ἐν τοῖς χρόνοις Πιττακοῦ. *Hic Alcæus non est Mitylenæus, qui tempore Pittaci floruit.* Nec me fallit in editis in hoc epigrammate legi Ἀλκαίου Μεσσηνίου. Hinc notatoris judicium verissimum est. Quæ ergo Mirylenæi non erunt, certe Messenio tribuenda sunt, cui solo Alcæi nomine pleraque in ista farragine tribuuntur, ut legenti singula, ne diutius hic moremur, patebit. Si quis itaque per vim, invitisque Mu.is omnibus epigramma hoc denegabit Alcæo Mitylenæo, Messenio omnino tribuat, necesse est. Ergo Alcæus etiam hic ab Alcæo illo Lyrico, Mitylenæo que diversus, sane multis annorum parasangis, cum ille bello Macedonico ante Christi tempora fere CC. annos, Silentiarius post Christum natum tempore Justiniani annos ad minus DL floreret, antiquior fuit Silentiario, & fide pro sua antiquitate dignior, ut jam diximus. Nullus vero, quod ipse sciam, præter unum Joannem Brodæum, epigramma hoc Silentiario tribuit, qui qua conjectura id fecerit, ignoro. Quamvis enim epigramma Pauli Silentiarii hoc Οὐδ' εἰμι, sine titulo Auctoris subsequatur; non ideo tamen necessario Pauli est; solet enim in unoquoque epigrammate Auctoris nomen, dummodo certum sit, repeti, vel addi illud, Αὐτοῦ, ut reliqua epigrammata percurrenti videre est. Quare fucum nobis fecit Brodæus, qui id Paulo inscripsit.

Ex recentioribus Alexander Rainaldus, Bibliothecæ Vaticanæ Custos, *Iconomachiæ* lib. II.

Nec centum geminæ tantum fulsere per orbem
Magnanimo Thebæ Alcide, aut Minoia tellus
D ctæo tantum se jactat Rege; supremis
Quantum pulchra Chios natalibus, auro, & ære,
Ac laribus, fastisque, ac quinquennalibus aris
Altiloqui Vatis nitidum super extulit oras
Argivas caput, ut resonans, memorabile, & altum
Stirpis Homeriacæ servet per sæcula nomen

Andreas Argolus in novarum cœlestium motuum Ephemeridum ex Tychonis Brahe observationibus *Introductione*, in *Appendice* Catalogi civitatum pro differentia Meridianorum: *Chios insula patria Homeri*.

Angelitta Scaremuccia in Belisario *Cant.* XIII. de Cosmo Sosandræ filio sermonem habens:

In lui splendea gran forza, alto consiglio
Sempre a Cesar serb' incorrotta fede.
E per l' otio Schivar leggendo apprese,
Quanto il vecchio di Chio mai scrisse, o intese.

Antonius Brunus in *Tribus Gratiis*, in *Thalia*, ubi Nicolai Perotti Archiepiscopi Sipontini scripta celebrat:

Tolse il gran de Persi al cieco oblio
E del età, se non del foco a i danni,
Troja ch' ordisce a morte eterni inganni
Del gran Cieco descritta, Argo di Scio.

Et lib. cui nomen dedere Veneres, *Ode in Ho-*

meri effigiem, quæ in Museio Urbinatium Ducis asservabatur: A

Dell' odorata Scio
Questi è 'l Cigno sovrano.

Augustinus Mascardus *Epicedio* in funere Benedicti Justiniani S. R. E. Cardinalis:

Te quibus heu lacrymis Ægei filia Nerei
Jam patribus regnata tuis Chios inclyta flebit!
Felix prole Chios, seu cum nutricibus auris
Educat, Iliacos qui dura per arma labores
Explicat, & Phrygibus fatalem cantat Achillem,
Seu cum Romano natum se destinat ostro.

Bartholomæus Tortolettus *Ode ad Gasparem* de Simeonibus orantem de laudibus Hieronymi Aleandri: B

Quin ipse Chius de tumulo tuis
Homerus imo assurgit honoribus;
Delectat & magnum Maronem
Consimilem reperisse laurum.

Benedictus Falcus in *Descriptione Neapolis*, & ejus territorii: *E'l vin di Scio, anticamente detta Chios, dove nacque Homero.*

Cyriacus Anconitanus ex Elogio in Homeri sepulcro insculpto contendebat, id satis esse argumento Homerum non Smyrnæum extitisse, sed Chium, ut refert Franciscus Philelphus *epist. ad eundem*, illius sententiam, quamvis de patria & ætate Homeri nihil certi apud Auctores inveniri afferat, ipse etiam Philelphus neque probat, neque omnino reprobat. C

Erasmus Schmidius discursu *de Insula Atlantica* ultra Columnas Herculis, quæ America hodie dicitur. Postquam recitasset carmina Homeri ex primo *Odysseæ* de Æthiopibus, eaque examinasset, subdit: *Homero Chio addam alium Homerum Mantuanum Virgilium, qui sexto Æneidos*, &c. D

Flavius de Flisco Bellisarii *lib.* III.

Fovebat vafram vafro sub pectore vulpem
Tirtimus, & falsis lavabat fletibus ora:
Non Chius Argivis Vates sic pinxit Ulyssem.

Franciscus Bracciolinus in ultima editione sui poematis Heroci sub titulo, *Croce racquistata*:

E la candida Scio fra tutte loro
Aventatrice d' orride farisse
Scio dov' hebbe radice il grand' Alloro
Ch' eresse Achille, e tenne à bada Ulisse;
E tale è 'l suon de la sua tromba d'oro,
Ch' illuminò gl' estinti, e cieco visse: E
Nessun fù pari à quel valore antico
Ricco di gloria, e di tesor mendico.

Franciscus Rugerius lib. I. *Carminum*:

Offert vina Chios, quæ jurat Homerica; Vates,
Hæc bibite, & vestro in pectore Homerus erit.
Addite aquam, vobis cautus nascetur Ulysses:
Pellite aquam, fortis nascitur Æacides.
Ab procul hinc aqua, si sapitis; mera vina bibantur,
Et merus in vestro pectore Homerus erit.

Et rursum:

Rura Chios celebrat generoso fœta Lyæo, F
Rure suburbano conspicienda solo;
Vendicat illa sibi memorandi nomen Homeri,
Quo tumet æternum cive superba Chios.
Musam hic pampineis in prælia duxit habenis,
Mæonius caneret cum fera bella senex.
Magnanimum Æacidem dum parturit ore tonanti
Non alio gravidum nectare pectus habet
Si fas ergo sua metiri prole parentem,
Si fas e rivo noscere fontis aquam;
Heroas quanti Græcos fuit inter Achilles,
Tanti hic Græca inter vina Lyæus erit.

Franciscus Saccus *Hippicωn* lib. II. de Vincentio Justiniano verba faciens:

Thracis enim rabie sceptro dejectus avito,
Hellespontiaco linquit regnata Tyranno
Littora, & Ægæas sua quam Chios asperat undas,
Mæoneque illa suo, natoque superbit Homero,
Ausoniamque petit, veterisque cacumina Bassi.

Gaspar de Simeonibus in *Panegyri Austriaca*:

—— *Ægeo Delos circumflua Nereo,*
Et Samos, & fidibus Lesbos fœcunda canoris,
Et Phœbæa Chios Thetidi gratissima sedes,
Æternum qua diva sua transmisit Homerum
Laudibus Æacidæ.

Gilbertus Cognatus *Annotationibus in Dial. Luciani, Simyli, & Polystrati*: *Chios insula maris Ægæi, quæ habet* 28. (puto 128.) *milliaria in circuitu, unde & laudatissima mastice adfertus, & Homerus Vates Chius est dictus.*

Gregorius Portius *de Patria Homeri*, ad Leonem Allatium:

Patria quæ fuerit Vatis perquiris Homeri,
Et quæ magniloquum protulit ora virum.
Promptus, amice Leo, quæ sit sententia, promam.
Est Chius, Chiis natus & ortus avis.
Nunc Colophon, nunc Smyrna, Pylos, nunc Argos, Athenæ
Cessent pugnantes. Fert decus omne Chios.

Idem in *Effigie marmorea ad Cardinalem Burghesium*:

Non si adorata Chios alma lauro
Verticem cingat, vel Apollinaris
Mantuæ Cygnus, loquar auspicato
Carmine digna.

Et *Præfatione in Clio Barberinam*: *Quamquam est ea Barberinæ Gentis majestas, ut in ejus unius laudes, omnes suas, non Methymna solum, & Venusia, lyras, sed Chios etiam, Mantuaque tubas optent impendere.*

Guilielmus Xylander *Annot. in Plutarchi libel. de Homero*: *Cæterum de patria Homeri, quamquam sit magna scriptorum dissensio; tamen Chium fuisse fere pronunciari potest. Non admodum versus moror, qui sine auctore a Gellio referuntur, de septem urbibus Homerum sibi vindicantibus. Chium fuisse Theocritus in Thalasiis, & Dioscuris*, &c.

Henricus Stephanus *ad Marcum & Joannem Fuggeros fratres*:

Hi si tulissent Ilio quondam pedem
Præoccupassent Nireo
Chii Poetæ splendidum præconium.
Sed oris ejus gratia
Seris merebat si cani nepotibus
A Vate vatum principe.

Hieronymus Genuinus inter alia, hoc quoque de Homeri Patria Anagrammate lusit: *Homerus Poeta Iliados & Odysseæ Auctor. Mire vates, o decus, o sola Chii patriæ laus.* Vel sic: *O Chio eruditæ patriæ laus, solus emicas.*

Joannes Argolus in suo *Polyphemo Græco*:

—— Ον βυλλῶ δεινὸς τετύφλωκεν Οδυσσεὺς
Υςατον, ὃν τυφλὸν φῶς Ελλαδος ἦσιν Ομηρος,
Ονπερ ἔδωκε Χίος, μεγάλων μήτηρ Χίος ἀνδρῶν.

Joannes Jacobus Busciardus in *Periegesi maris Ægæi*, ad quam invitat Petrum Gassendium:

Ενθάδε Διογενῆς οἶκον, καὶ πατρίδ' Ομήρυ
Καλλιγυναίκα Χίον βλέψεις.

Jacobus Philippus Tomasinus in *Petrarcha redivivo* cap. XXIV. de patria illius ambigua loquens:

Sed neque insolens admodum, quod de summorum virorum patria dubitatum fuerit omni sæculo, ut mittam alios, Homero vetustas variam pro suæ ambitionis astu finxit patriam, quem tamen in Chio insula natum censet potior eruditorum pars, cui libens subscribo.

Lucas Holstenius Hamburgensis:

Οἰνοπότης μὲν Ὅμηρος ἐλέγχεται οἶνον ἐπαινέων,
Αἰνίζων δὲ καλὴν πατρίδα δεῖξε Χίον.
Laudibus arguitur vini vinosus Homerus,
Seque probat Chium laudibus ipse Chii.

Et *de Poeseos speciebus Dissertatione* ad Academicos Humoristas Romæ pleno Purpuratorum Patrum Senatu habita, Homerum non semel *Chium Poetam* nuncupavit.

Nicolaus Villanus in *Capitulo Italico*, in quo de Corcyra insula tractat:

O miseri Feaci antichi Heroi
Se tal vita viveste allora, quando
Il grand' orbo di Scio cantò di voi.

Et *Discursu Italico de Poesi joculari*: *Ma per essermi venuto all' orecchie con la voce di alcun Homero, non del vostro, o Signor Allacio, da Scio, ma di un orbo di questo paese che a guisa delli antichi Rapsodi le poesie de nostri Toscani al suono della sua ribeca ne va cantando.* Et in *Parechesi* item *Italica ad Antonium Brunum & Leonem Allatium*:

Tu, Leon, ch' il petto honesto
D' Atenea Pallade onusto
Tornar fai la Grecia in Roma
Canterai con la tua rima
Le veraci altere lodi
De tuo' Chii paterni lidi.
Scioglierai l' antico nodo
E dirai ch' in questo nido
Il gran Cigno delle Muse
L' alto Homero i vanni mise;
E qui vide il primo lume;
Bench' il ver menzogna lime.

Petrus Castellus *Tractatu de Incendio Montis Vesuvii* pag. 48. & 56. Homeri testimonio utens, Chium nominat.

Petrus La Sena in *Cleombroto*, sive Tractatu, *De iis, qui in aquis pereunt*, cap. VIII. in quo inter alia Varronis Distichon apud Gellium de patria Homeri contra Luisinum & Magium exponitur: *Sensus Varronis est, ariete mortuo fieri Homero sacra: & tamen capella candida ejus tumulum indicat. Sed quid hoc ad Patriam Poetæ denotandam? inquies. Liceat ingenii periculum facere; sitque satis, si a me non adeo inepta & propudiosa effutiantur, Ænigma de Homeri patria in capella candida est: qui Græce interpretabitur, illud percipiet. Nivis albedinem Latini candidum ajunt; ut niveus etiam pro candido usurpatur:* αἶγα χιονικὴν *si dixeris; & , ut fieri in Inscriptionibus assolet, si punctatim per capitales litteras scribas,* ΑΙΓ. ΧΙ. *annon Homeri Patria prodibit, id est,* Αἰγεῖα *videlicet* Χίος, *qua Ægæo mari alluitur, Chius?* Αἰγεῖον, *vel* Αἰγαῖον πέλαγος *cur dictum sit, docet Plinius, inquiens,* Ægæo mari nomen dedit scopulus, inter Tenedum & Chium, verius quam insula, Æx nomine, a specie capræ, quæ a Græcis ita appellatur, repente in medio mari exiliens. *Solinus hoc saxum Antandrum nominat, quod procul visentibus capræ simile credi ait. Festus sic inquit,* Quod crebræ in eo sint insulæ, quæ procul aspicientibus caprarum imaginem, &c. *Quidquid sit, hoc verissimum, quod idem Varro habet,* A capris nominaverunt Ægæum Pelagus. *Chius autem insula, ut ex Metrodoro & Cleobulo Stephanus scriptum reliquit,* ἀπὸ τῆς χίονος *a nive, sive, quod idem est, ab ejusmodi nominis Nympha appellatur. Habet etiam laudatum candorem marmor, quod Chium vocatur, &c. Capella igitur candida sive ex Chio marmore in tumulo Homeri posita, sive niveo candore nitida Chium referebat, suique nominis notione, ac ipsa imagine, ut Ægæum mare, sic non aliam, quam quæ in eo pelago insignis erat, insulam denotabat. Chius igitur Homerus; & in Varronis Epigrammate res olim contentiose pugnata, necessario obvelamento prudentissime designatur. An non ego omnium confidentissimus sum, hanc palæstram aggredi ausus, qui sciam in ea* Ὀλυμπιονίκην *desudasse Leonem Allatium, virum emeritum, cujus studiis vetus recensque Græcia plurimum debet, imo quotquot ubique gentium bonas litteras amant?*

Idem in Propylæo sui Operis *de Homeri Nepenthe* effigiem Poetæ ex Fulvii Ursini *de Imaginibus* libro delineandam curaverat; & cum olim Chii nummos cuderent, expressa in iis Homeri facie, illam circulo inclusam ad numismatis speciem figuraverat, adjecta, ut ipse mihi sæpius retulerat, ex veteri Codice M. S. olim Jani Parrhasii viri eruditissimi, hac ad oram Græca inscriptione Ο ΠΑΝΤΑ ΕΙΠΩΝ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΑ ΝΟΗΣΑΣ ΧΙΟΣ ΟΜΗΡΟΣ. Quam imaginem & ἐπιγραφὴν Ludovicus Prost, qui librum illum *de Nepenthe* suis typis Lugduni evulgavit, vel compendii sui causa, vel quod magis sua insignia typographica ex re sibi viderentur, supprimendas existimavit.

Philippus M. de Misenensibus, sive Misnensibus Germaniæ populis a Mysis nuncupatis, *Carmine ad Georgium Fabritium*:

Χῖος ἀνὴρ ἔθνος Μυσοὺς ἀπέφηνε δίκαιον.
Κάλλιστη δ' ἀρετῶν ἐστὶ δικαιοσύνη.
Μαρτυρέει πολὺ ἐμπείρας πολέμοιο γενέθλας
Ξὺν δὲ δικαιοσύνη καρτερία ἀγαθόν.

Et ita vertit Fabritius:

Chius homo Mysos cultores prodidit esse
Justitiæ, qua nil pulchrius orbis habet.
Testaturque acres homines, belli que peritos.
Quantum ornant fortes pectora justa viros.

Nos quoque Elegia *de Natalibus Homeri* Græce sic lusimus:

Μυρία δ' αὖ θύουσιν ἀφαρπάξαισε θανόντα
Ἄστεα, ἢ καλέσει σφωΐτερον ναέτην.
Αὐτοῖς ἐμφύντ' ἀδεῶς αὐτόχθονα. Τόσσον ἄρ' εὖχος
Τοσσατίων φθιμένου ἐξετίναξε φρένας.
Ῥώμη παμβασίλεια, Κύπρος, Λυδίη τε, Μυκῆναι,
Αἰγύπτιαι Θῆβαι, Λευκανὶς Ἰταλίας,
Θετταλίη, Γρύνοι, Κεγχραὶ, Κνωσσός τε Μινώη.
Ταῖς οὐδ' ἠβαιὸν ἐμφροσύνης γε μέτα.
Πασάων δὲ πρώτισαι ἑὸν ποθέουσι πολίτην,
Ἐν δ' ἔριν ἀνστήσουσ' αἰὲν ὀρινομένην,
Αἱμυλίοισι λόγοισι, ἰδ' εὑρήμασι καινοῖς,
Τοῖς παίζουσ' ἀφρόνων ἠπεδανὴν κραδίην.
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.
Κύμη, ἠδ' Ἰθάκη Λαρτιάδαο πάτρη.
Ταὶ δ' οὐδέν γ' ἀπόναντο ποθητύος, ὃν τρέφον αὐταί.
Δὴ γὰρ Μοιράων ἄλλ' ἐπέκρινε λίνα.
Καὶ Χίοις χαρίσαντο φέρειν τόσον ἄνδρα πολίτην,
Πρῶτον ὅταν νήσου εἰν ἁλὶ πῆξαν ἕδρας.
Τοὔνεκά μιν Χῖον καλέουσι, καλεῖ δὲ καὶ αὐτὸς
Αὐτὸν Χῖον ἑῆς μνησάμενος πατρίδος.

Id est, Andrea Bajano Interprete,

Innumera post fata fluent te prendere gentes,
Et patrio civem constituisse solo.
Lis erit, & quisque indigenam natumque probabit,
Tantus in exanimo corpore vivet honos.
Orbis apex Urbs alma, Mycenæ, Lydia, Cypros,

Et Pharia Thebæ, Lucanis Ausoniæ.
Thessalaque urbs, Gryni, Cencbræ, Minoia Gnossos.
Barbara consiliis mens quibus orba fuit.
At super hoc primi ante alios certamina ponent,
Ullis non unquam dissoluenda modis.
Dulcisonis verbis, & acuta indagine mentis,
Queis stultum eludi corda pusilla solent.
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Pylos, Argos, Athenæ,
Cuma, Ithaceque solum nobile Lartiadis.
Attamen hi quæ animo nutribant vota, Sorores
Ducere fatali non statuere colo.
Namque dedere Chio, tantum ut jactaret alumnum,
Cum primum Ionio conditur ipsa mari.
Unde Chio nomen patrios quin rite penates
Commeminit, dum se Chion & ipse vocat.

Addentur alii inferius; Melchior Guilandinus, Vincentius Opsopæus, Paulus Manutius, Gulielmus Xylander, Julius Salinarius, Gabriel Naudæus, & Sibylla, quos vide.

Arduum est, & ab omni humanitate alienum, tot ac tantos viros, de Republica literaria deque humano genere bene meritos, quorum & acumen ingenii, & in rebus perquirendis ac dijudicandis miram solertiam, animique candorem plusquam ingenuum admirata est Antiquitas, & ad hunc diem admirantur viri probi, tamquam mendaces ejicere, eorumque dicta tamquam falsitatis suspecta damnare. In aliena causa quod probabilius erat, vel verisimilius ipsi judicabant, in medium attulerunt, non odio aut amore pulsi, sed veritatis studio. Tamquam Homero ætate proximiores, quæ Homeri erant, vel ipsi scire, vel a scientibus auditu accipere poterant, idque tradere posteritati. Aliena in sui commodum suffurari, rapere externa, ut rem propriam potiorem faciant, abjectorum hominum, non magnorum ingeniorum: at quæ alterius sunt, contra jus fasque auferre, ut externo concedas ac vindices, næ vilissimorum crimen est. Quis ergo, si id verum non esset, tantos viros Smyrnæis detraxisse, quod Smyrnæorum erat, dedisseque Chiis, quod alienum, affirmabit? Erit ergo validum argumentum probatissimorum hominum testimonio ac auctoritate firmatum. Quo Chiis Homerus concedendus.

CAP. XV.

Homerus sua confessione Chius est. Quare Hymnum in Apollinem scripserit? De Homericis Hymnis dubitatio. Cynæthus Chius. Οἰκεῖν, Οἶκος, Οἰκεία, apud Homerum sæpissime ad exprimendam patriam poni. Julii Scaligeri fœda ἀντιςορησία. Ionem Tragicum Chium, ab Ione Ephesio Rhapsodo longe diversum: in eo Hymno patriam exposuisse suam Homerum eruditissimorum hominum testimonio comprobatur. Joannis Spondani hallucinatio. Hymnos, qui sub Homeri nomine circumferuntur, Homeri scriptoris Iliados esse demonstratur. Pausanias expositus.

SExta ratio non aliunde quam ab ipso Homero petitur, quæ nodum omnem disputationis dissolvit, & quæstionem aperit. Ipse enim Homerus, de se & sua patria sermonem habens, se Chium esse testatur. Quid erit ergo in hac re clarius? apertius? in *Hymno*, quem in honorem Apollinis apud Delios cecinit, ad Latonam, Dianam, & Apollinem, sive etiam ad Musas orationem dirigens, illis indicat, ut quærentibus palam facerent Auctorem Hymni, & dicit eum esse cæcum, & οἰκεῖν in Chio petrosa.

A Ἀλλ' ἄγε δὴ Λητὼ μὲν, Ἀπόλλων τε, Ἀρτέμιδι ξυνῷ
Χαίρετε δ' ὑμεῖς πᾶσαι, ἐμοῖο δὲ καὶ μετόπισθε
Μνήσασθ', ὁππότε κέν τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Ἐνθάδ' ἀνείρηται ξένος ταλαπείριος ἐλθών.
Ὦ κοῦραι τίς δ' ὔμμιν ἀνὴρ ἥδιστος ἀοιδῶν
Ἐνθάδε πωλεῖται, καὶ τέῳ τέρπεσθε μάλιστα;
Ὑμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθε ἀφ' ὑμέων,
Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ,
Τοῦ πᾶσαι μετόπισθεν ἀριστεύουσιν ἀοιδαί.
Ἡμεῖς δ' ἡμέτερον κλέος οἴσομεν ὅσσον ἐπ' αἶαν
Ἀνθρώπων στρεφόμεσθα πόλεις εὖ ναιεταώσας.
Οἱ δ' ἐπειδὴ πείσονται, ἐπεὶ καὶ ἐτήτυμόν ἐστιν,
B Αὐτὰρ ἐγὼν οὐ λήξω, &c.

Id est,

Sed age o Latona, Apolloque cum Diana
Salvete vos omnes, mei autem & postea
Memores sitis, quando utique aliquis terrestrium hominum,
Hic roget hospes ærumnosus veniens:
O puellæ quis autem vobis vir suavissimus Poetarum
Hic versatur, & causa cujus maximam capitis voluptatem?
C *Vos valde bene omnes responderitis a nobis,*
Cæcus vir, habitat autem Chium saxosam,
Cujus omnes in pretio postea erunt cantiones.
Nos autem nostram laudem feremus quantum ad terram
Hominum versamur urbes bene habitatas.
Deinde id illi credent, quoniam & verum est,
Verum ego non desinam, &c.

His carminibus manifesto auctorem carminis cæcum fuisse, & in Chio insula habitasse habemus. Et ut existimo, nec puto me meam hanc opinionem fallere, Hymnum hunc Homerus conscripsit, cum animo anxius doleret se a Thestoride Phocense nequissimo homine deceptum; qui Homeri Carmina subrepta Græcis civitatibus veluti propria venditabat. Nam Thestorides, cum plurima ab Homero dictata atque communicata, ut ait Herodotus, descripsisset, relicta Phocæa Chium concessit, ubi Carminibus divulgatis non tantum laudem egregiam, sed & fructum non vulgarem sibi paravit; ubi id præscivisset Homerus, maximo studio Chium properavit. Suo adventu Thestoridem conscientiæ crimine pavidum dispulit. Non ita tamen Homerus quievit, sed assidue curis molestissimis divexabatur, ægre ferens pessimum hominem ac plagiarium adhuc per Græciam vagari absque eo, quod puniretur: incumbebatque ut omnibus patefaceret auctorem Carminum se esse, non Thestoridem. Hinc abrepta occasione Deli, ubi conventus omnium Græcorum, & plane universalis, in Hymno, qui recitari coram omnibus debebat, nomen, quod jam & antea sibi tacendum fore censuerat, occultat, at rem & patriam Auctoris aliquo modo, & dubie publicat. Ait enim festivissimorum Carminum scriptorem esse cæcum, & in insula Chio habitare. Et hoc satis sibi esse si per Græciam evulgaretur, Οἱ δ' ἐπειδὴ πείσονται, ἐπεὶ καὶ ἐτήτυμόν ἐστιν. *Deinde quando illi credent, quoniam & verum est*. Non nugas scilicet damus, non sciolos fallimus, id quod dicimus verum est. Quare vel sola hujus rei vulgatione Thestorides ipse contumeliis onustus, provinciam male contra nos machinandi deseret. Nos diu sopitam nostram gloriam, & alterius nequitia deturbatam reparabimus. Quare non est, quod de cætero res meas silentio involvam; palam fiat omnibus me cæcum esse, & Chii habitationem habere.

Morosus nescio quis dicet: Quid nobis falsa pro veris obtrudis? Primum concedimus Homerum Chii commoratum, quod etsi Homerica auctoritas nulla esset, adhuc concederemus. Habitatio quid ad patriam? mora quid ad natales? Romæ nunc habito, tu Coloniæ, Venetiis ille, ideone ergo Romanus, Coloniensis tu, Venetus ille dicendi erimus? Ne rectam auctoris sententiam mala interpretandi libidine perversam, aversam agas.

Alterum item est. Male quæ Homerica non sunt, pro Homericis divendis. Hymni, qui præ manibus sunt, sub Homeri nomine, licet dictione, sententia, ac modo Homerici sint, non tamen Homerici erunt, quasi ab Homero conscripti. Multorum Literatorum calculo ab Homericis ejiciuntur. Et præcipue hic Hymnus *in Apollinem*; quem nunc laudas auctoritate Scholiastæ Pindarici Cynæthi cujusdam Chii, non Homeri est. En ejus verba: Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ οἱ ῥαψῳδοὶ οὐκέτι τὸ γένος εἰς Ὅμηρον ἀνάγοντες. Ἐπιφανεῖς δὲ ἐγένοντο οἱ περὶ Κύναιθον, οὕς φασι πολλὰ τῶν ἐπῶν ποιήσαντας ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ὁμήρου ποίησιν. Ἦν δὲ ὁ Κύναιθος Χῖος, ὃς καὶ τῶν ἐπιγραφομένων Ὁμήρου ποιημάτων τὸν εἰς Ἀπόλλωνα γεγραμμένον ὕμνον λέγεται πεποιηκέναι. Οὗτος οὖν ὁ Κύναιθος πρῶτος ἐν Συρακούσαις ἐραψῴδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ἐνάτην Ὀλυμπιάδα, ὡς Ἱππόστρατός φησιν. *Posthæc & Rhapsodi qui genus suum ad Homerum non deferebant. Celebres fuere, qui Cynæthum sequuti sunt, quos narrant multa carmina a se confecta in Homeri poesim inseruisse. Erat vero Cynæthus Chius, qui inter alia Homeri poemata Hymnum Apollini inscriptum composuisse dicitur. Hic itaque Cynæthus primus apud Syracusanos Homeri carmina per rhapsodiam decantavit sexagesima nona Olympiade, ut Hippostratus scribit.* Incertus ponit titulum etiam libri, in quo hæc asserit Hippostratus: Κίναιθος Χῖος πρῶτος Συρακούσαις ἐρραψῴδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη, ὡς Ἱππόστρατος φησὶν ἐν τῇ Ὀλυμπιάδων Ἀναγραφῇ. *Cinæthus Chius primus Syracusis Homeri carmina per rhapsodiam recitavit, ut Hippostratus scribit in Olympiadum Descriptione.* De eo etiam dubitavit Athenæus *Dipnosophist.* lib. I. sive ejus Epitomator: Καὶ Ὅμηρος δὲ, ἢ τῶν Ὁμηριδῶν τὶς, ἐν τοῖς εἰς Ἀπόλλωνα Ὕμνοις φησίν· Ἀπόλλων φόρμιγγα ἐν χερσὶν ἔχων χαρίεν κιθάριζε καλὰ καὶ ὕψι βιβάς. *Homerus, sive Homeridarum quispiam, in Hymnis in Apollinem; Apollo qui tractas manibus citharam nunc dulce ferito, Altius incedens & pulchrius.* Auctor anonymus *Vitæ Homericæ*: Οὐδὲν δὲ αὐτοῦ θετέον ἔξω τῆς Ὀδυσσείας καὶ τῆς Ἰλιάδος. ἀλλὰ δὲ καὶ τοὺς Ὕμνους, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν εἰς αὐτὸν φερομένων ποιημάτων ἡγητέον ἀλλότρια, καὶ τῆς φύσεως καὶ τῆς δυνάμεως ἕνεκα. τίνες δὲ αὐτοῦ φασὶν εἶναι, καὶ τὰ φερόμενα δύο γράμματα τήν τε Βατραχομυομαχίαν καὶ τὸν Μαργίτην. *Nihil illius existimandum est, præter Odysseam & Iliadem: quinimmo & Hymni & reliqua, quæ ad ipsum referuntur Poemata propter naturam & facultatem ab eo abjudicanda sunt. Quidam illius esse asseverant Batrachomyomachiam & Margiten.* Fulvius Ursinus in *Virgilio cum Græcis scriptoribus collato* pag. 39. *Nec enim ullo unquam pacto persuadere mihi potui Hymnos illos Homero tribuendos esse, cum aliis de causis, tum ob ea, quæ apud Pindari Interpretem, quicumque ille sit, Nemeorum ode* II. *leguntur. Sunt autem hæc,* ἐπιφανεῖς δὲ ἐγένοντο, &c. verba superius scripta sunt. *Scio tamen a Thucydide hunc ipsum Hymnum Homero inscribi; a Pausania autem in* Μεσσηνιακοῖς, *&* Ἀργολικοῖς *ad Cererem, in Achaicis vero ad Neptum; Homeri Hymnos citari, qui tamen in his, qui Homero inscripti sunt, non leguntur; si modo Pausanias bonus harum rerum existimator censendus est.* Ideoque eos pag. 141. sub Cynæthi Chii nomine laudat, & pag. 156. de Hymno in Venerem videtur dubitare Domitius Calder. *Comment. in Sylvas Statii*: *Hymnos præterea Homeri in Deos legimus, ex quibus Pausanias testimonio sæpe utitur. Ego tamen certa Græcorum monumentorum auctoritate affirmaverim id opus esse non Homeri Poetæ, quem veneramur, sed alterius, qui Homerus Sellius Grammaticus est appellatus. Is enim Hymnos scripsit, & lusus vario carminum genere, solutaque oratione de personis Comicis, & argumenta Comœdiarum Menandri.* Benedictus Ægius *Notis in Apollodorum* alium facit Homerum Hymnorum Auctorem. De illis videntur dubitare Casaubonus *de Satyrica Poesi* lib. I. cap. II. Joannes Baptista Pozza *Elucidarii* lib. I. tract. II. cap. III. Joannes Bernartius *Scholiis in Statii Thebaidos lib.* IV. p. 275. & de iis quosdam dubitasse refert Politianus *Epist.* lib. XII. prima *ad Picum*, & Joannes Spondanus *Proleg. de Homero* Hymnos illos Homero Sellio tribuit: *Sed hæc longe distant ab octuplici illo Homero, quem nobis inculcat Pseudo-Archilochus: & tamen non inscitu digna, vel propter Hymnos, qui nomine Homeri circumferuntur. Quos huic postremo Homero*, Sellio, *possis vindicare, ut alias dicemus.* Videbatur etiam dubitasse Natalis Comes *Mythol.* lib. III. cap. XVII. de Luna: *At hymnographus Homerus ille, qui Hymnum in Lunam scripsit, non solum in curru*, &c.

Qui similia in medium afferunt, sciant velim Homerum semper genus, nomen, & patriam occultare conatum, hic quasi per vim, dum palam facere omnia cogeretur, in decretis persistentem ambiguo vocabulo usum, ut possent posteri, si vellent, alio illius voculæ significatu in aliam partem distrahere. Quod si non fecisset, jam lis universa de patria Homeri fuisset dirempta, frustraque aliæ civitates repeterent. Noluit Homerus aliarum civitatum conatus divertere, comprimereque impetus, quare exposuit quidem id, quod erat, sed dubietatis involucro adhuc incertum, ideoque verbo οἰκεῖν, *habitare* scilicet, usus est. Sed plana est verbi οἰκέω, & οἴκη apud Homerum significatio. Non enim solum *habitationem*, sed etiam *terram patriam* significat, & idem est οἰκεῖν ἐν Χίῳ, ac *esse ex Chio*, & *Chium patriam habere*: pluribus potissimum in Homero exemplis ab *Iliade Ulysseaque* petitis probari potest, paucis contenti erimus. Nam *Odyss.* Z. cum Nausicaa suam, & Phæacum urbem, & patriam Ulyssi exponere vellet, nullo alio, quam οἰκεῖν, vocabulo significavit:

Οἰκέομεν δ' ἀπάνευθε πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
Ἔσχατοι, οὐδέ τις ἄμμι βροτῶν ἐπιμίσγεται ἄλλος.

Odyss. N. de donis a Phæacibus Ulyssi datis in patriam, sive Ithacam, convertenti, patriam nomine οἴκου declaravit:

Ἐκ δὲ κτήματ' ἄειραν, ἅ οἱ Φαίηκες ἀγαυοὶ
Ὤπασαν οἴκαδ' ἰόντι διὰ μεγάθυμον Ἀθήνην.

Et inferius de Phæacibus, qui relicto Ulysse dormiente in Phæaciam reversi sunt:

Αὐτοὶ δ' αὖτε οἶκον δὲ πάλιν κίον.

Odyss. Ω. de cæde Procorum Penelopes, dum ait, uniuscujusque cadaver in patriam remissum, patriam οἴκου nomine significavit:

Τοὺς δ' ἐξ ἀλλάων πολίων οἶκον δ' ἕκαστον
Πέμπον ἄγειν ἁλιεῦσι θοῇς ἐπὶ νηυσὶ τιθέντες.

Et *Iliad.* Z. de occisis a Bellerophonte, qui ideo in patriam redire non poterant:

—— τοί δ' οὔτι πάλιν οἶκον δὲ νέοντο,
Πάντας γὰρ κατέπεφνεν ἀμύμων Βελλεροφόντης.

Et

Et Ψ. de ventis, qui post incensam pyram Patrocli in propriam sedem abierunt:

> Οἱ δ' ἄνεμοι πάλιν αὖθις ἔβαν οἶκονδε νέεσθαι
> Θρηΐκιον κατὰ πόντον.

Et illud etiam quod habetur *Odyss.* ι. simillimum proposito ex Hymno certamini est. Ulysses enim non alia ratione quam οἴκου nomine Patriam exprimit:

> Φάσθαι Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον ἐξαλαῶσαι
> Υἱὸν Λαέρτεω Ἰθάκῃ ἔνι οἰκί' ἔχοντα.

Hæc pauca ex plurimis, quæ in Homero sunt, sufficiant. Nec Theocritus *Epigram. in Anacreontem* ab hoc dicendi modo abstinuit:

> Θᾶσαι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον, ὦ ξένε,
> Σπουδᾷ, καὶ λέγ', ἐπὰν ἐς οἶκον ἔνθῃς,
> Ἀνακρέοντος εἰκόνα εἶδον ἐν Τέῳ.

Hinc οἰκεία pro *patria* sumitur, ut advertit Eustathius *Iliad.* ν. & *Odyss.* α. & Ἐκπεσὼν τῆς οἰκείας, *Patria pulsus*. Et ne nimius sim, ipse etiam ὁμηρικώτατος Plato nomen οἴκου pro *patria* usurpavit in *Symposio* de Apollod. Phalereo: εἰς ἄστυ οἴκοθεν ἀνιὼν Φαληρόθεν. Et in principio *Ionis*: Τὸν Ἴωνα χαίρειν. Πόθεν τὰ νῦν ἡμῖν ἐπιδεδήμηκας, ἢ οἴκοθεν ἐξ Ἐφέσου. Fuit autem Io patria Ephesius.

Quando vero hujusce Ionis mentio incidit, minime prætereunda est Julii Scaligeri immanis oscitantia & stupor, qui *Poetices* lib. I. cap. XLVI. vult hunc esse Ionem Chium poetam: *Multum operæ in hoc genere poematis*, Dithyrambici scilicet, *posuit Ion Chius, cujus nomine scripsit Dialogum Plato*. Perbellam hominis eruditionem! Ut multa novit iste vir! Ut commode ac sincere tractat antiquitatem! En quomodo Ion ex Chio, & Poeta Tragico, Ephesius, & Rhapsodus derepente, vel una Scaligeri desidia, factus est! Apage ineptiarum. Ion, qui Dithyrambicum carmen excoluit, fuit patria Chius, & Tragici nomen sibi vindicavit, at cum quo in Platonis *Dialogo* de furore poetico disputatur, fuit arte sive professione, Rhapsodus. Plato: Καὶ μὴν πολλάκις γε ἐζήλωσα ὑμᾶς τοὺς ῥαψωδούς, ὦ Ἴων, τῆς τέχνης. *Atqui vos Rhapsodos artis vestræ illius gratia, Io, felices sæpenumero judicavi*. Patria Ephesius. Idem Plato: Περὶ δὲ Ἴωνος τοῦ Ἐφεσίου ἀπορεῖ, καὶ οὐκ ἔχει συμβάλλεσθαι, ἅ τε δὴ ῥαψωδεῖ, καὶ ἃ μή. *De Ione autem Ephesio hæreat, nec possit conjicere recte, an secus ex Rhapsodicæ illius artis instituto carmina decantitet*. Et inferius: Ἴωνα δὲ ἄρα τὸν Ἐφέσιον οὐχ αἱρήσεται στρατηγόν, καὶ τιμήσει, ἐὰν δοκεῖ ἄξιος λόγου εἶναι; Τί δέ; Οὐκ Ἀθηναῖοι μέν ἐστε οἱ Ἐφέσιοι τὸ ἀρχαῖον, καὶ ἡ Ἔφεσος οὐδεμιᾶς ἐλάττων πόλεως. *Ionem vero Ephesium non eliget imperatorem, & in pretio habebit, siquidem pretio aliquo dignus esse videatur? Quid dicam? Nonne vos etiam Ephesii olim fuistis Athenienses, & Ephesus nulli cedit civitati*. Argumentare mecum, Lector, vel Scaliger legit *Ionem* Platonis, vel non; si legit, vel intellexit, vel non. Nefas est Scaligerum, Platonem non intellexisse; si intellexit, vel male intellexit, vel quæ intellexit per summum nefas male aliis tradit. Si non legit, ut quid judicium fert? Quare etiam in eo viro ipse culpat, quæ in eo non legit, vel lecta in alium sensum distorsit? memoriæ tantum lapsus esse non potuit, nisi etiam miram ἀϊστορησίαν addas. Si alius crimen hoc commisisset, quantas ipse Scaliger turbas cieret? Cæteris cæcutientibus ipse solus videre quonam plausu profiteretur. Et tamen ipse in medio sole cæcutit, & vel levi Minerva antiquitatem degustantibus nota, censor ipse omnium, & in pios literatorum manes judex acerrimus, melius impostor ac detractor insulsissimus, vel non videt, vel si videt, distorquet. Nec Gyraldus, a quo sua exscripsit Scaliger, licet idem dicat, ipsum excusat. Sed esto aliorum πλάνη, quam ipse non vidit, deceptus, μέγα ἐπλανήθης, σὺ ὁ μέγας, ὡς σὺ μεγαφρονεῖς, Scaliger. Et quod pejus, aliis quoque hac inscitia tua egregie imposuisti. Martinus Delrius, ne reliquos referam, *Prolegom. de Tragœdia in Senecam* l. I. c. ult. similia tradit: *Ion Chius, cujus Isocrates, Strabo, & alii meminerunt, ab Aristophane vellicatus, tanti a Platone æstimatus, ut ejus nomine Dialogum de Poetica inscripserit*.

Sed missa hæc, ad locum Homeri revertamur. Præterquam quod enim οἰκεῖν significatus apud Homerum sæpius ille est, qui non *domum & habitationem* tantum, sed & *patriam* inferat, in eo loco Hymni plurimi, iique doctissimi, viri non aliam, quam *patriæ* significationem agnoscunt, & Patriam Homeri Chion esse volunt, vel ea sola ratione quod Homerus dixerit,

> Τυφλὸς ἀνήρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ.

Ante omnes sit Sibylla, sive Sibyllina Oracula, *lib.* III. quæ nonnisi hunc locum respiciens scripsit Homerum se Chium appellaturum: carmina sunt:

> Καί τις ψευδογράφος πρέσβυς βροτὸς ἔσσεται αὖτις
> Ψευδόπατρις· δύσειδέα φάος ὀνόπησιν ἐν σίν,
> Νοῦν δὲ πολὺν καὶ ἔπος θ' ἕξει ἔμμετρον διανοίας
> Οὐνόμασι δυσὶ μισγόμενον, Χῖον δὲ καλέσσει
> Αὐτὸν καὶ γράψει τὰ κατ' Ἴλιον, οὐ μὲν ἀληθῶς
> Ἀλλὰ σαφῶς. ἐπέεσσι γὰρ ἐμοῖς μέτρων τε κρατήσει.
> Πρῶτος γὰρ χείρεσσιν ἐμὰς βίβλους ἀναπτύξει.

Id est, Vincentio Obsopæo Interprete,

> *Quidam deinde senex falsorum scriptor, & ipsam*
> *Mentitus patriam, nascetur, lumine captus*
> *Ille quidem, verum præclara mente vigebit,*
> *Astringetque modis carmen prædulce, duobus*
> *Mixtum nominibus, Chion quoque se ipse vocabit.*
> *Hic res Iliacas scribet, non sicut habebunt,*
> *Sed clare, verbisque meis utendo modisque.*
> *Primus enim volvet librorum scripta meorum.*

Vocavit vero Ψευδόπατριν, non quia ipse Patriam mentiretur, sed quia a pluribus falso ambiretur, & multis mendaciis urbes, quæ non erant, ipsi pro patria assererentur. Et hunc Homeri locum non jam factum, sed faciendum, Sibyllam respexisse, vel eo manifestum erit, quod nullibi usquam alias in Homero simile quid reperiatur; nec potest assignari locus, hoc uno excepto, in quo se Chium Homerus vocarit.

Et ex recentioribus Paulus Manutius *Comment. in Orat. Cicer. pro Archia*: *Argivi, Athenienses, Rhodii hic omissi, in Græco autem Epigrammate nominati. Rursus qui a Cicerone Chii nominantur, eos Græcum non habet Epigramma. Se vero Chium esse Homerus ipse tradidit in illo versu in Apollinem*: Τυφλὸς ἀνήρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ. Porro nos qua ratione in Epigrammate illo Gelliano Chios reponenda sit, diximus superius.

Melchior Guilandinus *de Papyro* pag. 69. *Denique Simonides Poeta Lyricus Chium, cui sententiæ ipsemet Homerus calculum porrigit. Nam in Hymno, quem in laudem Apollinis decantavit, ita de se ipso scribit*.

> Τυφλὸς ἀνήρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ.

Id est,

> *Vir qui luminibus captus Chion incolit altam.*

De quo Poetæ versiculo, & omnibus Homeri Hym-

nis, etsi Athenæus lib. I. *Dipnosophistarum addubitasse videtur, tamen Thucydides, qui illum multis sæculis antevertit*, &c. Vide infra.

Vincentius Obsopæus *Annotationib. in lib.* I. *Epigramm. cap.* LXVII. *Hic mihi temperare nequeo, quamquam commodiore loco facere poteram, quum hactenus de Homeri patria tanta fuerit inter eruditos digladiatio, quin inseram versiculos, quos nuper in oratione quadam Aristidis reperi citantis eos ex quodam Homeri Hymno, quos de sua patria composuisse mihi visus est; sunt autem hi. Loquitur ad Musas, quærens, quo Poeta omnium maxime delectatur.*

Ω̃ κȣ̃ραι τίς δ' ὑμῖν ἀνὴρ ἥδιϛος ἀοιδὸς
Ενθάδε πωλεῖται, καὶ τέῳ τέρπεσθε μάλιϛα.
Υμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθε ἀφ' ἡμῶν.
Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ.

Henricus Stephanus *Notis* sive *Additionibus in Epigram. in Homerum*, quæ una cum *Certamine Homerico* edidit: *Postremo addere possumus, vel potius debemus, his Epigrammatis, & præsertim iis, in quibus quæ sit Homeri patria quæritur, quosdam ipsiusmet Homeri versus, ex quibus cognoscere, aut saltem conjicere, licet, Chium patriam ejus fuisse. In ea quidem certe domicilium se habuisse perhibet. Extant autem in quodam ejus Hymno, uno ex iis, qui ad nos pervenerunt, estque is ordine primus, &* εἰς Απόλλωνα *inscriptus*, Αλλ' ἄγε δὴ Λητὼ μὲν, &c.

Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ.

Guilielmus Xylander *Annotat. in lib. Plutarchi de Homero*: *Quin ipse potius Homerus audiatur, qui in Hymno in Apollinem perspicue se, & cæcum profitetur, & Chium se patria, aut saltem Chii inquilinum fuisse affirmat*:

Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ.

Jacobus Dalechampius *Annotat. in Plinii l.* VII. *cap.* XXIX. *Ambigitur multum inter doctos, cujus fuerit Homerus, & qua ætate vixerit: Chium fuisse monstrat versus ex ejus Hymno in Apollinem*:

Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ.

Isaacus Casaubonus *in illum locum Strabonis lib.* I. in quo refert Homerum suæ Patriæ non meminisse: Εἰ δὲ μὴ ἐμνήσθη τȣ́των, ȣ̓ τȣ̃το σημεῖον τὸ ἀγνοεῖν. ȣ̓δὲ γὰρ τῆς αὑτȣ̃ πατρίδος ἐμνήσθη, ȣ̓δὲ πολλῶν ἄλλων, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν λίαν γνώριμα ὄντα φαίη τις δόξειν ȣ̓κ ἄξια μνήμης εἶναι πρὸς τȣ̀ς εἰδότας. *Quod autem ostiorum Nili non meminit, id non certum est argumentum quod ea ignoraverit: nam & patriam suam, & multa alia reticuit. Sed ideo potius judicasse ea memoratu indigna videri potest, quod nimis essent nota.* Notat: *In Hymno Apollinis, quem ego cur debeamus ἀθετεῖν contra auctoritatem Thucydidis causam nullam satis magnam video, in eo, inquam, Hymno hæc de se Homerus*:

Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ.

Julius Salinerius *Annotat. in Cornelii Taciti Agricolam* idem innuit: *At de Homero minime mirum: de se enim, deque Patria nisi hæc & subobscure*:

Κῆρυξ δ' ἐγγύθεν ἦλθεν, &c.

Et,

Ω̃ κȣ̃ραι τίς δ' ὔμμιν ἀνὴρ ἥδιϛος ἀοιδῶν, &c.

Et,

Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ.

Ludovic. Nonnius *Comment. in Hub. Golt. Græciam*: *Fatetur etiam se Chium Homerus in Hymno in Apollinem*, Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ, &c.

Gabriel item Naudæus *Analectorum cum antiquorum, tum recentiorum* lib. II. cap. VIII. *Ego vero & illis morem geram, & tot illustrium vatum nomen, patriam, ac labores, e cœno & tenebris eruam: non equidem imitabor Cymbalum illud mundi Apionem Grammaticum, qui referente Plinio libro* XXX. *Natur. Histor. cap.* II. *vana sua Necyomantia quæstionem de Homeri patria septem inter urbes tot jam labentibus annis agitatam longe magis dubiam ac obscuram reddidit; sed quam hic fidem habere debuisset ipsi Homero, talem nodum in Hymno suo ad Apollinem ita resecanti*:

Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ.

Ac cæteris eruditissimis Simonidi, Pindaro, & aliis, qui ipsum ex insula Chio oriundum fuisse testati sunt, hanc & ipsismet Poetis, si alicubi patriæ suæ meminerunt, & quibusdam auctoribus, qui nobis in hac investigatione præluxerunt, plenam ac integram præstabo. Atque ut ab Architrenio, &c. Erit ergo suo testimonio Homerus Chius, & illud, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ, idem erit, ac patria Chius.

Nec audiendi sunt, qui dicunt Hymnos illos, qui sub Homeri nomine circumferuntur, non esse Homericos. Licet enim sit unus vel alter, qui obelisco notari possent, & deberent, potissima tamen eorum pars ab eruditis, uti genuini Homero laudantur. Nec video causam, quare hi ex Homericis ejici debeant. Inter Homerica & Hymnos referri scribit Herodotus: Κατήμενος δὲ ἐν Σκυτείῳ παρεόντων, καὶ ἄλλων τήν τε ποίησιν αὐτοῖς ἐπεδείκνυτο, Αμφιάρεώ τε τὴν ἐξελασίαν τὴν ἐς Θήβας, καὶ τȣ̀ς Υμνȣς τȣ̀ς ἐς θεȣ̀ς πεποιημένȣς αὐτῷ. *Melesigenes ingressus sutrinam, præsentibus etiam aliis, poesim suam ostendit, Amphiarai Thebas expeditionem, atque Hymnos in Deos a se scriptos.* Suidas: Επιθαλάμια, Κύκλος, Υμνοι, Κύπρια, *Epithalamia, Cyclus, Hymni, Cypria.* Pausanias in *Bœoticis*: Οϛις δὲ περὶ ποιήσεως ἐπολυπραγμόνησεν, ἤδη τȣ̀ς Ορφέως Υμνȣς οἶδεν ὄντας, ἕκαϛόν τε αὐτῶν ἐπὶ βραχύτατον, καὶ τὸ σύμπαν ȣ̓κ ἐς ἀριθμὸν πολὺν πεποιημένȣς. Λυκομίδαι δὲ ἴσασί τε, καὶ ἐπᾴδȣσι τοῖς δρωμένοις, κόσμῳ μὲν δὴ τῶν ἐπῶν δεύτερα φέροιντο ἂν μετὰ Ομήρȣ γε τȣ̀ς Υμνȣς, τιμῆς δὲ ἐκ τȣ̃ θείȣ, καὶ ἐς πλέον ἔχȣσιν. Quæ ita verterat Romulus Amasæus: *Jam vero, qui sunt in Poetarum scriptis non indiligenter versati, satis norunt in Orphei Hymnis singulis brevitatem summam quæsitam, neque omnino multos numero esse. Lycomedæ eos plane, qui sint, sciunt, & initiis suis concinunt; ac sunt illi quidem carminis elegantia & ornatu primi secundum Homeri Hymnos, religionis & sanctitatis multo hi plus præ se ferunt.* Hæc ultima ambigua sunt, & contra Pausaniæ sententiam prolata, neque facile, cujusnam sint illi Hymni, qui sanctitatis multum præ se ferunt, cognosces. Et Orphei Hymni nescio qua ratione alios antecellant secundum Homeri Hymnos, quasi ad æmulationem Homericorum fuerint compositi. Itaque Pausanias in Hymnis duo considerat, primum elegantiam & ornatum; secundum materiam & religionem. Si elegantiam dicendi ac phrasium splendorem consideres, Homerici Orpheicis præstant, & primi dicendi sunt; si divinitatem ac sanctitatem, Orpheici erunt primi, cedunt Homerici, secundoque loco existimantur. Quare Græca illa ita vertenda sunt: *Carminum quidem elegantia & ornatu Orphei Hymni post Homericos illos secundi habendi sunt; si cultum divinum atque sanctitatem spectas, Orpheici Homericos illos superant.* Neque enim tot de Diis confabulantur, nec externa immiscent, ut auditores verborum lenocinio rerumque vaga narratione mulceant, sed pressi & sinceri naturam illius Dei, in quem scripti sunt, brevissimo verborum ambitu manifestant. Et hæc est genuina Pausaniæ sen-

tentia. Idem Pausanias in *Corinthiacis* & *Messeniacis* alium ejusdem Homeri *Hymnum in Cererem* laudat, quem cum tot aliis Homeri Carminibus periisse multum dolemus.

Alii præterea genuinos Homeri fœtus agnoscunt. Angelus Decembrius *de Politia literaria* lib. I. cap. VIII. *Feruntur & ejus ingenii juvenilis minora fuisse Hymni Deorum, seu divinæ laudationes, quemadmodum ætate nostra Pontanus pentametrice divorum laudes cecinit. Itemque Batrachomyomachia jocosum opus, ut poetæ junioris a juvene quodam Carolo Aretino heroice translatum. De quibus opusculis si quidam forte dubitant, ea Homeri non fuisse, quia sint styli paulo inferioris: dubitari quoque possit Priapejam, Copam, & nonnulla ejus generis a Virgilio prodita, quod cæteris ejus operibus longe sint aliena.*

Lilius Gyraldus *de Poet. hist.* Dialogo II. *Hic, hic te volebamus, inquit, Piso. Nam cur vir sane doctus Homerum istum,* Sellium, *eorum qui extant Hymnorum auctorem putarit, abs te ego scire velim quid tu hac de re sentias. Tunc ego, non equidem video cur Homero antiquiori, hoc est, Iliados & Odysseæ conditori, Hymni, qui leguntur, adscribi non possunt, tum dicendi filo, tum carminis majestate, etsi nonnullis in locis mendose parumque castigate legantur. Sed vide Piso quam in censuram me traxeris, qua tamen nulli postulo præjudicatum, quo minus, quid velit, sentiat: video enim quam temere protulerim.*

Sebastianus Castalio *Annotat. in Sibyllina Oracula* in locum supra dictum: *De Homero loquitur, qui primo Hymno in Apollinem Deliadas alloquens monet, ut, si in posterum interrogentur, quem Cantorem habeant, quo maxime delectentur, respondeant hominem cæcum in Chio habitantem, de se loquentem.*

Melchior Guilandinus *de Papyro* pag. 69. *De quo Poetæ versiculo, & omnibus Homeri Hymnis, etsi Athenæus lib. I. Dipnosophist. addubitasse videtur: tamen Thucydides, qui illum multis sæculis antevertit, in tertii Historiarum calce, legitimum ac genuinum Homeri partum esse agnoscit: Pausanias quoque in Messeniacis tria Homeri carmina recitat ex Hymno in Cererem, quem nusquam hodie extare testatus est jam dudum Lilius Gyraldus in opere Diis Gentium dicato, Syntagmatis decimi sexti principio.*

Henricus item Stephanus *Præfat. ad Lectorem in Homerum* Græce & Latine a se editum in 16. scribit: *Quamvis autem de his quoque dubitatum versibus fuerit an sint Homeri, hac tamen de re nos ambigere non sinunt, quod a quibusdam antiquis etiam scriptoribus inde afferuntur testimonia sub Homeri nomine. Nisi forte Homeri esse nonnullos, sed iis quosdam alienos admixtos esse dicendum sit.* Et in *Additionibus in Epigram. in Homerum* edita cum *Certamine Homerico*, de hoc *Hymno in Apollinem* verba faciens; scribit: *Ne quis autem de Hymno isto, ac nominatim de his illius versibus dubitet, sciat ab Aristide afferri in ea quam* Κατὰ τῶν ἐξορχουμένων *scripsit Oratiuncula. Repetam autem altius ejus verba, ut, quorsum hoc testimonio Homeri utatur, intelligi possit,* Ἀλλ' ὥσπερ τὰ μηχανήματα, &c. & quod de Hymnis Homericis Domitius dubitavit, Angelus Politianus non probat *lib.* VI. *epist.* I.

Petrus etiam Castellanus *de Festis Græcorum* in Δήλια, & Guilielmus Canterus *Nov. Lect.* lib. IV. c. XXIII. *Hymnum* hunc *in Apollinem* tanquam genuinum Homeri agnoscunt.

An sint Hymni isti Homerici, cum dubii nonnulli eorum sint, & præcipue hic *Hymnus in Apollinem*, undenam habemus eum Homericum esse? Si nulla alia esset auctoritas, vel sola Thucydidis scriptoris gravissimi ad id probandum sufficeret. Is enim non solum hujus Hymni auctorem agnoscit Homerum, sed etiam illorum Carminum, quæ supra posuimus, & in quibus de Homeri patria mentio fit; *Histor.* lib. III. Δηλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος ὅτι τοιαῦτα ἦν ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε ἅ ἐστιν ἐκ Προοιμίου. Ἀλλὰ σὺ Δήλῳ Φοῖβε μάλιστ' ἐπιτέρπεαι ἦτορ, &c. Et inferius: Ὅτι δὲ καὶ Μουσικῆς ἀγὼν ἦν, καὶ ἀγωνιούμενοι ἐφοίτων, ἐν τοῖς δὲ αὖ δηλοῖ ἅ ἐστιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ Προοιμίου, τὸν γὰρ Δηλιακὸν χορὸν τῶν γυναικῶν ὑμνήσας ἐτελεύτα τοῦ ἐπαίνου ἐς τάδε τὰ ἔπη, ἐν οἷς καὶ ἑαυτοῦ ἐπεμνήσθη·

> Ἀλλ' ἄγετ' ἱλήκοι μὲν Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξύν.
> Χαίρετε δ' ὑμεῖς πᾶσαι, ἐμοῖο δὲ καὶ μετόπισθεν
> Μνήσασθ', ὁππότε κέν τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
> Ἐνθάδ' ἀνείρηται ξεῖνος ταλαπείριος ἐλθών.
> Ὦ κοῦραι, τίς δ' ὔμμιν ἀνὴρ ἥδιστος ἀοιδῶν
> Ἐνθάδε πωλεῖται καὶ τέῳ τέρπεσθε μάλιστα;
> Ὑμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθε ἀφ' ἡμέων.
> Τυφλὸς ἀνήρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Τοσαῦτα μὲν Ὅμηρος ἐτεκμηρίωσεν, ὅτι ἦν καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος καὶ ἑορτὴ ἐν τῇ Δήλῳ. *Quod autem hæc ita se habuerint, Homerus in primis declarat his versibus quæ sunt ex Hymno Apollinis, Tunc tibi magnopere in Delo mens gessit Apollo,* &c. Et inferius: *Quod autem Musices certamen fieret, & certaturi se conferrent, his quoque versibus indicat, qui sunt ex eodem Apollinis Hymno. Nam postquam Deliacum mulierum chorum celebravit, suam laudationem his versibus finivit, in quibus & sui ipsius mentionem fecit;*

> *Verum age dum nobis adsis cum Phœbe Diana,*
> *Vos etiam cunctæ me discedente valete:*
> *Et memores estote mei posthac, homo si quis*
> *Venerit huc alius peregre, dicatque, puellæ,*
> *Qui vir in his versans unquam lepidissimus oris*
> *Pectora præcipue demulsit vestra canendo?*
> *Vos uno assensu sic respondete faventes:*
> *Vir qui luminibus captus Chion incolit altam.*

His igitur argumentis Homerus manifeste probavit vel priscis temporibus ingentem conventum & celebritatem in Delo fieri consuevisse.

Aristides item *Oratione* Κατὰ τῶν ἐξορχουμένων, non tantum hunc Hymnum, sed & Carmina, de quibus sermo est, veluti genuina Homeri agnoscit: Καὶ ταῦθ' ὅτι οὐ τοῦ παραδόξου λέγεται χάριν, ἀλλ' ἀμήχανον ἄλλως ἔχειν αὐτά. Κατηγορεῖ τίς ἄριστος ἐπῶν ποιητὴς Ὅμηρος, τίς θ' ὡς πλεῖστον ἀνθρώποις ἀρέσκει, καὶ τῷ μάλιστα χαίρουσιν, ἢ τοῦτόγε καὶ αὐτὸς ὑπὲρ αὑτοῦ προείδετο. Διαλεγόμενος γὰρ ταῖς Δηλιάσι, καὶ καταλύων τὸ Προοίμιον εἴ τις ἔροιθ' ὑμᾶς φησίν·

> Ὦ Κοῦραι τίς δ' ὔμμιν ἀνὴρ ἥδιστος ἀοιδῶν
> Ἐνθάδε πωλεῖται, καὶ τέῳ τέρπεσθε μάλιστα;
> Ὑμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθε ἀφ' ἡμέων.
> Τυφλὸς ἀνήρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Id est, *Hæc autem non ad admirationem ciendam dici, sed quod aliter se habere fieri non potest, quidam optimus carminum concentor Homerus testatur, qui quam maxime hominibus placet, eoque potissimum homines gaudent. Vel hoc & ipse de se prævidit; namque Deliadas alloquens, & Proœmium finiens, si quis vos interroget, ait, dicatque; Puellæ;*

> *Qui vir in his versans unquam lepidissimus oris*
> *Pectora præcipue demulsit vestra canendo?*
> *Vos uno assensu sic respondete faventes;*
> *Vir qui luminibus captus Chion incolit altam.*

Certamen Homericum, causam cur illum Homerus scripserit, & principium quoque indicat, ne alium nobis intrudendi potestas esset: Ενδιατρίψας δὲ τῇ πόλει χρόνον τινὰ διέπλευσεν εἰς Δῆλον εἰς τὴν πανήγυριν· καὶ σταθεὶς ἐπὶ τὸν Κεράτινον Βωμὸν λέγει Ὕμνον εἰς Ἀπόλλωνα, οὗ ἡ ἀρχή·

Μνήσομαι, οὐδὲ λάθωμαι, Ἀπόλλωνος ἑκατοῖο.

Ῥηθέντος δὲ τοῦ Ὕμνου οἱ μὲν Ἴωνες πολίτην αὐτὸν κοινὸν ἐποιήσαντο. Δήλιοι δὲ γράψαντες τὰ ἔπη εἰς λεύκωμα ἀνέθηκαν ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερῷ. *Non diu post Delum adnavigavit, ut solemnitati interveniret, adstansque Corneæ Aræ Hymnum in Apollinem, cujus illud principium est,*

Recordabor, neque obliviscar, Apollinis longe ejaculantis,

decantavit. Quo exacto Iones civem proprium & universalem sibi decreverunt: Delii scripta in albo carmina in Dianæ fano posuerunt. Tantane erit Scholiastæ Pindari auctoritas, ut unanimem tantorum virorum consensum evertere possit? Non credam ipse, si sapiam. Hymnum hunc uti genuinum Homeri Hymnum exosculor. Eo apertissime probo Homerum Chii incolam, Chium fuisse. Præter hos Manutius, Xylander, Casaubonus, quos supra memoravimus, alii etiam Hymnum hunc veluti Homericum amplectuntur & agnoscunt.

Hinc apparet Spondani, & aliorum, si qui sunt, error, qui faciunt Homerum Sellium auctorem Hymnorum, de quo nos infra nonnulla, qui si reliquorum esset hujus in Apollinem esse non potuit. Qui enim auctor esse potuit Hymni, cujus meminit Thucydides posterior, vel coævus Menandri, cujus Drammatum argumenta scripsisse Sellium tradit Suidas. Menander ac Thucydides longo temporis intervallo inter se distant.

CAP. XVI.

Multi auctoritate Pseudo-Archilochi Anniani tantas lites se dirimere putant: sed frustra. Homeri apud Veteres quot, & quinam fuerint? Concluditur Homerum, de quo sermo est, Auctorem scilicet Iliados & Odysseæ, quidquid alii dicant, Chium fuisse. Cæteras Urbes admiratione tanti hominis motas honorario Civis titulo sibi usurpasse: Chium aliis illum admirandum & exoptandum in lucem protulisse.

Nonnulli, & inter eos Jacobus Crucius, quæstionem hanc, quæ multipliciter legentium ingenia distorsit, ita putant posse tolli aliquando, litemque dirimi, si plures Homeros fuisse concedatur. His urbibus, si non omnibus, eorum saltem potiori parti satisfacere putant. Adducunt auctoritatem Xenophontis *de Æquivocis*, qui ait: *Homeri plures fuere, quorum qui eximius Poetarum extitit ultimus omnium, postque Thalem Milesium invenitur.* Præterea auctoritatem Archilochi *de temporibus* secuti sunt: *Sequuti sunt anni quingenti a captivitate Trojæ usque ad vigesimam tertiam Olympiadem, in quibus floruerunt Homeri octo. Horum primus in Annalibus Teutei regis Assyriorum traditur, qui vigesimus septimus a Nino extitit. Hic Homerus, ut ibi traditur, fuit Smyrnæus, & præfectus ejusdem regis paulo ante descensum Heraclidarum in Peloponnesum anno* XX. *Demophoontis regis Atheniensium, quando Pyrrhus in templo Apollinis fuit ab Oreste interemptus. Hunc sequutus est Homerus Chius, qui, ut Chiensium memoria tradit, floruit arte medicinæ anno* XIX. *Melanthis regis Atheniensium. Alius fuit Homerus patria Cumæus, qui, ut ipsi Cumæi perhibent, enituit magica magis, quam literatura anno* XXIV. *Codri regis Atheniensium. Quartum civem suum prædivitem Salaminenses Cyprii efferunt arte institoria inclytum anno* VIII. *Agasti Atheniensis. Biennio post emersit Homerus Colophonius, quem illorum annales migratione Ionica prædicant effulsisse arte pictoria simul & sculptili. Sextus fuit Atheniensis, qui, ut ipsi scribunt, illustris revocatione abolitarum legum, & novarum latione floruit sub Archippo. Septimum Argivi habent Musicæ atque Geometriæ disciplinæ præceptis admirabilem anno decimo septimo Diogeneti Atheniensis. Ultimum hunc Homerum ætas nostra cernit, qui Olympiade* XXIII. *& a Trojæ excidio anno quingentesimo, patria Mæon Olympico certamine victor judicio totius Græciæ, eximius Poetarum est habitus, & ei soli jus tributum emendandi characteres, & nomina, & linguam Græcam, quæ, ut ferunt, Cadmus Samothrax fere barbare, & plena ruditatis attulit, sub excidium Trojanum, cum reversus esset a fuga, quam inierat ob certamen, quod illi Prisca uxor intulerat propter nuptias superinductæ Armoniæ. Sunt ergo nunc characteres ab Homero forma elegantiore. Nam primi barbariem quandam vetustam, & non Phœnicam, ferebant, quia nihil Phœnicum habent, ut cernimus, sed Galatarum & Mæonum figuras retinent. Idem Homerus reformavit characteres, & Grammaticæ præcepta primus dedit, cum antea quisque sermone scriberet simul & loqueretur vernaculo. Quæ profecto etiam Italia, quæ & magna Græcia, suscepit.* Octo istis Homeris, octo, saltem septem urbibus, satisfaciunt.

Præclare sane actum esset de Patria Homeri, si nugamenta isthæc & anicularum deliria locum apud saniores homines haberent. Annii somnia sunt, sub Auctorum specioso nomine divendita. Quid? πρόσωπον τηλαυγές: si acutius introspicias, si res velatas examines, nusquam illis vel stultiora, vel absurdiora vidisti. Nata sunt ad veræ historiæ ruinam. Hæcne etiam humano generi deerant, quibus minimum lumen, quod in antiquitate habet, vel obscuraret, vel everteret? Miseram hominum conditionem! Parvane erant, quæ quotidie in propria sæviens pessimus quisque in ejus perniciem & mortem machinatur, nisi etiam in hæc tempora nequissimi nascerentur, qui variis nugis figmentisque, quod supererat, lumen rationis destruerent? Mirum quantum est nonnullos in ea animum advertisse, & ex illis veluti ex oraculo argumenta desumpsisse, quibus, ut ipsi male opinantur, veritatem historiæ adstruerent, cum tamen eam miseris modis labefactent. Viderunt id sani homines, & doctissimis monumentis, veluti programmate, ignominiam ac scelus detexerunt, fraudem aperuerunt, mendacia, quibus scatent monstra illa, eliminarunt. Sed nondum veritati provisum. Sunt quibus bene olent, sunt qui fovent, sunt qui ea historicis monimentis infarciunt, & nisi ex illis loquantur, loqui nesciunt. Quid hic referam Franciscum Taraffam, Florianum Ocampium, Hieronymum Romanum, Antonium Beuterum, aliosque, qui sua a supposititiis libellulis consarcinarunt. Ne idem agam, & sæpius ab aliis repetita repetam, lege sis Joannem Goropium Becanum *Originum Antuerp.* lib. IV. Gasparis Barrerii Lusitani *Censuram de Beroso*, fictisque ab Annio historicis, Benedictum Pererium *in Danielem*, Antonium Augustinum *Antiquitatum Romanarum* Dialogo XI. Joannem Spondanum *Proleg. in Homerum*, Octavianum Ferrarium lib. *de origine Romanorum*.

Unumne ergo tantum Homerum fuiſſe in tota Antiquitate cenſes? Nequaquam, ſed plurimos, partim nobis notos, & qui ſcriptorum ſolertia nomine tenus ad nos pervenere: partim quos temporis edacis comes oblivio abſorpſit. At non eos ipſos, quos fictitia Commentaria nobis ingerunt. Quorum omnium ne unum quidem unquam extitiſſe crediderim, niſi quem ipſa ponunt ultimum fuiſſe, ſi illa ad Homerum, de quo nobis eſt ſermo, referenda ſunt. Quot ut concedamus, tempora ipſa non concedunt, ſed Homericorum temporum examen alio tractatu reſervamus.

Fuere ergo Homeri plures. Joannes Tzetzes *Proleg. in Heſiodum*: Ομηροι γὰρ πολλοί γε γεγόνασιν ἕτεροι, ζήλῳ τοῦ παλαιοῦ τὴν κλῆσιν ταύτην λαμβάνοντες. *Homeri enim multi alii fuere, antiqui illius æmulatione ſibi nomina imponentes.* Primus omnium antiquiſſimus, & Poetarum princeps, de quo diſputatur.

Secundus Phocenſis Euphorionis filius, qui in certamen cum Heſiodo veniſſe creditur. Idem Tzetzes *ibidem*: Ἀλλ' ἴσως ἕτερος Ομηρος ἦν τοῦ Ησιόδου ἰσόχρονος ὁ τοῦ Εὐφορίωνος παῖς ὁ Φωκεύς, ὁ καὶ τούτῳ τὴν ἔριν συστάμενος, κἂν τὰ ἔπη τοῦ θείου ἐκείνου ἀνδρὸς τῇ ὁμωνυμίᾳ πεπλανημένοι μέγειν τοῦτον ἐπλάσαντο. *Sed fortaſſe alius Homerus fuit Heſiodi æqualis Euphorionis filius Phocenſis, qui cum iſto in certamen venit, & licet carmina divini illius viri nomine ſimili decepti recitare hunc finxerunt.* Vide Iſaacium Tzetzem *Proleg. in Lycophron.*

Tertius Homerus Byzantius Andromachi filius Euryaleiæ ſcriptor. Idem *ibidem*: Καὶ γὰρ καὶ τοῦ Φωκέως Ομήρου τούτου ἕτερος ὑπάρχει νεώτερος Ομηρος, ὁ τὴν Εὐρυάλειαν ποιήσας. Ην δὲ οὗτος παῖς Ανδρομάχου τῷ γένει Βυζάντιος. *Etenim & Phocenſis hujuſce Homeri alius junior Homerus eſt, qui Euryaleiam conſcripſit, filius Andromachi genere Byzantinus.* Suidas: Ομηρος Ανδρομάχης (lego Ανδρομάχου) καὶ Μυροῦς Βυζαντίας γραμματικὸς, καὶ τραγῳδιῶν ποιητής. Διὸ συνηριθμήθη τοῖς ἑπτὰ, οἳ τὰ δευτερεῖα τῶν τραγικῶν ἔχουσιν, καὶ ἐκλήθησαν τῆς Πλειάδος. Ηκμαζεν ἐν Ολυμπιάδι εἰκοστῇ τετάρτῃ (lego ἑκατοστῇ εἰκοστῇ τετάρτῃ) Εγραψε δὲ Τραγῳδίας μέ. *Homerus Andromachi & Myronis Byzantiæ filius Grammaticus, & Tragœdus. Quapropter ſeptem illis anumeratus eſt, qui ſecundas partes inter Tragicos obtinent, & Pleiadis cognomentum habuerunt. Floruit Olympiade centeſima vigeſima quarta. Scripſit Tragœdias* XLV. Et de Soſitheo: Ανταγωνιστὴς Ομήρου τοῦ Τραγικοῦ τοῦ υἱοῦ Μυροῦς τῆς Βυζαντίας. *Antagoniſta Homeri Tragici filii Myrus Byzantinæ.* Iſaacius Tzetzes *Proleg. in Lycophr.* Ομηρος ὁ νέος Τραγικός· ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος Ομηρος, ὅνπερ ἐγὼ τῷ Ησίοδον νομίζω ἰσόχρονον, κἄνπερ τὰ τοῦ παλαιοῦ Ομήρου μεταφέρωσιν εἰς αὐτὸν, ὁ Ανδρομάχου Βυζάντιος δράματα ποιήσας νζ'. *Homerus junior Tragicus; eſt enim & alius Homerus, cui ego Heſiodum æqualem exiſtimo, quamvis antiqui Homeri res in ipſum referantur, Andromachi filius Byzantius conſcripſit Tragœdias* LVII. Scholiaſtes Hephæſt. Επὶ Πτολεμαίου γεγόνασιν οὗτοι ἄριστοι Τραγικοί. Εἰσὶ δὲ οὗτοι Ομηρος νεώτερος, Σωσίθεος, &c. *Sub Ptolemæo hi fuere præcipui Tragici, Homerus junior, Soſitheus,* &c. Alius ejuſdem Scholiaſtes: Επὶ τῶν χρόνων Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου ἑπτὰ ἄριστοι γεγόνασι Τραγικοὶ, οὓς Πλειάδα ἐκάλεσαν διὰ τὸ λαμπροὺς εἶναι ἐν τῇ Τραγικῇ, ὥσπερ ἄστρα τὰ ἐν τῇ Πλειάδι. Εἰσὶ δὲ οὗτοι Ομηρος οὐχ ὁ ποιητὴς, ἀλλ' υἱὸς ὁ Μυροῦς τῆς Βυζαντίας ποιητρίδος, καὶ Σωσίθεος, &c. *Tempeſtate Ptolemæi Philadelphi ſeptem præcipui Tragici floruere, quos propter eorum in Tragœdiis compingendis eximium ſplendorem, quemadmodum & aſtra, quæ in Pleiade ſunt, Pleiada nominarunt. Fuere autem hi Homerus non poeta ille, ſed filius Myronis Byzantiæ Poetriæ, Soſitheus,* &c. Hinc corrigendus eſt Suidæ locus *in* Μυρώ: Μυρὼ Βυζαντία ποιήτρια ἐπῶν, καὶ ἐλεγείων, καὶ μελῶν, Ομήρου τοῦ Τραγικοῦ μήτηρ, (ſic enim corrigo, non θυγάτηρ, ut legitur) γυνὴ Ανδρομάχου τοῦ ἐπικληθέντος Φιλολόγου. *Myro Byzantina Poetria ſcripſit Carmina, Elegiaca, & Lyrica, Homeri Tragici mater, uxor Andromachi cognomento Philologi.* Hujus ſtatua erat in Gymnaſio Zeuxippi, talique elogio a Chriſtodoro exornata:

Ιστατο δ' ἄλλος Ομηρος, ὃν οὐ πρόμον ἠπεδανῶν
Θέσκελον υἷα Μέλητος ἐϋρρείοντος οἴω,
Αλλ' ὃν Θρηικίοισι παρ' ἠόσι γείνατο μήτηρ
Μυρὼ κυδαλίμη Βυζαντίη, ἣν ἔτι παιδνὴν
Ἔτρεφον ἠεπίης ἡρωΐδος ἴδμονα Μοῦσαι.
Κεῖνος γὰρ τραγικῆς πινυτὴν ἠσκήσατο τέχνην
Κοσμήσας ἐπέεσσιν ἑὴν Βυζαντίδα πάτρην.

Horum ſententia ſic reddi poſſe videtur:

Non ego perſpicui natum reor eſſe Meletis
Æternum, facundum illum, qui perſtat, Homerum,
Sed quem Threicio peperit Byzantia Myro
Littore, quam teneram, & jam heroica verba crepantem,
Pegaſides pavere. Etenim non ſegniter artem
Hic Tragicam excoluit, patriam, & Byzantida cœlo
Extulit inſignis divino carmine vates.

Quartus erit Sellius Grammaticus, cujus Scripta Suidas enumerat: Ομηρος Σέλλιος χρηματίσας γραμματικὸς, ἐποίησε τάδε, Υμνους, Παίγνια διὰ ἐπῶν εἴδη πλεῖστα. καὶ καταλογάδην περὶ τῶν Κωμικῶν προσώπων. περιοχὰς τῶν Μενάνδρου δραμάτων. *Homerus Sellius Grammaticus conſcripſit Hymnos, Ludicra carminum varia genera: & ſoluta oratione de Comicis perſonis. Argumenta Menandri fabularum.* Huic Sellio Spondanus tribuit Homericos Hymnos, ſed perperam. Alios item fuiſſe non dubito, qui mihi modo non occurrunt. Eorum patria certa eſt. Nec noſtra intereſt, ſi incerta fuerit, illam perveſtigare. Tantum Homeri illius antiquiſſimi, qui *Iliados Odyſſeæque* auctor, & communi omnium ſuffragio PRINCEPS POETARUM habitus eſt, patriam inquirimus, & jam dictis invenimus. Illum tot urbes exoptaverunt. Pro illo hanc provinciam ſuſcepimus. Et cum de eo dubitaretur, quæ certa erant in medium proferre conati ſumus. Hic æquivocationi nullus locus, ſi alii fuerint Pictores, Medici, Muſici, nihil refert, & impium eſſet dicere florentiſſimas civitates adeo fuiſſe hebetes, ut quid inter Pictorem, Muſicum, & Poetam diſcrimen ſit, neſcierint diſtinguere. Habeat ſua igitur Annius, & fœtus ſibi non diſſimiles foveat. Καλὸς πίθηκος, καλός.

Refert Tacitus undecim urbes Aſiæ pari ambitione certaſſe, in quanam earum templum Auguſto ſacrum extrueretur, conatu ſimiles, viribus diſſimiles: illa non multum inter ſe diſtantia memoraſſe vetuſtatem generis, in populum Romanum ſtudia & officia, in eum uniuſcujuſque pro viribus, & data occaſione, diverſa. Sententia omnium prælatos Smyrnæos, quod graviſſimo in diſcrimine exercitus, ob aſperitatem hyemis, & penuriam veſtis, omnes, qui aditabant, Smyrnæos detraxiſſe corporis tegmina, Romaniſque legionibus miſiſſe. Multo plures pro Homero ſibi aſſerendo decertarunt; in eum ſtudia, honores, officia pro facultate delata, quænam fuerint ſupra examinavimus. Chium præ-

tulimus, quod validioribus cum sibi astruat argumentis. Ea non vivum tantum Homerum, sed eo mortuo ejus successores Homeridas fovit. Nomen ejus dulcissimum in vico, Homeri dicto, proprio prisco mutato observavit ad aures, ut quem animo & corpore vivum perceperat, mortuum memoria custodiret. Quemadmodum ad hæc tempora, ruderibus domus Homericæ conservat; manentque loca illa, in quibus Poemata sua conscripsisse traditur, quod publico si- A gno demonstravit nummo in honorem ejus excuso, quo melius de eo meriti sunt, quam dum templum, vel statuam alii erexerunt. Hoc ita esse Argivorum Senatu decretum, auctoritate antiquissimorum, & recentiorum, eorumque eruditorum hominum firmatum, Homerus propria confessione fassus est. Quæ afferunt alia, non ea sunt, ut cum hisce comparari possint. Quare Homerus erit Chius, si quæ fides in historia est.

F I N I S.



LEONIS ALLATII
HOMERI NATALES.
ANDREA BAIANO
INTERPRETE.

ANDREAS BAIANUS
LECTORI.



HOMERI & Nili natales ſi non geminos, pares quidem inter ſe judico. Ambo enim, dum quæ neſcio cæleſtia arguunt incunabula, vix adhuc in terris inventi, nullibi & ubique fontes aperire ſuos, fabulis permiſere dicentibus. Quid? an non Homerus Poetarum Nilus, ut etiam Nilus ipſe fluviorum Homerus, appellandus? Unus in oſtia, ſeu tamquam in flumina exuberat, quibus Ægyptios ſudo & avaro ſemper laborantes cœlo, udos & frugum prodigos efficit campos. Alter vero in multo beatiores, hoc eſt, omnium fere eruditionum & ſcientiarum amnes exsurgitat, quibus & philoſophantium ad ſublimiora quotidie mentes erigit, & Poetarum fœcundiora reddit ingenia. Quod ſi ille Naturæ fluvius ex terreſtri cælo ortum habere creditur: hic autem ſapientiæ, unde, quam ex altero? Cum igitur in hoc natale cælum apud Leonem Allatium arte, qua ſolet, & ingenio, Oratorie & Poetice ipſius diſſertantem *Natales* incidiſſem: utroque ſane partu, maxime vero quem Elegis pure Græcis compegerat, delectatus, veterem amicum amice monui, & obſecravi, ne rei hujuſmodi novitatem ſtylique elegantiam ſtudioſos latere ſineret. Itaque me totidem carminibus Latinum interpretem promiſi, & obtinui. Quantæ meæ opis fuit, ne Auctorem debita defraudarem laude, ſtudui. Non dubito ei omnes bene de Poeſi ſentientes applauſuros. Hoc demum pro Coronide laudis & epiſtolæ ingenue dicam, neque plura; laborem hujuſmodi Homeri dignum eſſe Natalibus, & ejuſdem afflatum ſpiritu, atque etiam de ipſo dicendum ex parte, quod omnino a magno Baſilio de utraque Poetæ *Rhapſodia* dictum fuit, Πᾶσα μὲν ἡ ποίησις τοῦ Ὁμήρῳ ἀρετῆς ἐστιν ἔπαινος. καὶ πάντα αὐτοῦ πρὸς τοῦτο φέρει. Fruere ſtudioſe Lector, & Vale.

ΛΕΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΑΛΛΑΤΙΟΥ

ΟΜΗΡΟΥ ΓΟΝΑΙ.

Θυμὲ τίη μεγάτολμος ἀπὸ χθονὸς ἴχνος ἀείρων
Ποσσὶ διαπρήσσεις αἴθραν ἐπειγομένοις;
Δηρὸν πουλὺ ἔτειψας ἐπὶ χρόνον. Ἴσχεο τόλμης.
Ἡ δ' ὁδὸς οὐκ ὀλίγη. Ἀλλὰ κέλευθα μέτρει.

Ῥείθροις οὔνομ' ἔδωκεν πτερύγεσσι πεποιθὼς
Ἴκαρος ἀφραδέως, ἶσα Θεοῖσι ῥέων.
Ὄμματα γυμνώθη Θεοπρόπος. Εἶδαρ ἐτύχθη
Κυσὶν Ἀρισταίου, Αὐτονόης τε παῖς.
Ἕρπε ἐπιχθόνιος, τί δινέειος πεπότησαι;
Φείδεο μὴ βλαφθεὶς πήμασι ῥεχθὲν ἴδῃς.

Μή μοι ταῦτ' ὀάριζε, Θεοῦ τάδ' ἐναίσιμα φαίνει
Σήματα, τοῖσι φρόνιν γ' ἐγκονέουσαν ἄγει.
Ἡ δ' ὑποκυσαμένη Θεόφρονα μῆτιν, ἀρούρης
Ὄλβον ἀτιμάζω. Ῥίμφα πόλον δὲ Θέω.
Μᾶλλον δ' αὐτὸς Ὄλυμπος ἐπὶ χθονὸς ὦρτο, βαρεῖαν
Αἶαν ἐρυσσάμενος πρὸς δόμον αἰθερίων.
Τόσσον ἔαρ χαρίτων, φάεος πανεπόψιος αἴγλη,

Τερπωλή τε, γάνος τ' ἄμφεπεν ἡμερίους.
Δάκρυα οὐκέτ' ἔσονται ἐς ὕστερον. οἶκτον, ἀνίην,

Πένθεα θυμαλγῆ πάντα θύελλα φέρε.
Σύμμαχός ἐστι Θεὸς, τῷ ᾧ δεδάηκα πυθέσθαι.
Τί πτώσσεις; Θάρσει. Αὐτὸς ὁδοῖο πρόμος.
Αὐτὸς ἔπους τ' ἔξαρχος. ἀλεξητὴρ δὲ παρέσται

Κλεινὸς Ὅμηρος, οὗ κλεινὰ γενέθλα πέλει.
* Ὅττι βροτοὺς γηγαῶτες, ἃ μὴ θέμις, ἔδρακον ὄσσοις,
Καὶ τὰς εἰς αὐτὴν δύσφορον ὦραν ὕβρεις.
Ἀρχὸς ἀοιδοσύνης, ῥήτρης τε θεόσδοτος ὅρμος.
Μὴ δείμαινε χρεώ, ἔνθ' ἅλις ἐστὶ λόγων.
Ἤδη θλιβομένη μογεραῖς ὠδίνεσι κόρσῃ
Ζηνὸς Ἀθηναίη γείνατ' ἀριστοτόκος.
Τεύχεσι λαμπομένην, πάλλουσαν ἀρήϊον ἔγχος.
Νεῦε δὲ κρατὶ κόρυς δεινὸν ἱεῖσα φάος.
Ἀσπίδα χειρὶ τίνασσεν ὄρεσσι πανείκελον. Εἶδος
Σώματος οὐκ ἐρέω. Ἀφθορίησι μέλει,
Οὗ δὴν καὶ ἀτέλεστον ὑπ' ἐκ πυρὸς ἔξαγε Βάκχον,
Καὶ μηρῷ ῥάψας δηθὰ πέπαινε τόκον.
Ἀλλ' ὅτε δὴ χρόνος ἦλθε, λεχὼ πάλιν οὐάδι φωνῇ

Ἄρτεμιν ἐξεκάλει, γαστρὶ πάρεδρον ἔμεν.
Μέχει ῥαφαὶ μογέοντος ἀπαὶ μηροῖο λυθεῖσαι.
Ἀρτιμελῆ κοῦρον ῥεῖα φόως δὲ φέρον.
Καὶ γενέτης μετάμειψε φύσιν, καὶ γίνετο μήτηρ.
Ἢ μασὸν θήσει παισὶ τροφεῖα διδούς;
Νόσφιν θηλυτέρων μετέχειν τόκον ἄρσενας Ἥρη
Ἠδέσθη, ζήλῳ τ' ἄχνυτο θυμοβόρῳ.
Ἥρη Ζηνὸς ἀδελφειὴ, καὶ ὁμευνέτις, ἔνθεν
Ἦτορ ἐκινήθη, καὶ φρένα δῶκε χόλῳ.
Ζεὺς, φάτο, τέκνα λόχευσε γυναικείων δίχα λέκτρων
Ἐκτρέψας Μοιράων ἄτροπον ἁρμονίην.
Αὐτὴ ἐγὼν, Κρονίδαο δέμας, καὶ κάρτος ὁμοίη
Ζηνὸς ἄτερ, πάντων τ' ἀνδρομέων ὀάρων.
Τέκνον ἐμοῖς στέρνοισι διαπείρασα φορέοσω,
Καὶ τραφὲν ἐξοίσω καίειον ἐκλαγόνων.
Οὐρανίδαι χθονίων ὀλοώτεροι οἷς Διὸς ὁρμαὶ
Ἀφραδέες, πυκναί κ' εὔφρονές εἰσι φράδαι.
Οὐκ ἂν τόσσος ἄνασσεν, Θεῶν δὲ ὁμήγυρις ἄλλων
Ζώεσκ' οὐτιδανὴ ἡμερίοισι γέλως,
Οὐ μὲν ἐποτρυνέουσαν ἐναίσιμα, καὶ φίλα θυμῷ

LEONIS ALLATII

HOMERI NATALES.

ANDREA BAJANO
INTERPRETE.

A
Magna mihi, Mens, magna audes, quam surgere terris
Sublimem video, præpeteque ire pede.
Nocte dieque diu tentas: Absiste moveri:
B *Longum iter hoc: Aliam, quam preme, quære viam:*
Remigio alarum fretus dedit Icarus undis
Nomen, dum temere Numinis instar abit.
Sic vates gemino orbe caret, datur ægra molossis
Pabula Aristæi, & filius Autonoes.
Serpe solo: pennas vacuo quid in aere vibras?
Ne, cave, damna ferens, dein reputes, quid agas.
Talibus ominibus ne mecum age: Prospera cœli
Signa micant, virtus queis mihi magna venit.
Provida mens concepta Deo, prælustria terræ
Gaudia nil duco, quo facile astra peto.
C *Quin etiam polus ipse solo descendit, ut illud*
Pondere inane gravi lucida ad astra levet:
Ver ubi perpetuum Charitum, & jubar omnia cingens
Lumina mortales deliciisque replet.
Non lacrymæ, non mæror erit; quippe omnia prorsus
Tempestas secum cordis acerba tulit.
Omnipotens aderit, cui jam parere suesco.
Quid trepidas? aude: Dux erit ille viæ.
Carminis ipse auctor: deerit neque clarus Homerus,
D *Cujus in orbe dati lumina prima cano.*
Qui Vatum ut modulos regat, eloquiique magistris
Monstret iter, portus desuper ipse venit.
Ne vel egestatem linguæ, rerumve timeto
Pauperiem, sat ubi copia talis erit.
Instabat prægnante Jovi de vertice partus
Summus, & ingruerat prævia signa dolor.
Hic Pallas munita armis, hastaque coruscans
Et cristata caput casside, partus erat.
Ægis obit lævam, monti que simillimus umbo
Horribili flamma fulgura sæva vomit.
Forma erat, ambrosius quali pudor imbuit artus,
E *Atque ubi virginitas intemerata sedet.*
Post modo abortivum ex flammis produxit Iacchum;
Quod femori assutum, perficiebat opus.
Ergo puerperii maturo tempore rursus
Lucinæ insana voce ciebat opem.
Dissuto donec coxendice germen in auras
Partibus integrum protulit ipse suis.
Fit genitor genitrix naturæ lege soluta,
An quoque lactanti pectore pignus alet?
Quod pueros sine matre, viro Saturnia natos
Horret: abhinc rabiem mœstitiamque trahit.
Ipsa soror Jovis, & conjux, hinc corde furorem
F *Concipit, & secum talia dicta refert.*
Juppiter immoto Parcarum stamine verso,
Fœmineo peperit pignora cassa toro:
Ast ego quæ similis sum mole & viribus olli,
Absque Jovis partus edere parte vetor?
Ipsa meo gestabo satum quoque pectore germen,
Perfectumque dabo cernere Solis equos.
Numina terrigenis pejora quis esse negabit,
Quæ Jovis insani facta probanda putant?
Non sic ille quidem tantus regnaret Olympo,

Πορσύνειαν ὁμῶς, μηδὲ κλονοῖντο δέει.

Ἀλλ' αὐτοὶ μὲν ἄλαστα τεθηπότες, ἢ θέλον αὐτοὶ
Μοῖραν ἔχουσι βίης δμωΐδες ὀλομένης.
Ἥρης δ' εὐγενές ἐστι φρόνημα, μέγας νόος, ὕβριν
Ἔστυγε κρειόντων, καὶ θέμιν, ὅτι θέμιν.
Ἤκειν οὐ δεδάηκα. Τό μοι φίλον ἔργον ἀνύσσω
Θαρσαλέως. Τίς μοι δήϊος αἰτιάσει;
Υἱέας ἄτερθε γάμοιο φυτεύσομαι. Ἐκτὸς ὁμεύνου,
Νόσφι γονῆς τέξω αὐτοτέλεστα βρέφη.
Αἰγυπιὸς τάδ' ἔρεξεν, ὅταν διζήσιν ἀήτης,
Λοίσθια πορσυνύνας, Οὖρος ἔπνευσε γόνον.
Ἐσχατιὴν ποτὶ γαῖαν, ὅπη πέλε δέμνια Φοίβου,
Ἔνθα Τάγος ῥεέθροις μίσγεται εἰναλίοις.
Ἵππων πουλὺς ὅμιλος, ἐπεὶ φρεσὶ λύσσαν ὀρίνει
Θερμὸς ἔρως, Ζεφύρου πιμπλάνεται λαγόνας.
Πνοιῇ τ' ὀγκωθεὶς λάβρον ἔσβεσεν ἵμερον εὐνῆς.
Ἐρχομένου δ' ἔτεος γείνατο τέκνα φίλα,
Ἴσα θέειν ἀνέμοισι πεφυκότα. οὐδέποτ' αὐτῶν
Ἄμμος ἔδειξε ποδοῖν ἴχνια νισσομένων.
Πτηναί κεν φαίης. Πόντοιο γὰρ οἶδμα περῶσιν
Ποσσὶν ἀβαπτίστοις οὐ νιν ἔθιξε σάλος.
Πολλάκ' ἐπ' ἀνθερίκων πολυηχέες ὁρμηθέντες
Οὐδὲ νέρθε βαρὺν καρπὸν ὁπλαῖσιν ἔκλων.
Ἦ, καὶ ταρσὸν ἔπηξε, φάη δ' ἀντώπιος ὦσεν
Ἀντολίην δὲ, λέχους μνήσατο νυμφιδίου.
Ἄλλα δ' ἐναλλὰ δράζεν, ὅπως ἐγκύμονι κόλπῳ
Παῖδα τέκῃ, Διΐων πολλὸν ἀρειότερον.
Ζεὺς δὲ πατὴρ ἐγέλασσεν, Ἐρωτί τε δείκνυεν Ἥρην,
Καὶ Μοίραις σήμαιν' ὅσσον ἄεθλον ἔχεν.
Καὶ πρόφρων ἐπέδωκε, τὸ γὰρ καταθύμιον ἦεν.
Τίς δ' ἔργον περανεῖ Ζηνὸς ἀναινομένου;
Ἥρη νόσφι γάμων, καὶ ἀνδρομένης ἄτερ εὐνῆς
Τρεῖς τετράδας μηνῶν κόλπιον ἦγε βάρος.
Εἶτ' ὠδῖσι λυγραῖς γαστρὸς κατεθήκατο φόρτον,
Κ' οὐδέποτ' αὖθι πάλιν τοῖα κομεῖν ὄμοσεν.
Μαῖα δ' ἐπεὶ περίεργος ἐφράσσατο κοῦρον, ἀμίκτοις
Ῥιγίσταις τε βοαῖς πᾶν ἐτάραξεν ἔδος.
Οἴ μοι οἷον ὄλισθε κακὸν τέρας. Οἷον ὄνειδος
Γείναο. Ἦ ῥα Θεοῖς ταῦτα φορητὰ πέλει:
Ὄμμασι πῦρ ἀνίησι, φλόγας δέμας ἔκποθ' ἰάλλει.
Αἴθονταί τ' ἀδεῶς, αἷσι θίγω, παλάμαι.
Οὐδ' αὖ ψυχρὸν ὕδωρ, τῷ περ ῥύπα πάντα καθαίρω,
Οὐδ' ἄφειος λουτρῶν ἔσβεσεν ἀνθρακιήν.
Χρὼς δ' ἄρρηκτος, ἄγναμπτος ἅτε σφυρήλατος ἄκμων
Ἔστηκεν μαλακεῖς χείρεσιν ἀντίτυπος
Ὢ πόποι ἦ τερατωπὸν ἔφυ, τόπερ ἔδρακον ὄσσοις,
Ἔξοχα χωλεύειν ῥικνὸν ἐόντα πόδας.
Ἔννεπε. Ταὶ δ' ἄλλαι πρόθεον τροχαλοῖσι πεδίλοις

Ὀψόμεναι κοῦρον. Χεῖλε ἔδησε τάφος.
Μοῦνον Ἀθηναίη γε παραστάδὸν ὄμμα βαλοῦσα
Ἡδὺ γέλασσε. Γέλως οὐκ ἐφυτεύσεν ὕβριν.
Ἥρη δ' ὡς μιν ἴδεν νεμεσήσατο κηρόθι μᾶλλον,
Καὶ πρὶν ἐϋσσαμένη εἴδεσιν οἷο βρέφους.
Καὶ γόνον ἁρπάξασα παραὶ ποδὸς, ὅσσον ἐτύχθη
Κάρτος, παλλομένη κάββαλεν οὐρανόθεν.
Ὅς γ' ἐπιδινηθεὶς δέκα ἤματα, καὶ δέκα νύκτας
Ἤριπεν ἑνδεκάτῃ Λῆμνον ἐπ' ἠγαθέην.
Ἔνθ' ἑτέρου σκέλεος κρατεροὺς συνέαξεν ὀχῆας,
Τῷ καὶ χωλὸς ἔην ποσσὶν ἐπ' ἀμφοτέροις.
Οὐδ' ὀργὴν ἀπόειπε νέος βαρυκάρδιος Ἥρης,
Παλλάδι δ' ἀσπερχὲς μήνιεν αὐτογόνῳ.
Κεῦθε γὰρ κότον ἧψε, μόλις φέρεν, οὐδέποτ' αὐτὸν
Ἔσβεσεν, οὐδ' ἀπέθη. Τῶς νεμεσῶσι φρένες.
Τοὔνεκεν ἐξυχλοισιν ὕπαι ῥιπῇσιν ὀδόντων
Δάκτυλα συσφίγξασ' αἴθραν ἔδευσε λύθρῳ.
Καὶ ῥοδέαις ῥαθάμιξι πολὺν χρόνον ἔρρεεν αἷμα
Τῷ πεδιὰς κλυσθεῖσ' ἀπροτίοπτος ἔδυ.
Ἔνθεν ἔπειτα λίμνασσε, καὶ ἠελίοιο βολαῖσι
Πυθομένου λαῦρος λοιμὸς ὄρωρτο πέδῳ.

A *Fabula nec superi ludibriumque forent.*
Si quæ ego subjicio, venturaque molior ipsi
Audirent, animos nec timor ingrueret.
Mirantur miseri, quidquam emutire nec audent.
Quid mihi? sic pœnas quas voluere luant.
Nobile consilium Junonis, & ardua mens est,
Regnantum quæ odit, persequiturque nefas.
Ut parere haud didici, efficiam quod corde voluto.
Ausa quid adversum nostra venire queat?
Non adjuta viro, ventri quoque germina pangam,
Perfectos pueros & sine lege dabo.
Ægypio tumuere sinus, sobolemque dedere,
Cum levis inflavit viscera fœta Notus.
B *Phœbi ubi gemmantis thalami laquearia fulgent,*
Et Tagus auriferis volvitur amnis aquis.
Cornipedes acri Veneris stimulante furore
Fœcunda ex Zephyro viscera ferre solent.
Prægnantesque aura ponunt consortis amorem,
Pignoraque effundunt tempore cara suo.
Cursu ideo ventis similes dum tangit arenam
Ungula, seu volucres desuper ire putes,
Æquora non madidis superant Neptunia plantis,
Nil segetes lædunt, si sola culta premunt.
Sæpeque dum rapido pede pervertuntur aristas
Undantes videas, & sine labe comas.
C *Substitit hæc referens, oculosque infixit Eoo,*
Dum socii meminit gaudia sueta tori.
His aliisque modis studia in diversa secatur,
Pignora queis faceret nobiliora Jovis.
Juppiter hæc ridens Junonem ostendit Amori,

Innuit & Parcis, res ea quanta foret.
Sponteque quod conjux avido cum corde volutat
Annuit: invito quis Jove rem faciat?
Non experta tori Juno quanta ulna fuisset,
Tantum uteri gravida mole gerebat onus.
Jam novies plenos Dictynna expleverat arcus,
Cum grave deposuit pondus acerba dolens.
D *Pœnituit, matremque unquam fore deinde negavit,*
Votaque juravit, non temeranda sibi.
Sedula quæ excepit, cognovit fœmina natum
Implentem horrificis vocibus usque domum.
Heu mihi quale omen cecidit, quod dedecus alvo
Fudisti. Numne hoc Dii tolerare queant?
Evomit ex oculis ignem, flammantiaque ardent
Membra, levi digitos cortice tacta coquunt.
Non aqua, qua sordes tergo, non balnea possunt
Artubus ardentes imminuisse faces.
Infractum, inflexum corpus, ceu ferrea perstat
Incus, & manibus mollibus ipsa chalybs.
E *Proh facinus! vere monstrum est, quod lumine lustro,*
Claudum erit; en etiam cruscula torta trahit.
Dixerat. Ast aliæ puerum spectare ruebant;
Terrificusque facit stringere labra timor.
Risit in offensum Pallas vicina tuendo
Partum, Juno tamen horruit ex animo.
Ergo puerperio deformi percita plantis
Id rapit, & tota vi rotat ipsa Polo.
Inde decem soles, totidemque volutus in umbras,
Undecima in Lemnum denique luce cadit.
Alterius fregit solidas ubi cruris habenas,
Indeque utrisque æger gressibus ille fuit.
F *Junonis semper dehinc mens invisa Minervæ*
Extitit, ultrices continuitque minas.
Sic memori offensa faciles ardebat in iras,
Conceptas nunquam depositura faces.
Dentibus hoc stridens, digitosque furore premendo,
Sanguineo aereas sparserat imbre plagas.
Gutta cruenta diu cecidit, qua quidquid in orbe
Æquor erat, subitis mobile fluxit aquis.
Hinc lacus emersit, jaculis qui solis iniquis
Marcuit, ac terris pestis oborta fuit.

Ταὶ δὲ πόλεις ἐσάλευον· ἰδ' ἐκ βρυχίων κενεώνων
Οὐ σθένος ἐκφυγέειν, οὐλομένου τε σάλου,
Φθινόμεναι καρποῖς, ἀνθέων δενδρῶντε πετήλοις,
Φθινόμεναι ποίμναις, καὶ βοέαις ἀγέλαις,
Θυλυτερῶν τε τόκοις ἀγόνοις, καὶ κηρὶ μελαίνῃ
Ἡγεμόνων, τοῖσιν μέμβλετ' ἄνολβος ὄχλος.
Οὐδὲ βροτοῖς ἔχθιστος ἐπαύσατο πότμον ἐνεῖναι
Λοιμὸς, μέχρι κενεοὺς πάντας ἔθηκε δόμους.
Ἀγεσίλαν τ' ηὔφρανε γόοις, καὶ δάκρυσι φωτῶν,
Ἀφνειῶν, πενιχρῶν, γηραλέων τε, νέων.
Καὶ πάγ' ἐπ' ἠπείροιο σεσηπότα, οὐ γὰρ ὑπ' αἴῃ
Χώννυον, οὐδ' ἁλίοις δῶκαν ἄγειν ῥοθίοις,
Δεινὴν ἐμπνείοντα πολύφθορον ἄσχετον ὀδμὴν,
Ἄχει καὶ εἰς αἴθρην φάρμακον ὥστε ῥέα.
Ἔνθα δ' ἠερίων γενεὴ κατέδηθεν ὀλέθρῳ.
Ὠφελλόν τε κακὸν πτώμασι μοιρηδίοις.
Καὶ φάος ἠελίου βαρέεσσι μελαίνετ' ἀϋτμαῖς,
Μήνης πληθούσης κύκλα δέδυκ' ὁμίχλαις.
Οὐ τόσον ἠχλυώθη, πάσσοντε ἀάσατο θυμῷ
Ὠδαῖς στεινομένη μύστισι φαρμακίδων.
Οὐδ' ὁπότ' Ἐνδυμίωνος ἔρῳ δμηθεῖσα πρὸς εὐνὰς
Λάτμιον αὖ κορυφὴν κρυπταδίη κατέβης.
Οὐδ' αὐτὴ μὲν ἴηνε κέαρ βαρυμήνιος Ἥρη,
Ἀλλὰ δονεῖτο δύαις στήθεσιν θυμοβόροις.
Καὶ πλέον ἄμπνεε μῆνιν, ἐπεὶ μακάρων νέον ἔρνος
Κάγχασ', ἀναυδήτων πρεσβυτέρων χρονίων.
Εἶπε δ' ἀλαστήσασα, Τίη τόσον ἔσχεν Ἀθήνη
Ἔργον, ὅπως Ἥρης ἀργαλέως γελάσῃ;
Καὶ πρίν μοι δακέθυμος ἐνύβρισε χρῆμα νεοχμὸν
Τῷ μετάμειψα κόρην πόρτιν ἐς Ἰναχίην.
Ἠδ' ἔτ' Ἀκεσορίδαο φίλαις προσέτρεψα μερίμναις,
Μὴ πάλιν αἰσχύνῃ Ζηνὸς ἄθικτα λέχη.
Οὐ δὲ γέλων μεθέηκεν ὅτε ζηλήμονι κέντρῳ
Ἐκτόξευσα δέπας Τρώϊον οὐρανόθεν.
Καὶ τί γὰρ οὐκ ἤμελλον ἐρωμανέοντος ἐλαύνειν
Τῆλε μάλ' ἀφροσύνας, ταῖσιν ἀλιτρὸς ἔφυ;
Δὴν ἄνεος, καὶ ἄναυδος ἀκινήτοισιν ὀπωπαῖς
Παῖδα κόμιζε φίλον, καὶ πόρε ληθεδόνι
Κρητῆρ', ὃν μετὰ χερσὶν ἄειρε περίπλεον οἴνου
Ἀμβροσίου, οὐδὲ ποτοῦ γεύετο προσομίου.
Τοὶ δὲ Θεοὶ θαύμαινον, ἐγὼ δὲ πρόσωπα κατέσβην
Αἰδοῖ, ἀμφασίῃ, καί με χόλος δαμάει.
Παλλὰς δ' αὖ ἑτέρωθεν ἀεικέσι νεύμασιν Ἥρην
Καὶ πατέρ' ἠτίμα. Ὦ Κρονίδου γενέθλαι,
Αὐτὴ ἐγὼν μακάρων τιμωρὸς ἔργ' ἀποτίσω
Παλλάδος. εἰ καὶ μὴ ἤραρε ταῦτα πόσει.
Ἀντὶ δὲ παρθενικῆς πρωτόζυγα Κύπριδι θήσω,
Ἀνδρομέων τ' ὀάρων εἰς λέχος ἱεμένην.
Φίλτρον ἐνιστάξω. Κνίξω φρένας ὀξέσιν οἴστροις,
Καίπερ, ὅπως κομπέει, ἄμμορός ἐστι πόθων.
Στέρξει, στερχομένη τε νόῳ βεβαρηότι θυμῷ
Ἄνδρας ἐπ' οἰστρήσει λυσσαλέοισι δρόμοις.
Καὶ γνώμης ζαθέοιο παραπλαγχθεῖσα μανείη
Ὡς καὶ ἐφορμῆσαι πρὸς γονίμους ὀδύνας.
Τοῖον γάρ τοι ὄνειαρ ἐὸν κρυεροῖο γέλωτος,
Τοίην ἀντὶ ὕβρεως πρῆξιν ὑπαντιάσει.
Οὐ γὰρ καλὸν ἔοικεν ἀθεσμοσύνῃσιν ἐνίπτειν
Τέκνα παλαιὰ Κρόνου, κουροτέρων γενέθλην.
Τοιάδε πορφύρουσα πύλας προλέλοιπεν Ὀλύμπου,
Αἴξασα πέδου πρὸς πτύχας εὐρυχόρους.
Καὶ Κύπρον εἰσαφίκανε, πελώριον εἰν ἁλὶ νῆσον,
Εὔβοτον, εὔμηλον, καὶ πολυκαρποτάτην.
Ἠδὲ πόλεις περάουσα νάπαις προσέκυρσεν Ὀλύμπου,
Ἔνθ' ἔναιε Κύπρις κάλλεσιν εἰδαλίμη.
Οὔλυμπον δ' ὀνόμηναι ἀπ' ἀστερόεντος Ὀλύμπου
Ἀθάνατοι, κείνου οὐδὲν ἀτιμότερον.
Ὄφρα Κύπρις τρυφαῖς θωπευομένη φρένα, λήθην
Ἡδεων τερπωλῶν, Οὐρανίων τε πίοι.

A Undique inundabant Urbes, specubusque profundis
Effugere haud poterant stagna fluentis aquæ.
Nulli Pomonæ census, neque Chloris honores,
Nulla harmenta boum, grex quoque nullus erat.
Crudus ubique nurus frustrabat partus, ubique
Regna simul flebant Regibus orba suis.
Nec miseris inimica lues mortalibus unquam
Destitit in prædam domata cuncta dare.
Dives, egens, florens, pariter maturus & ævo
Plutonis mœstas quisquis acervat opes.
Plena cadaveribus tellus, nec humare facultas
Pulvere nec rapidis fluctibus ulla datur.
Lethales halant animæ, vapor æthera viro
Plusquam vipereo mortiferoque tenet.

B Plumea ubi soboles in præceps labitur atro
Funere, quo casu est multiplicata lues.
Adde quod offusa nebulæ caligine Phœbus
Delituit, Phœbe tu quoque nigra manes.
Non ita Circæis premeris cum cantibus, albas
Obnubisque genas te doluisse ferunt.
Nec cum te magno succensam pastor amore
Sedibus in Latmum traxit ab æthereis.
Nec tamen his satiata malis Saturnia pœnis
Juno quiescebat: sed mage corde furit.
Quod nova risissent Saturni germina, quando
Pristina tunc tetricæ Numina frontis erant.

C Ægra dolens, quid, ait, mecum tibi Pallas, iniquo
Junonem ut risu ludere sæpe velis?
Ante quod Inachiam vitulam feci ipsa puellam,
Quod nova molirer, risus in ore fuit.
Mox & Acestoridæ mandavi, ne Jovis ipsam
Intactos sineret rursus inire toros;
Nec risu abstinuit, cum justo ego mota furore
Fœminei pepuli de Jovis ore scyphum.
Quis nisi Juno Jovis furias compescere tales
Debuit insanas, & repulisse faces?
Attoniti stabant superi: horrui ipsa pudore
Hæsique: & furerem, ni daret ira locum.

D Parte alia sed Pallas inepto callida nutu
Obsannare mihi, nec minus ipsa Jovi.
Jam dudum mentem exuerat stupor: unde in amante
Muto ore & fixo lumine totus erat.
Ambrosiumque merum labris, quod dextra movebat,
Degustare animo funditus exciderat.
Saturni o capita, offensam haud impune relinquam
Sannatrix comitum Divum ope digna luet.
Non innupta erit, at Cypridis juga deinde subire
Efficiam, inque virum pergere sponte toros.

E Philtra dabo, pungamque œstro rude pectus acuto.
Tunc propriæ jactet virginitatis opes.
Odit amare viros? jam nunc odisse pigebit:
Curret & in vetitos infuriata procos.
Efficiam, summi sapientia patris, hebescat,
Prolificasque velit ægra subire cruces.
Insanum risisse metet, meritumque rependat,
Efficiamque pares sentiat ipsa vices.
Posteritas nec enim Saturni sera lacessat,
Expediet, genuit quos prius ipse, Deos.

F Talia flammato secum dum corde volutat,
Cœlesti in terræ labitur axe solum.
Devenitque locum pecorosa ubi Cypros, & undas
Fructibus, ingentes porrigit ampla sinus.
Præteriensque urbes, colles accersit Olympi,
Quem Cypris, qua non pulchrior ulla, colit.
Stellifero superis ab Olympo est dictus Olympus
Illo deterior, nec minus ipse locus.
His ubi deliciis circumflua, dulcia cœli
Lethæo biberet gaudia in amne Venus.

Καὶ τέρποιτο παρεοῦσι. Πέδα γὰρ ἔθαλλον ἀγήροις
Ἄνθεσι λειμῶνες λευκοῖοισι, ῥόδοις.
Αὐτομάτη δ' ἔφερεν δενδρέων πάγκαρπον ὀπώρην
Γαῖα, βροτῶν μελέταις οὔτι βαρυνομένη.
Ἀμφυτὰ δ' αὖτε ῥέεθρα, καὶ ἱμερόεντα λοετρὰ
Κρηναίων ὑδάτων ἄφθονον ἦγεν ὕδος.
Ὄρνεα δ' ἔνθα καὶ ἔνθα δεασυτο αἰὲν ἰεῖσα
Γήρως ἀπαὶ σωμάτων, ἄνθεσι λαρὸν ἄκος.
Ἀργυφέῳ δὲ γάλακτι πέδον ῥεῖ. Ῥεῖ δὲ μελισσῶν
Νέκταρι, καὶ Μακάρων ἔβλυσεν ἀμβροσίην.
Οἶνον δ' οὔποτ' ὄπασσεν, ἐπεὶ μειλίγμασι τέρπει
Μοῦνον νηφαλίοις. Ὕβριν ἄεξε μέθυ.
Τοίοις ἤθεσι Κύπρις ἐτέρπετο, οὐδέ τ' Ὀλύμπου
Κήδετο. μορφὴ οἱ ἀφθορίη τε μέλεν.
Οὔπω γὰρ λεχέεσσιν ὑποζευχθεῖσα συνεύνου,
Οὐδ' ἥβης γλυκερῆς γευσαμένη ζυγίης,
Παρθενίην ἐφύλασσε, Κρόνοιό τε τέκνος ἀνάγκην.
Ὅττ' ἐπέβη δ' εὐνῆς, καὶ φιλότητι μίγη.
Τόφρ' αἰδῶ μὲν ἔρειψε, καὶ οὐκ ἐχέθυμος ἐτύχθη,
Ἄλλοις τ' ἀρχεκάκου ἦρξατο μαχλοσύνης.
Κύπριδος Ἀκραίας ναὸς τεκμήρατο μῦθον,
Οὐ βλεφάροις, οὐδ' αὖ θηλυτέρας χάριτος.
Οὐκ εἴη ἅμα τῇ γε Κρόνου παῖς ᾤκεεν ἄλλος
Αὐτῆς γνωτὸς Ἔρως τίμιος ἀθανάτοις.
Ἔπρεπε γὰρ Κυθέρειαν ἔχουσαν ὑπέρτατον εἶδος,
Καλλίστῳ πάντων χρήματι συνδιάγειν.
Ὅς τότ' ἐνὶ ξυλόχοισι κατέδραμεν, ὄρνεα ῥάβδοις
Θηρεύων, λυγρὸν τοῖσι φυτεύσε δόλον.
Οὓς δ' αὐτὸς ζώοντας ἐρύσατο, ὕστερον αὖθις
Εἴασεν αἰθροβατεῖν ῥηϊδίως ἀλύτους
Ἀλλὰ τίτρωσκε βέλει πρᾶτον πευθήμιον ἦτορ
Κέντρα τ' ἐνῆκε πόθου. Τοίδε τότ' ἱπτάμενοι,
Οὐκέτι χῶρον ἴησαν ὁμήθεα, ἀλλὰ κατ' αἴθραν
Στείχοντες, μικρὸν πρὸς χέρας εὐθυπόρου,
Ἰξευτῆρος, δαιτὸς ἀμνήμονες, ἠδὲ ποτῆτος
Μέχρ' ἔλιπε ψυχὴ ἕλκει πειρομένους.
Κοῦρος δ' ἐπλατάγει. καὶ ἐνήλατο, καὶ πτερὰ πάλλων
Οἰωνῶν πολὺ πλέον χάζετο κουφότερος.
Π... κα ...θεν ἄνωθεν ἀλώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα
Κλ... ...ς, χῶρόν τ' οὔποτε ταὐτὸν ἔχων.
Καὶ πάλιν αὐτὸν ἵκανε ταχύδρομος. αἶα καὶ αἰθὴρ
Ἔν τ' αὐτῷ θεσπέσιος πίμπλατο τοσσατίου.
Τὼς μὲν καγχαλόων, καὶ ἐν οὐ φερτοῖσιν ἀθύρων
Ἥρης ἐξαπίνης ἀμφέπεσεν λαγόνας.
Καὶ κύσε μιν περιφὺς, τὴν δ' ἄλγεεν· ὡς δ' ἐνόησεν,
Ἣν κύσεν, ἄστραψεν πορφυρέαις χροιαῖς.
Φοινίχθη τε πρόσωπα, καλὸν δὲ ἐφίλατο Κύπρις,
Ἀμφὶ δ' ἐκεῖνον ὅλῳ πήχεε ῥεῖα χύθη.
Δμωαὶ δ' αὖ κλισμὸν χρύσειον ἐπεύτυκον Ἥρῃ
Ἄγχ' αὐτῆς, εὐθέως τ' ἐξέμολον θαλάμων.
Ὄφρα γε μὴ παρεοῦσαι ἑῶν πεύθοιατο μύθων.
Τῶν δέ γ' ἀφισαμένων, τοῖον ἔειπε Κύπρις.
Ἥρη Ζηνὸς ὅμευνε, Κρόνου θυγάτηρ ἀλεγεινοῦ,
Αὐτοκασιγνήτη Κύπριδος, ἡδὺ φάος,
Ἠθείη κεφαλή. Τίς σε χρέω ἐνθάδ' ἱκάνειν
Θυμὸν ἄναγε, πόλου ἐκπρολιποῦσαν ἕδραν;
Εἰπέ. Τίν' ἐνθυμας; Ἐγώ σοι ἔσσομ' ἀρωγὸς
Οὗτος ὁ μικκὸς Ἔρως, αὐτὸς ὁ πανδαμάτωρ.
Ἦ ῥα πάλιν Κρονίδης χθονίαισι μέμηνε γυναιξί,
Λέκτρα τ' ἀεικίζει μαχλοσύναισι νέαις.
Ὦ πόποι οἷον ἄθεσμον ἔχει νόον. Ὅρκον ὀμοῦμαι
Τόνδε μέγαν πινυτῶς ἀτρεκίῃ κραδίης,
Μή τιν' ἐν Οὐρανίδαις τούτου ὀλοώτερον ἄλλον
Ἔμμεν, μηδ' ἄλλην σεῖο χερειοτέρην.
Τοὔνεκεν οἶκτος ἔχει με τεῆς δυσπλήτος ἀνάγκης.
Πάντα δὲ κινήσω σεῦ χάριν ὦ φιλότας.
Νειόθεν ἐστονάχησε, δακρύων δ' αὖ πλῆθεν ὀπωπαὶ

A *Pratorum omnis honos præsens, numquamque senescens*
Flos erat aut violæ seu foret ille rosæ.
Arboreo partu per se dabat omnia tellus,
Terrigenis semper deliciosa suis.
Undique per plantas vitreo pede lympha fluebat,
Ut gelidos potus balneaque alba daret.
Hinc atque hinc variæ migrabant sede volucres
Luctifugumque dabant blanda per ora melos.
Dulce per omne solum nectar, niveumque fluit lac.
Credideris terris vertier ambrosiam.
Vina tamen nunquam genuit, quo jurgia surgunt,
Utpote quæ leni sobrietate viget,
Hic recreata Cypris, cælestem haud curat Olympum:
B *Hic retinet pulchras & sine labe genas.*
Quippe quod haud unquam thalamo conjuncta jugali
In meliore sui sorte decoris erat.
Sic niveum coluit Saturni ex lege pudorem,
Cælibe dum thalamo degere cura fuit.
Ergo Hymenæa colens, non sobria deinde nec insons
Extitit: atque aliis vivere turpe dedit.
Cypridis Acrææ cœtu impenetrabile templum
Fœmineo ostendit, quid Venus ipsa foret.
Saturni soboles superis veneranda, Cupido
C *Hæserat huic, frater secum habitare comes.*
Fas nec enim fuerat rari Cytherea decoris
Non sibi tam pulchrum pignus habere velit.
Munus Amoris erat nemora inter frondea pictas
Amitibus volucres fallere, sive plagis.
Quas vivas capiebat aves, libranda per auras
Mox liquidas iterum plumea membra dabat.
Sed prius emisso stringebat viscera telo,
Vibrabatque leves corda per ima faces.
Aera sulcantes ipsæ, loca sueta negabant,
Et pueri ardebant rursus adire manus.
Atque ibi dememores victus potusque manebant,
Exanimes, donec vulnere sternat Amor.
D *Subsultat, strepitatque puer, pennasque coruscat,*
Alituumque genus deserit omne fuga.
Inferna atque superna volat loca, sede nec ulla
Stare scit, hinc ardens motat & inde latus.
Vix it, & unde abiit, rediit velocius, omnem
Robore sic complens æthera & omne solum.
Dum sic lascivit, ludensque per omnia ridet,
Junoni in subitas decidit ipse manus.
Oscula stringenti libans ut novit, acerbe
Indoluit, mox & fluxit in ora rubor.
E *Basia dulce dedit puero, dein brachia collo*
Duxit in amplexus officiosa Venus.
Ancillæ properæ fulvam rutilante metallo
Junoni sedem composuere parem.
Egressi famulis thalamo, & sermone remotis,
Reginæ interea sic Venus orsa loqui.
Juno Jovis conjux, Saturni filia, lumen
Dulce, caput charum, Cypridis alma soror,
Quæ, memora, quæ te huc descendere causa subegit,
Stelliferasque poli destituisse domos?
F *Dic, age, rumpe moras, solitis ego namque juvabo*
Auxiliis. Aderit, qui omnia vincit, Amor.
Anne iterum insanos Saturnius excitat ignes,
Et nova, queis thalamum fœdet, in ausa ruit?
Impius heu qualem mentem gerit! Audeo plane
Dicere, nec jurans asseruisse sinam.
Inter cælicolas nihil esse nocentius illo,
Et miserum toto te magis orbe nihil.
Ergo tuam miseror sortem, terramque polumque
Miscebo, tantum ut te, mea vita, juvem.
Hic Juno ingemuit, lacrymisque implevit ocellos,

A Ἥρης, καὶ τοίους Κύπριδ᾽ ὕφηνε λόγους,
Οἶδα σὺ Κύπρι φίλη Κρονίδην ὅσος οἶστρος ἐλαύνει
Εὐνῆς ἀλλοτρίης πάντη ἔασι πόθοι.
Ἀλλ᾽ οὐ Ζεύς μ᾽ ἀκάχησε. Κόρη δ᾽ ἐνέπαιξεν Ἀθήνη
Ὀρπηξ αὐτόφυτος Ζηνὸς ἄνευθε γάμων.
Αὐτῇ μοι πόθος ἦλθεν ὁμοίϊος, ὢ ἐμὲ δειλὴν,
Μούνη ἄνευθ᾽ εὐνῆς ἄρσενος ἦα φύειν.
Οὐδ᾽ ἀτέλεστον ἔφυ τόπερ ἥνδανεν. Ἦ γὰρ ἐτέχθη
Δύσμορφον, χωλόν τ᾽ οὐ τέκος ἀλλὰ τέρας.
Ἄλλοι δ᾽ ὅσσοι ἔασι τύχην δυσδαίμονος Ἥρης
Ὠκτιζον, θεσμοῖς πειθόμενοι Κρονίοις.
B Ἔνθα γε πάντα χάραξε πεπηγότα, τοῖσιν Ὀλύμπου
Καὶ γῆς πείθεσθαι ἐνναέταισι πρέπει,
Μούνη Ἀθηναίη Κρονίης ἐπίληθος ἀνάγκης
Παίγνια θῆχ᾽ Ἥρης αὐτοτέλεστα βρέφη.
Τῷ με δεινὸν ἔπειρεν. ἐπεὶ νεότυκτος ἀτίζει
Γηραιοὺς, ὄγκῳ παρθενίης κιωνέη.
Ταῦτά με ἐκβιάσαντο φίλη τεὸν οἶκον ἱκέσθαι.
Ἀλλ᾽ ἄπο λύσαν ἔλα. Δὸς δὲ πόνοισιν ἄκος,
Μικρόν μοι τὸν Ἔρωτα χαρίσσεο. Νεῦε Διώνη.
Εἶπε Ἔρωτι κέαρ Παλλάδιον βαλέειν,
C Ὀξύνειν τ᾽ ἐπ᾽ ἔρωτας ἀλάστορας. ὄφρα δαείη
Ἄλλων ἔργ᾽ ἐλεεῖν αἴσχεσιν ἐν ἰδίοις.
Μηδὲ φρονεῖν ὑπέραυχα. Κύπρις δ᾽ ἠμείψατο μῦθον
Ἔσται ταῦτα φίλη, ὅσσα Κύπρις δύναται.
Αὐτὰρ Ἔρως, ὡς οἶσθ᾽, ἄφατον κακὸν, οὐκ ἀνεμοῖο
Εἵνεκεν ἔργμ᾽ ἀνύσει κηδόμενος ἐπέων,
Οὐ πέλεν ἀγγελίαις πειθήνιος. Εἰ δὲ κιχάνειν
Ἐγκονέοιμ᾽, ἀνέμων πτηνότερος φυγέει.
Εἰ δὲ πάλιν γε κίχοιμι προσαρμόσας στόμα θλίβει
Χείλεα μειδιάσας. Καὶ χόλος εὐθὺς ἔδυ.
Σκαιὸς ἀεὶ πλαγίοισι δόλον, καὶ κῆρα κορύσσει
Μήχεσιν, οὐρανίδαις, ἡμερίοις, ἀλόγοις.
Πάντεσι δ᾽ αὖ δύσμηνις, ἀνάρσιος, ὅσσον ἀρείων
D Κάλλει, τόσσον ἔφυ πρήγμασι φαυλότερος.
Ἄγριος, οὐδ᾽ ὅταν ὕπνον ἔχει βαθὺν, ἥσυχος εὕδει,
Ἀλλὰ κακῶς ῥάπτει πλέγματα τοῖσι φίλοις.
Οὐ δ᾽ ὄθεται γενέτου, τί πελωστά; πυρύπνοον ἕλκος
Πρόσθ᾽ ἐνέπαξε Κρόνου ἠγαθέαις πραπίσιν.
Καὶ γηραιὸν ἔθηκε νεώτερον ἄφρονι λύσσῃ
Οἰστρηθέντα λυγρῶς θήλεσ᾽ ἐπ᾽ ἀλλοτρίαις.
Αὐτήν μ᾽ ἀσπερχὲς βάλλει μαλεροῖσι βελέμνοις,
Καὶ νόον ἐξελάει, οὐδὲ γονῆς ἀλέγει.
Ἀλλά με παρθενίης, αἰδῶς τε πολύλλιτον ὄμμα
Ὁρμῆς ἴσχε πόθου. Δῆσε φρενὸς μανίην
Εἰδέτι μοι πίσυνος ποτ᾽ ὑπὲρ φύσιν ἄρμενα ῥέξει,
E Σὴ χάρις ἐσσεῖται. Οὐ γὰρ ἔωθεν ἔρως.
Ταῦτα μὲν ἔννεπε Κύπρις. Ἔρως δὲ διέκφυγε κόλπων
Γνωτῆς, πῦρ τε δέμας δεινὸν ἐφεγγοβόλει.
Πήχεις ἀντανύσασα μέγ᾽ ἤτεεν. Ἀλλ᾽ ἱκέτευεν
Πέτρην εἰναλίην. Λίσσετο κωφὸν ὕδωρ.
Πατρὸς ὕπερ, μητρός τ᾽ ἠρᾶτο ὁμόγνιος Ἥρη,
Πολλὰ δὲ πολλὰ λέγεν, καί τ᾽ ἀτέλεστα Κύπρις
Ὕστατα ὥς μιν ἄθρησε δρόμῳ κεκμηκότα, τοῖον
Αὐτῷ μῦθον ἔφη, κ᾽ ἄφθονα δῶρα δίδου.
Πείθεο, πείθεο κοῦρε, τεὴν δ᾽ ἐπίκουρον ἀρωγὴν
Πέμψον διζομένῃ, εἶ ἄγε νεῦσον Ἔρως.
F Νεῦσον Ἔρως σίμβλων γλυκερώτερος, ἀλλὰ μελισσῶν
Κέντρου ἐμῇ μελέῃ πουλύτι πικρότερος.
Ἔστι μοι ἐν μελάθροισιν, ὅπῃ γλυκὺν ὕπνον ἰαύει
Ζεὺς δμηθεὶς βροτέης κοιρανίης καμάτοις,
Κυκλοτερὲς, πήχυιον ἐνοίκιον, ἠΰτε νηὸς
Δήλιος, ὑψοῦ ἔχων πὰρ κορυφαῖσι θόλον.
Αὐτὰρ κάτω τετράγωνος ἔην στάσις. Ἀμφὶ δὲ τεῖχη
Ῥάβδοις χρυσείοις δείματ᾽ ἐπισταμένως.
Τάς περ ἐπὶ στάθμην ἴσοις χώροισιν ἰθυνάς,
Ἄλλοις χρυσείοις τὴν διὰ μέσσον ἔλα.

A *Ac Cypridi tales reddidit ore sonos.*
Quantum aliena Jovi placeant connubia nosti,
Chara soror, furtis omnia plena vides.
Quod tamen excrucior magis, est risisse puellam
Quæ sine lege tori, vertice nata Jove est.
Par mihi cura subit, proprii dein mascula nullo
Conjugis amplexu pignora concipere.
Integer & placuit partus quia verus in auras
Prodierat: monstrum sed neque partus erat.
Claudum, atrum, horrendum. Ergo alii dum fata gemiscunt
Nostra hæc, Saturni in legem humerosque premunt;
B *(Quis divum atque hominum Saturni jussibus obstet,*
Quæ cœli axe rata & scripta adamante rigent?)
Sola tamen Pallas Saturni in fata susurrat,
Et Junone facit pignora nata, jocos.
Proh dolor! orta recens, fastuque elata pudoris
Perfricto ludit ceu canis ore senes.
His moveor, dilecta soror, te visere nostris
Quæsitura malis, quam potes, artis opem;
Idalium concede mihi, breve tempus, Amorem;
Annue Palladium cor petat ipse, jube.
C *Atque inconcessos interplicet ossibus ignes,*
Qua discat propriis cuique dolere malis.
Dixerat hæc Juno: sic contra effata Dione
Non deero quantum viribus una queo.
Ast Amor infandum nequam nil nostra moratur
Verba nihil monitis efficit usque meis.
Si prensans jubeo, fugit ille fugacior Euro,
Os si iterum prendo in basia, labra premit.
Mollia deinde leves stillante in labra cachinnos,
Si qua suborta mihi est irula, sponte cadit.
Callidior quo non alter, mortemque, dolumque
Terrigenis, superis, nectit & ipse feris.
Infamis genus omne ferit. Ne fide colori
D *Deterior factis, quo specie est melior.*
Immitis, quem nunc mulcet sopor, immo quietem
Nescit, & insidiis, quem magis, hamat, amat.
Patrem ipsum spernit. Quid plura? Seni ignea fecit
Vulnera Saturno, fervereque igne nivem.
Longævum in vetitas fecit juvenescere tædas,
Stultaque fœmineum invertere corda genus.
Me me ipsam cædit jaculis, noctesque, diesque
Insanire sui sanguinis osor, agit:
Sed mea virginitas necnon pudor opprimit œstrum,
Ac desideriis obstat utrumque meis.
E *Si genio obluctante tamen mihi paret, & ultro*
Annuit, hoc faciet victus amore tui.
Sic Cypris, interea Juno dum prensat amorem,
Ille fugit hinc, & vibrat & inde faces.
Brachia protendens iterata voce rogabat
Ipse sed aut cautes, aut freta surda, foret.
Per patrem matremque orabat, verbaque ventis
Juno diu memorans corripienda dabat.
Jam tandem Regina fuga lassescere Amorem
Ut vidit, recipit munera multa dare.
Annue chare puer, fer opem opportunus amicam;
Annue Junoni bellule, dexter ades.
F *Annue Amor mellite, favo quin dulcior, acri*
Sed stimulo multum felleus ipse mihi.
Regali in thalamo fessos ubi pondere rerum
Somno oculos genitor composuisse solet;
In gyrum scandit cubito alta domuncula, templi
Deli instar, tholus in vertice summus inest.
Inferius forma in quadrum describitur, omnem
Aurea cancellant undique fila locum;
Dirigit ad normam spatiis æqualibus ordo,
Inter & ex auro clathrea fila secant.

Ἐξείης κατέπηξε διαμπερὲς ἄλλον ἀπ' ἄλλου,
  Καὶ πάντων ἄκρ' ὁμῶς εἰς ἓν ἄγειρε κλέος.
Τοῖς μῆλον κατέρεξεν, ὅπῃ προσέβαλλε κορώνην,
  Πασσάλῳ ἀγκρεμάσων εἴποτε τοῦτο δέει.
Καὶ τοὺς μὲν τοίχους τεκτήνατο. Ἂν δὲ μεσηγὺ
  Ῥάβδων ἄρρεκτον κτήματι πᾶσον ἔφυ,
Ὅσσον μὴ 'κφυγέειν τὸ φυλαχθέν. Ὃς δ' ἔνδοθι χῶ-
    ρος
  Ὄμμασι δερκομένων πάντοθ' ὑπαντιάει.
Φυίης κεν πολυωπὰ δινερίοις κεχαλᾶσθαι
  Δίκτυα, τὰ χρυσῷ χεὶρ πλέκει ἀντὶ λίνου.
Λεπτὴ δ' εἰσίθμη οἴκου, τῇ ῥ' ἧε ποτεινῷ
  Εἰσιτὸν, ἠδ' αὖθις γ' ἐξιτὸν, ὥς γε φίλον.
Δεξιτερῇ δ' οἴκου βαιὴ προσέρειστο ποτίστρα
  Διψῶν ὅπως ἐλάσει ὕδατος ἀγλαόν,
Ὑελόεις αἴθρας καθαρωτέρα. Ἐν δ' ἄρα μέσσῳ
  Βάθρος, ἵν' εἶδαρ ἔδει ἀργύρεος τέτυκται.
Ἔνθ' οἰκέει πολυΐδρις, ἐπιδέξιος, ἱερὸς ὄρνις
  Ἴρηκος μείζων, ὄμμασι γοργὸς ἰδεῖν,
Ποίης χλωρότερος, κυκλώσατο δ' ἀμφὶ περιστρὸ

  Πᾶν δέμας, ὡς Ἶρις πορφυρέη πτερόνη.
Αὐτὸς ἐνὶ ξυλόχοισι λάλος μιμήσατο γῆρυν
  Οἰωνῶν, χθονίοις συνώνυμος ἄλλα λέγει.
Καὶ γὰρ ἐπ' ἀνδρομέῃσιν ἐφαρμόσσας στόμα φωναῖς,

  Ἠχὼ ὥστις ἔδωκ' ἀντιλάλους ὁμάδους.
Καὶ σοφὸν ἀντήχησεν ὅσα βροτέη φάτο γλῶσσα
  Οὐδὲν ἁμαρτήσας, ἶσα βροτοῖς ἑτέροις.
Εἰ δέ μιν ἐξελάσειας ἀπὸ πλεκτοῖο μελάθρου,
  Ἱλεῦται πίσυνος σοῖς ἐπὶ ποσσὶν Ἔρως.
Οὐδέ τ' ἐλευθερίης ἐπικήδεται. Οἶδε γὰρ οἶδε
  Οὐκ ἀχάριστος ἐὼν ἦρα φέρουσι φέρειν.
Ταῦτα Ποσειδάων ξείνοισιν ἀλώμενος αἴαις
  Εὗρεν ἀγνῶτα Θεοῖς, δῶρά τ' ἔδωκε Κρόνῳ.
Ζηνὶ πάλιν Κρόνος, αὐτὰρ ἐμοὶ κειμήλιον ἦλθεν

  Ἐκ Διὸς ἀντ' εὐνῆς. Κλῦθί μευ ἠδὺς Ἔρως.

Δῶρον ἐμῷ ποθ' Ἔρωτι τάδ' ἔσσεται, εἴ μοι ἀρήξεις

  Παλλάδα τιτρώσκων τὴν σοβαροβλέφαρον.
Δῶρα Θεοῖσι ποθητὰ, κόπου θελκτήρια. Βάλλε
  Βάλλε πικρῶς, Ἥρη τοῦτο χαριζομένως.
Μῦθος ἔτ' ἐν χείλεσσι, καὶ εὐμενέοντι προσώπῳ
  Χερσὶ περιπλέγδην ἀμφιχυθεὶς ἱκέτην.
Ἥρην καρτ' ἐφίλησε, καὶ ἤρετο ἔνθα τὸ δῶρον
  Εἴη, ἠδ' ἀγαθὸν θυμὸν ἔειπεν ἔχειν.
Αὐτὸς γὰρ βελέεσσιν ἐπιβρίξει μενεαίνων,
  Ῥέξει τ' αἰνόμορον Παλλάδι παρθενίην.
Οὐ γὰρ ἄναλκις ἐγώ. Ζηνὸς δέ με πλῆξαν ἐνιπαὶ,
  Ἐκπαγλόν τε τρομέω Αἰγιόχοιο κότον.
Δὴν γὰρ μῆνιν ἄπαυστον ἀέξατο. Οὐ δέ τις αὐτοῦ

  Χεῖρα φύγοι. Τοίοις κάρτεσι γαυριάει.
Αὐτὰρ γὰρ αὐτολίηθεν ἐς ἕσπερον ἴχνος ἀμείβων
  Ζῆνα δόκευσα χύδην χάρματι παλλόμενον.

Ὅττι ποθ' Ἠλέκτρης ἐπεβήσατο λέκτρα, καὶ εὐ-
    νὰς
  Κἠγὼ τόξον ἑλὼν, ἕλκος ἔτευξα νέον,
Παχνώθη τε νόον, καί μ' ἐνδρόμῳ ἄγχι παραστὰς
  Ἤλασε πὺξ κόρρην, κ' ἄλλον ἔμελλε πάλιν.
Ὤχθισα, καὶ κατέαξα βαλὼν πτερόεντας οἰστοὺς,
  Οὐδὲ πλέον προσέφην ἠμέριον γελάσειν.
Ζεὺς δὲ χανὼν ἐφίλησε, καὶ ἵλεως ἔκφατο μῦθον.

  Φρυκτὸς, ἐγὼ κέλομαι, σοὶ λόγος οὗτος ἐμεν.
Ζῆνα, Θεούς τ' ἄλλους πείραζε τεοῖσι βελέμνοις,
  Ἔθνεά θ' ἡμερίων, ὡς φίλον οἰστροβόλει.
Μούνης μοι θυγατρὸς πεφείδεο. Φείδεο κόλπων
  Παλλάδος ἀφθάρτων. Οὐ γὰρ ὕπεστιν ἔρῳ.
Ὁππότε δὲ τρώσειας ἀθέσμιος, ἴσθι σάφ' εἰδὼς

A *Æqua condistant serie suprema rotundum*
  Demordent apicem, conveniuntque simul:
Extat ubi pomum, quo nectitur annulus, unde
  Si quando usus erit, pendeat ipsa domus.
Mœnia sic surgunt; medio inconfecta videtur
  Machina, quo volucris stet, sedeatque loco.
Neu fugiat, spatium interius vacat, unde videndus

  Incola spectantum pulcher in ora datur.
Huic operi alituum credas concrescere ocellos,
  Et vice lini auro composuisse manus.
Exiguum patet ostiolum, qua nobilis ales
  Ingreditur rursum, & , cum libet, egreditur.
B *Parte domus dextra statuas ubi suevit aquari,*
  Dulcemque aridulo pellere ab ore sitim:
Vas vitreumque cavumque, atque aere purius ipso,
  Ex argento aliud vescier unde solet.
Ante alias prudens, & acuto lumine solers
  Sacra avis hic habitat grandior accipitre.
Gramine pluma viret viridi magis, Irida cor-
    pus
  Exprimit ex trina nobile fasciola.
Dum strepit in silvis imitatur voce volucres,
  Atque homines inter cognita verba refert.
C *Vox hominem sonat, ac veluti resonabilis E-*
    cho
  Mortales audit, reddit & ille sonos.
Non titubante solet sermonem attexere lingua,
  Ut quemquam credas cum ratione loqui.
Depulsum cavea videas, venerande Cupido,
  Ante tuos humilem procubuisse pedes.
Libertate frui domino contentus Amore
  Abnuit, & grates officiosus agit.
Ignotam hanc divis reperit varia æquora lustrans
  Neptunus, patri & contulit ille seni,
Atque pater dedit inde Jovi, mihi denique con-
    jux
  Pro cubitu. Hæc tibi Amor munera grata da-
    bo.
D *Munera, Amor, tua erunt, si Palladi tela su-*
    perbæ
  Figas, & facibus frigida corda domes.
Donum, quo relevant graviora negotia, Divis
  Optatum; hoc feriens Pallada munus habes.
Sic ait, & dicto citius, jam mitior ipse
  Junonem amplexu stringit, & ore petit.
Brachia dum collo jactat, pangitque labellis
  Oscula, dona rogat, ferreque spondet opem.
Efficiam quo Pallas, ait, gemat ægra sagittis
  Icta meis, niveus dispereatque pudor.
Non imbellis ego, at patre terreor ipse minante:
E *Ultoris cautum me tenet ira Jovis.*
Cum ferit immensum gliscit furor, omnia tan-
    git
  Seu terris fugiant, seu per inane volent.
Cardine in hoc rerum potero. Dum versor Eoo;
  Occasumque peto, visus adesse pater
Ore quidem placido, quo non genialior unquam
  Atque serenata gaudia fronte gerens.
Scilicet Electræ thalamum calefecerat; olli

  Vulnere deinde novo, nec mora pectus adi.
Caligo incessit menti; me vidit euntem,
  Et pugno petiit, & repetisse velit.
F *Ingemui, & volucres fregi, abjecique sagittas,*
  Mollique hinc risu tingere labra nego.
Ora fovens vultu, sed adhuc truce, Amorcule, di-
    xit
  Jupiter, hæc semper, fac, mea verba fient.
In me cœlicolasque alios perlude sagittas,
  Denique mortales qualibet arte feri.
At solius natæ caveas, quæ nescit amorem,
  Sacrilegas caveas Palladi ferre manus.
Sin olim legis nostræ immemor ausus in ipsam

Σῶν ἀλαός γ' ὅσων ἔσεαι ἀμφοτέρων.
Εἶπεν ὁμοκλήσας, αὐτὸς δέ τε δείδιε θυμῷ.

Μή τι πάθω. Καὐτὴ οἶδα κότον Κρονίδου.
Εἰ δέ γε τοξεύσαντος ἐμοῦ περὶ κῆρι χολωθῇ
Θυμὸν ἐρητύσω, δάκρυσιν ἠδὲ γέλῳ.
Πειθὼ συνδρομος εὐθὺς ἐλεύσεται. Οὐ γὰρ οἶδεν

Μοῦνον Ερως γεννᾶν, μᾶλλον ἔρωτα, χάριν.
Δός μοι ὅττι τάχιστα, πόρει κειμήλιον Ηρη.
Μὴ δήθυνε. Ροπῆς καιρὸς ἔοικεν ἔτει.
Ηρη μέντοι δῶρον ὑπέσχετο αὐτίκα δώσειν,
Οττ' ἐπ' Αθηναίην πικρὸν ἀφῆκε βέλος.
Καὶ Κύπριν νεύουσαν ἐχέγγυον ὤπασε, πίστιν
Καὶ χερὸς ἐμβάλλει. Η γὰρ ἄπιστος Ερως.
Ως ὁ μὲν εἵλετο τόξον, ἐπωμαδίην τε φαρέτρην,
Οξέα καὶ λέξας δισσὰ βέλεμνα τίθει.
Χρύσεον ἦν πρώτιστον, ὃδ' αὖ ἐπὶ λοίσθιον ἧκε
Χάλκεον. Αλλοίη ἲς πέλεν ἀμφοτέροις.
Χρύσεον γὰρ τ' ἔτρωσεν, ἀπαὶ χθονίων μελεδώνων
Ορθωθεὶς μεγάλαις φροντίσιν ἐνβιόει.
Τῷ δ' αὖ χάλκεον ἧκε ἐπ' ἀλλοκότους, καὶ ἀθέσμους
Ωθεῖ τερπωλὰς, μαχλοσύνας τε βίῃ.
Ιπτάμενος δὲ βέβηκε ταχὺς πρὸς Ολύμπιον ἕδραν
Ενθ' ἀγυρεὶς Μακάρων εἰς ἓν ἐπῆλθεν ἕδος.
Αγρὸν Αθηναίης θηεύμενοι ἔρνος ἐλαίης
Αἰδεσθεὶς δ' οὐκ ἦν Ισθμιος ἐν ὁμάδῳ.
Δὴ γὰρ τότε πρῶτον ἕδραν στήριξεν Αθηνῶν
Παλλὰς ἔμεν πρώτην τοῖς χεσιν, εὐλογίαις.
Αγνὼς Ουρανίδαισι κεκρυμμένος ἦτορ ἐβλάφθη
Αἴγλαις τοσατίων, ἠερόφοιτο Ερως.
Οὐδὲ γλήνῶν σέλας εἶχεν ὁμέστιον. Η γὰρ ὁμοκλῶν
Καὶ Διὸς ἐμνήσθη. Ωστε φοβοῖτο πέρι.
Οργίσθη μετέπειτ', ὀργὴ δ' ἀπεσείσατο δεῖμα
Καὶ μένος ηὐξήθη, καὶ βέλος ἐν παλάμῃ.
Νευρὴν δ' ἐξετάνυσσεν ὅσον σθένος, ἔκβαλε δ' ἰὸν,
Παλλάδι τ' ἀφθάρτῳ ἤλασεν ὀξὺ βέλος,
Χρύσεον, καὶ γὰρ ἄμαρτε φρενοβλαβίῃσι νόοιο.
Χαλκοῦν δὲ πρόεμεν πρᾶθετο. Μοῖρα χέθεν.
Εὐσκοπίης δὲ τύχησεν, ἀκοντίσας μέσον ἧπαρ,
Βῆτε διαπρό. Σὺ δ' ὡς ἕλκεος ἀργαλέου
Ινα, βίην τ' ἐσάκουσας ἀήθεα. χεῖλος ὀδοῦσι
Δάψας, ὅπως μήσοι ὄσσ' ἀπρεπὴς προφύγῃ.
Καὶ χροίην ἐμέλαινας ὅπως μὴ λοίγιος ὅτλος
Αἰδοῦς γνωσθείη πορφυρέῳ Μακάροις.
Βυσσόθε δ' ἐκ κραδίης γε περιπροχυθεῖσ' ἐρεβεννὴ
Νὺξ ὀμίχλωσε φρένας λευγαλέαις σκοτίαις.
Δῦ δὲ φάος βλεφάρων, μέγα δ' ἔκτυπεν οὔατα, μῦθοι
Γνῶμαί τ' οὐκ εἰσίν. πᾶς δὲ πέπηγε πέδῳ.
Χειρὶ δ' ἄναλκις ἔσσ' οὔτ' αἰγίδα, οὔτε τι δοῦρυ
Εσχεθεν, ἀλλ' ὀλοοῖς ἧκε φέρειν ἀνέμοις.
Νεύστασεν τρυφάλεια, μελέων δ' ἀπο ἔκφυγε θυμὸς
Οὐδὲ δύσης ἀρχὴν, οὐδὲ τέλος νοέει.
Η μέγα δὴ τόδε χρῆμα, τὸ μοῦ ἕλεν ἐνδόμυχον κῆρ
Εκπαγλον. Αγνώσσω τοὔνομα, ἠδὲ φύσιν.
Πολλάκις ἄλλαις εἰν ὥραισιν ἀνέπτατο λύπη,
Οργῇ, εὐφροσύνῃ θυμὸς ἀγηνορέων.
Αλλὰ τόδ' ὅττι πάθω φλογερὸν κακὸν ἦτορ ἰάπτει,
Αψεα συντρίβει, καὶ λόγον ἐξελάει.
Πῦρ δ' ἅτε βρυχηδὸν ἐπιβόσκεται. Εντὸς ἐέργω
Αἰτναίων πυρῶν αἰνοτέρας δαΐδας.
Καὶ πῦρ μοι πόθον ἧψε. Τί δ' ἵεμαι; Α τί με θυμὲ

Παίζεις; Ερρ' ἀπ' ἐμῶν, ἔρρε κακὸν πραπίδων,
Τεῦ με πεῦ ἀνδρὸς ἔμνησας; Ατὰρ καὶ δίψαν ἰάλλεις;

Καὶ πόθον; Οὐ χλιδῆς εὖχος ὕπερθεν ἔχεις;
Εὖχος ὕπερθεν ἔχεις, Σὺ τί θ' αὖ κακότητος ὑποδμῶς
Αἰσχροῖς ἔβλαψας Παλλάδος ἀφθορίην.
Ω παῖς, ὦ τέκος, ὦ χρυσῆς ἄμπνευμα τεκούσης,
Ω γήθευς ὀδύναι πουλὺ ποθεινότεραι.
Ω μακάρων ἀνάθημα μακάρτατοι, οἷσιν ὀπηδεῖ

A Quid fueris: pereat lumen utrumque tibi.
Hæc mihi dira pater tonuit; mecum unde pavesco,
Quidne feram? Nosti quanta sit ira Jovis.
Si genitæ fixum post vulnus, inæstuet ira
Hæc risu, aut lacrymis frigeat ira, dabo.
Mox suadela aderit; nec enim nisi blandus amores
Gignit Amor, Charitas efficit, haud furias.
Ergo hoc promissum celera, Saturnia, munus.
Ne cunctare: dies longus hic annus abit.
Ac tutum puero donum dare Juno recepit,
Pectore Palladio, si grave vulnus erit.
B Atque cavere jubet Venerem: dextraque Cupido
(Fallere namque solet) dat simul ipse fidem.
Hæc ubi facta: cavam niveis de more pharetram
Suspendens humeris tela ibi bina locat.
Unam ex auro aliamque nitenti ex ære sagittam;
Vis tamen haud auri, quæ fuit æris erat.
Aurea defigens mortali pectora cura
Haurit, rebusque ingentibus apta facit:
Ærea sed feriens miseros in stulta repulsat
Gaudia, quo vitæ sordida cuncta cadunt.
Ocyus hinc volitans sublimem ascendit Olympum,
Omne ubi (Neptunum demito) Numen erat.
C Cuncti in Palladium tendebant lumina ramum,
Hinc nova adhuc visus ramus oliva fuit:
Nam modo tum Pallas veteres fundarat Athenas,
Ut Sophiæ atque armis arx sacra prima forent.
Interea multo confusus fulgure circum
Ignotusque ibat pectore læsus Amor.
Caligare sibi visus jam forte minarum
Tunc memor, ipse oculos noctem obiisse timet.
Quid faciet? secum indignatur, & ira timorem
Excutit, & firmum jam sibi robur agit.
Dextra igitur rapuit jaculum, lunavit & arcum
Qua valet, & castæ Palladi tela vibrat.
D Aurea cuspis erat: nec enim tunc ære furentem
Quo voluit telo figere, Parca tulit.
Plaga tamen non vana fuit: præcordia namque
Fixit, & extremas transiit usque fibras.
Icta cor insuetum, tunc ne qua indigna sonet vox
Immorsis Pallas fibulat ora labris.
Horruit inde genas, piceo suffusa colore,
Ne lethale rubor vulnus ibi argueret.
Imo ex corde petens penetralia mentis, opacis
Undique caligans nubibus umbra tenet.
Orbibus irrepunt noctes auresque susurrant,

Scommatis & verbis dulcia plectra silent.
E Non hastam imbelles retinent, non ægida palmæ
Præbuit, at rigidis cuncta ferenda notis.
Vertice nutat apex galeæ, vigor effugit artus,
Nec finem reperit principiumque mali.
Quæ me ignota mali seges opprimit aspera dictu,
Quid sit, quoque sonet nomine, utrumque latet.
Sæpe olim instabant mœror, tumor, ira, voluptas,
Sæpe quater gemino ariete quassa fui:
At nunc ipsa rogo crucior, quo corda fatiscunt,
Membra labant; verbis nec via nota datur.
Omnia flamma vorax depascitur, intus anhelo,
Nutrioque Ætnæas in mea damna faces.
Ignis amorem hic accendit, quidnam volo, quid vel
F Ardeo? an illudor? corde facesse malum.
Quid simulacra viri, Mens, & sitim amoris acerbas?
Gloria deliciis non tibi chara magis?
Gloria chara magis? quid vero intacta Minervæ

Colla feras nequam succubuisse jugo?
O puer, o partus, requies o grata parentis,
O & deliciis dulcior, alme dolor.
Felices sæpe hi, soboles quos sera perennat,

Τέκνα φυῆς, ζωὴ ἔτι μαραινομένη.
Ω ὄφελόν γ'. Οφελον τῷ δ' ἤματι πότμον ἐπισπεῖν,
Οττε νέον κεφαλῆς ἐξέθορον Κρονίδου.
Αἰδέσθητι νόος, σοφίης φθόρε, τέκνα τοκεῦσιν
Τίκτονται ποθεινῆς παρθενίης ὀλέθρῳ.
Παλλάδι δ' ἀφθορίη ἐρατὸς πόθος. Ημαπα πάντα
Παρθενίος ἔσεσθαι ὤμοσα. πῶς γὰρ ἅδεν.
Αἴβαλε μηδ' ἐγένοντο γοναὶ, μὴ νήπια τέκνα
Τοῖς ὑπέροπλον ἔλον πῆμ' ἄφρονες τοκέες.
Αλλὰ Ζεύς μ' ἐφύτευσε νέον γονόεντι καρήνῳ,
Καὶ Βάκχον μηρῷ, οὐδέ τ' ἔχηνε δέμας.
Καὶ Παλλὰς τέξει πανομοίιον, ἐκτοθ' ἀρωγῆς
Αρσενος, ἵνα λάβοιμ' ἄφθορος Οὐρανίδαις.
Καὶ κορυφῇ κύσω. Κορυφὴ Διὸς ὦπασ' Αθήνην,
Μούνη ἐπεὶ θυγατρῶν πάντα πατρῷα φέρω.
Ως φάτο ϗ παχυεργὸς ἀπείριτον ἶνα καρήνῳ
Συλλέξασα μελέων πολλὰ περιφρόνεεν.
Μήδετο πρῶτον μὲν Μοιράων ἀμετάτροπον ἔργον,
Πῶς ἀτρόποισι λίνοις ὤρισαν ἀπλανέες.
Βηλοῦ τ' ἀστερόεντος, ἰδ' οὐρανίων φύσιν ἁγνὴν,
Γαίης ϗ πόντου σύμφυτον ἀγλαΐην.
Νερτερίων τε βέρεθρον, ὅπῃ ἀγαθοῖς, καὶ ἀθέσμοις
Πρήξεων ἐκρίθη πᾶσιν ἄεθλα, τίσεις.
Φράσσατο ἡμερίων τε πόληας, ϗ ποικίλον ἦθος,
Μῆνιν ἀπαρτηρὴν, ϗ δολόεντα γέλω,
Καὶ φόνον ἀλλοπρόσαλλον, ἰδ' αὖ πεδίων ἀλεγεινὰς
Δηώσεις, ἱρῶν τ' ἔξοχα δουλοσύνας.
Ηδὲ πάλιν πόρφυρε σοφῆς εὑρήματα τέχνης,
Οργὴν παύουσιν ταῖσι Θεῶν θυσίαις,
Νηῶν θ' ὑψιρόφων αἰπεινὰ τέρχμνα, περίπλους,
Μολπὴν, ναυτιλίην, ἀστροθέτημα πόλου,
Οπλοτέρων τε βροτῶν τηλεκλυτὸν εὖχος, ἀρείω
Αλκὴν γηραιῶν πουλὺ φαεινοτέρην.
Οττε δὲ κάρτος, ἔωπε, θεώτερος ἐστὶ βροτοῖσιν
Νῦν πλέον, ἢ πρότερον ϗ φρένες αὐγαλέαι.
Δὴ γὰρ δὴ χάλκεος γενεὴ τέλος ἵκετο δόξης,
Καὶ χρυσῆ φαίνει Φωσφόρος ἠϊθέων.
Τήπερ ἀριστείαισι λόγων, ϗ κάρπεσι χειρῶν,
Ηδη ἐπουρανίοις ζῆλον ἄεξε μέγαν.
Τοῖσιν ἴση προβέβηκεν, ϗ ἴκελος ἰσοφαρίζει
Τέκνα θεῶν, ἠδ' ὧν τ' οὐράνιος γενέθλη.
Αλλον Ποιητὴν κείνοις ἰσόμοιρον ἐφευρεῖν
Χρεῖος ἔφυ, κήρυκ' ἀντιθέοιο κλέους.
Αλλων πολλὸν ἄριστον. Επεὶ τὶς δῆνε' ἀείσει
Ληθαίης ᾠδαῖς ἐξερύσας ὁμίχλης;
Η μὴν πῶς ἐπέεικεν, ὅμοι φίλον, εἴθε δυναίμην,
Τόν γ' ἀπ' ἐμῆς κορυφῆς, νήδυμον ἵνα τεκεῖν.
Εἴθε πατὴρ τόδ' ἔνευσε. Πατὴρ δ' ἐπένευσεν ἀκούσας,
Νεύματι δ' αὖ κορυφὴ ἔγκυος, οἶσε τέκος.
Πρῶτον μέν τοι ἐλαφρόν. Οτ' ἂν πάρα δ' ἤματα ἦλθεν
Πολλὰ, βρεφός τε χρόνῳ ἄψεσιν ηὔξανετο.
Δὴ τότε Παλλαδίης κορυφῆς ηὐρύνετο κόλπος,
Καὶ τείνοντ' ἶνες δριμυτέραις ὀδύναις.
Αὐξομένῳ τε βρέφει γε συνηύξανεν, ἄχρις ἐς ὄγκον
Αργαλέον. Κάματος δ' οὔτι φορητὸς ἔφυ.
Καὶ μήνιγγες ἄατον ἐπέκτυπον. ἀσταθέες δὲ
Συστρωφῶντο πόδες σφαλλομέναισι πάλαις.
Ως δ' ὅτε διψαλέοισιν ἐπ' οἰνηροῖς τε δεπάστροις
Φῶς τις ἀκηδέστως χανδὸν ἄφυσσε μέθυ.
Ενδοθεν οἱ νόον αἰθύσσει ληθικηδέος οἶστρος
Ικμάδος, οὐδὲ φέρειν ἔχεθε κρᾶτα λάρυγξ.
Οφθαλμοὶ δ' ἐπέδηθεν, ἕδος δ' αὖ, ϗ λέχος αὐτὸ
Δινεῖσθαι δοκέει, ἄστρα πόλου θορέειν.
Βαμβαίνων δὲ κρότοισιν ἀπεικότα ῥήματα βάζει.
Πολλά θ' ἃ μὴ λεχθέντ' εὑρὺ ὄνειαρ ἔην.
Ως τότ' Αθηναίης περιδινήθησαν ὀπωπαί,
Η δὲ πίεζε κάρη αὐξομένοιο βάρος.
Αἰεὶ γὰρ σοφίης σθεναροῖσιν ἐδέσμασι φέρβεν.
Γεῖτο δὲ παννῆμαρ καὶ παῖς εὐρύτερος.
Ως δέ μιν ἐκ σκοπιῆς περιώδυνον εἴσιδεν Ηρη

A *Queisve æterna brevi in tempore secla parit.*
O utinam sors ista mihi, & cum fusa Tonantis
Fronte fui, lux hæc, noxque suprema forent.
Sed pudeat tali mentem submittere pesti,
Virgineas proles invida tollit opes.
Perpetuus sine labe pudor preciosa Minervæ est
Gloria: juravi hac Virgo manere fide.
O utinam nunquam hæc terris effusa fuisset
Illuvies, uteris vipera sæpe suis.
Me vertex Jovis, at Bacchum femur edidit, ulli
Nec spolium labi succubuisse ferunt.
Nonne Jovis simili fundet ratione virago, &
Absque viro natum cælicolisque dabit?
B *Vertice nata Jovis, pariam quoque vertice natum,*
Inter quæ genitas e Jove tota fui.
Sic ait, & rerum vires sine fine tenaci
Cogit, & ex cunctis pectore multa capit.
Stamina prima animo trahit immutata sororum,
Pensaque fatali, non violanda colo.
Sidera tersa videt, purgatosque ætheris axes,
Quæque solo variant, quæque videnda salo.
Inde inferna petit Barathri loca, diraque sontum
Supplicia evolvit, præmiaque apta bonis.
Multorum mores, multorum cernit & Urbes,
C *Risus ubi fallax & sine fine furor.*
Sanguinolenta videt bella, immanesque rapinas,
Captaque sacrilega limina diva manu.
In se iterum remeans inventas ruminat artes,
Et sacra, ultorum queis cadit ira Deum.
Templorum dein summa videt: navalia, cantus,
Cæruleasque vias, sidereosque situs.
Et juvenum factis grande increbrescere nomen,
Atque senum in toto clarius orbe decus.
Vis, inquit, quando major mortalibus unquam
Armorum, & Sophiæ, consiliique fuit?
Ærea, laudis enim tetigit fastigia proles,
D *Aureus en juvenum Phosphorus exoritur.*
Qui linguæ splendore manus, & robore magnis
Cœlicolis summam concitet invidiam.
His Divorum nati, & qui nascuntur ab illis
Pugnant, inque vicem cedere neuter amat.
Vatem ipsis alium cælesti e semine, plectro
Qui beet heroo, jam reperire juvat.
Hunc omnes anteire volo; quis namque silenti,
Si solum excipias, eruet amne Duces?
Expedit idque mihi sedet: o si talia possem
Pignora de cerebro parturiisse meo!
O utinam pater annueret. Dicto ocyus, ipse
Annuit, & vertex Palladis intumuit.
E *Principio brevis, at numero glomerante dierum*
Grandia jam visus tendere membra puer.
Tum caput armigeræ majore cucurbitat orbe,
Angustant nervi, nec minus acre premunt.
Fœtu ingente tumor jam immane extuberat, & jam
Succollare nequit flexa columna caput.
Dum cerebri strident fibræ, mirabile dictu,
Errantesque natant nocte dieque pedes.
Ac veluti incaute si quis male fida Lyæi
Vasa bausit, cerebro stare locoque nequit.
Lethæus mentem stupor occupat, æstus acerbat
F *Guttura, nec mentum curva tenere valent.*
Vincti oculi torpent, tellus sibi fixa moveri
Visa, micare torus, astra salire polo.
Perstrepit ore gravi, & verba incomposta susurrat,
Quæ melius claustris continuisse foret.
Palladi sic ægre circumglomerantur ocelli,
Et caput exturgens pondere ad ima cadit.
Nam magis atque magis fœtus crescebat in horas,
Robustos sophia suppeditante cibos.
Viderat ab specula tum forte doloribus ipsam

Con-

Γήθεϊ παλλομένη κέρτομον εἶπεν ἔπος.
Οὕτως νῦν ἐπίκειθι Διὸς τέκος, ἄφθορος ὄρπηξ,
Καὶ συφέλιζε Θεοὺς σκώμμασιν ἀφραδέσιν.
Μηδ' ἐπὶ τῷ μεγάλαυχοι ἀγηνορέουσι γυναῖκες
Ὄλβιος, οὐ δὲ γονῆς ἄξιος οὐτιδανῆς.
Ὁππότε παῖδα κύησας ἀγάστελον, οὐδέτι βαιὸν
Τερπωλὴν ἐδάης τῇ κατέμικτο τόκος.
Τερπωλὴ ἐπὶ τῶν μακάρων ἐπιμαίνεται ἐσμὸς,
Ἧς τε χάειν βηλοῦ δὴν ἀποϊπτάμενος.
Ἰσοθέοις χλιδαῖσιν ὁμοίιος. Ἀλλ' ἄρα καὶ τ'
Ἤμαρτες, ζαθέων οὐκ ἀλέγουσα γάμων.
Νῦν δὲ καρηβαρέουσα διαμπερὲς ἔγκυος εἴης,
Καὶ τίκτοιο βρέφη κρῆθεν ἀπαὶ βλεφάρων.
Τὼς γὰρ ἴσως οἴκτιστα καὶ ὀφθαλμοὺς ἀπολέσσαις.
Καὶ γνώσει μισθῷ οὐκ ὀλίγῳ βελάειν.
Κεῖνο δέ μοι πόρεν ἄλγος ἀμήχανον, ὅττι λοχεύεις
Παῖδ' αὐτῶν πολλὸν κρέασονα ἡμιθέων.
Τὸν βασιλεῖς, ἥρωες, ἀρίφρονες, ἢ Θεοὶ αὐτοὶ
Ζηλώσουσι κλυτῆς εἵνεκεν ἰδμοσυνῆς.
Ἀθανάτου τε κλέους, στέρνοις δὲ μακάρτατον ὕμνον
Ἄσουσιν, μαζοῖς, πατρίδι κυδροτάτῃ.
Ζεὺς δ' ὡς οὖν ἐνόησε κόρης ὠδῖνα μερίμνης,
Καὶ πρόσθεν γ' ἰκέλους γευσάμενος καμάτου,
Δεξιτερὴν ἀνέτεινε, φίλην τ' ἠγκάσατο γένυν
Ἀμφιχυθεὶς, στέρνοις τ' ἔμβαλε μειλιχίοις,
Ἠδὲ κάρηνον ἔκυσσε, καὶ ὄμματα πένθος ἀπέπτη,
Λύπη τ' αἰθὺς ἕδρας νερτερίων μελάθρων.
Ὀφθαλμοὶ δ' ἀνέγερθεν. ὑπέκφυγε κόμπος ἀνίης.
Στήριχθεν ταρσοί. Ζήτεεν αὖθις ὅπλα.

Ὦ τέκος, ὦ ὠδῖνες ἐπουρανίοισι ἀγηταὶ,
Ὦ κορυφὴ πασέων ἀκρόπολις Χαρίτων.
Πόσσα γε, πόσσ' ἀνέπνευσε θεόσδοτα δῶρα λοχείῃ,
Πόσσα ἀπ' αἰθερίου στήθεος ὠπάσατο.
Ἔξοχα δ' αὖ Μουσέων καπυρὸν στόμα, ἄκρον ἄωτον
Ὑμνοπόλων, Φοίβου τ' ἠγαθέην κιθάραν.
Ὄφρ' ἀρχὸς πάντεσσιν ἀεὶ λογίοις, καὶ ἀοιδοῖς
Μηδέτι Φοῖβος ἔη ἡγέτα Μουσοπόλων,
Ὤπασε τὰ πρότ' ἐόντα, τάτ' ὄντα δαήμεναι αὐτῷ,
Ἐσσομένων τε πόρει οὐκέτ' ἐόντα λόγον.
Τίς τάδε μυθήσαιτο, τὰ οἱ τότε δῶρ' ἄναγε Ζεύς.
Μᾶλλον φύλλ' εἴποις, ἢ ψαμάθοιο κόνιν.
Ὄμμασιν ὅσσα δέδορκας ἑνὸς χερὸς ἔργον ἐτύχθη,
Ἠδ' ἐκτὸς τὰ νοεῖς οὐρανίων λαγόνων.
Αὐτοῦ στέρνα τίθησι, βραχίονας, ἄψεα πάντα,
Ἠδ' ὅσσην ἀλκὴν ἐντὸς ἔχει μελέων.
Παλλάδι τεξομένῃ κειμήλιον, ὄφρα Θεάων
Πουλὺ ἄριστα τέκῃ ἦα βροτοῖσι πρόμον.
Παλλὰς δὲ δόρυ πάλλε, λόφον δὲ καρήατι θῆκεν,
Ἠδὲ σάκος λαιῇ, ἔκθορέ τ' ἐσσυμένως,
Καὶ τροχαλοῖσι πόδεσσιν ἀπ' αἰθέρος ἀΐξασα
Αἰγαίῳ πελάγει νῆσον ἵκανε Χίον.
Ἀλλάων πρωτίστην, γεραρώτατον ἔθνος Ἰώνων,
Καὶ ναετῶν ἀρεταῖς μᾶλλον ἀγαυοτέραν.
Ἦχι γὰρ αἰπύδμητον ἀνορθώσαντες Ἀθήνῃ
Ναὸν, θαῦμα νέον κάλλεσιν οὐρανίοις,
Δώροις τ' ἀφνειοῖσι, Δρακοντολέτειραν ἐτίμων
Παλλάδα, οἱ χαρίτων τ' ὤπασαν αὐτὶ χάειν.
Δὴ γὰρ ἐν ἀμφιλαφεῖ Πελληναίοιο κορύμβου
Βήσσῃ ὠμηστὴς συρίασκε δράκων.
Μήκιστός γ', εὐρός τε πελώριος, οὔρεσιν ἶσος,
Δεινὸν ἰδεῖν, πνείων λαμπάδας ἰοβόλους.
Ὅττε δ' ἀκανθοφόροις κυρτώμενος ἕρπεν ἀν' οὖδας
Σπείραις, σχῆμ' ἐδίδου ἀμφιπέδων ὀρέων.
Κνώδαλα γῆς, ἀέρος τε γονὴ, καὶ ἔθνεα φωτῶν
Ἰυγήν τ', ὄψιν τ' οὐκ ἀνέχοντο φόβῳ.
Ἀμφιχανὼν δὲ φάρυγγα πετάσσατο, χάσματος εἴποις
Οὐδαίου, σπέους τ' ὕψος ἀφεγγὲς ὁρᾶν.

A *Confixam Juno, nec tenuisse potest:*
Gestit, & insultat: Jactes Jovis aurea Proles
Ridiculisque modis temnere disce Deos.
Non utero felix quo sese fœmina jactat,
Nedum etiam vili pignore digna parens.
Heu nimium infelix, cui non libata voluptas,
Quæ rigidas partus temperat una vices,
Cujus amore Dii insipiunt, peregreque vagantur,
Hasque habitare domos, cura nec ulla subit.
Hoc etiam luxu Jovis o frustrata virago es,
Diva cui soli non Hymenæa placent.
Nunc vero semper vertex sibi ponderet, & per
Lumina, quæ paries pignora, proripiant.
B *Sic te forte oculorum aciem deperdere cernam.*
Nec parvo disces intumuisse mihi.
At summus me luctus agit, quod pignora partu
Ipsis Semideis nobiliora dabis.
Quæ Sophi, & Heroes, Regesque, & Numina nostra
Multisciæ ob mentis munera suspicient.
Gloria quæ major? Puero, patriæ, atque parenti
Carmina cœlicolis pangere digna canent.
Juppiter ut natæ jam parturientis agonem
Novit qui tales senserat ante vices.
C *Extendit dextram fœtumque amplexus biantem*
Matremque humano mulcet utrumque sinu,
Deinde caput labris, oculosque foventibus, angor
Protinus in Stygios effugit ille lacus.
Nec mora clarescunt oculi, vestigia constant,
Vanescitque dolor: Arma, iterum, arma fremit.
O dolor, o fœtus cœlestibus admirandus!
O vertex Charitum arx, gratia, dulce decus!
Quantas mentis opes per te spiravit Olympus,
Pectoris ætherei lumina quanta dedit.
Dulce, virum, canere ut Musas, vatumque beari
D *Imperio, & Phœbi tangere posse fides.*
Rhetoribus simul, & cunctis dare jura poetis,
Ne dux Aonidum, Phœbe, deinde fores.
Quæque ante aut fuerant, aut tunc præsentia nosse,
Ac sapere arcanas, lubrica fata, vices.
Silvarum frondes pelagique enarret arenas
Qui canere effusas tunc Jovis ausit opes.
Dextræ unius opus sunt quæ extra intraque videtis
Æthera, idemque brevi limite clausit opus.
Totus in hoc Pater incumbit quantusque lacertis
Ille est & quantus pectore tantus inest.
E *Hæc soli ante alias congessit dona Minervæ,*
Mater ut egregii pignoris ipsa foret.
Prima ergo galeaque armata, bastamque coruscans
Proripit e cœli limine diva ferox.
Pronaque in Ægeas pedibus pernicibus undas
Labitur, & notam pervenit inde Chion.
Ionii splendet Princeps Chios æquoris una
Splendidiorque viris quos fovet illa sinu.
Namque ibi mirandum grati posuere Minervæ
Chii templum, raræ molis & artis opus.
Divitibusque Dracontoletira bic nomine diva
Muneribus culta est. Nominis bæc ratio.
F *Pelleni quondam silvosi in valle cruentus*
Sibila vibrabat nocte dieque draco.
Horribilis visu, ac veluti mons vastus & ingens
Spirat, & infectas projicit ore faces.
Cum spinosa solo volvebat tergora, credas
In media montes surgere planitie.
Mirus ubique pavor, bomines, volucresque, feræque
Illius haud sonitus ferre nec ora valent.
Guttura cum pandit, rictusque evolvit opacos
Tartara Plutonis cernere aperta putes.

Πώεα, καὶ δαμάλεις, ἵππων τ' ἀνάριθμον ὀπώρην
Χείλεσιν οἰγομένοις ἐξελάφυξε μόνοις.
Ταῦτα δ' ἀποβροχθεῖσα κατέρρεεν ὥσπερ ἐς ἄλμης
Βένθεα, ἠὲ βυθὸν νερτερίων βερέθρων.
Πήματι δ' ἐστείνοντο πόλεις, καὶ μῆχος ἰδόντες
Εὐφραδίης βροτέης οὐδὲν ὄνειαρ ἔχειν,
Χεῖρας ἀναχόντες πάτερον λιτάνευσαν Ἀθήνην,
Ὄφρ' ἄτην ἐλάσῃ εὐμενέουσα φίλοις.
Νεῦσεν Ἀθηναίη, ἀπὸ δ' ὤσατο δεινὸν ὄλεθρον,
Καὶ ναέταις ἐρατὴν θῆκεν ἐλευθερίην.
Βυκτάων γὰρ ἔχευ' ἀνέμων ἐρίπνευστον ἀϋτμὴν
Δένδρεά τ' αὐλῶνος ἐξετίναξεν ὅλα.
Τῶν δ' αὖ ῥηγνυμένων ζαμενοῦς λαίλαψι θυέλλης,
Καὶ συντριβομένων ἄσπετον ὦρσε φλόγα.
Δαιομένου τε πυρὸς μέγ' ἐρόχθεεν ἄσπετος ὕλη,
Καιομένων τε φυτῶν δὴν μεγάλ' ἀμφιλάκε.
Μέχρις πάντ' ἀμάθυνε, καὶ ἐς κόνιν ἤγαγε φλέγμα.
Τοῖσι συνεφλέχθη εἱλικόεις τε δράκων.
Οὐ γὰρ οἱ ὅπλον ὄνησεν ὑπὲρ ῥάχιν, οὐ δέρος αὐτῷ
Ἀντίτυπον φλογέαις καὶ Διὸς ἀστεροπαῖς.
Οὐ δ' ἰός, τὸ οὐδέουσι πυρὸς πανυπέρτερον ἔμμεν,
Οὐ δὲ πόδες πτηνοί. Φλοξὶν ἅπας ἐδάμη.
Φλοξὶν Ἀθηναίης νηλειέσι. Ταὶ δ' ἄρα πάντα
Φλέξαν ἀκηδέστως. οὐδ' ἀλεῆτις ἔην.
Ὣς οἱ μὲν ζαθέαις μόλις ἐξεσάωθεν ἀρωγαῖς,
Καὶ χάριν εὐέρκτῃ εἴδεον ἐξοπίσω.
Πρῶτα μὲν οἶνον ἔλειβον, ἰδ' ἄπλετα μηρία καῖον,
Καὶ θυέων ὀδμῇ πᾶς ἐμέθυσο δόμος.
Πολλὸν δ' ἀμφιχέοντες ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει
Λαρὸν ἄλειφαρ. Ἔδος δ' ἀμφιπέπληθε θύοις.
Παρθενικὴ τ' ἀρήτειρα θυώδεος ἔνδοθι ναοῦ
Εὔχετο πρὸς βωμὸν καλὸν ἱεῖσα θρόον.
Παλλὰς Τριτογένεια, Διὸς τέκος, Ἀτρυτώνη,
Παρθένε μουνογενὴς ἀρσενόθηλυ Θεά.
Ἡ πέδον ἀμφιβέβηκας Ἐρεχθέος, Ἄστυ τ' Ἀθηνῶν,
Δαυλίδα, καὶ Κύῤῥον, καὶ Ἀράκυνθον ἔχεις.
Ἀσυρά τ', Ἀασησὸν, Μαγάρσου τ' ἄκρα κάρηνα
Βούδειον, Λῆμνόν τ', ἠδὲ Νέδοντ', Ἀλέαν.
Καὶ Χίον, ἣ νήσων πολὺ φιλτάτη ἐστὶν ἁπασέων
Σοὶ Παλλάς, περὶ ἧς κηδομένη βρίαεις,
Ὡς γενέτειρα γόνου, καὶ πρὶν μὲν ἄμυνας ὀλέθρους
Ἄμμιν ἀπειρεσίους, νῦν τ' ἀπέσεισας ὄφιν.
Τοῦ σε Δρακοντολέτειραν ἐς ὕστερον αἰὲν ἐνίψει
Ἡ δὲ πόλις, γλυκερὴν Παλλάδ' ἐπωνυμίην.
Αἱ δ' ἕτεραι πεύσονται ὁμοῖα δῶρα κομίζειν
Ἀντ' εὐεργεσίης τοῖσι χαρισαμένοις.
Κλῦθί μευ εὐχομένης, νήσου γεραρώτατον ἔθνος
Ἀσκηθὲς παντὸς πήματος εἶα, σάω.
Καὶ προλιποῦσα πόλον, βαιὸν γε φιλαίτερον οὖδας
Εἴσιδε, ἀφνειῶν τ' αὖξε δόσεις κτεάνων.
Εἶ' ἄγε δεῦρο κίοις μόλε μοι, μόλε δῖα Θεάων
Βαῖν' ἴμεν ἂν τέμενος. Βαῖνε τάχιστα, μόλε.
Οὔπω μῦθον ἔειπε, καὶ ἤλυθε Παλλὰς Ἀθήνη
Πτηνὸν ἅτ', ἠγαθέῳ δῶμά τ' ἔπλησε φάει.
Τοὶ δ' ἄνεῳ ἔστησαν, ἀτὰρ τόδ' ἐναίσιμον ἔμμεν
Φάντο φάος, καὶ νεῷ Παλλάδα ἱσταμένην.
Ἔνθεν ὁ μὲν γλώσσαις ἀραῖς ἐπεφώνεον Ὕμνον,
Καὶ δακρύοις δεύονθ' ἤδεσι παλλόμενοι.
Μέσφα δ' Ἀθηναίη θυέεσσιν ἰαίνετο θυμὸν,
Καὶ Χίοις ἀρετὴν, ἠδ' ἐπέκλωθε κράτος.
Ὄφρα μεθ' Ἑλλήνεσσι πέδου, πολιῆς τε θαλάσσης
Ἄρχοιεν πεζῇ, ναυσιδρόμῳ τε βίᾳ.
Καὶ Περσῶν ὀλέσειεν ἀφαυροτάτῃ στόλον ἀλκῇ,
Θυμῷ δ' αὖ πολέες μυριοχιλιάδες.
Μοῦνοι γὰρ νιφάδεσσιν ἐοικότα, ἢ ψαμάθοισι
Λαίφεα βαρβαρικῶν χερσὶν ἐπ' ἀκαμάτοις.

A *Arva per & silvas, quodcumque occurrerat, haurit*
Cornipedem, vel equum, cornipetamve bovem.
At veluti terræ barathrum, pelagive Charybdis
Omnia sic patulis faucibus ille vorat.
Urbibus hac clade absumptis, prudentia nullum
Effugium, & nullam repperit ipsa viam.
Quocirca patriam, tendens ad sidera palmas
Pallada ferre, Chios sollicitabat opem.
Annuit, indigenaque malam pestem expulit ora,
Atque frui cœlo liberiore dedit.
Nam rapidis acres incussit flatibus iras
Rara unde arboribus vallis opaca fuit.
B *Ramorum interea flictu, silvæque fragore*
Excita vis flammæ per nemus omne furit.
Æolius fremor & Vulcanius omnia miscet,
Longeque amotis auribus excipitur.
In cinerem tandem subsedit silva superbusque
Igne Draco tritum deposuit spolium.
Non Jovis obnitens jaculis, in Palladis ignes
Horrifico tergum murice stare nequit.
Non aconita juvant, quæ incendia vincere fama est,
Nec quidquam aligeri pervaluere pedes.
Omnia Palladius nullo discrimine volvit
C *Ardor, & immani liberat hoste Chion.*
Tanto ergo hoc dono gens denique vincta Minervæ
Exsolvunt grates, donaque grata ferunt.
Quadrupedes sine fine adolent, carchesia libant,
Totaque sacrifico est ebria odore domus.
Effusi calice balant, atque augentur odores,
Et sacro redolens unguine terra madet;
Thuricremam interea supplex stat Flamen ad aram,
Votaque persolvens carmina pulchra canit.
Pallas Tritogenia, Jovis genita, Atrytone,
Unigena, o Virgo, fœmina, masque Dea.
Quæ solum Erechthei, & doctas defendis Athenas,
D *Daulidaque, & Cyrrhon, quæque Aracynthon habes:*
Asyraque, Assesum, & Magarsum montibus altam
Budeon, Lemnonque, & Nedon, atque Aleam,
Et Chion, Ionio quæ maxima in æquore surgit,
Cujus cura uni gloria summa tibi est.
Nunc nos quæ ex omni ut mater servare solebas
Clade, Dracontæis eripis ipsa malis.
Hinc te nostra Dracontoletiram nomine semper
Urbs dicet, quo nil dulcius esse solet.
Sic aliæ discent urbes hoc munere vinctæ
E *Dona sibi memori pectore sacra dare.*
Supplicis exaudi populi te vota precantis,
Atque tuos semper dextra benigna tegat.
Linque Polum, & propera nostros visura penates,
Multiplicique auge fœnore dulce solum.
Eja age, diva veni, venias o diva Dearum,
Limina sacra tua hæc vise, age, rumpe moras.
Nondum finierat, cum Pallas ut ales ab alto
Lapsa polo radiis fundit ubique domum.
Illi autem attoniti stabant, dein lumina certi
Dextra fore huic credunt Pallada adesse domo.
F *Pars populi exultant, lacrymasque in gaudia mittunt,*
Pars voce unanimi carmina sacra canunt.
Dum Pallas sacris delectabatur opimis,
Virtutem & Chiis, vimque, animumque dabat.
Ut terram pelagumque simul ditione tenerent
Cum Danais clari sæpe in utroque duces,
Pauci & Achemeniam numero, sed robore multi
Delerent classem, & millia mille virum.
Barbara enim tot vela forent, quot littore arenæ,
Quotque nives Phœbo cum feriente cadunt.

Ἄλλων νηρίθμοιο ὑπὸ στοπίαισιν αὐτῆς
  Πότμον ἀλδομένων, ἔμπεδον αἰρόμενοι,
Καί μιν ἀμαλδύναντες ἔχοιεν ἀγήραον εὖχος
  Εἰ μὴ Ἑλλήνων δῆος ἄασεν Ἄρης.
Δεινὸς Ἄρης, κρατερῶς γὰρ ἐπ' ἀνέρας ὁρμήσαντες
  Φθίσουσ' ἀντιβίως δρηστοσύνῃ μελέων.
Ἐσθλοὶ δ' αὖ γεγαῶτες, ἄδην ἀπὸ θυμὸν ὀλοῦνται,
  Εὐκλεᾶ ἀνθ' ὕβρεως μοῖραν ἀμειψόμενοι,
Ἀνδράσι φυζαλέοις στήλην λαλέουσαν ὀνείδη.

  Ἐξ ἐσθλῶν φῶτες μανθάνετ' ἐσθλοὶ ἔμεν.
Ταῦτα μὲν οὖν κρήηνε. Γόνος δ' ἐπ' οὔασιν εἶπε.
  Νῦν χρόνος ὦ μῆτερ κλεῖθρα λιπεῖν κορυφῆς.
Ἠέλιόν θ' ἐρόωντα νέαις τέρπεσθαι ἐδωδαῖς.
  Μή με κάρητι Θεά, μή με κάλυπτε πλέον.
Οἶξαι δεσμὰ τέλεια, θυρέων ἀνάκλινον ὀχῆας,

  Καί με λόχευσε, τέκνον, δὸς φάος, ἦρα πόρει.
Ἔννεπεν. Οὐδ' ἀπίθησε λεχωΐδες ἦγον ἀνάγκῃ
  Ὧραι, καὶ Μοίρη ὦσε βιαζομένη.
Ἠδέ γ' ἀλδαινομένη ἐελδόμενον ἵκετο χῶρον,
  Εἴποις οὐρανίοις προσφιλὲς οὖδας ἔμεν.
Κύψε κάρη, φοίνικι δ' ἐρείσατο, ἁγνὸν ἐλαίης
  Πόρθον θλιβομένη, κλωσὶν ἀνῆψε σάκος.
Καὶ δόρυ, καὶ τρυφάλειαν ἀπὸ ἕο θῆκε χαμάζε,

  Οὐ γάρ, ἔφη, χρείω ὑμνοπόλοισιν ὅπλα.
Τόφρα δ' ἐπιρρήξασα πέδας, συνοχεῖς τε καρήνου,
  Ῥεῖα μάλ' ἐκ κόλπων θήκατο παῖδα μέγαν
Παλλὰς Ἀθηναίη μεγάλη Θεός. Ἦ γὰρ ἔοικεν
  Μείζοσιν ἐκφῦναι τοῖσι Θεοῖς μεγάλους.
Αἶθρα, πίδοντε γέλασσεν. Ὄλυμπος ἀρείοσιν αἴγλαις
  Σεισάμενος νεφέλας βῶλον ἐφεγγοβόλει.
Οὐρανιδῶν τ' ἀφίκανεν ὁμήγυρις ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ,

  Ζεύς, Ἑρμῆς, Παφίη, Ἥλιος, Ἀστυγέτης,
Ἀδρήστεια, Θέτις, Νυμφῶν πολυποίκιλος ἑσμὸς

  Μοιράων, Χαρίτων, Μήνη, Ἐνυάλιος,
Καὶ Κρόνος, αὐτὸς Ἔρως, Ἥρη τ' αὐτόσσυτος ἦλθε
  Μήνιδος ἀμνήμων. Τὼς γὰρ ἔπελλε πόσις.
Παλλάδος ὄφρα τόκος πᾶσιν τιμάοχος εἴη.
  Καὶ πάντων δώροις κύδιμος ἀντιάσει.
Ζεὺς πρώτιστος ἔδωκεν ἄναξι γεράσμιον εἶναι,
  Ἑρμῆς ἡδυλόγως ἦτορ ἄγειν χθονίων.
Ἀγλαΐην Παφίη, σοβαρὸν δ' ἐτέλεσσεν Ἀπόλλων,
  Ἀλλὰ Ποσειδάων ἰδμοσύνην ῥεέθρων.
Ἀδρήστεια δίκην γε. Θέτις νόον, εὔθεον ἦθος
  Μήνη, τολμηρὸν δ' ὁ βροτολοιγὸς Ἄρης,
Καὶ Κρόνος ἀστυφέλικτον, Ἔρως δ' ἐνέπνευσε ποθητὸν
  Ἥρη προσφῦσα γόνῳ ἤνεεν ἀζομένη.
Καὶ βρέφεος χαρίεσσιν ἔτι ζηλήμονι κέντρῳ
  Οἰδαίνουσα μάτην τοῖον ἔειπεν ἔπος.
Τοῖοι παῖδες ἔασιν, ὅσοις φίλον ἦα λοχεύειν.
  Οὐχ οἷος μοι ἔφυ πικρὸν ἔχουσι τέρας.
Αἲ γὰρ ἀπ' ὠδίνων ὤναιντο λεχωΐδες. Εἴθε
  Κ' αὐτῇ τοῖον ἔβη, νῦν δὲ δόλῳ μογέω,
Παλλάδι τῇ τέκτηνα. Πόσις δέ μοι οἷος ἀπ' ἄλλων
  Ταῦτα μέγηρεν, ἀεὶ μήδεσιν αἰτιόων.
Ἀλλὰ γόνων μακαριστέ, τύχην ἀμετάστροφον ἕξεις
  Ἠδ' εὐδαιμονίην οὔποτ' ἀπερχομένην
Τεύξεις τ' ὄλβιον ἄλλον ἐπίφθονον. Ἦ γὰρ ἀφῆκας
  Εὐτυχέας φθονέειν, κέρτομα τοῖσιν ἔφης.

Ἦ, καὶ κοῦρον ἔκυσσε, φίλοις δ' ἐπεθήκατο κόλποις
  Μοιράων, ταὶ κλῶσαν παιδὶ δόσεις μακάρων.
Καὶ Χάριτες Νύμφαισιν, ὅπως θρεπτήρια δοῖεν
  Ὤπασαν, ἀφθάρτων δωροφόροι χαρίτων.
Ἑρμείης, καὶ Φοῖβος ἐπιχθονίους λίπον εὐνὰς
  Ἀμβροσίης τε πόται βήλιον ἕδραν ἔδων.
Ἑρμῆς δῶκε λύρην, κιθάρην ὤρεξεν Ἀπόλλων,

  Ὄφρα πέλωσιν ἐπῶν ἔμμοροι ἀντιθέων.

A *Hæc focii fpecie turbati, & mœfta timentes*
Fata, fubinde fugæ vertere terga parant.
Chii tamen intrepidi, quos fax virtutis honefta
Stare facit, vibrant corpora rara neci.
Nam valida hoftiles membrorum mole phalanges
Urgendo cedunt viribus, haud animis.
Sic tandem fpeciofa petunt per vulnera mortem
Certi fponte mori, quam maculaffe genus.
Hoc hominum columen profugis exempla miniftrans,
Effe boni in patriam difcite ab hifce bonis.
Talia dum Pallas fecum movet, auribus inftat
Fœtus: Jam tempus, me trahe, mamma foras.
B *Me fine fole frui, infolitifque replerier efcis:*
Ne me, ne me ultra vertice, diva, tegas,
Clauftra aperi, foriumque repagula decute, me ede
Ede foras: gratum da mihi habere jubar.
Annuit bis genitrix, juffæque Lechoïdes Horæ
Ducere vimque ferens pellere Parca premit.
Interea optatum petiit paritura receffum,
Quem nifi cœlicolas non coluiffe putes.
Hic palmæ caput acclinat viridantis olivæ,
Conglomerans ramum, fcuta ibi nota locat.
Dextra baftam, capite & galeam deponit, humique
C *Fundens, non, inquit, vatibus arma licent.*
Tum vero aggeribus prægnante e vertice ruptis
Vividus effluxit, proripuitque puer.
Proripuit magnus, magna de Pallade natus,
Ecquid enim magnus nonnifi magna ferat.
Mox æther, tellufque fluunt, data pignora luci
(Umbra fugit) totus cernere, Olympe, venis.
Neptunus, Phœbus properant, Saturnius, Hermes,
Et Venus, Aula poli denique tota vacat.
Adraftea, Thetis, Nymphæ omnes, Cynthia, Mavors,
D *Saturnus, Charites, Lanificæque Deæ.*
Defuit haud Juno (fic namque vir egerat) iræ
Immemor, haud Paphius defuit ipfe Puer.
Palladis ut fœtus fummo omnibus effet honori,
Omnibus & donis inclytus ipfe foret.
Juppiter ante alios Venerandum Regibus, Hermes
Terrigena eloquio flectere corda dedit.
Formofum Cytherea, gravemque eduxit Apollo,
Neptunus docuit per freta noffe vias.
Juftitiam Adraftea, Thetis mentem indidit, albos
Mores Luna, nihil Mars trepidare jubet.
Saturnus ftabilem præftat, gratumque Cupido,
Brachia dat Juno, næniolafque canit.
E *In puerique hærens donis, livoris at œftro*
Percita adhuc, fruftra hos edidit ore fonos.
Talia materno, quæ ornari nomine gaudent
Pignora fint gremio, non quæ ego monftra tuli.
O utinam partus poft fæva Lechoïdes ullos
Perciperent fructus, non mihi forte datos.
Me piget eludi. Ecce in Pallada texta retexis
Juppiter, heu cœptis femper inique meis.
Macte puer, forte ante alios fpirantibus Aftris
Manfura felix, euge beate puer.
Efficies, verum quem gloria parta beabit,
Quo minus invidiæ fuccubuiffe neget.
F *Livorem vixque effugient, ceu forte beati,*
Quos tua dedecores Mufa fuperba canit.
Sic ait, infantique dat ofcula, eumque reponit
Parcarum in gremio, cui dare dona parant.
Nam Charites munus rite immortale ferentes
Pafcere dant Nymphis, pignora blanda cibo.
Mercurius Phœbufque folum mortale relinquunt,
Ac vefci ambrofia limina nota petunt.
Poftquam ambo puero citharamque lyramque dederunt,
Queis facra laudati carmina perciperent.

Παῖδα κάλεσσαν ΟΜΗΡΟΝ, ἐπεὶ ὁμοῦ ἦρα διδόντες
   Παλλάδι γῆν ἐπέβαν Οὐρανίοι ναίεται.
Δῶρά τε δωρήσαντο, ἰσόχρονον οὔνομα κόσμῳ
   Εἴκελον αἰώνεσσ᾽, ἱρὸν ἀθανασίᾳ.
Οὔνομά μοι πολυγηθὲς, ἐράσμιον, ὄλβος ἀνάκτων
   Υμνοπόλων Μούσῃ, κῦδος ἀρηϊμάχων.
Εκ σέο χῶρον ἔρημον ἐπικλήσουσιν Ομήρου,
   Ενθ᾽ οἰκεῖν δέδοται λωϊτέροις ναέταις.
Ηδέ θ᾽ Ομηρειδέων γενέος ὄλβιον ἤματα πάντα
   Ανθήσει Μούσης ῥήτορες ἡδυθρόου.
Αλλ᾽ ἐπέων ῥαπτῶν τὰ πρὶν ἤπυε πλῆκτρον Ομήρου,
   Συλλεχθέντα δ᾽ ἐφ᾽ ἓν λαρὸν ὕφηνε μέλος.
Καί τις ὀπισογόνος, τοίης ἀπὸ πίδακος ἔρνος
   Κυδιόων τελέθειν ταὐτὸν ἀοιδιάσει.
Υμνήσει τε τόκον, γεραρὸν πινυτόφρονι Μούσῃ
   Κλεῖος Ομηρείοις κύδεσι μαιόμενος.
Πανδείλοις δ᾽ ἐν ἔπεσι, βροτοῖς τ᾽ ἀδαήμοσι πάντων
   Σιγῶσ᾽ ὅττε λόγοι, Μοῦσά τ᾽ ὄλωλε πρόφρων.
Οἰκτρὰ δὲ καλὰ τέτυκτο ἀποτμοτάτοισιν ἐν ὥραις
   Ελλήνων, δηΐαις κύρμα δὲ γέντο βίαις.
Οἱ σοφίης ὀλέσαντες ἀειπρεπὲς εὖχος, ἀατόν
   Τ᾽ ἠνορέην, ζεύγλην βαρβαρικὴν ὑπέδυν.
Δὴ τότε ποικιλόφωνος ὅπως μελίγηρυς ἀηδὼν
   Ηχήσει νεαραῖς ἁρμονίαις ἐπέων.
Τόσσον ἐφημερίων ἀτυχέστατος, ὅσσον ἀοιδαῖς
   Καίνυτο πρωτίστους, αὐτὸς ἄριστος ἐών.
Οὐ γὰρ Ομηρείης Μοῖραν προφερέστερον ἕξει,
   Κλώθησαν δ᾽ ἶσαι ἀκροσόφοισι τύχαι.
Εὖτε δ᾽ Ομηρος ἔβλαστε παλίντροποι ἦλθον Ολύμπου
   Αἰπὰ μέλαθρα Θεοί. τοῖς μέτα Παλλὰς ἴει.
Νύμφῃ γὰρ παρέθηκε Κριθηΐδι, τὴν περὶ πολλὰ
   Φίλατο Νυμφάων, προσφιλίης ἕδνα ἔχειν.
Ηδέ μιν ὡς ὑπέδεκτο Μέλητος ἐΰρρυτον ὕδωρ
   Τέλλε φορεῖν ἰδίαις κεδνοτάταις ἑτέραις.
Κεῖναι δ᾽ εὐθὺς ἄρυσσαν ἀπαὶ ποταμοῖο ῥοάων,
   Ενθ᾽ ἀγλαάεντις ῥεύμασιν εἷρπε Μέλης,
Αγγεσιν ἀργυρέοις, ἀπὸ δὲ χροὸς ἔκβαλε πάντα
   Λύματα, φαιδρύνθη δ᾽ ὡς νιφάδες χιόνος.
Καὶ δέμας φέγγος ἴηλλεν ἀπόπροθεν, οἷα κάτοπτρον
   Δίσκος ἀκοντίζει αὐγαῖς ἠελίου.
Καὶ χλιαρὸν μείδησε σεσηρότι χεῖρος ὀπωπῇ
   Βομβήσας ἁπαλόν. Βόμβος ἀοιδὸς ἔφυ.
Καὶ γὰρ ὑπεψιθύριζε θεηγόρον ὅσσαν ἀείδων
   Ηρώων, Μακάρων τ᾽ ἔργα περιστά, μόθους.
Βουγενέες δὲ πέτρης Σιμβληΐδος ὁρμήσασαι
   Χείλεσιν ἀκροτάτοις δηρὸν ἀμελξάμεναι,
Λείρια κηώεντα, καὶ ἱμερόεσσαν ἐέρσην
   Κρήνης ἐξ ἱερῆς Πιερίοισι νάπαις
Ανθιμον εἶδαρ ἔδοντο, ἐπὶ στομάτεσσι δ᾽ ἰοῦσαι
   Παιδὸς νᾶμα χύδην πήγασαν ἀμβρόσιον.
Χανδὸν νέκταρ ἄφυσσε, μελιρραθάμιγξι δ᾽ ἐέρσαις
   Ειργομέναν βλεφάροις μείλιχος ὕπνος ἔχε.
Καλλιόπη δ᾽ ἤχησεν ἐφύμνιον. Αἱ δέ γε Μοῦσαι
   Αλλαι ἀντήχουν γήρυσ᾽ ἀμοιβαδίοις.
Παλλάδος οὐρανότευκτον, ἀδέμνιον ἄρσενος εὐνῆς
   Οὐ γαστρὸς, κόρσης δ᾽ ἔμβρυον αἰθέριον.
Εὕδοις καλὸν ὕπνον παλινάγρετον, ἥσυχον εὕδοις,
   Εὗδε βρέφος καμάτων φροίμιον ἐσσομένων.
Ηδη γὰρ γενεῆφι νεώτατος οὔδας ἐάσσεις
   Πάτριον, ἀλλοδαποῖς ἀνδράσι μιγνύμενος
Αρτι νέοις ἐχέμυθος, ἔτι χνοάουσιν ἰούλοις
   Ερψεις ὑστατίης πείρατα ναιομένης.
Οὐ δέ σοι ἑσπερίης, οὐδ᾽ ἔσσεται ἄκρον ἑώης,
   Οὔτ᾽ ἐν μέσσῳ γῆς ἄδρομα, οὐδ᾽ ἄβατα.
Αλλ᾽ αἰεὶ πολέων δεδαημένος ἤθεα φωτῶν
   Σοὶ θήσεις ἄλλων πταίσμασ᾽ ἄριστα φρονεῖν.
Ηγεμόνων συνόμιλος ἀριστογόνων γενέος ἀνδρῶν

A *Nomine Ομήρου infantem ὁμοῦ ἦρα ferentes*
   Palladi cœlicolæ nobiliora locant.
Nomine quod seclis simile est, mundoque coævum
   Temporibus sacrum quæ sine fine manent.
Jucundum, optatumque mihi, Regum unde supellex
   Musa poetarum, Mars tibi fama venit.
Desertus tibi deinde locus dicentur Homeri,
   Quos nisi non magnis incoluisse datur.
Hinc & Homeridæ erunt Chiis gens inclyta, Suadæ
   Dilecti, ac Musis tempus in omne, viri.
Posteritas huic clara fidem facit unus, Homeri
B   *Carmine qui texens nobile pinxit opus.*
Unus & hoc cretus felici semine Vates,
   Hæc qui Mæonio de Patre cantet, erit.
Ipse sed in miserum ignarumque subincidet ævum,
   Omnia ubi inveniens surda, dolore cadet.
Barbarici cum hostes, Danaum speciosa furori
   Submittent, ferroque omnia vasta dabunt.

Tunc ille ut varians luscinia voce sonabit,
   Effundetque novis carmina culta modis.
C *Tam forte heu hominum infelix, quam carmine primos*
   Anteibat Vates, cum optimus ille foret.
Quid? nec enim melior fortuna beabit Homero,
   Sors eadem summos occupat una Sophos.
Partu exuta simul superum comitante corona
   Æthereas repetit læta Minerva domos.
Nobile enim dederat Critheidi pignus alendum
   Ante omnes Nymphas, quæ sibi dulcis erat.
Acceptum Critheis pulchras gestare sodales
   Præcipit, insigni qua strepit amne Meles.
Jussa gerunt, vasa expediunt argentea, molli
D   *Crystallo immergunt, pura ubi vena nitet.*
Partum hoc imbre lavant, munguntque e corpore sordes,
   Bellulus unde magis & nivis instar abit.
Discus, & albentes artus in specula Phœbi,
   Evibrant tremulas, ceu vitra tersa faces.
Arrisit geniale puer, facieque serena
   Molliter instrepuit: cantus erat strepitus.
Nam tacitis mussans jam tum decora alta libellis
   Heroum atque Deum tollere visus erat.
E bobus genitæ monte ex Simbleide visæ
   Rumpere & in summis mulgere mella labris.
E *Optatos rores, & suave olentia Pindi*
   Culmina apes solitæ carpere mella dabant.
His tumidæ in pueri ora volant, laticemque profundunt
   Cælestem, Ambrosioque omnia fonte rigant.
Tanto ergo hoc infans satiatus nectare, sensim
   Mollia composuit lumina somniculo.
Calliope interea cecinit, Musæque canenti
   Alternante novem consonuere choro.
Pallade nate puer socii sine lege cubilis
   Vertice, non utero bellule pupe sate.
Dormi, iterumque redux placidos sopitule somnos
F   *Qui tibi venturi dona laboris erunt,*
Ævi in flore nitens, externis mixtus, avitos
   Civibus incipies deseruisse lares.
Canus adhuc viridante ævo, lanugine prima
   Terrarum metas, dissita regna petes.
Nullus & Hesperii fugiet, neque tractus Eoi
   Littoris, aut medio quæ jacet orbe, plaga.
Multorum mores hominum dum cernis & urbes,
   Illorum mentem lapsibus ipse reges.
Tractabis sermone duces, merita omnia librans

Κηρύξεις, νεικέων ἐργατίνας κακίης.
Τίς δὲ πόνους, τίς ἄλην, τίς ἐπιχθονίων δόλον εἴποι;
Ἣ περὶ πάντων σε Ζεὺς ἐνέηκε πόνοις.
Ἀλλ' ἄτρεπτος, ἄθικτος ἐπώσια μήχεα ῥέξεις,
Ὥστε φάος Φοίβου λύμασι, καὶ κονίαις.
Ἠδ' ἄλλοις φορυτοῖσι πεπαλαγμένον ἄσπιλον ἔρπον,
Οὐδέποτ' αἰσχύνει μαρμαρέας δαΐδας.
Ἁπόσα σῇσι φρένεσσι, τὰ μὴ σθένεν ἄλλος ἐφευρεῖν
Μαιόμενος τελέσεις τέρμα ποθητὸν ἄγων.
Πόσσα κακαῖς λήθησιν ἀϊστωθέντα πρὸς αἴγλην
Ἄξεις, παντοίοις κοινὰ θέλουσιν ἔχειν.
Πόσσα κατὰ σκοτίην σθεναρῶς ῥεχθέντα, καὶ ὅσσοις
Λάθεια σὺ προφανεῖς οὖασι, καὶ βλεφάροις.
Πόσσα γραφῆς ἀέκητι ἀνωΐστοις καὶ ἀπύστοις
Κείσονταί γε χρόνοις. γράμμασι δ' οἴσεις ἄκος.
Πόσσα Θεῶν δήνη κόλποις αὖ ἔκρυφθεν Ὀλύμπου,
Εἰ μὴ σαῖς σελίσιν πάντα καταγλαΐσας.
Μέλψεις ἱερὸν ἄστυ Ποσειδάωνος ἐφετμαῖς
Πυργωθέν, Φοίβου τ', Ἴλιον ἀκαμάτην.
Ἄκραντ' Ἰδαίην, Ξάνθοιο, ῥοάς τε Σκαμάνδρου,

Καὶ στίχα νήριθμον τῶν ἀκαμαντομάχων.
Καὶ νεῶν πουλυέλικτον ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης
Ὄχλον ἀπ' Ἡφαίστου δεινὰ βιαζόμενον.
Ἕκτορα Πριαμίδην πολεμόκλονον Ἄρεος εἰκὼ
Αἰνείαν τε Θεᾶς ἡμιθέην γενέην.
Γλαῦκον, Δηίφοβον, Σαρπηδόνα, Ῥῆσον, ἐν αἰχμῇ

Πάντας θαρσαλέους, πάντας ἀριστομάχους.
Μέλψεις χαλκοχίτωνας ἐνυαλίους πτολεμιστὰς
Ἑλλήνας Τρώων πολλὸν ἀρειοτέρους.
Νέστορά τ' ἐγρεκύδοιμον, Ὀδυσσῆα πτολίπορθον,
Αἴαντας διττοὺς ἀστεροπὰς πολέμου.
Κυδάλιμον Μενέλαον, ἐϋμμελίην Διομήδην,
Εὔφρονα Μηριόνην, Ἰδομενῆα μέγαν.
Θεστορίδην Κάλχαντα, καλὸν Ἀχιλῆος ἑταῖρον,
Καὶ Φοίνικα τροφὸν, Νέστορος Ἀντίλοχον.
Βουλαῖς, χερσὶ πολύν τ' Ἀγαμέμνονα ὄρχαμον ἀνδρῶν,
Ἑλλήνεσσιν ἴσην πᾶσι νέμοντα θέμιν.

Καὶ βαρὺν ἐν πολέμοισι, βίας πνείοντ' ἀπράμνους
Πύργον ὁμοζυγέων, καὶ πυρὸς ὀξύτερον,
Θυμὸν ἔχοντ' ἀδάμαντος, ἔρεισμα σιδήρεον ὄχλων,

Ἀλκῆς σκηπτοῦχον, τειρομένοισι σέλας
Εἰναλίης Θέτιδος Πηληϊάδην Ἀχιλῆα.
Τίς φύλλα; ψαμάθου τίς δεδάηκε κόνιν;
Οὐ τόσον ὑψιπόροισι πόλος ποικίλλεται ἄστροις,
Οὐ τόσα βένθος ἁλὸς ναιετάουσι γονή.
Οὐδ' αὖ κινυμένης τόσα κύματα χέρσον ἐρεχθεῖ,
Οὐ νασμῶν τόσσας ἀθρέομεν σταγόνας,
Ὅσσος ἄρ Ἡρώων ἑσμὸς περιέλαμψε Τροίην,
Τῶν ὄνομ' αὐδάζειν μοῦνοι ἴσασι Θεοί.
Καὶ μούνῳ δώσουσι φίλα φρονέοντες Ὁμήρῳ,

Ταῦτ' ἐρέειν. Τοίη σ' ἀμφιβέβηκε χάρις.
Μνήσεαι εὐγενέος, τοῦ αἵματος εὔχεαι εἶναι
Ἠϋκόμου Ἑλένης, ἣν ὑπόκλεψε Πάρις.
Ἧν τε διὰ πτόλεως ἱρῆς κρήδεμνα θεμέθλοις
Αὐτοῖς στρέφθεν ἄνω, ἠδ' ἀπέλυντο κάτω.
Καὶ γοερὸν στενάχουσα πικρὸν κατὰ δάκρυον εἶβεν
Γυμνωθεῖσ' Ἑλλὰς τοσσατίων προμάχων.
Ὅττε δὲ γηράσκοντι παραδράμῃ ὀξυλαβὴς ἴς,
Μυρία δὲ κτήσῃ ἀμφιλαφοῦς σοφίας,
Σώφρονα Πηνελόπειαν, ἀναιδέα κόμπον ὁμοκλῆς
Μνηστήρων, γεραροῦ Λαρτιάδαο πλάνην.
Ἠδ' ὅσα κεῖνος ἔρεξεν ἀλώμενος, ἢ μετὰ Κίρκης,
Ἢ μετὰ Σειρήνων, ἢ μετὰ Λωτοφάγων.
Ὡς Κύκλωπ' ἀλάωσεν ἀνάρσιον, ὡς ἔθεν ἄταις
Ἀντιφάτην, Πλαγκτάς θ' ἵκετο, ἠδ' Ἀΐδην.
Καὶ σπέος ἷκε Θεᾶς, μέγαρον, πρασιάς τε βεβήκει
Φαιήκων, ἐρατὴν πατρίδ' ἵκανε μόγις.
Ἔνθα πάλιν μένεος μεμνημένος ἄνδρας ἀπέκτα
Λυσινόμους, κτεάνων ἅρπαγας ἀλλοτρίων.

Extollesque bonos, dejiciesque malos.
Quis numeret quæ dura feres vagus orbe viator?
Uni hæc tanta tibi sustinuisse datum.
Inter ubique cives fraudesque innoxius ibis,
Candidus obscœnis fluctibus ibis olor.
Non secus ac radiante lutum cum percutit arcu
Delius, haud nitidas polluit inde faces.
Quanta alii quæ mente tegis reperire nequibunt,
Quæ tamen optatis finibus expedies.
Quanta ævi deleta sitis renovata reduces,
Cunctaque communi lampade nota dabis.
Quanta inter tenebras sordentia facta virum se
Auribus efficies luminibusque ferant.
O quanta absque notis cerisque extincta jacerent,
Ni tua, quæ vitam, scripta, dedere, forent.
Quantaque cœlicolum proprius nesciret Olympus
Consilia, his lucem ni tua dextra daret.
Neptuno ex imis fabricatam sedibus arcem,
Phœbeaque manu Pergama facta canes.
Idaque carmen erit, Xanthusque, celerque Scamander,
Cordaque bellantum millia multa virum.
Irrequieta gravi subsultans littore classis
Vulcani rapidis sæpe petita dolis.
Armipotens Hector spirans Mavortis imago
Semidea Æneas, progenieque nitens.
Glaucus, Deiphobus, Sarpedon, Rhessus in hasta
Quisque audens animis, quisquis adire prior,
Carmen erunt, nitido fulgentes ære Pelasgi
Pectore Trojanis strenuiore viri.
Pugnæ instans Nestor, vastatorque urbis Ulysses,
Ajaces belli fulmina bina duo.
Inclytus & Menelaus, Tydides optimus hasta,
Idomeneus ingens, Merionesque catus.
Pars tibi Thestorides, & Achillis fidus Achates,
Nutritor Phœnix, Nestoris Antilochus.
Consilio prudens, animisque audens Agamemnon,
Dux hominum, inque Argos aurea sceptra gerens.
Et gravis in bello, spiransque ex ore furores,
Et comitum turris ocyor igne levi.
Corde adamanta ferens, populorum immobile fulcrum
Vis ipsa, afflictis rebus & ipse jubar.
Quem Thetis ex magno Peleo effudit, Achilles.
Quis frondes pulvimque enumerare valet?
Non tot in excelso collucent sidera cœlo,
Tot neque progenies æquoris ima colunt.
Non tot spumantes volvunt se ad littora fluctus,
Nec tot brumali tempore nentur aquæ.
Quot Trojam Heroes densa obsidione tenebunt,
Dii quorum tantum nomina nosse queunt.
Hæc tibi, Homere, animo capere, o te quanta venustat
Gratia, quin numeris evoluisse datur.
Excidet haud menti, cujus genus esse fateris
Pulchræ Helenæ, furto quam Paris abstulerat:
Cujus ob infandum scelus alto a culmine sacri
Ilium & eversis sedibus omne ruit.
Quos heu tunc mœstos propugnatoribus imbres
Græcia fundebat tot viduata viris.
Cum suprema aderit, qua oblivio ducitur, ætas
Densa Sophia tibi multa scienda feret.
Penelopen castam, inverecundamque procorum
Turbam, Ithacique vias fataque dura canes.
Seu Circe errantem teneat, seu carmine Siren,
Seu cum Lothophagis misceat hospitium.
Lumine ut orbavit Cyclopa, suisque Acheronta
Noxis, & Planctas venit, & Antiphaten.
Speluncamque Deæ, Phæacum limina, & hortos
Accessit dulces, vix tetigitque lares.
Utque iterum memor ipse sui prædonibus ultor
Intulit injustis, sacrilegisque necem.

Πηνελόπην τ' ἐσάωσεν ὑπερβασίης ἀλεγεινῆς,
 Καὶ δόμον, ἠδ' ὕβριν κάββαλε Τηλεμάχου.
Ταῦτα μὲν ὀψὲ φρονέων ποτιμέλψεαι, ἀλλὰ δὲ παίζων,
 Πᾶς πάντεσσι γεγώς, πάντεσσιν ἦρα φέρων.
Ἄστεα δ' αὐτὰ κόμησας ἐειζήλοισιν ἐν ὕμνοις
 Ἕξεις πλὴν ὀλίγων πλεῖστον ἀπεχθόμενα.
Σεῦ γὰρ ἀριστείαισι νοός, μέγα θάμβος ἀκοῦσαι,

 Βασκήναντες ἄγη σῷ τελέσουσι βίῳ.
Οἱ μὲν σοῖς ἐπέεσσι πλανώμενοι ἔνθα, καὶ ἔνθα
 Ἁρπάξουσι κλέος σοί γ' ἐποφειλόμενον.
Οἱ δ' ἂν μαργαίνοντα φρένας, καὶ νήπιον ἄνδρα
 Ἄστεος ἐκρίψουσ'. Ὦ θέμις, ὦ κρίσιες.
Ἄλλοι πτωχοσύνην τε, καὶ ἀτρέα κηρὸς ἐνιπὴν
 Μεμφόμενοι, κλεινοὺς σοὺς ἐλάσουσι λόγους.
Μέχρι πόνοις μογέων, πάτρην παλίνορσος ἱκάνων
 Ἑλδομένως ἔλθῃς ἐς Χίον ἀμφιρύτην.
Ἔνθα κόπων ἄμπνευσις, ἀειζώοιό τε κύδεος
 Κτῆσις, καὶ κτεάνων πλουτοδότειρα χάρις.
Κεῖνοι γάρ σε τίσουσιν ἶσον φαέεσσιν ἑοῖσιν,
 Καὶ Θεὸν ὡς, μολπὴν ἄξιον ἐσσομένοις.
Σοί τε πόλιν δὲ κιόντι, ἢ ἔμπαλιν αὖθις Ὁμήρους
 Στήσοντ' ἐξ ἑδράων πρόφρονες ἀντόμενοι.
Καὶ στόμα σεῦ κύσσουσι μελισταγές. ἀμφοτέρας δὲ
 Ἄραντες θήσουσιν σὰς τεκέεσσι χέρας
Εἰς κεφαλήν. Ὄφρα κηραλέην γε φυγόντες ἀνάγκην
 Ζήσωνται. Πᾶσιν δ' ὄρνις ἄριστος ἔσῃ.
Καὶ μέγαν ἐν σοφίῃ οἴσουσι πολύφρονα καρπὸν
 Ἀντ' ἀρετῆς, πάτρης πότμον ἐπιστάμενοι.
Θηλύτεραι τε μάθωσι δόμοις ἔνι ἄνδρεσιν ἥκειν,
 Σωφροσύνην τε φιλεῖν ἰσὸν ἐποιχόμεναι.
Ἄλλοι σε περίσημον ἀειθαλέεσσι κορύμβοις
 Δείξουσ' ἀλλοτρίοις ὡς Ἰόβακχον ὅλοις.
Ἄρσεσι, καὶ θήλεσσι σεβάσμιος, οἵ σ' ἀνάριθμοι
 Μαστεύσουσι λυγρῆς κηρὸς ἀποτροπίην,
Οἱ δ' εἰς κέρδος ἄκαρπον ἀληθέα μαντοσυνάων,
 Ἄλλοι βάξιν, ἁλὸς τοίδ' ἔτι νηνεμίην.
Ἀλλὰ καὶ ὡς ζήσας ἄθλων μετ' ἀπείρονα κύκλον
 Οὐκέτι θνητὸς ἐὼν ἔσσεαι ἀθάνατος,
Αὐτοῖς Οὐρανίωσιν ἐφέστιος, εἶδαρ ἐρέπτων
 Ἀμβρόσιον, σύνεδρος Παλλάδι μητρὶ σέθεν.
Μυρία δ' αὖ θύσουσιν ἀφαρπάξαι σε θανόντα
 Ἄστεα, καὶ καλέσει σφωΐτερον ναέτην.
Αὐτοῖς ἐμφυῶτ' ἀδεῶς αὐτόχθονα. Τόσσον ἄρ εὖχος

 Τοσσατίων φθιμένου ἐξετίναξε φρένας.
Ῥώμη παμβασίλεια, Κύπρος, Λυδίη τε, Μυκῆναι,
 Αἰγύπτιαι Θῆβαι, Λευκανὶς Ἰταλίας.
Θετταλίη, Γρυνοί, Κεγχρεαί, Κνωσσός τε Μινώη.

 Ταῖς οὐδ' ἠβαιὸν ἐμφροσύνης γε μέτα.
Πασάων δὲ πρώτισται ἐὸν ποθέουσι πολίτην,
 Ἐν δ' ἔριν αὐστήσουσ' αἰὲν ὀρινομένην,
Αἱμυλίοισι λόγοισι, νόου θ' εὑρήμασι καινοῖς,
 Τοῖς παίζουσ' ἀφρόνων ἠπεδανὴν κραδίην,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίν, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι,
 Κύμη, ἠδ' Ἰθάκη Λαρτιάδαο πάτρη.
Ταίδ' οὐδέν γ' ἀπόναντο ποθητύος, ἣν τρέφον αὐταί.
 Δὴ γὰρ δὴ Μοιράων ἄλλ' ἐπέκρηνε λίνα.
Καὶ Χίοις χαρίσαντο φέρειν τόσον ἄνδρα πολίτην,

 Πρῶτον ὅταν νήσου εἰν ἁλὶ πῆξαν ἕδρας.
Τοὔνεκά μιν Χῖον καλέουσιν, καλεῖ δὲ καὶ αὐτὸς
 Αὐτὸν Χῖν ἑῆς μνησάμενος πατρίδος.
Εἰδ' οὐκ ὧδε θανεῖται ὁ τηλίκος. ἔργον ἐτύχθη

 Οὐρανίων, μυελὸν τοῖς πεφίλητο Χίος.
Καὶ γὰρ ἐπεκλήρωσαν εὐφροσύνας τε καὶ ἤδη
 Μοῦνον οἱ, οὐχὶ γόους ἔμπαλιν, οὐδ' ὀδύνας.
Ἀλλ' ὀλίγῃ νήσῳ πενιχρῶν ἕδει αἰθυιάων
 Γηραιὸς λείψει ἠελίοιο φάος.
Ὀλβίη, ἣ Χαρίτων Μουσέων τε μονώτατον ἄστρον,
 Καὶ κήρυκα Θεῶν στῆσιν ἔχεις λαγόσιν.

A *Conjugem inoffensam servavit, acerbus in hostes,*
 Telemachoque domoque expulit omne nefas.
Serius hæc cantabis: at omnibus omnia factus
 Proludes aliis, queis lepor omnis erit.
Urbibus ex multis, quarum tibi cura tuo pars
 Maxima non laudes nomini iniqua dabit,
Nam stimulo invidiæ in mores (quis credat?) honestos
 Non metuent linguæ mittere tela tuos.
Pars vaga gens peregre furto tua carmina ducent
 Auctorem simulans, ut decus inde paret.
Non deerunt, prob cana fides! qui te urbe repellent
 Dementem veluti, stultiloquumque virum.
B *Pauperiem, sortemque alii exprobrare solentes,*
 Hæc tua ceu sordes aurea dicta putent.
His tandem exhaustis patrias remeabis ad oras;
 Atque tua optatum te Chios excipiet.
Hic tibi parta quies mansuraque gloria, necnon
 Ruris, & agrorum, copia dives erit.
Hic tamquam seris laus digna nepotibus ipse
 Ut pupilla oculi, vel Deus alter eris.
Hic reduci ac notos venienti rursus Homeros
 Obvia quisque sibi brachia dulce dabit.
Oscula mellito feret ori, tu quoque palmis
 Mulcebis puerûm deliciose comas.
C *Felixque auspicio, teneris mandabis alumnis,*
 Queis fugiant fortis tela inimica vias.
Consilio & virtute pari sua chara tueri,
 Et patriæ nunquam deseruisse fidem.
Fœminæ ut in domibus discant parere virili
 Imperio, & castos continuisse toros.
Ostendent alii variis te floribus aptum,
 Sæpeque Io repetent, sæpe tibi Euge canent.
Vir mulierque pari referent tua nomina voto;
 Teque expulsorem sortis ubique petent.
Fatidicum te alii poscent, aliique procellæ,
 Sive famis certam, qua releventur, opem.
Sincera sic mente dies per secula ducens
D *Non mortalis adhuc, cælitis instar eris.*
Cœlicolûm jam tunc epulis accumbere dignus
 Matris, & ambrosios Palladis esse cibos.
Innumera post fata fluent te prendere gentes,
 Et patrio civem constituisse solo.
Lis erit, & quisque indigenam natumque probabit,
 Tantus in exanimo corpore vivet honos.
Orbis apex urbs alma Mycenæ, Lydia, Cypros,
 Et Phariæ Thebæ, Lucanis Ausoniæ.
Tessalaque Urbs, Gryni, Cenchræ, Minoia Gnossos,
 Barbara consiliis mens quibus orba fuit.
E *At super hoc primi ante alios certamina ponent,*
 Ullis non unquam dissoluenda modis.
Dulcisonis verbis, & acutæ indagine mentis,
 Queis stultum eludi corda pusilla solent.
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Pylos, Argos, Athenæ,
 Cuma, Ithaceque solum nobile Lartiadis.
Attamen hi quæ animo nutribant, vota sorores
 Ducere fatali non statuere colo.
Namque dedere Chio, tantum ut jactaret alumnum,
 Cum primum Ionio conditur ipsa mari.
F *Unde Chio nomen, patrios quin rite penates*
 Commeminit dum se Chion, & ipse vocat.
Quod si ubi natus erat, denatum haud novimus actum hoc
 In Chion, ut Divum notior esset amor.
Quippe quod ut charæ diffundere gaudia semper
 Nec segetem luctus suppeditare velint.
Insula parva situ fulicarum examine nigrans
 Meta (quis hoc credat?) vatis & urna fuit.
Felix, quæ Charitum Musarumque una decorem,
 Divorumque tubam condis avara sinu.

Ἆ πόσα σοι Σούσων, πόσα σοι Βαβυλώνιον ἄστυ
Κόσμῳ ναιομένῳ ἰσοπάλαιστον ὅλῳ,
Ἆ πόσα σοι Κέκροπες Γραικῶν αὐτόχθονες, ὅσσα
Ἔθνεα μοιριδίοις γαυριόωντα λόγοις,
Σοὶ μικρῇ, ἀκτεάνῳ τε, δυσάμμορε εἰν ἁλὶ νῆσος,
Ἐχθοδοπῇ κραδίῃ ἀργαλέας φθονέσει;
Ἔγρεο δ' ἐξ ὕπνοιο φίλον τέκος, ὄσσε δ' ἐπ' αἶαν

Τήνδε βαλὼν, πλῆσον νέκταρος ἀμβροσίου.
Γνῶθι σέθεν συνάεθλον, ἐπίπλεκε συμπολιήτας,
Πρόσδεξαι φιλίως ἀμφαγαπαζομένους.
Ἡσυχίης ἅλις ἔμμεν, ἅλις βλεφάροις κνέφας εἶρψε,
Ὥρη ἰδεῖν, ὥρη ἀντιάσαι καμάτων,

Τοὺς ἀνάριθμος ὅμιλος ἐφιμείρουσιν ἀρίστων
Ἀνδρῶν, σοῖο μόνον λειπόμενοι χάριτος.
Ἔργα γὰρ αὐτοὶ ἔπραξαν ὅσον κράτος, αἰνετὰ λίην,
Ἀλλ' ἐκρύβη λήθης οἴδμασι κωφοτέροις.
Πηκτίδα σὴν ἀνάειρε, καὶ ἔξελε θυιάδι φωνῇ
Ληθαίων ὑδάτων πρήξιας ἡμιθέων.
Εἰπὲ μόνον, καὶ ἔλαμψαν ἀπαὶ χθονὸς ἄχρις Ὀλύμπου
Γῆς τ' ἵκανον ὅρους φέγγεος ὀξύτεραι,
Αἰώνων τε περισσότεραι. Κέλωρ ἄσσον ἐοῦσαν
Κρέξον, ῥάπτε δ' ἔπος στιλπνοτάτῃ σοφίῃ.
Καὶ τότε πάντες ἴδωσιν, ἀνολάξωσί τ' ἀοιδαῖς
Ἔργματ', ἀριστείας, κύδεά τ' ἰσοθέων.
Ὧδε δὲ Καλλιόπεια μάλ' ἀτρεκέως τάδε πάντα
Πέφραδεν, ἔστε γλυκὺς ὕπνος Ὅμηρον ἔχεν.
Ἀλλ' ὅτε δ' ἐγρόμενος Κριθηΐδος εἵλκυε μαζὸν,
Χείλεσί τ' ἀφθόγγοις λευκὸν ἄμελγε γάλα.
Δή ποτε τὶς μεγάλαυχος ἀπόπροθεν ἴχνος ἐλαύνων
Ἄσθματι φυσιόων νῆσον ἵκανε Χίον.
Ἀγνώσσω πόθεν οὗτος ὁ δύσμορος ἤλυθεν αἴης
Ἠῴης, εἴτ' οὖν λέχριος Ἑσπερίης.
Καὶ γὰρ πάντοθ' ἄεξε πολυκλυτὸν οὔνομ' Ὁμήρου
Βάξιν, καὶ γέννα ἡμερίοισι σέβας.
Κλίμακι δ' οὖν, καὶ κυσὶν ἀγάλλετο, τοὺς ῥά ποτ' αὐτὸς
Κτήμασι πᾶσι τίθει σύμβολον εὐγενίης.
Οἱ δὲ λέγουσι κύνας, τὴν καὶ πέλε κρήγυος ὄσσα,
Κείνους πρωτογόνους ἄψε ἐδηδοκέναι.
Κλίμακα δ' αὖ κείνην ποτὲ δήμιος ἀμπηδήσας
Λαιμὸν ἀπ' γορίης διδικίησι θλάσε.
Ὄμμασι τέκνον ἄθρησεν, ἐτείρετο δ' ἔνδοθι θυμὸν
Ζηλοσύνῃ. μώμου δ' ὡς εἶδεν ἀρειότερον,
Ἐκπάγλως στονάχησε, τόσον τ' ἠνίπαπε μύθῳ,
Ὦ τέκος, ἦρα γοναῖς Παλλάδος ἦμαρ ἄγεις;
Τὶς τάδε πιστώσαιτο; Θεῶν τέκνα νέκταρ Ὀλύμπου
Πίνοντες, χθονίου οὐκ ἀλέγουσι γλάγους.
Αὐτὰρ ὁ Οὐρανίων τε λόχευμα, Θεῶν τε δικαίοις
Κοσμηθεὶς, μαστοὺς ἔσπασε θηλυτέρης.
Τὶς τίς ὅδ' ἔσσεται; Κενεαῖς ᾠδαῖσιν ἐλέγξει
Ὃν γένος αἰσχίστῃ κρυπτόμενον μαχλάδων.
Ψευδογόνως κικλῆσκον ἐμὴν γενέτειραν Ἀθήνην.
Οὐδὲ γὰρ ἐς ἔτυμον παρθένον ἦας ἔχειν.
Ἀλλὰ κάρηνον ἔφαντο. Κακοὶ γοερῶς ἀπολοῦνται.
Τίς γε κάρηνον, ἔφη τεκνογόνον τελέθειν;
Πάντες δ' οὐ Κρονίδου χάριν ἔσπασαν, εἰ τό γ' ἀληχὲς
Ἐκ κορυφῆς κείνου Παλλάδα ἐκθορέειν.
Μύθων γηραλέων ἀπατήματα. ὁπλοτέρων δὲ
Τὶς φρένα θαυμάσει πλεὸν, ἐσθλὰ φρονῶν;
Νῦν δ' αὖ Παλλὰς Ὅμηρον ὃν ἤροσε, κεῖνον ἀγοστοῖς

Θαλπέμεν, ἀγκὰς ἔχειν. Ὦ ποθεινῶν κτεάνων.
Ὦ μακάρων θέλγητρα. Κέαξε δὲ κόμπον Ἀθήνη,
Ἐνθάδε κρυπτομένη, καὶ κομέουσα βρέφος.
Ὀστέα τ' ἔνδον ἔθλασε, πόδας τ' ἀνεσείρασε μακροὺς,
Ἄψεα δ' ὀρθὰ φέρειν ἔσχεθον οὐδὲ πόδες.
Ἀλλὰ κάτω βλέψας, πέζαντε χέρεσσι πιέσας,
Εἷρπεν ἀνὰ τραπιτοὺς ἴχνεσι τετραπόδοις.
Οὐρᾶς ἑσπομένης, μηνυομένων δὲ παρειῶν
Ποικίλον εἶδος ἔην εἴκελον ἀσκαλάβου.
Νῶτον ἅπαν βάλιος, στικτὸς δὲ χρυσείδεσι κύκλοις
Τείρεσιν ὡς. Ποτὲ δ' αὖ μαιόμενος θροέειν.

A *Ah tibi quam merito Susa, & vastissima, toti*
Parque orbi, Babylon, quam merito invideat.
Cecropidæ Danai populique favente superbi
Fatorum serie, quam tua fata velint.
Propterea tibi vili, inopique, & in æquore conchæ
Perpetuis odiis aspera corda gerent.
Tu vero, dilecte puer, somnum excute, terramque
Aspice natalem, nectar ut inde fluat.
Ortus nosce cui certamina, gratus adhære
Civibus, & charos excipe blande tuos.
Dormillas? satis usque satis: cortina recedat,
B *Lux radiet, jam operam, jam dare tempus adest.*
Aspice quam multa Heroum te gesta virumque
Quo sine muta forent, Martia corda jacent.
Sat patriæ famæque datum, meruisse quid ultra
Proderit e tenebris ni tua plectra trabant.
Pectida sume tuam, bacchantique eripe cantu
Semideos Lethe, quos tegit ima, viros.
Dic age, sic namque e terris ad sidera surgent
Ocyus, & radiis ultima regna petent.
Seclorum vates dignam chelyn accipe, tange,
Consueque angustis carmina docta modis.
Dum tibi complaudent cœlum, tellusque canenti
C *Omnia dum per te splendidiora vident.*
Talia Calliope veraci protulit ore
Donec Homeriolum vinxerat alta quies.
Jam vero excitus Critheidos ipse papellis
Carpebat niveos molliter ore cibos.
Inflatus tunc quidam, atque illa fessa trahendo
Advena longinquam visus adire Chion.
Ignotum quis & unde domo, num obliquus Eoa,
An vero occidua venerit ille plaga?
Inclytum enim vulgo crescebat nomen Homeri,
Famaque reddiderat dignius obsequio.
Signa sui generis scalamque canesque gerebat
D *Nobilis in frontem serpere feeta domus.*
Contra alii fama ducti veracius ajunt,
Patria ab his prædam membra fuisse feris.
Scala quoque ostendit, qua guttura lictor avita
Desuper insultans gressibus enecuit.
Torva tuens puerum invidiæ flagraverat œstro,
Par ubi nec minimum fingere Momus erat.
Indoluit secum, & tacito sermone volutat,
Tene puer partu docta Minerva dedit?
Quis credet? divum pueri se nectare pascunt,
Terrea nec fluxi pabula lactis amant.
Hunc tamen æthereo concretum sanguine, totque
E *Viribus ubere alit fœmina terrigena.*
Quisque erit cantus dein arguet, & fore quemque
Degenerem, atque notho semine notus erit.
Mentitur matrem, natum peperisse Minervam
Crediderim, semper quæ mihi casta fuit?
Ah pereant, memorant qui pignora vertice nasci:
Vertice quis natum prosiluisse ferat?
Quod tamen ista novi de Pallade fingere Vates
Nunc studeant, quis eos desipuisse neget?

Fronte Minerva parit, stringitque tenacibus ulnis
F *Mæoniden, Sophiam scilicet ista decent?*
Votorum o requiem, divorum o gaudia: fœtu
Intumuit Pallas, detumuitque parens.
Dixit, & extemplo fractis decrescere visum
Ossibus, & longos abbreviasse pedes.
Iamque obliqua meat, jam cernuus ima tuetur,
Serpit & in triviis quadrupedante gradu.
Pone subit cauda, in spatium maxilla refugit,
Sic tandem fieri stellio visus erat.
Stellatæ teretesque fluunt per tergora guttæ,
Fundere verba velit, sed dare lingua negat.

Οὐκ ὀπὸς ἦχον ἔναρθρον ἀνήρυγεν, ἀλλότριον δὲ

Ἔκτυπε, γνωστὸν φθεγξαμένῳ γε μόνῳ.
Ὡς ὁ μὲν ὄσσαν ἔτισεν ἀεικέα, οὐδέποτ' αὐτὸν
Οὐ θεὸν, οὐχὶ μέροψ ἔμπης ἴδον φιλίοις.
Ἀπαμὶν ἐχθαίροντες ἀποστρεφέεσιν ὀπωπὰς,
Τοῖον ἀθρεῖν εἰπὼς μῖσος ἀλευάμενοι.
Αὐτὸς δ' ἐν ὀχετοῖσι βιώσιμον ἦμαρ ἀχεύει,
Αἰὲν ὑποτρομέων γειτονέοντα μόρον.
Ὅστις γὰρ λοχέοντι, μολέοντί τε κῆρα κορύσσει,
Αὐτὸς πολλὸν ἄγαν Παλλάδος ἐστὶ φίλος.
Καὶ κλέος αὐτὸς ὄφελλεν ἐπήτυμον, ὅττι κατέκτα
Θηρίον ἐμψύχοις πᾶσιν ἀπεχθόμενον,
Καὶ τοίην βιότοιο κατέγραφεν αἶσαν Ἀθήνη,
Τοῖσι λέγουσι κακῶς ἔξοχον ὑμνοπόλων.
Πᾶσιν ὅπως Μακάρεσσι, καὶ ἡμερίοισιν ἀλιτροὶ

Ξεῖνον ἐπ' ἀλλοδαπῇ ἐνδιάσωσι πόδα,
Τηλόθεν ἐκ μεγάροιο πλανώμενοι, ἐν δὲ χαράδραις,
Σπείεσιν, ἠδ' ὀχετοῖς νηλεᾶ οἶτον ἔχειν,
Ἡμερίων ἀπαυδηθεὶς, καὶ ἀκλέες. οἷσιν ὀπηδεῖ
Μοῖρ' ὀλοὴ βιέαις χερσὶν ἐπερχομένη.
Αἰετὸς ὠκὺς Ὄλυμπον ἐσέπτατο, φέγγεσι Φοίβου
Ὄμματα ἐμπήξας, οὐδὲ λέλειβε δάκρυ.
Αἶψά τε τὴν ποθέησιν ἀφαρπάζει ποσὶν ἄγρην,
Οὐδὲ πέδῳ χθαμαλαῖς ἴχνεσιν ἐνδιάει.
Τοῖος φωσὶν Ὅμηρος ἐπήορος ἅλμασι κούφοις,
Ἠδὲ ταπεινὰ φυγὼν αἰθέριος φέρεται.
Οὔ μιν γλῶσσα βέβληκεν ἀλάστορος, οὐδὲ μιν ὁρμαὶ
Βλάπτουσι σκαιῶν, οὐ πτερόεντα βέλη.
Ἀλλ' ἄψορρα κάρηνον ὅις δύσαντος ἐπῆλθεν,
Κηρί τε λευγαλέῳ ἤτοι κῆρα φέρειν.
Ἠχρανέται κλάζουσιν ἐπώσιον οἷα κολοιοὶ
Αἰὲν βορβορέοις λύμασι φυρόμενοι.
Πότμος ἕλῃ μιν ἄκλαυτος ἐμῶν ἄπο τῆλε μελάθρων,
Καὶ κνέφας ἔσω τοῖς δ' ἠελίοιο σέλας.
Ἄρτος ἔῃ, τὴν ἔδουσ' αὐτοῖς θανατηφόρος ἰός.
Οἶνος, ὕδωρ τε χολῆς πικρότερα κραδίῃ.
Πένθος ἄλαστον ἔχοιεν, ἐπιβρύχοιεν ὀδόντας
Ἄλγεσι, ῥήξειεν κρᾶτα κατὰ σπιλάδων.
Χαίροις δ' αὐτὸς Ὅμηρε θεοῖς κεχαρισμένε πᾶσι,
Καὶ πάτρῃ, δ' ἀκλείην φέρτερος ἠελίου.
Χαίροις πᾶσι ποθητὸς, ἐμοὶ δ' ἄμπνευσον ἀοιδὴν,
Ὄφρα σέθεν μεγάλου πρήγματ' ἀοιδιάσω.
Ἄρτι τύχη δὲ πέλει τάδ' ἐφύμνια. Ὅσσα δ' ἐς ἄνδρας
Ἐλθὼν Μουσάων τεύξας ἐφημοσύναις,
Οὐκ ἐμόν ἐστι λέγειν. Ἄφατον κλέος. Ἀλλ' ἄρα καὶ τῶν
Σοῖο παρισταμένου, μνήσομαι οἷον ὅσον,

ΤΕΛΟΣ.

A Vox hominem fugit, & strepitum vice vocis adempta
Mittit, & huic notum, cui dare verba cupit.
Sic tandem meritas solvit pro crimine pœnas
Dehinc infesta Diis terrigenisque fera.
Quocirca hanc omnes, & stercore pejus, & angue
Conspectum refuga fronte cavere solent.
Sic vero in tenebris vitam obscœnisque cloacis
Ipsa sibi metuens proxima fata, trahit.
Quisque vel obstrusam, vel euntem occiderit, ultro
Palladi pergratam rem fore rite putat.
Credere quin etiam præstat, nomenque, decusque
B Bestiolæ qui ultor sic erit, ille feret.
Hoc quoque qui primum vatum mordebit, amaræ
Edixit sortis mater amica, genus.
Ut superumque hominumque odiis vagus advena terras
Lustret & haud misero detur, ut ulla quies.
Et procul a patria, extremas pellatur in oras
In salebris saliens, in specubusque latens.
Indecor usque nigrumque inglorius exigat ævum
Ipse sibi inveniens ultima fata manu.
Fulmine pennarum ceu cum Jovis ales Olympum
Scandit, & in Phœbo lumina sicca tenet;
Et quamcumque cupit prædam pede raptat adunco
C Non assuetus humi vilem habitare domum.
Mortales sic inter agens sublimis Homerus
Sidera celsa petit, terreaque ima fugit.
Lingua faces, & saxa rotet, pennataque vibret
Spicula fatali nil nocet illa viro.
Irrita mittentis converso vulnere summum
Mortifero semper in caput ægra cadunt.
Obstrepitant graculique velut garrire videntur,
Attamen in fœdis sordibus usque manent.
Væ miseris; nam quos rapies mors ædibus absit
Illa meis tenebris obruet orta dies.
Flava Ceres illis pro victu aconita ministret
Fel Bromius sapiat, fel Acheloe feras.
D Perpetuo in luctu jaceant, frontemque dolorum
Vi, saxis minuant, dentibus usque fremant.
Tu vero Diis, & Patriæ dulcissime Vates
Salve, & honore ipsum vincere digne jubar.
Omnibus exoptate tuo sed suggere vati,
Quæ sibi deinde viro carmina digna canat.
Næniacæ sunt hæ laudes, quas vero secundo
Numine Pieridum, grandior ipse geres,
Non opis est meminisse meæ; quis talia fando
Explicet? at dicam quantula posse dabis.

FINIS.


A 2589


SPECIAL OVERSIZE
N
5610
G87
V.10
82-B
1304
GETTY CENTER LIBRARY

